Digitized by Google

BIBL. NAZ.
Vitt. Emanuele III
RACCOLTA
VILLAROSA
H
132
NAPOLI

SACRAE ROTAE ROMANAE DECISIONES NOVISSIMAE

Maximè ab anno MDCXXXV. vſquè ad annum MDCXXXVII.

A PAVLO RVBEO I. C. ROMANO

TERTIO LOCO SELECTAE, ET NVSQVAM ANTEHAC PVBLICI IVRIS FACTAE.

Opus omnibus per quàm fructuoſum, & in foro verſantibus maximè neceſſarium.

CVM ADDITIONE NONNVLLARVM DECISIONVM, QVÆ IN IPSIS DECISIONIBVS ALLEGANTVR, IN EISDEM CAVSIS, FACTARVM.

Cum Argumentis, Summarijs, & Indicibus Locupletiſſimis.

CVM PRIVILEGIO PONTIFICIO AD ANNOS VIGINTI VNIVERSALI VBIQVE LOCORVM.



ROMAE, Typis Vaticanis. MDCXLII.

Superiorum auctoritate, & Priuilegijs.

6052.69 VIII H 132

Biblioth. de Rosa Cas. 169

Digitized by Google

SANCTISSIMO
ET BEATISSIMO PATRI,
ET D. N.
VRBANO VIII.
PONT. OPT. MAX.


PAVLVS RVBEVS ROMANVS
PERPETVAM FELICITATEM P.

INTER cœtera, PATER BEATISSIME, quibus ſeculum noſtrum præteritis, futuriſque inuidioſum ſemper erit, non poſtrema eſt ex Principatu tuo diuturna felicitas. Nec eò ſolùm, quod difficillima hæc tempora, & contumax rerum tenor à te diu regi, vincique exigant, vt pietatis, auctoritatiſque tuæ prorogatis in æuum conſilijs, Chriſtiana Reſpublica, diſciplina Eccleſiaſtica, Sedis Apo-

Digitized by Google

Apoſtolicæ ditio, etiam inter luctuoſas, ac iam planè ſeculares Principum diſſenſiones ſartæ, tectæ, auctæque diutiùs effloreant; ſed quæ ad auguſtiſsimos Principatus tui faſces præſertim attinet, quod vbique conſtans, vbique innocens iuſtitiæ laurus ad longiores tui Solis adſpectus in dies magis reuireſcat; Teſtantur id luculentiùs Sacra Rotæ oracula, quæ vt ab integerrimo tuo numine afflata, conceptaque ſic feliciſsimis ſub auſpicijs tuis excreſcere, ac edi gloriantur: Repetitis igitur votis illa, PATER BEATISSIME, tibi vti tua nuncupo, mei nihil adferens, quando etiam omnes, qui optimum, diuturnumque Principem obtinuiſſe Romam gratulantur, in voce hac non mea, ſed iam vulgari conueniunt.

Serus in Cælum redeas, diuque
Lœtus interſis populo Quirini.



VRBA-

VRBANVS PAPA VIII.

AD FVTVRAM REI MEMORIAM.

ALiàs per fœl. rec. Paulum Papam V. Prædeceſſorem noſtrum accepto, quod dilectus filius Theodoſius Rubeus Priuernas Terracinen. Diœceſis Cubicularius Apoſtolicus, ac tunc eiuſdem Pauli Prædeceſſoris familiaris, & continuus commenſalis ſpatio plurium annorum circa Deciſiones Rotæ Romanæ à diuerſis illius Auditoribus emanatas diligenter inſudauerat, ex eiſq; ingentem notabiliũ, & exemplariũ cõcluſionum numerũ deprompſerat, & concluſiones ipſas in plura obſeruationum Rotalium volumina cum diuerſarum quæſtionum à Doctoribus diſputatarum ad ſingulas materias additione redegerat, necnon etiam multas alias eiuſdem Rotæ deciſiones, alias ſcilicet concordantes, alias verò declaratas, quaſdam autem reuocatas in vnum compilauerat, ac demum pleraſque alias deciſiones varijs annotationibus illuſtrauerát, & omnia huiuſmodi volumina, & opera imprimi facere intendebat, Dubitabat autem ne aliqui ex alieno labore, lucrum quærentes, volumina, & opera huiuſmodi poſtquàm in lucem prodijſſent, in magnum ſui præiudicium typis mandari facere præſumerent, idem Paulus prædeceſſor eidem Theodoſio pro ſe, ac hæredibus, & ſucceſſoribus ſuis quibuſcunque vt ad quindecim annos à voluminum, & operum prædictorum, non ſolum prima, ſed etiam cum annotationibus, & additionibus vlteriori impreſſione numerandos nemo prorſus tàm in Statu Eccleſiaſtico mediatè & immediatè ſubiecto, quàm alibi vbicunque citrà & vltrà montes prædicta, & quælibet alia ab ipſo Theodoſio deinceps durante tempore quindecim annorum huiuſmodi etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem edenda volumina, & opera in toto, vel parte etiam cum annotationibus, aut aliter quomodolibet ſine ſpeciali Theodoſij eiuſque hæredum, & ſucceſſorum eorumdem, vel ab eis ius habentium licentia in ſcriptis habita imprimere, aut ab alio, vel alijs imprimi facere, ſeu impreſſa vendere, aut venalia habere, proponere, aut aliter edere, vel diuulgare, aut pro vſu proprio habere, vel tenere poſſet auctoritate Apoſtolica conceſſit, & indulſit, ac aliàs ſub certis cenſuris & pœnis, modoque, & forma tunc expreſſis inhibuit, & mandauit, prout in cedula Motus proprij deſuper expediti, cuius ſolam ſignaturam d. Paulus prædeceſſor ſufficere, & vbique fidem facere in iudicio, & extrà illud voluit plenius continetur. Subinde nos conceſſionem, indultum, inhibitionem, & mandata prædicta, aliaque omnia & ſingula in dicta cedula contenta cum omnibus, & ſingulis inde ſequutis, & ſequendis dicta auctoritate ad quindecim annos prædictos confirmamus, & inſuper dictos quindecim annos ad alios quinque annos à fine ipſorum quindecim annotum computãdos ſub eiſdem pariter cenſuris, & pœnis, modoque, & forma etiam tunc expreſſis prorogauimus, extendimus, & ampliauimus, & aliàs prout in cedula noſtri Motus proprij deſuper expediti plenius etiam continetur. CVM AVTEM SICVT IDEM THEODOSIVS, ET DILECTVS PARITER FILIVS PAVLVS RVBEVS eius natus nobis nuper exponi fecerunt ipſe Paulus *Duo Deciſionum* ſelectarum eiuſdem Sacræ Rotæ Romanæ volumina, quorum vnum Nobis dicauit, in lucem ediderit, & propediem benedicente Domino *tertium earumdem Deciſionum* opus diuulgaturus ſit; Nobis propterea ijdem Theodoſius, & Paulus humiliter ſupplicari fecerunt, vt prædicti Pauli prędeceſſoris, ac noſtras Motuum propriorũ cedulas, ſeu priuilegia ad ipſum Paulum, *ac omnia, & ſingula per eum iam edita, & deinceps etiam in alijs ſcientijs & diſciplinis edenda volumina, & opera*, necnon ad tempus in eiſdem cedulis expreſſum extendere de benignitate Apoſtolica dignaremur. Nos igitur eiuſdem Pauli indemnitati, & commodis conſulere, ipſumque, necnon Theodoſium eius genitorem ſpecialibus fauoribus, & gratijs proſequi volentes, & à quibuſuis excommunicationis, ſuſpenſionis, & interdicti, alijſque Eccleſiaſticis ſententijs, cenſuris, & pœnis à iure, vel ab homine quauis occaſione, vel cauſa latis, ſi quibus quomodolibet innodati exiſtunt, ad effectum præſentium dumtaxat conſequendum harum ſerie abſoluentes, & abſolutos fore cenſentes, huiuſmodi ſupplicationibus inclinati præfata motuum propriorum cedulas, ſeu priuilegia huiuſmodi aliàs eidem Theodoſio per dictum Paulum prædeceſſorẽ ad quindecim, & ſubinde per *Nos ad alios quinque, & ſic in totum ad* VIGINTI ANNOS reſpectiuè conceſſa, & prorogata ad eundem Paulum, necnon ad omnia, & ſingula per eum iam edita, & deinceps etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem edenda volumina, & opera & ad tempus prædictũ

quo

quo durante nemo prorſus *tàm in Statu Eccleſiaſtico mediatè, & immediatè ſubiecto, quàm alibi vbicunque citrà, & vltrà Montes* prædicta, & quælibet alia ab ipſo Paulo etiam in alijs ſcientijs, & diſciplinis in lucem edenda volumina, & opera in toto, vel in parte etiam cum additionibus, & annotationibus; aut aliter quoquo modo ſine ſpeciali dicti Pauli, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum, vel ab eis ius habentium licentia in ſcriptis habita, imprimere, vel ab alio, ſeu ab alijs *imprimi facere, ſeù impreſſa vendere, aut venalia habere, proponere, vel aliter edere, aut euulgare, ſeu etiam pro vſu proprio habere, vel tenere poſſit*, omneſque, & ſinguli Typographi, Bibliopolæ, & librorum impreſſores, aliæque perſonæ Sanctæ Romanæ Eccleſiæ ditioni mediatè, vel immediatè ſubiectæ, alijſque in quibuſcunque Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & locis vltrà, & citrà Montes coſtituti durante tempore prædicto volumina, & opera prædicta in toto, vel in parte quoquomodo ſine ſpeciali dicti Pauli, eiuſque hæredum, & ſucceſſorum, ac ius, & cauſam ab eis habentium, licentia in ſcriptis habita huiuſmodi imprimere, vel imprimi facere, aut venalia habere, proponere, edere, vel euulgare, aut etiam pro vſu proprio tenere præſumentes EXCOMMVNICATIONIS MAIORIS LATAE SENTENTIAE, *à qua non niſi à Romano Pontifice* pro tempore exiſtente, præterquàm in mortis articulo conſtituti, *abſolui nequeant*, & in dictæ Sedis ditione exiſten. etiam *ſub quingentorum ducatorum auri de Camera, & ammiſſionis librorum* pœnis toties quoties contrauentum fuerit ipſo facto, & abſque declaratione incurrendis, ac pro vna dicto Paulo, eiuſque hæredibus, & ſucceſſoribus, iuſque ab eis haben. huiuſmodi, pro altera verò medietatibus Cameræ Apoſtolicæ applicandis, & irremiſſibiliter exigendis incurrant, & incurriſſe cenſeantur Apoſtolica auctoritate tenore præſentium extendimus, & ampliamus. Decernentes conceſsionem, indultum, inhibitionem, mandatum, aliaque in dictis cedulis contenta, ac noſtram extenſionem, & ampliationem huiuſmodi durante eorumdem VIGINTI ANNORVM ſpatio validas, & efficaces, ac valida, & efficacia eſſe, & fore, ac ab omnibus, & ſingulis Typographis, Bibliopolis, & librorum impreſſoribus, alijſque quibuſuis perſonis tàm noſtræ Sãctæ Romanæ Eccleſiæ ditioni in temporalibus mediatè, vel immediatè ſubiectis, ac in quibuſcunque Regnis, Prouincijs, Ciuitatibus, & Diœceſibus conſtitutis *vltrà, & citrà Montes, & in qualibet Mundi parte* ſub pœnis prædictis per contrauenientes ipſo facto, & abſq. alia declaratione incurrendis firmiter, & inuiolabiliter obſeruari, & adimpleri debere, ab illiſque durantibus dictis VIGINTI ANNIS nullatenus quocunque prætextu, colore, vel ingenio recedi, aut reſiliri poſſe, ſicque per quoſcunq. Iudices ordinarios, & delegatos etiam cauſarum Palatij Apoſtolici Auditores, ac eiuſdem Sanctæ Romanæ Eccleſiæ Cardinales, etiam de latere Legatos, & Vicelegatos, dictæque Sedis Nuncios, ſublata eis, & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, & auctoritate iudicari, & definiri debere, ac irritum, & inane ſi ſecus ſuper his à quoquam quauis auctoritate ſcienter, vel ignoranter contigerit attentari. Non obſtantibus præmiſſis, & omnibus, & ſingulis, quæ in dictis cedulis conceſſa ſunt non obſtare, cæteriſque contrarijs quibuſcunque. Volumus autem quod præſentium tranſumptis etiam in voluminibus, & operibus ipſis impreſsis eadem proſſus fides in iudicio, & extrà adhibeatur, quæ præſentibus ipſis adhiberetur ſi forent exhibitæ, vel oſtenſæ, & ne de præmiſsis aliquis ignorantiam prætendere poſsit, quod eædem præſentes in acie Campi Floræ, & in valuis Cancellariæ Apoſtolicæ, & ibidem per affixionem publicari debeant, & quod ſic affixæ, & in ipſis operibus impreſsis inſertæ omnes, quos concernunt perinde arctent, ac ſi eiſdem perſonaliter intimatæ forent. Datum Romæ apud S. Mariam Maiorem ſub Annulo Piſcatoris die xxiij. Iulij MDCXLI. Põtificatus Noſtri Anno decimo octauo.

M. A. Maraldus.

Locus ✠ annuli Piſcatoris.

Die, anno, & Pontificatu quibus ſupra ſupradictæ litteræ affixæ, & publicatæ fuerunt ad valuas Curiæ, Cancellariæ Apoſtolicæ, & in acie Campi Floræ, vt moris eſt per me Dominicum Vareſium Sanctiſſ. D. N. Papæ Curſorem.

Pro Magiſtro Curſorum Dominicus Mangilius Curſor.

quo

S V M M A R I V M
SEQVENTIS EPISTOLAE
SEV DISCVRSVS
AD IVRIS STVDIOSOS
PAVLI RVBEI I.C. ROMANI:

1 IVriſprudentia ſcientia eſt ſanctiſſima.

2 Dum crepitant rauca, canora ſilent.

3 Phormio meritò redarguitur, qui cum eſſet ignarus de re militari, non erubuit de ea diſputare coram Anibale.

4 Natura omnes impellimur, vt velimus quàmplurimis prodeſſe.

5 Reipublicæ quis naſcitur.

6 Collectio, & editio Deciſionum Rotæ Rom. eſt perquàm vtilis Reipublicæ.

7 per Deciſiones Rot. Rom. cauſidici inſtruũtur.

8 Iudices quid agere debeant admonentur per deciſiones Rotæ Rom.

9 Deciſiones Rotæ Rom. fugatis tenebris litium ſtatum Reipublicæ Chriſtianæ roborant.

10 in Deciſionibus Rotæ Romanæ mira dexteritas agendi, cum magno acumine coniuncta inſpicitur.

11 Veritas in deciſionibus Rotæ Romanæ ſic perſcrutatur, & ſic perſcrutata diſponitur, & ſic diſpoſita rationibus illuſtratur, vt mirabile ſit dictu.

12 Deciſiones Rotæ Romanæ ſunt Iuriſconſultorum pulcherrimus, & amœniſſimus deliciarum campus.

13 Satiari non poteſt lectione deciſionum Rotæ Rom. eo quia in eis tanta grauitas, tam reſoluta, doctrina tam firma ſcientia, cum verborum pondere emicat.

14 Deciſiones Rotæ Romanæ tamquam ſtellæ firmamenti coruſcant, & ſunt præcipuè Iuſtitiæ iubar, ac totius Romanæ Curiæ ſplendor, & gloria.

15 Duodecim Rotæ Romanæ Auditores ſunt duodecim Salamones.

16 Deciſiones cum proſpiciant humano generi, rectè ad inſtar legis vocari poſſunt.

17 Deciſiones poſſunt dici fauorabiles, ſicuti & ipſa lex dicitur fauorabilis, dum cernit publicam vtilitatem.

18 Referuntur verba Imp. Iuſtinian. in l. 1. §. fin. C. de cadu. toll. quæ arridere videntur editioni deciſionum.

19 Bene faciunt, & laudandi ſunt, (ſecundum Neuizan.) qui in lucem edunt deciſiones, & quare.

20 Honoribus cohoneſtandi ſunt illi (ſecundùm text. in l. 2. ff. de orig. iur.) qui in lucem edunt libros ſpectan. ad publicam vtilitatem, quamuis ab alijs ſubtractos.

21 Enarratur hiſtoria quare Diogenes doliũ ſurſum, & deorſum reuoluebat, & quare id peragebat. num. 22.

23 Certatim hodie plura eduntur.

24 Res literaria tam felici prouentu augetur, vt nihil addi poſſe videatur.

25 Rerum magnitudo in re literaria ſicuti præſtantia ingenia euocauit, ita ſcriptorum præſtantia rerum magnitudinem adæquauit.

26 Præceptum illud impium, & prophanum dictum Neolis λάθε βιώσας Athenienſis dici poteſt quod receſſit ab aula.

27 Ouidius, & Horatius ſuſurrabant quod latendum erat, ipſi tamen latere noluerunt.

28 Abſurdum putari debet vitam ſilentio tranſigere veluti pecus.

29 Triſte eſt homini diuiti decedere ſine hærede.

30 Miſerrimum iudicari debet, habenti à DEO gratiam intellectus, poſteris ſuis, ideſt ſtudioſis nullum ſcriptum relinquere.

Quo poſſint veluti hæredes intellectus aliquantulum conſolari. num. 30.

31 Cum nobis denegetur diu viuere, aliquid relinquendum eſt, vt nos vixiſſe teſtemur.

32 Fortiter ea, quæ fiunt vnius ætatis ſunt, quæ verò Reipublicæ cauſa ſcribuntur æterna ſunt.

33 Antiquorum laboribus ſicuti nos ditati ſumus, ita & nos laborare debemus, vt à nobis poſteri ditentur.

34 Doctores, qui in lucem edunt libros, ſunt præ-

Digitized by Google

præferendi aliis, cum ſint tamquam Stellæ in firmamento Cæli, &c.

35 Refertur hiſtoria de Octauiano Auguſto.

36 Theodoſius Rubeus inter doctiſſimos celeberrimus. & vide num. 37. 38. 39.

40 Vires quando deficiũt, eſt laudanda voluntas.

41 Melius eſt cum Diogene reuoluere ſurſum, & deorſum dolium, quàm inter oſcitantes nihil memoria dignum agens, numerari.

42 Origenes ſex millia volumina ſcripſit.

43 Apud Lacedæmones mos erat, quando in Senatu malus vir bonam dicebat ſententiam, iubebant ab alio probo, & gratioſo dici, vt magis placeret.

44 Vinum ex vili vaſe in pretioſum transfuſum, gratius euadit.

45 Gneus Flauius eo quia obtulit Populo Romano libellum de legum actionibus, quem ſubripuit Appio Claudio auctori d. libelli, quibus fuit decoratus honoribus. num. 46.

47 Præmium quis conſequitur ex dolo ſuo.

48 Scientia abſcondita, & theſaurus inuiſus in vtriſque, quæ vtilitas?

49 Scientia potius reijcienda eſt, vt ait Seneca, quàm incluſa tenenda.

50 Alexander Magnus corripuit Ariſtotelem ex eo, quia libros de naturali auſcultatione ediderat, & quare.

51 Auctoritas Rotæ Rom. adeo in dies creuit, quod ad ſummum perueniſſe videatur.

52 Orbis vniuerſus expoſtulat deciſſ. Rotæ Rom.

53 Deciſiones Rotæ Romanæ ſunt illa oracula, quæ per omnia Tribunalia magna omnium admiratione proferuntur.

54 Deciſiones Rotæ Rom. in lumine publico poſitas aſpicere, quilibet ex imo pectoris ſuſpirat

55 Rota Neapolitana (ſecundùm Viuium) ſi imprimeret omnes caſus in ea occurſos, fœlix ætas noſtra vocari poſſet.

56 Rota Romana Monarchiam inter omnia Orbis Tribunalia glorioſè obtinet.

57 Sicut Sol inter minora ſydera, ita Rota Rom. inter alias Rotas emicat.

58 Deciſiones inter alias cauſas extenduntur, vt partes victæ ſciant, quare ſuccubuerunt.

59 Auditores Rotæ Rom. humanitate, cum grauitate coniuncta pleni ſunt, prout erant pariter illi Areopagiſtæ.

60 Humaniores reddit eruditio.

61 Iuſtitia vera miſerationem habet, falſa verò dedignationem, & ſuperbiam.

62 Deciſiones optimum conſilium dant litigare volentibus, ne in vaſto litium Oceano tam facilè ſe præcipitent, & quare. num. 63.

64 Auditores Rotæ Romanæ omnium ſagacius precioſa legum aromata odorant, & omnium dulcius ſuauiſſimũ Iuris ſuccũ guſtant &c.

65 Auditores Rotæ Romanæ omnium perfectius Iuris arcana hauriunt; acutius penetrant, & verius interpretantur. num. 64.

66 Locus non eſt in Mundo, vbi ita bene cauſæ diſcutiuntur ſicuti in Rota Romana, & quare.

67 Scientia Iuris ciuilis eſt omnium diſciplinarum nobiliſſima, imò Domina, & Regina,

68 Ius Ciuile quare M. Tullius tam enixè ſuadebat, vt ſtudioſè retineretur.

69 Domus vniuſcuiuſque Iuriſcõſulti Oraculum eſt Ciuitatis, quia Ciues ad eos euntes incerti de rebus ſuis, certi poſtea dimittuntur.

70 Opiniones hominum ſunt (ſecundùm Senecam) ſicuti horologia pulſantia.

71 Horologia pulſantia, quando diſcordant adiri debet horologium ſolare, & hora ab eo demonſtrata tenenda pro vera eſt, & quare.

72 Doctores in proferendo eorum ſententias imitantur horologia pulſantia.

73 Ex tribus Conſultoribus, (vt ait Comicus in Phorm.) vnus affirmat, alter negat, tertius verò deliberandum putat.

74 inter Doctores tam magna contrarietas vix eſt credibilis, & quare.

75 Lucius Gellius voluit ſedare diuerſas philoſophorum opiniones, ſed à philoſophis deriſus fuit, eo quia intendebat aſſequi id, quod impoſſibile erat.

76 Controuerſiæ nonnullæ potius gladio, quàm iure decidi poſſe arbitrantur, & hoc ob deſperatam concordiam inter Doctores.

77 Doctorum ſententiæ trans vltraque alpes veluti arietes ſæpè pugnant.

Opiniones tempore mutantur. num. 77.

78 Iuris miſera conditio ſemper in infinitum decurrit, & nihil eſt in eo, quod perpetuò ſtare poſſit.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno. num. 78.

79 Ius noſtrum quaſi poteſt dici, potius opinione hominum, quàm re ipſa, & ratione conſiſtere.

80 Rota in controuerſiis valdè ancipitibus non reſpicit ad numerum Doctorum, ſed ad ipſas rationes.

81 Legum auctoritas omnem iniquitatẽ expellit.

82 Iniquum, & pernicioſum videtur, quòd opiniones pro, & contra tamquam communes teneantur.

83 Crebriores Doctorum ſententias inter ſe reluctantes videmus.

84 Par-

84 Partes litigare volentes, aduertant ne temere intentent. & quare.

85 Aduocati aduertant ne temerè conſulant, cum omnia in magna tempeſtate contrarietatum repoſita ſint.

86 Rationes nonnulla afferuntur, cui attribuenda ſit tam magna diſſenſio inter Doctores.

87 Nullus vult ingenio cedere alteri.

88 Opinionem eo ipſo, quod quis animo expreſſit, numquam deponit, diutiſſimè errorem ſuum quis delectat.

89 Leges ſunt difficiles vt intelligantur, quia plerumque aliud videntur velle, quàm velint, & ſape decipiuntur Magiſtri, & Scholares.

90 Poſt tot Doctorum ſcripta in Iure non cognoſcitur amplius veritas.

Veritas in quibuſdam quaſtionibus eſt penitùs incognita. num. 90.

91 Verum à falſo, iuſtum ab iniuſto, aquum ab iniquo, licitum ab illicito, in iure amplius non cognoſcitur, & hoc poſt tot interpratationes.

92 Ius noſtrum, ſtantibus tot interpratationibus eſt tamquam Cretenſis ille Labyrintheus, quo ſemel ingreſſo nullus, aut difficillimus erat ab eo exitus.

93 Ius totum per contrarias interpratum ſententias conturbatum olim fuit, & quid hodie.

94 Iuris interpratationes qua fiunt per Doctores Imperator vocabat peruerſiones.

95 Veritas occultatur multitudine intelligentia; & per eas obſcuratur veritas.

Multipliciter id quod exponitur, eius veritas ignoratur.

Intellectus multiplex parit obſcuritatē. n. 95.

Multitudo arguit imperfectionem. num. 95.

96 Doctores inter tot interpratationum fluctus omni vento circumaguntur.

97 In Iure hodie nihil eſt firmum, fixum, ſtabile, nihil non lubricum, & vndique non controuerſum. reliqua vide hic.

98 Superuacuum, & ineptum eſt in Iure quidquam pro certo aſſerere.

99 Erramus omnes, & Andabatarum more, clauſis oculis plerumque certamus.

100 Rarum eſt in Iure, quod ſubuerti nō poſſit.

Areopagita nocte, & obſcura luce, ac numquā die iudicabant, & hoc vt facta tantùm cognoſcerēt, & non perſonas viderent, & quid ex hoc inferri poſſit. ſub num. 101.

102 Doctores multi amarè plorant praclara ſciētia Iuris miſeriam, conſiderando tot opinionū cōtrarietates tāquā litiū ſeminaria.

Occaſionem dant tot contrarietates, & interpratationes iudicandi ad libitum. n. 102.

103 Lex eſt periculoſa, ſi aliquid relinquat arbitrio Iudicis, & è contra, ſancta ſi nihil eius arbitrio relinquat.

104 Iudices in tanta caligine interpratationū, & contrarietatum toto cælo aliquando aberrant.

105 Iuris diſciplina in ambiguum, & incertum quaſtionum abyſſum venit.

106 Ius noſtrum poſt tot interpratationes, & contrarietates eſt ſicuti Mare Anglicum, quod eſt ſine fundo.

107 Ius etiam antiquitus excreuit in vaſtam, & tenebroſam ſyluam interpratationum, ita vt erat quaſi opus deſperatum.

108 Iuſtinianus prophetauit, & inaugurauit, quod ius iterum conturbaretur, niſi librorum multitudini parcius indulgeretur.

Iuſtinianus edicto perpetuo, ſed penitùs inobſeruato ſanxit, vt nullis Iuriſperitis liceret in poſterum legibus commentarios applicare, ne eorum verboſitate ius confunderent. num. 108.

109 Iuſtinianus melius forte feciſſet, ſi prateriiſſet prohibitionem applicandi commentarios legibus.

Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq; negata. num. 109.

110 Iuſtinianus ſtrictè, quia prohibuit edi commentaria, innumeri tamen in eis incumbunt, quia ipſe id vetuit.

111 Interitus librorum veterum Iuris conſultorum, in maximam iacturam & perniciem redundaſſe compertum eſt. & cur.

112 Dolendum eſt tàm ad viuum fuiſſe reſecata olim elegantiſſima illa veterum Iuriſconſultorum reſponſa.

113 Volumina in Iure ſcripta vſque quò excreuerint.

114 Commentariorum tot acerui ius totum conturbarunt, ne dixerim lumen obſcurarūt, & quaſi totum abſtulerunt.

115 ex Tot interpratationibus, & contrarietatibus in Iure orta eſt tanta materia, & fomes accendendi ad lites.

116 Lites Chriſtianam Rempublicam miſerè lacerant, & flagrant incendio vix numquam deflagraturo.

117 Sancta mater Eccleſia quotidie orat Saluatorem noſtrum, vt litium flāmas extinguat.

118 Litigantium tam magna proteruia, & pertinacia vnde proueniat.

119 Curandum eſt ne lites fiant immortales.

120 *Lites diuturnæ ſunt flagella omnium diriſſima.*

121 *Litium diuturnitatem leges odio plus quàm capitali proſequuntur.*

122 *Sacroſanctum Concilium Tridentinum enixè orat omnes Iudices, vt quanto citiùs poſſunt, ſtudeant terminare lites.*

123 *Iura mirum in modum fauent tranſactionibus, quia accelerant finem litibus.*

124 *Tranſactio dicitur quaſi trãſitus ab actione.*

125 *Leges ad hoc vt tranſactiones ſubſtineantur, quædam libenter permittunt, quæ ſunt contra omnes Iuris regulas, & hoc quia ad nihilum reducit lites.*

126 *Tranſactiones ſunt adeo priuilegiata, quod nec etiam reſcripto imperiali reſcindũtur.*

127 *Reſcriptum imperiale impetrans ad reſcindendam tranſactionem, infamia notatur.*

128 *Inſtrumenta omnia, omneſq; probationes, facta tranſactione, reſcinduntur, etiamſi inter partes de hoc nihil actum fuit.*

129 *Poſt tranſactionem non eſt licitum petere pœnam ex veteri cauſa, & de hoc fuit magna quaſtio inter Regẽ Vngaria, & Venetos ex qua natum fuit horribile, & peſſimũ bellũ.*

130 *Tranſactio habet executionem paratam.*

131 *In toto iure non eſt contractus adeo priuilegiatus, & cuius fauore magis ſit ſumenda interpretatio, ſicuti eſt tranſactio.*

132 *Leges ideo tam anxiè anhelant litium expeditionem, quia in hoc tractatur de ſummo fauore Reipublica.*

133 *Lites diuturna ſunt in maximum detrimentum Reipublica, cuius ſtatus, & potentia Ciuium litibus minuitur.*

Ex Litibus diuturnis odia, & diſſenſiones oriuntur, & omnia in maximas anguſtias deducuntur. num. 133.

Ex Ciuium ruina non parum damni Reipublica accedit. num. 133.

134 *Lites ſunt cauſa, vt conſumentur familia in expenſis, & iurgijs.*

135 *Litigantes paſſim propter litium diuturnitatem incidũt in calamitates paupertatis.*

Pauperes facit homines ridiculos. nu. 135.

136 *Teſtes reddunt bonam rationem paupertatis alicuius, ſi aſſerant quem eſſe pauperem propter lites.*

137 *Miſeria eſt comes litis.*

138 *Litigantes regulariter cogi nequeunt ad faciendum compromiſſum.*

139 *Litigantes cogi poſſunt ad compromittendum, ſi iam diu litigaſſent.*

140 *Iudex pati non debet, quod partes deueniãt ad arma, & rixas, cum poſſit eas ſua iuriſdictione componere.*

Iudex poteſt cogere litigantes ad pacem, & tranſactionem faciendam cauſa dirimendarum litium. num. 140.

141 *Ex Litibus longanis oriuntur ſcandala, odia, rixa, diſſidia, homicidia, falſa teſtimonia, & denique omnia mala.*

142 *Lites vocantur cruenta, & funeſta.*

143 *Homines à peſſimis ventis execrandarum litium quatiuntur magnis motibus, & procellis in variorum ſcelerum horrenda pracipitia.*

Abſtine te à lite, & minues peccata, inquit Sapiens. num. 143.

144 *Actibus Dæmonum nihil eſt tam ſimile, quàm litigare.*

Litigia inter grauia peccata, vt plurimum numerantur. num. 144.

145 *Teſtatoris præceptum de non concordando cum aduerſario factum heredi, cum ſit per ſe malum, & contra bonos mores, non eſt obſeruandum.*

146 *Litigans ſi iurauerit ad pacem non venire cum aduerſario, non tenetur tali ſacramento.*

147 *Multi propter lites ad Inferos deſcendunt.*

148 *Litigantes diu, noctuq; manent in continua animi tortura.*

149 *Contritio magna eſt in animo eorum, qui litigant, quouſque lis finiatur.*

150 *Lites illata Clericis, aut Monachis velociter iura decreuerunt, vt expediantur, & quare.*

151 *Litigantium mens à continua turbulentia agitatur, ita vt ad omne aliud negotium inepti ſint.*

Litigantes reſpirare dicuntur die dominico. ſub num. 151.

152 *Lites etiam ex eo capite debellanda veniũt, quia homines in illis diſtenti publicis muneribus vacare nequeunt, & aliorum hominum commodo deſeruire non poſſunt, cum tamen adhoc nati ſint.*

153 *Lites vocantur vana.*

Lites non proſequuntur ſine laboribus, & expenſis. ſub num. 153.

154 *Litigare ditiorum eſt, pauperum verò quieſcere. & vide num. 158.*

155 *Litigantes aliquando tandem laſſi, & fatigati, clamant cum Iſaia Prophet. in cap. 57. In æternum non litigabo, quia tumultus inhæret animabus litigantium.*

Litigantes nonnunquam tandem coacti ſunt

aut

aut liti cadere, vel eam redimere. n. 155.

156 Litis fructus ſunt expenſæ.

157 Litigare quis non poteſt ſine ſumptibus ſi-ne habeat iuſtam, vel iniuſtam cauſam.

158 Lites fugere debet, qui plenam non habet domum &c. vt ait Euripides.

159 Referuntur quædam veriſſimæ ſententiæ, quæ tribuuntur Beatiſſimo Iuo pauperum Aduocato circa acquiſitionem, quæ fit per lites.

160 In procelloſo, & periculoſo litium pelago, contrariis ventis, & turbinibus excitato, multi apparent nantes, & hoc contra illud vulgatum dictum.

161 In Iudiciis frequenter amariſſimus animi rancor, & liuor innaſcitur.

Lites inſanæ ſunt. num. 161.

162 Litigantes, qui poſt tot, tantosq. inſudatos animi, & burſæ, labores portum aliquem attingere nequeunt, quaſi ad deſperationem vltimam deducuntur.

Qui nauigant, pericula narrent. n. 162.

163 Salamon adhortatur, vt quis non contendat cum homine diuite, ne forte ille contra eum moueat litem. & quare hoc.

164 Iuſtitiam licet quis foueat, ſi tamen litiget cum potentioribus, qui ducerent eum per anfractum iudiciorum, debet capere cõcordiam, & ſic conſultum fuit per famoſiſſimos Doctores.

Litiganti pauperi accidit ſicuti furi. n. 164.

165 Laudandus eſt, qui execratur lites.

166 Intentio eius, qui lites execratur, vituperanda non eſt.

167 A lite, qui diſcedit, non dicitur diffidere de iure ſuo, ſed lites execrari viſis tot miſeriis.

168 Commodum magnum conſequitur, qui à lite diſcedit.

Litibus non vexari, valdè noſtra intereſt. num. 168.

169 Litium dirimendarum gratia multa conniuentibus oculis permittuntur, quæ aliàs nullo modo tollerabilia eſſent.

170 Ad Lites euitandas ſæpe non concedenda conceduntur.

Inuitus nemo cogi põt ad litigandũ. n. 170.

171 Odium tam acerbiſſimum quidam in lites conciitarunt, quod malint ius ſuum penitus indiſcuſſum relinquere, potius quàm incidere in horrorem litium.

172 Litium horrorem Sancta Mater Eccleſia à nobis alienum deſiderat, vt legitur quotidie ad Primam. Ne litis horror inſonet.

173 Lites illi, qui abhorrent, ſequuntur ſalubre monitum rerum omnium Opificis, de quo ſcribit Apoſtol. Matth. cap. 5.

Lites amaræ ſunt. num. 173.

174 in Litibus aliquando plus expenditur, quàm non valet res, quæ litigatur.

175 Homines melius facerent, ſi ſe ſumptibus inanibus non vexarent.

176 Litem, qui alicui infert, iudicio fortunæ ſe committit.

177 Res aliqua quãdo eſt indeciſa, & valdè dubitatur de rei euentu, ſolemus dicere, Res ſub Iudice eſt.

178 Ad ſententiam poſt varios caſus, & poſt multa diſcrimina rerum vix peruenitur.

179 Sentẽtia Iudicis æquiparatur caſui fortuito.

180 In Tranſactione eſt impoſſibile probare læſionem, & hoc propter dubium litis euentũ.

181 Ad litem, aliquando quis per vim ducitur, dũ aliter, quod ſuũ eſt, conſequi non valet.

182 Durum eſt, quod quis ex neceſſitate ad litem perducatur, ſed magis durum eſt, ius quod ſuum eſt, amittere.

183 Multi, qui bonum ius fouebant, fato, vel culpa litem perdiderunt.

Lites vocantur pericula. num. 183.

184 Difficile eſt obtinere ſententias, ſed difficilius eſt obtinere rei iudicatæ executionem. & num. 185.

186 Lites rapidæ ſunt, & earũ commoda dura.

187 Sententiarum executio ſi nõ obtineatur, fruſtratorium fuit iudicium, cuius executio tendit in vanum.

188 Nihil prodeſſent, (vt ait Ariſtotel.) de rebus iuſtis iudicia, & ſententiæ, niſi executioni demandarentur.

189 In executione ſtat tota vis, & principalis ſubſtantia iudicii.

190 Alex. & Iaſ. in proœm. C. de execut. rei iud. dicunt, quod ille titulus eſt plenus auro.

191 Homines procliuiores eſſe debent ad componendum, quàm ad contendendum. & hoc conſilium quamplurimi Doctores dant.

192 Rota adhortatur, vt quantum fieri poteſt, obuiandum ſit litibus.

193 Rota ſæpe animaduertere ſolet, ne lites ſuſcitentur.

194 Rota admonet, vt occaſio ſuſcitandi lites tollatur.

195 à Litibus quantum licet, & plus quàm licet (vt ait Marc. Tull.) eſt abſtinendũ, cum non modo ſit liberale, ſed interdum fructuoſum paulum de iure ſuo decedere.

196 Cum pari contendere anceps eſt, cum ſuperiori furioſum, cum inferiori ſordidum.

197 *Lites charitatis mutua vincula diſrūpunt.*

198 *Litigatores ſunt aues, ſorum area, iudicium rete, aucupes verò patroni.*

199 *Litigantes ſequi debent exemplum Iuriſconſultorum, qui rarò litigant, nam ipſi in hoc faciunt, ſicuti piſtores, qui panem ponunt in furnum, & non ſcipſos.*

200 *Doctores rarò litigando, faciunt ſicuti ille, qui præbet venenum alicubi, nam de eo ipſe nequaquam guſtat.*

201 *Litibus inquietatur Iudex, læditur Reſpublica, & partes grauantur ſumptibus, & laboribus, & quid ſit faciendum.*

202 *Tutior eſt certa pax, quàm ſperata victoria.*

203 *Litigantes, vt ait Martialis, miſeri ſunt, & dementes.*

204 *Ouidius hortatur ad fugiendum lites.*

205 *Pax germano, & vnanimi affectu, & indiſſolubilis fœderis nexu retinenda eſt.*

206 *Ex Pace, quæ bona proueniant.*

207 *Doctores non curant de his, quæ non faciunt burſam hydropicam.*

208 *Marianus Soccinus hortabatur ſuos diſcipulos, & ex charitate eis conſulebat, vt quādo erant Doctores, non ſolum perſuaderent, ſed etiam impellerent, & conſtringerent litigare volentes ad pacem, & concordiā.*

209 *Alexand. Tartagn. ſolitus erat dicere, quod legibus vacauit, vt ſciret, non vt eas venderet.*

Lites ſunt tetricæ, & funeſtæ. num. 19.

210 *Budei exclamatio in l. 2. ff de orig. iur. circa tot aceruos voluminum, quæ in iure ſcripta ſunt.*

211 *Veritas perfectiſſima per ampliores homines reuelatur iuxta l. fin. C. de fideicomm.*

212 *Veritas, vt in Iure eruatur in tam varia, verèq. miſeranda opinionum obſcuriſſima farragine, recurrendum eſt ad deciſiones Rotæ Rom.*

213 *Auditores Rotæ Romanæ ſunt duodecim I.C. ex amplioribus, primoribus, & ſapientioribus totius Reipublicæ Chriſtianæ ſcientia, & ingenio fulgentiſſimis.*

214 *Auditores Rotæ Romanæ ſunt tamquam Lucerna ardentiſſima ſupra montem poſita, vt omnibus lumen præſtent.*

215 *Sacra Rota Romana eſt ſplendor Vrbis, & Orbis, & eſt tamquam Lux ſupra Montem poſita, per quam Mons Montium clarior redditur.*

216 *Fulgor, & ſplendor Rotæ Romanæ tantus eſt, quod vniuerſam Mūdi machinā illuminet.*

217 *De Rota Romana aſſeri poteſt, quod ſcriptū eſt in Eccleſiaſt. cap. 12. ibi, Quæſiuit verba vtilia, & conſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritate plenos.*

218 *Romani Pontifices in grauioribus cauſis, quæ ad Sedem Apoſtolicam deuoluuntur Sacræ Rotæ Auditorum iudicio vti non dedignantur.*

219 *Romani Pontifices olim ad relationem Auditorum Sacræ Rotæ iudicabant.*

220 *Ex Reſponſis prudentiſſimis Auditorū Rotæ Decretales Epiſtolæ, quibus conſtatum eſt corpus Iuris Canonici, prodiit.*

221 *Rota Romana, vt quoddam virtutis templum ab omnibus appellari debet.*

222 *Ad Rotam Romanam non ſecus, ac ſitibundus ad limpidiſſimum fontem currendum velociter eſt.*

223 *Ad Rotam Romanam confugiendum tutò eſt tamquam ad Aram, & Sedem iuſtitiæ.*

224 *Io. Baptiſta Mandoſius in Romana Curia Aduocatus præſtantiſſimus &c.*

225 *Rex Galliæ, & Rex Hiſpaniæ, immo & ipſe Auguſtus Imperator, libenter ſe ſubijciunt integerrimæ cenſuræ Rotæ Romanæ.*

226 *Sacrum Conſilium Neapolitanum conſuluit in quodam caſu Rotam Romanam, & iuxtà eiuſdem opinionem iudicauit.*

227 *Auditores Rotæ Rom. meritò gloriari poſſunt, ſicuti Cæſar Auguſtus aliquando iactare ſolebat ſe Romam lateritiam accepiſſe, marmoream reddidiſſe. & quare nu. 228.*

229 *Solis encomia ſecundùm S. Ambroſium.*

230 *Rotæ Romanæ laus, & gloria.*

231 *Rota Romana dum emittit ſuas deciſiones, tunc in eo caſu fugantur omnes tenebræ difficultatum.*

Deciſiones Rotæ Romanæ in hoc caliginoſo, & tenebroſo Iuris vaſto gurgite lumē præſtant, ne infeliciter naufragetur, & ſpem dant attingendi portum. ſub num. 231.

Per Deciſiones Rotæ Romanæ omnia patent, omnia erumpunt, & omnia illuſtrantur. ſub num. 231.

232 *Deciſiones Rotæ Romanæ denſa caligine lucem miram forenſibus negocijs afferunt.*

233 *Deciſiones Rotæ Romanæ manu nos ducunt ad ipſam Iuſtitiam ſolam Dominam omnium, & Reginam virtutum.*

234 *Iuſtitia quid ſit, ſecundùm S. Cyprianum.*

235 *Duce Rota Romana, nec fluctus, nec quiddā aliud timendum eſt, quia voti compotes feliciter erimus. & vide num. ſeq.*

Maieſtas, & authoritas Rotæ Romanæ tanta eſt, vt ſicuti magnes ferrum, ita illa om-

nia

nes gentes attrahit ad ſe ipſam venerandam. ſub num. 235.

236 *Sonus Rota Romana iam in omnem terram exiuit.*

237 *Rota Romana loquente, cuncti reuerenter ſilere debent, non ſecus ac (vt Gentiles aſſerebant) Oraculo Delphico loquente, cætera obmuteſcebant.*

238 *Alexandria, quanti propter admirabilem virtutem erat habita.*

239 *Ad Iuris veram, germanamq; intelligentiā nihil eſt validius, quam quod ex Rota Romana emergit.*

Medici omnes Galeni potius, quàm ſuo vtuntur iudicio. ſub num. 139.

240 *Doctores acquieſcendo opinionibus Rota Romana, non tam videntur in eius opinione, quàm in ipſo Iure acquieſcere.*

241 *Authoritas Rota Romana in tam illuſtri loco repoſita eſt, vt ab ea recedere nefas quodammodo videatur.*

242 *Rota Romana auctoritas, quando habetur, non eſt vlterius quærendum.*

243 *Iudicium vllius ſi nos mouere debet, certè Rota Romana omnium pace, cæteris anteferenda eſt.*

Auditores Rota Romana cum ſint doctiſſimi, prudentiſſimi, & iuſtiſſimi viri, veriſimiliter non errant, & plura vide ſub hoc n. 243.

244 *Inter Iuriſconſultorum antiquorum varias vna de re ſententias, illa valebat, in qua erat excellentiſſimi ingenij vir Papinianus.*

245 *Opinio, cui adhæret Rota Romana, pro firma tenenda eſt.*

246 *Veritas magis perfecta per plures perſpicitur.*

A pluribus, quod videtur prudentiùs decidatur. num. 247.

247 *Deciſiones Rota Romana, maximè ſi pro illis ſæpe iudicatum fuerit, tamquam venerandarum legum dogmata ſeruari debēt.*

248 *Deciſiones Rota Romana tamquam Canones ſeruantur.*

249 *Placita Rota Romana potius diuina quàm humana cenſeri debent, & vox eius Auditorum vox Dei eſt.*

250 *Rota Romana non inſidet fortuna, ſed præſidet ſapientia, & prudentia.*

Referuntur nonnulli verſus S. D. N. Vrbani VIII. Pont. Opt. Max. in laudem Rota. num. 250.

251 *Rota Romana ſi vmquam vbique locorum micauit fide, & integritate, hoc euenit præſenti tempore. & quare.*

252 *Iuriſconſulti ſummi illi, qui legum tenebras illuſtrarunt nobis magis admirationem, quàm ſpem imitationis reliquerunt.*

253 *Auditores, qui hodie in Rota Romana feliciter ſedent, referuntur.*

254 *Auditores hodierni Rota Romana tot Regum ſunt conſeſſus, quot ſunt Auditores.*

Sapiens eſt, vno minor Ioue, diues, liber, honoratus, pulcher; & Rex Regum. n. 254.

255 *Nihil Sol admirabiliùs vidit viro ſapiente.*

256 *Vir ſapiens vbi eſt, ibi Deus eſt in humano corpore hoſpes.*

257 *Sapiens dominatur aſtris.*

258 *Quanta ſit ſapientia in hodiernis Rota Auditoribus, verbis conſequi non poteſt.*

259 *Tellus, & aſtra reſonāt de ſapientia Auditorum Rota Romana.*

260 *Exemplum Thimanthi vetuſtiſſimi Pictoris refertur.*

261 *Auditores Rota Romana tantum ex vberrimis, & chriſtallinis iuris fontibus hauſerunt, quantum vmquam alio mortali haurire fas fuit.*

262 *Auditores Rota Rom. ſunt Iudices totius Orbis, & Sūmi Sacerdotes Iuſtitia. ſub n. 243.*

263 *In ſcrinio pectoris Auditorum Rota Romana omnia iura repoſita ſunt. & vide 264.*

265 *Ptolomei Philadelphi Regis bibliotheca, ſexaginta millibus librorum habebatur Alexandriæ abſoluta.*

266 *In Auditoribus Rota Romana benè conſideratur acies ingenij Platonis, lumen doctrina Ariſtotelis, & flumen eloquentia Demoſthenis.*

267 *Auditoribus Rota Romana quilibet Rex, & Monarcha dicere poteſt: Maior eſt ſapientia, & opera veſtra, quàm rumor, quem audiui.*

268 *Lex 12. tabularum, ſtatuerat circa ordinem Senatorium, vt ille ordo vitio vaceret, & cæteris ſpecimen eſſet.*

269 *Princeps dum præpoſuit fidos ſatrapas populo, poteſt dulci ſomno potiri, Paſtori ſimilis &c*

270 *Areopagitis Rota Romana longe præclarum eſſet potius mori, quàm in nihilo fœdari.*

271 *Auditores Rota Romana ita iuſtitiam exercent, vt cum omnibus ſemper vna atque eadem voce leges loquantur.*

272 *Auditores Rota Rom. ſunt illi, qui inſudant, & acriter certant, atque anfractus litium debellant, & ſunt cauſa, vt à nobis aliena ſint multa horrenda portenta.*

273 *Caput generoſum Auditorum Rota Romana*

digniſſimum eſt vt cingatur triumphali, & victrici fronde.

274 *Legiſlatores olim non Sacerdotes, & Pontifices fuerunt habiti, ſed etiam (quod nos Chriſtiani deridemus) in Deorum numerum fuerunt relati.*

275 *Omnis, qui facit iuſtitiam, ex DEO natus eſt.*

276 *Benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.*

277 *Docti qui fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtellæ in perpetuas æternitates.*

278 *Superuacuis laborat impendijs, qui ſolem certat facibus adiuuare.*

279 *Auditores* Rotæ Romanæ *probati ſunt, tamquam aurum in fornace.*

280 *Fama communis non mentitur.*

281 *Obloquentibus de* Rota Romana, *eorum latratibus non dandum reſponſum.*

282 *Bonorum, & non malorum virorum intuitus animus aggreditur ad opera aggredienda.*

283 *Ille magnus, & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus exaudit.*

284 *Cum Criticis non eſt verbis certandum, ſed modeſtia, rectisq. factis eos vlciſci pulcherrimum eſt.*

285 *Magnum, & honeſtum vindictæ genus eſt ignoſcere.*

286 *Origo opinionum diuerſarum, & contrariarum vnde originem traxerit.*

287 *Inuidioſi viſo tam magno fulgore* Rotæ Romanæ, *& tot diuina virorum ingenia, vehementer admirantur, & tamquam Veſpertiliones nequeunt tantam lucem ſufferre.*

288 *Et non valentes diu retinere conceptam rabiem, & ab odij furiis agitati, dictante ſtultitia venenum indigeſtum ab eorum impuro pectore, turpiter euomunt.*

289 *Moleſtum licet ſit ſubſtinere inuidiam, multo tamen moleſtius eſt nihil habere inuidendum.*

290 *Virtus excellentiſſima vix carere poteſt odio, & inuidia.*

291 *Infelix eſt gloria ſine aduerſario.*

Hoſtes dum deſunt, deeſt etiam cauſa triumphi. num. 291.

Virtus ſine aduerſario marceſcit. n. 291.

Vireſcit vulnere virtus. n. 291.

292 *Deciſiones* Rota Romana *in qua veneratione ſint habendæ.*

293 *Libri Genio indigent.*

294 *Libri non ſunt, vt ait S. Hieronymus, ſicuti vinum, quòd eò antiquius, eò pretioſius.*

D I V I N I
H V M A N I Q V E
I V R I S P E R I T I S,
A C S T V D I O S I S O M N I B V S
PAVLVS RVBEVS IVRISCONSVLTVS
R O M A N V S F.

ADMIRATIO ingens
facilè vos inuaſit, &
temeritatis vitio me
forſitan inculpabitis,
Excellentiſſimi Domi-
ni, cur in hac glorio-
ſa Vrbium Regina vbi
florent tot, tantiquè
Viri in Sanctiſſima Iu-
1 riſprudentiæ † Sapientia, (vt ore Vlpiani lo-
quar in *l. Preſes. 1. §. proinde. verſ. eſt enim res*
quidem ſanctiſſima ciuilis ſapientia ff. de var.
& extraordin. cogn.) maximæ quidẽ auctoti-
tatis, & celebritatis, ego eorum omniũ ſcien-
tia, & ingenio longè poſtremus, & vt verum
fatear, tali nomine prorsùs, penitùſq; indi-
gnus, & præſertim in adoleſcentia mea; quo
ſpiritus ſtimulo pulſus, aut qua Genij aura
euectus, hanc, necnon ſuperiores duas par-
tes Deciſionum magni, & ſupremi Vrbis &
Orbis Tribunalis in lumine publico ponere
ſim auſus, itaut non incongruum erit allega-
re illud vulgatum dictum,

2 *Dum crepitant rauca, canora ſilent.*

Et ero ſicut alter Phormio, qui cum penitùs
eſſet ignarus Rei militatis, nihilominus de ea
3 non erubuit coram † Anibale diſputare, & iu-
re de eius audacia conquæritur *Marc. Tull.*
& ex noſtris referunt *Aleiat. in tract. de quin-*
que ped. præſcript. in concluſ. & Sebaſtian.
Horman Repertor. Sent. & Regul. Iur. in prælud.
Sed tantiſper ceſſet admiratio, quia plures
fuerunt cauſæ, quæ mouerunt me, vt ſelige-
rem, & in omnium hominum conſpectu po-
nerem inæſtimabilem theſaurum Deciſionũ
Areopagi mundi, & omnium potentiſſima
fuit publica, & communis vtilitas, cum om-
4 nes † natura impellamur, vt prodeſſe velimus
quamplurimis, & ideo ad omnium vtilitatẽ
hilariter ſuſcepi tale opus, & feliciter pro-
5 ſequor, nam & nos † Reipublicæ naſcimur,
vt ex noſtris, inquit Vlpianus *in l. ſicut libe-*
rorum. 1. §. & generaliter. verſ. verum etiã Rei-
publicæ naſcitur &c. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt.
vbi gloſ. in verb. Reipublicæ, *adducit concordã-*
6 *tes*. Quod enim collectio & editio † Deciſio-
num Rotæ Romanæ ſit PERQVAM VTILIS
REIPVBLICAE, in confeſſo eſt apud omnes,
& præſertim de hoc amplam fidem facit *Lu-*
douic. Gomeſ. Epiſcopus Sarnenſ. in ſuis Commẽ-
tariis ad Regul. Cancellar. in Epiſtol. nuncupa-
tor.

Digitized by Google

digniſſimum eſt vt cingatur triumphali, & victrici fronde.

274 *Legiſlatores olim non* Sacerdotes, *& Pontifices fuerunt habiti, ſed etiam (quod nos Chriſtiani deridemus) in Deorum numerum fuerunt relati.*

275 *Omnis, qui facit iuſtitiam, ex DEO natus eſt.*

276 *Benedictionem dabit legiſlator, ibunt de virtute in virtutem, videbitur Deus Deorum in Sion.*

277 *Docti qui fuerint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, & qui ad iuſtitiam erudiunt multos, quaſi ſtella in perpetuas æternitates.*

278 *Superuacuis laborat impendijs, qui ſolem certat facibus adiuuare.*

279 *Auditores* Rotæ Romanæ *probati ſunt, tamquam aurum in fornace.*

280 *Fama communis non mentitur.*

281 *Obloquentibus de* Rota Romana, *eorum latratibus non dandum reſponſum.*

282 *Bonorum, & non malorum virorum intuitus animus aggreditur ad opera aggredienda.*

283 *Ille magnus, & nobilis eſt, qui more magnæ feræ latratus minutorum canum ſecurus exaudit.*

284 *Cum Criticis non eſt verbis certandum, ſed modeſtia, rectisq. factis eos vlciſci pulcherrimum eſt.*

285 *Magnum, & honeſtum vindictæ genus eſt ignoſcere.*

286 *Origo opinionum diuerſarum, & contrariarum vnde originem traxerit.*

287 *Inuidioſi viſo tam magno fulgore* Rotæ Romanæ, *& tot diuina virorum ingenia, vehementer admirantur, & tamquam Veſpertiliones nequeunt tantam lucem ſufferre.*

288 *Et non valentes diu retinere conceptam rabiem, & ab odij furijs agitati, dictante ſtultitia venenum indigeſtum ab eorum impuro pectore, turpiter euomunt.*

289 *Moleſtum licet ſit ſubſtinere inuidiam, multo tamen moleſtius eſt nihil habere inuidendum.*

290 *Virtus excellentiſſima vix carere poteſt odio, & inuidia.*

291 *Infelix eſt gloria ſine aduerſario.*

Hoſtes dum deſunt, deeſt etiam cauſa triumphi. num. 291.

Virtus ſine aduerſario marceſcit. n. 291.

Vireſcit vulnere virtus. n. 291.

292 *Deciſiones* Rotæ Romanæ *in qua veneratione ſint habendæ.*

293 *Libri* Genio *indigent.*

294 *Libri non ſunt, vt ait S. Hieronymus, ſicuti vinum, quò eò antiquius, eò pretioſius.*

DIVINI

DIVINI HVMANIQVE IVRIS PERITIS, AC STVDIOSIS OMNIBVS

PAVLVS RVBEVS IVRISCONSVLTVS ROMANVS F.

ADMIRATIO ingens faciſè vos inuaſit, & temeritatis vitio me forſitan inculpabitis, *Excellentiſſimi Domini*, cur in hac glorioſa Vrbium Regina vbi florent tot, tantiquè Viri in Sanctiſſima Iu-
1 riſprudentiæ † Sapientia, (vt ore Vlpiani loquar in *l. Præſes. 1. §. proinde. verſ. eſt enim res quidem ſanctiſſima ciuilis ſapientia ff. de var. & extraordin. cogn.*) maximæ quidẽ auctoritatis, & celebritatis, ego eorum omniũ ſcientia, & ingenio longè poſtremus, & vt verum fatear, tali nomine prorsùs, penitùſq; indignus, & præſertim in adoleſcentia mea; quo ſpiritus ſtimulo pulſus, aut qua Genij aura euectus, hanc, necnon ſuperiores duas partes Deciſionum magni, & ſupremi Vrbis & Orbis Tribunalis in lumine publico ponere ſim auſus, itaut non incongruum erit allegare illud vulgatum dictum,
2 *Dum crepitant rauca, canora ſilent.*
Et ero ſicut alter Phormio, qui cum penitùs eſſet ignarus Rei militaris, nihilominus de ea
3 non erubuit coram † Anibale diſputare, & iure de eius audacia conquæritur *Marc. Tull.* & ex noſtris referunt *Alciat. in tract. de quinque ped. præſcript. in concluſ. & Sebaſtian. Horm. in Repertor. Sent. & Regul. Iur. in prælud.*

Sed tantiſper ceſſet admiratio, quia plures fuerunt cauſæ, quæ mouerunt me, vt seligerem, & in omnium hominum conſpectu ponerem inæſtimabilem theſaurum Deciſionũ Areopagi mundi, & omnium potentiſſima fuit publica, & communis vtilitas, cum om-
4 nes † natura impellamur, vt prodeſſe velimus quamplurimis, & ideo ad omnium vtilitatẽ hilariter ſuſcepi tale opus, & feliciter pro-
5 ſequor, nam & nos † Reipublicæ naſcimur, vt ex noſtris, inquit Vlpianus *in l. ſicut liberorum. 1. §. & generaliter. verſ. verum etiã Reipublica naſcitur &c. ff. de ventr. in poſſeſſ. mitt. vbi gloſ. in verb. Reipublicæ, adducit concordã-*
6 *tes.* Quod enim collectio & editio † Deciſionum Rotæ Romanæ ſit PERQVAM VTILIS REIPVBLICAE, in confeſſo eſt apud omnes, & præſertim de hoc amplam fidem facit *Ludouic. Gomeſ. Epiſcopus Sarnenſ. in ſuis Commẽtariis ad Regul. Cancellar. in Epiſtol. nuncupator.*

Digitized by Google

tor. ad fe.re. Paulum Tertium, vbi etiam ele-
7 *ganter ſubdit*, quod per dictas † Deciſiones
cauſarum patroni, cæteriq. Cauſidici inſtru-
8 untur, Iudices † quid agere debeant admo-
nentur, & tanquã adhibitis luminibus litium
tenebris fugatis CHRISTIANAE REIPVBLI-
9 CAE † STATVS ROBORATVR &c.

Nimis enim clarum eſt, & libenter hoc aſ-
10 ſero, quòd in Deciſionibus Rotæ † Romanæ
mira dexteritas agendi cum magno acumine
coniuncta inſpicitur, & ſic perſcrutatur ve-
ritas, & ſic perſcrutata diſponitur, & ſic diſ-
11 poſita, † rationibus illuſtratur vt non ſit ita
facilè verbis aſſequi, & veluti in amæniſſimo
viridario, quid magis veniat admirandum in
dubio hæreat, & iure dici poteſt quod dictæ
12 Deciſiones † ſint Iuriſconſultorum pulcher-
rimi deliciarum Campi, & egregiè cani po-
teſt cum Mantuan. Poeta.

O decor, ò campi dulces, ò gloria Cœli.

itaut meritò guſtãdo dictas delicias *Io. Petrus
Surd.* exoptauit eis ſaturari, & ideo anxiè ex-
clamãdo fatetur *in conſ.403.n.84.in fin lib.3.*
13 quod numquã ſatiari † poterat lectione deci-
ſionũ Rotę Romanæ eò quia tãta in eis gra-
uitas, tàm reſoluta doctrina, tàm firma ſcien-
tia cum verborum pondere emicat &c. Inſu-
per *Sebaſtian. Vant.* qui quoque ipſe præli-
bauit ſupradictas delicias pro æterno Enco-
mio Rotæ Romanæ ſcriptum reliquit *in tra-
ctat. de nullitate tit. de nullitat. ex defectu Iu-*
14 *riſdiction. &c. n. 17.* quod † dictæ Deciſio-
nes vbiquè gentium tamquam ſtellæ firma-
menti corruſcãt, & ſunt præcipuæ IVSTITIAE
IVBAR, AC TOTIVS ROMANAE CVRIAE
SPLENDOR, ET GLORIA &c. & de hoc nõ
eſt mirandum; nam vt ait *Quintilianus Man-
doſ. in praxi commiſſ. formul. 14. in verb. Audi-*
15 *torio*. Quòd duodecim † Rotæ Romanæ AV-
DITORES ſunt duodecim SALAMONES &c.
& de eis plura, & pulchra dicam infra, hic
tamen pergamus aliqua dicere circa vtilita-
tem typis mittendi Deciſiones, quæ cum
16 proſpiciant † humano generi, rectè ad in-
ſtar legis vocari poſſunt, facit ad hoc *text. in
l. lege. & ibi Bald. ff. de legitim. hared.* immò
etiam dici poſſunt deciſiones ipſæ fauorabi-
17 les, † quemadmodum & lex ipſa dicitur fa-
uorabilis dum concernit publicam vtilitatẽ.
*l. dotis. cauſa. 1. ff. ſolut. matrim. & l. ad inſtruc-
tionem. C. de Sacroſanct. Eccleſ.*

Intantum quod attingendo præſentis ſpe-
culationis centrum quo ad dictam editionem
Deciſionum, læta fronte expendo verba Imp.
noſtri Iuſtiniani *in l. & nomen. 1. §. final.* ibi.
18 Hæc omnia ad † vos Patres conſcripti duxi-
mus eſſe ſancienda, vt nemini maneat inco-
gnitus noſtræ beneuolentiæ labor, ſed edictis
ex ſolemnitate à noſtris Magiſtratibus pro-
poſita omnibus innoteſcat &c. *C. de caduc.
tollend.*

Non immeritò igitur iam teſtatũ reliquit
Ioan. NeuiZan. in Syl. Nuptial. lib. 5. n. 62. quod
19 benè faciunt, & laudandi ſunt, † qui in lucẽ
edunt Deciſiones, vt deueniant ad notitiam
omnium, vt poſſint ſcire, quomodo partes
in litibus habeant ſe continere, & quibus opi-
20 nionibus adhærere &c. Immò & quod † ho-
noribus ampliſſimis cumulandi ſint illi, qui
in lucem edunt libros ad publicam vtilitatem
ſpectantes, etiam ſi ab alijs eos ſubripuerint,
videatur textus expreſſus *in l. neceſſariũ. 2. §.
Gneus Flauius Scriba. ff. de origin. iur.* & de
hoc etiam latius dicam infra, ſicuti alia quo-
que de magna vtilitate editionis deciſionum
Rotæ Romanæ.

Alia etiam cauſa, quæ me impulit, vt in
lucem darem placita Rotæ, eſt, nam vt enar-
21 rant hiſtoriæ, † eum repentino quodam apud
Corinthios rumore percrebuiſſet, Philippũ
Regem Macedonum, Vrbi cum vaſto exerci-
tu imminere, ciuesq. ad obſidionem feren-
dam impigrè, quæ forent ex vſu, paraſſent,
narratur ille Diogenes depoſito philoſophi-
co, & pileo, & pallio ſordidatus, & ſqualore
obſitus, dies aliquot ſuum illud dolium, quaſi
quippiam magnum moliturus, per Collem
Vrbi vicinum, nouo quodam, & antea nun-
quam viſo laboris genere plurìes ſurſum, ac
deorſum varijs, diuerſiſq. modis voluiſſe, &
reuoluiſſe, Quod cum plerique mirarentur,
atque adeo inuſitato rei ſpectaculo attoniti,
& quid inſueta hac vaſis volutatione ſignifi-
22 caret, rogarent, reſpondit, † ne ipſe alijs om-
nibus negocioſis, ſolus otioſus viderer.

Intelligetis, ni fallor, quid ex hoc inferre
vellem. Cum enim ſimus in eo ſeculo, in
quo omnes ferè, qui literis operam nauant,
23 plura † certatim edendo, (& vtrum hoc in
iure bene ſit latè infra dicam,) ita de literis,
& poſteritate bene merentur vt mirabile ſit
dictu, & tàm felici prouentu res literaria
24 augetur, † vt nihil addi poſſe videatur, &.
quemadmodum rerum magnitudo præſtan-
25 tia ingenia euocauit, † ita ſcriptorum præ-
ſtantia rerum magnitudinem adæquauit,

Me-

Mediante enim Diuini Numinis aura re-
26 ceſſit ab aula, † impium illud præceptum, &
prophanum dictum λαθε βιώσας, Neolis
Athenienſis quod olim in hominum animis
radices aliquas fixerat, ſcilicet, *vt quiſque po-
tiùs lateat, quàm velit irradiare ſcriptis, &
exemplis &c.* quæ inſipiens opinio abſit ſem-
per à viris virtute præditis, ſuſurret etiam, &
27 dicat quidquid vult Ouidius in 4. de Triſtib.

*Crede mihi, bene qui latuit, bene vixit, & intra
Fortunam debet quiſque manere ſuam.*

qui ſe ſubſcribere videtur Horatius Epiſtol.
lib. 1. ad Sæuam dicens:

Nec vixit male, qui natus, moriensq. fefellit.

nam & ipſi, qui hoc dixerunt, latere nolue-
runt, & cum ſuis ſcriptis ſe immortales red-
28 diderunt; putari † enim longe abſurdum de-
bet, vitam ſilentio tranſigere, veluti pecus,
quæ eſt natura prona, ventriq. obedientia
29 finxit, vt inquit Saluſt. Et ſicuti † triſte eſt
homini diuiti decedere ſine hærede. *§. adhuc
autem Inſtit. de bonor. poſſeſſ. & l. & quia. &
ibi gloſ. in verb. ſucceſſores. ff. de interrogat. act.*
Ita quoque miſerrimum iudicari debet, ha-
benti à DEO Optimo Maximo gratiam
30 intellectus poſteris ſuis, id eſt ſtudioſis † nul-
lum ſcriptum relinquere, quo poſſint velut
hæredes intellectus aliqualiter conſolari, vt
inquit *Bald. in proœm. Decretal. ſub n. 3. & in
prælud. feud.* Quod dictum mirificè extollit
*Iaſ. pariter in prælud. feud. verſ. verum vt præ-
clarè &c.*

Et quidem egregiè dixit *Plinius Iun. ſcri-
31 bens Ruffo.* ibi, cum nobis denegetur † diu
viuere, aliquid relinquamus, quo nos vixiſ-
ſe teſtemur. *Et Flauius Vegetius de re milit.
32 lib. 1. cap. 4* elegantiſſimè ait. Quod ea † quæ
fortiter fiũt, vnius ætatis ſunt, quæ verò Rei-
publicæ cauſa ſcribũtur, æterna ſunt, & ex no-
ſtris inquit Albericus *in proœm. Cod. in princ.*
Quod omnium hominum maximè intereſt,
vt quemadmodum ipſi antiquorum labori-
33 bus ditati ſunt, ita † & ipſi laborent, vt po-
ſteri ab ipſis ditentur. Et de laudibus Docto-
rum, qui edunt libros, *Luc. de Penn. in l. mu-
lieres n. 14. C. de dignitat. lib. 12. & Caſſan. in
Catalog. Glor. mund. par. 10. conſider. 29.* aſſerũt
34 dictos DD eſſe præferendos † alijs, cum ſint
tanquam Stellæ in firmamento cæli, & non
ſolum arbitrantur palmas, & coronas his tri-
bui oportere, ſed etiam triumphos, & inter
Deorum ſedes eſſe collocandos. Et ad hoc
addo id, quod enarrant hiſtoriæ de Octauian.
Auguſto, qui poſtquam M. Antonio, Cleo-
35 patraq. in Aegypto deuictis † Alexandriam
ingreſſus fuiſſet, quod primùm in ea Vrbe
optauit conſpicere Alexandri Magni corpus
fuit, quod non verborum ſolum, ſed etiam
coronæ proſecutus honore, totum fragran-
tibus conſperſit floribus. Rogatus poſteà an
Ptolemeorum Aegypti Regum cadauera in-
ſpicere etiamnum vellet: Reſpõdit ſe Reges,
& non mortuos videre velle, graui oſtendens
teſtimonio inter eos vnum eſſe Alexandrum,
qui fama, & virtute viuebat, ſed ne longior
in hoc ſim, alia non referam.

Excitatus igitur à tot doctiſſimis viris, &
præſertim à D. Theodoſio Rubeo Priuernate
S. Theologiæ, & I. V. D. patre amantiſſimo,
36 viro † inter doctiſſimos celeberrimo, de
quo, eiuſquè operum laudibus, quicquam
in medium afferre abſtineo, nè, vel me ipſum
laudarem, cum lex quaſi non diſtinguat per-
ſonam patris à perſona filij, prout etiam in
ſimili occaſione dicit Ioannes Baptiſta Ce-
phalus *in princ. 5. vol. conſil. Ioan. Cephali* eius
patris, vel nimis errarem, nam quod per ſe
laudatum eſt, commendatione non indiget,
& facit dictũ Horat. *In Syluã non ligna feras.*
ipſa enim res ſe oſtendit, vt inquit *Vlpianus
in l. :: ff. de reſtit. in integ.* Nam qualis, &
37 quantus ſit, abundè teſtificantur † eius opera
edita, & præſertim Singularia Deciſionum
Sacræ Rotæ Romanę in ſex partes diſtributa.
Et obſeruationes etiam extant, nondum ta-
men impreſſæ Practicarum Iuris Concluſio-
num ex multis Deciſionum Rotæ Romanæ
collectæ ſex voluminum numerum exce-
dentes.

Vnde Stephanus Gratianus *in 2. tom. di-
ſceptation. forenſ. cap. 288. ſub n. 17.* Eum no-
38 minat Virum omnium Scientiarum † gene-
re præſtantiſſimum. Quantum enim præex-
cellat in Mathematicis diſciplinis, omnibus
notum eſt, & iam olim Chriſtophorus Cla-
uius in rebus Mathematicis noſtri temporis
facile princeps in libro de noua deſcriptione
Horologiorum in principio ponit eiuſdem
D. Theodoſij inuentionem de nouo Qua-
drante, & vocat eum Virum eruditum, & in
rebus Mathematicis peritiſſimum. Intantũ
quod propter eius excellentem peritiam in
dictis mathematicis diſciplinis dum Pragæ
anno 1591. moram duceret, ab Inuictiſſimo
Romanorum Imperatore Rodulpho ſecundo
in Sacri Romani Imperij nobilium numero

ad-

adſcriptus fuit, in perſona Petri Rubei eius
patris, & totius familiæ, cuius diploma ha-
betur in eius ſecundo Tomo Singularium in
principio.

Multa, & præclara opera, & opuſcula in
39 lucem dedit, † quorum nonnulla recenſet
*Leo Alatius de Viris Illuſtribus in littera T. in
§. Theodoſius Rubeus &c.* & plura alia deinde
compoſuit, & præſertim (ne longior ſim ad
ea enumeranda) vltimam manum appoſuit
Praxi Romani Calendarij à Gregorio XIII.
reſtituti. continens Lunarium Eccleſiaſticũ
perpetuum ab anno 1582. vſque ad annum
28400. & ad vlteriores futuros annos certis
temporibus adhibita æquatione.

Excitatus autem, vt dicebam, à tot do-
ctiſſimis Viris, ego etiam pro mea tenuitate
in medium cum illis prodire niſus ſum longè
quidem ac multum diſpari facultate, ſed non
diſpari voluntate, & ad hoc me adhortante
Ouid. ad Ruffinum dicente,

40 *Vt deſint vires tamen eſt laudanda volũtas.*

Et malui potiùs exemplo Diogenis dolium
41 ſurſum, † & deorſum reuoluere, quàm inter
oſcitantes nihil memoria dignum agens vti
feriata acies ferrugine obtegi.

Et quamuis pro indubitato habeam, quod
ob ingenij imbecillitatem ſperare nõ poſſum,
nec debeo, vt præſtantibus viris placeam, at
certè conſequar nunc ſeligendo, & publici
Iuris faciendo has magni Areopagi Romani
deciſiones, & iam admaiora inſudo, & ſi de-
dignamini, quòd ego nullius ſim auctorita-
tis, fingite quòd Deciſiones iſtæ in lucem
ſint editæ ab aliquo grauiſſimo, & locupletiſ-
ſimo ſcriptore, vt in ſimili occaſione ratio-
cinatur. *Ranald. Ridolf. in tractat. de ratione
& modo ſcribend. libros &c. poſt princ.* finga-
tur enim, quod in lucem edantur, ſi magis
libet ab Origene, qui tot millibus librorum
Mundum repleuit, nam vt ex noſtris refert
Alberic. in ſuo Dictionar. in verb. Origenes,
42 ſex † millia volumina ſcripſit, quemadmo-
dum etiam olim Lacedæmones, vt teſtis eſt
43 *Plut. in polit. fol. 3.* bonam † ſententiam à ma-
lo viro in Senatu dictam, iubebant ab alio
probo, & gratioſo dici, vt magis placeret &
44 quaſi vinum ex † vili vaſe in pretioſum trãſ-
fuſum, gratius euadat.

Communicando igitur Deciſiones has cũ
argumentis, ſummarijs, & indicibus locuple-
tiſſimis, omnibus Populis, qui legibus, & mo
ribus reguntur, exiſtimo munus eis offerre
gratiſſimum, & mihi perſuadeo, quod non
45 minus gratum erit, quàm † fuit Populo Ro-
mano libellus de legum actionibus ei oblatus
à Gneo Flauio; quem ipſe furatus fuit Appio
Claudio, qui compoſuerat dictum librum, de
qua re habemus *tex.* de quo dixi ſupra *in l.
neceſſarium 2. ff. de orig. iur.* & tale factũ adeo
arriſit Populo Romano, quod honoribus am-
pliſſimis dictum Gneum cumulauit, nam vt
legitur *in d. l. 2. in §. & adeo gratum fuit id*
46 *munus.* Fuit † enim Tribunus Plebis creatus,
& Aedilis curulis, & inde non ius Claudia-
num, ſed ius Flauianum fuit appellatum, vn-
de *gloſ. ibi in verb. Tribunus.* de hoc quaſi
admirata notabiliter animaduertit, quod
47 præmium † conſequitur quis ex dolo ſuo.

Deciſiones tamen iſtæ forſitan gratiores
erunt, quia non ſubreptas, ſed Sacra Rota
annuente, omnibus offero, longe enim abſur-
dum eſſet, vt tantus labor apud quemquam
ignotus eſſet, vnde dicitur *in Eccleſiaſt. c. 12.*
48 Scientia † abſcondita, & theſaurus inuiſus in
vtriſque, quæ vtilitas? Quaſi dicat, nulla. Et
Seneca ait in Epiſt. 6. circa med. ibi, quod SI
49 CVM HAC EXCEPTIONE † DETVR SCIEN-
TIA, VT INCLVSAM TENEAM, NE ENVN-
CIEM, REIICIAM. Et non facere ſicuti enar-
ratur de Alexandro Magno, qui corripuit
50 Ariſtotelem † eius præceptorem ex eo quod
libros de naturali auſcultatione edidiſſet, cu-
piebat enim ille Rex magnus eos ſibi eſſe
proprios, & vt poteſtate, & gloria, ita rerum
cognitione cæteris mortalibus anteire, & ſic
priuare omnes tali admirando opere tantoq.
Philoſopho digno.

Quid enim hodie deſiderabilius publici iu-
ris fieri poteſt, quàm deciſiones Sacræ Rotæ
Romanæ, cuius auctoritas adeo in dies cre-
51 uit, vt † ad ſummum perueniſſe videatur,
itaut nulla ferè in toto Orbe Chriſtiano ſit
Natio, nulla Prouincia, nullaq; Ciuitas, à qua
52 Deciſiones Romanæ Rotæ auidè non poſtu-
53 lentur, & iſtæ ſunt † illa oracula, quæ per
omnia Tribunalia, & Fora magna omnium
admiratione proferuntur. Et quilibet cum
54 ardenti † deſiderio has Rotæ Romanæ Deci-
ſiones in lumine publico poſitas ardẽter aſpi-
cere ex imo pectoris ſuſpirat. Et ſi *Franciſ-
cus Viuius in Sylua communium opinion. opin.
398. ſub num. 18.* teſtatum reliquit, quod ſi
55 Sacroſancta Neapolitana Rota † accingeret
ſe adimprimendum omnes articulos hacte-
nus in ea occurſos, ventilatos, & deciſos, fe-
lix quippe noſtra ætas vocari poſſet &c.

Quid

Quid enim dixiſſet, & quæ ſuſpiria emiſiſ-
ſet egregius ille Doctor, ſi contigiſſet ei de-
ſiderare, vt ad publicam vtilitatem in om-
nium hominum conſpectu exirent omnia
ferè Oracula Rotæ Romanæ, quæ (teſte eo-
dem *Viuio in epiſtola nuncupatoria ad tertiū,*
& quartum librum Deciſionum Regni *Neapo-*
56 *litani*) Principatum, † & Monarchiam inter
omnia Orbis Tribunalia glorioſè obtinet, &
ſicut Sol inter minora ſydera, ſic Rota Ro-
57 mana inter alias † Rotas præfulget,emicatq.
ego enim earum ſummam, & incredibilem
vtilitatem forſitan adumbrare poſſem; nam
illam exprimere, & ad viuum effingere pe-
nicilli mei imbecillitas prohibet; abſit enim
dum viribus meis maiora confido temerita-
tis vitio notari, & hoc admonere videtur
Horat. in art. poetic.

Sumite materiam veſtris, qui ſcribitis, æquam
Viribus . . . .

Solum tamen dicam, quod licet tempus
in omne laudabile fuit in cauſis extendendi
deciſiones, & hoc inter alias cauſas, vt pars,
58 quæ † in lite ſuccubuit ſua ſorte contenta re-
maneat, non ignorando cauſas, quare ſupe-
rata fuit, pietatis enim officium poſtulat, &
ratio æquitatis exigit, vt qui mœrore dimiſ-
ſus eſt, conſolatione etiam releuetur, aliàs
adderetur afflictio afflicto contra text. *in l.*
iure ſuccurſum.ff.de iur.dot.

59 Ideo benigni illi Auditores † humanitate,
cum grauitate coniuncta, pleni (quales etiā
erant Areopagitæ illi Athenienſes. ſcribit
Athen.Dipnoſoph.lib.13.cap.7.& lib.14.cap.3.)
Vnde & prouerbialis extat ſenarius, & ex no-
ſtris refert *Alciat. in l.vt reſponſum num.* 11.
C.de tranſact. ſcilicet

60 *Humaniores reddit eruditio.*

61 vltrà quod † Iuſtitia vera miſerationem ha-
bet, falſa verò dedignationem, & ſuperbiam,
iuxta can.vera iuſtitia compaſſionem habet. di-
*ſtinct.*45.Propterea in dictis deciſionibus ſo-
lent enarrare cauſas,cur pars victrix palmam
obtinuit, & quare pars victa debellata remā-
ſit, quaſi velint ſuperatæ partis lamentatio-
nes, dulci voce lenire, & placido ſermone
eius quærimonias placare, & valido quodam
Pharmaco ſatagunt eius dolores mitigare,&
ſi poſſibile eſſet afflictum, & languentem ani-
mum in totum ad hilaritatem reuocare.

Si igitur ſemper laudabile fuit, vt ſupra
dixi, in cauſis extendere deciſiones, multò
tamen laudabilius eſſet eaſdem deciſiones,
vt omnibus communes eſſent, in lucē edere.
& ſic non ſolùm mœrentes recrearēt, verum
62 etiam † litigare volentibus optimum conſi-
lium darent, ne in vaſto litium Oceano tam
facilè ſe præcipitarent, videndo eorum vel ſi-
63 miles † caſus iam occurſos, trutinatos,libra-
tos, & deciſos in ſupremo Orbis Tribunalis
per Iuriſconſultos doctiſſimos, & ſapientiſſi-
mos, qui omnium ſagacius pretioſa legū aro-
64 mata † odorant, ſacratiſſimarum ſanctionū,
ſuauiſſimum ſuccum omniū dulcius guſtant,
vtriuſque iuris occulta myſteria omniū per-
fectiùs hauriunt,acutiùs penetrant, & veriùs
interpretantur.

65 Et non temerè, aut fortuito ventilatos, † ſed
maturo conſilio,rigidiſſima ſpeculatione,in-
tegerrima cenſura, ſaniſſimo iudicio, incre-
dibili diligentia, & indefeſſo labore (& quaſi
ne dicam, quod pro iuſtitia agonizant iuxta
Eccleſiaſt. cap. 4.) atque puriſſimo veritatis
tantum aſſequendæ zelo, digeſtos, definitos,
& reſolutos, & perfectius, quàm in quoli-
bet alio loco Mundi ſic atteſtante *Bellamer.*
in concluſ.37. ſub titul. de appellat. in fin. vbi
66 ait, Quòd non † eſt locus in Mundo, vbi cau-
ſæ, ita benè terminentur ſicuti in Rota Ro-
mana, vt experientia docet, & hoc facit co-
pia peritorum, quæ ibi eſt, & diſertiſſimus
modus cauſas audiendi, conſulendi, & deci-
dendi, qui ibi habetur.

Vbi eſt ille Oratorum quaſi Deus, Marc.
Tullius flos, & tuba Romana Eloquij (ſecun-
dum *gloſ.noſtram in l.vniuerſos* 1. *§.ſin autem.*
in uerb.in iis. C. de ſtud. liberal. Vrb. Romæ,)
vt cum illo aureo orationis flumine has de-
ciſiones ſupremorum Iuriſconſultorum ſplē-
didiſſimis titulis ornaret, atque vſque in
Cœlum ferret, nam & etiam ille Iuriſcōſul-
tus fuit, & quantùm huic ſcientiæ præ cæte-
67 ris tribuerit, cum ſit † omnium diſciplinarū
nobiliſſima, imò Domina, & Regina omnia
eius opera fidem amplam præſtant, & ſæpè
68 enixè ſuadebat, † quod nihil diligentius re-
tinendum erat, quàm ius ciuile, quo ſublato
exploratum eſſe nemini, quid ſuum, quid
alienum, quid à patre accepturus, quid libe-
ris porrò relicturus eſſet, nihil denique inter
mortales æquale, nihil conſors remaneret;
cum & illud pulchrè florere faciat, quodcū-
que aſpexerit, & regalibus ſuis ſceptris om-
nia complectitur, fouet, tuetur, moderatur.

Et inſuper tam vltrà deuenit, quod eius
profeſſores Dijs ipſis adæquauit, nam in *lib.*

1. de

69 1. *de Oratore* dixit, quod Domvs vnivs-
cvivsqve ivrisconsvlti oracvlvm est
civitatis, quia Ciues ad eos euntes de re-
bus ſuis incerti, certi poſtea dimittuntur, &
ex noſtris hoc referunt *Natt. in conſil. 1. nu. 2.*
& Decian. in Apologia contra Alciatum cap. 3.
num. 4.
Sed vt ad Deciſiones Rotæ Romanæ reuer-
tar, adducam illud, quod ſolitus erat dicere
haud obſcurus, & inglorius Seneca, nempe
70 quod opiniones hominum ſunt † ſicuti ho-
rologia pulſantia, de quibus quando plures
adſunt in vna Ciuitate, rarò ſimul conueniũt
ad pulſandum eandem horam; & ideo ſi quis
deſiderat ſcire quota hora diei ſit, ſentit vnũ
horologium, quod pulſat, verbi gratia vige-
ſimam horam, aliud decimam nonam cum
dimidia, aliud vix pulſauit decimam octa-
uam &c. Et ſic dubius erit ob talem varieta-
tem, cui fidem adhibere debeat; & in hac du-
bietate ni fallor, adibit aliquod horologium
71 Solare, & hora ab eo demonſtrata † pro certa
habebit; nam cum dictum horologium ſit
moderatum à regulatiſſimo curſu cœleſti, nõ
poteſt vitiari in vmbris gnomonum, niſi cę-
li motus (quod Omnipotens auertat) cor-
rumpatur.
Sic etiam affirmari poteſt, quod ſint opi-
niones ſingulorum Doctorum, ſcilicet quod
72 imitentur † horologia pulſantia, nàm in vno,
eodemq. articulo ſic variè, & hinc inde pu-
gnantes inuicem, & contrarias proferunt ſen-
tentias, vt abſurdum ſit dictu, itaut benè fa-
73 cit dictum illud *Comici in Phorm.* quod † ex
tribus Conſultoribus, vnus affirmat, alter
negat, tertius verò deliberandum putat. Vi-
detur enim res vix credibilis, quod inter eos,
74 qui † vnam, eamdemq. diſciplinam profitẽ-
tur, qui eiſdem ſunt inſtituti præceptis, qui
cum eodem doctrinæ lacte nutriti, & educati
ſunt, qui in eiſdem legibus ſtudent, & qui
eiſdem ſententijs, definitionibus, ac verbis
vtuntur, nihilominus vnus alteri non cohæ-
ret, & in eadem rarò conueniunt ſententia.
Ita vt ſi quis ad concordiam eorum opi-
niones vellet reducere, ei eueniret, quod ac-
cidit Lucio Gellio, (vt ſcribit *Marc. Tull.*
lib. 1. de legib.) qui cum Proconſul ex præ-
tura in Græciã veniſſet, & Athenis philoſo-
75 phos omnes, † qui tunc ibi erant in vnum
conuocaſſet, vt de tot diſſidijs eos compone-
ret, & cum illis ad hoc operam ſuam pollici-
tus eſſet, tandem ab illis deriſus fuit, quia
ita intricatæ, & obſcuræ eorum controuerſiæ
erant, quod impoſſibilis exiſtimabatur dicta
compoſitio.
In iure enim noſtro ſæpe videmus, quod
in quibuſdam controuerſijs Doctores per-
territi à tàm horribili Interpretum conflictu,
76 penitùs † de eorum concordia deſperati, pu-
tant prædictas controuerſias potius gladio,
quàm iure dirimendas eſſe, & ſic afflicti, &
irreſoluti tranſeunt. Inſuper durum videtur,
77 quod trans, vltraque Alpes Doctorũ † ſen-
tentiæ veluti arietes ſæpe pugnent, & ſe la-
ceſſent, ſed & duriùs eſt, quod opiniones tẽ-
pore mutentur quaſi veritas, ius ciuile, æquũ,
& bonum, immò ipſa iuſtitia conſtans non
ſit, & perpetua, & ad hoc arridet dictum
Horatij in art.

Multa renaſcentur, quæ iam cecidere, cadentq.
Quæ nunc ſunt in honore . . . .

ita vt neceſſe erit ſuſpirare vnà cum *Marc.*
Tull. lib. 2. off. & ex noſtris refert *Fortunat.*
Garc. in tractat. de vltim. fin. Iur. Can. & Ciuil.
quod veri iuris, germanæq. iuſtitiæ ſolidã, &
expreſſam imaginẽ nullam tenemus, vmbra,
& imaginibus vtimur. & cõgruit dictũ Iſaiæ
in cap. 53. Nõ immeritò igitur exclamat Iu-
ſtinianus *in l. tanta circa nos. 2. C. de veter. iure*
78 *enuclean.* quod miſera † iuris cõditio ſemper
in infinitum decurrir, & nihil eſt in eo, q per-
petuò ſtare poſſit, & nouas quotidie depro-
perat edere formas &c. & ad hoc facit *Caſſa-*
dor. deciſ. 9. num. 5. de cauſ. poſſeſ. & propriet.
vbi ad hoc allegatur Perſius Satyra 5.

Velle ſuum cuique eſt, nec voto viuitur vno.

non mirum igitur ſi aliqui Doctores cum nõ
paruo animi angore aſſerant, ius noſtrum
79 potiùs † opinione hominum, quàm re ipſa,
& ratione conſiſtere. Vnde laudabiliter ob-
80 ſeruat Rota, quando in ea accidit † aliqua
valde anceps quæſtio, tunc nullatenus reſpi-
cit ad numerum Doctorum, vt multi faciunt,
ſed benè ad ipſas rationes. vt fuit dictum co-
ram *Robuſterio dec. 501. poſt princ. p. 1. diuerſ.*
& coram Card. Seraph. 1360. n. 2. & nouiſſimè
corã *R. P. D. meo Panzirolo in Romana de Ghez-*
zis 9. Februarii 1635. & coram R. P. D. *meo*
Veroſpio in Romana Domus 23. Iunij 1636. Sed
81 vt redeam vnde digreſſus ſum, ſi legum † au-
ctoritas omnem iniquitatem expellit, iuxta
l. Deo 1. C. de veter. iur. enucl. quid quæſo ini-
quius, & pernicioſius eſt opinionibus illis,
82 quæ † & ſi communes cenſeantur, contrariæ
etiam communi applauſu, vel communiores.
nun-

83 nuncupentur, ſed (heu) quod paſſim † etiã crebriores Ipſas Doctorum ſententias inter ſe reluctantes videmus, & de hoc teſtis locupletiſſimus mihi ſit Hieronymus de Ceuallos, qui quatuor volumina in lucem dedit de opinionibus communibus cõtra communes. Ex quibus benè diſcernere poſſunt, tàm
84 partes † litigare volentes ne temerè intentent, quàm etiam Aduocati, ne temerè cõ-
85 ſulant, & vtrique perſuaſum habeant †, penè omnia in magna diſſenſionum tempeſtate poſita eſſe. Et cui tam dira opinionum diuerſitas in iure ſit attribuenda?, non ita fa-
86 cilè aſſignari poteſt ratio, ſiue † hoc faciat naturalis hæc hominum ad diſſentiendum facilitas iuxta *text in l. quia poterat ff. ad Trebell.* ſiue Legum, & Litiũ inextricabiles Labyrinthi, ſiue litigantium iniquitas, & perfidia, ſiue Scriptorum temeritas, & peruicacia, ſiue quod in iuris ſcientia pertractanda, ſummi etiam viri, domeſtica potiùs gloria, quàm veritatis ſplendore capti, ea ſolũ probent, in quibus ſingulares ipſi cęteris op-
87 ponantur, Nullus enim vult ingenio † alteri cædere. Vnde Martial.

Aurum, & opes, & rura tibi donabit amicus,
Qui velit ingenio cædere, nullus erit.

ſiue quod quamprimum opinionem animo expreſſerunt, numquam quamuis notoriè erroneam deponunt, volentes ceruicosè, & obſtinato animo eam defendere.

Dequibus enim dolere videtur *Innocent. III. in cap. qualiter* 17. ibi, non pudeat vos errorẽ veſtrum corrigere, qui poſiti eſtis vt aliorum corrigatis errores &c. *ext. de accuſ.* & optimè facit paternum monitum Imperatoris noſtri Iuſtinian. *in* §. *plurima* 1. in eius perſona loquendo, *ibi*, Non enim erubeſcimus, ſi quid in melius etiam eorum, quæ nos prius diximus competentem prioribus imponere correctionem, ne ab alijs corrigi expectemus &c. *auth. de nupt.*

Videmus etiam Marc. Tull. Ciceron. Romanæ Eloquentiæ Monarcham, in libro de Oratore pleraque à ſe iam tradita prædamnaſſe. Hippocrates Medicorum Princeps, qui ne poſteri errarent, quædam male à ſe tradita correxit, videatur *Corn. Celſ. lib.* 8. *cap.* 4. Papinianus Iuriſconſultorum facilli negotio Phœnix, quoque ex rationabili cauſa ſuas variabat ſententias. vt in pluribus locis apparet, & præſertim ne longior ſim *in l. ſi venditor* §. *fin.* ibi, nobis aliquando placebat &c. *ff. de ſeru. exportand.* Stella Matutina rutilãtis Rotæ Romanæ, ſeu Orbis vniuerſi Splendor (vt infra latè dicam) quoque ex cauſis rationalibus non dedignatur à ſuis recedere opinionibus, vt in aperto eſt. Sanctus Hieronymus Eccleſiæ DEI Doctor Maximus, ſuas mutabat ſententias, & præſertim exemplum habemus in *interpretatione poſteriori in Iſaiam in præfatione*, vbi fatetur ſe deceptum. Et S. Auguſtinus Eccleſiæ lucerna ardentiſſima varijs in locis opinionem ſuam retractauit, integrumq; librum retractationum edidit.

Sed ad quid plura, Omnipotens ipſe DEVS ſemper idem, & immutabilis, vt ipſemet teſtatur per *Malach. Proph cap.* 3. ibi, Ego Dominus, & non mutor &c. aliquando tamen ſuam dicitur mutare ſententiã, vt habetur *in c. incommutabilis Deus*, 22. *quæſt.* 4. vbi ad hoc nõnulla exempla adducuntur. & idẽ atteſtatus eſt Innocent. III. *in cap. non debet reprehenſibile iudicari* 8. *verſ. Quoniã ipſe Deus, ext. de cõſang. & affin.* Quis igitur recu-
88 ſauerit amplius recedere à ſuis opinionibus.

Sed vt reuertar ad cauſas diſſenſionum, ſiue hoc faciat legum obſcuritas, ſeu difficultas, nam vt poſt *Bald.* dixit *Rota coram bo. me. Coccino in Viterbien. Caſtrorũ* 12. *Iunii* 1623. *num. mihi* 25. Leges ſunt difficiles vt
89 intelligantur, quia † plerũq. aliud videntur velle, quàm velint, & ideò ſæpe decipiuntur Magiſtri, & Scholares &c. Igitur; ſiue omnia ſupradicta ſint cauſa prædictæ diſſenſionis ſiue illorum ſingula, illud tamen eſt indubitatũ, & certum quod in iure noſtro poſt tot Doctorum ſcripta non cogno-
90 ſcitur † amplius veritas, itaut in aliquibus controuerſijs tamquam de re incognita, ſi quis mentionem faciat de veritate, vnà cum Pilato, vt habetur penes *Ioan. c.* 18. replicari poteſt, Quid eſt veritas &c. & non ampliùs
91 diſcernitur verum à falſo, † iuſtum ab iniuſto, æquum ab iniquo, licitum ab illicito, ò res non ſolum periculoſa, ſed etiã miſeranda, & inconſolabiliter deploranda, (deſiderarem tñ in hac materia potiùs auditorẽ eſſe, quàm verba facere,) dolenter igitur aſſero ius noſtrũ poſt tot contrarietates eſſe tan-
92 quã Cretenſis ille Dedali † Labyrintus, quo ſemel ingreſſo, nullus, aut difficillimus fit ab eo exitus, & benè affirmabat *Iuſtinianus Imp. in l.* 1. §. *noſtram. C. de veter. iur. enuclean.* quod olim iam per contrarias Interpretum
93 ſententias † totum ius conturbatum erat.

c Et

. Et hodie id iuſtioribus de cauſis etiam
affirmaii poteſt, & quaſi ne dicam vnà cum
Virgilio Aeneidos 5.

. . . . ruit æthere toto
Turbidus imber aqua, dēſisq. nigerrim⁹ auſter.

Nam poſt tot, tantaſq. interprætationes, ſeu
94 peruerſiones, vt eas † vocabat Imperator,
veritas adumbrata remanſit *gloſ. in clem. ſa-*
pe. de verb. ſignif. cum & ea occultetur mul-
titudine intelligentiæ, vt habetur in *l. bona*
fidei ff. de iur. fiſc. & ſecundùm Boerium,
(vt ex noſtris refert *Bald. in conſil. 218. ve-*
nia petita lib. 3.) id, quod multipliciter ex-
95 ponitur, † eius veritas ignoratur, etenim
multiplex intellectus parit obſcuritatē, quia
multitudo arguit imperfectionem, & ſic in-
96 ter tot interprætationum † fluctus omni vē-
to circumagimur, ita vt non mirum ſi hodie
97 in iure nihil ſit fixum, ſtabile † nil non lu-
bricum, & vndique non controuerſum. Et
nihil tàm lucidum, & clarũ, quod ad Cym-
merias vſque vmbras deduci non poſſit, &
nihil tàm certum, quod in dubium non re-
uocetur, nulla controuerſia eſt tàm expe-
dita, quæ non impedita reddatur, ſeu in
ſollicitam quandam dubitationem non per-
trahatur. vt inquit *tex. in §. ſi verò indignus.*
Auth. de Tabellar. collat. 4. nullusq. cōtractus
tàm ſtabilis, qui reſcindi non poſſit, nulla
ſententia tàm firma, quæ perſringi non va-
leat. O veritas quò celata manes?

Sed tandem opus eſt, vt fateamur, vnà cũ
Alciato in proœm. paradox. Iuris Ciuilis ante
fin. vbi poſtquam afflictim atteſtatur, quod
ſuperuacuum, & ineptum eſt in Iure quid-
quam pro certo aſſerere, cum tot opinioni-
bus referta ſint huius diſciplinæ volumina,
98 ſubdit, Erramus † omnes, & Andabatarum
more, clauſis oculis plerũque certamus &c.
vltra quod non ſine cauſa, inquit Vlpianus
in *l. omnis definitio ff. de regul. iur.* rarum
99 eſſe † in iure, quod ſubuerti non poſſit.

Et non eſt mirum, ſi videamus hodie
100 plurimas Prouincias, quæ legibus † non
vtuntur, ſed vel ſtatutis, vel conſuetudini-
bus reguntur, & hoc propter multifarias ca-
uillationes profeſſorum in hac ſciētia, quod
cum non paruo mœrore refert *Ant. Petr. Fer-*
rar. in pract. Papien. de form. interrog. act. real.
cap. 2. num. 2. & addo, quod optimum eſſet,
& vtinam vbique obſeruaretur, id, quod etiã
in nonnullis Ciuitatibus practicatur, & ſan-
ciuit Alexand. III. in quodam caſu, vt ha-
bemus *in cap. ex literis 1. de mut. petit. circa*
101 *fin.* ibi, monitione † præmiſſa compellatis
eoſdem incontinenti coram vobis, ſuper ſuis
quæſtionibus reſpondere, & viciſſim poſt
modum rationem partium audientes, con-
cordia, vel iudicio vtriuſque negotium ter-
minetis &c. vbi *gloſ. in verbo, incontinenti,*
ait, illud verbum incontinenti intelligen-
dum eſſe nullo actu medio interpoſito, &
idem ſignificat quod mox.

Et forſitan hoc etiã ſeruabatur Athenis in
Areopago, & id credi poteſt, quia (vt refert
Alexand. in lib. Genial. & ex noſtris adducit
Rebuff. in l. vrbis 2. circa fin. verſ. licet. ff. de
verb. ſignif.) Areopagitæ nocte, & obſcura
luce, ac numquam die iudicabãt, & hoc ipſi
faciebant, vt procul ab omni affectu, qui ani-
mos in diuerſum trahit, tantummodo facta
cognoſcerent, perſonas autem non viderēt,
& ex hoc colligi poteſt, ſi cauſæ expeditio
in longum ſeu in plures dies protraheretur,
facilè dictæ Areopagitæ in cognitionē per-
ſonarum litigantium deueniſſent, & ſic cer-
tè, erat fruſtratorium iudicare in obſcura lu-
ce, vt litigantes nequaquam viderent.

Sed redeamus ad noſtrum, & non ab re
multi Doctores amarè plorant huius præcla-
102 ræ ſcientiæ miſeriam conſiderantes † tot
opinionum contrarietates tamquam litium
ſeminaria, vt infra dicam, & præbentes oc-
caſionem Iudicandi ad libitum (hinc tot le-
ges pro amico, ne iuſtiùs dicam, quot leges
pro Diabolo, Abſit hoc enim ſemper, vt
in Iudicijs fiat vlla acceptatio perſonarum
cap. nouit. extra de iudicijs) & facit id, quod
optimè dixit Ariſtoteles Rethoricorum pri-
103 mo, quod *periculoſa eſt lex, quæ arbitrio*
Iudicis aliquid relinquit, & è contra ſancta,
& iuſta ſi nihil Iudicis arbitrio committat.
Inſuper & aliquando Iudices in tanta cali-
104 gine † contrarietatum, & interprætationũ
toto cœlo aberrant.

105 Adeout ſancta hæc iuris diſciplina, † quæ
eſſe non deberet ſine certis, & claris finibus,
in ambiguum, & incertum quæſtionũ abyſ-
ſum deuenerit, & vtinam falſum hoc eſſet,
aſſerendo, quod ius noſtrum poſt tot Do-
106 ctorum interprætationes, † & contrarieta-
tes hodie ſit, ſicut Mare Anglicum, quod
eſt ſine fundo.

Quod ſanè vetuſtis etiam illis ſæculis cō-
tigit, dum vaſta illa, & tenebroſa interpre-
107 tum ſylua † in immenſum excreuit, nam
opus deſperatum, quaſi per medium pro-

fundum

fundum vadens vocauit ius antiquum Iuſtinianus Imp. *in §. Quorum vtrumque. verſ. ad immenſa Iuriſprudentia volumina &c. in proœm. Inſtitut.* & prophetando necnon augurando, quod pariter idem in poſterũ euen-
108 turum eſſet, niſi † librorum multitudini parcius indulgeretur, edicto perpetuo, ſed non obſeruato, ſanxit in *d. l. 1. §. noſtram. C. de vet. iur. enuclea.* vt nullis Iuriſperitis in poſterum liceret legibus commentarios applicare, ne eorum verboſitate ius confunderent.

Sed melius forſitan fuiſſet, ſi Iuſtinianus
109 talem † prohibitionem præteriſſet; quia accidit ſicuti habemus in vulgato illo dicto,

Nitimur in vetitum ſemper, cupimusq. negata.

Et in his terminis animaduertit *Cuiac. in epi-*
110 *ſtol. Dedicat. Paratit. ff.* ibi Iuſtinianus † diſtrictè commentaria edi vetuerit, exiſtant tamen innumeri, quod in id ſolum incumbunt, quod is vetuit &c.

Nec temerè forte aliqui conqueruntur de Iuſtiniano, qui & ſi præclarè ius ciuile perſtrinxerit, & id laudabile fuit, tamen in
111 maximam † iacturam, & perniciem redundaſſe compertum eſt interitum librorum veterum Iuriſconſultorum iſtis temporibus, quibus Ius tam inuolutũ inuenitur. Si enim illi extarent, ex quibus leges, velut fragmẽta promanarunt, & velut riuuli ex clariſſimis, & limpidiſſimis fontibus, certè ius ciuile tot inutilibus rupibus, & tot, ne dicam promontorijs, & cauernis careret, Accurſij quem magnum vocitant, ſinuoſa ceſſarent
112 gloſſemata, & ſic † dolendum eſt, tam ad viuum fuiſſe olim reſecata elegantiſſima illa Iuriſconſultorum reſponſa, in quorum locum ſuffecta videmus infinita noſtratium commentaria, & de nonnullis eorum permutatio ſimilis eſt illi Glauci, & Diomedis, quam Paulus I. C. noſter attingit *in l. origo 1. ff. de contrah. empt.*

Adeo enim volumina in Iure ſcripta ex-
113 creuerũt, † vt per aplæ Craſſi opes deficerẽt, ſiquis omnibus illis cõmuniri propoſue-
114 rit; Et ſic tot cõmentariorum † acerui totum penè ius cõturbarunt, eiuſq. lumen obſcurarunt, ne dixerim in totum abſtulerunt, itaut quaſi obſcurum remanſerit, & poteſt dici cum Mant. Poeta.

Tu mihi per noctẽ horriferã, tenebroſa p antra

& (heu) quot tenebræ in Iure, & quot denſa, & atra perplexitatum vepreta, & dumeta, ne peius dicam.

Hinc tot iurgia inter litigantes, hinc tã-
115 ta † materia, & fomes accẽdendi lites, quæ Rempublicam Chriſtianam, quod dolenter
116 dicendum eſt, † miſerè lacerant, & flagrant incendio vix vnquam deflagraturo, vnde Sancta Mater Eccleſia quotidie orat Salua-
117 torem † Noſtrum, vt talis ignis extinguatur, Ad Sextam ibi.

Extingue flammas litium &c.

Hinc tot patrimoniorum & familiarum euerſiones, condemnatis, vt plurimum ijs, pro quorum victoria ſi Papinianum Iudicẽ haberent, nec Vlpianus, nec Paulus quamuis gloriæ Papinianeæ alioquin æmuli ſpondere, reſpondereq. dubitarent. Hinc tandem
118 tam magna litigantium † proteruia, & pertinacia, dum futuram Iuris victoriã ſperant ex eo, quod audiuerint ab aliquo Doctore, vel à minimo Leguleio pro ſua parte ſtare communem opinionem, & hac de
119 cauſa † lites ſunt immortales contra *text. in l. properandum eſt, ne lites fiant immortales. C. de iudic.*

120 Et ſic homines incidunt in flagella † omnium duriſſima, quæ ſunt lites diuturnæ, vt inquit *Rebuff in praxi de ſubrogand. litig.*
121 *gloſ. 1.* Quam litium diuturnitatem † leges odio pluſquam capitali proſequuntur, vt ſæpe ſæpius exclamant. Vnde *Sacroſanctum Concilium Tridentin. ſeſſ. 25. cap. 10.* exoptat ab omnibus Iudicibus, vt quantò citius poſſunt lites terminent ibi. Admonet
122 dehinc † Sancta Synodus tàm Ordinarios, quàm alios quoſcumque Iudices, vt terminãdis cauſis quãta poteſt fieri breuitate ſtudeant &c. Et videmus etiam ꝙ iura mirum
123 in † modum fauent tranſactionibus, vt ſubſtineantur, vt dixit *Roſa coram R. P. D. meo Merlino in cauſa Caeſenaten. Prædii 17. Martii 1634* Et hoc ea de cauſa, quia tranſac-
124 tiones † accelerant finem litibus, nã tranſactio eſt quædam pax. & dicitur trãſactio quaſi tranſitus ab actione ad concordiam, vt inquit *Bald. in l. 2. n. 3. ff. de iur. iur.* cum alijs relatis à *Rota in cauſa Bononien. Tranſactionis 27. Febr. 1640. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Vnde leges, quando audiunt nomen
125 tranſactionis † velociter currunt applaudendo ei, diligenterq. aſſiſtendo, & quædã contra omnis Iuris regulas permittendo vt

ſubſtineatur, quæ aliàs nullo modo tollera-
bilia eſſent, quæ niſi breuitati ſtuderem li-
benter ea referrem, quorum nonnulla addu-
xi in annotatione ad *bo. me. Reuerendiſſ. Pe-
niam Decanum in cauſa Romana Pecudum* 19.
*Februar.*1590. *eſt deciſio* 70. *in litera B.* ſo-
lùm hic dicam Legum quaſi magnam ſpem
aſſequendi anxium ſuum deſiderium finie-
di lites repoſitam eſſe in tranſactione, & ad
hoc inter alia expendi poteſt *text. in l. fra-
tris* 10. ibi, nullus erit finis litium, ſi à tran-
ſactionibus bona fide interpoſitis cœperit
facilè recedi &c. *C. de tranſact.* vnde dixit
*Rota coram R. P. D. meo Merlino in cauſa Bo-
nonien. Tranſactionis* 25. *Februar.* 1639.
quod per ſecundam tranſactionem non po-
teſt recedi à prima, quia illa prima iam fe-
cit de albo nigrum, & aſſignatur ſupradicta
ratio, quia aliàs lites numquam terminarē-
tur, cum nullus alius ſit effectus tranſactio-
nis, niſi lites tollere, & ad hoc facit laudabile
mos S. Gregorij Magni, qui tranſactiones
libenter roborabat, & ſolitus erat dicere, &
præſertim habemus *in epiſtol.* 13. *lib.* 7. Ab
æquitate valde diſſentire, quod aliquid in
dubio contentio recidiua perducat, & gi-
gnat ex pace litigium &c. Inſuper videmus
etiam vt tranſactiones magis inconcuſſæ,
firmæ, & inuiolabiles ſint, & remoueatur
ſpes eas annullandi, quod Diocletianus, &
Maximilianus Cæſares reſcripſerūt *in l.cau-*
126 *ſas C. de tranſaction.* vt † nec etiam reſcri-
pto Imperiali infirmari poſſint in tantum,
127 quod, ſi quis illud impetraret, † infamia
notaretur. iuxta *l. fin. C. vt lit. pend.* Vltra &
omnia inſtrumenta, & iura, omneſq pro-
128 bationes etiam per teſtes, trāſactione † fa-
cta annullantur, & caſſantur ipſo iure, quā-
uis expreſsè, & ſpecificè, nihil dictum fue-
rit inter partes. text. eſt ſingularis *in cap. ſi-
cut graue* 1. *extra de tranſact.* & dixit *Rota
coram Reuerendiſſ. Vrgellen. deciſ.* 125. *nu.* 12.
ſupra par. 1.

Et *Bald. in rub. de tranſaction.* ſupradictū
text. in cap. 1. multum extollit, & dicit,
nequaquam poſt tranſactionem eſſe licitum
129 petere pœnam ex veteri cauſa; quia tran-
ſactio omnia vetera caſſat, & annullat, ſub-
dens quod aliàs de hoc fuit magna quæſtio
de facto inter Regem Vngariæ, & Venetos,
ex qua natū fuit horribile, & peſſimum bel-
130 lum &c. Videmus quoque quod † tran-
ſactio habet priuilegium viæ executiuæ, ſeu
vt dicimus paratam executionē, ſicut con-
ſtat ex pluribus pleno calamo relatis à *Rota
coram R. P. D. meo Merlino in Hydruntina Pe-
cuniaria* 26. *Iunii* 1641.

Tandem, vt multa breuibus perſtringam
131 non eſt contractus in toto Iure † adeo pri-
uilegiatus, & cuius fauore magis ſumatur
interpretatio, vt ſubſtineatur, & valeat, quā
contractus tranſactionis. *arg. cap. finem* 5. *de
dol. & contum.* & reſpondit *Rota coram Emi-
nentiſſ. & Reuerendiſſ. D. Cardin. Vbaldo in
Romana Affictus* 29. *Nouemb.* 1629. *poſt princ.
verſ. hanc præſumptionem ſumendam magis
eſſe fauore tranſactionis, quàm cuiuſuis con-
tractus*. & circa prædicta nulla alia aſſi-
gnatur ratio, niſi ea, quam dixi, quia ac-
celerat finem litibus, eaſq. ad nihilum de-
ducit.

132 Cauſa enim cur Iura, tam anxiè † deſide-
rant, vt lites quantò citius terminentur in-
ter alias potentiſſima eſt ſummus fauor Rei-
publicæ, vt prudenter conſiderauit *Rota co-
ram bo. me. Card. Marquemont. in Romana
Separationis Thori* 16. *Ianuarii* 1606 *in fin.*
ibi, immo Reipublicæ ſummus fauor conti-
netur, ex quo citiùs imponitur finis litibus.
Et benè in his terminis aduertit *Auguſtin.
Merl. in Emporio Iur. par.* 1. *tit.* 4. *quæſt.* 2. *ſub*
133 *num.* 9. quod lites † diuturnæ ſunt in ma-
ximum detrimentum, & perniciem Reipu-
blicæ, cujus ſtatus, & potentia Ciuium liti-
bus minuitur, odia, & diſſenſiones oriuntur,
omnia in maximas anguſtias deducuntur,
præſertim cum Ciues ſint membra Reipu-
blicæ, & ex ipſorum ruina non parum damni
Reipublicæ accedat &c. Et pariter quoque
propter eamdē cauſam quod lites ſint cau-
ſa, vt conſumentur familiæ in expenſis, &
134 iurgijs † quæ familiæ, Reipublicæ intereſt,
vt conſeruentur, & ideo quod illæ quantò
citius ſint terminandæ, egregiè ratiocinata
eſt *Rota coram bo. me. Card. Sacrato in Roma-
na Aperitionis oris* 8. *Martii* 1613. *eſt deciſio*
461. *num.* 8. *par.* 1. *recent.*

135 Paſſim enim videmus, quod † litigantes
propter dictam litium diuturnitatem inci-
dunt in calamitates paupertatis, vt quotidie
practicatur, & id habetur *in* §. *ex quo nos.
auth. vt differ. Iud. coll.* 9. Vnde Rota *coram
bo. me. Reuerendiſſ. Penia in cauſa Cathanien.
Quarta portionis* 15. *Ianuarii* 1607. dixit
136 teſtes aſſignare bonam † rationem pau-
pertatis alicuius, ſi aſſerant quem eſſe pau-
perem propter lites, & ſic aliquando litigā-
tes tota ſubſtantia conſumpta in litibus, om-

nibus

nibus poſtea ludibrio ſunt. Vnde inquit Iuuenal. Satir.

Nihil habet infelix paupertas durius in ſe,
Quam quod ridiculos homines facit.

Et in terminis litium non ab re dicebat *Chilo*
137 *Lacedæmon*, quod COMES LITIS † EST MISERIA; vt referunt *Diog. Laert. de vit. philoſoph. lib. 1. in eius vita, & Plin. lib. 7. cap. 32.*

Vnde ad euitandam hanc litium diutur-
138 nitatem, videmus, quod quamuis † regulariter litigantes cogi non poſſent ad faciendam concordiam *§. fin. auth. vt litigan. iuren. in exord. lit.* nec ad compromiſſum. reſte *gloſ. in l. furti §. iuſſu, & ibi Angel. ff. de his, qui not. infam.* Nihilominus hoc ceſſat, quando
139 partes diu litigaſſent, † quia tunc Iudex poſſet ipſas partes cogere ad concordandũ, ſeu ad compromittendum text. eſt *in can. placuit 90. diſtinct. vt dixit gloſ. in cap. ex literis 1.* quam ibi ſequuntur *Anton. de Imol. & Butr. ext. de mut. petition.* & facit *text. in l. ſi vſusfructus 16. §. ſed ſi inter*, ibi, cum
140 enim ad arma, † & rixas procedere patiatur Prætor, quos poteſt iuriſdictione ſua cõponere. *ff. de vſufruct. &c. vbi gloſ. in verbo componere* plura allegat, ad probãdum, quod Iudex poteſt cogere litigantes ad pacem, & tranſactionem faciendam cauſa dirimendarum litium &c. Addo etiam textũ *in l. hoc edicto 1. §. deinde*, ibi, quid enim aliud agebat Prætor, quàm niſi vt controuerſias eorum diminueret *ff. de nou. oper. nunc.* & ſupradicta etiam ſecundum caſuum contingentiã obſeruantur in Rota. SVMMA ENIM LAVS EST LITIS MATERIAM AMPVTARE.
141 Cum veritas ſit, ex longis † litibus oriri ſcandala, odia, homicidia, quare lites, non ſine cauſa, cruentas nuncupauit Mantuan. Poeta, hoc verſu.

In rixas, in bella, etiam litesq. cruentas.

item etiam cauſa ſunt tot diſſidiorum rixarum, & occaſionem præbent falſis teſti-
142 monijs; & denique omnibus malis, & ad hoc facit text. *in l. ſeruus vero. §. ſi aliqua. ff. de act. & oblig.* & ſæpe homines à peſſimis
143 ventis execrandarum litium † quatiuntur magnis motibus & procellis in variorum ſcelerum horrenda præcipitia, & ideò meritò habetur *in Eccleſiaſt. cap. 28.* ibi. Abſtine te à lite, & minues peccata, & *S. Auguſtin.*
144 ait, quod Nihil eſt tam † ſimile actibus Dæmonum, quàm litigare. Hincq. litigiũ inter grauia peccata, vt plurimum connumeratur. *S. Thom. 2. 2. quæſt. 16. artic. 1.* & meritò reſoluit Rota *coram R. P. D. meo Panzirolo in cauſa* Fauentina *Legatorum 23. Ianuarii 1637.* Quod præceptum teſtatoris factum hæredi de non cõcordando cum ad-
145 uerſario, † eſt præceptum per ſe malum, & contra bonos mores, & ideo nullatenus obſeruandum. Immò ſi litigans iurauerit
146 ad † pacem non venire cum aduerſario ſuo, non tenetur tali ſacramento. *can. qui ſacramento 22. quæſt. 4.*

Vtinam enim falſum aſſeruiſſet *Rebuff. in proœm. Concordat. in verbo ſumptibus. ante fin.*
147 quod multi propter lites ad Inferos † deſcendunt, & hoc ità alienum à vero exopto, ſicuti indubitatum eſt, dictos litigantes in hoc mundo multa quidem, & acerba pati,
148 manendo † diu, noctuq. in continua animi tortura, & id forſitan aſſerere voluit (ni fallor) *gloſ. in §. iudicent in verbo contritione.*
149 *auth. de iudic.* ibi, quia magna eſt † contritio eorum, qui litigãt quouſque lis finiatur. & ad hoc poteſt expendi id, quod decreuit Iuſtinianus *in §. plurima, auth. vt cleric. apud prop. Epiſcop. & in §. communis auth. apud quos oportet. cauſ. monach.* vt velociter accelera-
150 ri † debeant lites clericis, aut monachis illatæ, ne mens eorum occupetur circa litis ſolicitudinem, ſed feſtinanter liberati ſacris operibus obſecundent, CVM OPORTEAT DEVM PLACARI, ET DECENTIA SACERDOTIBVS AGI &c. & ſic benè colligitur, quod mens eorum, qui litigant à conti-
151 nua turbulentia agitatur, ita vt † ad omne aliud negotium inepti ſint. Hinc etiam eſt, quod litigantes reſpirare dicuntur die Dominico, prout reſcripſerunt *Leo, & Anthemius Impp. in l. dies 10.* ibi reſpirent à controuerſijs litigantes &c. *C. de fer.*

Vnde ſapienter animaduertit Rota in ſupra allegata *Romana Aperitionis oris coram bo. me. Card. Sacrato eſt deciſ. 461. n. 6. verſ. verum etiam homines in illis. par. 1. recent.* quod ex eo capite etiam veniunt debellan-
152 dæ, & profligandæ † lites, quia homines in illis diſtenti publicis muneribus vacare nequeunt, & aliorum hominum commodo deſeruire prohibentur, cũ tamen ad hoc nati ſint, iuxta illud ſcitiſſimũ, de quo auctor eſt *Diuinus Plato ſcribens ad Architã Tarentinũ & 1. offic.* refert *Marc. Tull. in tit. de Iuſtit.*

Litigantes poſtremò (ne longior ſim in enarrando eorum miſerias) poſtquam diu

ſubſtinuerunt pondus diei, & æſtus, atque
poſt longum tempus cognoſcentes, quod
153 in vanum laborauerunt, & benè iactabat
Calphurin. Poeta hoc verſu,

Sed quid opus vana conſumere tempora lite.

itaut aliquando litigantes tandem laſſi, &
fatigati laboribus, & expenſis, cum ſine eis
lites non proſequantur, vt inquit *Innoc. III.*
in cap. finem litibus 5. de dol. & contum. (&
benè igitur dicebat *Monoſt.* Litigare ditio-
154 rum † eſt, pauperum eſt quieſcere) & ne
dicam deſperati clamantes cum *Iſaia Pro-*
pheta in cap. 157. ibi, In ſempiternum non
155 litigabo, quia tumultus inhæret † anima-
bus litigantium, vltra quod & lites ipſæ ra-
bioſæ ſunt, & cecinit Stroz. Sen. hoc verſu

Non vbi cura minor rabioſas tollere lites.

Coacti ſunt aut liti cædere, vel eam redi-
mere, vt animaduertit idem *Innocent. in cap.*
nonnulli 28. de reſcript.
156 Fructus † enim litis ſunt expenſæ *l. ſi pro-*
curator. 18. ff. rem rat. haber. ibi quod conſu-
mit, quod aduocat, quod condemnatus ſol-
uit &c. & facit text. *in l. hoc 1. & tot. tit. C. de*
fruct. & lit. expenſ. ſiue enim quis habeat
157 iuſtam cauſam, ſiue non, nullatenus † po-
teſt ſine ſumptibus litigare. *Bald. in cap. cum*
dilecti, col. penult. de dol. & contum. & ad hoc
benè conueniunt ſequentes verſus Heſiodi.

158 *Ille etenim lites fugere, & contemnere debet*
Cui non plena domus, cui nō ſunt horrea plena
Maturi fructus, Cereris quem terra dat alma
Huius ſi ſat habes, age, iurgia dira moueto.

Acquiſitio autem, quæ fit per lites, his ſe-
159 quentibus veriſſimis ſententijs † mirè de-
ſcribitur, quas multi Doctores Beatiſſimo
Iuo Aduocatorum optimo aſcribunt, & in
marmoreo lapidæ ſculptæ reperiuntur Me-
diolani ad ſcalas Buleuterij noui, ſeu vt aiũt
Broleti, & ſunt ſequentes.

In controversiis cavsarvm corporales inimicitiae oriuntur
Fit amissio expensarvm
Labor animi exercetvr
Corpvs qvotidie fatigatvr
Mvlta, et inhonesta crimina inde seqvvntvr
Bona, et vtilia opera postponvntvr
Et qvi saepe credvnt obtinere, freqventer svccvmbant
Et si obtinent
Compvtatis laboribvs, et expensis nihil acqvirvnt.

Quare igitur quemadmodum in gurgite
vaſto pauci apparent nantes, in hoc tamen
160 proceloſo, † & periculoſo litium pelago,
contrarijs ventis, & turbinibus excitato, &
ſcopulis, ſyrtibusq. pleno, Miſeri mortales
tàm facilè ſe committunt, & tranare con-
tendunt, tamquam ad tutiſſimam arcem cō-
fugientes, neſcientes forſitan, quod in iudi-
161 cio frequenter amariſſimus † animi liuor,
& rancor innaſcitur, nam & deinde audiun-
tur tot gemitus, clamores, vociferationes,
ſtrepitus, maledictiones, ſuſpiria, & iam
dixit Saxus Poeta.

Obſtrepit inſanibus litibus omne forum

& hoc non tantum illorum, qui naufragan-
tur, ſed etiam eorum, qui poſt tot, tantosq.
162 continuos † inſudatos animi, & burſæ la-
bores, portum aliquem attingere nequeunt,
quaſi ad vltimam deſperationem redacti, &
vt ſolet dici, *Qui nauigant, pericula narrent.*
Non ſine enim magna cauſa inquit ille om-
nium Sapientiſſimus Salamon in *Eccleſiaſt.*
163 *cap.* 8. ibi, Ne contendas † cum viro locu-
plete, ne ſorte contra te conſtituat litem ti-
bi &c. quaſi quod illa liserit eius vltimum
exterminiũ. Vnde dixit *Io. Baptiſta Caccia-*
lup. in tract. de trāſact. cap. 19. n. 3. quod vidit
cōſultum per famoſiſſimos Doctores, quod
licet quis foueat iuſtitiam, tamen ſi litiget
164 cum † potentioribus, qui ducerent eum
per anfractus iudiciorũ, quod debet capere
concordiam, & facit dictum *gloſ. in l. quia*
etiam, in verbo, non poſſunt. ff. de alien. iudic.
quod contra maiorem nemo præſumat ho-
norem. Pauperibus enim litigantibus acci-
dit, vt furi, qui ſi tempus, & impenſam, quã
cum tot periculis conſumit in furando, ex-
poneret in aliquo honeſto exercitio, ditior,
& quietior eſſet.
165 Meritò † igitur generaliter loquendo lau-
dandus venit qui lites execratur. *iuxta tex.*
in l. item §. fin. ff. de ali. iud. & dixit *Rota corã*
bo. me. Card. Mantic. deciſ. 187. ſub num. 1. ibi,
166 neque † enim vituperãda eſt intentio eius,
qui lites execratur, videatur etiam text. in
cap. 2. §. ſtatutum, ibi, laudabile votum exe-
crantium lites &c. *de verb. ſignif. in 6.* Hinc
qui diſcedit à lite, non dicitur diffidere de
167 iure ſuo, ſed † lites execrari, viſis tot mi-
ſerijs. *Felin. in cap. illud col. 5. de præſcript.*

Magnum

168 Magnum enim commodum † conſequitur
qui à lite diſcedit *text. eſt in l. Lucius § fin. ff.*
ad Trebell. Litibus autē non vexari valdè no-
ſtra intereſt, vt inquit *text. in l. minoribus. ff.*
de minor. Rota coram Reuerendiſſ. Vrgellen.
deciſ. 318. *num.* 8. *ſupra par.* 1.

Hinc eſt, quod litium dirimendarum
169 gratia, † multa conniuentibus oculis tol-
lerantur, quæ aliàs nullo modo tollerabilia
eſſent, vt conſtat ex pluribus relatis in *Ro-*
mana Hæreditatis 24. *Nouembris* 1578. *corā*
ſan. mem. Clem. VIII. Vnde *Felin. in c. in*
noſtra in 36. *correll. de reſcript.* dicit quod
170 ad † euitandas lites ſæpe non concedenda
cōceduntur. Et videmus inſuper inuitū ne-
minē cogi poſſe ad litigandum, vt dixit *Rota*
coram bo. me. Cardin. Seraph. deciſ. 1012. *nu.* 3.
verſ. cum nemo inuitus &c. & fuit etiam di-
ctū in *Pampilonen. Statutorum* 9. *Iunii* 1636.
coram Illuſtriſ. Ferrarien.

Nam aliqui, vt palam eſt, & refert *Felin.*
in cap. nihil. in princ. de præſcript. tam acer-
171 biſſimum † in lites odium concitarunt, &
ad talē, & tātam nauſeam lites eis deuenerūt
quod malunt ius ſuum penitus indiſcuſſum
relinquere, quàm incidere in horrorē litiū,
172 quē S. Mater Eccleſia à nobis † alienū de-
ſiderat, vt quotidie legitur ad Primam, ibi,

Ne litis horror inſonet &c.

Et iſti, qui adeo abhorrent lites, in hoc ſe-
173 quuntur ſalubre monitum † Saluatoris
noſtri, de quo ſcribit *Apoſtolus Matthæus*
cap. 5. ibi, Si quis voluerit tunicam tuam
tollere, & in iudicio contendere, dimitte
ei, & pallium, Et quicunque te angariauerit
mille paſſus, vade cū illo alia duo, & *Apoſtol.*
Paul. ad Titum epiſtol. 1. *cap.* 2. teſtatur, Opor-
tere ſeruum Dei humilē eſſe, & non litigare.
Recuſant etiā prædicti manere perpetuò in
ea contritione, de qua dixi ſupra num. 149.
vt *per gloſ. in § indicent. auth. de iudic.* & be-
nè cum Martial. lib. 12. Epigram. affirmant.

Nō ſum ego cauſidicus, nec amaris litib⁹ aptus.

& ſenes ille Ternetianus iure fugiendo lites
dixit in Phorm. 2. ſc. 2.

Et ſi facta mihi iniuria eſt, verumtamen
Potius quā lites ſecter, minas quinque accipe.

174 Vltra quod aliquando plus † expenditur
in lite, quàm non valet ipſa res, quæ litiga-
tur, & de hoc eſt pulcher *text. in can. illud*
etiam 2. *quæſt.* 6. ibi, magnis fatigantur diſ-
pendijs, vt forſitan totius litis æſtimatio ad
ſumptus iudiciales non ſufficerent. & facit
quòd dicit *Vlpian. in l. ſciendum* 1. *ff. de in-*
175 *offic. teſtam.* ibi, melius † facerent, ſi ſe ſum-
ptibus inanibus non vexarent &c.

Dici etiam poteſt, quod ideo odio pro-
ſequuntur lites, quia ſciunt, eos qui litem
176 alicui † inferunt iudicio fortunæ ſe cōmit-
tere. *text. eſt in l. ſeruus* 13. *ff. de ſtat. homin.*
ſicuti belli euentus dicitur varius 2. *Regum*
cap. 11. hinc eſt, quando aliqua res eſt in-
177 deciſa, & valde dubius eſt rei † euentus,
ſolemus dicere, res eſt ſub Iudice. & cecinit
Horatius in art.

Grammatici certant, & adhuc ſub Iudice lis eſt

& hunc verſum allegare voluit *gloſ. in l. ex*
conſenſu § fin. ff. de appellat. poſt enim varios
178 caſus, † & poſt multa diſcrimina rerum
vix ad ſententiam peruenitur, nam & caſui
179 fortuito æquiparatur † ſententia Iudicis,
vt inquit *Bart. in l. ſi per imprudentiam ff. de*
euict. & in proprijs terminis abominationis
litium dixit *Rota coram bo. me. Card. Sacrato*
in d. Romana Aperitionis oris, eſt deciſio 461.
num. 7. *verſ & caſus fortuitus par.* 1. *recent.*,
& non ſine cauſa fuit dictum *coram R. P. D.*
meo Veroſpio in Melenitana Hæreditatis 11.
180 *Martii* 1633. quod impoſſibile † eſt pro-
bare læſionem in tranſactione, & hoc cauſa-
tur ex dubio litis euentu. vt conſtat ex no-
tatis *l. qui tranſegit* 1. *ff. de tranſact. & in l.*
ſi voluntate tua C. eodem. cum alijs ibi allegat.
facit etiam deciſio in cauſa Viterbien. Caſtro-
rum 1. *Iunii* 1615. *coram Card. Sacrato.*

Et quamuis fateri oporteat, quòd aliquā-
do quis ex neceſſitate ad litē quaſi per vim
181 perducatur, † dùm aliter quod ſuum eſt,
conſequi non valet, *iuxta text. in l. qui iudi-*
cium 6. ibi, quia ex neceſſitate hoc fecerūt,
182 *ff. de ſeparat.* & tamen licet † hoc durum
ſit, nihilominus durius eſt ius, quod ſuum
eſt amittere, cum non eſſet res noua aſſerere,
183 multos, qui bonum ius † fouebant, fato,
vel culpa litem perdidiſſe. *l. ſi de communi*,
ibi, quis benè quidem deberi intendit, ſed
aliquo modo litem perdidit. *ff. ſi ſeruitus*
vindic. eſt igitur cur *Marc. Tull. in Oratione*
pro Cecinna. Lites vocauit pericula. Et ad-
184 uerte, ſi poſt tot labores, & tot † ſumptus,
quis obtinuerit ſententias fauorabiles, oleū,
& operam perdidit, niſi etiam obtinuerit
185 earum executionem, quia † licet (vt dixi)
difficile ſit obtinere ſententiam, ſed diffici-

bilius eſt obtinere executionem *l. quod debetur*
186 *ff. de pecul.* in † tantum quod lapſus, & fa-
ſtiditus iure ſuſpirare poteſt litem proſe-
quens cum Corn. Gall. exclamando.

Litibus (heu) rapidis commoda dura ſequor.

cum parum ſit obtinuiſſe ſententias, cum
etiam adhuc longa reſtet via, nam ſi ſenten-
tiarum executio non obtineatur, fruſtrato-
187 rium fuit iudicium, † cuius executio ten-
dit in vanum. *Bald. in cap. Eccleſia. poſt
princ. vt lit.pend.* vnde optimè dixit *Ariſtot.
in 6. Politicorum cap.* 8. ibi, Nihil prodeſſent
188 de rebus iuſtis iudicia, aut ſententiæ, † niſi
forent, qui eas executioni demandarẽt &c.
189 In executione enim ſententiæ ſtat † ſub-
ſtantia, & vis, facit ad hoc text. in *cap. vbi
periculum de elect. in 6.* Vnde non mirum, ſi
Alexand. & Iaſ. in proœm. rub. C. de execut.
190 *rei indic.* aſſerant, quod ille † titulus eſt
plenus auro.

Vtinam alibi me reperirem, & non in his
anguſtis cancellis breuis epiſtolæ, nam tam
multa dicere vellem, vt quærerem auertere
homines à tam facilè litigando, ſed hoc ali-
191 bi mihi reſeruo, hic tamen rogando † om-
nes *iuxta 90. diſtinctionem per totum*, quod
procliuiores ſint ad componendum, quàm
ad contendendum, & hoc etiam atque etiã
ſuadet, & precatur *ſpeculat. in titul. de præ-
parat. indic. poſt med. verſ. In ſumma nota quod
nemini expedit, vt ſit nimis promptus ad liti-
gandum &c.* & ſic etiam innumera cohors
Doctorum adhortatur, & aliqui ex eis in-
genuè admonent, melius eſſe inclinare ad
concordiam etiamſi litigare volens opti-
mum ius foueat.

Rota pariter ſæpe ſuadet, vt quantũ fie-
192 ri poteſt † obuiandum ſit litibus, & præ-
ſertim dixit *Rota coram bo.me. Gypſ. in cauſa
Romana Beneficiatus S. Petri* 3. *Iulii* 1595.
circa fin. ibi, litibus, quibus quantum fieri
193 poteſt, obuiandum eſt. Hincque † vide-
mus, quod ipſa Rota ſæpe animaduertere
ſolet, (teſte *bo.me. Buratt. in deciſ.* 735. *n.* 10.)
194 ne † lites ſuſcitentur. & *coram ſan.me. Gre-
gor. XV. deciſ.* 63. *num.* 15. inquit, quod oc-
caſio ſuſcitandi lites tolli debet.

Et inſuper in memoriam reuoco vtilem,
& præclaram ſententiam *Marc. Tull. lib.* 2.
offic. ibi, A litibus verò quantum liceat, &
195 neſcio an † paulò plus, quàm liceat eſt ab-
ſtinendum, cum ſit non modo liberale, pau-
lum nonnunquam de Iure ſuo decedere, ſed
interdum etiam fructuoſum. Et *Seneca* di-
xit, & ex noſtris refert *Bald. in conſil.* 218.
196 *lib.* 3. Quod cum † pari contendere an-
ceps eſt, cum ſuperiore furioſum, cum in-
feriori ſordidum. & *Pius II. Pont. Max.* li-
tium & contentionũ, quæ charitatis mutuæ
197 vincula † diſrumpũt hoſtis fuit acerrimus,
vt narrat Platina in eius vita, ſæpe iocando
198 dicebat. Litigatores † ſunt aues, forum
area, iudiciũ rete, aucupes verò patroni &c.

Quarè bone Deus, litigantes in hoc exẽ-
199 plum non ſumunt à Iuriſcõſultis, qui † ra-
rò litigant. ipſi in hoc ſumendo exemplum
à piſtoribus, qui panem ponunt in furnum,
& non ſe ipſos, iſti enim cauſas proprias tan-
quam rem pernicioſam fugiunt, benè ſcien-
do, litis euentum dubium eſſe, vt dixi ſupra
à num. 176. & addo quod ſicuti ille, qui præ-
200 bet † alicui venenum, ipſe nequaquam de
eo guſtat, ita &c. Qua metaphora iam olim
vſus eſt Cato Minor. lib. 2. ibi.

*Iuriſconſultus rarò cur litigat, aut cur
Qui mihi multa dedit pharmaca, nulla bibit.*

201 Si ergo litibus inquietatur Iudex, † læ-
ditur Reſpublica, & partes grauantur labo-
202 ribus, & ſumptibus, cũ & tutior ſit † cer-
ta pax, quàm ſperata victoria iuxta *l. fin. C.
de commin. Epiſtol.* & melius eſt de iure ſuo
aliquid tradere cum pace, quàm totum cõ-
ſequi litigando. Et inſuper Martialis Epi-
203 gram. lib. 7. litigantes vocat † miſeros, &
dementes his verſibus.

*Ah miſer, & demens, viginti litigat annis
Quiſquam? cui vinci, Gargaliane, licet?*

relictis igitur litibus, & controuerſijs quili-
204 bet lætus canat † vnà cum Ouidio lib. 2.
de Arte Amand.

*Eſte procul lites, & amara prælia lingua
Dulcibus eſt verbis mollis amandus amor,
Odimus accipitrem, quia viuit ſemper in armis
Et pauidum ſolitos in pecus ire lupos.*

Et ex noſtris eruditus vir Andr. Alciat. em-
bl. 177. perbellè inquit.

*Arma procul iaceant, fas ſit tunc ſumere bellũ,
Quando aliter pacis non potes arte frui.*

205 Pax enim germano, † & vnanimi affectu,
& inſolubilis fœderis nexu retinenda eſt.
Quare laudabiliter dixit *Chriſtophorus Mar-
cellus in Oratione habita in Concilio Latera-
nenſi ſub Iulio II. ſeſſ.* 4. ibi, Pax eſt animi
quies,

206 quies, pax vita, pax humana felicitas, † à pace amicitiæ, ſocietates, fœdera, affinitates, cognationes, coniugia, procreationes, liberi, virtus, religio, & rerum publicarum incrementa procedunt. & ex poetis Baptiſt. Mantuan. mirè dixit.

Pax plenum virtutis opus, pax ſumma laborũ,
Pax belli exacti pretium eſt, pretiumq. pericli
Nil placidũ eſt ſine pace Deo, nec munus ad ară

Et licet benè ſciam, quod loquor cõtra proprium intereſſe, cum bellum faciat pro mi-
207 litibus, † maximè cum Doctores non curent de eis, quæ non faciunt burſam hydropicam, vt dicebat *Io. de Blanas in §. actionũ Inſtit. de action. in materia actionis de pecul. in fin. & Anton. Mar. Corat. in tract. de comm. opinion. lib. 1. tit. 5 inſpect. 8. num. 63.* tamen non immemor ſum aurei illius præcepti, q dedit *Marian. Socc.* ſuis diſcipulis *in cap. 2. in prima cõclnſ. 1. nu. 96. de libell. oblat* ibi,
208 Hoc ego in primis † ex charitate vobis cõſulo, potiſſimum cũ eritis Doctores, vt non ſolùm perſuadeatis, verum etiam impellatis, & aſtringatis partes ad compoſitionem, & concordiam &c. & Alexander Tartagn. I.C. egregius, ſolitus erat dicere, (vt refert *Gra-*
209 *nat. in eius vita*) quòd Legibus † vacauit, vt ſciret, non vt eas venderet. Sed quia iuſtè timeo, ne mihi iam obiectum ſit, id, quod fuit reſponſum à Lacedæmonijs Legationi Samiorum, eo quia ſatis longam habuit orationem, & licèt me excuſare poſſem, & pro defenſione adducere *text. in l. legaui ff. de liber. legat. cum ſimilib.* tamen vt ego verum fatear, iam tædio affectus ſum manendi in ea Iuris turbulentia, & obſcuritate, de qua latè ſupra dixi, & materia iſta litium eſt ſatis tenebroſa, vnde Martial. lib. 5. Epigram, lites tamquam tetricas fugiebat.

Nec nos atria, nec domus Potentum
Nec lites tetricas, forumq. triſte.

& inſuper eas quoq; funeſtas vocauit Stroz. ſen. hoc verſu.

Quod niſi funeſtam properaſſet tollere litem.

Reiectis ergo his rebus funeſtis, tetricis, & tenebroſis, tempus quidem eſt aſpirare ad claram lucem, & dicam cum Iob. *Poſt tenebras ſpero lucem.*

Ideo poſt longum interuallum ad nos, & terminabo id, quod eſt dictum de diuerſitate opinionum DD. ex imo pectoris exclamando, vnà cum *Budeo in l. 2. de orig. iur.* ibi vtinam prodeat nobis ſuperſtitibus Tribo-
210 nianus alter, † qui cornicum oculos Iuriſconſultis noſtri temporis configat, ideſt, qui tot voluminum aceruos, quot ne Ptolomæi quidem bibliotheca caperet, certo quodam numero circumſcribat &c.

Sed quid erit faciendum, quò conuertendum, & recurrendum ad ſciendam, & eruendam veritatem in tàm varia, verèq. miſeranda opinionum obſcuriſſima varietate, & farragine, certè ad Horologium ſolare, & ſic oculi conuertendi ſunt ad Rotam Romanam, & mirabile eſt dictu.

Quã læto ſplendore micat, quã grata venuſtas.

Et ſi verum eſt quod reſcripſit Imp. Iuſtinianus Ioanni Præf. Præt. *in l. quæſtionum.*
211 *fin. §. ſed ſunt. C. de fideicom.* ibi, † PER AMPLIORES HOMINES PERFECTISSIMA VERITAS REVELETVR &c. proculdubio enim fateri neceſſe erit, quod non alio erit recurrendum, quàm ad Deciſiones Rotæ Ro-
212 manæ, quæ † emanarunt à duodecim Iuris conſultis ex amplioribus, primioribus, & ſa-
213 pietioribus † totius Reipublicæ Chriſtianæ ſcientia, & ingenio fulgentiſſimis, & lucidiſſimis, & iſti ſunt, tamquam Lucernæ ardẽtiſſimæ ſupra montem poſitæ, vt omni-
214 bus † lumẽ præſtẽt, vt inquit *Hieron. Grat. in conſ. 22. in fin. lib. 1.* & melius *Frãciſc. Burſatt. in conſ. 391. nu. 23. verſ. in quo duodecim viri morum candore, eminentique ſcientia, & vice Papa viuentis &c. lib. 4.* Nam ſacra Ro-
215 ta eſt lux Vrbis, & Orbis, † & iſtæ eſt ſplẽdor ſupra Montem poſitus, per quæ etiam MonsMontiũ clarior, & lucidior redditur, Ita vt poſſũ dicere vnà cũ Horatio lib. 4. Carm.

. . . . *& ò Sol pulcher.*

216 Et tantus eſt † ſplendor, & fulgor Rotæ Romanæ, vt vniuerſam Mundi machinã illuminet, ſicuti notum eſt, & affirmauit *Anton. Theſaur. in proœm. Deciſionum Pedemont. ſub num. 32.* ibi, idem euenit in Sacra Rota Romana totius orbis lumine &c. Et meritò de ea aſſeri pót, quod habetur apud *Eccleſiaſt.*
217 *cap. 12.* ibi, Quæſiuit † verba vtilia & cõſcripſit ſermones rectiſſimos, & veritate plenos.

Non ergo mirum, ſi Romani Põtifices in
218 grauioribus, & difficilioribus cauſis, † quæ ad Sedem Apoſtolicam deuoluũtur eiuſdem Rotæ Auditorum iudicio vti non dedignantur,

tur,vt aſſerit *Præpoſit.in can.multis. poſt prin-*
cip. 17. diſtinct. & ipſimet Pontifices olim
219 ad eorum relationem † iudicabant, vt in-
quit *Speculator in tit. de Auditor. num. 3. verſ.*
& generales Auditores Palatij Domini Papæ,
vice,& loco ipſius Domini &c. Gomes.in proœm.
Regular.Cancellar. ſub tit. de Rotæ immutat.
Vnde mox ex eorum prudentiſſimis reſpon-
220 ſis † Decretales Epiſtolæ, quibus confla-
tum eſt corpus Iuris Canonici, prodijr, vt
aſſerit *Veſtr.in prax.lib.1. cap.17.num.2.*
Et Doctores plures ingenuo ore fatētur,
& præſertim *Granat. in additione ad Veſtr.d.*
lib. 1.cap.1. quod cum in Rota Romana om-
221 nia † ad doctrinam, prudentiam, integri-
tatem,ac ſanctitatem pertinentia inſint, me-
222 ritò vt quoddam virtutis † templū ab om-
nibus ſit vocandum, &c. Ita vt ad eam non
ſecus ac ſitibundus ad limpidiſſimum fon-
223 tem, † currendum ſit, & quaſi ad Aram,
ſedemq. Iuſtitiæ tutò confugiendū veniat.
Iure igitur meritò affirmauit *Inſignis Do-*
ctor Quintilianus Mandoſius (auus Dom. mei
224 Io. Bapriſtæ † Mandoſij in Romana Curia
Aduocati præſtantiſſimi, & integerrimi, &
mihi cariſſimi, tùm ob eius animi cando-
rem, tùm ob eius præexcellentem ſcientiā,
& miram eruditionem, cui mulrùm me de-
bere intelligo) dictus inquam *Quintil. in*
praxi Commiſſion. formul. 14. ait, quod Rex
225 potentiſſimus † Galliæ, & alter non mino-
ris potentiæ, ditionis, & maieſtatis Hiſpa-
niarum Rex, & Reges omnes, immò ipſe
Auguſtus Imperator Chriſtianæ Religionis
aſſertor libenti, & hilari animo ſe ſupponunt
integerrimæ cenſuræ, ſanoq. iudicio Rotæ
Romanæ. Non mirum ergo, quòd aliàs Sa.
226 crum Conſilium Neapolitanum † Rotam
Romanam conſuluerit, & iuxta eiuſdē opi-
nionem iudicauerit, & hoc præſertim atte-
ſtatur *Matth.de Afflict. in deeiſ.351.num.9.*
& 10. incip. Fuit bis dubitatum.
Auditores enim Rotæ Romanæ non iniu-
ria gloriari poſſunt, quemadmodum Cæſar
227 Auguſtus † aliquando iactare ſolebat, *ſe*
Romam lateritiam accepiſſe, marmoream red-
didiſſe; ita quod ipſi ius acceperunt, & re-
truſum, & opacum, & obſcurum, plurima
arte illud firmum, & illuſtre reddiderunr, &
228 expeditum, † ita ut quæſtionum tempeſta-
tes ferè omnes ex ſeditioſis, & turbulentis,
tranquillas ſtatim reddiderint, & placatas.
Et Rota in hoc imitatur naturam olei, quod
(vt referunt rerum naturæ indagatores) ſi
effundatur in agitatum, & turbatum mare
ventorū vi, & turbinibus inhorreſcens illud
placat, & tranquillat &c. Rerum verò diffi-
cultates,& obſcuritates miro ſplendore illu-
minarunt, itaut in atra & valde periculoſa
obſcuritate difficultarum Iuris, poſſumus di-
cere conremplando deciſiones Rotæ Roma-
næ, vnà cum Tibull.Eleg.6 lib.3.

Venit poſt multos vna ſerena dies.

Dici enim poteſt, quod ſicuti Sol, ocu-
229 lus † Mundi, *vt ait S. Ambroſius in Hexa-*
merone, iucunditas diei, pulchritudo Cœli,
menſura temporum, virtus omniū naſcen-
tium, decor, & perfectio Stellarum, Plane-
tarum Rex, & Dominus, dum emittit ſuos
ſplēdores, omnia quāuis obſcura, illuminat.
230 Sic Rota Romana eximium decus, † ſum-
ma venuſtas, ampla magnificentia, & inæſti-
mabilis theſaurus Iuriſprudentiæ, Domina-
trix, ac Phœnix omnium Iuriſconſulrorum,
& Iuris amœniſſimus deliciarū capus, dum
emittit ſuos radios, ideſt Deciſiones, tunc
231 in eo caſu † fugantur omnes difficultatum
tenebræ, & in hoc caliginoſo, & tenebroſo
Iuris vaſto, altoq. gurgite, lumen ardentiſ-
ſimum præbent, ne infeliciter naufragetur,
& aberretur, & ſpem turiſſimā præſtant mi-
ſeris nauigantibus aliquando attingendi de-
ſideratum portum, Per iſtas enim deciſio-
nes omnia patent, omnia erumpunt, & om-
nia illuſtrantur, non ſecus atque

Splendidior liquidis cū Sol caput extulit vndis.

232 & illæ ſunt, quæ denſa † caligine lucē mi-
ram forenſibus negocijs afferūt, & ideo ele-
ganter dixit *Sarnen.* in loco ſupracitato, ibi,
tamquam adhibitis luminibus, litium tene-
bris fugaris Reipublicę ſtatus roboratur,&c.
& affirmare non eſt dubitandū, quod Deci-
ſiones Rotæ Romanæ ſic ſplendidè lucent,&
233 vt verius loquar, manu nos ducunt † ad
ipſam Iuſtitiam ſolam Dominā omnium, &
Reginam virtutum, & ea viſa, quis non ad-
miretur eius ſplendorē, & pulchritudinem,
vt dixit *Marc. Tull lib.2. de offic.*
Iuſtitia enim (vt præclarè inquit *S. Cy-*
234 *prianus de 12. abuſionibus.*) Pax † eſt po-
pulorum, Tutamen patriæ, Immunitas ple-
bis, Munimentum gentis, Cura languorum,
Gaudium hominum, Temperies aeris, Sere-
nitas maris, Terræ fœcunditas, Solatiū pau-
perum, Hæreditas filiorum, & ſibi ipſi ſpes
futuræ beatitudinis.

Duce

235 Duce ergo Rota Romanâ † non timemus ſcopulos, fluctus ſuperamus, portum appellimus, & tandem voti compotes eſſe gaudemus, & ea mediante ad cuncta facilis eſt à ditus, facilior progreſſua, facillimus verò regreſſus, & eadem opem præſtante non difficulter inter ſpinas duriſſimas, purpureas roſas, inter lolium, ſterileſq. auenas, optatum frumentum maxima animi ſatisfactione capimus; imò ex profundo Iuris Oceano pretioſos lapillos, & quotquot ibi ſunt obruta attalica facili negocio ſubtrahimus.

Tanta enim eſt maieſtas, vis, & auctoritas Rotæ Romanæ, quod ſicuti magnes ferrum, ita illa omnes gentes ad ſe ipſam admi-
236 randam, & venerandam attrahit, & † iam in omnem terram exiuit ſonus eius, itant eadem loquente, cuncti reuerenter ſileant,
237 non † ſecus, ac (vt Gentiles aſſerebant) oraculo Delphico loquente, cætera obmuteſcebant, vt inquit *egregius Doctor Quintilian. Mandoſ. de Monitor. quæſt. 27. num. 6.* Et non ab re dixit *Bellam. in deciſ. 37 ſub tit. de appellat.* quod inter Iudicia Eccleſiaſtica, nullus eſt in toto Orbe præſtantior Rota Romana &c.

Quocirca quemadmodum olim Alexan-
238 dria Vrbs † Aegypti celeberrima, tanti propter admirabilem virtutem erat habita, vt Iuris conſultis, Medicis, Philoſophis, &c. ſatis fuerit ad doctrinæ teſtificationem pro-
239 bare ſe eſſe Alexandriæ eruditos, ita † ad veram, germanamq. Iuris intelligentiam, nihil puto eſſe validius, quàm quod ex ſacro Rotæ Romanæ Auditorio emergit, Nam vt Medici omnes, Galeni potiùs, quàm ſuo vtuntur iudicio, ita omnis Iuris conſultorũ turba, dum Rotæ Romanæ minimè reclamat
240 opinioni, non tàm videtur † in eius opinione, quàm in ipſo Iure acquieſcere.

241 Et in tam illuſtri, & excelſo † loco repoſita eſt authoritas Rotæ Romanæ, quod ab ea recedere nefas quodammodo videatur, vt inter alios teſtatur *Marc. Anton. Marſil. in tract. de Reddit. Eccleſiaſt. cap. 36. num. 8. verſ. Extat etiam pro hac parte Dominorum de Rota auctoritas &c.* ita vt ea ſtante acquieſcẽdum eſt, vt inquit *Corn. in conſil. 16. ſub n. 5. lib. 1. verſ. Et cum habeamus Rota Romana*
242 *auctoritatẽ † non vlterius quærendum &c.* & *Menoch. in conſil. 736 num. 2.* ſe retractat ab opinione, quam aliàs tenuit, quia in contrarium Rotæ Romanæ deciſionem inuenerat. & *Surd. in conſil. 403. ſub num. 83.* amplè atteſtatur, quod ſi vllius vmquam iudicium
243 mouere † nos debet, certè Rota Romana (pace omnium aliorum) ceteris antreferenda eſt, cum nemo ignoret quanta ſit eius auctoritas, & cogitandum eſt, cum Auditores Rotæ Romanæ ſint doctiſſimi, prudentiſſimi, & iuſtiſſimi viri, veriſimiliter non errãt. Supradictis quoque addo cum Auditores Rotæ Romanæ videant, ſe ſummos Sacerdotes Iuſtitiæ eſſe, ideo vehementer ardent, & cupiditate incredibili nihil magis habent in votis, quàm ſolam veritatem aſſequi, cum, & hoc Imperiale ſit, ſecundũ Iuſtinianum Imperat. *in l. dedititia 1. verſ. Nos enim qui veritatẽ colimus &c. C de caduc. toll.* Et ideo poſt factas ab ipſiſmet Dominis iuxta ea, quę propoſita ſunt deciſiones, vtrique parti panduntur, & ſi pars, ſe putat læſam, (niſi euidens ſit quærimoniæ calumnia) patienter iterum benigni illi Patres audiũt partes exẽplo Diui Antonini Imperat. de quo ſcribit *Marcellus I.C. in l. proximè 3. verſ. Audi me patienter ff. de his. q. in teſt. del.* cum patiẽtia ſit magna pars Iuſtitiæ, vt inquit *Plin. lib. 6. epiſtol. 2.* & facit dictum Stobæi ſermon. 44. ex Euripide.

Quiſnam de cauſa iudicat, & ſententiam fert
Priuſquã vtriuſq. ſermonẽ pariter audierit.

immò patientia eſt vna ex principalioribus virtutibus, quæ Iudici conueniat, vnde inquit Dauid in Pſalm. 7. DEVS IVSTVS IVDEX FORTIS, ET PATIENS, & talis, qui vt ait Apoſtolus Paulus norit vti DEVS ipſe compati infirmitatibus noſtris &c. ſed ad nos, & auditis, vt dixi, iterum partibus, denuò cauſa in Rota proponitur, atque diſcutitur, & ſi aliqua perperam propoſita, aut intellecta ſunt, ea libenter puritate ſatagunt reducere ad veritatem aliàs ſtatur in deciſis. & dicta reuiſio Deciſionum, præterquã Rota Romana; in alijs ſupremis Tribunalibus extra Romanam Curiam res quaſi penitus inſolita videtur, vt notum eſt, & hoc patet ex eiſdem deciſionibus. His igitur, & alijs ſupra iactis inconcuſſis fundamentis redeo ad auctoritatem Rotæ Romanæ, & dico.

Si inter Iuriſcõſultorum antiquorum va-
244 rias vna de re ſententias; † illa valebat & præferebatur, in qua excellentiſſimi ingenij vir Papinianus erat, & hoc ex Conſtitutione Imperatorum Theodoſij, & Valentiniani *in l. vnic tit. 4. lib. 2. in C. Theodoſ.* quare idẽ
245 non eſt dicendum † de ſententia, cui adhæret

hæret

hæret Rota Romana, cum in ea non vnicus tantum habeatur Papinianus, ſed bene duo-
246 decim. Veritas enim magis † perfecta per plures perſpicitur, necnõ à pluribus (& maximè talis eminentiſſimi ingenij) quod videtur prudentius deciditur, *cap. prudentiam. de offic. delegat.* cum alijs allegatis in *cauſa Nucerina Nullitatis* 28. *Iunij* 1628. *coram bo. me. Card. Virili.*

Vnde non mirum ſi aſſerat *Felin. in cap. cũ Bertoldus col. fin. de iudic.* quod in vna cauſa allegauit contra quandam deciſionem Rotæ dictum *Io. de Imol. Ant. de Butrio, & Abb.* & quod non fuit exauditus. Et non immeritò *Io. Franciſcus de Pauin. in præludijs ad extrauag. Ioan. XXII.* quaſi iratus repræhendit Dominic. à S. Gemin, & Petrum de Anchar. eò quia non erubuerunt conſulere contra Rotam, dicens Petrum de Anchar. & Dominic. qui contra Rotam conſuluerunt, pace eorum, iniquè egiſſe.

Immò maiora dicam de deciſionibus Rotæ Romanæ, & præſertim ſubdam cum *Gomes. in repetitione cap. iuris non eſſe* 1. *ſub num.* 51. *extra de iudic.* quod Deciſiones iſtæ maximè ſi pro illis ſæpè iudicatum fuerit, tamquam
247 venerandarum † legum dogmata ab omnibus ſeruari debent. Et quod tamquã ſacri Canones ſequantur teſtatum reliquit *Io. Franciſc. Rip. in reſponſ.* 3. *n.* 11. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* ibi. Maximè venerandum, & ſapientiſſimum Collegium Dominorum de Rota, quod nullum aliud excellentius eſt, &
248 cuius Deciſiones iam vti Canones † videmus obſeruari. Sed ad quid plura non deſunt Doctores, & quidem clari nominis, qui aſſerunt, vt placita Rotæ Romanæ potiùs Diuina, quàm humana cenſeri debeant,
249 & quod vox eius † Auditorum, vox DEI ſit.

Equidem Romanæ huic Rotæ non inſidet fortuna, ſed præſidet ſapientia, & pru-
250 dentia, immò referre Cœli † orbem videtur, vnde præclarè, & elegantiſſimè dixit Sanctiſſ. Dominus Noſter VRBANVS VIII. Pont. Opt. Max. in ſuo poemate: quod inſcribitur, Reſponſio Antonij Gigantis ad gratulationem nomine Dionyſij Rattæ in numerum Auditorum Rotæ Romanæ adſcripti. in fine ibi,

... dum Rota in Orbe conſtitutus
Aeui, quod ſupereſt agam: mihique
Hoc ab Orbe refertur, Orbis ille
Cæli, vt hiſce laboribus libenter
In motu, veluti Polus quieſcam.

Enimuerò ſi vnquam fuit tempus, quo Rota Romana prudentia, fide; & integrita-
251 te † vbique locorum micauit; hoc certè præſenti tempore euenit, in quo fauſta conſpiratione aggregati ſunt maximi Iuriſconſulti, viri ſancti, & numeris omnibus abſolutiſſimi, & Legum religioſiſſimi, & ſapientiſſimi Antiſtites, itaut ſeculũ noſtrum hac ex parte feliciſſimum videre meruerit, & vt nos dicere ſolemus, iure poſtliminij iterum reuerſos, alterum Papinianum, alterum Vlpianum, alterum Tribonianum, alterum Paulum, alterum Sceuolam, alterum Caliſtratum, alterum Caium, & ceteros illos ſum-
252 mos I. C. qui † Legum tenebras illuſtrarunt, & nobis magis admirationem, quàm imitationis ſpem reliquerunt RR. PP. DD. Auditores, qui hodie feliciter in Rota Ro-
253 mana † ſedent, ſunt ſequentes.

Reuerendiſſ. P. D. Philippus Pirouanus Mediolanẽ Rotæ Decanus.

R. P. D. Clemens Merlinus Foroliuien. Ciuis Ferrarien.

R. P. D. Amatus Dunozettus Gallus.

R. P. D Franciſcus Maria Ghiſilerius Bononien.

R. P. D. Hieronymus Veroſpius Romanus.

R P. D. Io. Iacobus Panzirolus Romanus.

R. P. D. Petrus Carrillus Hiſpanus.

R. P. D. Franciſcus de Rojas Hiſpanus.

R. P. D. Chriſtophorus Peutingerius Germanus.

R. P. D. Celſus Bichus Senen.

R. P. D. Carolus Cerrus Romanus.

Abſque enim controuerſia de his tã eximijs Auditoribus poteſt affirmari id, quod
254 de Senatu † Romano Cyneas ad Pyrrum Epirotarum Regem retuliſſe fertur, ſcilicet, tot Regum eſſe conſeſſus, quot ſunt Senatores &c. & hoc de eis aſſerere non eſt dubitandum; nam vt ait Horatius in epiſtol. 1. ad Mœcenat.

Ad ſummam ſapiens, vno minor eſt Ioue, diues
Liber honoratus, pulcher Rex denique Regum.

255 & *Ariſtippus* ſolitus erat dicere, † Nihil Solem vnquam admirabilius vidiſſe viro ſapiente, & *Euripides* affirmauit, quod vbi
256 eſt vir ſapiens, ibi DEVS eſt in † humano corpore hoſpes, & facit quod ſcriptum

ptum eſt *A Ptolomæo in libro ſuæ magnæ con-*
ſtructionis quem Almageſtum vocant, & è no-
ſtris affirmant *Bald. in cap.* 1. *ext. vt lit. pend.*
nihil innou. & in conſ. 458. *Quidam Dominus*
257 *in fin. lib.* 2. nempe † quod Sapiens domi-
natur aſtris.

Qualis autem, & quanta ſit ſapientia, &
maximè in legali philoſophia in iſtis Audi-
toribus, verbis conſequi quilibet, etiamſi
258 eſſet † alter Demoſthenes, vel Marcus Tul-
lius deſperare iam poteſt, ego autem quan-
tum in me eſt, cum iuſtè verear, ne cum il-
los amplificare velim, minuam etiam glo-
riam, latiſſimum etenim eorumdem laudũ,
& gloriarum quaſi campum ingreſſus, vi-
deo difficiliorem exitum eſſe, quàm introi-
259 tum, & cum ſentiam tellus, † & aſtra de
illorum ſapientia reſonare.

Sequar exemplum Timanthi vetuſtiſſimi
pictoris, qui cum Iphigeniæ ad aras peritu-
ræ, non ſatis morientem, & afflictum patrẽ
260 ductis † lineis repræſentare poſſet, caput
eius ſindone operuit, vt vniuſcuiuſque ani-
mo quàm maximum mœrorem exiſtiman-
dum relinqueret. Quod enim maximè cu-
pio, vt plus hic intelligatur, quàm à me
ſcriptum ſit. Et ſi aliqua dicere vellem in
caſu iſto opus eſſet vt more Vatum exopta-
rem, vt apud Perſium legitur.

Vatibus hic mos eſt, centum ſibi poſcere voces,
Centum ora, & linguas optare in carmine centũ

Solùm enim aſſeram, quod tantùm ex
vberrimis, & chriſtallinis iuris fontibus hau-
261 ſerunt † prædicti Auditores, quantũ vn-
quam alio mortali haurire fas fuit, & non
contentus ero affirmare vnà cum *Gratian re-*
ſponſ. 22. *in fin. lib.* 1. ibi, Plura ſcripſiſſem
in hac cauſa magni ponderis, ſi coram Au-
ditoribus Rotæ Romanæ verba non facerẽ,
262 qui † vti Iudices totius Orbis, ita prima
inter Iudices Iuris lumina eſſe conſtat &c.
Nec cum *Decio in conſil.* 217. *incip. In caſu*
ad me tranſmiſſo. poſt princip. ibi, Procedam
breuiter, quia Romæ vbi cauſa agitatur, fi-
263 laterias non audiunt, & † meritò, quia nau-
ſea excitatur conſumatiſſimis illis Rotæ Au-
ditoribus, quibus omnia iura in ſcrinio pe-
ctoris repoſita ſunt &c. Sed his minime ſa-
tisfactus, vlterius progredior, & dico, quod
tanta in eis abundat ſapientia, quod in eorũ
264 fortunato ſinu, tanquam in Iuris † ſacra-
rio omnes habitare videantur iuris opifices,
eorumq. in pectore vniuerſa Ptolomei Phi-
ladelphi Regis deliteſcere bibliotheca, quæ
ſexaginta millibus librorum habebatur Ale-
265 xandriæ † abſoluta, & in quolibet eorum
benè conſideratur Acies ingenij Platonis,
Lumen doctrinæ Ariſtotelis, & Eloquentiæ
266 flumen † Demoſthenis.

Porrò ſine dubio aſſeri poteſt, vt lon-
gè alios omnes ſapientes, qui iam fuerunt
excellant, ſicq. cum *Eccleſiaſt. cap.* 1. dice-
re poſſunt, Ecce magni effecti ſumus, & præ-
ceſſimus omnes ſapientia, qui fuerunt ante
nos &c. Et eis non ſolum Regina Saba, ſed
267 quilibet alius Rex, & † Monarcha dicere
poterit, Maior eſt ſapientia, & opera veſtra,
quàm rumor quem audiui &c. Et etiam cer-
tè in hoc ſacro Auditorio verificatum vide-
mus, quod lex 12. Tabul. ſtatuerat circa or-
268 dinem Senatorium, † ſcilicet Is ordo vitio
vacato, cæteris ſpecimen eſto.

In tantùm, quòd Sanctiſſimus D.N. VR-
BANVS VIII Pont. Opt. Max. circa hanc diffi-
cilem prouinciam iudicandi, poteſt dulci
269 ſomno, & † quiete potiri, Paſtori ſimilis,
de quo egregium illud Poema.

Paſtor, vtramque lupi ſecurus dormis in aurem
Cum vigiles ouibus ſentis adeſſe canes.
Dulcia ſic Princeps poſitis agit otia curis
Cum fidos Populo præpoſuit Satrapas.

270 Supremis enim † his Areopagitis, ò quã
longè præclarum eſſet, potiùs mori, quàm in
nihilo fœdari, & iuſtitiam ita exercent, vt
271 cum omnibus † ſemper, vna atque eadem
voce Leges loquantur, & iſti ſunt, qui in-
ſudant, & acriter certant, atque anfractus
272 litium debellant, † nam eorum ope à nobis
aliena ſunt funeſta, & horrenda illa portenta,
quæ acciderent, ſi verum à falſo victoriam
reportaret, iuſtum ab iniuſto debellaretur,
273 æquum ab iniquo † ſuperaretur, certè di-
gni cenſendi ſunt cingere eorum generoſum
caput triumphali, & victrici fronde.

Nam & viri DIVINI appellari poſſunt,
& hoc non quia, Heſiodus Legiſlatorum
auctoritatem à Ioue initium habuiſſe, ſcrip-
tum in Teogonia reliquit, ideoq. illi non
274 ſolum † Sacerdotes, & Pontifices ſunt
crediti, ſed etiam diuini homines, quales
fuerunt Aeacus, Radamantus, Numa Pom-
pilius, Lycurgus, Draco, Solon, Pittacus
qui omnes pro Legum dignitate, quas ſcrip-
ſerunt, in Deorum numerum (quod Chri-
ſtiana Religio deridet) fuerunt relati, ſed
hoc aſſero, quia in ſacris paginis apud *Apo-*

ſtolum

Digitized by Google

ſtolum Ioannem 1. *cap.* 11. habemus, quod
275 omnis, qui facit iuſtitiam † ex DEO na-
tus eſt. Inſuper in eorum honorem expen-
di poteſt, quod dixit *Regius Propheta in Pſal-
mo* 83. *in verſ.* Benedictionem dabit Legiſla-
tor ibunt de virtute in virtutem, videbitur
276 Deus † Deorum in Sion. & quod habetur
apud *Danielem cap.* 12. ibi. Qui docti fue-
rint, fulgebunt quaſi ſplendor firmamenti, &
277 qui ad iuſtitiam erudiunt † multos, quaſi
ſtellæ in perpetuas æternitates, &c. quod
tranſumptiuè poſuit *Honorius III. in cap. ſu-
per ſpecula fin. de magiſt.*

Sed quia denuò video, quòd iã breuitatis
cãcellos trãſiui, & incidi in id, de quo *in can.
ſi omnia.* 6. *quæſt.* 1. Quod ſuperuacuis laborat
278 impendijs, qui Solem certat † facibus ad-
iuuare. & iuxta illud Ouidij Elegiarum.

Quid folia arboribus, pleno quid ſydera Cœlo
In freta collectas alta quid addis aquas.

Reliquum eſt, vt ſolùm addam, quod licet
ex amœniſſimo, & odorifero horum inſi-
gnium Auditorum laudum campo vbique
ſuauiſſimis floribus niteſcentibus eis, coro-
nam tentaui compingere, non putetur tamẽ
hoc me feciſſe aſſentationis artificio, ſcili-
cet, vt eorum gratiam quæram, ABSIT:
Laudo ſolùm quod laudat Orbis vniuerſus,
Viros ſcilicet grauiſſimos, cognitos, atque
279 in primis † probatos, & tamquã aurum in
fornace depuratos, vt iam dixit *Galiaul. in l.
cẽturio ſub n.* 4. *verſ. Auditores Sacri Palatij ff.
de vulg & pupill* Et quorũ ingenium omnes
ſuſpiciunt, & virtutum eorumdem conſtans
opinio in omnium pectoribus viuit, om-
280 niumq. linguis celebratur: Fama † enim
communis non mentitur.

Verum enimuerò licet non ignorem, quã-
281 plures oblocutos eſſe de Rota † Romana,
tamen his omnibus poteſt reſponderi, ſicu-
ti habemus *in cap. vnico* § 1 *de ſchiſmat. in* 6.
ibi, Latratibus eorum non duximus dare
282 reſponſum &c. Animus † enim inducitur
ad opera aggredienda non malorum, ſed bo-
norum virorum intuitu tantum, ſiquidem

Curandum eſt ſemper placeas doctisq. bonisq.
Summa quidem laus eſt diſplicuiſſe malis.

Rota enim aſpernatur zoylorum latratus, &
benè congruit, quod dixit *Senec. in lib. de
Ira cap.* 32. ibi, Ille magnus, & nobilis eſt,
283 qui † more magnæ feræ latratus minuto-
rum canum ſecutus exaudit. Cum Criticis
284 enim non eſt † admodum verbis decertan-
dum, ſed modeſtia rectè factis vlciſci pul-
cherrimum eſt, & perbellè ſcriptum re-
liquit idem *Seneca in tractat. de virtutib.* &
ex noſtris refert *Io. Andr. tuba, & fons Ca-
noniſtarum in cap. adhac* 1. *num.* 31. *ext. de*
285 *poſtulat. Prælat.* quod HONESTVM † ET
MAGNVM VINDICTAE GENVS EST IGNO-
SCERE.

Porrò cauſa, quæ mouere potuit ſupradi-
ctos ad obloquendum de Rota Romana, eam
optimè deſcribam, & dico, quia ſicut origo
opinionum diuerſarum, & contrariarum,
fuit, (vt refert *Petrus Andreas Gamarr. in
tractat. de verit. & excellent. Legalis ſcientia,*)
quia cum homines tot mundi pulcherrima,
286 Cœlum, Solem, Lunam, † & clariſſima
Aetheris lumina conſpicerent, admirati
ſunt, & ex tali admiratione non paruum
natum eſt deſiderium dignoſcendi cauſas,
& naturam earum rerum.

Ita etiam affirmari poteſt de iſtis Zoylis,
287 & Momis, † quòd viſo tàm magno ful-
gore Rotæ Romanæ, & tot diuina virorum
ingenia, miro eruditionis torrente ſcaten-
tia, vehementer admirantur, & tamquam
alteri Veſpertiliones nequeunt tantam lu-
288 cem ſufferre, & vt cecinit Apul. Poet. ſe-
quenti verſu.

Inuidiæ nefaria lethali plaga percuſſi.

& vltra etiam non valentes diù retinere cõ-
ceptam rabiem, & rancorem, fremere, & ſi-
bilare incipiunt. & odij, inuidiæq. furijs agi-
tari, dictante ſtultitia, ab eorum impuro pe-
ctore, ne dicam ſterquilinio venenum in-
digeſtum turpiter euomunt. Faciant tamen
quicquid ſolent, non quod debent. Lux lu-
cet & non lucere nequit, nec velo nec alio
poteſt impedimẽto prohiberi: prædicti bla-
terones etiam faciant ſicuti canes, qui ina-
ni quadam conſuetudine Lunæ latrare con-
289 ſueuerunt. Et licet † moleſtum ſit ſubſti-
nere inuidiam, tamen multo moleſtius eſt
nihil habere inuidendum, Nam virtus ex-
cellentiſſima (*ſecundùm Marcum Tullium*)
290 vix † carere poteſt odio, & inuidia. Sed ſi
benè animaduertatur, etiam prædicti velint
nolint, honorem addiderunt Rotæ Romanæ,
291 cum infelix ſit gloria, † quæ eſt ſine ad-
uerſario, & dum deſunt hoſtes, deeſt etiam
cauſa triumphi. Et facit quod dicit *Seneca
de prouident.* Virtutem ſine aduerſario mar-
ceſcere, & congruit etiam illud vulgatum

Vire-

Google

Doctores.

Vireſcit vulnere virtus &c. cum &ea multũ ſibi adijciat, quando eſt laceſſita, & arridet, id, quod dixit Camer. 11. Cent. 1.

Maior in aduerſis, virtutis gloria vera eſt.
Vberior ventis Myrrha agitata fluit.

Tandem has Deciſiones (*Excellentiſſimi Domini*) libenti animo, & hilari vultu ex-
cipite, & curioſè, & fructuoſè perlegite,
292 & non † in minori veneratione habeatis,
quàm Alexander ille Magnus habuit Illiadas Homeri, quas fertur ſeruaſſe in Scrinio ex Regia præda Darij capto auro, gemmisq. fabrefacto. Nec huic libro opus eſt, vt exoptem id, quod *Ariſtoteles in Moralibus ad*
293 *Nicomachũ* prudenter dicere ſolebat, † Libros ſcilicet Genio indigere, nonne enim ſi veritas dicenda eſt eo libri Deciſionum Rotæ Romanæ apud omnes abundant, Et hoc maximè quia ex recentioribus deciſionibus præſens liber ſelectus eſt: Nam
S. Hieronymus in Præfat. ſuper Pentateu. ele-
294 ganter † dixit: Libros non eſſe, ſicut vi-
num, quod eò antiquius, eò pretioſius.

Valete. Et precor rerum omnium Opificem, vt fauſta vobis cuncta ſemper, & ſecundis ventis eueniant, nihilq. aduerſi patiamini, & ad Thitoni ſenectam perueniatis.

Romæ Nonis Auguſti anno à Partu Virginali CIↃ IↃC XLI.

Imprimatur ſi videbitur Reuerendiſſimo P. Mag. Sac. Pal. Apoſtolici.

I. B. Epiſc. Camerin. Viceſg.

Alienum à me ſit, immò numquam mihi veniat in mentem, quidquam malè ſuſpicari de Sacræ Rotæ Romanæ Deciſionibus. Quare dictæ Deciſiones Sacræ Rotæ Romanæ à Perilluſtr. & Excellent. D. Paulo Rubeo I. C. Romano tertio loco ſelectæ nihil quod pias, vel Catholicas aures offendant, continentes, digniſſimæ, vt in lumine publico ponantur amplè atteſtor, cum eas viderim, & perlegerim ex ordine Reuerendiſſimi P. Sacri Palatij Apoſtolici Magiſtri. In quorum fidem hanc mea manu ſubſcripſi. Romæ hac die 14. Februarij 1640.

Ego Ioannes Baptiſta Mandoſius Patritius Romanus, & in Romana Curia Aduocatus.

Imprimatur

Fr. Thomas Aquauiua Magiſter & Socius Reuerendiſſimi Patris Fratris Vincentij à Florentiola Ordinis Prædicatorum S. P. Apoſt. Magiſtri.

NOTA

NOTA
RR. PP. DD. AVDITORVM
SACRAE ROTAE ROMANAE

Coram quibus Deciſiones in hac parte contentæ prodierunt.

REV.^{MVS} P. D. PHILIPPVS PIROVANVS ROTAE DECANVS.

R. P. D. CLEMENS MERLINVS.

R. P. D. BENEDICTVS VBALDVS, deinde S. R. E. CARDINALIS.

R. P. D. AMATVS DVNOZETTVS.

R. P. D. FRANCISCVS GHISILERIVS.

R. P. D. HIERONYMVS VEROSPIVS.

R. P. D. IOANNES IACOBVS PANZIROLVS.

R. P. D. PETRVS CARRILLVS.

R. P. D. FRANCISCVS DE ROIAS.

✠ R. P. D. IO. BAPTISTA COCCINVS.

R. P. D. LVCAS ANTONIVS VIRILIS, deinde S. R. E. CARDINALIS.

R. P. D. FRANCISCVS VBALDVS.

R. P. D. CORNELIVS HENRICVS MOTMANNVS.

R. P. D. ALEXANDER BVCCABELLA.

INDEX CAVSARVM
IN QVIBVS FACTAE SVNT DECISIONES
SACRAE ROTAE ROMANAE
IN PRAESENTI VOLVMINE POSITAE

Alphabetica ſerie diſpoſitus.

Et primò per Diœceſes: Secundò per Materias: Tertiò per ſingulos RR. PP. DD. Auditores.

A

Aeſina Bonorum. Veneris 27. Apr. 1635. Buccabella. deciſ. 36.

Anconitana Prædij. Lunæ 19. Iun. 1634. Merlino. deciſ. 291.

Anconitana Prædij. Merc. 24. Ian. 1635. Merlino. deciſ. 9.

Anconitana Prædii. Lunæ 16. Iun. 1636. Buccabella. dec. 153.

Anconitana Prædii. Ven. 13. Febr. 1637. Pirouano. dec. 197.

Arboren. Canonicatus. Lunæ 14. Ianuar. 1636. Merlino. dec. 83.

Aretina Cappellaniæ. Lunæ 19. Ianuarii 1635. Carrillo. dec. 7.

Arianen. Archidiaconatus. Ven. 26. Iun. 1637. Veroſpio. dec. 236.

Arianen. Archidiaconatus. Vener. 4. Decemb. 1637. Motmanno. dec. 256.

Ariminen. Iuriſpatronatus. Ven. 16. Nouemb. 1635. Pirouano. dec. 72.

Ariminen. Iuriſpatronatus. Ven. 27. Iunii 1636. Pirouano. dec. 170.

Ariminen. Iuriſpatronatus. Lunę 23. Martii 1637. Coccino. dec. 206.

Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ 19. Nouemb. 1635. Buccabella. dec. 74.

Auenionen. Fideicommiſſi. Merc. 5. Decemb. 1635. Panzirolo. dec. 77.

Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ. 3. Martij 1636. Buccabellà. dec. 106.

Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ 10. Maii 1636. Panzirolo. dec. 134.

Auenionen. Fideicommiſſi. Ven. 6. Iunii 1636. Panzirolo. dec. 142.

Auenionen. Fideicommiſſi. Ven. 28. Nouemb. 1636. Panzirolo. deciſ. 310.

Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ 19. Ianuarij 1637. Panzirolo. dec. 189.

Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ 11. Maij 1637. Panzirolo. dec. 312.

Auenionen. Fideicommiſſi. Merc. 1. Iulij 1637. Panzirolo. dec. 244.

Auenionen. Fideicommiſſi. Merc. 9. Decemb. 1637. Panzirolo. dec. 257.

Auenionen. Vſusfructus. Mercur. 4. Febr. 1637. Dunozetto. dec. 195.

Auenionen. Vſusfructus. Ven. 11. Deceb. 1637. Ghiſilerio. dec. 259.

Auenionen. Vſusfructus. Mercurij 1. Iulii 1637. Panzirolo. dec. 238.

Auenionen. Simulationis. Merc. 29. Ianuarij 1635. Panzirolo. dec. 11.

Auguſtana Decimarum. Lunæ 18. Iunij 1635. Macchiauello. dec. 304.

Auguſtana Decimarum. Lunæ 19. Nouembr. 1635. Macchiauello. dec. 75.

Auximana Cenſus. Lunæ 10. Martij 1636. Ghiſilerio. dec. 306.

Auximana Cenſus. Lunæ 23. Iun. 1636. Ghiſilerio. dec. 165.

B

Barchinonen. Exemptionis. Veneris 20. Iunii 1637. Coccino. dec. 159.
Barchinonen. Statuti. Lun. 3. Mart. 1636. Veroſpio. dec. 107.
Barbaſtren. Canonicatus. Ven. 2. Martii 1635. Coccino. dec. 21.
Barbaſtren. Decimarum. Vener. 10. Nouemb. 1623. Vbaldo. dec. 264.
Barbaſtren. Decimarum. Vener. 14. Iunii 1624. Vbaldo. dec. 265.
Barbaſtren. Decimarum. Vener. 27. Iunii 1636. Carrillo. dec. 166.
Baren. Iuriſpatronatus. Mercur. 20. Febr. 1636. Pirouano. dec. 101.
Baren. Iuriſpatronatus. Lunæ 9. Iunii 1636. Pirouano. dec. 146.
Bononien. Bonorum. Ven. 19. Decemb. 1636. Veroſpio. dec. 184.
Bononien. Bonorum. Mercurii 10. Martii 1637. Veroſpio. dec. 204.
Bononien. Bonorum. Merc. 1. Iulii 1637. Veroſpio. dec. 242.
Bononien. Denegationis audientiæ. Lunæ 24. Nouēb. 1636. Dunozet. d. 176
Bononien. Diſmembrationis. Lunæ 15. Ianuarij 1635. Ghiſilerio. dec. 6.
Bononien. Diſmembrationis. Merc. 4. Iulii 1635. Ghiſilerio. dec. 68.
Bononien. Fideicommiſſi. Ven. 14. Febr. 1636. Dunozetto. dec. 93.
Bononien. Fideicommiſſi. Merc. 21. Maii 1636. Ghiſilerio. dec. 135.
Bononien. Fideicommiſſi. Ven. 27. Nouemb. 1637. Pirouano. dec. 249.
Bononien. Bonorum de Barzellinis. Lunę 18. Febr. 1636. Buccabella. deciſ. 96.
Bononien. Fideicommiſſi de Blanchis. Lunæ 14. Ianuar. 1636. Rojas. dec. 84
Bononien. Fideicommiſſi de Glauarinis. Merc. 23. Ian. 1636. Ghiſilerio. d. 88.
Bononien. Fideicommiſſi de Glauarinis. Lunæ 5. Maii 1636. Ghiſilerio. d. 126.
Bononien. Fideicommiſſi de Glauarinis. Lun. 23. Iun. 1636. Ghiſilerio. d. 164
Bononien. Fideicommiſſi de Ramūdinis. Ven. 9. Maij 1636. Dunozetto. d. 131
Bononien. Fideicōmiſſi de Ramundinis. Lunæ 14. Decēb. 1637. Ghiſil. d. 261.
Bononien. Fideicommiſſi de Turri. Lunæ 9. Iunii 1636. Ghiſilerio. dec. 144.
Bononien. Legati Mercur. 1. Iulii 1637. Veroſpio. dec. 239.
Bononien. Prædij Veneris 5. Decembris 1636. Ghiſilerio. dec. 179.
Bononien. Pecuniaria. Lunæ 16. Februar. 1637. Veroſpio. dec. 198.
Bononien. Succeſſionis. Veneris 11. Maij 1635. Motmanno. dec. 45
Bononien. Supplementi legitimæ. Lunæ 2. Martii 1637. Veroſpio. dec. 200.
Bononien. Tranſactionis. Sabbati 26. Nouemb. 1633. Veroſpio. dec. 282.
Bononien. Tranſactionis. Ven. 14. Nouēb. 1636. Veroſpio. dec. 173.
Bononien. Tranſactionis. Lunæ 8. Iunii 1637. Veroſpio. dec. 228.
Brixinen. Parochialium. Lunæ 12. Iunii 1634. Dunozetto. deciſ. 290.
Brixinen. Parochialium. Lunę 15. Ianuarii 1635. Dunozetto, dec. 5.

C

Cæſaraugustana de Caſpe. Lunæ 28. Ianuarii 1636. Motmanno. dec. 91.
Cæſaraugustana Diſtributionum. Lunæ 15. Ianuar. 1635. Coccino. dec. 299.
Cæſaraugustana Diſtributionum. Lunæ 12. Februarii 1635. Coccino. dec. 20.
Cæſaraugustana Diſtributionum. Lunæ 28. Ianuarii 1636. Coccino. deciſ. 90.
Cæſaraugustana Diſtributionum. Veneris 13. Iunij 1636. Coccino. dec. 308.
Cæſaraugustana Diſtributionum. Ven. 7. Nouemb. 1636. Coccino. dec. 309.

Cæſa-

Google

Index Deciſionum per Diœceſes.

Cæſarauguſtana Diſtributionum. Vener. 6. Nouemb. 1637. Coccino. dec. 246.
Cæſarauguſtana Præceptoriæ. Merc. 13. Iunij 1635. Macchiauello. dec. 51.
Cæſarauguſtana Præceptoriæ. Vener. 14. Decemb. 1635. Macchiauello. d. 80.
Calaritana Primatus. Ven. 27. Nouemb. 1637. Motmanno. dec. 251.
Ceſenaten. Succeſſionis. Ven. 27. Iunij 1631. Merlino. dec. 278.
Ceſenaten. Succeſſionis. Vener. 22. Iunii 1635. Merlino. dec. 61.
Ceſenaten. Vocum ſeu Molendinorum. Lun. 21. Apr. 1636. Ghiſilerio. d. 122.
Camerinen. Bonorũ. Lunæ 5. Maij 1636. Merlino. dec. 127.
Camerinen Saluiani. Veneris 20. Iunii 1636. Merlino. dec. 160.
Camerinen. Saluiani. Merc. 20. Februarii 1636. Merlino. dec. 100.
Camerinen. Spolii. Ven. 5. Decemb. 1636. Panzirolo. dec. 178.
Cauen. Limitum Parochialium. Lunæ 25. Iunii 1635. Buccabella. dec. 63.
Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ. Ven. 5. Iun. 1637. Buccabella. d. 220.
Cluſina Hæreditatis de Ciolis. Lunæ 2. Iunii 1636. Panzirolo. dec. 138.
Colonien. Occupationis bonorum. Lunæ 26. Ianuarii 1637. Panzirolo. d. 191.
Comen. Beneficij. Ven. 11. Ianuar. 1635. Panzirolo. dec. 82.
Comen. Beneficii. Vener. 25. Maii 1635. Panzirolo. dec. 302.
Comen. Iuris conferendi. Vener. 16. Nouemb. 1635. Macchiauello. dec. 71.
Comen. Iuris conferendi. Vener. 9. Maii 1636. Pirouano. dec. 133.
Comen. Iuris conferendi. Lunæ 8. Iunii 1637. Ghiſilerio. dec. 226.
Corduben. Decimarum de Lucena. Merc. 10. Maij 1635. Coccino. dec. 44.
Corduben. Decimarum de Lucena. Ven. 5. Iunii 1635. Coccino. dec. 16.
Corduben. Decimarum de Lucena. Mercurii 27. Febr. 1636. Coccino. d. 103.
Corduben. Decimarum de Lucena. Ven. 30. Ianuar. 1637. Coccino. dec. 193.
Cremonen. Penſionis. Ven. 23. Iun. 1623. Vbaldo. dec. 263.
Cremonen. Penſionis. Ven. 23. Maii 1625 Vbaldo. dec. 266.
Cremonen. Penſionis Ven. 15. Maii 1626 Coccino. dec. 267.
Cremonen. Penſionis. Merc. 27. Ianuarii 1627. Coccino. dec. 268.
Cremonen. Penſionis. Veneris 18. Iunii 1627. Coccino. dec. 269.
Cremonen. Penſionis. Ven. 19. Nouemb. 1627. Coccino. dec. 270.
Cremonen. Penſionis. Lun. 29. Maii 1628 Coccino. dec. 272.
Cremonen. Penſionis. Lun. 14. Ian. 1630. Coccino. dec. 276.
Cremonen. Penſionis. Ven. 4. Maij 1635. Coccino. dec. 41.

D

Dertuſen. Vicariæ. Lunæ 9. Iunii 1636. Carrillo. dec. 145.

E

Elboren. Iuris conferendi. Ven. 13. Nouemb. 1637. Carrillo. dec. 247.

F

Fauentina Bonorum. Lunæ 15. Iunii 1637. Motmanno dec. 230.
Fauentina Dotis. Merc. 14. Mart. 1635. Motmanno. dec. 27.
Fauentina Iuriſpatronatus. Merc. 23. Ianuarii 1636. Pirouano. dec. 87.
Fauentina Iuriſpatronatus. Veneris 16. Maii 1636. Pirouano. dec. 307.
Fauentina Iuriſpatronatus. Veneris 27. Martii 1637. Pirouano. dec. 208.
Fauentina Legatorum. Lunæ 12. Febr. 1635. Ghiſilerio. dec. 18.

Fauentina Legatorum. Veneris 29. Febr. 1636. Panzirolo. dec. 104.

Fauentina Legatorum. Veneris 23. Ianuarij 1637. Panzirolo. dec. 190.

Fauentina Legatorum. Lunæ 15. Iunij 1637. Merlino. dec. 231.

Ferrarien. Bonorum. Vener. 16. Ianuarij 1637. Panzirolo. dec. 187.

Ferrarien. Iuriſpatronatus. Lunæ 30. Aprilis 1635. Dunozetto. dec. 37.

Ferrarien. ſeu Romana pecuniaria. Mercur. 5. Mart. 1636. Dunozetto. d. 109.

Feretrana Vnionis. Ven. 20. Nouembris 1636. Buccabella. dec. 174.

Feretrana Vnionis. Ven. 13. Febr. 1637. Buccabella. dec. 196.

Florentina Decimarum. Lunæ 29. Ianuarii 1635. Veroſpio. dec. 12.

Florentina Penſionis. Lunæ 9. Iun. 1636. Mormanno. dec. 147.

Florentina Parochialis à Sala. Lunæ 30. Aprilis 1635. Pirouano. dec. 38.

Florentina Subdecanatus. Lunæ 28. Aprilis 1636. Macchiauello. dec. 125.

Forolinien. Iuriſpatronatus. Lunæ 5. Iun. 1637. Panzirolo. dec. 233.

G

Gadicen. Decimarum. Lunæ 25. Maij 1637. Ghiſilerio. dec. 217.

Gerunden. Adminiſtrationis. Veneris 30 Aprilis 1632. Merlino. dec. 279.

Gerunden. Canonicatus, & Sacriſtiæ. Lunæ 16. Iunii 1636. Veroſpio. dec. 152.

Gerunden. Canonicatus, & Sacriſtiæ. Lunæ 18. Maii 1637. Veroſpio. dec. 313.

Gerunden. Canonicatus, & Sacriſtiæ. Vener. 4. Deceb. 1637. Veroſpio. d. 255.

Gerunden. Coadiutoriæ. Vener. 26. Iunii 1637. Mormanno. dec. 237.

Gerunden. Iuriſdictionis. Ven. 16. Martij 1635. Veroſpio. dec. 32.

Gerunden. Iuriſdictionis. Lunæ 3. Deceb. 1635. Merlino. dec. 76.

Gerunden. Iuriſdictionis. Ven. 24. Aprilis 1637. Merlino. dec. 211.

Gerunden. Scribaniæ. Mercurii 1. Iulii 1637. Merlino. dec. 243.

Gerunden. Scribaniæ. Ven. 27. Nouemb. 1637. Merlino. dec. 252.

Granaten. Decimarum. Veneris 20. Iun. 1636. Macchiauello. dec 161.

Granaten. Matrimonij. Lunæ 28. Aprilis 1636. Veroſpio. dec. 124.

H

Hortana Spolij. Mercur. 10. Iunii 1637. Ghiſilerio. dec. 229.

I

Iſpalen. Decimarum. Veneris 2. Martii 1635. Veroſpio. dec. 22.

Iſpalen. Decimarum. Lun. 3. Maii 1635. Buccabella. dec. 42.

Iſpalen. Decimarum. Lun. 5. Maii 1636. Pirouano. dec. 128.

Iſpalen. Decimarum de Almonte. Ven. 5. Decemb. 1636. Pirouano. dec. 180.

Ianuen. Abbatiæ. Merc. 14. Mart. 1635. Ghiſilario. dec. 29

Ianuen. Iuris Honorifici. Merc. 13. Iunii 1635. Mormanno. dec. 53.

Imolen. Emphyteuſis. Lunæ 21. Aprilis 1636. Carrillo. dec. 121.

Imolen. Succeſſionis. Lun. 7. Maii 1635. Mormanno. dec. 43.

Illerden. Electionis Prioriſſæ. Lunæ 22. Iunii 1636. Rojas. dec. 139.

Interamnen. Succeſſionis. Lunæ 14. Decemb. 1637. Merlino. dec. 262.

L

Lauretana Prædij. Lunæ 16. Febr. 1637. dec. 199.

Legionen. Cenſurarum. Mercurij 4. Iulii 1635. Coccino. dec. 67.

Le-

*Legionen.*Decimarum. Veneris 29.Maij 1637. Ghiſilerio. deciſ.218.
*Leodien.*Caſtrorum. Vener. 15.Decemb. 1634. Mormanno. deciſ.297.
*Leodien.*Caſtrorum. Lunę 7.April. 1636. Mormanno. deciſ.115.
*Leodien.*Caſtrorum. Lunæ 10.Nouemb. 1636.Coccino. deciſ.172.
*Leodien.*Caſtri de Mombech. Vener 15. Decemb. 1634 Pirouano. dec.298.
*Leodien.*Caſtri de Mombech.Veneris 9. Maij 1636.Buccabella. deciſ. 132.
Leodien. Caſtri de Mombech. Merc. 29. Aprilis 1637. Carrillo. deciſ. 214.

M

*Maceraten.*Fideicommiſſi.Lunę 10.Decemb. 1635.Buccabella. deciſ.78.
*Maioricen.*Iuriſdictionis. Veneris 2.Iun. 1634. Ghiſilerio. deciſ.289.
Maioricen. Iuriſdictionis. Mercurij 28. Iunij 1634. Ghiſilerio. deciſ.295.
*Maioricen.*Iuriſdictionis.Veneris 12.Ianuarij 1635. Ghiſilerio. deciſ.4.
*Maioricen.*Iuriſdictionis. Lunæ 3.Martij 1636.Ghiſilerio. deciſ.105.
*Mediolanen.*deuolutionis bonorum.Veneris 2.Iunij 1634.Ghiſilerio.d.288.
*Mediolanen.*deuolutionis bonorum.Lunæ 14.Aprilis 1636.Ghiſiler.d.117.
Mediolanen. Penſionis. Lunæ 6. Iunij 1633.Merlino. deciſ.281.
Mediolanen. Penſionis. Veneris 19.Ianuarij 1635. Merlino. deciſ.3.
Meleuitana Antianitatis. Lunæ 12. Februarij 1635.Carrillo. deciſ. 19.
Meleuitana Antianitatis.Lunę 5.Martij 1635. Carrillo. deciſ.25.
*Meliten.*ſeu Viſen. approbationis ad habitũ.Ven.27.Iun.1636.Panz.d.167.
Meleuitana Antianitatis. Ven. 16. Nouemb.1635. Coccino. deciſ. 73.
Meleuitana Commẽdæ de Mazzara. Veneris 23.Iunij 1634.Merlino. d.293.
Meleuitana Commẽdæ de Mazzara. Lunæ 5.Martij 1635. Dunozetto. d.26.
Meleuitana Commẽdæ de Mazzara. Veneris 15.Iun. 1635.Mormãno.d.303.
Meleuitana Commẽdæ de Mazzara. Veneris 15.April. 136. Mormann.d.116.
Meleuitana erectionis Collegiatæ. Ven. 10.Febr. 1634. Pirouano. deciſ.284.
Meleuitana erectionis Collegiatæ. Lunæ 12.Decemb. 1633. Pirouano. d.283.
Meleuitana erectionis Collegiatæ. Mercurij 9.Decẽb. 1637. Carrillo. d.258.
Meleuitana Penſionis. Lunæ 18.Februar. 1636. Ghiſilerio. deciſ.98.
Meleuitana Penſionis.Mercurij 21.Maij 1636. Ghiſilerio deciſ.136.
Meleuitana Penſionis. Veneris 29. Maij 1637. Ghiſilerio. deciſ.219.
Meleuitana Status. Lunæ 29.Ian. 1635. Buccabella. deciſ. 13.
Meleuitana Status. Lunæ 14. Ian. 1636. Buccabella. deciſ.85.
*Meſſanen.*Tenimenti. Mercur.28.Iunij 1634. Veroſpio. deciſ.294.
Meſſanen. ſeu nullius tenimenti. Mercurij 7.Februarij 1635. Veroſpio. d.16.
Meſſanenſis ſeu nullius feudi. Veneris 22. Iunij 1635. Veroſpio. deciſ.57.
Meſſanen. ſeu nullius feudi. Veneris 15. Februarij 1636. Merlino. deciſ.94.
Meſſanen. ſeu nullius feudi. Lunæ 5. Maij 1636. Merlino. deciſ. 129.
*Mutinen.*Emphyteuſis. Veneris 20.Iunij 1636. Panzirolo. deciſ.158.

N

Narnien. Bonorum. Veneris 11. Maij 1637. Mormanno. deciſ.311.
Narnien. Bonorum. Veneris 26. Iunij 1637. Mormanno. deciſ.235.
Neapolitana Pœnitentiariæ. Veneris 4. Iunij 1637. Merlino. dec.222.

O

*Oſcen.*Iuriſdictionis.Vener. 11.Decemb. 1637. Pirouano. dec. 260.

Index Deciſionum per Diœceſes.

P

Parm. Decimarum. Mercurij 21. Maij. 1636. Pirouano. dec. 137.

Pampilonen. Statutorum. Lunæ 9. Iunij 1636. Macchiauello. dec. 148.

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs. Ven. 19. Ianuarij 1635. Dunozetto. dec. 8.

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs. Ven. 9. Iunij 1629. Virili. deciſ. 274.

Peruſina Laudi. Lunæ 3. Iulij 1634. Motmanno. deciſ. 296.

Peruſina Laudi. Veneris 2. Martij 1635. Motmanno. deciſ. 23.

Peruſina Laudi. Veneris 27. April. 1635. Motmanno. deciſ. 301.

Peruſina Penſionum. Veneris 20. Iunij 1636. Buccabella. dec 162.

Peruſina Spolij. Veneris 4. Aprilis 1636. Rojas. deciſ. 113.

Pictauen. Commendæ. Mercurij 1. Iulij 1637. Ghiſilerio. deciſ. 240.

Piſcien. Beneficij. Mercurij 7. Nouemb. 1629. Vbaldo. deciſ. 275.

Piſcien. Beneficij. Mercurij 27. Aprilis 1633. Vbaldo. deciſ. 280.

Piſcien. Beneficij. Mercurij 31. Ianuarij 1635. Pirouano. dec. 14.

Piſcien. Beneficij. Lunæ 29. Ian. 1635. Pirouano. deciſ. 4.

Placentina Illegitimitatis. Vener. 22. Iunij 1635. Merlino. dec. 58.

R

Regien. Penſionis. Veneris 27. Iun. 1636. Merlino. deciſ. 169.

Reatina Beneficij. Lunæ 14. April. 1636. Buccabella. deciſ. 118.

Recanaten. Prædij. Lunæ 21. April. 1636. Carrillo. dec. 121.

Regien. Beneficij. Veneris 20. Iun. 1636. Ghiſilerio. dec. 157.

Regien. Prædij. Veneris 9 Ianuarij 1637. Pirouano. deciſ. 186.

Regien. Prædij. Veneris 6. Martij 1637. Pirouano. deciſ. 202.

Rauennaten. Emphyteuſis. Veneris 6. Martij 1637. Dunozetto. deciſ. 201.

Reginen. Communitæ. Lunæ 22. Iunij 1637. Carrillo. dec. 232.

Romana Alimentorum. Veneris 30. Ianuarij 1637. Dunozetto. deciſ. 194.

Romana Anniuerſariorum. Veneris 22. Iunij 1635. Merlino. dec. 59.

Romana ſeu Ianuen. aſſecurationis. Mercurij 30. Maij 1635. Panzirolo. d. 47.

Romana Bonorum de Auguſtinis. Mercur. 14. Mart. 1635. Buccabella. d. 28.

Romana Cambiorum. Veneris 4. Iulij 1636. Coccino. dec. 171.

Romana Cenſus. Veneris 14. Iun. 1636. Pirouano. dec. 150.

Romana Cenſus. Mercurij 10. Decemb. 1636. Pirouano. dec. 181.

Romana Computorum. Lunæ 10. Mart. 1636. Macchiauello. dec. 111.

Romana de Ghezzis. Veneris 9. Februar. 1635. Panzirolo. dec. 17.

Romana de Ghezzis. Ven. 6. Iun. 1636. Panzirolo. dec. 141.

Romana de Ghezzis. Lunæ 1. Decemb. 1636. Panzirolo. deciſ. 177.

Romana Domorum. Ven. 14. Decemb. 1635. Pirouano. dec. 79.

Romana Domorũ de Sciandelerijs. Ven. 4. Aprilis 1638. Panzirolo. dec. 114.

Romana Domus. Lunæ 23. Iunij 1636. Veroſpio. dec. 163.

Romana Domus. Lunæ 22. Iunij 1637. Pirouano. dec. 234.

Romana Dotis. Veneris 2. Martij 1635. Dunozetto. dec. 24.

Romana Dotis. Mercurij 16. Mart. 1635. Merlino. dec. 30.

Romana Dotis. Mercurij 1. Iulij 1637. Ghiſilerio. dec. 241.

Romana Dotis. Veneris 27. Iunij 1636. Ghiſilerio. dec. 168.

Romana Eleuationis muri. Ven. 27. Nouemb. 1637. Matthæio. dec. 253.

Romana Fideicõmiſſi de Caetanis. Veneris 23. Mart. 1635. Coccino. d. 33.

Ro-

Romana Fideicómiſſi de Cardellis. Vener. 19. Decẽb. 1636. Buccab. d. 185.
Romana Fideicommiſſi de Cincijs. Vener. 19. April. 1630. Dunozet. d. 277.
Romana Fideicommiſſi de Formicinis. Merc. 7. Febr. 1635. Merlino. dec. 15.
Romana Fideicommiſſi de Formicinis. Vener. 13. Iun. 1636. Buccab. d. 149.
Romana Fideicommiſſi de Incoronatis. Ven. 13. Nouẽb. 1637. Piroua. d. 248.
Romana fructuum cenſus. Lunæ 27. Aprilis 1637. Veroſpio. dec. 213.
Romana Gruppi. Lunæ 16. Iunij 1636. Dunozetto. dec. 154.
Romana Hæreditatis. Veneris 22. Iunij 1635. Motmanno. dec. 60.
Romana Hæreditatis. Mercurij 5. Martij 1636. Motmanno. dec. 108.
Romana Hæreditatis. Lunæ 5. Martij 1636. Motmanno. dec. 110.
Romana Hæreditatis de Capizucchis. Ven. 20. Apr. 1635. Motmãno. d. 34.
Romana Hæreditatis de Capizucchis. Lunę 16. Iun. 1636. Motman. d. 151.
Romana, ſeu Cæſenateñ hęreditatis. Vener. 31. Mart 1634. Pirouano. d. 286.
Romana, ſeu Cæſenateñ hęreditatis. Lunæ 4. Iunij 1635. Pirouano. dec. 48.
Romana, ſeu Farſeñ hæreditatis. Lunæ 30. Aprilis 1635. Buccabella. dec. 39.
Romana, ſeu Farſeñ hæreditatis. Lunæ 28. Ianuarij 1636. Buccabella. d. 89.
Romana hæreditatis de Zaccaria. Ven. 27. Mart. 1637. Buccabella. dec. 209.
Romana Hæreditatis de Zimenes. Lunę 16. Nouemb. 1636. Motman. d. 175.
Romana Pecuniaria, ſeu iuſtificationis creditorum. Veneris 31. Mart. 1634. Veroſpio. deciſ. 287.
Romana Pecuniaria, ſeu iuſtificationis creditorum. Lunæ 19. Iunij 1634. Veroſpio. deciſ. 292.
Romana iuſtificationis creditorũ. Mercurii 13. Iunii 1635. Pirouano. d. 52.
Romana Iuſtificationis creditorum. Veneris 15. Iunii 1635. Pirouano. d. 55
Romana Laudemii. Ven. 4. Maii 1635. Ghiſilerio. dec. 40.
Romana Locationis. Lun. 25. Iun. 1635. Veroſpio. dec. 64.
Romana, ſeu Ianueñ locorum mõtium. Veneris 4. Iulii 1635. Buccabel. d. 70.
Romana, ſeu Ianueñ Locorum mõtium. Merc. 15. Decẽb. 1635. Buccab. d. 305.
Romana, ſeu Spoletana nullitatis donationis. Lun. 8. Iun. 1637. Merl. d. 227.
Romana Quarti dotalis. Ven. 15. Iunii 1635. Dunozetto. dec. 54.
Romana Pecuniaria. Veneris 6. Nouẽb. 1637. Coccino. dec. 245.
Romana Penſionis. Lunæ 14. Ian. 1636. Veroſpio. dec. 86.
Romana Reinueſtimenti. Ven. 23. Apr. 1635. Coccino. dec. 35.
Romana Saluiani de Caffarellis. Veneris 13. Martii 1637. Buccabella. d. 205.
Romana ſcutorum 4000. Merc. 4. Iulii 1635. Merlino. dec. 69.
Romana Scutorum 24. mill. Veneris 20. Aprilis 1635. Panzirolo. dec. 300.
Romana Societatis lignorum. Merc. 27. Iunii 1635. Coccino. dec. 65.
Romana Societatis lignorum. Ven. 17. Decemb. 1636. Coccino. dec. 183.
Romana Succeſſionis. Lunæ 21. Aprilis 1636. Dunozetto. dec. 120.
Romana Tutelæ. Veneris 15. Febr. 1636. Coccino. dec. 95.
Romana Vineæ. Lunæ 5. Maij 1636. Veroſpio. dec. 130.
Romana Vineæ. Veneris 5. Iunii 1637. Veroſpio. dec. 223.
Romana Vineæ. Lunæ 16. Iunii 1636. Dunozetto. dec. 156.
Romana Vigintiquattuor millium. Lunæ 16. Iun. 1636. Panzirolo. d. 155.

S

S. Angeli Lombardorum iuriſdictionis. Ven. 6. Mart. 1637. Pirouano. d. 203.
Sancti Seuerini Dotis. Lunæ 18. Februar. 163.. Dunozetto. dec. 97.

Sa-

Salernitana Portionis fructuum. Vener. 9.Iunij 1635. Veroſpio. dec.50.
Soanen. Caſtrorum. Lunæ 14. Martij 1634. Motmanno. dec.285.
Soanen. Caſtrorum. Veneris 27. Martii 1637. Motmanno. dec.207.
Spoletana Fideicommiſſi. Lunæ 28. Ianuarii 1636. Macchiauello. dec.92.

T

Tarraconen. Primitiarum. Lunæ 26. Ianuarii 1637. Pirouano. dec. 192.
Tarraconen. Primitiarum. Lunæ 27. Apr. 1637. Pirouano. dec. 212.
Tarraconen. Primitiarum. Lunç 11. Maii 1637. Pirouano. dec. 215.
Tarraconen. Primitiarum. Merc. 2. Decemb. 1637. Carrillo. dec.254.
Tiburtina Hæreditatis. Veneris 26. Iunii 1637. Carrillo. dec.233.
Tiburtina Pratorum. Veneris 24. Aprilis 1637. Buccabella. dec.210.
Toletana Conſeruatoriæ. Merc. 6. Iunii 1635. Dunozetto. dec.49.
Toletana Decimarum de Capilla. Lunæ 15. Decẽb. 1636. Veroſpio. dec.182.
Toletana Iuriſpatronatus. Lunæ 29. Ianuarii 1635. Coccino. dec.1.

V

Valentina Iuris ſedendi. Vener. 26. Mart. 1635. Ghiſilerio. dec.31.
Valentina Iuris ſedendi. Mercurii 27. Iunii 1635. Ghiſilerio. dec.66.
Valentina Iuris ſedendi. Veneris 5. Iunii 1637. Ghiſilerio. dec.224.
Valentina Decanatus, & Canonicatus. Vener. 5. Iun. 1637. Coccino. d.225.
Venuſina Archipresbyteratus. Vener. 6. Iunii 1636. Carrillo. dec.143.
Vicen. Collegii. Lunæ 10. Martii 1636. Coccino. dec. 112.
Vicen. Prioratus de Manlleu. Lunæ 18. Februarii 1636. Panzirolo. dec. 99.
Vicen. Prioratus de Manlleu. Lunæ 2. Iunii 1636. Panzirolo. dec. 140.
Venuſina Archipresbyteratus. Lunæ 18. Maii 1637. Carrillo. dec. 216.
Virdunen. Monaſterii. Veneris 27. Nouemb. 1637. Coccino. dec.250.
Viterbien. Hæreditatis. Veneris 16. Ianuarii 1637. Buccabella. dec.188.
Vrbeuetana Cenſus. Lun. 10. Maii 1628. Vbaldo. dec.271.
Vrbeuetana Cenſus. Veneris 11. Maii 1629. Vbaldo. dec.273.
Vrbeuetana Cenſus. Lun. 21. Maii 1635. Dunozetto. dec. 46.
Vrbeuetana Cenſus. Veneris 22. Iunii 1635. Motmanno. dec.62.
Vrbeuetana Cenſus. Lunæ 17. Decemb. 1635. Motmanno. dec. 81.
Vrbeuetana Cenſus. Veneris 18. Aprilis. 1636. Motmanno. dec.119.
Vrbeuetana Succeſſionis. Mercurii 24. Ianuarii 1635. Veroſpio. dec. 10.
Vrbeuetana Succeſſionis. Mercurii 27. Februar. 1636. Motmanno. dec. 102.

INDEX

INDEX CAVSARVM DECISIONVM SAC. ROTAE ROMANAE PER MATERIAS.

A

Ianueñ *Abbatiæ*. Merc. 14. Martii 1635. Ghiſilerio. dec. 29.

Gerundeñ *Adminiſtrationis*. Veneris 30. Aprilis 1632. Merlino. dec. 279.

Romana *Alimentorum*. Ven. 30. Ianuarij 1637. Dunozetto. dec. 194.

Romana *Anniuerſariorum*. Veneris 22. Iunii 1635. Merlino. dec. 59.

Meleuitana *Antianitatis*. Lunæ 5. Martij 1635. Carrillo. dec. 25.

Meleuitana *Antianitatis*. Lunæ 12. Febr. 1635. Carrillo dec. 19.

Meleuitana *Antianitatis*. Ven. 16. Nouemb. 1635. Coccino. dec. 73.

Meliteñ, ſeu Viſeñ *Approbationis ad habitum*. Ven. 27. Iun. 1636. Panz. d. 167.

Arianeñ *Archidiaconatus*. Veneris 26. Iunii 1637. Veroſpio. dec. 236.

Venuſina *Archipresbyteratus*. Ven. 6. Iun. 1636. Carrillo. dec. 143.

Venuſina *Archipresbyteratus*. Lunæ 18. Maii 1637. Carrillo. deciſ. 216.

Romana, ſeu Ianueñ *Aſſecurationis*. Mercur. 30. Maii 1635. Panzirolo. dec. 47

B

Piſcien. *Beneficij*. Merc. 7. Nouẽb. 1629. Vbaldo. dec. 275.

Piſcien. *Beneficij*. Merc. 27. Aprilis 1633. Vbaldo. dec. 280.

Piſcien. *Beneficij*. Lunę 29. Ianuar. 1635. Pirouano. dec. 2.

Piſcien. *Beneficij*. Merc. 31. Ianuar. 1635. Pirouano. dec. 14.

Comen. *Beneficij*. Veneris 11. Ianuarij 1635. Panzirolo. dec. 82.

Comen. *Beneficij*. Vener. 25. Maij 1635. Panzirolo. dec. 302.

Reatina *Beneficij*. Lunæ 14. April. 1636. Buccabella. dec. 118.

Regien. *Beneficij*. Vener. 20. Iunii 1636. Ghiſilerio. dec. 157.

Aeſina *Bonorum*. Veneris 27. Apr. 1635. Buccabella. dec. 36.

Bononien. *Bonorum*. Ven. 19. Decemb. 1636. Veroſpio. dec. 184.

Bononien. *Bonorum*. Mercur. 10. Martii 1637. Veroſpio. dec. 204.

Bononien. *Bonorum*. Merc. 1. Iul. 1637. Veroſpio. dec. 242.

Bononien. *Bonorum de Barzellinis*. Lunæ 18. Febr 1636. Buccabella. dec. 96.

Camerinen. *Bonorum*. Lunæ 5. Maij 1636. Merlino. dec. 127.

Fauentina *Bonorum*. Lunæ 15. Iunij 1637. Mormanno. dec. 230.

Ferrarien. *Bonorum*. Veneris 16. Ianuarij 1637. Panzirolo. dec. 187.

Narnien. *Bonorum*. Veneris 11. Maij 1637. Mormanno. dec. 211.

Narnien. *Bonorum*. Veneris 26. Iunij 1637. Mormanno. dec. 235.

Romana *Bonorum de Auguſtinis*. Mercur. 14. Martij 1635. Buccabella. dec. 28.

C

Romana *Cambiorum*. Veneris 4. Iulij 1636. Coccino. dec. 171.

Gerunden. *Canonicatus, & Sacriſtiæ*. Lunæ 16. Iun. 1636. Veroſpio. dec. 152.

Gerunden. *Canonicatus, & Sacriſtiæ*. Lunæ 18. Maij 1637. Veroſpio. dec. 213.

Gerunden. *Canonicatus, & Sacriſtiæ*. Veneris 4. Decẽb. 1637. Veroſpio. dec. 265.

Bar-

Barbaſtreñ *Canonicatus*. Ven. 2. Martii 1635. Coccino. dec. 21.
Arboreñ *Canonicatus*. Lunæ 14. Ianuar. 1636. Merlino. dec. 83.
Aretina *Cappellaniæ*. Lunæ 19. Ianuarii 1635. Carrillo. dec. 7.
Leodieñ *Caſtrorum*. Lunæ 7. Apr. 1636. Mormanno. dec. 115.
Leodieñ *Caſtrorum*. Lunæ 10. Nouemb. 1636. Coccino. dec. 172.
Leodieñ *Caſtrorum*. Ven. 15. Decemb. 1634. Mormanno. dec. 297.
Soaneñ *Caſtrorum*. Lun. 14. Mart. 1634. Mormanno. dec. 285.
Soaneñ *Caſtrorum*. Ven. 27. Mart. 1637. Mormanno. dec. 207.
Leodieñ *Caſtri de Mombech*. Veneris 9. Maii 1636. Buccabella. dec. 132.
Leodieñ *Caſtri de Mombech*. Merc. 29. Aprilis 1637. Carrillo. dec. 214.
Leodieñ *Caſtri de Mombech*. Veneris 15. Decembr. 1634. Pirouano. dec. 298.
Legioneñ *Cenſurarum*. Mercurii 4. Iulii 1635. Coccino. dec. 67.
Auximana *Cenſus*. Lun. 10. Mart. 1636. Ghiſilerio. dec. 306.
Auximana *Cenſus*. Lun. 23. Iunii 1636. Ghiſilerio. dec. 165.
Romana *Cenſus*. Vener. 14. Iunii 1636. Pirouano. dec. 150.
Romana *Cenſus*. Merc. 10. Decēb. 1636. Pirouano. dec. 185.
Vrbeuetana *Cenſus*. Lunæ 10. Maii 1628. Vbaldo. dec. 271.
Vrbeuetana *Cenſus*. Ven. 11. Maii 1629 Vbaldo. dec. 273.
Vrbeuetana *Cenſus*. Lunæ 21. Maii 1635. Dunozetto. deciſ. 46.
Vrbeuetana *Cenſus*. Ven. 22. Iun. 1635. Mormanno. dec. 62.
Vrbeuetana *Cenſus*. Lunæ 17. Decemb. 1635. Mormanno. dec. 81.
Vrbeuetana *Cenſus*. Ven. 18. Apr. 1636. Mormanno. dec. 119.
Gerundeñ *Coadiutoriæ*. Vener. 26. Iunii 1637. Mormanno. dec. 237.
Viceñ *Collegij*. Lunæ 10. Martii 1636. Coccino. dec. 112.
Meleuitana *Commendæ de Mazzara*. Vener. 23. Iun. 1634. Merlino. dec. 293.
Meleuitana *Commendæ de Mazzara*. Lunæ 5. Mart. 1635. Dunozetto. dec. 26.
Meleuitana *Commendæ de Mazzara*. Vener. 15 Iun. 1635. Mormanno. d. 303
Meleuitana *Commendæ de Mazzara*. Vener. 15. Aprilis 1636. Morman. d. 116
Pictaueñ *Commendæ*. Merc. 1. Iul. 1637. Ghiſilerio. dec. 240.
Rhegineñ *Communiæ*. Lunæ 22. Iunii 1637. Carrillo. dec. 232.
Romana *Computorum*. Lunæ 10. Martii 1636. Macchiauello. dec. 111.
Toletana *Conſeruatoriæ*. Merc. 6. Iunii 1635. Dunozetto. dec. 49.

D

Cæſarauguſtana *de Caſpe*. Lunæ 28. Ianuarij 1636. Mormanno. dec. 91.
Romana *de Ghezzis*. Vener. 9. Februarii 1635. Panzirolo. dec. 17.
Romana *de Ghezzis* Ven. 6. Iunii 1636. Panzirolo. dec. 141.
Romana *de Ghezzis*. Lunæ 1. Decembris 1636. Panzirolo. dec. 177.
Valentina *Decanatus*, & *Canonicatus*. veneris 5. Iun. 1637. Coccino. d. 225.
Auguſtana *Decimarum*. Lunæ 18. Iunii 1635. Macchiauello. dec. 304.
Auguſtana *Decimarum*. Lunæ 19. Nouemb. 1635. Macchiauello. deciſ. 75.
Barbaſtreñ *Decimarum*. veneris 10. Nouemb. 1623. Vbaldo. dec. 264.
Barbaſtreñ *Decimarum*. veneris 14. Iun. 1624. Vbaldo. dec. 265.
Barbaſtreñ *Decimarum*. veneris 7. Iunii 1636. Carrillo. dec. 166.
Florentina *Decimarum*. Lunæ 29. Ianuarii 1635. Veroſpio. dec. 12.

Gadiceñ *Decimarum*. Lunæ 25. Maij 1637. Ghiſilerio. dec 217.
Granaten̄ *Decimarum*. Veneris 20. Iunii 1636. Macchiauello. dec. 161.
Legionen̄ *Decimarum*, Veneris 29. Maii 1637. Ghiſilerio. dec. 218.
Paceñ *Decimarum*. Merc. 21. Maii 1636. Pirouano. dec. 137.
Hiſpaleñ *Decimarum de Almonte*. Vener. 5. Decemb. 1636. Pirouano. dec. 180.
Hiſpaleñ *Decimarum*. Veneris 2. Martii 1635. Veroſpio. dec. 22.
Hiſpaleñ *Decimarum*. Lun. 3. Maii 1635. Pirouano. dec. 42.
Hiſpaleñ *Decimarum*. Lun. 5. Maii 1636 Pirouano. dec. 128.
Toletana *Decimarum de Capilla*. Lunæ 15. Decemb. 1636. Veroſpio. dec. 182
Corduben. *Decimarum de Lucena*. Merc. 10. Maii 1635. Coccino. dec. 44.
Corduben. *Decimarum de Lucena*. Ven. 5. Iunii 1635. Coccino. dec. 56.
Corduben. *Decimarum de Lucena*. Merc. 27. Febr. 1636. Coccino. dec. 103.
Corduben. *Decimarum de Lucena*. Veneris 30. Ianuar. 1637. Coccino. d. 193.
Bononien. *Denegationis audientiæ*. Lunæ 24. Noueb. 1636. Dunozetto. d. 176.
Mediolanen. *deuolutionis bonorum*. Ven. 2. Iunii 1634. Ghiſilerio. dec. 288.
Mediolaneñ *Deuolutionis bonorum*. Lunæ 14. Aprilis 1636. Ghiſilerio. dec. 117.
Bononien. *Diſmembrationis*. Lunæ 15. Ianuarii 1635. Ghiſilerio. deciſ. 6.
Bononien. *Diſmembrationis*. Mercurii 4. Iulii 1635. Ghiſilerio. dec. 68.
Cæſarauguſtana *Diſtributionum*. Veneris 15. Ianuarii 1635. Coccino. dec. 299.
Cæſararauguſtana *Diſtributionum*. Lunę 12 Februarii 1635. Coccino. dec. 20.
Cæſarauguſtana *Diſtributionum*. Lunæ 28. Ianuarii 1636. Coccino. dec. 90.
Cæſarauguſtana *Diſtributionum*. Veneris 13. Iunii 1636. Coccino. d. 308.
Cæſarauguſtana *Diſtributionum*. Vener. 7. Nouemb. 1636. Coccino. dec. 309.
Cæſarauguſtana *Diſtributionum*. Vener. 6. Nouemb. 1637. Coccino. dec. 246.
Romana *Domorum*. Vener. 14. Decemb. 1635. Pirouano. dec. 79.
Romana *Domorum de Sciandaleriis*. Ven. 4. Aprilis 1636. Panzirolo. dec. 114.
Romana *Domus*. Lunæ 22. Iunii 1637. Pirouano. dec. 234.
Romana *Domus*. Lunæ 23. Iunii 1636. Veroſpio. dec. 163.
Fauentina *Dotis*. Mercurii 14. Martii 1635. Motmanno. dec. 27.
Romana *Dotis*. Mercurii 16. Mart. 1635. Merlino. dec. 30.
Romana *Dotis*. Veneris 2. Martij 1635. Dunozetto. dec. 24.
Romana *Dotis*. Veneris 27. Iunij 1636. Ghiſilerio. dec. 168.
Romana *Dotis*. Mercurii 1. Iulii 1637. Ghiſilerio. dec. 241.
Sancti Seuerini *Dotis*. Lunæ 18. Februarii 1636. Dunozetto. dec. 97.

E

Illerdeñ *Electionis Prioriſſæ*. Lunæ 22. Iunii 1636. Rojas. dec. 139.
Romana *Eleuationis Muri*. Veneris 27. Nouemb. 1637. Matthæio. dec. 253.
Imoleñ *Emphyteuſis*. Lunæ 21. Aprilis 1636. Carrillo. dec. 121.
Mutineñ *Emphyteuſis*. Veneris 20. Iunij 1636. Panzirolo. dec. 158.
Rauennateñ *Emphyteuſis*. Vene. 6. Mart. 1637. Dunozetto. dec. 201.
Meleuitana *erectionis Collegiatæ*. Lun. 12. Decemb. 1533. Pirouano. dec. 285.
Meleuitana *erectionis Collegiatæ*. Veneris 10. Februarii 1634. Pirouano. d. 284.
Meleuitana *erectionis Collegiatæ*. Merc. 9. Decemb. 1637. Carrillo. dec. 258.
Barchinoneñ *Exemptionis*. Ven. 20. Iun. 1636. Coccino. deciſ. 159.

Meſſa-

Index Deciſionum per materias.

F

Meſſanenſis *ſeu nullius feudi*. Vener.22. Iunii 1635. Veroſpio.dec.57.

Meſſaneñ *ſeu nullius feudi*. Vener.15.Februarii 1636. Merlino. dec.94.

Meſſaneñ *ſeu nullius feudi*. Lunæ 5. Maij 1636. Merlino.dec.129.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Lunæ 19.Nouemb. 1635. Buccabella. dec. 74.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Merc. 5. Decemb. 1635. Panzirolo. dec.77.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Lunæ 3.Mart. 1636. Buccabella. dec.106.

Auenioneñ *Fideicommiſsi*. Lun.10.Maii 1636. Panzirolo. dec. 134.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Vener. 6.Iun. 1636. Panzirolo. dec.142.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Ven.28. Nouemb.1636. Panzirolo. dec.310.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Lunæ 19.Ianuarii 1637. Panzirolo. dec. 189.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Lunę 11.Maii 1637. Panzirolo.dec.312.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Merc.1.Iulii 1637. Panzirolo. dec.244.

Auenioneñ *Fideicommiſſi*. Merc. 9. Decemb. 1637. Panzirolo. dec.257.

Bononieñ *Fideicommiſſi*. Ven. 14. Febr. 1636. Dunozetto. dec.93.

Bononieñ *Fideicommiſſi*. Merc.21. Maii 1636. Ghiſilerio. dec.135.

Bononieñ *Fideicommiſſi*. Vener.27. Nouemb.1637. Pirouano. dec.249.

Bononieñ *Fideicommiſſi de Blanchis*. Lunæ 14.Ianuar.1636. Rojas. d.84.

Bononien. *Fideicommiſſi de Glauarinis*. Merc. 23.Ian. 1636. Ghiſilerio.d.88.

Bononien. *Fideicommiſſi de Glauarinis*. Lunę 5.Maii 1636.Ghiſilerio.d.126.

Bononien. *Fideicommiſſi de Glauarinis*. Lunę 23.Iun. 1636.Ghiſilerio.d.164

Bononien. *Fideicommiſſi de Ramundinis*. Ven.9.Maii 1636.Dunozetto.d.131

Bononien. *Fideicommiſſi de Ramundinis*. Lunæ 14.Decēb.1637.Ghiſil.d.261.

Bononien. *Fideicommiſſi de Turri*. Lunæ 9.Iunii 1636. Ghiſilerio. deciſ. 144.

Maceraten. *Fideicommiſſi*. Lunæ 10.Decemb.1635. Buccabella.dec.78.

Peruſina *Fideicommiſſi de Cincijs*. Ven. 9. Iunii 1629. Virili. deciſ. 274.

Peruſina *Fideicommiſſi de Cincijs*. Ven.19. Ianuarii 1635. Dunozetto. dec. 8.

Romana *Fideicommiſſi de Cardellis*. Ven. 19.Decēb.1636. Buccabella.d.185.

Romana *Fideicommiſſi de Caetanis*. Ven. 23. Mart. 1635. Coccino. dec. 33.

Romana *Fideicommiſſi de Cincijs*. Ven. 19. Aprilis 1630. Dunozetto. deciſ.277.

Romana *Fideicommiſsi de Formicinis*. Ven.13.Iun.1636.Buccabella.d.149

Romana *Fideicommiſſi de Formicinis*. Merc.7.Febr.1635.Merlino. dec.15.

Romana *Fideicommiſſi de Incoronatis*. Veneris 13 Nouēb. 1637. Pirou. d.248.

Spoletana *Fideicommiſſi*. Lunæ 28. Ianuarii 1636. Macchiauello. dec. 92.

Romana *Fructuum Cenſus*. Lunæ 27. Aprilis 1637. Veroſpio. deciſ. 213.

G

Romana *Gruppi*. Lunæ 16. Iunii 1636. Dunozetto. dec.154.

H

Cluſina *Hæreditatis de Ciolis*. Lunæ 2. Iunii 1636. Panzirolo. dec.138.

Romana *Hæreditatis*. Ven.22.Iun. 1635. Mormanno. dec.60.

Romana *Hæreditatis*. Lunæ 5. Martii 1636. Mormanno. dec.110.

Romana *Hæreditatis*. Mercurii 5.Martii 1636. Mormanno. dec.108.

Romana, *ſeu Ceſenaten. hæreditatis*. Ven. 31.Martii 1634. Pirouano. dec.286.

Romana, *ſeu Ceſenaten. hæreditatis*. Lun. 4.Iunii 1635. Pirouano. dec. 48.

Ro-

Digitized by Google

Index Deciſionum per materias.

Romana, *ſeu Farſen. Hæreditatis.* Lunæ 30. Aprilis 1635. Buccabella. dec. 39.

Romana, *ſeu Farſen. Hæreditatis.* Lunæ 28. Ianuarij 1636. Buccabella. d. 89.

Romana, *Hæreditatis de Zimenes*. Lunæ 16. Noueb. 1635. Motmanno. d. 175.

Romana, *Hæreditatis de Capizucchis*. Veneris 20. Aprilis 1635. Motmanno. deciſ. 34.

Romana *Hæreditatis de Capizucchis*. Lunæ 16. Iun. 1636. Motmanno. d. 151.

Romana *Hæreditatis de Zaccaria.* Vener. 27. Mart. 1637. Buccabella. dec. 209.

Tiburtina *Hæreditatis.* Veneris 26. Iunii 1637. Carrillo. dec. 233.

Viterbieñ *Hæreditatis.* Ven. 16. Ianuarij 1637. Buccabella. dec. 189.

I

Placentina *Illegitimitatis*. Ven. 22. Iunij 1635. Merlino. dec. 58.

Comeñ *Iuris conferendi.* Veneris 16. Nouemb. 1635. Macchiauello. dec. 71.

Comeñ *Iuris conferendi*. Veneris 9. Maii 1636. Pirouano. dec. 133.

Comeñ *Iuris conferendi*. Lunæ 8. Iunii 1637. Ghiſilerio. dec. 226.

Elboreñ *Iuris conferendi*. Vener. 13. Nouemb. 1637. Carrillo. dec. 247.

Ianueñ *Iuris Honorifici.* Mercur. 13. Iunij 1635. Motmanno. dec. 53.

Valentina *Iuris ſedendi*. Ven. 26. Martii 1635. Ghiſilerio. dec. 31.

Valentina *Iuris ſedendi*. Veneris 5. Iunii 1635. Ghiſilerio. dec. 224.

Valentina *Iuris ſedendi*. Merc. 27. Iunii 1635. Ghiſilerio. dec. 66.

Gerundeñ *Iuriſdictionis*. Ven. 16. Martii 1635. Veroſpio. dec. 32.

Gerunden. *Iuriſdictionis.* Lunæ 3. Decemb. 1635. Merlino. dec. 76.

Gerunden. *Iuriſdictionis*. Ven. 24. Aprilis 1637. Merlino. dec. 211.

Maioriceñ *Iuriſdictionis.* Ven. 12. Ianuar. 1635. Ghiſilerio. dec. 4.

Maioricen. *Iuriſdictionis.* Lunæ 3. Mart. 1636. Ghiſilerio. dec. 105.

Maioricen. *Iuriſdictionis.* Merc. 28. Iunij 1634. Ghiſilerio. dec. 295.

Maioricen. *Iuriſdictionis*. Vener. 2. Iunij 1634. Ghiſilerio. dec. 289.

Oſceñ *Iuriſdictionis*. Ven. 11. Decemb. 1637. Pirouano. dec. 260.

Sãcti Angeli *Lombardorum Iuriſdictionis.* Ven. 6. Mart. 1637. Pirouano. d. 203.

Ariminen. *Iuriſpatronatus.* Ven. 16. Nouemb. 1635. Pirouano. dec. 73.

Ariminen. *Iuriſpatronatus.* Ven. 27. Iunij 1636. Pirouano. dec. 170.

Ariminen. *Iuriſpatronatus*. Lunæ 23. Martij 1637. Coccino. dec. 206.

Baren. *Iuriſpatronatus.* Mercur. 20. Febr. 1636. Pirouano. dec. 101.

Baren. *Iuriſpatrouatus*. Lunæ 9. Iunii 1636. Pirouano. dec. 146.

Fauentina *Iuriſpatronatus*. Merc. 23. Ianuarii 1636. Pirouano. dec. 87.

Fauentina *Iuriſpatroatus*. Ven. 16. Maii 1636. Pirouano. dec. 307.

Fauentina *Iuriſpatronatus*. Veneris 27. Martij 1637. Pirouano. dec. 208.

Ferrarien. *Iuriſpatronatus.* Lunæ 30. Aprilis 1635. Dunozetro. dec. 37.

Foroliuien. *Iuriſpatronatus*. Lunæ 5. Iunii 1637. Panzirolo. dec. 221.

Toletana *Iuriſpatronatus.* Lunæ 29. Ianuarii 1635. Coccino. dec. 1.

Romana, *Iuſtificationis creditorum*. Mercurii 13 Iunii 1635. Pirouano. d. 52.

Romana *Iuſtificationis creditorum.* Vener. 15. Iunii 1635. Pirouano. dec. 55.

Romana *Pecuniaria, ſeu Iuſtificationis creditorum.* Ven. 31. Martij 1634. Veroſpio. deciſ. 287.

Romana *Pecuniaria, ſeu Iuſtificationis creditorum.* Lunæ 19. Iunii 1634. Veroſpio dec. 292.

L

Romana *Laudemij*. Ven. 4. Maii 1635. Ghiſilerio. deciſ. 40.

c Pe-

Peruſina *Laudi*. Lunæ 3. Iulii 1634. Motmanno. dec. 296.
Peruſina *Laudi*. Veneris 2. Martii 1635. Motmanno. dec. 23.
Peruſina *Laudi*. Ven. 27. Aprilis 1635. Motmanno. dec. 301.
Bononieñ *Legati*. Mercurii 1. Iul. 1637. Veroſpio. dec. 239.
Fauentina *Legatorum*. Lunæ 12. Februarii 1635. Ghiſilerio. dec. 18.
Fauentina *Legatorum*. Lunæ 29. Febr. 1636. Panzirolo. dec. 104.
Fauentina *Legatorum*. Ven. 23. Ianuarij 1637. Panzirolo. dec. 190.
Fauentina *Legatorum*. Lunæ 15. Iunii 1637. Merlino. deciſ. 231.
Cauen. *Limitum Parochialium*. Lun. 25. Iunii 1635. Buccabella. dec. 63.
Romana *Locationis*. Lunæ 25. Iun. 1635. Veroſpio. dec. 64.
Romana, *ſeu Ianuen. locorum Montium*. Ven. 4. Iulij 1635. Buccabella. dec. 70.
Romana, *ſeu Ianuen. locorum Montium*. Merc. 15. Decemb. 1635. Buccabella. deciſ. 305.

M

Granateñ *Matrimony*. Lunæ 28. Aprilis 1636. Veroſpio. dec. 124.
Virduneñ *Monaſteriј*. Veneris 27. Nouemb. 1637. Coccino. dec. 250.

N

Romana, *ſeu Spoletana Nullitatis donationis*. Lunæ 8. Iunii 1637. Merlino. deciſ. 227.

O

Colonieñ *Occupationis bonorum*. Lun. 26. Ianuarij 1637. Panzirolo. deciſ. 191.

P

Florentina *Parochialis à Sala*. Lunæ 30. Aprilis 1635. Pirouano. dec. 38.
Brixinen. *Parochialium*. Lunæ 12. Iunii 1634. dec. 290.
Brixinen. *Parochialium*. Lunæ 15. Ianuarii 1635. Dunozetto. dec. 5.
Ferrarien, *ſeu Romana Pecuniaria*. Merc. 5. Mart. 1636. Dunozetto. dec. 109.
Bononien. *Pecuniaria*. Lunæ 16. Febr. 1637. Veroſpio. dec. 198.
Romana *Pecuniaria*. Veneris 6. Nouēb. 1637. Coccino. dec. 245.
Cremonen. *Penſionis*. Veneris 23. Iunij 1623. Vbaldo. dec. 263.
Cremonen. *Penſionis*. Veneris 23. Maij 1625. Vbaldo. dec. 266.
Cremonen. *Penſionis*. Veneris 15. Maii 1626. Coccino. dec. 267.
Cremonen. *Penſionis*. Veneris 18. Iunii 1627. Coccino. dec. 269.
Cremonen. *Penſionis*. Ven. 19. Nouemb. 1627. Coccino dec. 270.
Cremonen. *Penſionis*. Merc. 27. Ianuarii 1627. Coccino. dec. 268.
Cremonen. *Penſionis*. Lunæ 29. Maij 1628. Coccino. dec. 272.
Cremonen. *Penſionis*. Lunæ 14. Ianuarii 1630. Coccino. dec. 276.
Cremonen. *Penſionis*. Ven. 4. Maii 1635. Coccino. dec. 41.
Mediolanen. *Penſionis*. Lunæ 6. Iunij 1633. Merlino dec. 281.
Mediolanen. *Penſionis*. Ven. 19. Ianuarij 1635. Merlino. dec. 3.
Meleuitana *Penſionis*. Lunæ 18. Februar. 1636. Ghiſilerio. dec. 98.
Meleuitana *Penſionis*. Mercurii 21. Maij 1636. Ghiſilerio. dec. 136.
Meleuitana *Penſionis*. Veneris 29. Maii 1637. Ghiſilerio. dec. 219.
Florentina *Penſionis*. Lunæ 9. Iun. 1636. Motmanno. dec. 147.
Peruſina *Penſionum*. Ven. 20. Iun. 1636. Buccabella. dec. 162.
Regien. *Penſionis*. Ven. 27. Iunij 1636. Merlino. dec. 169.
Romana *Penſionis*. Lunæ 14. Ian. 1636. Veroſpio. dec. 86.
Salernitana *Portionis fructuum*. Vener. 9. Iunii 1635. Veroſpio. dec. 50.

Nea-

Neapolitana *Pænitentiariæ*. Veneris 4. Iunii 1637. Merlino. dec. 222.
Anconitana *Prædij*. Lunæ 19. Iun. 1634. Merlino. dec. 291.
Anconitana *Prædij*. Mercurii 24. Ianuar. 1635. Merlino. dec. 9.
Anconitana *Prædij*. Ven. 13. Febr. 1637. Pirouano. dec. 197.
Anconitana *Prædij*. Lunæ 16. Iun. 1636. Buccabella. dec. 153.
Bononien. *Prædij*. Ven. 5. Decemb. 1636. Ghiſilerio. dec. 179.
Lauretana *Prædij*. Lunæ 16. Febr. 1637. Panzirolo. dec. 199.
Recanaten. *Prædij*. Lunæ 21. Apr. 1636. Carrillo. dec. 123.
Regien. *Prædij*. Veneris 9. Ianuar. 1637. Pirouano. dec. 186.
Regien. *Prædij*. Veneris 6. Mart. 1637. Pirouano. dec. 202.
Tiburtina *Pratorum*. Vener. 24. Aprilis 1637. Buccabella. dec. 210.
Cæſarauguſtana *Præceptoriæ*. Mercur. 13. Iunii 1635. Macchiauello. dec. 51.
Cæſarauguſtana *Præceptoriæ*. Veneris 14. Decembr. 1635. Macchiauello. d. 80.
Calaritana *Primatus*. Veneris 27. Nouemb. 1637. Motmanno. dec. 251.
Tarraconen. *Primitiarum* Lunæ 26. Ianuarii 1637. Pirouano. deciſ. 192.
Tarraconen. *Primitiarum*. Merc. 2. Decemb. 1637. Pirouano. dec. 254.
Tarraconen. *Primitiarum*. Lunæ 27. Aprilis 1637. Pirouano. dec. 212.
Tarraconen. *Primitiarum*. Lunæ 11. Maij 1637. Pirouano. dec. 215.
Vicen. *Prioratus de Manlleu*. Lunæ 18. Febr. 1636. Panzirolo. dec. 99.
Vicen. *Prioratus de Manlleu*. Lunæ 2. Iunii 1636. Panzirolo. deciſ. 140.

Q

Romana *Quarti Dotalis*. Vener. 15. Iunij 1635. Dunozetto. deciſ. 54.

R

Romana *Reinueſtimenti*. Veneris 23. Aprilis 1635. Coccino. dec. 35.

S

Camerineñ *Saluiani*. Veneris 20. Iunii 1636. Merlino. dec. 160.
Camerineñ *Saluiani*. Merc. 20. Februar. 1636. Merlino. dec. 100.
Romana *Saluiani de Caſſarellis*. Veneris 13. Martii 1637. Buccabella. d. 205.
Gerundeñ *Scribaniæ*. Merc. 1. Iul. 1637. Merlino. dec. 243.
Gerundeñ *Scribaniæ*. Ven. 27. Nouemb. 1637. Merlino. dec. 252.
Romana *Scutorum 24. mill.* Ven. 20. Apr. 1635. Panzirolo. dec. 300.
Romana *Scutorum* 4000. Merc. 4. Iulij 1635. Merlino. dec. 69.
Auenioneñ *Simulationis*. Mercur. 29. Ianuar. 1635. Panzirolo. dec. 11.
Romana *Societatis lignorum*. Mercur. 27. Iunij 1635. Coccino. deciſ. 65.
Romana *Societatis lignorum*. Veneris 17. Decemb. 1636. Coccino. dec. 183.
Camerineñ *Spolij*. Ven. 5. Decẽbr. 1636. Panzirolo. dec. 178.
Hortana *Spolij*. Merc. 10. Iunij 1637. Ghiſilerio. dec. 229.
Peruſina *Spolii*. Veneris 4. Aprilis 1636. Rojas. dec. 113.
Interamneñ *Succeſſionis*. Lunæ 14. Decemb. 1637. Merlino. dec. 262.
Romana *Succeſſionis*. Lunæ 21. Aprilis 1636. Dunozetto. dec. 120.
Meleuitana *Status*. Lunæ 29. Ianuarij 1635. Buccabella. dec. 13.
Meleuitana *Status*. Lunæ 14. Ian. 1636. Buccabella. dec. 85.
Barchinoneñ *Statuti*. Lunæ 3. Martij 1636. Veroſpio. dec. 107.
Pampiloneñ *Statutorum*. Lunæ 9. Iunii 1636. Macchiauello. dec. 148.

Florentina *Subdecanatus*. Lunæ 28. Aprilis 1636. Macchiauello. dec. 125.

Cæſenaten̄ *Succeſſionis*. Vener. 27. Iunij 1631. Merlino. dec. 278.

Cæſenaten̄ *Succeſſionis*. Veneris 22. Iunij 1635. Merlino. dec. 61.

Bononien̄ *Succeſſionis*. Veneris 11. Maij 1635. Motmanno. dec. 45.

Imolen̄ *Succeſſionis*. Lunæ 7. Maij 1635. Motmanno. dec. 43.

Vrbeuetana *Succeſſionis*. Mercurij 24. Ianuarij 1635. Veroſpio. deciſ. 10.

Vrbeuetana *Succeſſionis*. Mercurij 27. Februar. 1636 Motmanno. dec. 102.

Bononien̄ *Supplementi legitimæ*. Lunæ 2. Martii 1637. Veroſpio. dec. 200.

Ciuitatis Caſtelli *Supplementi legitimæ*. Ven. 5. Iun. 1637. Buccabella. d. 220.

T

Meſſanen̄ *Tenimenti*. Merc. 28. Iun. 1634 Veroſpio. dec. 294.

Meſſanen̄ *ſeu nullius Tenimenti*. Merc. 7. Febr. 1635. Veroſpio. dec. 16.

Bononien̄ *Tranſactionis*. Sabbati 26. Nouemb. 1633. Veroſpio. dec. 282.

Bononien. *Tranſactionis*. Vener. 14. Nouemb. 1636. Veroſpio. dec. 173.

Bononien. *Tranſactionis*. Lunæ 8. Iunii 1637. Veroſpio deciſ 228.

Romana *Tutelæ*. Veneris 15. Febr. 1636. Coccino. dec. 95.

V

Dertuſen̄ *Vicariæ*. Lunæ 9. Iunii 1636. Carrillo. dec. 145.

Romana *Vigintiquattuor millium*. Lunæ 16. Iunij 1636. Panzirolo. dec. 155.

Romana *Vineæ*. Lunæ 5. Maij 1636. Veroſpio. deciſ. 130.

Romana *Vineæ*. Veneris 5. Iunii 1637. Veroſpio. dec. 223.

Romana *Vineæ*. Lunæ 16. Iunii 1636. Dunozetto. deciſ. 156.

Cæſenaten. *Vocum, ſeu Molendinorum*. Lun. 21. Apr. 1636. Ghiſilerio. d. 122.

Feretrana *Vnionis*. Vener. 20. Nouembr. 1636. Buccabella. dec. 174.

Feretrana *Vnionis*. Ven. 13. Febr. 1637. Buccabella. dec. 296.

Auenionen. *Vſusfructus*. Merc. 4. Febr. 1637. Dunozetto. dec. 145.

Auenionen. *Vſusfructus*. Mercurii 1. Iulii 1637. Panzirolo. dec. 236.

Auenionen. *Vſusfructus*. Veneris 11. Decemb. 1637. Ghiſilerio. dec. 259.

INDEX

Digitized by Google

INDEX CAVSARVM DECISIONVM PER SINGVLOS SAC. ROTÆ ROM. AVDITORES ALPHABETICO ORDINE COMPOSITVS.

DECISIONES SAC. ROT. ROM.

Coram R. P. D. BVCCABELLA.

Æſina Bonorum . Veneris 27. Aprilis 1635. deciſ. 36.

Anconitana prædij.Lunę 16.Iun.1636. deciſ. 153.

Auenionen̄ Fideicommiſſi. Lunæ 19. Nouemb.1635. deciſ. 74.

Auenionen̄ Fideicómiſſi. Lunæ 3.Martii 1636. deciſ.106.

Bononien̄ Bonorum de Barzellinis. Lunæ 18.Febr.1636. deciſ. 96.

Cauen. Limitum Parochialium. Lunæ 25.Iunij 1635. deciſ.63.

Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimę. Veneris 5.Iunij 1637. deciſ. 220.

Feretrana Vnionis. Veneris 20. Nouembris 1636. dec.174.

Feretrana Vnionis. Veneris 13. Februarij 1637. deciſ.196.

Hiſpalen̄ Decimarum . Lunæ 3. Maij 1635. dec.42.

Leodien. Caſtri de Mombech. Vener.9. Maii 1636. deciſ.132.

Maceraten. Fideicommiſſi. Lunæ 10. Decemb.1635. deciſ.78.

Meleuitana Status. Lunæ 14. Ian. 1636. deciſ.85.

Meleuitana Status. Lunæ 29.Ian.1635. deciſ.13.

Peruſina Penſionum . Veneris 20. Iunij 1636. deciſ.162.

Reatina Beneficij. Lunæ 14.Apr.1636. deciſ.118.

Romana Bonorum de Auguſtinis. Mercurij 14.Martij 1635. dec.28.

Romana Fideicommiſſi de Formicinis. Veneris 13.Iunij 1636.dec.149.

Romana Fideicommiſſi de Cardellis. Veneris 19.Decemb.1636.dec.185.

Romana,ſeu Farfen̄ hæreditatis. Lunæ 30.Aprilis 1635. dec.39.

Romana, ſeu Farfen̄ hæreditatis. Lunæ 28.Ianuarij 1636. dec. 89.

Romana hæreditatis de Zaccaria. Veneris 27. Martij 1637.dec.209.

Romana,ſeu Ianuen̄ locorum Mõtium. Merc.15.Decemb.1635.dec.305.

Romana, ſeu Ianuen̄ locorum Mõtium. Veneris 4.Iulii 1635. dec.70.

Romana Saluiani de Caſſarellis. Vener. 13. Martii 1637. dec. 205.

Tiburtina Pratorum. Ven. 24. Aprilis 1637. dec.210.

Viterbien̄ hæreditatis. Ven.16. Ianuar. 1637.dec.188.

Coram R.P.D. CARRILLO.

Aretina Cappellaniæ. Lunæ 19.Ianuar. 1635.dec.7.

Barbaſtren.Decimarum. Ven.27.Iunij 1636.dec.166.

Dertuſen. Vicariæ. Lunæ 9. Iunii 1636. deciſ.145.

Elboren. Iuris conferendi. Ven.13.Nouemb.1637.dec.247.

Imolen. Emphyteuſis. Lunæ 21. Aprilis 1636. dec. 121.

Leodien. Caſtri de Mombech. Merc.29 Aprilis 1637. dec.214.

Meleuitana Antianitatis. Lunæ 12. Februarii 1635.dec.19.

Recanaten. prædij. Lunæ 21. Aprilis 1636. dec.123.

Meleuitana Antianitatis. Lunæ 5.Mart. 1635. dec.25.
Meleuitana erectionis Collegiatæ Mercurij 9.Decemb.1637.dec. 258.
Rheginen. Communiæ. Lunæ 22. Iunij 1637.dec.232.
Tarraconeñ Primitiarum . Merc. 2. Decemb.1637.deciſ 254.
Tiburtina Hæreditatis. Veneris 26.Iun. 1637.dec.233.
Venuſina Archipresbyteratus. Vener.6. 6.Iunij 1637.dec.143.
Venuſina Archipresbyteratus.Lunę 18. Maij 1637.dec.216.

Coram R.P.D. COCCINO.

Arimineñ Iuriſpatronatus . Lunæ 23. Martij 1637. dec.206.
Barchinoneñ Exemptionis. Veneris 20. Iunij 1636.dec.159.
Barbaſtreñ Canonicatus. Ven.2. Martij 1635.dec.21.
Cæſarauguſtana Diſtributionum . Ven. 15.Ianuarij 1635. dec. 299.
Cæſarauguſtana Diſtributionum. Lunæ 12.Februarij 1635. dec.20.
Cæſarauguſtana Diſtributionum. Lunæ 28 Ianuarij 1636. dec.96.
Cæſarauguſtana Diſtributionum. Ven. 13.Iunij 1636. dec. 308.
Cæſarauguſtana Diſtributionum . Ven. 7.Nouemb.1636. dec.309.
Cæſarauguſtana Diſtributionum . Ven. 6.Nouemb. 1637.dec. 246.
Cremonen. Penſionis. Veneris 15.Maij 1626. deciſ.267.
Cremonen. Penſionis. Mercurij 27. Ianuarij 1627. dec.268.
Cremonen. Penſionis. Veneris 18.Iunij 1627. deciſ.269.
Cremonen. Penſionis. Ven. 19. Nouẽb. 1627. deciſ.270.
Cremonen. Penſionis . Lunæ 29. Maij 1628. dec.272.
Cremoneñ. Penſionis.Lunæ 14.Ianuar. 1630. dec.276.
Cremonen. Penſionis . Veneris 4. Maij 1635. deciſ.41.
Corduben.Decimarum de Lucena. Mercurij 10. Maij 1635. dec. 44.
Corduben.Decimarum de Lucena. Veneris 5Iunij 1635. dec. 16.
Corduben.Decimarum de Lucena.Mercurii 27.Febr.1636.dec.103.
Corduben.Decimarum de Lucena. Veneris 30.Ianuarij 1637. dec. 193.
Legionen. Cenſurarum. Mercur.4.Iulij 1635. deciſ.67.
Leodien. Caſtrorum. Lunæ 10.Nouẽb. 1636.deciſ. 172.
Meleuitana Antianitatis. Ven. 16. Nouemb. 1635.dec.73.
Romana Cambiorum . Veneris 4. Iulij 1636.deciſ.171.
Romana Fideicõmiſſi de Caetanis. Veneris 23.Martij 1635.deciſ.33.
Romana Pecuniaria . Ven. 6. Nouemb. 1637.dec.245.
Romana Reinueſtimenti. Ven.23.Apr. 1635.deciſ.35.
Romana Societatis lignorum. Merc.27. Iunij 1635.dec.65.
Romana Societatis lignorum . Ven.17. Decemb.1636. dec.183.
Romana Tutelæ. Vener.15.Febr.1636. deciſ.95.
Toletana Iuriſpatronatus. Lunæ 29. Ianuarij 1635. deciſ.1.
Valentina Decanatus, & Canonicatus. Ven.5.Iunij 1637.dec.225.
Vicen. Collegij. Lunæ 10. Mart. 1636. deciſ.112.
Virdunen. Monaſterij. Veneris 27. Nouemb.1637. deciſ.250.

Co-

Index Deciſionum per ſingulos Auditores.

Coram R.P.D. DVNOZETTO.

Auenionen. Vſusfructus. Merc. 4. Febr. 1637. deciſ. 195.

Bononien. Fideicommiſſi. Ven. 14. Febr. 1636. deciſ. 93.

Bononien. Fideicommiſſi de Ramundinis. Veneris 9. Maij 1636. dec. 131.

Bononien. Denegationis audientiæ. Lunæ 24. Nouemb. 1636. deciſ. 176.

Brixinen. Parochialium. Lunæ 12. Iunij 1634. deciſ. 290.

Brixinen. Parochialium. Lunæ 15. Ianuarij 1635. deciſ. 5.

Ferrarien. Iuriſpatronatus. Lunæ 30. Aprilis 1635. deciſ. 37.

Ferrarien. ſeu Romana pecuniaria. Mercurii 5. Martij 1636. deciſ. 109.

Meleuitana Commendæ de Mazzara. Lunæ 5. Martij 1635. dec. 26.

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs. Veneris 19. Aprilis 1630. dec. 277.

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs. Veneris 19. Ianuarij 1635. deciſ. 8.

Rauennaten. Emphyteuſis. Veneris 6. Martij 1637. dec. 201.

Romana Alimentorum. Veneris 30. Ianuarij 1637. dec. 194.

Romana Dotis. Veneris 2. Martij 1635. deciſ. 24.

Romana Gruppi. Lunæ 16. Iunij 1636. deciſ. 154.

Romana Quarti Dotalis. Veneris 15. Iunij 1635. dec. 54.

Romana Vineæ, Lunæ 16. Iunij 1636. deciſ. 156.

Romana Succeſſionis, Lunæ 21. Aprilis 1636. deciſ. 120.

Sancti Seuerini Dotis. Lunæ 18. Febr. 1636. deciſ. 97.

Toletana Conſeruatoriæ. Mercurij 6. Iunij 1635. dec. 49.

Vrbeuetana Cenſus. Lunæ 21. Maij 1635. deciſ. 46.

Coram R.P.D. GHISILERIO.

Auenioneñ Vſusfructus. Vener. 11. Decemb. 1637. deciſ. 259.

Auximana Cenſus. Lunæ 10. Martij 1636. dec. 306.

Auximana Cenſus. Lunæ 23. Iun. 1636. deciſ. 165.

Bononien. Diſmembrationis. Lunæ 15. Ianuarij 1635. deciſ. 6.

Bononien. Diſmembrationis. Merc. 4. Iulij 1635. dec. 68.

Bononien. Fideicommiſſi. Mercurij 21. Maij 1636. dec. 135.

Bononien. Fideicõmiſſi de Ramũdinis. Lunæ 14. Decemb. 1637. deciſ. 261.

Bononien. Fideicõmiſſi de Glauarinis. Mercurij 23. Ianuarij 1636. deciſ. 88.

Bononien. Fideicõmiſſi de Glauarinis. Lunæ 5. Maij 1636. deciſ. 126.

Bononien. Fideicommiſſi de Glauarinis. Lunæ 23. Iunij 1636. dec. 164.

Bononien. Fideicommiſſi de Turri. Lunæ 9. Iunij 1636 dec, 144.

Bononien. Prædij. Vener. 5. Decembris 1636. deciſ. 179.

Cæſenaten. Vocum ſeu Molendinorum. Lunæ 21. Aprilis 1636. dec. 122.

Comen. Iuris conferendi. Lunæ 8. Iunij 1637. dec. 226.

Fauentina Legatorum. Lunæ 12. Febr. 1635. deciſ. 18.

Gadicen. Decimarum. Lunæ 25. Maij 1636. deciſ. 217.

Hortana Spolij. Mercurij 10. Iun. 1637. deciſ. 229.

Ianueñ Abbatiæ. Mercurij 14. Martij 1635. deciſ. 29.

Legionen. Decimarum. Vener. 29. Maij 1637. deciſ. 218.

Meleuitana Penſionis. Mercur. 21. Maij 1636. deciſ. 136.

Meleuitana Penſionis. Lunæ 18. Febr. 1636. deciſ. 98.

Me-

Meleuitanā Penſionis. Veneris 29. Maii 1637. dec. 219.
Maioriceñ Iuriſdictionis. Ven. 2. Iunij 1634. deciſ. 289.
Maioriceñ Iuriſdictionis. Merc. 28. Iun. 1634. dec. 295.
Maioricen. Iuriſdictionis. Vener. 12. Ianuarii 1635. dec. 4.
Maioricen. Iuriſdictionis. Lunæ 3. Martii 1636. dec. 105.
Mediolanen. deuolutionis bonorum. Veneris 2. Iunii 1634. dec. 288.
Mediolanen. deuolutionis bonorum. Lunæ 14. Aprilis 1636. deciſ. 117.
Pictauen. Commendæ. Mercurii 1. Iulii 1637. dec. 240.
Regien Beneficii. Vener. 20. Iun. 1636. deciſ. 157.
Romana Dotis. Veneris 27. Iun. 1636. deciſ. 168.
Romana Dotis. Mercurii 1. Iulij 1637. deciſ. 241.
Romana Laudemii. Ven 4. Maii 1635. deciſ. 40.
Valentina Iuris ſedendi. Vener. 5. Iunij 1637. dec. 224.
Valentina Iuris ſedendi. Merc. 27. Iunii 1635. dec. 66.
Valentina Iuris ſedendi. Ven. 26. Martii 1635. dec. 31.

Coram Illuſtriſ. D. MACCHIAVELLO Patriarcha Conſtantinopolitano.

Auguſtana Decimarum. Lunæ 18. Iunij 1635. deciſ. 304.
Auguſtana Decimarum. Lunæ 19. Nouemb. 1635. dec. 75.
Cæſarauguſtana Præceptoriæ. Mercurii 13. Iunii 1635. dec. 51.
Cæſarauguſtana Præceptoriæ. Ven. 14. Decemb. 1635. dec. 80.
Comen. Iuris conferendi. Ven. 16. Nouembr. 1633. dec. 71.
Florentina Subdecanatus. Lunæ 28. Aprilis 1636. dec. 125.
Granateñ Decimarum. Ven. 20. Iunii 1636 dec. 161.
Pampilonen. Statutorum. Lunæ 9. Iunij 1636. dec. 148.
Romana Computorum. Lunę 10. Martii 1636 dec. 111.
Spoletana Fideicommiſſi. Lunæ 28. Ianuarii 1636. dec. 92.
Romana Eleuationis muri. Ven. 27. Nouemb. 1637. Matthæio. dec. 253.

Coram R. P. D. MERLINO.

Anconitana prædii. Lunæ 19. Iun. 1635. deciſ. 291.
Anconitana prædii. Mercur. 24. Ianuarii 1635. dec. 9.
Arboreñ Canonicatus. Lunę 14. Ianuarii 1636. dec. 83.
Camerinen. Bonorum. Lunæ 5. Maii 1636. dec. 127.
Camerinen. Saluiani. Merc. 20. Februarii 1636. dec. 100.
Camerinen. Saluiani. Veneris 20. Iunii 1636. dec. 160.
Cæſenaten. Succeſſionis. Ven. 27. Iunii 1631. dec. 278.
Cæſenaten. Succeſſionis. Ven. 22. Iunii 1635. dec. 61.
Fauentina Legatorum. Lunæ 15. Iunii 1637. dec. 231.
Gerundeñ Adminiſtrationis. Ven. 30. Aprilis 1632. dec. 279.
Gerundeñ Iuriſdictionis. Lunæ 3. Decemb. 1635. dec. 76.
Gerundeñ Iuriſdictionis. Ven. 24. Aprilis 1637. dec. 211.
Gerundeñ Scribaniæ. Merc. 1. Iul. 1637. deciſ. 243.
Gerundeñ Scribaniæ. Ven. 27. Nouembris 1637. dec. 252.
Interamnen. Succeſſionis. Lunæ 14. Decemb. 1637. dec. 262.

Ge-

Mediolaneñ Penſionis. Lunæ 6. Iunij 1633. deciſ. 2.

Mediolaneñ Penſionis. Veneris 19. Ianuarij 1635. deciſ. 3.

Meleuitana Commendæ de Mazzara. Veneris 23. Iunij 1634. dec. 293.

Meſſaneñ ſeu nullius feudi. Veneris 15. Febr. 1636. deciſ. 94.

Meſſaneñ ſeu nullius feudi. Lun. 5. Maij 1636. dec. 129.

Neapolitana Pœnitentiariæ. Veneris 4. Iunij 1637. dec. 222.

Placentina Illegitimitatis. Veneris 22. Iunij 1635. deciſ. 58.

Regien. Penſionis. Ven. 27. Iunij 1636. deciſ. 169.

Romana Anniuerſariorum. Veneris 22. Iunij 1635. deciſ. 59.

Romana Dotis. Mercur. 16. Mart. 1635. deciſ. 30.

Romana Fideicommiſſi de Formicinis. Merc. 7. Febr. 1635. deciſ. 15.

Romana, ſeu Spoletana nullitatis donationis. Lunæ 8. Iunij 1637. dec. 227.

Romana ſcutorum 4000. Merc. 4. Iulij 1635. deciſ. 169.

Coram R. P. D. MOTMANNO.

Arianeñ Archidiaconatus. Ven. 4. Decemb. 1637. deciſ. 256.

Bononieñ Succeſſionis. Vener. 11. Maij 1635. dec. 45.

Cæſarauguſtana de Caſpe. Lunæ 28. Ianuarij 1636. dec. 91.

Calaritana Primatus. Veneris 27. Nouemb. 1637. dec. 251.

Fauentina Dotis. Merc. 14. Mart. 1635. deciſ. 27.

Fauentina Bonorum. Lunæ 15. Iunij 1637. deciſ. 230.

Florentina Penſionis. Lun. 9. Iun. 1636. deciſ. 147.

Gerundeñ Coadiutoriæ. Veneris 26. Iunij 1637. dec. 237.

Ianueñ Iuris Honorifici. Merc. 13. Iunij 1635. deciſ. 53.

Imoleñ Succeſſionis. Lun. 7. Maij 1635. deciſ. 43.

Leodieñ Caſtrorum. Ven. 15. Decemb. 1634. deciſ. 297.

Leodieñ Caſtrorum. Lunæ 7. Apr. 1636. deciſ. 115.

Meleuitana Commendæ de Mazzara. Veneris 15. Iunij 1635. dec. 303.

Meleuitana Commendæ de Mazzara. Veneris 15. Aprilis 1636. dec. 116.

Narnieñ Bonorum. Veneris 11. Maij 1637. dec. 311.

Narnien. Bonorum. Veneris 26. Iunij 1637. dec. 235.

Romana Laudi. Lunæ 3. Iulij 1634. deciſ. 296.

Peruſina Laudi. Veneris 2. Martij 1635. deciſ. 23.

Peruſina Laudi. Veneris 27. Apr. 1635. deciſ. 301.

Romana Hæreditatis. Lunæ 5. Martij 1636. dec. 110.

Romana Hæreditatis de Zimenes. Lunæ 16. Nouemb. 1636. dec. 175.

Romana Hæreditatis de Capizucchis. Veneris 20. Aprilis 1635. deciſ. 34.

Romana Hæreditatis de Capizucchis. Lunæ 16. Iunij 1636. dec. 151.

Romana Hæreditatis. Veneris 22. Iunij 1635. dec. 60.

Romana Hæreditatis. Mercurij 5. Martij 1636. deciſ. 108.

Soanen. Caſtrorum. Lunæ 14. Martij 1634. dec. 285.

Soanen. Caſtrorum. Veneris 27. Martij 1637. deciſ. 207.

Vrbeuetana Cenſus. Veneris 22. Iunij 1635. dec. 62.

Vrbeuetana Cenſus. Lunæ 17. Decemb. 1635. dec. 81.

Vrbeuetana Cenſus. Veneris 18. Aprilis 1636. deciſ. 119.

Vrbe-

Vrbeuetana Succeſſionis. Merc. 27. Februarii 1636. dec.102.

Coram R.P.D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommiſſi. Mercur. 5. Decemb. 1635. dec. 77.
Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ 10. Maij 1636. dec. 134.
Auenionen. Fideicommiſſi. Veneris 6. Iunii 1636. dec. 142.
Auenionen. Fideicommiſſi. Veneris 28. Nouemb. 1636. deciſ. 310.
Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ 19. Ianuarii 1637. dec. 189.
Auenionen. Fideicommiſſi. Lunæ 11. Maii 1637. deciſ. 312.
Auenionen. Fideicommiſſi. Mercurii 1. Iulii 1637. dec. 244.
Auenionen. Fideicommiſſi. Mercur. 9. Decemb. 1637. dec. 257.
Auenionen. Simulationis. Merc. 29. Ianuarii 1635. dec. 11.
Auenionen. Vſusfructus. Merc. 1. Iulij 1637. dec. 238.
Camerinen. Spolij. Ven. 5. Decembris 1636. dec. 178.
Cluſina Hæreditatis de Ciolis. Lunæ 2. Iunii 1636. dec. 138.
Colonieñ Occupationis bonorum. Lunæ 26. Ianuarij 1637. deciſ. 191.
Comen. Beneficij. Veneris 11. Ianuarij 1635. dec. 82.
Comen. Beneficij. Veneris 25. Maij 1635. dec. 302.
Fauentina Legatorum. Ven. 29. Februarii 1636. dec. 104.
Fauentina Legatorum. Ven 23. Ianuar. 1637. dec. 190.
Ferrarien. Bonorum. Ven. 16. Ianuarii 1637. dec. 187.
Foroliuien. Iuriſpatronatus. Lunæ 5. Iunij 1637. dec. 221.
Lauretana Prædij. Lunæ 16. Febr. 1637. deciſ. 199.
Meliten. ſeu Viſen. approbationis ad habitum. Ven. 27. Iun. 1636. d. 167.
Mutinen. Emphyteuſis. Vener. 20. Iunij 1636. dec. 158.
Romana de Ghezzis. Ven. 9. Febr. 1635. deciſ. 17.
Romana de Ghezzis. Veneris 6. Iunii 1636. dec. 141.
Romana de Ghezzis. Lunæ 1. Decemb. 1636. dec. 177.
Romana, ſeu Ianueñ aſſecurationis. Mercurii 30. Maij 1635. dec. 47.
Romana Domorum de Sciandelerijs. Veneris 4. Aprilis 1636. dec. 114.
Romana Scutorum 24. mill. Vener. 20. Aprilis 1635 dec. 300.
Romana Viginti quattuor millium. Lunæ 16. Iunii 1636. dec. 155.
Vicen. Prioratus de Manlleu. Lunæ 18. Febr. 1636. dec. 99.
Vicen. Prioratus de Manlleu. Lunæ 2. Iunii 1636. dec. 140.

Coram Reuerendiſſ. P.D. PIROVANO Decano.

Anconitana Prædii Ven. 13. Februarii 1637. dec. 197.
Ariminen. Iuriſpatronatus. Veneris 16. Nouemb. 1635. dec. 72.
Ariminen. Iuriſpatronatus. Ven. 27. Iunii 1636. dec. 170.
Baren. Iuriſpatronatus. Mercurii 20. Februarii 1636. dec. 101.
Baren. Iuriſpatronatus. Lunæ 9. Iunii 1636. dec. 146.
Bononien. Fideicommiſſi. Ven. 27. Nouemb. 1637. dec. 249.
Comen. Iuris conferendi. Vener. 9. Maij 1636. dec. 133.
Fauentina Iuriſpatronatus. Mercur. 23. Ianuarii 1636. dec. 87.
Fauentina Iuriſpatronatus. Veneris 16. Maii 1636. dec. 307.

Fa-

Fauentina Iuriſpatronatus. Veneris 27. Martii. 1637. dec. 208.
Florentina Parochialis à Sala. Lunæ 30. Aprilis 1635. dec. 38.
Hiſpalen̄ Decimarum. Lunæ 5. Maij 1636. dec. 128.
Hiſpalen̄ Decimarum de Almonte. Veneris 5. Decemb. 1636. dec. 180.
Leodien̄ Caſtri de Mombech. Ven. 15. Decemb. 1634. dec. 298.
Meleuitana erectionis Collegiatæ. Lunę 12. Decemb. 1633. dec. 283.
Meleuitana erectionis Collegiatæ. Veneris 10. Februarij 1634. dec. 254.
Oſcen̄ Iuriſdictionis. Ven. 11. Decemb. 1637. dec 260.
Pacen̄ Decimarum. Merc. 21. Maii 1636 deciſ. 137.
Piſcien̄ Beneficii. Lunæ 29. Ianuarii 1635. dec. 2.
Piſcen. Beneficij. Mercurii 31. Ianuarii 1635. deciſ. 14.
Regien. Prædij. Veneris 9. Ianuar. 1637 deciſ. 186.
Regien. Prædii. Veneris 6. Martij 1637. deciſ. 202.
Romana Cenſus. Veneris 14. Iun. 1636. deciſ. 150.
Romana Cenſus. Mercurii 10. Decemb. 1636. deciſ. 181.
Romana Domorum. Ven. 14. Decemb. 1635. dec 79.
Romana Domus. Lunæ 22. Iunii 1637. deciſ. 234.
Romana Fideicommiſſi de Incoronatis. Ven. 13. Nouemb. 1637. dec. 248.
Romana, ſeu Cæſenaten̄ Hæreditatis. Veneris 31. Martij 1634. dec. 286.
Romana, ſeu Cæſenaten̄ Hæreditatis. Lunæ 4. Iunij 1635. dec. 48.
Romana Iuſtificationis creditorum. Mercurii 13. Iunii 1635. deciſ. 52.
Romana Iuſtificationis creditorum. Veneris 15. Iunii 1635. dec. 55.
Sancti Angeli Lombardorum iuriſdictionis. Ven. 6. Mart. 1637. dec. 203.
Tarraconen. Primitiarum. Lunæ 26 Ianuarii 1637. dec. 192.
Tarraconen. Primitiarum. Lunæ 11. Maii 1637. dec. 215.
Tarraconen. Primitiarum. Lunæ 27. Aprilis 1637. dec. 212.

Coram R. P. D. de ROIAS.

Illerden̄ electionis Prioriſſæ. Lunæ 22. Iunii 1636. dec. 139.
Peruſina Spolij. Vener. 4. Aprilis 1636. deciſ. 113.
Bononien̄ Fideicommiſſi de Blanchis. Lunæ 14. Ianuarii 1636 dec. 84.

Coram bo. mem. VBALDO, & coram Emin. & Reu. D. Card. VBALDO.

Barbaſtren. Decimarum. Vener. 10. Nouemb. 1623. dec. 264.
Barbaſtren. Decimarum. Ven. 14. Iunij 1624. deciſ. 265.
Cremonen. Penſionis. Vener. 23. Iunii 1623. deciſ. 263.
Cremonen. Penſionis. Vener. 23. Maij 1625. dec. 266.
Piſcien. Beneficii. Merc. 7. Nouembris 1629. Card. VBALDO dec. 275.
Piſcien. Beneficii. Merc. 27. Apr. 1633. deciſ. 280.
Vrbeuetana Cenſus. Lunæ 10. Maij 1628. dec 271.
Vrbeuetana Cenſus. Ven. 11. Maii 1629 deciſ. 273.

Coram R. P. D. VEROSPIO.

Arianen̄ Archidiaconatus. Veneris 26. Iunii 1637. dec. 236.
Barchinonen̄ Statuti. Lunæ 3. Martij 1636. dec. 107.
Bononien. Bonorum. Ven. 19. Decemb. 1636. dec. 184.

Bo-

Index Deciſionum per ſingulos Auditores.

Bononieñ Bonorum. Mercurii 10.Martii 1637. dec.204.
Bononieñ Bonorum. Merc. 1.Iul.1637. deciſ.242.
Bononieñ Legati. Mercur.1.Iulii 1637. deciſ.239.
Bononieñ Pecuniaria. Lunæ 16.Febr. 1637. deciſ.198.
Bononieñ Tranſactionis. Sabbati 26. Nouemb. 1633. dec.282.
Bononieñ Tranſactionis. Ven.14.Nouemb.1636. dec.173.
Bononieñ Tranſactionis. Lunæ 8. Iunii 1637. dec.228.
Bononieñ Supplementi legitimæ. Lunæ 2.Martii 1637. deciſ.200.
Florentina Decimarum. Lunæ 29. Ianuarii 1635. dec.12.
Gerundeñ Canonicatus, & Sacriſtiæ. Lunæ 16. Iunii 1636. dec.152.
Gerundeñ Canonicatus, & Sacriſtiæ. Lunæ 18. Maii 1637. dec. 313.
Gerundeñ Canonicatus, & Sacriſtiæ. Veneris 4.Decemb.1637. deciſ.255.
Gerundeñ Iuriſdictionis. Ven.16.Mart. 1635. dec.32.
Granateñ Matrimonij. Lunæ 28. Aprilis 1636. dec.124.
Iſpaleñ Decimarum. Veneris 2.Martii 1635. dec.22.
Meſſaneñ Tenimenti. Merc. 28. Iunii 1634. dec.294.
Meſſaneñ ſeu nullius tenimenti. Merc. 7.Febr.1635. dec.16.
Meſſanenſis ſeu nullius feudi. Ven.22. Iunii 1635. dec.57.
Romana Domus. Lunæ 23. Iunii 1636. deciſ. 163.
Romana fructuum cenſus. Lunæ 27. Aprilis 1637. deciſ.213.
Romana Locationis. Lunæ 25. Iunii 1635. dec.64.
Romana Pecuniaria, ſeu Iuſtificationis creditorum. Veneris 31.Mart.1634. deciſ.287.
Romana Pecuniatia, ſeu Iuſtificationis creditorum. Lunæ 19. Iunii 1634. deciſ.292.
Romana Penſionis. Lunæ 14. Ianuatii 1636 dec. 86.
Romana Vineæ. Lunæ 5. Maii 1636. deciſ. 130.
Romana Vineæ. Veneris 5.Iunii 1637. deciſ.223.
Salernitana Portionis fructuum. Ven.9. Iunii 1635. dec.50.
Toletana Decimarum de Capilla. Lunæ 15.Decemb 1636. dec.182.
Vrbeuetana Succeſſionis. Merc. 24. Ianuarii 1635. dec.10.
Peruſina Fideicommiſſi de Cinciis. Vener.9.Iunii 1629. dec.274.

SACRÆ ROTÆ ROMANÆ DECISIONES NOVISSIMÆ

A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO SELECTAE.

REVERENDISS. P. D. COCCINO DECANO.

Toletana Iuriſpatronatus.

Die Lunæ 29. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Executoriales, quanto temporis interuallo, & quid ſit neceſsè, vt dicantur præſcriptæ, ita vt ius exequendi remaneat extinctum, & quid Rota in hoc ſeruet. Executorialium virtus non præſcribitur, quando executio eſt cœpta, ſed nondum perfecta, item quando verſamur in materia habẽte tractum ſucceſſiuum, & quidnam ad hoc requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur antiqua, ſi ſit lata ante triginta annos.*

2 *pro Sententia antiqua eſt præſumendum etiam ſine actis, & hoc*
Tàm quòad iuſtitiam,
Quàm quòad validitatem.

3 *Sententia, & eius executoriales poſt triginta annos executioni mitti minimè poſſunt, & quare vide num. 4.*

4 *Ius exequendi ſpatio triginta annorum legitimè ſine dubio remanet præſcriptum.*
Ius exequendi, quid ſit num. 4.

5 *L. poſt rem iudicatam. ff. de re iud. reputatur ſingularis.*

6 *Rota de ſtylo nunquàm exequitur exequutoriales etiam Rotales poſt lapſum decennij, niſi guſtato de iuſtitia. & quare num. 7.*

7 *Quia per lapſum decennij cum taciturnitate, ſi ex actis conſtet de non iure partis; lis, & negotium habetur pro derelicto.*

8 *Lis, quando habeatur pro derelicta.*

9 *Caſſador. deciſ. 5. vt lit. pend. declaratur.*

10 *Barchinonen. Canonicatus 7. Iunij 1567. quo caſu loquatur.*

11 *Executoriales, vt dicantur extinctæ, quid copulatiuè requiratur.*

12 *ad Litem extinguendam, & eneruandas vires executorialium requiruntur triginta anni.*

13 *ad Litis derelictionem inducẽdam per taciturnitatem, cum lapſu, temporis, debet interuenire ius calumnioſum tacentis.*

14 *Sed hoc eſt impoſſibile dare in executorialibus, & quare.*

15 *ex Executorialibus oritur præſumptio iuſtitiæ ſententia.*

16 *Legionen̄ præſtimoniorum 27. Nouembris 1592. coram bo. me. Card. Pamphil. quo caſu loquatur.*

17 *Executoriales, ſi habeant tractum ſucceſſiuum, poſſunt quandocumque exequi.*

18 *Executorialium virtus regulariter euaneſcit anno, ſed hoc intellige, vt nu. 19. & 22.*

19 *Executorialium virtus non euaneſcit anno, quãdo executio eſt cœpta, & nondum perfecta.*

20 *Quia, quando executio eſt cœpta, & nondum fuit perfecta, durat perpetuò, & debet finiri.*

21 *Exequutores ad aliquid ordinandum & exequẽdum, licèt in parte actum executioni demandauerint, non dicuntur functi officio ſuo, donec plenè executionem perfecerint.*

22 *Executorialium virtus non euaneſcit anno, quãdo verſamur in cauſis habentibus tractum ſucceſſiuum.*
In quibus licèt ſemel ſit executa ſententia, ſi iterum ex interuallo res reincidat, poterit peti denuo executio.

23 *in Terminorum materia, ſi ſit lata ſententia, & eius vigore ſint appoſiti limites. ſi poſtea amoueãtur. poteſt peti iterum eiuſdẽ ſententiæ executio contra nouiter turbantes, & quare num. 24.*

25 *Executoriales, vt non expirent per annum in materia habente tractum ſucceſſiuum, non tantùm requi-*

requiritur iſta qualitas ſucceſſiua.
26 *Sed etiam, vt executoriales fuerint executa, & quòd poſtmodum in actu ſucceſſiuo interueniat turbatio.*
27 *Executoriales ex quibus præſumatur quòd non fuerint executa.*

DECISIO I.

DE ANNO 1577. Ordinarius Toletanus condemnauit Abbatiſſam, & Moniales, vt deinceps obſeruarent, & adimplerent, conditiones ordinatas per fundatorem de anno 1540. & eis nolentibus obſeruare, & adimplere, condemnauit Monaſterium ad dandum, & reſtituendum Patrono bona, quæ de dicto anno 1540. eis fuerunt aſſignata, exceptis illis, quæ continentur in donatione anni 1525. & pro huiuſmodi condemnationis effectuatione relaxauit executoriales, De anno 1590. inter tunc Patronum, & Moniales fuit inita concordia cum quibuſdam pactis, idemque Patronus liberauit dictas Moniales à conditionibus, & Capitulis factis per fundatorem de dicto anno 1540. De anno 1624. Anna iūc Patrona corā moderno Ordinario Toletano petijt executionem dictæ ſententiæ, & obtinuit decretum, quòd infra tres dies ab intimatione, dictæ Moniales ſe ſubijciant adimplere, & cum effectu adimpleant, & obſeruent contenta in dicta ſententia abſque exceſſu, vel contradictione, & elapſo dicto termino illis non adimpletis, ex nūc prout ex tūc, mandat dari, & tradi poſſeſſionem bonorum, de quibus in dicta ſententia anni 1577. à quo decreto Moniales appellauerunt ad Reuerendiſſimum Nuncium Hiſpaniarum; qui per ſententiam diffinitiuam reuocauit d. decretum, quam ſententiam DD. cenſuerunt ſub die 26. Februarij 1627. corā me eſſe confirmandam, & idem hodie repropoſita cauſa DD. cenſuerunt &c. Cum enim ſententia
1 fuerit lata de anno 1577. licet † ſit antiqua tanquam lata ante 30. annos, *Put. deciſ. 328. num. 2. lib. 2. in correctis Rip. reſp. 1. n. 9. 14 & 15. de iure pat. lib. 2. Mantic. dec. 295. num. 6.* & ſic pro illa
2 ſit † præſumendum etiam ſine actis, tàm quoad iuſtitiam, quàm quoad validitatem, *Curt. iun. in l. admonendi, num. 172. de iureiur. Caſſad. deciſ. 3. num 2. de procurator. Mantic. & Put. locis citatis.* non potuit tamen de anno 1624. peti executio illius, aut dictarum executorialium, quia poſt 30.
3 † annos, nec ſētētia, nec eius executoriales executioni mitti poſſunt, quia per hoc temporis ſpatium ius exequendi (hoc eſt actionem in factum & officium Iudicis, quæ illis præſtantur) † legitimè
4 præſcribi non eſt dubium, *Innocent. in cap. final. de exception. quod Bald.* ibi notabile dignum reputat. *gloſ. final. in l. fin. C. de præſcript. 30. annorum. idem Bald. in rubric. de præſcript. & in l debitori q 3. C. de pact. Marant. in prax. par. vlt. tit. de exequut. ſentent. num. 54. Balb. de præſcript. 4. par. quar. partis principalis q. 31. Roder. Suar. in repetitione leg. poſt rem iudic. not. I. in 3.* vbi
5 reputans † ſingularem textum *in l. ſicut C. de præſcript. 30. annorum* illum expendit ibi perſecutione, iuncta ibi *gloſ. ff. de re iud. Gregor. Lopez in l. 5. tit. 27. par. 3. Afflict. deciſ. 345. Parlador. rer. quotid. lib. 1. cap. 1. §. 11. num. 12. Anton. Gomez. ad leg. 63. Taurin. num. 1, Olan. in concord. iur. litt. I. num. 57, Surd. conſ. 186. nu. 3. Azeued. in l. 6. tit. 15. lib. 4. recompilat. num. 1. Gratian. diſcept. 66. num. 21. tom. 1. qui allegat text. in l. actori C. de iureiur. Mareſcott. var. lib. 2. cap. 1 21. nu. 10. Cum. tit. 19. num. 103. & tit. 76. num. 158. Giurb. deciſ. 95. num. 1. Carol. Tapp. in compilat. iur. Regni Neapolitan. rubric. 41. tit. 262. Carpan. ad ſtatut. Mediolan. cap. 158. num. 271.*
6 Et prædicta eò magis videntur procedere † in Rota, quæ attento eius ſtylo, poſt lapſum decennij nunquam exequitur exequutoriales etiam Rota-
7 les niſi guſtato de iuſtitia, quod eſt quia † per lapſum decennij cum taciturnitate, ſi ex actis conſtat
8 de non iure partis † lis, & negotium habetur pro derelicto *Caſſ. dor. deciſ. 5. vt lit. pendent.* qui licèt
9 † loquatur de decem, & octo annis, tamen perpetuò Rota cenſuit de annis decem *Achill. deciſ. 3. & deciſ. vlt. vt lit. pend. Put. dec. 7. & 14. eod. tit. vt lit. pend. Simonet. deciſ. 35. eod. tit. Put. deciſ. 95. Lancellott. de attentat. 2. par. cap. 4. in præfat. num. 275. vbi num. 283. refert in puncto deciſionē Guicciard. in cauſa Barchinonen. Canonicatus 7.*
10 *Iunij* 1567. in qua † cū dubitaretur an vires exequutorialium eſſent extinctæ ex eo quod, qui illas obtinuerat ſiluit per 18. annos, nec executionem fecit. Domini tenuerunt non eſſe extinctas, & hoc ideo fuit determinatum, quia licèt conſtaret de tempore legitimo ad inducendam obliuionem ex parte tacentis, ad inducendam tamen extinctionē non conſtabat de alio requiſito ſicut de malo iure
11 eius, quod ſi conſtitiſſet † vtique extinctas eſſe executoriales fuiſſet declaratum, vt fuit reſolutū *in cauſa Vrgellen. Canonicatus 15. Maij 1592. coram bo. me. Penia*,

Et concordat non autem contradicit (vt aliqui voluerūt) deciſio *in cauſa Legionen. præſtimoniorū 27. Nouembris 1592. coram bo. me. Card. Pamphilio, relata per Garz. de benef. par. 6. cap. 4. n. 42.*
12 vbi dicit quod ad extinguen. litem, † & eneruandas vires executorialium requiruntur triginta anni quod tempus non interuenerat, & licèt etiam
13 in eadem deciſione dicatur, quòd † ad inducendam derelictionem litis per taciturnitatem cum lapſu temporis debeat interuenire ius calumnioſum tacentis ex *Achil. deciſ. 165.* quod in executorialibus
14 eſt impoſſibile † dare, ſed potius oritur præſump-
15 tio iuſtitiæ ſententiæ ex dd. † executorialibus, quæ verba traxerunt quendam Doctorem putantem deciſionem Pamphilij contradicere deciſioni Guicciardini: quod non eſt verum, cum deciſio
16 Pamphilij † loquatur in caſu, quo ex actis non cōſtabat de iuſtitia illius, qui obtinuit executoriales.

Non obſtat, quòd cum executoriales in hac fa-
17 cti ſpecie habeant † tractum ſucceſſiuum poſſine quandocumque exequi, *Rota in meis impreſſis deciſ. 144. num. 5. & fuit dictum in cauſa Cæſarauguſtana de Caſpe 16. Februarij 1632. coram R. P.*

Dimeo

Digitized by Google

D. meo Motmanno, quia pro reſponſione huius
obiecti, altius materia eſt repetēda; videlicet, quòd
18 virtus † executorialium regulariter euaneſcit an-
no *cap. quærenti, & ibi Abb. col.2. in fin. Fel. col.*
fin. in fin. de offic. delegat. Hæc tamen regula du-
19 pliciter ſolet limitari. Primò quando † executio
eſt cœpta, & nondum perfecta quia cœpta, & non-
20 dum finita durat perpetuò, † & debet finiri, *An-*
charan. conſ.42. Tria in fauorem num.4. vſque ad
fin. Bart. conſ. 139. lib. 1. quod eſt Bartholomæi
Franciſci à Piſis, & repetit Bald. in conſ.142. n.1.
verſ. ad hoc reſpondetur lib.1. & benè Anchar. in
21 *conſ.412.* vbi dicit quod † exequutores ad aliquid
ordinandum, & exequendum licèt in parte actum
executioni demandauerint non dicuntur functi of-
ficio ſuo, donec plenè executionem perfecerint.
Secundò prædicta regula limitatur quando verſa-
mur in cauſis habentibus tractum ſucceſſiuum in
22 quibus † licèt ſemel ſit executa ſententia, ſi iterū
ex interuallo res reincidat in poteſtatem condem-
nati, iterum peti poterit executio ſententiæ, vt lo-
quendo in ſententia lata in materia terminorum,
23 vt † etiam ſemel, poſitis limitibus, ſi poſtea amo-
neantur, valebit petere denuo eiuſdem ſententiæ
exequutionem contra nouiter turbantes, etiamſi
24 ſint vicini poſtea nati in populo cōdemnato, † quia
idem eſt conſilium, vt poſt *Capyc. deciſ. 1. affirmat*
Auend. de exequut mand. cap.4. num.49. vbi plu-
res citat *in verſ. quod maximè verū eſt &c par.1.*
Put. deciſ.326. in fin. lib.1. in correct. & ſic vt re-
cedatur à regula quod exequutio non expiret per
25 annum in materia, quæ habet tractum † ſucceſſiuū,
& vt non dicantur præſcriptæ executoriales, non
ſolum requiritur quòd materia habeat tractum
26 ſucceſſiuum, ſed etiam quòd exequutoriales fue-
rint exequutæ, & quod poſtmodum in actu ſucceſ-
ſiuo interueniat turbatio, at in caſu iſto tantum
abeſt quòd exequutoriales ſemel fuerint exequu-
27 tæ, † vt imò potius appareat de contrario; cum
poſtmodum fuerit facta concordia, quæ licèt non
afficiat Annam modernam Patronam iuxta reſolu-
tiones factas, probat tamen executoriales, nun-
quam fuiſſe effectuatas.

Et ita vtraque parte informante concluſum &c.

R. P. D. PIROVANO.

Piſcieñ. Beneficij.

Die Lunę 29. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus relictum pluribus perſonis, quā-do eis relictum pro virili intelligatur. Iuſpatronatus relictum pluribus vti ſingulis, tunc vnuſquiſque qualiter poſſit præſentare. Qualitas Iuriſpatronatus, quando non ſit neceſſè diſputare.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus relictum pluribus perſonis nominatim diſtinctis, vnicuique cenſetur acquiſitum iuſpatronatus pro virili.*

2 *Iuſpatronatus, ſi ſit relictum pluribus nominatis, & cuiuslibet eorum deſcendentibus, cum iſti deſcendentes comprehenſi ſint ſub nomine collectiuo plurium graduum, & non proprio, qualiter vocati cenſeantur.*

3 *Iuſpatronatus, quando eſt acquiſitum pluribus perſonis, vti ſingulis, tunc in præſentatione non eſt neceſſarius ſimultaneus, & collegialis conſenſus, ſed vnuſquiſque poteſt ſeparatim, & de per ſe præſentare.*

4 *Præſentatus à maiori parte patronorum eſt inſtituendus.*

5 *Patroni vbi non intrant ad præſentandum, vt vniuerſi, vel collegialiter, & tanquam vnum corpus, ſed tanquam diuerſi, & voces diſtinctæ ſunt.*

6 *Tunc præſentatio non fit in capita, habita ratione omnium deſcendentium, ſed in ſtirpes ab vnoquoque ex vocatis.*

7 *Qualitas iuriſpatronatus, an ſcilicet ſit hæreditarium, vel gentilitium, aut familiare, vt inde cognoſci poſſit, quomodo vocati intrare poſſint ad præſentandum, quando ſpectanda nō ſit.*

8 *In Iurepatronatus, quando agitur de concurſu habentium particulares voces parum refert videre, an intrent in ſtirpes, vel in capita.*

9 *Iuſpatronatus ſi ſit relictum quinque perſonis nominatim, & eorum deſcendentibus, tunc illæ quinque voces non poſſunt multiplicari; etiamſi mille deſcendentes ex vno ex dictis quinque reperirentur.*

10 *Qui quidem tantum ſunt conſiderandi ad integrandam illam vocem, vel in totum, vel in maiori parte, ad hoc vt præſentatus dicatur habere illam vocem.*

DECISIO II.

EX duobus præſentatis ad capellam, de qua agitur dictum fuit ſub die 7. Nouembris 1629.* & 27. Aprilis 1633.* Tiberium eſſe inſtituendum, vti à maiori parte patronorum præſentatum, ſuppoſita hac reſolutione, incidit quæſtio ſuper ſupputatione maioris partis, quænam maior pars diceretur; An habita ratione ad voces in quinque patronis diſtinctas in teſtamento fundatoris, vel potius ad perſonas omnes deſcendentes indifferenter à prædictis nominatis; nam primo caſu, quia vocati intrant ad præſentandum per ſtirpes, & non per capita; Tiberius habet maiorem partem, & de hoc non dubitatur; In ſecundo vero caſu, quia ſi omnes admittantur, nec de maiori parte perſonarum, qui Hieronymum præſentarunt dubitari poteſt; aliter eſſet determinandum, nempe Hieronymum non autem Tiberium eſſe inſtituendum, attenta maiori parte patronorum, qui illum præſentarunt.

Et in hac controuerſia viſum fuit Dominis habendam eſſe rationem ad quinque voces, prout ſunt diſtinctæ inter quinque nominatos, & ad eorum reſpectiuè deſcendentes, & ſic in ſtirpes, & lineas, non autem ad omnes deſcendentes in vniuerſum per capita ad præſentandum vocatos.

Clara eſt enim voluntas, & diſpoſitio Georgij

fundatoris huius capellaniæ, qui in ſuo teſtamen-
to, enunciata prius ædificatione, & dotatione il-
liua, ſubdens quod nódum de ipſis patronis pro-
uiſerat, & de hoc prouidere volens, patronos dicti
ſui Altaris, reliquit, inſtituit, & eſſe voluit Fran-
ciſcum proprium filium, & Matthæum Mei Geor-
gij, Franciſcum Ludouici de Poſchis, Petrum
Mei Georgij, Aptum de Pagnis, & eorum, & cu-
iuslibet eorum deſcendentes per lineam maſculi-
1 nam, ex quibus verbis cum legatum † appareat fa-
ctum quinque perſonis nominatim diſtinctis vni-
cuique cenſetur iuſpatronatus acquiſitum pro Vi-
rili, *l. nonnunquam ff. ad Trebell. l. fin. de impub.*
Pariſ. conſ. 4. num. 8. vol. 3. Surd. conſ. 150. *n.* 33.
& 211. *nu.* 1. reſpondens in legato pluribus, no-
minatim facto: nec eorum, & cuiuslibet eorum
deſcendentes, tanquam comprahenſi ſub nomine
collectiuo plurium graduum, & non proprio cen-
ſeri debent inter primos acquirentes ad ſimulta-
2 nee præſentandum; † ſed ordine ſucceſſiuo ſecũ-
dum graduum prærogatiuam vocati dicuntur, *l. ſi*
quis Attio ff. de vſufruct. accreſc. Iſernia in cap. 1.
num. 1. *poſt medium ibi*, ſi vero eſt datum Patri &
filio nominatim *de ſucceſſ. feud. Iacobus de S. Geor-*
gio in ſua inueſtitura feudi in verbo feudorum
clauſula, Afflict. deciſ. 393. *num.* 5. *&* 6. *Hond.*
conſ. 54. *nu.* 16. *lib.* 1. *Velaſch. de iur. emphit. q.* 49.
nu. 11. *Menoch. præſump.* 70. *num.* 17. *lib.* 4. *Man-*
tic. de contract. lib. 14. *tit.* 20 *num.* 9. & vbi iuſpa-
3 tronatus eſt acquiſitum † pluribus vt ſingulis, vt
ſupradictis contigit, tunc in præſentatione non eſt
neceſſarius ſimultaneus, & collegialis conſenſus,
ſed vnuſquiſque poteſt ſeparatim, & de per ſe præ-
ſentare, *Io. Andr. in cap. quoniam de iur. patron.*
cum quo omnes conueniunt *Abb. ibid. in* 2. *dubio*
Dec. in cap. cum omnes num. 9. *in fin. de conſt. Rip.*
reſponſ. 1. *num.* 4. *de iure patro. Lambertin. eod. tit.*
lib. 2. *par.* 2. *art.* 8, *num.* 5. *&* 11. *Caſ. de Graſſ. de*
iur. patro. deciſ. 2. *& idem fuit firmatum in cauſa*
Taurinen. iuriſpatronatus 11. *Ianuarij, &* 1. *A-*
prilis 1585. *coram bon. mem. Hieronymo Cardin.*
Pamphilio,

Retentis igitur prædictis, ac firmato, quod aga
tur de patronatu acquiſito pluribus, vt ſingulis;
inde reſultat fundamentum præſentis reſolutionis
4 Tiberium eſſe inſtituendum † vti præſentatum à
maiori parte patronorum per *cap. quoniam de iur.*
patro. quia vbi patroni non intrant ad præſentan-
5 dum vt vniuerſi, † vel collegialiter, & tanquam
vnum corpus, ſed tanquam diuerſi, & voces di-
ſtinctæ ſunt; tunc præſentatio non fit in capita ha-
bita ratione omnium deſcendentium, ſed in ſtirpes
6 ab vnoquoque † ex vocatis prouenientes attenta
maiori parte concurrentium ad illam vocem *Abb.*
in cap. ſcriptum num. 6. *de elect. & in cap. paſto-*
ralis in fine principij vbi Felyn. num. 9. *de reſcript.*
Caccialup. in l. omnes populi num. 141. *de iuſt. &*
iur. Lambert. de iur. patron. lib. 1. *par.* 2. *quæſt.* 1.
art. 25. *num.* 17. *Silua de benef. par.* 2. *q.* 17. *nu.* 2.
& idem fuit comprobatum in ſupradicta Tauri-
nen. iuriſpatronatus 1. *Aprilis* 1585. *coram Card.*
Pamphilio.

Neque neceſſarium eſt ingredi diſputationem
7 qualitatis † iuriſpatronatus, an ſit hæreditarium,
vel gentilitium, aut familiare, vt inde cognoſci poſ-
ſit quomodo vocati intrare poſſint ad præſentan-
dum, vel in ſtirpes, vel in capita ſecundum Baldi
diſtinctionem *in l.* 2. *num.* 4. *C. de ſuis & legit. &*
Alex. de Neuo. conſ. 63. *num.* 1. *approbatum in*
Regien. patronatus 13. *Nouembris* 1601. *coram*
bo. me. Penia. quia quidquid eſſet dicẽdum pro fir-
manda hac qualitate reſpectu deſcendentium ex
8 vnaquaque linea; attamen † cum agatur de con-
curſu habentium particulares voces, parum refert
ad terminos de quibus agitur, quod vocati intrẽt
9 in ſtirpes, vel in capita, † cum certum ſit, quod il-
læ quinque voces non poſſunt multiplicari, etiam
quod mille reperirentur maſculi deſcendentes ab
vno ex legatarijs, ſed quidem eſſent conſiderandi
10 † ad integrandam illam vocem, vel in totam, vel
pro maiori parte, ad hoc, vt præſentatus dicatur
habere illam vocem *Imol. in clem. plures num.* 7. *de*
iur patro. Card. ibid. num. 2. *Rocch. eod. tit. in ver-*
bo ipſe, vel is, num. 6. *Lambertin. lib.* 1. *par.* 2. *q.* 1.
art. 25. *num.* 8. *&* 13. *Caſſad. deciſ.* 2. *de iur. patro.*
& benè diſtinguitur *in Aretina capellaniæ* 20. *Ia-*
nuarij, & 9. *Maij* 1603. *coram Card. Hieronymo*
Pamphilio, vnde in præſenti ſufficit, quod Tiberius
11 habeat maiorem partem illarum † quinque vocũ,
prout non dubitatur, omiſſa controuerſia qualita-
tis hæreditariæ, vel gentilitiæ inter deſcendentes
ab ipſis reſpectiuè legatarijs, cuius determinatio
non pertinet ad cauſam Tiberij dum habeat ſuas
voces abſque diſcordia concurrentium pro quali-
bet voce ad præſentandum, & ea quæ pro Hiero-
nymo adducuntur ad probandam contrariam ob-
ſeruantiam magis declarant deſcendentes legata-
riorum non eſſe vocatos ad ſimultaneè, & in vni-
uerſum præſentandum, ſed reſpectiuè ſecundum
voces particulares, & diſtinctas, & ab eodem fun-
datore nominatas. Et ita &c.

☞ *Vide infra has deciſiones prout in Indice poſito in fine Deciſionum, et in hac eadem cauſa ſub hoc eodem anno, & menſe habes infra alteram deciſionem ſub die* 31. *quæ eſt deciſio.* 14.

R. P. D. MERLINO.

Mediolanen. Penſionis.

Veneris 19. *Ianuarij* 1635.

ARGVMENTVM.

Quamquam de ſtylo ſupremorum Tribunaliũ condemnatio ad reſtitutionem fructuum decurſorum non ſoleat fieri, niſi à die motæ litis, quo tempore reus poſſeſſor conſtituitur in mala fide, & excitatur ad inquirendum de iuribus ſuæ poſſeſſionis, tamen hæc regula fallit, quando petuntur fructus non vti fructus acceſſorij ad aliquod ſubiectum, ſed tanquam ſors, & vti capitale de per ſe. Item fallit quoties adeſt mala fides in poſſidente, quia tunc debentur fructus etiam ante mo-

tam

Digitized by Google

tam litem à die, quo mala fides ſuperuenit, Itē fallit, quādo à bonæ fidei poſſeſſore fructus non ſunt conſumpti, ſed adhuc extant, vel ſi non extent poſſidens factus eſt locupletior, vt quia auctum fuit eius patrimonium, tunc illi debent reſtitui, vel eorum æſtimatio.

SVMMARIVM.

1 ad Fructuum reſtitutionem Rota non ſolet condemnare poſſeſſores, niſi à die mota litis.

2 Et ita ſeruat conſil. Neapolit. Rot. Bononienſ. n.3. Regia Audient. Catalonia, & alia Tribunalia.

4 ad Fructus decurſos iurandum ante litem conteſtatam non requiritur bona fides poſitiua, neque titulus verus, ſed ſufficit abeſſe malam fidem, & titulum putatiuum, vel etiam nullum adeſſe.

5 Itaut nedum ignorantia facti, ſed etiam iuris error ad effectum acquiſitionis fructuum ſuffragetur.

6 Fructus, vbi nō vti fructus acceſſorij ad aliquod ſubiectum, & diſtinctum à capitale petuntur, ſed tanquam ſors, & vti Capitale de per ſe, tunc debentur omnes vſque ab initio.

7 Quia tunc non tanquam fructus, ſed tanquam ſors petuntur. Et idem dicendum eſt in redditibus, penſionibus. &c. & nu.20.

8 in Legatis annuis fructus debentur decurſi, nedum ante motam litem, ſed etiam ante apertas tabulas, & ante aditam hæreditatem, ſtatim poſt mortem Teſtatoris.

9 Quod procedit etiamſi ignotum fuerit tale legatum, ipſi legatario deberetur, nam adhuc termini decurſi ei deberentur.

10 Tertia debentur tanquam ſors principalis, & capitale, non autem acceſſoriè ad aliud capitale.

11 Fructus omnes, qui conſiderantur de per ſe, & principaliter, vt alimenta, annua præſtationes &c. & ipſi conſtant ſortem, tunc etiam decurſi ante petitionem, atq; interpellationem debētur.

12 Quia tunc non tanquam vſura ſed tanquam ſors conſiderantur.

13 Penſiones conſiderari poſſunt vti fructus diſtincti ab ipſo iure vniuerſali exigendi penſiones, & tunc dicitur commoditas. declara vt nu.15.

14 Cenſus diſtinguitur à fructibus cenſus.

16 Ius percipiendi penſiones in litem deduci non poteſt abſque apertiſſima calumnia ſi reſeruatio ſit clara.

17 Penſiones, vt debeantur ante motam litem, obſeruandum eſt, an ius percipiendi penſiones fuerit petitum an verò fructus tantum. vide num.18. & 19.

21 Deciſiones 400. num.1. par.1. & 86. nu.7. par.4. diuerſ. declarantur.

22 Titularis habet intentionem pro ſe, pro libertate beneficij, vt beneficia ſine diminutione conferantur.

23 Fructus etiam debentur ante motam litem, quādo adeſt mala fides.

24 ad Fructuum acquiſitionem, & reſtitutionem ſingula temporis, momenta conſiderantur.

25 Errorem in facto proprio, ſi quis alleget, ſiue conſiſtat in iure, ſiue in facto, non eſt tolerandus.

26 Scientia rei alienæ data intrat poſitiua mala fides.

27 Mala fides præſumitur in eo, qui in ſuo Archiuio habet ſcripturas contrarias earum rerum quas poſſidet.

28 Bona fides, vt excludatur ſufficit probabilis ſcientia rei alienæ.

29 Læſio ſolet dolum arguere, & bonam fidem adſtruit.

30 Redditus annui Eccleſiaſtici, quando diſtrabuntur, requiritur Beneplacitum Apoſtolicum.

31 Bona eccleſiaſtica, licet alienentur inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ, nihilominus requiritur Beneplacitum Apoſtolicum.

32 Error iuris reſiſtentis non excuſat à mala fide ad effectum reſtitutionis fructuum.

33 Contrahens ſine ſolemnitatibus dicitur in mala fide, & tenetur ad omnes fructus.

34 Cum Eccleſia contrahens ſine ſolemnitatibus requiſitis tenetur ad omnes fructus.

35 Ignorantia nullo modo excuſat quando ſumus in viris, qui nobilitate, ingenio, & literis valde præcellunt.

36 Ignorantia iuris alieni debet eſſe inuincibilis, ad hoc vt non teneatur quis ad reſtitutionem fructuum vſque ab initio.

37 Sententia, quæ tranſitum fecerunt in iudicatum, omnino ſunt ſupponenda.

38 Fructus percepti à bona fidei poſſeſſore, etiam ante motam litem, debent reſtitui, ſi non ſint conſumpti; ſed adhuc extent, vel ex eis poſſidens factus eſt locupletior, & nu.42. & 45.

Et iſta eſt receptior doctrina. nu.39.

40 Poſſeſſor bonæ fidei, licet faciat fructus ſuos, non tamen eos facit irreuocabiliter. vide hic & n.41.

43 in Fructuum reſtitutionis materia nullū diſcrimen conſtituendum eſt inter forum conſcientiæ, & forum externum.

44 Reſtitutionis fructuum materia non eſt fundata in præſumptione, ſed in refectione damni illati, & illius, quod ab alio, vel iniuſtè acceptum eſt, vel iniuſtè retinetur.

45 Decis. in Romana fructuum portarum 20. Nouemb. 1585. coram Gypſio. declaratur, & n.48. & 49.

47 Poſſeſſor bonæ fidei etiam factus locupletior, non tenetur reſtituere fructus, quando agitur in iudicio particulari; ſed ſecus in iudicio vniuerſali.

50 Fructus induſtriales poſſeſſor bonæ fidei pro eorum ſpeciali cultura, & induſtria, acquirit irreuocabiliter, etiam cum eius lucro, & vtilitate, quod ſecus eſt in fructibus naturalibus, & num. 51.

52 Fructus ciuiles veluti penſiones &c. in omnibus ſequuntur naturam fructuum naturalium.

53 Penſionarij pro penſione exigenda nulla cultura, labore, aut opera deſudant.

54 Penſiones domorum, & ſimilium recenſentur inter fructus induſtriales.

55 Fructus ciuiles dicuntur induſtriales, quia ex prouiſione hominis hoc eſt ex præcedentibus alio-

Digitized by Google

rum obligationibus percipiuntur, & natura illos nō creat, ſed iuris interpretatio illos gignit.

56 *Fructus ciuiles impropriè appellantur induſtriales.*

57 *Fructus ciuiles, neque naturales, neque induſtriales ſunt dicendi, ſed ſeparandi ſunt ab vtraque ſpecie, & potius dici poſſunt obuentiones.*

58 *Fructus ciuiles ſub diſpoſitione de fructibus induſtrialibus venire non poſſunt.*

59 *in Penſionibus Eccleſiaſticis percipiendis non poteſt conſiderari aliqua induſtria, ſicut conſideratur in alijs fructibus ciuilibus.*

60 *Affictus, & fructus ciuiles &c. quare dicantur fructus induſtriales.*

61 *Creditor alicuius, ſi quis ſit, contra illius bona ire debet, & non contra tertium.*

62 *Penſionis reſeruatio ad fauorem alicuius, tribuit ei titulum, & actionem ad eam exigendam.*

63 *Penſiones decurſas ante motam litem, qualiter penſionarius poſſit illas recuperare.*

64 *Canonici, ſi aliquid exegerunt, quod poſtea veniat reſtituendum, licet dd. Canonici defuncti ſint quia quando agitur contra eos, non agitur contra perſonas vti ſingulas, ſed contra Capitulum, vti Collegiū, quod eſt nunquā moriatur, ideo tenentur ad reſtitutionem illi Canonici, qui adſunt tempore quo conueniuntur.*

65 *Collegium ſemper cenſetur illud, & idem.*

65 *Beneficiatorum menſa nunquam deficit, & eam repræſentant Beneficiati, qui ſucceſſiuè adſunt.*

67 *Fructus ſi iure actionis debentur, & tanquàm ſors principales, nouo iudicio, & de per ſe peti poſſunt.*

DECISIO III.

TER ad diſputationis trutinam reuocata reſolutione, quæ in hac cauſa emanauit ſub die 6. Iunij 1633. * Hodie Domini in illa perſiſtendum eſſe reſponderunt, ſcilicet terminos penſionis decurſos etiam ante motam litem reſtituendos eſſe Beneficiatis.

1 A Rota enim quamuis condēnatio † non conſueuerit fieri niſi à die motæ litis, quo tempore
Reus poſſeſſor conſtituitur in mala fide, & excitatur ad inquirēdum de iuribus ſuæ poſſeſſionis, *l. ſed & ſi lege, §. ſi ante. ff. de petit. hæredit. l. nemo C. de acquir. poſſeſs. l. 3. ff. de interdict. Io. Cap. de fructibus natural. cap. 5. num. 2. et 3. Rota deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. in nou. et apud Caputaqu. deciſ. 27. par. 2. et coram Card. Caualer. deciſ. 409. n. 5.*
2 & alibi paſſim, quem ſtylum † retineri etiam à
Concilio Neapolitano teſtatur *Afflict. dec. 46 n. 2.* & à Rota Bononienſi, *Benint. deciſ. 10. per tot. Ca-*
3 *bal. conſ. 163. num 32.* necnon † in Regia Audien-
tia Cataloniæ, *Peguer. deciſ. 178. et Cancer. var. reſol. par. 3. cap. 16. nu. 87.* & de alijs Tribunalibus refert *Burſ. conſ. 293. num. 8. et conſ. 514. num. 5. D. Farbin. conſ. 50. nu. 3. lib. 3.*

Et ad lucrandum fructus decurſos ante litem
4 † conteſtatam non requiritur bona fides poſitiua, neque titulus verus, ſed ſufficiat abeſſe malam fidem, & titulum putatiuum, vel etiam nullum adeſſe, *d. l. ſed & ſi lege. §. ſcire et ibi Doct. cōmuniter, ff. de petit. hæred. & præſertim Bart. num. 4. Bal. num. 1. Caſtr. num. 7. Curt. ſen. conſ. 71. num. 14. Soccin. iun. conſ. 76. num. 60. lib. 1. Bero. conſ. 95. num. 15. latè Caball. d. conſ. 163. nu. 40. lib. 1. Ant. Franciſcus Coſta conſ. 12. num. 24. Rota apud Cinc. de cenſ. deciſ. 206. num. 5* & alijs paſſim, ita-
5 ut nedum † ignorantia facti, ſed etiam iuris error
ad effectum acquiſitionis fructuum ſuffragetur, vt in d. *l. ſed & ſi lege. §. ſcire. ff. de petit. hæred.* ibi *non puto hunc eſſe Prædonem, qui dolo caret, quāuis in iure errauit,* & latè *Curt. ſen. conſ. 71. nu. 14. Menoch. de recuper. rem. 15. num. 629. Hondeḋ. conſ. 31. num. 72. lib. 1. Caball. d. conſ. 163. num. 36. lib. 1. Ant. Franc. Coſta conſ. 41 num. 31. & fuit dictum in Melenitana hæreditatis 5. Martij 1625. coram me.*

Nihilominus tres allatæ fuerunt limitationes ad hanc regulam generalem, quæ ad præſentem caſum benè applicari viſæ ſunt.

6 Prima eſt vbi fructus, non † vti fructus acceſſo-
rij ad aliquod ſubiectum, & diſtinctum capitale petuntur, & debentur, ſed tanquàm ſors, & vti capitale de ſe, tunc enim debentur omnes etiam ab initio, alioquin non diceretur reſtitutum totum, & integrum capitale, prout ſi petatur fundus, & ad illius reſtitutionem reus condemnetur, vniuerſus eſt reſtituendus, ita in penſionibus, & annuis legatis, & redditibus dicendum eſt, quia non tanquā
7 fructus, † ſed tanquàm ſors petuntur, & debentur,
nec ex mora, aut ex cauſa malæ fidei, ſed iure dominij, vt perpetuò Rota in his terminis penſionū diſtinxit *coram Card. Paleotto in deciſ. 689. lib. 3. par. 3. diuerſ. coram Card. Seraph. d. 1168. nu. 3. coram Card. Platto in Mediolanen. fructuum 26. Maij 1589. quæ eſt apud Marcheſ. de Commiſſ. par. 2. fol. 206. & coram Gypſis in Cæſaraugustana penſionis 15. May 1580 quæ eſt dec. 176. nu. 6. par. 4. diu.* vbi quod hæc eſt recepta in Rota opinio, *& coram bon. mem. Card. Sacrato in Calagurritana liquidationis 4. Maij 1611. impreſſa apud Marcheſan. par. 1. fol. 988. num. 2. ad fin. & eſt deciſio 317. num 13. par. 1. rec. & coram bon. mem. Boratto in dec. Romana penſionis 15. Decēb. 1617.* qui teſtatur de ſtylo Rotæ *& corā Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio in Toletana penſionis 26. Febr. 1616. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano in Romana pecuniaria 25. Octobris 1622. & coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo in Florentina legati 30. Maij 1633. & notat Cancer. var. reſolut. par. 3. cap. 16. nu. 97. &* D. Theodoſius Rubeus *in Singul. Deciſionum in concordant ad dictam deciſ. Card. Seraph. 1168. fol. 465.* vbi Rotæ deciſiones concordes eſſe oſtendit.

Et in legatis annuis, quod debeantur decurſa
8 nedum † ante motam litem, ſed etiam ante apertas tabulas, & ante aditam hæreditatem, ſtatimquè à die mortis teſtatoris legatum eſt *text. rotundus in l. nec ſemel in princip. verſ. idem Celſus ff. quādo dies legati cedat, & ibi gloſ. in verb. annuli,*
9 etiamſi ignotum † fuerit tale legatum ipſi legata-
rio, nam adhuc debentur termini omnes decurſi, *Bald. conſ. 235. lib. 1. Egregiè, Bim. conſ. 230. n. 51.*
10 *lib. 2.* & in terminis † tertiarum, quod illæ conſi-

derentur

Digitized by Google

derentur tanquàm ſors principalis, & capitale, nõ
autem acceſſoriè ad aliud capitale, eſt *Franch. de-
ciſ.634. quam ſequitur Gratian. diſcep. forenſ. cap.
224. num.52. Fab. de Anna, conſ.30. num.6. lib.3.*
& demum de omnibus fructibus, qui conſiderãn-
tur de per ſe, & principaliter, vt alimenta, & an-
11 nuæ præſtationes, & ipſi conſtant † ſortem non
autem ſunt acceſſiones alterius ſortis, neq; pro-
ducti ab alio diſtincto capitali, quod debeantur etiã
decurſi ante petitionem, atque interpellationem
deducitur, *ex l. libertis. §. manumiſſis. ff. de alim.
& cibar. legat. & ibi perbellè Bart. in 9. oppoſi-
tione num.2.* aſſignat rationem, quia non tanquã
12 † vſura, ſed tanquàm ſors conſiderantur, & ſe-
quuntur *Franch. d. deciſ. 634. in fin. Soccin. ſen.
conſ.41. num.8. lib.4. Ruin. conſ.182. num.8. lib.2.
Bim. d. conſ.203. num.51. ad fin. lib.2. & conſ.243.
num.36. & 37. lib.3. Giurba. dec.97. num.18. Ro-
mit. conſ.36. num.2.*
13 Quibus non obſtat, quod penſiones etiam † cõ-
ſiderari poſſint vti fructus diſtincti ab ipſo iure
vniuerſali exigendi penſiones, & tunc dicitur cõ-
moditas, *vt in dec.400. num. 5. & ſeqq. par.1. di-
14 uerſ.* quemadmodum Doctores † diſtinguunt cen-
ſum à fructibus cenſus, vt per *Modern. Peruſin. de
cenſib. par.2. cap.2. q.2. art.6. num.25. Rota apud
Card. Mant. dec.24. num.8. & 9. & in Romana
ſpolij 15. Aprilis 1622. coram me.* Quoniam for-
taſſe obiectũ vrgeret, ſi Beneficiati petiiſſent prin-
15 cipaliter † ius vniuerſale exigendi penſiones, &
acceſſoriè deinde per modũ ſequelæ petiiſſent ter-
minos, vti fructus, ſed in caſu præſenti petierunt
principaliter terminos decurſos penſionum in pri-
ma Commiſſione directa bon. mem. Vbaldo, vt in
ſummario DD. Canonicorum num. 8. *ibi, necnon
recuperationis pecuniarum dictæ penſionis indebi-
tè perceptarum*, in Commiſſione verò mihi directa
Beneficiati inſteterunt principaliter, & ſolùm pro
conſecutione terminorum decurſorum, & ſic in
hoc caſu termini decurſi etiam ante motam litem
conſiderari debent tanquàm ſors principalis, non
autem tanquàm fructus & ius percipiendi penſio-
nes non fuit in litem deductum, neque deduci po-
16 terat ſine apertiſſima calumnia, † reſeruatio quip-
pe penſionis eſt clara in fauorem Beneficiatorum,
& ideo prudenter, *Rota apud Card. Seraph. d. de-
ciſ.1168. num.3. & in dicta Mediolanen. fructuũ
coram Card. Platto num.2. verſ. quare cum in
17 hoc iudicio* obſeruauit contextum libelli, † an ſci-
licet ius ipſum percipiendi fructus, ſeu penſiones
fuerit petitum, an verò ipſi fructus, & hoc idem
obſeruauit *Rota in Tiraſonen. decimarum 25. Iu-
nij 1607. coram bo. me. Card. Mantecutio*, ibi
18 enim actores † inſteterant non ſuper decimis, ſed
ſuper iure decimandi, vt patet ex *deciſ.205. par.2.
rec.* quæ eſt prima deciſio illius cauſæ, & hoc etiam
ſenſit *Cancer. var. reſol. par.3. c.16. num.97.* ſiq.
ſemper, & abſolutè retineretur illud diſcrimen in-
ter ius exigendi penſiones, decimandi, legatum
ſeu redditum annuum percipiendi, & ipſas penſio-
19 nes, decimas, † exactiones cenſuum, annuas præ-
ſtationes, & legata nũquam eſſet locus diſpoſitio-
ni dictæ *l. nec ſemel verſ. nec Celſus, ff. quando dies
legati cedat*, & tot deciſionibus, ac receptiſſimis
Doctorum placitis, in quibus firmatur penſiones
20 † legata annua, & ſimiles præſtationes conſidera-
ri tanquàm ſortem, & capitale, & vnum corpus
de per ſe, & deberi à die mortis teſtatoris etiam
pro tempore, quo legata huiuſmodi erant ignota
legatarijs, vt ſupra fuit oſtenſum.
Deciſiones verò *400. num.1. par.1. & 86. nu.7.
21 par.4. diuerſ.* † non negant iſtas annuas præſta-
tiones poſſe conſiderari tanquàm ſortem princi-
palem, neque ad effectum, de quo nunc agitur, ip-
ſæ loquuntur.
Nec ſuffragatur diſtinctio, quod interſit verùm
agatur contra titularem debitorem penſionis, an
verò contra tertium habentem bonam fidem, &
quod deciſiones quotquot allegari poſſint loquãtur
in primo caſu, & nos verſari in ſecundo. Quoniam
hæc diſtinctio neque auctoritate, neque ratione
aliqua differentiæ innititur, imò ratio, & æquitas
magis fauet penſionario contra tertium, quàm
contra titularem; titularis quippe habet aſſiſten-
22 tiam iuris pro ſe † pro libertate beneficij, vt bene-
ficia ſine diminutione conferantur, ſuſtinet curam
animarũ, & tamen contra eum fit cõdemnatio pro
omnibus terminis decurſis etiã antè motam litẽ,
vt in illis deciſionibus Paleotti Seraphini, Platti,
& aliorum, ergo multò magis idem erit dicendum
in tertio, vt eſt menſa capitularis quæ habet tan-
tum tẽporalem aſſignationem pro duobus quin-
quennijs, & ſic non perpetuum ius, & quotieſcũ-
que agitur principaliter ad aliquid tãquam ad ſor-
tem nihil intereſt an ille, qui detinet ſit tertius; ſic
ſiquis petat prædium à tertio poſſeſſore, non re-
ctè is ſe tuebitur etiam clypeo bonæ fidei quomi-
nus illud totum reſtituat; & ratio eſt, quia ſors
principalis eſt totum integrale vniuocè conſidera-
tum, quod nequit pro vna parte deberi, & pro alia
non deberi.
23 Secunda, afferebatur limitatio ad regulã † prin-
cipalem quoties adeſt mala fides ante motam litẽ,
quia tunc debentur fructus etiam ante motam li-
tem à die, quo mala fides ſuperuenit, quippe quo-
24 ad † fructuum acquiſitionem, & reſtitutionem
ſingula temporis momenta conſiderantur, & ſta-
tim, ac mala fides ſuperuenit oritur obligatio fru-
ctus reſtituendi, vt habetur in *l. qui bona fide, C. de
acquir. rer. domin. l. certi. C. de rei vẽdit.* & tradũt
*Ioann. Copp. de fructibus lib.2. tit.4. c.5. Menoc. de
recuper. remed. 15. n.612.* & pleniùs pluribus cu-
mulatis, & enucleatis textibus cõprobat *conſ. 594.
num.11. & ſeqq. Peregr. de fideicomm. art.49. nu.
130. & ſeqq. benè D. Fachin. controuerſ. forenſ.
cap. 59. lib.1.* vbi conciliat leges de quarum con-
cordia deſperare dixerat *Couar. var. reſolut. lib.1.
cap.5. num.7.*
Quæ mala fides poſitiua hic pleriſq. ex Domi-
nis videbatur adeſſe, aſſignationes enim factæ à
Ven. mem. Sancto Carolo, & facultates conceſſæ
à ſanct. record. Pio Quinto, ſunt reſtrictæ ad duo
quinquennia, vnde extremus dies ſecundi quin-
quennij decolorabat, & irritabat omnem titulum
Dñis Canonicis, & eos interpellabat pro reſtitu-
tione penſionis, hancq. malã fidẽ augebant prote-
ſtationes factæ per DD. Beneficiatos vſque ab ini-
tio in commiſſione directa Ordinario Bergomẽſi,
&

& dum in eadem ſcriptura aderat aſſignatio huius
penſionis pro duobus quinquennijs in fauorem
fabricæ, necnon etiam aſſignatio redditunm Prio-
ratus Caluenzani ad fauorem eiuſdem fabricæ, &
Canonici elapſo ſecundo quinquennio ſciuerunt
finitum eſſe tempus applicationis Prioratus, quẽ
ſtatim ad ſuam reuocarunt menſam, ita ſciuerunt,
etiam penſiones ad illorum fabricam non ſpectare
dum eadem ſcriptura vtramque aſſignationem ad
idem tempus limitatam continebat, vnde nec iu-
ris, neque facti ignorantia, aut error à Canonicis
25 allegari poteſt, † ſique allegarent, non eſſent to-
lerandi, vt in ſimili habetur in *l. non eſt ferendus,
vbi Doct. ff. de tranſact.* Hincq. data ſcientia rei
26 alienæ † reſultat poſitiua mala fides *l. ex diuerſo,
§. 1. ff. de rei vendic. l. ſed, & ſi lege, §. ſi ante litẽ,
ff. de petit. hered. l. finali, C. vnde vi Menoch. cõſ.
595. num. 14. Card. Seraph. deciſ. 695. num. 1.* ſique
in Archiuio Canonici habebant inſtrumentum ap-
plicationis reſtrictæ ad duo quinquennia, vtique
27 eius ſcientiam habuerunt, † indeq. malam fidem
contraxerunt, vt per *Rotam apud Caputaq. deciſ.
24. num. 2. par. 2. & apud Card. Canal. deciſ. 77.
num. 7. ac deciſ. 91. num. 10.* & ſufficere probabi-
28 lem † ſcientiam ad hunc effectum dixit *Rota in
Mediolanen. fructuũ 13. Febr. 1595. corã Gypſio.*

Neque hanc malam fidem velare poſſunt tran-
ſactiones, & Concordiæ initæ inter Beneficiatos,
& Capitulum, quia continent manifeſtam, & to-
29 talem læſionem Beneficiatorum, quæ læſio † do-
lum ſolet arguere, & præcipuum, tantum abeſt,
quod bonam fidem adſtruat, *Cephal. conſil. 207.
num. 14. Gayll. obſeruat. 77. num. 12. lib. 2. Me-
noch. de præſumpt. lib. 5. cap. 3. num. 69.* & non
fuit adhibitum beneplacitum Apoſtolicum, quod
30 tamen requirebatur, cum ageretur † de diſtractio-
ne annui redditus, qui compræhenditur ſub diſpo-
ſitione *extrauagantis Ambitioſæ de rebus Eccleſ.
non alien.* & hoc beneplacitum requirebatur, etiã
31 ſi ageretur inter perſonas † eiuſdem Eccleſiæ, quia
cum habeant præbendas diſtinctas, dari etiam po-
teſt vni occaſio ſpoliandi aliam in diminutionem
Cultus Diuini, vt poſt *Nauarr. conſ. 9. & 10. de
rebus Eccleſ. non alienandis, & Redoan. eodem
tractat. quæſt. 51. cap. 18. num. 19. reſpondit Rota
in Eiuen. diſtributionum 4. Decembris præteriti co-
rã R. P. D. meo Buccabella.* & quia fuerat ibidẽ re-
ſeruatum, ideoq; cum ius reſiſteret ex defectu be-
32 neplaciti Apoſtolici, talis † error iuris reſiſtentis
non excuſat à mala fide ad effectum reſtitutionis
fructuum, vt monuit *Bart. in l. ſed & ſi lege, §. ſci-
re, num. 4. ff. de petit. heredit. Roderic. de annuis
redditibus, quæſt. 17. nu. 83. Surd. conſ. 115. nu. 21.
& 22. Card. Mantic. deciſ. 51. num. 2.* & admittit
etiam *deciſ. 320. num. 4. par. 2. recent.* & regula-
33 riter contrahens † ſine ſolemnitatibus dicitur in
mala fide, & tenetur ad omnes fructus ſecundum
*Surd. dicto conſ. 115. nu. 15. & ſeqq. qui ſub n. 25.
35. & 32. poſt Soccin. Sen.* & alios in his terminis
34 firmat, quod contrahens cum Eccleſia ſine † ſo-
lemnitatibus tenetur ad omnes fructus, *& in de-
ciſ. 45. num. 10.* & idem tradit *Sanchez. in Decalo-
go lib. 2. cap. 23. num. 165.* & dixit etiam *Rota in
Placentina Decimarum 23. Maij 1630. coram
Reuerendiſſ. Vrgellen.* Præſertim quia non verſa-
mur in ruſticis, aut alijs rudibus, ſed in Collegio
35 Canonicorum in quo non cooptãtur niſi viri, † qui
nobilitate, ingenio, & litteris valde præcellant, vn-
de ignorantia nullo modo excuſat ad tradita per
Sanchez. d. cap. 23. num. 160. & 162. vbi quoad
36 hunc effectum requiritur † ignorantiam eſſe in-
uincibilem.

Et demum ex triginta duobus Beneficiatis ſolũ
treſdecim interuenerunt tranſactionibus, vnde, &
meritò dictas tranſactiones, ſeu capitulationes nõ
eſſe attendendas in hac cauſa, Rota in pluribus de-
ciſionibus coram bon. me. Vbaldo, & R. P. D. meo
Pirouano reſoluit, *vt in deciſ. 596 par. 1. & deciſ.
631. & 755. par. 2. recent.* & in alijs, idque etiam
implicitè firmauit per ſententias diffinitiuas ſub-
37 inde prolatas, quæ cum tranſiuerint in † iudicatũ
ſunt omninò ſupponendæ. & in iiſdem etiam deci-
ſionibus fuit firmatum fabricam pro duobus quin-
quennijs solùm penſiones exigere potuiſſe non
autem quouſque fabrica foret abſoluta, itaut nec
ſuffragarentur verba, *arbitrio tuo*, ſcilicet Sancti
Caroli, quia Sanctus Carolus tali arbitrio vſus non
fuit, nec Capitulum vti voluit, quia ſtatim reuoca-
uit ad ſuam menſam Prioratum Caluenzani.

Tertia ex abundanti adducta fuit limitatio, quod
fructus etiam percepti à bonæ fidei poſſeſſore ſi
38 non ſunt conſumpti, † ſed adhuc extent, vel ex iis
poſſidens factus ſit locupletior, vt puta, quia indè
auctum fuerit eius patrimonium, tunc illi debent
reſtitui, vel eorum æſtimatio *l. item veniunt, §.
præter hæc, ff. de petit. hered.* ibi *eos autem, qui
iuſtas cauſas habuiſſent quare bona ad ſe ſpectare
exiſtimaſſent uſque dumtaxat, quo locupletiores
ex ea re facti eſſent condemnandos eſſe*, & tradit
*Bart. in l. ex diuerſo num. 7. ff. de petit. hered.
Bald. in l. 2. C. de fructibus, & litis expen. & in
l. vbi adhuc in fine verſ. item per gloſ. C. de iure
dot. Ioan. Cop. de fructibus cap. 7. num. 4. Couar.
in regula peccatum par. 3. in princ. num. 3. & var.
39 reſol. lib. 1. cap. 3. num. 6.* qui teſtatur † de recep-
tiori ſententia. *Odd. de reſtit. in integr. qu. 45.
art. 2. num. 18. & ſeqq. Gabriel. conſ. 108. num. 8.
lib. 2. Surd. conſ. 115. num. 19. & conſ. 293. nu. 13.
ac deciſ. 45. nu. 15. Menoch. de recuper. remed. 15.
num 598. & conſil. 1173. num. 11. Neguſ. Iun.
quæſt. 140. num. 65.* vbi, quod in conſulendo, &
iudicando ab hac opinione non eſt recedendum
Torniell. conſ. 64. num. 12. & ſequuta fuit *Rota
deciſ. 516. num. 1. par. 1. diuerſ.* licet enim poſſeſ-
40 ſor bonæ † fidei faciat fructus ſuos, non tamen fa-
cit irreuocabiliter, ſed ſi emergat notitia ad alium
ſpectare, & extent, intrat obligatio reſtitutionis,
prout cumulatis innumeris propemodùm, tàm
Iuriſconſultis, quàm Theologis docet, *Sanchez.
ſuper decalogo lib. 2. cap. 23. num. 4. & magis præ-
cisè num. 73. 74. 75. & 166.* vbi dicit conuenire
omnes Doctores, quoad fructus naturales, prout
ſunt penſiones, & alij fructus ciuiles, qui nulla
41 exigentes induſtria † percipiuntur, quos verè ma-
gis accedere fructibus naturalibus, quàm indu-
ſtrialibus tradunt *Alex. conſ. 144. lib. 5. & conſ.
181. in fine lib. 1. Bero. in cap. grauis num. 9. de
reſtit. ſpoliat. Afflict. deciſ. 44. num. 7. Franch.*

deciſ.

Digitized by Google

deciſ. 268. *num.* 13. & quoad fructus induſtriales
eſſe hanc probabiliorem quoque opinionem mo-
net *Sanch. d. cap* 23. *num.* 77. & de annuis reddi-
tibus hoc idem in puncto tradit *Petr. Nauar. de*
42 *reſtit. lib.* 3. *cap.* 4. *num.* 190. quod † debeantur à
principio ſi extent, vel ex eis quis ſit factus locu-
pletior etiamſi fuerit poſſeſſor bonæ fidei.
43 Nullumque diſcrimen eſſe conſtituendum † inter
forum conſcientiæ, & forum externum in hac ma-
teria reſtitutionis fructuum animaduertit *Sanchez.*
ſuper decalogo d. lib. 2. *cap.* 23. *num.* 40. *in fine*,
44 quia materia reſtitutionis non † eſt fundata in præ-
ſumptione, ſed in refectione, damni illati, & illius
quod ab alio vel iniuſtè acceptum eſt, vel iniuſtè
retinetur ſecundum *Diu. Thom. in* 2. 2. *quaeſt.* 62;
art. 6. cum alijs, quorum vtrumque hic videtur
concurrere, iniuſta receptio, quia Domini Cano-
nici non poterant recipere penſiones finito quin-
quennio, & quas tunc ſciebant ſpectare ad DD.
Beneficiatos quemadmodum ſciebant ad ipſos Do-
minos Canonicos eodem tempore ſpectare Prio-
ratum Caluenzani, iniuſta eſt etiam retentio, quia
dictæ penſiones fuerunt erogatæ in fabrica ædium
ipſorum DD. Canonicorum ſuper quo partes non
ambigunt, & fuit firmatum in *deciſione in hac cau-*
ſa emanata 5. *Marty* 1618. *coram R. P. D. meo*
45 *Perouano*, & ſic † locupletati ſunt, & auctum eo-
rum Patrimonium, eſtque perinde, ac ſi pecuniæ,
ſeù penſiones extarent, vt in *l. idem ſeruandum*,
ff. de leg. 2. *ibi non enim abſumitur, quod in cor-*
pore patrimonij retinetur, & not. Sanch. d. cap. 23.
num. 4. *verſ. quando autem eſt factus locupletior.*
46 Nec prædictis obſtat, *deciſio* † *in Romana fru-*
ctuum portarum 20. *Nouembris* 1585. *coram Gy-*
ptio, in qua Rota dinumeratis Doctoribus pro vtra-
que ſententia, ſequuta fuit ſententiam *Accurſij, &*
Azonis in l. ex diuerſo, ff. de petit. hared. contra
ſententiam *Bart.* hoc eſt bonæ fidei poſſeſſorem
47 etiam factum † locupletiorem non teneri reſtitue-
re fructus quando agitur in iudicio particulari, ſed
ſolum, vbi agitur in iudicio vniuerſali, & ſic in ca-
ſu præſenti non applicari limitationem cum verſe-
mur in iudicio particulari.
Quoniam omiſſo, quod in eadem deciſione aſſe-
ritur, non fuiſſe diſcuſſum, ſed inter DD. multum
controuerſum, an illa opinio eſſet verior, & ſolum-
48 modo concluſum illam eſſe communiorem, † ſed
hodie numerando recentiores Doctores, qui poſt
deciſionem ſcripſerunt fortaſſe illa non eſſet com-
munior.
49 Animaduerterunt Domini deciſionem † Gypſij,
& Doct. in ea allegatos loqui de fructibus indu-
ſtrialibus in quibus pro cultura quā adhibet poſ-
ſeſſor, & pro ſpeciali induſtria in illis percipiendis
æquum videtur ex illa quadam negociatione vt fru-
50 ctus huiuſmodi acquirantur † ipſi irreuocabiliter,
etiam cum eius lucro, & vtilitate, ſecus autem eſt
51 in naturalibus, quos ſine † poſſeſſoris cultura, &
ſine induſtria ſponte ſua natura producit, & ratio-
cinantur *Doct. in deciſ. Gyptij* allegati, & præter
eos ingenioſe diſſerit *Ladereb. conſ.* 165. *per totum*
& præſertim num. 7. *&* 8: vbi hanc culturam & cu-
ram multum ponderat, & propterea cum penſio-
52 nes, & alij fructus ciuiles † in omnibus naturam
fructuum naturalium ſequantur, & illis æquiparen-
tur quippe, quod penſionarij aut poſſeſſoris nulla
53 exigetur cultura nec † eius labor aut opera deſu-
dat pro ijs percipiendis, vt deducitur ex textu in
l. mercedes, ff. de petit. hæred. l. prædiorum. l. vſu-
ria vicem, ff. de vſuris, & præter ſupra allegatos
tradunt *Franch. Solſona de laudem* §. *nunc reſtat*
videre num. 58. *Franc. Marc. deciſ* 1240. *nu.* 8.
par. 2. *Barboſ in l. diuortio, num.* 38. *in fine, ff. ſo-*
lut. matrim. Gutierez. de tutela part. 5. *cap.* 23.
num. 17. *Schrader. de feud.* 2. *par.* 9. *par. principal.*
ſect. 3. *num.* 59. *verſ. præterea quoque & num.* 62.
verſ. præſertim cum dubio careat Ioan. Franc. à
Ponte conſ. 32. *num.* 3. *Manent. deciſ.* 34. *num.* 20.
hinc eſt deciſionem prædictam emanatam coram
Gyptio ſuper controuerſia fructuum induſtrialium
non refragari, quia hic non adeſt cultura, quæ vel
titulum, vel colorem iuſtitiæ præbeat pro lucran-
dis fructibus.
54 Neque aduerſatur quod penſiones † domorum,
& ſimilium recenſeantur inter fructus induſtriales
à *Bald. in l. ſi traditio in fine, C. de act. emp. vbi*
induſtrioſiſſimos appellat. & ab alijs congeſtis per
Sanchez. ſuper decalogo lib. 2. *cap.* 23. *num.* 51. &
ſequuta videtur *Rota in Romana pecuniaria* 29. *A-*
prilis 1593. *coram Blanchetto, &* 20. *Iunij* 1594.
coram Penia, quoniam Doct. & deciſiones alle-
55 gatæ firmant fructus † ciuiles dici induſtriales,
quia ex prouiſione hominis hoc eſt, ex præcedente
contractu locationis, vel alterius obligationis per-
cipiuntur, & natura illos non creat, ſed iuris inter-
pretatio gignit. At non eſt hæc induſtria circa
curam, & culturam, quam ponderant ad hunc effe-
ctum Doct. & Rota, & quæ tribuit titulum pro fru-
ctibus irreuocabiliter acquirendis, à qua ſpeciem,
& denominationem ſumunt fructus induſtriales,
56 ideoque *Bald.* & alios † impropriè omnino lo-
quutos fuiſſe dum fructus ciuiles appellant indu-
ſtriales, monuit, *Gutier. de tutel. cap.* 23. *num.* 5.
Caſtill. de vſufructu cap. 36. *num.* 71.
Et aliquibus ex Dominis placebat opinio, quod
re vera fructus ciuiles, neque naturales, neque in-
57 duſtriales ſint dicendi, † ſed ſeparandi ab vtraque
ſpecie, & obuentiones potius dici, ex ipſiuſque iu-
ris interpretatione fructuum vicem obtinere, vt
conſtat ex *l. vſura vicem. ff. de vſuris, l. ancillarū.*
verſ. ſed, & penſiones, ff. de petit. hæredit. l. apud
Iulianum. §. *fructus, ff. de leg.* 1. & latius proſe-
quitur *Caſtill. d. cap.* 36. *nu.* 64. *&* 70. *ac* 71. & cō-
ſequenter ſub diſpoſitione de fructibus induſtriali-
58 bus † comprehendi non poſſe, quod præſertim di-
cendum videtur in penſionibus Eccleſiaſticis in
59 quibus nec cōſiderari † poteſt induſtria, quæ per-
penditur in locandis domibus, & conſtituendis
60 cenſibus, & ex qua deſumitur, † quod affictus, &
fructus ciuiles dicantur induſtriales, vt deducit
Sanchez. d. cap. 23. *num.* 53. *ad fin.* & in his termi-
nis loquuntur deciſiones præallegatę non autem
in ſpecie de penſionibus Eccleſiaſticis, & ad effe-
ctum de quo agitur ſat eſt, quòd menſa Capitularis
nec curam, nec induſtriam impenderit in penſio-
nibus exactis.
Nec dicant Domini Canonici ex cauſa oneroſa
habere illud ædificium eo quod S. Carolus eſſet
de-

debitor eorũdem Canonicorum, quia hoc nihil re-
61 fert reſpectu ipſorum Beneficiatorum, † qui non erant debitores Menſæ Capitularis, & ex eorum penſionibus conſtructæ ſunt ædes, & Canonici debebant (quatenus verum eſſet eorum creditum) agere contra hæreditatem Sancti Caroli, non autem exigere penſiones debitas, & reſeruatas Beneficiatis.

Neque obſtat, quòd Beneficiati actione careant pro iſtis terminis decurſis, quia imò reſeruatio
62 penſionis † ad illorum fauorem facta tribuit eis titulum, atque actionem, & cum fuerit elapſum ſecundum quinquennium penſio reuertebatur ad eoſdem, qui ſi non rei vindicatione, vel alia actione
63 reali, † certè conditione ſine cauſa, vel officio Iudicis, ex æquitate, *l. ſi me, & Titium* poſſunt recuperare iſtos fructus decurſos, vt poſt alios tradit *Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 6. verſ. quibus quidem verbis, Sanchez ſuper decalogo dicto cap. 23. num. 73. Surd. conſ. 293. num. 13.*

Nec obſtat, quòd Canonici, qui penſiones illas
64 exegerunt † defuncti ſint, quia non agitur contra perſonas particulares vti ſingulas, ſed contra Capitulum, vti Collegium, quod cum nunquam mo-
65 riatur, idem † ſemper cenſetur, & contra illud rectè agitur iuxta *Calder. conſ. 21. de præb.* quod ſemper Rota ſequitur, & idem fuit reſolutum in hac cauſa ſub *die 5. Maij, et 1. Iulij 1618. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Pariq. ratione tollitur obiectum, quod obierunt Beneficiati, quibus debebantur penſiones decurſæ ante motam litem, nam prærerquam quod hoc nõ
66 probatur, viget eadem ratio, quod † penſio fuit reſeruata menſæ Beneficiatorum, quæ nunquam deficit, eamque repræſentant Beneficiati hodie agentes.

Illud etiam quod dicebatur ſententias Rotales condemnaſſe ſolùm in pẽſionibus decurſis poſt litem motam, & ideo cenſeri DD. Canonicos abſolutos quoad terminos decurſos ante, nec hodie poſſe condemnari, ſublatum fuit in prima deciſione, eo, quia ſententia Reuerendiſſ. Vrgelleñ reſeruauerat fructus, de quibus agitur. & ſic non poteſt dici DD. Canonicos fuiſſe abſolutos, &
67 † quoniam ſi iure actionis debentur iſti fructus, & tanquam ſors principalis, nouo iudicio rectè fuerunt petiti ex Doctor. alleg. in eadem deciſione, quibus addi poſſunt, *Peguer. dec. 178. num. 2. Modern. Roman. de ſent. et re iudic. gloſſ. 14. q. 17. num. 22. Fab. Anna conſ. 117. per tot, lib. 2. Surd. conſ. 293. num. 15. verſ. item ſi, et num. 17.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

☞ * *Vide infra hanc deciſionem prout in Indice poſito in fine Deciſionum.*

R. P. D. GHISILERIO.

Maioriceñ. Iuriſdictionis.

Die Veneris 12. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus contra Capitularem accuſatum de incontinentia, aut de alijs criminibus atrocioribus, vt validè procedat contra eum ad ſummariam informationem ſine Adiunctis, ad effectum illum carcerandi, quid obſeruare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Concil. Trid. ſeſſ. 2 cap. 6. de reform. quando concedat facultatem Epiſcopo procedendi ad ſummariam informationem contra Capitulares ſine Adiunctis, & num. 5. 12. 19. 28. & 31.*
2 *Informationi ſummariæ, quæ repugnent.*
3 *Iudici, quando ſummaria informatio eſt permiſſa, vbi de fuga timetur, debet eam capere ſecretè, aut mediante proceſſu camerario.*
4 *Actus iudiciarij, qui differant à ſummaria informatione.*
6 *Coactio qualis fieri nequit, niſi mediante proceſſu iudiciale.*
7 *Probationes de iure non ſunt coanguſtandæ.*
Teſtium numerus non dicitur effrenatus infra 40. num. 7.
8 *Informatio, ſummaria, vbi de fuga timetur, debet eſſe breuis, & valde ſecreta, & quantum ſufficit, vt arbitrium Iudicis aliquantulum regulari poſſit ex indicijs ſummariè ſumptis.*
9 *De Fuga, quando timetur, & periculum eſt in mora, hoc caſu de iure ſufficit, vt Iudici de fugæ ſuſpicione ſummariè conſtet, etiam non præcedentibus indicijs.*
10 *Propter Fugæ ſuſpicionem permittitur id, quod aliàs de iure non permitteretur.*
11 *Iudici, ſi eſt data facultas ſummariè procedendi, iſta facultas cenſetur reſtricta ad examinandũ illum numerum teſtium, qui ſummariæ informationi non repugnat.*
13 *Permiſſio conditionalis, ceſſante conditione, & ipſa ceſſat.*
14 *Facultas conceſſa in vno caſu, cenſetur adempta in alijs caſibus.*
15 *Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis.*
16 *Caſus priuilegiatus, & contra diſpoſitionem iuris, eſt strictè interpretandus.*
17 *Epiſcopus ſolus regulariter non procedit contra Canonicum exemptum abſque Capitulo.*
18 *Aretin. dictum in cap. cum non ab homine de iudic. quando ceſſet.*
19 *Concil. Trid. ſeſſ. 25. c. 6. de reform. limitatio, vt intret, duo copulatiuè requiruntur.*
21 *Primò, quòd agatur de criminibus ex incontinẽtia prouenientibus, ſeu de delictis atrocioribus.*
22 *Secundò, quòd timeatur de fuga.*
23 *Quod potui nolui, quod nolui adimplere nequiui.*
24 *Monitorium habet vim libelli, & citationis.*
25 *Citatio dicitur fundamentum ordinis iudiciarij.*
26 *Monitorium, ſeu citatio in criminalibus omnino arctat ad comparendum.*
27 *Monitorium non dicitur relaxatum ad effectum carcerationis contra latitantem, vbi non ſolum comminantur cenſuræ, & pœna pecuniaria, ſed etiam proceſſus ad vlteriora, prout iuſtitiæ ratio exegerit.*
29 *Cum tunc potius delinquens concitatur ad fugã*
30 *Iuriſdictionis fundamentum ſi ceſſet, ceſſat etiam iuriſdictio.*

DE-

DECISIO IIII.

RESOLVTVM fuerat ſub die 2. Iunij 1634.*
Epiſcopũ Maioriceñ proceſſiſſe iuxta formã
Conc. Trid. *ſeſſ. 25. c. 6. de reform.* contra Thomã
Dezbach Canonicum d. Eccleſiæ, excepto moni-
torio, quia per illud excludebatur ſuſpicio fugæ.
Cauſa poſtea ſuper iiſdem ſub die 28. eiuſdem
mẽſis,* repropoſita, Rota declarauit, dictam reſo-
lutionem eſſe intelligẽdam hoc modo; videlicet:
diſpoſitionem Sac. Conc. fuiſſe ſeruatam vſque ad
relaxationem monitorij excluſiuè, ab inde autem
non fuiſſe ſeruatam, ſed Epiſcopum proceſſiſſe à
monitorio infra contra formam d. cap. 6. Sac. Cõc.
Hodie verò in præſenti repropoſitione, quoad pri-
mam partem vltimæ deciſionis, in qua fuit firma-
tum, diſpoſitionem Sac. Conc. fuiſſe ſeruatam vſq;
ad relaxationem monitorij excluſiuè, DD. receſſe-
runt à deciſis. Quo verò ad ſecundam partem, in
qua deciſum fuit. diſpoſitionem Conc. non fuiſſe
ſeruatam, ſed contra illius formam Epiſcopum à
monitorio infra proceſſiſſe, ſteterunt in deciſis, ra-
tionibus & fundamentis tũc in deciſione deductis.

Ex hoc autem receſſerunt DD. à prima parte
deciſionis; quia ex deductis per Informantes pro
Capitulo apparet Epiſcopum nõ proceſſiſſe iuxta
1 formam Conc. vbi † Epiſcopo tantùm conceditur
facultas procedẽdi ad ſummariam informationem
ſine Adiunctis, quando agitur de criminibus ex in-
continentia prouenientibus, de qua in decreto de
concubinar. & de atrocioribus delictis depoſitio-
nem, aut degradationem requirentibus, vbi de fu-
ga timetur, ne iudicium eludatur. & ideo opus ſit
perſonali detentione. Ex ſequentibus autem pa-
tet Epiſcopum non proceſſiſſe præcedente ſumma-
ria informatione, vt à Conc. præſcribitur ſed po-
2 tius plenaria, † quia fuit fabricatus proceſſus ad in-
ſtantiam Fiſcalis; fuit interpoſitum decretum Iu-
dicis pro capiendis informationibus; fuerunt cita-
ti teſtes ad ſe ſubijciendum examini ſub pœnis &
cenſuris, qui poſtmodum fuerunt examinati cum
iuramento ſuper omnibus delictis, de quibus erat
querelatus Canonicus, & examẽ durante per plu-
res dies; fuit mandatum citari Canonicum ad cõ-
parendum coram Epiſcopo, & Notarius pluries
acceſſit ad eius domum pro eo reperiendo, & pro
dicta citatione facienda, quo denique non reperto,
fuit decretum ad monitorium contra eumdem ad
comparendum perſonaliter infra 24. horas ſub pœ-
na excommunicationis maioris latæ ſententiæ, &
ducatorum 1000. & alijs prout in monitorio, ex
3 quibus apparet Epiſcopum non cœpiſſe † infor-
mationem ſecretè, aut mediante proceſſu camera-
rio, ſed palam; & iudicialiter proceſſiſſe iuris ordi-
ne ſeruato, præuia querelæ admiſſione, aliſque ſu-
4 pradictis † iudicialibus actibus, qui actus iudi-
ciales omnino differũt à ſummaria informatio-
ne, & proceſſu camerario *Alphonſ. Villagut. in
Pract. crim. Canon. lib. 3. tit. de Inquiſit. cap. 12.
poſt 8. & vlt. concluſ.* Quibus accedit magnus
numerus teſtium examinatorum mediante co-
actione, & præuia illorum citatione ſub cenſu-
rarum comminatione, quo caſu iuxta declaratio-
nem Sacr. Congregat. Concil. in Orioleñ Iuriſdi-
ctionis inter Epiſcopum, & Capitulares de menſe
Maij 1603. confirmatam per Breue fel. recor. Cle-
mentis VIII. ſub 14. Kalen. Septembris eiuſdem
5 anni, procedendum † erat cum Adiunctis, Talis
6 namq. coactio fieri † ne quit niſi mediante proceſſu
iudiciali. *c. 1. cap. ſuper eo, & cap. peruenit de te-
ſtib. cogen.*

Non obſtat quòd nullibi reperiatur prohibitũ,
quòd pro capiẽdis inditijs Iudex non poſſit exami-
nare numerũ teſtium ſibi beneuiſũ, ne ſibi pereant
7 probationes, quæ de iure non † ſunt coanguſtan-
dæ, nec dicitur effrenatus numerus teſtiũ intra 40.
*c. cum cauſa vbi gloſ. in verbo effrenatam de teſtib.
cum alijs alleg. in prima deciſ. 2. Iun. 1634. in
hac cauſa.* Quia licèt facultas hæc examinandi te-
ſtes non habeat certam reſtrictionem, attamen vi-
detur declarata ſaltem virtualiter ex qualitate per-
miſſæ informationis ſummariæ, non plenariæ con-
tra diſpoſitionem Conc. & eius mentem, quòd vo-
luit prouidere in caſu ſuſpicionis fugæ, nè iudicium
eludatur, vt iuris ordine non ſeruato, procedatur
ad ſummariam informationem, quæ ad hunc effe-
8 ctum debet † eſſe breuis & valdè ſecreta, & quan-
tùm ſufficit, vt arbitrium Iudici conceſſum in or-
dine ad capturam regulari aliquatenus poſſit ex in-
ditijs ſummariè ſumptis quod fit ſi duo vel tres te-
ſtes ſtatim examinentur ſuper principali delicto,
& deinde ad capturam deueniatur, & hoc propter
9 periculum in mora, quo caſu etiam † de iure ſuffi-
cit, vt Iudici de fugæ ſuſpicione ſummariè conſti-
terit, etiam non præcedentibus inditijs, *argum
text. cum ibi not. in l. aut Pretor. §. ſi debitorem.
ff. de ijs quæ in fraudem credit. Marſil. in pract.
§. conſtante, num. 5.* vbi pluribus comprobat hanc
opinionem, *Paul. de Caſtr. in l. ſi longius §. ſi fi-
10 lius familias num. 3. ff. de iudic.* vbi quod † prop-
ter fugæ ſuſpicionem permittitur id, quod aliàs de
iure non permitteretur. Hincq. ſequitur non ob-
ſtare facultatem Epiſcopi, non eſſe ad certum nu-
merum teſtium reſtrictam, quia eo ipſo, quod eius
11 facultas † eſt reſtricta ad ſummariam informatio-
nem eſt etiam reſtricta ad eum numerum teſtium,
qui ſummariæ informationi non repugnat, & per
conſequens dictum examen tot teſtium detegitur
manifeſtè vitioſum, & in fraudem vti repugnans
cauſæ permiſſionis, nè Reus conſcius fugeret. cum
à Sacro Concilio facultas capiẽdi informationem
12 † permittatur ſoli Epiſcopo dumtaxat, nè ſequa-
tur fuga in verbis illis, *vbi de fuga timetur ne iudi-
cium eludatur &c.* itaut propterea conditione
13 † ceſſante etiam ceſſet huiuſmodi permiſſio con-
ditionalis, *iuxta l. ſi ita ſcriptum; vbi Bart. num. 2.
ff. de lib. & poſthum. & in l. in repetendis. circa
fin. verſ. contrarium credo ff. de legat. 3. Rota re-
cent. deciſ. 103. num. 1. in fin. par. 2.* Idq. ſuadent
ſubſequentia verba Concilij, *ſeruato in reliquis
ordine permiſſo*, per quæ patet facultatem ſic tri-
14 butam in certo † caſu ibi expreſſo cenſeri adem-
15 tam in alijs caſibus, cùm exceptio † firmet regu-
lam in caſibus non exceptis, *l. quæſitum §. deniq;
ff. de fund. inſtruct. l. in his ff. de legib. & notatur
in l. 1. de reg. iur. Ruin. conſ. 41. nu 9. lib. 2.* Ma-
ximè quia iſte caſus eſt priuilegiatus, & contra
16 † diſpoſitionem Iuris, vt Epiſcopus ſolus proce-
dat

dat contra Canonicum exemptum abſque Capi-
17 tulo, & ſic exeeptio Concilij, eſt ſtrictè † intelli-
genda in caſu, quo loquitur *c. odia. de reg. iur.* Et
18 ex his ceſſat dictum † *Arctin. in cap. cum nō ab ho-
minc. de iudic.* quia Epiſcopus non proceſſit tan-
quàm contra ſuſpectum de fuga, nec habuit illum
pro tali.

Pariter non obſtat, quòd ex diſpoſitione Conci-
19 lij in criminibus ex incontinentia † prouenienti-
bus, poſſit Epiſcopus ab initio ſolus abſq; conindi-
cibus procedere. Nam primò reſpondetur ex ſu-
pradeductis ſufficienter probari, Epiſcopum non
proceſſiſſe ad ſummariam informationem, ſed fa-
bricaſſe proceſſum diuerſum à ſummaria informa-
tione, de qua loquitur Concilium. Vlterius, vt
in alijs deciſionibus fuit firmatum, ad hoc vt in-
20 tret limitatio Concilij † duo copulatiuè requirū-
tur; nimirum, quod agatur de criminibus ex incō-
21 tinentia prouenientibus, † ſeu de delictis atrocio-
ribus, depoſitionem, aut degradationem requiren-
22 tibus; & alterum, † quod timeatur de fuga, vnde
licèt delicta, de quibus in quærela contra Canoni-
cum porrecta, ſaperent incontinentiam, & eſſent
de atrocioribus; attamen Epiſcopus non recepit
ſummariam informationem, ſed formauit proceſ-
23 ſum, vt patet ex ſupra deductis, & ſic intrat † re-
gula, *quod potui nolui, &c.*

Et ex prædictis infertur, quod ſi Epiſcopus non
proceſſit iuxtà diſpoſitionē Concilij ſumendo ſum-
mariam informationem, multò minus eiuſdem
diſpoſitioni ſe conformauit; dum monitorium
24 tranſmiſit contra Canonicum, † quod habet vim
libelli, & citationis, vt latè fuit firmatum in deci-
ſione, quæ reuidetur, quam DD. reſpectu huius ſe-
cundæ partis confirmarunt. Et quia Epiſcopus
prohibetur procedere ſine Adiunctis, & nomine
proceſſus intelligitur monitorium, ſeu prima cita-
25 tio, † quæ etiam dicitur fundamentum ordinis iu-
26 diciarij, & in † criminalibus omnino arctat ad cō-
parendum, vt in deciſione, & conferunt adducta
per Rotam *deciſ. 483. num. 2. par. 1. recen.*

Non obſtat, quod monitorium non fuerit rela-
xatum ad effectum punitionis, ſed ad effectum car-
cerationis contra latitantem, quod obiectum
27 † tollitur ex lectura ipſius monitorij; vbi non ſo-
lùm comminantur cenſuræ, & pœnæ pecuniariæ,
ſed etiam proceſſus ad vlteriora, *prout Iuſtitiæ ra-
tio exegerit, Angelus de Maleficijs in verbo ſuper
quibus omnibus num. 2. & ſeqq.* quod Epiſcopus
28 † facere non potuit abſque Adiunctis. Et ceſſare
videtur omnis difficultas, quia huiuſmodi monito-
rium tantùm abeſt, vt dici poſſit ordinatum ad car-
29 cerationem, quin potius ad concitandum † delin-
quentem ad fugam, vt latius in prima deciſione,
dum fuerunt examinati tot teſtes, & geſta tot alia
ex quibus fiebat notus omnibus proceſſus contra
Canonicum, & ideo cum non concurrat iſta qua-
litas ſuſpicionis fugæ, quæ fundat iuriſdictionem,
30 immò ea excludatur, † ceſſat quoque iuriſdictio
permiſſa à Concilio ſoli Epiſcopo, *vbi de fuga ti-
metur, ne iudicium eludatur.*

Et ita, cum ex ſupradictis pateat Epiſcopum
non proceſſiſſe ad ſummariam informationem, ſed
formaſſe proceſſum, in cuius formatione idem
Concilium diſponit Epiſcopum ſolum procedere
31 non poſſe, ſed illum † formare debere cum Adiū-
ctis, DD. vtraque parte informante reſoluerunt:
Epiſcopum Maioriceñ in propoſito caſu, non po-
tuiſſe procedere ſine Adiunctis, & per conſequens
non obſtare geſta vſque adhuc per Epiſcopum ſi-
ne iuriſdictione, & forma Concilij non ſeruata, &c.

* *Vide infra hanc Deciſionem prout in Indice po-
ſito in fine Deciſionum.*

* *Habes pariter hanc Deciſionem infra prout in
dicto Indice.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Brixinen. Parochialium.

Die Lunæ 15. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM.

In Parochialibus ſecularibus vnitis alicui Di-
gnitati, vel Monaſterio, quando deputari
debent Vicarij perpetui ſeculares, & non
Regulares, & quando è contra.

SVMMARIVM.

1 *Pacta, & conditiones contenta in concordia facta in limine vnionum Parochialium, veniunt ſeruandæ.*

2 *in Parochialibus ſecularibus vnitis alicui Dignignitati, aut Monaſterio deputari debent Vicarij perpetui ſeculares.*

3 *in Parochialibus ſecularibus vnitis alicui Monaſterio &c. cura animarum per Vicarios perpetuos ab Ordinario deputandos exerceri debet, & num. 4.*

5 *Beneplacitum Apoſtolicum interuenire debet in concordia rerum Eccleſiæ.*

6 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiæ, ſtante obſeruantia præſumitur ſpatio 30. annorum.*

7 *Monaſterium aut alia Dignitas poteſt de iure communi deputare Vicarium amouibilem in Eccleſia curata ſibi vnita.*

8 *Sed hoc intellige, quando cura principaliter, & in capite reſidet penès ipſum Monaſterium pleno iure, etiam quoad inſtitutionem authorizabilē.*

9 *Confirmatio facta ſub conditione, ſi conditio non verificetur, confirmatio ſubſiſtit.*

10 *Status nouus, & non antiquus in beneficialibus eſt attendendus.*

DECISIO V.

POSTQVAM ſub die 12. Iunij anni præteriti* fuit reſolutū in hac cauſa Abbati Monaſterij Montis S. Georgij Brixineñ diœceſis non eſſe dandum mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione deputandi Rectores regulares in Eccleſijs Parochialibus, de quibus agitur, ſuſcepta fuit diſputatio ſuper bono iure. Quapropter propoſui hodie dubium, An d. Abbati competeret Ius inſtituendi, & deſtituendi eoſdem Rectores regulares in dd. Parochialibus, & per DD. fuit negatiuè reſponſum. Nam huic prætenſioni Abbatis obſtare viſæ fuerunt litteræ conceſſionis, ſeu nouus titulus

tulus vnionis dd. Parochialium facta de anno
1510. per Cardinalem S. Crucis, tunc in Germania Legatum à Latere, quorum vigore inita fuit
concordia inter Chriſtophorum tunc Epiſcopum
Brixineñ, & Abbatem, & Conuentum d. Monaſterij, in qua fuit inter alia expreſsè conuentum,
quod ad prædictas Parochiales vnitas, Abbas eiuſquè ſucceſſores tenerentur præſentare coram ipſo
Epiſcopo, Sacerdotes ſeculares, qui ab eodem prę-
uio examine approbarentur, & inſtitutionem pro
cura Animarum reciperent; Quæ quidem Cōcordia fuit poſtmodum inter eaſdem partes acceptata, vt in inſtrumento dato *in ſumm. D. Epiſcopi*
1 *num.* 1. Vnde † pacta, & conditiones in ea contenta, vti in limine d. vnionis appoſitæ veniunt
ſeruandæ. *Gloſ. in c. de Monachis, verb. de prouentibus. verſ. ſi habent Eccleſiam. de præb.* Maxime
quia eſt iuri communi conformis, ſecundùm quòd
2 in † Parochialibus ſecularibus vnitis alicui Dignitati, vel Monaſterio deputari debent Vicarij
perpetui ſeculares, *c. extirpanda, §. qui verò. de præb. c. cum & plantare §. in Eccleſijs de priuil. cap.* 1. *§.* 1. *& ibi Gloſ. de verb. ſignif. c. vnic. de Capell. Monach. in* 6. *Clem. vnic. de offic. Vic. Rebuff. in prax. benef. tit. de vicar. perpet. num.* 1. *Hoied. de incompat. benef. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 2. *Gonz. ad reg.* 8. *gloſ.* 5. *§.* 3. *num.* 10. *Rot. deciſ.* 2. *num.* 2. *de exceſſ. Prælat. in nou.* Idemq. diſponit
Concilium Tridentinum *ſeſſ.* 7. *cap.* 7. *de reformat.*
3 Vbi cauetur † quod in huiuſmodi Parochialibus
vnitis cura Animarum per Vicarios perpetuos ab
Ordinario deputandos, exerceri debet, niſi aliter
ipſi Ordinario pro bono Eccleſiarum regimine expedire videbitur. Et prædicta adeo vera ſunt, quòd
etiamſi in litteris vnionis fuerit expreſſum, quòd
Eccleſia vnita poſſit deſeruiri per Vicarios amouibiles, nihilominus ſi dd. litteræ fuerint conceſſæ
4 ante Concilium Tridentinum, † debet deputari
Vicarius perpetuus, ſecus verò ſi poſt Concilium
Garz. de benef. par. 11. *cap.* 2. *nu.* 5. *& ſeqq. Flores de Mena. var. quæſt. lib.* 1. *q.* 10. *n.* 36. *& ſeqq.*
Non obſtat, quòd non probetur interueniſſe
5 † Beneplacitum Apoſtolicum, ſine quo d. cōcordia ſubſiſtere non valet, quia illud ſatis præſumi-
6 tur interueniſſe † ex obſeruantia ſubſequuta per
30. immò 60. annos *Gabr. conſ.* 80. *num.* 18. *lib.* 2. *Garz. de benef. par. vlt. cap.* 2. *num.* 178. *Seraph. deciſ.* 1042. *num.* 3. *Rot. deciſ.* 459. *nu.* 4. *par.* 1. *recent.*
Nec releuat, quod etiam de iure communi Mo-
7 naſterium, † aut alia Dignitas poſſit deputare Vicarium amouibilem in Eccleſia curata ſibi vnita
Gloſ. in Clem. 1. *verb. haberent. de reſcript. & in Clem.* 1. *§. eod. verb. de menſa. de ſuppl. negl. Prælat. & in Clem.* 1. *§. quidem etiam, verb. ad menſam. de exceſſ. Prælat. Felin. in c. cum acceſſiſſent. nu.* 2. *de conſtit. Hoied. de incompat. benef. par.* 1. *cap.* 15. *num.* 8. *Coraſ. de benef. par.* 1. *cap.* 8. *nu.* 4. *Garz. d. par.* 11. *cap.* 2. *num.* 4. Quia prædicta in-
8 ra, & ſimilia procedunt, quando cura † principaliter, & in capite reſidet penes ipſum Monaſteriū
pleno iure, etiam quoad inſtitutionem authorizabilem *Gloſ. in d. Clem.* 1. *verbo prouentibus de præb. Abb. ibid. n.* 5. *Rot. d. dec.* 2. *de exceſſ. Prælat. in nou.*
Non obſtant antiquæ conceſſiones dd. Paro-

chialium ab Ordinarijs Brixineñ diuerſo tempore
factæ. Quia in illis non legitur conceſſa huiuſmodi facultas inſtituendi, & deſtituendi Rectores
præſertim Regulares, ſed ius dumtaxat prælationis, & poſſeſſionis dd. Eccleſiarum, per quam cōceſſionem prædictum ius inſtituendi, & deſtituendi non acquiritur ex ſupra deductis.

Minùs releuant litteræ Pij II. emanatæ 1459.
per quas prætenditur confirmari omnes alias antiquas Conceſſiones. Quia vltra quod dd. Conceſſiones non tribuunt prætenſum ius inſtituendi,
& deſtituendi Rectores regulares, vt mox dictum
fuit, DD. aduerterunt dictas litteras non continere puram, & ſimplicem confirmationem dictarum conceſſionum, ſed ſolùm ſimplex mandatum
de confirmando, vt conſtat ex earum lectura ibi.
Nos itaque diſcretioni tuæ per Apoſtolica ſcripta mandamus, quatenus ſi, & poſtquam vocatis, qui fuerint vocandi, tibi de litteris, & conceſſionibus prædictis legitimè conſtiterit, illas authoritate noſtra approbes, & de nouo confirmes &c. Et propterea dicta confirmatio reſoluitur in conditionē,
quatenus conſtet de dictis conceſſionibus, qua
9 † quidem conditione non probata, confirmatio
non ſubſiſtit, iuxta *deciſ. Caſſad.* 2. *nu.* 2. *de confirm. Rot. deciſ.* 229. *num.* 11. *par.* 2. *recent.* Et quatenus etiam de dd. conceſſionibus doceretur, attamen non releuarent, nec eſſent attendēdæ ex quo
per d. concordiam fuerūt ſublatæ, & inductus no-
10 nus ſtatus, † qui venit attendendus, non autem
antiquus, *Put. deciſ.* 403. *nu.* 2. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 336. *num.* 11. *lib.* 1.

Nec dicatur d. concordiam non habuiſſe effectum, quia illius effectuatio viſa fuit ſufficienter
probari ex pluribus, & ſucceſſiuis præſentationibus Rectorum ſæcularium iuxta formam d. Cōcordiæ poſtmodum ſubſequutis, necnon ex petitionibus per Abbatem d. Monaſterij coram Vicario
Brixineñ exhibitis, in quibus idem Abbas enixè
rogat d. Vicarium, quatenus pro illa vice dumtaxat, ſi non ad plures, ad vnum ſaltem, vel duos
annos quemdam regularem ad curam vnius ex dd.
Eccleſijs admitteret, ac demum ex obligatione
facta pro parte eiuſdem Abbatis de præſentando
Sacerdotes ſæculares iuxta formam d. concordiæ
ſum. Epiſcopi num. 3. 4. *&* 5. Quæ omnia ſatis demonſtrant prædictam concordiam ſuum habuiſſe
effectum. Et ita vtraque &c.

☞ *Vide infra in Additione hanc deciſionem prout in Indice poſito in eius fine.*

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Diſmembrationis.

Die Lunę 15. *Ianuarij* 1635.

ARGVMENTVM.

in Beneficij Curati diſmembratione quidnam requiratur, vt validè fiat. Cura animarum ſi ab aliqua Eccleſia diſmembratur eſt neceſſarium conſenſus Patronorum, & Parochianorum.

SVMMARIVM.

1 *in Beneficij diſmembratione copulatiuè requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa, cum ea dicatur alienatio.*

2 *in Beneficij diſmembratione, requiruntur omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienationibus rerum Eccleſiæ.*

3 *in Alienatione rerum Eccleſiæ ſolemnitas, & iuſta cauſa requiritur, nec vnus ſine alio ſufficit.*

4 *Cura animarum ſi ſit diſmembranda ab aliqua Eccleſia Parochiali, vocandi ſunt omnes Patroni, & Parochiani pro eorum conſenſu aliàs non ſubſtinetur.*

5 *in Beneficij diſmembratione, quando dicatur cõcurrere defectus cauſæ, & ſolemnitatum.*

DECISIO VI.

CVM IAM Rota coràm me 22. Iunij 1633.* firmauerit diſmembrationem curę Animarum ab Eccleſia S. Gregorij Terræ Duglioli illiuſque vnionem, & applicationem Eccleſiæ S. Michaelis de Mezzolaria eſſe nullam, & inualidam cum omnibus inde ſecutis, ſed eſſe locum decreto facto in viſitatione de anno 1630. vt in loco apto, & ab aquarum inundationibus tutò conſtrueretur Eccleſia. Hodie repropoſita cauſa ſuper iiſdem DD. cum ex pluribus in facto deductis iuſtificetur iſtam Eccleſiam non minari ruinam, nec eſſe aquis ſuppoſitam, ſed eſſe capacem pro cura animarum, & Sacramentorum adminiſtratione, reſpectu dicti decreti tantùm receſſerunt à deciſis approbando in reliquis d. reſolutionem.

Quia ex deductis in dicta deciſione ſemper ſubſiſtit non interueniſſe ſolemnitatem, & iuſtã cau-
1 ſam ad validitatem diſmembrationis † copulatiuè
requiſita, ex allegatis in dicta deciſione, cum ea
dicatur alienatio *Acchil. dec. vnica de reb. Eccleſ.*
non alien. & in ea requirantur omnes ſolemnita-
2 tes, † quæ requiruntur in alienatione rerum Eccle-
ſiæ *Franch. in cap 1. col. 1. de reb. Eccl. non alien.*
lib. 6. Rebuff. in compend. alien. rer. Eccleſ. n. 68.
Rot. dec. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in nou. Et cõ-
3 ſequenter copulatiuè ſolemnitas, & iuſta † cauſa
requiruntur, nec vnum ſine alio ſufficit, *cap. 1. de*
reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. Dect. in
can. ſine exceptione 12. quæſt. 2. Dec. conſ. 142. n. 4.
Couar qui alios citat. var. reſol. lib. 2. c. 17. nu. 2.
vbi teſtatur de communi, & ſæpius per Rotam
fuit ita reſolutum.

Hic autem vtrumquè deficit, nam de ſolemnitate non conſtat, cum vt fuit firmatum in alia deciſione, cum qua tranſierunt DD. diſmembratio
fuerit facta non adhibito cõſenſu omnium intereſ-
4 ſe habentium, non † enim fuit requiſitus, & adhi-
bitus omnium Patronorum conſenſus, nec omniũ
Parochianorum, quorum intererat, quo caſu non valet, tàm ex Iure communi, quàm *ex Conc. Trid. ſeſſ. 7. cap. 6. & ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. Petr. de Peruſ. in tract. de vnion. cap. 5. num. 1. cum reliquis per Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 202. & ſeqq. Caput deciſ. 350. par 3. Rot. deciſ. 133. nu. 4. par. 2. diuerſ.* Præterea neque probatur interueniſſe conſenſum duorum Canonicorum ad formam præſcriptam in facultatibus conceſſis Archiepiſcopo Bononienſi, qui in ſimilibus tenebatur procedere cum conſilio duorum Canonicorum ſeniorum Capituli Bononienſis.

Nec cauſæ allegatæ ſufficiunt ad ſuſtinendum diſmembrationem, quia expreſsè conſtat, tàm ex noua viſitatione facta à moderno Vicario Eminẽtiſſ. D. Cardinalis Columnæ Archiepiſcopi, quàm ex atteſtatione plurium teſtium, ac planta loci, Eccleſiam S. Gregorij non minari ruinam, neque ſubiectam exiſtere aquarum inundationi, & eſſe capacem pro exercenda Animarum cura, & adminiſtrandis Sacramentis, quibus attentis tantò magis apparet cauſas enumeratas in ipſa diſmembratione non ſubſiſtere, nec eſſe locum executioni de-
5 creti anni 1630. & per conſequens † in huiuſmo-
di diſmembratione tàm defectum cauſæ, quàm ſo-
lemnitatis concurrere.

Et ita fuit reſolutum in contumaciam partis, quæ ſæpiùs citata non curauit informare.

** Eſt deciſio 223. in præcedenti parte. & in eadem parte adſunt aliæ Deciſiones in iſta eadem cauſa vt ſub die 14. Iunij 1634. & ſub die 10. Nouemb. eiuſdem anni, & ſub die 11. Decembris pariter 1634. coram R.P.D. eodem Ghiſilerio ſunt Deciſiones 291. 203. & 315. Et infra in hac parte habes alteram deciſionem ſub die 4. Iulij 1635.*

R. P. D. CARRILLO.

Aretina Cappellaniæ.

Die Lunæ 19. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Citatio ad dicendum contra Commiſſionem infra annum, poteſt quandocumquè produci. Acta diuerſa à cauſa non ſunt tranſportanda. Sententia lata à Iudice allegato ſuſpecto, quando ſit nulla. Subrogato gratioſè in beneficio quibus probatis detur immiſſio.

SVMMARIVM.

1 *Principalis citatus perſonaliter, ſi per ſe, vel per eius procuratorem, non compareat, meritò proceditur per contradictas.*

2 *Citatio prima emanata vigore Commiſſionis, de iure poteſt, quandocumq; reproduci intra annũ.*

3 *Actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, ſtante diuerſitate cauſæ. & hoc tàm ſecundùm ius commune, quàm ſecundùm Concil. Trid.*

4 *Sententia lata poſt recuſationem Iudicis, ſuſpecti eſt nulla.*

5 *Iudex, ſi fuerit allegatus ſuſpectus non ſufficit d. allegatio, niſi etiam fuerit appellatum ab vlteriori proceſſu, prout requiritur.*

6 *in Iudicis iuriſdictionem, ſi fuerit conſenſum per plures actus, non poteſt allegari ſuſpectus, ſine expreſſione cauſæ ſuperuenientis poſt illos actus.*

7 *Sententia, non poteſt dici præcipitanter lata, ſi lis durauerit per menſem, & plus.*

8 *Subrogatio in beneficio debetur, ſi concurrant illa tria requiſita, nempè Clericatus, Lis, & obitus in poſſeſſione.*

9 *Su-*

9 *Subrogatio in beneficio, ſi lis non eſt ſuper titulo*
beneficij, nullatenus conceditur.
10 *Beneficium, vt dicatur litigioſum ad effectum*
ſubrogationis, ſufficit, ſi duo ſint præſentati ad
idem beneficium, & vterque inſtat coram Ordi-
nario ſuper inſtitutione obtinenda, & latæ fue-
runt ſententiæ deſuper.
11 *Lis, ſi fuerit conteſtata per plures, & proſecuta,*
ſi poſtea aliqua acta fuerint facta ad inſtantiam
vnius tantum partis, ſuffragantur etiam alteri
collitiganti.

DECISIO VII.

DOMINI reſponderunt ſententiam Rotalem
R. P. D. mei Pirouani confirmandam eſſe,
in qua pronunciatum fuit ſententias latas contra
Grazinium eſſe infirmandas, & mandatum de im-
mittendo in poſſeſſionem Cappellaniæ, de qua agi-
tur dandum eſſe eidem Grazinio vigore ſubroga-
tionis in forma dignum commiſſæ Vicario Aretino,
& obtentæ in iuribus, & poſſeſſione Comitis Ro-
telli collitigantis, qui deceſſerat pendente lite in
Rota, nonobſtantibus nullitatibus, & iniuſtitia
contra dictam ſententiam Rotalem oppoſitis.
Fundamentum fuit, quia prædicta ſententia eſt
valida, & iuſta. De validitate conſtat ex commiſ-
ſione Rotali, & ex citatione cum inhibitione con-
1 tra Franciſcum Rotellum perſonaliter † executa,
vnde d. Rotello per ſe, aut per eius procuratorem
non comparente meritò fuit proceſſum per contra-
dictas iuxtà ſtylum de quo *Caput. dec. 262. par. 2.*
Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. deleg. num. 1 & 2.
Nec obſtant nullitates oppoſitæ contra validi-
tatem. Non prima quod citatio emanata vigore
commiſſionis Rotalis non fuerit intra annum re-
producta in actis, quia tollitur ex facto cum præ-
ſentata fuerit in partibus de menſe Martij 1632.
2 & reproducta in actis de menſe Ianuarij 1633. &
de iure poteſt intra annum quandocumque repro-
duci, nec dicitur circumducta *Vant. de null. ex de-*
fec. cit. num. 111. Veſtr. in prax. lib. 4. nu. 1. Rot.
dec. 14. de dol. & contum. in nou. & dec. 21. de
appell. eod. tit.
Non obſtat ſecunda ex defectu tranſportatio-
nis actorum præcedentis cauſæ inter Comitem
Rotellum, & Grazinium, quoniam ſufficit integrè
tranſportata eſſe acta facta ſuper ſubrogatione in
iuribus dicti Comitis, nec erat neceſsè tranſpor-
tare acta præcedentia cum dicto Comite perſona
3 diuerſa, & ſuper diuerſo titulo agitata, quia † ſtan-
te diuerſitate cauſæ ceſſat obligatio tranſportandi,
tàm ex diſpoſitione iuris communis, quàm *Conc.*
Trid. Seraph. dec. 1305. Greg. XV. dec. 55. per tot.
Minus ſubſiſtit tertia nullitas deducta ex eo
quod ſententia Rotalis confirmet ſententiã d. De-
cani Aretini, quæ dicitur nulla ex duplici capite,
4 eò quia † lata fuit poſt recuſationem Iudicis, cauſa
ſuſpicionis, & quia lata fuit præcipitãter. Nã alle-
5 gatio ſuſpicionis non releuat, † cũ nõ fuerit appel-
latũ ab vlteriori proceſſu, prout de iure requiritur
Ruin. conſ. 61. num. 36. lib. 5. Curt. iun. conſ. 175.
num. 2. Lancellot. de attent. cap. 4. limit. 2. num. 71.
Rot. dec. 563. num. 2. par. 1. diu. Greg. dec. 466. n. 7.
6 *vbi add.* Imò cum fuerit † conſenſum in iuriſdictio-
nem dicti Decani per plures actus, non potuit alle-
gari ſuſpectus ſine expreſſione cauſæ ſuperuenien-
tis poſt illos actus *Natt. conſ. 532. nu. 9. Beno. conſ.*
16. num. 27. Grat. diſcep. 100. nu. 31. & ſeq. Rot.
diu. dec. 2. num. 2. par. 2. & coram Caualer. deciſ.
158. num. 2. Nec adeſt vlla præcipitantia, cum lis
durauerit coram dicto Iudice per menſem cum di-
7 midio, † & ad iſtum effectum tempus attenditur à
die deputationis, vt in ſpecie tenet *Rot. deciſ. 743.*
num. 5. par. 2. recent. vbi defenditur ſententia lata
intra 30. dies à die deputationis.
Iuſtitia verò ſententiæ patet, quia in ſubrogatio-
ne probata fuerunt tria neceſſaria requiſita, nem-
8 pè Clericatus, † lis, & obitus in poſſeſſione, qui-
bus concurrentibus, mandatum de immittendo cõ-
cedendum eſt, & executioni mandandum, *cap. ſi*
quando. de reſcr. Garz. de benef. 6. par. cap. 4. in
princ. num. 4. & 16. cum ſeqq. Greg. deciſ. 32. &
deciſ. 103. vbi add. Seraph. deciſ. 990. per tot.
Præterea quia narrata in litteris ſubrogationis
fuerunt verificata, nempe Cappellaniam eſſe bene-
ficium ſimplex, & de iurepatronatus, & ſolitam
obtineri per Clericos ſæculares, & valorem bene-
ficij non excedere 24. ducatos & idoneitatem Gra-
zinij, vt latè conſtat ex deciſione in hac cauſa fa-
cta coram D. meo Pirouano.
Neque obſtat obiectum factum contra iuſtitiam
dictæ ſententiæ Rotalis, nempè quod lis quæ verte-
batur contra Grazinium, & Comitem non fuerit
9 ſuper titulo beneficij, † & ideo ceſſare vnũ requiſi-
tum dictæ ſubrogationis, quia cum dicti Grazinius,
& Comes eſſent ambo præſentati ad d. beneficium,
& vterque inſtaret coram Ordinario ſuper inſtitu-
tione obtinenda, & latæ fuerint deſuper ſententiæ
10 ſufficit, † vt dicatur beneficium litigioſum ad effe-
ctum obtinendi ſubrogationem *Sarn. in reg. de ſu-*
brog. collit. q. 13. ſub nu. Garz. de benef. par. 11.
cap. 3. §. 1. num. 82. & 83. Seraph. d. dec. 990. nu. 3.
Nec releuat, quod citatio vigore commiſſionis
obtentæ pro Grazinio, & Monacis aſſertis patro-
nis contra dictum Comitem, fuerit tantùm præ-
ſentata ad inſtantiam Monacorum, & non ad in-
ſtantiam Grazinij, nam vltra quod ex atteſtatione
Nuncij conſtat de contrario, tollitur difficultas,
quia cum lis fuerit in partibus per Monacos, &
11 Grazinium cœpta, & proſecuta, † euenit vt acta
poſtea facta ad inſtantiam vnius partis tantùm, ſuf-
fragentur etiam alteri collitiganti, vt latè probat
Crau. conſ. 45. num. 2. Rot. deciſ. 579. num. 1. & 3.
par. 1. diu. & dec. 191. num. 1. in fin. par. 2. Put.
deciſ. 459. lib. 2. in correct.
Et ita deciſum vtraque &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs.

Die Veneris 19. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum non cenſetur inductum in ca-
ſu mortis, ex verbis conſequutiuis poſt pro-
hibitionem delicti &c. Item pariter, quan-
do fideicommiſſum non cenſeatur inductum
in caſu mortis, ex prohibitione alienationis.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario immiſſio denegari non poteſt, ſi doceat de fideicommiſſo, de identitate bonorum, & de poſſeſſione fideicommittentis.*

2 *Fideicommiſſum non cenſetur inductum in caſu mortis ex verbis conſequutiuis ad ſubſtitutionẽ.*

3 *Verba, vendere, & alienare, ſimul poſita, faciunt, vt ſicut vendere ſignificat actum inter viuos, ita pariter alienare, de eodem actu intelligatur non autem de vltima voluntate.*

4 *Et hoc procedit, ſiue verbum vendere, ſequatur ſiue præcedat verbum alienare.*

5 *Alienationis prohibitio, quando non ſtat principaliter, & de per ſe, ſed continuatiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, non poteſt ex ea reſultare fideicommiſſum in caſu mortis.*

6 *Quodque multò magis procedit, quando adeſt in caſu mortis particulare fideicommiſſum præcedens.*

7 *Legatarius non poteſt vti beneficio vniuerſalis hæredis.*

8 *Hæres inſtitutus in re certa, & determinata comprehenditur ſub reciproca in defectum hæredum vniuerſalium.*

9 *Fuſar. quæſt. 261. num. 7. cum alijs ab eo allegatis, in quo caſu loquantur.*

11 *Diſpoſitio corruit, conditione deficiente.*

12 *Alienationis prohibitio, quando fuit poſita continuatiuè per viam qualificationis præcedentis ſubſtitutionis, debet intelligi retento eodem themate.*

13 *Fideicommiſſi caſus, quando venit, ceſſat illius effectus.*

14 *de Iure tertij, quis dare non poteſt.*

DECISIO VIII.

CVM PER tres deciſiones * in hac cauſa
emanatas duas coram bon. mem. Card. Virili,
& alteram coram me fuerit firmatum D. Ludouico
Cincio vocato ad fideicommiſſum q. Petri
Hieronymi dandam eſſe immiſſionem in poſſeſſionem
quarumdam Domorum, & Cenſuum per dictum
fideicommittentem acquiſitorum, reſeruato
tamen videre de reliquis bonis tunc in controuerſiam
deductis, ſuper quibus ſub die 19. Aprilis
1630. * DD. dixerunt ei etiam eſſe dandam immiſſionem,
ea mori ratione, quia docebatur de
1 fideicommiſſo de identitate bonorum, de quibus
agitur, & de poſſeſſione d. Petri Hieronymi vſque
ad eius obitum: Cumq. hodie reaſſumpta cauſa, &
firmato per binas deciſiones illi non obſtare exceptionem
compromiſſi initi ad componendam
litem inter ipſum, & DD. de Columbis hæredes
ex teſtamento q. Olimpiæ ſororis, & hæredis grauatæ
dicti Petri Hieronymi, ijdem de Columbis inſteterint
pro reuiſione d. deciſionis, & ſuper eiſdem
audientiam obtinuerint; iterum propoſui cauſam
ſuper ijſdem, & DD. ſteterunt in deciſis ex rationibus,
& fundamentis in deciſione deductis.

Non obſtant prætenſa fideicommiſſa, q. Franciſci
patris, & Herculis patrui Olimpiæ, ſuper quibus
Columbi, aliàs magnam vim faciebant.

Nam quoad fideicõmiſſum Franciſci patris, quę
prætẽditur illud deduci ex verbis adiectis poſt prohibitionem
delicti, ibi (& hoc fecit ad hoc, vt bona
ſua conſeruentur, &c.) & ſubſiſtere viſa fuit reſponſio
deciſionis, videlicet; ex illis verbis tan-
2 quam conſequutiuis ad ſubſtitutionem in caſu † delicti
induci non poſſe fideicommiſſum in caſu mortis,
vt vltra allegata *in deciſione tenent Odd. de fideicom.
quæſt. 11. num. 175. Rota deciſ. 30. nu. 20.
& 21, par. 1. recent. & fuit deciſum in Bononien.
de Barzellinis 12. Decemb. 1633. & 22. Martij
1634. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

Aut verò ex prohibitione alienationis ex verbis,
ibi (caſu, quo dd. Inſtituti, & Subſtituti venderẽt,
vel alienarent, voluit bona vendita, vel alienata deuenire
ad alios inſtitutos, vel ſubſtitutos, vt ſupra)
& nullum ex inde reſultat fideicommiſſum ad fauorẽ
d. Olimpiæ ſub prætextu, quod Petrus Hieronymus
hæres alienauerit in extraneum illum inſtituendo
hæredem, ex quo verbum alienare ſubiectum
legitur, verbo vendere, & ſic prohibitio non
comprehẽdit alienationem per viam inſtitutionis,
3 † & ſubſtitutionis teſtamentariam, ſed ſolùm per
actus inter viuos *ad text. in l. pater filiũ. 36. §. fundum
ff. de le. 3. Ruin conſ. 126. num. 15. in fin. &
ſeqq. lib. 2. Odd. de fideicom. d. quæſt. 11. num. 186.
& quæſt. 18. num. 132. Grattan. diſcept. 594. n. 7.
& fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Mileſiis
15. Nouẽb. 1624. corã R.P.D. meo Pirouano.*

Quod procedit ſiue verbum (vendere) ſequatur,
4 † ſiue prout hic, præcedat verbum alienare, *Alex.
conſ. 155. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Curt. iun. conſ. 49.
num. 22. verſ. ergo illa verba, Soccin. conſ. 13. ſub
num. 8. & 9. lib. 3. Ruin. conſ. 7. nu. 10. ad fi. verſ.
nec obſtat, & conſ. 116. num. 15. in fin. & 16. lib. 2.
Riminal. iun. conſ. 632. nu. 50. & 51. & conſ. 679.
num. 27. & ſeqq. lib. 6. Gratian. diſceptat. 594. n. 7.
Rota deciſ. 49. num. 2. par. 1. recent.* Cumq. iſta
5 † prohibitio non ſtet principaliter, & de per ſe,
ſed continuatiuè ad præcedentem ſubſtitutionem,
non poteſt ex ea reſultare fideicommiſſum in caſu
mortis, *Rota deciſ. 568. num. 9. par. 1. & deciſ. 473.
ſub num. 2. par. 4. diuerſ. cum alijs in d. Bononien.
de Barzellinis,* cum præſertim in caſu mortis adſit
6 particulare † fideicommiſſum præcedens, eaq. ſit
perſonalis facta inſtitutis, & ſubſtitutis, *Seraph.
dec. 482. num. 2. Rota deciſ. 316. nu. 6. par. 1. diu.*

Et quatenus etiam cenſeretur prohibita alienatio
per viam inſtitutionis, & ſubſtitutionis, adhuc
tamen non eſſet compræhenſa d. Olimpia, ex quo
teſtator vocauit alios hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos,
quorum appellatione cum veniant ſolùm
hæredes, & ſubſtituti vniuerſales, non fuit in hac
vocatione ipſa Olimpia compræhenſa tanquam
hæres in re certa, & in determinata quantitate inſtituta
pro illius dotatione cum ampla prohibitione
7 ne nihil amplius petendi, ideoq. † vti legatarius
non poteſt frui beneficio vniuerſalis hæredis, *Bart.
in l. fin. nu. 2. ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 158. nu. 9.
& conſ. 90. nu. 11. lib. 2. Menoch. conſ. 125. num. 8.
& ſeqq. lib. 6. Honded. conſ. 63. nu. 15. lib. 2. Curt.
iun. conſ. 14. num. 2. Gabr. conſ. 132. num. 42. ad
med. verſ. Nam id procedit, & ſeqq. lib. 1. & firmauit
Rota in Peruſina fideicommiſſi de Baptiſtis 15.*

De-

Digitized by Google

Decembris 1628. coram R.P.D. meo Pironaſio, & in eadem cauſa 17. Martij 1631. coram me.

8 . Nec dicatur compræhendi † ſub reciproca in
defectum hæredum vniuerſalium, vt per *Bald.* &
alios, quos refert, & ſequitur *Fuſar. quaſt.* 261.
num. 7. Quia ratio, qua dd. auctores mouentur,
9 non applicatur caſui noſtro, † quòd ſcilicet ratio
recti ſermonis non admittat inſtitutionem ad ma-
ſculos, Nam in præſenti caſu, poſt inſtitutionem
hæredum vniuerſalium cum ſubſtitutione, dece-
dente Carolo, ad fauorem Petri Hieronymi, & Fi-
liorum fuit ſubiecta prohibitio alienationis ibi (&
quod bona in caſu alienationis deuenirēt ad alios
hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, vt ſupra) & ſic
verba reſtringuntur neceſſariò ad Petrum Hiero-
nymum, & filios, nec Olimpiæ conuenire poſſunt
10 tanquam ſupra non ſubſtituta, † & pluralitas po-
teſt in filijs Petri Hieronymi verificari, vt in his fe-
rè terminis tenent *Cuman. conſ.* 15. *num.* 1. *verſ.*
Cæterum, *Tob. Non. conſil.* 40. *num.* 10. *& ſeqq.*
Menoch. conſ. 198. *ſub num.* 27. *Intrigl. de ſubſt.*
cent. 2. *quæſt.* 68. *num.* 15.

Minus viſum fuit obſtare fideicōmiſſum Hercu-
lis patrui d. Olimpiæ, quia licèt teſtator inſtitutis
hæredibus vniuerſalibus Franciſco, & Ludouico
fratribus, alteri eorum ſine prole decedente ſub-
ſtituerit ſuperuiuentem, & præmortui filios, ta-
men Olimpia nihil poteſt exinde prætendere ex
fideicommiſſo in caſu mortis, poſtquàm per obi-
11 tum Ludouici fideicommiſſum † expirauit per ſu-
peruiuentiam Franciſci alterius cohæredis inſtitu-
ti, cuius filij dici nō poſſunt vocati, quia vocantur
filij præmortui, non filij ſuperuiuentis, *Decian.*
reſp. 1. *num.* 191. *verſ. Item vocauit, &* 192. *lib.* 1.
Greg. XV. deciſ. 207. *num.* 1.

Non obſtat prohibitio alienationis in caſu con-
trauentionis deducta, ex illis verbis ibi (quod dd.
eius hæredes, & filij; ac deſcendentes ipſorum in
infinitum nō poſſint vendere, neque alienare, vo-
cando in caſu contrauentionis Hoſpitale Miſeri-
cordiæ; Nam iſta prohibitio non poteſt ſuffragari
Olimpiæ, & cauſam ab ea habentibus; Tum quia
non ſumus in caſu alienationis, vt fuit ſupra firma-
12 tum; tùm etiam quia prohibitio fuit poſita † con-
tinuatiuè per viam qualificationis præcedentis ſub-
ſtitutionis, & ſic debet intelligi retento eius the-
mate, *Dec. conſ.* 291. *ſub num.* 2. *verſ. non obſtat,*
& conſ. 384. *num.* 6. *verſ. non obſtant*, *Gabr. conſ.*
138. *num.* 25. *&* 26. *lib.* 2. *Rota deciſ.* 473. *num.* 3.
par. 4. *diuerſ.* & ſic cum non venerit caſus præce-
13 cedentis ſubſtitutionis † ceſſat illius effectus, *Dec.*
& Rot. in locis prox. cit. Tum demum quia voca-
tio ex d. teſtamento eſſet ad fauorem tertij, ſcilicet
14 Hoſpitalis, † de cuius iure nec Olimpia, nec ab
ea cauſam habentes dare poſſunt, *Alex. in l. fin.*
num. 23. *poſt med. verſ. & iſto caſu*, C. *de edict.*
Diu. Adr. toll. Rota in Romana fideicommiſſi 9. *Iu-*
nij 1617. *coram Remboldo.*

Et ita vna tantum parte Informante, & altera
licèt ſepiùs citata informare recuſante fuit reſo-
lutum.

☞ * *Ideſt ſub diebus Veneris* 8. *Iunij* 1628. *& Veneris* 9 *Iunij* 1629. *& Vener.* 19. *Aprilis* 1630 Tom. III.

Prima eſt deciſio 184. *part.* 5. *recent. reliquas duas vide infra prout in Indice poſito in fine Deciſionum.*

☞ * *Eſt deciſio* 368. *ſupra eadem par.* 5. *recent.*

R. P. D. MERLINO.

Anconitana Prædij.

Die Mercurij 24. *Ianuarii* 1635.

ARGVMENTVM.

Donatio, quando dicatur inter viuos, non obſtante, quòd in inſtrumento donationis ſit facta mentio mortis, latè, & doctè declaratur in hac magiſtrali deciſione.

Donatio, vt dicatur, facta cauſa mortis, quidnam ſit neceſſarium exponitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis caducatur, ſi donatarius prædecedat donanti.*

2 *Donatio talis eſt cenſenda, qualem verba demonſtrant.*

Et ſic eſt donatio inter viuos, dum dicitur inter viuos, licet ſit facta mentio mortis. num. 2.

3 *in Donatione inter viuos, ſi adſunt verba poſt mortem, dicuntur adiecta cauſa demonſtrationis, non per modum cauſæ finalis.*

4 *Donans, ſi in inſtrumento pluries appellauit donationem inter viuos irreuocabilem ex hoc enixa eius voluntas oſtenditur faciendi donationem inter viuos, non obſtante, ſi aliquando fuerit facta mentio mortis. amplia num.* 5.

6 *Voluntatis quæſtio non eſt admittenda, quando verba ſunt clara, & præciſa.*

7 *Donatio inter viuos tranſmittitur ad hæredes, etiam præmoriente Donatario*

8 *Donantis mentem benè arguitur fuiſſe faciendi donationem inter viuos, ſi adſit ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus.*

9 *Donationi inter viuos conuenit promiſſio, perpetuam, ratam, & firmam habendi donationem, & contra nunquam veniendi*

Et operatur, vt talis ſit cenſenda non obſtante, quod ſit facta mentio mortis. num. 9.

10 *Donationi cauſa mortis repugnat ſi ſit conuentum, vt nunquam poſſit reuocari, ſed omnino ſit irreuocabilis.*

Item ſi fuerit renunciatum diſpoſitioni l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. num. 10.

11 *Donatio cauſa mortis eſt reuocabilis.*

Donatio inter viuos eſt irreuocabilis. num. 11.

12 *Donatio cauſa mortis transfunditur in donationem inter viuos ſi adſint pacta, quæ conueniant donationi inter viuos.*

13 *Donatio inter viuos transformatur in donationē cauſa mortis, ſi adſunt pacta reuocatoria donationis.*

14 *Donatio, quæ inter viuos à donante pluries fuit pronunciata, vti talis eſt permanenda, ſi adſunt pacta ei conuenientia. num.* 30.

15 *in Donationibus inter viuos ſufficiunt duo teſtes*

in Contractibus omnibus ſufficiunt duo teſtes. num.15.

16 *in Donationibus cauſa mortis exiguntur quinque teſtes.*

17 *Donans præſumitur voluiſſe donare inter viuos, & non cauſa mortis ſi in donatione non quinque ſed duos teſtes adhibuit.*

18 *Mulier donando, quando adhibuit ſolemnitates, ſtatutarias, & alia, quæ in donationibus cauſa mortis non requiruntur, præſumitur donare inter viuos. & num.19.*

20 *Donans, ſi donet cauſa mortis in eius poteſtate eſt reuocare, & diſponere prout vult.*

21 *Clauſula, conſtituti, & ad habeñ declarant donationem factam fuiſſe inter viuos, non autem cauſa mortis, aliàs ineptæ eſſent.*

22 *in Donatione, ſi ſint poſitæ clauſulæ, purè, merè, liberè, & omni meliori modo, operantur, vt d. donatio ſi ſit cauſa mortis tranſeat in donationem inter viuos.*

23 *Iuramentum habet virtutem faciendi actum irreuocabilem.*

24 *Donatio deducitur eſſe cauſa mortis, ſi ſubſtantia donationis conferatur poſt mortem donantis. declara num.25.*

26 *in Donatione inter viuos, quare apponatur pactum, quod donatio valeat poſt mortem donãtis.*

27 *in Donationis inſtrumento, dicitur, quod res donata, titulo donationis inter viuos donatur, ſem per verba ſubſequentia, quibus de morte ſit mentio cenſentur appoſita pro dilatione temporis effectuationis.*

28 *Ita vt mentio mortis ſit deſignatio temporis, à quo rei donatæ fruitio incipiat effectum ſortiri.*

29 *Donatio, vt dicatur cauſa mortis, non ſufficit fieri mortis mentionem, ſed opus eſt, vt donator declaret verbis ipſis ſe donare ob ſuſpicionem, & cogitationem mortis.*

31 *Donatio dicitur perſonalis, ſi verba donationis ſunt directa in donatarium, & expreſſa cauſa beneuolentia donantis, quæ ſoli donatario conueniunt.*

32 *Donatio perſonalis cum donatore extinguitur.*

33 *Donatio inter viuos reijcit arctam interpretationem perſonalitatis, & operatur tranſmiſſionem ad hæredes.*

34 *Donatio inter viuos eſt realis.*

35 *Verba non poſſunt dici reſtricta ad vnã tantum perſonam, ſi fuerunt conſiderati etiam eius hæredes, & ſucceſſores.*

36 *in Donationibus, ſi ſit facta mentio hæredum, intelligenda eſt ſecundum ſubiectam materiam, id eſt ſi donatio locum habuerit in perſona donatarij debeat ex eius perſona tranſire ad hæredes, non autem, vt ab ipſis hæredibus incipiat.*

37 *Donatio, quando eſt indubitatum, quod eſt cauſa mortis, tunc ex ſtipulatione pro hæredibus non inducitur tranſmiſſio.*

38 *Bald. in conſ. 108. & conſ. 391. lib. 3. declaratur. & num.40. 41.*

39 *Donatio, tunc non tranſmittitur ad hæredes, quando eſt facta cum conditione expreſſa in perſona donatarij, donec ille ſuperſtes ſit, & ad illum ſolum præcisè reſtricta.*

40 *in Donatione cauſa mortis, ſi ſit facta mentio hæredum, vel donationem tranſfundit inter viuos, vel importat ius tranſmittendi ad hæredes.*

41 *Donatio, quando clarum eſt, quod eſt inter viuos, & adſunt pacta, & conditiones pro ea, de ea amplius non eſt dubitandum.*

42 *Supplementum legitimæ, quando petitur, non competit retentio, ſed ſolum actio perſonalis.*

43 *Filius ſibi præiudicat in legitima, ſi acceptet legatum vſusfructus ſibi à patre loco legitimæ relicti.*

44 *Mulier in mandato de acceptando legatum, an debeat ſeruare ſolemnitates ſtatutorum.*

45 *Obliuio præſumitur ſtante lapſu longi temporis.*

DECISIO IX.

CENSVERVNT Domini ſubſiſtere deciſionem in hac cauſa ſub die 19. Iunij præteriti coram me * emanatam in qua reſolutum fuit Prędium Polucrigij deberi Creſcijs: neo per Benuenutum hæredibus inſtitutis, non autem Stracchis habentibus cauſam à Fiordaliſa relicta vſufructuaria eiuſdem Prædij & iam defuncta, neque obiecta, quibus per informantes pro Stracchis impugnabatur deciſio, releuare, viſum fuit.

Primò enim non obſtat, quod ius Benuenuti Teſtatoris ſuper hoc prædio, in quo Creſcij fuerunt inſtituti hæredes caducatum fuerit eo, quia Fiordaliſa prius donauerat illud Benuenuto titulo do-

1 nationis cauſa † mortis, quæ reſoluta fuit dum Benuenutus Donatarius præmortuus fuit Donanti, *l ſi filiusfam. l. ſi mortis, l. fin. ff. de donat. cauſ. mort. DD. in l. non omnis, ff. ſi cert. pet.*

Quoniam immo ex verbis inſtrumenti, necnon ex pactis, & clauſulis in eo poſitis, donationem cenſendam eſſe inter viuos dixerunt Domini.

Verba quidem ſuadere id videntur ibi, *Dedit, Donauit, & titulo Donationis irreuocabilis inter viuos valitura tamen poſt eius mortẽ conceſſit, &c.*

2 vnde talis cenſeatur † donatio, qualem verba demonſtrant, & ſic donatio inter viuos, dum dicitur donari inter viuos, etiam ſi facta fuerit mẽtio mortis, *l. qui fundum, § fundi, ff. de contr. empt. Alex. conſ. 14. num. 5. lib. 1. & conſ. 78. num. 5. lib. 4.*

3 vbi quod verba † poſt mortem dicuntur adiecta cauſa demonſtrationis non per modum cauſæ finalis, & quod per verba, Inter viuos, tolluntur omnia iura in contrarium facientia, benè *Sigiſmund. Neapolit. conſ 15. num. 4. & ſeqq. inter conſ. feud. diuerſ. Soccin. Sen. conſ. 53. num. 1. & ſeqq. per tot lib.* 1. qui conſuluit in caſu omnino ſimili caſui præſentis controuerſiæ, *Ruin. conſ. 180. nu. 8. & 16. lib. 1. Menoch. præſ. 35. num. 1. & 2. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 13. num. 11. Rot. deciſ. 107. num. 5. par. 1. diuerſ.* Præſertim quia pluries in Inſtrumento appellata eſt donatio

4 irreuocabilis inter viuos, quæ † geminatio magis enixam voluntatem oſtendit faciendi donationem inter viuos ad *l. Baleſta, ff. ad Trebell.* & in his terminis ponderat *Barboſ. in l. quæ dotis num. 96.*

5 *ff. ſolut. matr.* dum maxime talis † mentio facta fuit in verbis diſpoſitiuis ex quibus fortius arguitur qualitas donationis, quàm ſi facta fuiſſet in exequutiuis *iux. trad. per Alex. d. conſ. 14. num. 5. lib. 1.*

lib.1. Soccin. Sen. d. conſ. 53. num.3. lib. 1. Ruin.
6 *conſ.51. nu.3. & 13. lib.1.* vnde non videtur † ad-
mittenda quæſtio voluntatis dum verba ſunt præ-
ciſa, & clara, *l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff.de
leg.3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.
l. pediculis, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. &
ratiocinantur per alleg. DD.*

Pacta etiam, & clauſulæ Inſtrumenti inferunt
donationem eſſe inter viuos.

Primum enim adeſt ſtipulatio *pro hæredibus,
& ſucceſſoribus*, quæ ſolum adaptatur ad donatio-
7 nem † inter viuos, quæ de ſui natura tranſmittitur
etiam præmoriente Donatario, *l. ſi quis argentũ,
§. fin. C. de donat. Roland. conſ.77. num. 12 lib.1.*
8 vnde bene arguitur mentem † Donantis fuiſſe non
facere donationem cauſa mortis, ſed inter viuos,
vt in terminis ſcripſerunt *Bald. in l.2. nu.4. C. de
iur. dot. Alex. conſ. 14. num. 3. lib.1. & conſ. 78.
num.4. lib.4. Ruin. conſ.98. nu.16. lib.1. Crauet.
conſ.214. num.18. Rol. conſ.8. num.19. lib.1. Me-
noch. præſump.35. num.7. lib.3. Card. Mant. de
tacit. lib.1. tit.13. n.13. Magon. dec. Flor.64. n.6.
& 7. Surd. conſ.244. nu.22. Rot. Bonon. dec.125.
num.3. Sanchez. conſ. moral. lib.4. cap.1. dub.13.
num.8. verſ. Tertius caſus.*

Secundò, adeſt promiſſio *perpetuo ratam, & fir-
mam habendi donationem, & contra nunquam
9 veniendi, &c.* quæ pariter † conuenit donationi
inter viuos, & operatur, vt talis omnino cenſeri
debeat non obſtante etiam, quod mortis mentio
facta fuerit in Inſtrumento, *l. ſi alienam, §. fin. l. vbi
ita donat. ff. de donat. cauſ. mort. Alex. conſil. 14.
num.1. lib.1. & conſ.78. num.4. lib 4. Ruin. conſ.
123. num.5. & conſ 180. num.8. lib.1. Natt. conſ.
104. num.6. Rol. conſ 8. num.26. lib.1. & conſ.61.
nu.43. lib.2. Card. Mant. de coniect. d. lib.1. tit.13.
num.5. & ſeqq. Menoch. d. præſumpt. 35. nu.21.
Ciriac. Nigr. controu. forenſ. cap. 314. num. 12.
Sanchez. d. dub. 13. num. 8. verſ. Quintus caſus,*
fuitque renunciatum diſpoſitioni, *l. ſi vnquam, C.
de reuoc. donat.* & conuentum, vt donatio nunquã
poſſit reuocari, ſed omnino ſit irreuocabilis, quæ
10 conuentio repugnat naturæ, & ſubſtantiæ † do-
nationis cauſa mortis, quæ ſui natura eſt reuoca-
11 bilis, & congruit donationi inter viuos † quæ eſt
irreuocabilis, *l. poſſeſſionem, l. fin. C. de reuoc. do-
nat. l. mortis cauſa, l. ſenatus, §. ſed mortis, ff. de
donat. cauſ. mort. c. fin. cod. tit. de donat.* Indeq;
propter huiuſmodi pacta donationem etiam cauſa
12 mortis mutari, & transformari † in contractum
donationis inter viuos, & è conuerſo per pactum
reuocabilitatis donationem inter viuos transfun-
13 di † in donationem cauſa mortis tradunt *DD. in
l. vbi ita donatur, & in l. Scia, §. vlt. ff. de donat.
cauſ. mort. Angel. conſ.179. nu.6. Caſtr. conſ.61.
num. 1. lib.2. Barboſ. in l. qua dotis num. 113. ff.
ſolut. matr. Molin. de primog. Hiſpan. lib.4. cap.2.
num. 40. & 52. Pancirol. conſ. 59. & 92. Bellon.
Iun. conſil. 8. num. 28. & 29. Caldaſ. conſil. 19.
nu.26.* latè *Mattienz. ad ll. Caſtellæ tit. 10. l. 7.
gloſ. 1. num. 10. & ſeqq. Fontanell. de pact. nupt.
tom. 1. clauſ. 4. gloſ.21. num. 56. Rot. Bonon. d.
deciſ.125. num.2. Cabal. conſ.138. num. 14. lib.2.*
14 vnde multo magis donatio, † quæ inter viuos à
donante toties fuit pronunciata, vti talis perma-
nebit ob huiuſmodi pacta, & conditiones, vt per
Sigiſmund. Neapolit. d. conſ. 5. num. 13. & ſeqq.

Tertiò, idem colligitur ex numero duorũ teſtiũ
in hoc contractu donationis adhibito, qui teſtes
15 ſufficiunt † in donationibus inter viuos, & in qui-
buſcunque alijs contractibus, *l. vbi numerus, ff.
de teſtib. c. in omni negocio ex cod. tit.* non autem
16 quinque † teſtes, qui exiguntur in donationibus
cauſa mortis, & in alijs vltimis volũtatibus, *l. fin.
C. de donat. cauſ. mort. l. fin. C. de codicill. l. fin.
C. de fideicom.* ex quo inſurgere efficacem conie-
17 cturam voluntatis donantis, † quod voluerit do-
nare inter viuos, quamuis de morte mentionem
fecerit, arguunt, *Alex. in l. qua dotis num.13. Iaſ.
num.46. ff. ſolut. matr. Pariſ. conſ.90. nu.4. lib.3.
Natt. conſ.113. num. 3. & 4. Menoch. d. præſ.35.
num.5. Magon. dec. Floren. 64. num.15. Giouag.
conſ.83. num.23 lib.1. Sanchez. conſ. moral. lib 4.
cap.1. dub.13. num.8. verſ. quartus caſus, Ciriac.
Nigr. contr. for. cap.314. num.14.*

Quartò in hac donatione adhibitæ fuerunt ſo-
18 lemnitates ſtatutariæ, decretum Iudicis † proxi-
miorum præſentia, inſinuatio, & aliæ quæ in dona-
tionibus cauſa mortis non ſunt neceſſariæ ſecundũ
*Bald conſ.89. lib.4. Tiraq. ad ll. connubial. gloſ.5.
num.66. Peregr. conſ.76 num. 32. lib.1. Menoch.
conſ. 261. num. 37. & fuit dictum in Spoletana
Fideicommiſſi 10. Decembris 1620. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Pamph.* vnde cenſetur facta do-
19 natio inter viuos, cui ſolemnitates † illæ adaptan-
tur ex notatis *per DD. in l. vbi ita donat. ff de
donat. cauſ. mort. cum alijs prealleg.*

Quintò, Donatrix ſibi reſeruauit ſcuta mille ad
effectum teſtandi, necnon dotem ſuam, quæ reſer-
uatio ſuperuacanea omnino, & inutilis fuiſſet, ſi
intellexiſſet donare cauſa mortis, cum de omnibus
20 bonis, etiam donatis diſponere † potuiſſet, & to-
tum foret, in eius poteſtate reuocare, vt conſide-
rant *Bald. conſ. 107. num. 2. lib.2. Alex. conſ.14
num.2. lib.2. Soccin. Sen. conſ. 53. num.3. & ſeq.
lib.1. Magon. dec. Floren. 64. num. 17. Pancirol.
conſ. 59. nu.93. & 94. Maſtrill. deciſ.211. nu.23.
Rot. Bonon. d. deciſ. 125. num.6.*

Sextò, demum appoſitæ fuerunt clauſula *Con-
21 ſtituti*, & clauſula *ad haben &c.* quæ † declarant
donationem factam fuiſſe inter viuos, non autem
cauſa mortis, alioquin eſſent ineptæ, vt arguit *Rol.
conſ.61. num.45. & 48. lib.2. Menoch. d. præſ.35.
num.36. & 38. Surd. conſ.450. num.26. Rota Bo-
non. d. deciſ. 125. num. 4. Ciriac. Nigr. controu.
forenſ. cap. 314. num. 15.* necnon clauſula *purè,
merè, & liberè*, & clauſula *omni meliori modo*,
22 quas operari, vt donatio cauſa mortis tranſeat † in
donationem inter viuos voluerunt, *Ruin. conſ.52.
num.4. lib.1. Rol. conſ.8. num. 24. lib. 2. Menoch.
conſ.388. num. 31. Gratian. diſc. forenſ. cap. 586.
num.2. & 3. Surd. conſ 450. num. 24. Fontanell.
de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.3. num.25.* Prout etiam
23 iuramentum, cuius † virtus eſt facere actum ir-
reuocabilem præſertim dum adiectum fuit diſpoſi-
tioni habenti pactum de non reuocando, vt in ca-
ſu præſenti, ad *trad. per Surd. d. conſ.450. num.25.
late Mattienz. ad ll. Caſtill. tit. 10. l. 7. gloſ. 1.
num.21.*

Digitized by Google

nu.21. & 22. Sanch. conſ. mor. lib. 4. cap. 1. dub. 13.
num. 8. verſ. 6. caſus.
Non obſtant verba illa *titulo donationis valitu-*
re tamen poſt mortem ipſius Fiordaliſa Donantis,
24 ex quibus † cum videatur ſubſtantiam donationis
conferri poſt mortem donantis, inde deduceatur
donationem eſſe cauſa mortis, *iux. trad. per Natt.*
conſ. 626. num. 15. in fin. & 16. Gamma dec. 103.
num. 4. cum alijs.
Quoniam immo verius eſt verba prædicta non
25 reſpicere, aut ſuſpendere ſubſtantiam † donatio-
nis, ſed eius dumtaxat exequutionem, & effectum
differre, ſeu demonſtrare illum collatum eſſe in
tempus mortis donantis, itaut ſtatim dicatur orta
actio, & quæſitum ius donatario, ſuſpenſum autem
exercitium, ſeu rei donatæ fruitio vſque ad donan-
26 tis obitum, quaſi quod Fiordaliſa donans † per ta-
le pactum ſibi conſuluerit, vt quandiu viueret ipſa
nõ moleſtaretur à Donatario, vel eius hæredibus,
ſed liberè frueretur vſufructu rei donatæ prout hu-
iuſmodi verba præciſa *valitura poſt mortem*, inter-
pretati ſunt *Rol. conſ. 8. num. 26. verſ. imo ſubdit*
lib. 1. Celſ. Hugo conſ. 53. num. 1. & eſt regulare,
27 vt dum dicitur † in Inſtrumento prædium donari
titulo donationis inter viuos, ſemper verba ſubſe-
quentia quibus de morte fit mentio cenſentur ap-
poſita pro dilatione temporis effectuationis, ſeu
28 emolumenti donationis, † itaut mentio mortis ſit
deſignatio temporis, à quo rei donatæ fruitio inci-
piat effectum ſortiri, vt per *Franch. deciſ. 436.*
num. 6. Barboſ. in l. qua dotis. num. 113. ff. ſolut.
matrim. Caldaſ. qui plures congerit de emphyteuſ.
lib. 3. cap. 2. num. 48. Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ. 4. gloſ. 3. nu. 6. benè Mattienz. ad ll. Caſtill.
tit. 10. lib. 7. gloſ. 1. num. 5. Sanchez. reſp. moral.
lib. 4. cap. 1. dub. 13. num. 8. Hugo Bonel. in com-
ment. iur. ciuil. lib. 14. cap. 33. §. eſt autem mor-
29 *tis cauſa*, vbi quod vt † donatio dicatur cauſa mor-
tis, non ſufficit fieri mortis mentionem, ſed opus
eſt, vt donator declaret verbis ipſis donationis, do-
nare ſe ob ſuſpicionem, & cogitationem mortis
alioquin Donator magis donare videtur moriens,
quàm mortis cauſa, vt inquit *Vulpian. in l. Seia.*
§. fin. ff. de donat. cauſ. mort. & notant etiam
Card. Mant. de coniect. lib. 1. tit. 13. nu. 3. Ciriac.
Nigr. controu. forenſ. cap. 314. nu. 9. & 10. Quod
eo magis recipiendum videtur in caſu præſenti in
quo præter verba contractum donationis inter vi-
30 uos importantia, † concurrunt tot pacta, & præ-
ſumptiones eamdem Donantis mentem expri-
mentes.
Nec aduerſatur donationem ſaltem dicendam
31 eſſe † perſonalem, cum verba donationis ſint dire-
cta in Benuenutum, & expreſſa cauſa beneuolen-
tiæ donantis, quæ ſoli Benuenuto conueniebat;
32 Indeque † cum eius perſona fuiſſe extinctam *iux.*
Franch. deciſ. 591. num. 1. Molſeſ. ad conſuetud.
Neap. par. 3. quaſt. 5. num. 8. in fin.
Quoniam ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſo-
33 ribus, naturaq; contractus donationis inter † viuos
reijciunt hanc perſonalitatis arctam interpretatio-
nem, & operantur tranſmiſſionem ad hæredes, ac
34 donationem † faciunt realem, ita conſuluerunt
Ruin. conſ. 98. num. 16. & conſ. 123. num. 6. lib. 1.
Rimin. Iun. conſ. 436. num. 3. Aldobrand. conſ. 93.
num. 8. lib. 1. & tradunt Craſſ. in §. donatio cauſ.
mortis. quaſt. 1. num. 7. Card. Mant. de coniect.
vlt. vol. lib. 1. tit. 13. num. 13. Bellon. Iun. conſ. 8.
35 *num. 45.* verbaque non ſunt reſtricta taxatiuè † ad
Benuenutum, ſed ad eius hæredes, & ſucceſſores
extenſa, prout etiam cauſa beneuolentiæ.
Nec reſiſtit *Bald. conſ. 108. & conſ. 391. lib. 3.*
36 aſſerens mentionem hæredum † intelligendam
eſſe ſecundùm ſubiectam materiam, ideſt, vt ſi do-
natio locum habuerit in perſona Donatarij debeat
ex eius perſona tranſire ad hæredes, non autem
vt ab ipſis hæredibus incipiat; Quia *Bald.* loqui-
37 tur quando † indubitatum eſt donationem eſſe
cauſa mortis, tunc enim ex ſtipulatione pro hære-
dibus non induci tranſmiſſionem, conſuluit *Bald.*
d. conſ. 108. & ita cum eo tranſeunt *Dec. conſ. 470.*
num. 10. Alciat. in l. non omnis. num. 9. ff. ſi cert.
pet. ibi, ego *cum verba clara ſint Menoch. conſ. 84.*
num. 16. Bellon. Iun. conſ. 8. num. 49. & 50. ap-
poſitè Mattienz. ad ll. Caſtill. tit. 10. l. 7. gloſ. 1.
num. 7. Sanch. reſponſ. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 13.
num. 8. verſ. tertius caſus ad fin. illiuſque opinio
38 procedere † poteſt, & eſt intelligenda, vel quando
in donatione adeſt pactum expreſſum, vt donatio
quandocunquè reuocari poſſit; tunc enim ad eui-
tandam contrarietatem poteſt habere locum hu-
iuſmodi interpretatio, vt res donata competat hæ-
redibus, quatenus primo Donatario antea fuerit
acquiſita, ita declarauit *Iaſ. conſ. 6. ſub nu. 1. col. 7.*
verſ. non quoque obſtat lib. 3. & ſequitur Bellon.
Iun. conſ. 8. num. 51. vel quando donatio eſt facta
39 cum conditione † expreſſa in perſona donatarij,
donec ille ſuperſtes ſit, & ad illũ ſolum præciſè re-
ſtricta *prout Bald. intellexit Alciat. conſ. 3. nu. 21.*
lib. 8. Peregr. de fideic. art. 51. num. 20. Valaſq.
de iur. emphit. quaſt. 50. num. 44. ad fin. Molſeſ.
conſ. 41. nu. 6. Cancer. var. reſ. lib 3. c. 21. nu. 106.
& benè dixit *Rota in Romana Donationis de Vrſi-*
nis 21. Aprilis 1614. coram bo. me. Vbaldo, quæ
eſt deciſ. 142. num. 8. part. 4. recent. Et demum
40 † contra *Bald.* vt etiam in caſu donationis cauſa
mortis mentio hæredum, vel donationem transfũ-
dat contractum in donationem inter viuos, vel im-
portet ius tranſmittendi ad hæredes tradunt *DD.*
alleg. ſupra in 1. cõiectura, & in princ. reſponſionis,
& Baldi rationes, & ſectatorum refellit *Molin. de*
ritu nuptiar. quaſt. 25. num. 35. & 36. ſed hic ceſ-
41 ſat omnis difficultas, quia verba ſunt † adeo aper-
ta, quod donatio ſit inter viuos, & tot pacta, &
conditiones talem eſſe demonſtrant, vt non ap-
plicetur *doctr. Bald.* & ſectatorum in quorum caſu
hæc non concurrebant.
Secundò, Non obſtat, quod admiſſo etiam dona-
tionem fuiſſe inter viuos tamen Fiordaliſæ Do-
nanti, & poſtea per Benuenutum relictæ vſufru-
ctuariæ iſtius prædij competere retentionem pro
credito ſcut. mille, necnon pro legitima in bonis
eiuſdem Benuenuti filij ſibi debita. Quoniam ex
ipſo vſufructu prædij per ſexennium retento intra-
re præſumptionẽ ſatisfactionis legitimæ reſponſum
42 fuit, itaut pro ſupplemento in omnẽ † caſum non
competat retentio, ſed ſolùm perſonalis actio ex
43 deductis in alia deciſione, vel Fiordaliſam, † dum
nece-

acceptauit legatum vſusfructus ſibi præiudicaſſe, in prætenſione legitimæ iuxtà cautelam *Soc. iun. conſ. 122. num. 8. lib. 1. cum alijs in 1. dec. allegatis*, & de credito ſcut. mille fuiſſe ſatisfactam ex bonis mobilibus, & animalibus in hanc cauſam per eam expreſsè receptis, vt ex *ſumm. num. 4. & 10* necnon ex fructibus iſtius prædij per octo annos. perceptis poſt obitũ Fiordaliſæ ab eius heredibus.

Neque intrãt nullitas deducta contra acceptationem legati vſusfructus factam per Fiordaliſam, eò quia fecerit mandatum ad illud acceptañ ſine ſolemnitatibus Statuti Anconæ lib. 2. cap. 43. vn-
44 dè per † acceptationem nullam non dicatur, ſibi præiudicaſſe circa legitimam; Quoniam quicquid ſit an in mandato ad acceptañ legatum requirantur ſolemnitatès; Doctores enim allegati ab informantibus pro Stracchis loquuntur de mandato ad contrahẽſi, ſat eſt quod vſumfructum de facto perceperit ad hoc, vt veniat imputandus, & pro ſupplemento denegetur retentio.

Tertiò. Non obſtat appoſita retentio per Fiordaliſam ex credito dotis fuiſſe reſtitutam in prędio Poſatoris conſtat ex publico Inſtrumento *ſumm. num. 1.* Et quamuis de eodem prædio diſpoſuerit Benuenutus in teſtamento, id non tollit, quin verè de credito ſuæ dotis fuerit Fiordaliſa ſatisfacta, dum prædium hodie per ipſam, ſeu eius hæredes retineatur ſeq illud acceptaſſe, & retinere, velle pro dote declarauit, erroneaq. eſt Benuenuti diſpoſitio, & excuſabilis ex cauſa obliuionis, cum reſtitutio facta fuerit per 20. annos antea nempè de
45 anno 1593. ex cuius † temporis lapſu præſumitur obliuio *ex trad. per Rot. dec. 131. num. 3. & deciſ. 774. num. 4. par. 2. recent.*

Cæteris obiectis ſatisfactum fuiſſe in prima deciſione viſum fuit, & per informantes pro Creſcijs cum quibus Domini tranſierunt.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis.

* *Vide infra in Additione hanc deciſionem prout in Indice poſito in fine Deciſionum.*

R. P. D. VEROSPIO.

Vrbeuetana Succeſſionis.

Die Mercurii 24. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM.

Tractatur, qualiter filiatio probetur. In materia probationum, quale tempus dicatur antiquum. Inſtrumentum quando dicatur antiquum.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentia cuiuſcunque gradus probari poteſt, vel per teſtes, vel per inſtrumenta.*
2 *Filiatio non probatur ex ſola nominatione, ſi illa ad alium effectum emanauit.*
3 *Enunciatiuæ antiquæ fidem facere poſſunt ad probandam filiationem.*
4 *Tempus centum annorum ab omnibus reputatur antiquum, in materia probationis orientis ex publicis inſtrumentis.*
5 *Actus inſtitutionis eſt valde conueniens, & proportionabilis filijs. & iuncta nominatione plenè probat filiationem.*
6 *ad Filiationis plenam probationem faciendam coniungi poſſunt præſumptiones, & adminicula.*
7 *in Filiationis quaſi poſſeſſione quis dicitur cõſtitutus, ex nominatione in filium iuncta inſtitutione in heredem.*
8 *Filiationis quaſi poſſeſſio ſatis probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama.*
9 *Filiationis titulus, & proprietas ex quibus probetur. & num. 13.*
10 *Inſtrumentum attingens metam nonaginta annorum videtur tempus antiquum, cum non multùm diſtet à termino annorum centum. & vide num. 11. & 12.*

DECISIO X.

POSTQVAM reſolutum fuit in hac cauſa.* vt ſucceſſio in bonis, & hæreditate Ioſephi ab inteſtato defuncti pertinere deberet ad Flaminiam, ſiue ad Co. Petrum de Auuiamontijs, cui eadem Flaminia ceſſerat iura huius ſucceſſionis, propoſui dubium, An eſſet probata deſcendentia Flaminiæ ex Hectore Auuiamontio, ex quo etiam deſcendebat Ioſeph, prout præſuppoſitum fuerat inter partes in dubio tunc propoſito, in quo ex pluribus competitoribus, qui ad eam ſucceſſionem aſpirabant omnes aſſerebant ſibi conuenire eam qualitatem, quę requirebatur ex diſpoſitione ſtatuti Vrbeuetani, vt in patrimonio, ſiue bonis paternis defuncti ſuccedere deberent poſt lineam deſcendentium & agnatorum vſque ad tertium gradum, qui eſſent eidem defuncto proximiores ex latere patris. Et viſum fuit DD. probari eam deſcendentiam tàm reſpectu Flaminiæ, quàm reſpectu Ioſephi, quia in ſingulis gradibus, quos vterque numerabat ab Hectore communi parente datæ fuerunt probationes diſtinctæ, vel per teſtes, vel per
1 inſtrumenta publica, † ex quibus conſtabat de deſcendentia cuiuſcunque gradus iuxtà theoricam poſitam *in cap. licet ex quadam. de teſt. & quæ poſt gloſſ. notant ibi DD. & in c. ſeries eod. tit. Innoc. num. 1. in fin. Bald. num. 3. & in l. 1. num. 18. C. de teſtam. Maſcard. de probat. concluſ. 512. nu. 7.*

Et incipiendo à Ioſepho, ſiue illius parentibus probatum fuit, quinque gradibus eum diſtare ab Hectore, ex quibus primum occupabat Frãciſcus, ſecundum alius Hector, tertium Attilius, à quo deſcendebat Franciſcus, qui fuit pater Ioſephi, quòd verò Franciſcus eſſet filius Hectoris ſenioris probabatur ex tribus inſtrumentis, in quorum primo, & altero talem apparebat enunciatum fuiſſe ipſum Franciſcum occaſione emptionis, quam idem fecerat vineæ, & partis terreni in Ciuitate Vrbeuetana, in tertio quod erat eiuſdem Franciſci teſtamentum, & apparebat ab eo conditum anno 1560. talem ipſe ſe nominabat, quæ enunciatiuæ viſæ ſunt ſatis eſſe ad hanc probationem, quia
2 licèt † filiatio non probetur ex ſola nominatione, ſi illa ad alium effectum emanauit *argum. text. in §. fin. inſtit. de adopt.* & quæ notant ibi ſcribentes, *& in l. non nudis. C. de probat. vbi Cyn. num. 2.*

Bart.

Bart. in l.1. §. quod Seuutus. ff. de lib. agnoſc. n.3.
3 tamen propter antiquitatem † earundem enuncia-
tiuarum poterant illæ hanc fidem facere, *vt tradit*
Butr. in cap. cum dilectus, num. 30. de ſucceſſ. ab
inteſt. Iaſ. conſ. 34. num. 7. vol. 1. & fuit dictum in
Papien. Iuriſpatronatus 18. *Aprilis* 1603. *coram*
Reuerendiſſ. D. meo Decano inter impreſſ. deciſ. 105.
num. 6. & in Terniſina feudi 1. *Martij* 1632. *co-*
ram R. P. D. Queipo; erat enim prima in inſtru-
mēto quod apparebat rogatum de anno 1529. Se-
cunda continebatur in inſtrumento condito de
anno 1533. & vtraque erat ſupra centum annos,
4 quod tempus ab omnibus antiquum reputatur † in
hac materia probationis orientis ex publicis in-
ſtrumentis, *vt fuit dictum in adducta Papien. iu-*
riſpatronatus coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,
& notant *Iaſ. in l. cum aliquis. nu. 7. Alex. n. 5. C. de*
iur. delib. Aym. de antiq. temp. in præſ. nu. 4. & 5.

Secundus, & tertius gradus ſiue deſcendentia
Hectoris iunioris, ex Franciſco, & Attilij ex He-
ctore probabatur ex eodem Franciſci Teſtamento,
in quo vterque vti talis nominabatur; & ea quidem
nominatio reſpectu Hectoris viſa fuit ex ſe ſuffice-
re, quia cum idem Hector fuiſſet etiam hæres in-
ſtitutus non poterat dici, quod illa emanauerit ad
5 alium effectum, ſed ille † actus inſtitutionis tan-
quàm conueniens, & maximè proportionabilis
filio iniuncta nominatione plenè dicebatur proba-
re hanc filiationem, *vt tradiderunt Bald. in cap. ex*
tranſmiſſa. de reſt. ſpol. nu. 14. Butr. in cap. tranſ-
miſſa num. 10. qui fil. ſint legitim. Felyn. in cap.
per tuas. num. 17. de probat. Aret. num. 23 qui de
communi atteſtat. Socin. ſen. conſ. 89. n. 5. vol. 1.
Surd. conſ. 1. num. 50. Rot. in d. deciſ. 105. coram
Reuerendiſſ. D. meo Decano, & deciſ. 472. num. 8.
par. 1. rec. Reſpectu verò Attilij recipiebat admi-
niculum ex enunciatiuis aliorum duorum inſtru-
mentorum, atque etiam ex depoſitione duorum
teſtium, qui fuerunt examinati in hac cauſa coram
A.C & de hac filiatione eiuſdem Attilij depone-
bant de publica voce, & fama, & communi repu-
6 tatione † ex quibus omnibus ſimul iunctis non po-
teſt negari quin reſultaret plena probatio huius
filiationis iuxta notata per *gloſſ. in l. 2. §. 1. in verb.*
legitimus. ff. de excuſ. tutor. quam ſingularem di-
cit *Bald. in rubr. de probat. num. 3. Surd. conſ. 1.*
num. 59. Pariſ. conſ. 10. num. 68. vol. 1. Mēnoch. de
arbitr. iud. lib. 2. cent. 1. caſu 89. num. 66. Præ-
ſertim cum neque dici poſſet, vt ea enunciatiua in
teſtamento Franciſci emanauerit ad alium effe-
ctum, quia cum ipſe Attilius fuiſſet honoratus ti-
tulo particularis legati vnius vineæ; quam Franci-
ſcus illi reliquit tanquàm ſuo nepoti ex Hectore
fuit ex eodem legato conſtitutus in quaſi poſſeſ-
ſione eius gradus conſanguinitatis teſtatori, ſicut
7 Hector illius parens fuit cōſtitutus † in quaſi poſ-
ſeſſione filiationis ex nominatione in filium facto
titulo inſtitutionis, vt docet *Bart. in l. non nudis,*
C. de probat. in nou. & antiq. lect. Alex. conſ. 181.
num. 8. vol. 7. Caſtren. conſ. 151. nu. 2. vol. 1. Ma-
ſcard. de prob. concluſ. 790. num. 16.

Quartus, & quintus gradus, in quo erant Fran-
ciſcus filius Attilij, & Ioſeph filius Franciſci de
cuius hæreditate agitur, probabantur ex eiſdem
teſtibus, qui optimam rationem ſcientiæ reddebāt
eorum depoſitionis reſpectu vtriuſque huius gra-
dus, quia præter atteſtationem de publica voce &
fama; & communi reputatione, quæ ſatis eſſe po-
8 tuiſſent ad probandam quaſi † poſſeſſionem filia-
tionis deponebant, quod cognouerunt vtrumque
nempe Franciſcum, & Ioſephum, & præterea At-
tilium patrem Franciſci, & Alphonſam, quæ fuit
illius mater, & vxor eiuſdem Attilij, & demum
Lucretiam, quæ fuit mater Ioſephi, & vxor Fran-
9 ciſci, ex quibus dicebatur probata † proprietas, &
titulus eiuſdem filiationis, ſecundùm notata per
Doct. in l. filium definimus. ff. de his qui ſunt ſui,
vel alien. iur. & in d. l. non epiſtolis, C. de probat.
Bart. ibi num. 2. in antiq. lect. Salicet. in l. non
nudis. C. eod. tit. num. 9. Alex. conſ. 51. lib. 1. Ruin.
conſ. 52. num. 4. vol. 5. Mēnoch. de arbitr. iud. lib. 2.
cent. 1. caſ. 89. num. 19.

Deſcendentia Flaminiæ ab Hectore probabatur
ex pluribus alijs inſtrumentis; nam cum illius pa-
ter fuiſſet Thomas, qui fuit eiuſdem Hectoris fi-
lius, deſcendentia Thomæ ex Hectore probabatur
ex enunciatiuis quinque inſtrumentorum, ex qui-
10 bus vnum attingebat metam nonaginta † annorū,
quod tempus poterat etiam videri antiquum, cum
non multum diſtaret ab eo termino annorum cen-
tum, vt in terminis huius probationis deductæ ex
publicis inſtrumentis ſæpiùs tenuit Rota, & corā
Put. deciſ. 204. lib. 1. in qua tale exiſtimatum fuit
tempus 99. annorum, *& in deciſ. 149. lib. 2.* in qua
agebatur de tempore annorum octoginta nouem,
& in alijs pluribus relatis *in Burgi S. Sepulchri*
Dominici iuriſpatronatus 20. Iunij, & 9. Decemb.
1622. coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana
fideicommiſſi de Gaetanis 25. Febr. 1633. coram
Reuerendiſſ. D. meo Decano. Alia verò licèt eſſent
recentiora, nec excederent ſpatium annorum ſep-
11 tuaginta tamen poterant hanc fidem facere, † tum
propter adminicula, quæ recipiebant ex alijs in-
12 ſtrumentis, tum propter difficultatem † probatio-
nis ex latè deductis per *Aym. de antiq. temp. par. 1.*
num. 5. Dec. in cap. 1. num. 47. de appell. quem ibi
ſequutus fuit *Aym. & fuit reſolutum in Macera-*
ten. hæreditatis 28. Maij 1608. coram Iuſto, &
13. Febr. 1609. coram bo. me. Manzanedo, & in
deciſ. 695. num. 2. par. 2. recent.

Vnum ex his quinque inſtrumentis quod addu-
cebatur ad probandum, vt Thomas fuerit filius
Hectoris probat etiam quod Flaminia eſſet filia
Thomæ, quia non ſolùm in eo talis nominabatur,
idem Thomas, ſed ipſa Flaminia ſimul cum duo-
bus alijs ſuis ſororibus ſe aſſerebant illius filias, &
in eodem inſtrumento vti tales, & eiuſdem Tho-
mæ hæredes dederunt propterea licētiam Hectori
Iuniori, & Herculi filijs Franciſci Auuiamontij,
vt poſſent capere poſſeſſionem aliquorum bonorū
Thomæ ſui patris: ex quo actu eò magis viſæ fue-
runt illæ declarari filiæ eiuſdem, quia non potuiſ-
ſent eum actum facere ceſſante titulo hæreditario.
Et datum præterea fuit teſtamentum in quo cum
eadem Flaminia, & aliæ eius ſorores inſtitutæ fue-
rint ab eodem Thoma hæredes, vtrumque iuſtifi-
13 cabatur, & illarum † filiatio, & titulus hæredita-
rius, vt ſupra deductum fuit ex *Bald. in c. ex tranſ-*
miſſa

miſſa de reſt. ſpoliat. Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum.

☞ * *Ideſt ſub die Lunæ 24. Maij 1632. coram eodem R.P.D. Veroſpio eſt deciſio 342. in præcedenti parte.*

R. P. D. PANZIROLO.

Aueniõneñ. Simulationis.

Die Mercurij 29. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Pœnæ appoſitæ in contractibus matrimonialibus, penitus ſunt irritæ, nec violans fidem ad aliquid tenetur. Simulatio, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratã.*
2 *ad Simulationem probandam, requiritur cauſa ſimulationis.*
3 *in Matrimonialibus contractibus pœna appoſita eſt prorſus irrita, nec violans fidem tenetur in vtroque foro eam ſoluere.*
4 *Simulationis cauſa, vt in aliquo contractu inſit, non requiritur, vt vera probetur, ſed quod à partibus fuerit opinata, & poſſit tollere dubitationem.*
5 *Simulationis cauſa, ſufficit de ea veriſimiliter apparere, etiam ſi aliter non iuſtificetur.*
6 *Donans, vel vendens, ſi remaneat in poſſeſſione rei donatæ, vel venditæ, ex hac retentione arguitur ſimulatio.*
7 *Simulatio arguitur ſtante præcedenti tractatu.*
8 *Teſtes de auditu, negari non poteſt, quin deſeruiant pro adminiculo.*
9 *Depoſitio viri Religioſi, admodum grauis, plurimum attendenda eſt.*
10 *Solutionem, ſi quis feciſſet ſumma conſiderabilis, in actu ſolutionis adhibuiſſet teſtes. et vide n. 11.*
12 *Simulatio argui poteſt ex publica voce, & fama.*
13 *Teſtes ſingulares etiam admittuntur ad probandam ſimulationem.*
14 *Teſtes probant ſimulationem, ſi reddant veriſimilem cauſam, & alias circumſtantias facti dictæ ſimulationis.*
15 *Simulandi cauſa non probatur, ſi aliquid geſtum eſt inter perſonas non prohibitas, id fieri.*
16 *Simulationis cauſa facilius præſumitur, quando contractus reperitur celebratus inter perſonas à iure prohibitas.*
17 *Simulatio præſumi etiam poteſt in contractibus celebratis inter perſonas non prohibitas.*
18 *Simulatione probata omnes clauſulæ in ſcriptura poſitæ, ſunt inefficaces, ac etiã ipſa ſimulata.*
19 *Iuramentum in contractu ſimulato non obligat, cum abſit conſenſus.*
20 *Contractus ſimulatus dicitur pictus.*
21 *Iuramenta ſequuntur naturam contractus.*

DECISIO XI.

PER APOCAM propria manu ſubſcriptã Ægidius promiſit, quod Dionyſius filius infra biennium ducet Martam in vxorem, & viceuerſa in eadem apoca promiſit Marta, ſe daturam in dotem Dionyſio omnia ſua bona, & ad illius computum Aegidius faſſus fuit, habuiſſe, & recepiſſe realiter, & cum effectu ſcuta duo millia auri, cum obligatione illa reſtituendi in omnem repetitionis euentum, & etiam caſu, quo dictum matrimonium infra biennium ſuum non ſortiretur effectum, niſi hoc proueniret culpa ipſius Martæ, quo ſolo caſu ad nihilum teneri voluit.

Lapſo biennio, & matrimonio non ſequuto, petijt Marta ſibi reſtitui dicta ſcuta 2000. & non obſtante, quòd Aegidius allegaret numerationem dictæ quãtitatis fuiſſe in apoca ſimulatè appoſitam, obtinuit Marta mandatum exequutiuum in vim
1 obligationis. † quæ habet executionem paratam, & ſic ſummam ſcutorum 2000. conſecuta eſt, cum autem ab eo iudicio Aegidius appellaſſet, obtinuit diſputari dubium, an conſtet de ſimulatione numerationis, & DD. affirmatiuè reſponderunt, quia præter plures coniecturas, quæ in caſu iſto
2 concurrunt, adeſt † etiam cauſa, prout ad ſimulationem probandam requiritur *Bart. in l. poſt contractum num. 3. ff de donat. & conſ. 65. incipit, Petrus. Nicolè in princip. & num. 3 lib. 1. Farinac. in crim. quæſt. 162. num. 97. Rota deciſ. 69. par. 2. diuerſ. & deciſ. 413. num. 1. par. 1. recent. & fuit dictum in Romana donationis 24. Februarij 1620 coram bo. me. Card. Sacrato, & aliàs paſſim.*

Et quidem cauſa viſa eſt ſatis apertè probari ex Teſtibus, deponentibus, quòd cum Aegidius retrahere vellet Martam à ſecundis nuptijs, ne filij primi viri remanerent prorſus inopes, promiſit ei dare Dionyſium in virum, ſed tamen infra biennium, ſperans intra dictum tempus Martam ſecũdi matrimonij deſiderium intuitu filiorum dimiſſuram, ſed quia ipſa dubitabat matrimonium cum Dionyſio effectum non habiturum, cogitauit de appoſitione pœnæ, ſed admonita à Iuriſperitis pœnam appoſitam in contractibus matrimonialibus
3 eſſe prorſus irritam, † nec violans fidem teneri in vtroque foro, eam ſoluere, ad *text. in c. Gemma de Sponſal. l. Titia ff. de verb. oblig. l. final. C. de Sponſal. Sanch. de mat. lib. 1. diſp. 30. num. 2. & 3. Gutier. de Sponſal. c. 17. nu. 18. in fin. & nu. 19. & ſeqq. Greg. Lopez l. 39. verb. quares tit. 11. partit. 5.* ideo Marta, ne pœna effugeretur caſu, quo matrimonium non ſortiretur effectum, reportauit ab Aegidio confeſſionem de recepto in dictis ſcu-
4 tis duobus millibus, quæ † quidem ſufficiens fuit cauſa ſimulandi, cum in hac materia non requiratur, quod vera probetur, ſed quod à partibus fuerit opinata, & poſſit tollere dubitationem, *l. is qui putat. ff. de acq. hared. Aym. conſ. 88. num. 15. Rota in Romana reſidui pretij appaltus 25. Iunij 1584. coram bo. me. Orilen. & in Ciuitatis Caſtelli bonorum 8. Februarij 1602. coram bo. me. Card. Lãcellotto,* & ſufficit † de ea veriſimiliter apparere,
5 *Seraph. deciſ. 660 num. 3. & fuit dictum in Romana locorum montium 27. Ianuarij 1626. coram R.P.D. Pirouano* etiam ſi aliter non iuſtificetur *Honded. conſ. 46. num. 28. lib. 1. Rot. dec. 140. nu. 4. poſt 2. volum. conſ. Farin. idem Farin. de falſ. & ſimul q. 162. num. 138.*

Quo

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario immiſſio denegari non poteſt, ſi doceat de fideicommiſſo, de identitate bonorum, & de poſſeſſione fideicommittentis.*

2 *Fideicommiſſum non cenſetur inductum in caſu mortis ex verbis conſequutiuis ad ſubſtitutionẽ.*

3 *Verba, vendere, & alienare, ſimul poſita, faciunt, vt ſicut vendere ſignificat actum inter viuos, ita pariter alienare, de eodem actu intelligatur non autem de vltima voluntate.*

4 *Et hoc procedit, ſiue verbum vendere, ſequatur ſiue præcedat verbum alienare.*

5 *Alienationis prohibitio, quando non ſtat principaliter, & de per ſe, ſed continuatiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, non poteſt ex ea reſultare fideicommiſſum in caſu mortis.*

6 *Quodque multò magis procedit, quando adeſt in caſu mortis particulare fideicommiſſum præcedens.*

7 *Legatarius non poteſt vti beneficio vniuerſalis hæredis.*

8 *Hæres inſtitutus in re certa, & determinata comprehenditur ſub reciproca in defectum hæredum vniuerſalium.*

9 *Fuſar. quæſt. 261. num. 7. cum alijs ab eo allegatis, in quo caſu loquantur.*

11 *Diſpoſitio corruit, conditione deficiente.*

12 *Alienationis prohibitio, quando fuit poſita continuatiuè per viam qualificationis præcedentis ſubſtitutionis, debet intelligi retento eodem themate.*

13 *Fideicommiſſi caſus, quando venit, ceſſat illius effectus.*

14 *de Iure tertij, quis dare non poteſt.*

DECISIO VIII.

CVM PER tres deciſiones * in hac cauſa emanatas duas coram bon. mem. Card. Virili, & alteram coram me fuerit firmatum D. Ludouico Cincio vocato ad fideicommiſſum q. Petri Hieronymi dandam eſſe immiſſionem in poſſeſſionem quarumdam Domorum, & Cenſuum per dictum fideicommittentem acquiſitorum, reſeruato tamen videre de reliquis bonis tunc in controuerſiam deductis, ſuper quibus ſub die 19. Aprilis 1630. * DD. dixerunt ei etiam eſſe dandam immiſſionem, ea moti ratione, quia docebatur de
1 fideicommiſſo de identitate bonorum, de quibus agitur, & de poſſeſſione d. Petri Hieronymi vſque ad eius obitum: Cumq. hodie reaſſumpta cauſa, & firmato per binas deciſiones illi non obſtare exceptionem compromiſſi initi ad componendam litem inter ipſum, & DD. de Columbis hæredes ex teſtamento q. Olimpiæ ſororis, & hæredis grauatæ dicti Petri Hieronymi, ijdem de Columbis inſteterint pro reuiſione d. deciſionis, & ſuper eiſdem audientiam obtinuerint; iterum propoſui cauſam ſuper ijſdem, & DD. ſteterunt in deciſis ex rationibus, & fundamentis in deciſione deductis.

Non obſtant prætenſa fideicommiſſa, q. Franciſci patris, & Herculis patrui Olimpiæ, ſuper quibus Columbi, aliàs magnam vim faciebant.

Nam quoad fideicõmiſſum Franciſci patris, aut prætẽditur illud deduci ex verbis adiectis poſt prohibitionem delicti, ibi (& hoc fecit ad hoc, vt bona ſua conſeruentur, &c.) & ſubſiſtere viſa fuit reſponſio deciſionis, videlicet; ex illis verbis tan-
2 quam conſequutiuis ad ſubſtitutionem in caſu † delicti induci non poſſe fideicommiſſum in caſu mortis, vt vltra allegata *in deciſione tenent Odd. de fideicom. quæſt. 11. num. 175. Rota deciſ. 30. nu. 20. & 21. par. 1. recent. & fuit deciſum in Bononien. de Barzellinis 12. Decemb. 1633. & 22. Martij 1634. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

Aut verò ex prohibitione alienationis ex verbis, ibi (caſu, quo dd. Inſtituti, & Subſtituti venderẽt, vel alienarent, voluit bona vendita, vel alienata deuenire ad alios inſtitutos, vel ſubſtitutos, vt ſupra) & nullum ex inde reſultat fideicommiſſum ad fauorẽ d. Olimpiæ ſub prætextu, quod Petrus Hieronymus hæres alienauerit in extraneum illum inſtituendo hæredem, ex quo verbum alienare ſubiectum legitur, verbo vendere, & ſic prohibitio non compræhẽdit alienationem per viam inſtitutionis,
3 † & ſubſtitutionis teſtamentariam, ſed ſolùm per actus inter viuos *ad text. in l. pater filiũ 36. §. fundum ff. de leg. 3. Ruin. conſ. 126. num. 15. in fin. & ſeqq. lib. 2. Odd. de fideicom. d. quæſt. 11. num. 116. & quæſt. 18. num. 132. Gratian. diſcept. 594. n. 7. & fuit dictum in Romana fideicommiſſi de Mileſiis 15. Nouẽb. 1624. corã R.P.D. meo Pirouano.* 1

Quod procedit ſiue verbum (vendere) ſequatur,
4 † ſiue prout hic, præcedat verbum alienare, *Alex. conſ. 155. num. 1. & ſeqq. lib. 2. Curt. iun. conſ. 5. num. 22. verſ. ergo illa verba, Soccin. conſ. 134. ſub num. 8. & 9. lib. 3. Ruin. conſ. 7. nu. 10. ad ſ. 1. verſ. nec obſtat, & conſ. 116. num. 15. in fin. & 16. lib. 2. Riminal. iun. conſ. 632. nu. 50. & 51. & conſ. 673. num. 27. & ſeqq. lib. 6. Gratian. diſceptat. 594. n. 7. Rota deciſ. 49. num. 2. par. 1. recent.* Cumq. iſta
5 † prohibitio non ſtet principaliter, & de per ſe, ſed continuatiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, non poteſt ex ea reſultare fideicommiſſum in caſu mortis, *Rota deciſ. 568. num. 9. par. 1. & deciſ. 473. ſub num. 2. par. 4. diuerſ. cum alijs in d. Bononien. de Barzellinis,* cum præſertim in caſu mortis adſit
6 particulare † fideicommiſſum præcedens, eaq. ſit perſonalis facta inſtitutis, & ſubſtitutis, *Seraph. dec. 482. num. 2. Rota deciſ. 316. nu. 6. par. 1. diu.*

Et quatenus etiam cenſeretur prohibita alienatio per viam inſtitutionis, & ſubſtitutionis, adhuc tamen non eſſet compræhenſa d. Olimpia, ex quo teſtator vocauit alios hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, quorum appellatione cum veniant ſolùm hæredes, & ſubſtituti vniuerſales, non fuit in hac vocatione ipſa Olimpia compræhenſa tanquam hæres in re certa, & in determinata quantitate inſtituta pro illius dotatione cum ampla prohibitio-
7 ne nihil amplius petendi, ideoq. † vti legataria non poteſt frui beneficio vniuerſalis hæredis, *Bart. in l. fin. nu. 2. ff. ad Trebell. Ruin. conſ. 158. nu. 9. & conſ. 90. nu. 11. lib. 2. Menoch. conſ. 125. num. 1. & ſeqq. lib. 6. Honded. conſ. 63. nu. 15. lib. 2. Curt. iun. conſ. 14. num. 2. Gabr. conſ. 132. num. 42. ad med. verſ. Nam id procedit, & ſeqq. lib. 2. & firmauit Rota in Peruſina fideicommiſſi de Baptiſtis 15.*

De-

Decembris 1628. coram R.P.D. meo Pirouano, & in eadem cauſa 17. Martij 1631. coram me.

8 . Nec dicatur comprehendi † ſub reciproca in defectum hæredum vniuerſalium, vt per *Bald.* & alios, quos refert, & ſequitur *Fuſar. quæſt. 261. num. 7.* Quia ratio, qua dd. auctores mouentur,
9 non applicatur caſui noſtro, † quòd ſcilicet ratio recti ſermonis non admittat inſtitutionem ad maſculos, Nam in præſenti caſu, poſt inſtitutionem hæredum vniuerſalium cum ſubſtitutione, decedente Carolo, ad fauorem Petri Hieronymi, & Filiorum fuit ſubiecta prohibitio alienationis ibi (& quod bona in caſu alienationis deueniret ad alios hæredes inſtitutos, & ſubſtitutos, vt ſupra) & ſic verba reſtringuntur neceſſariò ad Petrum Hieronymum, & filios, nec Olimpiæ conuenire poſſunt
10 tanquam ſupra non ſubſtituta, † & pluralitas poteſt in filijs Petri Hieronymi verificari, vt in his ferè terminis tenent *Cuman. conſ. 15. num. 1. verſ. Cæterum, Tob. Non. conſil. 40. num. 10. & ſeqq. Menoch. conſ. 198. ſub num. 27. Intrigl. de ſubſt. cent. 2. quæſt. 68. num. 15.*

Minus viſum fuit obſtare fideicômiſſum Herculis patrui d. Olimpiæ, quia licèt teſtator inſtitutis hæredibus vniuerſalibus Franciſco, & Ludouico fratribus, alteri eorum ſine prole decedente ſubſtituerit ſuperuiuentem, & præmortui filios, tamen Olimpia nihil poteſt exinde prætendere ex fideicommiſſo in caſu mortis, poſtquàm per obi-
11 tum Ludouici fideicommiſſum † expirauit per ſuperuiuentiam Franciſci alterius cohæredis inſtituti, cuius filij dici nõ poſſunt vocati, quia vocantur filij præmortui, non filij ſuperuiuentis, *Decian. reſp. 1. num. 191. verſ. Item vocauit, & 192. lib. 1. Greg XV. deciſ. 207. num. 1.*

Non obſtat prohibitio alienationis in caſu contrauentionis deducta, ex illis verbis ibi (quod dd. eius hæredes, & filij; ac deſcendentes ipſorum in infinitum nõ poſſint vendere, neque alienare, vocando in caſu contrauentionis Hoſpitale Miſericordiæ; Nam iſta prohibitio non poteſt ſuffragari Olimpiæ, & cauſam ab ea habentibus; Tum quia non ſumus in caſu alienationis, vt fuit ſupra firma-
12 tum; tùm etiam quia prohibitio fuit poſita † continuatiuè per viam qualificationis præcedentis ſubſtitutionis, & ſic debet intelligi retento eius themate, *Dec. conſ. 291. ſub num. 2. verſ. non obſtat, & conſ. 384. num. 6. verſ. non obſtant, Gabr. conſ. 138. num. 25. & 26. lib. 2. Rota deciſ. 473. num. 3. par. 4. diuerſ.* & ſic cum non venerit caſus præce-
13 cedentis ſubſtitutionis † ceſſat illius effectus, *Dec. & Rot. in locis prox. cit.* Tum demum quia vocatio ex d. teſtamento eſſet ad fauorem tertij, ſcilicet
14 Hoſpitalis, † de cuius iure nec Olimpia, nec ab ea cauſam habentes dare poſſunt, *Alex. in l. fin. num. 23. poſt med. verſ. & iſto caſu, C. de edict. Diu. Adr. toll. Rota in Romana fideicommiſſi 9. Iunij 1617. coram Remboldo.*

Et ita vna tantum parte Informante, & altera licèt ſepiùs citata informare recuſante fuit reſolutum.

☞ * *Ideſt ſub diebus Veneris 8. Iunij 1628. & Veneris 9 Iunij 1629. & Vener. 19. Aprilis 1630*

Prima eſt deciſio 184. part. 5. recent. reliquas duas vide infra prout in Indice poſito in fine Deciſionum.

☞ * *Eſt deciſio 368. ſupra eadem par. 5. recent.*

R. P. D. MERLINO.

Anconitana Prædij.

Die Mercurij 24. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM.

Donatio, quando dicatur inter viuos, non obſtante, quòd in inſtrumento donationis ſit facta mentio mortis, latè, & doctè declaratur in hac magiſtrali deciſione.

Donatio, vt dicatur, facta cauſa mortis, quidnam ſit neceſſarium exponitur.

SVMMARIVM.

1 *Donatio cauſa mortis caducatur, ſi donatarius prædecedat donanti.*

2 *Donatio talis eſt cenſenda, qualem verba demonſtrant.*

Et ſic eſt donatio inter viuos, dum dicitur inter viuos, licet ſit facta mentio mortis. num. 2.

3 *in Donatione inter viuos, ſi adſunt verba poſt mortem, dicuntur adiecta cauſa demonſtrationis, non per modum cauſæ finalis.*

4 *Donans, ſi in inſtrumento pluries appellauit donationem inter viuos irreuocabilem ex hoc enixa eius voluntas oſtenditur faciendi donationem inter viuos, non obſtante, ſi aliquando fuerit facta mentio mortis. amplia num. 5.*

6 *Voluntatis quæſtio non eſt admittenda, quando verba ſunt clara, & præciſa.*

7 *Donatio inter viuos tranſmittitur ad hæredes, etiam præmoriente Donatario*

8 *Donantis mentem benè arguitur fuiſſe faciendi donationem inter viuos, ſi adſit ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſoribus.*

9 *Donationi inter viuos conuenit promiſſio, perpetuam, ratam, & firmam habendi donationem, & contra nunquam veniendi*

Et operatur, vt talis ſit cenſenda non obſtante, quod ſit facta mentio mortis. num. 9.

10 *Donationi cauſa mortis repugnat ſi ſit conuentum, vt nunquam poſſit reuocari, ſed omnino ſit irreuocabilis.*

Item ſi fuerit renunciatum diſpoſitioni l. ſi vnquam, C. de reuoc. donat. num. 10.

11 *Donatio cauſa mortis eſt reuocabilis.*

Donatio inter viuos eſt irreuocabilis. num. 11.

12 *Donatio cauſa mortis transfunditur in donationem inter viuos ſi adſint pacta, quæ conueniant donationi inter viuos.*

13 *Donatio inter viuos transformatur in donationẽ cauſa mortis, ſi adſunt pacta reuocatoria donationis.*

14 *Donatio, quæ inter viuos à donante pluries fuit pronunciata, vti talis eſt permanenda, ſi adſunt pacta ei conuenientia. num. 30.*

15 *in Donationibus inter viuos ſufficiunt duo teſtes*

in Contractibus omnibus ſufficiunt duo teſtes. num.15.

16 *in Donationibus cauſa mortis exiguntur quinque teſtes.*

17 *Donans præſumitur voluiſſe donare inter viuos, & non cauſa mortis ſi in donatione non quinque ſed duos teſtes adhibuit.*

18 *Mulier donando, quando adhibuit ſolemnitates, ſtatutarias, & alia, quæ in donationibus cauſa mortis non requiruntur, præſumitur donare inter viuos. & num.19.*

20 *Donans, ſi donet cauſa mortis in eius poteſtate eſt reuocare, & diſponere prout vult.*

21 *Clauſulæ, conſtituti, & ad habeñ declarant donationem factam fuiſſe inter viuos, non autem cauſa mortis, alias ineptæ eſſent.*

22 *in Donatione, ſi ſint poſitæ clauſulæ, purè, merè, liberè, & omni meliori modo, operantur, vt d. donatio ſi ſit cauſa mortis tranſeat in donationem inter viuos.*

23 *Iuramentum habet virtutem faciendi actum irreuocabilem.*

24 *Donatio deducitur eſſe cauſa mortis, ſi ſubſtantia donationis conferatur poſt mortem donantis. declara num.25.*

26 *in Donatione inter viuos, quare apponatur pactum, quod donatio valeat poſt mortem donãtis.*

27 *in Donationis inſtrumento, dicitur, quod res donata, titulo donationis inter viuos donatur ſemper verba ſubſequentia, quibus de morte ſit mentio cenſentur appoſita pro dilatione temporis effectuationis.*

28 *Ita vt mentio mortis ſit deſignatio temporis, à quo rei donatæ fruitio incipiat effectum ſortiri.*

29 *Donatio, vt dicatur cauſa mortis, non ſufficit fieri mortis mentionem, ſed opus eſt, vt donator declaret verbis ipſis ſe donare ob ſuſpicionem, & cogitationem mortis.*

31 *Donatio dicitur perſonalis, ſi verba donationis ſunt directa in donatarium, & expreſſa cauſa beneuolentiæ donantis, quæ ſoli donatario conueniunt.*

32 *Donatio perſonalis cum donatore extinguitur.*

33 *Donatio inter viuos reijcit arctam interpratationem perſonalitatis, & operatur tranſmiſſionem ad heredes.*

34 *Donatio inter viuos eſt realis.*

35 *Verba non poſſunt dici reſtricta ad vnã tantum perſonam, ſi fuerunt conſiderati etiam eius hæredes, & ſucceſſores.*

36 *in Donationibus, ſi ſit facta mentio hæredum, intelligenda eſt ſecundum ſubiectam materiam, ideſt ſi donatio locum habuerit in perſona donatarij debeat ex eius perſona tranſire ad hæredes, non autem, vt ab ipſis hæredibus incipiat.*

37 *Donatio, quando eſt indubitatum, quod eſt cauſa mortis, tunc ex ſtipulatione pro hæredibus non inducitur tranſmiſſio.*

38 *Bald. in conſ. 108. & conſ. 391. lib. 3. declaratur. & num.40.41.*

39 *Donatio, tunc non tranſmittitur ad hæredes, quando eſt facta cum conditione expreſſa in perſona donatarij, donec ille ſuperſtes ſit, & ad illum ſolum præciſè reſtricta.*

40 *in Donatione cauſa mortis, ſi ſit facta mentio hæredum, vel donationem transfundit inter viuos, vel importat ius tranſmittendi ad hæredes.*

41 *Donatio, quando clarum eſt, quod eſt inter viuos, & adſunt pacta, & conditiones pro ea, de ea amplius non eſt dubitandum.*

42 *Supplementum legitimæ, quando petitur, non competit retentio, ſed ſolum actio perſonalis.*

43 *Filius ſibi præiudicat in legitima, ſi acceptet legatum vſusfructus ſibi à patre loco legitimæ relicti.*

44 *Mulier in mandato de acceptando legatum, an debeat ſeruare ſolemnitates ſtatutorum.*

45 *Obliuio præſumitur ſtante lapſu longi temporis.*

DECISIO IX.

CENSVERVNT Domini ſubſiſtere deciſionem in hac cauſa ſub die 19. Iunij præteriti
coram me * emanatam in qua reſolutum fuit Prędium Poluerigij deberi Creſcijs ſ[illegible]co per Benuenutum hæredibus inſtitutis, non autem Stracchis habentibus cauſam à Fiordaliſa relicta vſufructuaria eiuſdem Prædij & iam defuncta, neque obiecta, quibus per informantes pro Stracchis impugnabatur deciſio, releuare, viſum fuit.

Primò enim non obſtat, quod ius Benuenuti
Teſtatoris ſuper hoc prædio, in quo Creſcij fuerunt
inſtituti hæredes caducatum fuerit eo, quia Fiordaliſa prius donauerat illud Benuenuto titulo do-
1 nationis cauſa † mortis, quæ reſoluta fuit dum
Benuenutus Donatarius præmortuus fuit Donanti, *l. ſi filiusfam. l. ſi mortis, l. fin. ff. de donat. cauſ. mort. DD. in l. non omnis, ff. ſi cert. pet.*

Quoniam immo ex verbis inſtrumenti, necnon ex pactis, & clauſulis in eo poſitis, donationem cenſendam eſſe inter viuos dixerunt Domini.

Verba quidem ſuadere id videntur ibi, *Dedit, Donauit, & titulo Donationis irreuocabilis inter viuos valitura tamen poſt eius mortẽ conceſſit, &c.*
2 vnde talis cenſeatur † donatio, qualem verba demonſtrant, & ſic donatio inter viuos, dum dicitur
donari inter viuos, etiam ſi facta fuerit mẽtio mortis, *l. qui fundum, §. fundi, ff. de contr. empt. Alex. conſ. 14. num. 5. lib. 1. & conſ. 78. num. 5. lib. 4.*
3 vbi quod verba † poſt mortem dicuntur adiecta
cauſa demonſtrationis non per modum cauſæ finalis, & quod per verba, Inter viuos, tolluntur omnia iura in contrarium facientia, benè *Sigiſmund. Neapolit. conſ. 15. num. 4. & ſeqq. inter conſ. feud. diuerſ. Soccin. Sen. conſ. 53. num. 1. & ſeqq. per tot lib. 1.* qui conſuluit in caſu omnino ſimili caſui præſentis controuerſiæ, *Ruin. conſ. 180. nu. 8. & 16. lib. 1. Menoch. præſ. 35. num. 1. & 2. lib. 3. Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 1. tit. 13. num. 11. Rot. deciſ. 107. num. 5. par. 1. diuerſ.* Præſertim
quia pluries in Inſtrumento appellata eſt donatio
4 irreuocabilis inter viuos, quæ † geminatio magis
enixam voluntatem oſtendit faciendi donationem
inter viuos ad *l. Baleſta, ff. ad Trebell.* & in his
terminis ponderat *Barboſ. in l. quæ dotis num. 96.*
5 *ff. ſolut. matr.* dum maxime talis † mentio facta
fuit in verbis diſpoſitiuis ex quibus fortius arguitur qualitas donationis, quàm ſi facta fuiſſet in exequutiuis *iux. trad. per Alex. d. conſ. 14. num. 5. lib. 1.*

lib.1. Soccin. Sen. d. conſ. 53. num.3. lib. 1. Ruin.
6 conſ.51. nu.3. & 13. lib.1. vnde non videtur † ad-
mittenda quæſtio voluntatis dum verba ſunt præ-
ciſa, & clara, l. ille aut ille, §. cum in verbis, ff. de
leg.3. l. continuus, §. cum ita, ff. de verb. obligat.
l. pediculis, §. argento, ff. de aur. & arg. legat. &
ratiocinantur per alleg. DD.

Pacta etiam, & clauſulæ Inſtrumenti inferunt
donationem eſſe inter viuos:

Primum enim adeſt ſtipulatio pro hæredibus,
& ſucceſſoribus, quæ ſolum adaptatur ad donatio-
7 nem † inter viuos, quæ de ſui natura tranſmittitur
etiam præmoriente Donatario, l. ſi quis argentũ,
§. fin. C. de donat. Roland. conſ.77. num. 12. lib.1.
8 vnde bene arguitur mentem † Donantis fuiſſe non
facere donationem cauſa mortis, ſed inter viuos,
vt in terminis ſcripſerunt Bald. in l.2. nu.4. C. de
iur. dot. Alex. conſ. 14. num. 3. lib.1. & conſ. 78.
num.4. lib.4. Ruin. conſ.98. nu.16. lib.1. Crauet.
conſ.214. num.18. Rol. conſ.8. num.19. lib.1. Me-
noch. præſump.35. num.7. lib.3. Card. Mant. de
tacit. lib.1. tit.13. n.13. Magon. dec. Flor. 64. n.6.
& 7. Surd. conſ.244. nu.22. Rot. Bonon. dec. 125.
num.3. Sanchez. conſ. moral. lib.4. cap.1. dub.13.
num.8. verſ. Tertius caſus.

Secundò, adeſt promiſſio perpetuo ratam, & fir-
mam habendi donationem, & contra nunquam
9 veniendi, &c. quæ pariter † conuenit donationi
inter viuos, & operatur, vt talis omnino cenſeri
debeat non obſtante etiam, quod mortis mentio
facta fuerit in Inſtrumento, l. ſi alienam, §. fin. l. vbi
ita donat. ff. de donat. cauſ. mort. Alex. conſil. 14.
num.1. lib.1. & conſ.78. num.4. lib 4. Ruin. conſ.
123. num.5. & conſ 180. num.8. lib.1. Natt. conſ.
104. num.6. Rol. conſ 8. num.26. lib.1. & conſ.61.
nu.43. lib.2. Card. Mant. de coniect. d. lib.1. tit.13.
num.5. & ſeqq. Menoch. d. præſumpt. 35. nu.21.
Ciriac. Nigr. controu. forenſ. cap. 314. num. 12.
Sanchez. d. dub. 13. num. 8. verſ. Quintus caſus,
fuitque renunciatum diſpoſitioni, l. ſi vnquam, C.
de reuoc. donat. & conuentum, vt donatio nunquã
poſſit reuocari, ſed omnino ſit irreuocabilis, quæ
10 conuentio repugnat naturæ, & ſubſtantiæ † do-
nationis cauſa mortis, quæ ſui natura eſt reuoca-
11 bilis, & congruit donationi inter viuos † quæ eſt
irreuocabilis, l. poſſeſſionem, l. fin. C. de reuoc. do-
nat. l. mortis cauſa, l. ſenatus, §. ſed mortis, ff. de
donat. cauſ. mort. c. fin. cod. tit. de donat. Indeq;
propter huiuſmodi pacta donationem etiam cauſa
12 mortis mutari, & transformari † in contractum
donationis inter viuos, & è conuerſo per pactum
reuocabilitatis donationem inter viuos transfun-
13 di † in donationem cauſa mortis tradunt DD. in
l. vbi ita donatur, & in l. Seia, §. vlt. ff. de donat.
cauſ. mort. Angel. conſ.179. nu.6. Caſtr. conſ.61.
num. 1. lib.2. Barboſ. in l. quæ dotis num. 113. ff.
ſolut. matr. Molin. de primog. Hiſpan. lib.4. cap.2.
num. 40. & 52. Pancirol. conſ. 59. & 92. Bellon.
Iun. conſil. 8. num. 28. & 29. Caldaſ. conſil. 19.
nu.26. latè Mattienz. ad ll. Caſtellæ tit. 10. l. 7.
gloſ. 1. num. 10. & ſeqq. Fontanell. de pact. nupt.
tom. 1. clauſ. 4. gloſ. 21. num. 56. Rot. Bonon. d.
deciſ.125. num.2. Cabal. conſ.138. num. 14. lib.2.
14 vnde multo magis donatio, † quæ inter viuos à
donante toties fuit pronunciata, vti talis perma-
nebit ob huiuſmodi pacta, & conditiones, vt per
Sigiſmund. Neapolit. d. conſ. 5. num 13. & ſeqq.

Tertiò, idem colligitur ex numero duorũ teſtiũ
in hoc contractu donationis adhibito, qui teſtes
15 ſufficiunt † in donationibus inter viuos, & in qui-
buſcunquè alijs contractibus, l. vbi numerus, ff.
de teſtib. c. in omni negocio ex eod. tit. non autem
16 quinque † teſtes, qui exiguntur in donationibus
cauſa mortis, & in alijs vltimis volũtatibus, l. fin.
C. de donat. cauſ. mort. l. fin. C. de codicill. l. fin.
C. de fideicom. ex quo inſurgere efficacem conie-
17 cturam voluntatis donantis, † quod voluerit do-
nare inter viuos, quamuis de morte mentionem
fecerit, arguunt, Alex. in l. quæ dotis num.13. Iaſ.
num.46. ff. ſolut. matr. Pariſ. conſ.90. nu.4. lib.3.
Natt. conſ.113. num. 3. & 4. Menoch. d. præſ.35.
num.5. Magon. dec. Floren. 64. num.15. Giouag.
conſ.83. num.23. lib.1. Sanchez. conſ. moral. lib 4.
cap.1. dub.13. num.8. verſ. quartus caſus, Ciriac.
Nigr. contr. for. cap.314. num.14.

Quartò in hac donatione adhibitæ fuerunt ſo-
18 lemnitates ſtatutariæ, decretum Iudicis † proxi-
miorum præſentia, inſinuatio, & aliæ quæ in dona-
tionibus cauſa mortis non ſunt neceſſariæ ſecundũ
Bald conſ.89. lib.4. Tiraq. ad ll. connubial. gloſ.5.
num.66. Peregr. conſ.76 num. 32. lib.1. Menoch.
conſ. 261. num. 37. & fuit dictum in Spoletana
Fideicommiſſi 10. Decembris 1620. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Pamph. vnde cenſetur facta do-
19 natio inter viuos, cui ſolemnitates † illæ adaptan-
tur ex notatis per DD. in l. vbi ita donat. ff. de
donat. cauſ. mort. cum alijs præalleg.

Quintò, Donatrix ſibi reſeruauit ſcuta mille ad
effectum teſtandi, necnon dotem ſuam, quæ reſer-
uatio ſuperuacanea omnino, & inutilis fuiſſet, ſi
intellexiſſet donare cauſa mortis, cum de omnibus
20 bonis, etiam donatis diſponere † potuiſſet, & to-
tum foret, in eius poteſtate reuocare, vt conſide-
rant Bald. conſ. 107. num. 2. lib.2. Alex. conſ.14.
num.2. lib.2. Soccin. Sen. conſ. 53. num.3. & ſeq.
lib.1. Magon. dec. Floren. 64. num. 17. Pancirol.
conſ 59. nu.93. & 94. Maſtrill. deciſ.211. nu.23.
Rot. Bonon. d. deciſ. 125. num.6.

Sextò, demum appoſitæ fuerunt clauſula Con-
21 ſtituti; & clauſula ad habeũ &c. quæ † declarant
donationem factam fuiſſe inter viuos, non autem
cauſa mortis, alioquin eſſent ineptæ, vt arguit Rol.
conſ.61. num.45. & 48. lib.2. Menoch. d. præſ.35.
num.36. & 38. Surd. conſ.450. num.26. Rota Bo-
non. d. deciſ. 125. num. 4. Ciriac. Nigr. contron.
forenſ. cap. 314. num. 15. necnon clauſula purè,
merè, & liberè, & clauſula omni meliori modo,
22 quas operari, vt donatio cauſa mortis tranſeat † in
donationem inter viuos voluerunt, Ruin. conſ.52.
num.4. lib.1. Rol. conſ.8. num. 24. lib.2. Menoch.
conſ.388. num. 31. Gratian. diſc. forenſ. cap. 586.
num.2. & 3. Surd. conſ 450. num. 24. Fontanell.
de pact. nupt. clauſ.4. gloſ.3. num.25. Prout etiam
23 iuramentum, cuius † virtus eſt facere actum ir-
reuocabilem præſertim dum adiectum fuit diſpoſi-
tioni habenti pactum de non reuocando, vt in ca-
ſu præſenti, ad trad. per Surd. d. conſ.450. num.25.
latè Mattienz. ad ll. Caſtill. tit. 10. l. 7. gloſ. 1.
num.21.

nu.21.& 22.Sanch. conſ.mor.lib.4. cap.1. dub.13.
num.8. verſ. 6. caſus.
Non obſtant verba illa titulo donationis valitu-
ræ tamen poſt mortem ipſius Fiordaliſa Donantis,
24 ex quibus † cum videatur ſubſtantiam donationis
conferri poſt mortem donantis, inde deducatur
donationem eſſe cauſa mortis, iux.trad. per Natt.
conſ.626. num.15. in fin. & 16. Gamma dec.103.
num.4. cum alijs.
Quoniam immo verius eſt verba prædicta non
25 reſpicere, aut ſuſpendere ſubſtantiam † donatio-
nis, ſed eius dumtaxat exequutionem, & effectum
differre, ſeu demonſtrare illum collatum eſſe in
tempus mortis donantis, ſtaut ſtatim dicatur orta
actio, & quæſitum ius donatario, ſuſpenſum autem
exercitium, ſeu rei donatæ fruitio vſque ad donan-
26 tis obitum, quaſi quod Fiordaliſa donans † per ta-
le pactum ſibi conſuluerit, vt quandiu viueret ipſa
nõ moleſtaretur à Donatario, vel eius hæredibus,
ſed liberè frueretur vſufructu rei donatæ prout hu-
iuſmodi verba præciſa valitura poſt mortem, inter-
pretati ſunt Rol. conſ.8. num. 26. verſ. imo ſubdit
lib.1. Celſ. Hugo conſ.53. num.1. & eſt regulare,
27 vt dum dicitur † in Inſtrumento prædium donari
titulo donationis inter viuos, ſemper verba ſubſe-
quentia quibus de morte fit mentio cenſentur ap-
poſita pro dilatione temporis effectuationis, ſeu
28 emolumenti donationis, † itaut mentio mortis ſit
deſignatio temporis, à quo rei donatæ fruitio inci-
piat effectum ſortiri, vt per Franch. deciſ.436.
num.6. Barboſ. in l. quæ dotis. num. 113. ff. ſolut.
matrim. Caldaſ. qui plures congerit de emphyteuſ.
lib. 3. cap. 2. num.48. Fontanell. de pact. nuptial.
clauſ.4. gloſ.3. nu.6. benè Mattienz. ad ll. Caſtill.
tit.10. lib.7. gloſ.1. num. 5. Sanchez. reſp. moral.
lib.4. cap.1. dub.13. num.8. Hugo Bonel. in com-
ment. iur. ciuil. lib. 14. cap. 33. §. eſt autem mor-
29 tis cauſa, vbi quod vt † donatio dicatur cauſa mor-
tis, non ſufficit fieri mortis mentionem, ſed opus
eſt, vt donator declaret verbis ipſis donationis, do-
nare ſe ob ſuſpicionem, & cogitationem mortis
alioquin Donator magis donare videtur moriens,
quàm mortis cauſa, vt inquit Vulpian. in l. Seia.
§. fin. ff. de donat. cauſ. mort. & notant etiam
Card. Mant. de coniect. lib.1. tit.13. nu. 3. Ciriac.
Nigr. controu. forenſ. cap.314. nu.9. & 10. Quod
eo magis recipiendum videtur in caſu præſenti in
quo præter verba contractum donationis inter vi-
30 uos importantia, † concurrunt tot pacta, & præ-
ſumptiones eamdem Donantis mentem expri-
mentes.
Nec aduerſatur donationem ſaltem dicendam
31 eſſe † perſonalem, cum verba donationis ſint dire-
cta in Benuenutum, & expreſſa cauſa beneuolen-
tiæ donantis, quæ ſoli Benuenuto conueniebat;
32 Indeque † cum eius perſona fuiſſe extinctam iux.
Franch. deciſ. 591. num. 1. Molfeſ. ad conſuetud.
Neap. par.3. quæſt.5. num.8. in fin.
Quoniam ſtipulatio pro hæredibus, & ſucceſſo-
33 ribus, naturaq; contractus donationis inter † viuos
reijciunt hanc perſonalitatis arctam interpretatio-
nem, & operantur tranſmiſſionem ad hæredes, ac
34 donationem † faciunt realem, ita conſuluerunt
Ruin. conſ.98. num.16. & conſ.123. num.6. lib.1.
Rimin. Iun. conſ.436. num.3. Aldobrand. conſ.93.
num.8. lib. 1. & tradunt Craſſ. in §. donatio cauſ.
mortis. quæſt. 1. num. 7. Card. Mant. de coniect.
vlt. vol. lib.1. tit.13. num.13. Bellon. Iun. conſ.8.
35 num.45. verbaque non ſunt reſtricta taxatiuè † ad
Benuenutum, ſed ad eius hæredes, & ſucceſſores
extenſa, prout etiam cauſa beneuolentiæ.
Nec reſiſtit Bald. conſ. 108. & conſ. 391. lib. 3.
36 aſſerens mentionem hæredum † intelligendam
eſſe ſecundùm ſubiectam materiam, ideſt, vt ſi do-
natio locum habuerit in perſona Donatarij debeat
ex eius perſona tranſire ad hæredes, non autem
vt ab ipſis hæredibus incipiat; Quia Bald. loqui-
37 tur quando † indubitatum eſt donationem eſſe
cauſa mortis, tunc enim ex ſtipulatione pro hære-
dibus non induci tranſmiſſionem, conſuluit Bald.
d. conſ.108. & ita cum eo tranſeunt Dec. conſ.470.
num.10. Alciat. in l. non omnis. num.9. ff. ſi cert.
pet. ibi, ego cum verba clara ſint Menoch. conſ.84.
num. 16. Bellon. Iun. conſ.8. num. 49. & 50. ap-
poſitè Mattienz. ad ll. Caſtill. tit. 10. l. 7. gloſ. 1.
num.7. Sanch. reſponſ. moral. lib.4. cap.1. dub.13.
num. 8. verſ. tertius caſus ad fin. illiuſque opinio
38 procedere † poteſt, & eſt intelligenda, vel quando
in donatione adeſt pactum expreſſum, vt donatio
quandocunquè reuocari poſſit; tunc enim ad eui-
tandam contrarietatem poteſt habere locum hu-
iuſmodi interpretatio, vt res donata competat hæ-
redibus, quatenus primo Donatario antea fuerit
acquiſita, ita declarauit Iaſ. conſ.6. ſub nu.1. col.7.
verſ. non quoque obſtat lib. 3. & ſequitur Bellon.
Iun. conſ. 8. num.51. vel quando donatio eſt facta
39 cum conditione † expreſſa in perſona donatarij,
donec ille ſuperſtes ſit, & ad illũ ſolum præciſè re-
ſtricta prout Bald. intellexit Alciat. conſ.3. nu.21.
lib. 8. Peregr. de fideic. art. 51. num. 20. Valaſq.
de iur. emphit. quæſt. 50. num.44. ad fin. Molfeſ.
conſ.41. nu.6. Cancer. var. reſ. lib 3. c. 21. nu.106.
& benè dixit Rota in Romana Donationis de Vrſi-
nis 21. Aprilis 1614. coram bo. me. Vbaldo, quæ
eſt deciſ.142. num.8. part. 4. recent. Et demum
40 † contra Bald. vt etiam in caſu donationis cauſa
mortis mentio hæredum, vel donationem transfũ-
dat contractum in donationem inter viuos, vel im-
portet ius tranſmittendi ad hæredes tradunt DD.
alleg. ſupra in 1. cõiectura, & in princ. reſponſionis,
& Baldi rationes, & ſectatorum refellit Molin. de
ritu nuptiar. quæſt.25. num.35. & 36. ſed hic ceſ-
41 ſat omnis difficultas, quia verba ſunt † adeo aper-
ta, quod donatio ſit inter viuos, & tot pacta, &
conditiones talem eſſe demonſtrant, vt non ap-
plicetur doctr. Bald. & ſectatorum in quorum caſu
hæc non concurrebant.
Secundò, Non obſtat, quod admiſſo etiam dona-
tionem fuiſſe inter viuos tamen Fiordaliſæ Do-
nanti, & poſtea per Benuenutum relictæ vſufru-
ctuariæ iſtius prædij competere retentionem pro
credito ſcut. mille, necnon pro legitima in bonis
eiuſdem Benuenuti filij ſibi debita. Quoniam ex
ipſo vſufructu prædij per ſexennium retento intra-
re præſumptionẽ ſatisfactionis legitimæ reſponſum
42 fuit, itaut pro ſupplemento in omnẽ † caſum non
competat retentio, ſed ſolùm perſonalis actio ex
43 deductis in alia deciſione, vel Fiordaliſam, † dum
acce-

Digitized by Google

acceptauit legatum vſusfructus ſibi præiudicaſſe in prætenſione legitimæ iuxtà cautelam *Socc.iun. conſ.122. num.8. lib.1. cum alijs in 1. dec. allegatis*, & de credito ſcut. mille fuiſſe ſatisfactam ex bonis mobilibus, & animalibus in hanc cauſam per eam expreſsè receptis, vt ex *summ. num.4. & 10* necnon ex fructibus iſtius prædij per octo annos. perceptis poſt obitū Fiordaliſæ ab eius hęredibus.

Neque intrat nullitas deducta contra acceptationem legati vſusfructus ſactam per Fiordaliſam, eò quia fecerit mandatum ad illud acceptañ ſine ſolemnitatibus Statuti Anconæ lib. 2. cap. 43. vn-
44 dè per † acceptationem nullam non dicatur, ſibi præiudicaſſe circa legitimam; Quoniam quicquid ſit an in mandato ad acceptañ legatum requirantur ſolemnitates; Doctores enim allegati ab informantibus pro Stracchis loquuntur de mandato ad contrahenſi, ſat eſt quod vſumfructum de facto perceperit ad hoc, vt veniat imputandus, & pro ſupplemento denegetur retentio.

Tertiò. Non obſtat appoſita retentio per Fiordaliſam ex credito dotis fuiſſe reſtitutam in prędio Poſatoris conſtat ex publico Inſtrumento *ſumm. num.1.* Et quamuis de eodem prædio diſpoſuerit Benuenutus in teſtamento, id non tollit, quin verè de credito ſuæ dotis fuerit Fiordaliſa ſatisfacta, dum prædium hodie per ipſam, ſeu eius hæredes retinetur ſeq illud acceptaſſe, & retinere, velle pro dote declarauit, erroneaq. eſt Benuenuti diſpoſitio, & excuſabilis ex cauſa obliuionis, cum reſtitutio facta fuerit per 20. annos antea nempè de
45 anno 1593. ex cuius † temporis lapſu præſumitur obliuio *ex trad. per Rot. dec. 131. num.3. & deciſ. 774. num.4. par.2. recent.*

Cæteris obiectis ſatisfactum fuiſſe in prima deciſione viſum fuit, & per informantes pro Creſcijs cum quibus Domini tranſierunt.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis.

☞ * *Vide infra in Additione hanc deciſionem prout in Indice poſito in fine Deciſionum.*

R. P. D. VEROSPIO.

Vrbeuetana Succeſſionis.

Die Mercurii 24. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM.

Tractatur, qualiter filiatio probetur. In materia probationum, quale tempus dicatur antiquum. Inſtrumentum quando dicatur antiquum.

SVMMARIVM.

1 *Deſcendentia cuiuſcunque gradus probari poteſt, vel per teſtes, vel per inſtrumenta.*
2 *Filiatio non probatur ex ſola nominatione, ſi illa ad alium effectum emanauit.*
3 *Enunciatiuæ antiquæ fidem facere poſſunt ad probandam filiationem.*
4 *Tempus centum annorum ab omnibus reputatur antiquum, in materia probationis orientis ex publicis inſtrumentis.*
5 *Actus inſtitutionis eſt valde conueniens, & proportionabilis filijs. & iuncta nominatione plenè probat filiationem.*
6 *ad Filiationis plenam probationem faciendam coniungi poſſunt præſumptiones, & adminicula.*
7 *in Filiationis quaſi poſſeſſione quis dicitur cōſtitutus, ex nominatione in filium iunctà inſtitutione in hæredem.*
8 *Filiationis quaſi poſſeſſio ſatis probatur per teſtes deponentes de publica voce, & fama.*
9 *Filiationis titulus, & proprietas ex quibus probetur. & num.13.*
10 *Inſtrumentum attingens metam nonaginta annorum videtur tempus antiquum, cum non multùm diſtet à termino annorum centum. & vide num.11. & 12.*

DECISIO X.

☞ POSTQVAM reſolutum fuit in hac cauſa * vt ſucceſſio in bonis, & hæreditate Ioſephi ab inteſtato defuncti pertinere deberet ad Flaminiam, ſiue ad Co. Petrum de Auuiamontijs, cui eadem Flaminia ceſſerat iura huius ſucceſſionis, propoſui dubium, An eſſet probata deſcendentia Flaminiæ ex Hectore Auuiamontio, ex quo etiam deſcendebat Ioſeph, prout præſuppoſitum fuerat inter partes in dubio tunc propoſito, in quo ex pluribus competitoribus, qui ad eam ſucceſſionem aſpirabant omnes aſſerebant ſibi conuenire eam qualitatem, quę requirebatur ex diſpoſitione ſtatuti Vrbeuetani, vt in patrimonio, ſiue bonis paternis defuncti ſuccedere deberent poſt lineam deſcendentium & agnatorum vſque ad tertium gradum, qui eſſent eidem defuncto proximiores ex latere patris. Et viſum fuit DD. probari eam deſcendentiam tàm reſpectu Flaminiæ, quàm reſpectu Ioſephi, quia in ſingulis gradibus, quos vterque numerabat ab Hectore communi parente datæ fuerunt probationes diſtinctæ, vel per teſtes, vel per
1 inſtrumenta publica, † ex quibus conſtabat de deſcendentia cuiuſcunque gradus iuxtà theoricam poſitam *in cap. licet ex quadam. de teſt. & quæ poſt gloſ. notant ibi DD. & in c. series eod. tit. Innoc. num.1. in fin. Bald. num.3. & in l.1. num. 18. C. de teſtam. Maſcard. de probat. concluſ. 512. nu.7.*

Et incipiendo à Ioſepho, ſiue illius parentibus probatum fuit, quinque gradibus eum diſtare ab Hectore, ex quibus primum occupabat Frāciſcus, ſecundum alius Hector, tertium Attilius, à quo deſcendebat Franciſcus, qui fuit pater Ioſephi, quòd verò Franciſcus eſſet filius Hectoris ſenioris probabatur ex tribus inſtrumentis, in quorum primo, & altero talem apparebat enunciatum fuiſſe ipſum Franciſcum occaſione emptionis, quam idem fecerat vineæ, & partis terreni in Ciuitate Vrbeuetana, in tertio quod erat eiuſdem Franciſci teſtamentum, & apparebat ab eo conditum anno 1560. talem ipſe ſe nominabat, quæ enunciatiuæ viſæ ſunt ſatis eſſe ad hanc probationem, quia
2 licèt † filiatio non probetur ex ſola nominatione, ſi illa ad alium effectum emanauit *argum. text. in §. fin. inſtit. de adopt.* & quæ notant ibi ſcribentes, *& in l. non nudis. C. de probat. vbi Cyn. num. 2.*

Bart.

Digitized by Google

Bart. in l.1. §. quod Senatus. ff. de lib. agnoſc. n.3.
3 tamen propter antiquitatem † earundem enunciatiuarum poterant illæ hanc fidem facere, *vt tradit Butr. in cap. cum dilectus. num. 30. de ſucceſſ. ab inteſt. Iaſ. conſ.34. num.7. vol.1. & fuit dictum in Papien. Iuriſpatronatus 18. Aprilis 1603. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano inter impreſſ. dec.105. num.6. & in Terraiſma feudi 1. Martij 1632. coram R. P. D. Queipo*; erat enim prima in inſtrumẽto quod apparebat rogatum de anno 1529. Secunda continebatur in inſtrumento condito de anno 1533. & vtraque erat ſupra centum annos,
4 quod tempus ab omnibus antiquum reputatur † in hac materia probationis orientis ex publicis inſtrumentis, *vt fuit dictum in adducta Papien. iuriſpatronatus coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, & notant *Iaſ. in l. cum aliquis. nu.7. Alex. n.5. C. de iur. delib. Aym. de antiq. temp. in præf. nu.4. & 5.*

Secundus, & tertius gradus ſiue deſcendentia Hectoris iunioris, ex Franciſco, & Attilij ex Hectore probabatur ex eodem Franciſci Teſtamento, in quo vterque vti talis nominabatur; & ea quidem nominatio reſpectu Hectoris viſa fuit ex ſe ſufficere, quia cum idem Hector fuiſſet etiam hæres inſtitutus non poterat dici, quod illa emanauerit ad
5 alium effectum, ſed ille † actus inſtitutionis tanquàm conueniens, & maximè proportionabilis filio iniuncta nominatione plenè dicebatur probare hanc filiationem, *vt tradiderunt Bald. in cap. ex tranſmiſſa. de reſt. ſpol. nu.14. Butr. in cap. tranſmiſſa num.10. qui fil. ſint legitim. Felyn. in cap. per tuas. num.17. de probat. Aret. num. 23 qui de communi atteſtat. Socin ſen. conſ.89 n.5. vol.1. Surd. conſ.1. num. 50. Rot. in d. deciſ.105. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & deciſ. 472. num. 8. par.1. rec.* Reſpectu verò Attilij recipiebat adminiculum ex enunciatiuis aliorum duorum inſtrumentorum, atque etiam ex depoſitione duorum teſtium, qui fuerunt examinati in hac cauſa coram A.C & de hac filiatione eiuſdem Attilij deponebant de publica voce, & fama, & communi repu-
6 tatione † ex quibus omnibus ſimul iunctis non poteſt negari quin reſultaret plena probatio huius filiationis iuxta notata per *gloſſ. in l.2. §.1. in verb. legitimus. ff. de excuſ. tutor.* quam ſingularem dicit *Bald. in rubr. de probat. num. 3. Surd. conſ.1. num.59. Pariſ. conſ.10. num.68. vol.1. Mẽnoch. de arbitr. iud. lib.2. cent.1. caſu 89. num. 66.* Præſertim cum neque dici poſſet, vt ea enunciatiua in teſtamento Franciſci emanauerit ad alium effectum, quia cum ipſe Attilius fuiſſet honoratus titulo particularis legati vnius vineæ, quam Franciſcus illi reliquit tanquàm ſuo nepoti ex Hectore fuit ex eodem legato conſtitutus in quaſi poſſeſſione eius gradus conſanguinitatis teſtatori, ſicut
7 Hector illius parens fuit cõſtitutus † in quaſi poſſeſſione filiationis ex nominatione in filium iuncto titulo inſtitutionis, vt docet *Bart. in l. non nudis, C. de probat. in nou. & antiq. lect. Alex. conſ.181. num.8. vol.7. Caſtren. conſ.151. nu.1. vol.1. Maſcard. de prob. concluſ.790. num.16.*

Quartus, & quintus gradus, in quo erant Franciſcus filius Attilij, & Ioſeph filius Franciſci de cuius hæreditate agitur, probabantur ex eiſdem teſtibus, qui optimam rationem ſcientiæ reddebãt eorum depoſitionis reſpectu vtriuſque huius gradus, quia præter atteſtationem de publica voce & fama, & communi reputatione, quæ ſatis eſſe por-
8 rexiſſent ad probandam quaſi † poſſeſſionem filiationis deponebant, quod cognouerunt vtrumque nempe Franciſcum, & Ioſephum, & præterea Attilium patrem Franciſci, & Alphonſam, quæ fuit illius mater, & vxor eiuſdem Attilij, & demum Lucretiam, quæ fuit mater Ioſephi, & vxor Fran-
9 ciſci, ex quibus dicebatur probata † proprietas, & titulus eiuſdem filiationis, ſecundùm notata per *Doct. in l. filium definimus. ff. de his qui ſunt ſui, vel alien. iur. & in l. non epiſtolis, C. de probat. Bart. ibi num.2. in antiq. lect. Salicet. in l. non nudis. C. eod. tit. num.9. Alex. conſ.51. lib.1. Ruin. conſ.52. num.4. vol.5. Menoch. de arbitr. iud. lib.2. cent.1. caſ.89. num.19.*

Deſcendentia Flaminiæ ab Hectore probabatur ex pluribus alijs inſtrumentis; nam cum illius pater fuiſſet Thomas, qui fuit eiuſdem Hectoris filius, deſcendentia Thomæ ex Hectore probabatur ex enunciatiuis quinque inſtrumentorum, ex qui-
10 bus vnum attingebat metam nonaginta † annorũ, quod tempus poterat etiam videri antiquum, cum non multum diſtaret ab eo termino annorum centum, vt in terminis huius probationis deductæ ex publicis inſtrumentis ſæpiùs tenuit Rota, & corã *Put. deciſ.204. lib.1.* in qua tale exiſtimatum fuit tempus 99. annorum, & *in deciſ.149. lib.2.* in qua agebatur de tempore annorum octoginta nouem, & in alijs pluribus relatis *in Burgi S. Sepulchri Dominij iuriſpatronatus 20. Iunij, & 9. Decemb. 1622. coram R.P.D meo Merlino, & in Romana fideicommiſſi de Gaetanis 25. Febr. 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Alia verò licèt eſſent recentiora, nec excederent ſpatium annorum ſep-
11 tuaginta tamen poterant hanc fidem facere, † tum propter adminicula, quæ recipiebant ex alijs in-
12 ſtrumentis, tum propter difficultatem † probationis ex latè deductis per *Aym. de antiq. temp. par.1. num.5. Dec. in cap.1. num.47. de appell.* quem ibi ſequutus fuit *Aym. & fuit reſolutum in Maceraten. hæreditatis 28. Maij 1608. coram Iuſto, & 13. Febr. 1609. coram bo. me. Manzanedo, & in deciſ.695. num.2. par.2. recent.*

Vnum ex his quinque inſtrumentis quod adducebatur ad probandum, vt Thomas fuerit filius Hectoris probat etiam quod Flaminia eſſet filia Thomæ, quia non ſolùm in eo talis nominabatur, idem Thomas, ſed ipſa Flaminia ſimul cum duobus alijs ſuis ſororibus ſe aſſerebant illius filias, & in eodem inſtrumento vti tales, & eiuſdem Thomæ hæredes dederunt propterea licẽtiam Hectori Iuniori, & Herculi filijs Franciſci Auuiamontij, vt poſſent capere poſſeſſionem aliquorum bonorũ Thomæ ſui patris: ex quo actu eò magis viſæ fuerunt illæ declarari filiæ eiuſdem, quia non potuiſſent eum actum facere ceſſante titulo hæreditario. Et datum præterea fuit teſtamentum in quo cum eadem Flaminia, & aliæ eius ſorores inſtitutæ fuerint ab eodem Thoma hæredes, vtrumque iuſtifi-
13 cabatur, & illarum † filiatio, & titulus hæreditarius, vt ſupra deductum fuit ex *Bald. in c. ex tranſ-*

miſſa

miſſæ de reſt. ſpoliat. Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum.

☞ * *Ideſt ſub die Lunæ 24. Maij 1632. coram eodem R.P.D. Veroſpio eſt deciſio 347. in praecedenti parte.*

R. P. D. PANZIROLO.

Aueniouen. Simulationis.

Die Mercurii 29. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Pœnæ appoſitæ in contractibus matrimonialibus, penitus ſunt irritæ, nec violans fidem ad aliquid tenetur. Simulatio, ex quibus probetur.

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis habet executionem paratã.*
2 *ad Simulationem probandam, requiritur cauſa ſimulationis.*
3 *in Matrimonialibus contractibus pœna appoſita eſt prorſus irrita, nec violans fidem tenetur in vtroque foro eam ſoluere.*
4 *Simulationis cauſa, vt in aliquo contractu inſit, non requiritur, vt vera probetur, ſed quod à partibus fuerit opinata, & poſſit tollere dubitationem.*
5 *Simulationis cauſa, ſufficit de ea veriſimiliter apparere, etiam ſi aliter non iuſtificetur.*
6 *Donans, vel vendens, ſi remaneat in poſſeſſione rei donatæ, vel venditæ, ex hac retentione arguitur ſimulatio.*
7 *Simulatio arguitur ſtante præcedenti tractatu.*
8 *Teſtes de auditu negari non poteſt, quin deſeruiant pro adminiculo.*
9 *Depoſitio viri Religioſi, admodum grauis, plurimum attendenda eſt.*
10 *Solutionem, ſi quis feciſſet ſummæ conſiderabilis, in actu ſolutionis adhibuiſſet teſtes. & vide n. 11.*
12 *Simulatio argui poteſt ex publica voce, & fama.*
13 *Teſtes ſingulares etiam admittuntur ad probandam ſimulationem.*
14 *Teſtes probant ſimulationem, ſi reddant veriſimilem cauſam, & alias circumſtantias facti dictæ ſimulationis.*
15 *Simulandi cauſa non probatur, ſi aliquid geſtum eſt inter perſonas non prohibitas, id fieri.*
16 *Simulationis cauſa facilius præſumitur, quando contractus reperitur celebratus inter perſonas à iure prohibitas.*
17 *Simulatio præſumi etiam poteſt in contractibus celebratis inter perſonas non prohibitas.*
18 *Simulatione probata omnes clauſulæ in ſcriptura poſitæ, ſunt inefficaces, ac etiã ipſa ſimulata.*
19 *Iuramentum in contractu ſimulato non obligat, cum abſit conſenſus.*
20 *Contractus ſimulatus dicitur pictus.*
21 *Iuramenta ſequuntur naturam contractus.*

DECISIO XI.

PER APOCAM propria manu ſubſcriptã Ægidius promiſit, quod Dionyſius filius infra biennium ducet Martam in vxorem, & viceuerſa in eadem apoca promiſit Marta, ſe daturam in dotem Dionyſio omnia ſua bona, & ad illius computum Aegidius faſſus fuit, habuiſſe, & recepiſſe realiter, & cum effectu ſcuta duo millia auri, cum obligatione illa reſtituendi in omnem repetitionis euentum, & etiam caſu, quo dictum matrimonium infra biennium ſuum non ſortiretur effectum, niſi hoc proueniret culpa ipſius Martæ, quo ſolo caſu ad nihilum teneri voluit.

Lapſo biennio, & matrimonio non ſequuto, petijt Marta ſibi reſtitui dicta ſcuta 2000. & non obſtante, quòd Aegidius allegaret numerationem dictæ quãtitatis fuiſse in apoca ſimulatè appoſitam, obtinuit Marta mandatum exequutiuum in vim
1 obligationis. † quæ habet executionem paratam, & ſic ſummam ſcutorum 2000. conſecuta eſt, cum autem ab eo iudicio Aegidius appellaſſet, obtinuit diſputari dubium, an conſtet de ſimulatione numerationis, & DD. affirmatiuè reſponderunt, quia præter plures coniecturas, quæ in caſu iſto
2 concurrunt, adeſt † etiam cauſa, prout ad ſimulationem probandam requiritur *Bart. in l. poſt contractum num. 3. ff de donat. & conſ. 65. incipit, Petrus. Nicolè in princip. & num. 3 lib. 1. Farinac. in crim. quaeſt. 162. num. 97. Rota deciſ. 69. par. 2. diuerſ. & deciſ. 413. num. 1. par. 1. recent. & fuit dictum in Romana donationis 24. Februarij 1620 coram bo. me. Card. Sacrato, & aliàs paſſim.*

Et quidem cauſa viſa eſt ſatis apertè probari ex Teſtibus, deponentibus, quòd cum Aegidius retrahere vellet Martam à ſecundis nuptijs, ne filij primi viri remanerent prorſus inopes, promiſit ei dare Dionyſium in virum, ſed tamen infra biennium, ſperans intra dictum tempus Martam ſecũdi matrimonij deſiderium intuitu filiorum dimiſſuram, ſed quia ipſa dubitabat matrimonium cum Dionyſio effectum non habiturum, cogitauit de appoſitione pœnæ, ſed admonita à Iuriſperitis pœnam appoſitam in contractibus matrimonialibus
3 eſſe prorſus irritam, † nec violans fidem teneri in vtroque foro, eam ſoluere, ad *text. in c. Gemma de ſponſal. l. Titia ff. de verb. oblig. l. final. C. de ſponſal. Sanch. de mat. lib. 1. diſp. 30. num. 2. & 3. Gutier. de ſponſal. c. 17. nu. 18. in fin. & nu. 19. & ſeqq. Greg. Lopez l. 39. verb. quares tit. 11. partit. 5.* ideò Marta, ne pœna effugeretur caſu, quo matrimonium non ſortiretur effectum, reportauit ab Aegidio confeſſionem de recepto in dictis ſcu-
4 tis duobus millibus, quæ † quidem ſufficiens fuit cauſa ſimulandi, cum in hac materia non requiratur, quod vera probetur, ſed quòd à partibus fuerit opinata, & poſſit tollere dubitationem, *l. is, qui putat. ff. de acq. hered. Aym. conſ. 88. num. 15. Rota in Romana reſidui pretij appaltus 25. Iunij 1584. coram bo. me. Ori len. & in Ciuitatis Caſtelli bonorum 8. Februarij 1602. coram bo. me. Card. Lã-*
5 *cellotto,* & ſufficit † de ea veriſimiliter apparere, *Seraph. deciſ. 660 num. 3. & fuit dictum in Romana locorum montium 27. Ianuarij 1626. coram R.P.D. Pirouano* etiam ſi aliter non iuſtificetur *Honded. conſ 46. num. 28. lib. 1. Rot. dec. 140. nu. 4. poſt 2. volum. conſ. Farin. idem Farin. de falſ. & ſimul q. 162. num. 138.*

Quo

Quo verò ad conjecturas, pro illis viſa ſunt cõ-
currere quamplura, & quidem vrgentia, &c.
Primò tenor ipſius apocæ, in qua ſi matrimo-
nium non haberet effectum culpa Martę, Aegidius
non tenebatur reſtituere quantitatem receptam,
ergò reſpectu Martæ conuentio erat omninò pœ-
nalis; & tamen non eſt credendum, quod reſpectu
Martæ adſit pœna, non autem reſpectu Aegidij, vel
Dionyſij ſi eſſet verum, quòd Aegidius in caſu nõ
adimplementi ſolùm teneretur reſtituere, quod ſi-
bi fuerat ſolutum, non autem aliquid de proprio,
ex qua inæqualitate contractus reſultat clara prę-
ſumptio ſimulationis.
Secundò concurrit, quòd Marta dedit in dotem
primo Viro omnia, quæ habebat, & hæc etiam om-
nia ſemper cum effectu retinuit. & hodie retinet,
6 ex qua retentione arguitur ſimulatio, vt de † eo,
qui donauit, vel vendidit, & remanſit in poſſeſſio-
ne rei donatæ, vel venditæ *Bart. in l. ſicut §. ſuper-
natum nu. 15. ff. quib. mod. pign. vel hipot. Bald.
conſ. 70. num. 3. & ſeqq. lib. 1. Dec. conſ. 587. nu. 8.
verſ. 2. efficax, & conſ. 659. nu. 8. verſ 3. præſum-
ptio, Pariſ. conſ. 82. nu. 49. lib. 3. Corne. conſ. 203.
col. 2. verſ. voluit, lib. 3. Caputaq. deciſ 143. num. 6.
par. 1*
Tertiò adeſt præcedens tractatus Martæ cum
Iuriſperitis faciendi contractum cum expreſſione
numerationis ſecuræ ad effectum, vt quantitas ex-
preſſa reſtitui deberet caſu, quo matrimonium
7 culpa Aegidij, ſeu Dionyſij non ſequeretur, † vnde
ſtante hoc tractatu, apoca poſtea facta præſumitur
ſimulata *Bald. in l. multum intereſt. nu. 2. verſ. &
conclude. C. ſi quis alteri vel ſibi, & fuit dictum in
Romana dotis 10. Ianuarij 1600. coram bo. mem.
Card. Sacrato*, & de extenſione dictæ apocæ à iu-
riſperito deponit *in ſummario Aegidij 4. & 6.* te-
8 ſtis, qui quamuis ſint de † auditu, negari non po-
teſt quin deſeruiant pro adminiculo. Accedente
præſertim depoſitione Rectoris Societatis IESV
in Ciuitate Auenionẽ, aſſerentis ſe ante confectio-
nem dictæ apocæ intellexiſſe ab Aegidio intentio-
nem, quam habebat, ac illi conſilium dediſſe, ne
apocam vllo pacto ſubſcriberet, imo cum ipſe poſt
ſubſcriptionem, Martam hortatus fuiſſet ad reſti-
tuendam Aegidio apocam, ne videretur illam reti-
nere velle intuitu lucri dictarum pecuniarum, dũ
iam certum erat, quòd matrimonium nullo modo
perfici debebat, Martam reſpondiſſe, ſe nunquam
apocam reſtituturam, nec moueri intuitu pecunia-
rum Aegidij, cum illas pauperibus erogare vellet,
9 quæ † depoſitio Viri Religioſi admodum grauis,
viſa eſt plurimum attendenda, vt in depoſitione
confeſſarij in fortioribus terminis dixit *Rota apud
Mantic. deciſ. 325. à num. 1. & ſeqq.*
10 Quartò concurrit, quod in actu ſolutionis, † nul-
li fuerunt adhibiti teſtes, cum tamen ageretur de
ſumma cõſiderabili ſoluta à muliere, & dum Mar-
ta curauit, vt poſteà Aegidius coram teſtibus re-
cognoſceret ſubſcriptionem à ſe factam, vtique ſi
11 numeratio vera † fuiſſet, multò magis curaſſet,
quòd teſtes actui tam ſubſtantiali intereſſent.
Quintò concurrit nimis illa properata ſolutio
ſcutorum 2000. per biennium ſcilicet ante matri-
monium, cum tamen tota dos Martæ non aſcende-
ret ad ſcuta 2000. vt probant teſtes *ſumm. num. 4.*
Denique concurrit publica vox, & fama per to-
tam Ciuitatem Auenionẽ., quod numeratio di-
ctorum ſcutorum 2000, erat ſimulata, & appoſita
12 in contractu † ex cauſa, de qua ſupra, quæ vox ar-
guit etiam ſimulationem, *Innocent. in cap. cum
in diœceſi. de vſur. Bart. conſ. 126. lib. 1. Maſcard.
de probat. concluſ. 446. num. 14.*
Et ſaltem ex his omnibus ſimul vnitis, viſum
13 eſt non poſſe dubitari de ſimulatione, † quæ ad-
mittit teſtes ſingulares *Caſtren. conſ. 169. num. 4.
lib. 2. Roland. conſ. 50. lib. 4. Petra de fidei. quæſt.
12. nu. 752. Farinacc. de ſimul. & falſ. quæſt. 162.
14 num. 125.* ac etiam alias † circumſtantias facti
reddentes rem veriſimilem arbitrio Iudicis *Hon-
ded. conſ. 46. num. 3. lib. 1. Caſtill. deciſ. 89. num.
17. & ſeqq.*
Non obſtat, quòd non probetur cauſa ſimulan-
15 di, ex quo apoca non fuit facta inter † perſonas à
iure reprobatas, videlicet inter patrem, & filium,
maritum, & vxorem, Prælatum Eccleſiæ; & eius
propinquos, aut ratione venditionis loco pigno-
ris, vel ſimilium prout recenſet *Abb. conſ. 97. n. 25.*
Quia licèt verum ſit, quod cauſa ſimulationis
16 facilius præſumatur, quando contractus † reperi-
tur celebratus inter perſonas à iure reprobatas,
non tamen ex hoc ſequitur, quod in contractibus
celebratis inter alias perſonas à iure non repro-
17 probatis, † non poſſit præſumi cauſa ſimulandi,
prout ex ſupradictis aſſignatur in præſenti caſu.
Nec releuat, quod iſta apoca, de qua agitur
fuerit munita clauſulis adeo prægnantibus, vt ex
illis excludatur quælibet ſimulatio, ſtante præſer-
18 tim iuramento. Quia probata † ſimulatione, om-
nes clauſulæ in apoca poſitæ ſunt inefficaces, ac
etiam ipſæ ſimulatæ *Soccin. ſen. conſ. 66. num. 14.
verſ. in quibus iuribus, lib. 1. Pariſ. conſ. 55. n. 23.
19 lib. 1.* nec iuramentum obligat, † quia ſtante ſimu-
latione abeſt conſenſus, & præſtitus, eſt nullius
momenti *Roman. conſ. 44. num. 4. verſi. 2. ratio
Socc. ſen. conſ. 6. num. 22. lib. 1. Gratian. diſcept.
forenſ. 255. num. 28. & fuit reſolutum in Roma-
na fructuum dotis de Vellis 23. Februarij 1598.
20 coram bo. me. Orano.* Nam contractus † ſimula-
tus dicitur pictus *l. ab Anaſtaſio C. mand. ubi
Bald. in 4. notab.* & caret omni ſpiritu *Pariſ. conſ.
54. num 26. & ſeqq. lib. 1. Socc. conſ. 65. nu. 14.
lib. 1. & conſ. 264. num. 4. lib. 2. Iaſ. conſ. 170. n. 3.
lib. 2.* ob quam rationem, ſiue iuramentum fuerit
aſſertorium, ſiue promiſſorium, nõ attenditur, quia
cum vtrumque accedat ad contractum, cuius nul-
21 la eſt ſubſtantia, iuramenta † prædicta ſequentia
eandem naturam, cõſenſu carent, & non ſunt obli-
gatoria, *Ruin. conſ. 130. num. 4. lib. 1. & conſ. 167.
nu. 23. lib. 2. Gabr. de donat. concl. 3. num. 8. et 9.
Mantic. de tacit. lib. 21. tit. 8. num. 54. et ſeqq. vbi
de veriori.*
Verùm cum inter Doctores dubitetur, an de-
beatur pœna quando promittens iniuſtè à promiſ-
ſione recedit, ideo mandauerunt DD. particulari-
ter videri, an pęna in promiſſione ſcripta debeatur.
Et ita parte vtraque informante, fuit reſolutum
&c.

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO.

Florentina Decimarum.

Die Lunæ 29. Ianuarÿ 1635.

ARGVMENTVM.

Eccleſię Rector petere poteſt, vt Eccleſia, in ſua antiqua poſſeſſione manuteneatur. Sentẽtię, decreta, probationes, & omnia alia acta iudiciaria facta contra Rectorem Eccleſię, probãt etiam contra ſucceſſores. Et aliqua circa continuationem poſſeſſionis. In confeſſione propria quid de iure canonico potiſſimùm attendatur.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum retinendæ, nominatim competit turbato in poſſeſſione, & iure percipiendi decimas.*
2 *Rector Eccleſiæ benè poteſt petere, vt eadem Eccleſia in antiqua ſua poſſeſſione conſeruetur.*
3 *Sententia lata contra Rectorem Eccleſiæ afficere etiam ſolet contra ſucceſſorem.*
4 *Probationes, & alia acta iudiciaria facta contra anteceſſorem, probant pariter contra ſucceſſorem. & num. 7.*
5 *in Manutentionis iudicio ſolent adhiberi leuiores probationes.*
6 *à Decreto, ſi non appelletur tranſit in rem iudicatam.*
8 *Decretum latum contra Rectorem Eccleſiæ afficit etiam ſucceſſores, cum eorum ius non ſit diſtinctum, à iure d. Rectoris, cuius ſunt ſucceſſores.*
9 *Poſſeſſio, ſemel probata, præſumitur continuata vſque ad tempus motæ litis, niſi probetur interrupta.*
10 *in Poſſeſſionis continuationis materia non valet illatio à præterito tempore ad præſens, vltra terminum 10. annorum.*
11 *Poſſeſſionis ciuilis continuatio non datur poſt 10. annos, ſed requiritur poſſeſſio actualis.*
12 *pro Iudicato habetur, qui aliquid fatetur.*
13 *Confeſſiones coniungi poſſunt ad conſtituendam plenam probationem.*
14 *in Confeſſione propria, de Iure Canonico, non inſpicitur, niſi mens proferentis, & non attenditur vtrum confeſſio ſit iudicialis, aut extra iudicium prolata*
15 *Et banc opinionem ſemper ſecuta eſt Rota.*
16 *Eccleſiæ matrici, vſque ab initio cenſentur reſeruatæ decimæ prædiales.*

DECISIO XII.

CVM IN dubio, quod hodie propoſui Carolus Peronius Rector Eccleſiæ Sancti Petri in Boſſolo peteret mandatum de manutenendo in iure exigendi certam portionem decimarum, quæ quarteſium nuncupatur, & dicebatur ſolita fuiſſe ſolui à Rectoribus aliarum Eccleſiarum eidẽ Eccleſiæ Sancti Petri tanquam matrici. Viſum fuit DD. probari eam poſſeſſionem Eccleſiæ, propterea reſponderunt ad fauorem Rectoris eiuſdem Eccleſiæ, quod concedendum erat illi mandatum, quod petebat pro confirmatione, & defenſione
1 ſuæ poſſeſſionis, vt erat natura huius † interdicti
retinendæ poſſeſſionis, quod idem intentauerat, &
quod nominatim competere turbato in hac poſſeſſione, & iure percipiẽdi Decimas tradit *Rebuff. de decim. quæſt. 9. num. 3. Monet. eod. tract. cap. 8. quæſt. 2. num. 30. & notant DD. in c. dudum. de decim. Hoſtienſ. nu. 4. & 7. in fin. Anchar. nu. 10. Abb. num. 13. poſt gloſ. in verb. decimas, & in verb. prohibemus.*

Et ex pluribus viſa fuit probari ea poſſeſſio, cum Rector non ſe reſtrinxerit ad vnum ſolum genus probationis, & probationes ab eo datæ adhuc effectum omnes concluderent hanc poſſeſſionem
2 Eccleſiæ, cuius nomine benè † poterat ipſe Re-
ctor petere, vt eadem Eccleſia in antiqua poſſeſſione conſeruaretur, vt voluit *Innoc. in d. cap. dudum de decim. Abb. in c. olim 12. num. 1. de reſt. ſpol. & in cap. cum ſuper num. 21. de cauſ. poſſ. & propr.* & fuit reſolutum *in Colimbricñ Præſtimoniorum 18. Decembris 1631. coram R. P. D. meo Dunozetto, & 17. Iunij 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Et primò viſa fuit eadem poſſeſſio probari ex depoſitione ſeptem Teſtium qui vſq; ab anno 1503. ad inſtantiam Rectoris, qui tunc viuebat examinati citatis Parochis aliarum Eccleſiarum deponebãt de hoc ſolito ſoluendi Eccleſiæ nomine d. decimæ ex omnibus prædijs, in quibus eſſent duo Bobum capita ad eorum prædiorum culturam, certã portionem Decimarum nempè medietatem vnius ſtadij frumenti, manuas decem lini pro quolibet prædio, quam portionem aſſerebant ijdem Teſtes ſolitam fuiſſe Eccleſiam recipere de manu Rectorum Eccleſiarum filialium, eæ autem probationes licet factæ contra Rectores, qui tunc aderant, viſæ ſunt afficere etiam Rectores, qui nunc ſunt propter præiudicium, quod ex iiſdem probationibus principaliter illatum fuit Eccleſiæ, cuius præiudi-
3 cij cauſa, & iuris Eccleſiæ ſententia † lata contra
Rectorem afficere ſolet etiam ſucceſſorem. & ad ipſius ſententiæ exemplum hoc idem receptum eſt in probationibus, & alijs actis iudicij, vt de primo eſt *text. in c. cum inter. de ſent. & re iud. notant. Abb. in conſ. 62. num. 2. in fin. lib. 1 Oldrad. conſ. 94. num. 17. & 18. Aym. in conſ. 10. num. 8.* & fuit dictum *in Mirandeñ Vnionis 27. Iunij 1629. co-*
4 *ram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, & ſuper † pro-
bationibus, & alijs actis iudiciarijs regulam firmat *Innoc. in c. cauſam 11. de teſtibus, Abb. in c. quãtis. nu. 40. de ſent. & re iud. Bart. in l. ſæpè n. 12. ff. eod. tit. & in l. ſi mater, §. vlt. ff. de except. rei iud. Alex. conſ. 61. num. 9. & 135. num. 7. lib. 2.*

Probabatur ſecũdò ea poſſeſſio ex antiquo libro, & Codice Eccleſiæ, in quo adnotatæ erant ſolutiones harum Decimarum, qui liber non ſolum poterat hanc fidem facere, eo quod ageretur in
5 indicio † manutentionis, in quo ſolent adhiberi le-
uiores probationes *ex not. per Bart. in l. admonendi num. 54. ff. de iur. iur. & in l. 1. num. 10. C. quorum bonorum, & in terminis libri Eccleſiæ, Dec. in c. cum cauſam. num. 16 de prob. Aym. conſ. 158.*

num. 11. *Menoch. conſil.* 402. *num.* 44. *Burſatt. conſ.* 350. *num.* 106. *Aym. de antiq. temp. part.* 1. *§. quid in libro officialis. num.* 9. ſed etiam quia fides eiuſdem libri approbata fuerat ex decreto Vicarij, qui citatis Rectoribus Eccleſiarum ſubiectarum declarauit dandam eſſe plenam fidem eidem
6 libro. Cum enim ab eodem decreto † non fuiſſet appellatum ex parte Rectorum firmata fuit res iudicata reſpectu probationis, & fidei eiuſdem libri, quæ non ſolùm nocet Rectoribus contra quos da-
7 tum fuit idem decretum, † ſed etiam eorum ſucceſſoribus ex eadem ratinne, quia ſcilicet eorum ius
8 non ſit diuerſum † à iure Rectorum, quorum ſunt ſucceſſores cum ſemper agatur de præiudicando Eccleſiæ, vt benè declarat, *Aym. in adduct. conſ.* 10. *num.* 8. Et quamuis tàm hic liber, quàm teſtes adducti non viderentur concludere, vt Eccleſia fuerit in hac poſſeſſione de tempore litis, cum teſtes examinati fuiſſent iam inde ab anno 1503. quod tempus, etiam reſpiciebat liber cum ad firmandã illius fidem eam ſuam poſſeſſionem probauerit Rector, qui tunc temporis præerat Curæ huius Eccleſiæ, quia tamen apparebat eadem poſſeſſio nunquã
9 interrupta † præſumi debebat continuata vſque ad tempus, quo dicitur fuiſſe mota hæc lis, iuxta præſumptionem, *gloſ. in l. ſiue poſſidetis*, & quæ notãt ibi ſcribentes, *C. de probat. Menoch. de præſumpt. lib.* 6. *præſumpt.* 64. *num.* 1. *Alciat reg.* 2. *præſumptionum præſumpt.* 21. *num.* 1. neque poterat ad hoc replicari, quod præſumptio eius legis non poſſet habere locum hoc caſu, quo ea poſſeſſio Eccleſiæ erat ſupra centum annos, quia licèt verum ſit, quod in hac materia continuationis poſſeſſio-
10 nis non † valeat illatio à præterito tempore ad præſens vltra terminum decem annorum, cum poſt
11 id tempus non † detur continuatio ciuilis poſſeſſionis, ſed requiratur poſſeſſio actualis vt aduertit Additio *ad gloſ. in d. l. ſiue poſſidetis, C. de probat. ſequendo Salyc. ſuper ead. l num.* 7. *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina. nu.* 38. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* & reſpondendo contrarijs argumentis *Alciati, & Didaci & Couarr. tenet Menoch de præſumpt præſumpt.* 66. *num.* 7. *lib.* 6. Tamen neque deerant ſigna, & probationes huius poſſeſſionis etiam reſpectu temporis præſentis, cum data fuerit confeſſio vnius Rectoris, qui agnoſcendo ius Eccleſiæ Matricis renunciauit liti contra eam motæ, & reuocauit mandatum, quod ipſe dederat ad eandem litem, quæ confeſſio licet non poſſet habere eandem vim ſicut confeſſio iudicialis, dum non fuit facta coram Iudice, ſed ſolum in actis Notarij cauſæ, quod non ſatis erat ad hunc effectum, quod Re-
12 ctor, † qui eam confeſſionem fecit haberi deberet pro iudicato prout conſtitutum eſt *in l.* 1. *C. de confeſſ.* & declarat *Bald. poſt gloſ. in l. interrogatam & l. iubemus, C. de liberal. cauſ. Bald. in l. cum ſcimus ſub nu.* 6. *C. de Agric. & cenſit lib.* 11. *Marant. de ord. iud. par.* 9 *tit. de confeſſ. num.* 30. quia tamen aderant confeſſiones extraiudiciales aliorum Rectorum, qui peculiari apoca declararunt ſe nomine Eccleſiæ S. Petri, & loco portionis decimæ eidem Eccleſiæ debitæ exegiſſe dimidiam partem vnius ſtadij frumenti ab omnibus Parochianis, qui in prædijs intra fines ſuæ Parochiæ retinebant vnum par bobum, & quartam partem eiuſdem ſtadij ab ijs, qui vnum tantum bouem ha-
13 bebant, poterant eædem † confeſſiones coniungi ad conſtituen͂ plenam probationem iuxta *reg. tex. in l. cum ſcimus, C. de agric. & cenſit lib.* 11. ex qua hoc idem notat *Bart. ibi in princ. Iaſ. in l. Iuriſgentium, §. ſed cum nulla ſub nu.* 16. *ff. de pact. Felin. in cap. ſi cautio, num.* 39. *de fid. inſtrum.*
14 Præſertim de æquitate Canonica, quia cum ex † ea non inſpiciatur niſi mens proferentis non attenditur vtrùm confeſſio ſit iudicialis, aut extra iudiciũ prolata, vt notant Canoniſtæ communiter *in d. c. ſi cautio de fid. inſtrum. & ibi Felin. num.* 27. *Butr. num* 7. *Card. in fin. in vltima oppoſitione. Gabr. de*
15 *confeſſ. concluſ.* 1. *num.* 46. & fuit opinio † ſemper recepta in hoc Tribunali, vt teſtatur *Put. deciſ.* 12. *num.* 2. *lib.* 2. *& deciſ.* 57. *num* 11. *eod. libro, & fuit dictum in Romana redditionis rationis tutelæ* 34. *Maij* 1633. *&* 16. *Iunij* 1634. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Et cum his omnibus concurrere videbatur aſſiſtentia iuris, quam habebat Eccleſia Sancti Petri ratione ſui tituli, & tanquam matrix, quia cum ageretur de Decimis prædialibus, cenſebantur
16 reſeruatæ eidem Eccleſiæ † vſque ab initio ſuæ fundationis in ſignum dicti tituli ad notata per *gloſ. in cap. ſtatuimus, in verbo Baptiſmale* 16. *quæſt.* 1. *& in cap. cum contingat de decim. Rebuff. de decim. quæſt.* 6. *num.* 12. & fuit reſolutum *in Mediolaneñ Decimarum de Variſio* 12. *Ianuarij* 1618. *coram R.P.D. meo Pirouano, & in Nouarieñ Decimarum* 1. *Decembris anni proximè præteriti coram me.*

Et ita vna tantùm &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Meſcuitana Status.

Die Lunæ 29. *Ianuarii* 1635.

ARGVMENTVM.

Fratres Cappellani, & Seruientes armorum de Militibus Religionis Hieroſolymitanæ, an ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi ſuffragia in Linguis, & Capitulis Prouincialibus, in probationibus nobilitatis, & receptione Militum.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt ei, qui probat ſuam poſſeſſionem de tempore motæ litis.*
2 *ad Manutentionem obtinendam ſufficiunt leuiores probationes.*
3 *Priuatio præſupponit habitum.*
4 *Statut. Relig. Hieroſolymit. cap:* 27. *& ordinat.* 17. *tit. de conſil. quid diſponant.*
5 *Dictio, omnis, eſt vniuerſalis.*
6 *Fratrum alicuius Religionis appellatione, comprehenduntur omnes qui Profeſſionem in d. Religione emiſerunt.*
7 *Actus, qui dederunt cauſam liti, non attenduntur.*
8 *Manutentio lite pendente poſſeſſori non eſt deneganda.*

DECI-

DECISIO XIII.

FVIT pro fratribus Cappellanis, & Seruien-
tibus armorum de limitibus Religionis Hie-
roſolymitanæ informantibus reſolutum, dandam
illis eſſe manutentionem in poſſeſſione, ſeu quaſi
præſtandi ſuffragia in linguis, & Capitulis Prouin-
cialibus in probationibus nobilitatis, & receptio-
1 ne Militum. De ipſa enim quaſi † poſſeſſione de
tempore litis motæ ad hunc effectum requiſita,
*iuxta text. in §. hodie inſtitut. de interd & in l. 1.
§. fin. vbi Bart. ff. uti poſſid. cum vulg.* fuit viſum
ſufficienter conſtare ex teſtibus datis in ſummario
num. 3. de viſu, & auditu, ac etiam de publica vo-
2 ce, & fama deponentibus; † cum tamen ad manu-
tentionem obtinendam ſufficiant etiam leuiores
probationes, *Rot. deciſ. 81. num. 1. par. 1. diuerſ.
& in recent. decis. 225. num. 1. & decis. 459. nu. 3.
par. prima.*

Quibus etiam accedunt atteſtationes plurium
Sacerdotum ante motam litem factæ ſimiliter de
publica voce, & fama, ac publico, & notorio. &
confeſſio impliciter, & virtualiter contenta in ipſa-
met vltima ordinatione, ſuper cuius validitate
pendet hodie cauſa appellationis: Cum enim in ea
prohibeatur fratribus Cappellanis, & Seruienti-
bus armorum in Nobilitatis probationibus, Mili-
tumquè receptionibus ſuffragia in futurum præſta-
3 re, † & apertè deprahendi videtur, quod in præte-
ritum præſtare conſueuerant ad *l. Titio vſusfru-
ctus, ff. de condit. & demonſtr. cum allegatis in
decis. 242. num. 1. par. 2. recent.*

4 Idque eſt etiam Statutorum ipſius † Religionis
diſpoſitioni conforme in *cap. 27. & ordinat. 17. tit.
de conſil.* vbi canetur, quod omnes fratres debeant
in gratijs conuenire; & ſic etiam fratres Cappel-
lani, & Seruientes cenſentur comprahenſi propter
5 dictionem illam † vniuerſalem (omnes) vt fuit di-
ctum coram me *in Melenitana Grauaminum 15.
Decembris præteriti*, ac etiam Statuto deſumpto
ex Bibliotheca Vaticana à ſuo originali Gallico
idiomate conſcripto diſponente, quod conſenſus
fratrum accedere debeat in Militum receptione;
6 Fratrum autem † appellatione comprahenduntur
omnes, qui profeſſionem in dicta Religione emiſe-
runt, & ſic etiam fratres Cappellani, & Seruien-
tes armorum, vt patet ex Statuto *cap. 1. tit. de
ſignif. verb.*

Neque obſtat ordinario prædicta vltimo loco
7 facta, quia cum illa † dederit cauſam liti, quæ ſu-
per eiuſdem validitate adhuc pendet indeciſa in
gradu appellationis, non eſt interim dictis fratri-
8 bus Cappellanis, & Seruientibus † armorum, de-
ganda manutentio, *Abb. in cap. 1. num. 4. vt lit.
penden. Rot. decis. 41. num. 9. & ſeqq. & dec. 50.
num. 1. & 29. par. 2. diuerſ.*

Et ita deciſum &c.

R. P. D. PIROVANO.

Piſcien. Beneficij.

Die Mercurii 31. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi diſpoſuerit, quòd ad iuſpatrona-
tus præſentetur Presbyter, an vigore huius
nominis ſit neceſſarium, quod præſentatus
ſit Sacerdos, necnè, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Presbyteri appellatio pernecesſè non infert ad
qualitatem Sacerdotalem.*
2 *Clericis conuenire poteſt etiam nomen Presbyteri.*
3 *Presbyteri nomen de proprietate ſermonis deſi-
gnat ſeniorem, non autem Sacerdotem.*
4 *Obſeruantia eſt optima cuiuſlibet diſpoſitionis
interpres.*
5 *in Obſeruantia interpretatiua, præſcriptione
opus non eſt, ſed ſufficit ita fuiſſe obſeruatum
per duos, vel tres actus.*
6 *Beneficium vtrùm requirat ordinem pro eius
cognitione ſemper recurritur ad conſuetudinem.*
7 *Verbum, Presbyter, ſi reperiatur prolatum in
lingua Latina ſemper accipitur pro Sacerdote.*
8 *Rot. decis. 216 num. 2. part. 2. recent. in quo ca-
ſu loquatur.*
9 *Barbat. in conſil. 33. num. 9. lib. 2. declaratur.*
10 *Monet. de commutat. vltim. volunt. cap. 10. n. 55.
in quibus terminis loquatur.*
11 *Garz. de benef. part. 7. cap. 1. nu. 58. declaratur.*
12 *Decis. Gerunden Beneficij, & Alexandrina De-
canatus, quo caſu loquantur.*
13 *Verbum, Presbyter, poteſt conuenire, tàm illis,
qui ſunt Sacerdotes, quàm illis, qui ſunt Clerici*

DECISIO XIV.

IN DECISIONE 7. Nouembris 1629. reſer-
uatum fuit, vt particulariter videretur, an in
Tiberio requiratur qualitas Sacerdotij, & hodie
poſita hac parte reſeruata, dictum fuit non requiri
hanc qualitatem.

Quia in teſtamento Georgij nullum verbum de
hac qualitate requiſita in eo, qui ſit præſentandus,
ſed tantummodo, quod duæ partes ex tribus ipſo-
rum patronorum in concordia poſſint præſentare
Epiſcopo Presbyterum dicti Altaris; cuius nomi-
1 nis Presbyteri † appellatione pernecesſè non in-
fertur ad qualitatem Sacerdotalem, cum poſſit, &
2 Clericis † conuenire, *cap. veſtra de cohabit. Cler.
& mulier, cap. cleros, §. presbyter 21. diſtinct.* vbi
3 de proprietate † ſermonis deſignatur ſenior, non
autem Sacerdos *Carol. de Graſſ. de effect. cler. in
pralud. nu. 293. & 390. Mantic. decis. 129. nu. 2.
Bungat. de irregul. par. 5. tit. de presbyt. non ba-
ptiz. Molignat. de appell. in verbo presbyteri,* & ad
euitandam neceſſitatem illationis concurrit etiam
communis vſus loquendi ſcilicet nominandi ſim-
plices Clericos, Presbyteros, ac obſeruantia præ-
ſentandi Clericos etiam minorum ordinum, prout
factum fuit in præſentationibus de huiuſmodi be-

Digitized by Google

neficio de anno 1478. & 1564. & dantur teſtes
4 de hac obſeruantia deponentes, quæ † cum ſit optima cuiuſlibet diſpoſitionis interpres *cap. cum dilectus. de conſuet. Crauet. conſ. 101. nu. 4.* nec egeat
5 præſcriptione, ſed † ſufficiat aliquãdo ita fuiſſe obſeruatum per duos, vel tres actus, *Dec. in cap. at ſi clerici nu. 25. & 37. de iud. Becc. conſ. 101. nu. 50. Menoch. conſ. 21. num. 15. lib. 1.* benè poteſt de-
6 terminare controuerſiam hanc vtrùm † beneficium requirat ordinem, ex quo pro cognitione ſemper recurritur ad conſuetudinem *cap. 1. cum gloſ. in verb. Epiſcopus 60. diſtinct. Abb. in cap. cum in cunctis, §. inferiora num. 12. de elect. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 10. num. 135. Mantic. d. deciſ. 129. nu. 3. & idem admittitur in dec. 216. num. 2. par. 2. recent.*

7 Non obſtat, quod vbi verbum † presbyter reperitur prolatum in lingua Latina, prout legitur in teſtamento Georgij ſemper accipiatur pro Sacerdote, *Rota deciſ. 216. num. 2. par. 2. recen. quæ eſt Recanaten. beneficij coram bon. mem. Horatio Lancellotto, Barbat. conſ. 33. num. 9. lib. 2. Dec. conſ. 22. nu 5. Monet. de commut. vlt. volunt. cap. 10. num. 55. Garz. de Benef. par. 7. cap. 1. nu. 58. Rotam Gerunden. beneficij 27. Maij 1596. coram bo. me. Iuſto, & in Alexandrina Decanatus 12. Iunij 1598. coram Orano.*

Quia ſupra allegati non determinant caſum controuerſum, concurrente obſeruantia in præſenta-
8 tione Clerici minorum ordinum; nam deciſio † 216. loquitur de Presbytero, & Altariſta qui debebat eſſe Sacerdos, & obſeruatum fuerat præſentari
9 Sacerdos; Barbat. † loquitur de præſentatione, vt Cappella conferatur Presbytero, qui per ſe ipſum
10 celebrare teneatur; Moneta † excipit à communi concluſione niſi contraria obſeruantia præualeat;
11 Garzias † non tangit latam ſignificationem verbi Presbyteri, ſed quærit, ſuppoſito quod ſit idem Presbyter prout Sacerdos in tempore præſentationis debeat eſſe actu Sacerdos, & deciſiones Ale-
12 xandrina, & † Gerunden. ponunt actus diuerſos non concurrente obſeruantia.

Neque hodie eſt dubitandum, an Ordinarius potuerit mutare qualitates fundationis, ſiue ante, ſiue poſt Tridentinum, cum non agatur de qualitate clara, & indubitata, ſed de verbo Presbyte-
13 rum † præſentare aptum recipere vtramque interpretationem, quæ per obſeruantiam ſolet determinari. Et ita &c.

☞ * *Vide infra hanc deciſionem prout in Indice poſito in fine Deciſionum vna cum altera deciſione in eadem cauſa ſub die 27. Aprilis 1633. & ſupra pariter in hac eadem cauſa habes alteram deciſionem ſub die 29. Ianuarij 1635. quæ eſt in ordine 2.*

R. P. D. MERLINO.

Romana Fideicommiſſi de Formicinis.

Die Mercurii 7. Februarii 1635.

ARGVMENTVM.

Ex prohibitione alienationis quãdo nõ, videatur inductũ fideicõmiſſum ſimplex, & abſolutum in caſu mortis. Teſtator, quid præſumatur vocaſſe ad fideicommiſſum familiam effectiuam, & quando contentiuam. Ad fideicommiſſum ſi quis aſſerat ſe eſſe vocatum, quid probare debeat.

SVMMARIVM.

1. *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum nullum reſultare videtur in caſu mortis, ex prohibitione alienationis.*
2. *Alienationis prohibitio facta abſque cauſa, eſt nulla, tanquam nudum præceptum.*
3. *Alienationis prohibitio nullum videtur inducere ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, niſi in caſu contrauentionis.*
4. *Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum ad fauorem ſubſtituturum, ex prohibitione alienationis, pro conſeruatione bonorum in familia, cenſetur inductum.*
5. *Alienationis prohibitio non ampliat, aut extendit fideicommiſſum; ſed intelligi debet iuxtà terminos fideicommiſſi præcedentis, cui annectitur.*
6. *in Alienationis prohibitione, dum exprimitur familia, debet intelligi de familia effectiua.*
7. *Familia effectiua, & deſcendentes alicuius quãdo fuerunt vocati, tunc appellatione familiæ, poſita in adiacenti prohibitione alienationis, venit familia effectiua tantum, & deſcendentes, de quibus in vocatione.*
8. *Verba, dictis &c. ſunt reſtrictiua, & relatiua perſonis, de quibus in præcedenti diſpoſitione.*
9. *Verba conſequutiua, ad ſupra expreſſa reſtringuntur.*
10. *Dictionis aduerſatiuæ (ſed) ea eſt natura, vt retentis iiſdem terminis, & qualitatibus, prohibitio dicatur facta perſonis eiuſdem generis cum præcedentibus.*
11. *Alienationis prohibitio dicitur perſonalis, ſi ſit adiecta ſolum hæredibus vocatis, pro maiori robore vocationis.*
12. *Alienationis prohibitio, quando eſt generalis, tunc illa inducit fideicommiſſum, ſeu extendit illud etiam vltra vocatos in præcedenti ſubſtitutione.*
13. *Quod intellige, vbi prohibitio alienationis ſtat de per ſe independenter per viam principalis diſpoſitionis in ſeparata oratione.*
14. *Sed ſecus ſi acceſſoriè, & conſequutiuè ſubnectatur, ac deſeruiat præcedenti vocationi, tunc tam prohibitio, quàm ratio prohibitionis non egreditur perſonas nominatas.*
15. *Dictio, perpetuò, adiecta in prohibitione alienationis extra familiam ex ea deſumitur coniectura, quod vocata fuerit familia contentiua, non autem effectiua.*
16. *Pariſ. conſ. 22. num. 2. lib. 3. & Riminal. iun. 482. num. 41. in quibus terminis loquantur.*
17. *Fideicommiſſi multiplicatio, quando non inducatur ex alienationis prohibitione.*
18. *Verbum, perpetuò, ſecundum ſubiectam materiam debet interpretari.*
19. *Fideicommittens, quando nullos habuit deſcendentes, & ad fideicommiſſum vocauit alium, qui nullos legitimè poteſt habere deſcendentes, inde in-*

infertur, quod vocatio intelligi de familia contentina.

20 *Familiæ appellatio debet capi pro contentina, quando agnati ſunt principaliter, & indefinitè vocati.*

21 *Agnationis conſeruandæ ratio conſiderari etiam poteſt, ex perſona hæredis inſtituti.*

22 *Deſcendentes ſuos, vel alicuius tertij ſi quis vocauerit, ſemper vocatio eſt reſtricta ad tales deſcendentes, & ſic ad familiam effectiuam.*

23 *in Vocatione actiua, dum verſamur, veniunt propriè filij, & cæteri deſcendentes, ſiue vocentur hæredes, ſiue vocentur hæredes, & ſucceſſores.*

24 *Familia contentiua ad fideicommiſſum cenſetur vocata, ſi addatur nomen proprium familiæ.*

25 *Familiæ propriæ nomen, ſi exprimatur, ex ſe non poteſt operari extenſionem ad familiam contentiuam. & num. 26. & 27.*

28 *Cauſa, & ratio in ſpecie reſtringit dictum in genere.*

29 *In Fideicommiſſo, ſi quis dicat ſe eſſe cõprehenſū, omnia requiſita neceſſaria ad hoc probare debet.*

30 *Agens tanquàm talis, probare debet ſe talem, quàmuis de hoc pars non opponat.*

31 *Inſignium ſtemmatis gentilitij diſcrepantia, etiā in coloribus ſolet inferre familiæ diuerſitatem.*

32 *Agnatio, & deſcendentia ab vno ſtipite, quamuis remotiſſimo ſufficit ad probandam identitatem familiæ, & ad hoc nequaquàm ſufficit identitas cognominis.*

33 *Teſtes, ſi de auditu deponant non probant.*

DECISIO XV.

FRANCISCA Formicina, diſpoſuit in contractu donationis de Domo hodie controuerſa, his verbis; *Quod Domus ſit, et eſſe debeat, prout iure legati eam reliquit Reuerendiſſ. Epiſcopo Strongolen. ac filijs, et hæredibus q. D. Io. Baptiſtæ de Formicinis ipſius Donatricis fratris, Quam Domum voluit, et vult nullo vnquam tempore poſſe à dictis Epiſcopo, et filijs q. Io. Baptiſta, eorumque hæredibus, et ſucceſſoribus vēdi, alienari, vel quouis modo etiam in aliqua eius parte diſtrahi, vel obligari, ſed perpetuò penès familiam Formicinorum illam eſſe voluit, ac mandauit, etc.* In vim cuius diſpoſitionis ſucceſſerunt in domo filij Ioan. Baptiſtæ, & ſucceſſiuè Nepotes, quorum poſtremus ſuperſtes, nempè Ioannes Franciſcus in hac domo hæredem proprietariam ſcripſit Veuerab. Archiconfraternitatem Sanctiſſ. Annunciatæ, vſufructuariam verò D. Catherinam vxorem, à qua poſt obitum Teſtatoris capta, etiam fuit poſſeſſio iſtius domus, ſed cum prætenderetur per Vincentium ex familia de Formicinis de Monte Rotundo fideicommiſſum in dicta domo ſibi apertum eſſe, poſt latam ſententiam abſolutoriam ab impetitis in fauorem D. Catherinæ per Iudicem Capitolinum, ab ea Vincentius interpoſuit Appellationē, & cum Archiconfraternitas prædicta Sanctiſſ. Annunciatæ admiſſa fuerit ad cauſam, in Signatura Sanctiſſ. cauſa commiſſa fuit R. P. D. Fachenetto Iudici eiuſdem Sanctiſſ. Annunciatæ de Voto Rotę, in qua hodie per me propoſito dubio; An conſtet de fideicommiſſo purificato ad fauorem Vincentij, negatiuè fuit reſolutum.

Quamuis enim, quòad exiſtentiam fideicõmiſſi
Domini non eſſent concordes, aliqui enim putabant
ex diſpoſitione, vt ſupra per Franciſcam cō-
1 cepta, † nullum reſultare ſimplex, & abſolutum
fideicommiſſum in caſu mortis, eò quia prohibitio
alienationis facta per Frāciſcam, licèt habeat cauſam
ſubſequentem, quia voluit domum perpetuò
eſſe penes familiam, tamen quia hæc cauſa addita
videtur ſolùm ad confirmandam prohibitionem,
2 † quæ alioquin ſine ea fuiſſet nulla, tanquam nudū
præceptum, *l. filiusfam. §. Diui i/ 2. ff. de leg. 1. l. pater
filium, §. Iulius Lucius in princ. ff. de leg. 3.*
Hinc eſt, quod eadem prohibitio nullum videtur
3 inducere† ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum,
ſed tantùm in caſu contrauentionis, *ex Socc. ſen.
conſ. 227. nu. 3. verſ. ex quibus omnibus. lib. 2. Curt.
iun. conſ. 43. num 9. verſ. ego tamen, et conſ. 167.
num. 2. et 3. Card. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 6.
tit. 14. num. 24. Peregr. de fideic. art. 14. num. 15.*
qui refert *Rim. inn.* atteſtantem ſic Rotam iudicaſſe,
Odd. conſ. 65. nu. 20. 21. et 22. cum alijs congeſtis
per *Bellon inn. conſ. 1. nu. 89. et 92. Fuſar.
de ſubſtit. q. 688. nu. 9. et 14.* & ſæpius ſequuta
fuit *Rota, vt in dec. 568. nu. 2. ac 7. et 8. par 1. diuerſ.
et dec. 203. num. 3. par. 2. recent. et coram
bo. me. Card. Caual. dec. 481. nu. 4. et nuper in Romana
fidricommiſſi de Donatis 23. Iunij 1634. coram
R. P. D. meo Panzirolo.*

Alij vero ex Dominis exiſtimabāt reuera ex diſpoſitione
Franciſcæ reſultare ſimplex, & abſolutū
fideicommiſſum etiam in caſu mortis, quia poſt vocationem,
& ſubſtitutionem ſaltem vulgarem deſcendentium
filiorum Io. Baptiſtæ facta fuit prohibitio
alienationis, quo caſu cum cenſeatur valida,
etiam ſine alia adiectione cauſæ, tanquàm facta fauore
ſubſtitutorum, & ad maius præcedentis ſubſtitutionis
robur, propterea, vt verba ſequentia,
Sed perpetuò penes Familiam Formicinorum illam
4 *eſſe voluit, etc.* aliquid † operentur, debent inducere
fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum iuxtà
diſtinctionem in omnibus Italiæ Tribunalibus receptam,
de qua *Socein. ſen. d. conſ. 227 nu. 3. lib 2.
Cephal. conſ. 153. num. 54. et 56. Peregr. de fideic.
d. art. 14. num. 16. et conſ. 45. num. 16. lib. 1. Odd.
conſ. 46. num. 8. et 23. Ladereh. conſ. 92. nu. 1. Bellon.
iun. conſ. 1. num. 74. et conſ. 61. nu. 20. et admittit
Rota in d. dec. 568. nu 8. par. 1. diuerſ. & in
dec. 681. n. 1. par. 2. recent.* & in alijs deciſionibus
prællegatis.

Attamen in hoc Domini conuenerunt, quod quatenus citra veri præiudicium extet fideicommiſſum, illud tamen ad fauorem Vincentij non fuerit purificatum.

Quoniam prohibitio alienationis extra familiā,
ex qua deducitur fideicommiſſum, non ſtat independenter,
ac principaliter de per ſe, ſed acceſſoriè,
& conſequntiuè ad præcedentem vocationem
deſcendentium Io. Baptiſtæ & reſpicit eaſdem perſonas,
& eadem bona, quæ reſpicit ſubſtitutio, &
conſequenter cenſetur facta fauore dumtaxat ſubſtitutorum,
vt robur adijciat vocationi præcedenti,
5 quam propterea non ampliat, aut extendit, † ſed

ipſa prohibitio acceſſoria reſtringitur ad terminos,
& declaratur ſecundùm qualitates ipſius ſubſtitu-
tionis cui adnectitur iuxtà celebre *Dec. conſ. 636.*
num. 7. cum quo tranſeunt communiter Docto-
res cumulati poſt alios per *Bellon. iun. conſ.* 12.
num. 43. *et conſ.* 17. *num.* 90. *Fuſar. de ſubſtit. q.*
688. *num.* 36. & millies amplexa fuit *Rota, vt apud*
Card. Seraph. dec. 482. *nu.* 3. *et dec.* 883. *num.* 4. *et*
5. *ac dec.* 1023. *nu.* 10. *et diuerſ. dec.* 698. *num.* 16.
par. 1. *atque in rec. dec.* 54. *nu.* 5. *et dec.* 100 *nu.* 7.
ac dec. 300. *nu.* 20. *et dec.* 316. *num.* 6. *par.* 1. *et de-*
ciſ. 267. *nu.* 5. *ac dec.* 707. *nu.* 7. *par.* 2. *et coram*
Reuerendiſſ. D. meo Decano dec. 294. *nu.* 7. *et apud*
Card. Caual. dec. 481. *num.* 5. *et dec.* 513. *num.* 3.
quæ loquitur etiam in fideicommiſſo reali, *et in*
Romana de Mileſijs 15. *Nouemb.* 1624. *coram*
R.P.D. meo Pirouano, et 29. *Maij* 1616. *coram*
bo. me. Remboldo, Quo poſito ſequitur, quòd dum
6 in hac † prohibitione exprimitur familia intelligi
debeat de familia effectiua, hoc eſt deſcendentium
Io. Baptiſtæ, quos prius vocauerat, qualis non eſt
Vincentius, non autem de familia contentiua de
Formicinis, prout in his terminis, quod ſcilicet,
7 vbi † vocata fuit familia effectiua, & deſcendentes
alicuius, tunc appellatione familiæ poſitæ in adia-
centi prohibitione alienationis, veniat familia effe-
ctiua tantùm, & deſcendentes de quibus loquitur
præcedens vocatio, ſcripſerunt *Ruin. conſ.* 153. *nu.*
11. *lib.* 2. *Socc. ſen. inter conſ. Curt. ſen. conſ.* 40.
num. 14. *et* 15. *Socc. iun. conſ.* 97. *nu.* 62. *lib.* 2. *Ce-*
phal. conſ. 510. *nu.* 16. *Torniol. conſ.* 76. *num.* 19.
Peregr. conſ. 57. *num.* 11. *et* 12. *lib.* 5. vbi conci-
liat contrarias doctrinas, & *deciſ. Patauin.* 134.
num. 3. *et* 7. *Fuſar. de ſubſt. q.* 351. *num.* 14. *et* 21.
& conſuluerũt celebres I.C. inter eiuſdem *Fuſar.*
conſ. 18. *num.* 18. *et conſ.* 169. *num.* 61. *Marta*
conſ. 96. *num.* 6. *et ſeqq. et dixit Rota in deciſ.* 300.
num. 21. *et* 31. *par.*. 1 *recent.*

Quod autem prohibitio prędicta ſtet acceſſoriè,
& conſequutiuè ad vocationem præcedentem de-
ſcendentium, & familiæ effectiuæ Io. Bapt. deſum-
pſerunt Domini, tum ex verbis illis, *voluit et vult*
nullo vnquam tempore à dictis filijs, et hæredibus
poſſe alienari, etc. quæ verba *dictis* ſunt reſtrictiua,
8 † & relatiua perſonarum, de quibus in præcedenti
diſpoſitione, ita tradunt *Crauet. conſ.* 98. *nu.* 8. *Me-*
noch. conſ. 86. *num.* 44. *et conſ.* 1005. *nu.* 3. *ac conſ.*
1177. *num.* 1. *et præſ.* 69. *num.* 7. *lib.* 4. *Fuſar. conſ.*
115. *num.* 10. *et fuit dictum in Peruſina fideicom-*
miſſi de Baptiſtis 17. *Martij* 1631. *coram R.P.D.*
meo Dunozetto, & in ſpecie prohibitionis aliena-
tionis ſcripſit *Ruin. conſ.* 96. *num.* 12. *lib.* 2.

Tum ex alio relatiuo, *Quam Domum*, immedia-
tè diſpoſitioni in fauorem deſcendentium annexo,
ex quo pariter ſecundùm eius naturam reſtringitur
9 prohibitio † ad limites ſubſtitutionis, & operatur,
vt connectatur prohibitio cum ſubſtitutione, itaut
vna, alteri ineſſe dicatur, *ex trad. per Curt. iun. conſ.*
115. *num.* 21. *ad med. Rota coram Card. Caual. de-*
ciſ. 296. *num.* 1. *et in rec. deciſ.* 287. *num.* 5. *par.* 2.
tum demum ex alijs verbis *ſed perpetuò eſſe penes*
10 *familiam, etc.* cuius aduerſatiuæ † *(ſed)* ea eſt na-
tura, vt retentis iiſdem terminis, & qualitatibus,
prohibitio dicatur facta perſonis eiuſdem generis
cum præcedentibus, & ſic, Deſcendentibus, & fa-
miliæ effectiuæ Io. Baptiſtæ, vt eſt *tex. in l. peto. §.*
fratre, ff. de leg. 2. *et notat Cyn. in auth. Sacramen-*
ta. nu 2. *C. ſi aduerſ. vend. Natt. conſ.* 570. *num.* 10.
latè Surd. conſ. 315. *num.* 2. *Ciriac. Negr. contro-*
uerſ. forenſ. cap. 400. *num.* 121. *et dixit Rota in*
Beneuentana territorij 2. *Maij* 1586. *corã Gypſio*, quæ
omnia verba videntur etiam inferre prohibitionem
11 alienationis † eſſe perſonalem, & ſic adiectam ſo-
lùm deſcendentibus vocatis pro maiori robore
eorum vocationis, & pro difficiliori eius euerſio-
ne, *Surd. conſ.* 77. *num.* 22. *Fuſar. de ſubſt. q.* 673.
num. 19. *&* 20. *& Rota apud Card. Seraph. deciſ.*
482. *num.* 2. *& dec.* 1216. *num.* 12. *& in dec.* 316.
num. 6. *par.* 1. *rec.*

12 Non obſtat, quod vbi ratio † prohibitionis eſt
generalis, prout in caſu præſenti, tunc illa inducat
fideicommiſſum, ſeu extendat etiam, vltra vocatos
in præcedenti ſubſtitutione ex theorica *Bart. in*
l. pater filium, *§. fundum. nu.* 3. *ff. de leg.* 3. Quia
13 id locum obtinet, † vbi prohibitio alienationis
ſtat de per ſe independenter per viam principalis
diſpoſitionis in ſeparata oratione, ſed dum acceſ-
ſoriè, & conſequutiuè ſubnectitur, ac deſeruit prę-
14 cedenti vocationi, tunc tàm prohibitio, quàm † ra-
tio prohibitionis non egreditur perſonas vocatas,
ſed ad illas reſtricta cenſetur, vt poſt alios decla-
rat, *Gabr. conſ.* 132. *num.* 21. *lib.* 1. *& Rota apud*
Card. Seraph. d. deciſ. 482. *num.* 3. *& diuerſ. deciſ.*
698. *num.* 16. *par.* 1. *ac in rec. deciſ.* 300. *num.* 20.
par. 1. vbi plenè ſatisfit contrarijs obiectis, *& in*
d. Rom. de Mileſijs coram bo. me. Remboldo.

15 Nec etiam obſtat dictio *(perpetuò)* † adiecta in
prohibitione alienationis extra familiam, ex qua
deſumi coniecturam, quod vocata fuerit familia
contentiua, non effectiua prætenditur *ex Pariſ. cõſ.*
22. *num.* 62. *lib.* 3. *Rimin. iun. conſ.* 482. *num.* 41.
16 Quia loquuntur † præallegati Doctores in caſu
quo prohibitio ſtat independenter, & in ſeparata
oratione de per ſe; ſecus autem vbi, vt hic, eſt ac-
ceſſoria, & conſequutiua præcedenti vocationi; tũc
enim intelligitur demandata conſeruatio bonorum
perpetuò in familia effectiua, & deſcendentia, de
qua diſponens loquutus eſt in præcedenti vocatio-
ne, quæ apta eſt eſſe perpetua, & ſic operatur fu-
turam durationem fideicommiſſi in caſu diſpoſito,
17 † non autem operatur fideicommiſſi multiplica-
tionem, vt conſuluerũt *Cephal. conſ.* 510. *in princ.*
& num. 16. *Menoch. conſ.* 85. *nu.* 104. *& conſ.* 326.
num. 38. *latè Mart. de ſucceſſ. par.* 3. *q.* 1. *art.* 5.
num. 34. *Fuſar. conſ.* 169. *nu.* 24. *Rota deciſ.* 698.
num. 16 *par.* 1. *diuerſ. & dec.* 490. *nu.* 10. *par.* 4.
diu. & coram Card. Caual. dec. 454. *num.* 11. & ſi-
gnanter in his terminis *in dec.* 300. *num.* 28. *& de-*
ciſ. 486. *nu.* 12. *par.* 1. *rec.* & verbum, *perpetuò*, ſe-
18 cundùm † ſubiectam materiam nedum verificari
dicitur in vna familia effectiua, ſed etiam in vita
vnius vocati, vt per *Rol. conſ.* 84. *num.* 11. *lib.* 1.
Surd. conſ. 123. *nu.* 14. *et* 15. *Fuſar. conſ.* 4. *nu.* 56.

Minus aduerſatur, quòd Franciſca fideicommit-
tens nullos haberet deſcendentes, & ad fideicom-
miſſum vocauerit etiam Epiſcopum Strongolen.
19 qui nullos † legitimè poterat habere deſcenden-
tes, & inde inferatur vocationem intelligendam
eſſe

Digitized by Google

eſſe de familia contentiua, *ex Rota deciſ.193.n.10.*
par.1.rec. cum alijs.

Quoniam dum Franciſca vocauit deſcendentes
Io.Baptiſtæ fratris,non autem agnatos ſimpliciter,
ad eos etiam dicitur reſtricta familiæ appellatio,
etiam ſi proprios deſcendentes non haberet fidei-
committens, & in ea tunc ſolùm contineri tranſ-
20 uerſales etiam, & capi † pro familia contentiua,
quando agnati ſunt principaliter, & indefinitè vo-
cati reſoluit *d.dec.193.* & ita fuit declarata in alia
deciſ. in eadem cauſa emanata, quæ eſt *deciſ.300.*
num.19.par.1.rec. Dumq. vna cum Epiſcopo vo-
cati fuerint deſcendentes alterius fratris, ad illos
refertur ſubſequens vocatio familiæ, in quibus po-
teſt verificari, non autem ad Epiſcopum ad *trad.*
per Fuſar. conſ.91.num.8. & de quorum agnatio-
21 ne cenſetur † intellexiſſe Franciſca, non autem
de propria cum eſſet mulier ex deductis per *Gabr.*
conſ.116. nu.6. lib.2. Nullumq. eſt diſcrimen,
22 quod quis vocauerit ſuos deſcendentes, † vel ali-
cuius tertij,ſemper enim vocatio eſt reſtricta ad ta-
les deſcendentes, & ſic ad familiam effectiuam, &
propterea cenſentur excluſi, qui non ſunt deſcen-
dentes, ſed ſunt in familia contentiua.

Nec facit, quod non fuerint vocati deſcenden-
tes Io.Bapt. ſed filij, & eorum hæredes, ac ſucceſ-
23 ſores; Quoniam dum † verſamur in vocatione acti-
ua, veniunt propriè filij, & cæteri deſcendentes,
ſiue vocentur hæredes, ſiuè vocentur hæredes, &
ſucceſſores, vt latè comprobat *Menoch. conſ.958.*
n.3. & ſeqq. et conſ.1177. nu.2. et 10. et fuit dictũ
in Spoletana fideicommiſſi 27.Nouemb.1628 et 30
Aprilis 1629. coram Eminentiß. D.Card.Vbaldo.

Minus releuat quòd in prohibitione fuerit voca-
ta familia addito proprio nomine Formicinorum,
24 ex † qua expreſſione cenſeri vocatam familiam
contentiuam arguunt *Peregr.conſ.149.n 21.lib.5.*
Fuſar. q.351. nu.37.

Quoniam ſi prohibitio non eſſet acceſſoria, &
dependens,connexaq. vocationi reſtrictæ ad fami-
liam effectiuam procederet obiectum, & applica-
rentur allegati Doctores, ſed data conſequutiua
25 hac adiectione familiæ Formicinorum † non po-
teſt expreſſio nominis proprij operari extenſionẽ
ad contentiuam, vt in his terminis conſuluit *Soc.*
ſen. inter conſ.Curt.ſen. conſ.40 num.14. vbi vo-
26 cata † fuerat familia de Fontana,& tamen ob con-
ſequutiuam acceſſionem venire ſolùm deſcenden-
tes probat, & cenſeri excluſos alios ex familia
contentiua, plenè *Menoch.conſ.233. nu.17. et 27.*
et conſ.732.num.41.Marta conſ.96.nu.4. Roger.
conſ.37.ſub num.28.lib.2. idemq.*Fuſar.conſ.107.*
num 2. et 4. & hac diſtinctione conciliantur quot-
quot alij in contrarium facere videntur; Præſertim
27 quia in caſu præſenti pro reſtrictione † ad familiam
effectiuam vrget etiam duplex ratio per fideicom-
mittentem expreſſa; Prima ſcilicet charitatis, qua
proſequebatur deſcendentes Ioannis Baptiſtæ; Se-
cunda Iurium, quæ ijdem habere poterant ratione
dotis ſuper bonis fideicommittentis, quæ rationes
quemadmodum non applicantur Tranſuerſalibus,
& alijs de familia contentiua, hinc neque ad illos
28 trahi poteſt vocatio, cauſa † enim, & ratio in ſpe-
cie reſtringit dictum in genere, vt eſt *Text.in l. cũ*
pater, §. dulciſſimis, ff. de leg.2. et dixit Bald.in
l.iubemus.in 2. notab.C.ad Vellcian.Anchar.conſ.
254. nu.4. Alex.conſ.170. nu.9. lib.2. Surd.conſ.
77. num.33.

Addebant aliqui ex Dominis, Vincentium non
poſſe agere ad fideicommiſſum domus dato etiam,
quod vocata fuerit familia contẽtiua,quia ad hoc,
29 vt ipſe cenſeatur compræhenſus † probare debet
concludenter ſe deſcendere à communi ſtipite, &
eodem colonello, à quo deſcendit Ioannes Bapti-
ſta, cuius filij, & ſucceſſores fuerunt vocati, ita
vt ſit illis coniunctus,& de eadem proſapia,ita tra-
dunt *Pariſ.conſ.51. num.6. lib.2.Peregr. conſ.42.*
nu.4. lib.5. Roger.conſ 37.num.28. lib. 2.Rota
apud Card.Mant.dec.88. num.2. et 3. Neque ſo-
30 lùm ſe eſſe deſcendentem, † ſed etiam deſcenden-
tem, & agnatum legitimum,quamuis de hoc pars
non opponat, *Roland.conſ.32.num.19. lib.3. Ca-*
phal.conſ.82. nu.10. lib.1. Honded.conſ.4. n.103.
lib.1. Gratian. diſcept. forenſ. cap.491. num.15. et
16: Et ſtemmatis gentilitij, Inſigniumq. identitas
31 eſt iuſtificanda; † cum diſcrepantia etiam in colo-
ribus ſoleat inferre familię diuerſitatem,vt monue-
runt *Alex.conſ.213.in prin. et nu.2.lib.6. Pariſ. de*
Put.de re militar. lib.5. tit. de Inſignijs n.8. Chaſ-
ſan. in cathalog. glor. mund. par. 1. concl. 20. Pe-
regr.de fideic.art.22.num.26. adeo vt non ſufficiat
32 ſola identitas cognominis,cum † non cognomen,
ſed agnatio, & deſcendentia ab vno ſtipite,quam-
uis remotiſſimo operetur identitatem familiæ ad
l. pronunciatio, ff. de verb. ſignif. Peregr.de fideic.
d.art.22. nu.26. Surd.conſ.316. num.10.Menoch.
de præſ. lib.4. præſ.78. nu.2. et conſ.1177. nu.3. et
7. ad med. vbi reprobat *Gabr.conſ.132.n.59.lib.1.*
contrarium conſulentem, *Bellon.iun.conſ.45.n.55.*
et ſeqq. quas probationes ita concludentes viſum
fuit, non eſſe, quæ deducebantur ex Teſtibus pro
Vincentio, quia hanc deſcendentiam, & quidem
legitimam à communi ſtipite concludere non vi-
33 dentur,dum deponunt † de auditu, & rationes di-
cti ſufficientes reddere neque videntur; in quo ta-
men motiuo alij Domini diſſentiebant putãtes ſuf-
ficere allatas probationes dum familiam Formici-
nam Vrbis deſcendere à familia Montis Rotundi,
& deſcendentes vtriuſque inuicem vti agnatos ſe
geſſiſſe ſemper affirmant.

Et ita vtraq; parte informante reſolutũ fuit, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Meſſaneñ. ſeu nullius tenimenti.

Mercurij 7. Februarij 1635.

ARGVMENTVM.

Feudi, vel emphyteuſis conceſſio,vt probetur, debet ea doceri per inſtrumentũ conceſſionis, & an aliunde probari poſſit, Procurator, ſi conteſtet litem, vel alium actum faciat, vt præiudicet Domino, debet conſtare de mandato, & quando non ſit neceſsè hoc diſputare.

SVM-

SVMMARIVM:

1 *in Iudicio ſpolij, duo extrema ſunt probãda, id eſt poſſeſſio antiqua ſpoliati, et recens ſpoliantis.*

2 *ex Temporis curſu præſumi debet omnia interueniſſe, quæ requiruntur ad validitatem actus.*

3 *Tituli iuſtitia non poteſt probari ex ſolo curſu temporis.*

Solemnitas materialis ex curſu temporis non præſumitur. num. 3.

4 *Cõceſſio ſiue feudalis, ſiue emphyteutica, vel ad meliorandũ probanda eſt ex ipſo inſtrumento conceſſionis iuxta veriorẽ, & cõmuniorem ſententiã.*

5 *Inueſtituræ inſtrumentum, tanquam neceſſariũ antecedens præſumi debet, ex curſu temporis iũcta poſſeſſione 30. annorum, aut ex alijs adminiculis.*

6 *Proprietarius, ſicuti ex ſolutione ſibi facta probare poteſt promiſſionem eiuſdem ſolutionis, ita eodẽ modo permiſſum eſſe debet emphyteuta probare conceſſionem emphyteuſis, ex eiſdem ſolutionibus.*

7 *Inſtrumentum inueſtituræ in emphyteuſim &c. vt probetur ex lapſu temporis, neceſſe eſt vt oſtẽdatur obſeruantia per triginta annos.*

8 *De Titulo præſumendo contra Eccleſiam, requiritur ſpatium 40. annorum.*

9 *Tempus motæ litis detrahi debet, vt aliquid præſumatur validum ex curſu temporis.*

10 *Procuratoris poteſtas eſt neceſſaria, ad hoc, vt ex lite, quam mouit, poſſit Domino præiudicare.*

11 *Procurator, an haberet mandatum ad conteſtandam litem, vel ad alium actum non eſt diſputandum, quando lis, vel alius actus pluries à principali fuit ratificatus.*

12 *Confeſſio dum emanauit à Procuratore non informato, libera eſt, et in poteſtate principalis eandem confeſſionem reuocare.*

DECISIO XVI.

RESOLVTVM fuit in hac cauſa.* quod Eccleſiæ S. Saluatoris in Ciuitate Meſſanæ cõcedẽda erat reſtitutio ad poſſeſſionẽ tenimenti, cuius vtile dominium dicebatur conceſſum olim fuiſſe ab eadem Eccleſia, & hodie detineri per D. Ferdinandum Iuuenium, cui deciſioni cum ipſe Ferdinandus non acquieſceret, propoſui hodie iterum idem dubium in quo reſponderũt DD. ad fauorem Eccleſiæ, confirmando deciſionem factam ex eiſdem fundamentis, quia ſcilicet probabatur tã antiqua poſſeſſio Eccleſiæ quàm recens Ferdinan-
1 di, quæ † ſunt duo extrema requiſita in hoc iudicio, *cap. conquerente. cap. cum ad ſedem. cum ibi not. de reſt. ſpol. Rot. deciſ. 21. eod. tit. in nouis Menoch. de recuper. poſſ. rem. 1.*

Nec iſta fuerunt obſtare, quæ pro parte eiuſdem Ferdinandi aliàs deducta fuerunt (cum recuſauerit informare in hac diſputatione licet pluries citatus) quòd cum à die conceſſionis vſque ad diem litis motæ lapſi eſſent anni ſeptuaginta, & vltra poſſet idem Ferdinandus iuuari titulo conceſſionis præſumptæ. dum ex curſu eius temporis præ-
2 ſumi † debebat omnia interueniſſe, quæ requirebãtur ad validitatem eiuſdem cõceſſionis, *arg. text. in l. ſi filius familias, cum ibi notat 1. C. de petit. hæred. & ibi Alex. num. 2. & in conſ. 45. nu. 9. lib. 3. Bald. in l. ſciendum num. 1. ff. de verb. oblig.* Pluribus enim modis viſa fuit tolli hæc obiectio, quia non ſolùm poterat ad hunc effectum ſatis eſſe id tempus, quod dicebatur interceſſiſſe à die conceſſionis, vſque ad diem litis, ſed cum neque probaretur, quòd verè lapſum eſſet totum id tempus ſuper quo fundabatur præſumptio eius tituli, & primò non viſum fuit ſuffragari tempus, cum illud non adduceretur ad præſumẽdam aliquam ſolemnitatem extrinſecam, quæ reſpiceret formam ipſius actus, prout videntur eſſe conſenſus, ſiue authoritas Superioris, aut etiam Beneplacitum Apoſtolicum, & ſimilia quæ licèt requiſita ſint ad ipſius actus validitatem, ſunt tamen ab illo diuerſa, in quibus terminis loquebantur authoritates adductæ, ſed id ipſum tempus deducebatur ad pro-
3 bandam ſolemnitatem † ſubſtantialem hoc eſt iuſtitiam tituli, quæ non poterat ex tempore ſuppleri, prout neque ſolemnitas materialis, vt declarat idem *Alex. in d. l. qui in alienan. 11. ff. de acquir. poſ. hæred. & in conſ. 50. num. 6. lib. 5. Bald. in l. filius num. 2. C. de petit. hæred. Dec. conſ. 442. nu. 22. Aym. de antiq. temp. par. 3. num. 22.* Præſertim attenta natura, & qualitate huius contractus, in quo cum ageretur de ſeparatione vtilis Dominij à directo, neceſſe erat, vt ea conceſſio, ſiue illa fuerit feudalis, & pro homagio, ſiue emphiteutica, & ad meliorandum probaretur ex ipſo inſtru-
4 mento Inueſtituræ † ſecundùm veriorem, & magis communem opinionem quam tenent *DD. in l. 1. C. de Iur. Emph. poſt Gloſſ. ibi in verb. alienationis, & in §. adeo inſtit. loc. & voluit Alex. in add. conſ. 50. num. 4. lib. 5. & conſ. 17. n. 11. lib. 4. Ruin. conſ. 69. num. 9. lib. 1.*

Neque poterat eadem ſcriptura præſumi ex curſu temporis iuncta poſſeſſione diuturna triginta annorum, aut ex alijs adminiculis, quæ dicebantur interueniſſe in eodẽ contractu nempe venditionis factæ reſeruato conſenſu Eccleſiæ dominæ directæ, & Laudemij poſtea ſoluti eidem Eccleſiæ,
5 quo caſu exiſtimauit † Rota præſumi inſtrumentũ inueſtituræ tanquam neceſſarium antecedens in vna *Romana Domus 21. Aprilis 1589. coram Lancell. & in Romana Vineæ 30. Martij 1612. coram Cardinali Sacrato inter recent. dec. 400. par. 1. & voluit Alex. in d. l. qui in aliena. nu. 12. ff. de acquir. hæred. ſequendo Ang. ibidem n. 2. Bald. in c. cum Eccleſia Sutrina num. 17. de cauſ. poſſ. & propr.* vbi pro ratione conſiderat, quod ſicut Dominus
6 † ex ſolutione ſibi facta probare poteſt promiſſionem eiuſdem ſolutionis, ita eodem modo permiſſum eſſe debet emphiteutæ probare conceſſionem emphiteuſis ex iiſdem ſolutionibus. Nam & huic obiectioni fuit alia reſponſione ſatisfactum, quod ſcilicet non probabatur, vt verè lapſum eſſet totum id tempus, quod ad hunc effectum require-
7 batur; debuiſſet enim eadem † conceſſio oſtẽdi obſeruata per ſpatium annorum triginta vt in terminis conceſſionis fæudalis probat *text. cum Gloſſ. in c. 1. qual. ol. pote feud. alien. tradit Guidop. qu. 161.* & de emphiteuſi notat, *Gloſſ. in l. 2. C. de Iur. emph. in verb. repellere authoritate text. in l. 1. C. de fund. patrim.*

patrim. l. b. x. & probat. text. in l. competit C. de præſcr. trigin. vel quadrag. ann. aut certè annorum
8 quadraginta † cum ageretur de præſumendo eo titulo aduerſus Eccleſiam ſecundũ notata per DD. in *Auth. quas actiones C. de Sacroſ. Eccleſ. & per Aym. de antiq. temp. par. 3. nu. 4. & relatis aliorum DD. opinionibus concludit Guidop. d. q. 161.* quòd tempus non probabatur verè lapſum fuiſſe in caſu de quo agitur, quia deſumebatur illius initium ab anno 1552. quo dicebatur Eccleſiam conſenſiſſe venditioni huius ſcnimenti, quam Cæſar Filius q. Scipionis primi acquirentis fecit Gaſpari, qui fuit author Ferdinãdi, à quo tempore vſque ad annum 1580. quo fuit introducta lis ſuper validitate huius conceſſionis non intercedunt niſi anni 28. ſiue anni 26. detractis duobus annis, quibus poſt eam venditionem vixit Prælatus, à quo dicitur conceſ-
9 ſa fuiſſe inueſtitura Scipioni, quod tempus † erat detrahendum, vt deductum fuit in deciſione præterita, & tradit *Rebuff in compend. alien. Rer. Eccleſ. num. 36. Rodoan. in tract. de reb. Eccleſ. non alienat. rubr. 1. cap. 3. num. 5.*

Nec dicatur, quod cum eadem lis fuerit introducta per viam iactationis ex remedio *l. diffamari* à Procuratore Gaſparis, qui fuit author Ferdinandi non potuerit ex ea aliquod præiudicium illi inferri, cum non ſolùm non oſtenderetur mandatum eiuſdem Procuratoris, ſed fuerit poſtea ab ipſomet Ferdinando reuocata confeſſio, quam procurator fecerat in cõmiſſione impetrata in eo iudicio reſpectu dominij Eccleſię quod enim attinet ad poteſta-
10 tem Procuratoris, † quæ dicebatur neceſſaria, vt ex lite quam mouit, potuerit Domino præiudicare non viſa fuit neceſſaria probatio eius poteſtatis ſi-
11 ue mandati in illius perſona cum ille † actus, & lis ab eo mota fuerit pluries ratificata *l. vltima ff. ad macedon. cap. rati habitionem de reg. Iur. lib. 6. Rot. dec. 39. de procur. in nouiſ.* Omiſſis enim quæ dici poſſent ſuper præſumptione eius mandati, ex impenſa, qua opus fuit in impetratione commiſſionis, vt fuit in alia deciſione conſideratum, eadem commiſſione preterea vſus fuerat tàm Gaſpar, cuius nomine Procurator eam commiſſionem impetrauit, dum à Iudicibus curiæ Meſſanen. obtinuit, vt poſſet exequi inhibitionem conceſſam vigore eiuſdem commiſſionis, quàm ipſemet Ferdinandus, contra quem hodie agit Eccleſia, cum vigore eiuſdem commiſſionis, & litis ex ea pendentis, obtinuerit cauſam motam per Reuerendiſſ. Archimanditam auocari à curia Archiep. & committi in Rota producendo primò citatione, & inhibitionem vigore eius primæ commiſſionis deinde aliam inhibitioné vigore nouæ cõmiſſionis ſubrogatoriæ, & 3. reſcriptum ſignaturæ quæ noluit concedere moderationem dictæ inhibitionis, quam ipſe à Rota obtinuerat poſtquam nomine Eccleſiæ, quæ eandem moderationem petebat fuerat introducta cauſa coram Ordinario Panormitano. Ex ijs verò actibus, quibus cõſtabat de dominio Eccleſiæ vel ex ipſa confeſſione partis ceſſabant, quæ dicebantur de confeſſione Procura-
12 toris, vt dum illa emanauit † à perſona non informata liber fuerit, & in poteſtate eiuſdem principalis eandem confeſſionem reuocare, quia non ſolùm apparebat Ferdinandum vſum fuiſſe ea cõfeſſione in iudicio, ſed neque eadem confeſſio poterat hodie negari, dum nõ controuertitur à Ferdinando directum dominium Eccleſiæ; quinimò ad effectum præſumendi titulum, & conceſſionem, factam Scipioni primo inueſtito adducit ſolutiones Laudemij, & canonum factas ipſi Eccleſiæ à ſuis authoribus. Et ita, &c.

** Sub die Mercurij 18. Iunij 1634. quam deciſionem habes infra in additione pro vt in Indice poſito in eius fine.*

Et infra in eadem cauſa coram eodem R. P. D. Veroſpio habetur alia deciſio ſub die 22. Iunij 1635. quæ tres deciſiones fuerunt poſtea confirmatæ à Rota in eadem cauſa coram R. P. D. Merlino ſub die Veneris 15. February 1636. vbi tanquàm doctæ, & luculentæ canonizantur, & iterum prædictas omnes deciſiones confirmauit Rota coram eodem R. P. D. Merlino ſub die Lunæ 5. May 1636. vt infra ſuo loco.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana de Ghezzis.

Die Veneris 9. February 1635.

ARGVMENTVM.

Diſcutitur materia, an in legatis conditionalibus in quantitate relictis, hypoteca incipiat currere à die mortis Teſtatoris, vel à die purificatæ conditionis.

SVMMARIVM.

1 *pro Legatis conditionalibus in quantitate relictis hypoteca non debet incipere à die mortis Teſtatoris, ſed purificatæ conditionis. contra num. 3. declara prout num. 7. & 8.*
2 *in Legatis ſpeciei conditionalibus, purificata conditione, hypotheca retrotrahitur ad diem obitus Teſtatoris & alienatio medio tempore facta reſoluitur ipſo iure.*
3 *pro Legatis conditionalibus, etiam in quantitate conſiſtentibus, datur hypotheca à die obitus Teſtatoris ante euentum conditionis.*
4 *Rota in diuerſitate opinionum non tàm mouetur ex numero Doctorum, quàm ex rationibus.*
5 *in Hæredum facultate ſtare non debet, priuare, & eludere legatarios à ſuis legatis.*
6 *Teſtatoris voluntati omnibus modis ſatisfaciendum eſt.*
7 *Hypoteca, quod non debeatur in legatis conditionalibus vſque ab initio, nec poſſit fieri retrotractio, iſta opinio procedit, quod ius acquirendi dominium legati, vel eius ſpem trãſmittendi ad hæredem, ſi ante euentum conditionis legatarius decedat.*
8 *Cum hoc non procedat reſpectu hypoteca, cum nullà adſit implicantia, quominus, hæc poſſit retrotrahi in præiudicium eorum, qui medio tempore acquiſiuerunt ius ab hærede in bonis defuncti.*

Deci.

9 *Deciſiones Rotales non relenant in cauſa, dum nõ
continent principaliter diſcuſſionem articuli,
ſed incidenter.*

10 *Opinio illa videtur amplectenda, pro qua non
ſolum concurrit æquitas, verùm etiam firmio-
res rationes.*

11 *Legatarius conditionalis, dum agit de auocandis
bonis à creditoribus, quibus medio tempore
fuit ius quæſitum, tunc intrat quæſtio, an hy-
poteca retrotrahatur in illorum præiudicium.*

12 *Sed ſecus eſt, ſi legatarius concurrat cum ipſis
creditoribus, & vti legatarius petat præferri in
bonis defuncti, & creditores veniunt ex contra-
ctibus initis cum hærede, quo caſu, cum condi-
tio ſit purificata, abſque vlla difficultate lega-
tarius debet præferri.*

13 *Legatarius petere poteſt ſeparationem bonorum
Teſtatoris, à bonis hæredis vt ex his prius ipſi,
quàm creditoribus hæredis ſatisfiat.*

DECISIO XVII.

CREDITORES filiorum Caroli Ghezzi in-
ſtabant, vt recederetur à deciſis ſub die 17.
Martij 1634. * ex quo hypoteca legalis, quæ
competit filiabus dicti Caroli pro legatis condi-
1 tionalibus dotium ipſis relictarum † in quantitate
non debet incipere à die mortis Teſtatoris, ſed
purificatæ conditionis ex *gloſ. in l. ſi filius familias
78. ſub verbo, quo contrahimus, ff. de verb. oblig.
& in l. legati. verb. deberi ff. de pignor. Bart. in l. ſi
is, qui pro emptore. num. 47. ff. de vſucap. & in d.
l. filius familias. num. 1. & per tot. Bald. in l. 1.
num. 11. in l. vlt. num 2. C. com. de leg. Caſtr. in
d. l. filius familias & ibi Alex. num. 3. & 4. Iaſ.
in l. ſi is qui pro emptore. num. 112. & ſeqq.* vbi la-
tiſſimè *Alex. in addit. ad Bar. in l. qui Balneum,
verſ. & ita iſta lex, ff. qui pot. in pig. hab. Port. in
§. omnis Inſt. de verb. obligat. Anchar. in clem.
vnica. num. 21. verſ. quarto probo de conceſſ. præb.
Caſtrenſ. conſ. 446. nu. 1. lib 2. Soc. Sen. conſ. 41.
num. 24. lib. 4. Pariſ. conſ. 11. num. 76. lib. 1. Ruin.
conſ. 152. num. 7. lib. 4. Ladercb. conſ. 42. num. 4.
& 5.* vbi dat rationes differentiæ inter contractus,
& vltimas voluntates, *Neguſ. de pignor. 5. part.
membr. 1. num. 20. & membr. 2. num. 74. Peregr.
de fideicomm. art. 4. num. 14. Gratian. diſcept for.
756. num. 14.* & hanc opinionem ſequuta eſt *Rota
deciſ. 760. num. 6. verſ. & licet part. 2. recent. &
deciſ. 302. num. 6. par. 4. recent.* impreſſa etiam
poſt *Merlin. de legit. deciſ. 100. confirmata coram
R.P.D. meo Pirouano, vt poſt Merlin. d. tractat.
deciſ. 99. num. 11. & fuit dictum in Venuſina legati
28. Iunij 1623. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccî-
no Decano*; Quicquid ſit in legatis ſpeciei, in qui-
2 bus purificata † conditione hypoteca retrotrahi-
tur ad diem obitus Teſtatoris, & alienatio medio
tempore facta reſoluitur ipſo Iure, *l. vlt. §. ſin
autem ſub conditione, C. com. de leg. Caſtrenſ. d.
conſ. 446. num. 1. lib. 2. Rot. d. deciſ. 760. num. 2.
part. 2. recent. & deciſ. 302. ſub num. 3. part. 4.
recent. deciſ. 132.*

Ex aduerſo pro dictis filiabus Caroli responde-
batur, non deeſſe Doctores quamplures eoſque
grauiſſimos qui contrariam tueantur opinionem
3 nimirum pro † legatis conditionalibus, etiam in
quantitate conſiſtentibus, dari hypotecam à die
obitus Teſtatoris ante euentum conditionis, *ita
Crot. in l. ſi is qui pro tempore num. 134. ff. de
vſucapion. Ruin. in l. 1. ſub num. 87. ff. de leg. 1. vbi
Pariſ. num. 111. verſ. Moderni autem, Iacob. de
Nigr. num. 135. verſ. contrarium, Bolognet. num.
308. Torniell. num. 117. & ſeqq.* qui dicit com-
munem *Moder. Giouagn. conſ. 8. à num. 23. & per
totum lib. 2. Puſar. qui alios cumulat conſ. 52. n. 20.
& à num. 28. vſq. ad. 54. verſ. venio ad 2. & in
tract. de ſubſtit. quæſt. 612. à num. 2. vſq. ad fin.
vbi ſub num. 8. reijcit diſtinctionem Caſtrenſ. inter
legatum ſpeciei, & quantitatis; & idem dicit d.
conſ. 52. ſub num. 39. verſ. nec obſtat, Giouagn. d.
conſ. 8. num. 32. & ſeqq. Caualer. deciſ. 112. nu. 2.
verſ. non obſtat, & deciſ. 132.*

Præterea addebant informantes, quod licet cõ-
trariæ opinioni magnus Doctorum numerus vide-
retur fauere, nihilominus Rota in diuerſitate
4 opinionum † non tàm moueri ex numero Docto-
rum, quàm ex rationibus; quæ quidem pro confir-
matione deciſ. videntur adeſſe meliores, ac ſolidio-
5 res; & inter illas duæ præcipue, vna ſcilicet ne † ſit
in facultate hæredum filias ſuis dotibus priuare, &
eludere legatarios, vt aduertit *Imol. in d. l. ſi quis
pro emptore in princ. ff. de vſucap.* Altera vt omni-
6 bus modis † voluntati Teſtatoris ſatisfiat, *iuxta
diſpoſita in l. 1. C. comm. de leg.* Quæ Imperatoris
prouiſio aliter impleri non poteſt, quàm per nati-
uitatem hypotecæ de tempore teſtamenti, vt inde
oriatur actio, licèt actionis exercitium ſuſpenda-
tur in tempus euenientis conditionis, & Docto-
res dicentes non dari hypotecam in legatis condi-
7 tionalibus † vſque ab initio, nec poſſe fieri retro-
tractionem, debere intelligi quoad ius acquirendi
dominium legati, vel eius ſpem tranſmittendi ad
hæredes, ſi ante euentum conditionis contingat
legatarium decedere, cum interim non ſit creditor,
*iuxta regulam l. ſi is cui ſub conditione, ff. de
8 verb. obligat.* non autem reſpectu hypotecæ, † cum
nulla adſit implicantia quominus, hæc poſſit retro-
trahi in præiudicium eorum, qui medio tempore
acquiſiuerunt ius ab hærede in bonis defuncti, *vt
tradit Angel. in d. l. qui Balneum in princ. nu. 2.
verſ. vlt. noto, ibiq. etiã Alex. in addit. ad Bart. verb.
conditione, ff. qui pot. in pign. hab. Imol. in d. l. ſi
is qui pro emptore. num. 20. Roman. num. 25. verſ.
ſed reſponderunt, Iaſ. num. 312. & ſeq. Crot. num.
128. in fine, & n. 134. prope finem, Bologn. n. 112.
verſ. ex qua declaratione, ff. de vſucap. idem Imol.
in l. quæſitum eſt num. 93. §. ſi ſeruus. nu. 4. verſ.
ſed ſi equitas, ff. de leg. 1. Alban. conſ. 153. num. 6.
Gabriel. conſ. 141. num. 8. & 9. lib. 1.* & in termi-
nis noſtris de legato pro dote, *Soc. Sen. conſ. 269.
ſub num. 1. verſ. ſi adhuc videtur lib. 2. Giouagn.
d. conſ. 8. num. 25. lib. 2.* Et tantò magis quia deci-
9 ſiones † Rotales pro contraria parte allegatæ non
continent principaliter diſcuſſionem huius articuli
ſed ſolùm incidenter, vt patet ex illarum lectura.

Quare articulo maturè diſcuſſo, fuit reſolutum
10 ſtandum eſſe in deciſis, cùm pro hac † ſecunda
opinione, non ſolùm æquitas, verùm etiam firmio-
res rationes concurrere videantur, quæ opinio, eo

ſi ci-

facilius in caſu præſenti videtur amplectenda, ex quo filiæ Caroli, quibus fuerunt relictæ ſcuta tria
11 millia pro ſingulis in dotem, nõ agunt † de auocãdis bonis à Creditoribus, quibus medio tempore fuit ius quæſitum (quo caſu intraret controuerſia an hypoteca retrotrahatur in præiudicium tertij
12 poſſeſſoris) ſed concurrunt † cum ipſis creditoribus, & vti legatariæ petunt præferri in bonis patris, & Creditores veniunt ex contractibus initis cum Ioanne Baptiſta filio dicti Caroli, quo caſu cũ iam conditio ſit purificata pro legatarijs, abſque vlla difficultate ipſæ debent præferri Creditoribus ipſius hæredis, *iuxta diſtinctionem Cuman. in l. ſi filius ſamilias. num. 5.* & ibi *Iaſ. num. 4. verſ. item illud, ff. de verb. obligat. Soccin. conſ. 41. num. 28. lib. 3. Caual. d. deciſ. 512. num. 3. in fine verſ. præ-*
13 *terea*. Hoc enim caſu filiæ legatariæ † veniunt nõ in vim retrotractionis, ſed petendo beneficium ſeparationis bonorum Teſtatoris à bonis hæredis, vt ex his prius ipſis, quàm creditoribus hæredis ſatiſfiat, *l. 1. §. ſciendum. l. Creditoribus, § legatarios autem, & l. quoties, ff. de ſeparatione bonorum, Caualer. deciſ. 41. 51. & 112. & fuit dictum in Bononien. legati 17. Iunij 1633. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.* Reliqua ſunt ſublata in deciſione, quæ reuidetur.

Et ſic fuit deciſum parte vtraque, &c.

☞ *Eſt deciſio 269. in præcedenti parte.*

¶ *Et in eadem cauſa adſunt infra alia deciſiones nẽpe ſub die 6. Iunij 1636. & ſub die 1. Decembris eiuſdem anni 1636. & 18. Iunij 1638. ſed iſta vltima deciſio erit in ſequenti parte.*

R. P. D. GHISILERIO

Fauentina Legatorum.

Die Lunæ 12. *Februarij* 1635.

ARGVMENTVM.

Arbitrium ad effectum ſanandi, teſtium examen quando intrare nequaquàm poſſit. Notarius, quando probet, teſtes iuraſſe, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Defectus citationis ad videñ. iurare teſtes, & defectus commiſſionis iuramenti teſtium, an ſint nullitates, quæ ſanari poſſint.*

2 *Proceſſus non eſt in forma probãti, ſi non ſit à Notario authenticatus, & ſubſcriptus.*

3 *Teſtium examen eſt nullum ex defectu citationis ad dicendum contra articulos, & decreti illorum admiſſionis.*

4 *Pro examinis teſtium validitate, quãdo deficiunt omnia ſubſtantialia, tunc nullo modo intrare poteſt arbitrium pro illius validitate.*

5 *Iuris rigor non dicitur remitti ſi totaliter ab eius diſpoſitione recedatur.*

6 *Rota ſolet adhibere arbitrium, ad effectum ſanandi examen teſtium, ex defectu citationis, quando fuerunt data interrogatoria à parte, & ſuper illis teſtes fuerunt examinati.*

7 *Interrogatoria, quando producuntur, Notarij ſolent ſuper illis adnotare productionem, & receptionem.*

8 *Iura, quæ non ſunt in forma probanti, nullam fidem merentur in iudicio.*

9 *Arbitriũ pro ſanatione examinis teſtiũ conceſſũ, nunquam intrat ceſſantibus interrogatorijs.*

10 *Teſtium examen ſi careat tempore, rogitu, & ſubſcriptione Notarij eſt nullum.*

11 *Scriptura etiam manu Notarij ſcripta non probat, niſi ſit authenticata ab eodem.*

11 *Defectus citationis ad videndum iurare teſtes, & ſi nec appareat per teſtes fuiſſe præſtitum iuramentum, iſti defectus ſunt inſanabiles.*

12 *Teſtis depoſitionis ſubſtantia conſiſtit in iuramento.*

14 *Teſtes quando examinantur, ſi pars non citetur, vel aliàs non ſit præſens, depoſitiones non valent.*

15 *Notarius non probat teſtem iuraſſe, ſi in principio dicat, teſtis inductus, productus, monitus, iuratus &c.*

16 *Teſtem iuraſſe non probat Notarius, ſi aſſerat, teſtes medio iuramento, tactis, &c. iuraſſe, ſi non exprimat, an in actu ipſius examinis, & coram quo fuerit d. iuramentum præſtitum, vel coram Iudice, vel coram eodem Notario de mandato Iudicis.*

Executor, licèt poſſit recipere iuramentum teſtium, & deinde demandare examen non tamen poteſt iuramentum demandare n. 16.

17 *Iuramentum recipere eſt actus iuriſdictionis.*

18 *Notario enuncianti teſtem iuraſſe non creditur, licèt dicat talem teſtem iuratum ſuper Crucem ſui habitus, vel tactis, &c. depoſuiſſe.*

19 *Deciſ. 3. num. 6. & 15. de teſtib. coram Achill. & alia, in quibus caſibus procedant.*

20 *Nullitates proceſſus non iuſtificãtur eò ipſo, quòd non docetur de integra actorum tranſportatione cum quid ſit pro illo neceſsè, præſumatur eſſe inter acta omiſſa.*

Nullitates non probata, non ſunt narranda, in commiſſione ſanatoria nullitatum n. 20.

21 *Nullitates, quando ſunt claræ, & indubitatæ, tali caſu non intrat arbitrium pro illarũ ſanatione.*

22 *Actorum amiſſio non præſumitur, & ideo eſt iuſtificanda.*

23 *Diligentia ad effectum aliquid reperiendi, amiſſionem non iuſtificant, niſi ſit facta in omnibus locis in quibus reperiri poterat.*

24 *Proceſſus præſumitur integer.*

25 *In teſtium examine, ſi quis ſe fundat incumbit ei onus probandi omnia requiſita neceſſaria, pro illius validitate.*

26 *De Actis, quando non conſtat, omnia præſumuntur ſolemniter geſta, ſed hoc intellige in materia antiqua, quæ excedat ſpatium 30. annorum.*

27 *Nullitates, quando ſunt prorſus inſanabiles de Iure, arbitriũ non intrat, cum à iure reguletur.*

DECISIO XVIII.

DOMINI de Naldis attentis nullitatibus, & exceptionibus, quæ per Fabricam S. Petri opponebantur contra ſententiam abſolutoriam

ad

ad eorum fauorem in partibus latam, adiuerunt
Sign. Sanctiſſ. vbi narrato defectu citationis ad vi-
deñ. iurare teſtes, & decreti commiſſionis iuramẽti
teſtium, obtinuerunt reſcribi, vt in cauſa proceda-
tur reiectis prætenſis nullitatibus reſultañ. ex defe-
ctu citationis, & decreti prædicti arbitrio, &c. Vnde
cum ego deputatus propoſuiſſem dubium, an intra-
ret arbitrium DD. negatiuè reſponderunt.

Dicebant enim in commiſſione ſanatoria fuiſſe
expreſſas tantummodò duas nullitates, videlicet
citationis ad videñ. iurare teſtes, & decreti com-
1 miſſionis iuramenti teſtium, & eſto, quòd hæ duę †
nullitates ſanari poſſent, ſuperſunt adhuc aliæ nul-
litates in commiſſione ſanatoria non expreſſæ, qua-
lis eſt illa, quod proceſſus non ſit in forma proban-
2 ti, † cum non ſit à Notario authenticatus, & ſub-
ſcriptus, *ad text. in Auth. de inſtrum. caut. & fid.
l. vlt. C. de aſſeſſor. Felin. ac Dec. poſt alios in cap. 1
de fid. inſtrum. Bart. in l. ſi quis §. ſi initium ff. de
3 eden. in repet. num. 32.* Quod ſit nullus † ex defectu
citationis ad dicendum contra articulos, & decreti
illorum admiſſionis, *Caſ. de Graſſ. deciſ. 2. num. 6.
de ſolut Rot. deciſ. 555. num. 4. in fin. part. 1. recent.*
4 Et ſic cum deficiant omnia ſubſtantialia † pro vali-
ditate examinis teſtium nullo modo arbitrium in-
trare poteſt, vt fides adhibeatur ſcripturæ non pro-
banti, & vt omnia ſubſtantialia, quæ hic deficiunt,
5 ſuppleantur, quia ita non † remitteretur aliquid de
rigore iuris, ſed totaliter ab eius diſpoſitione rece-
deretur, quod ſtante clauſula, arbitrio, non licet,
vt in ſpecie arbitrij conceſſi pro ſanatione teſtiũ,
dixit Rota deciſ. 423. ſub n. 2. ad fin. par. 3. recentior.

Quò verò ad duas nullitates expreſſas in com-
miſſione pariter fuit dictum non intrare arbitriũ,
6 quod quamuis Rota ſoleat † adhibere quãdo fue-
runt data interrogatoria, & ſuper illis teſtes exa-
minati, *Put. deciſ. 300 n. 2. lib. 3. Creſcen. deciſ. 1. n. 1
de ferijs Caſ. de Graſſ. deciſ. 11. num. 18. de probat.
Rot. deciſ. 122. poſt ſecũdum volum. conſ. Farinacc.
& coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano de-
ciſ. 423. num. 1.* Tamen in præſenti caſu ſolùm
dantur folia continentia interrogatoria facienda
teſtibus examinandis in cauſa, & propter informi-
tatem proceſſus non conſtat interrogatoria data
fuiſſe à parte, nec quòd fuerint à Notario in pro-
7 ceſſu repoſita, cum nulla adſit † adnotatio à Nota-
rio facta eorundem productionis, & receptionis, vt
fieri ſolet, & propterea ſtante informitate ipſius
proceſſus, nec datio interrogatoriorũ, nec examen
8 ipſum probatur, cum † iura quæ non ſunt in forma
probanti nullam in iudicio fidem faciant, *c. 1. & 2.
de fid. Inſtrum. Alex. conſ. 105. num. 3. Afflict. deciſ.
81 num. 4. Rota in recentior. deciſ. 543. num. 3. par.
1. & 493. nu. 4. par. 2.* & conſequenter ceſſantibus
9 interrogatorijs † nunquam intrat arbitrium pro ſa-
natione examinis conceſſum, *vt dixit Rota deciſ.
239. num. 6. part. 4. recentior.* Tantò minus quia
ipſum quoque teſtium examen eodem vitio labo-
10 rat, † cum careat tempore, rogitu, & ſubſcriptio-
ne Notarij *iuxt. notat. per Bart. & alios in Authẽt.
ad hac C. de fid. Inſtrum. Puteus deciſ. 136. num. 2.
l. 3. Caputaq. deciſ. 104. p. 2. Cardin. Caualer. deciſ.
193. num. 2.* Præterea non apparet teſtium depoſi-
tiones eſſe originales, imò conſtat, quod ipſi qui
de Naldis pro originalibus non habuerunt, dum
Ludouicus eas tranſmiſit Ambruno tunc tempo-
ris fabricæ Notario in partibus, vt eas authentica-
ret, offerendo non ſolùm mercedem, ſed munera,
vt apparet ex litteris in actis productis, & ex depo-
ſitione eiuſdem Ambruni, dum eas authenticare
recuſauit. Nec facit quod idem Ambrunus dicat
eſſe ſua manu ſcriptas, cum non inde ſequatur eſſe
originales, ſed potuerunt eſſe copiæ extractæ ex
originali, de quo tamen non conſtat, & talis copia
11 quãmuis manu Notarij ſcripta, † niſi ſit authen-
ticata ab eodem, non probat, *Felin. in cap. vlt. n.
13. verſ. vnde ſi diceret & ibi Cardinalis num. 3. de
fid. Inſtrum. Boer. deciſ. 36. num. 4. & 5. Rot. coram
Caualer. deciſ. 25. num. 1.*

Sed quatenus huiuſmodi depoſitiones teſtium
eſſent originales, & in forma probanti, DD. dice-
bant non releuare, neque ſuffragari ad effectum de
quo agitur, quia non conſtat de citatione ad viden-
12 dum † iurare teſtes, nec ex ijs apparet per teſtes
fuiſſe præſtitum iuramentum, qui defectus ſunt in-
ſanabiles. Reſpectu citationis ea omnino requiri-
tur de iure, *cap. 2. de teſtib. Socein. in tract. de citat.
art. 7. num. 11. Caputaq. deciſ. 274. num. 3. par. 3.*
13 cum ſubſtantia depoſitionis † teſtis conſiſtat in
iuramento, *l. Iuriſiurandi, C. de teſtib.* Quare ſi
14 pars non citatur, † vel aliàs ſit præſens, depoſitio
nihil valet, *cap. 2. & ibi Abb. ſub num. 6. & ſeqq.
de teſtib. l. ſi quando. vbi Bald. num. 5. C. eod. Lan-
franc. in tract. de teſtib. num. 8. verſ. quaro 6. Achill.
deciſ. 1. de fid. Inſtrum. num. 3. & 4. in nou.* Reſpe-
ctu verò iuramenti, nec de eo conſtat, quamuis
Notarius in principio examinis dicat teſtis indu-
15 ctus, productus, † monitus iuratus, &c. *Caputaq.
deciſ. 246 par. 2.* deindeque dicat, qui medio eius
iuramento tactis, &c. cum non exprimat an in actu
16 ipſius examinis, † & coram quo fuerit iuramentũ
huiuſmodi præſtitum, *Caputaq. deciſ. 122. n. 1. p. 2*
dum non dicit coram Iudice fuiſſe præſtitum, vel
coram eodem Notario de mandato Iudicis. Et
licèt executor poſſit recipere iuramentum teſtis,
& deinde demandare examen, non tamen poteſt
17 iuramentum demandare, cum † ſit iuriſdictionis
illud recipere, Ita tenuit. *Rota in vna Nicien. Pa-
rochialis 12. Iunij 1551. coram Capizuccho, quam
refert, & ſequitur Caputaq. deciſ. 167. p. 1.* Nec va-
18 let atteſtatio Notarij, quia non ſtat diſpoſitiuè, †
ſed enunciatiuè, & Notario enuncianti non credi-
tur, licèt dicat talem teſtem iuratum ſuper Cru-
cem ſui habitus, vel tactis, &c. depoſuiſſe, *Rota
coram Caputaq. dec. 285. num. 4. par. 2.* Vnde non
obſtant deducta per Rotam coram *Cæſar. de Graſ-
ſis deciſ. 3. num. 6. & 15. de teſtib. & latè deducta
per D. meum Merlinum in Squillacen. Abbatia 20.
19 Nouembris 1630.* quia in illis † caſibus, ex pluri-
bus videbatur colligi verè interueniſſe iuramentũ,
& ideo illæ reſolutiones nõ poſſunt operari in hoc
caſu, cum coniecturæ deductæ, Dominis viſæ fue-
rint ſatis leues.

Non obſtat, quod ſupradictę nullitates examinis
20 non iuſtificentur eò ipſo, quòd non docetur † de
integritate actorum; itaut intret præſumptio vali-
ditatis, & quidquid deficit præſumatur eſſe inter
Acta amiſſa, ideoq. tales nullitates, tamquam non
proba-

probatæ, non eſſent in commiſſione narrandæ, &
per conſequens facilius ſanari debeant, quia cum
21 ex ſupradictis ſint † claræ & indubitatæ, tali caſu
nunquam adhibetur arbitrium pro illarum ſanatio-
ne licèt clauſula Arbitrio, aliquid remittat de ri-
gore iuris, *iux. vulg.* Nec præſumptio ducta ab
amiſſione actorum facit, vt ea quæ deficiunt præſu-
22 mantur inter amiſſa, † quia talis amiſſio, nullate-
nus per Naldos iuſtificatur, vt fieri debet, cum
non præſumatur. *Surd. conſ. 109. n. 9. Rot. poſt 2.
vol. sconſ. Farinac. deciſ. 278. num. 6. in fin.* Nec di-
ligentiæ factæ pro reperiendo Proceſſu originali
23 hanc amiſſionem iuſtificant cum † non fuerint fa-
ctæ in omnibus locis, vbi reperiri poterat, *S. m.
Greg. XV. dec. 287. n. 1.* Et dum prætendunt Pro-
ceſſum eſſe originalem, dicũt etiam eſſe integrum,
24 quia proceſſus præſumitur integer, & in omnem
caſum ad Naldos, qui ſe fundant in eiuſmodi exa-
25 mine, † incumbit onus producendi omnia requi-
ſita pro validitate ex *allegat. per Surd. conſ. 3. n. 1 t.
& ſeqq.* Minus obſtat, quod cum non conſtet de
26 actis, omnia præſumantur † ſolemniter acta, quia
hoc procedit in materia antiqua, quę excedit ſpatiũ
30. annorũ, *Caſſad. dec. 3. de Procur. Put. dec. 328.
lib. 2. in correct.*

Quare ſtantibus dictis nullitatibus Dominis vi-
27 ſum fuit non intrare arbitrium, cum hæ ſint † nul-
litates prorſus inſanabiles de iure, arbitrium enim
à iure regulatur, *Bart. in extrauag. Ad reprimen-
dum in verbo videbitur cum vulgatis.*

Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. CARRILLO.

Meleuitana Antianitatis.

Luna 12. Februarÿ 1635.

ARGVMENTVM.

Antianitas Equiti Hieroſolymitano, quando incipiat currere. Probationes ſecũdæ, cum præſumantur factæ in corroborationem primarum probationum, ad illud tẽpus trahuntur. Impeditus eſt excuſandus, & hoc quando multo magis procedat.

SVMMARIVM.

1 *Antianitas currit Equiti Hieroſolymitano à die ſolutionis pecuniarum communi theſauro.*

2 *Statutum confirmatum auctoritate Apoſtolica, eſt omnino ſeruandum.*

3 *Libri ſcripti ab Officialibus ad hoc deputatis, probant.*

4 *Antianitas numeranda eſt, & currit in Religione Hieroſolymitana, à die ſolutionis, & non à tempore factarum probationum.*

5 *Fundamentum intentionis ſuæ, quilibet tenetur concludenter probare.*

6 *Conſequens, qui vult, cenſetur etiam voluiſſe anteeedens.*

7 *Probationes primæ ſi non fuerint totaliter reprobatæ, ſecundæ poſtea, quæ factæ fuerunt, ex iuris interpretatione trahuntur ad tempus primarum probationum, cum illæ non dicantur nouæ, ſed in corroborationem primarum nu. 8.*

9 *Antianitas currere incipit à die quo, quis admitti debuiſſet, atque per eum minimè ſtetit, quin admitteretur.*

10 *Impeditus tunc multò magis eſt excuſandus, quãdo impedimentum prouenit ab eo, qui partes aduerſarÿ ſuſtinebat.*

11 *Antianitas de iure communi regulariter currit à die antiquioris ingreſſus.*

DECISIO XIX.

FVIT RESOLVTVM Antianitatem Domini
Equitis Ludouici informantis numerandam
eſſe à die 14. Nouembris 1608. in quo ſoluit Com-
1 muni theſauro Religionis Hieroſolymitanæ † pe-
cunias vulgò paſſagium, à quo tempore ſecundum
ſtabilimenta eiuſdem Religionis, vt in ſtatuto 15.
tit. de com. Theſ. incipit currere antianitas, & ita
firmauit *Rota coram Greg. dec. 341. circa fin. &
dec. 499. num. 2. & in Neritonen Antianitatis 15.
Aprilis 1622. coram bo. me. Remboldo, & in Me-
leuitana Antianitatis 24. Martÿ 1634 coram Re-
uerendiſſimo Domino meo Vrgellen.* quæ deciſiones
fundantur in clara diſpoſitione dicti ſtatuti, quod
2 † cum ſit confirmatum auctoritate Apoſtolica
omnino ſeruandum eſt, *Abb. in c. dilecti num. 14.
de præb. Felin. in c. cum aceeſſiſſent num. 4. & 7.
vbi Dec. num 19. de conſt. Gabr. concl. 3. num 20.
de clauſ.* Solutio verò d. paſſagij probatur ex libris
3 dictæ Religionis, qui tanquam † ſcripti à deputatis
ad hunc effectum plenè probant *Bart. in l. argentũ
in princ. & l. quamuis ff de ed. Salicet. in l. 1. col. 3.
verſ. quæro C. eod. tit. Barb. conſ. 53. lib. 3 Seraph
dec. 341. num. 6. & dec. 1088.*
Non obſtat, quod contradictis primis probatio-
nibus nobilitatis factis de anno 1600. D. Ludoui-
cus fuerit admiſſus ex nouis probationibus factis
de anno 1612. & ideo, quòd ab hoc tempore nu-
meranda ſit antianitas, quia vltra quòd non pro-
batur, quòd D. Ludouicus fuerit admiſſus vigore
ſecundarum probationum, cum imo conſtet indi-
ſtinctè admiſſum fuiſſe vigore tam primarum quàm
ſecundarum probationum, nec præterea appareat
ſecundas probationes fuiſſe factas ex quo primę cõ-
tradictæ fuerunt, ſed ſolum, quia primæ fuerunt
deperditæ ex abundanti reſpondetur, quòd ad ef-
fectum de quo agitur non attenditur tempus pro-
bationum, ſed tempus ſolutionis paſſagij iuxta
diſpoſitionem ſupradicti ſtatuti 15. dicentis antia-
4 nitatem † numerandam eſſe, & currere à die ſolu-
tionis, & non à tempore factarum probationum,
vt in his terminis reſolutum fuit in dicta *Nerito-
nen. coram Remboldo.*

Nec etiam obſtat obiectum factum pro parte
D. Ferdinandi, & Conſortium prætendentium pri-
mas probationes nobilitatis fuiſſe reprobatas in
Capitulo prouinciali nemine diſcrepãte in quo ca-
ſu reprobatus ab ingreſſu huius ordinis, omnino, &
penitus excludendus eſt, ita ut poſtea admitti non
poſſit ad nouas probationes, vt diſponitur in ordi-
natione 14. de conſ. nam fuit reſpõſum id nõ proba-
5 ri † cũ tamen tanquã fundamentũ d. Ferdinãdi con-
cludenter ab eo probãdum eſſet, *l. actor. C. de prob.*

Digitized by Google

l. ei qui dicit. ff. eod. Surd. conſ. 34. num. 11. Imò
conſtat de contrario, nam ex eo, quod prædictæ
probationes fuerunt deſumptæ ex Archiuio, Prio-
ratus Caſtellæ, & ad conuentum tranſmiſſæ, cla-
re colligitur non fuiſſe reprobatas nemine diſcre-
pante, nam ſi fuiſſent ſic reprobatæ, non potuiſſent
tranſmitti contra formam dictæ ordinationis 14.
nec D. Ludouicus admiſſus fuiſſet á tribunalibus
Religionis ad nouas probationes, habitũ, & pro-
feſſionem vt fuit poſtea admiſſus, ex quo ſequitur
6 † neceſſariò primas probationes non fuiſſe repro-
batas nemine diſcrepante ad *text. in l. ad rem
mobilem. ff. de procur. l. illud. ff. de acq. rer. dom.
Aret. conſ. 20. num. 21. Alex. conſ. 110. lib. 5. Ant.
Gom. lib. 1. var. cap. 3. num. 23. Rot. decis. 44. nu. 2.
& dec. 105. par. 1. recent.*

Vnde cum primę probationes non fuerint tota-
liter reprobatæ, ſed tantùm ab aliquibus contra-
dictæ, ſecundæ quæ poſtea factæ fuerunt ex iuris
7 interpretatione † retrotrahuntur ad tempus pri-
marum probationum *Bald. in cap. 1. in princ. de
fid. inſtr. Dec. in auth. ſi quis in aliquo nu. 3. C. de
edendo.* & ideo ſecundæ probationes non dicuntur
8 nouæ, ſed cenſentur factæ † in corroborationem
priorum probationum *Cæſ. de Graſ. decis. 20. nu.
11. de prob. Rot. diuerſ. decis. 435. num. 4. par. 1.
& in Cæſaraug. portionis coram Iuſto impreſ. pe-
nes Marcb. de commiſſ. 1. par. fol. 340.*

Quæ eo facilius procedunt in hoc caſu cum nõ
ſteterit per Ludouicum quo minus tranſmitterē-
tur primæ probationes, quinimò conſtat ipſum in-
9 ſtaſſe pro illarum tranſmiſſione, † & impeditum
fuiſſe à Priore Caſtellæ, in quo caſu haberi debet
pro admiſſo, & venit excuſandus *l. ſine herede.
§. idem iuris. ff. ad l. rod. de iact. l. non exigimus.
§. 1. ff. ſi quis caut. l. Celſus. §. 1. ff. de arb. Bald. in
l. diffamari. nu. 5. de ingen. Gonz. ſuper reg. 8 §. 3.
num. 38. in probem. Surd. conſ. 374. num. 7.* & in
his terminis *Greg. d. decis. 341. num. 2.* Et tanto
10 magis quando † impedimentum vt in propoſito
caſu præſtitum fuit ab eo qui partes aduerſarij ſub-
ſtinebat *l. ſi eum ipſe vbi Bart. ff. de excuſ. tut. l. in-
tra vtile vbi Bald. ff. de min. Purp. conſ. 90. nu. 6.
Greg. vbi prox.*

Quibus omnibus accedit pro D. Ludouico iuris
11 aſſiſtentia iuxta quã † antianitas regulariter cur-
rit à die antiquioris ingreſſus *cap. 1. vbi Abb. n. 1.
& 3. de mai. & obed. Aret. conſ. 23. num. 3. Roc. de
Curt. de conſuet. ſect. 4. in 3. requiſ. nu. 11. Chaſ.
in catal. glor. mund. par. 11. conſider. 99. & in
puncto de milite Hieroſolymitano Rot. apud Sera-
phin. decis. 326. num. 3. & Greg. d. decis. 341. nu. 1.*

Et ita reſolutum D. Ludouico tantùm infor-
mante &c.

§ *Habētur infra aliæ deciſiones in hac cauſa nempe ſub die Lunæ 5. Martij 1635. coram eodē R.P.D. Carrillo, & ſub die Veneris 16. Nouemb. 1635. coram Reuerendiſſ. P.D. Coccino Decano.*

REV.^MO P.D. COCCINO DECANO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Lunæ 12. Februarii 1635.

ARGVMENTVM.

Extrauag. Prouide, de ſentent. excomm. an procedat in interdicto ſpeciali, vel generali. Interdictum, quando dicatur ſpeciale, & quando generale.

SVMMARIVM.

1 *Interdictum an poſſit relaxari pro debito pecuniario. & num. 6.*

2 *Extrauag. Prouide de ſent. excomm. licet aliqui Doctores voluerint d. extrauag. habere locum etiam in interdicto ſpeciali.*

3 *Tamen communior opinio eſt, quod debeat eſſe generale. & hoc eſt notandum ad intelligentiam d. extrauag. num. 4.*

5 *Extrauag. Prouide de ſent. excomm. non habet locum in interdicto particulari, quando adeſt conſuetudo in contrarium.*

7 *Interdictum, quotieſcunque fertur contra Regnum, Prouinciam, Ciuitatem, Caſtrum, vel Villam, Vniuerſitatem, vel Collegium, dicitur generale.*

8 *Interdictum particulare dicitur, quando vna Eccleſia, vel plures Eccleſiæ ſpecificè, & non ſub nomine Vniuerſitatis interdicuntur.*

9 *Interdictum generale dicitur, quando vniuerſitas vnius loci interdicitur, ſiue locus ſit paruus, ſiue ſit magnus.*

10 *in Villa, licet adſit, niſi vna Eccleſia, tamen, quia eſt apta habere plures Eccleſias, nihilominus continet in ſe Vniuerſitatem.*

11 *Interdictum ſpeciale dicitur, quando vna, vel plures Eccleſiæ eiuſdem Ciuitatis interdicuntur.*

12 *in Interdicto perſonali, quid ſit neceſſarium.*

13 *Interdictum generale reſpicit aliquod corpus, ſeu collegium hominum primò, & per ſe ſecundariò ſingulares perſonas illius corporis, vt ſunt membra illius, & partes.*

14 *Singulares perſonæ ſunt interdictæ, Vniuerſitate interdicta.*

15 *Interdictum cadere non poteſt in Vniuerſitate, tanquam re inanimata.*

16 *Interdictum ſpeciale eſt, quod in determinatam, aut determinatas perſonas, fertur.*

17 *Et hoc caſu nihil refert ſi ad vnam, vel plures perſonas referatur, dummodo ad ſingulas de per ſe, vt dicitur, per modum plurium dirigatur.*

18 *Mandatum factum Capitulo cenſetur factum ſingulis.*

19 *Interdictum contra Capitulum an cenſeatur ſpeciale.*

DECISIO XX.

FVIT relaxata Declaratoria Interdicti, & licèt Archidiaconus Cæſarauguſtanus, de Belchite, & Aliaga, & Archipresbyter Cæſarauguſtanus verbo profeſſi ſint, ſe paratos parere, nihilominus facto contrarium oſtenderunt, cum die

4. Iu-

4. Iunij ſuperioris anni proteſtati ſint ſe non ligari cenſuris, ſtante appellatione interpoſitâ, & ſuperſeſſoria obtenta à Nuntio. Vndè ex rationibus deductis in hac cauſa 15. Ianuarij præteriti viſum fuit Dominis, dandam eſſe Aggrauatoriam, mitius tamẽ agendo cum iſtis quatuor dignitatibus placuit Dominis, concedi tempus vnius menſis ad parendum.

Non enim cenſuerunt Domini obſtare duo fundamenta, quæ prædictæ dignitates ad effugiendam aggrauatoriam deducebant. Primum quod interdictum non poterat de iure ſuſtineri, ex quo illud fuerit relaxatum ſub prætextu, quod Canonici, & dictæ dignitates non paruerint mandato de manutenendo conceſſo Portionarijs ad effectum conſequendi pro diſtributionibus diurnis qualibet die
1 etia regalia. Pro debito namquè pecuniario, † dicebant, interdictum non poſſe relaxari, *vt in extrauag. Prouide de ſent. excomm.*

Secundum fundamentum erat, quod ſtante ſuperſeſſoria conceſſa à Nuntio veniebãt excuſãdi.

Quia quantum attinet ad primum fundamentũ,
2 fuit reſponſum, quod licet aliqui Doctores † voluerint dictam extrauagantem habere locum etiã in interdicto ſpeciali, *Archidiac. in cap. præſenti in princ. verſ. ſiue videtur de ſent. excomm. in 6. Couar. in cap. Alma mater. in 2. par. num. 5. de ſent. excomm. in 6. Auila de cenſur. tit. de interd. diſput. 3. col. 5. verſ. ſit ſecunda concluſio*; Tamen com-
3 munior opinio eſt, quod † interdictum debeat eſſe generale, *Ioan. Monach. in d. cap. præſenti num. 9. vbi etiam Ioan. Andr. num. 1. & ſeqq. Gemin. n. 2. Franch. num. 5. verſ. ſed quæritur, Calder. de interd. Eccleſiaſt. par. 1. nu. 12. & 17. Sanctus Antoninus de Interd. cap. 2. num. 1. & 7. Nauar. in manuali cap. 27. nu. 166. & 168. Abb. in cap. cum in partibus nu. 1. de verb. ſignif. Felin. in cap. ſanè 11. num. 3. de offic. deleg.* qui dicunt hoc notan-
4 dum † ad intelligentiam dictæ *extrauagãtis Prouidè*, in caſu autem noſtro ſumus in interdicto ſpeciali, vt ſtatim probabitur, & ceſſat omnis difficul-
5 tas, quia extrauagans prædicta † non habet locũ in interdicto particulari, quando adeſt conſuetudo in contrarium. *Silueſter in verbo Interdictum 3. q. 5. quem ſequitur Auila de cenſuris loco proximè citato in d. verſ. ſit ſecunda concluſio*, *ibi*, concedo tamen cum Silueſtro, & apud nos ita ſeruatur, &
6 † interdictum † ſpeciale conceditur pro debito pecuniario.

Informantes pro dignitatibus prædictis agnoſcentes hanc veritatem, replicabant huiuſmodi interdictum eſſe generale, non autem ſpeciale, quia
7 † quotieſcunque interdictum fertur cõtra Regnũ, Prouinciam, Ciuitatem, Caſtrum, vel Villam, Vniuerſitatem, vel Collegium, dicitur generale, *S. Antoninus loco ſupra allegato, Mandoſ. commiſ. 2. in verbo Specialiq. interdicto, Nauarr. in manuali cap. 27. num. 166. Suarez de cenſur. tom. 5. diſput. 33. ſect. 2. num. 11. & 12. Alter. de cenſuris tom. 2. tit. de interd. diſput. 1. cap. 3. col. penul. verſ. eodem, & cap. 5. col. 6. verſ. vtraque Vgolin. eod. tract. tit. de interd. col. 5. diſp. 32. ſect. 2. nu. 1.*

Pro reſolutione huius difficultatis dicebant Domini, quod particulare interdictum dicitur, quã-
8 do vna Eccleſia, † vel plures Eccleſiæ ſpecificè, & non ſub nomine Vniuerſitatis interdicuntur, Ge-
9 nerale verò interdictum eſt, quando † Vniuerſitas vnius loci interdicitur, ſiue locus ſit paruus, ſiue magnus, vt eſt Villa, vel Caſtrum, & ratio eſt, quia ſi in Villa non adeſſet niſi vna Eccleſia, tamẽ
10 apta eſt habere plures Eccleſias, † vnde continet in ſe Vniuerſitatem, *Abb. in d. cap. cum in partibus num. 1. de verb. ſignif.* vbi dicit hoc eſſe notandũ, quia facit ad multa, & maximè ad Conſtitutionẽ Bonifacij Prouidè, & ibi etiam notat, *Boich. n. 2. Gemin. in d. cap. præſenti num. 2. verſ. ad interdicta Eccleſiarũ de ſent. excom. in 6. ſequitur Suar. de cenſur. diſp. 36. ſect. 3. num. 8. tom. 5. fol. 604. Calder. de interd. par. 1. nu. 12. & 17. S. Antonin.*
11 *de interd. cap. 2. num. 1. & 7.* vbi dicit, quod † interdictum ſpeciale dicitur, quando vna, vel plures Eccleſiæ eiuſdem Ciuitatis interdicuntur, *Nauar. in manuali cap 27. num. 168. Alter. de cenſur. tit. de interd. diſput. 1. cap. 3. col. 4. verſ. probatur hæc concluſio.*

Hoc poſito idem dicendũ eſt de interdicto per-
12 ſonali, † in quo ſolum ſunt neceſſaria duo membra, quæ differunt circa obiecta, nam generale
13 † interdictum reſpicit aliquod corpus, ſeu collegium hominum primò, & per ſe ſecundariò ſingulares perſonas illius corporis, vt ſunt membra illius, & partes, *cap. ſi ſententia in fine. de ſent. excom. in 6. vbi gloſ. in verb. non competant*, inquit
14 † interdicta eſſe ſingulares perſonas, Vniuerſitate interdicta, quia in Vniuerſitate, vt res inanima-
15 ta † cadere nõ poteſt interdictum, vt benè per *Alterium loco ſupra allegato verſ. eodẽ modo fol. 288* ſed de hoc non eſt agendum in caſu noſtro, ſpeciale
16 † verò interdictum eſt, quod in determinatam, aut determinatas perſonas fertur, vt ſingulares ſunt. Nihil enim refert, ſi ad vnam, vel plures perſonas
17 † referatur, dũmodo ad ſingulas per ſe, & ad omnes, vt dicitur, per modum plurium, dirigatur, ſicut dictũ eſt de locali, *Alterius loco proximè allegato*, & iſte ſecundus eſt caſus noſter, quia interdictum fuit relaxatum cõtra Decanum, Dignitates, & Canonicos, & ſic contra omnes per modum plurium, non autem per modum corporis, & ſic in perſonas determinatas, & quamuis in relaxatione, interdictum fuerit relaxatum contra Decanum, Dignitates, Canonicos, & Capitulum, tamen non ideo ſequitur, quòd ex illo verbo vniuerſali, Capitulum, dicatur interdictum generale, quia cum determinatæ perſonæ fuerint interdictæ, illud verbum, & Capitulum, iunctis alijs verbis præcedentibus denotat, quòd ad plures perſonas de per ſe refertur, † & ad omnes per modum plu-
18 rium, vt dicit Alterius loco ſupra allegato, † quia mandatum factum Capitulo cenſetur factum ſingulis *cap. eam te de reſcript.* & ideo hoc interdi-
19 ctum † cenſetur ſpeciale, *Ioan. Monach. in d. cap. præſenti. num. 9. de ſent. excom. in 6.*

Quantum attinet ad ſecundum fundamentum de excuſatione ob ſuperſeſſoriam Nuntij, Dominis viſum fuit nullatenus releuare cum dictæ dignitates non debuerint adhærere appellationi, nec dictæ ſuperſeſſoriæ obtentæ à Nuntio Apoſtolico, qui in iſta cauſa non poterat manus appo-

nere. Et ita concluſum vtraque parte infor-
mante.

☞ * *Habetur infra iſta deciſio in additione prout in Indice poſito in eius fine.*

¶ *Adſunt etiam infra aliæ deciſiones in hac cauſa ſcilicet ſub diebus 28. Ianuarij 1636. & 13. Iunij eiuſdem anni. & 7. Nouembris pariter 1636. & 6. Nouemb. 1637. & 8 Februarij 1638. & 17. Martij eiuſdem anni coram eodem Reuerendiſs. P.D. Coccino. & 13. Ianuarij 1640. & 6. Febr. pariter 1640. coram R.P.D. Panzirolo. ſed quatuor vltimæ Deciſiones erunt in ſequenti parte.*

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Barbaſtren. Canonicatus.

Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM.

Arbitrium, ad effectum retardandi vlteriorem executionem, quando intret, nec ne; Ius exequendi, quanto tempore præſcribatur, & aliqua circa materiam præſcriptionis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intrare ſolet ad effectum retardandi vlteriorem executionem, ſub prætextu nullitatis dictæ executionis.*

2 *Delegatus à Papa ſententiam ſuam exequi poteſt vſque ad annum, quo expirato ceſſat facultas.*

3 *Iudex poſtquam functus eſt officio ſuo, non poteſt amplius ſe intromittere.*

4 *Niſi executio fuerit cœpta, & non completa.*

5 *Executio præſcribi poteſt ſpatio 30. annorum.*

6 *Actio in factum, & officium, quæ actioni præſtatur, ſpatio 30. annorum legitimè præſcribuntur.*

7 *Et hoc eſt dictum Innocent. notatu dignum. n. 7.*

8 *Executor, ſi ſit deputatus in materia de ſui natura habente tractum ſucceſſiuum, hoc caſu, licet ſemel executio facta ſit, ſi interueniat noua turbatio, poteſt iterum exequi. & n. 9. & 10.*

11 *De Præſcriptione obiici poteſt, niſi doceatur de legitimo tempore.*

12 *Præſcriptio non datur, niſi præcedat actio.*

13 *Actionem formatam quis non dicitur habere, ſi agere non poteſt.*

14 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

15 *Negligens quis non dicitur ad effectum præſcriptionis ſi non poteſt agere.*

16 *Præſcriptio non currit contra non negligentem.*

17 *Præſcriptio partim eſt inducta fauore poſſidentis bona fide, & partim odio negligentis.*

18 *Negligere non dicitur, qui non valet agere.*

19 *De Præſtationibus annuis, quando agitur, hoc caſu tot cenſentur obligationes, quot ſunt anni, & ideo ſi currat aliqua præſcriptio; non currit niſi pro illo anno, quod habet poſt ſe tempus ſufficiens ad præſcribendum.*

DECISIO XXI.

DOMINI perſtiterunt in reſolutis coram bon. mem. Franciſco Vbaldo ſub dieb. 10. ☞ Nouembris 1623. * & 14. Iunij 1624. * in quibus fuit tentum non intrare arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum, agitur enim de executione iam facta per A.C. cuius ſententia tranſitum fecerat in iudicatum, & ideo non intrat arbitrium pro reuocatione executionis ex deductis in prædictis deciſionibus, nec
1 etiam pro retardatione vlterioris † executionis ſub prætextu nullitatis dictæ executionis, quo caſu arbitrium ſolet operari, vt in *cauſa Barbaſtren. pecuniaria 16. Ianuarij 1617. coram bon. mem. Andrea*, quia ſententia, & executio ſunt validæ, vt latè fuit deductum in prædictis duabus deciſionib.

Nam omiſſis nullitatibus, quæ hodie non deducebantur, & meritò, cum benè ſint ſublatæ in prædictis deciſionibus, difficultas reſtringebatur ad illud, quod agitur de executione litterarum fel. rec. Pauli Tertij datis de anno 1544. & propterea
2 dicebatur, quod aut ab initio fuerunt executæ, † & facultas executoris poſt annum expirauit, *c. quærenti de off. deleg.* ita vt etiam quod interuenerit noua turbatio, Aud.C. non potuerit amplius ſe in-
3 tromittere, † quia functus erat officio ſuo *Innoc. cap. pro illorum num. 3. verſ. in alijs autem. de*
4 *preben.* Niſi † executio fuerit cœpta, & non completa ex allegatis in cauſa *Toletana Iurispatronatus 29. Ianuarij præteriti coram me, & in cauſa Cæſarauguſtana de Caſpe 16. Febr. 1632. coram R.P.D. meo Motmanno.* Aut non fuerunt execu-
5 tæ, & executio fuit præſcripta, † quia præſcribitur ſpatio triginta annorum; per iſtud enim tempus ius exequendi, hoc eſt actio in factum, & officiũ,
6 † quæ actioni præſtantur, legitimè præſcribuntur, *Innoc. in cap. finali. de except. & ibi Bald.* hoc di-
7 ctum Innocentij † dignum notatu reputat, *gloſ. fin. in l. fin C. de præſcript. triginta, vel quadraginta annorum idem Bald. in rubr. de præſcript. & in l. debitori q. 3 C. de pactis, Marãt. in prax. par. vlt. tit. de execut. ſent. num. 54. Balbus de præſcript. 4. par. quartæ partis principalis q. 31. latè Mareſcot. var. lib. 2. cap. 121. num. 10. Giurb. dec. 96. num. 1. Surd. conſ. 296. num. 1.*

His tamen non obſtantibus Domini, vt ſupra dixi, cenſuerunt non intrare arbitrium; quia Paulus Tertius Eccleſiam parrochialem Sancti Petri erexit in Collegiatam cum tranſlatione curæ animarũ, cum creatione vnioris Prioris, & octo Portionariorum, quibus applicauit omnes fructus &c. certarum Eccleſiarum, & huius gratiæ effectuatio non poteſt controuerti, ſed cum ſanct. mem. Pius Quintus aſſignauerit ſcuta 150. Decano Barbaſtreñ, iſte hodie turbat Collegiatam, quæ non cõtrouertit dictam ſolutionem, ſed reſpondet quod Decanus debet agere contra eius verum debitorem. Vnde aut litteræ Apoſtolicæ ſemel fuerunt executæ, aut non fuerunt executæ, & vtroque caſu Aud.C. potuit procedere ad executionem; Tum
8 quia materia † de ſui natura habet tractum ſucceſſiuũ, quo caſu licèt litteræ ſemel executæ fuerint, ſufficit quod veniat noua turbatio, ex quo reſpiciunt etiam tractum futurum, & quotieſcunque fit turbatio, litteræ poſſunt exequi, *Capic. Auendan. & Put. allegati in dicta cauſa Toletana Iurispatronatus coram me*, ſi vero non fuerunt ſemel
exe-

executæ, ſed habuerũt effectum, ſufficit, quod ho-
9 die Collegiata turbetur, † vt executor in materia, quæ habet tractum ſucceſſiuum, poſſit procedere ad executionem ex ſupra allegatis. Tum etiam quia in dictis litteris clarè diſponitur, quod A. C. vbi & quando expedierit, & pro parte Iuratorum & Conſiliariorum, necnon Prioris de nouo erecte Collegiatæ pro tempore exiſtentis, & Capituli, ſeu alicuius eorum fuerit requiſitus faciat dictas litte-
10 ras, † & in eis contenta firmiter obſeruari, contradictores &c. & propterea illius iuriſdictio poſt annum non ceſſauit.

Quantum attinet ad præſcriptionem cum hæc materia habeat tractum ſucceſſiuum deberet dori ad effectum præſcriptionis, quod venerit caſus contrauentionis, & quod pars acquieuerit tanto
11 tempore, † vt potuerit præſcriptio induci, de quo cum non doceatur, antequam ille caſus euenerit non poteſt obijci de præſcriptione, *l. ſi in diem. ff. de condit. & demonſtr. Curtius iun. conſ.* 181. *n.* 4. & hoc probatur duplici ratione. Prima quia præ-
12 ſcriptio eſt exceptio, † quæ non datur niſi præce-
13 dat actio, quia non dicitur habere actionem † formatam, qui non poteſt agere. Sed ſic eſt quòd cum Eccleſia non moleſtaretur, non poterat age-
14 re ad executionem dd litterarum † & ita non intrat præſcriptio, ita innuit *Bald. in conſ.* 342. *in princ. verſ. ſed in contrarium lib.* 1. Secunda ratio
15 eſt, quia ille, qui non † poteſt agere non dicitur
16 negligens, & contra non negligentem † non currit pręſcriptio, *Bald. conſ* 193. *in decidendo lib.* 3. *Caſtrenſ. conſ.* 466. *num.* 2. *lib.* 2. *Abb. conſ.* 101. *num.* 6. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 22. *num.* 3. *lib.* 2. vbi
17 quod præſcriptio † eſt inducta partim fauore poſſidentis bona fide, partim odio negligentis, ideo
18 non † valens agere non dicitur negligere.

Placuit etiam alia reſponſio data in deciſionibus bon. mem. Vbaldi quòd cum agatur de præſtationibus annuis, & ſic de obligationibus ſucceſſiuis, quo caſu tot cenſentur obligationes quot
19 ſunt anni, † & præſtationes ſucceſſiuæ, & ideo nõ currit præſcriptio, niſi pro illo anno, quod habet poſt ſe tempus ſufficiens ad præſcribendum, *Aym. de antiq. tempor. in* 4. *parte §. materia iſta q.* 20. *num.* 24. *& ſeqq.*

Et ita concluſum vtraque parte informãte &c.

☞ *Adſunt iſtæ deciſiones infra in Additione prout in Indice poſito in eius fine.*

R. P. D. VEROSPIO.

Iſpalen. Decimarum.

Die Veneris 2. *Martij* 1635.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus quando dicatur habere intẽtionem fundatam in perceptione Decimarum, & an Capitulum eas exigere poſſit vt Adminiſtrator Epiſcopi: Laici nõ ſunt capaces Decimarum, Decimę quando dicantur temporales quando ſpirituales.

SVMMARIVM.

1 *Decima vniuerſaliter debentur ab omnibus prædijs Archiepiſcopo vti vniuerſali Parocho ratione vniuerſalis curæ, quam gerit in ſua Diœceſi in qua Parochiæ non ſunt diſtinctæ.*
2 *Termini & limites locorum Diœceſis probantur ex depoſitionibus teſtium & adminiculis.*
3 *Iuriſdictio Archiepiſcopi, & vſus Archiepiſcopalis authoritatis tam in ordine ad legem iuriſdictionis, quàm in ordine ad legem Diœceſanam in quibus conſiſtat.*
4 *Probatis actibus denotantibus plenum vſum authoritatis Archiepiſcopalis indiſtincte infertur ad probationem poſſeſſionis reliquorum actuum.*
5 *Epiſcopo ius commune aſſiſtere dicitur vt in omnibus locis ſuæ Diœceſis gerat curam vniuerſalem. & num.* 6.
7 *Capitulum, quamuis iure proprio non habeat iuriſdictionem in locis Diœceſis, poteſt tamen illam habere ex conceſſione adminiſtrationis ſibi demandatæ ab Archiepiſcopo.*
8 *Mandatum ab Archiepiſcopo ſimpliciter datum non comprehendit adminiſtrationem decimarũ.*
9 *Poſſeſſio actualis percipiendi decimas ex quibus probetur. & 10.*
11 *Locationes regulariter non probant poſſeſſionem, & dominium in præiudicium tertij. Niſi concurrentibus adminiculis.* 12. *&* 13.
14 *Decima vt debeantur Laico neceſſarius eſt titulus priuilegij, vel probatio immemorabilis cum fama priuilegij.*
15 *Teſtes deponentes de immemorabili debent deponere de viſu in annis pubertatis.*
16 *Decima vt debeantur laico in recognitionem dominij, ſiue ex cauſa tributi ius commune non reſiſtit, & quare.*
17 *Decimarum temporalitas ex quibus deducatur.* 18. 19. *&* 20.
18 *Decima ſpirituales propriè ſoluuntur ex fructib.*
19 *Decima non dicuntur temporales eo, quia debeantur ex aliquo opificio, aut negotiatione.*

DECISIO XXII.

HÆC CAVSA, quæ pendet hodie coram me fuit primùm mota in partibus ad inſtãtiam Decani, & Capituli Hiſpalenſis, & deinde ab eiſdem introducta in Rota vſque *de anno* 1568. *coram bo. me. Gropperio*: In eo autem conſiſtebat illorum actio vt cum intra fines eius Diœceſis Iſpalen. ſita eſſent Oppida de Almonte & Nicelba, & loca de Lucerna, de puerto, Bobullos, Nielba Roziana, Villaraza, & Bonares ad eos tanquam generales adminiſtratores bonorum Archiepiſcopatus Iſpalenſis ſpectarẽt Decimæ oliuarum, olei, laterum, & ficuum aridarum quæ in eiſdem oppidis, & locis colligebantur, quarum decimarum exactionem ſibi vindicabat Dux Sydoniæ tanquam Dominus eorumdem locorum: Cum verò nomine vtriuſq; fuiſſent expeditæ literæ compulſoriales, quæ fuerunt illi primùm decretæ ſub eodem Gropperio, & deinde à bo mem. Ortembergo in eius locum ſubrogato, & demum coram me *anno* 1631. confecto proceſſu in vim earumdem litte-

litterarum Dubitaui An eſſet fundata intentio Ca-
pituli in iure percipiendi has decimas; quo dubio
hodie propoſito Domini affirmatiuè reſponderũt
moti eo fundamento, quod viſum fuit probari ex
teſtibus, & alijs iuribus adductis pro Capitulo, vt
cum in hac Diœceſi Iſpalenſi nõ adſint Parochiæ
diſtinctæ, ſed cura omnium Eccleſiarum exercea-
1 tur ab Archiepiſcopo, † ſiue illius nomine per Vi-
carios ab eo pro tempore deputatos, ratione eiuſ-
dem Curæ debitę eſſent eidem Archiepiſcopo tã-
quam vniuerſali Parocho decimę eorumdem præ-
diorum *authoritate textus in c. 1. §. has vero deci-
mas* 15. *quaſt.* 7. cuius diſpoſitionem in his termi-
nis procedere notat *Abbas in c. cum cõtingat. n. 7.
de decim. & fuit pleniſſimè firmatum in Paceñ de-
cimarum 21. Iunij anni 1604. & 5. Decemb. anni
1605. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano inter im-
preſſas deciſ. 187. & 254. & in hac diœceſi dixit
Rota in Iſpaleñ Iuris nominandi 29. Aprilis anni
1613. coram Card. Pamphilio.*

Et quidem ex iuribus, & probationibus quæ da-
tæ fuerunt pro parte Capituli viſum fuit probari
non ſolùm quod hęc loca erant intrà fines Diœce-
ſis, ad quem effectum ſufficere poterant depoſi-
tiones plurium Teſtium, & alia adminicula, ex
quibus probabatur contineri ea loca intra termi-
2 nos † eiuſdem Diœceſis *ex notat. in cap. cum
cauſam de probat. & in c. cum olim, vbi gloſſ. in
verbo per alia, & in verbo inſtrumenta. de cenſib.
Dec. conſ. 146. num. 19. Card. Seraph. deciſ. 441.
num. 3.* ſed quod Archiepiſcopus in eiſdem locis
iuriſdictionẽ exercebat quod oſtenſum fuit ex col-
lationibus beneficiorum, viſitationibus licentijs
confitendi, ac concionandi & pluribus alijs acti-
bus qui complectebantur pleniſſimum vſum Ar-
3 chiepiſcopalis authoritatis tàm in ordine ad legẽ
iuriſdictionis quàm in ordine ad legem Diœceſa-
nam *iuxta notata per gloſſ.* quæ communiter eſt
recepta *in c. dilectus filius in verbo delegatio iuriſ-
dictionis de off. ordin. & in c. in ſumma 10. quæſt.
1.* quam ſequuntur ibi *Præpoſit. & Gemin. ſub n. 1.
Turrecrem. num. 2.* & propterea benè inde infer-
4 retur ſine † alia diſtinctione ad poſſeſſionem cæte-
rorũ actuum vt eſt caſus *in cap. 1. de Relig. domib.*
quem text. in his terminis conſiderat *Butr. in
cap. vlt. num. 46. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* totũ
5 id operante † cauſa vniuerſali ſiue aſſiſtentia iuris
communis, quam cenſetur habere Epiſcopus in
omnibus locis ſuæ Diœceſis, *vt in cap. omnes Baſi-
licæ 16. q. 7. c. de xenodochijs, & ibi gloſſ. in verbo
quorum Diœceſi de relig. domib. gloſſ. in clement.
vnica in verbo earum parte de for. compet.* quam
communiter receptam atteſtatur *Verall. dec. 201.
num. 1. par. 2. & deciſ. 306. num. 2. par. 1.*

Ex hoc iure Archiepiſcopi dixerunt Domini
probari etiam ius Capituli, quia licèt Capitulum
6 non diceretur † habere eamdem aſſiſtentiam iure
proprio, prout illam habebat Archiepiſcopus, ta-
men poterat idem venire ex iuribus eiuſdem Ar-
chiepiſcopi ratione adminiſtrationis, quam gere-
7 bat bonorũ Archiepiſcopatus, † *vt fuit dictũ in O-
ſceñ decimarũ della Pedra 25. Martij 1564. corã
Rubeo, & in Paceñ decimarũ 21. Iunij 1604. corã
Reuerendiſſ. D. meo Decano inter impreſſas deciſ.*
187. Et ea quidem adminiſtratio non ſolùm viſa
fuit probari ex mandato dato eidem Capitulo ab
Archiepiſcopo ad hanc cauſam proſequendam in
quo cum fuerit ab illo nominatus generalis admi-
8 niſtrator ceſſare, † videbatur difficultas, quæ fuit
conſiderata *in d. cauſa Paceñ. decimarum in alia
deciſione facta ſub die 5. Decemb. anni 1605. coram
eodẽ Reuerendiſſ. D. meo Decano*, vt ſcilicet ex ſim-
plici mandato non cenſeretur Archiepiſcopus vo-
9 luiſſe concedere dictã adminiſtrationem Capitulo:
ſed præterea fuit pro parte Capituli oſtenſa poſſeſ-
ſio actualis ſuper illo facto perceptionis harũ de-
10 cimarum. † Nam datæ fuerunt plures locationes
earumdem decimarum factæ, nomine ipſius Capi-
tuli poſt conſtitutam auctionem ſub haſta publica
& voce Præconis, quæ locationes licèt regulariter
non probent dominium aut poſſeſſionem in præ-
11 iudicium tertij, † *vt ſtatuitur in c. inter dilectos.
§. per inſtrumenta de fid. inſtr.* Tamen viſæ fuerũt
poſſe hanc fidem facere propter plura adminicula
12 quæ videbantur † in hoc caſu concurrere, vt notat
*Felyn. in eod. cap. inter dilectos. num. 8. Gabr. de
locat. concluſ. 4. num. 16. Cæſar de Graſſ. deciſ. 10.
num. 7. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. deciſ. 573.
num. 3. par. 2. recent.* Ea vero adminicula colli-
13 gebantur ex pluribus ſolutionibus, † quæ oſten-
debantur factæ occaſione earumdem locationum
ex atteſtatione calculatoris, & diſtributoris gene-
ralis earumdem decimarum, & demum ex teſtibus
deponentibus non ſolùm de facto huius exactionis
verùm de cauſa eiuſdem propter adminiſtratio-
nem competentem Capitulo.

Neque viſæ fuerunt obſtare probationes, quæ
datæ fuerunt in contrarium pro parte Ducis; Nã
14 cum ad dictum effectum † neceſſarius fuiſſet titu-
lus priuilegij, vel probatio immemorabilis cum
fama eiuſdem priuilegij *iuxta notata per Doctores
in c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælat. &
ibi Io. Andr. num. 9. Abb. num. 12. Butr. num. 17.*
& fuit pluries deciſum, *vt apud Verall. deciſ. 242.
num. 1. par. 1. & deciſ. 215. num. 2. par. 2. diuerſ.
& in deciſ. 193. num. 6. par. 2. & deciſ. 700. num. 1.
par. 1. recent.* Non ſolùm non fuit probata exiſten-
tia d. tituli per illius exhibitionem, aut relationẽ
ex fama, ſed viſa fuit impoſſibilis probatio imme-
morabilis, dum ſubducto tempore litis, quæ incę-
pit ab anno 1565. non poterant reperiri Teſtes
15 qui deponerent ab eo † tempore de viſu additis in
quolibet teſte annis pubertatis, qui etiam requi-
rebantur, vt eorum depoſitio concluderet iuxta
requiſita *per gloſſ. in c. 1. de præſcrip. in 6. & tra-
dita per Couar. in cap. poſſeſſor 2. par. §. 3. nu. 7. de
reg. iur. lib. 6.* cuius probationis difficultatẽ ſæpiùs
in hac materia conſiderauit, Rot. vt *apud Verall.
deciſ. 71. num. 1. par. 2. & in Abuleñ. decimarum
10. Martij 1628. coram Reuerendiſſ. D. meo Deca-
no, & alijs relatis in vna Iſpalen. decimarum 20.
Iunij 1594. coram Mantica*, quæ deciſio fuit facta
contra authorem huius Ducis occaſione decima-
rum loci de Niebla.

Nec etiam viſa fuerunt obſtare, quæ dicebantur
ſuper qualitate earum decimarum, quod illæ eſſẽt
16 debitæ † Duci in recognitionem dominij ſiue ex
cauſa tributi, quarum reſpectu ſicuti non poterat

conſi-

Digitized by Google

conſiderari aliqua Iuris reſiſtentia contra Ducem
cum non participarent de aliquo iure ſpirituali, ita
neque poterat dici quod earum cauſa Ius aſſiſteret
Capitulo, ſiuè Archiepiſcopo *argum. text. in cap.*
veſtra nobis 2. de locat. & pluribus fundamentis
comprobat *Bald. in conſ. 419. lib. 1. & tenuit Rota*
deciſ. 313. num. 3. par. 1. recent. & coram Gregor.
17 *deciſ. 404. num. 2.* Etenim † temporalitas earum-
dem decimarum deducebatur ex duplici funda-
mento; Et quia hoc videretur oſtendere cauſam
propter quam illæ ſoluebantur, cum dicerentur
conſiſtere nõ in ſolis fructibus pro quibus propriè
18 ſoluuntur † decimæ ſpirituales, *vt in c. Nuncius*
de decimis, c. non eſt eod. tit. Et quia hoc idem vi-
debatur colligi ex depoſitionibus Teſtium, qui aſ-
ſerebant has decimas debitas fuiſſe Duci, etiam
quod illæ ſoluendæ eſſent Capitulo: Sed non viſa
fuerunt ea fundamenta comprobare hanc exce-
ptionem Ducis; Et quantum attinet ad teſtes,
Non poterant illi obſtare, propter nullitatem exa-
minis, cum non ſolùm fuiſſent examinati ſine ci-
tatione partis, ſed etiam in loco quem Capitulum
declarauerat ſibi ſuſpectum; Quod verò attinet ad
cauſam ſolutionis non ideò poterant dici eædem
decimæ temporales eò quia ſoluerentur etiam ex
19 lateribus, † cum pro ijs etiam lateribus debitæ
Eccleſiæ eſſent decimæ, & illæ conſiſterent non
ſolùm in fructibus, ſed etiam in omni opificio aut
negociatione, *vt in c. omnes, c. quicumq. 16. q. 7.*
cap. decimæ 16. quæſt. 1. & notat ibi gloſ. in verbo
negotio, Io. Andr. in c. peruenit num. 2. de decim.
Rebuff. de decim. quæſt. 8. num. 19. & de opificio
ceræ, & mellis *eſt deciſ. Mohedan. 2. de decimis,* &
de lapidicinijs loquitur *Io. Andr. in d. cap. perue-*
nit ſub eodem num. 2. Rebuff. ead. quæſt. 8. nu. 23.
& omnem difficultatem videbatur ſuſtulisse ipſe-
met Dux deducendo probationem immemorabilis
cum eadem probatio non fuiſſet neceſſaria, niſi
præſuppoſita ſpiritualitate earumdem decimarum.

Demùm nõ viſa fuit obſtare altera exceptio Du-
cis contra probationes factas à Capitulo, quod il-
læ non poſſet nocere tanquam factę contra antiquũ
Ducem, cuius ipſe non erat ſucceſſor, cum eas
decimas diceret ad ſe ſpectare non iure proprio,
ſed ratione maioratus ex notatis *in l. ſæpè. ff. de*
re iudicat. & per Alex. ibi num 125. Arbill. dec. 5.
eod. tit. & fuit dictum in Hiſpalen. Decimarum
de Ayamonte 19. Ianuarij 1605. coram Greg. in-
ter impreſſ. deciſ. 205. & in Mirandeñ vnionis 27.
Iunij 1629. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.
Potuiſſet enim obſtare ea exceptio, ſi vel iura huius
maioratus fuiſſent probata in perſona Ducis, vel
ſuper ijs ſolis probationibus fundata eſſet inten-
tio Capituli: Cum verò probationes datæ pro par-
te Ducis non ſolùm non concluderent pertinen-
tiam harum decimarum ratione maioratus, ſed ne-
que ex aliquo alio iure deficiente fundamẽto pro-
bationis immemorabilis, ſatis eſſe poterat Capi-
tulo ſola aſſiſtentia, quã habebat ex diſpoſitione
iuris communis, quando etiam ſubſiſteret exce-
ptio, quæ afferebatur contra eaſdem probationes.

Et ita &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Peruſina Laudi.

Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM.

Actiones inter cohæredes, pro parte, qua quis
eſt hæres ipſo iure ſcinduntur. Via execu-
tiua, ſi cedenti competebat, ceſſionario
etiam competere debet.

SVMMARIVM.

1 *Actiones inter hæredes ipſo iure ſcinduntur.*
2 *Actiones inter cohæredes, pro ea parte, qua quis*
eſt hæres. & num. 5.
3 *Ceſſionario competit via executiua, ſi cedenti*
competebat.
4 *Obligationis Cameralis beneficium ob ceſſionem,*
tranſit in ipſum ceſſionarium.
6 *Poſſeſſio vera alicuius recogniti in dominium*
probatur, ſi ei reſpondeatur de fructibus.
7 *Bonorum deſcriptio in inuentario probat poſſeſ-*
ſionem defuncti, contra ipſos inuentarium confi-
cientes.
8 *Actus præſumuntur geſti, vigore tituli, ſeu tra-*
ctatus præambuli.
9 *Exceptio illiquida. & requirens altiorem inda-*
ginem non poteſt retardare ſolutionem crediti
liquidi. & num. 10.

DECISIO XXIII.

ITERVM * Domini vtraque parte informan-
te dixerunt contra Ioannis Antonij hæredes
relaxandum eſſe mandatum executiuum pro reſti-
tutione medietatis fructuum cẽſus, quos Ioſephus
cohæres integrè ſoluit Collegio creditori, & con-
ſequenter perſiſtendum eſſe in deciſis ſub die 3.
Iulij præteriti, quoniam conſtat Marcellum dicti
cenſus impoſitorem hæredes ſuos cum reciproca
inter eos ſubſtitutione inſtituiſſe Ioannem Bapti-
ſtam, Ludouicum, & Ioannem Antonium fratres,
ex quibus Ludouicus nulla relicta ex ſe prole,
obijt, & Ioanni Baptiſtæ ſucceſſit Ioſephus, qui
reportata iurium ceſſione ſoluit vt ſupra terminos
cenſus, & ideo poſt reſtitutam dicto Ioanni Anto-
nio medietatem portionis hæreditariæ Ludouici
defuncti, rectè petit ſibi reſtitui fructus cenſus ſo-
lutos pro huiuſmodi medietate, ac pro alia portio-
ne ex dicta Marcelli hæreditate eidem Ioanni An-
1 tonio obuenta, cum † inter hæredes ipſo iure ſcin-
dantur actiones *Bart. in l. cui fundus, num. 4. ff.*
de condit. & demonſtr. & in l. 4. §. Cato num. 6.
ff. de verb. oblig. Bald. conſ. 194. vol. 4. Palador.
rer. quotid. lib. 2. c. fin. 4. par. §. 1. num. 11. &
2 dantur † pro ea parte, qua quis eſt hæres *l. 2. vbi*
Salyc. C. de hæred. act. Bart. in l. frater. num. 40.
d. tit. ff. de verb. oblig.

Eidemque Ioſepho ad dictorum fructuum con-
3 ſecutionem competit via executiua, † quæ ante
ceſſionem competebat Collegio; idque vigore
4 obligationis Cameralis † cuius beneficium, et ceſ-
ſionis, fuit tranſlatum in ipſum ceſſionarium *Bart.*

in l. 2.

in l.1. num.22. ff. de act. & oblig. Galleſ. de oblig. camer. quæſt.5. num. 7. & in his terminis *Rota in Romana Cenſus 15. Nouembris 1627. coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obſtat, quod ex concordia inter dictos Ioannem Antonium, & Ioſephum inita in qua habetur quod Ioſephus teneatur alteri tradere medietatem bonorum, quæ de Marcelli hæreditate Ludouico obuenerant, conſtet integram hæreditatem Ludouici eſſe penès Ioſephum, & ideo ipſum vti poſſeſſorem hæreditatis non modo Ioannis Baptiſtæ, ſed etiam Ludouici pro duabus, hæredes
5 verò Ioannis Antonij pro vna † tantum portione hæreditatis Marcelli condemnandos eſſe ad fructus de quibus agitur. Quoniam Teſtes probant poſt laudum latum vigore dictæ concordiæ fuiſſe à Ioſepho tranſmiſſas Ioanni Antonio claues prædiorum Miraldoli, ac Pontis S. Ioannis, de quibus in Concordia tanquam de bonis pro medietate inter ipſos diuidendis fit mentio, & ab eo tempore Colonos, ita mandante Ioſepho, recognouiſſe, ipſum Io. Antonium vti Dominum dd. bonorum, eiq; reſpondiſſe de fructibus pro medietate, quæ om-
6 nia probant veram ipſius † Domini recogniti poſſeſſionem *Afflict. deciſ.335. nu.4,* vbi allegat. *Innoc. in c. cum veniſſent num.7. d. reſtit. in integr.* cui probationi ſuffragatur deſcriptio eorumdem bonorum, quæ habetur in Inuentario hæreditatis ipſius Io. Antonij aditæ per Franciſcum, & alios
7 illius filios ac hæredes, & probat † poſſeſſionem patris defuncti contra ipſos Inuentarium conficientes *Rot. deciſ. 387. nu. 2. par. 1. recent. & in Romana donationis de Capranica 26. Iunij 1628. coram Reuerendiſſimo D. Vrgellen.*

Cum verò ſupradicta clauium conſignatio in aliā cauſam vel de alijs bonis, quam quæ continentur in concordia non probetur facta, rectè intrat præ-
8 ſumptio quod actus † huiuſmodi conſignationis, & ſubſecuta poſſeſſio referantur ad titulum præcedentis Concordiæ, ſiue tractatus *l. 2. C. de acquir. poſſ. l. quædam cum gloſ. final. ff. de rei vendic. Bald. conſ. 10. nu. 7. vol. 5. Alciat. reg. 2. præſum. 24. num. 1. Rota deciſ 549. num. 10. par. 1. diuerſ.* non autem ad Maioratum, qui vt in eadem Concordia maiori natu ſeu ipſum maioratum cupienti non debetur niſi alijs cohæredibus per eum tradita in bonis liberis æquiualenti quantitate, cuius tamen traditionis adimplementum non probatur, & cum non contineat maiorem Ioannis Antonij vtilitatem non præſumitur.

Neque relaxationem dicti mandati executiui retardare poteſt reſtitutio fructuum, quos Ioſephus antequam d. bonorum medietatem cōſignaret exegit, quia cum conſtet huiuſmodi fructus fuiſſe liquidatos in ſumma ſcutorum 55. & dicti hæredes Ioannis Antonij in longe maiori ſumma ſint debitores Ioſephi, vel erit locus compenſationi, vel
9 ſi † nolint admittere d. liquidationem, poterunt huiuſmodi fructus ſeruatis de iure ſeruandis liquidari, vel denique pro ſumma liquidata ea ratione
10 petitum mandatum relaxari; quod † exceptio illiquida, & requirens altiorem indaginem non poteſt retardare ſolutionem crediti liquidi *Bald. conſ. 152 in fin. vol. 3. Lancellott. de attent. part. 2. cap. 4. limit. 28. num. 1. Gregor. XV. deciſ. 552. num. 5.* neque impedire executionem obligationis Cameralis *idem Gregor. deciſ. 220. in fin. & Zacch. poſt Galleſ. tract. de obligat. Cameral. deciſ. 42. num. 9. & deciſ. 155. num. 3.*

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ * *Fuit iam propoſita ſub die 3. Iulij 1634. coram eodem bo. me. Motmanno quam deciſionem vide infra in Additione prout in Indice poſito in eius fine.*

§. Infra in eadem cauſa habes alteram deciſionem ſub die Veneris 27. Aprilis 1635. coram eodem.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Dotis.

Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM.

Dotis receptæ confeſſio facta per maritum conſtante matrimonio, concurrentibus adminiculis, & coniecturis, probat veram numerationem dotis, non ſolum contra ſe ipſum, ſed etiam contra eius creditores.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſoluto matrimonio reddi debet.*
2 *Mariti confeſſio, de dote recepta conſtante matrimonio, præſumitur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem.*
3 *Sed iſta concluſio non procedit, quando plures concurrunt coniecturæ, & adminicula, ex quibus appareat dotem confeſſatam, verè ſolutam fuiſſe.*
4 *Matrimonia ſine dote regulariter non contrahuntur.*
5 *Dotis receptio, probatur ex confeſſione de recepto, quæ ſtante præcedenti promiſſione, probat veram ſolutionem non ſolum contra ipſum maritum, ſed etiam contra creditores.*
6 *Apoca priuata, ſi non ſit trino teſte munita, videtur militare contra eam, ſuſpicio antidatæ fallit num. 7.*
8 *Confeſſio iurata dotis receptæ probat veram numerationem.*
9 *Dotis ſolutio, ſi probetur in parte vera, in totum vera præſumitur.*
10 *Referens quando probet ſine relato,*
11 *Maritus, ſi præſtet alimenta vxori inducit coniecturam ſolutionis dotis.*
12 *Alimenta non tenetur maritus præſtare vxori, quæ dotem non ſoluit.*
13 *à Sententia, ſi quis non appellauit cenſetur illi acquieuiſſe.*
14 *Confeſſione propria, nulla eſt maior probatio.*
15 *Dotis receptæ confeſſio præſumitur vera ſi ſit ſatis veriſimilis, & congrua.*
16 *Pater non eſt veriſimile, quod vni ex filiabus conſtituerit longè notabilem dotem, & alteri nihil dare voluerit.*
17 *Dotes, vt plurimum non inueſtiuntur.*

Ma-

Maritus ad inueſtiendum dotem non tenetur. num. 17.

18 *Dotis confeſſio non dicitur facta à marito dum proximus eſt decoctioni, & ſic in fraudem, ſi poſt 4. annos decoxit. vide num. 19.*

20 *Præſumptiones vrgentiores, & fortiores elidunt viliores.*

21 *Bona obnoxia pro reſtitutione dotis non poſſunt exequutioni demandari in præiudicium ipſius vxoris.*

22 *in Neceſſitate, quis non poteſt, ſi rem habeat pretio æſtimabilem.*

23 *Licentia data à Teſtatore alienandi bona in caſu maximæ neceſſitatis intelligitur de neceſſitate fatali, vel naturali, non autem de voluntaria.*

24 *Neceſſitas voluntaria dicitur illa, in quam, quis voluntariè ſe conijcit.*

25 *Prodigalitatis actus, ſi ſint cauſa vt oriatur neceſſitas, priuant heredem facultate alienandi, ſibi à Teſtatore conceſſa in caſu maximæ neceſſitatis.*

26 *Taciturnitas Iuris tertij vitiat reſcriptum, & illud ſubreptitium reddit.*

DECISIO XXIV.

PROPOSITO à me dubio ſub die 20. Maij præteriti anni * An D. Lauræ de Creſcentijs deberetur dos, & alimenta, itaut decreta Eminentiſſimi Vicarij emanata ad inſtantiam Maximiliani, & Marij Caſtarelli pro alienatione bonorum fideicommiſſi quondam Bernardini Caſtarelli; eſſent reuocanda, fuit dictum dotem deberi, & decreta obtenta ad inſtantiam Marij eſſe reuocanda: Hodie iterum propoſita cauſa ſuper reſolutis Domini ſteterunt in deciſis.

Siquidem quoad primam partem deciſionis, in qua firmatur D. Lauræ deberi dotem res viſa fuit clara, quia de illius ſolutione in ſumma ſcutorum decem millium apparet ex publico Inſtrumento quietantiæ factæ per dictum Maximilianum eius Virum de anno 1601. in quo idem Maximilianus promiſit dictam dotem reſtituere in omnem euentum reſtitutionis tàm conſtante, quàm ſoluto ma-
1 trimonio, vndè eo † ſoluto per obitum eiuſdem
Maximiliani abſque filijs ex dicta Laura factus fuit locus reſtitutioni dictæ dotis iuxta *tex. in l. prima, ff. ſolut. matr. l. vnica, §. cum autem, C. de rei vxor. act.* cum alijs in deciſione allegatis.

Nec hodie obſtare viſum fuit, quod dictum Inſtrumentum contineat ſolam confeſſionem de recepto, quæ vti facta conſtante matrimonio non
videatur probare veram ſolutionem nec etiam in
2 præiudicium Mariti confitentis, † cum præſumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem iuxta *doctrin. Bart. in l. 2. §. creditum ſub num. 5. ff ſi cert. pet. Io. Andr. in addit. ad ſpeculat. tit. de donat. inter vir. & vxor. Socc. in dicta l. 1. nu. 101. ff ſolut. matr. Caſtr. conſ. 86. num. 1. lib. 2. Alex. conſ. 46. num. 6. lib. 1. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 12. num. 57. & ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 362. num. 1. Marcſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 1. Rot. deciſ. 468. num. 1. lib. 3. part. 3. diuerſ. & deciſ. 683. num. 2. part. 2. recent. & alibi.*

Nam dicta concluſio non procedit quando (prout hic) plures concurrunt coniecturæ, & admi-
3 nicula † ex quibus apparet dotem confeſſatam verè ſolutam fuiſſe *Bald. in l. vnica, C. de priuil. dotal Soccin. conſil. 82. col. 2. & conſ. 122. col. 4. poſt med. lib. 4. Dec. conſ. 538. col. 3. circa med. Aym. conſ. 40. num. 4. Bero. conſ. 60. num. 43. lib. 2. Rot. coram S. me. Greg. XV. deciſ. 62. num. 2.*

In præſenti autem caſu vltra generalem conie-
4 cturam, quod matrimonia † ſine dote regulariter non contrahantur *Campeg. tract. de dot. art. vlt. quæſt. 57. Natt. conſ. 581. nu. 5. & 15. Purpurat. conſ. 461. num. 18. Surd. conſ. 489. num. 12. Rota deciſ. 153. num. 3. part. 2. diuerſ. & coram S. me. Greg. XV. dicta deciſ. 62. num. 3.* Concurrit primo præcedens promiſſio dictæ dotis facta in Capitulis matrimonialibus vſq; de anno 1591. ab Equite Octauiano Creſcentio patre dictæ Lauræ, & in Inſtrumento dictæ quietantiæ regiſtrata, quo caſu confeſſio ſubſequens Mariti probat veram ſolutionem non ſolum contra ipſum confitentem, ſed etiam contra Creditores excipientes de non ſolu-
5 tione dotis, † quia præſumitur facta potius animo liberandi promiſſionem dotis, quam animo fraudandi *Cyn. Salyc. & alij in l. contractibus, §. ſed quoniam, C. de non numerat. pecun. Bald. Nouell. in repetit. contr. opin. lib 3. tit. de donat. inter vir. & vxor. concl. 4. num. 2. Menoch. præſumpt. 12. num. 13. Maſcard. de probat. concl. 362. num. 20. Afflict. deciſ. 402. num. 2. Ioſeph. Ludou. deciſ. 66. num. 25. Greg. dicta deciſ. 63. nu. 4. & 491. nu. 7.*

Nec obſtat, quòd de dicta promiſſione non con-
6 ſtet niſi ex apoca priuata, † quæ cum non ſit trino teſte munita videtur militare contra eam ſuſpicio antidatæ iuxta *text. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* Nam dicta ſuſpicio tollitur ex multis coniecturis, & adminiculis, & Primò ex Indulto poſtmodum obtento per dictum Equitem Octauianum de eodem anno 1591. à Gregorio XIV. pro
7 derogatione † Conſtitutionis Sixti V. ſuper exceſſiuis dotibus, in quo Conſtitutio, & promiſſio dictæ dotis expreſſe narrata fuerunt *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 951. num. 5. verſ. adminiculum*, & fuit dictum *in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana Anterioritatis 20. Decembris 1628. coram me.* Secundò quia Maximilianus promiſit cum iuramento dictam dotem confeſſatam reſtituere in omnem caſum reſtitutionis, tàm conſtante, quàm
8 ſoluto matrimonio, quo caſu † confeſſio dotis receptæ probat veram numerationem *Art. conſ. 74. num. 7. Dec. conſ. 202. nu. 7. verſ. nec obſtat, Bald. Nouell. dicto tract. de dot. in princip. col. 5. verſ. nec obſtat, & in repetit. dict. l. 1. nu. 198 & 203. ff. ſolut. matr. Gabr. dicto tit. de donat. concluſ. 3. num. 4. & 5. Surd. dicto conſ. 489. num. 16. verſ. quinto concurrit, Ioſeph. Ludou. d. dec. 66. nu. 11.* Tertiò quia de anno 1592. cum effectu recepit ſcuta 1500. pro finali ſolutione dictæ dotis, vt conſtat ex partitis formiter extractis ex libro Banchi de Caualcantibus in eodem Inſtrumento dictæ quie-
9 tantiæ enunciatis; Vnde cum † ſolutio dictæ dotis probetur in parte vera, in totum vera præſumitur *gloſ. & Doct. in d. l. 2. C. de non numerat. pecun.*

eun. Socc. Sen. d. conſ. 82. col. 3. lib. 3. Aym. conſ.
152. num. 6. in fin. Rota deciſ. 547. num. 26. & de-
ciſ. 124. nu. 4. par. 2. recent. Gregor. XV. d. dec. 62.
num. 8. & fuit dictum *in Veliterna dotis* 21. *Maij*
1621. *coram Manzanedo, & in Romana legati,*
ſeu dotis 19. *Ianuarij præteriti coram me.* Nec
obſtat, quod Maximilianus in quietantia ſe retule-
rit ad partitas Banchi, ex quibus partitis præten-
ditur non probari integra ſolutio. Nam vltra,
quod ſolutio cantat prò reſiduo, & finali ſolutione
fuit reſponſum, quod quietantia vltra relationem
continet actum certum, & habet orationem perfe-
ctam, tàm circa tempus, quàm circa ſubſtantiam,
10 & quantitatem exactæ ſub verbis † diſpoſitiuis quo
caſu referēs probat etiā ſine relato *Surd. conſ.* 540.
num. 4. *Seraph. deciſ.* 1083. *num.* 4. Quartò quia
ne dùm poſt dictam confeſſionem dictam Lauram
11 eius vxorem penès ſe retinuit, eique † diù alimen-
ta præſtitit, quam coniecturam iunctis aliis ponde-
ratis alias *Rota ad hunc effectum, & ſignanter co-*
ram S. me. Gregor. XV. d. deciſ. 62. num. 5. & in
præcitata Romana Legati, ſeu dotis coram me.
Verùm etiam dicta Laura iudicialiter egit contra
ipſum Maximilianum poſt illius decoctionem pro
dictorum alimentorū præſtatione, ac pro illis man-
datum obtinuit, citatis illius Creditoribus, & dicto
Mario, quæ quidem alimenta Maximilianus, ſi do-
12 tem non † recepiſſet, præſtare non tenebatur, vt
per *gloſ. Cyn. & alios in l. quod vxorem, C. de ne-*
goc. geſt. Bald. in l. fin. C. ad Velleian. Surd. de
alim. tit. 7. quæſt. 17. nu. 1. & d. conſ. 489. nu. 10.
Quintò quia eadem Laura obtinuit ab A. C. ſi-
mile mandatū pro aſſecuratione dictæ dotis citatis
pariter creditoribus mariti, ac dicto Mario qui à
dictis mandatis relaxatis vſque ab annis 1606. &
13 1607. non appellarunt, † adeo vt cenſeantur illis
acquieuiſſe ad *tradit. per Bald in l. ſi vt proponis*
nu. 1. & 2. C. de nupt. & in l. qui ſatis dare nu. 3.
de fideiuſſ.

Hic accedit propria confeſſio eiuſdem Marii, qui
in precibus de anno 1624. Sanctiſſ. porrectis faſſus
fuit dictam Lauram eſſe creditricem Maximiliani
viri occaſione ſuæ dotis, & pro illa mandata exe-
14 quutiua obtinuiſſe qua † confeſſione nulla maior
probatio ad *l. cum te, C. de probat.* Demum acce-
dit qualitas, & dignitas perſonarum cuiuſque con-
iugis quibus attentis dicta dos ſcutorum decem
millium ſatis veriſimilis, & congrua viſa fuit quo
15 caſu † confeſſio receptæ dotis vera præſumitur.
Tiraq. in l. ſi vnquam verb. donatione largitus.
num. 101. C. de reuoc. donat. Maſcard. de probat.
d. concl. 362. num. 18. in fin. Surd. dicto conſ. 489.
num. 14. verſ. accedit 4. Ioſeph. Ludou. d. dec. 66.
num. 24. circa med. & fuit dictum *in Ferrarien. do-*
tis 2. *Iunij* 1627. *coram Manzanedo.*

Præſertim quia Eques Octauianus pater dictæ
Lauræ dedit dotem ſcutorum vigintiquinque mil-
lium Hieronymæ alteri eius filiæ, vt conſtat ex *de-*
ciſ. 294. num. 3. par. 1. recent. Vnde veriſimile non
16 eſt † patrem vni ex filiabus dotem ſcutorum vi-
gintiquinque millium dediſſe, alteri vero nihil dare
voluiſſe, prout etiam conſiderauit *Rot. in d. Fer-*
rarien. dotis coram Manzanedo.

Nec obſtant coniecturæ exaduerſo ponderatæ
ad infringendam veritatem dictæ ſolutionis, &
Primò non obſtat coniectura deſumpta ex eo quòd
Maximilianus dictam dotem ſcutorum decem mil-
lium non inueſtiuerit, prout eam veriſimiliter in-
ueſtiuiſſet, ſi vere recepiſſet; Nam vt plurimum
17 dotes non inueſtiuntur, † nec maritus ad huiuſmodi
Inueſtimentum de Iure tenetur *tot. tit. C. ne fide-*
iuſſ. dot. dent. & latè fuit dictum *in Romana dotis*
de Ruinis 3. Decembris 1632. *coram me.*

Similiter non obſtat ſecunda deſumpta ex eo,
quod Maximilianus de tempore dictæ confeſſionis
erat magno ære alieno grauatus, ac proximus de-
coctioni. Tùm quia dicta decoctio ſuperuenit qua-
18 driennio † poſt dictam confeſſionem, vt conſtat ex
Congregatione facta ab eius creditoribus de an-
no 1606. Summario reſponſionis num. 1. Tùm
19 etiam quia ſufficit † quod aliunde conſtet de veri-
tate ſolutionis.

Tertia verò deſumpta ex eo, quod ſolutio dictæ
dotis in ſumma ſcutorum 3000. appareat facta ante
tempus deſtinatæ ſolutionis non ſubſiſtit in facto,
quia ſolutio dictæ ſummæ non erat facienda poſt
biennium (vt ſupponebatur) ſed infra biennium,
vnd ſolutio facta hoc medio tempore non fuit an-
te, ſed infra tempus deſtinatæ ſolutionis.

Et quidem dictæ coniecturæ eò minus veniunt
attendendæ, quia verſamur in confeſſione pluribus,
& quidem vrgentibus coniecturis, & adminiculis
comprobata, vt ſupra oſtenſum fuit, præſumptio-
20 nes autem, † quæ ſtant pro veritate confeſſionis,
præualent aliis, quæ pro ſimulatione ponderantur
Gregor. XV. d. deciſ. 62. num. 11.

Quo verò ad ſecundā partem deciſionis, in qua
firmatur decreta obtenta ad inſtantiam Marij eſſe
reuocanda, adhuc eius fundamentum ſubſiſtere vi-
ſum fuit; Si quidem reſcriptum Sanctiſſ. cuius vi-
gore dicta decreta emanarunt, fuit ſubreptitiè ob-
tentum, ex quo Marius narrauit Papæ ſe eſſe in
maxima neceſſitate conſtitutum, nec habere bona
libera, ex quibus ſuis prætenſis neceſſitatibus ſatiſ-
facere poſſet, & tamen conſtat ipſum de eo tempo-
re habuiſſe annua ſcuta 360. ſibi aſſignata ſuper
Palatio pro credito dotis maternæ ſcutorum 9000.
vt in deciſione firmatur; Vnde decreta pro alie-
natione bonorum dicti fideicommiſſi non poterant
21 exequutioni demandari in † præiudicium ipſius
Lauræ, cui dicta bona erant obnoxia pro reſtitu-
tione ſuæ dotis; *Oſaſch. deciſ. Pedem.* 168. *nu.* 10.
Crauett. conſ. 296. *num.* 3. cum aliis in deciſione
allegatis.

Non obſtat, quod Marius de tempore gratiæ ca-
reret Palatio, quod antea vendiderat, & careret
etiam precio quod emptor illi tunc ſoluere non
tenebatur ſtante euictione eiuſdem Palatii ſequuta
contra ipſum emptorem in poſſeſſorio ad inſtan-
tiam Battinelli Marij creditoris in ſcutis 800.

Quia adhuc ſubreptio Dominis viſa fuit patens
cum nihilominus Marius remanſiſſet creditor pre-
tij eiuſdem Palatij quod conſequi debebat ab em-
ptore ſtatimque Battinellus immiſſus ex fructi-
bus eiuſdem domus, de dicto credito ſcutorū 800.
fuiſſet ſatisfactus, quod quidem creditum cum eſ-
ſet pretio æſtimabile, & per Marium vendi potuiſ-
ſet vtique ceſſabat eius neceſſitas, & conſequen-
ter

22 ter intrat ſubreptio, cum † dici non poſſit in ne-
ceſſitate is, qui rem habet pretio æſtimabilem, vt
firmauit *Rota in Romana prætenſæ dotis 2. Decem-
bris 1633. coram R. P. D. meo Motmanno.*

Secundò fuit reſponſum, quòd etiamſi Marius
de tempore gratiæ fuiſſet in neceſſitate, adhuc gra-
tia fuit ſubreptitia, quia non narrauit Papæ quali-
taté neceſſitatis an ſcilicet neceſſitas eſſet fatalis,
vel naturalis, aut voluntaria; prout erat neceſsè ex-
23 primere: nam licentia † data à Teſtatore alienandi
in caſu maximæ neceſſitatis, intelligitur de neceſſi-
tate fatali, vel naturali, non autem de voluntaria,
24 in quam † quis voluntarie ſe coniecit *Bald. conſ.
20. lib. 2. Crauett. in reſponſ. pro genero num. 23.
cum plurib. ſeqq. & num. 94. & 486. verſ. idem
in ſpecie Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 181. n. 31.
32. & 38. lib. 2. cent. 2. Oſaſcb. deciſ. Pedem. 168.
per totam.*

Quòd autem neceſſitas Marij fuerit voluntaria
ex eo deducitur quòd debita, pro quibus ſoluendis
Papæ ſupplicauit, fuerunt contracta nulla præce-
dente neceſſitate fatali, vel naturali, & ex eo quod
poſt ſuſceptum terminum coram A. C. ad illa ſol-
uen. per paucos dies, antequam laberetur, exegit
creditum ſcutorum 500. quam ſummam erogare
poterat in extinctionem illius debiti, ſeu maioris
partis, & ſe eximere ab illa neceſſitate, quod non
ſolum non fecit, ſed vt in maiori neceſſitate ſe cō-
ſtitueret, condonauit eidem ſuo debitori aliud cre-
ditum ſcutorum 497. ſibi debitum, pro fructibus
vnius Cenſus ſcutorum 1500. ad ſe ſpectantibus,
& vlterius eidem debitori ſortem principalem
eiuſdem Cenſus donatione inter viuos pura, & me-
ra liberalitate donauit, & pro euictione donatorū
25 ſe obligauit, qui actus † prodigalitatis ex quibus
neceſſitas orta fuit, priuarunt Marium facultate
alienandi ſibi à Teſtatore conceſſa in caſum maxi-
mæ neceſſitatis, vt in puncto firmat *Oſaſcb. dicta
deciſ. Pedem. 168. num. 6. in fin. & per totam.*

Denique clarior Dominis viſa fuit ſubreptio ex
quo Marius non narrauit Papæ Ius hypothecæ,
quod habebat D. Laura ſuper dicto multiplico,
26 quod ipſe non ignorabat, nam taciturnitas † Iuris
Tertij vitiat reſcriptum, & illud ſubreptitium red-
dit *Natt. conſil. 211. ſub num. 14 in fin. & ſeqq.
Gratian. diſcept. 730. num. 32. & 33. Oſaſcb. d.
deciſ. 168. num. 10.*

Et ita vtraque &c.

☞ **Vide eam infra in additione prout in Indice po-
ſito in eius fine.*

R. P. D. CARRILLO.

Meleuitana Antianitatis.

Die Lunæ 5. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Reus, efficitur actor in probanda exceptione,
poſt quam actor fundauit ſuam intentionem
itaut non ſufficit reo, vt obtineat, illam red-
dere turbidam, Verba dubia, ad quam per-
ſonam ſint adaptanda, & qualiter etiam ve-
niant interprætanda Militi Hieroſolymita-
no, quando currat antianitas.

SVMMARIVM.

1 *Actor, poſtquam fundauit intentionem ſuam,
tunc reus in probanda ſua exceptione ſit actor.*
2 *Reus tenetur concludenter probare ſuam exce-
ptionem alias ſuccumbit.*
3 *Actor poſtquam fundauit intentionem ſuam
concludenter, non ſufficit reo illam reddere tur-
bidam. num. 2.*
4 *Res quæ nunquam fuit in rerum natura, non eſt
verum dicere, quod adſit.*
5 *Verbum, ſuum, eſt perſonale, denotans pro-
priam perſonam.*
6 *Verba, quando ſunt ambigua referri debent ad
perſonam, cui magis adaptantur.*
7 *Verba quando ſunt dubia interprætanda ſunt,
ſecundum ius commune, & ſtatuta locorum.*
8 *Antianitas Equiti Hieroſolymitano currit, à die
ſolutionis paſſagij, & quando à d. die non cur-
rat. vide num. 11.*
9 *Facultatem aliquid faciendi, ſi quis minimè ha-
beat, ſi id faciat non præiudicat.*
10 *Res, quæ nunquam fuit in rerum natura, dari
non poteſt illius approbatio.*
11 *Renunciatio in dubio non præſumitur.*

DECISIO XXV.

DOMINI ſteterunt in deciſis ſub die 12. Fe-
bruarij præteriti, nempe Antianitatem Do-
mini Equitis Ludouici numerandam eſſe à die ſolu-
tionis paſſagij ſecūdum Statutum Religionis Hie-
roſolymitanæ XV. de com. Theſ. ex rationibus,
& fundamentis adductis in deciſione, & quia ho-
die D. Ferdinandus, & conſortes cōcludenter non
probant ſuas exceptiones in quibus ſe fundant pro
1 vt probare tenentur; nam † poſtquam actor ſuam
fundauit intentionem vt fecit D. Ludouicus in hoc
caſu, tunc reus, qui in probanda exceptione ſit
actor ex *l. 1. vbi Bart. ff. de except.* Debet quoque
2 cōcludenter probare ſuam exceptionem alias † ſuc-
cumbit ita vt non ſufficiat illam reddere turbi-
dam *Seraph. deciſ. 524. nu. 1. Rot. deciſ. 190. nu. 2.
par 2. diuerſ. Mant. deciſ. 274. num. 4.*

In præſenti autem prædictus Ferdinandus duas
exceptiones in quibus ſe fundat non probat. Pri-
ma enim exceptio, quòd primæ probationes fue-
rint ab omnibus reprobatæ diluitur ex rationibus
adductis in dicta deciſione, & etiam quia prædicta
reprobatio nunquam fuit in rerum natura, cum
deficiat decretum reprobationis Capituli prouin-
cialis, quia vt benè aduerterunt Domini locus in
quo fieri debebat decretum reprobationis fuit re-
lictus in Albo vt in proceſſu fol. 25. & 26. Et ideò ſi
3 ex oculari inſpectione non conſtat † de tali decreto,
non eſt verum dicere quòd adſit reprobatio dum
illa aliunde non probatur, & cum Commiſſarij, ſeu
deputati ad probationes non haberent facultatem
approbandi, nec reprobandi: quia talis facultas
conceditur Capitulo Prouinciali ex ordinatione
capitulari de *conſ. lib. 7. num. 14.* & poſtea Prio-
ratui

5 *Fidei Officialis in pertinentibus ad eius officium ſtandum eſt. & num. 11.*
6 *Credita, liquida, & certa, ſunt, quæ efficaciter ab inuitis extorqueri poſſunt.*
7 *Debitum litigioſum non eſt debitum, maximè ad inducendam pœnam caducitatis.*
8 *Inhabilitatis pœna tollitur ex qualibet cauſa colorata.*
9 *Interpretatio ea ſumenda eſt, per quam euitatur pœna.*
10 *Statutum, ſi mandet aliquid ſeueriſſimè obſeruari, ex hoc numquam cenſetur ſublata interpretatio legalis.*
12 *ad Capacitatis, vel incapacitatis effectus, quod tempus attendatur.*
13 *Compenſatio eſt facienda, cum illo debito cum quo poteſt eſſe cauſa inhabilitatis.*
14 *Compenſatio ad euitandam pœnam fit ipſo iure.*
15 *Compenſatio cenſetur inducta cum debitis antiquioribus.*
16 *Creditum liquidum, & certum, præſumitur cõpenſatum, cum debito pariter liquido, & certo.*
17 *Compenſatio regulariter præſumitur facta in cauſam duriorem.*
18 *Compenſatio regulariter non fit ipſo iure potius in vnam cauſam, quam in aliam; ſed fit debitore opponente, ſeu allegante.*
19 *Compenſare poteſt ipſe creditor ſuum creditum, cum debito ſibi benè viſo, etiam cum debito minus antiquo.*
20 *L. in poteſtate. ff de ſolut. & alia iura hic allegata in quibus terminis loquantur.*
23 *Priuilegium exequendi, quando eſt conceſſum alicui perſonæ, non extenditur extra illam perſonam.*
24 *Dictio, de, eſt ſimilis dictioni, ex.*
25 *Dictio, ex, importat cauſam proximiorem, & immediatam.*
26 *Dictio, de, idem importat, quam propter.*
27 *Dictio, de, quando eſt coniuncta materiæ, denotat cauſam materialem immediatam.*

DECISIO XXVI.

DOMINI reſponderunt pro confirmatione ſententiæ Rotalis, per quam fuit pronunciatum, Commendam, de qua agitur eſſe adiudicandam Domino Equiti Renato Cacciæ, quia ex reuo-
1 lutione actorum viſum fuit † conſtare de eius validitate, & iuſtitia ex latè deductis in deciſione R.P. D. mei Merlini, * in qua benè remanet probata capacitas & habilitas Domini Cacciæ, & viceuerſa incapacitas Equitis Grimaldi.
2 Non obſtat nullitas deducta contra † dictam ſententiam, ex quo in ea non fuit reuocata ſententia lata Melitæ, *l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Caſſad. deciſ. 1. nu. 4. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Quia, cum commiſſio habeat clauſulam (quam, &
3 quas) Dominus meus † Merlinus benè potuit, ſicut fecit, pronunciare prout in prima, nec opus erat reuocatione dictæ ſententiæ, *Achil. deciſ. 14. num. 1. & deciſ. 17. in fin. de reſcript. Sarnen. de infirm. reſign. quæſt. 34. num. 4. Mohed deciſ. 6. de appell.*

Nec etiam obſtat, quòd non fuerint prorogata fatalia infra biennium, quia hoc tollitur ex facto, in quo inſtificatur, Equitem Cacciam obtinuiſſe commiſſionem cum facultate prorogandi fatalia, & in integrum reſtituendi, prout de iure, illiuſq. vigore fuiſſe obtentum ſolitum decretum.

Minus obſtant ea, quæ deducuntur contra inſtiſtitiã, ſcilicet, Equitem Cacciam de tempore ſmu-
4 titionis fuiſſe debitorem communis Aerarij, † & propterea ei obſtare ſtatuta Religionis *cap. 24. & 26. tit. de Erar. & cap. 43. tit. de commend.* quæ declarant incapaces, & inhabiles ad obtinendas Commendas debitores communis Aerarij; quod quidem debitum informantes pro Equ. Grimaldo reſtringunt ad quatuor partitas nempe ad partitã ſcutorum 25. debitam (vt prætenditur) occaſione ſpolij quon. Equitis Nibbiæ; & ad partitam ſcutorum de em prouenientem ex ſpolio Prioris Lamatræ; & ad alias duas partitas, vnam (videlicet) ſcutorum quinque debitam ab Eq. Caccia ſpolio q. Prioris Mazzinghi; & aliam ſcut. quatuor debitam pariter ſpolio q. Commendatoris Migliau, quæ partitæ in totum conſtituunt ſummam ſcutorum 44.

Sed ex huiuſmodi debitis non viſum fuit Dominis induci incapacitatem d. Equitis Cacciæ; Nam quoad debitum ſcutorum 25. proueniens ex ſpolio q. Eq. Nibbiæ, illud facilè tollitur, ex quo de tempore ſmutitionis Eq. Cacciæ non erat liquidũ, nec iuſtificatum cum ſuper eo pendeat lis, vt patet ex fide Notarij officij ſpoliorum, ex qua apparet, litem ſuper dicto debito ſcut. 25. vertentem coram Commiſſarijs ſpoliorum adhuc ſub die 9.
5 Auguſti 1632. & ſic poſt ſmutitionem dicti † Equitis Cacciæ reperiri indeciſam; quæ quidem fides benè probat *Adden. ad Greg. deciſ. 214. ſub littera B.* Quapropter reſpectu iſtius partitæ videntur non poſſe intrare ſtatuta Religionis, quæ imponũt pœnam inhabilitatis, quia debent intelligi de cre-
6 ditis liquidis, † & certis, quæ efficaciter ab inuitis extorqueri poſsũt *Soccin. in l. quibus diebus. §. Dominus. num 8. ff de condit. & demonſtr. Aret. conſ. 93. num 2. verſ. nec obſtat præmiſſis. & num. ſeq. Cephal. conſ. 14. num. 8. cum ſeqq.* & propterea donec pendet lis ſuper iuſtitia huius crediti non poteſt dici, quod dictus Eques Caccia ſit debitor,
7 quia † debitum litigioſum non eſt debitum, maximè ad inducendam pœnam inhabilitatis, ad quem
8 effectum qualibet † colorata cauſa ſufficit *Gabr. concluſ. 8 tit. de crimin.* vbi plenè hanc concluſionem exornat.

Nec obſtat, quod præfatum debitum fuerit deſcriptum in libro communis Aerarij ſub die 14. Octobris 1630. & ſic non obſtet ſupradicta fides Notarij facta ſub die 19. Auguſti 1632. quia ſtante dicta lite, non potuit fieri deſcriptio, niſi de debito litigioſo, & ſemper vrget credulitas rationabilis in dicto Equite Caccia, quod illi non obſtaret debitum, dum erat in controuerſiam per litem de-
9 ductum; quæ † interpretatio videtur facienda maximè ad effectum euitandi pœnam, *Gabr. vbi ſup. concluſ. 8. tit. de crimin. Put. deciſ. 393. lib. 2. in correct.*

Non obſtat, quod ſtatuta de debitis communis Aerarij ſint ſeueriſſimè interpretanda, vt in *cap.*

nere. Et ita concluſum vtraque parte informante.

* Habetur infra iſta deciſio in additione prout in Indice poſito in eius fine.

§ Adſunt etiam infra alia deciſiones in hac cauſa ſcilicet ſub diebus 28. Ianuarij 1636. & 13. Iunij eiuſdem anni. & 7. Nouembris pariter 1636. & 6. Nouemb. 1637. & 8 Februarij 1638. & 17. Martij eiuſdem anni coram eodem Reuerendiſs. P. D. Coccino. & 13. Ianuarij 1640. & 6. Febr. pariter 1640. coram R. P. D. Panzirolo. ſed quatuor vltimæ Deciſiones erunt in ſequenti parte.

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Barbaſtren. Canonicatus.

Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM.

Arbitrium, ad effectum retardandi vlteriorem executionem, quando intret, nec ne; Ius exequendi, quanto tempore præſcribatur, & aliqua circa materiam præſcriptionis.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intrare ſolet ad effectum retardandi vlteriorem executionem, ſub prætextu nullitatis dictæ executionis.*

2 *Delegatus à Papa ſententiam ſuam exequi poteſt vſque ad annum, quo expirato ceſſat facultas.*

3 *Iudex poſtquam functus eſt officio ſuo, non poteſt amplius ſe intromittere.*

4 *Niſi executio fuerit cœpta, & non completa.*

5 *Executio præſcribi poteſt ſpatio 30. annorum.*

6 *Actio in factum, & officium, quæ actioni præſtatur, ſpatio 30. annorum legitimè præſcribitur.*

• *Et hoc eſt dictum Innocent. notatu dignum. n. 7.*

8 *Executor, ſi ſit deputatus in materia de ſui natura habente tractum ſucceſſiuum, hoc caſu, licet ſemel executio facta ſit, ſi interueniat noua turbatio, poteſt iterum exequi. & n. 9. & 10.*

11 *De Præſcriptione obijci poteſt, niſi doceatur de legitimo tempore.*

12 *Præſcriptio non datur, niſi præcedat actio.*

13 *Actionem formatam quis non dicitur habere, ſi agere non poteſt.*

14 *Præſcriptio non currit non valenti agere.*

15 *Negligens quis non dicitur ad effectum præſcriptionis ſi non poteſt agere.*

16 *Præſcriptio non currit contra non negligentem.*

17 *Præſcriptio partim eſt inducta fauore poſſidentis bona fide, & partim odio negligentis.*

18 *Negligere non dicitur, qui non valet agere.*

19 *De Præſtationibus annuis, quando agitur, hoc caſu tot cenſentur obligationes, quot ſunt anni, & ideo ſi currat aliqua præſcriptio. non currit niſi pro illo anno, quod habet poſt ſe tempus ſufficiens ad præſcribendum.*

DECISIO XXI.

DOMINI perſtiterunt in reſolutis coram bon. mem. Franciſco Vbaldo ſub dieb. 10.
Nouembris 1623. * & 14. Iunij 1624. * in quibus fuit tentum non intrare arbitrium pro retardatione executionis litterarum Apoſtolicarum,
agitur enim de executione iam facta per A. C. cuius ſententia tranſitum fecerat in iudicatum, &
ideo non intrat arbitrium pro reuocatione executionis ex deductis in prædictis deciſionibus, nec
1 etiam pro retardatione vlterioris † executionis ſub
prætextu nullitatis dictæ executionis, quo caſu arbitrium ſolet operari, vt in *cauſa Barbaſtren. pecuniaria 16. Ianuarij 1617. coram bon. mem. Andrea*, quia ſententia, & executio ſunt validæ, vt
latè fuit deductum in prædictis duabus deciſionib.

Nam omiſſis nullitatibus, quæ hodie non deducebantur, & meritò, cum benè ſint ſublatæ in
prædictis deciſionibus, difficultas reſtringebatur
ad illud, quod agitur de executione litterarum fel.
rec. Pauli Tertij datis de anno 1544. & propterea
2 dicebatur, quod aut ab initio fuerunt executæ, † &
facultas executoris poſt annum expirauit, *c. quærenti de off. deleg.* ita vt etiam quod interueneritnoua turbatio, Aud. C. non potuerit amplius ſe in-
3 tromittere, † quia functus erat officio ſuo *Innoc.
cap. pro illorum num. 3. verſ. in alijs autem. de
4 preben.* Niſi † executio fuerit cœpta, & non completa ex allegatis in cauſa *Toletana Iuriſpatronatus 29. Ianuarij præteriti coram me, & in cauſa
Cæſarauguſtana de* Caſpe *16. Febr. 1632 coram
R. P. D. meo Motmanno.* Aut non fuerunt execu-
5 tæ, & executio fuit præſcripta, † quia præſcribitur
ſpatio triginta annorum; per iſtud enim tempus
ius exequendi hoc eſt actio in factum, & officiũ,
6 † quæ actioni præſtantur, legitimè præſcribuntur,
Innoc. in cap. finali. de except. & ibi Bald. hoc di-
7 ctum Innocentij † dignum notatu reputat, *gloſ. fin.
in l. fin C. de præſcript. triginta, vel quadraginta
annorum idem Bald. in rubr. de præſcript. & in
l. debitori q. 3 C. de pactis, Marãt. in prax. par. vlt.
tit. de execut. ſent. num. 54. Balbus de præſcript. 4.
par. quarta partis principalis q. 31. latè Mareſcot.
var. lib. 2. cap. 121. num. 10. Giurb. de c. 96. num. 1.
Surd. conſ. 296. num. 1.*

His tamen non obſtantibus Domini, vt ſupra
dixi, cenſuerunt non intrare arbitrium, quia Paulus Tertius Eccleſiam parrochialem Sancti Petri
erexit in Collegiatam cum tranſlatione curæ animarũ, cum creatione vnioris Prioris, & octo Portionariorum, quibus applicauit omnes fructus &c.
certarum Eccleſiarum, & huius gratiæ effectuatio
non poteſt controuerti, ſed cum ſanct. mem. Pius
Quintus aſſignauerit ſcuta 150. Decano Barbaſtreñ, iſte hodie turbat Collegiatam, quæ non cõtrouertit dictam ſolutionem, ſed reſpondet quod
Decanus debet agere contra eius verum debitorem. Vnde aut litteræ Apoſtolicæ ſemel fuerunt
executæ, aut non fuerunt executæ, & vtroque caſu Aud. C. potuit procedere ad executionem; Tum
8 quia materia † de ſui natura habet tractum ſucceſſiuũ, quo caſu licèt litteræ ſemel executæ fuerint,
ſufficit quod veniat noua turbatio, ex quo reſpiciunt etiam tractum futurum, & quotieſcunque
fit turbatio, litteræ poſſunt exequi, *Capic. Auendan. & Put. allegati in dicta cauſa Toletana Iuriſpatronatus coram me*, ſi vero non fuerunt ſemel
exe-

executæ, ſed habuerût effectum, ſufficit, quod ho-
9 die Collegiata turbetur, † vt executor in materia,
quæ habet tractum ſucceſſiuum, poſſit procedere
ad executionem ex ſupra allegatis. Tum etiam
quia in dictis litteris clarè diſponitur, quod A. C.
vbi & quando expedierit, & pro parte Iuratorum
& Conſiliariorum, necnon Prioris de nouo erectæ
Collegiatæ pro tempore exiſtentis, & Capituli, ſeu
alicuius eorum fuerit requiſitus faciat dictas litte-
10 ras, † & in eis contenta firmiter obſeruari, contra-
dictores &c. & propterea illius iuriſdictio poſt an-
num non ceſſauit.

Quantum attinet ad præſcriptionem cum hæc
materia habeat tractum ſucceſſiuum deberet do-
ri ad effectum præſcriptionis, quod venerit caſus
contrauentionis, & quod pars acquieuerit tanto
11 tempore, † vt potuerit præſcriptio induci, de quo
cum non doceatur, antequam ille caſus euenerit
non poteſt obijci de præſcriptione, *l. ſi in diem. ff.
de condit. & demonſtr. Curtius iun. conſ.* 181. *n.* 4.
& hoc probatur duplici ratione. Prima quia præ-
12 ſcriptio eſt exceptio, † quæ non datur niſi præce-
13 dat actio, quia non dicitur habere actionem † for-
matam, qui non poteſt agere. Sed ſic eſt quòd
cum Eccleſia non moleſtaretur, non poterat age-
14 re ad executionem dd. litterarum † & ita non in-
trat præſcriptio, ita innuit *Bald. in conſ.* 342. *in
princ. verſ. ſed in contrarium lib.* 1. Secunda ratio
15 eſt, quia ille, qui non † poteſt agere non dicitur
16 negligens, & contra non negligentem † non cur-
rit præſcriptio, *Bald. conſ* 193. *in decidendo lib.* 3.
Caſtrenſ. conſ. 466. *num.* 2. *lib.* 2. *Abb. conſ.* 101.
num. 6. *in fin. lib.* 1. *& conſ.* 22. *num.* 3. *lib.* 2. vbi
17 quod præſcriptio † eſt inducta partim fauore poſ-
ſidentis bona fide, partim odio negligentis, ideo
18 non † valens agere non dicitur negligere.

Placuit etiam alia reſponſio data in deciſioni-
bus bon. mem. Vbaldi quòd cum agatur de præſta-
tionibus annuis, & ſic de obligationibus ſucceſ-
ſiuis, quo caſu tot cenſentur obligationes quot
19 ſunt anni, † & præſtationes ſucceſſiuæ, & ideo nõ
currit præſcriptio, niſi pro illo anno, quod habet
poſt ſe tempus ſufficiens ad præſcribendum, *Aym.
de antiq. tempor. in* 4. *parte §. materia iſta q.* 20.
num. 24. *& ſeqq.*

Et ita concluſum vtraque parte informãte &c.

☞ ** *Adſunt iſtæ deciſiones infra in Additione
prout in Indice poſito in eius fine.*

R. P. D. VEROSPIO.

Iſpaleñ Decimarum.

Die Veneris 2. *Martij* 1635.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus quando dicatur habere intẽtionem
fundatam in perceptione Decimarum, & an
Capitulum eas exigere poſſit vt Admini-
ſtrator Epiſcopi: Laici nõ ſunt capaces De-
cimarum, Decimę quando dicantur tempo-
rales quando ſpirituales.

SVMMARIVM.

1 *Decimæ vniuerſaliter debentur ab omnibus prædijs Archiepiſcopo vti vniuerſali Parocho ratione vniuerſalis curæ, quam gerit in ſua Diœceſi in qua Parochiæ non ſunt diſtinctæ.*

2 *Termini & limites locorum Diœceſis probantur ex depoſitionibus teſtium & adminiculis.*

3 *Iuriſdictio Archiepiſcopi, & vſus Archiepiſcopalis authoritatis tàm in ordine ad legem iuriſdictionis, quàm in ordine ad legem Diœceſanam in quibus conſiſtat.*

4 *Probatis actibus denotantibus plenum vſum authoritatis Archiepiſcopalis indiſtinctè infertur ad probationem poſſeſſionis reliquorum actuum.*

5 *Epiſcopo ius commune aſſiſtere dicitur vt in omnibus locis ſuæ Diœceſis gerat curam vniuerſalem. & num.* 6.

7 *Capitulum, quamuis iure proprio non habeat iuriſdictionem in locis Diœceſis, poteſt tamen illam habere ex conceſſione adminiſtrationis ſibi demandata ab Archiepiſcopo.*

8 *Mandatum ab Archiepiſcopo ſimpliciter datum non comprehendit adminiſtrationem decimarũ.*

9 *Poſſeſſio actualis percipiendi decimas ex quibus probetur. &* 10.

11 *Locationes regulariter non probant poſſeſſionem, & dominium in præiudicium tertij.*
Niſi concurrentibus adminiculis, 12. *&* 13.

14 *Decimæ vt debeantur Laico neceſſarius eſt titulus priuilegij, vel probatio immemorabilis cum fama priuilegij.*

15 *Teſtes deponentes de immemorabili debent deponere de viſu in annis pubertatis.*

16 *Decimæ vt debeantur laico in recognitionem dominij, ſiue ex cauſa tributi ius commune non reſiſtit, & quare.*

17 *Decimarum temporalitas ex quibus deducatur.* 18. 19. *&* 20.

18 *Decimæ ſpirituales propriè ſoluuntur ex fructib.*

19 *Decimæ non dicuntur temporales eo, quia debeantur ex aliquo opificio, aut negotiatione.*

DECISIO XXII.

HÆC CAVSA, quæ pendet hodie coram me fuit primùm mota in partibus ad inſtãtiam Decani, & Capituli Hiſpalenſis, & deinde ab eiſdem introducta in Rota vſque *de anno* 1568. *coram bo. me. Gropperio*: In eo autem conſiſtebat illorum actio vt cum intrà fines eius Diœceſis Iſpaleñ ſita eſſent Oppida de Almonte & Nicelba, & loca de Lucerna, de puerto, Rebullos, Nielba Roziana, Villaraza, & Bonares ad eos tanquam generales adminiſtratores bonorum Archiepiſcopatus Iſpalenſis ſpectarẽt Decimæ oliuarum, olei, laterum, & ficuum aridarum quæ in eiſdem oppidis, & locis colligebantur, quarum decimarum exactionem ſibi vindicabat Dux Sydoniæ tanquam Dominus eorumdem locorum: Cum verò nomine vtriuſq; fuiſſent expeditæ literæ compulſoriales, quæ fuerunt illi primùm decretæ coram eodem Gropperio, & deinde à bo. mem. Ortembergo in eius locum ſubrogato, & demum coram [illegible] *anno* 1631. confecto proceſſu in vim earum [illegible]

Digitized by Google

litterarum Dubitaui An eſſet fundata intentio Ca-
pituli in iure percipiendi has decimas; quo dubio
hodie propoſito Domini affirmatiuè reſponderũt
moti eo fundamento, quod viſum fuit probari ex
teſtibus, & alijs iuribus adductis pro Capitulo, vt
cum in hac Diœceſi Iſpalenſi nõ adſint Parochiæ
diſtinctæ, ſed cura omnium Eccleſiarum exercea-
1 tur ab Archiepiſcopo, † ſiue illius nomine per Vi-
carios ab eo pro tempore deputatos, ratione eiuſ-
dem Curæ debitę eſſent eidem Archiepiſcopo tã-
quam vniuerſali Parocho decimę eorumdem præ-
diorum *authoritate textus in c. 1. §. has vero deci-
mas 15. quaſt. 7.* cuius diſpoſitionem in his termi-
nis procedere notat *Abbas in c. cum cõtingat. n. 7.
de decim. & fuit pleniſſimè firmatum in Paceñ de-
cimarum 21. Iunij anni 1604. & 5. Decemb. anni
1605. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano inter im-
preſſas deciſ. 187. & 254. & in hac diœceſi dixit
Rota in Iſpaleñ Iuris nominandi 29. Aprilis anni
1613. coram Card. Pamphilio.*

Et quidem ex iuribus, & probationibus quæ da-
tæ fuerunt pro parte Capituli viſum fuit probari
non solùm quod hęc loca erant intrà fines Diœce-
ſis, ad quem effectum ſufficere poterant depoſi-
tiones plurium Teſtium, & alia adminicula, ex
quibus probabatur contineri ea loca intra termi-
2 nos † eiuſdem Diœceſis *ex notat. in cap. cum
cauſam de probat. & in c. cum olim, vbi gloſſ. in
verbo per alia, & in verbo inſtrumenta. de cenſib.
Dec. conſ. 146. num. 19. Card. Seraph. deciſ. 441.
num. 3.* ſed quod Archiepiſcopus in eiſdem locis
iuriſdictionẽ exercebat quod oſtenſum fuit ex col-
lationibus beneficiorum, viſitationibus licentijs
confitendi, ac concionandi & pluribus alijs acti-
bus qui complectebantur pleniſſimam vſum Ar-
3 chiepiſcopalis authoritatis tàm in ordine ad legẽ
iuriſdictionis quàm in ordine ad legem Diœceſa-
nam *iuxta notata per gloſſ.* quæ communiter eſt
recepta *in c. dilectus filius in verbo delegatio iuriſ-
dictionis de off. ordin. & in c. in ſumma 10. quaſt.
1.* quam ſequuntur ibi *Præpoſit. & Gemin. ſub n. 1.
Turrecrem. num. 2.* & propterea benè inde infer-
4 retur ſine † alia diſtinctione ad poſſeſſionem cæte-
rorũ actuum vt eſt caſus *in cap. 1. de Relig. domib.*
quem text. in his terminis conſiderat *Butr. in
cap. vlt. num. 46. de cauſ. poſſeſſ. & propriet.* totũ
5 id operante † cauſa vniuerſali ſiue aſſiſtentia iuris
communis, quam cenſetur habere Epiſcopus in
omnibus locis ſuæ Diœceſis, *vt in cap. omnes Baſi-
licæ 16. q. 7. c. de monachis, & ibi gloſſ. in verbo
quorum Diœceſi de relig. domib. gloſſ. in clement.
vnica in verbo earum parte de for. compet.* quam
communiter receptam atteſtatur *Verall. dec. 201.
num. 1. par. 2. & deciſ. 306. num. 2. par. 1.*

Ex hoc iure Archiepiſcopi dixerunt Domini
probari etiam ius Capituli, quia licèt Capitulum
6 non diceretur † habere eamdem aſſiſtentiam iure
proprio, prout illam habebat Archiepiſcopus, ta-
men poterat idem venire ex iuribus eiuſdem Ar-
chiepiſcopi ratione adminiſtrationis, quam gere-
7 bat bonorũ Archiepiſcopatus, † *vt fuit dictũ in O-
ſceñ decimarũ della Pedra 25. Martij 1564. corã
Rubeo, & in Paceñ decimarũ 21. Iunij 1604. corã
Reuerendiſſ. D. meo Decano inter impreſſas deciſ.*
187. Et ea quidem adminiſtratio non ſolùm viſa
fuit probari ex mandato dato eidem Capitulo ab
Archiepiſcopo ad hanc cauſam proſequendam in
quo cum fuerit ab illo nominatus generalis admi-
8 niſtrator ceſſare, † videbatur difficultas, quæ fuit
conſiderata *in d. cauſa Paceñ. decimarum in alia
deciſione facta ſub die 5. Decemb. anni 1605. coram
eodẽ Reuerendiſſ. D. meo Decano*, vt ſcilicet ex ſim-
plici mandato non cenſeretur Archiepiſcopus vo-
9 luiſſe concedere dictã adminiſtrationem Capitulo:
ſed præterea fuit pro parte Capituli oſtenſa poſſeſ-
ſio actualis ſuper illo facto perceptionis harũ de-
10 cimarum. † Nam datæ fuerunt plures locationes
earumdem decimarum factæ, nomine ipſius Capi-
tuli poſt conſtitutam auctionem ſub haſta publica
& voce Præconis, quæ locationes licèt regulariter
non probent dominium aut poſſeſſionem in præ-
11 iudicium tertij, † *vt ſtatuitur in c. inter dilectos.
§. per inſtrumenta de fid. inſtr.* Tamen viſæ fuerũt
poſſe hanc fidem facere propter plura adminicula
12 quæ videbantur † in hoc caſu concurrere, vt notat
*Felyn. in eod. cap. inter dilectos. num. 8. Gabr. de
locat. concluſ. 4. num. 16. Cæſar de Graſſ. deciſ. 10.
num. 7. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot. deciſ. 573.
num. 3. par. 2. recent.* Ea vero adminicula colli-
13 gebantur ex pluribus ſolutionibus, † quæ oſten-
debantur factæ occaſione earumdem locationum
ex atteſtatione calculatoris, & diſtributoris gene-
ralis earumdem decimarum, & demum ex teſtibus
deponentibus non ſolùm de facto huius exactionis
verùm de cauſa eiuſdem propter adminiſtratio-
nem competentem Capitulo.

Neque viſæ fuerunt obſtare probationes, quæ
datæ fuerunt in contrarium pro parte Ducis; Nã
14 cum ad dictum effectum † neceſſarius fuiſſet titu-
lus priuilegij, vel probatio immemorabilis cum
fama eiuſdem priuilegij *iuxta notata per Doctores
in c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælat. &
ibi Io. Andr. num. 9. Abb. num. 12. Butr. num. 17.*
& fuit pluries deciſum, *vt apud Verall. deciſ. 242.
num. 1. par. 1. & deciſ. 215. num. 2. par. 2. diuerſ.
& in deciſ. 193. num. 6. par. 2. & deciſ. 700. num. 1.
par. 1. recent.* Non ſolùm non fuit probata exiſten-
tia d. tituli per illius exhibitionem, aut relationẽ
ex fama, ſed viſa fuit impoſſibilis probatio imme-
morabilis, dum ſubducto tempore litis, quæ incę-
pit ab anno 1565. non poterant reperiri Teſtes
15 qui deponerent ab eo † tempore de viſu additis in
quolibet teſte annis pubertatis, qui etiam requi-
rebantur, vt eorum depoſitio concluderet iuxta
requiſita *per gloſſ. in c. 1. de præſcrip. in 6. & tra-
dita per Couar. in cap. poſſeſſor 2. par. §. 3. nu. 7. de
reg. iur. lib. 6.* cuius probationis difficultatẽ ſæpiùs
in hac materia conſiderauit, Rot. vt *apud Verallũ
deciſ. 71. num. 1. par. 2. & in Abuleñ. decimarum
10. Martij 1628. coram Reuerendiſſ. D. meo Deca-
no, & alijs relatis in vna Iſpaleñ. decimarum 20.
Iunij 1594. coram Mantica*, quæ deciſio fuit facta
contra authorem huius Ducis occaſione decima-
rum loci de Niebla.

Nec etiam viſa fuerunt obſtare, quæ dicebantur
ſuper qualitate earum decimarum, quod illæ eſſẽt
16 debitæ † Duci in recognitionem dominij ſiue ex
cauſa tributi, quarum reſpectu ſicuti non poterat

cor ſi.

conſiderari aliqua Iuris reſiſtentia contra Ducem, cum non participarent de aliquo iure ſpirituali, ita neque poterat dici quod earum cauſa Ius aſſiſteret Capitulo, ſiuè Archiepiſcopo *argum. text. in cap. veſtra nobis 2. de locat.* & pluribus fundamentis comprobat *Bald. in conſ 419 lib. 1. & tenuit Rota deciſ. 313. num. 3. par. 1. recent. & coram Gregor.*
17 *deciſ. 404. num. 2.* Etenim † temporalitas earumdem decimarum deducebatur ex duplici fundamento; Et quia hoc videretur oſtendere cauſam propter quam ille ſoluebantur, cum dicerentur conſiſtere nō in ſolis fructibus pro quibus propriè
18 ſoluuntur † decimæ ſpirituales, *vt in c. Nuncius de decimis, c. non eſt eod. tit.* Et quia hoc idem videbatur colligi ex depoſitionibus Teſtium, qui aſſerebant has decimas debitas fuiſſe Duci, etiam quod ille ſoluendæ eſſent Capitulo; Sed non viſa fuerunt ea fundamenta comprobare hanc exceptionem Ducis; Et quantum attinet ad teſtes, Non poterant illi obſtare, propter nullitatem examinis, cum non ſolùm fuiſſent examinati ſine citatione partis, ſed etiam in loco quem Capitulum declarauerat ſibi ſuſpectum; Quod verò attinet ad cauſam ſolutionis non ideò poterant dici eædem decimæ temporales eò quia ſoluerentur etiam ex
19 lateribus, † cum pro ijs etiam lateribus debitæ Eccleſiæ eſſent decimæ, & ille conſiſterent non ſolùm in fructibus, ſed etiam in omni opificio aut negociatione, *vt in c. omnes, c. quicumq. 16. q. 7. cap. decimæ 16. quæſt. 1. & notat ibi gloſſ. in verbo negotio, Io. Andr. in c. peruenit num. 2. de decim. Rebuff. de decim. quæſt. 8. num. 19.* & de opificio ceræ, & mellis *eſt deciſ. Mohedan. 2. de decimis*, & de lapidicinijs loquitur *Io. Andr. in d. cap. peruenit ſub eodem num. 2. Rebuff. ead. quæſt. 8. num. 23.* & omnem difficultatem videbatur ſuſtuliſſe ipſemet Dux deducendo probationem immemorabilis cum eadem probatio non fuiſſet neceſſaria, niſi præſuppoſita ſpiritualitate earumdem decimarum.

Demùm nō viſa fuit obſtare altera exceptio Ducis contra probationes factas à Capitulo, quod illæ non poſſet nocere tanquam factę contra antiquū Ducem, cuius ipſe non erat ſucceſſor, cum eas decimas diceret ad ſe ſpectare non iure proprio, ſed ratione maioratus ex notatis *in l. ſæpè. ff. de re iudicat. & per Alex. ibi num 125. Aebill. dec. 5. eod. tit. & fuit dictum in Hiſpalen. Decimarum de Ayamonte 19. Ianuarij 1605. coram Greg. inter impreſſ. deciſ. 205. & in Mirandeñ vnionis 27. Iunij 1629. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano.* Potuiſſet enim obſtare ea exceptio, ſi vel iura huius maioratus fuiſſent probata in perſona Ducis, vel ſuper ijs ſolis probationibus fundata eſſet intentio Capituli: Cum verò probationes datæ pro parte Ducis non ſolùm non concluderent pertinentiam harum decimarum ratione maioratus, ſed neque ex aliquo alio iure deficiente fundamēto probationis immemorabilis, ſatis eſſe poterat Capitulo ſola aſſiſtentia, quæ habebat ex diſpoſitione iuris communis, quando etiam ſubſiſteret exceptio, quæ aſſerebatur contra eaſdem probationes.

Et ita &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Peruſina Laudi.

Die Veneris 2. Martee 1635.

ARGVMENTVM.

Actiones inter cohæredes, pro parte, qua quis eſt hæres ipſo iure ſcinduntur. Via executiua, ſi cedenti competebat, ceſſionario etiam competere debet.

SVMMARIVM.

1 *Actiones inter hæredes ipſo iure ſcinduntur.*
2 *Actiones inter cohæredes, pro ea parte, qua quis eſt hæres. & num. 5.*
3 *Ceſſionario competit via executiua, ſi cedenti competebat.*
4 *Obligationis Cameralis beneficium ob ceſſionem, tranſit in ipſum ceſſionarium.*
6 *Poſſeſſio vera alicuius recogniti in dominium probatur, ſi ei reſpondeatur de fructibus.*
7 *Bonorum deſcriptio in inuentario probat poſſeſſionem defuncti, contra ipſos inuentarium conficientes.*
8 *Actus præſumuntur geſti, vigore tituli, ſeu tractatus præambuli.*
9 *Exceptio illiquida & requirens altiorem indaginem nòn poteſt retardare ſolutionem crediti liquidi. & num. 10.*

DECISIO XXIII.

ITERVM * Domini vtraque parte informante dixerunt contra Ioannis Antonij hæredes relaxandum eſſe mandatum executiuum pro reſtitutione medietatis fructuum cēſus, quos Ioſephus cohæres integrè ſoluit Collegio creditori, & conſequenter perſiſtendum eſſe in deciſis ſub die 3. Iulij præteriti, quoniam conſtat Marcellum dicti cenſus impoſitorem hæredes ſuos cum reciproca inter eos ſubſtitutione inſtituiſſe Ioannem Baptiſtam, Ludouicum, & Ioannem Antonium fratres, ex quibus Ludouicus nulla relicta ex ſe prole obijt, & Ioanni Baptiſtæ ſucceſſit Ioſephus, qui reportata iurium ceſſione ſoluit vt ſupra terminos cenſus, & ideo poſt reſtitutam dicto Ioanni Antonio medietatem portionis hæreditariæ Ludouici defuncti, rectè petit ſibi reſtitui fructus cenſus ſolutos pro huiuſmodi medietate, ac pro alia portione ex dicta Marcelli hæreditate eidem Ioanni An-
1 tonio obuenta, cum † inter hæredes ipſo iure ſcindantur actiones *Bart. in l. cui fundus, num. 4. ff. de condit. & demonſtr. & in l. 4. §. Cato num. 6. ff. de verb. oblig. Bald. conſ. 194. vol. 4. Palador. rer. quotid. lib. 2. c. fin. 4. par. 9. 1. num. 15.* &
2 dantur † pro ea parte, qua quis eſt hæres *l. 2. vbi Salyc. C. de hæred. act. Bart. in l. frater. num. 10. d. tit. ff. de verb. oblig.*

Eidemque Ioſepho ad dictorum fructuum con-
3 ſecutionem competit via executiua; † quæ [illegible] ceſſionem competebat Collegio, idque [illegible]
4 obligationis Cameralis † cuius beneficium [illegible] ſionis, fuit tranſlatum in ipſum ceſſionar[illegible]

in l.1, num.22. ff. de act. & oblig. Galleſ. de oblig. camer. quæſt. 5. *num.* 7. & in his terminis *Rota in Romana Cenſus* 15. *Nouembris* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino.*

Non obſtat, quod ex concordia inter dictos Ioannem Antonium, & Ioſephum inita in qua habetur quod Ioſephus teneatur alteri tradere medietatem bonorum, quæ de Marcelli hæreditate Ludouico obuenerant, conſtet integram hæreditatem Ludouici eſſe penès Ioſephum, & ideo ipſum vti poſſeſſorem hæreditatis non modo Ioannis Baptiſtæ, ſed etiam Ludouici pro duabus, hæredes
5 verò Ioannis Antonij pro vna † tantum portione hæreditatis Marcelli condemnandos eſſe ad fructus de quibus agitur. Quoniam Teſtes probant poſt laudum latum vigore dictæ concordiæ fuiſſe à Ioſepho transmiſſas Ioanni Antonio claues prædiorum Miraldoli, ac Pontis S. Ioannis, de quibus in Concordia tanquam de bonis pro medietate inter ipſos diuidendis fit mentio, & ab eo tempore Colonos, ita mandante Ioſepho, recognouiſſe, ipſum Io. Antonium vti Dominum dd. bonorum, eiq; reſpondiſſe de fructibus pro medietate; quæ om-
6 nia probant veram ipſius † Domini recogniti poſſeſſionem *Afflict. deciſ.* 335. *nu.* 4. vbi allegat. *Innoc. in c. cum veniſſent num.* 7. *de reſtit. in integr.* cui probationi ſuffragatur deſcriptio eorundem bonorum, quæ habetur in Inuentario hæreditatis ipſius Io. Antonij editæ per Franciſcum, & alios
7 illius filios ac hæredes, & probat † poſſeſſionem patris defuncti contra ipſos Inuentarium conficientes *Rot. deciſ.* 387. *nu.* 2. *par.* 1. *recent. & in Romana donationis de Capranica* 26. *Iunij* 1628. *coram Reuerendiſſimo D. Vrgellen.*

Cum verò ſupradicta clauium conſignatio in aliã cauſam vel de alijs bonis, quam quæ continentur in concordia non probetur facta, rectè intrat præ-
8 ſumptio, quod actus † huiuſmodi conſignationis, & ſubſecuta poſſeſſio referantur ad titulum præcedentis Concordiæ, ſiue tractatus *l.* 2. *C. de acquir. poſſ. l. quadam cum gloſ. final. ff. de rei vendic. Bald. conſ.* 10. *nu.* 7. *vol.* 5. *Alciat. reg.* 2. *præſum.* 24. *num.* 1. *Rota deciſ.* 549. *num.* 10. *par.* 1. *diuerſ.* non autem ad Maioratum, qui vt in eadem Concordia maiori natu ſeu ipſum maioratum cupienti non debetur niſi alijs cohæredibus per eum tradita in bonis liberis æquiualenti quantitate, cuius tamen traditionis adimplementum non probatur, & cum non contineat maiorem Ioannis Antonij vtilitatem non præſumitur.

Neque relaxationem dicti mandati executiui retardare poteſt reſtitutio fructuum, quos Ioſephus antequam d. bonorum medietatem cõſignaret exegit, quia cum conſtet huiuſmodi fructus fuiſſe liquidatos in ſumma ſcutorum 55. & dicti hæredes Ioannis Antonij in longe maiori ſumma ſint debitores Ioſephi, vel erit locus compenſationi, vel
9 ſi † nolint admittere d. liquidationem, poterunt huiuſmodi fructus ſeruatis de iure ſeruandis liquidari, vel denique pro ſumma liquidata ea ratione
10 petitum mandatum relaxari; quod † exceptio illiquida, & requirens altiorem indaginem non poteſt retardare ſolutionem crediti liquidi *Bald. conſ.* 152. *in fin. vol.* 3. *Lancellott. de attent. part.* 2. *cap.* 4. *limit.* 28. *num.* 1. *Gregor. XV. deciſ.* 552. *num.* 5. neque impedire executionem obligationis Cameralis *idem Gregor. deciſ.* 220. *in fin. & Zacch. poſt Galleſ. tract. de obligat. Cameral. deciſ.* 42. *num.* 9. *& deciſ.* 155. *num.* 3.

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ * *Fuit iam propoſita ſub die* 3. *Iuly* 1634. *coram eodem bo. me. Motmanno quam deciſionem vide infra in Additione prout in Indice poſito in eius fine.*

§. *Infra in eadem cauſa habes alteram deciſionem ſub die Veneris* 27. *Aprilis* 1635. *coram eodem.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Dotis.

Die Veneris 2. *Martii* 1635.

ARGVMENTVM.

Dotis receptæ confeſſio facta per maritum conſtante matrimonio, concurrentibus adminiculis, & coniecturis, probat veram numerationem dotis, non ſolum contra ſe ipſum, ſed etiam contra eius creditores.

SVMMARIVM.

1 *Dos ſoluto matrimonio reddi debet.*
2 *Mariti confeſſio, de dote recepta conſtante matrimonio, præſumitur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem.*
3 *Sed iſta concluſio non procedit, quando plures concurrunt coniecturæ, & adminicula, ex quibus appareat dotem confeſſatam, verè ſolutam fuiſſe.*
4 *Matrimonia ſine dote regulariter non contrahuntur.*
5 *Dotis receptio, probatur ex confeſſione de recepto, quæ ſtante præcedenti promiſſione, probat veram ſolutionem non ſolum contra ipſum maritum, ſed etiam contra creditores.*
6 *Apoca priuata, ſi non ſit trino teſte munita, videtur militare contra eam, ſuſpicio antidatæ, fallit num.* 7.
8 *Confeſſio iurata dotis receptæ probat veram numerationem.*
9 *Dotis ſolutio, ſi probetur in parte vera, in totum vera præſumitur.*
10 *Referens quando probet ſine relato.*
11 *Maritus, ſi præſtet alimenta vxori inducit coniecturam ſolutionis dotis.*
12 *Alimenta non tenetur maritus præſtare vxori, quæ dotem non ſoluit.*
13 *à Sententia, ſi quis non appellauit cenſetur illi acquieuiſſe.*
14 *Confeſſione propria, nulla eſt maior probatio.*
15 *Dotis receptæ confeſſio præſumitur vera ſi ſit ſatis veriſimilis, & congrua.*
16 *Patrem non eſt veriſimile, quod vni ex filiabus conſtituerit longè notabilem dotem, & alteri nihil dare voluerit.*
17 *Dotes, vt plurimum non inueſtiuntur.*

Ma-

Maritus ad inueſtiendum dotem non tenetur. num. 17.

18 *Dotis confeſſio non dicitur facta à marito dum proximus eſt decoctioni, & ſic in fraudem, ſi poſt 4. annos decoxit. vide num. 19.*

20 *Præſumptiones vrgentiores, & fortiores elidunt leuiores.*

21 *Bona obnoxia pro reſtitutione dotis non poſſunt exequutioni demandari in præiudicium ipſius vxoris.*

22 *in Neceſſitate, quis non poteſt, ſi rem habeat pretio æſtimabilem.*

23 *Licentia data à Teſtatore alienandi bona in caſu maximæ neceſſitatis intelligitur de neceſſitate fatali, vel naturali, non autem de voluntaria.*

24 *Neceſſitas voluntaria dicitur illa, in quam, quis voluntariè ſe coniecit.*

25 *Prodigalitatis actus, ſi ſint cauſa vt oriatur neceſſitas, priuant hæredem facultate alienandi, ſibi à Teſtatore conceſſa in caſu maximæ neceſſitatis.*

26 *Taciturnitas Iuris tertij vitiat reſcriptum, & illud ſubreptitium reddit.*

DECISIO XXIV.

PROPOSITO à me dubio ſub die 20. Maij præteriti anni * An D. Lauræ de Creſcentijs debecetur dos, & alimenta, itaque decreta Eminentiſſimi Vicarij emanata ad inſtantiam Maximiliani, & Marij Caſtarelli pro alienatione bonorum fideicommiſſi quondam Bernardini Caſtarelli, eſſent reuocanda, fuit dictum dotem deberi, & decreta obtenta ad inſtantiam Marij eſſe reuocanda: Hodie iterum propoſita cauſa ſuper reſolutis Domini ſteterunt in deciſis.

Siquidem quoad primam partem deciſionis, in qua firmatur D. Lauræ deberi dotem res viſa fuit clara, quia de illius ſolutione in ſumma ſcutorum decem millium apparet ex publico Inſtrumento quietantiæ factæ per dictum Maximilianum eius Virum de anno 1601. in quo idem Maximilianus promiſit dictam dotem reſtituere in omnem euentum reſtitutionis tàm conſtante, quàm ſoluto ma-
1 trimonio, vndè eo † ſoluto per obitum eiuſdem Maximiliani abſque filiis ex dicta Laura factus fuit locus reſtitutioni dictæ dotis iuxta *tex. in l. prima, ff. ſolut. matr. l. vnica, §. cum autem, C. de rei vxor. act.* cum alijs in deciſione allegatis.

Nec hodie obſtare viſum fuit, quod dictum Inſtrumentum contineat ſolam confeſſionem de recepto, quæ vti facta conſtante matrimonio non videatur probare veram ſolutionem nec etiam in
2 præiudicium Mariti confitentis, † cum præſumatur facta in fraudem donationis prohibitæ inter virum, & vxorem iuxta *doctrin. Bart. in l. 2. §. creditum ſub num. 5. ff ſi cert. pet. Io. Andr. in addit. ad ſpeculat. tit. de donat. inter vir. & vxor. Socc. in dicta l. 1. nu. 101. ff ſolut. matr. Caſtr. conſ. 86. num. 1. lib. 2. Alex. conſ. 46. num. 6. lib. 1. Menoch. de præſumpt. præſumpt. 12. num. 57. & ſeqq. Maſcard. de probat. concl. 362. num. 1. Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 8. num. 1. Rot. deciſ. 468. num. 1. lib. 3. part. 3. diuerſ. & deciſ. 683. num. 2. part. 2. recent. & alibi.*

Nam dicta concluſio non procedit quando (prout hic) plures concurrunt coniecturæ, & admi-
3 nicula † ex quibus apparet dotem confeſſatam verè ſolutam fuiſſe *Bald. in l. vnica, C. de priuil. dotal Soccin. conſil. 82. col. 2. & conſ. 122. col. 4. poſt med. lib. 4. Dec. conſ. 538. col. 3. circa med. Aym. conſ. 40. num. 4. Bero conſ. 60. num. 43. lib. 2. Rot. coram S. me. Greg. XV. deciſ. 62. num. 2.*

In præſenti autem caſu vltra generalem conie-
4 cturam, quod matrimonia † ſine dote regulariter non contrahantur *Campeg. tract. de dot. art. vlt. quæſt. 57. Natt. conſ. 581. nu. 5. & 15. Purpurat. conſ. 461. num. 18. Surd. conſ. 489. num. 12. Rota deciſ. 153. num. 3. part. 2. diuerſ. & coram S. me. Greg. XV. dicta deciſ. 62. num. 3.* Concurrit primo præcedens promiſſio dictæ dotis facta in Capitulis matrimonialibus vſq; de anno 1591. ab Equite Octauiano Creſcentio patre dictæ Lauræ, & in Inſtrumento dictæ quietantiæ regiſtrata, quo caſu confeſſio ſubſequens Mariti probat veram ſolutionem non ſolum contra ipſum confitentem, ſed etiam contra Creditores excipientes de non ſolu-
5 tione dotis, † quia præſumitur facta potius animo liberandi promiſſionem dotis, quam animo fraudandi *Cyn. Salyc. & alij in l. contractibus, §. ſed quoniam, C. de non numerat. pecun. Bald. Nouell. in repetit. contr. opin. lib. 3. tit. de donat. inter vir. & vxor. concl. 4. num. 2. Menoch. præſumpt. 12. num. 13. Maſcard. de probat. concl. 362. num. 20. Afflict. deciſ. 402. num. 2. Ioſeph. Ludou. deciſ. 66. num. 25. Greg. dicta deciſ. 63. nu. 4. & 491. nu. 7.*

Nec obſtat, quòd de dicta promiſſione non con-
6 ſtet niſi ex apoca priuata, † quæ cum non ſit trino teſte munita videtur militare contra eam ſuſpicio antidatæ iuxta *text. in l. ſcripturas, C. qui pot. in pign. hab.* Nam dicta ſuſpicio tollitur ex multis coniecturis, & adminiculis, & Primò ex Indulto poſtmodum obtento per dictum Equitem Octauianum de eodem anno 1591. à Gregorio XIV. pro
7 derogatione † Conſtitutionis Sixti V. ſuper exceſſiuis dotibus, in quo Conſtitutio, & promiſſio dictæ dotis expreſſe narrata fuerunt *Gratian. diſcept. forenſ. cap. 951. num. 5. verſ. adminiculum*, & fuit dictum *in Rauennaten. pecuniaria 6. Nouembris 1624. coram R. P. D. meo Merlino, & in Romana Anterioritatis 20. Decembris 1628. coram me.* Secundò quia Maximilianus promiſit cum iuramento dictam dotem confeſſatam reſtituere in omnem caſum reſtitutionis, tàm conſtante, quàm
8 ſoluto matrimonio, quo caſu † confeſſio dotis receptæ probat veram numerationem *Art. conſ. 74. num. 7. Dec. conſ. 202. nu. 7. verſ. nec obſtat, Bald. Nouell. dicto tract. de dot. in princip. col. 5. verſ. nec obſtat, & in repetit. dict. l. 1. nu. 198 & 203. ff. ſolut. matr. Gabr. dicto tit. de donat. concluſ. 3. num. 4. & 5. Surd. dicto conſ. 489. num. 16. verſ. quinto concurrit, Ioſeph. Ludou. d. dec. 66. nu. 11.* Tertiò quia de anno 1592. cum effectu recepit ſcuta 1500. pro finali ſolutione dictæ dotis, vt conſtar ex partitis formiter extractis ex libro Banchi de Caualcãtibus in eodem Inſtrumẽto dictæ quietantiæ enunciatis; Vnde cum † ſolutio dictæ
9 dotis probetur in parte vera, in totum vera [illegible]tur *gloſ. & Doct. in d. l. 2. C. de non numer. pe[illegible]*

eun. Socc. Sen. d. conſ. 82. col. 3. lib. 3. Aym. conſ.
152. num. 6. in fin. Rota deciſ. 547. num. 26. & de-
ciſ. 124. nu. 4. par. 2. recent. Gregor. XV. d. dec. 62.
num. 8. & fuit dictum *in Veliterna dotis 21. Maij*
1621. coram Manzanedo, & in Romana legati,
ſeu dotis 19. Ianuarij præteriti coram me. Nec
obſtat, quod Maximilianus in quietantia ſe retule-
rit ad partitas Banchi, ex quibus partitis præten-
ditur non probari integra ſolutio. Nam vltra,
quod ſolutio cantat prò reſiduo, & finali ſolutione
fuit reſponſum, quod quietantia vltra relationem
continet actum certum, & habet orationem perfe-
ctam, tàm circa tempus, quàm circa ſubſtantiam,
10 & quantitatem exactæ ſub verbis † diſpoſitiuis quo
caſu referẽs probat etiã ſine relato *Surd. conſ. 540.*
num. 4. Seraph. deciſ. 1083. num. 4. Quartò quia
ne dùm poſt dictam confeſſionem dictam Lauram
11 eius vxorem penès ſe retinuit, eique † diù alimen-
ta præſtitit, quam coniecturam iunctis aliis ponde-
ratis alias *Rota ad hunc effectum, & ſignanter co-*
ram S. me. Gregor. XV. d. deciſ. 62. num. 5. & in
præcitata Romana Legati, ſeu dotis coram me.
Verùm etiam dicta Laura iudicialiter egit contra
ipſum Maximilianum poſt illius decoctionem pro
dictorum alimentorũ præſtatione, ac pro illis man-
datum obtinuit, citatis illius Creditoribus, & dicto
Mario, quæ quidem alimenta Maximilianus, ſi do-
12 tem non † recepiſſet, præſtare non tenebatur, vt
per *gloſ. Cyn. & alios in l. quod vxorem, C. de ne-*
goc. geſt. Bald. in l. fin. C. ad Velleian. Surd. de
alim. tit. 7. quæſt. 17. nu. 1. & d. conſ. 489. nu. 10.
Quintò quia eadem Laura obtinuit ab A. C. ſi-
mile mandatũ pro aſſecuratione dictæ dotis citatis
pariter creditoribus mariti, ac dicto Mario qui à
dictis mandatis relaxatis vſque ab annis 1606. &
13 1607. non appellarunt, † adeo vt cenſeantur illis
acquieuiſſe ad *tradit. per Bald. in l. ſi vt proponis*
nu. 1. & 2. C. de nupt. & in l. qui ſatis dare nu. 3.
de fideiuſſ.
Hic accedit propria confeſſio eiuſdem Marij, qui
in precibus de anno 1624. Sanctiſſ. porrectis faſſus
fuit dictam Lauram eſſe creditricem Maximiliani
viri occaſione ſuæ dotis, & pro illa mandata exe-
14 quutiua obtinuiſſe qua † confeſſione nulla maior
probatio ad *l. cum te, C. de probat.* Demum acce-
dit qualitas, & dignitas perſonarum cuiuſque con-
iugis quibus attentis dicta dos ſcutorum decem
millium ſatis veriſimilis, & congrua viſa fuit quo
15 caſu † confeſſio receptæ dotis vera præſumitur.
Tiraq. in l. ſi vnquam verb. donatione largitus.
num. 101. C. de reuoc. donat. Maſcard. de probat.
d. concl. 362. num. 18. in fin. Surd. dicto conſ. 489.
num. 14. verſ. accedit 4. Ioſeph. Ludou. d. dec. 66.
num. 24. circa med. & fuit dictum *in Ferrarien. do-*
tis 2. Iunij 1627. coram Manzanedo.
Præſertim quia Eques Octauianus pater dictæ
Lauræ dedit dotem ſcutorum viginti quinque mil-
lium Hieronymæ alteri eius filiæ, vt conſtat ex *de-*
ciſ. 294. num. 3. par. 1. recent. Vnde veriſimile non
16 eſt † patrem vni ex filiabus dotem ſcutorum vi-
gintiquinque millium dediſſe, alteri vero nihil dare
voluiſſe, prout etiam conſiderauit *Rot. in d. Fer-*
rarien. dotis coram Manzanedo;
Nec obſtant coniecturæ exaduerſo ponderatæ
ad infringendam veritatem dictæ ſolutionis, &
Primò non obſtat coniectura deſumpta ex eo quòd
Maximilianus dictam dotem ſcutorum decem mil-
lium non inueſtiuerit, prout eam veriſimiliter in-
ueſtiuiſſet, ſi vere recepiſſet; Nam vt plurimum
17 dotes non inueſtiuntur, † nec maritus ad huiuſmodi
Inueſtimentum de Iure tenetur *tot. tit. C. ne fide-*
iuſſ. dot. dent. & latè fuit dictum *in Romana dotis*
de Ruinis 3. Decembris 1632. coram me.
Similiter non obſtat ſecunda deſumpta ex eo,
quod Maximilianus de tempore dictæ confeſſionis
erat magno ære alieno grauatus, ac proximus de-
coctioni. Tùm quia dicta decoctio ſuperuenit qua-
18 driennio † poſt dictam confeſſionem, vt conſtat ex
Congregatione facta ab eius creditoribus de an-
no 1606. Summario reſponſionis num. 1. Tùm
19 etiam quia ſufficit † quod aliunde conſtet de veri-
tate ſolutionis.
Tertia verò deſumpta ex eo, quod ſolutio dictæ
dotis in ſumma ſcutorum 3000. appareat facta ante
tempus deſtinatæ ſolutionis non ſubſiſtit in facto,
quia ſolutio dictæ ſummæ non erat facienda poſt
biennium (vt ſupponebatur) ſed infra biennium,
vnd ſolutio facta hoc medio tempore non fuit an-
te, ſed infra tempus deſtinatæ ſolutionis.
Et quidem dictæ coniecturæ eò minus veniunt
attendendæ, quia verſamur in confeſſione pluribus,
& quidem vrgentibus coniecturis, & adminiculis
comprobata, vt ſupra oſtenſum fuit, præſumptio-
20 nes autem, † quæ ſtant pro veritate confeſſionis,
præualent aliis, quæ pro ſimulatione ponderantur
Gregor. XV. d. deciſ. 62. num. 11.
Quo verò ad ſecundã partem deciſionis, in qua
firmatur decreta obtenta ad inſtantiam Marij eſſe
reuocanda, adhuc eius fundamentum ſubſiſtere vi-
ſum fuit; Si quidem reſcriptum Sanctiſſ. cuius vi-
gore dicta decreta emanarunt, fuit ſubreptitiè ob-
tentum, ex quo Marius narrauit Papæ ſe eſſe in
maxima neceſſitate conſtitutum, nec habere bona
libera, ex quibus ſuis prætenſis neceſſitatibus ſatiſ-
facere poſſet, & tamen conſtat ipſum de eo tempo-
re habuiſſe annua ſcuta 360. ſibi aſſignata ſuper
Palatio pro credito dotis maternæ ſcutorum 9000.
vt in deciſione firmatur; Vnde decreta pro alie-
natione bonorum dicti fideicommiſſi non poterant
21 exequutioni demandari in † præiudicium ipſius
Lauræ, cui dicta bona erant obnoxia pro reſtitu-
tione ſuæ dotis; *Oſaſch. deciſ. Pedem. 168. nu. 10.*
Crauett. conſ. 296. num. 3. cum aliis in deciſione
allegatis.
Non obſtat, quod Marius de tempore gratiæ ca-
reret Palatio, quod antea vendiderat, & careret
etiam precio quod emptor illi tunc ſoluere non
tenebatur ſtante euictione eiuſdem Palatii ſequuta
contra ipſum emptorem in poſſeſſorio ad inſtan-
tiam Battinelli Marij creditoris in ſcutis 800.
Quia adhuc ſubreptio Dominis viſa fuit patens
cum nihilominus Marius remanſiſſet creditor pre-
tij eiuſdem Palatij quod conſequi debebat ab em-
ptore ſtatimatque Battinellus immiſſus ex fructi-
bus eiuſdem domus, de dicto credito ſcutorũ 800.
fuiſſet ſatisfactus, quod quidem creditum cum eſ-
ſet pretio æſtimabile, & per Marium vendi potuiſ-
ſet vtique ceſſabat eius neceſſitas, & conſequen-
ter

Digitized by Google

22 ter intrat ſubreptio, cum † dici non poſſit in ne-
ceſſitate is, qui rem habet pretio æſtimabilem, vt
firmauit *Rota in Romana præten ſæ dotis 2. Decem-
bris 1633. coram R. P. D. meo Motmanno*.
Secundò fuit reſponſum, quòd etiamſi Marius
de tempore gratiæ fuiſſet in neceſſitate, adhuc gra-
tia fuit ſubreptitia, quia non narrauit Papæ quali-
tatē neceſſitatis an ſcilicet neceſſitas eſſet fatalis,
vel naturalis, aut voluntaria; prout erat neceſsè ex-
23 primere: nam licentia † data à Teſtatore alienandi
in caſu maximæ neceſſitatis, intelligitur de neceſſi-
tate fatali, vel naturali, non autem de voluntaria,
24 in quam † quis voluntarie ſe coniecit *Bald. conſ.
20. lib. 2. Crauett. in reſponſ. pro genero num. 23.
cum plurib. ſeqq. & num. 94. & 486. verſ. idem
in ſpecie Menoch. de arbitr. Iudic. caſ. 181, n. 31.
32. & 38. lib. 2. cent. 2. Oſaſcb. deciſ. Pedem. 168.
per totam*.
Quòd autem neceſſitas Marij fuerit voluntaria
ex eo deducitur quòd debita, pro quibus ſoluendis
Papæ ſupplicauit, fuerunt contracta nulla præce-
dente neceſſitate fatali, vel naturali, & ex eo quod
poſt ſuſceptum terminum coram A. C. ad illa ſol-
uen. per paucos dies, antequam laberetur, exegit
creditum ſcutorum 500. quam ſummam erogare
poterat in extinctionem illius debiti, ſeu maioris
partis, & ſe eximere ab illa neceſſitate, quod non
ſolum non fecit, ſed vt in maiori neceſſitate ſe cō-
ſtitueret, condonauit eidem ſuo debitori aliud cre-
ditum ſcutorum 497. ſibi debitum, pro fructibus
vnius Cenſus ſcutorum 1500. ad ſe ſpectantibus,
& vlterius eidem debitori ſortem principalem
einſdem Cenſus donatione inter viuos pura, & me-
ra liberalitate donauit, & pro euictione donatorū
25 ſe obligauit, qui actus † prodigalitatis ex quibus
neceſſitas orta fuit, priuarunt Marium facultate
alienandi ſibi à Teſtatore conceſſa in caſum maxi-
mæ neceſſitatis, vt in puncto firmat *Oſaſcb. dicta
deciſ. Pedem. 168. num. 6. in fin. & per totam*:
Denique clarior Dominis viſa fuit ſubreptio ex
quo Marius non narrauit Papæ Ius hypothecæ,
quod habebat D. Laura ſuper dicto multiplico,
26 quod ipſe non ignorabat, nam taciturnitas † Iuris
Tertij vitiat reſcriptum, & illud ſubreptitium red-
dit *Natt. conſil. 211. ſub num. 14 in fin. & ſeqq.
Gratian. diſcept. 730 num. 32. & 33. Oſaſcb. d.
deciſ. 168. num. 10.*
Et ita vtraque &c.

☞ **Vide eam infra in additione prout in Indice po-
ſito in eius fine*.

R. P. D. C A R R I L L O.

Meleuitana Antianitatis.

Die Lunæ 5. Martij 1635.

A R G V M E N T V M.

Reus, efficitur actor in probanda exceptione,
poſt quam actor fundauit ſuam intentionem
itaut non ſufficit reo, vt obtineat, illam red-
dere turbidam. Verba dubia, ad quam per-
ſonam ſint adaptanda, & qualiter etiam ve-
niant interpretanda Militi Hieroſolymita-
no, quando currat antianitas.

S V M M A R I V M.

1 *Actor, poſtquam fundauit intentionem ſuam,
tunc reus in probanda ſua exceptione ſit actor.*
2 *Reus tenetur concludenter probare ſuam exce-
ptionem alias ſuccumbit.*
3 *Actor poſtquam fundauit intentionem ſuam
concludenter, non ſufficit reo, illam reddere tur-
bidam. num. 2.*
4 *Res quæ nunquam fuit in rerum natura, non eſt
verum dicere, quod adſit.*
5 *Verbum, ſuum, eſt perſonale, denotans pro-
priam perſonam.*
6 *Verba, quando ſunt ambigua referri debent ad
perſonam, cui magis adaptantur.*
7 *Verba quando ſunt dubia interpratanda ſunt.
ſecundum ius commune, & ſtatuta locorum.*
8 *Antianitas Equiti Hieroſolymitano currit, à die
ſolutionis paſſagij, & quando à d. die non cur-
rat. vide num. 11.*
9 *Facultatem aliquid faciendi, ſi quis minimè ha-
beat, ſi id faciat non præiudicat.*
10 *Res, quæ nunquam fuit in rerum natura, dari
non poteſt illius approbatio.*
11 *Renunciatio in dubio non præſumitur.*

D E C I S I O X X V.

DOMINI ſteterunt in deciſis ſub die 12. Fe-
bruarij præteriti, nempe Antianitatem Do-
mini Equitis Ludouici numerandam eſſe à die ſolu-
tionis paſſagij ſecūdum Statutum Religionis Hie-
roſolymitanæ XV. de com. Theſ. ex rationibus,
& fundamentis adductis in deciſione, & quia ho-
die D. Ferdinandus, & conſortes cōcludenter non
probant ſuas exceptiones in quibus ſe fundant pro
1 vt probare tenentur; nam † poſtquam actor ſuam
fundauit intentionem vt fecit D. Ludouicus in hoc
caſu, tunc reus, qui in probanda exceptione ſit
actor ex *l. 1. vbi Bart. ff. de except.* Debet quoque
2 cōcludenter probare ſuam exceptionem alias † ſuc-
cumbit ita vt non ſufficiat illam reddere turbi-
dam *Seraph. deciſ. 524. nu. 1. Rot. deciſ. 190. nu. 2.
par 2. diuerſ. Mant. deciſ. 274. num. 4.*
In præſenti autem prædictus Ferdinandus duas
exceptiones in quibus ſe fundat non probat. Pri-
ma enim exceptio, quòd primæ probationes fue-
rint ab omnibus reprobatæ diluitur ex rationibus
adductis in dicta deciſione, & etiam quia prædicta
reprobatio nunquam fuit in rerum natura, cum
deficiat decretum reprobationis Capituli prouin-
cialis, quia vt benè aduerterunt Domini locus in
quo fieri debebat decretum reprobationis fuit re-
lictus in Albo vt in proceſſu fol. 25. & 26. Et ideò ſi
3 ex oculari inſpectione non conſtat † de tali decreto,
non eſt verum dicere quòd adſit reprobatio dum
illa aliunde non probatur, & cum Commiſſarij, ſeu
deputati ad probationes non haberent facultatem
approbandi, nec reprobandi: quia talis facultas
conceditur Capitulo Prouinciali ex ordinatione
capitulari de *conſ. lib. 7. num. 14.* & poſtea Prio-
ratui.

Digitized by Google

5 *Fidei Officialis in pertinentibus ad eius officium ſtandum eſt. & num. 11.*
6 *Credita, liquida, & certa, ſunt, quæ efficaciter ab inuitis extorqueri poſſunt.*
7 *Debitum litigioſum non eſt debitum, maximè ad inducendam pœnam caducitatis.*
8 *Inhabilitatis pœna tollitur ex qualibet cauſa colorata.*
9 *Interpretatio ea ſumenda eſt, per quam euitatur pœna.*
10 *Statutum, ſi mandet aliquid ſeueriſſimè obſeruari, ex hoc numquam cenſetur ſublata interpretatio legalis.*
12 *ad Capacitatis, vel incapacitatis effectus, quod tempus attendatur.*
13 *Compenſatio eſt facienda, cum illo debito cum quo poteſt eſſe cauſa inhabilitatis.*
14 *Compenſatio ad euitandam pœnam fit ipſo iure.*
15 *Compenſatio cenſetur inducta cum debitis antiquioribus.*
16 *Creditum liquidum, & certum, præſumitur compenſatum, cum debito pariter liquido, & certo.*
17 *Compenſatio regulariter præſumitur facta in cauſam duriorem.*
18 *Compenſatio regulariter non fit ipſo iure potius in vnam cauſam, quam in aliam; ſed fit debitore opponente, ſeu allegante.*
19 *Compenſare poteſt ipſe creditor ſuum creditum, cum debito ſibi benè viſo, etiam cum debito minus antiquo.*
20 *L. in poteſtate. ff de ſolut. & alia iura hic allegata in quibus terminis loquantur.*
23 *Priuilegium exequendi, quando eſt conceſſum alicui perſonæ, non extenditur extra illam perſonam.*
24 *Dictio, de, eſt ſimilis dictioni, ex.*
25 *Dictio, ex, importat cauſam proximiorem, & immediatam.*
26 *Dictio, de, idem importat, quam propter.*
27 *Dictio, de, quando eſt coniuncta materiæ, denotat cauſam materialem immediatam.*

DECISIO XXVI.

DOMINI reſponderunt pro confirmatione ſententiæ Rotalis, per quam fuit pronunciatum, Commendam, de qua agitur eſſe adiudicandam Domino Equiti Renato Cacciæ, quia ex reuo-
1 lutione actorum viſum fuit † conſtare de eius validitate, & iuſtitia ex latè deductis in deciſione R.P. D. mei Merlini, * in qua benè remanet probata capacitas, & habilitas Domini Cacciæ, & viceuerſa incapacitas Equitis Grimaldi.
2 Non obſtat nullitas deducta contra † dictam ſententiam, ex quo in ea non fuit reuocata ſententia lata Melitæ, *l. 1. C. quand. prouoc. non eſt neceſſ. Caſſad. deciſ. 1. nu. 4. de ſequeſtr. poſſeſſ. & fruct.* Quia, cum commiſſio habeat clauſulam (quam, &
3 quas) Dominus meus † Merlinus benè potuit, ſicut fecit, pronunciare prout in prima, nec opus erat reuocatione dictæ ſententiæ, *Achil. deciſ. 14. num. 1. & deciſ. 17. in fin. de reſcript. Sarnen. de infirm. reſign. quæſt. 34. num. 4 Mohed deciſ. 6. de appell.*
Nec etiam obſtat, quòd non fuerint prorogata fatalia infra biennium, quia hoc tollitur ex facto, in quo iuſtificatur, Equitem Cacciam obtinuiſſe commiſſionem cum facultate prorogandi fatalia, & in integrum reſtituendi, prout de iure, illiuſq. vigore fuiſſe obtentum ſolitum decretum.
Minus obſtant ea, quæ deducuntur contra iuſtitiã, ſcilicet, Equitem Cacciam de tempore ſmuti-
4 tionis fuiſſe debitorem communis Aerarij, † & propterea ei obſtare ſtatuta Religionis *cap. 24. & 26. tit. de Erar. & cap. 43. tit. de commend.* quæ declarant incapaces, & inhabiles ad obtinendas Commendas debitores communis Aerarij; quod quidem debitum informantes pro Eqn. Grimaldo reſtringunt ad quatuor partitas nempe ad partitã ſcutorum 25. debitam (vt prætenditur) occaſione ſpolij quon. Equitis Nibbiæ; & ad partitam ſcutorum de em prouenientem ex ſpolio Prioris Lamarræ, & ad alias duas partitas, vnam (videlicet) ſcutorum quinque debitam ab Eq. Caccia ſpolio q. Prioris Mazzinghi; & aliam ſcue. quatuor debitam pariter ſpolio q. Commendatoris Migliau, quæ partitæ in totum conſtituunt ſummam ſcutorum 44.
Sed ex huiuſmodi debitis non viſum fuit Dominis induci incapacitatem d. Equitis Cacciæ; Nam quoad debitum ſcutorum 25. proueniens ex ſpolio q. Eq. Nibbiæ, illud facilè tollitur, ex quo de tempore ſmutitionis Eq. Cacciæ non erat liquidũ, nec iuſtificatum cum ſuper eo pendeat lis, vt patet ex fide Notarij officij ſpoliorum, ex qua apparet, litem ſuper dicto debito ſcut. 25. vertentem coram Commiſſarijs ſpoliorum adhuc ſub die 9.
5 Auguſti 1632. & ſic poſt ſmutitionem dicti † Equitis Cacciæ reperiri indeciſam; quæ quidem fides benè probat *Alden. ad Greg. deciſ. 214. ſub littera B.* Quapropter reſpectu iſtius partitæ videntur non poſſe intrare ſtatuta Religionis, quæ imponũt pœnam inhabilitatis, quia debent intelligi de cre-
6 ditis liquidis, † & certis, quæ efficaciter ab inuitis extorqueri poſsũt *Socein. in l. quibus diebus. §. Dominus. num 8. ff de condit. & demonſtr. Aret. conſ. 93. num 2. verſ. nec obſtat præmiſſis. & num. ſeq. Cephal. conſ. 14. num. 8. cum ſeqq.* & propterea donec pendet lis ſuper iuſtitia huius crediti non poteſt dici, quod dictus Eques Caccia ſit debitor,
7 quia † debitum litigioſum non eſt debitum, maximè ad inducendam pœnam inhabilitatis, ad quem
8 effectum quælibet † colorata cauſa ſufficit *Gabr. concluſ. 8 tit. de crimin.* vbi plenè hanc concluſionem exornat.
Nec obſtat, quod præfatum debitum fuerit deſcriptum in libro communis Aerarij ſub die 14. Octobris 1630. & ſic non obſtet ſupradicta fides Notarij facta ſub die 19. Auguſti 1632. quia ſtante dicta lite, non potuit fieri deſcriptio, niſi de debito litigioſo, & ſemper vrget credulitas rationabilis in dicto Equite Caccia, quod illi non obſtaret debitum, dum erat in controuerſiam per litem de-
9 ductum; quæ † interpretatio videtur facienda maximè ad effectum euitandi pœnam, *Gabr. vbi ſup. concluſ. 8. tit. de crimin. Put. deciſ. 393. lib. 2. in correct.*
Non obſtat, quod ſtatuta de debitis communis Aerarij ſint ſeueriſſimè interpretanda, vt in *cap.*

10 20 *tit.de Theſaur.* Quia † nunquam propterea
cenſetur excluſa interpretatio legalis *Rot. deciſ.*
686. nu.9. par.1. diuerſ. Put. deciſ 55 nu.5.lib.3.
Quoad partitam ſcutorum 10. prouenientem
ex ſpolio Prioris Lamarræ, illa non videtur rele-
uare, quia illud debitum fuit contractum de men-
ſe Decembris 1631. de quo tempore obijt dictus
11 Prior, vt patet ex † fide Secretarij Religionis, quæ
benè probat, vt fuit dictum *in Aquitanien. Prio-*
ratus 19. Aprilis 1624. coram R.P.D.meo Piouza-
no, & in Melevitana Prioratus Nauarræ 18. Fe-
bruarij. & 14.Iunij 1628.coram bo.me. Card.Vi-
rili, & ſic per ſex menſes poſt ſmutitionem dicti
Equitis Cacciæ, quod tempus particulariter at-
tenditur ad effectum habilitatis ex *Statut. cap.43.*
de commend. ibi *(al tempo della ſmutitione) & ex*
ſtatut. 26. de ærar. ibi *(che il fratello, il quale al*
tempo, che ſi douerà fare la ſmutitione in lingua
12 *ſarà debitore &c.)* & de iure etiam † attendi debet
ad effectum capacitatis, vel incapacitatis, *cap. ei*
cui de prebend. nu.6. Felin.in cap.eam te num.18.
verſ fallit primo de reſcript.Celſ Hug conſ.69 n.1.
verſ. prædictis non obſtantibus.,Rot.deciſ.155 n.4.
par.1. recent.
Quo verò ad alia duo debita prouenientia ex
ſpolijs Prioris Mazzinghi, & Commẽdatoris Mi-
gliau. licèt illa pro parte Equ. Cacciæ non cõtro-
uertantur, & dicantur facta ante ipſius ſmutitio-
nem, tamen non videntur habẽda in conſideratio-
ne ad effectum inducendi incapacitatem in dicto
Equite, quia benè iuſtificatur in facto, dictum Cac-
ciam fuiſſe creditorem Religionis ex cauſa ſolidæ
ſaltim in ſcutis 17. nempè pro ſcutis 11. per totũ
menſem Februarij 1631. & pro ſcutis ſex vſque
ad diem 14. Iunij quo fuit facta ſmutitio, quod nõ
negatur pro parte Equitis Grimaldi, ſed ſolùm im-
pugnatur creditum ipſius Cacciæ in maiori ſum-
ma, nempè in ſcutis 83. & ita debet induci com-
13 penſatio debiti dicti Equitis Cacciæ † cum dicto
credito ad tollen. eius inhabilitatem, vt fuit dictũ
in *Elboren. Commenda 30 Iunij 1600.coram Pe-*
14 *nia.* & quòd ad euitandam pœnam inducatur † cõ-
penſatio ipſo iure tenent *Socc.in l.Iulianus nu.9.*
ff. de cond. & demon. Gabr. concluſ.7. de iur. itr.
num 9.& 10. Corbul.de cauſ.priuat ob can.non
ſolut. limit.5. num.1. Mant. de contract. lib.22.
tit 27. num.65. Socein. conſ.179. num.4. lib.2. &
conſ 99. num.5. verſ. hæc opinio eſt rationabilis, &
vera lib.1. Rolan conſ 87.num.28.lib 1.
Nec dicatur, dictam compenſationem cenſeri
15 inductam cum alijs debitis antiquioribus † eiuſ-
dem Equitis in eodem libro deſcriptis iuxta *Text.*
in l 1. l in his, vbi fideiuſſor, l.ſi ex pluribus. §.fin.
ff. de ſolut. Rot.deciſ.113. num. 5. verſ. aut ſaltem.
& deciſ.679. num.5. par.1. diuer. Gregor.XV. de-
ciſ.521. num.30.
Nam, omiſſo, an dicta debita ſint antiquiora, &
an illa verè debeantur necne, fuit reſponſum dicta
prætenſa debita antiquiora non eſſe de illis, de qui-
bus loquitur Statutum 20. declaratum per *Statu-*
tum 21. de ſignif.verb. ſed eſſe debita ex alijs cau-
ſis, quæ non reddunt Equites incapaces ad aſſecu-
tionem Commendarum, niſi poſtquam fuerint le-
gitimè interpellati ad illorum ſolutionem, & per
ſententiam condemnati, aut dicta debita confeſſi
fuerint, vt expreſsè diſponitur in dicto *Statut. 21.*
de ſignif.verbor. Vnde cum Eques Caccia non fue-
rit legitimè interpellatus ad ſolutionem prætenſo-
rum debitorum antiquiorum & per ſententiam
condemnatus, nec eadem debita confeſſus fuerit,
16 præſumitur compenſaſſe ſuum creditum † liquidũ
& certum ex cauſa ſoldeæ cum debitis ſpoliorum
liquidis, & certis, & quæ ipſum incapacem redde-
rent ad Commendam, non autem cum alijs debi-
tis incertis, & illiquidis, & quæ ipſum incapacem
17 reddere non poſſunt; cum † regulariter compen-
ſatio cenſeatur facta in cauſam duriorem *d. l.1. &*
d.l. ex pluribus. ff. de ſolut. Ruin.conſ.136. nu.15.
lib.4. Alex.conſ.39.num.1.lib.7.
Et in omnem euentum cum dictus Eques fuerit
deſcriptus debitor ex diuerſis cauſis in vna pagina
dicti libri, è regione autem eiuſdem paginæ fuerit
deſcriptus creditor ex alijs cauſis, nec appareat di-
ctum Equitem aliquid ſoluiſſe in extinctionem hu-
ius debiti ex cauſa ſpoliorum, nec partitas debiti,
& crediti hinc inde deſcriptas ſolidatas fuiſſe, eſt
in electione eiuſdem Equitis debitoris; in quam
cauſam vult compenſare id, quod ſibi debetur, quia
18 † compenſatio non fit regulariter ipſo iure potius
in vnam cauſam, quàm in aliam, ſed fit, debitore
opponente, ſeu allegante, & ideo poteſt ipſe debi-
19 tor compenſare ſuum creditum cum † debito ſibi
magis beneuiſo, etiam cum debito minus antiquo,
vt eleganter firmat *Imol.in d.l.1. col.fin. nu 9. verſ.*
tu adde. ff de ſolut. vbi ait, d. leg. 1. & alia iura,
20 quæ in contrarium allegari poſſent, † habere locũ
non in compenſatione, ſed in ſolutione debiti ſim-
pliciter facta *idem Imol. in d. l. cum ex pluribus in*
fin. eod. tit. quem ſecuti ſunt Alex.conſ.85. num.2.
& 3 lib 3. Menoch. conſ.121. num.43. lib. 2. Surd.
deciſ.112. num. 10. & 186. num. 7. Rot. Ianuen.
deciſ.16. num.8.
Sed quatenùs etiam non intraret dicta compẽ-
ſatio, prout illam omninò intrare Domini cenſue-
runt, adhuc tamen non obſtarent iſta debita Equi-
tis Cacciæ, quia Domini aduerterunt, quòd illa
non ſunt de comprehenſis per d. Statutum *in cap.*
20. de verbor. ſignific. in quo diſponitur *(che doue-*
que ſi parla de dritti de Commune Teſoro. ſi deue
intendere de' mortorij, de' Spogli, de' vacanti, re-
ſponſioni, & impoſitioni, di penſione, di paſſaggi
&c. ſubdit cap 21. *per ſimili dritti ſolamente non*
pagati, s'intendano i fratelli noſtri eſſer debitori in
modo, che poſſono eſſer priuati delle Commende, &
amministrationi, che pretendono ſenza ſperanza
di conſeguirne dell' altre, ma per altri debiti non
ſi intendano eſſer debitori per l'effetto ſudetto, ſe
prima non ſaranno legitimamente ammoniti da
Riceuitori, Procuratori &c. Quia licèt iſta debi-
ta prouenerint ad Religionem occaſione ſpolij; at-
tamen reſpectu Cacciæ non poſſunt dici debita cõ-
tracta ex cauſa ſpolij, neque propter ſpolium, quia
Eq. Caccia non erat debitor Equitum defunctorum
ex cauſa ſpolij, vel propter ſpolium, & ideo quam-
21 uis per obitum dictorum Equitum Caccia † fuerit
effectus debitor Religionis ad tradita per *Roman.*
conſ.142. nihilominùs, cum Statutum loquatur de
debito ex ſpolio, vel propter ſpolium, dici non
po-

Google

poteſt, quòd iſta debita ſint talia, cum Statutum
22 non conſideret id, quod ſpolijs debetur, ſed † cre-
ditum principaliter debitum ex ſpolio, vt benè ad
propoſitum *Roman. conſ. 38. in princ.* vbi quòd,
quando priuilegium exequendi principaliter eſt
23 conceſſum perſonæ, non extenditur † extra illam
perſonam; quæ interpretatio videtur ſumenda ſi at-
tendantur verba dicti ſtatuti, dum dicit, quòd in-
capacitas inducatur abſque alia monitione, quan-
do quis eſt debitor (*de dritti*) quorũ nomine inter
alia intelliguntur (*de ſpogli, de mortorij &c.*) põ-
24 derando illam dictionem † (de,) quæ ſimilis eſt
25 dictioni (ex), quæ importat † cauſam proximio-
rem, & immediatam iuxta *Text. in l. 1. §. fin. ff. de
incend. ruin. & naufr. & in l. ex hoc iure ff. de iuſt.
& iur. Bald. in l. 1. C ſi ſeruus exterꝗ. 1. §. nunc
videamus. ff. de coniungen. cum emancipat. liber. &
ibi Bart. in §. emãcipatus, & in l. Prator ait. §. quod
de fructibus nu. 2. ff. de bon. auct. iud. poſſ. Iaſ. in
l. non dubium. num. 24. C. de legib. Pariſ. conſ. 9.
num. 44. lib. 2. Dec. in rubr. ff. ſi cert. pet.* eoque
26 magis, quòd illa dictio † (de) adiuncta ſpolijs po-
teſt etiam intelligi propter ſpolia, *l. vnic. C. rem
ciuil. act. in princ.* ibi, de re familiari, quæ verba
ibidem *gloſſ. & Doct.* exponunt propter rem fami-
liarem *l. 4. ff. de petit. hered. vnde Terent. in Eu-
nucho. Eſt quod nos amas de fiducia iſtac, ideſt pro-
27 pter fiduciam hanc*, & cum dicta dictio † (de) ſit
coniuncta materiæ, denotat cauſam materialem
immediatam, *Bart. in l. ex arrali in princ. C. de
act. empt.*

Ex quibus ſequitur, debita iſta duo ſcut. 9. ſiue ſint de comprehenſis à Statuto, ſiue non ſint non poſſe præiudicare Cacciæ ad effectum conſequendi Commendam, de qua agitur; quia ſi non ſunt, de comprehenſis, intrant proximè dicta, quòd (ſcilicet) propter illa Caccia non fuit effectus inhabilis, & incapax; ſi verò comprehenduntur, & tunc intrat compenſatio ex ſupra deductis.

Et ita vtraq; parte informante fuit reſolutũ &c.

☞ * *Vide infra hanc deciſionem in additione prout in Indice poſito in eius fine.*

R. P. D. MOTMANNO.

Fauentina Dotis.

Die Mercurii 14. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Donatio facta abſenti, ſi cõtineat onus, & obligationem, non præſumitur acceptata ſi à Donatario non ratificetur, & donec non ſequatur d. ratificatio ſtat in ſuſpenſo. Et quid ſi dicta donatio, ſit iuramento roborata.

SVMMARIVM.

1 *Donationis acceptationis præſumptio excluditur in abſente, ſi donatio non ſit ſimpliciter lucroſa, ſed mixta, cum inſit poſſibilitas damni.*

2 *Bona donata, ſi longè excedant onus impoſitum in exceſſu, donatio dicitur lucroſa.*

3 *Donationis acceptatio non præſumitur facta ab abſente, ex eo, quod adſit lucrum quatenus recipere poteſt damnum, ſeu præiudicium, quo caſu non approbare eſt improbare. num. 4.*

5 *Donatarij animus, ſi reddatur indifferens ad acceptandam donationem, quæ poteſt eſſe damnoſa, oritur præſumptio tacita voluntatis non acceptandi.*

6 *Card. Seraph. deciſ. 181. nu. 2. & Gabr. conſ. 127. num. 31. quo caſu loquantur.*

8 *De Donatione facta antea à Teſtatore haredi, ſi in teſtamento d. teſtator nulla facta mentione, haredem inſtituerit donatarium, ex hoc videtur d. donatio confirmata. vide nu. 8. & 9.*

10 *Donatio facta abſenti, ſi ſit firmata iuramento, redditur irreuocabilis, quo ad eum, qui donat.*

11 *De Iuramento, ſi conſtet in donatione facta abſenti donans compellitur ad obſeruationem erga abſentem.*

12 *Deus eſt vbique præſens.*

13 *Promiſſionis adimplementum, non curat quærere Deus, ſi in eum promittentis obligatio non fuit principaliter directa.*

14 *per Iuramentum quis non obligatur, niſi conſentiat, vel ratificet ille ad cuius fauorẽ fuit iuratũ.*

15 *Iuramento appoſito in donatione, donans non præſumitur velle arctari, ſi donatarius non acceptauerit donationem, vel non adimpleuerit conditionem in ea poſitam.*

16 *Iuramenti proprietas eſt ſequi naturam actus, cui apponitur.*

17 *ex Stipulatione alterius nomine facta, illi etiam ignoranti, & non conſentienti acquiritur.*

18 *Donatarij conſenſus pro validitate donationis eſt requiſitus.*

19 *Donatio eſt contractus, qui niſi duorum, vel plurium conſenſus interueniat, non perficitur.*

20 *Roland. conſ. 19. num. 25. vol. 5. Honded. conſ. 37. num. 21. vol. 1. & alij declarantur.*

21 *Donatio iurata ſi nullum onus, ſed lucrum contineat reſpectu donatarij, tunc eius ſcientia, vel patientia ſufficit ad acquirendum.*

22 *Secus vero, ſi contineat onus, & mutuam obligationem; tunc enim donatio in ſuſpenſo remanet, donec ſequatur ratificatio.*

Et interim, poteſt donatio contraria voluntate etiam tacita reuocari. num. 23.

DECISIO XXVII.

DOMINI cenſuerunt non eſſe recedendum
à deciſione in hac cauſa ſub die 3. Aprilis ſu-
☞ perioris anni * emanata, in qua reſolutum fuit fi-
liæ petenti Legatum Dotis librarum ſexdecim
millium ſuffragari Teſtamentum, & non obſtare
donationem omnium bonorum per Patrem antea
factam Ioſepho, & Camillo filijs abſentibus cum
onere dotandi eandem filiam in ſumma ſcutorum
2500. eique tradendi quotannis ſcuta 400. pro ali-
mentis ea ſcilicet ratione, quòd donationi non ſim-
pliciter lucroſæ, ſed mixtæ ineſt poſſibilitas damni,
1 † quæ in abſente excludit præſumptionem accep-
tationis, vt aliàs diſtinguendo caſum donationis
lucratiuæ, & propriæ ab ea, quæ eſt oneroſa, & im-
propria iuxta *gloſ. in l. 1. in verb. liberalitatem, ff.
de donat.* dixit Rota in Romana donationis 18.
Maij 1618. coram bo. me. Card. Sacrato.

Neque obſtat, quod annui redditus bonorum

donatorum longè excedât dictum onus ſcutorum
2 400. quodq. in huiuſmodi exceſſu † donatio ſit lu-
croſa, iuxtà *Gabr. conſ. 127. nu. 31. vol. 1. & Card.*
Seraph. deciſ. 181. num. 2. Quoniam ex eo, quod
3 adſit lucrum non ſequitur acceptatio actus † qua-
tenus recipere poteſt damnum, ſeu præiudicium
eius, cuius nomine fuit ſtipulatum, quo caſu non
4 approbare, perinde † eſt ac improbare dicit *Bart.*
in l. quo enim. §. 1. num. 1. ff. rem rat. hab. & cum
propterea animus donatarij redderetur indifferẽs,
5 † minus potuit oriri præſumptio tacitæ voluntatis
acceptandi, *l. penult. C. ond. legit. Soccin. conſ. 24.*
n. 46. vol. 1. Rota in Viterbien. bonorum 17. Maij
1596. coram Card. Arigonio. Gabriel verò, *& Se-*
6 *raphin.* † in locis ſupra allegatis loquuntur de
æſtimatione donationis deducto onere, vel datio-
ne inſolutum, & ſic extra terminos acceptationis.

Minus obſtat, quòd Teſtamentum ſolummodo
contineat hæredis inſtitutionem, per quam non
7 cenſeatur reuocata præcedens donatio, † cuius nul-
la in eo ſit mentio, ſed potius per eam videatur
confirmata, iuxtà *text. in l. cum hic ſtatus, §. 1. ff. de*
donat. inter vir. & vxor. Quia obiectum procede-
8 ret ſi ageretur de donatione, † quæ contineret rem
diuersã, ab eo, quod hæres captatus eſt ex inſtitu-
tione, vt ex diſpoſitione dictæ *legis cum hic ſtatus,*
§. 1. reſpond. venit Franc. Aretin. conſ. 74. num. 11.
& Pariſ. conſ. 128. num 42. vol. 1. non autem qui-
do inſtituendo vniuerſaliter ipſum Donatarium in
omnibus bonis contentis in donatione, vt in præ-
ſenti caſu, apparet Donatorem voluiſſe in locum
huiuſmodi donationis ſuccedere inſtitutionem
vniuerſalem, & in locum oneris de dotando ſubſti-
tuit actualem dotationem; Vnde ſumi probabilem
9 † coniecturam mutationis prioris voluntatis, reſo-
lutum fuit in Senatu Sabaudiæ, vt teſtatur *Fab. in*
Cod. ſuo lib. 8. tit. 38. defin. 20.

Non etiam obſtat iuramentum donatoris ap-
poſitum poſt promiſſionem de obſeruando con-
10 tenta in donatione, † eo quod faciat actum irre-
uocabilem, quoad eum qui donat, vt per *Theſaur.*
dec. 70. num. 8. verſ. ſed contrarium.

Quia licèt conſtito de iuramento promittens
11 † compellatur ad obſeruantiam erga abſentem,
12 ea ratione, quòd Deus qui vbique eſt † præſens
tunc recipiat, attamen cum in hac donatione Pa-
ter, qui eam fecit iurando, non reſpéxerit princi-
paliter Deum, ſed filiorum abſentium commodũ,
illi verò neglexerint quærere adimplemẽtum pro-
13 miſſionis, minus id † curat quærere Deus, in quẽ
patris obligatio non fuit principaliter directa. Vn-
de *Abb. in c. ſicut il 3. num. 5. de iur. iur.* cõcludit,
14 quòd non obligetur † per iuramentum, niſi con-
ſentiat, vel ratificet ille ad cuius fauorem fuit iura-
tum, quam ſententiam pluribus comprobat *Gut-*
tier in c. quamuis pactum num. 55. de pactis in 6.
& in conſ. 41. num. 8. Imò cum ipſemet pater do-
nans noluerit valere donationem, vbi donatarij
non ſatisfeciſſent ſupradictę obligationi de ſoluen-
do ei quotannis ſummam ſcutorum 400. pro ali-
mentis, conſequens eſt, quòd cum filij Donatarij
15 non acceptauerint, † neque adimpleuerint hu-
iuſmodi obligationem, ipſe quoque noluerit arcta-
ri iuramento. Ne autem contingat donationem
vltro citroque obligatoriam claudicare, admitti
non debet, quod iuramentum, cuius proprietas
16 † eſt ſequi naturam actus cui apponitur donatio-
nem non acceptatam efficiat irreuocabilem, vel
quemadmodum ſuppleat præſentiã partis, eo quod
tunc Deus videatur recipere pro abſente, ita ope-
retur conſenſum, & acceptationem abſentis do-
natarij, cum nullo iure cautum reperiatur, quòd
17 † ex ſtipulatione alterius nomine facta illi etiam
ignoranti, aut non conſentienti acquiratur, vt per
Paul. de Caſtr. conſ. 171. vol. 2. Ea enim ratione
18 conſenſus Donatarij † pro validitate donationis
19 eſt requiſitus, quando donatio † eſt contractus,
qui niſi duorum, vel plurium conſenſus interueniat
non perficitur, *l. abſenti, l. hoc iure, §. 2. l. eum*
qui. ff. de donat. Dec. conſ. 226. ante num. 16. Pa-
riſ. conſ. 77. num. 28. vol. 1. Roland. conſ. 19. n. 11.
& vol. 2. & latè diſputato articulo *Rota in Roma-*
na fideiuſſionis Nauarræ coram Robuſterio, quæ
eſt deciſ. 123. num. 15. poſt Galleſ. de oblig. Camer.
20 Neque obſtant auctoritates † Doctorum per
Roland. d. conſ. 19. nu. 29. & ſeqq. vol. 5. ac Hon-
ded. conſ. 37. num. 21. & etiam vol. 1. & Rota co-
ram Seraph. dec. 472. & deciſ. 1184. allegatæ, quòd
per iuramentum confirmetur donatio facta abſen-
21 ti. Quia loquuntur de iuramento appoſito † in
donationibus nullum onus, ſed lucrum tantùm af-
ferentibus Donatario, in quibus ſola ſcientia, vel
patientia ad acquirendum eſt ſufficiens, vt decla-
rat *Couar. in rubr. de Teſtam. par. 3. num. 13. verſ.*
verum ſi donatarius, & dictum fuit *in Romana*
donationis quinquaginta millia, quæ eſt deciſ. 248.
par. 1. diuerſ. quòd ſi donatio onus, vel mutuam
22 obligationem contineat, † tunc actum in ſuſpen-
ſo remanere donec ſequatur ratificatio volunt *A-*
lex. conſ. 22. num. 2. & ibi addit Rub. Alexandrin.
conſ. 117. num. 5. & Rota poſt Galleſ. d. deciſ. 123.
num. 17. ac interim donationem poſſe contraria
23 voluntate, etiam tacita, † veluti rei donatæ alie-
natione per donantem reuocari cenſuit Senatus
Pedemontanus, vt per *Theſaur. in add. ad dictam*
deciſ. 70. in verba reuocatio.

Et ita vtraque &c.

☞ * *Eſt deciſio 274. in præcedenti parte.*

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Bonorum de Auguſtinis.

Die Mercurii 14. Martii 1635.

ARGVMENTVM.

Societas bonorum, ſi inter aliquos fuerit inita, qualiter probetur, Et ſi ſemel fuerit probata, præſumitur continuata vſque ad mortem, niſi aliud doceatur.

SVMMARIVM.

1 *Socio debetur medietas bonorum, in quibus adfuit ſocietas.*

2 *Communio inter aliquos ſemel probata præſumitur continuata vſque ad mortem niſi de contrario doceatur.*

3 *Teſtes*

3 *Teſtes, ſi ſint Religioſi, ſunt omni exceptione maiores.*
4 *in Societatum materia probanda, admittuntur etiam Teſtes ſingulares, & de diuerſis actibus deponentes.*
5 *Teſtium contrarietates, ſi non ſint circa ſubſtantialia non attenduntur.*
6 *Teſtes omnibus modis reduci debent ad concordiam.*
7 *Litera contra ſcribentem, & habentes cauſam ab eo ſufficienter probant.*
8 *Tutoris confeſſio adminiculata benè probat, contra pupillum.*
9 *Tutor, ex quibus non præſumatur, quòd aliquid geſſerit, aut faſſus fuerit contra rei veritatem in præiudicium pupilli.*
10 *Societas, & communio faciliùs præſumitur inter fratres.*
11 *Teſtes examinati in iudicio criminali abſque partis citatione, non probant in iudicio ciuili.*
12 *Socius, ſi aliquid contrahat in rebus ſocialibus nomine proprio, qualiter hoc facere videatur, & num. 12.*
13 *ex Obſeruantia, & ſolito arguitur animus contrahentium, quamuis id non expreſſerint.*

DECISIO XXVIII.

CENSVERVNT Domini medietatem bonorum, de quibus agitur ſpectare ad Benedictum. Cum enim conſtet inter ipſum, & q. Auguſtinum eius germanum fratrem adfuiſſe Societatẽ, quoad bona ſtabilia in loco eorum originis, & quoad Pecudes, & alia animalia, & agriculturæ artem, apertè ſequitur, tàm ipſa animalia, quàm etiam frumentum, vinum, & alias fruges, necnon credita, & alia, quæ ex dd. bonis communibus, & negotiationibus prouenerunt fuiſſe pariter inter dd. fra-
1 tres communia, † & conſequenter eorum medietatem ad d. Benedictum ſpectare, vt per *Bart. in l. ſi patruus. num. 5. C. comm. vtriuſq. Iudic. Seraph. deciſ. 1303. num. 9. & ſub num. 13. Gratian. diſcept. 842. num. 5. 52. & 53.*

De communione autem, ac ſocietate, quoad bona prædicta, & negotiationem, ſiue artem Pecudũ, & agrariam viſum fuit Dominis ſatis conſtare, ex pluribus Teſtibus formiter examinatis, qui benè deponunt Auguſtinum, & Benedictum ſemper in communione bonorum de quibus ſupra permanſiſſe, dictaſque artes exercuiſſe, & Domum communem, tàm in Vrbe, quàm in loco eorum originis habuiſſe, & vtrumque vti Dominum, ac sociũ ſe tractaſſe, & pro tali reputatum fuiſſe, lucra, communicaſſe, & expenſas neceſſarias feciſſe, ac ſibi inuicem ſubminiſtraſſe, & alios actus ſociales exercuiſſe, & Auguſtinum vti natu maiorem in Vrbe permanẽdo omnia ferè adminiſtraſſe. Et vlterius dicunt ipſos, tàm dicta bona ſtabilia, quàm etiam oues, boues, equas, & alia animalia dictamque artem agrariam communiter habuiſſe, & exercuiſſe cum q. Antonio eorum Patruo, & ſucceſſiuè poſt illius obitum cum Lutio, & Aſcanio eiuſdem Antonij filijs, quorum ſucceſſiuè defunctorũ ipſi Auguſtinus, & Benedictus hæredes remanſerant, vt ex Teſtamento dicti Lutij, qui vltimus deceſſit; &
demum ipſos Auguſtinum, & Benedictum ſemper
2 in huiuſmodi communione continuaſſe prout etiã de iure vſque ad d. Auguſtini obitum continuaſſe præſumitur, cum de aliqua diuiſione, inter eos facta non doceatur *l. pen. Cod. comm. diuid. §. fin. & ibi, Angel. inſtit. de ſociet. Seraphin. d. deciſ. 1303. num. 10.*

Neque obſtant exceptiones, tàm contra perſonas, quàm contra dicta prædictorum Teſtium, & præcipuè contrarietates pro parte Marię oppoſitę. Quia exceptiones non fuerunt viſæ releuantes præ-
3 ſertim cum inter illas adſint duo Religioſi optimè deponentes, qui ſunt omni exceptione maiores, *gloſ. in c. Monacus 77. diſt. Alex. conſ. 43. num. 5. lib. 7. Aym. conſ. 169. num. 3. Caphal. conſil. 721. num. 20. vol. 5. Caſtr. conſ. 143. num. 2. lib. 2.* Et
4 in hac ſocietatum materia ſufficiunt † Teſtes etiã ſingulares, & de diuerſis actibus deponentes, *Gabr. in tit. de teſt. concl. 2. num. 44. cum alijs per Felic. de ſociet. cap. 11. num. 12. 13. & 20.* Contrarieta-
5 tes verò cum non ſint † circa ſubſtantialia non ſunt habendæ in conſideratione *Iaſ. in l. 2. ſub nu. 16. verſ. confirmo, C de bon. poſſeſſ. ſecund. tab. Dec. conſ. 100. poſt num. 4. Ruin. conſ. 36. num. 2. lib. 4. Caput. deciſ. 270. nu. 2. par. 3.* & facilè conciliari,
6 & ad concordiam reduci poſſunt, † prout regulariter omnibus modis reduci debent, *Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ. 344. num. 14. & deciſ. 351. num. 38. & deciſ. 558. num. 7.*

Præterea eadem communio, & ſocietas præcipuè quoad oues, & alia animalia, ac artem agrariam viſa fuit probari ex pluribus literis miſſiuis dicti Auguſtini ad ipſum Benedictum eius fratrem ſcriptis, in quibus illum de ſtatu, & qualitate ouiũ, ſegetum, & tenutarum ab eo conductarum, & ſignanter Tragliatæ certiorando loquitur ſemper tãquam de rebus inter dd. fratres communibus, & ad vtrumque ſpectantibus, vt patet ex earum lectura, quæ communionem ipſam, tàm contrà Augu-
7 ſtinum ſcribentem, † quàm etiam contra d. Mariam eius filiam, & hæredem ſufficienter probant, *l. publia, §. ſi Titius, ff. depoſit. l. cum de indebito, ff. de probat. Decian. conſ. 97. num. 28. lib. 2. Felic. de ſociet. d. cap. 11. num. 11. Seraphin. deciſ. 996. num. 1. Card. Caualer. deciſ. 248. nu. 3.*

Denique concurrit etiam confeſſio Tutorum d. Mariæ, tàm in literis miſſiuis, quàm etiam in publico Inſtrumento concordiæ cum dicto Benedicto initæ cum præſentia, & conſenſu Conſanguineorum, & Iudicis decreto, quæ videtur ſatis clara cum in dicti Inſtrumenti prohemio, dicatur ad ipſam concordiam fuiſſe deuentum ad tollendam, & extinguendam litem. & controuerſiam ſuper rebus, & bonis, tàm mobilibus, quàm ſtabilibus, ac ſemouentibus, frumentis, bladis, vinis, & omni alia re, tàm in Vrbe, quàm extra, & in quocunque loco exiſtentibus, communiter, & pro indiuiſo à dd. Auguſtino, & Benedicto poſſeſſis, & ab ipſo Auguſtino viuente adminiſtratis, quàm etiam poſitis, & exiſtentibus in loco eorum originis, & alibi adminiſtratis, à d. Benedicto. Et deindè elegerunt Peritos ad bona prædicta æqualiter diuidenda, inter quæ non videtur dubitari poſſe, quin etiam bona, de quibus agitur compræhendantur; ſuper quibus

quibus etiam præcipuè lis, & controuerſia, quam
tranſigentes extinguere voluerunt orta fuerat, vt
patet ex libello, & articulis, alijſque actis hinc in-
de factis, vt in ſummario Benedicti num. 5. & 7.
8 quæ confeſſio † cum ſit dd. Teſtium depoſitioni-
bus, & Auguſtini literis omnino conformis, & vl-
terius etiam adminiculetur ex fide Communitatis,
& loci originis dd. Fratrum, & ex alijs pro dicto
Benedicto deductis benè probat contra d. Mariam,
Rota deciſ. 177. num. 4. par. 2. diuerſ. & deciſ. 506. num. 2. & ſeqq. coram Gregor. XV. & in Romana Laudi, ſeu participationis 17. Aprilis 1627, coram bo. me. Buratto.

Præſertim quia vnus ex dd. Tutoribus eſt vxor
d. Auguſtini, & mater dictæ Mariæ, alius verò eſt
eiuſdem Auunculus, & ambo cum eodem Augu-
ſtino ſemper cohabitarunt, vt deponunt Teſtes in
9 dicto Summario Benedicti num. 20. † & ſic tan-
quam ſanguine iuncti, & de omnibus verisimiliter
informati, nullo modo eſt credibile, quòd aliquid
geſſerint, aut falſi fuerint contra rei veritatem in
d. pupillæ præiudicium.

Et præmiſſa tanto magis viſa fuerunt Dominis
10 procedere quia ſumus inter fratres, inter † quos
ſocietas, & communio facilius præſumitur *Bald. in l. cum opportet. num. 4. C. de bon. quæ liber. & conſ. 178. num. 1. lib. 4. Anchar. conſ. 22. in princ. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 10. nu. 3. & tit. 12. nu 9.*

Quibus non obſtant Teſtes dati in Summario
11 Mariæ num. 15. quia illi tanquam examinati † in
iudicio criminali abſque partis citatione non pro-
bant in hoc iudicio ciuili *cap. 2. de teſt. Bart. in l. vlt. ff. de quaſt. Alex. conſ. 180. nu. 7. lib. 2. Mant. deciſ. 145. num. 1. Rota part. 4. diuerſ. deciſ. 58. num. 6. & 7. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 119. num. 2. & 131. num. 2.*

Neque obſtat, quòd Auguſtinus ſemper contra-
xerit, ac Tenutas, & ſignanter Tragliatæ, ac San-
ctæ Mariæ Celſani conduxerit proprio nomine
nulla facta d. Benedicti fratris mentione; Quia id
faciebat tanquam natu maior, & generalis admi-
niſtrator hic in Vrbe permanens, & à contrahen-
tibus cognitus, prout etiam alij anteceſſores, &
præſertim d. Antonius facere cõſueuerat vt dicunt
Teſtes in dicto Summario Benedicti num. 13. & 14.
& patet etiam ex eo, quòd eundem ſtylum ſerua-
bat etiam in venditionibus caſei, lanarum, agno-
rum, & alijs pertinentibus ad bona, quæ citra om-
nem controuerſiam erant inter ipſos fratres com-
munia, vt patet ex pluribus inſtrumentis datis in
eodem Summario nu. 22. & in dd. Tenutis quam-
uis per Auguſtinum tantùm proprio nomine con-
ductis paſcebant Pecudes, & alia animalia com-
munia, & affictus promiſcuè, & indiſtinctè ſolue-
bantur, tàm ex pretio frumenti, quàm etiam ex
agnis, caſeo, lana, & illorum pretio, & frumentum
in eiſdem Tenutis recollectum Piſtori tradebatur
pro confectione panis, qui indiſtinctè inſeruiebat
tàm pro arte agraria, quàm etiam pro Paſtoribus,
& Cuſtodibus animalium communium, ſignum
euidens, quod d. Tenutæ, & earum vſus, & effe-
ctus omnes, fuerunt communicati, & pro commu-
nibus omnia inter eos habita, abſque vlla diſtin-
ctione, vt bene deponunt, & declarant ſupradicti
Teſtes, & coadiuuatur etiam ex dd. literis miſſiuis
Auguſtini in quarum aliquibus ſit explicita men-
tio dictæ Tenutæ Tragliatæ, ac etiam ex quietan-
tijs, & alijs datis in dicto Summario Benedicti.
12 Ideò non obſtat, † quòd Auguſtinus proprio no-
mine contraxerit, *l. ſi quis ſocietatem. ff. pro ſoc. Bald. conſ. 452. lib. 3. Socc. Sen. conſ. 160. nu. 6. lib. 2. Mantic. de tacit. d. lib. 6. tit. 10. num. 22.*
Ex huiuſmodi enim ſolito, & obſeruantia manife-
13 ſtè arguitur ad ipſius ſocietatis, † & vtriuſque
commodum contrahendi animum habuiſſe, quam-
uis id non expreſſerit, *Gratian. diſcept. 852. nu. 49. & 51. Rot. deciſ. 700 num. 12. 13. & ſeqq. par. 2. recent. & deciſ. 308. num. 4. & ſeqq. coram Gregor. XV.*

Nec etiam obſtat, quòd in Inſtrumento locatio-
nis Tenutæ prædictæ fuit appoſitum pactum, quod
mortuo Auguſtino expiraret, quia duo ex dd. Te-
ſtibus pro Benedicto examinatis deponunt Augu-
ſtinum declaraſſe pactum huiuſmodi apponi curaſ-
ſe ex eo quia eo mortuo Benedictus ſolus capax,
ac ſufficiens eſſe, & in tali affictu continuare non
poterat.

Cætera, quæ pro Maria afferebantur viſa fuerunt
Dominis nimis leuia, & in concurſu cum ſupradi-
ctorum Teſtium depoſitionibus, & alijs ſupra pro
communione, & ſocietate adductis non eſſe haben-
da in conſideratione.

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Ianuen. Abbatiæ.

Die Mercurij 14. Martij 1635.

ARGVMENTVM.

Præſentandi quaſi poſſeſſio centenaria, quan-
do nõ agitur de probatione Iuriſpatronatus
Potentum, quid operetur. Iuſpatronatus
in Eccleſia Regulari, vt quis poſſit acquire-
re, quid ſit neceſsè. Productio, vt noceat
producenti, quid requiratur. Poſſeſſio,
quando præſumatur ex titulo præambulo.
Negatiua exiſtentiæ alicuius ſcripturæ, quã-
do dicatur probata per diligentias factas ad
effectum illam reperiendi, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *In Iuriſpatronatus materia tempus 100. annorum habet vim immemorabilis, & inducit verum titulum. & num. 17.*
2 *ex Præſentandi centenaria quaſi poſſeſſione, reſultat titulus habilis ad probandum Iuſpatronatus ex dotatione, & fundatione, vbi non agitur de familia Potenti.*
3 *Et hæc eſt opinio communis, veriſſima, & vſu recepta, ſecundum quam Rota ſæpiſſimè iudicauit, & iudicat.*
4 *In Iurepatronatus Priuatorum Concil. Trident. nihil innouauit.*
5 *Iuſpatronatus, quando prætenditur à perſonis*

Poten-

Potentibus, cum intret præſumptio vſurpationis, non ſufficit allegare titulum fundationis, & dotationis, ſed requiruntur præſentationes continuatæ ſpatio 50. annorum, & probari poſſeſſionem temporis immemorabilis. & nu. 62.

6 *Probationem iuriſpatronatus priuati, Conc. Trident. reliquit in terminis iuris communis.*

7 *Iuſpatronatus, ſi ſit ex priuilegio, non ſequitur ex hoc, non poſſe etiam eſſe ex fundatione, & dotatione. Cum poſſit impetrari priuilegium tempore fundationis, & dotationis pro conſenſu Papæ. num. 7.*

8 *Papa eſt Ordinarius Ordinariorum.*

9 *Iuſpatronatus in Eccleſia Regulari, vt acquiratur, requiritur priuilegium Apoſtolicum in limine fundationis. declara vt num. 16. 28. 29.*

10 *Priuilegium Apoſtolicum in acquiſitione iuriſpatronatus in Eccleſia Regulari, præſumitur interueniſſe in limine fundationis, ſtante antiquitate temporis, & obſeruantia præſentationum.*

11 *Papa, ſi dicat in reſeruatione de Iurepatronatus Regis ex priuilegio, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum, ex hoc videtur innuere per reſeruationes ei non eſſe derogatum.*

12 *Exceptio debet eſſe de regula.*

13 *Innocent. VIII. de Anno 1485. reuocauit conceſſiones Iuriſpatronatus ad beneficia Eccleſiaſtica per Sedem Apoſtolicam eiuſq. Officiales ab annis 25 citra factas.*

14 *Item reuocauit ſimpliciter conceſſiones Iuriſpatronatus, quoad beneficia electiua. vide nu. 15.*

18 *Dataria in materia prouiſionum Apoſtolicarum ad ſupplicationem partis, ſolet adhiberi diligentias, ne aliquid relaxetur in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ.*

19 *Enunciatiua aſſertio Papæ probat qualitatem Iuriſpatronatus, ſtante effectuatione, & longiſſimi temporis obſeruantia.*

20 *Præſentare, nemo poteſt ſe ipſum.*

21 *Beneficium, nemo poteſt ſibi conferri.*

22 *inter Præſentantem, & præſentatum debet eſſe differentia. Et hæc concluſio procedit etiamſi agatur de beneficio. & num. 23.*

24 *Poſſeſſionis cauſam, quis mutare poteſt, ex titulo bono ſuperueniente.*

25 *Et in dubio abſque alia animi declaratione præſumitur mutata.*

26 *Ex Actu nullo, & non effectuato ſicuti non interrumpitur præſcriptio, ita pariter non interrũpitur obſeruantia, & diuturna quaſi poſſeſſio.*

30 *Augumentum dotis factum Eccleſiæ, non eſt dotatio, qui enim auget dotem dicitur benefactor, & non dotator.*

31 *Titulorum multiplicatio datur in materia beneficiali.*

32 *ex Tituli vnius productione facta per partem aduerſam, alia pars poteſt iuuari præſumptione alterius tituli. & nu 42.*

33 *Priuilegium ſecundum non tollit primum, data compatibilitate, & num. 43.*

34 *Declarationi aliquid facientis potius eſt ſtãdum, quam præſumptionibus.*

35 *Procuratoris productio nocet principali, ſi ab eo fuit ratificata.*

36 *Titulum aliquem producens, præſumitur alium meliorem non habere. & num. 41.*

37 *Confeſſio reſultans ex productione eſt ficta, & præſumpta.*

38 *Productio facta in vno iudicio non nocet in alio, etiam inter eaſdem perſonas.*

39 *Et hoc multo magis procedit in productione extraiudiciali, & inter diuerſas perſonas. & n. 40.*

44 *Tituli vnius productio non excludit exiſtentiam alterius.*

45 *Productio, vt operetur contra producentem quid requiratur.*

45 *Productio, tunc operatur contra producentem quando eſt facta in eodem iudicio, non autem in diuerſo.*

47 *Productio vt noceat producenti, illa facienda eſt parte petente, vel ſaltem tacite acceptante per non contradictionem.*

48 *Secus, ſi pars aduerſa illis contradixit iſto enim caſu tales productiones non nocent producentibus.*

49 *Productio, tunc nocet producenti, quando fuit facta ad eum finem, qui concludat intentionem partis, nam productio extra finem, ad quem intenditur non operatur.*

50 *Præſentandi quaſi poſſeſſio centenaria, in materia Iuriſpatronatus habet vim immemorabilis.*

51 *in Actibus poſſeſſorijs probatur titulus ex antiquiſſima quaſi poſſeſſione.*

52 *Tituli præſumptio reſultans ex centenaria quaſi poſſeſſione, non tollitur per cõtrariam præſumptionem reſultantem ex productione vnius tituli inſufficientis.*

53 *Et prædicta præſumptio eſt iuris, & de iure.*

54 *Iuſpatronatus acquiritur, ſi Eccleſia fuit redotata, ſtante quòd eius prima dos fuit perempta.*

55 *Præſentandi quaſi poſſeſſio quæritur ex præſentatione effectuata, licet pars opponat, quòd fuerit nulla ſtante curſu 30. annorum.*

56 *Poſſeſſio præſumitur ex titulo præambulo, ſed iſta regula procedit in poſſeſſione de recenti, ſecus in centenaria. num. 57. Item procedit, quando poſſeſſio eſt vniformis titulo. num. 58.*

59 *Actus, vt dicatur factus vigore cauſæ, ſeu præcedentis obligationis, neceſſe eſt, vt ſecundum illius actus formam, & naturam ſit factus, non autem ſi præter, vel contra.*

60 *Titulus, quando producitur à poſſeſſore tunc ſtãte propria productione, illius poſſeſſio præſumitur ex d. titulo producto, ſed ſecus, ſi iſta productio fiat à parte aduerſa num. 61.*

63 *Poſſeſſor cẽtenarius in materia Iuriſpatronatus, poteſt allegare titulum fundationis, dotationis, & aliũ meliorem de mũdo, & ei magis bene viſũ.*

64 *Negatiua alicuius rei per diligentias factas, in eo loco, vbi eſſe poteſt, probatur, & iſte modus probandi negatiuam per diligentias, quotidie ſeruatur. num. 65.*

66 *Et huiuſmodi diligentijs factis, & nihil reperto, excluditur præſumptio prædicta rei.*

67 *Diligentia ad effectum probandi negatiuam alicuius ſcripturæ, vt ſuffragentur, debet fieri in omnibus ſcripturis, officijs, & locis, vbi expeditio fieri potuit, maximè ſi multis modis potuerit expediri.*

68 Scrip-

68 *Scripturæ conf. ctæ in Vrbe ante annum 1527. propter Vrbis excidium, quod contigit de d. anno fuerunt deperdita & ideo diligentia ex poſt non poſſunt probare negatiuam.*

69 *Scripturarum negatiua non probatur ex diligentijs factis in loco, vbi conſeruabantur, ſi deſit aliquis liber, vel aliqua folia. cum potuerint eſſe deſcripta in libro depe. dito, vel in folijs ab altero libro abſtractis.*

70 *Negatiuæ probatio non exiſtentiæ vt non concludat, ſufficit aliquid eſſe poſſibile. & num. 71.*

73 *Gratiæ Apoſtolicæ olim non omnes regiſtrabantur, nec in regiſtris ſupplicationum, nec in Regiſtris Bullarum, & Breuium, & multa expediebantur cum derogatione Regulæ de non regiſtrandis, ac etiam de non expediendis.*

DECISIO XXIX.

COMMISSA mihi cauſa appellationis interpoſitæ per R.P.D. Saulinm prouiſum Apoſtolicum de Abbatia Eccleſiæ S. Antonij Ordinis Sancti Benedicti Ciuitatis Ianueñ tanquam reſeruata, & deuoluta, à ſententia Rotali confirmatoria alterius pariter Rotalis in prima inſtãtia ad fauorem D. Cypriani Pallauicini ad eãdem Abbatiam à Babilano patre præſentati, & tanquam de Iurepatronatus laicali maioris natu deſcendentium à quondam Babilano Pallauicino ab Ordinario Ianueñ inſtituti; Propoſui dubium ſuper confirmatione dictarum ſententiarum, & per omnes DD. articulo Iuſtitiæ bene diſcuſſo, quia de validitate non dubitabatur, fuit reſolutum, ſententias Rotales eſſe confirmandas. Verum enim eſt Iuſpatronatus probari per D. Cyprianum ex fundatione, & dotatione deſumpta ex priuilegio cuæqualis dotationis Leonis X. enunciato in prouiſionibus Apoſtolicis annorum 1514. tempore Leonis X. 1528. Clementis VII. & 1583. tempore fel. recor. Gregorij XIII. Iuncta quaſi poſſeſſione præſentandi ſupra centum annos, quod tempus in materia

1 Iuriſpatronatus † habet vim immemorabilis, & inducit verum titulum *Put. dec. 206. lib. 1. Acchil. deciſ. 4. de Iurepatr. Rot. deciſ. 254. nu. 10. par. 3. diuerſ.* plures congerit *Garz. de beneſ. par. 5. cap. 9. num. 107.* Cum ſufficiat poſſeſſio centenaria præſentandi, Eaq. probetur in hoc caſu, Nec eliditur ex deductis de priuilegio Leonis X. de anno 1513. ex cauſa augmenti tertiæ partis dotis, & quod prætendatur productum nedum per Hectorem Pallauicinum, qui ſeipſum præſentauit de anno 1528. ſed etiam per Procuratorem Babilani in actu præſentationis Cypriani de anno 1622. Et diligentiæ factæ per R. P. D. Saulium in Regiſtris ſupplicationum & Bullarum Apoſtolicarum non ſuffragẽtur ad excludendam multiplicationem Titulorũ; Vnde merito per DD. pro confirmatione ſententiarum fuit reſolutum.

Et quantum attinet ad primum fundamentum huius reſolutionis DD. non dubitarunt, quin ex

2 centenaria quaſi † poſſeſſione præſentandi reſultet titulus habilis ad probãdum Iuſpatronatus ex dotatione, & fundatione vbi non agitur de familia potenti *Federic. de ſen. conſ. 134. num. 3. verſ. ad propoſitum, Gabr. conſ. 198. num. 5. lib. 2. Pariſ. conſ. 14. num. 4. lib. 4. Dec. conſ. 174. num 4.* Et

3 hæc opinio † eſt veriſſima communis, & in vſu recepta, ſecundùm quam Rota ſæpiſſimè iudicauit, & iudicat *Caſſad. deciſ 2. num. 5. & 6. & deciſ. 4. de probat. Rot. deciſ. 254. n. 10 vſque ad fin. lib. 3. par. 3. diuerſ. Rot. in recent deciſ. 211. num. 1. & 312. num. 4. & ſeqq. par. 1. & fuit reſolutum in cauſa Parmen. prioratus 23. Iunij 1621. coram bo. me. Archiepiſcopo Seleucien.* Ita pluries declarauit Sac. Congregatio Cõcilij, & aliàs tenuit *Rota in cauſa Barchinonen. vnionis 5. Decemb. 1597. coram Gypſio,* ſiquidem *Conc. Trid. ſeſſ 25 cap. 9.*

4 *de reformat.* in Iurepatronatus Priuatorum † nihil innouauit, ſed tantùm quando Iuſpatronatus prætenditur ab Vniuerſitatibus, & Dominis ita Potentioribus vt præſumi poſſit vſurpatio, quo caſu

5 vult non ſufficere allegare † titulum fundationis, & dotationis, ſed requiri præſentationes cõtinuatas ſpatio 50. annorum, & probari poſſeſſionem temporis immemorabilis *iuxt. notat. à Speculat. de iurepat. col. penult. nu. 11.* ſed quando agitur de familia priuata, non exigit maiorem probationem,

6 quàm ius commune exigat, & ſic † probatio Iuriſpatronatus in hoc caſu eſt relicta in terminis iuris communis, vt ſæpè dixit Rota, & ſignanter in *Tuden. Iuriſpatronatus 13. Iunij 1572. coram bo. me. Card. Lancellotto, & in recent. d. deciſ. 312. num. 2. par. 1.*

Quòd autem conſtet de centenaria quaſi poſſeſſione præſentandi per DD. de Pallauicinis, ſatis patet ex quatuor continuatis prouiſionibus Apoſtolicis factis ad præſentationem Patronorum. quia de anno 1514. 14. Kal. Auguſti vacante Abbatia per reſignationem in manibus Papæ factam à Ioãne Baptiſta Pallauicino Epiſcopo Caualliceñ poſtea Cardinali S. Apollinaris nepote ex fratre Antoniotti Pallauicini Cardinalis S. Praxedis creati ab Innocentio VIII. de anno 1489. pridie Idus Martij, Leo X. mandauit eandem commẽdari Antoniotto Pallauicino nepoti dicti Cardinalis Sancti Apollinaris præſentato à Babilano patrono eiuſdẽ Cardinalis fratre cum clauſula, quòd Abbatia eſt de Iurepatronatus laicorum ex priuilegio Apoſtolico, cui non eſt hactenus in aliquo derogatum.

Non obſtat, quòd non dicatur Iuſpatronatus eſſe ex dotatione, & fundatione, quia non ſequitur

7 ex eo quod eſſet † ex priuilegio, quòd non ſit etiã ex fundatione, & dotatione, cum potuerit impetrari priuilegium tẽpore fundationis vel dotatio-

8 nis pro conſenſu Papæ † vti Ordinarij ordinariorũ, vt concludit *Gabr. conſ 192. num 9. verſ. 2.* quia non ſequitur *lib. 2.* quod tanto magis eſt dicendum

9 in hoc caſu. cum verſemur † in Eccleſia Regulari, in qua requiritur priuilegium Apoſtolicum in limine fundationis *cap. nobis vbi gloſ. in verbo de ſua iuriſdictione de iurepatr. Mohed. deciſ. 10. n. 5. de iurepatr. Put. deciſ. 382. lib. 2. in correct. Rota in Regien prioratus 24. Maij 1585. 9 Mai. 1586. coram bo. me. Card. Pamphilio inter impreſſ par. 4. diuerſ. deciſ. 572. & 573. nu. 1.* quodquidem priuilegium ſtante antiquitate temporis cum obſeruã-

10 tia † præſentationum omnino præſumendum eſt interueniſſe in limine fundationis *Ang. & alij in l. ſciendum de verb. oblig. Felin. in cap. ſicut de re iudi-*

iudicat. Put.deciſ.345. lib. 1. in correct. & in ter-
minis Iuriſpatronatus, *Abb. in cap. iura de iure-
patr. & Dec.conſ 135. & ita tenuit Rota in alle-
gatis deciſionibus Regien. prioratus 573. & 574.
par.4 diuerſ.* Et ad hoc bene facit ratio, de qua
11 per *Pariſ. conſ.114 num.4. lib.4.* vbi ſi Papa† di-
cat in reſeruatione de Iurepatronatus Regis ex
priuilegio, cui non eſt hactenus in aliquo deroga-
tum ex hoc videtur innuere per reſeruationes ei
12 non eſſe derogatum, cum † exceptio debeat eſſe
de regula, vt per *Bald. in l. in his. ff. de legib. &
Bart. in l.maritum. §.final. ff. de adulter.* In pro-
poſito autem cum Papa dicat de Iurepatronatus
ex priuilegio Apoſtolico, cui hactenus non fuit de-
rogatum, vtique intellexit eſſe ex coæquali dota-
tione, & fundatione, quia ſi aliter; fuiſſet ei dero-
gatum ex Conſtitutione Innocentij VIII. 5 in
Bullario nouo ædita 23. Auguſti 1485. in qua
13 † declarantur, & reuocantur cõceſſiones Iuriſpa-
tronatus ad beneficia eccleſiaſtica per Sedẽ Apo-
ſtolicam eiuſq. Officiales ab annis 25. citra factæ.
14 Et licèt dicta Conſtitutio in † §.2. reuocet ſimpli-
citer cõceſſiones Iuriſpatronatus quoad beneficia
15 electiua, & in §. 3. † quoad non electiua cũ decla-
rationibus, & modificationibus ibi expreſſis At-
tamen hic ſumus in beneficio electiuo, cum Eccle-
ſia ſit regularia, & licet careat conuentui, nihilo-
minus habitu eſt electiua, & hoc ſufficeret ad ef-
fectum vt intraret dicta reuocatio, ſed dato ſine ve-
ri præiudicio, quòd Eccleſia non poſſit dici electi-
ua, nihilominus intrat reuocatio dictæ Cõſtitutio-
nis Innocentij VIII. quia nulla ex modificationi-
bus in dicto §.3. allatis applicatur. Vltra quòd il-
16 la concluſio, quòd in Eccleſijs † Conuentualibus
requiratur Priuilegiũ in limine fundationis proce-
dit, quando fundatur Eccleſia, ſecus quando ex poſt
facto Papa reſeruat Iuſpatronatus per Priuilegium
ex cauſa dotationis æquipollẽtis primæ dotis, quia
tunc verum eſt in limine dotationis auctę interue-
nire priuilegium reſeruationis Patronatus.

Neque obſtat, quòd intra tempora Innocentij
VIII. & Leonis X. interceſſerit multum ſpatium
temporis, cum hic Summus Pontifex fuerit pro-
nunciatus 15. Martij 1513. alter vero obierit 25.
Iulij 1492. & ideo non poſſit inferri, quod Iuſpa-
tronatus eſſet acquiſitum de tempore Innocentij;
Itaut cadat ſub prædicta reuocatione, quia ſi cen-
17 tenaria † præbet titulum legitimum, ille titulus
poteſt allegari vſque ab initio. Nec dicatur, quòd
hoc eſt præſupponere id, de quo quæritur, quaſi de
tempore iſtius primæ præſentationis ſit probata
centenaria, quia iſta præſentatio non eſt de per ſe
conſideranda, ſed coniungenda cum alijs, de qui-
bus infra, quæ quidem aliæ præſentationes fuerunt
factæ poſt tempora Adriani VI. qui per particula-
rem Conſtitutionem, quæ habetur in Bullario no-
uo 3. in ordine, 9. Decembris 1522. reuocauit Iu-
rapatronatus ex priuilegio eodem modo prout In-
nocentius VIII. & tamẽ in omnibus prouiſionibus
poſtea factis poſt dictam regulam Adriani dicitur
quòd Abbatia eſt de Iurepatronatus laicorum ex
priuilegio Apoſtolico ratione dotationis, cui non
eſt in aliquo derogatum. Nec opponi poteſt, quòd
dicta Conſtitutio Adriani VI. fuerit temporalis,
cum ſufficiat, quod ſortita fuerit effectum ſuum
declarando, & reuocando conceſſiones Iuriſpatro-
natus, & Iuriſpræſentandi ad beneficia eccleſiaſti-
ca ex priuilegio.

Cum autem per obitum dicti Antoniotti vaca-
uerit Abbatia de anno 1529. de ea à Clemẽte VII.
fuit prouiſus Hector Pallauicinus frater eiuſdem
Antoniotti cum expreſſione, quòd erat præſenta-
tus à Patronis cum clauſula quòd Abbatia eſt de
Iurepatronatus ex priuilegio Apoſtolico ratione
dotationis conceſſo, cui non eſt in aliquo hactenus
derogatum, atque ita, cum, vt fuit dictum ſupra
regula reuocatoria Adriani emanauerit 9. Decem-
bris 1522. & iſta vacatio contigerit de anno 1529.
non eſt veriſimile, quòd illa verba, cui non fuit in
aliquo hactenus derogatum fuiſſent tàm de recen-
ti appoſita poſt regulam Adriani, & quòd tam
breui temporis interuallo dicta regula Adriani è
memoria hominum, & præſertim Miniſtrorum Da-
18 tariæ excidiſſet. Et licèt iſtæ † ſiut prouiſiones A-
poſtolicæ ad ſupplicationem partis. Tamen in iſta
materia Dataria adhibet cauſæ cognitionem, nec
relaxaſſet tot gratias cũ tali narratiua in præiudi-
cium libertatis eccleſiaſticæ, niſi conſtitiſſet de
illius veritate, & concurrit pluralitas Prouiſionũ
cum enunciatiuis ſæpiùs geminatis cum earundem
prouiſionum effectuatione, & obſeruantia cente-
naria, quæ præſumit veritatem omnium narratorũ
19 in eiſdem litteris, † qua concurrente, enunciatinæ
Pontificum in hac materia probant, *vt ponderat
Rot. deciſ.312. num. 5. vſque ad nu.18. par.1. re-
cent. iuxta communem opinionem*, de qua pluri-
bus teſtatur *Gabr. tit. de probat. concl.2. num. 59.
verſ.3. limita.*

Nec fuit interrupta iſta centenaria per dictum
Hectorem Pallauicinum, qui de anno 1528. præ-
ſentauit ſe ipſum coram Ordinario cum expreſſio-
ne Iuriſpatronatus ſibi cõpetentis ex litteris Leo-
nis X. ſub Dat. 11. Kal. Auguſti 1513. & confirma-
tis 16. Kalen. Iunij 1514. Vnde cum primus actus
poſſeſſionis Patroni incipiat à dicta præſentatione,
inde ſequitur vſque ad poſtremam vacationem nõ
fuiſſe lapſum tempus habile ad conſtituẽdam cen-
tenariam, quia, vt patet ex ſupradictis, huiuſmodi
præſentatio non habuit effectum, nec fuit de re va-
20 lida, † cum nemo poſſit præſentare ſe ipſum *cap.
per noſtras de iurepatr. cap. cum in iure, de elect.
cap. final. de inſtit. cap. debitum. de baptiſm. Caſ-
ſad. deciſ.18. num. 3. de preben.* ſicuti non poteſt
21 † quis ſibi conferre beneficium *d. cap. fin. de inſtit.
Goffred. in ſumma de iurepatr. nu.17. Hoſtien. in
§. in quibus num. 10. verſ. illud omittendum non
eſt Rot. deciſ.185. num. 1. par. 2. diuerſ.* vbi expli-
cantur rationes huius concluſionis, prima ambi-
22 tionis euitandæ, ſecunda, † quia debet eſſe diffe-
rentia inter præſentantẽ, & præſentatum. Et quòd
23 hæc concluſio † habeat locum etiamſi agatur de
beneficio ſimplici *fuit dictum in cauſa Aquileien.
Iuriſpatronatus 8. Iuny 1587. coram Rubeo.*

Quòd huiuſmodi præſentatio Hectoris de ſe ip-
ſo nõ habuerit effectum, ſatis patet, dum obtinuit
à Clemente VII. nouam prouiſionem Apoſtolicã
ſub iſta narratiua in calce ſupplicationis, quod di-
ctum Monaſterium de Iurepatronatus ex funda-
tione,

tione. & dotatione exiſtit, & ex ſpeciali priuilegio
Apoſtolico iuſpræſentandi ad eos legitimè ſpectat,
ergo illa præſentatio facta ex priuilegio Leonis tā-
quam nulla non habuit effectum, ſed idem Hector
24 habuit nouum titulum, ex quo præſumitur † poſ-
ſediſſe tanquam ex titulo bono ſuperuenienti, cu-
ius vigore potuit ſibi mutare cauſam poſſeſſionis,
*.3. §. illud. l. qui bona fide, §. quod ſcriptum, ff. de
acq. poſſeſſ. l. non ſolum, §. quod vulgo de vſucap.
l. licet, verſ. planè C. de acquir. poſſ.* & in dubio abſ-
25 que aliqua animi † declaratione intelligitur mutaſ-
ſe ſecundum receptam ſententiam *Decij in conſ.
400. num. 5. verſ. nec obſtat. Acebill. deciſ. 4. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet.* vbi dicit, hanc opinionem
in Rota ſeruari tanquam magis æquam, & conſo-
nam iuri, reprobato *conſ. 131. lib. 3. Mantic. de-
ciſ. 71. num. 2. & num. 10. in fin. Surd. deciſ. 51.
nu. 19. Rot. par. 1. diuerſ. deciſ. 205. & 524.* Si er-
go Hector habuit duos titulos, vnum nullum, qui
fuit factus vigore priuilegij Leonis, alterū Apo-
ſtolicum, & validum, qui fuit factus vigore alte-
rius priuilegij conceſſi ratione coæqualis dotatio-
nis, & poſſedit vigore tituli validi, & non vigore
tituli nulli; ſequitur ex iſto actu non fuiſſe interru-
26 ptam centenariam, quia ex † actu nullo, & non
effectuato, ſicuti non interrumpitur præſcriptio,
ita non interrumpitur obſeruantia, & diuturna
quaſi poſſeſſio, *Odd. conſ. 20. nu. 10. Accorambon.
deciſ. 15. incip. executio lib. 2. Rot. par. 1. recent.
deciſ. 689. in fin.*

Et cum poſt ſex mēſes idem Hector reſignaue-
rit, & tanquam Patronus præſentauerit ad dictam
Abbatiam Cyprianum Pallauicinum Archiepiſco-
pum Genuen. eius fratrem cum expreſſione ſupra-
dicta Iuriſpatronatus ex priuilegio Apoſtolico ra-
tione dotationis, cui non eſt derogatum, prædi-
ctusq. Cyprianus Archiepiſcopus poſſidendo vſ-
que ad annum 1583. reſignauerit in manibus Pa-
pæ ad fauorem R. P. D. Ioannis Baptiſtæ Pallaui-
cini vtriuſque Signaturæ Referendarij eius ex fra-
tre nepotis cum ſupradicta clauſula Iuriſpatrona-
tus ex priuilegio ratione dotationis, cui nō eſt ha-
ctenus in aliquo derogatum, dictaq. prouiſio ha-
buerit effectum vſque ad annum 1622. de quo tē-
pore per obitum dicti Ioānis Baptiſtæ fuit præſen-
tatus à Babilano eius fratre Cyprianus filius irre-
fragabiliter ſequitur non fuiſſe interruptam cente-
nariam, ſed poſſeſſionem cœptam de anno 1514. in
vim priuilegij ex cauſa dotationis non fuiſſe inter-
ruptam, ſed continuatam vſque ad annum 1622.
Ex his autem ſatis patet inficiari non poſſe, quin
adſit centenaria.

Neque obſtat, quòd priuilegium præſumptum
ex centenaria non poſſit eſſe ex coæquali dotatio-
ne, cū in prouiſionibus Apoſtolicis fuerit expreſ-
ſum, quòd Monaſterium non excedit ducatos 40.
cum tamen debuiſſet exprimi in ducatis 300. vt eſ-
ſet ex coæquali dotatione, ex eo, quòd in priuile-
gio Leonis fructus fuerunt narrati in ducatis 150.
Nam reſpondetur hoc non referre, quia in proui-
ſionibus Apoſtolicis ſolum fuit narratum, quòd
fructus dictæ Abbatiæ ſunt taxati in libris Came-
ræ in ducatis 40. vt patet ex prouiſionum lectura,
non autem fuit dictum ſimpliciter, quod non exce-
debat ducatos 40. & propterea ex dicta narratiua
27 non † poteſt inferri ad præſumptionem exaduer-
ſo allegatam, ſiquidem expreſſio cōſueuit fieri pro
ſolutione annatæ, vt *per Galleſ. in tract. de annat.
num. 3. & 24.*

Et ex hoc tertio fundamento reſoluerunt DD.
pro confirmatione ſententiarum Rotalium, cum
iſta centenaris poſſeſſio non elidatur ex priuilegio
Leonis X. 11. Kal. Auguſti 1513. ex cauſa augmē-
ti tertiæ partis dotis, quia in præſentationibus, de
quibus fuit dictum ſupra, nulla habetur mentio
priuilegij Leonis. Immo verba præſentationum
repugnant, cum in eis dicatur ex priuilegio Apo-
ſtolico ex dotatione, cui non eſt hactenus deroga-
tum, quæ verba repugnant litteris Leonis, cum in
illis iuſpatronatus fuerit conceſſum ex augmento
dotis. Et verba, ex priuilegio Apoſtolico non re-
pugnant dotationi. cum ſimus in Eccleſia regula-
28 ri, † in qua requiritur priuilegium in limine fun-
dationis, & d. priuilegium potuit impetrari tem-
pore dotationis pro conſenſu Papæ vti Ordinarij
ordinariorum, vel etiam ad cautelam pro confir-
29 matione, † & ita præſumi debet ſtātibus alijs ver-
bis ex dotatione, vt dixit *Gabr. alleg. conſ. 192. n. 2.
verſ. ſecundo quia lib. 2.* Et ſic cum priuilegium
enūciatum in dictis prouiſionibus Apoſtolicis ſpa-
tio centum annorum effectuatis dicat ratione do-
tationis, cui non eſt hactenus derogatum non po-
teſt verificari illud priuilegium enunciatum in di-
cto priuilegio Leonis X. per Saulum in iudicio
Rotali producto, cum illud ſit ex augmento tertiæ
partis dotis, non ex dotatione, & fuerit reuocatū
per Conſtitutionem Adriani VI. & ſucceſſiuè ex
Concilio, & propterea ex confeſſione priuilegij
Leonis anni 1513. non concluditur perneceſſe nō
exiſtentia alterius, cum ea benè probetur ex ſupra-
dictis prouiſionibus Apoſtolicis per 100. annos,
in quibus fuit facta mentio iuriſpatronatus vigore
priuilegij ratione dotationis conceſſi, cui non fuit
hactenus derogatum, quæ verba arguunt non fuiſ-
ſe ex augmento dotis, quia huiuſmodi priuilegijs
ex cauſa augmenti dotis fuit derogatum per Con-
ſtitutiones Pontificum, & Concilium Tridentinū,
priuilegium enim conceſſum ratione coæqualis
dotationis differt à priuilegio ratione augmēti ter-
30 tiæ partis, quia † augmentum dotis non eſt dota-
tio, qui enim auget dotem dicitur benefactor, non
dotator *Abb. conſ. 59. nu. 2. lib. 2. Io. Andr. in cap.
nobis de iurepatr. facit text. in cap. requiſitis de
teſtam. & quod not. gloſ. in cap. 3. de iurepatr.
Rocch. de iurepatr. in verb. & dotauit quæſt. 2. Rot.
par. 1. diuerſ. deciſ. 528. num. 2* vnde patet non
obſtare dictum priuilegium Leonis, quia cum detur
31 † multiplicatio titulorum, ex quo verſamur in
materia multiplicabili, cum poſt impetratum pri-
uilegiū patronatus ſuper iſta Abbatia ex augmento
tertiæ partis fructuum, potuerit poſtea impetrari
aliud priuilegium patronatus ex coæquali dotatio-
ne, vt ſic pinguius prouideret Eccleſiæ, & acqui-
reret iuſpatronatus magis ſecurum, ſequitur, quòd
32 ex productione † vnius priuilegij facta per partem
aduerſam, alia pars poſſit iuuari præſumptione
alterius tituli *Creſcent. deciſ. 21. de probat. & fuit
dictum in Cæſaraguſtana parrochialis de Mael-*
la

lo 8. *Nouemb*. 1589. *coram bo.me. Card. Pamphi-*
33 *lio*, & cum ſecūdum † priuilegium non tollat pri-
mum, data compatibilitate, non excluditur præ-
ſumptio alterius priuilegij ratione dotationis *Ca-*
*putaq. deciſ.*377. *par.* 2. *Put. deciſ.* 83. *lib.* 3. *in*
correct. Ex quo potuit vtrumque diuerſo tempo-
re impetrari, Primo ex augmento tertiæ partis Se-
cundo ex coæquali dotatione, vt apertè probāt di-
ctæ enunciatiuæ ratione dotationis, cui non eſt de-
rogatum.

Non obſtat quòd in vltima vacatione de anno.
1622. coram Ordinario Cyprianus fuerit præſen-
tatus à Babilano patre in vim priuilegij Leonis X.
de anno 1513. conceſſi qui cum illius vigore fue-
rit inſtitutus ab Ordinario, illud taliter magni fe-
cit, quod non potuerit amplius recurrere ad titu-
34 lum præſumptiuum, vnde potius † eſt ſtandum
eius declarationi, quam recurrendum præſumptio-
ni *Crauett. conſ.* 33. *nu.* 11. *Natt. conſ* 446. *nu.* 10.
Rot. deciſ. 285. *n.* 4. *par.* 2. *recent.* Nec facit quòd
fuerit productum à Procuratore, quia talis pro-
35 ductio † fuit ratificata à Patrono, & Cyprianus
eam acceptando, petens, & obtinens inſtitutionē
dictā productionem comprobauit *Seraph. dec.* 360.
Rot. deciſ. 650. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* & 388. *n.* 1.
& 712. *num.* 1. *par.* 2. Ex quibus cum videatur Ba-
bilanum patronum ſe reſtrinxiſſe ad iſtum titulum,
eliditur præſumptio melioris tituli ex fortiori præ-
36 ſumptione contraria, † quòd meliorem titulū
non haberet *Aegid. conſ.* 10 *nu.* 20. *Aym. conſ.* 134.
ſub num. 44. *verſ. pro hoc facit Put. deciſ.* 239. *n.* 1.
& 2. *lib.* 3 *in correct. Caputaq.* 304. *nu.* 1. & *de-*
ciſ. 314. *par.* 3. *Rot. deciſ* 731. *num* 18. *verſ. quæ*
iſta allegatio par. 1. *diuerſ ſanct. mem Greg XV.*
deciſ. 467. *num.* 7. & *fuit dictum in Caſalen. Ca-*
nonicatus 24. *Aprilis* 1606. *coram bo me. Attre-*
baten. Quia ſupradictis reſpondetur, confeſſionem
37 reſultantem † ex productione tanquam fictam, &
38 præſumptam, factam in vno iudicio, † non præiu-
dicare in alio etiam inter eaſdem perſonas, & mul-
39 to minus in productione † extraiudiciali facta in-
ter diuerſas perſonas pro habenda inſtitutione
Dec. in l. 2. *num* 8. *C. de inſtit.* & *ſubſtit. Gabr. tit.*
de confeſſ. concluſ 4. *num.* 32. *Bald in l.* 2. *nu.* 25.
verſ. ſed iuxta prædict. C. de eden. Aretin in cap.
cauſam, quæ num. 26. *verſ.* 2. *limitatur vbi Felin.*
num. 9. *verſ item non procedit de teſtib. Honded.*
qui cumulat concordantes conſ. 66. *num.* 58. *lib.* 1.
Cephal. qui alios allegat conſ. 377. *num* 86 *Rimin.*
iun. conſ 213. *num.* 20. *Acebil. deciſ.* 2. *de confeſſ.*
ſan. mem. Greg XV. deciſ. 462. *num.* 5. *Rot. in re-*
cent. deciſ. 284. *num.* 10. *par.* 1. & 539. *n.* 4. *par.* 2.
Diuerſitas autem cauſæ eſt patens, quia coram
Ordinario Ianuen nullus aderat Contradictor, niſi
ſolus Promotor Fiſcalis, & agebatur ad effectum
dandi ſumum patronatus, ſeu ad docendum de
patronatu pro obtinenda inſtitutione, qua proba-
tione Ordinarius remanſit contentus. In iſta ve-
ro cauſa proceditur in figura iudicij, adeſt enim
certus Contradictor, qui eſt prouiſus Apoſtolicus,
& agitur ad effectum canonizandi iuſpatronatus,
vt excludatur reſeruatio, quæ cauſæ ſunt diuerſæ, &
ſeparatæ, nedum ratione perſonarum, ſed etiam
finis, & effectus, qui licèt tendat circa eandem
probationem patronatus. Tamen primus fuit ad
effectum inſtitutionis diuerſus ab iſto, in quo pro-
pterea potuit Cyprianus producere diuerſum ti-
tulum ab illo, de cuius probatione non poteſt du-
bitari ſtantibus enunciatiuis 100. annorum, in qui-
bus enunciatur diuerſum priuilegium ab illo Leo-
nis per Saulium in hoc iudicio producto, & ſic pro-
ductio facta per Procuratorem pro obtinēda inſti-
tutione contra Promotorem Fiſcalem non præiu-
dicat in iſta cauſa, itaue ex illa productione reſul-
40 tet † confeſſio Cypriani, quòd non habeat alium
titulum tanquam facta in alia cauſa, & inter diuer-
ſas perſonas ex iuribus ſupra allegatis.

Minus productio dicti priuilegij probat, cente-
nariam iſtam proceſſiſſe ex illo priuilegio, motiuū
enim applicaretur, ſi productio in Rota fuiſſet fa-
41 cta per Cyprianum, quia tunc præſumitur † pro-
ductus melior titulus; ideo ceſſat præſumptio alte-
rius; ſed quando productio ſit à parte aduerſa tunc
42 non excluditur † præſumptio alterius tituli iuxta
deciſionem *Creſcent. vltimam de probat.* quam
Rota perpetuo ſeruat *Rot. deciſ.* 731. *nu.* 20. *par.* 1.
diuerſ. & 489. *num.* 4 *par.* 2. *recent.* & *fuit dictū*
in Cæſarauguſtana parrochialis de Maella 8. *No-*
uemb. 1599 *coram bon. mem. Card. Pamphilio, in*
Caſalen. Canonicatus 14. *Maij* 1617. *coram bon.*
mem. Patriarcha Manzanedo, & *in Cremonen.*
penſionis 16. *Ianuarij* 1609. *coram bo. mem. Card.*
Sacrato, & *in Carthaginen.* & *Abulen. beneficio-*
rum 25. *Februarij* 1607. *coram eodem.* Ideo cum
43 priuilegia ſint † multiplicabilia, nec ſecundum
tollat primum, vt fuit dictum ſupra; non data re-
pugnantia, ſed diuerſitate, ſtant ſimul quòd poſt
impetratum dictum priuilegium ex augmento ter-
tiæ partis, fuerit aliud pinguius impetratum ra-
44 tione coæqualis dotationis, ergo productio † vnius
per Saulium facta non excludit exiſtentiam alte-
rius, de quo conſtat per enunciatiuas ſupradictas.
45 Vlterius ad effectum, vt productio tituli † con-
tra producentem operetur, tria debent concurrere,
quorum ſi alterum deſit, ceſſat etiam effectus hu-
iuſmodi productionis; Primò requiritur, quòd
46 † productio ſit facta in eodem iudicio, non autem
in diuerſo *Bald. in d. l.* 2. *ſub num.* 25. *verſ. item*
quæro C. de eden. Honded. conſ. 66. *num.* 58. *lib.* 1.
cum alijs ſupra allegatis, quod quidem requiſitum
ceſſare in hoc caſu, patet ex iam dictis, quia hoc
priuilegium Leonis in hoc iudicio Rotali non fuit
productum à Pallauicinis patronis, ſed fuit produ-
47 ctum à Saulio. Secundo requiritur † ad effectum,
vt productio huiuſmodi noceat producenti, illam
factam eſſe parte petente, vel ſaltem tacitè accep-
tante per non contradictionem, ſecus ſi pars aduer-
48 ſa illis † contradixit; Iſto enim caſu talia narrata
non nocent confitenti, & narranti, ita *Bald. in l.*
cum precum C. de liberal. cauſ. & *melius in l. ſi*
magnam in fin. C. qui accuſ. non poſſ & poſt alios
tradit *Pariſ. conſ.* 115. *num.* 31. *vol.* 1. *Oſaſch. deciſ.*
38. *num.* 8. *Surd. deciſ.* 267. *num.* 4. *in fin.* & hoc
requiſitum non interuenit, quia Saulius non erat
in illo iudicio, quando Ianuæ fuit petita inſtitutio;
49 Tertio requiritur, † quòd productio ſit facta ad
eum finem, qui concludat ad intentionem partis,
nam productio extra finem ad quem intēditur, nihil
poteſt

Digitized by Google

poteſt operari. *Grat. conſ.* 14. *nu.* 17. *lib.* 1. *Seraphin. deciſ.* 377. *num.* 5. *ſanct. mem. Greg XV. deciſ* 467. *num.* 8. *& in cauſa Valentina decimarum de Gandia* 17. *Martij* 1604. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, & cum coram Ordinario Ianuen productio fuerit facta ad effectum inſtitutionis nulla habita ratione Saulij, qui nec tunc erat prouiſus, nec erat in cauſa, nec hoc requiſitum interueniſſe patet, ex quo non fuit productum priuilegium Leonis X. ad effectum excludendi prouiſum Apoſtolicum, ſed inſtitutionis obtinendæ ad fauorem præſentati à patronis.

Conceſſionem autem ſecũdi priuilegij euiden-
50 ter probat centenaria quaſi poſſeſſio præſentandi,† quæ cum in materia iurispatronatus habeat vim immemorabilis, *Put. dec.* 206. *lib.* 1. *in correct. Rot. par.* 3. *diuerſ. lib.* 3. *deciſ.* 254. *latè Garz. part.* 5. *c.* 9. *nu.* 107. *cum pluribus ſeqq.* ex ea concluditur priuilegium diuerſum d. exaduerſo producto, quia productum, eſt ratione augmenti, eique fuiſſet derogatum, illud verò, de quo in centenaria, eſt ra-
51 tione dotationis. Et generale eſt ex antiquiſſima quaſi poſſeſſione probari titulum in actibus poſſeſſorijs ſemper enunciatum *Cran. conſ.* 390. *nu.* 7. *Sard. conſ.* 94. *num.* 53. *Gabr. conſ.* 88. *num.* 18. *lib.* 1. *Put. dict. deciſ.* 206. *num.* 4. *&* 5. *lib.* 2. *in correct.*
52 Et præſumptio reſultans ex centenaria † non tollitur per contrariã præſũptionẽ reſultantẽ ex productione vnius tituli inſufficiẽtis, vt in terminis iurispatronatus, *Menoch. conſ.* 90. *n.* 63. *cum ſeqq. vbi num.* 67. teſtatur de magis communi *lib.* 1. *Bero. conſ.* 115. *n.* 31. *lib.* 1. *idem Menoch. lib.* 3. *præſump.*
53 131. *num.* 50. ex quo iſta eſt † præſumptio iuris, & de iure, vt in puncto, *Menoch. & Bero. vbi ſupra*, & in caſum, in quem probata centenaria quaſi poſſeſſione præſentandi, eius vigore allegabatur dotatio, cum ad eam excludendam, fuiſſent producta inſtrumenta an qua probantia exiſtentiam Eccleſiæ ante illud tempus, quia erat impoſſibile,
54 quod poſtea † illa dos fuiſſet perempta, & Eccleſia fuiſſet redotata, pro patronata fuit concluſum in *dicta deciſ.* 254. *lib.* 3. *par.* 3. *diuerſ. idemque fuit reſolutum in Parmen. Prioratus coram bon. mem. Dunozetto* 23. *Ianuarij* 1621. *& in dec* 183. *lib.* 1. *in correct. coram Puteo*, vbi præſumptio reſultans
55 ex ſola poſſeſſione 30. annorum effectiuatæ, † præſentationis, & inſtitutionis non fuit ſublata ex productione inſtrumenti per partem facta, quo conſtabat de nullitate, quod idem bene defendit *Gabr. conſ.* 88 *num* 17. *vſque ad* 22. *lib.* 1. vbi quod debet contraria probatio conuincere perneceſſe præſumptionem reſultantem ex centenaria, pro qua ſufficit dare caſum poſſibilem.
56 Pariter nec obſtat quòd poſſeſſio † præſumatur ex titulo præambulo, de quo conſtat, quia ſi iſta regula applicaretur, deſtrueret præſumptionem reſultantem ex centenaria, & immemorabili, quæ
57 toto vno infecto, præſumit meliorem, ideo † regula procedit in poſſeſſione de recenti, ſecus in centenaria, & dicta regula procedit, quando poſſeſſio
58 † eſt vniformis titulo, quod hic ceſſat quia titulus loquitur de priuilegio ex augmento tertiæ partis reuocato, & derogabili, poſſeſſio vero centenaria loquitur de priuilegio ratione dotationis, cui non eſt hactenus derogatum, & per conſequens de titulo penitus diuerſo à producto, quo caſu data diſformatione poſſeſſionis à titulo non præſumitur qui poſſidere ex titulo præambulo, quia vt actus
59 dicatur factus vigore cauſæ, † ſeu præcedentis obligationis, neceſſe eſt, vt ſecundum illius naturam, & formam fuerit factus, non autem præter vel contra *l.* 1. *§. adijcitur de verb. oblig. l.* 3. *§. ſed quid quid de tutore, ff. ſolut. matr. l.* 2. *C. de pact. inter empt. & vendit. Ruin. conſ.* 174. *num.* 4. *vol.* 1. *Rota dec. ſ.* 262. *num.* 1. *par.* 2. *diuerſ.* Prout etiam receptum
60 eſt † quando titulus producitur à poſſeſſore, tunc quia præſumitur non habere alium titulum, ſtante propria productione, meritò poſſeſſio ſubſequens præſumitur ex titulo præambulo, ſecus quã-
61 do † productio fit à parte aduerſa, quia cum illa non excludat præſumptionem alterius tituli iuxta *deciſionem Creſcent. vltimam de probat. cum alijs ſupra allegat.* non intrat præſumptio, quòd præſumatur poſſidere ex illo titulo, quia ſic deſtrueretur concluſio ſupradicta quod productio facta per Saulium non tollit Cypriano poſſeſſori facultatem allegandi alium titulum, ergo iſta poſſeſſio centenaria non potuit ſumere originem à priuilegio per Saulium productu omnino diuerſo, & ſeparato; &
62 cum non † verſemur in familia potenti, bene probant Pallauicini patroni cẽtenariam poſſeſſionem præſentandi, non ſolùm prout requiritur de iure communi, ſed etiam ex diſpoſitione Sacr. Concil.
63 Trident. quæ centenaria † poſſeſſio dat titulum iurispatronatus ex dotatione, & fundatione, vel alium quemuis meliorem de mundo, & magis beneuolum centenario poſſeſſori, vt ſunt iura, & doctrinæ vulgatæ.

Quartum & vltimum principale fundamentum ſupradictæ reſolutionis conſiſtit in eo, quod DD. cenſuerunt illã multiplicitatem titulorum non tolli ex diligentijs factis ad inſtãtiam prouiſi Apoſtolici in regiſtris publicis ſupplicationum, & bullarum Apoſtolicarum per eorum Cuſtodes atteſtantes per totum Pontificatum Leonis X. non reperiri aliquam aliam conceſſionem, ſeu priuilegium concernens dictum Monaſterium, ſeu Abbatiam Sancti Antonij, præter prædictum priuilegium Leonis anni 1513. & illius confirmationem de anno 1514. quia licèt vera ſit concluſio, quòd nec
64 tina † alterius tituli probatur per diligentias factas in regiſtris in quibus conſueuerunt prouiſiones huiuſmodi regiſtrari. *Corn.* 91. *num.* 2. *lib.* 1. *Mobed. deciſ.* 4. *de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Caputaq. deciſ.* 45. *ad fin. & deciſ.* 192. *num.* 3. *par.* 3. *Caſſ. d. ſuper regul. deciſ.* 5. *num.* 5. *& deciſ.* 8. *num* 2. *Creſcent. deciſ.* 7. *de probat. ſanct. mem. Gregor. XV. deciſ.* 287. *num.* 1. *vbi Addent. num.* 10. *& ita fuit reſolutum in Romana Præpoſituræ* 6. *Iunij* 1633. *confirmata* 17. *Martij* 1634. *coram R. P. D. meo Rouano*, in quibus firmatur, quòd iſte modus probandi negatiuam per diligentias quotidie ſeruatur, & huiuſmodi diligentijs factis, & nihil reper-
66 to, excluditur præſumptio alterius † tituli, itaut non poſſit induci ex quacumque temporis diuturnitate. *Fel. in c. illud ſub n.* 7. *ad fin. verſ. & idem ſi forte probaretur de præſ. Caputaq. dec.* 335. *lib.* 1. *in manuſcrip. ſanct. mem. Greg. XV. deciſ.* 242. *n.* 6.

Nihi-

Nihilominus ad hoc, vt huiuſmodi diligentiæ ſuf-
67 fragentur, & ad effectum vt pe: † eas probetur negatiua, debent fieri in omnibus ſcripturis, officijs & locis vbi expe[illegible]io fieri pot[illegible], præ[illegible]tim cum multis modis expediri potuerit, vt notum eſt. *Corn. conſ. 210. circa fin. vol 4. Crauet. conſ. 112. num. 7. Rum. conſ. 35. num. 19. lib. 1. Rot. deciſ. 636. num. 2. & 3. par 1. diuerſ. & deciſ. 356 nu. 3. inter impreſſ. penes Farinac. poſt 2. lib. conſil. & deciſ. 333. num. 4. par. 2. recent.* & vt diligentiæ [illegible] [illegible]gentur, quid ſeruari debeat, tradunt *Addent. ad deciſ. 287. ſanct. mem. Greg. XV.* ſignanter debet conſtare de exiſtentia librorum, illorumque continuatione, & quòd in eis nulla deficiunt folia, maximè vbi pront hic ex centenaria ſupra relata eſt probatum priui[illegible]ium coæqualis dotationis, & propterea cum ob temporis antiquitatem, varios caſus, & propter vrbis excidium, quod co[illegible]git
68 de anno 1527. mult[illegible] ſcripturæ † confectæ a[illegible] [illegible]tum annum ſint deperditæ, diligentiæ ex poſt non poſſunt probare negatiuam, quæ ſuffragetur c[illegible]n gratia fuerit habita ante dictum annum 1527 *vt fuit conſideratum in Albanen. Prioratus 17. Nouembris 1603. coram bo. me. Pema, & in hac cauſa 2. Decembris 1633.* in deciſione in [illegible]cunda inſtantia facta, & in fortioribus terminis, quando defuit vnus liber, vel aliqua folia, quòd diligentiæ
69 non † ſuffragentur, cum potuerit gratia eſſe deſcripta, vel in libro deperdito, vel in foliis ab altero libro abſtractis, dixit Rota *in Iſpalen. iuriſdictionis, ſeu Iuris [illegible]otandi 26. Iunij 159[illegible]. coram Orano.*

Vlterius apparet, diligentias non fuiſſe factas in Archiuio Cam[illegible]æ Apoſtolicæ, vt atteſtatur Præfectus, & tamen in eo aſſeruantur B[illegible]eui[illegible] Apoſtolica, nec in re[illegible]iſtro ſecreto B[illegible]llarum, & in [illegible]giſtris, in quibus [illegible]acerunt factæ di[illegible]igentiæ, iidem Officiales, qui fecerunt diligentias, teſt[illegible]tur in libro duodecimo anni ſecundi Leonis X. deeſſe 140. folia, & pariter in rub[illegible]icellis deeſſe folia 140. & quòd libri conſtant foli.s 300 vn-
70 de bene intrat ſupradicta deciſio Orani cum [illegible]ci[illegible] aliquid eſſe poſſibile, vt probatio ne[illegible] nō exiſtentiæ non concludat, quinimo, cum ex a[illegible]tione Archiuiſtæ p[illegible]te[illegible] in Archiuio non extare rubricellas Breuium [illegible]po[illegible] icorum tempore Pontificatus Leonis X. ac etiam [illegible]obetur in libro [illegible] ni 1513. & 1514. Bullarum expeditarum per regiſtrum Secretariorum Apoſtolicorum deficere, in [illegible] ta folia, & deeſſe tertiam partem libri, nec extare rubric[illegible]; fruſtratoria erat in illis locis diligentia.

Nō obſtat def[illegible]um in regiſtro ſupplicationum non rel[illegible]uare, dum [illegible] Regiſtro Bullarum,
71 † cum non detur co[illegible] clauſula, quod ſola Signatura ſufficiat, quia [illegible] c[illegible]tr[illegible] facit deciſio *ſanct. mem. Greg. XV. 262. & d. deciſ. Iſpalen coram Orano*, nam ſuffici[illegible], quòd probatio negatiue
72 non concludat perneceſſe, † dum poſſibile eſt in co[illegible]trarium iuribus vulgatis; immo probatio om[illegible]ino confunditur ex eo, quod in dictis Regiſtris, & [illegible]icellis, in quibus diligentiæ factæ fuerunt, nec [illegible]catio dicti priuilegij Leonis X. anni 1513 ex [illegible] augmento, cuius exiſtentia eſt indubitata, fuerit reperta, nam eodem modo deperdita, vel non re[illegible]iſtrata quoque eſſe poteſt ſupplicatio conceſſionis ex coæquali dotatione, maximè quia de
73 illo tempore non † omnes gratiæ regiſtrabantur, nec in regi[illegible]is ſupplicationum, nec in regiſtris Bullarum, & Breuium, & multæ expediebantur cum derogatione regulæ de non regiſtrandis, ac etiam de non expediendis, vt practici teſtantur; v[illegible] [illegible] ila ſupplicatio ob augmentum tertiæ p[illegible] non fuit regiſtrata, vel ſi fuit regiſtrata, re[illegible] [illegible] deperditum ita potuit eſſe deperditū, vel [illegible] regiſtratum priuilegium ratione coæqualis do[illegible]tionis, de qua [illegible]ter.

E[illegible] ita articulo benè diſcuſſo concluſum fuit, ſententias Rot[illegible]les eſſe confirmandas &c.

§ *In hac cauſa in præcedenti parte habentur duæ deciſion[illegible] [illegible]ram R. P. D. Pirouano ſcilicet ſub die 13. Iunij 1633. & 2. De[illegible]mbris e[illegible]ſdem anni, ſunt in ordine deciſiones 218. & 241.*

R. P. D. MERLINO.

Romana Dotis.

Die Mercurii 14. *Martij* 1635.

ARGVMENTVM.

Patruus, an teneatur dotare fratris filiam i[illegible] ſubſidium. Bona, etiam arctiſſimo fideicommiſſo ſubiecta, rectè poſſunt alie[illegible]ri pro conſtituenda dote deſcendentibus. In conſtituendâ dote filiabus illegitimi, quid ſit ſpectandum, item qualite[illegible] alime[illegible]ta ſint eis decernenda. Diſpoſitio cap. cum haberet, extra de eo, qui dux. in vxor. eſt vbi [illegible] ſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Patruus, an teneatur dotare fratri[illegible] filiam in ſubſidium, dum illa non habet vnde ſe [illegible]oſſit dotare.*
2 *In hac opinione negatiuam ſ[illegible]tentiam multi Doct[illegible]r. tenent, eo quia id nu[illegible]o iure cautum reperitur.*
3 *Alij vero Doctor. affirmatiuam tenent, cum hoc caſu non deficiat quoddam naturale dictamen rationis.*
4 *Frater nedum tenetur alere fi[illegible]trem etiam naturalem, imo ſpurium, ſe l etiam ſi [illegible] fratris, qui ſub ingrediuntur l cum pat[illegible] is in commodo rec[illegible]iendis alimenta. num. 5.*
6 *Dos [illegible] credit loco alimentorum, maximè in filijs naturalibus.*
7 *Dos maximè neceſſaria exiſtimatur, vt pote, ſine qua mulier plerumque turpiſſimo vitæ inſtituto, ac illecebris allicitur.*
8 *Patruus in ſubſidium tenetur dotare filiam fratris, ſumpto argumento ab alimentis ad dotem.*
9 *Auo ex o[illegible]ligatione iuris incumbit onus aſſignandi dotem deſcendenti nepti etiam ſpuria.*
10 *Quod procedit. tàm in auo paterno, quàm materno. Et tàm ſi matrimonium in ſeculo contrabere*

here velit, quàm ſi p r ingreſſum Monaſterij ſpiritua er nubat. num. 11. Atque enim iſta ob t at one eius bona ad quoſcumque tranſeunt num. 12.

13 *Hæres non excuſatur à neceſſario onere dotandi deſcendentes Teſtatoris, ſub prætextu fideicommiſſi.*

14 *B e am arctiſſimo fideicommiſſo ſul ta, p ad eff ctum conſtituen tem pro tua lus nu ti s*

15 *etiam i tell ro ſturia, in quam cauſam r eſt bona fideic ſſ n ta alien ntur.*

16 *Quamuis fideicommittentes expreſſe id prohibuiſſent. & num. 18.*

17 *Teſtator non po ſt ord re, vt le es non habeant locum in ſ a diſp n.*

19 *de Do e præſtanda ſi e na urali, quando agitur ad nſ ram nentorum requ ir d t.*

20 *Videtia ltra als ntorum mo gnit is naturalium, conditio mulieris, & mos patriæ id expoſcant.*

21 *Dos 1500. aureorum priſcis temporibus notabilis erat.*

22 *Alimenta, dum præſtantur m rationi ex æquitate Canonica, non ſe xta n ta em victus tantùm, ſed ſ und n ſtatus, dignitatem, & decem am nt decernenda*

23 *menta, quan unt dec rnenda filio nate ab totum ab æ Iu is pendet arbitrio qui neque r am. & ſol.m naturæ indi entiam, nec etiam lautos & nimis ſplendidos ſeculi mores reſpicere debet*

25 *A i entis decernendis mos, & conſue udo potiſſimum penſar debet.*

25 *in Dote co Moni ſtibus nubentibus ſponſo cæl ſti ſeruanda eſt moderata Monaſterij conſuetudo.*

Et in minori quantitate quam vbi mulieres nubunt terr ſtri ſponſ

27 *Dotis appen lices pro Monialibus, reputantur acconcium, & r galia*

28 *Circa Nuptiarum ſolemnitates, pompas, & a tus inte filias il egitimas, atque ſt n ſtituta differentia.*

29 *Fi itimis l. 12. tabul. contra naturalem omnium animantium nſtitutum alimenta denegabantur.*

30 *Caſtitat m ſi. ll. 12. tabul. coluit, vt pi tatem omnem ab rit*

31 *N a que pro ſpectum l ge Po eſt iuris Diui & naturalis veſtigij ente, ta ſta ſuppeditentur.*

32 *ntorum nomine veniunt omnia, quæ ſunt ria ad vitam conſeruandam.*

33 *in Vrbe ſeruandum eſt ius Ciuile.*

34 *Aequitas Canonica, qua duritiës iuris Ciuilis circa denegationem alimentorum fil s ſpurij emollitur, pie ſque à natura inſita erga liberos imbuitur ſeruanda eſt etiam, vbi tantum v nt res Ciuili, & etiam in Ter s, & in iuriſdictione Imperij.*

35 *tatut. Vrb. cap. 42. b. 1. non h et lo um, vbi ius Ciuile ſ eſſe r r e eſt per ius Canonicum, tu in iuſ ſ d*

ſublatum fuit, etiam in Vrbis incolis ſ cum eſt ius Canonicum.

36 *Conſtitutio Pij V. contra illegitimos non derogauit cat. cum haberet ex a de eo, qui dux in vxor. cum ſit pietatis, æquitatis, & rationis plenum.*

Fu tributis, quod pieta is, quod æquitatis q od n a s, lul t hoc eſt. ta num.

37 *F bus ſpu s de entur dotes, tam ex bon tr uncnia ibus, quam ex itates Eccl ſia eis Clericorum, aut Laicorum non obſtant C nſt. Pij V. contra illegi. mos*

38 *Bona ab Eccleſia recep nquam Chriſti peculium, auferenda eſt ab ill timis quos haber ſit res ſ um, & um o detur ni C rie.*

E el ſi ſ ulam itæ. num. 38.

39 *Bu la Pij V contr s, n habet loc quan ſi bens L m nullam ba tibus mixturam cum E*

40 *I gitimi nt eſt ex us, v excitantes memoriam impudicæ ori creduntur n tatores æternæ impuritatis.*

41 *Fil a il ma dum in m rio tem li n r e ſta ue Ao o cæleſti iure nup ti , ab ergit omn m à p te hauſtam impuritatis notam,*

42 *I itimitatis omnis macula aboletur per in g um Monaſterij, & profeſſionem in Re g nem.*

43 *Patruus tunc multò magis eſt cogendus ad do ndam fratris filiam illegitimam opibus ſtit. & ui habet legi mam ſobolem, ita ut p æſt tis nul um po t afferre detrimen tum alys t*

DECISIO XXX.

POST em atam in hac cauſa re olutionem, quod atis t Margaritam, eſſe fil m bon. m m. I aptiſtæ Vittorij fratris Domini Marci o Dubitatu an eum fem Domin m M rcum t tru m M rg tæ do atur & & Lo re tatem & n o ex

Quamuis enim anceps ſit q æſt , An patruus

1 ten r de ta ris in fi um illa n hal eat, q torti, in qua n gitium O. eſ. in l. 2. C. de lib.

2 *alen.* e id ullo re c utum & quod ltat, *Imo l. 1. num. 2. C m. Alex. num.* *Barboſ. in 4. par. num. 142. ff.* *ut. matr. Si ua. conſ. 33. num. 12. Card. M nt. de tit. lib 12. tit. 16. num. 3. Riminal. Iun. conſ. 642. num. 56. & conſ. 681. nu. 28. Coſta de re d. ſu ſid. remed. 64. num. 2. & remed. 66. nu 4. Ma ſtril. d. ſ. 85. nu. 29. Gi b ad conſ d. Meſſan. cap. 3. gloſ. 3. num. 64.* Pro aff a tem,

3 quòd p s t ur tæ fi atris inop non e quodam aturalis rationis dictamine ſcripſerunt *Bald. in l. num. 4. ff. matr. Afflict. de iſ. 371. num.* 3. ſecundùm opinion iudicatum fuiſſe in ſupremo Ca æ Conuentu teſtatur, *Molin. de prim Hiſpan. l. 1. cap. 15.*

*cap.*15.*num.*67. & in hanc videtur inclinaſſe *Surd.*
de aliment. tit. 1. *quæſt.* 28, *num.*7. *&* 11 *in fin.*
vbi quòd facile eſſet hãc opinionem in puncto iuris
4 ſubſtinere, quia cum frater ne † dum teneatur alere
fratrem etiam naturalem, imò ſpurium, *§. ſi quis*
igitur in Auth. quib. mod. nat. efficiuntur ſui. Surd.
de aliment. tit. 1. *quæſt* 25. *num.* 28. *& firmauit*
Rota in Romana alimentorum 21. *Iunij* 1627. *coram Reuerendiſs. D. Vrgellen.* ſed etiam filios fra-
5 tris, † qui ſubingrediuntur locum patris in commodo recipiendi alimenta ex latè deductis per
Surd. de aliment. d. tit. 1. *quæſt.* 28. *per tot. & in*
Romana alimentorum 3. *Iunij* 1613. *coram bon.*
mem. Patriarcha Manzanedo, hinc ſequi videtur
6 teneri etiam ad dotem præſtandam filiabus, † hæc
enim ſuccedit in locum alimentorum præſertim in
filijs naturalibus *l. aſſiduis, C. qui potio. in pigno.*
habeantur, & compræhenditur omnino ſub lege
Pontificia *in cap. cum haberet extra de eo, qui duxit in vxorem quam polluit per adult.* qua ſancitur
naturalibus liberis neceſſaria eſſe ſubminiſtranda,
7 & dos quidem maximè neceſſaria exiſtimatur, † vt
potè ſine qua mulier plerumque turpiſſimo vitæ
inſtituto, ac illecebris allicitur, vt poſt *Bald. in*
conſ. 456. *nu.* 10. *lib.* 5. *diſertè diſſerit Card. Paleott.*
olim noſtri ordinis Collega *de noth. & ſpurijs.*
quæſt 49. *per tot.* conciliando controuerſias Iuriſconſultorum, & antinomias, & ſequutus fuit,
*Peregr. de iure fiſci lib.*3. *tit.*18. *num* 56. *Surd. de*
*aliment. tit.*4. *quæſt.*23. *num.* 5. *& tit* 9. *quæſt.* 1.
8 *num.* 14 Et hanc ſententiam quod Patruus † in
ſubſidium teneatur dotare filiam fratris ſumpto
argumento ab alimentis ad dotem ſequuta fuit *Rota in Romana alimentorum* 3. *Iunij* 1613. *coram*
bon. mem. Patriarcha Manzanedo.

Nihilominus ex alio capite D Marcus Antonius ab hoc munere dotandi Margaritam ſe ſubtrahere nullo modo poteſt; quemadmodum enim
9 Bernardino Proauo ex obligatione iuris † incumbebat hoc onus dotem aſſignãdi deſcendenti pronepti etiam ſpuriæ, *arg. legis dedit dotem, ff. de*
*collat. bonorum. Ripa in l.*1 *num.*74 *&* 81. *ff. ſolut.*
matrim. Menoch. conſ. 331. *num.*18. *Mareſcott.*
*var. reſolut. lib.*2. *cap.*83. *nu.* 39. *Coſta de remed.*
*ſubſid. remed.*64. *num.*1. *& remed.* 65. *nu.*3. *cum*
alijs cumulatis per Giurb. ad conſuetud. Meſſan.
10 *cap.*3. *gloſ.*3. *num.* 22. vbi † firmat tàm in auo paterno, quàm materno, & cenſuit *Rot. apud Card.*
Seraph. deciſ. 58. *num.* 6. *& in recent. deciſ.* 233.
11 *nu.*1. *par.*2. tàm ſi † matrimonium in ſæculo contrahere voluerit, quàm ſi per ingreſſum Monaſterij ſpiritualiter nubere, *Bald. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Felin. in c. Eccleſia S Mariæ num.*79. *de conſtit. Boer. deciſ.* 126. *num.* 12. *Menoch. præſumpt.*
189. *num* 91. *lib.*4. *Sanch de matr. lib.*4. *diſp.*26.
*num.*7. *Giurb. d. cap.*3. *gloſ.*3. *num.*24. *& gloſ.*4.
num. 15. Ita eadem prorſus ratione tenetur Dominus Marcus Antonius hæres, & ſucceſſor proaui in quem bona tranſiuerunt hoc onere affecta
12 † nec obligationis vinculum ex ſucceſſoris perſona fuit immutatum, *Bald. in l. fin. C. de dot. promiſſ. Abb. conſ.*115. *ante num.* 1. *lib.*2. *benè Card.*
*Mant. de tacit. lib.*12. *tit.* 16. *num.* 26. *& tit* 18.
num. 14. *Honded. conſ.* 50. *num.* 17. *&* 18. *lib.* 2.

*Theſaur. deciſ.*211. *num* 8. *& dixit Rota dec.*224.
*num.*1. *part.* 2. *recent. & in Bononien. alimentorum* 28. *Martij* 1594. *coram Penia, quæ eſt impreſſa in deciſ.*746. *par.*4. *& deciſ.*82. *par*5. *diuerſ.*
13 Nec prætextu fideicommiſſi † ab hoc neceſſario
dotandi munere ſe valet eximere, quia ex diſpoſitione *Auth. res quæ, C. commun. de leg.* bona arctiſſimo cuique ſubiecta fideicommiſſo poſſunt di-
14 ſtrahi in ſubſidium † ad effectum conſtituendi dotem Moniali prò ſpiritualibus nuptijs, vt docuerunt, *Bart. in d. Auth. res quæ, nu.*7. *Bald. nu.*13.
latè Peregr. de fideicomm. art. 42 *num.* 57. *Menoch. præſumpt.*189. *num* 89. *&* 90. *lib.*4. *Fuſar.*
*de ſubſtit. quæſt.*531. *nu.*28. *Gratian. diſcept.*533.
*nu.*22. *Sanch. de matrim. lib.*1. *diſput.*33. *nu.*29.
*& lib.*4. *diſput.*26. *num* 7. & fuit deductum in alia
15 deciſione iſtius cauſæ, etiam † pro dote ſpuriæ, in
quam cauſam rectè itidem fideicommiſſa alienantur, *Peregrin. de fideicomm. d. art.*42. *num.*38. *&*
*conſ.*115. *num* 4. *lib.*5. *Molin. de primog. Hiſpan.*
*lib.*4. *cap.*6. *num.*14 *Giurb. ad conſuetud. Meſſan.*
16 *d. cap.*3. *gloſ.*3. *num.* 15. quamuis † fideicommittens expreſsè id prohibuiſſet, qui non poteſt iuris obligationem bonis ſuis infixam pro bono publico matrimonij contrahendi, & alendi liberos
17 reijcere, & † facere, vt leges non habeant locum
in ſua diſpoſitione, prout latè fuit comprobatum
in illa Spoletana fideicommiſſi 4. *Decembris proximè præteriti coram me*, & in his terminis tradunt
Bald in l. id, quod pauperib. num. 39 *C. de Epiſc.*
& Cleric. Card. Paleott. de noth. & ſpur. cap. 47.
*num.*6. *Theſaur. deciſ.*211. *nu.*3. *Vrſil. ad Afflict.*
*deciſ.*99. *num.* 5. *Giurb. d. cap.* 3. *num.* 15. & fuit
dictum in prææallegata *Bononien. alimentorum coram Penia* Vnde tanto magis recipiendum hoc
videtur, dum nedum præſumptam ex diſpoſitione
iuris, ſed & expreſſum in verbis habemus in hoc
Teſtatoris votum mandantis, vt deſcendentes con-
18 gruè, † & iuxta vires patrimonij dotentur, prout
legitur in eius teſtamento, & declarauit *Rota ſuper eodem teſtamento in Romana fideicommiſſi de*
Vittorijs 2. *Iunij* 1627. *coram me.*

Quo vero ad quantitatem Domini cum præſuppoſito, quod Margarita in Monaſterio Deiparæ
Virginis in Campo Martio, in quo huc vſque degit
educanda, velit ſuſceptum virginitatis propoſitum
habitu & ſacro velo firmare, decreuerunt præſtandum eſſe dotem ſolitam dari in illo Monaſterio cũ
ſolitis etiam acconcijs, & regalijs, moderatè tamen
arbitrio Rotæ, necnon ſcuta tria quolibet menſe
ad vitam Margaritæ.

19 Quoniam licet vbi agitur de præſtanda † dote
naturali filiæ ad menſuram alimentorum regulari
ſoleat, vt conſuluerunt, *Bald. conſ* 457. *num.*1. *ad*
*fin. lib.*5. *Abb. conſ.* 115. *num.*1. *&* 2. *lib* 2. *Capic.*
*deciſ.*181. *num.*1. *Peregr. de iure fiſci lib.* 3. *tit.*18.
*num.*78. *Benitend. deciſ.*22. *num.*8. *Rota dec.*249.
20 *num.*1. *par.* 2. *recent.* vel etiam vltra † alimentorum modum ſi dignitas natalium, mulieris conditio, & mos patriæ id expoſcant ſecundùm *Decium*
*conſ.*211. qui trium millium, & quingentorum
aureorum dotem pro ſpuria congruam eſſe reſpon-
21 dit, quæ † quantitas, attento illo tempore, notabilis erat, *Aret. conſ.* 17. *nu.* 20. & ita ſentit *Card*

Paleott. de noth. & ſpur. cap.50.num.10 Surd. de aliment. tit.1. quæſt.10. num.19. & 20. Peregrin. de iure fiſci, lib.3. tit.18 num.78. verſ. Vel quate-
22 *nus* Alimenta autem etiam dum præſtantur † miſerationis cauſa, ex æquitate canonica non iuxta neceſſitatem victus tantùm, ſed ſecundùm ſtatus dignitatem, & decentiam ſunt decernenda, vt cenſuit *gloſ. in l. nepos Proculo, ff. de verb. ſignificat. Molin. de primog. Hiſpan. lib.2. cap.15. num.55. Peregr. de iure fiſci tit.18. num.22. verſ contra tamen, Theſaur. deciſ. 211. num.22. Gratian. diſceptat.112. num.6. & cap.562. num.35. & 613. num.14. & 15. Sanchez reſponſ. moral. lib.4. c.3. dub.24. num.2.* & fuit dictum *in Romana reſciſſionis contract. 22. Aprilis 1613. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Tamen cum ferè id totum ab æqui Iudicis pen-
23 deat arbitrio, qui † neque rigidam, & ſolam naturæ indigentiam ſuper qua ex diuerſis facti circumſtantijs inſtetit *Rota apud Card. Caualer. dec. 245. & 298. repetitis inter recent. deciſ. 581. par.1. & deciſ 249. par.2.* nec etiam lautos, & nimis ſplen-
24 didos † ſeculi mores reſpicere debet, vt monuerũt, *Couarr. de Sponſal. cap. 8. par.2. §. 6. num.8. Peregrin. de iure fiſci lib.3. tit.8. num.32. in fin. Beniuiend. deciſ 43. num.2. Molin. de primog. Hiſp. lib.2. cap.15. num.55. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 112. num.13. & 14. & cap 613. num.1. & 2. Rot. in deciſ. 395. num.2 par. 2. recent. & in d. Bononien. alimentorum coram Penia, & in Romana taxationis dotis 28. May 1631 coram R.P.D. meo Dunozetto.* Rationabilis viſa fuit Dominis taxatio
25 iuxta ſolitum, quia † mos, & conſuetudo in hac materia potiſſimum penſari debet ex ſupra deductis. & latè *Gratian diſcept forenſ cap.552. nu.8.* & ſignanter in conſtituenda dote † pro Monialibus nubentibus Sponſo cæleſti ſeruandam eſſe mode-
26 ratam Monaſterij conſuetudinem, † & in minori quantitate, quã vbi mulieres nubũt terreſtri Spõſo obſeruarunt *Ala. ſingul. 11 Rimin. Iun. conſ.85. num.22. & conſ.466. num.2. Vrſill. ad Afflict. deciſ. 136. num 3. Franch. deciſ 44. num.2. Giurb. ad conſuetud. Meſſan cap 3 gloſ.3. num.25. Franciſcus Antonius Coſta conſ 25. num.31, Rota deciſ. 249. num.5. par.4. recent.*

Ex eadem prorſus ratione deſumptum fuit præſtandum eſſe ſolitum acconcium, & regalia neceſ-
27 ſaria pro † ingreſſu in Monaſterium, quæ dotis appendices reputantur, *Theſaur. deciſ.195. num. 5. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 498. num. 5. Rota deciſ. 556. num.2. par. 1. diuerſ. & coram Sa. mem. Gregor. XV. deciſ. 80. num. 7. vbi Adden. nu. 11.* cum modificatione tamen, & adhibita differentia, quæ de iure conſtituitur circa ſolemnitates nuptia-
28 rum pompas, † & apparatus inter filias illegitimè natas, atque ipſas filias legitimas iuxta deducta *per Lap. de illegitimis comment. 2. §. 1. num. 46. Menoch. conſ.1162. num. 10.*

Et demum iiſdem rationum, & æquitatis nixi motiuis Domini arbitrati ſunt præſtanda eſſe ſcuta tria quolibet menſe ad vitam Margaritæ, quia cũ abrogatio legis Ciuilis ſũptę ex l.12. tabu. rigore,
29 † quo filiis illegitimis contra naturalem omnium animantiũ inſtinctum alimenta denegabantur; ſic
30 enim caſtitatem iſtud ius † antiquum coluit, vt pietatem omnem abiecerit teſte *Bald. conſil. 456. num.10. lib. 5.* Hodie lege Pontificia *in cap. cum haberet. extra de eo qui duxit in uxorem,* iuris diuini, ac naturalis veſtigijs inſiſtente clementiſſimè
31 quibuſcunque natis proſpectum † fuerit neceſſaria vitæ ſubſidia ſuppeditentur, vtique Moniali præſtatio huiuſmodi ſingulis menſibus omnino neceſſaria videtur pro veſtitu, & alijs comparandis, quibus tuendi, curandique corporis noſtri gratia vtimur, & quibus pauperes Moniales deſtituuntur, nec ex præſtationibus communibus Monaſterij ſupperetur, & hic redditus tanquam pars dotis, & alimentorum pro Monialibus computari ſolet; &
32 quidem † omnia, quæ ad vitam conſeruandam neceſſaria ſunt comprehendi nomine alimentorum, non eſt dubij iuris, *vt in l. legatis, ff. de aliment. & cib. leg. l. verbo victus, ff. de verb. ſignif.* & in his terminis eleganter diſſerit *Gard. Paleott. de noth. & ſpur. cap. 47. num. 7.*
33 Nec releuat, quòd cum in † Vrbe ſit ſeruandum ius Ciuile ex Statuto *cap.42. lib.1.* ideo deneganda ſint alimẽta, & dos Margaritę iuxta *diſpoſit. Auth. ex complexu, C. de inceſtu nupt.* quoniam Canonica æquitas, & Sanctio Celeſtini III. *in cap. cum haberet.* qua durities iuris ciuilis emollitur, pietaſ-
34 quę à natura iuſſit a † terga liberos imbuitur, ſeruanda eſt etiam, vbi tantum vigent leges Ciuiles, & etiam in terris, & in iuriſdictione Imperij, vt plenè comprobat *Card. Paleott. de noth. & ſpur. c.47. per totum Roland. conſ.85. num.7. lib.3. & conſ.74. num. 35. lib.1. Menoch. præſumpt. 189. num 25. lib.4. Capic. deciſ. 54. num.1. Gratian. diſceptat. forenſ. cap.60. num.31. & cap.154. num.16. Mareſcott. var. reſolut. lib.2. cap.83. num.33.* & fuit dictum *in Romana liquidationis dotis 15 Decembris 1600. coram Litta, & in alia Romana dotis 5. Aprilis 1604. coram eodem, & in Romana alimentorum 3. Iunij 1613. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo* & diſpoſitio dicti Statuti *cap.42. lib.1.* non habet locum, quando ius Ciuile expreſsè re-
35 peritur † correctum per ius canonicum, vt in caſu iſto; tunc enim ius canonicum, non autem ciuile quod ſublatum fuit, etiam inter Vrbis incolas ſeruandum eſt, prout diſtinguendo in terminis dicti Statuti declarauit *Rota in Peruſina bonorum 20. Aprilis 1592. coram Penia.*

Minus obſtat Conſtitutio ſan. mem. Pij V. contra filios illegitimos. Quoniam per eam non fuit
36 ſublata cõſtitutio Canonica dicti capituli cum † haberet, pietatis, æquitatis, & rationis plena, tribuẽs filijs, quod ſanguinis, quod charitatis, quod naturæ ius poſtulat, hoc eſt alimenta, & vt docuerunt *Burſatt. conſ.255. num.13. lib.3. Nauarr. de Spol. Cleric. §. 19. num.10. & 11. Azor. inſtitut. moral. par. 2. lib. 2. cap. 4. in 7. quæſt. Mareſcott. var. reſolut. lib.2. cap.83. Gratian. diſcept. forenſ. cap.586. num.28. doct. Surd. conſ.509. per tot. & cenſuit Rota in Bononien. alimentorum 28. Martij 1594. coram Penia, quæ eſt etiam impreſſa poſt Giouagn. conſ.37. lib.2* vbi quod tàm ex bonis pa-
37 trimonialibus, † quàm ex redditibus Eccleſiaſticis Clericorum, aut Laicorum debentur dotes filiæ ſpuriæ, non obſtante dicta Conſtitutione ſanctæ mem.

Digitized by Google

mem. Pij V. quæ non derogauit diſpoſitioni *cap.*
cum haberet; Neque Margarita hodie agit de ſuc-
cedendo parenti in redditibus Eccleſiaſticis, ſeù
38 bonis ab Eccleſia receptis, † quæ tanquam pecu-
lium Chriſti,& profecta ab Eccleſia,quæ eſt ſpecu-
lum pudicitiæ auferẽda eſſe ab illegitimis,quos ha-
bere ſucceſſores ſcadalum, & noxium videtur or-
dini Clericali, ſanxit Pius Pontifex, ſed de conſe-
39 quenda dote à laico † ex bonis mere laicalibus
& nullam habentibus mixturam cum Eccleſiaſti
cis, & in quibus propterea non procedit Bulla
ſanctæ mem. Pij V. vt reſpondit *Rota in diuerſ. 214.*
par. 2. diuerſ. & in d. Bononien. alimentorum co-
ram Penia. Ceſſatque etiam in caſu præſenti ſuſpi-
40 cio incontinentiæ, ex qua illegitimi † ſolent eſſe
odio legibus vti excitantes memoriam impudicæ
originis, & creduntur imitatores paternæ impuri-
tatis *ex cap. ſi gens Anglorum 56. diſtinct. cap. mu-*
her. 15. quæſt. 1. cap. literas, cap. cum decorem de
41 *filijs Presbyt.* Margarita enim † vult in miniſterio
templi remanere, caſtaſque cum Agno cæleſti ini-
re nuptias, adeò vt omnem à parente hauſtam im-
puritatis notam penitus abſterſerit, & quidem per
42 ingreſſum Monaſterij, † & profeſſionem in Reli-
gione, macula omnis illegitimitatis aboletur, *Aut.*
de Monach. in princ. Marſil. ſign. 278. nu. 9. Card.
Paleott. de noth. & ſpur. cap. 45. num. 5. Aneb. qq.
famil. lib. 3. cap. 36. num. 13. & 14.

In quam ſententiam, quod D. Marcus Anto-
nius teneatur præſtare dotem prædictam, eo etiam
43 facilius Domini tranſiuerunt, † quia D. Marcus
Antonius ſatis opibus affluit, & nullã habet legi-
timam ſobolem, ita vt præſtatio dotis facienda
Margaritæ iuxta ſolitum illius Monaſterij, nullum
poſſit afferre detrimentum filijs legitimis, quorũ
fauorem multum ponderant iura, & Doctores, *vt*
in l. 2 C. de nat. lib. & animaduertit *Rota in deciſ.*
249. num. 3. par 2. recent.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

* *Ideſt ſub die 11. Decembris 1634. coram eodem*
R.P.D. Merlino. Eſt deciſio 314. in præcedenti
parte.

R.P.D. GHISILERIO

Valentina Iuris ſedendi.

Die Veneris 26. Martii 1635.

ARGVMENTVM.

Referuntur nonnulli caſus, in quibus remiſſo-
riæ petitio ſolet reijci.

SVMMARIVM.

1 *Articuli, quando non ſunt releuantes remiſſoria*
denegatur.

2 *Conſtitutiõ aliqua, ſi habeat clauſulam, ſublata*
& decretum irritans, tollit omnem obſeruan-
tiam in contrarium.

3 *Correctio incontinenti in eadem diſpoſitione,*
nullo pacto eſt præſumenda.

4 *Remiſſoria denegatur ad probandum contrarium*
sini, quod iam per Rotam fuit interpretatum.

5 *Remiſſoria non datur, ad probandum id, quod*
probatum, non releuat.

6 *Remiſſoria petitio reijcitur, ſtante improbabilita-*
te eius, quod prætenditur probari.

7 *Remiſſoria non datur ad euitandas deciſiones in*
cauſa factas.

Remiſſoria, ſi petatur ad effectum differendi cau-
ſæ expeditionem, non conceditur. num. 7.

8 *Remiſſoria non conceditur ad probandum id,*
quod probatum non releuat.

9 *Dilatio fruſtra conceditur, cuius expectatio, &*
finis potius diſpendium, quàm cõmodum affert.

DECISIO XXXI.

DOMINI perſtiterunt in deciſis denegando
Capitulo remiſſoriam ex rationibus adductis
in deciſione 15. Decembris proximè præteriti co-
ram me * facta; quia certiſſimum eſt, quòd ar-
ticuli non ſunt releuantes, cùm ius clariſſimum
1 ſit, † vt Præpoſiti debeant ſedere immediatè poſt
Canonicos, ideſt, poſt perſonas Canonicorum,
iuxtà ordinationem Capitularem Eccleſiæ, & Bul-
lam erectionis Præpoſiturarum fel. rec. Sixti V.
x1. in Bullario nouo, in quibus verba diſpoſitiua
diriguntur in perſonas Canonicorum, & non in
ſedes, ſeu loca, concedendo Præpoſitis ſeſſionem
immediatam poſt Canonicos in omnibus locis,
exceptis capitularibus. Et cum verba clara, cer-
ta, & indubitata, non relatiua ad Præpoſitos anti-
quos, non indigeant interpretatione; articulata
obſeruantia Præpoſitorum, tàm antiquorum, quã
modernorum, detegitur irreleuans; tanto magis,
cùm ſtante clauſula ſublata, & decreto irritanti ap-
poſitis in dictis literis erectionis Sixti V. tollatur
2 quælibet † contraria obſeruantia ex allegatis in de-
ciſione. quæ reuidetur: Vnde perinde eſt ac ſi ob-
ſeruantia fuiſſet ſublata, vt in terminis *Rot. dec. 72.*
par. 1. recent. ex quo in illo caſu priuilegia remo-
uebant obſeruantiam contrariam, atque etiam
præſcriptionem.

Non obſtat, quòd ex illis verbis, *immediatè poſt*
Canonicos ad inſtar antiquorum Præpoſitorum,
dicatur, Bullam erectionis non determinare certũ
modum ſedendi; quia placuit Dominis reſponſio
aliàs data, tàm in deciſionibus D. mei Merlini,
quàm in illa, quæ reuidetur; quod illa verba, *ad*
inſtar antiquorum Præpoſitorum, non ſtant relati-
uè, aut conditionaliter, ſed cauſatiuè: & illa verba,
iuxta ordinem ad id eis præſcribendum, non refe-
runtur ad ſeſſionem reſpectu Canonicorum, ſed in-
ter ipſos Præpoſitos; de quo non eſt quæſtio, &
cùm Papa in dicta erectione prius loquutus fuerit
diſpoſitiuè, & certitudinaliter, aſſignando Præpo-
ſitis ſeſſionem immediatè poſt Canonicos; ſi ſu-
pradicta verba, *iuxta ordinem &c.* reſpicerent fu-
turam determinationem, & ſtarent indeterminatè
reſpectu actus ſedendi, eſſet dare incontinenti cor-
3 rectionem eiuſdem diſpoſitionis, † quod nullo pacto
eſt præſumendum: atque ita cùm in præſenti fuerit
ſatis præſcriptus modus ſedendi quoad Præpoſitos
antiquos ex Capitulari cõſtitutione, & quoad mo-
dernos ex literis erectionis Sixti V. conſuetudini
circa ius ſedendi non eſt deferendum; cum ea tan-
tùm procedat, vbi lex non adeſt ſcripta, ita loqui-

Digitized by Google

tur *Felin. in c. ſtatuimus de maior. & obed.* Cum
4 igitur Rota non admittat interpretationem † con.
trariam interpretationi datæ per Dominos, *vt in*
recent. deciſ. 212. num. 1. part. 1. & in Meliten.
Baiuliuatus 27. Nouembris 1617. coram bo. mem.
Archiepiſcopo Seleucien. allegata in deciſione quæ
reuidetur, & coram S. me. Greg. XV. deciſ. 211.
num. 6. non eſt danda remiſſoria ad probandum
5 id, † quod probatum non releuaret, ex vulgatis,
alias permitteretur, quod probatio præualeret
interpretationi, quam ipſa Rota dedit.

Non obſtat, quòd iſta interpretatio ſit de directo
contra id, quod fuit expreſsè deciſum in alia
cauſa *Valentina præeminentiarum coram Reuerendiſſimo D. meo Decano 11. Martij 1630. & 5.*
Decembris 1631. quia dictæ deciſiones non aduerſantur,
nam factæ fuerunt in alia cauſa, & cum
ſuppoſito verborum, quæ in literis non reperiuntur,
prout ſunt verba, *iuxta ordinem per Capitulum
præſcribendum*; nam verba, *per Capitulum*,
in literis in Bullario impreſſis non leguntur; & quia
fuit etiam ſuppoſitum, quòd verba, *iuxta ordinem
ad id eis præſcribendum*, fuerint appoſita in ordine
ad ſeſſionem inter Canonicos, & Præpoſitos, &
tamen ex firmatis in deciſionibus Domini mei
Merlini, * & hac mea, quæ reuidetur, referuntur
ad ſeſſionem inter ipſos Præpoſitos, non autem
inter Præpoſitos, & Canonicos, ex ſupra deductis
Vltra quòd dicta verba, *iuxta ordinem ad id eis
præſcribendum*, poſſunt referri ad alios actus, in
quibus ordo aliquis non legitur præſcriptus, & de
quibus in literis non fuit particulariter diſpoſitum;
& ſic clarè patet dicta verba non poſſe referri ad
dictam ſeſſionem, ſuper qua eſt determinatum,
quòd ſit immediata ſeſſio, & continuata poſt Canonicos
nullo medio interpoſito, & ideo referenda
ſunt ad ordinem præſcribendũ circà alios actus,
pro quibus nihil reperitur determinatum, atque
ita non applicari deciſiones Reuerendiſſimi Domini
mei Decani.

Etiam reſpectu calumniæ denegarunt Domini
remiſſoriam, quæ reſultat, tàm ex eo, quod obſeruantia
contra dictas conſtitutiones ſit improbabi-
6 lis, cum teſtes ſuper ea legitimè deponentes † non
poſſint inueniri ad eam probandam ſpatio 40. annorum
præſcriptam, quo caſu denegatur remiſſoria
ex deciſionibus allegatis in deciſione, quæ re-
7 uidetur; quàm etiam cum petatur † remiſſoria ad
euitandas deciſiones in hac cauſa factas, & ad diferendam
eius expeditionem *Caſſad. deciſ. 3. de dilat.*
Et quod plus eſt, cum iam Rota firmauerit 12. Iunij
præteriti coram R. P. D. meo Merlino, teſtes
pro Capitulo examinatos non probare, & quatenus
probarent, huiuſmodi etiam probationem non
8 releuare, intrat regula, quod † remiſſoria non datur
ad probandum, id quod probatum non releuat,
l. ad probat. C. de probat. Caſſad. deciſ. 2. de dilat.
Caputaq. deciſ. 68. part. 3. fruſtra enim conceditur
9 dilatio, cuius expectatio, & finis, potius diſpendium,
quam commodum affert, *Caputaq. deciſ. 66.*
par. 2. & ex alijs latius deductis *in 2. part. deciſ.*
quæ reuidetur, cum quibus tranſiuerunt Domini.

Et ex his inhærendo ſupradictæ deciſioni 15.
Decembris 1634. iterum pro denegatione remiſſoriæ,
vtraque parte informante fuit reſolutum.

* *Eſt deciſio 319. in præcedenti parte.*
* *Ideſt ſub diebus 16. Decembris 1633. & 12. Iunij 1634 ſunt deciſiones 252. & 288. pariter in præcedenti parte.*

§ *Infra in eadem cauſa adſunt aliæ deciſiones in hac cauſa, ideſt ſub diebus 27. Iunij 1635. & 5. Iunij 1637. corã eodem R.P.D. Ghiſilerio, & tandẽ pro conceſſione remiſſoriæ fuit reſponſum ſub die 15. Martij 1638. coram R.P.D. Panzirolo, quæ deciſio erit in ſequenti parte. Et generaliter aduerte ne ſæpius id repetamus, quòd quando deciſiones ſunt vltra annum 1637. erunt in ſequenti volumine, quod certè neſcio an in lucem dabo ne abſolutè hoc tibi negem, quam negatiuam ſcio, quod læto animo non ſuſciperes.*

R. P. D. VEROSPIO.

Gerundeñ Iuriſdictionis.

Die Veneris 16. Martii 1635.

ARGVMENTVM.

Capitulum qualiter, & quando, poſſit ſtatuere in materia Anniuerſariorum. Nomine Diſtributionum quotidianarum, an veniant etiam portiones anniuerſariorum. Epiſcopus tantùm, poteſt nouam conſuetudinẽ in Eccleſia, cũ cõsẽſu tamen Capituli inducere, & quo caſu hoc ex ſe poſſit facere Capitulũ.

SVMMARIVM.

1 *Regulæ natura, & officium, quæ ſit.*
2 *Dubitatio continens certam, ac peculiarem difficultatem, ſuper qua reſolutio petitur, peculiaris etiam ac certa debet eſſe reſponſio.*
3 *Eccleſiæ antiqua conſuetudo non eſt immutanda ex nouis ſtatutis.*
4 *Diſtributionum quotidianarum appellatione an comprehendantur portiones funerales, quæ anniuerſaria dicuntur, & diuidi ſolent inter Beneficiatos, qui interſunt exequijs, & cæteris diuinis Officijs, quibus ſolet mortuis Chriſtiano ritu parentari, & num. 5.*
6 *in Anniuerſariorum diuiſione facienda inter Canonicos, & Beneficiatos, ſeu alios Clericos, qui interſunt diuinis Officijs, ſeruanda eſt conſuetudo Eccleſiæ.*
7 *Diſtributionum quotidianarum nomine licèt non veniant illæ portiones, quæ diuiduntur occaſione exequiarum gaudent tamen eodem iure, & priuilegio.*
8 *Epiſcopo ſolùm permiſſum eſt, vt nouam conſuetudinem poſſit inducere in Eccleſia, de conſenſu tamen ſui Capituli, & quando illa ſit bona, & laudabilis.*
9 *Capitulum ex ſe poteſt per nouam Conſtitutionem ſtatuere in Eccleſia id, quod iure communi cautum eſt,*
10 *Ita vt ex eadem conſtitutione reſtituendæ ſit diſ-*

poſito

poſitio Iuris communis, quæ ab alia conſuetudi-
ne fuit abrogata.

11 *Capitulum poteſt noua ſtatuta conficere ſuper diuiſione Anniuerſariorum dummodo ea ſtatuta, non ſint contraria obſeruantiæ Eccleſiæ, aut voluntati defunctorum.*

12 *pro Anniuerſarijs celebrandis, ſi defunctus reliquerit certam portionem aliquibus Canonicis, aut Beneficiatis, cenſetur fuiſſe cuique illorum particulariter legata portio. itaut neque inter eos ſit dare ius accreſcendi propter deficientiam aliorum.*

13 *Anniuerſarijs, quando à teſtatore nulla conditio præſcripta fuit, tunc recurrendum eſt ad conſuetudinem.*

14 *Canonici maiorem portionem obtinere debent, quam Beneficiati, in distributione Anniuerſariorum.*

15 *ex Inſtrumentis pluribus conſuetudo probari poteſt.*

16 *Enunciatiua, ſtante antiquitate probant.*

17 *Enunciatiuæ probant, dum continent idem, quod diſponitur in inſtrumentis in quibus enūciātur.*

DECISIO XXXII.

PROPOSVI dubium reſeruatum in deciſione
facta in hac cauſa *ſub die 24 Nouembris an-*
ni 1632. in qua, cum diſputaretur, An ius ſta-
tuendi ſuper Anniuerſarijs ſpectaret ad Abbatē
& Capitulum Eccleſiæ Collegiatæ S. Felicis in Ci-
uitate Gerūdæ priuatiuè, quoad Beneficiatos eiuſ-
dem Eccleſiæ; reſponderunt Domini ad fauorem
Abbatis, & Capituli; ſed cum ea exceptione, vt
videretur quomodo poſſet Capitulum ſtatuere ſu-
per dictis Anniuerſarijs, & hoc ne ex ijs ſtatutis
fieret præiudicium Iuribus Beneficiatorum, qui de
eiſdem Anniuerſarijs non ſolùm participabāt; ſed
illorum adminiſtrationem habebant communem
cum Capitulo. In cuius dubij diſputatione pri-
mùm viſum fuit Dominis illud in genere definire,
Quia cum impoſſibile eſſet complecti omnium ca-
ſuum, & dubiorum reſolutionem, quæ occaſione
dictorum ſtatutorum contingere poſſent nō aliter
huic difficultati occurri poterat, quam propoſitis
regulis generalibus, ex quibus ſtatueretur, quòd
in vnaquaq ſpecie, aut caſu obſeruādum eſſet, quaſi
per quandam coactionem, & Epitomen plurium
1 caſuum, prout † hanc eſſe naturam, & officium
regulæ conſtat ex ſententia Sabini *relata in l. 1. ff.*
de reg. iur. cuius dictum ita explicat *Franciſcus*
Duaren. lib. 1. anniuerſ. diſput. cap. 46. exploſa
interpretatione *Alciat. lib. 5. Parergon. cap. 1.* De-
inde reſponderunt particulari diſputationi, quam
occaſione huius iuris ſtatuendi propoſuit Capitu-
lum in hac diſputatione quia cum ea dubitatio
2 contineret certam, † ac peculiarem difficultatem
ſuper qua, reſolutio petebatur peculiaris etiā ac
certa debebat eſſe reſponſio vt habetur *l. vt reſpon-*
ſum C. de tranſact. & notant ibi Scribentes & in
l. Domitius. ff de teſtament. Dec. in l. precibus.
num. 3. Cagnol. n. 76. C. de impub. & alijs ſubſtit.
Hoc igitur primo loco ſtatuerunt, vt ex nouis
ſtatutis non immutaretur antiqua conſuetudo Ec-
3 cleſiæ, † cum ita diſpoſitum reperiatur *ex conſtit.*
Bonifacij VIII. relata in cap. vnico. de cleric. nō
reſiden. lib. 6. licèt enim controuerſa ſit opinio in-
ter Doctores vtrum appellatione diſtributionum
4 † quotidianarum cōprehendantur portiones fune-
rales, quæ anniuerſaria dicūtur, & diuidi ſolēt inter
Beneficiatos, qui interſunt exequijs, & cæteris di-
5 uinis officijs, quibus ſolet mortuis † Chriſtiano ri-
tu parentari, in qua quæſtione negatiuam opinio-
nem amplexi fuerunt *Card. Zabar. in clement. vt*
hi qui §. illi vero de ætat. & qualit. num. 15. Na-
uar. conſ. 13. de cleric. non reſid. num. 2. Affirma-
tiuam tuentur *Lapus alleg. 42. nu. 1. Ioan. Andr.*
in d. cap. vnico de cleric. non reſid. in verb. anniuer-
ſarijs, & Gemin. in §. de diſtributionibus. num. 2.
Felin. in c. ad aures. de reſcrip. num. 14. Omnem
tamen dubitandi cauſam præſertim reſpectu diui-
ſionis, quæ de his diſtributionibus fieri debeat ſu-
ſtulit Bonifacius in eadem Conſtitutione, Quia
cum mandaſſet, vt in dicta diuiſione facienda inter
Canonicos, & Beneficiatos, ſiue alios Clericos,
qui fuerint præſentes diuinis officijs ſeruarentur
6 ordinationes † cuiusq. Eccleſiæ, in qua erant ijdē
Canonici, ac Beneficiati, huic legi voluit, etiam
eſſe ſubiectas diſtributiones, quæ cōceduntur pro
Anniuerſarijs Defunctorum, cuius rei rationem
conſiderarunt *Ioan. Andr. & Gemin. in d. cap. vni-*
co, quia licèt nomine quotidianarum diſtributionū
7 † non intelligantur eæ portiones, quæ diuiduntur
occaſione Exequiarum, gaudent tamen eodem
iure, & priuilegio, quod etiam aduertit *Nauar. d.*
conſ. 13. ſequitur Azor. inſtit moral. par. 2. lib. 7.
cap. 7. in 4. quæſt. gloſ. ad pragmat. ſanction. in
Rubric. quo tempore debeat quis eſſe in choro in
§. iubet etiam in verb. diſtributiones.
His poſitis duos caſus Domini conſiderarunt
ſub quibus alij contineri, & reduci poſſent; nam
aut ijs ſtatutis quærebat Capitulum inducere no-
uam cōſuetudinem in Eccleſia circa ipſa Anniuer-
ſaria, aut nihil innouare volebat reſpectu qualita-
tis, aut formæ eorundem, ſed ſolùm reſpectu diui-
ſionis faciendæ inter Canonicos, & Beneficiatos,
quibus intereſſe debebant. In primo caſu negarunt
habere Capitulum hanc poteſtatem cum hoc ſolū
8 permiſſum ſit † Epiſcopo, vt nouam conſuetudinē
poſſit inducere in Eccleſia de conſenſu tamen ſui
Capituli, & quādo illa ſit bona, & laudabilis, *c. no-*
uit 12. diſt. c. cū conſuetudinis de cōſuetud. & notat
Frāc. in eodem c. vnico in §. ſtatuimus n. 2. de Cler.
nō reſid. lib. 6. Gemin. n. 4. Ioan. And. nu. 1. Exci-
pitur ab hac regula vnicus caſus, in quo Capi-
9 tulum per nouam conſtitutionem † vellet ſtatuere
id quod iure communi cautum eſt ita vt ex eadem
conſtitutione reſtituenda ſit diſpoſitio iuris com-
10 munis, quæ † fuiſſet abrogata ex alia conſuetudi-
ne inducta in Eccleſia, nam poterit Capitulum ex
ſe id facere vt fuit reſolutum in *Illerden. ſtatuti,*
3. Decemb. 1593. coram Corduba.
In altero & ſecundo caſu quo noua ſtatuta reſpi-
cere debeāt ſolam diuiſionem dictorum Anniuer-
11 ſariorum viſum fuit Dominis licere † hoc Capitu-
lo cum duabus tamen exceptionibus, ſiue decla-
rationibus dummodo ea ſtatuta non ſint contraria
obſeruantiæ Eccleſiæ, aut voluntati Defunctorum
ex quorum diſpoſitione habet Eccleſia eadem an-

niuer-

niuerſaria, quia nihil ſtatutũ ſit ex diſpoſitione iuris
cõmunis reſpectu huius diuiſionis recipiebãt eadẽ
Anniuerſaria legem à voluntate Defunctorum, qui
12 dum certam portionem reliquerunt † aliquibus
Beneficiatis, aut Canonicis, cenſebantur fuiſſe cui-
que illorum particulariter legata, adeo vt neque
inter eos ſit dare ius accreſcendi propter deficien-
tiam aliorum, vt declarat *Lara in tract. de Anni-
uerſarijs, & Cappellan. lib. 1. cap. 17. n. 3. R. buff.
in c. extirpandæ. §. qui vero de præben. num. 69. &
ſuper Concordat. in tit. de Collationibus. §. t. in
verb. diſtributionum*, In caſu vero, quo in ſui inſti-
tutione nulla conditio præſcripta fuerit eiſdem
13 † Anniuerſarijs, illa recipere debebant à conſue-
tudine, cum ad eam ſe remittat diſpoſitio Iuris Ca-
nonici, *in d. cap. 1. de cleric. non reſiden.* arguendo
de ſtatuto ad conſuetudinem, vt declarauit *Rot. in
vna Valentina emolumentorum 16. Decemb. 1585.
coram Cantuccio. & 2. Decemb. 1587. corã Bubalo.*

Quæ autem eſſet hæc conſuetudo declararunt
DD. in 2. parte huius deciſionis in qua reſponde-
rũt particulari interrogationi Capituli vtrum poſ-
ſent Canonici maiorem portionem obtinere quam
14 Beneficiati in diſtributione dictorum † Anniuer-
ſariorum, habita ratione dignitatis perſonæ, quia
illi cenſebantur maiores ipſis Beneficiatis, vt ad-
uertit eadem deciſio *Valentina emolumentorum
coram Cantuccio.* Et tria genera Anniuerſariorum
obſeruarunt eſſe in hac Eccleſia conſiderata tum
fundatione eorumdem, tum ſolemniori ritu cum
quo peragebantur, aliqua enim dicebantur ſimpli-
citer presbyteralia, quod piaculare ſacrificium,
quod fiebat pro animabus fundatorum, à ſolo preſ-
bytero celebrarentur: Alia dicebantur Conuen-
tualia eò quòd eum ſolemniori apparatu perage-
rentur, & adhiberentur in eodem ſacrificio Dia-
conus, & Subdiaconus, qui ſacris operanti aſſiſte-
rent: Tertium maiori etiam cũ pompa fiebat, quia
ſeruabantur in eo omnes, & eædem Sacræ Cæremo-
niæ cum quibus celebrabantur ex conſuetudine
vniuerſalis Eccleſiæ feſta Sanctorum primæ, aut
ſecundæ Claſſis, quæ Anniuerſaria *Pugiades* nomi-
nantur in feſtis huius Eccleſiæ. In prioribus An-
niuerſarijs nulla erat differentia inter Canonicos,
& Beneficiatos, cum omnes æqualem portionem
haberent pro celebratione eorundem Anniuerſa-
riorũ: In poſterioribus verò Anniuerſarijs oſten-
debatur contraria huius Eccleſiæ conſuetudo, quia
tam in Anniuerſarijs. quæ Conuentualia appellã-
tur, quàm in alijs Anniuerſarijs ſolemnioribus
probatum fuit ſolitum dandi Canonicis, & alijs
tribus perſonis (nempè Abbati, Clauigero, & Ma-
giſtro Cantus maiorem portionem obtinere, quã
cæteris Beneficiatis, & ita reſpectu Conuentualiũ
oſtenſum fuit ex nouem inſtrumẽtis fundationum
dd. Anniuerſariorum, in quibus eiſdem perſonis
aſſignabantur modo duodecim, modo decem &
octo, modo viginti quatuor denarij pluſquam Be-
neficiatis: Reſpectu verò Anniuerſariorum, quæ
Pugiades dicuntur, ita probabatur conſtitutum
fuiſſe in fun[illegible]tione Anni 1434. occaſione feſtiui-
tatis S. Michaelis Archangeli, ex quibus omnibus
15 inſtrumentis tanquam † numer[illegible]ribus viſum
fuit bene probari eam conſuet[illegible] Eccleſiæ per
ea quæ notat *Bart. in l. 2. num. 12. C. quæ ſit long.
conſuet. & in l. ſemper in ſtipulationibus. num. 3.
ff. de regul. iur. Angel. in l. vetuſtiſſimam num. 3.
C. de iur. domin. impetran. Aym. de antiq. temp.
par. 1. in verb. ampliatur, nu. 16.* Præſertim cum
in pluribus illorum (quorum aliqua erant antiqua,
& ſupra centum annos) fieret mentio de hoc ſoli-
to dandi maiores diſtributiones Canonicis in cele-
bratione dictorum Anniuerſariorum cum probare-
tur hoc caſu id ſolitum etiam ex enunciatiuis dicto-
16 rum inſtrumentorum, † tum ratione antiquitatis
eorundem, vt poſt *gloſ. in cap. cum cauſam de pro-
bat. notat ibi P lin. num. 5. Bald. in l. eum aliquos
num. 4. Salic. num. 3. C. de iur. delib. Rot. dec. 388.
num. 1. par. 1. diuerſ & deciſ. 223. num. 4. par. 2.
recent.* Tum ex quo eædem enunciatiuæ contine-
17 bant idem † quod diſponebatur in dictis inſtru-
mentis, vt declarat *Aym. de antiq. temp. in §. ſu-
perius adducto ſub num. 20. & in conſ. 134. nu. 9.
Bald. conſ. 2. num. 3. lib. 3. Rot. deciſ. 176. num. 5.
par. 1. recent.*

Et ita vtraque parte &c.

☞ * *Eſt deciſio 309. ſupra in praecedenti parte. & in
eadem parte in hac cauſa coram eodem R. P. D.
Verospio habes alteram deciſionem ſub die 24. No-
uemb. 1632. eſt in ordine deciſio 351. & coram
Reuerendiſſ. P. D. Coccino tres deciſiones ſub die-
bus 12. Decẽb. 1622. & 28 Martij 1631. et 24. No-
uembris pariter 1631. & ſunt deciſiones 321. 32.
& 72. & infra in additione adeſt alia deciſio corã
R. P. D. Merlino ſub diebus 30. Aprilis 1632. &
3. Decemb. 1635. & 24. Aprilis 1637. quas omnes
deciſiones confirmauit Rota corã R. P. D. Ghiſilerio
ſub die 10. Mart. 1638. vbi ſententiæ Rotales iſtæ
tãquã cõformes, necnõ validæ, et iuſtæ canonizãtur.*

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Romana Fideicommiſſi de Caetanis.

Die Veneris 23. Martii 1635.

A R G V M E N T V M.

Linea maſculina, quando [illegible] vocat[illegible] ad fidei-
commiſſum, an in ea etiã comprehendãtur
fęminæ agnatæ. Inueſtitura accepta pro ſe,
& deſcendentibus ex linea maſculina, an
compreh[illegible]dat m[illegible]ſculum n[illegible]um ex fœmina.

S V M M A R I V M.

1 *Linea maſculina alicuius familiæ, quando voca-
tur ad fideicommiſſum, in eo fœminæ agnatæ
non comprehenduntur.*

2 *Quodq. magis procedit, quando adſunt illa verba,
familia maſculina, ex quibus apparet, quòd non
tantum fuit contemplata agnatio ſimpliciter,
ſed agnatio maſculina.*

3 *Inueſtitura accepta pro ſe, & deſcendentibus ex
linea maſculina; non comprehendit fœminam
natam ex maſculo. & hoc eſt dictum Caſtren.
communiter receptum. num. 5.*

4 *Fœmina eſt principium [illegible]ea fœminine.*

6 *Ora-*

6 *Oratio unica illa dicitur, quæ ab unico verbo totaliter terminatur.*
7 *Appellatione illorum de domo, & familia, intelliguntur de maſculis.*
8 *Copulatiuæ vna pars, alteram declarat.*
9 *Copulatiua dictio operatur nedum vnitatem orationis, ſed vt qualitas in vno ex copulatis, repetita in alio præſumatur.*
10 *Oratio vnica per ... verborum ſtructura, debet tota capi, non autem in partes ſcindi.*
11 *Diſpoſitio vnica non eſt ... in plures ... diuerſo modo ...*
12 *In fideicommiſſo in caſu ... omnes de familia etiam fœminæ quando adſunt illa verba de domo, & familia.*
14 *Menoch. conſ. 732. num. 31. & 1053. num. 9. & Mant. de coniect. lib. 8. tit. 11. num. 9. reiicitur dum tenent, quòd vocatis deſcendentibus per lineam maſculinam, veniant etiam fœminæ.*
15 *Et de illis non eſt curandum, neque recedendum à contraria communi opinione, maximè, quòd Rota illam ſequatur.*
16 *Proximiores præſumuntur magis dilecti, quàm remotiores.*
17 *Proximior ſi ſit excluſus, an ex hoc cenſeatur etiam excluſus remotior.*

DECISIO XXXIII.

VT SAEPE dictum fuit* verba pacti inter fratres de Caetanis continent Voluerunt expreſſéq. conſenſerunt, quòd omnia, & ſingula bona in perpetuum remaneant, & remanere debeant inter illos de domo, & familia de Caetanis, & quòd non poſſint, nec eis liceat, illa extra familiam maſculinam dictæ domus de Caetanis quomodocunque, & quandocunque alienare, quæ quidem verba, indubitatum eſt inducere abſolutum, & reciprocum fideicommiſſum ex allegatis in duabus prioribus deciſionibus in hac cauſa factis, & quidem inter maſculos, ita, vt illuſtriſſima Domina Magdalena filia fœmina bon. mem. Proſ... vltimo loco grauati non poſſit ſucc...e, etiam durante vita ſua. Et ratio huius ... quia quando vocatur linea maſculina alicuius ...nuliæ, prout
1 in caſu iſto, magis communis, ſententia eſt fœminam agnatam non comprehendi ſub fideicommiſſo vt conſtat ex cumulatis per *Fuſar. de ſubſt. t. quæſt. 346. num.* 12. q... concluſio procedit de plano in hoc caſu ex verbis i...s, extra familiam
2 maſculinam, † ex quibus apparet, quòd fratres paciſcentes non contemplarunt agnationem ſimpliciter, ... agnationem maſculinam, vt pulchrè per *Caſtrenſ. alic... in vltima deciſ. conſ. 190. num. 4. verſ. nam interdum lib. 2.*

Et huic ſententiæ ſuc... Caſtrenſ. *in l. ſi*
3 *maritus num. 5. C. de procur.* vbi ... † mueſtitura accepta pro ſe, & deſcende... ex linea maſculina non comprehendit ... natam ex maſculo, quia illa eſt principium lineæ fœmininæ,
4 † ideo ſicuti deſcendentes ab ipſa, quia non deſcédunt per lineam maſculinam, ita nec ipſa poteſt ſuccedere, cum ſit princi... lineæ fœmininæ, &
5 dictam Caſtrenſis † eſt communiter receptum vt patet ex DD. allegatis per *Menoch. in conſ. 20... num. 20. vol. 3.* & Rota ſequitur hanc ſententiam, vt per *Caput. aq. deci. 16. num. 4. & deciſ. 17. n. 6. & deciſ. 18. circa finem verſ. quoad 2. partem lib. 2. & nouiſſimè Gratian. diſcept. 901. num. 22.* qui alios cumulat *lib. 5. Cald. cſ. de iur. emphit. lib. 2. quæſt. 24. num 85. & 92.* vbi quod Iaſon, qui contr... ...uit, eſt ſibi contrarius *in l. Gallus §. ... de l... n 10. verſ. limita notabiliter ff. de liber.* ... quo loco verè ſequitur doctrinã *Caſtrenſ. in d. l. maritus*, & ponderat bonas rationes.

Quòd autẽ in iſto caſu fuerit vocata linea maſculina, ſatis deprehenditur ex verbis illis, Voluerunt expreſſéq. conſenſerunt, quòd omnia, & ſingula bona remaneant &c. inter illos de domo, & familia de Caetanis, iunctis verbis immediatè ſequentibus, & quòd non poſſint, nec eis liceat illa extra familiam maſculinam alienare. Iſta enim
6 † eſt vnica oratio, quia omnia reguntur à ſolis verbis Voluerunt, & conſenſerunt *Bart. in l. re coniuncti. n. 22. ff. de legat. 3. & in l. in repetẽdis col. 2. arti medium verſ. certè cum in hoc. ff. de legat. 3. & in l. Seia. §. Caio poſt princ. verſ. hic loquit. ff. de fund. inſtruct. Soccin. conſ. 63. ſub num. 14. verſ. quia lib. 3. Dec. conſ. 480. nu. 2. verſ. bis tamen & num. 4. Gozad. in conſ 45. num. 2. & 6. Parıſ. conſ. 72. nu. 34 lib. 4. Rota dec... 374. ſub num. 3. verſ. ex quo de maſculis, & d... ſ 662. nu. 2. par. 1. diuerſ. Bellon. ſen. conſ. 71. nu. 8. Honded. conſ. 4. num. 12. & in conſ. 64. num. 34. vol. 2. & conſ. 2. num. 13. & conſ. 4. n. 32. vol. 1. Cephal. conſ. 527. num 21. lib. 4 Tobias Nonius conſ. 36. num. 19. verſ. 3. reſpondetur. Surd. conſ. 564. num. 7. lib. 4. Peregr. conſ. 23. num. 4 lib. 3. vbi de communi, & de fideicommiſſi art. 25. nu. 29. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 403. nu 8. Trentacinq. de ſubſtit. par. 4. c. 7. nu. 11. verſ. in hac q.* Et propterea cum in eadem continuata ſtructura verborũ prohibuerint dd. fratres alienationem extra familiam maſculinam vti-
7 que ſ... nomine † illorum de domo, & familia de Caetanis intellexerunt de maſculis vt conciliando opiniones dicunt *Cephal. conſ. 681. nu. 16. & ſeq. Stiaan. conſ. 64 num. 18, in fin. & de communi teſtatur Odd. de compendioſa particul. 6. art. 4. conc. 4.* & alios infinitos huius ſententiæ cumulat *Fuſar. de ſubſt. d. q. 403. nu. 8. & q. 351. nu. 18.* quibus poteſt addi *Peregr. de fideic. art. 16. num. 19.* qui loquitur in caſu, quo ſunt duæ diſpoſitiones ſimul factæ vna poſt aliam, ſed ſimul coniunctæ, &
8 † conſenſit huic vltimo dicto, quæ vna pars copulatiuè aliam declarat *Roman. conſ. 231. nu. 2. Soc. cin. in l. 1. nu. 1. ff de reb. dub. Surd. deciſ. 124. n. 9. Rot. dec. 453. n. 8. par. 2.* vbi q... òd dictio copulatiua
9 † operatur nedum vnitatem orationis, ſed vt qualitas expreſſa in vno ex compulatis, repetita in alio præſumatur. Vnica enim oratio per ſecta vno
10 † verborum ſtructu poſita, debet tota capi, non autem in partes ſcindi, vt poſt Corneũ dicit *Boer. deciſ. 155. nu. 1.* & ſequitur *Rainal. Corſ. in tract. indagin. iur. lib. 2. cap 23. num. 8.* & propterea
11 huiuſmodi diſpoſitio non eſt diuidenda in plures caſus diuerſo modo terminandos, vt aliud dicendum ſit de fideicommiſſo in caſu obitus, videlicet
12 vt in iſto caſu ſuccedant † omnes de familia, etiã fœminę propter verba de domo, & familia de Caetanis

tanis ex adductis *in deciſ.464. ſanct.mem.Greg.* &
aliud in euentum alienationis vt ſcilicet in iſto ca-
ſu cenſeantur vocati maſculi, vt benè ad propo-
ſitum ponderat *Honded. d. conſ.4. num. 13. verſ.*
13 *diſpoſitio hæc ſtatutaria*. † & prædicta eo magis
placuerunt, cum agatur ſolum de interpretandis
illis verbis, de domo, & familia de Caetanis, vt ad
propoſitum multa congerit *Fuſar. in conſ. 37.
num.13. & ſeqq.*
14 Non obſtant † *Menoch. conſ.732. num. 31. &
conſ.1053. num.9. Mantic. de coniect. lib.8. n. 11.
num.9.* & alij quos allegat *Fuſar. d. q. 1346. n.19.*
quia tenent cõtra communem opinionem videli-
cet, quòd vocatis deſcendentibus per lineam ma-
ſculinam, veniant etiam fœminæ, & ideo de illis
15 non eſt curãdum, † neque recedendum à commu-
ni, maximè quod illam Rota ſequatur, & *Menoch.*
ſit ſibi contrarius vt patet ex ſupra deductis.

Prædicta eo magis approbarunt Domini, quòd
16 cum illis concurrunt plures coniecturæ. † Prima
quòd bona nõ poſſint alienari extra familiam ma-
ſculinam cum verbis ampliſſimis ibi quomodo-
cunque etiam ex arduis, & vrgentiſſimis cauſis;
concurrit etiam quòd agitur de Caſtris, vnde ori-
tur magna veriſimilitudo, quòd volue. int illa con-
17 ſeruari inter maſculos. † Adeſt etiam excluſio pro-
priarum ſororum *Menoch. conſ.95. nu.28. & conſ.
204. nu.30. & 585. nu 7. & ſeqq.* Rota quæ alios
adducit *d. deciſ.663. nu.71. verſ. maximè quia
par.1. recent.* quæ coniectura vna cum alijs multũ
18 facit licet † de per ſe ſola poſſet habere difficulta-
tem *Seraph. deciſ.880 nu 2 & ſeqq. Mantic. de-
ciſ.205. nu.1. ſanct. mem. Greg. deciſ.514. nu. 14.*
& alia quæ poſſent deduci.

Ex quibus Domini perſtiterunt in bis reſolutis
audita hac tertia vice vtraque parte.

☞ * *Ideſt ſub diebus 25. Februarij 1632. & 30. Ia-
nuarij 1634. & 7. Iunij, & 17. Nouemb. 1634.
coram eodem Reuerendiſſ. P.D. Coccino Decano,
ſunt in præcedenti parte deciſiones 184. 263. 284.
340.*

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis de Capizuchis.

Die Veneris 20. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Immiſſio à fideicommiſſario petita, quando de-
neganda veniat.

SVMMARIVM.

1 *Exceptio fideicommiſſi alterius in continenti probata, quotieſcunq. opponitur ſolet impedire immiſſionem ex remed. l. final. C. de edict. Diu. Adr. toll.*

2 *Per rem iudicatam, & per publicum inſtrumentum, vel per Deciſiones Rotæ aliquid conſtare, paria ſunt.*

3 *Deciſiones Rotæ oſtendunt bonum ius.*

4 *Immiſſio à fideicommiſſario petita poteſt impediri per exceptionem in continenti probata.*

5 *Tranſactio rem, ſuper qua fit, dubiam, non autem liquidam, & claram præſupponit.*

6 *Concordia, conuentiones, & pacta minimè exigunt rerum dubietates.*

7 *In Tranſactionibus ſi apponatur aliquid, quod in ea non poſſit cadere, ſubſtinetur in vim pacti, vel alterius contractus.*

8 *Hæres poſtquam tranſegit cum fideicommiſſarijs non amplius vti hæres, ſed proprio nomine ſibi acquirit abſque vllo onere.*

9 *Negotium, quis ſibi proficuum, & nemini damnoſum faciens poteſt ſibi acquirere, & mutare cauſam poſſeſſionis.*

DECISIO XXXIV.

PETRVS de Corbaria conſtituit fideicommiſſum ad fauorem deſcendentium maſculorum Petrutij eius filij, cum clauſula, ita quòd hæreditas nunquam ad filias, vel deſcendentes fœminas deueniat, & ſemper remaneat apud maſculos de ſtirpe Teſtatoris. Vnde cum Mamphilia filia Hugolini iunioris abnepotis d. Teſtatoris, Caſtrum Fabri, & tenutam Salicis, ac alia bona fideicommiſſaria poſſediſſet, & deinde donaſſet Nicolao, & Cæſareo ſuis filijs, defunctoque Cæſareo donationem confirmaſſet ad fauorem Bandini eius ex Cæſareo nepotis, Hieronymus, & fratres filij Rainutij alterius abnepotis, ac deſcendentes dicti Teſtatoris, introduxerunt litem ſuper huiuſmodi fideicommiſſo contra Donatarios, eamque proſecuti fuerunt, non ſolùm contra Portiam, & Lucretiam filias d. Bandini, & Iuliam Cæſarinam earundem filiarum Matrem & hæredem ab inteſtato; ſed etiam contra Liuiam Capranicam illius hæredem. Rota verò per deciſiones ſub diebus 27. Ianuarij 1609. ac 16 Decemb 1607. & 3. Aprilis 1609. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino hodie Decano, firmauit conſtare de dicto fideicommiſſo ad fauorem deſcendentium Petrutij, & vltimo loco nimirum 24. Nouembris 1610. cenſuit huiuſmodi fideicommiſſum extendi vltra nepotes, & inter dictos deſcendẽtes adeſſe ſubſtitutionem reciprocam quorũ diſcuſsio in prioribus deciſionibus fuerat reſeruata. Sed Iulia in teſtamento, ſub cuius diſpoſitione deceſſit, inſtituta dicta Liuia, omnia bona prædicta ſuppoſuit fideicommiſſo vniuerſali, eidemq. hæredi ſine liberis & deſcendentibus morienti, alios, eorumq. deſcendentes ſubſtituit, quibus omnibus prohibuit alienationem dictorum bonorum. Sed Liuia pro diſſoluendis legatis ac ære alieno Iuliæ vendidit Card. Alexandrino pro pretio ſcutorum quinquaginta ſeptem millium partem tenutæ Salicis, ſuper qua necnon, & Caſtro Fabri in fideicommiſſo Petri de Corbaria comprehenſis, lis vertebatur, vt ſupra.

Deindè Marchio Caſſani hæres d. Cardinalis, vt illorum de Corbaria præueniret imminẽtem ex dicto eorum fideicommiſſo euictionem, celebrato inſtrumento concordiæ, iura eorum emit pretio ſcutorum 24. mil. pacto tamen adiecto vt infra videlicet animo, & intentione, ſe reualendi de dicta ſumma à Liuia, & ab alijs quibuſcumq. quomodolibet obligatis, non tamen contra Dominos de Corbaria quoad bona per ipſam Liuiam in dicta tenuta Salicis poſſeſſa, & dicto fideicommiſſo

ſubie-

ſubiecta, ſuper quibus ijdem Domini de Corbaria iura ſibi competen. his verbis reſeruarunt, videlicet reſeruatis ipſis Dominis de Corbaria omnibus, & ſingulis iuribus, & actionibus, ſuis vigore ſupradicti fideicommiſſi, & [illegible] ſupradictarum, & aliàs quomodolibet competen. & [illegible] tris, ſuper omnibus, & ſingulis bonis [illegible] d. Liuiam poſſeſſis [illegible] m Sedis [illegible] [illegible] ſo facto per q. Petrum de Corbaria [illegible] [illegible] ita ita ſibi ipſis reſeruata [illegible] Corbaria, præſertim [illegible] fideicommiſſi, q. Petri, [illegible] etiam fideicommiſſi Iuliæ derogatione, ceſſ[illegible] ipſi Liuiæ non tanquam hæredi Iuliæ, ſed nomine proprio ſibi acquiſiuit per viam concordiæ, & iurium emptionis pro pretio ſcutorum 16. mil. Defuncta demum Liuia abſque liberis, fideicommiſſarij Iuliæ petierunt immiſſionem in poſſeſſionem dictorum Caſtri, & tenutę contra Dominum Franciſcum Capizucchium Liuiæ hæredem, quam Rota 10. Iunij 1630. coram Domino Queippo tunc Rotæ Aud. ex d. fideicommiſſo Iuliæ, cenſuit eſſe concedendam ſolutis prædicto Domino Franciſco ſcutis 16. mil. non obſtante exceptione ſupradicti antiquioris fideicommiſſi Petri de Corbaria.

Verum D. Marchio, introducta cauſa coram R.P.D. meo Verospio ſuper repetitione ſcutorum 24. mil. contra eoſdem fideicommiſſarios Iuliæ, attenta exiſtentia d. anterioris fideicommiſſi Petri ac validitate concordię cum illius fideicommiſſarijs initę ſententiam fauorabilem reportauit, vnde ceptum eſt dubitari; An eidem Domino Marchioni hodie petenti confirmatio[illegible] d. ſententiæ, coram R. P. D. meo Lanzirotto in gradu appellationis ſuffragentur reſolutiones cauſæ coram Domino Queippo [illegible] [illegible] pacto, quod nullum Domino [illegible] C[illegible] a[illegible]eret [illegible] immiſſio in poſſeſſionem dictorum bonorum, quæ iam prædicta q. Liuia & hodie D. Capizucchius poſſidet [illegible] dat[illegible] fideicommiſſarijs Iuliæ quibus ipſe D. Marchio [illegible] it p[illegible] iure. Ideo propoſui dubium, An à decinonibus D. Queppi ſit recedendum, & D. affirmatiuè reſponderunt.

Quoniam licèt ſatis conſtet de exiſtentia fideicommiſſi Iuliæ, & vocatione [illegible] [illegible] qui ſunt in cauſa, ac de poſſeſſione eiuſdem Iuliæ in qua obijt, neque dubitetur de identitate bonorum, ac eorumdem fideicommiſſariorum deſcendentia; Nihilominus obſtat exceptio per dictum D. Capizucchium oppoſita, quæ eo ipſo quòd, attenta iurium ceſſione [illegible] Liuia eius auctrix reporta[illegible] à Dominis de Corbaria, illos repræſentat, & incontinenti [illegible] coram antiquiori fideicommiſſo excluſiuo fideicommiſſarijs, eſt legitimus contradictor ad impediendam immiſſionem
1 fideicommiſſariorum venientium ex dicto † poſteriori fideicommiſſi Iuliæ, & [illegible] alterius fideicommiſſi incontinenti probata quæ ſemper opponitur ſolet impedire [illegible], *ex remed. l. fin. vt inquit ibi tex. in verſ. in autem, & explicat Bald. num. 51. de [illegible]* A[illegible] *Tollen. idem dicit Bart. in l. filium, ff. ad T[illegible] l. Meno b. de adipiſcen. remed. 4. num. 75. Argel. de legitim. contrad. quæſt. 4. art. 3. num. 74.*

Conſtat autem de dicto fideicommiſſo purificato ad fauorem DD. de Corbaria, ex ſupra relatis deciſionibus Reuerendiſſ. D. Decani, ſuper quibus vel ſuper articulo ad faturitatem diſcuſſo, hodie [illegible] rat expeditionem cauſæ; Vnde coram R. P. D. meo Verospio 18. Ianuarij, ac 14. Iunij [illegible] [illegible] n e d. D. Marchione Caſſani vt ſupra [illegible], t[illegible] m ipſum Marchionem emptorem vnius partis, quam [illegible] etiam emptricem alterius partis, non ex[illegible] reali euictione, eo quod fideicommiſſum eſſet in ſtatu Canonizabili potuiſſe
2 agnoſcere bonam fidem, cum paria † ſint conſtare per rem iudicatam, & per publicum documentum veluti, quando ex actis, vel etiam ex deciſionibus
3 Rotæ, quæ † bonum ius oſtendunt *Greg. dec. 524. num. 4* eſſe locum euictioni quia emptor tunc nõ tenetur expectare, vt per Iudicem euincatur *l. ſi rem quam in princ. cum ibi not. ff. de euict. gloſ. in l. cum, & Iudices in verb. inſtantia. vbi Cyn. num. 12. C. de iuram. calum. l. nouiſſimè, §. 1. & ibi Bald. ff. quod falſ. auth. geſt. Gabr. conſ. 129. num. 13. vol. 1. Achill. deciſ. 2. de empt. & vend. cum alijs in cauſa dictorum ſcutorum 24. m. coram R.P.D. meo Verospio allegatis.*

Cum itaque vt ſupra fuit enarratum, Liuia emerit, ſibique proprio, & particulari nomine acquiſiuerit iura illorum de Corbaria, præuia derogatione ſupradictorũ fideicommiſſorum, Petri, & Iuliæ, ac regulæ de iure quæſito non tollendo ceſſetque propterea ipſorum vocatorum immiſſio, & Domino Marchioni agenti, vti creditori hæreditatis Iuliæ obſtet pactum, de non reualendo ſe contra dictos de Corbaria, Liuiæ vero, ac d. D. Capizucchio illius hæredi ſuffragetur dicta acquiſitio, & emptio paris tituli, quæ facit ceſſare celebratam executionis datæ teſtamento non abolito, nec cãcellato vt in deciſione huius cauſæ 10. Iunij 1630. [illegible] coram D. Queipo, ſupereſt vt remoueatur [illegible] ratione dictæ tranſactionis Liuiæ, excitatum quòd ſcilicet inde conuincatur, ius DD. de Corbaria non eſſe adeo clarum, vt illius exce-
4 ptio incontinenti oppoſita, valeat impedire immiſſionem petitam à fideicommiſſarijs Iuliæ, quia tranſactio rem ſuper qua fit neceſſario dubiam,
5 non autem claram, † & liquidam præſupponit *l. 1. ff. de tranſact. & l. preſeſ. 12. C. eod tit.*

Hoc igitur obiectum dupliciter remouetur, primo quod pro dubietate ſufficeret diuturna diſceptatio, tunc ſub Iudice pendens ſuper, eo de quo actum fuit in d. tranſactione, quamuis iura DD. de Corbaria alioquin tanquam liquida, & clara eſſent in pluribus Rotæ deciſionibus approbata, Deinde fuit reſponſum quod contrahentes non reſtrin-
6 xerunt ſe ad ſimplices terminos tranſactionis ſed præterea declararunt ſe deuenire † ad concordiam, conuentiones, & pacta quæ dubietatis requiſitum minimè exigunt, vnde ſequitur quòd huiuſmodi tranſactio non ſit adeo reſtricta, vt à proprietate illius ſignificationis, validum argumentum duci
7 poſſit, † quin potius ea, quæ non cedunt ſub tranſactione, ſuſtineantur in vim pacti, vel [illegible] emptionis, ſeu alterius contractus *Salicet. in l. ſi de certa*

certa num. 1. *C. de tran* [illegible] *Alex. conſ.* 11. *nu.* 7. *vol.*2. *Surd. deciſ.* 176. *num.* 2. poſtquam enim, vtraque pars ceſſit liti per Dominos de Corbaria
8 intentatæ contra Iuliam potuit † Liuia non amplius vti illius hæres, ſed proprio nomine ſibi ipſi acquirere abſq; vllo onere *per tex.in l ſi heres verſ. is qui ſoluendo eſt, ff. ad l. falcid.*

Et quemadmodum iidem de Corbaria, tempore quo obtinuerunt fauorabiles reſolutiones Rotæ, niſi ſuperueniſſet tranſactio vel iurium ceſſio ea ratione impediuiſſent immiſſionem fideicommiſſariorum Iuliæ quia ex ſupradictis obtinuiſſent in poſſeſſionem immitti ſe ipſos, ita ipſe D. Capizuchus vtens iure per illos de Corbaria ceſſo dictæ Liuiæ, à qua habet cauſam, hodiè rectè impedit ne immittatur fideicommiſſarij Iuliæ vel D. Marchio, qui eo ipſo quòd coram R. P. D. meo Veroſpio ſimiliter vſus eſt iuribus ipſorum de Corbaria ſibi ceſſis contra eoſdem hæredes Iuliæ ad effectum ſuſtinendi ſuam concordiam neceſſariò concludit bona huiuſmodi pertinuiſſe ad illos de Corbaria, & conſequenter ea nunquam fuiſſe in dicto poſteriori fideicommiſſo Iuliæ, neque in illius hæreditate pro qua nemo fuit ſtipulatus.

Neque obſtat, quòd Liuia cum potuiſſet, tranſigendo cum dictis de Corbaria, & reportando ab illis ceſſionem ad ſui fauorem, non potuit præiudicare fideicommiſſarijs Iuliæ, ſtante prohibitione alienationis; quia obiectum procederet vbi Liuia tanquam hæres, vel habens cauſam ab hærede dictæ Liuiæ contraxiſſet, ſed cum id egerit nomine proprio, & probetur, quòd ipſi de Corbaria ius habuerint illudque cedere potuerint, nullum ipſa intulit præiudicium dictis fideicommiſſarijs quia ſicuti ſi agnoſcendo bonam fidem, voluiſſet bona de quibus agitur potuiſſet dimittere dictis
9 de Corbaria, ita faciendo negotium ſibi † proficuu, & nemini damnoſum potuit ſibi acquirere, & mutare cauſam poſſeſſionis *l. quotiens, § ſi ut, ff. de admin. tut. & in* [illegible] *Bald. l. fin. nu.*49. vbi dicit eſſe opinionem *Bart. & communem, C. de edict. Diu. Adr. Tollen.*

Et ita vtraque &c.

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Romana Reinueſtimenti.

Die Veneris 23. *Aprilis* 1635.

ARGVMENTVM.

Tractatur de reinueſtimento dotis, ſcilicet, quando maritus id promiſit &c. quod poſſit ad id compelli.

SVMMARIVM.

1 *Executio Cameralis habet executionem paratam, nec admittit exceptiones extrinſecas à cõtractu.*
2 *Fidei bonæ nihil magis conueniens, quam præſtare id quod conuentum, aut promiſſum eſt.*
3 *Verba* [illegible] *ſſima repellunt r* [illegible] *tionem.*
4 *Dictio, altri, includit diuerſ ab expreſſis.*
5 *Pater, non ſolum habet vſumfructum in bonis aduentitijs filiorum.*
6 *Sed etiam commodum, & quaſi vſumfructum in pecunijs aduentitijs eorundem.*
7 *Iudicis prudentia & pietas eſt commendanda, qui cum minori diſpendio debitoris, & abſque læſione creditoris iuſtitiam adminiſtrat.*
8 *Mariti culpa, & negligentia non exigentis dotem, non poteſt præiudicare mulieri.*
9 *Culpam, aut negligentiam allegans, tenetur probare. quod ea ceſſante actus potuiſſet perfici.*
10 *Excipiens de non adimplemento debet illud concludenter probare.*
11 *Contractus, quando in re minima non fuit adimpletus, non poteſt dari de non adimplemento. amplia num.* 12.

DECISIO XXXV.

DOMINVS Marchio conuenit, cum D. Pantafilea futura vxore quod dos ſcutorum 20. mill. aſſecuraretur per hæc verba. *Promette che ſubito, che hauerà il denaro della lite, che hà con li Sig. Rangoni, o vero in qualſiuoglia modo di altri effetti, & pretenſioni di nouo acceſſamento di ſaſoltà per altra ſomma di denaro vguale ò maggiore della dote, inueſtire qui in Roma, ò altroue nello ſtato della Chieſa, cioè nel diſtretto di Roma, ò vicino à eſſo in beni ſtabili ò monti non vacabili li detti ſcudi 20. mila ad arbitrio della Sig. Pantaſilea quali debbano ſtare per fondo dotale di detta Sig. oltre la generale Ipoteca di altri beni di eſſo Sig. Marcheſe &c.* Concordata fuit lis cum DD. Rangonibus, & D. Marchio habuit Caſtrum Zibelli, & loca montium Genuæ dempta certa rata, quæ tamen adhuc non fuerit exacta, & ſuper alijs prætenſionibus concordauit cum Sereniſſimo Duce Parmæ, qui promiſit d. Marchioni Caſtrum valoris 100. mil. & vlterius ſcuta 50. mila in pecunia numerata, *ſoluenda nedum ipſi D. Marchioni ſed etiam duobus ſuis filijs.*

Egit D. Pantaſilea coram Aud. Cam. pro d. inueſtimento, & obtinuit relaxari mandatum vt auferantur de bonis d. Marchionis bona valoris 17318. pro [illegible] dotis receptorum ad effectum [illegible] tamen idem And. C quod [illegible] non [illegible] exequi, niſi ſupervenientibus [illegible] ad d. Marchionem ſpectantibus ex concordia inita [illegible], & Sereniſſimum [illegible] Hodie dubitani an dictum mandatum [illegible], & Dni affirmatiue [illegible] D. Marchio ſe obligauit in for-
1 ma Cameræ, † quæ habet exequutionem paratam nec admittit exceptiones extrinſecas à contractu, *Caſſad. dec. vnica de mutuis petitionibus* & dictum mandatum eſt iuſtum cum ſit purificata conditio cum qua D. Marchio ſe obligauit, & ideo nihil
2 magis bonæ fidei † cõgruit quam præſtare id quod conuentum vt promiſſum eſt, *l. prima in principio ff. de pactis l. prima. ff de Edil. Beccius conſ.* 45. *num.* 26. *in fin. & ſeqq. lib.*1. *Surd. conſ.* 183. *num.* 11. *lib.*2.

Quòd autem ſit purificata conditio obligationis, ſatis patet, cum D. Marchio habuerit Caſtrũ Zibelli, & illius obligatio non ſit reſtricta ad pecunias, ſed extendat etiam ad Caſtra ibi: *Ouero in qual-*

qualſiuoglia modo d'altri effetti, & pretenſioni di
accreſcimento di facoltà &c. Quæ verba ſicut am-
3 pliſſima, † & repellunt reſtrictionem reſpectu pe-
cuniarum, quibus fuerit adiecta, *l. ea tamen adie-*
ctio ff. de legat. 3. Surd. conſ. 303. num. 34. in fine,
& ſeqq. lib. 3. Rota dec. 149. num. 3. par. 1. diuer-
ſorum, & in recent. dec. 314. num. 5. par. 2. & hæc
de plano procedunt ſi conſiderentur alia verba
d'altri effetti, e pretenſioni &c. ex quibus clarè
patet promiſſionem non fuiſſe reſtrictam ad ſolam
acquiſitionem pecuniariam ponderando dictio-
4 nem, † *d'altri*, quæ includit diuerſa ab expreſſis
Gloſſ. in l. quod in Nerua in verbo dolum eſſe in
fine. ff. depoſiti. Felin. in cap. bap nu. 4. de reſcript.
quare cum D. Marchio acquiſiuerit Caſtrum Zi-
belli, quod controuertitur vtique illius facultates
accreuerunt.

Neque obſtat, quòd D. Pantaſilea non poſſit
agere antequam D. Marchio habuerit d. ſummam
ſcutorū 50. millia à Sereniſſimo Duce Parmæ &c.
quia quicquid dicendum eſſet de hac quæſtione
mandatum non fuit relaxatum exequendum ſuper
dictis pecunijs, ſed ſuper bonis Domini Marchio-
nis prudenter tamen, & cum maxima conſidera-
tione, & circumſpectione D.A.C. voluit non poſ-
ſe exequi d. mādatum, donec D. Marchio exegerit
dd. pecunias, quia illis exactis cum longe minori
diſpendio, poterat ſatisfacere ſuæ obligationi. Et
ſi enim duæ tertiæ partes dictarum pecuniarū ſpe-
ctent ad filios tamē tertia pars Domini Marchio-
nis eſt ſcuta 16066. & ſic pro ſumma pro qua fuit
relaxatum mandatum deficiunt tantum ſcuta 752.
de quibus D. Marchio faciliter poterat prouidere,
maximè quòd habet commoditatem in portioni-
5 bus ſpectantibus ad filios, ex quo † pater non ſo-
lùm habet vſumfructum in bonis aduētitijs filio-
rum *Bald. conſ. 324. circa med. verſ. nec obſtat lib.*
3. Ruin. conſ. 24 per tot. lib. 50. ſed etiam cōmo-
6 ditatem, & quaſi vſumfructuum † in pecunijs ad-
uentitijs eorund. *Caſtren. conſ. 382. col. 2. verſ. ſi*
vero quæris. Quare Domini non ſolùm nō impro-
barūt, ſed imò valdè cōmendarunt prudentiam, &
7 pietatem D. Aud. Cam. qui cum † minori diſpen-
dio D. Marchionis, & abſque læſione D. Pantaſileę
Iuſtitiam adminiſtrauit.

Non obſtat exceptio non adimplementi oppoſi-
ta contra D. Pantaſileam, ex eo quod D. Marchio
non exegerit nomina debitorū à dd. ſcutis 17318.
vſque ad ſummam ſcutorum 20. millia cum tamen
D. Pantaſilea promiſerit eſſe vera, & exigibilia.
8 Quia culpa, † & negligentia mariti non exigentis
dotem non poteſt prædicare mulieri, *l. Meuio.*
leg. penultima in princ. §. ſicut. ff. ſolut. matr.
l. extraneus. ff. de iure dotium, l. ob res. ff. de pactis
dotal. Rom. conſ. 46. num. 3. Corneus conſ. 145.
num. 13. vol. 2. hic autem non conſtat Marchio-
nem pro exactione feciſſe tales diligentias, ex qui-
bus dicendū ſit dicta nomina non eſſe exigibilia,
& ſic D. Pantaſileam non adimpleuiſſe, ſed potius
conſtat de contrario.

9 Nec dicatur onus probandi, quòd † Marchio
fuerit negligens in exigendo, incumbere D. Pan-
taſileæ, ex adductis per *Surd. in conſ. 228. nu. 16.*
lib. 2. quia in hoc caſu onus incumbit D. Marchio-
10 ni cum excipiat † de non adimplemento, quod
debet concludenter probare, oſtendendo ſcilicet
quòd credita non fuerint exigibilia, & quòd ipſe
fecerit omnes diligentias pro exactione aliàs ex
prædictis non docet, nec docere poteſt de non
adimplemento.

11 Conſiderabant etiā aliqui ex DD. † quòd quan-
do contractus in re minima nō fuit adimpletus, vt
in caſu iſto conſideratis omnibus conſiderandis,
non poteſt dari de non adimplemento *Alciat. in*
l. cum proponas la 2. num. 10. ad finem Cod. de
pact. Mantic. de tacit. lib. 3. tit. 16. num. 23. maxi-
mè quòd, & ſi dictum reinueſtimentum ſit debitū
ex ſtipulatione correſpectiua ad dictum adimple-
12 mentum habet † nihilominus, ex ſe magnam æqui-
tatem, vt in ea parte, in qua fuit adimpletum, de-
beat fieri inueſtimentum, *ex allegat. per Surd. in*
conſ. 101. num. 22. 26. 34. & ſeqq. Eoque magis,
quod ſi placuerit Rotæ, fratres dictæ D. Pantaſileæ,
offerunt pro fundo dotali, vſque ad integram quā-
titatem ſcutorum 20. mil. tot loca montium quæ
licèt ſtent pro euictione Caſtri Magentiæ nihilo-
minus iſtud parum referre debet ad D. Marchio-
nem, qui pro iſta rata liberabitur ab inueſtimen-
to, & in euentum euictionis ſemper habebit ſal-
uum ius ſuum.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

R. P. D. BVCCABELLA.

Aeſina Bonorum.

Die Veneris 27. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Dominium ad effectū rei vindicationis qua-
liter ſit probandum. Bona eccleſiaſtica quā-
do in emphyteuſim conceduntur, quid re-
quiratur, & quando prædicta bona dicantur
ſolita cōcedi in emphyteuſim, & quando nō.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſis finita linea, reuertitur ad Dominum directum.*

2 *ad Deuolutionis, & rei vindicationis effectum, dominium plenè, & concludenter eſt probandū.*

3 *Dominium ad effectum deuolutionis probari poteſt ex publico inſtrumento inueſtituræ, concurrentibus adminiculis.*

4 *Confeſſio, & approbatio contra confitentem, & approbantem, plenè probant.*

5 *Alienatio bonorum Eccleſiæ vt valeat copulatiuè requiritur ſolemnitas neceſſaria, & euidens vtilitas.*

6 *Solemnitates, & Beneplacitum Apoſtolicum in conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, non eſt neceſſarium, ſi agatur de rebus ſolitis dari in emphyteuſim.*

7 *Bona eccleſiaſtica, vt dicantur ſolita concedi in emphyteuſim, requiritur, vel vna conceſſio valida, & ſolemnis, vel duæ minus ſolemnes cum curſu 40. annorum adſint.*

8 *Eccleſiaſticorum bonorum vna conceſſio in em-*

phyteuſim. ad hoc vt dicatur ſolemnis, requiritur, quòd verè, & realiter interuenerit Beneplacitum Aooſtolicum: itaut non ſufficiat præſumpta confirmatio ex obſeruantia, & lapſu etiam longiſſimi temporis.

9 *Alienantium aſſertioni non ſtatur, quod res eccleſiaſticæ ſint ſolita concedi in emphyteuſim, ſed aliunde conſtare debet.*

10 *in Conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, ſolitorum dari in emphyteuſis, ſi fiat aliqua alteratio, iudicatur noua, ac diuerſa conceſſio, quæ ideo nouam requirit ſolemnitatem. num. 11.*

12 *Vtilitas euidens requiritur in locatione bonorũ Eccleſiæ, etiam quando bona ſunt ſolita locari.*

13 *in Emphyteuſim accipiens bona Eccleſiæ, tenetur docere de vera, & euidenti vtilitate Eccleſiæ.*

14 *Emphyteuſis conceſſio de bonis Eccleſiaſticis nullatenus tenet, ſi conſtet de euidenti damno, & læſione.*

DECISIO XXXVI.

PRÆTENDENTE D. Epiſcopo Æſino bona de quibus agitur fuiſſe ad menſam Epiſcnpalem ob lineam finitam deuoluta non obſtante cōceſſione per D.Com. Alexandrum de Anno 1630. à clar.mem. Card. Burgheſio fructuum ipſius Epiſcopatus reſeruatario obtenta; Dedi dubium; An de tali deuolutione conſtaret; eoq. per me hodie propoſito Domini affirmatiuè reſponderunt. Quia cum bona huiuſmodi de Anno 1553. fuerint à tūc temporis Epiſcopo, ſiue generali illius Vicario in emphyteuſim ad tertiam generationem conceſſa Petro Franciſco de Amicis pro annno Canone denariorum quatuor, eiuſdemq. P. Franciſci tertia
1 generatio † iam defecerit, deuolutio remanet clara, *vt in § emphyteuſim. Auth. de non alien. reb. Eccleſ. Caſtr. conſ. 68. num. 1. lib. 2. Clar. in §. emphyteuſis. q. 42. Corbul. de cauſ. priuat. ob lin. finit. num. 1. Rot. coram Card. Caual. deciſ. 564. num. 1.*

2 Et quamuis ad effectum deuolutionis, † & rei vindicationis directi Eccleſiæ dominij plena, ac concludens probatio requiratur, *l. officium. ff. de rei vindic. Alex. conſ. 10. cum duob. ſeqq. lib. 4. Caputaq. deciſ. 280. num. 4. par. 1.* Ea tamen viſa fuit Dominis reſultare ex publico d. inueſtituræ in-
3 ſtrumēto † quod concurrentibus adminiculis, depromptis ex longi temporis obſeruantia, adnotationibus in libris menſæ Epiſcopalis, ac Canonum per ſpatium triginta, & vltra annorum in eadem quantitate denariorum quatuor ſolutionibus ſufficientem facit probationem *Rip. in l. ſi rem aliquã num. 39 ff. de acquir. poſſeſſ. Caſ. de Graſſ. dec. 10. num. 7. de cauſ. poſſeſſ. & propr. Seraph. dec. 869. num. 3. Rot. deciſ. 141. num. 2. par. 2. diuerſ. & deciſ. 290. nu. 3. & deciſ. 661. nu. 2. par. 1. rec. & deciſ. 105. nu. 2. & d. dec. 650. nu. 1. coram Caual. & in Romana deuolutionis 28. Maij 1625. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Romana dotis 24. Nouembr. 1624. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Idq. indubitanter in caſu propoſito procedere exiſtimarunt. Quia hodie agitur contra Co. Alexandrum qui dictam nouam inueſtituram, & conceſſionē recepit cū explicita narratiua, quòd bona erant emphyteotica, & fuerant ad dictam menſam Epiſcopalem deuoluta ob lineam finitam d. P. Franciſci ex qua reſultat eiuſdem Com. directi dominij
4 Eccleſiæ, & deuolutionis confeſſio, † & approbatio, quæ contra ipſum recipientem plenam probationem facit *Bald. in l. cenſualis C. de donat. Bart. & Iaſ. in l. cum tale. §. falſa. ff. de cond. & demonſtr. Guidop. quæſt. 270 num 3. Crauet. conſ. 20. num. 11. Rol. conſ. 82. num. 37. lib. 2. Rot. d. dec. 290. num. 3. par. 1. recent. & in Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. coram Card. Pamphilio. & in Nucerina prædij 3. Martij 1614. coram Card. Sacrato.*

Nec d. deuolutioni, & illius effectui obſtat cōceſſio prædicta d. Comiti vltimo loco facta, illa
5 enim attendi minimè † debet tanquam nulla ex defectu ſolemnitatum, & euidentis Eccleſiæ vtilitatis, quæ ad ſimilium alienationum, & conceſſionum validitatem copulatinè requiruntur *cap. 1. & 2. de reb. Eccl. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. gloſ. in cap. 1. in verbo redire, & ibi Abb. num. 17. de reſt. in integr. Couar. var. reſol. c. 17. num. 2. lib. 2. Rot. dec. 160. num. 1. par. 2. diuerſ. & in Toletana parietum 4. Iunij 1604. coram Sacrato.*

6 Neque dici poteſt ſolemnitates, & Beneplacitũ Apoſtolicum *iuxta extrauag. ambitioſæ de reb. eccleſ. non alien.* non fuiſſe neceſſarium ex quo agebatur de rebus locari, ſiue in emphyteuſim concedi ſolitis. Quia ſolitum ad hunc effectum pro-
7 bari † debet vel ex vna conceſſione valida, & ſolemni, quæ præcedat, vel ex duabus minus ſolemnibus cum curſu 40. annorum *Prep. in cap. 1. n. 23. & ſeqq. qui feud. dare poſſ. Alex. conſ. 9. n. 5. lib. 3. Seraph. dec. 434. & dec. 1451. num. 2. Rot. d. deciſ. 160. num. 5. par. 2. diuerſ. & in præal. Nucerina prædij coram Sacrato.*

In propoſito vero datur tantùm conceſſio facta de Anno 1533. quæ cum ſit vnica, & non ſolemnis non ſufficit ex quo non docetur cōfirmationem ſiue Beneplacitum Apoſtolicū verè, & realiter inter-
8 ueniſſe prout requiritur, itaut ad iſtum † effectum non ſufficiat præſumpta confirmatio ex obſeruantia, & lapſu etiam longiſſimi temporis *Seraph. d. deciſ. 434. nu. 1. verſ. nec obſtat quod ex curſu temporis, & d. deciſ. 1451. num. 3. & deciſ. 1490. num. 4.*

Nec releuat quòd in dicta inueſtitura Anni 1553. aſſeratur d. P. Franciſci anteceſſores Iure emphyteotico ex legitimo titulo per quinquaginta annos præcedentes poſſediſſe, & conſequenter videatur fieri mentio de alia antecedenti conceſſione, proindeq. non vnica tantum, ſed duas adeſſe, quoniam iuxta opinionem, quam Rota ſequitur ad iſtum effectum eſt opus docere de duabus inueſtituris ſeparatis, ac diſtinctis per diſtincta, ac ſeparata in-
9 ſtrumenta diuerſis temporibus celebrata; ita † vt non ſufficiat quod in 2. fiat explicita mentio de prima niſi de ea etiam aliundè conſtet, vt fuit expreſsè firmatum in *d. dec. 160. nu. 3. & 4. par. 2. diuerſ. & in d. dec. 1451. num. 3. & in d. dec. 1490. num. 5. coram Card. Seraph. & in ſupra alleg. Nucerina prædij coram Sacrato.*

Præſertim quia d. inueſtitura Anni 1553. eſt reſtricta ad maſculos, & fœminas deſcendentes per

lineam

Digitized by Google

lineam maſculinam, poſterior vero d. Comiti facta
pro maſculis & fœminis deſcendentibus per lineã,
tàm maſculinam, quàm fœmininam cum clauſula
10 ad habendum, & ſic † adeſt manifeſta alteratio
qua ſtante huiuſmodi conceſſio non ſubſtinetur
etiamſi ſufficienter conſtet bona fuiſſe ſolita locari
vel in emphyteuſim concedi, quia ex tali altera-
tione, & nouæ qualitatis adiectione indicatur no-
11 ua ac diuerſa conceſſio, † quæ ideo nouam requi-
rit ſolemnitatem *Dec. in auth. qui rem num. 22. & ibi Gagnol. num 32. C. de ſacroſ. Eccl. Alex conſ. 9. num. 2. lib. 3. Clar. in § emphyteuſis quæſt. 6. & 28. & in § feudum quæſt 13. Rot. d. dec 160. n. 9. par. 2. diuerſ Seraph. d. deciſ. 1490. num. 7.*

Præterea etiamſi de prætenſo ſolito coſtaret ad-
huc tamen conceſſio prædicta ſubſtineri non poſſet
12 ex defectu euidentis vtilitatis, † quæ requiritur
etiam quando bona ſunt locari ſolita *Abb. in c. vt ſuper num. 11. verſ. ego credo de reb. Eccl. non alien. Rebuff. de alien. rer. Eccl. nu. 34. Caſ. de Graff. dec. 4. num. 1. & 12. de reb Eccl. non alien. Honded. conſ. 51. num. 89. lib. 1. & conſ 31 n. 16. cum ſeq. lib. 2. Grat. diſcept. forenſ. 379. num. 22. Rot. dec. 582. par. 1. diuerſ Caual. dec. 288. num. 5*
13 De tali enim vtilitate non ſolũ pro parte d. † Co-
mitis non docetur prout clarè, & euidenter doceri
debet *Rot. d. dec 582. num. 1. par. 1. diuerſ Seraph.*
14 *dec. 413. num. 2.* Sed imò † potius conſtat de eui-
denti damno, ac læſione cum bona prædicta quæ
ex ſolutione ſcutorum 250. pro Laudemio appa-
ret eſſe ſatis notabilis valoris fuerint ad plures ge-
nerationes conceſſa abſque vllo canonis augumẽ-
to ſed pro eodem met redditu denariorum quatuor
Caſ. de Graff. d. deciſ 4. num. 12. de reb. Eccl. non alien. &c.

Et ita deciſum vtraque parte informante &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Ferrarieñ Iuriſpatronatus.

Die Lunæ 30. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus fundans pro ſe, & poſt eius obitum pro aliquibus perſonis ab eo nominatis, & hoc cum conſenſu Ordinarij, &c. quæritur, an prædictus fundator in præiudicium nominatorum, poſſit alijs donare d. iuſpatronatus.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus, qui fundauit pro ſuis filijs, & deſcendentibus, abſque qualitate hæreditaria, an poſſit illis præiudicare.*

2 *Iuſpatronatus fundans pro ſe. & ſuis deſcendentibus, poſt completam ſtipulationem cum conſenſu Ordinarij non poteſt illis præiudicare.*

3 *Filij, ſi ad iuſpatronatus ſint admittendi vti ſucceſſores, illis viuente fundatore nullum ius acquiritur, & ideo illis irrequiſitis, poteſt in alium transferri.*

4 *Iuſpatronatus. quando quis fundauit pro ſe, & alijs ab eo nominatis, & in ipſo actu fundationis interuenit conſenſus Ordinarij, iſte conſenſus habetur pro approbatione tranſlationis, & perinde eſt ac ſi iuſpatronatus donaſſet.*

5 *Idq. facilius procedit ſi concurrat ſtipulatio d. Ordinarij, promittentis Cappellam eſſe iuſpatronatus dotantis, & nominatorum ab ea, quo caſu ius irreuocabiliter acquiritur etiam ſubſtitutis, poſt mortem alterius vocati.*

6 *De Donatarij conſenſu nec etiam poteſt donans recedere a donatione in præiudicium ſubſtituti, quando eſt ſtipulatio Notarij, vel alterius habentis facultatem ſtipulandi pro ſubſtituto.*

7 *Stipulationem ſignificat, verbum, promiſit, Iudex quoque ſtipulari poteſt pro abſẽtibus. n. 7.*

8 *Stipulatio Notarij ſubintelligitur in donatione, quando adeſt verbum, promiſit, licet nõ ſit ſcriptum fuiſſe promiſſum ſibi ſtipulanti pro abſentibus.*

9 *Iuriſpatronatus donatio non valet, quando non interuenit conſenſus Ordinarij.*

10 *Iuriſpatronatus donatio facta loco pio, vel Eccleſiæ ſubſtinetur etiam ſine conſenſu Ordinarij.*

11 *Quæ concluſio non habet locum, quando cum iurepatronatus donatur etiam ipſa Eccleſia, quo caſu requiritur conſenſus Ordinarij.*

12 *Iuſpatronatus fundans pro ſe, & tali familia, non cenſetur ex hoc abdicaſſe iuſpatronatus à ſeipſo, & eius hæredibus ſaltem præmorientibus omnibus de familia vocata.*

13 *Iuſpatronatus fundans, ſi illud reſeruet pro ſe, (& poſt eius mortem) alijs nominatis, iſta reſeruatio præſumitur facta de præſenti, ac ſtatim ius quæſitum eſt illis, & ſolum executio poſt eius mortem differtur.*

DECISIO XXXVII.

DOMINA Laura de Amatoribus fundauit Iuſpatronatus de anno 1602. in Oratorio B. MARIÆ in Villa Ficaroli Diœc. Ferrarieñ pro ſe, & poſt eius obitum pro D. Com. Alphonſo Mõtecatino, & Petro Maria de Gregorijs eorumque deſcendentibus, pro cuius dote tradidit quædam bona ſtabilia, ſub hac verborum forma, quòd non intelligantur dd. bona aſſignata pleno iure niſi ſequuta illius morte, cum clauſula ex nunc prout ex tũc, & interim ſe obligauit de euictione; quæ omnia acceptauit Epiſcopus & approbauit, ac promiſit, & conuenit d. Oratorium perpetuo fore, & eſſe de Iurepatronatus d. D. Lauræ ipſorumue per eam, vt ſupra nominatorum ipſa D. Laura audiente, aſſentiente, acceptante, & gratias agente.

Verum prædicta Fundatrix poſt 20. annos, & vltra ſenio iam confecta, & forſan facti oblita donauit d. Iuſpatronatus cum dd. bonis Fratribus S. Pauli Ferrarieñ donatione inter viuos, illa vero defuncta, & vacante beneficio per obitum Capellani, DD. Co. Montecatinus, & Petrus Maria de Gregorijs alium Capellanum præſentauerunt poſt quam præſentationem dd. Fratres exhibuerũt Inſtrumentum d. donationis, & introducta lite corã Vicario Ferrarieñ obtinuerunt ſententiam fauorabilem, à qua pro parte dd. Com. Montecatini, & de Gregorijs interiecta appellatione, & cauſa ad Rotam delata, dubitaui an d. donatio ſuffragetur

dd. Fratribus, & DD. negatiuè reſponderunt.
Nam licèt quæſtio ſit cõtrouerſa inter DD. An
ille, qui fundauit ius patronatus pro ſuis filijs, &
1 deſcendentibus, abſque qualitate hæreditaria poſ-
ſit illis præiudicare nec ne ex *Add. per Garz. de*
benef. par. 5. cap. 9. num. 69. qui tenet negatiuam
ſententiam, & affirmatiuam, vti veriorem, & cõ-
muniorem poſt alios tenet *Gratian. diſcept. 177.*
num. 14. Attamen quidquid ſit de hac opinione
DD. viſum fuit non eſſe fa[illegible] terminis, ex
quo in limine d. fundationis Iuſpatronatus fuit
acquiſitum pro fundatrice, & extraneis; Ideoque
2 fundatrix † poſt completam ſtipulationem cum
conſenſu Ordinarij extranei vocatis præiudicare
non potuit, vt latè diſtinguendo aduertit *Lambert.*
de Iurepatr. lib. 1. par. 2. quæſt. 2. art. 6. num. 9. in
3 *fin.* Vbi red[illegible] [illegible], † quia in pri-
mo caſu filij admittuntur, vti ſucceſſores, qui [illegible]
viuente fundatrice nullum [illegible], & [illegible]
ipſis irrequiſitis poteſt in alium transferri, In ſecun-
do vero caſu extranei ſe habent vti Do[illegible], a[illegible]
proinde non poteſt ipſis inuitis in [illegible] transferri,
quando tamen, prout hic in actu fundationis in-
4 teruenit conſenſus Ordinarij, † qui quid[illegible] con-
ſenſus habet vim approbationis huiu[illegible]
nis, perinde eſt, ac ſi Iuſpatronatus donaſſet, *Lam-*
bert. d. lib. 1. quæſt. 2. nu. 6. in fin. Garz. d. c. 9.
num. 60. Mart. d. c. 9. in princ. nu. 43. & ſeq. Gra-
tian. d. diſcept. 177. nu. 14. vſque ad fin. Rocc. de
Iurepatr. verſ. ipſe vel ii nu. 33. Calder. conſ. 20.
de Iurepatr. Rot. decis. 280. per tot. & ſignant.
num. 14. & 17. lib. 4.
[illegible]q. facilius procedit concurrente ſtipulatione
eiuſdem Epiſcopi prohibentis Oratorium de quo
agitur eſſe Iuſpatronatus D. Lauræ dotantis & no-
5 minatorum ab ea, quo caſu ius † irreuocabiliter
acquiritur etiam ſubſtitutis, poſt mortem alterius
vocati, prout dixit *Rota in Rom. pecun. 30. Aprilis*
1629. coram R. P. D. Merlino, & in fortioribus ter-
minis, quòd etiam de conſenſu donatarij, non poſ-
6 ſit donans † recedere à donatione in præiudicium
ſubſtituti, quando adeſt ſtipulatio Notarij, vel al-
terius habentis facultatem ſtipulandi pro ſubſtitu-
to, tenuerunt cumulati per *Card. Mant. de tacit.*
lib. 13. tit. 48. nu. 13. Rot. coram Seraph. dec. 472.
num. 12. & ſeq.
De ſtipulatione autem Epiſcopi apparet ex eo,
7 quia in fundatione vſus eſt verbo promiſit, † quod
ſtipulationem ſignificat *Seraph. deciſ. 427. num. 6.*
[illegible]d. deciſ. 472. num [illegible] Greg. XV. deciſ. 3[illegible]. nu. 7.
Et quilibet Iudex ſtipulari poteſt pro abſentibus
Panorm. in cap. Paſtoralis §. præterea nu. 5. verſ.
nota [illegible] vltimum de offic. Ord. Iaſ. in l. ſtipulatio
iſta 38. §. ſi ſtipuler. num. 16. verſ. amplia. ff. de
8 *verb. oblig.* imo ſubintelligi poteſt † etiam ſtipula-
tio Notarij, licet non ſit ſcriptum fuiſſe promiſsũ
ſibi ſtipulanti pro abſentibus *Seraph. d. deciſ. 472.*
num. 1.
Rurſus d. donatio vti nulla non poteſt ſubſiſte-
9 re, ex † quo non interuenit conſenſus Epiſcopi,
quamuis enim vera ſit concluſio, quòd donatio iu-
10 riſpatronatus facta loco pio, † vel Eccleſiæ ſuſti-
neatur etiam ſine conſenſu Ordinarij iuxta diſpo-
ſitionem *text. in cap. vnic. de iurepatr. in 6. Rota*
dec. 9. eod. tit. in nou. Attamen prædicta concluſio
11 non habet locum, † quando, cum iurepatronatu
donatur etiã ipſa Eccleſia fundata (prout hic) quia
hoc caſu requiritur cõſenſus Epiſcopi, *ex illud vbi*
gloſ. verb. licet Religioſo, & Io. Andr. num. 1. de
iurep. Dec. in c. de Monac. num. 29. verſ. vnde re-
ſpondeo de præb.
Præterea ergo quòd d. donatio facta fratribus ſu-
ſtineretur, adhuc illa non præiudicaret reſeruatio-
ni iuriſpatronatus factæ pro perſonis nominatis in
inſtrumento fundationis, donec ipſæ extarent;
quandoquidem in principio d. donationis adiecta
ſunt verba donauit, eo iure quo infraſcripta bona
ſunt, vel aliqua eorum pars eſſe reperitur, quod
ius intelligatur omnino reſeruatum cuicũque il-
lud legitimè ſpectan. vnde d. donatio cenſetur fa-
cta ſaluo iure iam in fundatione alijs quæſito, & ſic
quòd fundatrix voluerit eam ſuffragari fratribus
deponente familia Patronorum in fundatione vo-
catorum, non autem ea adhuc durante, eoſdem
12 admittere, fundans enim † iuſpatronatus pro ſe,
& tali familia non cẽſetur ex hoc abdicaſſe iuſpa-
tronatus à ſeipſo, & eius hæredibus ſaltem præmo-
rientibus omnibus de familia vocata *Calderin.*
conſ. 4. de iurep. quem ſequuntur relati per *Garz.*
de benef. par. 5. cap. 9. num. 64. & 67. Rot. diuerſ.
dec. 315. num. 14. par. 1. & coram Seraphin. deciſ.
373. num 10.
Nec obſtat quòd reſeruatio in fauorẽ dd. Com.
Alphonſi, & Petri Mariæ de Gregorijs ſit collata
poſt mortem Lauræ fundatricis, & propterea an-
tea illis ex e[illegible]um non poſſit dici aliquod ius fuiſſe
ipſis acquiſitum ſuper dicto iurepatronatus. Quia
fuit reſponſum, reſeruationem nihilominus cenſe-
12 ri factam de p[illegible], ac ſtatim † ius quæſitum
fuiſſe, & ſolam illius executionem fuiſſe dilatam
poſt mortem Lauræ, *iuxta text. in l. quoties. C. de*
donation quæ ſub modo.
Et ita vna tantum &c.

R.° P. D. PIROVANO.

Florentina Parochialis à Sala.

Die Lunæ 30. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Clauſula, conſtito de tribus ſententijs, quomo-
do ſit intelligenda. Sententia, ſi iuſta, & va-
lida ſit, eſt executioni demandanda, alias
ſecus. Sententia lata contra mortuum, an,
& quando ſubſtineatur. Donatio perfecta
non eſt alteranda.

SVMMARIVM.

1 *Reſcriptum cum clauſula conſtito de tribus ſen-*
tentijs intelligitur de ſententijs validis, & iuſtis.
2 *Sententiarum nomen non merentur illæ, quæ non*
ſunt validæ, nec iuſtæ.
Sententiæ, quando non ſunt validæ, nec iuſtæ,
executionem non merentur. num. 2.
3 *Sententiæ, ſi ſint validæ, & iuſtæ, executioni de-*
mandari poſſunt.

4 Sen-

4 *Sententiarum validitas colligitur ex reuolutione proceſſus.*

5 *Sententia lata contra mortuum eſt nulla.*

6 *Sententia lata contra mortuum tenet, dummodo illius mors non deuenit ad notitiam alterius partis, vel Iudicis.*

7 *Narratiua alicuius facti, ſi ſit extenſa in literis confirmatorijs, probat illius ſubſtantiam, etiamſi inſtrumentum d facti, non producatur.*

8 *Iuſpatronatus regulariter de ſui natura tranſit ad hæredes etiam extraneos.*

9 *Imol. opinio in l. quod dicitur num. 8. ff. de verb. oblig. quæ recepta eſt à frequentiori calculo ſcribentium quando ceſſet, & quando intret nu. 12.*

10 *Filij, quando ſunt vocati, vti filij, hæredes, vt intrent, neceſſaria eſt vtraque qualitas.*

11 *Dictionis, necnon, natura eſt repetere omnes qualitates præcedentes.*

13 *Donatio, ſi ſit perfecta non poteſt alterari, aut tolli ex noua donatione ſuperueniente, in præiudicium eorum quibus iam fuerat ius quæſitum.*

14 *Donationem iam factam, ſi quis confirmare intendat, ita interpretanda eſt, vt ſe, cum illa prima compatiatur.*

DECISIO XXXVIII.

RESCRIPTVM commiſſionis in hac cauſa emanauit cum clauſula conſtito de tribus ſententiis, quæ ſint exequendæ exequantur, & dato dubio ad præſcriptum commiſſionis reſponſum fuit conſtare de tribus conformibus.

De numero, & conformitate viſum fuit nō poſſe dubitari, prout nec informantes pro D. Octauia dubitant, aut contradicunt; Vnde difficultas præſentis diſputationis ad validitatem, & iuſtitiā ſententiarū reſtringitur, quoniam reſcriptum ſemper intelligitur de † ſententijs validis, & iuſtis,
1
2 alias nomen ſententiarum non † meretur, nec executioni per conſequens eſſent mittendæ, *Bart. in l. 4. §. condemnatum, ff. de ſenten. & re iudic. Caputaq. deciſ. 1 14. par. 3. Seraph. deciſ. 425. num. 3. & paſſim.* Rota tranſit cū hoc præſuppoſito, quòd
3 ſententiæ ſint validæ, & iuſtæ, vt inde † executioni demandari poſſint vt è relatis deciſionibus per *Martum de clauſulis in 19. n. 11.* videri poteſt.
4 Validitas igitur earundem colligitur † ex reuolutione proceſſus ex quo deſumitur probatio deficientiæ actum ab ijs, qui ex capite nullitatis ſententias impugnant.

Non obſtat, quòd ſententia Rotalis confirmatoria duarum de partibus ſit lata contra Petrum, qui prius ceſſit ad fauorem Hypoliti, & poſtmodum
5 ante ſententiam mortuus erat. † & tam primo caſu intret nullitas ſententiæ *Pariſ. de reſign. lib. 1. quæſt. 16. num. 25. Lancellott. de attent. cap. 3. num. 106. Put. deciſ. 8. lib. 3. Rot. deciſ. 100. nu. 2. par. 3. diuerſ.* & ſecundo caſu eodem vitio laboret *Put. deciſ. 182. lib. 2 in correct. Capic. dec. 1. n. 26. Becc. conſ. 116. num. 1. Franc. deciſ. 245.*

Quia cum verſemur in pupillis dum agitur de pertinentia iuriſpatronatus reſpectu qualitatis gentilitiæ, aut hæreditariæ, vel mixtæ, nec in actis conſtat de renunciatione, aut morte Petri, nec
6 aliunde deſumitur de ſcientia ex parte † Actoris, vel Iudicis ſemper ſententia ſuſtinetur etiam quòd ſit lata contra mortuum idem *Becc. conſ. 110. num. 2. Guidopap. deciſ. 86. nu. 2. Gail. obſer. 109. lib. 4 num. 1. Caſtill. deciſ. 60. num. 14. lib. 1. Maſtrill. deciſ. 137. num. 21. lib. 2.* & idem fuit comprobatum in *Romana locationis horti 3. Aprilis 1634. coram D. meo Merlino.*

Iuſtitia ſimiliter ſententiarum eſt patens ex deciſionibus in cauſa factis, in quibus fuit firmatum patronatum de quo agitur eſſe mixtum ſcilicet pro hæredibus ſanguinis, articulo ad partes diſcuſſo ſecundum tenorem donationis inſertæ in literis Alexandri Sexti de anno 1493. cuius ſubſtantia etiam
7 quòd Inſtrumentum non † producatur benè probatur ex ea. undem narratiua *Præpoſ. in cap. ſi Romana num. 17. diſtinct. 19. Belion. conſ. 36. num. 7. & 231 num. 5. lib. 1. Rota deciſ. 36. num. 1. par. 1. diuerſ.* & idem fuit firmatum in alia *Florentina patronatus 1. Martij 1627. coram D. meo Decano.*

Non obſtat, quòd, & ſi placuerit Dominis in vtraque deciſione, tàm coram D. meo Queipo, quàm D. meo Panzirolo ſequi opinionem contra *Imol in l. quod dicitur num. 8. ff. de verb. obligat.* illam tamen eſſe magis, & frequentiori calculo à ſcribentibus receptam cum diſtinctione adiectionis copulæ inter verbum filiis, & verbum hæredi-
8 bus, † cum verſetur in materia indifferenti, & tranſitoria ad quoſcunque hæredes, *Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 19. num. 25. Peregr. de fidei comm. art. 32. nu. 16 Cald. de nominat. quæſt. 24. num. 38. Seraphin. deciſ. 456. num 1. & 482. nu. 7. & 707 num. 8. par. 1. recent.* à quibus multi alij allegantur.

Quia Domini non abſolutè ſequuti ſunt opinio-
9 nem † contra Imolam, & alios allegatos, ſed in caſu de quo agitur, vbi prius Antonio, & ipſius Antonij filijs, & hæredibus non autem filijs, & hæredibus dictum fuerat, deinde ſubſequebatur alia pars, necnon tibi, pro te, tuiſq. fratribus, eorundemq. fratrum, & cuiuſlibet eorum filijs & hære-
10 dibus; Vnde ſicuti † in prima parte in qua vocati ſunt filij hæredes, non autem filij & hæredes abſolutum eſt requiri vtramque qualitatem ſecundum *Pariſ. conſ. 48. num. 9. lib. 4. Seraph. deciſ. 604. n. 4. Pinellus l. 1. par. 3. n. 90. C. de bon. matern. Gabr. conſ. 65. num. 9. lib. 10. Gratian. diſcept. 530. n 44.* cum alijs in ſecunda deciſione allegatis, ita & in ſecunda parte idem viſum fuit dicendum non obſtante copula &, ex quo omnes, quibus facta fuit donatio erant filij, & deſcendentes Antonij & omnibus æqualiter videbatur prouiſum propter
11 repetitionem † illam (necnon) cuius natura eſt repetere omnes qualitates præcedentes *Bald. in l. Seio. §. Caio ff. de fid inſtrum. Neuiz. conſ. 172. nu. 14.* Quæ ſine contrarietate fieri non poſſet ſi ſecūda pars donationis diuerſimodè eſſet recipienda ſcilicet pro quibuſcunque hæredibus, & extraneis.

Nec ab eadem opinione recedendum eſt ex eo quòd vltimo loco productum fuerit inſtrumētum donationis patronatus huius parochialis à Sala ſtipulatū vſque de anno 1526. in quo Ioannes Matthei de Pintaſtis donauit patronatum huius parochialis S. Bartholomæi à Sala Laurentio Cardinali de Puccis filijs, & hæredibus Petri Antonij de

Puccijs, & Roberto Antonij de Puccijs, & eius hæredibus; atque ita ſiue conſideretur donatio reſpectu Cardinalis & Roberti pro hæredibus, ſiue reſpectu Alexandri, & Petri pro filijs & hæredibus
12 ſemper intrat † diſtinctio Imolæ in ſupradicta *l quod dicitur nu.*8. & aliorum qui illum ſequuntur vt ſupra dictum fuit.

Quia cũ donatio de hac parochiali vſq; de anno 1493 tempore quo emanarunt literæ Alexandri Sexti eſſet perfecta, & pro hæredibus ſanguinis ex
13 ſupra firmatis non † potuit tolli aut alterari ex noua donatione ſuperueniente de anno 1526. in præiudicium eorum quibus ius fuerat quæſitum *l. perfecta C de donat. quæ ſub modo l illud. C. de collat. Bald. in l. cum a Socero C. de iur. dot. Socc. ſen conſ.* 115. *nu.* 12 *lib.* 4. *Crauett. conſ.* 19. *nu.* 15. *Ancbar. in cap. ſugeſtum n.* 2. *de iurepatron. Clar. in §. donatio q.* 1. *nu.* 13. *& idem fuit firmatum in Carpentoraten. donationis* 29. *Ianuarij* 1616. *coram bo. me Buratto.*

Et quod magis eſt ex prohemio & cõtextu eiuſdem inſtrumenti donationis apparet Io. Matheũ noluiſſe reuocare aut alterare anteriorem donationem, quia proceſſit ad ſecundam confirmando illam aliàs per eum factam & ad abũdantiorem cautelam, quæ vt ſe compatiatur, cum prima dicendum eſt ſenſiſſe de filijs hæredibus, vel de hæredi-
14 bus ſanguinis prout in prima diſpoſuit, & † voluit ad euitandam incompatibilitatem, & correctionẽ aut alterationem primæ donationis, *Menoch conſ.* 1167. *nu.* 28. *lib.* 12. *Soc ſen. conſ.* 249 *nu.* 15. *lib.* 2. *Gabr concluſ* 2. *num.* 11. *de verb. ſignif.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana, ſeu Farſen. Hæreditatis.

Die Lunæ 30. *Aprilis* 1635.

ARGVMENTVM.

Alimenta, & ſumptus litis, vt colligiganti debeantur, quid ſit probandum. Confeſſio Tutoris, Curatoris &c. quando probet contra minorem.

SVMMARIVM.

1 *Tutoris confeſſio facta in publico inſtrumento, cum interuentu alicuius conſanguinei minoris, Decreto Iudicis, ac aliàs ſolemniter facta, & pluribus alijs concurrentibus adminiculis contra pupillum probat.*

2 *Confeſſio Curatoris, Patris, Prælati, & ſimilium concurrentibus adminiculis probat.*

3 *Coniunctio ſanguinis facit ceſſare omnem fraudis ſuſpicionem.*

4 *Collitiganti, ad hoc vt ſubminiſtrentur alimenta, & ſumptus litis, vltra paupertatem, requiritur ſaltem præſumptio boni iuris, & quidem non leuis.*

5 *Scriptura in qua non adhibentur teſtes, ſufficit recognoſcatur per teſtes habentes notam manum, & hoc de ſtylo Rotæ.*

6 *Confeſſio geminata etiam extraiudicialis contra confitentem probat.*

7 *Teſtes ſingulares ſi ſint adminiculati admittuntur.*

10 *in Contractibus attenditur magis veritas, quam quod ſimulatè concipitur.*

11 *Tutor bene poteſt adhibitis ſolemnitatibus tranſigere.*

DECISIO XXXIX.

IVXTA reſcriptum Signaturæ ad inſtantiam filiorum, & hæredum Leonij mihi directum cum clauſula, ſubminiſtratis alimentis, & ſumptibus litis conſtito de paupertate, & bono iure, ſuper prætenſo credito contra Franciſcum Butellum occaſione negociationis carbonis, propoſui dubiũ. An conſtet de huiuſmodi bono iure, & paupertate, quod Domini ſupradicta die, quoad bonum Ius negatiuè reſoluerunt, quia in tranſactione poſt mortem Leonij inita inter Butellum, & vxorem dicti Leonij vti matrem, & Tutricem dd. filiorum legitur facta generalis quietãtia, de omnibus hinc inde datis, & receptis cum explicita confeſſione eiuſdem Tutricis, ſe pluries à prædicto eius viro audiuiſſe, quòd ipſe per Butellum deputatus fuerat in Miniſtrum dictæ negociationis carbonis, licèt forſan in publicis Inſtrumentis de contrario
1 appareret; quæ confeſſio † Tutricis med. in publico Inſtrumento cum interuentu patrui dd. filiorũ, Decreto Iudicis ac alias ſolemniter facta, & pluribus alijs adminiculis ſuffulta cõtra pupillos probat *Rot. deciſ.* 111. *n.* 9. *poſt tract. Zacch. de oblig. Camer. & coram Greg. XV. deciſ.* 506. *num.* 2. &
2 quòd confeſſio † curatoris Patris, Prælati, & ſimilium concurrẽ adminiculis probet *gloſ. in c. dudum il* 2. *in verb. de veritate ad med. de elect. Bald. in auth. hoc ius porrectum num.* 8. *C. de ſacroſ. Eccleſ. Grat. diſcept.* 716. *num.* 25. *Seraph. dec.* 442. *nu.* 2. *Greg. d. deciſ.* 506. *nu.* 3. 4. *& ſeqq. Rot. deciſ.* 452. *nu.* 1. *par.* 4. *recent.*

3 Maximè quia vbi Interuenit † aliquis ſang. coniunctus, omnis fraudis ſuſpicio abeſſe præſumitur *l. non ſolum in princ. ff. de rit. nupt. Iaſ. in l.* 1. *in fin. C. de tranſact. Menoch. lib.* 5. *præſumpt.* 40. *nu.* 17. *Rot. d. deciſ.* 452. *nu.* 4. *par.* 4. *recen.* Et quia ad
4 illum effectum vltra † paupertatem requiritur ſaltem præſumptio boni Iuris, quæ leuis eſſe non debet, *Couar. pract. cap.* 6. *n.* 5. *verſ. idem ipſe, Gabr. conſ.* 25. *ſub num.* 9. *lib.* 1. *Rot. coram Greg. XV. deciſ.* 524. *num.* 3. *& deciſ.* 189. *nu.* 7. *verſ. præſumptio boni iuris.*

Inter alia autem adminicula in caſu iſto pro Butello deducta primo loco per DD. fuit ponderata texera panis per Leonium facta, in qua manu propria ſe ſcripſit Agentem Butelli in dicta negociatione, quæ texera ſufficit quòd fuerit recognita etiam quoad manum Leonij per teſtes, qui dicũt
5 ſe vidiſſe pluries ſcribere d. Leonium, † & habere notam manum ipſius, quod in huiuſmodi ſcripturis, in quibus non ſolent adhiberi Teſtes de ſtylo Rotæ ſufficit, *iux. deciſ. Put.* 18. *de fid. inſtrum. & Card. Caual.* 553. *num.* 3.

Secundò ponderati fuerunt alij Teſtes deponẽ de confeſſione Leonij pluries facta quòd ipſe erat nudus Miniſter Butelli, & quod negociatio fiebat

ex

6 ex pecunijs eiuſdem Butelli, quæ confeſſio † geminata etiam extraiudicialis contra confitentem
probat. Bart in l. cum ſcimus. nu. 7. C. de agricol. & cenſit. lib. 11. Caſtr. conſ. 151. nu. 2. lib. 1. Rot. in cauſa Melten. Abb. 27. Aprilis 1592. coram Gypſio, quæ eſt deciſ. 89 ſub num. 5. verſ. hinc eſt poſt cōſ. Farin. lib. 1. Et licet dicti Teſtes videātur
7 ſingulares, † cū tamen ſint adminiculati à prædicta texera, ac alijs in facto deductis, admittuntur
Corn. conſ 307. nu. 13. verſ. & licet lib. 3. Aym. de antiq. temp. par. 4. §. ſed enim num. 26. Rot. deciſ. 113. nu. 2. poſt med. verſ. deinde, par. 3. rec.

Tertio concurrunt alij Teſtes deponen. de pau-
8 pertate Leonij per quam ſupradictę † confeſſiones quòd idem Leonius eſſet nudus Miniſter magis veriſimiles redduntur, vt per *Abb. conſ. 113. nu. 5. par. 2. Pariſ conſ. 54. nu 78. lib. 1.*

Non obſtat, quòd Sylua pro lignis neceſſarijs in dicta negociatione carbonis appareat empta ex publico Inſtrumento nomine Leonij cum fideiuſſione eiuſdem Butelli, quia placuit reſpōſio, quòd
9 † ſtan. ſumptis id cenſeatur factum per Butellum honeſtatis gratia, ne aliàs dicta negociatio cantaret ſub eius nominatione iuxta *l. optimam C. de contrah. ſtipulat. & trad. per Bald. conſ. 298. n. 6. verſ. nam perſona, & conſ. 249. num. 2. verſ. interdum lib. 1.* Ita ut Leonius in dicta emptione ſyluæ dicatur habere nudum nomen, illa autem verè
10 dicatur facta pro Butello, in his enim † magis veritas attenditur quam quod ſimulatè concipitur,
l. multum intereſt, & ibi Caſtr. num. 3. C. ſi quis alter vel ſibi Franc. Marcb. deciſ. 46. nu 4. par. 1. Rot. dec. 805. in fin. verſ. ſi quidem cum ſeq. par. 1. diuerſ. & deciſ. 164. nu. 2. poſt tract. Cene de cenſ.

Minus obſtat, quòd ſupradicta tranſactio fuerit facta per Tutricem, quia fuit reſpōſum, quòd cum in ea ſupradictis filijs fuerit remiſſa ſumma conſiderabilis, in qua dictus Leonius, vel certum erat, quòd remanebat debitor, vel ſaltem erat dubium
11 an remaneret debitor, vel creditor, benè † potuit Tutrix adhibitis precipuè ſupradictis ſolemnitatibus tranſigere, vt per *Abb. conſ. 39. num. 1. lib. 1. Natt. conſ. 45. num. 6. Roland. conſ. 76. num. 4. & ſeq. lib. 1. Rot. deciſ. 545. ſub n 4. in fin. par. 1. rec.*

Et ita deciſum vtraque parte.

§ *Infra in eadem cauſa adeſt altera deciſio ſub die 28. Ianuarij 1636.*

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Laudemij.

Die Veneris 4. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

In hac Magiſtrali deciſione firmatur, quòd quando bona ſubemphyteuticantur Laudemium non emphyteutæ, ſed Domino directo debetur, quod multis comprobatur rationibus.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuta ſecundus ſi vendat, requirendus eſt conſenſus Domini directi, & non primi emphyteutæ.*

2 *Gloſ. in l. fin. C. de iur. emphyt. in verbis alijs vendere eſt intelligenda, quando emphyteuta, omne ius à ſe abdicauit nihil ſibi reſeruando, ſed iſte intellectus non recipitur.*

Cum alias d. gloſ. ineptè loquuta fuiſſet ſi intelligeretur, quando emphyteuta non ſubemphyteuticauit, ſed omne ius à ſe abdicauit. nu. 4.

3 *Emphyteuta, ſi in totum alienauerit, nihil ſibi reſeruando, & ſic nouum emphyteutam in locum ſuum conſtituendo, deſinit eſſe emphyteuta.*

5 *Laudemium ſemper debetur illi, qui eſt maior Dominus, & ſic directo.*

6 *Dominus vtilis, vti recognoſcens alium Superiorem non propriè, ſed abuſiuè dicitur Dominus.*

7 *Dominus directus, eſt maior, quam vtilis.*

8 *Conſenſū præſtare in ſubemphyteuticatione ſpectat ad Dominum directum, & ſubemphyteutam inueſtire, illumq. in poſſeſſionem inducere.*

9 *Subemphyteuta dicitur habere cauſam à Domino directo, non ab emphyteuta.*

10 *Laudemium debetur Domino directo occaſione conſenſus præſtiti.*

11 *de Rebus, quæ ſpectant ad Dominum directum ſunt conſentire, inducere in poſſeſſionem & laudemia recipere, quæ nō pertinent ad emphyteutā.*

12 *Emphyteuta non videtur eſſe ratio ob quam ſit inquirendus, & recipere laudemium debeat, in ſubemphyteuticatione cum eſſet in eo qualitas dominij.*

13 *Quippe qui directum nunquam habuit, & vtile tranſtulit in ſubemphyteutam, nec poſſidet ciuiliter, nec naturaliter.*

14 *Emphyteuta, ſi nō poteſt alienare rem emphyteuticam, nec melioramenta in ea facta, ſine conſenſu Domini directi, ita poſt ſubemphyteuticationem, non poteſt dare licentiam alienandi, quā ipſe pro ſe non habebat, priuando Dominum directum Laudemio &c.*

15 *Subemphyteuticatio ſemper intelligenda eſt, ſine præiudicio Domini directi.*

16 *in Emphyteutæ arbitrio, & facultate eſſe non debet, præiudicare directo Domino.*

17 *Prohibitio alienandi inducta per l. fin. C. de iur. emphyt. non eſt reſtricta ad rem, ſeu fundum emphyteoticum primo loco conceſſum, ſed complectitur omnes, et quaſcumque meliorationes, quæ ratio militat etiam in alienatione, quæ fit per ſubemphyteutam*

18 *Ratio eadem, vbi militat, ſeruādum eſt idem ius.*

19 *in Subemphyteuticatione, ſi opus non eſſet requirere conſenſum Domini directi, vltra amiſſionem Laudemiorum, et prælationis, innumera præiudicia ei orirentur, de quibus hic.*

20 *in Feudalibus, licet vaſſallo alium ſub vaſſallum ſine conſenſu Domini ſibi conſtituere.*

21 *Emphyteuta, nullo modo poteſt alienare, vel ſub emphyteutam conſtituere ſine conſenſu Domini directi.*

22 *à Feudo ad emphyteuſim non tenet argumentum.*

23 *Deciſ. 75. coram Reuerendiſſ. P. D. Coccino Decano. declaratur.*

24 *Valaſc. opinio, tanquam nulla probabili ratione,* vel

vel authoritate munita reijcitur.
25 *in Subemphyteuticatione conſenſus Domini dire-*
cti, omnino neceſſarius, dicitur cauſa proxima,
et immediata. vide num.26 et 27.
In emphyteuſis conceſſione, ſi ſit data licētia alie-
nādi, intelligitur prius requiſito conſenſu Dñi.
28 *Probibitio alienationis emphyteuſis, ſine conſen-*
ſu Domini directi, venit ex diſpoſitione l. fin. C.
de ædict. D. Adr. toll.
29 *Conceſſio cenſetur facta ſecundum illius naturā.*
30 *Quindemnia ſuccedunt loco Laudemiorum.*
31 *Bona exiſtentia inter eoſdem confines idem de-*
bis, quam de alijs eſt iudicandum.

DECISIO XL.

FIRMATA denuo ſub die 20. Maij 1632 *
exiſtentia emphyteuſis, & directi dominij
bonorum, de quibus agitur ad fauorem Capituli
Sancti Petri, prout fuerat priùs firmata die 30.
Martij 1629. * coram Eminentiſſ. D. Cardinale
Vbaldo tunc Rotę Auditore, proſequendo diſpu-
tationem priùs cœptam, & in dicta deciſione die
10. Maij 1635. reſeruatam. Iterum propoſui du-
bium pluries propoſitum, & non reſolutum ſuper
reuiſione ſecundæ partis alterius deciſionis coram
me factæ die 1. Martij 1630. in qua fuerat reſolu-
tum laudemia in alienationibus fiendis per ſub-
emphyteutas deberi primo emphyteutæ, non au-
tem directo domino cuius dubij reſolutio diebus
28. Iunij 1632. & 17. Iunij 1633. ſemper fuit di-
lata ad Kalendas, ſed eo ſupradicta die 4. Maij
1635. repropoſito, & articulo maturè diſcuſſo,
Domini fuerunt in voto integra laudemia, de qui-
bus agitur deberi Capitulo, & non primo emphy-
teutæ, & ſic recedendum à ſecunda parte deciſio-
nis moti ex infraſcriptis.

Et primo *ex gloſſ. in l. final. C. de iur. emphyt. in*
verb. alijs vendere circa medium, quæ expreſsè fir-
1 mat quòd ſi † ſecundus emphyteuta vendat, re-
quirendus eſt conſenſus domini directi, & non pri-
mi emphyteutæ, quam gloſſam ibi ſequuntur cō-
muniter Doctores, & ſignanter *Iaſ. num.* 46. 48.
& 88. vbi pluries atteſtatur de communi *Redoan.*
de reb. Eccleſ. non alienan. tit. de laudem quæſt. 66.
num. 4. *&* 6. *ſpeculat. tit. de locat. §. nunc aliqua*
quæſt. 106. *nu.* 129. *& quæſt.* 126. *num.* 152. cum
alijs congeſtis per informantes pro Capitulo, Nec
admittendum intellectum exaduerſo datum quòd
2 opinio † gloſſæ, & illam ſequentium ſit intelligē-
da quādo emphyteuta omne ius à ſe abdicauit ni-
hil ſibi reſeruando, ſiquidem vltra quòd hic ſenſus
eſt diuinatiuus, adhuc in totum deſtrueret gloſſam,
quæ hoc modo intellecta, eſſet de indubitabili, &
contrarium demonſtrat gloſſella marginalis ad di-
ctā gloſſam, quæ loquitur in emphyteuta emphy-
teutæ, & *Iaſ.* exaduerſo allegatus *n.* 46. vbi ponit
caſū quòd emphyteuta ſubemphyteuticauerit cū
reſeruatione annuę reſponſionis, & benè explicat,
Caldaſ. de renouat. emphyt. lib. 1. *quæſt.* 13. *nu.* 45.
3 quando enim † emphyteuta in totum alienauit ni-
hil ſibi reſeruando, & ſic nouum emphyteutam in
ſuum locum conſtituendo; deſinit eſſe emphyteu-
ta, ideoq. fruſtra de eius conſenſu quærendo agi-
4 tur, & gloſſa ineptè † loquuta fuiſſet ſi intellige-
retur quando emphyteuta non ſubemphyteutica-
uit, ſed omne ius, à ſe abdicauit, vt benè aduertit
Franc. deciſ. 437. *num.* 1. & hanc ſententiam vltra
alios innumeros congeſtos per informantes pro
Capitulo ſemper ſequuta fuit *Rota antiqua & mo*
derna, vt in deciſ. 1. *de locat. verſ. de prima quæ-*
ſtione in antiquis, & deciſ. 168. *num.* 6. *par.* 2. *di-*
5 *uerſ.* firmans † laudemium ſemper deberi illi,
qui eſt maior dominus, & ſic directo, vtilis enim
6 dominus vti recognoſcens † alium ſuperiorem nō
propriè ſed abuſiuè dicitur dominus *Sol. ad cōſtit.*
Sabaud. gloſſ. 1. *num.* 8. *& Rota in Romana laude-*
mij 3. *Iunij* 1613. *coram Vbaldo vbi circa princi-*
pium verſ. ea ratione moti &c. dicit quòd maior
7 eſt directus † dominus, quàm vtilis, & fuit dictum
in eadem cauſa *diebus* 23. *Maij* 1614. *&* 10. *Mar-*
tij 1617. *coram eodem bo. me. Vbaldo, &* 9. *Febr.*
1618. *coram R.P.D. meo Pirouano.* Et quamuis
in primis duab. Rota articulum principaliter fir-
mauerit, non ex diſpoſitione iuris communis, ſed
ex pacto, tamen ſat quòd in eandem ſententiam
inclinauit etiam circumſcripto pacto, de quo ibi, &
in alijs duabus idem ſenſit etiam circumſcripto
pacto, & ex ſola iuris diſpoſitione præcipuè in vl-
tima coram D. Pirouano.

Quæ opinio multis rationibus eſt munita bene
cumulatis per informantes pro Capitulo, & præ-
8 cipuè quia in ſubemphyteuticatione † ad directum
ſpectat præſtare conſenſum, & ſubemphyteutam
inueſtire, illumq. in poſſeſſionem inducere, vt eſt
text. clarus in d. *l. fin.* & firmauit Rota in prima
9 parte deciſionis noſtræ, quo fit vt ab † eo cauſam
habere dicatur non ab emphyteuta, & iure meri-
10 to quia occaſione talis † conſenſus; & directi do-
minij debetur laudemium *Rota corā bo. me. Card.*
11 *Caualer. deciſ.* 121. *nu.* 1. conſentire enim, † in-
ducere in poſſeſſionem, & laudemia recipere ſunt
de dominicalibus, quæ ſpectant ad proprietarium,
non ad emphyteutā, *Papon. inter arreſt. Parlam.*
Pariſien. lib. 13. *tit.* 2. *arreſt.* 9. *Caball. milleloq.*
179. *cum aliis allegatis.*

Addebant Domini, quòd cum cōſenſus debeat
præſtari à domino eiq. ſit ſoluendum laudemium,
12 non videtur ſubeſſe ratio, ob quam † emphyteuta
ſit requirendus, & recipere poſſit laudemium ceſ-
ſante in eo qualitate dominij, quippe qui directum
13 nūquam habuit, & † vtile tranſtulit in ſubemphy-
teutam, nec poſſidet ciuiliter aut naturaliter, vt
bene conſiderat *gloſſ. in d. l. fin.* & poſt eam *Iaſ.*
num 88.

Ex quo conſequenter ponderabant DD. valde
inconueniens videri, & abſurdum quòd dum em-
14 phyteuta ante † ſubemphyteuticationem habet
maius ius retinens penes ſe vtile dominium ſit illi
interdicta quælibet alienatio tam rei emphyteoti-
cæ, quam quarumcunque meliorationum ſine cō-
ſenſu domini directi, & tamen tranſlato dominio
in ſubemphyteutam, & ſic diminuto illius iure poſ-
ſit ipſe dare licentiam aliendandi, quam ipſe pro ſe
non habebat, priuando dominum directum laude-
mio, & alijs iurib⁹ ſibi ex diſpoſitione legis debitis

Quæ ratio eo magis vrgere videtur tum ex eo
15 quòd ſubemphyteuticatio † ſemper eſt intelligen-
da ſine præiudicio iurium domini directi, vt conſi-
derat

Digitized by Google

derat Valaſc. quæſt. 13. ſub num 12. poſt med. verſ.
& id ipſum dixerim, nec debet eſſe in arbitrio, &
16 † facultate emphyteutæ primo domino præiudi-
care, tum ex eo quod prohibitio alienandi indu-
17 cta per legem finalem, † non eſt reſtricta ad rem,
ſeu fundum emphyteoticum primo loco cõceſsũ,
ſed complectitur omnes, & quaſcumque meliora-
tiones; quæ ratio militat tam in alienatione, quæ
fit per primum emphyteutam, quàm in ea, quæ fit
18 per ſubemphyteutam, † ideo idem ius eſt in vtra-
que ſpecie ſeruandum.
19 Accedunt innumera præiudicia † vltra amiſſio-
nem laudemiorum, & prælationis, bene pondera-
ta pro parte Capituli, quæ reſultarent directo do-
mino ex mutatione perſonarum, & poſſeſſorum. &
præcipuè quòd bona poſſent deuenire ad manus
mortuas, aut perſonas prohibitas & odioſas Ec-
cleſiæ, & vlterius tractu temporis in totũ deperdi
ius dominicale directum propter mutationem
confinium, & poſſeſſorum, quæ in caſu deuolutio-
nis, aut prælationis non poſſent verificari ad pro-
bandum identitatem, ſi ipſe non requiratur pro
cõſenſu in alienatione fienda per ſubemphyteutã.

Nec obſtare fundamenta pro alia parte, & in
deciſione, quæ renidetur, ponderata. Etenim quo-
ad DD. in ea allegatos; vel non applicantur; Tũ
quia quicquid dicant circa conſenſum emphyteu-
tæ, nunquam tamen excludunt conſenſum domi-
ni directi, quod pro nunc ſufficit; nec propterea
ex hoc infertur ad receptionem laudemiorum, cum
conſenſus emphyteutæ adhiberi poſſit alijs reſpe-
ctibus, vt benè conſideratur in deciſione D. mei
Pirouani: Tum quia loquuntur in materia feudo-
rũ, quæ in hoc differt ab emphyteuſi, in feudalibus
20 † enim licet vaſſallo alium ſubuaſſallum ſine con-
ſenſu domini ſibi conſtituere, *c. 1. §. 1. qual. ol. pot.
feud. alien. in vſibus feud* quod non eſt in emphy-
teuta, quippe qui nullo modo poteſt alienare,
21 † vel ſubemphyteutam conſtituere ſine conſenſu
domini directi; vt *in d. l. fin.* & firmat pars deci-
22 ſionis, & ideo non tenet argumentũ à † feudo ad
emphyteuſim *Card. Mant. de tacit. lib. 2. tit. 4.
num. 19. & bene per Caldaſ. tit. de renouat. em-
phyt. lib. 1. quæſt. 13. num. 42. & 43.* nec etiam
contradicit *deciſ. 75. Reuerendiſſ. D. mei Decani*
23 ſuper qua altera pars præcipuè inſiſtit, † quia li-
cèt dicat eo caſu requiri conſenſum emphyteutæ,
non tamen negat conſenſum domini directi, nec
ibi agebatur ad effectum laudemij nec cum dire-
cto domino, qui non erat in cauſa, ſed ſolum ad
effectum validitatis contractus, pro intereſſe ip-
ſorum vocatorum, & comprehenſorum in emphy-
teuſi, qui inter ipſos contendebant, prout ita di-
ctam deciſionem intellexit Rota in d. *Romana
laudemij coram D. Pirouano.*

Ex quibus cenſuerunt Domini non eſſe haben-
24 dam rationem diſtinctionis, † *Valaſc.* tanquam
nulla probabili ratione, vel authoritate munitã,
in qua idem *Valaſc. fuit ſibi contrarius quæſt. 28.
num. 25. verſ. ita etiam, hinc iure merito reproba-
tur per Caldaſ. de renouat. lib. 1. quæſt. 13. nu. 41.
& ſeq.* vbi reſpondit ad omnia eius fundamenta.

Regula firmata in eadem ſecunda parte deci-
ſionis circa cauſam immediatam, ſeu proximam,
& remotam non nocet Capitulo directo domino,
quinimo facit pro eo, nam quicquid ex adductis, &
per *Valaſc.* dicatur) veritas eſt quòd directus do-
25 minus ex præſtatione † conſenſus omnino neceſſa-
rij vt ſupra, dicitur conſtituere cauſa proxima, &
immediata, vt bene deducitur in deciſione *bo. me.
Vbaldi 10. Martij 1617. poſt Soccin. conſ. 96. n. 2.
verſ. confirmatur &c. & per Caldaſ.* loco ſupe-
rius citato & quia quando emphyteuta poſſet dici
cauſa proxima, Capitulum verò cauſa remota, re-
26 gula † tamen procederet ſi emphyteuta vti cauſa
proxima poſſet per ſe ſine cõſenſu directi domini,
& ſic cauſæ remotæ operari, hoc eſt alienare, &
ſubemphyteuticare, *Tira. in tract. ceſſan. cauſ. li-
mit. 130. nu. 14. 15. & 18. Rota diuerſ. deci. 715.
num. 7. par. 1.* cum alijs per informantes allegatis;
ſecus igitur in noſtro caſu, in quo non poteſt ſubem-
phyteuticare ſine conſenſu domini, vt dictum fuit
& in puncto, bene ad motiuum reſpondet *Gama
deciſ. 147. num. 22.* vbi firmat regulam prædictam
27 non † procedere in emphyteuſi, quæ ſpecialem
rationem habet in contrarium, quia vbi datur pri-
mus, & ſecundus emphyteuta, nunquam conſi de-
ratur perſona primi emphyteutæ, ſed dñi directi.

Non obſtat quòd inter duos contendentes lau-
demium debeatur illi, qui ſe conceſſionem oſtendit,
quod facit emphyteuta reſpectu ſubemphyteutæ,
non autem Capitulum qui nullam oſtendit inue-
ſtituram, quia hoc fundamentum ceſſat ex duabus
deciſionibus factis ſuper emphyteuſi ad fauorem
Capituli, quæ emphyteuſis præſupponit cõceſſio-
nem habita ab eodem Capitulo per ipſos emphy-
teutas, qui etiam idem faſſi fuerunt in ſuis ſubcon-
ceſſionibus, cum quibus deciſionibus Domini trã-
ſiuerunt, & firmata emphyteuſi quamuis pactum,
28 ſeu prohibitio non † alienandi non potuit oſtendi,
tamen talis prohibitio venit ex diſpoſitione iuris
in d. l. final. C. de iur. emphyt. Adeo quòd quando
etiam eſſet data facultas alienãdi in prima conceſ-
ſione emphyteutæ, quæ in caſu noſtro non appa-
ret, adhuc ſemper intelligitur requiſito prius do-
mini conſenſu *Alex. conſ. 106. num. 3. lib. 4.* Et cũ
29 illud pactum ſit de † natura contractus emphyteo-
tici, cenſetur conceſſio facta cum hoc pacto ſecũ-
dum eius naturam *Bald. qui dicit menti tenendũ
in cap. 1. n. 4. quib. mod. feud. conſ. tui poſſit Alex.
in l. quod dicitur num. 24 ff. de verb. oblig. Iaſ. in
l. vt liberis num. 10. & ſeqq. C. de collat. Molin. de
Hiſpan. primog. lib. 1. cap. 3. nu. 5. Menoch. præſ.
109. num. 11. lib. 3.*

Tandem intentio Capituli recipit [illegible] m
adminiculum ex obſeruantia ipſa [illegible] prima
ſubemphyteuticatione, quæ facta fuit de [illegible] 1615
nulla [illegible] pœnitentiæ fuerit ſolutio laudemij in
propter ſubemphyteuticationem, & quia bona
tranſibant ad manus mortuas reſeruatum quindẽ-
nium per Marcũ Antonium emphyteutam eidem ip-
30 ſi Capitulo, quòd quindennium † ſucceſſit loco
laudemiorum, vt eſt notorium, vnde cum ſimus in
eiſdem bonis conſiſtentibus in illis triginta petijs
vinearum, vt inſtrumenta demonſtrant, idem eſt
31 † dicendum in alijs partibus eiuſdem vineæ, vt fuit
conſideratum *coram Card. Caualer. deciſ. 93. num.
11.* & in prima deciſione huius cauſæ facta coram

Emi-

Eminentiſſimo Domino Cardinale Vbaldo. Et ita &c. vtraque parte informante &c.

☞ * Eſt deciſio 138. ſupra in præcedenti parte.

☞ * Eſt deciſio 262. ſupra par 5. recent.

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Veneris 4 May 1635.

ARGVMENTVM.

Referuntur nonnulli caſus, in quibus Rota ſolet denegare remiſſoriam, & præſertim an Remiſſoria concedi poſſit, poſtquam ſunt publicatæ atteſtationes, & didicita iuſtificata, quæ materia grauiter, vt ſemper ſolet, & eleganter declaratur à tàm egregio Auditore, & huius ſupremi Tribunalis Decano, & Decore, qui Iuris vtriuſquè Principatum, & Monarchiam, omnibus applaudentibus, heroicè adeptus eſt.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur, poſt publicatas atteſtationes & didicita teſtificata ſuper eiſdem articulis, vel contrario directis & nu. 10. 25.*

2 *Quæ concluſio procedit, nedum, quando vna pars didicit teſtificata ſua, ſed etiam teſtificata alterius partis.*

3 *Et hæc eſt communis ſententia, quicquid aliqui ſenſerint.*

4 *Teſtium depoſitiones ad hoc vt dicantur publicata, nihil refert, an principalis per ſe ipſum, vel per eius procuratores vel agētes eas didicerit*

5 *Quod idem etiam procedit ſi id fecerit per eius Aduocatum.*

6 *Quæ concluſio non procedit, ſi teſtificata fuerint didicita per aliquam extraneam perſonam, quia illa non præſumitur bene informata.*

7 *Teſtium publicatio ſolemnis non requiritur probare, ad effectū, vt didicita dicantur teſtificata.*

8 *Teſtificata dicuntur didicita, ſi in facultate partis remanſerint depoſitiones teſtium.*

9 *Atteſtationum publicatio non ſufficit, niſi etiam didicita ſint teſtificata, & deſcriptio atteſtationum partis facta fuerit.*

11 *Pars, ſi non didicit teſtificata, vtique non poteſt teſtes ſubornare.*

12 *Maioritas, & minoritas inducunt contrarietatē.*

13 *Dictioni (in circa) ſi addita ſint verba (& non più) illa operantur vt dictio (in circa) æqualitatem denotet vel adeo modicum, vt nihil reputetur. & num. 17.*

14 *Dictio (in circa) poſita in venditione 20. iugerum, vel circa, nihil importat.*

15 *Qui illa dictio alternatiua, vel non poteſt inducere, niſi vel æqualitatem, vt nihil importet, vel adeo modicum, vt nihil reputetur.*

16 *Teſtes benè informati ſuper qualitate alicuius rei, ſi res aliter eſſet, hoc ſcirent, vel audiuiſſent.*

18 *Articuli qui poſt didicita teſtificata non admittantur.*

19 *Probatio maioris valoris regulariter poſt didicita teſtificata, admittitur.*

20 *Remiſſoria, ſi fruſtra petatur, denegatur.*

21 *Remiſſoria ad coadiuuandas probationes iam factas, etiam poſt didicita teſtificata, conceditur, declara num. 22*

23 *Deciſ. in cauſa Mediolanen. bonorum, & aliæ deciſiones, & DD. in quibus terminis loquantur. & num. 24.*

26 *Aduerſario non licet poſtquam didicita ſunt teſtificata, reprobare dicta teſtium partis.*

27 *Et licet aliqui contrarium ſentiant, ſed hoc procedit quando ante publicationem pars ſe opponit conteſtando velle opponere contra perſonas, & dicta teſtium.*

28 *Remiſſoria, ſi pars petit in partibus, in quibus ipſe non adeſt, ceſſat timor ſubornationis, & ideo illa non eſt deneganda.*

29 *Teſtium examen illi non denegatur qui nominatis teſtibus Iudici ſe abſentat. ſecundum cautelam Bald. & aliorum DD.*

30 *Sed multi alij, & quidem grauiſſimi DD. tenent contrarium. Et prima illa opinio meritò vſu recepta non eſt.*

31 *Et hoc quidem non iniuria, cum alias ridiculū eſt dicere, quod ex abſentia partis ceſſet ſubornatio teſtiū, cum vnuſquiſque poſſit conſiderare, quod pars poteſt ſubornare teſtes, antequam Iudici illos nominauerit.*

Atque inſuper Viuius aſſerit quod per 22. annos, quibus ipſe fuit aduocatus, numquam vidit d. caut. illam in iudicijs recipi ſed bene contrarium. num. 31. &

32 *Reuerendiſſimus D. meus Coccinus Rotæ Decanus, ſpatio trigintaſex annorū, quibus eſt Rotæ Auditor, numquam vidit hanc cautelam ſeruare.*

Quæ tamen cautela poſſet adhiberi, ſi aliqua culpa poſſet iudici imputari. nu. 32.

33 *Remiſſoria paſſim denegatur, propter vehementem calumniam*

34 *Calumnia, quando dicatur vehemens in petitione remiſſoriæ, hoc iudicare pendet ab arbitrio Iudicis, qui ex varijs cauſis ſolet calumniam concipere, & non concipere.*

35 *Remiſſoria petitio videtur calumnioſa ſi fuerit petita poſt longam litem.*

36 *Remiſſoria petitio videtur calumnioſa ſi poſt didicita teſtificata, & emanatas plures deciſiones, petatur.*

37 *Calumniæ præſumptio impedit ne concedatur noua remiſſoria.*

38 *Exceptio, quando non fuit oppoſita à principio, ſed ad impediendam executionem cauſæ, an admittatur.*

39 *Articuli, quando ſunt releuantes ex ſola præſumptione calumniæ non denegatur remiſſoria.*

40 *Sed hoc intellige, quando cum ipſa releuantia datur etiam aliquis fumus.*

41 *Remiſſoria an alicui ſit concedenda necne, pendet plurimum ab arbitrio Iudicis, qui bene attendere debet qualitatem facti.*

DE-

DECISIO XLI.

HÆC CAVSA pendet in Rota ab Anno 1621. & principaliter agitur de probando valore Prioratus ad effectum ſuſtinendi, vel non ſuſtinendi penſionem impoſitam ex cauſa reſignationis, & circa hunc valorem Reſignatarius vſque de anno 1620. vigore remiſſoriæ obtentæ ab Auditore Cameræ examinauit ſex teſtes, & vigore alterius remiſſoriæ Rotalis decem teſtes, & de anno 1625. Reſignans examinauit in Curia quatuor teſtes & produxit nonnulla iura, & poſtmodum de anno 1626. & ſequentibus illius procurator, & Agentes habuerunt originalia examinis ipſius reſignatarij, & propoſita cauſa ſuper valore d. Prioratus die 29. Maij 1628. * cum poſtmodū prædictus reſignans peteret, & ipſe remiſſoriam cauſa pluries propoſita, hodie Rota cenſuit, denegandam eſſe ex duplici capite principaliter.

1 Primò, quia poſt publicatas atteſtationes, † & didicita teſtificata ſuper eiſdem articulis, vel directo contrarijs, prout ſunt iſti de quibus hodie agitur remiſſoria non datur, *c. cum veniſſent. de teſtib. & ratio eſt timor ſubornationis, c. fraternitatis, & ibi communiter Doct. eod. tit. & in clem. fin. pariter eod. tit. l. per hanc vbi Bart. nu. 1. & alij C. de temporibus appellationum. auth. at qui ſemel, & ibi Bald. in princ. & num. 1. C. de probat auth. de teſtibus. §. quia vero Speculator. tit. de teſt. §. ſatis vtiliter. Gail. obſeruat. 105. num. 3. lib. 1. Theſaur. dec. 262. num. 1. & ſeq. Farinac. de teſtib. quæſt. 75. nu. 337. & ſeqq. ſan. me. Greg. dec. 497. num. 1. & dec. 583. num. 1. & fuit reſolutum in cauſa Nepeſina tutelæ 7. Iunij 1627. corā R P. D. meo Merlino, & alias ſæpiſſimè.* Et hæc concluſio

2 procedit, † nedum quando vna pars didicit teſtificata ſua, ſed etiam teſtificata alterius partis *d. auth. at qui ſemel. in principio ibi:* aut ab aduerſario, & ibi etiam *gloſ. in verb didicit, & Bart. n. 22. Caſtr. nu. 1. & 6. ad fin.* & quicquid aliqui in cō-

3 trarium † voluerint, iſta eſt communis ſententia, vt per *Marian. Socc. in d. cap. fraternitatis nu 46. & 62. in fin. verſ. inſuper etiam*, cum alijs congeſtis per *Farinac. de teſtib. allegata quæſt 75. nu. 89.*

Quod autem fuerint didicita teſtificata ſatis patet cum Procurator, & Agentes reſignantis ha-

4 buerint, & penes ſe retinuerint † proceſſus originales, non enim eſt opus ad hunc effectum, quod reſignans didicerit teſtificata per ſe ipſum, ſed ſufficit quod didicerit mediante perſona Procuratoris, & Agentium, *§. quia vero ver. ſi vero ibi, aut omnino pro eo agens. auth. de teſti. & d. auth. at qui ſemel ibi, vel alias pro eo agens, & ibi gloſſ. in verb. accepit C. de probat. c. penult. ibi neque per alium de teſtib. Butr. in d. c. fraternitatis nu. 14. col 8 ante med. ver. idem ſi didicerit* † *per Aduo-*

5 *catum eius vel alium. Marian. Socin. ibid. nu. 61. vel aliquis iuncto, verſ. & ſumma. Vital. in d. clem. fin. n. 14. ver. ne qualitercunque de teſtib.* cum alijs per *Farinac. prædict. quæſt. 75. nu. 86.* Licet

6 ſecus eſſet ſi reſignans didiciſſet † teſtificata ab aliqua extranea perſona; quia illa non præſumeretur bene informata, *Butr. in d. cap. fraternitatis n. 14. col. 7. in fin. verſ. item de alia publicatione extranei Farinac. d. q. 75. num. 87. iuncto num. 48. vbi latè.*

7 Et licet non probetur publicatio † ſolemnis nō refert ad hunc effectum, ſufficit enim quòd didicita ſint teſtificata, vt per eundem *Farinac. poſt alios*

8 *d. q. 75. num.* 88. aut quòd † in facultate partis remanſerint depoſitiones teſtium, *Bart. in d. auth. at qui ſemel, nu. 18. ver. ſed propter. C. de probat. Vital. in d. clem. fin. num. 13. & ſeqq. ſanct. mem. Greg. deciſ. 583. num. 2. verſ. non enim conſequentibus, & fuit reſolutum in hac cauſa 14. Ianuarij 1630. coram me.*

Et iſta adeo vera ſunt, vt non ſufficiat publica-

9 tio † atteſtationum, niſi etiam didicita ſint teſtificata, & deſcriptio atteſtationum parti facta fuerit, *vt in auth. de teſtib. §. quia vero poſt principium cap. cum veniſſent. & cap. fraternitatis de teſtib.* Et probatur etiam ratione quia ceſſat hoc caſu ti-

10 mor ſubornationis, ex † quo quando didicita ſunt teſtificata denegatur remiſſoria. Si enim pars non

11 didicit teſtificata † vtique non poteſt teſtes ſubornare vt benè aduertit *Matthias Berlichius concl. 38. n. 82. & ſeqq par. 1. ſecundum nouā impreſſion.*

Quòd vero articuli dati per reſignantem ſint de directo contrarij articulis datis per reſignatarium ſatis patet cum articuletur maior quantitas terreni, & maior quantitas fructuum, quam articula-

12 uerit reſignatarius. Maioritas enim, † & minoritas inducunt contrarietates, *gloſſ. in d. clem. fin. in verb. directo contrarijs. verſ. eſſent autem directo, contraria vbi Imol. num. 8. Card. nu. 3. in princ. in verſ. & hanc clem. Vital. num. 121. Butr. in d. cap. confraternitatis nu. 13. verſ. tertia ſpecies, & ibi etiam Abb. num. 11. Marian. Socc. num. 17. & n. 91. verſ. ad declarationē prædictorum Pariſ. n. 7.*

Neque obſtat quòd articuli ſint concepti cum dictione *incirca*, & ſic articuli reſignantis non videntur contrarij; fuit enim reſponſum, quòd debet attendi ſubſtantia articulorum, nam cum dictæ di-

13 ctioni, † *in circa* addita ſint verba, *& non più*, illa operantur vt dictio, in circa, vel æqualitatem denotet, vel adeo modicum vt nihil reputetur vt optimè ad propoſitum *Signor. conſ.* 332. incipiente;

14 cum inſtrumento, vbi quod dictio in circa † poſita in venditione viginti iugerum, vel circa nihil importat quia dictio alternatiua non poteſt inducere, niſi vel æqualitatem, vt nihil importet, vel adeo

15 modicum † quod nihil reputetur. Et quamuis in noſtro caſu non adſit alternatiua. tamen eadem eſt ratio propter dicta verba *e non più*, & alia ſe-

16 quentia. Et ſi aliter eſſet, teſtes tanquam † bene informati, hoc ſcirent, vel audiuiſſent. vt bene ad propoſitum, *Alex. in conſ.* 120. *num* 8. *lib.* 2. & propterea attento iſto intellectu, qui eſt veriſſimus inficiari non poteſt quin articuli reſignantis ſint de directo contrarij articulis reſignatarij, etiam ha-

17 bita ratione ad dictam dictionem † *in circa* modo prædicto expreſſam, vt ex lectura articulorum vtriuſque partis ſatis clarè patet, & ex eadem ratione ceſſat, quòd teſtes deponant cum dictione *in circa*, quia nihilominus. & ipſi articuli reſignātis ſunt de directo contrarij depoſitionibus teſtiū, etiam habita ratione ad dictionem, in circa, vt pariter ex lectura manifeſtè conſtat.

Et

Digitized by Google

Et quamuis idem Dominus Reſignãs articula-
uerit id, quod percipitur ex linoſa abſque eo quod
in articulo contineatur numerus perticarum, &
in hoc puncto articulus non videatur contrarius
articulis datis per reſignatarium in quibus fuit ar-
ticulatum, quòd adſunt tantum modo perticæ tre-
centum pro lino ſerendo, & articuli continēt ne-
gatiuam coarctatam. Et inſuper idem reſignans
articulauit, modum percipiendi fructus de linoſa,
nedum ſecundum modum expreſſum in articulis
reſignatarij, ſed etiam ſecundum modum expreſsũ
in articulis ipſius reſignantis. Huic fundamento
fuit reſponſum, quòd dato etiam ſine veri præiudi-
cio, quòd articuli in hac parte non poſſint dici de
directo contrarij alijs articulis datis per reſigna-
tarium; tamen fat eſt, vt nō debeant admitti, quòd
includãtur ſub primis de neceſſitate facti, & pro-
bationis, prout verè hoc modo includentur. Nam
cum per reſignatarium fuerit articulatum, quòd
adſunt tantum tornaturæ trecentum pro lino ſe-
rendo, de neceſſitate facti, & probationis eſt quòd
fructus linoſæ comprehendantur ſub dicta proba-
tione perticarum trecentum pro linoſa ſerenda.

18 Quare † etiam iſtud genus articulorum nō admit-
titur poſt didicita teſtificata, *Bart. in d. auth. at qui
ſemel. num 24. C. de probat. Angel. in d. §. quia
vero num. 19. col. 3. in fin. verſ. 1. caſu aut. de te-
ſtib. Butr. in d. c. fraternitatis. num. 13. verſ. qua-
dam quæ non comprehendantur iuncto verſ primo
caſu de teſtib. & ibidem etiam Innoc. Io. Andr. &
alii quos recenſet Farinac. de teſtib. ſæpe allegata
q. 75 nu. 91 & 92.*

Et circa alium articulum reſignantis in quo cō-
tinetur maior valor, quam contineat articulus
reſignatarij, fuit per Dominos reſponſum. quòd
19 licèt regulariter † etiam poſt didicita teſtificata
admittatur probatio maioris valoris *cap. cum cau-
ſam. quæ inter æconomum. 42. de teſtib. Bart. in
l. cum furti. num. 4. ibi, & per hoc dico, quod ſit
eſto ff. de in lit. iur. cum alijs congeſtis per Matth.
Berlich. concl. 40. ſecundum nou. impr. ff. num 32.
par. 1.* tamen in hoc caſu non eſt opus ingredi hãc
quæſtionem cum ipſe reſignans produxerit prçcia
Ciuitatis Cremonæ, quæ prçcia non repugnant
probationibus reſignatarij computato decennio
ante reſignationem. Quare fruſtra petitur remiſ-
20 ſoria † ad probandum maiorem valorem. Vltra
quòd huic fundamento obſtant illa, quæ in ſecun-
do capite ſtatim dicentur.

Non obſtat, quòd etiam poſt didicita teſtificata
21 † datur remiſſoria ad coadiuuandas probationes
iam factas, & ſic debet dari ad coadiuuandas pro-
bationes factas in Curia per ipſum reſignantem,
vt eſt communis ſententia Doct. *de qua Farinac.
d. quæſt. 75. num. 155. Matth. Berlich. d. concl. 40.
num. 28. par. 1.* Nam fuit reſponſum quòd hæc cō-
cluſio, vt benè declarat *Farin. ic. loc. cit.* poſſet
22 † procedere, ſi reſignans prius ſuas probationes
feciſſet, & poſtmodum reſignatarius pro vaſſet cō-
trarium tunc didicitis atteſtationibus reſignatarij,
non eſſet prohibendum reſignati teſtes examinare
ad confirmandos ſuos primos teſtes examinatos,
& ad reprobandum dicta teſtium reſignatarij, re-
probantes teſtes ipſius reſignantis, nihil enim in
tali caſu poſſet imputari ipſi reſignanti, ſi confiſus
fuiſſet de prima ſua probatione ex quo veriſimili-
ter potuiſſet credere teſtes ſuos verum dixiſſe, ſed
ex quo poſtmodum contrarium appareret ex teſti-
bus reſignatarij, ideo non obſtante illorum publi-
catione poſſet reſignans alios teſtes inducere ad
confirmandas ſuas probationes, & ad reproban-
dum dicta teſtium reſignatarij, qui poſtea fuiſſent
23 examinati, & † in iſtis terminis loquuntur *Doct.
et deciſiones Rotales in cauſa Mediolanen. bonorũ
30. Maij 1596. et in cauſa Pampilonen. decimarũ
23. Iunij 1600. coram bo. me. Hieron. Card Pam-
philio, et in cauſa Hiſpalen. præeminentiarum 25.
Iulij 1615. coram bo. me. Card. Sacrato*, vel lo-
24 quuntur † quando non publicatis atteſtationibus
petitur remiſſoria ad coadiuuandas probationes
iam factas, ſed caſus, de quo agitur eſt diuerſus, cũ
ſint publicatę atteſtationes & primo reſignatarius
habuit remiſſoriam, & teſtes examinauit, & poſt-
modum ipſe reſignans in Curia examinauit teſtes,
& petit remiſſoriam poſtquam didicit teſtificata
reſignatarij, datis articulis de directo contrarijs,
25 quare intrat regula ſupra firmata quòd poſt † didi-
cita teſtificata non datur remiſſoria cum articuli
ſint de directo contrarij, vt bene ad propoſitum
*Angel. in alleg. auth. de teſtib. §. quia vero num. 19.
col. 2. verſ. in hoc credo verum, Lanfran. de teſtib.
nu. 36. verſ quod eſt intelligendum.*

Et prædicta comprobãtur, quia reſignans nihil
aliud petit quam reprobare dicta teſtium reſigna-
26 tarij, quod non licet poſtquam didicita fuerũt te-
ſtificata *Abb. in d. c. fraternitatis nu. 3. ibi oppono
vlterius, Ant. Hering. de fideiuſſorib. c. 4. num 51.
Port. conſ. 229. nu 7. Matth. Berlich. deciſ. 50. n. 5.
qui alios allegat. Et licet ſpeculator. de teſtib. lib. 1.
par. 4 §. 10. num. 1. verſ. et poſt, et nu. 3. verſ. poſt
publicationem, et alii quos allegat. idem Berlich.
d. deciſ. 50. num 4.* teneant contrarium, tamen vt
ipſe ſpeculator declarat loco proximè allegato *in
princ. verſ. hac tamē diſtinctione ſeruata obiectus*,
27 procedit quando ante publicationem pars † ſe
opponit conteſtando velle opponere contra perſo-
nas & dicta teſtium, & ſequitur *Berlich. d. dec. 50.
num. 6.* quod non fuit factum in caſu iſto, ſed reſi-
gnans propria auctoritate abſque alio decreto Iu-
dicis didicit mediantibus ſuo procuratore & agē-
tibus teſtificata pro parte reſignatarij.

Minus etiam obſtat, quòd reſignans petit re-
28 miſſoriam in partibus, in quibus † ipſe non adeſt,
& ideo ceſſat timor ſubornationis, quare illa non
eſt deneganda, prout non denegatur examen illi,
29 qui nominatis teſtibus † Iudici ſe abſentat prout
eſt cautela, *Bald. in l. ampliorem. 35. n. 5 poſt princ.
verſ. ex prædictis inferas C. de appell. Roman. conſ.
479 num. 4. cum alijs congeſtis per Addent. ibi, et
alios congerit Farin. alleg. quæſt 75. num. 176. vbi
etiam refert Doct. atteſtantes de communi; Matth.
Berlich. d. concl. 40. n.* 26. Nam fuit reſponſum
30 † *quòd multi Doct. et quidem grauiſſimi tenent
contrarium, quos allegat ipſe Farinac. num. 187.
quibus addo Gail. lib. 1. de pace publ. c. 18. num. 9.
et Armin. Piſtor. obſeruat. 183. num. 15.* ſed quic-
quid ſit de hac opinione, vſu nō eſt recepta & me-
31 rito, vt dicit idem *Farin. loc. cit.* ridiculum eſt † di-

cere

cere quod ex abſentia partis ceſſet ſubornatio te-
ſtium cum vnus quiſque facilè poſſit conſiderare,
quòd pars poteſt ſubornare teſtes antequam illos
Iudici nominauerit & Viuius, quem ipſe *Farinac.
allegat.opin.896.num.*8.dicit quòd per viginti duos
annos, quibus fuit Aduocatus nunquam vidit di-
ctam cautelam in iudicijs recipi, ſed bene ſemper
contrarium fuiſſe ſeruatum, & ego ſpatio triginta
32 † ſex annorum, quibus Rotæ Auditor nunquam
vidi hanc cautelam ſeruare, quæ tamen forſan poſ-
ſet adhiberi, ſi aliqua culpa poſſet Iudici imputari,
alias nequaquam prout voluit Celſus *ad Baldum
in d.l.ampliorē. ſub litt.F.Corſetus ſing.378.litt.L.
verb.Teſtes incip.cautelam nouam nu.1.Roman.in
rubr.de Arbitr.nu.36.verſ.item habet cautelam
nouam*.

Secundò, principaliter fuit dictum, denegādam
33 eſſe remiſſoriam propter vehementem † calum-
niam, citra iniuriam loquendo, ex qua paſſim de-
negatur, vt fuit reſolutum in *cauſa Caurieñ iuriſ-
dictionis* 26. *Februarij* 1587. *coram Robuſterio
ſanct.mem.Greg. deciſ* 414. *num.*8. *Rot. deciſ.*726.
*num.*7. *par.*4. *diuerſ.Mantic.deciſ.*312.*num.*9.*&
deciſ.*55.*n.*5.*& eſt deciſ.*277.*n.*3.*par.*1.*in poſthum.
& ſunt deciſiones meæ impreſſæ* 121. *nu.*1. *&* 339.
*pariter nu.*1. huiuſmodi autem calumnia vehemēs
34 ex eo deducebatur, quia cum † hoc iudicare pen-
deat ab arbitrio Iudicis, quia ex varijs cauſis ſolet
calumniam concipere, vel non concipere, *l. Iudi-
ces, & auth.quid eloquentiſſimi. C.de fid. inſtr. &
fuit dictum in cauſa Regien. S.Thomæ* 10.*Decemb.*
1586. *in verſ.dicebant varias eſſe rationes. coram
Robuſt.Mantic.deciſ.*312.*nu.*10. quare cum ſuper
iſto valore fuerit litigatum ab anno 1617. & Reſi-
35 gnatarius fecerit ſuas probationes, † cum poſt lon-
gam iſtam litem petatur remiſſoria calumnia vi-
detur vehemens *Innoc.in cap.poſt electionem de
conceſſ. præbend. Bald.in l.Iudices. C.de fid. inſtr.
Felin.in cap.de cætero, nu.*12. *de re iudic. Caſſad.
deciſ.*3. *nu.*1. *verſ. quæ remiſſio. de dilat.Caputaq.
dec.*65. *par.*3. *Mantic. deciſ.*61. *nu.* 1. Eoq. magis
iſta procedunt, quia nedū poſt longā litem, ſed poſt
dicta teſtificata, & emanatas tot deciſiones
36 quibus fuit per longas diſputationes † firmatus
valor iſtius Prioratus petatur remiſſoria. Vnde eo
amplius calumnia eſt iudicanda vehemens.
37 Et multum facit quia ſola præſumptio † calum-
niæ impedit ne concedatur noua remiſſoria.*Caſſad.
deciſ.*3.*num.*1. *verſ.qua remiſſio de dilation. Rot.
deciſ.*620.*num.*4.*par.*4 *diuerſ.& deciſ.* 581. *nu.*2.
*par.*2. *in recent. & fuit reſolutum in cauſa Raguſi-
na matrimonij* 10. *Martij* 1588. *coram Bubalo
ſan.mem.Greg.deciſ.*48.*num.*7. *Caualer. deciſ.*87.
38 *nu.*2. vbi quando exceptio non fuerit † appoſita
principio, ſed ad impediendam expeditionem cau-
ſæ quod bene applicatur ad hunc caſum, *idem Ca-
ual.deciſ.*208.*in fin.*
39 Neque obſtat quòd quando articuli † ſunt rele-
uantes, ex ſola præſumptione calumniæ denegatur
remiſſoria, *Aegid.deciſ.*624.*Rota deciſ.* 306.*num.*1.
poſt 2.*vol.conſ.Farinac.* cum alijs, qui poſſent al-
legari, quia fuit dictum hanc concluſionem non
40 eſſe ſimpliciter veram, † niſi cum ipſa releuantia
articulorum detur aliquis fumus, *Caſſad.d.deciſ.*3.

*num.*2.*de dilat.Verall.deciſ.*56.*nu.*3.*par.* 3.*& fuit
reſolutum in cauſa Hiſpalen. præeminentiarum*
15.*Decemb.*1617. *coram bo.me.Mart.Andrea, quæ
eſt deciſ.*593. *num.*5.*par.*2. *in poſthum. & in alia
Burgen.ſepulturæ* 21. *Aprilis* 1600. *coram bo.me.
Epiſcopo Attrebaten.* In hoc autem caſu dato etiā
ſine veri præiudicio, quòd calumnia non eſſet ve-
hemens, & articuli releuantes, remiſſoria non poſ-
ſet concedi, attenta qualitate huius facti, ad quod
41 debet aduertere † Iudex cum iſtis terminis con-
cedere remiſſoriam pendeat plurimum ab eius ar-
bitrio, vt conſiderat *Caſſad.in d.deciſ.*3. *in fin.de
dilat.*

Et ita concluſum, cauſa per plures vices matu-
rè diſcuſſa, & vtraque parte acerrimè informāte.

☞ *Vide infra hanc deciſionem in Additione, prout
in Indice poſito in eius fine. Vbi etiam in eadem
cauſa habes alias deciſiones in hac cauſa, videlicet
ſub diebus* 15. *Maij* 1626. *&* 27. *Ianuarij* 1627.
& 18. *Iunij eiuſdem, &* 19. *Nouembris pariter
ann.*1627.*&* 29.*Maij* 1628. *&* 18.*Ianuarij* 1630.

R. P. D. BVCCABELLA.

Hiſpaleñ Decimarum.
Die Lunæ 3. *Maij* 1635.

ARGVMENTVM.

Decimarum percipiēdi quaſi poſſeſſione pro-
bata, facit, vt poſſeſſori ſit dandum manda-
tum de manutenendo. Exemptio à ſolutione
decimarum vt ſubſtineatur, eſt ſpecialiter
derogandum c.nuper de decim.cum ſit con-
ciliare.

SVMMARIVM.

1 *in Quaſi poſſeſſione aliquid faciendi dicitur, quis
eſſe, ſi fuerit prohibitus ne illud amplius faceret.*
2 *Poſſeſſio de tempore motæ litis ad effectum manu-
tentionis attenditur.*
3 *Poſſeſſio ſemel probata, præſumitur continuata
vſque ad tempus motæ litis.*
4 *Teſtes plures numero, & veriſimiliora deponen-
tes in concurſu ſunt præferendi.*
5 *Teſtes deponentes ſuper affirmatiua, præferun-
tur deponentibus ſuper negatiua.*
6 *Poſſidens, acquieſcens prohibitioni ſibi factæ, de
non amplius vtendo ſua poſſeſſione, deſinit poſſi-
dere.*
7 *Miniſtri abſque ſcientia Domini, non poſſunt illi
præiudicare, in ſua quaſi poſſeſſione.*
8 *Atteſtatione aliqua, ſi quis vſus fuerit, contra
eum probat.*
9 *Priuilegia eximentia à ſolutione decimarum non
ſuffragantur, ſi non ſit derogatum cap.nuper.de
decim.*
10 *Cap.nuper.de decim. cum ſit conciliare, ſi contra
illud diſponatur eſt facienda ſpecifica derogatio.*
11 *Poſſeſſor pendente lite eſt manutenendus.*
12 *Priuilegium non ſoluendi decimas numquid ſuf-
fragetur Equiti Hieroſolymitano, ad hoc, vt il-
larum poſſeſſor lite pendente non manuteneatur.*

DECISIO XLII.

POST Reſolutionẽ die 3. Aprilis proximi * in
cauſa factam, quòd Capitulo nõ eſſet dandũ
mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione
exigẽdi decimas bonorum Equitis Petri Franciſci
de Baraona, de quibus agitur, ea præcipuè ratio-
ne; quia dictus Eques poſt emiſſam profeſſionem
in Religione Hieroſolymitana ſub prętextu exem-
ptionis prohibuerit exactoribus Capituli; ne illas
ampliùs exigerent, ipſumq. Capitulum tali pro-
hibitioni acquieuerit; ac inſuper Equitem prædictũ
inter alios exemptos anno 1630. deſcribi fecerit,
nec aliàs de eius poſſeſſione exigendi docuerit.
Iterum ad inſtantiam eiuſdem Capituli præfatę re-
ſolutioni non acquieſcentis propoſui cauſam ſuper
ijſdem; Et Domini cenſuerunt recedendum à de-
ciſis. Quia immo de dicta quaſi poſſeſſione Capi-
tuli exigendi decimas de bonis Equitis ante pro-
1 feſſionem non dubitatur, † & conſtat etiam ex di-
cta prohibitione exactoribus Capituli facta ne illas
amplius exigerẽt *iuxt. l. manumiſſiones, ff. de iuſt.
& iur. l. decem. ff. de verb. oblig.* & poſt profeſſio-
nem de ea ſatis conſtare viſum fuit ex pluribus Te-
ſtibus, qui expreſsè dicũt Capitulum illas exegiſ-
ſe à diuerſis Colonis, & Arrendatarijs dd. bonorũ,
tàm de anno 1629. quo Eques profeſſionem emi-
ſit, quàm de anno ſubſequenti 1630. ſicq de tem-
2 pore motæ † litis, quod ad iſtum effectum manu-
tentionis attenditur, *§. retinẽdæ inſtit. de interdict.*
& in iſtis terminis *trad. Rebuff. de decim. q. 9. nu 3.
& ſeq. Menoch. de retinen remed 3. num. 134. Rot.
dec. 291. nu. 1. & dec. 349. num. 1. poſt conſ. Fari-
nac. lib. 2.*

Nec refragantur Teſtes adducti pro parte Equi-
tis Petri Franciſci deponentes contrarium, ſcilicet
ipſum Equitem, & aliquos eius colonos, & arren-
datarios à tempore emiſſæ profeſſionis pro ſupra-
dictis bonis decimas Capitulo non ſoluiſſe; quia
vltra quòd non concludunt quoad alios colonos,
& arrendatarios, qui decimas eidem Capitulo ſol-
uere potuerunt, prout illas ſoluerunt, vt ſupradicti
Teſtes deponunt, nec controuertunt, quòd Capi-
tulum ante profeſſionem eſſet in quaſi poſſeſſione
3 † exigendi, quæ ſufficit ad iſtum effectum, quia in
dubio etiam poſt profeſſionem continuata præſu-
mitur, *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina, nu. 23. verſ.
prima concluſio de cauſ. poſſ & propr. Rot. dec. 223.
num. 7. par. 1. recent.* Fuit reſponſum, quòd Teſtes
4 Capituli ſunt in concurſu præferendi, tum quia † ſũt
plures numero, & veriſimiliora deponunt, *cap. li-
cet cauſam verſ. ex premiſſis de probat. Afflict. de-
ciſ. 362. nu. 2. & 6. Gabr. de teſt. concl. 4. nu. 50. Cæ-
ſar de Graff deciſ. 13. num. 7. & ſeq. de re iudic.* tũ
5 etiam quia iſti deponunt ſuper affirmatiua † exa-
ctionis, illi vero ſuper negatiua, *gloſ. in l. diem pro-
ferre, §. ſi plures verb. conſenſerunt ff. de arbitr.
gloſ. fin. in fin. in c. 1. de præſcript. in 6. Gabr. de teſt.
d. concl. 4. num. 1.* & ad effectum manutentionis,
Boccat. de interdict. vti poſſid. cap. 14. num. 37.

Nec ſubſiſtit quòd cum Eques Petrus Frãciſcus
emiſſa profeſſione ſolutionem decimarum denega-
6 uerit. Capitulum huiuſmodi † denegationi acquie-
uerit, ſicq. poſſidere deſierit. Quia immo ex dedu-
ctis patet, quod Capitulum ſemper cõtinuauit di-
ligentias pro huiuſmodi exactione, & anno imme-
diatè ſubſequenti 1630. poſt paucos menſes ma-
nutentionem iudicialiter petijt, ac etiam de facto
decimas ſaltem ab aliquibus colonis, ſeu arrenda-
tarijs exegit, vt deponunt teſtes ſupradicti.

Minùs ſubſiſtit, quòd miniſtri Capituli de anno
1630. deſcripſerint Equitem Petrum Franciſcum
in Quaderno, ſeu Libro, in quo alij exempti ab hu-
iuſmodi decimarũ ſolutione deſcribi conſueuerint.
Quia prętérquam quod Capitulum de eodem tem-
pore manutentionem cõtra ipſum Equitem ex di-
cta quaſi poſſeſſione iudicialiter petijt. Et miniſtri
7 † abſque ſciẽtia ipſius Capituli, quoad dictam qua-
ſi poſſeſſionem illi prę iudicare non poterant, vt per
*Rip. in d. cap. cum Eccleſia Sutrina nu. 65. de cauſ.
poſſeſſ. & propr. Rot dec. 184. num. 1. & ſeq. par. 1.
diuerſ. coram Card. Caual. deciſ. 56. num. 2. & in
cauſa Colimbrien. præſtimoniorum 28. Apr. 1633.
coram Reuerendiſſ D. meo Decano.* Pro reſpon-
ſione ponderatum fuit, quòd in dicto quaderno nõ
deſcribuntur exempti à ſolutione decimarum, ſed
exceptuati ab vniuerſali arrendamento earũdem,
ſolùm ad effectum, vt non obſtante prætenſione
exemptionis, vel alia ſimili cauſa decimæ, ab ipſis
per ipſum Capitulum fideliter exigantur, vt ex at-
teſtatione Cancellarij ipſius Capituli ibi (Cuius
diezmos ſe an exceptuado &c. para cogerlos ex
8 fieldad;) quæ quidem atteſtatio † contra Equitem
Petrum Franciſcum, qui ea vſus eſt magis probat,
vt per *Rot. deciſ. 2. de fid. inſtrum. Put. dec. 334. n. 2.
lib. 1. cum ſimilibus.*

Nec demum refragantur priuilegia eximentia
Equites Hieroſolymitanos à ſolutione decimarũ;
9 Quia placuit reſponſio, † quòd cum huiuſmodi pri-
legia non de· ogent *c. nuper de decim.* quod vti cõ-
10 ciliare ſpecificam derogationem † requirit, *Ar-
chid. in c. 1. num. 2. de conſt. in 6. Rota coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano deciſ. 269. num. 6. & de-
ciſ. 341. num. 2. verſ. tamen quia par. 1. recent.* ac
etiam ex alijs cauſis Capitulum prætendat dicta
priuilegia Equiti Petro Franciſco non ſuffragari
donec iſta diſcutiantur, & de eorum releuantia vi-
11 deatur, † idem Capitulum in eius quaſi poſſeſſio-
ne manuteneri debet, *Rot. dec. 205. nu. 3. par. 2. re-
cent. coram Greg. XV. deciſ. 449. num. 9.* & de † di-
ctis priuilegijs Equitum Hieroſolymitanorum *d.
deciſ. 341. num. 2. & ſeqq. par. 1. recent.*

Et ita deciſum vtraque parte informante &c.

*Vide infra hanc deciſionem in additione prout in
Indice poſito in eius fine.*

R. P. D. MOTMANNO.

Imoleñ Succeſſionis.

Die Lunæ 7. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Statutũ ſi diſponat, quòd ſi quis decedat ab in-
teſtato ſine liberis, relicta matre, vel aliquo
aſcendenti, ſeu deſcendenti aut tranſuerſali
ex linea materna, illi ſic defuncto, ſuccedant
con-

coniuncti ex linea paterna, matre, aliiſque coniunctis ex linea materna excluſis, modo quæritur an hoc ſtatutum comprehendat, ſororem defuncto coniunctam, aliter, quam ex linea materna.

SVMMARIVM.

1 *Soror defuncti minimè concurrit cum matre ad hæreditatem fratris, in terminis ſtatuti præferentis agnatos.*

2 *Diſpoſitio limitata ad certas perſonas, ad alias extendi non debet.*

3 *à Statuto caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis, & nu. 11.*

4 *Soror defuncti de iure communi excludit patruũ.*

5 *Statuti verba excludentia lineam maternam à ſucceſſione, oſtendunt eam fuiſſe mentem ſtatuentium, vt excludatur genus maternum, non vero agnatos, & conſanguineos, qui de iure alioquin ſunt vocati & nu. 13.*

6 *Statuti verba, in eo, quo deficiunt, eſt iuri conſentaneum, vt pariter ceſſet diſpoſitio d. ſtatuti.*

7 *Remotior, ſi excluderet proximiorem abſurdum eſſet.*

8 *Soror defuncti remouendo obſtaculum ſucceſſionis patrui, aperit matri viam ad ſucceſſionem filij, & num. 12.*

9 *Soror fratri defuncto, ſi ſit conſanguinea hoc eſt ex parte patris tantum coniuncta, cum matre ad ſucceſſionem eius filij concurrere non poteſt.*

10 *Regula ſi vinco, vincentem te &c. procedit, vbi vtraque virtus venit ex eadem cauſa, vel eodem iure, ſecus vero, quando veniunt ex diuerſa num. 15.*

14 *Statuta excluſiua matris propter agnatos, eatenus locum habent, quatenus agnati ſuccedant, itaut ſi excludantur ab alio, vel alias non ſuccedant, tunc ceſſat diſpoſitio ſtatutaria.*

17 *Mater, ne à luctuoſa filij hæreditate excludatur intuitu pietatis, ei deferenda eſt ſucceſſio filiorum, in caſu à ſtatuto non expreſſo.*

18 *Statutũ, ſi dicat, defuncto ſuccedant. Maſculi ex linea paterna intra quartum gradum coniuncti, videtur excludere ſororem conſanguineam. vide num. 20.*

19 *ex Maſculorum vocatione inſurgit virtualis excluſio fœminarum.*

DECSIO XLIII.

STATVTO Imoleñ ſub rub. 48. lib. 2. circa ſucceſſionem coniũctorum ita diſponitur, quòd ſi quis vel ſi qua ſine liberis ab inteſtato decedat relicta matre vel aliquo aſcendente, ſeu deſcendente aut tranſuerſali ex linea materna, illi ſic defuncto, ſeu defunctæ ſuccedant coniuncti ex linea paterna, matre, aliiſq. coniunctis ex linea materna excluſis. Quam diſpoſitionem ſtatuentes poſtmodum declararunt his verbis quòd mater, & alij ex linea materna non ſuccedant filio, vel filijs maſculis deſcendentibus ſine liberis, ſed coniuncti maſculi ex linea paterna vſque ad quartum gradum defuncti, ſeu defunctæ ſuccedant, matre, ac alijs coniunctis ſupradictis ex linea materna excluſis.

Cuius Statuti lectura in parte excluſiua matris, & coniunctorum ex linea materna videbatur continere excluſionem matris ac lineæ maternæ propter maſculos ex linea paterna, & propter vocationem maſculorum in parte incluſiua continere fauorem agnationis, ideoq. fœminis ex eadem linea paterna coniunctis auferre ſucceſſionem, & hac ratione 4. Iunij 1632. coram me fuit dictum hæreditatem filij ſine liberis, & ab inteſtato præmortui ſpectare non ad matrem, ſed ad patruum ex linea paterna illi coniunctum acquieſcente ſorore
1 defuncti, quæ † cum ſit conſanguinea minimè concurrit cum matre ad hæreditatem fratris, & allegata fuit doctrina *Bart. in l. 2. §. videndum num. 2, ff. ad S. C. Tertull.* in terminis ſimilis ſtatuti præferentis agnatos.

Nihilominus Domini iterum propoſita pluries cauſa ſuper eiſdem à dicta reſolutione cenſuerunt eſſe recedendum. Quia verba prædicti ſtatuti quæ excludunt matrem, alioſq. ex linea materna coniunctos non comprehendunt ſororem defuncto cõiunctam aliter quam ex linea materna, extra quam
2 diſpoſitio excluſiua ſtatuti eum ad † huiuſmodi lineam ſit limitata, ad alias perſonas extendi non debet, *Bald. in l. illam nu. 3. C. de collat. & in l. quicumque num. 12. C. de ſeru. fugit. Brun. in tractat. quod extant. maſcul. art. 6. quæſt. 8. verſ. 2. quæro. Gabr de ſtatut. concluſ. 7. num. 35.* ſed tanquam
3 caſus à ſtatuto † omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis *l. commodiſſimè ff. de liber. & poſt-*
4 *hum.* quo iure attento † ſoror defuncti excludit patruum *§. ſi igitur il 2. Auth. de hæred. ab inteſt.* vnde ſumpta eſt *Auth. poſt fratres C. de legitim. hæred.* ita in terminis ſimilis ſtatuti conſuluiſſe *Collegium Peruſinum inter conſil. Angel. 210. ex Anchar. referunt Corn. conſil. 191. num. 10. vol. 4. Dec. conſ. 70. num. 2. Surd. conſ. 416. num. 19. cum ſeq. Honded. conſ. 2. nu. 31. vol. 2. Bertazzol. conſ. ciuil. 95. num. 18 Gabr de ſucceſſ. ab inteſt. concluſ. 4. num. 10.* Verba enim limitatiuè prolata ad lineam
5 maternam oſtendunt eam fuiſſe † mentem ſtatuẽtium vt excluderent genus maternum, non vero agnatos, & conſanguineos qui de iure alioqui ſunt vocati, vt inquit *Pariſ. conſ. 47. nu. 71. cũ ſeq. vol. 3.*
6 & in eo quo verba huiuſmodi deficiunt † eſt iuri conſentaneum vt pariter ceſſet diſpoſitio ſtatuti *l. ſi eum ſeruũ §. non dixit ff de acquir. hæred. Bald. conſ. 295. per tot. vol. 2.* vbi præterea ratione abſurditatis quæ ſequeretur eo quòd ſoror etiam carna-
7 lis, vel filia fratris ab agnatis magis remotis excluderetur reijcit ſupra relatam opinionem *Bart. in l. 2. §. videndum. num. 2. ff. ad S. C. Tertull. & cum Bald. ſentiunt Barbat. conſ. 16. vol. 1. Aret. conſ. 27. Soccin. ſen. conſ. 207 vol. 2. præter alios allegatos per Honded. d. conſ. 2. vol. 2.*
8 Dicta igitur ſoror remouendo † obſtaculum ſucceſſionis patrui aperuit matri viam ad ſucceſſionem filij *l. 2. § ſi ſit agnatus ff. ad S. C. Tertull. Bart. in l. 1. § qui habebat ff. de bonor. poſſ. contr. tab. Alex. in d. conſ. 210. nu. 2. cum ſeqq.* & hanc opinionem non modo communem dicunt *Brun. in d. tractat. quod ſtant. maſcul. art. 6. quæſt. 3. num. 78. Ruin. conſ. 169. num. 15. vol. 3. Pariſ. qui plures allegat d. conſ. 47. num. 74. etiam vol. 3. Alb. conſ. 761. n. 36.*

Gabr. de ſtatut. concluſ.7. num.35. Giouag. conſ.1. num.35. vol.1. ſed etiam probauit *Rota in Fauentin. ſucceſſionis coram bo.me. Card. Pamphilio, & eſt deciſio 19. inter impreſſ. par.1. recent.*

9 Non obſtat quòd in præſenti caſu ſoror † defun-
cti ſit illi conſanguinea hoc eſt ex parte patris tan-
tum coniuncta quæ cum matre ad ſucceſſionem
eius filij iuxta priorem huius cauſæ deciſionem
concurrere non poteſt; Vnde ſi patruus excludit
matrem, & mater excludit ſororem defuncti con-
ſanguineam multo magis patruus debet excludere
10 ipſam ſororem iuxta regulam † ſi vinco vincētem
te, &c. quia ad effectum vt ceſſet diſpoſitio ſtatuti,
& caſus dicatur omiſſus, ac proinde remaneat ſub
11 diſpoſitione † iuris communis ſufficit ſola exiſten-
tia perſonæ non excluſæ ab ipſo ſtatuto, quæ non
obſtante quòd ex alio impedimento proueniente
12 à iure communi, minimè ſit ſuccesſura, † attamen
viam aperit alij ſuccedenti iuxta dictum textum in
l.2. §. ſit agnatus ff. ad S.C. Tertull. Aretin. d. conſ. 27. num.1. & 2. quod repetit *in conſ. 158 num. 3. & 4. verſ 1. quia Paul. de Caſtr. conſ. 449 etiam num.3. vol.1. Soccin. ſen. conſ. 28. num. 20. verſ. ſed in caſu noſtro vol.4. Ruin. d. conſ. 159. num. 15. vol.3. & Rota d. deciſ. 59. par.1. recent.* qui ponūt
caſum in perſona excludente quæ licet non ſit apta
ad ſuccedendum, viam tamen aperit matri ea ſo-
13 lum ratione quòd perſona à † ſtatuto omiſſa non
verò gradus ſucceſſibilis ſtatutariam ceſſare faciat
diſpoſitionem, & caſum ſucceſſionis reduci ad di-
ſpoſitionem iuris communis, quæ ratio fuit præci-
pua *d. deciſ. 59.* & ex his firmata concluſio quòd ſi-
14 milia ſtatuta excluſiua matris † propter agnatos
eatenus locum habeant quatenus agnati ſuccedāt
itaut ſi quando excludantur ab alio, vel aliàs mi-
nimè ſuccedant tunc ſtatutaria ceſſet diſpoſitio, vt
per *Dec. in ead. dec. allegat. conſ. 378. qui ſub nu. 3.*
pluribus auctoritatibus Doctorum etiam probat
dictam opinionem eſſe communem.

Neque applicabilis in hoc caſu eſt dicta regula
15 † ſi vinco vincentem te, &c. quoniam procedit vbi
vtraque virtus venit ex eadem cauſa, vel eodem
iure, ſicuti quando auus maternus excluſus à ma-
tre concurrit cum patruo, ſecus verò quando ve-
niunt ex diuerſa veluti ſoror coniuncta nō per ma-
trem, ſed per patrem, vt declarando dictam regulā
reſpondit *Soccin d. conſ. 28. num. 29. vol4* & dixit
Rota d. deciſ. 59. num.2. in fin. Cuius dicti ratio ex
pluribus Doctorum reſponſis colligitur, quòd nē-
16 pè † ius ſororis excludentis patruum cum proue-
niat ex diſpoſitione iuris communis ſit potentius
quàm in excluſione matris valeat eſſe ius patrui
proueniens à ſtatuto, & ſic à iure ſpeciali, vt ex
Bart. in d l.1. §. qui habebat nu 4. in fin. ff. de bon. poſſ contr. tab. Aretin. d. conſ. 27. ante nu. 2. & conſ. 158. num.3.
17 Accedit fauor matris cui ne à luctuoſa † filij hæ-
reditate excludatur intuitu pietatis in dubio defe-
rendam eſſe ſucceſſionem in caſu à ſtatuto non ex-
preſſo per *text. in fin. §. fin autem C. ad S. C. Tertull.* reſpondit idem *Aretin. in d. conſ 158. num. 4. cum alijs in ſupradicta deciſione 59. allegatis.*

Minus obſtat quòd prædictū ſtatutum dum di-
18 cit ſuccedant maſculi ex linea † paterna intra
quartum gradum coniuncti videatur excludere ip-
ſam ſororem conſanguineam eo quòd ex vocatio-
19 ne maſculorum inſur at † virtualis excluſio fœmi-
narum. Quia duæ ſunt partes ſtatuti, altera ſcili-
cet excluſiua matris, & coniūctorum ex linea ma-
terna, & altera agnatorum incluſiua quæ ſunt adeò
ſibi inuicem correſpectiuæ, ac correlatiuæ, vt per
excluſionem vnius includatur alius, & per vnius
incluſionem alius excludatur. Vnde ſequitur quòd
quemadmodum in prima parte excluſiua ſunt ſo-
lummodo mater, & coniuncti ex linea materna, ita
pars incluſiua eatenus admittit maſculos intra
quartum gradum agnatos quatenus mater, vel cō-
iuncti per lineam maternam extant, & concurrūt.
Cum vero hic extet alia perſona non quidem ſexus
maſculini, ſed coniuncta per lineam paternam,
qualis eſt ſoror conſanguinea à ſtatuto minimè cō-
ſiderata, rectè dicitur quòd caſus iſte ſit omiſſus,
quòdq. fauor agnationis non ſit abſolutus, ſed cor-
reſpectiuus ad excluſionem coniūctorum ex linea
20 materna, itaut † incluſio maſculorum ex linea
paterna intelligatur in præiudicium coniunctorum,
ex linea materna non autem aliorum qui à perſona
matris excluſa dependentiam non habent *Bald. in d. l. illam num.3 verſ. item non obſtat 2. ratio C de collat. Soccin. conſ. 122 n.86. etiam vol.3. & Gabr. conſ. 15. num.22. verſ non obſtat igitur vol.1.* & ita
declarandam eſſe doctrinam *Bart. in d. l.2. §. videndum ff. ad S.C. Tertull.* ſubiungit *Aretin. in d. cōſ. 158. n.4. verſ. non obſtat ratio, & proſequitur Cyriac. controuerſ forenſ. cap. 186. num.22.*

Et ita vtraque &c.

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Cordubeñ Decimarum de Lucena.

Die Mercuris 10. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Tractatur, an Patres Ieſuitæ ſint in quaſi poſſeſ-
ſione exemptionis à ſolutione decimarum
contra Excellentiſs. D. Ducem de Cardona.

SVMMARIVM.

1 *Poſſidenti de tempore mota litis datur manutētio.*
2 *in Poſſeſſione continuanda metimur ius ex parte poſſeſſoris.*
3 *in Quaſi poſſeſſione aliquid exigendi ſi quis ſe eſſe non probet, ex hoc reſultat quod aduerſarius, ſit in quaſi poſſeſſione exemptionis.*
4 *Poſſeſſio contra priuilegiatos non ſuffragatur.*
5 *Priuilegia, quando reſpiciant petitorium.*
6 *Sententia lata ſuper ſtatu in contradictorio iudicio faciunt ius, quo ad omnes, & num 7.*
8 *Decretum irritans, antequam non iuſtificetur, non tollit inſiſtentiam facti.*
9 *Priuilegij exceptio impedit manutentionem.*
10 *Mandatum de manutenendo dependens à negotio principali, tunc eſt diſcutiendum negotium principale.*
11 *Superior Religionis non poteſt renunciare priuilegijs Religionis.*
12 *Clericus non poteſt renunciare priuilegijs fori.*

DE-

DECISIO XLIV.

FVIT per Dominos reſolutum, Excellentiſſ.
D. Duci de Cardona non eſſe dandum mandatum de manutenendo in poſſeſſione exigendi decimas ex bonis, quæ Patres Ieſuitæ poſſident, cùm
1 de eius poſſeſſione non conſtet † de tempore litis
motæ, ſed potius de quaſi poſſeſſione dictorum Patrum non ſoluendi, *§. hodie, inſtit. de interdict. Verall. dec. 199. par. 2. Rota deciſ. 390 in princ. par. 1. diuerſ.*

Neque obſtat quòd dictus Excellentiſſimus D. Dux eſſet in poſſeſſione exigeñ decimas ſuper iſtis bonis, antequam Patres Ieſuitæ illa habuerint, &
2 in continuanda poſſeſſione, † metiamur ius ex par-
te poſſeſſoris, iuxta *deciſ. 626. Guid. papæ.* Quia huic fundamento dupliciter fuit reſponſum: & pri-
3 mò quòd cum Dominus Dux non probet † eſſe in
poſſeſſione exigendi contra Patres Ieſuitas, reſultat ipſos eſſe in quaſi poſſeſſione exemptionis, & ſic poſſeſſio contra antéceſſores, non iuuat contra Patres. *Cardinalis in c. nuper in primo notab. de decimis, & facit deciſ. Put. 301. lib. 2. in correct. & Abb. in cap. cum in tua. nu. 6. ad finem verſ. & intellige. Anan. Anchar. & Collect. omnes ſub num. 3. de decimis*

Secundò fuit reſponſum quòd Excellentiſſimus D. Dux non probat poſſeſſionem ſuam contra priuilegiatos, quales sũt Patres Ieſuitæ ex priuilegijs Pauli III. Pij IV. & Gregorij XIII. & ideo poſſeſ-
4 ſio contra † priuilegiatos ei non poteſt ſuffragari,
Put. d. deciſ. 301 lib. 2. & facit *Butr. in c. ſignificante, ſub num. 11. de appellat.* Nec in hoc caſu poteſt dici, quòd priuilegia reſpiciant petitorium; cum
5 fuerint † canonizata per plures deciſiones, in cau-
ſa *Carthaginen. decimarum 20. Februarij, & 10. Decemb. 1578. & 26. Ianuar. 1579. coram Bubalo,* quæ habẽtur penes Leonium *in Theſaur. fori Ecleſiaſtici par. 2. c. 27. nu. 71. & ſeqq. & in cauſa Ciuit. Caſtelli decimarum 25. Iunij 1629 coram R.P.D. meo Ghiſilerio.* & fuit etiam dicta exemptio Patrum canonizata per tres conformes latas per tres Auditores inſignes, videlicet Bubalum, Seraphinum & Blanchettum: quæ ſententiæ & deciſiones, licet emanauerint in alia cauſa, tamen
6 cum fuerint latæ quodammodo † ſuper ſtatu in
contradictorio iudicio, faciunt ius quoad omnes, *l. ingenuum, vbi gloſ. Bart. & DD. ff. de ſtat. homin.* & in terminis horum priuilegiorum fuit dictum *in d. cauſa Ciuit. Caſtelli coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

Et prędicta eò magis procedunt, cum dicta pri-
7 uilegia contineant exemptionem † pro bonis ac-
quiſitis, & acquirendis, cum ſpecifica derogatione *c. nuper de decimis,* & cum clauſula ſublata, & decreto irritanti, quod inficit titulum & poſſeſſioné, & cum clauſula quòd de ſubreptione, & obreptione, alijſq. clauſulis ampliſſimis, quæ operantur, vt non poſſit aliter iudicari, & ſi conſtet de poſſeſſione contraria, ea irritetur. Quod quidem decretum
8 † irritans licèt antequam iuſtificetur, non tollat
inſiſtentiam facti, attamen in hac facti ſpecie ex dd. deciſionibus, & ſentẽtijs ſatis videtur iuſtificatum: & hæc omnia optimè fuerunt conſiderata in prælcitata cauſa Ciuitatis Caſtelli Decimarũ, & prius agendo de priuilegijs Carthuſianorum, *in cauſa Adrien. decimarum 14. Decemb. 1607 coram bon. me. Patriarcha Manzanedo.*

Et eò amplius prædicta debent admitti, quia
9 † exceptio priuilegij impedit manutentionem,
Guidop. dec. 107. & licet iſta deciſio debeat intelligi, quando mandatum de manutenendo dependet
10 à negotio principali, † quia tunc eſt diſcutiendum
negotium principale *Capic. dec. 72. Lancell. de attent. cap. 29. q. 9. num. 4.* Attamen idem eſt in caſu iſto, cum Dominus Dux prætendat ſe habere *immemorabilem, Patres verò oſtendant priuilegia; cum manutentio dependeat ab ipſa immemorabili, illa prius diſcutienda eſt an ſuffragetur aduerſus dicta priuilegia.*

Nec obſtat quod Prouincialis ſe concordauerit cum Excellentiſſimo D. Duce, & renunciauerit priuilegijs Religionis: quia iſta fuit mera ſimplici-
11 tas, quam † Superiores maiores nullatenus debẽt
ſufferre, cum dictus Prouincialis non poſſet renũciare dictis priuilegijs, quæ ſunt conceſſa fauore Religionis, non autem perſonæ particularis; ex qua
12 ratione, † nec clericus poteſt renunciare priuile-
gijs fori, ex allegatis *per Craſſum de effectibus clericatus effectu primo num. 43.*

Denique non obſtant moderationes priuilegiorum factæ per ſanctam mem. Leonem Vndecimum, & S.D.N. quia ſunt ad fauorem eccleſiaſticorum, non autem laicorum, vnde non faciunt ad punctũ.

Ex quibus concluſum fuit, Excellentiſſ. D. Duci non eſſe dandum mandatum de manutenendo.

¶ *Vide infra in hac cauſa alias deciſiones ideſt ſub diebus 15. Iunij 1635. & 27. Februarij 1636. & 30. Ianuarij 1637. coram eod. Reuerendiſſ. Coccino Decano, & in ſequenti parte adſunt aliæ ideſt ſub diebus 29. Maij 1638. & 5 Iulij eiuſdem anni, coram R.P.D. Carrillo, & 7. Februarij 1639. & 13. Maij eiuſdem anni coram R.P.D. Merlino.*

R. P. D. MOTMANNO.

Bononieñ Succeſſionis.

Die Veneris 11. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Vxor, ſi decedat, ſuperſtitibus, viro, filijſq. ſi d. vir ducat aliam vxorem, eaq. ſine liberis moriatur, cum hoc caſu ceſſet periculum, quòd bona in vtilitatem Nouercæ, ac eius filiorum cadant, an intret diſpoſitio l. fœminæ §. illud. C. de ſecund. nupt. & §. hinc nos. Auth. de nupt. & concluſio eſt affirmatiua, cum potiſſima ratio dd. ll. ſit, iniuria illata coniugi præmortuæ, & ex ea filijs.

SVMMARIVM.

1 *Parentes tranſeuntes ad ſecunda vota tenẽtur reſeruare quæſita ex filijs prædefunctis primi matrimonij, aliis filijs ſuperſtitibus natis è d. priori matrimonio, & num. 3.*

Digitized by Google

2 *L. fœmina. §. illud. C. de ſecund. nupt. & §. hinc nos. Auth. de nupt. procedunt etiam in patre ſecundò nubente ex identitate rationis.*

4 *Mater, vel pater ſi tranſeant ad ſecunda vota, & eorum coniux moriatur ſine filijs, an ceſſet diſpoſitio, l. fœmina. §. illum. C. de ſecund. nupt.*

5 *Excluſionis cauſa ceſſante, ceſſat etiam ipſa excluſio.*

6 *Coniux ſuperſtes, ſi tranſeat ad ſecunda vota, infert iniuriam præmortuæ coniugi, & ex ea ſuperuenientibus filijs.*

7 *Sarmient. ſelect. lib. 1. c. 4. nu. 3. reijcitur.*

8 *Iniuria illata per maritum vxori prædefunctæ per tranſitum ad ſecunda vota non ceſſat ſoluto illo ſecundo matrimonio.*

9 *Iniuriæ illatæ ratio in parentibus tranſeuntibus ad ſecundas nuptias poſt acquiſitam filij prædefuncti hæreditatem modo limitat, quo in alijs factis binubis, antequam filij hæreditas fuerit delata, & num. 10.*

11 *Pater, eo ipſo, quod ſecundæ vxori ſe coniunxit, lex ipſa dominium rerum filij prædefuncti attribuit alijs filijs.*

12 *Filia excluſa propter maſculos, illis deficientibus, & ſic ceſſante cauſa excluſionis admittitur ad ſucceſſionem.*

13 *Emphyteuta, qui alienauit, non incurrit in pœnã caducitatis, ſi ante illius declarationem, & ius ſucceſſoribus in emphyteuſi acquiſitum, obtinuerit reſcindi venditionem.*

14 *Filia, quæ in corpus ſuum peccauit, poſtquam nupſerit, & cum marito honeſtè vixerit, & ſic poſt abſterſam maculam, dos debetur.*

15 *Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & obſtaculo ſublato, res reuertitur ad ſuum ſtatum. & quãdo iſta regula procedant. vide nu. 16. & quando non, num. 17.*

16 *propter Filiorum numerum, lex concedit priuilegium immunitatis.*

19 *Priuilegium conceſſum à lege propter numerum filiorum non ceſſat ſi aliqui dd. filiorum moriãtur poſtea, ſed remanet priuilegium, ea ratione, quòd ſufficiat, cauſam adfuiſſe, quo tempore priuilegium fuit conceſſum.*

20 *Mater, poſt obitum viri, non habilitatur ad ſucceſſionem filij defuncti, cui adhuc impuberi trãſiens ad ſecundas nuptias, non petijt tutorem.*

21 *Mulier binuba, non recuperat legatum à primo viro ei relictum, quamdiu castè, ac honeſtè vixerit.*

22 *Creditor, qui faſſus eſt, ſe creditorem eſſe in certa ſumma, abſque aliqua conditione taxatiua, non videtur fateri ſibi plus non deberi.*

24 *Filia. ſi renunciet bonis paternis, & maternis, in ea renunciatione comprehendi non poteſt portio bonorum ipſi filiæ acquiſita, non tanquam hæredi, ſed vti, quid ſuum, vel ex aliã cauſa ſibi debitum.*

25 *Renunciationes non debent extendi vltrà caſum expreſſum.*

26 *Filiæ renunciatio bonorum paternorum &c. non extenditur ad lucra, quæ in pœnam ſecundarum nuptiarum ei debentur.*

DECISIO XLV.

NOBILIS quondam mulier Peregrina Capella deceſſit ſuperſtitibus Comite Vlixe
Bentiuolo eius viro, ac Comite Franciſco Alexandro, Georgio, & Blanca, ac Maria filijs, illiq. iuxta diſpoſitionem Statuti ſucceſſerunt maſculi excluſis fœminis. Deinde Comes Vlixes aliam duxit vxorem eaq. ſine liberis defuncta obijt Georgius ſuperſtitibus dicto Comite Vlixe eius patre, ac duobus fratribus duabuſq. ſororibus ſupranominatis. Poſtmodum Comes Ferdinandus Barbatia Blanchæ filius, & hæres obtinuit diſputari dubium an prædictus Comes Alexander Comitis Vlixis hæres vniuerſalis quartam partem quintæ portionis hæreditatis Georgij dicto Comiti Vlixi obuentæ teneatur reſtituere. Ratio dubitãdi fuit quòd textus in *l. fœmina, §. illud. C. de ſecund. nupt. & in §. hinc nos poſt med. verſ. ſed quanta Auth. de*
1 *nupt.* ea conditione parentibus ſiue ante, † ſiue
poſt obitum filij ad ſecundas nuptias in filij prædefuncti bonis concedunt ſucceſſionem ab inteſtato
vt proprietatem alijs defuncti fratribus ex priore
matrimonio genitis ſeruare teneantur, quarum le-
2 gum † diſpoſitionem æquè ac in matrem procedere in patre ſecundo nubente ex identitate rationis
notatur per *gloſ. fin. in eod. §. illud & per auth.* neque vir quod ex dot. eit, neque mulier *Collat.* 8. ne
3 bona illis quæ † ex prædefuncto coniuge fuerunt
quæſita peruenire poſſint ad filios ſecundi matrimonij ſicuti conſiderat *Sarmient. ſelect. lib.* 1. c. 4.
num. 3. *verſ. non obſtat*, quæ tamen prouiſio non
videtur habere locum quando vt in præſenti caſu
poſt obitum ſecundæ vxoris, nullis ex ea ſuperſtitibus filijs delata fuit patri ſucceſſio filij defuncti
4 quo † tempore cum ceſſet periculum quòd bona
in vtilitatem vitrici vel Nouercæ, ac eius filiorum
cedant, ceſſare quoque debet legis prouiſio; Vnde
ſequitur quòd ſoluto ſecũdo matrimonio Comitis
Vlixis ex eo extantibus liberis, & ſic remoto obſtaculo prædicta ſucceſſio in bonis Georgij vt ſupra defuncti ſpectauerit ad ipſum Comitem Vlixẽ
eius patrem etiã quoad proprietatem quam tranſmittere potuerit ad Comitem Alexandrum alterũ
filium, & hæredem, eo quod in materia ſucceſſionis
5 † ceſſante cauſa excluſionis ceſſet etiam excluſio,
l. pater filium, & l. ſi inſtituta ff. de inoffic. teſtam.

Verum his non obſtantibus hodie contrarium
fuit deciſum, nempe Comitem Alexandrum teneri
reſtituere quartam partem portionis vt ſupra ob-
6 uentæ patri, quia per † illius tranſitum ad ſecunda
vota irrogata fuit iniuria præmortuæ coniugi, & ex
ea ſuperuenientibus filijs, *§. ſi autem tutelam, verſ. nos autem Auth. de nupt. & §. proſpeximus Auth. de non eligen. ſecund. nup.* quam ſupradictæ
7 legalis prouiſionis potiſſimam eſſe rationem † contra Sarmientum probat *Sanch. de matrim. lib.* 7. *di-*
8 *ſput.* 89. *ſub num.* 2. eo quod † iniuria illata etiam
ſoluto ſecundo matrimonio non ceſſet cum tamen
altera ratio conſeruationis bonorum ſoluto eodem
ſecundo matrimonio minimè impediat quominus
coniux ſuperſtes ſi ab vlterioribus nuptijs abſtinuerit valeat bona pacta conſtantibus ſecundis nuptijs relinquere filijs ex primo matrimonio. Et ſi-

cuti

9 cuti dicta ratio illatæ iniuriæ † in parentibus tran-
ſeuntibus ad ſecundas nuptias poſt acquiſitam filij
prædefuncti hæreditatẽ eodem modo militat quo
in alijs factis binubis antequam filij hæreditas fue-
rit delata dicto *§. hinc nos verſ. ſi autem inteſtatus*
Auth. de nupt. adeo vt hæreditatem ante ſecundas
nuptias delatam ipſi amittant, poſt verò repetitum
10 matrimonium non acquirant, † eo quod vtroque
modo filij prioris matrimonij iniuria ſunt affecti
gloſ. penult. in l. mater, & ibi Salic. & alij C. ad
S.C. Tertull. Ita ſiue de tempore delatæ hæredita-
tis conſtet, ſiue tunc per obitum coniugis ſolutum
fuerit ſecundum matrimonium, vtroque caſu filijs
prioris matrimonij prodeſt prouiſio legis inducta
11 ad eorum fauorem. Statim enim ac pater † ſecun-
dæ vxori ſe coniũxit lex ipſa dominium rerum de-
functi illis attribuit *l. generaliter, §. dominium*
C. de ſecund. nupt. & §. ſi verò expectet ibi, & pro-
prietatis erunt Domini ſecundũ tempus mox quo
mater coniuncta eſt alij viro *Auth. de nupt. quæ*
verba Sãch. in loco præallegato ſub d. n. 2. põderat.

Neque obſtant ſimilia in contrarium adducta,
12 veluti † quòd filia excluſa propter maſculos, illis
deficientibus; & ſic ceſſante cauſa excluſionis ad-
mittatur ad ſucceſſionem; vel quod emphyteuta
13 qui alienauit non incidit † in pœnam caducitatis ſi
ante illius declarationem, & ius ſucceſſoribus in
emphyteuſi acquiſitum obtinuerit reſcindi aliena-
tionem. Vel etiam quòd filiæ quæ in corpus ſuum
peccauit poſtquam nupſerit, & cum marito hone-
14 ſtè † vixerit, & ſic poſt abſterſam maculam dos
debeatur. Quia ſupradicta procedunt iuxta iuris
regulam quòd ceſſante cauſa ceſſet effectus, vel
15 quòd ſublato † obſtaculo res reuertatur ad ſuum
ſtatum, quæ tamen concluſio recipit declarationẽ,
16 vt ſcilicet locum habeat in his diſpoſitionibus † in
quibus requiritur vt cauſa ſemper excludat, vel im-
pediat, quo ceſſante priuatio vel excluſio efficitur
temporalis quemadmodum in ſimilibus in quibus
requiritur quòd cauſa diſpoſitionis ſemper perma-
neat, vt ſcilicet deficiant maſculi duret alienatio,
& conſtet de perſeuerantia in morum diſſolutione,
ad hoc vt in illis caſibus durent effectus excluſio-
17 num. Secus verò in alijs † quæ aliquo tantum
tempore limitato cauſam requirunt, vt eſt iniuria
filijs irrogata quo tempore parẽs viduus alij con-
iugi ſe coniunxit, cuius iniuriæ effectus eſt priua-
tio ſecundo nubentis coniugis in ſucceſſione filij
quo ad proprietatem quam ſufficit eo tempore in-
18 ductam fuiſſe quo illata fuit iniuria, ſicuti † de pri-
uilegio immunitatis à lege cõceſſo propter nume-
rum liberorum differit *Rip. in l. ex facto nu. 13. vſ-*
que ad 17. ff. de vulg. vbi probat quòd ſi aliqui
19 dictorum liberorum poſtea † moriantur non
idcirco ceſſet, ſed permaneat priuilegium ea ratio-
ne quod ſufficiat cauſam adfuiſſe quo tempore pri-
uilegium fuit conceſſum, ſed magis vrgent ſimilia
in his terminis adducta per *Peregr. in conſ. 91. n. 2.*
vol. 2. & Menoch. in eadem cauſa conſulentem
20 *conſ. 278.* quod ſcilicet mater poſt † obitum ſecun-
di viri non habilitetur ad ſucceſſionem filij defun-
cti cui adhuc impuberi tranſiens ad ſecundas nup-
tias non petijt tutorem reſpondit *Ruin. conſ. 86*
21 *num. 4. vol. 5.* & quòd mulier binuba † non recupe-
ret legatum à primo viro ei relictum quamdiu ca-
ſtè ac honeſtè vixerit his, atque alijs rationibus la-
tè probat idem *Menoch. in præalleg. conſ. 278. à*
num. 8. vſque ad 20.

Cum itaque in ſucceſſione Georgij ab inteſtato
delata duobus fratribus totidemq; ſororibus nulla
ratio haberi debeat Comitis Vlixis eorum patris,
ſequitur quòd Comes illius filius teneatur Comiti
Ferdinando filio Blanchæ ſororis dicti Georgij, &
eius nepoti reſtituere quartã partem quintæ por-
tionis, quæ ex huiuſmodi ſucceſſione eidem patri
obuenit eo ſub prætextu quòd illius eſſet capax pe-
rinde ac ſi ſecundum matrimonium minimè con-
traxiſſet non obſtante quòd in iudicio vnam ex
quinque portionibus hactenus petierit, & obtinue-
rit, quia cum ad illam nulla appoſita dictione ta-
22 xatiua † appareat limitatam fuiſſe eius petitionẽ
ſibi ad reliquam de iure debitam adhuc petendam
nequaquam præiudicauit *§. ſi minus vbi Iaſ. nu. 2.*
inſtit. de action. Grammat. deciſ. 68. num. 4. cum
alijs allegatis coram Greg. XV. deciſ. 317. etiam n. 4.

Neque obſtat quòd Blancha prædicta mater Co-
mitis Barbariæ qui hodie petit poſt obitum Geor-
gij, & ſic poſt delatam ei ſucceſſionem ad fauorem
23 eiuſdem Comitis Vlixis patris † renunciauerit bo-
nis non modo paternis, ſed etiam maternis, & cõ-
ſequenter beneficio *d. l. fœminæ C. de ſecund. nupt.*
quia tenor renunciationis eſt vt infra videlicet iu-
rium ipſi Blanchæ competentium in bonis, vel hæ-
reditate matris, ac patris, fratrum, & aliorũ aſcẽ-
24 dentium ex cauſa ſucceſſionis, ſeu legitimæ, † vel
etiam dotis. In quibus compræhendi non poteſt
portio bonorum Georgij ipſi renuncianti acquiſi-
ta non tanquam hæredi, ſed vti quid ſuum vel ex
alia cauſa ſibi tanquam creditori debitum per *tex.*
in d. l. generaliter §. 1. iuncta Auth. ſequen. C. de
25 *ſecund. nupt.* dicta enim renũciatio cõcernit † cau-
ſam ſucceſſionis, vel dotis, non autem lucrum pro-
ueniens à lege ex cauſa iniuriæ propter ſecundum
matrimonium illatæ filijs. Ita in ſimilibus termi-
nis *Oldrad. conſ. 244.* reſpondit talem renunciatio-
nem relatam ad ſucceſſionem propter diuerſam
originem cauſarum non comprehendere quod alio
26 fine, hoc † eſt ad punitionem parentis tranſeuntis
ad ſecunda vota, & vltionem illatæ iniuriæ à lege
eſt inductum; quam ſententiam probat *Dec. conſ.*
230. & inter ſuas obſeruationes recenſet Gail ob-
ſeruat. 98. nu. 10. lib. 2. Et ita vtraque &c.

R. P. D. D V N O Z E T T O.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Lunæ 21. *Maii* 1635.

A R G V M E N T V M.

Cenſus impoſitio facta ab aliquo, contempla-
tione alterius perſonæ, ſecuta eius ratifica-
tione, perinde eſt, ac ſi ab ea fuiſſet celebra-
ta, Cenſum nulliter impoſitum ratificans te-
netur ad damna, & intereſſe. Cenſus impo-
ſitus ſuper fundo alienari prohibito, quando
de-

debeantur damna, & intereſſe loco fructuum, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Cenſum, ſi quis creauerit, ſi alius recognouerit bonam fidem, ac cenſum ſui contemplatione impoſitum fuiſſe, illiusque pretium recepiſſe declarauerit, & ſe obligauerit in forma Cameræ ad omnia &c. ex hoc efficitur principalis debitor, perinde, ac ſi eum impoſuiſſet.*

2 *Communitates, non poſſunt alienare, vel obligare eorum bona abſque licentia Papæ, vel Cameræ Apoſtolicæ.*

3 *ex Cenſu nulliter impoſito nulli fructus debentur.*

4 *Cenſus nulliter impoſitus, ſi quis vti principalis ratificauerit, benè ſubſtinetur ad hoc, vt ipſe teneatur ad fructus loco damnorum, & intereſſe.*

5 *per Ratificationem alicuius inſtrumenti, cenſetur, quis ſe obligaſſe ad omnia contenta in eo.*

6 *Promiſſio facta ad fauorem alicuius fauere non poteſt ei, qui in inſtrumento promiſſionis non interuenit.*

7 *Clauſula, quorum intereſt, aut intereſſe poterit, continetur ſub obligatione Camerali.*

8 *Obligatio reſtricta ad certam perſonam taxatiuè, & conditionaliter hoc caſu clauſula, quorum intereſt non ſe extendit ad alias perſonas.*

9 *Cenſus remanet ſolùm ſub obligatione perſonali, ſi ſit impoſita ſuper fundo alienari probibito.*

10 *Cenſus, quando eſt impoſitus ſuper fundo expreſſè alienari probibito vt debeantur damna, & intereſſe loco fructuum, ſufficit, quòd cenſus ſit impoſitus ſuper fundo certo, & fructifero, etiamſi d. fundus ſit probibitus alienari.*

11 *Cenſus impoſitio ſuper re expreſſè alienari probibita ſciente creditore eſt ab initio nulla, & ex illo non debentur fructus, nec etiam loco damnorum, & intereſſe.*

12 *Sed hoc intellige, quando Dominus rei non conſentit impoſitioni, ac reclamat, ſecus verò ſi id fiat ipſo ſciente, & conſentiente.*

DECISIO XLVI.

COMMVNITAS Proceni ſub die 2. Auguſti 1599. impoſuit annuum cenſum ſcutorum 216. ſuper quadam ſua Tenuta, quem vẽdidit Cornelio Maldachino pretio ſcutorum 2700. promittens inter alia d. cenſus impoſitionem, ac venditionem eſſe, & perpetuò fore bonas; & validas, &c. & in euentum contrarij, de euictione, tàm generali, quàm particulari teneri voluit.

Die verò ſequenti bo. me. Dux Alexander Sfortia recognouit bonam fidem dicti cenſus, illumquè ſui contemplatione impoſitum fuiſſe, & pretium recepiſſe declarauit, fructuſquè ſoluere quolibet anno, ac d. Communitatem, & fideiuſſores indemnes releuare promiſit, vt in inſtrumentis obligatione Camerali vallatis Summario num. 1. & 2.

Lite introducta coram A.C. ad inſtantiam hæredum d. Maidalchini pro conſecutione fructuum d. cenſus, fuit Rota conſulta, An pro dd. fructibus eſſet relaxandum mandatum contra Excellentiſſimum D. Ducem Sfortiam, & per duas deciſiones emanatas *ſub diebus 10. Martij 1628.* & *11. Maij 1629. coram Eminentiſſ. Cardin. D. meo Vbaldo* affirmatiuè reſpondit, quam vigore A.C. mandatum relaxauit.

Cauſa appellationis à d mandato mihi commiſſa cum clauſula, ſi quid exequendum, propoſui dubium, an illud eſſet exequendum, & Domini affirmatiuè pariter reſponderunt, quia illius validitas non controuertebatur, & de iuſtitia ſatis liquere viſum fuit ex benè deductis in dd. duabus deciſionibus.

Quamuis enim ſola Communitas impoſuerit dictum cenſum, illumque vendiderit d. Maidalchino abſque interuentu d. D. Ducis, attamen cum Dux die ſequenti recognouerit bonam fidem, ac cenſum ſui contemplatione impoſitum fuiſſe, illiuſque precium recepiſſe declarauerit, ac fructus ſoluere in forma Cameræ ſe obligauerit, vtique
1 cenſetur † ratificaſſe eundem cenſum, illiuſq; principalis debitor effectus fuit, perinde ac ſi ab initio ipſemet cenſum impoſuiſſet, & eum eodem Maldalchino contraxiſſet. *Mohed. deciſ. 8. de procur. Rot. par. 2. diuerſ. dec. 132. nu. 23.* & *apud Zacch. de oblig. Camer. deciſ. 81. num. 1. cum alijs in dd. deciſionibus allegatis.*

Non obſtat, quòd impoſitio d. cenſus fuerit ab initio nulla ex eo quòd Communitas cõtraxit abſ-
2 que licentia Papæ, † vel Cameræ Apoſtolicæ in alienatione, vel obligatione bonorum Communitatum requiſita iuxta *conſtitutionem Sixti V. 42. in Bullar. nou. §. 5.* innouatam per *Clementem VIII. conſt. 10. §. 12.* & *notat Cene. de cenſib. par. 1. c. 2.*
3 *quæſt. 3. art. 1. num. 16.* ac propterea nulli † fructus debeantur idem *Cene. de cenſib. par. 2. cap. 2. quæſt. 4. art. 7. num. 1. & ſeq.* Quia fuit reſponſum hodie non agi contra Communitatem, cuius fauore dd. conſtitutiones emanatæ fuerunt, ſed contra ipſum Ducem qui vt dictum eſt, ob dictam recognitionem effectus fuit principalis debitor d cẽſus: Vndè eſto quòd d. cenſus fuerit ab initio nullus quoad ipſã Cõmunitatem, nihilominus quoad
4 ipſum Ducem principaliter obligatum † bene ſuſtinetur, ad hoc, vt ipſe teneatur ad fructus loco damnorum, & intereſſe, vt in his terminis recedendo à deciſis *coram Cauatuccio ſub die 29. Martij 1585. apud Cene. de cenſ. deciſ. 45. dixit Rota coram Seraphin. deciſ. 785. & deciſ. 787. & in Tudertina cenſus coram Iuſto apud eumdem Cene. de cenſ. deciſ. 138. & in Romana cenſus S. Celſi corã eodem deciſ. 229. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 61. num. 1. & ſeqq.* & faciunt tradita per *Gregor. XV. deciſ. 560. & deciſ. 564.* & fuit dictum in eiſdem deciſionibus in cauſa factis coram Eminentiſſ. D. meo Vbaldo.

Nec releuat ſi dicatur, cenſum fuiſſe nulliter impoſitum ab ipſa Communitate, non autem à Duce, nec Ducem in inſtrumento dictæ recognitionis ſe obligaſſe in caſu nullitatis cenſus, quia cum ipſa Communitas promiſerit impoſitionem, ac venditionem d. cenſus eſſe, & perpetuò fore bonas, & validas, & in euentum contrarij de euictione tàm generali, quàm particulari teneri voluit, ipſeque Dux recognouerit bonam fidem dictæ impoſitionis, ac venditionis, vtiquè Dux tenetur in caſu

nulli-

Digitized by Google

nullitatis cenſus etiam quod ipſe cenſum non im-
poſuerit, nec expreſſe in inſtrumento d. recogni-
tionis ſe obligauerit in caſu nullitatis quia ob d. re-
5 cognitionē † cenſetur ratificaſſe omnia, quæ in in-
ſtrumento dictæ impoſitionis continentur, vt ſu-
pra dictum fuit, & per conſequens ſe obligaſſe
etiam in caſu nullitatis cenſus, prout ipſa Com-
munitas teneri voluit ad tradita per *Tiraq. tract. de iur. conſt. par. 3. limit. 30. num. 11. & 12.* vbi
plures cumulat *Bald. cōſ. 184. lib. 2. Alex conſ. 127. col. 1. vol. 5. Caſ. de Graſſ. dec. 3. n. 12. de fideiuſſ.*

Non obſtat reſponſio, quòd huiuſmodi recogni-
tio ac promiſſio fuerit facta ad fauorem Commu-
6 nitatis, ideoquè † illi dumtaxat ſuffragetur, non
autem Maidalchino, qui in inſtrumento dictæ re-
cognitionis non interuenit, *Gratian. diſcept. 723. num. 1. & 5. Rota deciſ. 33. num. 3. poſt Conc. de cenſ.* Quia cum in d. inſtrumento enuncietur cen-
ſum impoſitum fuiſſe per d. Communitatem ad
fauorem ipſius Maidalchini, ipſeque Dux reco-
gnoſcendo bonam fidem ſe obligauerit ad ſolutio-
nem fructuum d. cenſus in forma Cameræ, dicta
recognitio, ac obligatio ſuffragatur etiam Maidal-
7 chino emptori cenſus propter clauſulam, † quorū
intereſt, aut intereſſe poterit, quæ ſub obligatione
Camerali continetur. *Rota deciſ. 5. num. 10. & deciſ. 69. num. 4. poſt Galleſ. de oblig. Camer. & deciſ. 246. num. 2. & deciſ. 741. num. 2. par. 1. diuerſ.*

Non obſtat, *d. deciſio 33. num. 3. cum Gratian. d. diſcept. 723.* exaduerſo allegatæ, quia loquitur
8 de † obligatione reſtricta ad certam perſonam ta-
xatiuè, & conditionaliter. quo caſu clauſula, quo-
rum intereſt, non ſe extendit ad alias perſonas ex
iuribus ibi allegatis: At in præſenti caſu obligatio
Ducis non eſt reſtricta ad ipſam Communitatem,
quinimmo in inſtrumento dictæ recognitionis
enunciatur, cenſum impoſitum fuiſſe ad fauorem
Maidalchini, ipſeque Dux ſolutionem fructuum
promiſit, quæ ipſum Maidalchinum, & non a ium
reſpicit, vt fuit in alijs deciſionibus ponderatum.

Nec dicatur, d. cenſum remanere ſub obliga-
9 tione perſonali dumtaxat abſque fundo, † ex quo
cenſus fuerit nulliter impoſitus ſuper tenuta Com-
munitatis alienari prohibita: Nam ad effectum, vt
debeantur damna, & intereſſe loco fructuum, ſuf-
10 ficit, † quòd cenſus ſit impoſitus ſuper fundo cer-
to, ac fructifero, etiamſi d. fundus ſit prohibitus
alienari. *Seraph. d. deciſ. 785. & deciſ. 782. Rota deciſ. 138. & 284. apud Cenc. de cenſ.*

Demum non obſtat, quòd Maidalchinus cen-
ſuarius ſciebat, vel ſcire debebat, tenutam, ſuper
qua cenſus fuit impoſitus, alienari non poſſe per
11 d. conſtitutiones: Cenſus autem impoſitio † ſuper
re expreſsè alienari prohibita ſciente creditore, ſit
ab initio nulla, & ex illo non debeantur fructus,
nec etia loco damnorum, & intereſſe. *Rota deciſ. 309. num. 5. & ſeqq. poſt Cenc. de cenſ. Gratian. deciſ. 13. num. 12 & ſeq. Duard. de cenſib. §. 1. quæſt. 26. ſub num. 14. verſ. Et non tantum*: quia
12 fuit reſponſum, † id procedere, quando Dominus
rei non conſentit impoſitioni, ac reclamat. *Rota deciſ. 13. num. 2. poſt Cenc. de cenſib.* ſecus autem
13 quando, prout hic ipſo ſciente, † & conſentiente
cenſus imponitur, *Mantic. deciſ. 201. Rota deciſ. 70. par. 2. recent. deciſ. 29. & deciſ. 138. nu. 5. verſ. qua propter. poſt Cenc. de cenſib.*

Et ita vtraque &c.

☞ ** *Vide infra has deciſiones in Additione prout in Indice in eius fine poſito, quas deciſiones Rota poſtea confirmauit in eadem cauſa coram R.P.D. Ghiſilerio ſub die 28. Maij 1638. quæ deciſio erit in ſequenti volumine.*

R. P. D. PANZIROLO.

Romana, ſeu Ianuen. Aſſecurationis.

Die Mercurii 30. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Damni repartitio, in materia rerum aſſecuratarum, quando ſit facienda ſuper valore loci à quo.

SVMMARIVM.

1 *Aſſecurationis ſubſtantiale requiſitū, quid nā ſit.*
2 *in Aſſecurationum materia tempus contractus attenditur.*
3 *in Aſſecurationum materia plurimum attendi debent diſpoſitiones Mercatorum.*
4 *Stylus, & conſuetudo præcipuè attenditur inter Mercatores.*
5 *pro Aſſecuratione rei præmium, quod ſoluitur, numquam augetur, aut diminuitur ſi res aſſecurata creſcat, vel decreſcat.*
6 *Aſſecurationis cōtractus materia eſt ſolum illud, quod à principio in riſico ponitur.*
7 *Calculatoribus relationi ſtandum eſt.*
8 *Mercatorum Peritorum iudicio in materia aſſecurationum plurimum deferri debet.*
9 *Opinio aliqua Mercatorum, in materia aſſecurationum, ſi detegatur erronea non debet nocere aſſecuratis.*
10 *Romana aſſecurationis 23. Ianuarij 1634. coram eodem R.P.D. Panzirolo. declaratur.*
11 *Obligatio facta de reſarciendo quodcumque damnū intelligenda eſt de damno in ordine ad lucrū*

DECISIO XLVII.

IN DECISIONE, quæ emanauit in hac cau-
☞ ſa ſub die 23. Ianuarij præteriti 1634. * Domi-
ni reſeruarūt videre an repartitio damni librarum
27. m. ſit facienda ſuper valore loci à quo, nimirū
ſuper libris 52. m. cum quibus fuit emptum fru-
mentum in Arcipelago. vel potius loci ad quem,
vbi fuit æſtimatum in libris 97. m. in Ciuitate Ia-
nuæ; & poſt quintam dubij propoſitionem hodie
firmatum fuit repartitionem eſſe faciendam ſuper
valore loci à quo, cum hæc ſit maſſa certa, quæ à
principio nauigationis fuit poſita in riſico, & Mer-
catores pro illius aſſecuratione receperint certum
præmium. Vnus ſcilicet aſſecurando pro ſcutis
100. & reliqui pro alijs certis quantitatibus itaut
omnes aſſecurauerint totum frumentum, & rece-
1 perint pretium pro eadem † quantitate librarū 52.
m. quod eſt ſubſtantiale requiſitum aſſecurationis

leg.

leg. pericul. ff. de naut Fen. Henric. de fideiuſſ. cap.
18. *num.* 152. *verſ. celebraturq. Azor. inſtit. moral.*
par. 3. *lib.* 1. *cap.* 18. *dub.* 1. *Molin. de contract. di-*
ſput. 507. *nu.* 1. & 3. & 6. *verſ. ſolet Rota Ianuen,*
deciſ. 36. *num.* 9. Pretium enim in loco ad quem,
quia eſt variabile, & incertum ex quo pendet à fu-
turo euentu non poteſt aſſecurari, nec ab initio ta-
xari certa merces, ſed expectanda eſt certificatio
ab euentu, & ſic ex ſolutione præmij facta de tem-
pore contractus clarè viſum eſt reſultare, quòd in
riſico ſolum fuerit poſitus valor librarum 52. m.
2 quod † tempus contractus in hac materia attendi-
tur *Santer. de aſſecurat. par.* 3. *ſub num.* 42. & fa-
ciũt tradita per *Stracb. de aſſecur. gloſ.* 6. *ſub n.* 3.
ante med. ver. dixerit aliquis & tollitur difficultas
ex diſpoſitione conſulatus Maris *ſub tituli ordini*
ſopra le ſig. Marit. cap. 1. *iunct cap.* 20. prohiben-
te fieri aſſecurationes frumenti vltra verum coſteũ,
& annullante factas in eo, quod excedit verum co-
ſteum vnde ſecundum hãc diſpoſitionem aſſecura-
tio non poteſt cadere niſi ſuper pretio loci à quo,
& per hanc rationem ſi periiſſet totum frumẽtum,
tàm ante, quàm poſt medium iter aſſecuratores
non debuiſſent reficere niſi libras 52. m. ex eiuſdem
3 Cõſulatus Maris diſpoſitione de qua ſupra, quæ † in
his materijs plurimum attendi debet iuxtà *deciſ.*
Greg. 126. *ſub num* 6. & *in alia Romana aſſecura-*
tionis mercium 23. *Maij* 1633. *coram me*; & facit
quia deſeruit ſaltem ad declarandum communem
4 ſtilum ſeu cõſuetudinem, quæ ſimiliter inter † Mer-
catores præcipuè attenditur *Corn. conſ* 319. *nu.* 12.
lib. 3. *Pariſ. conſ.* 93 *nu.* 8. *l.* 1. *Rota Ianuen. deciſ.*
39. *num.* 8. *verſ. communis obſeruantia Greg. d. de-*
ciſ. 126. *num.* 3.

Et hæc veritas ex eo etiam viſa eſt clarius appa-
5 rere, quia præmium, quod † ſoluitur pro aſſecura-
tione rei numquam augetur nec minuitur ſiue res
aſſecurata creſcat, ſiue decreſcat in loco ad quem,
idq. non alia ratione, niſi quia materia contractus
6 aſſecurationis eſt ſolum illud quod † ab initio in
riſico ponitur, & ſic in caſu noſtro erunt ſolùm il-
læ libræ 52. m. cum quibus fuit emptum frumentũ,
non autem pretium ex eo redigendum in loco ad
quem, de quo regulariter non curãt aſſecuratores,
dummodo res aſſecurata ad eumdem locum ſalua
perueniat.

Præterea fuit ponderatum, quòd ſicut damnum
reficien. eſt librarum 27. m. ita ſi repartitio fieret
ſuper libris 97. m. vnuſquiſque aſſecurator pro rata
ſuæ promiſſionis, teneretur ſolum reficere ad ra-
tionem librarum 28. pro quolibet centenario quo
caſu facto diligenti computo de ordine DD. refe-
ctio damni nullatenus fieret in libris 27. m. prout
debetur, ſed ſolum in libris 14560 ac proinde aſſe-
curati, adhuc remanerent in damno librarũ 12440.

Vlterius conſiderarunt dd. quòd refectio totius
damni ſpectat ad aſſecuratores, & tamen ſi repar-
titio fieret ſuper libris 97 m. aſſecurati etiam con-
currerẽt ad illius repartitionẽ, quia ſicut inter lib.
97. m. cõputatur etiã lucrum, ita etiam lucrum ca-
deret ſub repartitione; & ſic etiam per neceſſe aſ-
ſecurati concurrerent ad reparationem damni, con-
tra omnem æquitatem.

Et ex hoc colligitur; quòd quamuis prima facie
videretur parum referre, an hæc repartitio fieret
potius ſuper libris 97 m. vel ſuper libris 52. m. dũ-
modo aſſecurati quantitatem ſibi debitam conſe-
quantur nihilominus ex ſupra deductis clarè con-
ſtat de releuantia vnius potius quam alterius mo-
di repartiendi; cum ad integram damni refectionem
nulla alia ratione fieri poſſit repartitio, quam ſu-
per libris 52. m quia tunc, ſeparãdo lucrum à ſor-
te, aſſecuratores tenebuntur contribuere non ad
rationem 28 pro centenario, ſed ad rationem 51.
& nonaginta quatuor centeſimi, & hoc modo in-
tegrè conſtituuntur dictæ libræ 27. m. vt indubitan-
ter apparet ex diligẽti ſupputatione extraiudicia-
7 liter facta de ordine † dd à pluribus calculatoribus
quorum relationi ſtandum eſſe tradit *Pariſ. cõſ.* 96.
num. 32. *lib.* 1. *Greg. d. deciſ.* 220. *num.* 4.

Accedit quòd iuxta hanc DD. ſententiam in hac
eadem cauſa fuit iudicatum inter Mercatores, qui
aſſecurauerunt partem dd. librarum 52. m. tàm in
Ciuitate Ianuæ quàm in Terra Liburni, & inſuper
concurrunt fides plurimorum Mercatorum, tàm
in Ciuitate Venetiarum, quàm Florentiæ & Anco-
næ, qui teſtantur ſecundum ſeriẽ facti enarrati in
dicta deciſione 23. Ianuarij, repartitionem non ali-
ter eſſe facien. quam ſuper libris 52. m. in hac au-
8 tem materia viſum fuit plurimum eſſe † deferen-
dum iudicio Mercatorum Peritorum *iux. l.* 1. *ff. de*
ventre inſpic. & tradit *Corn. conſ.* 148. *nu.* 31. *lib.* 2.
Greg. deciſ. 126. *num.* 1. & quamuis in contrarium
adſit fides Mercatorum Ripæ Romanæ, attamen
viſum eſt illorum iudicium minus verum cum in
caſu per ipſos figurato facto calculo, damnum non
reficiatur in totum prout eſſet neceſſe, ſed pro dua-
bus partibus, propter quòd cum eorum opinio de-
9 tegatur † erronea nullum poteſt afferre præiudiciũ
aſſecuratis, *l. de ætate* §. *qui iuſto cum ibi not. ff. de*
interrog. act. Rota deciſ 524. *ſub nu.* 7. *par.* 3. *rec.*

Nec obſtat, quòd ſicut in allegata deciſione hu-
ius cauſæ 24. Ianuarij fuerit reſolutum, mandatum
eſſe relaxandum pro damno paſſo ab aſſecuratis ſe-
cundum precium frumenti in loco ad quem; ita
etiam ſuper eo debeat fieri repartitio. Quia viſum
eſt illam reſolutionem nihil commune habere cũ
10 præſenti; Ratio enim † illius deciſionis fuit quòd
cum ab aſſecuratoribus fuiſſet promiſſa ſalus fru-
menti in Ciuitate Ianuæ, debuit vigore pacti non
ſolum haberi ratio librarum 52. m. quibus fuit em-
ptum frumentum in Arcipelago, ſed etiam illius
quantitatis, quam aſſecurati ſuper lucrati fuiſſent,
ſi frumentum ſaluũ ad Ciuitatem Ianuæ fuiſſet tra-
ductum, quod in totum fuit æſtimatum in libris 97.
m. Obligatio enim de reficiendo quodcumq; dam-
11 num viſa eſt intelligenda † de damno in ordine ad
lucrum, cum frumentum fuerit promiſſum ſaluum
etiã in ordine ad lucrum, vt benè diſtinguit *Stracb.*
de aſſecur. verb. cariche, e da caricarſi gloſ. 6. *n.* 3.
& *ſeqq.* & latius in dicta deciſione, ſed non ideo ſe-
quitur, quod repartitio damni debeat fieri ſuper ea-
dem quantitate, cùm iſtæ libræ 97. m. nec fuerint
ab initio poſitæ in riſico; nec ad illius rationem
fuerit ſolutum præmium; nec repartitio ſit facienda
ſuper lucro; nec denique per eam damnum integrè
reficiatur vt ſupra fuit oſtenſum. Et ita parte vtraq.

☞ * *Eſt deciſio* 258. *in præcedenti parte.*

R P.D.

R. P. D. PIROVANO.

Romana, ſeu Ceſenaten̄ Hæreditatis.

Die Lunæ 4. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Perſonam aliquam, ſi quis vti talem approbauerit, nec ipſe, nec habentes cauſam ab eo poſſunt dicere, tu non es talis. Melioramentorum exceptio, quando retardet, & quando non, immiſſionem.

SVMMARIVM.

1 *Remedium, quorum bonorum, competit etiam ceſſionario hæredis.*

2 *Perſona, quando ſemel fuit approbata, non poteſt amplius improbari.*

3 *Quod procedit, non ſolum, quoad approbantem. ſed etiam quoad habentes cauſam ab eo.*

4 *Hæres non poteſt improbare ea, quæ non poterat ipſe Teſtator.*

5 *Hæres à placitis defuncti non poteſt recedere.*

6 *ad Cauſam, ſi quis ſit admiſſus ex particulari reſcripto, & cum clauſula conſtito de intereſſe, ſi ea conditio non verificetur, non aperit iuriſdictionem.*

7 *Tertius veniens ad cauſam, dum cognoſcitur an habeat intereſſe, interim non poteſt impedire progreſſum, & expeditionem cauſæ, quoad alium petentem immiſſionem.*

9 *Actio ex empto non competit, niſi ſoluto prætio.*

10 *Venditio facta de re aliena, & in præiudicium veri Domini non tenet.*

11 *Venditio eſt doloſa, quæ ſit de re aliena.*

13 *Melioramentorum exceptio ſolet impedire immiſſionem, eo quia poſſeſſori non datur actio, ſed retentio ad eorumdem recuperationem.*

14 *Et hoc caſu debet expectari liquidatio ſecundum praxim, quam Rota ſeruat.*

15 *Melioramentorum exceptio, vt impediat immiſſionem, duo copulatiuè requirūtur, nempè quòd fuerit impenſum, & quòd res ſit meliorata.*

16 *Melioramentorum exceptio, non retardat immiſſionem, quando eſt illiquida, tunc enim ſuccurritur poſſeſſori per cautionem de ſoluendis melioramentis, liquidatione facta.*

17 *Poſſidere, quis poteſt vnam rem vigore hypotecæ, & alter eamdem rem poteſt poſſidere tanquam Dominus.*

DECISIO XLVIII.

IN REVISIONE deciſionis in hac cauſa factæ ſub die 31. Martij 1634.* multi ſe oppoſuerūt ad impediendam immiſſionem per Dominos de Naldis petitam nempè Agata Maſſotta hæres Perintij Cacciaguerræ hæredis ex teſtamento Com. Georgij Cacciaguerræ qui obijt anno 1622. contendens medietatem domus controuerſæ ad ſe ſpectare iuxta reſolutiones in cauſa factas 6. Nouembris 1619. 15. Ianuarij, & 14. Februarij 1620. Secundò duæ Moniales, ſeu Monaſterium S. Blaſij de Ceſena ex perſonis earumdem prætendentes ſorores vna Co. Georgij, & altera Comitiſſæ Vrſinæ Manfredæ, & neptes Canonici Michaelis Cacciaguerræ de cuius hæreditate quæritur, & in capita ab inteſtato de iure admittendæ; Tertio Dominicus Gattus, qui emit domum controuerſam à Co. Georgio de anno 1613. & factis pluribus melioramentis poſtmodum illam vendidit Laurentio Vitali de anno 1614. pro quibus contenditur verum dominium domus controuerſæ, ſed in omnem caſum poſſe eandem domum retinere pro melioramentis in eadem factis, tàm per Gattum, quam per ipſum Vitalem; Quarto Lucia Cenna vxor Com. Georgij creditrix ſuæ dotis ſcutorum 800. tāquam immiſſa ex remedio Saluiani, Iudicis auctoritate, & decreto.

Fundamentum reſolutionis 31. Martij 1634. pro immiſſione filiorum Capitanei Caroli Naldi fuit quia Co. Georgius Cacciaguerra, ex fratre nepos Canonici Michaelis ſupradicti ex perſona propria, & vti ceſſionarius Co. Perintij filij Iulij fratris dicti Co. Georgij, & Vrſinæ Manfredæ filiæ Fiordeliſiæ ſororis dicti Canonici Michaelis, & Capitaneus Carolus de Naldis nepos ex Vrſina ſorore ſupradicti Canonici Michaelis ex perſona propria, & vti ceſſionarius Antonij eius fratris, & Cæciliæ eius ſororis, tanquam in capita de iure vocati ex quo non concurrebant cum patruis, inter ſe faciebant partes æquales in ſucceſſione Michaelis, & per conſequens æqualiter immittendi erunt in poſſeſſione bonorum, & hæreditatis Michaelis, atque ita pro medietate domus controuerſæ ſuperueniēte poſtmodum trāſactione de anno 1620. 20. Auguſti inter Co. Georgiū & Capitaneū Carolum ſuper iuribus, & hæreditate dicti Michaelis, in qua Capitaneo Carolo fuit dimiſſa, & ceſſa tota domus controuerſa, & tornaturæ tres terræ in loco Rouerſani; Co. verò Georgio reſiduum bonorum, & hæreditatis prædictæ, ritè & rectè Iacintus, Honoſtius, & Panutius filij, & hæredes Capitanei Caroli egerūt ad immiſ-
1 ſionem ex remedio † quorum bonorum, ne dum pro coæquali portione vigore ſucceſſionis debita, ſed etiam pro acquiſita à Co. Georgio vigore ceſſionum in ipſa tranſactione contentarum *Bald. cōſ. 186. quæ allegationes col. 3. verſ. & qualibet actio lib. 1 Menoch. de adip. remed. 4. num. 249.* cum alijs adductis in vltima deciſione cauſæ quæ reuidetur.

Neque obſtant quæ hodie petitæ immiſſioni opponuntur ſcilicet quòd fratres prædicti non docuerint Capitaneum Carolum eorum patrem deſcendiſſe ex Vrſina ſorore Canonici Michaelis de cuius hæreditate agitur, & non legitimatis perſonis immiſſio dari non poſſit.

Quia obiectum ceſſat ex facto; nam ſicuti Com. Georgius auctor aduerſariorum agnouit Capitaneum Carolum vti filium Vrſinæ prædictæ, & nepotem Michaelis ex eadem ſorore litigando, & tranſigendo cum eo, vt ex inſtrumento tranſactio-
2 nis, quod datum fuit in actis, † nec amplius poteſt illius perſonam improbare *Dec. conſ. 665. nu. 2. Neuiz. conſ. 17. num. 8. Gozad. conſ. 3. num. 19. Imol. & Cin. in l. licet C. de procur. Surd. deciſ. 104. num. 10.*
3 *& 108. num. 13.* ita nec † habentes cauſam ab eo poſſunt dicere Capitaneum Carolum non eſſe talem *l. ex qua perſona de reg. iur. l. cum à matre C. de*

de rei vendic. Tiraq. de retract. conſang. §. 1. gloſ. 9. num. 47. Surd. conſ. 73. num. 34. Rot. deciſ. 172. n. 1. coram Papa Greg. XV.

Similiter neque concurſus Vrſinæ Manfredæ, & Antonij fratris Capitanei Caroli, quamuis augeat numerum perſonarum, quæ præſuppoſitæ fuerūt in deciſione 14. Februarij 1620. quidquam obſtare poteſt, quandoquidem ſemper remaneat coæqualis ſucceſſio inter Co. Georgium, & Capitaneum Carolum, vti reſpectiuè ceſſionarios, nempè Vrſinæ vnum, & alterum Antonij fratris.

De iuribus igitur particularium agendum eſt, ex quibus poſſit impediri immiſſio, & quòd Agatam Maſſottam hęredem Perintij hæredis Co. Georgij ex teſtamento de ea non eſt habenda ratio, quia venit ex teſtamento, & obitu eiuſdem Co. Georgij qui contigit biennio poſt tranſactionem, nempè de anno 1622. & tranſactio ſtipulata fuit de menſe
4 Auguſti 1620. † atque ita ſubſiſtente tranſactione prout fuit reſolutum hæres non poteſt improbare quæ nō poterat ipſe teſtator, *l. cū à matre de rei vendic. Gabr. de reg. concluſ. 11. num. 6. Natt. conſ. 214. num. 1. Menoch. conſ. 89. nu. 37. Surd. conſ. 73. n. 34. & 143. num. 9.* ad multa inferentes ex quibus hæ-
5 res conuincitur † à placitis defuncti non recedere.

Secundò principaliter non obſtant iura duarum Monialium Monaſterij S. Blaſij de Ceſena, & ſeu ipſius Monaſterij, quia cū fuerint admiſſæ ad cauſam cum particulari reſcripto, & cum clauſula con-
6 ſtito de intereſſe, quæ † conditio, cum huc vſque purificata non fuerit, reſcriptum non aperit iuriſdictionem quoad eas *gloſ. in Clem. 1. in verb. reperierint de offic. deleg. Card. in Clem. 1. num. 18. de cōceſſ. preb. Rota deciſ. 1. nu. 3. coram Papa Greg. XV.* quinimo donec fuerit cognitū eas eſſe neptes Canonici Michaelis, vt in gradu coæquali, & ſucceſſibili, itaut pro eis deueniri poſſit ad ſententiam, in-
7 terim non poſſunt tanquam tertiæ † venientes ad iudicium impedire progreſſum, & expeditionem cauſæ quoad alios petentes immiſſionem *Couarr. pract. quæſt. cap. 14. num. 4. Menoch. conſ. 488 n. 7. Ludouic. deciſ. Peruſ. num. 9. & ſeq. Fachin. lib. 1. controuerſ. iur. cap. 5. Fachin. deciſ. 261. nu. 9 Surd. deciſ. 60 nu. 6. & 147. nu. 6.* & idem firmatum fuit *in deciſ. 335. nu. 1. par. 1. recen.*

Maior difficultas videbatur Dominis reſpectu perſonarum Dominici Gatti, & Laurentij Vitalis venientes ad cauſam tanquā Domini ex quo emerunt domum controuerſam à Co. Georgio de anno reſpectiuè 1613. & 1614. & pro Dominico poſſeſſore contendebatur ſaltem illi deberi retentionem pro melioramentis iam probatis.

Cæterum quoad dominium ex titulo emptionis, & venditionis dixerunt Domini nō obſtare immiſſioni petitæ, quia vterque tàm Dominicus, quàm Laurentius excipiunt ex inſtrumento emptionis, quod non adimpleuerunt in ſolutione pretij conuenti ſcutorum 1500. itaut ſemper deficiat actio,
8 † quæ ante implementum nata dici nō poteſt *l. Iulianus §. offerri de actio empt. Bero. conſ. 46. num. 9.* ſed præterea eadem venditio quoad medietatem
9 domus ſuſtineri non poteſt † tanquam de re aliena, & in præiudiciū veri Domini, *l. ſi alienā vbi Bald. C. de furt. lib. 1. l. 2. C. de vſucap. pro empt.* & cum
10 venditor non ſit Dominus † non poteſt dominium in emptorem transferre *gloſ. in l. exempto in prin. in verb. euictionis. ff. de act. empt. Afflict. deciſ. 4. num. 3.* & pluribus concluſionem cōprobat *Surd. conſ. 13. num. 17. & 36. num. 10. & deciſ. 21. nu. 4.*
11 dicens † doloſam eſſe venditionem, & pro alia medietate ſimili defectu poteſtatis vendi non potuit, cum ſubiaceret obligationi reintegrandi hæreditatem dicti Michaelis ad fauorem cohęredum in pari gradu concurrentium ob alienationem ab eodem Co. Geórgio factam de locis 47. montium hæreditarijs cum quibus iam propriam portionem receperat.

Quo vero ad melioramenta in eadem domo per dictos Dominicum, & Laurentium facta, quæ ex teſtibus in cauſa formiter examinatis prætendūtur
12 probari; quamuis exceptio † melioramentorum ſoleat impedire immiſſionem eo quia poſſeſſori nō datur actio, ſed retentio ad eorūdem recuperationem *l. ſi in area in fin. de cond. indeb. Neguſ. de pignor. 4. membr. 2. partis prin. num. 9. Capic. deciſ. 17. num. 7. Tiraq. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. n. 13. Pereg. de fideicom. art. 50. nu. 80. Theſaur. quæſt. 672. nu. 10 Menoch. de recup. remed. 25. num. 570.*
13 & debebat † expectari liquidatio ſecūdum praxim quam Rota ſeruat *vt in Romana vineæ 14. Iunij 1628. corā D. meo Merlino, & in Peruſina de Gratianis 28. Iun. 1630 corā D. meo Decano*, attamen, quādo melioramēta reperiuntur probata tantūmodo in genere vt in præſenti, ſed de valore illorū nō conſtat ex teſtibus datis, neque probatum legitur,
14 † quantum melioratum, quamuis etiam probaretur quantum impenſum prout neceſſarium eſt ad eum effectum per *l. in fundo cum gloſ. ff. de rei vēdic. Felin. in c. cum cauſa. num. 29. verſ. ſumptus de re iudi. Neguſ. de pignor. 4. membr. p5. artis prin.*
15 *princ. num. 11.* dicens illa † duo copulatiuè requiri quòd ſit impenſum, & quòd res ſit meliorata; ac demum quando eſt præfixus terminus ad probādum de quo ſub die 23. Martij 1620 fol. 354. in extractu. tunc exceptio melioramentorum, tanquam
16 illiquida non † retardat immiſſionem, ſed ſuccurritur poſſeſſori per cautionem de ſoluendis meliomentis liquidatione facta *Capic. deciſ. 17. num. 6. Menoch. de recup. remed. 15. num. 569. Put. de ſtylo atteſtans deciſ. 471. lib. 2. quam ſæpe Rota ſecuta eſt vt in deciſ. 52. 54. 86. 543. coram bon. mem. Card. Caualerio.*

Quarto, & vltimo iura Luciæ Cennæ immiſſionem retardare non poſſunt, quia dictum fuit dandam eſſe immiſſionē fratribus de Naldis ſine præiudicio dictæ Luciæ, quæ cum iam fuerit immiſſa ex remedio Saluiani pro cōſecutione ſuæ dotis ſcutorum 800. & debebat ſibi ſatisfieri de fructibus, & ſeu penſionibus domus non eſt incompatibile ex
17 diuerſis reſpectibus † quòd illa poſſideat vigore hypotecæ, & alter poſſideat tanquam Dominus, *l. 3. §. ex pluribus. ff. de acquir. poſſeſſ. Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 7. nu. 62. Surd. conſ. 305. num. 56.* Et ita &c.

☞ * *Vide infra hanc deciſionem in Additione prout in Indice poſito in eius fine.*

R.P.D.

R. P. D. DVNOZETTO.

Toletana Conſeruatoriæ,

Die Mercurij 6. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo cui concedatur,& poſseſſio ad dictum effectum qualiter probetur. Et vide aliqua circa materiam Conſeruatoriæ.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio poſſeſſori eſt concedenda, & nu.7.*
2 *Poſſeſſio probatur per teſtes de viſu, & certa ſcientia deponentibus.*
3 *Teſtes non probant poſſeſſionem controuerſam, ſi de alia diuerſæ ſpeciei deponant.*
4 *Confeſſione propria, nulla eſt maior probatio.*
5 *Mandata de manutenendo faciunt adminiculum ad probandum.*
6 *Probationes leuiores admittũtur in iudicio ſummariſſimo manutentionis.*
8 *Poſſeſſio anteceſſoris ſuffragatur ſucceſſori in dignitate ad effectum manutentionis.*
9 *Poſſeſſio, quando eſt antiquiſſima, eſt manutenenda, etiam ſi contra ſe habeat aliquam aſſiſtentiam iuris.*
10 *Conſeruatorem in quibus terminis ſolus Papa poſſit deputare.*
11 *Vniuerſitas Pariſień, & Salamanticeń habet priuilegium eligendi ſibi Conſeruatorem.*
12 *In Iudicio ſummariſſimo manutentionis non admittuntur ea, quæ reſpiciunt altiorem indaginem.*
13 *Officium aliquod, quando fuit reuocatum, vnà cũ eo euaneſcit cauſa manutentionis.*
14 *Conſeruatoria, valdè differt ab executoria.*
15 *Conſtitut. Gregor. XV. ſuper reuocatione Conſeruat. &c. in quibus Conſeruatorijs loquatur.*

DECISIO XLIX.

PRÆTENDENTE Commendatore Monaſterij Ordinis B. Mariæ de Mercede Oppidi Compluti, mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione Iuris exercendi Officium Conſeruatoriæ in Collegio maiori S. Ildephonſi, ſeu Vniuerſitate Compluteń, Oppidi de Alcalà de Henares Toletanæ Diœceſis. Propoſui dubium ſub die 6. Nouembris proximè præteriti; An ei dictum mandatum eſſet dandum? In cuius diſputatione, quia Rector, & Collegiales d. Vniuerſitatis inter alia excipiebant de cenſuris per Commendatores anteceſſores incurſis, tam ob non paritionem literarũ executorialium aliàs à Rota coram bo. me. Cardinali Horatio Lancellotto, & Eminentiſſ. D. Cardinali Veroſpio ad inſtantiam eiuſdem Vniuerſitatis relaxatarum, quam etiam ob varios recurſus ad Conſilium Regium habitos; viceq. verſa idem Cõmendator alias cẽſuras ob ſimiles recurſus per dictum Rectorem incurſas obijceret. Domini tunc mandarunt, quòd vtraque pars peteret abſolutionem; Cumq. nouus Commendator infra menſem dictis executorialibus ſufficienter paruerit, & reſpectu omnium recurſuum ſuorum anteceſſorum eis plenè renunciauerit, reaſſumpta fuit diſputatio ſuper articulo manutentionis, quam hodie Domini vnanimiter dixerunt, d. Commendatori eſſe con-
1 cedendam, † quia de poſſeſſione exercendi dictum Officium Conſeruatoriæ ex pluribus conſtare viſum fuit.

Et Primò ex pluribus Teſtibus de dicta poſſeſſio-
2 ne, † de viſu, & certa ſcientia deponentibus, qui propterea benè probant *Felin. in c. cum cauſam. col. 2. de teſtib. Bald. in c. presbyter. nu. 17. C. de Epiſc. & Cleric. Ruin. conſ. 245. nu. 6. vol. 5. Gabr. de teſtib. concl. 4. nu. 58.*

Nec ſubſiſtit, quòd prædicti Teſtes concludant ſolùm quoad poſſeſſionem exercẽdi iuriſdictionem contentioſam in cognitionẽ cauſarum dictæ Vniuerſitatis (quam non competere dicto Commendatori, ſed Rectori eiuſdem Vniuerſitatis per ſententiam Rotalem declaratum extitit) nõ autem quoad poſſeſſionem exercendi officium Conſeruatoriæ,
3 † ac propterea tanquam poſſeſſio diuerſæ ſpeciei non ſuffragetur *Rot. deciſ. 17. nu. 3. 4. par. 2. diuerſ.* Nam ex lectura dictorum teſtium ſatis apparet, eos diſtinguere iuriſdictionem iudicialem à iuriſdictione exercendi officium Conſeruatoriæ; nam ſecũdus expreſsè deponit, Commendatores pro tempore dicti Monaſterij B. Mariæ de Mercede vſos fuiſſe iuriſdictione Iudicum Conſeruatorum contra Laicos ad inſtantiam Scholarium dictæ Vniuerſitatis, & cognouiſſe de eorum litibus; idemq. comprobat ſecundus ſuper ſecundo, aſſerens, ſe vidiſſe Commendatores pro tempore ſemper fuiſſe Conſeruatores Vniuerſitatis Compluteń, & in hac poſſeſſione ſimilium Conſeruatorum, & vtendi iuriſdictione ipſis conceſſa; & cum eadem diſtinctione deponit ſextus, ſuper ſecundo, dum inquit, Commendatores pro tempore pacificè, & quietè extitiſſe in poſſeſſione fungendi officio Conſeruatoris, & exercendi iuriſdictionem iudicialem; & ſeptimus ſuper ſecundo ait, ſe vidiſſe Commendatores B. Mariæ de Mercede fuiſſe Conſeruatores Vniuerſitatis Compluteń, & vti tales, exercuiſſe officium Conſeruatoriæ, & iudicaturæ; idemq. melius deponunt octauus, nonus, & vndecimus, qui omnes cum effectu concludunt, Commendatores pro tempore vltra iuriſdictionem iudicialem (ſuper qua hodie non petitur manutentio) exercuiſſe etiam officium Conſeruatoriæ, iura, & priuilegia d. Vniuerſitatis conſeruando, & defendendo.

Secundò, ex pluribus mandatis per Commendatores anteceſſores tanquam Cõſeruatores ad inſtantiam Rectoris eiuſdem Vniuerſitatis vſque de anno 1571. relaxatis.

Tertiò, ex cõfeſſione emanata tàm in libello de partibus, quàm in commiſſione Rotali, in quibus Rector Vniuerſitatis d. Commendatorem appellat Conſeruatorem, eumq. ratione d. officij iuriſdictio-
4 nem exercere, † qua confeſſione nulla maior probatio, *l. 1. C. de confeſſ. l. cũ te. C. de tranſact. Greg. XV. deciſ. 458. nu. 3. 5. & 6.* maximè cum ſit emanata in iudicio, *l. cum precum. C. de liberal. cauſ. Greg. XV. deciſ. 585. num 9.*

Quartò, ex alia ſimili confeſſione coram Epiſcopo

ſcopo Abuleñ de anno 1617. in qua Sindicus Vni-
uerſitatis dictum Commendatorem pariter appel-
lat Iudicem Conſeruatorem dictæ Vniuerſitatis,
eius iura, & priuilegia conſeruando, & defendēdo.

His accedit ſententia Rotalis lata ad fauorem
Rectoris d. Vniuerſitatis de anno 1604. coram bo.
me. Cardinali Horatio Lancellotto, quæ dictam
poſſeſſionē præſupponit; nam licet in ea fuerit de-
claratum d. Commendatori non competere iuriſ-
dictionem iudicialem, ſed Rectori, attamen iniun-
gitur eidem Commendatori, vt tanquam Conſer-
uator, ſemper teneatur ratione ſui officij d. iuriſdi-
ctionem Rectoris defendere, & conſeruare.

Eandemq. poſſeſſionē præſupponunt duo man-
data de manutenen. in quaſi poſſeſſione exercendi
d. officium Conſeruatoriæ ad fauorem eiuſdem Cō-
mendatoris in partibus relaxat. ab Eminētiſſ. Car-
dinalibus Cenninò, & Montio tunc Hiſpaniarum
5 Nuntijs: Quæ mandata faciunt ſaltem adminicu-
lum *l. Herennius §. ſicut. ff. de euict. Gabr. comm.
concluſ. tit. de ſent. nu.* 1. & fuit dictum in *Rom. pe-
cun. ſub dieb.* 10. *Maij, & 3. Iulij 1634. coram me.*

Ex quibus omnibus ſaltem ſimul iunctis dicta
6 poſſeſſio ſatis, ſuperq. probata remanet, † cum in
hoc iudicio ſummariſſimo retinēdæ leuiores pro-
bationes ſufficiant, *Menoch. de retinen. remed. vlt.
num. 34. Caſtr. conſ. 3 num. 8. verſ. quarto. Seraph.
decif 624. num. 5. cum vulg.* Et propterea moder-
7 no Commendatori manutentio † denegari non de-
bet, *ad vulg. §. retinendæ inſtit. de interdict. Bart.
in l. 1. vti poſſid. cum concord.* cum poſſeſſio ante-
8 ceſſoris ſuffragetur ſucceſſori in dignitate † ad effe-
ctum manutentionis, *Garz. de benef. par. 5. cap. 5.
nu. 73. cum ſeqq. Rot. deciſ. 326. nu. 1. & 623. n. 2.
par. 2. recent. Greg. XV. deciſ. 246. num. 1. Reueren-
diſſ. D. meus Decanus deciſ. 26. nu 3.*

Præſertim quia d. poſſeſſio eſt antiquiſſima, &
9 ſpatio 80. annorum, & vltra continuata, quæ † pro-
pterea venit manutenenda, etiamſi contra ſe ali-
quam haberet iuris reſiſtentiam *Franch. in cap. ad
decimas num. 8. de reſtit. ſpol. in 6. Rot. deciſ. 534.
nu. 7. par. 1. & deciſ. 595. nu. 7. diuerſ. & dec. 585.
num. 3. par. 1. recent.*

Non obſtat, quòd nō conſtet de legitima deputa-
tione dicti Cōſeruatoris, & ſolus Papa in iſtis termi-
nis potuerit deputare Conſeruatorē, imò ſecūdū ve-
10 riorē † nec etiā Legatus, aut Archiepiſcopus, aut
alius inferior potuerit deputare ex adductis per
Monet. de iudic. Conſeruator. c. 4 per tot. Quia
vltra quòd ex literis erectionis huius Vniuerſitatis
Iulij II. apparet huic Vniuerſitati Compluteñ fuiſ-
ſe communicata omnia priuilegia aliarum Vniuer-
11 ſitatum. & ſignanter † Pariſieñ, & Salamanticeñ,
quæ (vt ſupponitur) habet huiuſmodi priuilegium
eligendi ſibi Conſeruatorem, vt de Vniuerſitate
Salamantina ſupponit *Rota coram Seraph. dec.* 185
& 595. *Monet. d. tract. c. 6. num.* 14. cuius priuile-
gij vigore Rector, & Collegiales d. Vniuerſitatis
dictum Commendatorem in Conſeruatorem etiam
perpetuum eligere potuerunt, prout de facto elege-
runt: Domini dixerunt huiuſmodi exceptionem
12 tanquam reſpicientem altiorem † indaginem eſſe
reijciendam ad petitorium, nec admitten. in hoc
ſummariſſimo iudicio retinendæ.

Nec obſtare viſum fuit, quòd Epiſcopus Abuleñ
vnus ex tribus executoribus deputatis in literis
Iulij II. de anno 1537. ſubdelegauerit in omnibus
Commendatorem, donec eum duxiſſet reuocandū,
& hanc ſubdelegationem ſub iſta qualitate dictus
Commendator acceptauerit, quodq. ſucceſſor di-
cti Epiſcopi de anno 1617. dictam ſubdelegationē
reuocauerit, & de anno 1618. Abbatem S. Bernar-
nardi in locum dicti Commendatoris ſubrogauerit;
Vnde inferebatur, Commendatores exercuiſſe of-
ficium Conſeruatoris, non iure proprio, ſed in vim
dictæ ſubdelegationis. qua poſtmodum reuocata,
13 † omnem poſſeſſionem, & ſic cauſam manutentio-
nis vna cum ea euanuiſſe iuxta tradita per *Garz.
de benef. par. 1. c. 2. num. 87.*

Nam fuit reſponſum, dictū Epiſcopum Abuleñ,
aliosq. in dictis literis nominatos non fuiſſe depu-
tatos Conſeruatorès dictæ Vniuerſitatis, ſed dum-
taxat meros executores dictarum litrrarum, quæ
aliud non continent, niſi exemptionem à iuriſdi-
ctione Ordinar. dictæ Vniuerſitati, eiuſq. officiali-
bus conceſſam, & Sedi Apoſtolicæ immediatam
ſubiectionem, vt conſtat ex eius lectura, quod nil
14 commune habet cum † Cōſeruatoria, cum hæc val-
de differat ab executoria iuxta terminum *c. fin. de
offic. deleg. in 6.*

Quod ſatis ex eadem obſeruantia comprobatur;
in eiſdem actibus, ex quibus dicta poſſeſſio deduci-
tur, dictus Commendator vocatur, & intitulatur
ſimpliciter Conſeruator, non autem ſubdelegatus,
aut ſubconſeruator, vt exaduerſo prætenditur.
15 Pariter non releuat † *Conſtit. ſan. mem. Greg.
XV. in nou. Bullar. tom. 4. in ord. 9.* in qua reuocan-
tur omnes Conſeruatoriæ tàm perpetuæ, quam
temporales in vim quorumcumque priuilegiorum
conceſſæ etiam ex titulo oneroſo.

Quia, vltra quòd dicta Conſtitutio non loquitur
de Conſeruatorijs Vniuerſitatum, & Studiorum
generalium, An dicta Conſtitutio comprehendat
Conſeruatoriam, de qua agitur, necne? hoc non vi-
ſum fuit Dominis diſcutiendum in præſenti diſpu-
16 tatione, ſed reijcien. † ad petitorium, prout etiam
alias obiectiones deductas pro parte Rectoris, quæ
pariter non viſa fuerunt præſentis indaginis.

Et ita vtraq; parte informante, deciſum fuit, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Salernitana Portionis fructuum.

Die Veneris 9. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Tractatur de probatione vnionis beneficiorū, & præſertim quando de ea agitur incidēter. Reſtitutio in integrum aduerſùs ſententiam vt detur, quid ſufficiat.

SVMMARIVM.

1 *Læſio eſt fundamentum reſtitutionis.*
2 *Reſtitutio contra ſententiam, vt detur, ſufficit, quæcumque iniuſtitia, quamuis non notoria.*
3 *Cōfeſſio facta in precibus probat contra confitēt.*

4 *Lic-*

Digitized by Google

4 *Beneficiorum vnio præſumitur, quando vnus ſolus ea poſſidet. & vide nu. 9 10.*

5 *Beneficiorum diuerſitas præſumitur ex diuerſitate poſſeſſorum.*

6 *Aſſertiones Ordinariorum factæ in viſitationibus, plurimi ſunt momenti.*

7 *ad Beneficij ſtatum firmandum ſatis ſolet eſſe tempus 40. annorum. & nu. 8.*

9 *Beneficia plura ex quibus conſtet, quòd ſemper fuerint adminiſtrata, & poſſeſſa per vnum, tanquam vnita.*

11 *Beneficium præſumitur vnitum alio. ſi nominetur illius membrum ſeu de pertinentijs.*

12 *Beneficiorum vnio probari poteſt ex enunciatiuis, alijsq iuribus.*

13 *Vnionis effectus, debet probari, ad hoc vt illa releuet.*

14 *Titulus putatiuus ſufficit in caſibus, in quibus eſt neceſſe titulus in præſcriptione.*

15 *Beneficiorum vnio, quando incidenter eſt probanda, ſufficiunt leuiores probationes.*

16 *Deciſ. in Salernitana fructuum 6. Iunij 1616. coram Remboldo. declaratur.*

17 *Clericus vnuſquiſque viuere debet ex fructibus proprij beneficij.*

DECISIO L.

RESPONDERVNT DD. in dubio, quòd hodie propoſui conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum ad fauorem Io. Baptiſtæ de Ferrarijs noui Cantoris in Eccleſia Salernitana, cuius reſolutionis fundamentum fuit iniuſtitia ſententiæ aduerſus quam hæc reſtitutionis petebatur. Cum
1 ex ea diceretur probata † læſio ſuper qua eadem reſtitutio fundari debebat, *l. nam & poſtea §. ſi minor. ff. de iureiurando cap. 1. de reſtitut. in integr. Rot. dec. 1. eod tit. in nouis*, ad quē eff. ctum poterat
2 † etiam ſatis eſſe quæcumque iniuſtitia quamuis nō notoria, *Cæſ. de Graſſ deciſ 10. num. 12. de ſentent. & re iudicata, Card. Seraph. deciſ. 251. nu. 2. Rota deciſ. 492. num. 1. par. 1. recent.*

Et quia duo erant fundamenta eius ſentētiæ cōtra quam petebatur hæc reſtitutio. Quòd ſcilicet Eccleſia S. Mariæ ad fauorem nuncupatæ eſſet Parochialis, & quòd non probaretur diſmembratio fructuum eiuſdem Eccleſiæ, & earundem fructuū vnio facta dignitati Cantoratus quæ in Eccleſia Salernitana eſt ſecunda dignitas poſt Pōtificalem. Plura deducta fuerunt pro parte Io. Baptiſtæ qui hodie poſſidebat dignitatem eiuſdem Cantoratus ſuper probatione huius vnionis reſpectu vnius beneficij, quod erat in eadem Eccleſia, & nuncupabatur Rectoria. Cum vero contenderet hoc beneficium eſſe diuerſum ab alio beneficio exiſtente in eadem Eccleſia ſub nomine Cappellaniæ, cui erat annexa cura animarum Non impugnabatur alterum ſententiæ fundamentum niſi in ea parte, in qua videbatur ſupponi hæc cura etiā reſpectu Rectoriæ vnitæ dignitati Cantoratus. Cum non fuerit in eadem ſententia habita ratio huius diſtinctionis, & diuiſionis dictorum duorum beneficiorum.

Quæ quidem diſtinctio viſa fuit DD. probari ex pluribus, quia datæ fuerunt ex parte Io. Baptiſtæ primo confeſſiones duorum Cappellanorum tām occaſione precum porrectarum Archiepiſcopo Sa-
3 lernitano in quibus hoc beneficium Rectoriæ † ſuppoſitum fuit diuerſum à beneficio quod retinebat Cappellanus cuius nomine ſupplicatum fuit, *adnotat. in l. precum. C. de liberali cauſa vbi gloſ. 1. & 2. Bald. num 1. Gabr. de confeſſis concl. 4. n. 1.* quam etiam occaſione vnius inſtrumenti celebrati inter Cappellanum & Rectorem, in quo ab eodem Rectore fuerunt Cappellano locati fructus ſuæ Rectoriæ. Ex quo inſtrumento videbitur rectè etiam colligi poſſe huius rei probatio dum illud initum fuit inter partes quarum vtraquè poſſide-
4 bat ſuum beneficium quia ſicut præſumi † deberet vnio ſi hæc duo beneficia Rectoriæ, & Cappellaniæ
5 probarentur fuiſſe ab vno ſolū poſſeſſa, ita ex † diuerſitate poſſeſſorum præſumebatur diuerſitas beneficij, *arg. l. ſi eadem prouincia, ff. de officio aſſeſſorum, & § illud tamen cum § ſequent. Authen. vt Iudices ſine quoquam, ſuff. ag. Oldrad. conſ. 296. num. 1. & 2 Rota deciſ. 724. nu. 1. par. 2. recent.*

Secundò viſum fuit probari ex Teſtibus qui examinati ad inſtantiam Parrochianorum in cauſa quam ijdem mouerunt pro erectione nouæ Parrochiæ, deponebāt quod fructus huius Eccleſiæ erāt ſatis pro ſubſtentatione non ſolùm Rectoris & Cappellani qui tunc aderant in eadem Eccleſia, ſed etiam alterius Cappellani, & probare hoc idem viſæ ſunt exceptiones & replicationes factæ nomine Cappellanorum contra depoſitiones dictorum Teſtium, in quibus inter alia quæ dicebantur pro neganda quantitate, & opulentia eorum fructuum ſiue redituum Eccleſiæ illud deductum fuit quòd illorum medietatem percipiebat, Rector quibus conformis erat ſententia quæ lata fuit in ea cauſa, ad fauorem Parrochianorum ſuper erectione nouæ Parrochialis cum fuerit in ea reſeruata medietas fructuum ad fauorem Rectoris ſiue prabendæ Capitoralis Eccleſiæ Salernitanæ cui dicebatur vnita Rectoria.

Tertiò demum viſæ ſunt hoc idem confirmare plures Ordinariorum viſitationes quæ datæ fuerunt pro parte Io Baptiſtæ, & in quibus apparebat ſemper factam fuiſſe mentionem diſtinctam Rectoris, & Cappellani. Hæc vero viſitationes non ſolum viſæ ſunt probare diuerſitatem horum duorum beneficiorum ex eo, quod ſemper exiſtimatum fuit
6 † plurimum mometi in illis ineſſe vt ſæpius tenuit Rota, & in terminis ſimilis aſſertionis factæ in viſitationibus dictum fuit *in Lucana iurispatronatus 11. Ianuarij 1616. coram bo. me. Vbaldo, & coram Card. Caualerio deciſ. 506. nu. 3.* verum etiam quia probabantur continuatæ per ſpatium centum annorum, & vltra cum tamen ad firmandum ſtatum
7 † beneficij poſſit ſatis eſſe ſolum tempus annorum quadraginta ex notatis *in cap. cum de beneficio de præben. lib. 6. & poſt gloſ.* ibi in verbo (poſt) notant *Franchus num. 9. Anchar. nu. 1. in 4. notab.* Et
8 hæc omnia fuerunt † conſiderata ad firmandum exiſtētiam horum duorum beneficiorum in diuerſis Eccleſijs huius diœc. Salernitanæ *coram Greg. vt in illius deciſ 479. coram Reuerendiſſ. Seleucien in deciſ. ſub die 23. Ianuarij 1617. & 18. Febr. 1619. & coram Eminentiſſ D. meo Veroſpio in alia Salernitana Parrochialis 15. Martij 1614.*

1 2 qui-

quibus accedebant plura inſtrumenta diuerſarum
ſolutionum, quæ factæ fuerant diuerſis tẽporibus
occaſione decimarum Papalium diſtinctè à Recto-
ribus & Cappellanis pro tempore ex quibus pari-
ter oſtendebatur quòd hæc duo beneficia fuerint
poſſeſſa tanquam diuiſa.

Ex eiſdem probationibus quæ datæ fuerant ſu-
per diſtinctione horum duorum beneficiorũ viſum
fuit etiam probari vnionem beneficij Rectoriæ fa-
ctam dignitati Cantoratus quod erat alterum ex
duobus fundamentis, quæ deducebantur contra
ſententiam, quæ tranſiuerat in rem iudicatam, nã,
& teſtes & ſententiæ & aliæ probationes ſuperius
deductæ eodem tempore, quo mentionem faciebãt
eorum duorum beneficiorum Rectoriæ & Cappel-
laniæ conſiderabant etiam perſonam Rectoris tan-
quam vnam, & eamdem cum perſona Cantoris nõ
autem tanquam diſtinctam, aut diuerſam ex quibus
9 rectè colligi poterat quod hæc duo beneficia † ſem-
per fuerint adminiſtrata, & poſſeſſa per Cantorem
tãquam vnicum beneficium quod vt dicit *Oldrad.
in add. conſ.296.* non ſolum videbatur eſſe ſignũ,
ſed demonſtratio vnitatis; & hoc etiam probabatur
ex eiſdem viſitationibus in quibus, vt dictum eſt
apparebat conſideratam fuiſſe perſonam Rectoris,
& Cappellani tanquam diuerſas; Nam eædem vi-
ſitationes dum de Rectore loquebãtur non diſtin-
guebant illius perſonam à perſona Cantoris; imò
10 in aliquibus earum fiebat expreſſa mentio † huius
vnionis quod tamen non erat neceſſe ſecundùm
ea, quæ tradit *Garz. de benefic. par.12. cap. 2. nu.
256.* cum potuiſſet ſatis eſſe, vt ipſa Rectoria fuiſ-
ſet nominata memorum ſiue de pertinentijs Can-
11 toratus † dum non poterat vti talis poſſideri niſi
dato titulo dictæ vnionis, *vt fuit conſideratum in
deciſ. Card. Seraph. 1272. n.1.* quam refert *Garz.
d. num.256. & in deciſ.1304. num. 3. apud eund.
Card. Seraph. & in deciſ.626. nu.2. par.1. recent.*

Quibus omnibus accedebat titulus eiuſdem
vnionis deſumptus ex Breue Martini Quinti in
quo legebatur datum mandatum Ordinario Saler-
nitano vniendi plures ſimiles Rectorias diuerſis di-
gnitatibus Eccleſiæ Cathedralis propter cuius ti-
tuli concurſum ſatis eſſe poterat tempus annorum
40. & vltra, quo tam ex dictis enunciatiuis quam
ex alijs iuribus ſupra deductis colligebatur fuiſſe
12 hæc † duo beneficia poſſeſſa tanquam vnita, vt de-
clarat ac diſtingnit *Felin. in conſ.2. nu. 2. per tex.
cum gloſ. in cap. de quarta de præſcript. Rebuff. in
praxi tit. de vnione nu.34. & 35. Rota deciſ.10. de
reb. Eccl. non alienan. in antiq. & deciſ. 672. nu.6.
par.2. recent.* Neque viſum fuit ad hunc effectum
obſtare poſſe regula Innocentij reuocatoria vnio-
num cum actus qui dabantur ad probandum hanc
vnionem eſſent poſteriores eadem regula dum illa
edita fuerat de anno 1584 ij verò actus ex quibus
deducebatur poſſeſſio horum duorum beneficiorũ
in perſona Cantoris incipiebãt ab anno 1557. Nec
enim obſtare poſſent ſi ſuper eo ſolo titulo, qui ori-
ri videbatur ex Breue Martini V. conſiſteret etur
13 fundamentum huius probationis. Cum † opus tũc
eſſet probare effectum vnionis antequam illa fuiſ-
ſet reuocata per regulam, & in his terminis loqui-
tur Gloſator antiquus ſuper *reg.12. num.5. Man-
doſ. ad eamd. regulam q.5. num 3. Veral. deciſ.11.
num.4. & 5 par.1.* Cum vero præter eumdem ti-
tulum adducatur etiam poſſeſſio annorum octo-
ginta, & vltra quibus conſtat fuiſſe per Cantores
14 poſſeſſa hæc duo beneficia ſatis poterat † eſſe ad
hunc effectum ſolus titulus putatiuus qui collige-
batur ex eodem Breui ſecundum notat *per gloſ. in
d. cap. de quarta de præſcript & in cap. 1. & in
verbo cauſa eod. tit. lib. 6. Abb. in cap. ſi diligenti
eod tit. num.33. & in cap. cum veniſſent num.8. de
inſtitut Verall. deciſ. 361. num. 4. par. 2.* imò &
iuſta credulitas veri tituli, *vt per Felin. in d. cap.
de quarta de præſcript. num.24. Rota deciſ.3. eod.
tit. in nouis*, præſertim cum de ea ipſa vnione quæ-
15 rebatur † incidenter nempè ad effectum obtinen-
di portionem fructuum qui ante dictam vnionem
competebant Rectori, & ſuper quibus nullum ius
poterat conſiderari ad fauorem Cappellanorum, vt
fuit in his terminis conſideratum *in deciſ. Card. Se-
raph.1246. nu.2. & notat Bart. poſt gloſ. in l. quidã
in ſuo ff. de condit. inſtitut. Soccin. iun. in l. natu-
rali. ff. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ nu. 31.*

Ex his quæ dicta ſunt poterat etiam colligi reſ-
16 ponſio ad deciſ. factam in hac cauſa *coram bo. me.
Remboldo ſub die 6. Iunij anni* 1616. ſuper qua
nitebatur ſententia, quæ hodie dicebatur habere
vim iudicati quia data diſtinctione dd. duorum be-
neficiorum non poterat obſtare probatio facta ſu-
per qualitate parrochialitatis, quæ neque negaba-
batur reſpectu Cappellani. Id vero quòd in eadem
deciſione dicebatur ſuper diſmembratione fructuũ
quod ſcilicet non probaretur facta aliqua diuiſio
ab Eccleſia parrochiali. Neque etiam obſtare po-
terat quia præter reſponſiones datas ex quibus vi-
debatur colligi contraria probatio reſpectu fructuũ
Rectoriæ, & illorum vnione facta dignitati Canto-
ratus ſatis eſſe poterat quòd non ageretur de fru-
ctibus ſpectantibus ad Cappellanum qui exercebat
in eadem Eccleſia curam animarum, vt ſuper fru-
ctibus qui ad Rectorem pertinebant non poſſet idẽ
Cappellanus aliquod ius pretendere dum quiſquam
17 † eorum viuere debebat ex fructibus proprij bene-
ficij, *cap. vt quiſquam de vita & honeſtate Cleri-
corum notat Abbas in cap. conquarente de Clericis
non reſidentibus, Verall. deciſ.306. num. 5. par. 3.*
Et ita &c. vtraque &c.

R. P. D. MACCHIAVELLO.

Cæſarauguſtana Præceptoriæ.

Die Mercurij 13. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Beneficium, quando dicatur Sedi Apoſtolicæ
affectum. Executor mixtus qualiter proce-
dere debet. Triẽnalis poſſeſſio pacifica bene-
ficij quid operetur. Commendæ noſtri tem-
poris an ſint veri tituli beneficiales.

SVMMARIVM.

1 *Commenda per appoſitionem manus Papæ rema-
net Sedi Apoſtolicæ affecta, vt nemini inferior
liceat*

Digitized by Google

liceat illa conferre, donec à Papa fuerit de ea aliquis prouiſus in titulum.

2 *ex Effectuatione vera, & reali gratia intrat præſumptio iuſtificationis literarum.*

3 *Beneficij vacatio, quando dicatur conſumpta.*

4 *de Commendando mandatum, eſt contrarium prouiſioni in titulum.*

5 *per Electionem vnius ex contrarijs, aliud dicitur ſublatum.*

7 *Cauſa duæ, quando concurrunt, vna quæ nocet, & altera, quæ prodeſt, attenditur cauſa, quæ nocet tanquam præpotens.*

8 *in Beneficio aliquo affectio, vt inducatur, ſola appoſitio manus Papæ ſufficiens eſt.*

9 *Executor mixtus ſub pœna nullitatis omnino tenetur procedere iuris ordine ſeruato.*

10 *Executor non tenetur citare eum, qui non eſt legitimus contradictor, veluti ſi non habeat nec titulum, nec poſſeſſionem.*

11 *Executor de veritate narratorum poteſt extraiudicialiter ſe informare.*

12 *in Triennali poſſeſſione beneficij pacifica, ſi quis erit, non licet amplius gratiæ validitas controuerti nec de nullitate tituli opponi. iuxt. alleg. cap. 89.*

13 *Poſſeſſio triennalis pacifica. anteceſſoris, quando iuuet etiam ſucceſſorem.*

14 *Commēdæ noſtri temporis ſunt veri tituli beneficiales, in quibus procedunt regulæ, & Conſtitutiones Apoſtolicæ.*

15 *Beneficium affectum, ſi erat manuale per mortem prouiſi, reddit ad ſuum primæuum ſtatum manualitatis, vide num. 16.*

17 *Clauſula, ſine præiudicio litis &c. non tollit expreſſum in gratia.*

18 *Narrata in gratia, quando ſufficiat, vt ſemipleně probentur.*

DECISIO LI.

PRIOR Monaſterij Calataiubij prætendens Præceptoriam Oppidi de Codos Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani vacātem per obitum Michaelis Perez de Nueros ad ſe pleno iure ſpectare, & ad ipſius nutum eſſe amouibilem, de ea in titulum manualem D. Franciſco Perez de Nueros prouidit; Papa vero illam Domino Frāciſco Pardo commendauit. Vnde orta lite inter vtrumque prouiſum, dubitare contigit An gratia Domini Pardi eſſet iuſtificata, & Rota affirmatiuè reſpondit.

Omnia enim, quæ in literis continebantur, & quæ Pontifici fuerant expoſita ſatis conſona veritati apparuere, & præſertim quòd hoc beneficium eſſet Sedi Apoſtolicæ affectum, in qua re conſiſtebat integra huius cauſæ difficultas probari viſum fuit ex eo quod Michael Clericus ſæcularis vltimus huius Præceptoriæ poſſeſſor poſtquam in eius regimine, atque adminiſtratione datus fuerat Coadiutor cuidam Gundiſaluo anteceſſori, obtinuit etiam à Pontifice tunc regnante (propter multam Prioris Contradictionē, & oppoſitionem contradictam Coadiutoriam) per ceſſum, vel deceſſum talis coadiuti eam ſibi commendari, vnde hæc Præceptoria per huiuſmodi appoſitionem, manus Papæ ita ex tunc remāſit Sedi Apoſtolicæ affecta, vt ne-

1 mini inferiori licuerit amplius illam cōferre, † donec à Papa fuerit de ea aliquis prouiſus in titulum *Roman. conſ. 350. num. 11, vbi addent. Aeneas de falco tract. de reſeruat. quæſt. 3. num. 11. ante med. Garz. de benef. par. 4. cap 4. num. 68. & ſeqq.* vbi plures cumulat concordantes *Gonz. gloſ. 52. num. 11. Put. deciſ. 154. lib. 1. in correct.*

Nec obſtare viſa fuerunt, quæ in contrarium aſſerebantur ad probādum quòd hæc gratia Michaelis, vel executioni demandata, vel penitus iuſtificata nō fuerit ita ut modo huiuſmodi beneficij nequaquam verificetur affectio, nam manifeſtè oſtendebatur in facto, quòd ſtatim ſequuta morte Gundiſalui, Cæſarauguſtanus Literarum executor hanc Præceptoriam d. Michaeli commendauit, eique mandatum de immittendo conceſſit, cuius vigore dum fuit ab eodem Michaele validè appræhenſa, & vſq; ad vltimum vitæ ſpiritum perſeuerata poſſeſſio negari non poteſt quin huiuſmodi gratia ve-
2 rè, & realiter effectuata remanſerit, † ex qua etiā effectuatione bene hodie deducitur iuſtificationis Literarum præſumptio, vt in ſpecie commendæ firmat *Put. dec. 356. num. 4. & ſeqq. lib. 1. in correct.*

Et ſic pariter corruit obiectum deſumptū ex eo, quòd, cum in gratia Coadiutoriæ, quæ (vt dixi) fuerat Michaeli iam àntea conceſſa reperiretur etiam futura ſucceſſio in titulum, & iſta per obitum Gūdiſalui coadiuti credi poſſit. quòd tunc habuerit effectum, dicendum modo videtur, quòd non po-
3 tuerit amplius hæc Præceptoria, † ex huiuſmodi vacatione conſumpta dicto Michaeli commendari *Rot. dec. 498. num. 2. & dec. 523. num. 2. par. 2. recent.* cum ſtante titulo acquiſito ſuper hoc beneficio vigore purificatæ ſucceſſionis coadiutoriæ, cē-
4 ſeri debeat renunciatum fuiſſe mandato † de commendando, quod eſt contrarium prouiſioni in titu-
5 lum, ita per electionem † vnius aliud fuerit ſublatum, vt in ſpecie tradit *Rom. d. conſ. 350. num. 14. verſ. & huius ratio, eum alijs per ibi adden. in lit. P.* Tollitur enim hęc difficultas ex ſupradictis, quòd nimirum gratia Commendæ fuit per Michaelem impetrata Gundiſaluo adhuc viuente, & ſic antequam futura, ſucceſſio in titulum effectuari potuerit, & quod idem Michael mortuo Gundiſaluo poſſeſſionem huius Præceptoriæ, non tanquam titularis, ſed vti Commendatarius ſemper retinuit, pro vt teſtes optimè deponunt, vndè potius verſa vice arguendum foret per electionem Commendæ cuicumque alio titulo collatiuo renunciatum fuiſſe, quod quando etiam verum non eſſet, itaut ex claris demonſtrationibus appareret, Michaelem nunquam deſijſſe poſſidere ex titulo ſupradicto, adhuc
6 tamen † huius beneficij non excluderetur affectio, quæ ex commenda reſultaret, prout cōtra Romanum tenet *Gamb. de poteſt. Legat. in vnien. num. 140. & 144.* nam ſemper verum eſſet dicere, Michaelem fuiſſe Commendatarium, & ratione Commendæ beneficium remanſiſſe affectum, vbi enim
7 duæ cauſæ concurrunt, † vna quæ nocet, & altera quæ prodeſt attenditur cauſa quæ nocet tanquam præpotens *Grat. diſcept. 355. num. 19. & Surd. conſ. 361. num. 16.*

Nec ſimiliter obſtat, quòd hæc Præceptoria nō fuerit Michaeli per Sedem Apoſtolicam commen-

data, ſed ſolummodo conceſſum mandatum de cōmendando, quoniam nihilominus affectio eſt clara quia conſtat de huiuſmodi mandati executione,
8 tum etiam quia ad inducendam † in aliquo beneficio affectionem ſola appoſitio manus Papæ ſufficiens eſt extrauag. ad Romani *§. Romani quoque de præb. Pariſ. de reſignat. lib. 12. quaſt. 10. num. 9. Rot. deciſ. 570. num. 5. par. 1. recent.*

Neque verificabatur, quòd Cæſarauguſtanus executor nulliter proceſſerit dum literas commēdatitias in forma dignum Michaeli conceſſas executioni demandauit abſque præuia proceſſus confectione nec citato Priore Monaſterij Calataiubij, &
9 ſic non ſeruato ordine iudicij † quem vti mixtus executor ſub pœna nullitatis omninò ſeruare tenebatur *Rot. dec. 159. num. 3. par. 2. recent.* Nam reſponſum fuit quòd cum ſolus Michael in poſſeſſione huius Præceptoriæ reperiretur, & Prior dicti Monaſterij non eſſet legitimus contradictor, cum nec titulum, nec poſſeſſionem huiuſmodi beneficij
10 haberet, † eius citatio non erat neceſſaria, ſicuti etiam proceſſus omiſſio actum non vitiauit cum
11 ita † potuerit talis executor de veritate narratorū extraiudicialiter ſe informare *Put. deciſ. 140. lib. 2. Caual. dec. 644. num. 2. & 3*

Sed exiſtimarunt Domini circa effectuationem, & iuſtificationem huius gratiæ Michaelis ceſſare omnem ſcrupulum ex eo quòd ipſe, vti commendatarius in triēnali pacifica huius beneficij poſſeſ-
12 ſione deceſſit † vndè inferebant nō licere amplius talem gratiam controuerti, nec de nullitate huiuſmodi tituli opponi, iuxta Lapi *allegat 89.* quia ſicuti ipſe Michael viuēs potuiſſet ad ſuam gratiam ſubſtinendam regula de triennali ſe tueri, ita etiam D. Pardus eius ſucceſſor ad probandam affectionē huius beneficij, quæ à validitate dictæ gratiæ Mi-
13 chaelis dependet non tenetur modo talem † gratiam iuſtificare, ſed debet circa ipſam eadem regula poſſe iuuari *Sarnen. ſuper reg. de triennali quaſt. 13. col. vlt. Mobed. deciſ. 15. de cauſ. poſſ. & propriet. Achill. dec. 14. nu. 3. & ſeqq. de probat. Pariſ. de reſign. lib. 11. quaſt. 6. num 97. Verall. deciſ. 27. nu. 3. par. 1. Card. Seraph. dec. 316. nu. 2.* Com-
14 mendæ enim noſtri † temporis ſunt veri tituli beneficiales, in quibus procedunt regulæ, & conſtitutiones Apoſtolicæ, *Gomez ſuper reg. de infirm. quaſt. 13. §. quibus non obſtantibus Gonz. ſuper 8. reg. gloſ. 5. §. 8. nu. 3. & ſeqq. Rebuff. de pacif. poſſ. num. 36. & ſeqq. Hoied. de incompat. benef. par. 1. cap. 14. num. 7. verſ. videmus ergo Pariſ. de reſign. lib. 2. quaſt. 17. num 11. vbi de communi Garz. de benef. par. 4. cap. 4. num. 43. & 48. Rot. deciſ. 141. num. 6. par. 1. recent. & in Piſtorien. ſeu nullius benef. 18. Octob. 1634. coram R. P. D. meo Dunozet.*

Ex quibus, cum indubitabilis reddatur gratiæ Michaelis iuſtificatio non releuant deducta ad demonſtrandum, quòd nihilominus talis gratia ad effectum de quo agitur D. Pardo ſuffragari non poſſit quamuis enim regulariter dicendum eſſet, quòd hæc Præceptoria tanquam manualis ſtatim ac per mortem Michaelis deſijt ei eſſe commendata ad
15 ſuum primæuum † manualitatis ſtatum redierit, itaut modo ſub affectione cadere non poſſit, quæ ex commenda reſultaret *Achil. dec. 9. de præb. Gōz. ſuper reg. 8. gloſ. 5. §. 6. num. 27. & ſeqq. Rot. deciſ. 739. nu. 8. par. 1. diuerſ. & in Cæſarauguſtan. Cameraria 9. Decembr. 1623. coram R. P. D. meo Pirouano*, tamen hæc concluſio non habet locum, vbi
16 Papa in prouiſione per viam Commendæ † intellexit ſtatum manualitatis beneficij, prout accidit in caſu præſenti in quo cum Pontifex habuerit ſcientiam manualitatis huiuſmodi Præceptoriæ commendādo voluit illam pro futura prima vacatione afficere vt optimè limitat idē *Achil. d. dec. 9. de præbend. num 9.* & dixit *Magiſtraliter Rota in Pampilonen. Theſaurariæ 15. Nouembr. 1617. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.*

Non obſtant clauſulæ in litteris commendatitijs
17 Michaelis appoſitæ quia ſicuti clauſula ſine † præiudicio litis &c. non tollit expreſſum in gratia, & ſic quo minus Papa voluerit hanc Præceptoriam commendare *iuxta conſ. Oldrad. 330. Put. dec. 183. nu. 1. lib. 3. in correct. Card. Seraph. deciſ. 756. n. 2. & Greg. XV. deciſ. 332. num. 7.* Sic pariter viſum fuit Dominis, quod clauſula pro hac vice &c. non potuerit impedire, quin ex tali Commenda orta fuerit beneficij affectio, quæ ab ipſa Commenda tanquam effectus neceſſarius immediatè, ac inſeparabiliter dependebat.

Quo ad reliqua vero, quæ in litteris D. Pardi fuerunt expreſſa, iuſtificatio ſatis clara apparuit, nam obitus Michaelis in poſſeſſione & intruſio D. Franciſci de Nueros, & Clericatus ipſius prouiſi Apoſtolici, & qualitates, & valor huius Præceptoriæ, ſicuti etiā valor alterius beneficij quod ab eodem D. Pardo poſſidetur, omnia ſatis ſuperq. probata fuere ex publicis, & authenticis ſcripturis, ex teſtibus optimè deponentibus, vndè inſurgit
18 perfecta probatio † cum tamen ad effectum de quo agitur ſemiplena ſufficeret *Rot. deciſ. 14. de probat. in antiq. Egid. deciſ. 114. Mobed. deciſ. 21. num. 3. de renunciat.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Iuſtificationis Creditorum.

Die Mercurii 13. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

In determinandis cauſis cōtractuum Cambiorum inſpectis omnibus partibus eorumdem nempe ſubſtantia, permiſſione, & pretij iuſtitia, verè, & propriè recurrendum eſt ad Canoniſtas, & Legiſtas non autem ad Mercatores ſacrorum Canonum, & Legum ignaros, cum in hac materia potiſſimum agatur de interpretatione ſacrorum Canonum, Bullarum & Conſtitutionum Summorum Pontificum. Egregiè dilucidatur concluſio iſta, à tam inſigni Auditore Iuris Lampade fulgentiſſima, ac ſidere longè, lateque coruſcante.

SVM-

S V M M A R I V M.

1 *De Cambiorum qualitate, & uantitate quando agitur, eorum iuſtificatio abſque peritorum iudicio haberi non poteſt.*

2 *Iudex in his, quæ iudicio, & ſcientia ſua poteſt terminare, non tenetur peritos eligere. & nu. 9. & 35.*

3 *Iudex in his, quæ iudicio ſuo diſtinguere non poteſt, tenetur peritos eligere ne iudicium probationibus careat.*

4 *Probatio directa, ſi fieri non poteſt debent probari circumſtantiæ, & hac probatione facta, ſi Iudex vult, poteſt facere, quod eligantur periti.*

5 *Iudex, quando indiget iudicio peritorum arbitrium eſt ſubſidiarium.*

6 *Stylus, & conſuetudo poteſt probari per teſtes.*

7 *Iuſſio Signaturæ Iuſtitiæ, debet intelligi prout de iure.*

8 *Arbitrium, quando in reſcriptis datur, debet intelligi ſecundum ius.*

10 *ad Iudicem Iuriſperitum, cognitio quorumdam caſuum indubitatè non pertinet, prout ſi agatur de fœtu concepto, de partu vitali, de percuſſione lethali, de ædificijs, de pariete communi &c. ſimilium.*

11 *in Cambiorum contractibus determinãdis Iudex non eget iudicio Mercatorum Peritorum.*

12 *Cambiorum contractuum cauſa propriè pertinet ad Canoniſtas, & Legiſtas, non autem ad Mercatores ſacrorum Canonum, & Legum ignaros.*

13 *Cambiorum contractus determinare, an magis ſpectet ad Canoniſtas, vel ad Legiſtas.*

14 *Cambiorum ſubſtantia conſiſtit in conſenſu recipientium, & dantium ad cambium.*

15 *Cambia ſi ſint probanda per teſtes, litteras, inſtrumenta, aut per libros, cognitio huiuſmodi ad Mercatores Peritos certè non erit referenda, ſed ad Iudices Iuriſperitos.*

16 *Qui ſecundùm earumdem legum determinationẽ iudicare debent ſuper concludentia, & validitate probationum.*

17 *ſuper Cambiorum contractus permiſſione in genere, quam in ſpecie iudicium ſpectat Canoniſtis, non autem Mercatoribus, cum agatur de interpretatione ſacrorum Canonum, & Pontt. Summ. Bullarum.*

18 *Cambiorum quæſtiones incidentes in Rota deciduntur ſecundum Canonicas ſanctiones, non autem de voto Mercatorum.*

19 *Cambium, an poſſit contrahi pactione adiecta, vt dans ad cambium pro nundinis futuris; poſſit pro debitore loco nundinarum ſoluere.*

20 *ad Cambium habens facultatem accipiendi pecuniam, poteſt de voluntate debitoris accipere à ſe ipſo.*

21 *ad Cambium poteſt pecunia dari, & taxari certum lucrum ab initio.*

22 *ad Cambium dans mandatum accipiendi pecuniã, ſi in tempore non ſit ſolutum debitum, in mora conſtituitur.*

23 *In Cambiorum materia determinatio iuſtitiæ pretij pertinet ad Iuriſperitos, non autem ad ſtylum Mercatorum, in quorum facultate non eſt valutandi propriam pecuniam acceptam, vel ad cambium datam.*

24 *Sed tenentur ſequi pretium per Magiſtratum impoſitum, in locis, in quibus nundinæ ipſæ celebrantur. num.*

25 *Cambia non ſemper ſũt uniformia dum pro libito Mercatorum non ſequitur valutatio auri, vt dicunt de Marco.*

26 *Cambia, modo minus, quando plus, & quando damnum afferunt.*

27 *in Cambijs, ſi pretium, ſeu valutatio excederet pretium declaratum per Magiſtratum in nundinis, per iſtam inæqualitatem, & ſic iniuſtitiam cambium eſſet reprobatum, & ſiccum.*

28 *ſuper Cambijs iteratis concordia emanata, non ſufficiunt pro iuſtificatione quantitatis debitæ cum non ſit in eorum facultate facere licitum, quod eſt per Canones prohibitum.*

29 *Vt propterea ad veritatem detegendam, & confuſionem uitandam eligendi ſint periti.*

30 *Contrahentium voluntas metiri debet ab eorum poteſtate.*

31 *Cambia iterata oriri ſolent, vel ex mandato de accipiendo ad cambium ſummam contractam & illam recambiando ad effectualem vſque ſatisfactionem. Vel ex mora in non ſoluendo, ſecuta interpellatione. & nu. 32.*

33 *Cambiorum reiteratorum cognitio, ex quocumque capite proueniant, ſpectat non ad Mercatorem, ſed ad Iudicem, qui cuncta rimari debet per ocularem inſpectionem.*

34 *in Cambiorum materia, periti ſaltem ſunt eligendi ſuper calculatione ſummarum ex illis prouenientium.*

36 *Calculis authoritate Magiſtratus factis, fides eſt adhibenda.*

37 *de Calculi errore dari non poteſt, ſtantibus ampliſſimis renunciationibus.*

38 *Tranſactio non vitiatur, ex partitarum duplicatione, quia non vitiant, ſed vitiantur.*

D E C I S I O L I I.

MORTVO Alexandro Nappio vſque de anno 1627. Domini Carolus, & Petrus eius fratres, & hæredes cum beneficio legis, & Inuentarij pro debitis dum viueret contractis cum Dominis de Baccellis concordarunt tradere in ſolutum tot bona hæreditaria in agro Ferrarienſi exiſtentia pro illorum extinctione, prout verè illa dederunt per documenta publica ſpecificatis creditis in quatuordecim partitis aſcendentibus ad ſummam ſcutorum 44. mil. cum obligatione expreſſa ipſorum de Baccellis manutenendi dicta credita vera, toties quoties opus eſſet; ſuſcepta autem diſputatione ſuper iuſtificatione eorundem, & emanatis iam reſolutionibus coram D. meo Veroſpio 31. Martij 1634. * & 19 Iunij ſequentis, * partitas, primam, ſecundam, tertiam, quartam, quintam, octauam, & duodecimam eſſe iuſtificatas aſcendentes ad ſummam ſcutorum 32610. determinando, ex quinta partita, quæ eſt ſcutorum 13. mil. eandem tantummodo eſſe iuſtificatam pro ſcutis 6254. reiectis alijs partitis; ac reſiduum dictorum

ſcu-

Digitized by Google

ſcutorum 13.mil.ad aliam diſputationem, dum in-
ſtaretur pro Baccellis audiri ſuper reſeruatis, inci-
dit alia quæſtio ſuper imperfecta iuſtificatione
partitæ quintæ ſcutorum 6254. ex illa ſcuto-
rum 13.mil.quam pro parte fratrum de Nappis di-
cebatur firmari non poſſe abſque peritorum depu-
tatione, ex quo prouenit ex giratis, & reiteratis
cambijs, quæ cambia partium conuentione, aut in-
ſtrumento concordiæ ſolidari non poſſunt propter
vſuræ ſuſpicionem, & iuſtitiæ contractus veritatẽ,
ſed requiri poſitiuam iuſtificationem, quæ abſque
1 peritorum † iudicio haberi non poteſt, cum agatur
de qualitate, & quantitate cambiorum, quorum
præcipuum ſolet eſſe iudicium *Anchar. conſ.330.
num.8. verſ.non eſt. cum alijs allegatis per Moder-
num de probat.concluſ.*1169.

Cæterùm, quia hæc petitio difficultate non care-
bat fuit datum dubium, & eo maturè diſcuſſo Do-
mini reſponderunt non eſſe locum electioni peri-
torum.

2 Veræ enim ſunt concluſiones, Iudicem † in his,
quæ iudicio, & ſcientia ſua poteſt terminare, ſi vult,
non teneri peritos eligere; in his autem, quæ pro
3 iudicio ſuo diſtinguere non poteſt † teneri peritos
adhibere, ne iudicium probationibus careat.

Primam concluſionem firmarunt *Bald. in l.2.*
4 *num* 55.*C.de reſcind. vend.* dicens ſi directa † pro-
batio fieri non poteſt, debent probari circumſtatiæ,
& hac probatione facta, ſi vult, poteſt Iudex face-
re, quòd eligantur periti, & idem tenet *in l. ſed no-
uo iure. nu* 16.*C.ſi cert. pet.& in l.comparationes.
num.*10 *C.de fid.inſtrum Menoch.de arbitr. caſ.*
114.*nu.*26. *Bart.in l.creditores.*3. *in* 2.*lect. in fin.
C.de pignor.Felin in cap.veniens.il* 1.*num* 20.*de
teſt.Gratian. diſcept.*228.*nu.*17. omnes rationem
adducentes, quoniam arbitrium huiuſmodi ſubſi-
5 diarium eſt, quando † iudex indiget iudicio perito-
rum, & in hac materia cambiorum apud *Verall.
in manuſcript.deciſ.*65 *lib.*1.Rota denegauit dictã
6 electionem, ex quo agebatur de ſtylo, † & conſue-
tudine, quæ probari poterat per teſtes, & magis
præcisè reſpondit Rota non eſſe eligẽdos peritos
*in deciſ.*438. *num.* 3.*par.*3. *diuerſ.* vbi commiſſio
impetrata fuerat pro habenda electione peritorum
ſuper interpretatione quorundam verborum con-
tentorum in litteris cambij. & reſcriptum emana-
uerat arbitrio, prout in præſenti. in quo Signatura
Iuſtitiæ mandauit, vt de nouo Nappij audirentur
ſuper deputatione peritorum, quam iuſſionem
7 † Domini intellexerunt, prout de iure ſecundum
deciſ.Creſcent.penult.de conſtit ſecundum quod &
8 arbitrium quando in reſcriptis datur ſolet † regula-
ri; quas exinde reſolutiones modernis temporibus
ſequuta eſt Rota *in Romana reſpõſionis Canonum
26.Maij* 1593.*coram bo.me. Penia, & in Peruſina
dotis* 30.*Octob.* 1630. *coram D.meo Decano, & in
eius impreſſ.*422.*num.*7.

9 Secundam concluſionem † abſque hæſitatione
tenuerunt *Felin. in c. propoſuiſti. de probat. Bald.
conſ.*233. *vol.*1. *Aret.conſ.*83.*nu.*11.*Anchar.conſ.*
330.*nu.*6. *Berous.conſ.*132.*nu.*2. *vol.*3.*Surd.conſ.*
126. *num* 17. cum alijs infinitis relatis per *Mo-
dern de probat.concluſ* 1169. omnes moti ex *tex.
l.*1. *in princip.ff. de ventr. inſpicien.* & aſſerentes
exempla in caſibus, quorum cognitio indubitatè
10 non pertinet ad Iudicem Iuriſperitum, † prout sũt
de fœtu concepto, de partu vitali, de percuſſione
læthali, de ædificijs, de pariete communi, & ſimi-
lium, quę reſpectiuè in vnaquaque arte poſſunt cõ-
ſiderari, & de quibus non eſt Iudicis Iuris Con-
ſulti cognitio, nec determinatio.

In præſenti autem indubitatè tenuerunt Domi-
11 ni non egere iudicio Mercatorum Peritorum † in
determinandis cauſis cõtractus cambiorum inſpe-
ctis omnibus partibus eorumdem, nempè ſubſtan-
tia, permiſſione, & pretij iuſtitia, quandoquidem
12 materia hæc pertinet † propriè ad Canoniſtas, &
Legiſtas, non autem ad Mercatores Sacrorum Ca-
nonum, & legum ignaros, omiſſa pro nũc quæſtio-
ne, an magis ad Canoniſtas, quam ad Theologos
13 pertineat, † in qua tamen pro Canoniſtis tenue-
runt Petrus de Anchar.in ſua diſputatione incipiẽ-
te antiquis, & modernis temporibus Ioannes de
Anania illam referens *in cap. in ciuitate. num.*13.
*de vſur.Alex. conſ.*1.*num.*10.*lib.*2.*Dec. conſ* 111.
*num.*6.*&* 602.*nu.*9. *Natt. conſ.*250, *nu.*2. *cum
alijs per Modern.de comerc.* §.1. *quæſt.*1. *num.*19.
& 27.

Nam quoad ſubſtãtiam contractus cambij, cum
illa conſiſtat in conſenſu partium recipientium, &
14 † dantium ad cambium. & illo deficiente quælibet
diſpoſitio ſit nulla ipſo iure *Crot. conſ.* 120.*nu.*20.
Berou.conſ 175 *nu.*58 *vol.*2. *Ruin.conſ.*8. *num.*9.
vol 2. *Cephal.conſ.*94. *num* 37. *Rol. conſ* 7. *nu.*61.
vol 3. *Becc.conſ* 99. *nu.*29.*Surd conſ.*25. *nu.*10. ſi
15 ille probandus † eſt per teſtes litteras, inſtrumẽta,
aut per libros, cognitio huiuſmodi ad mercatores
peritos certè non erit referenda, ſed ad Iudices Iu-
16 riſperitos qui ſecundùm eãrumdem † legum deter-
minationem iudicare debent ſuper concludentia
& validitate probationis, ſcilicet, an teſtes, aut
ſcripturæ ſecundum regulas iuris probent conſen-
ſum in quo conſiſtit obligatio, & an numerus teſtiũ
ſufficiat, & ſcripturæ fidem faciant, & ſimilia.

Similiter ſuper permiſſione contractus cambij,
17 tàm in genere, quàm in ſpecie erit iudicium † Ca-
noniſtarum. non autem Mercatorum cum agatur,
de interpretatione ſacrorum Canonum, & Sum-
morum Pontificum Bullarum, ac Cõſtitutionum,
2 vt dicunt *Dec.d.conſ.*111. *num* 7. *& Alex. conſ.*1.
*num.*10.*lib.*2. & alij ſupra allegati, quorum ſcien-
tiam Mercatores non habent, & hinc vidimus in-
cidentes quæſtiones ſuper modo licitè cambiandi
18 in Tribunali noſtro, † omiſſis multis inter cæte-
ras, fuiſſe deciſas ſecundum Canonicas ſanctiones,
non autem de voto Mercatorum; nempè quòd cã-
19 bium poſſit contrahi pactione adiecta, vt † dans ad
cambium pro nundinis futuris poſſit pro debitore
in loco nundinarum ſoluere, quam pactionem Mer-
catores appellant con la recorſa *in cauſ. Romana
ſeu Florentina pecuniaria* 12.*Ianuarij* 1615. *co-
ram Archiepiſcopo Seleucien.* ſecundum veriorem,
de qua *per Nauar.cõſ* 31. *de vſur.lib.*5. *Mich.Sal.
ad Diuum Thomam* 2.2. *poſt q.*78. *in diſput. de
camb.quæſt.*4.*art.*2.*controuerſ* 12. *num.*1. *tom.*2.
*Benincaſ.eod.tract.cap.*4.*verſus finem.*cum alijs al-
legatis *per Modernum Romanũ de Comercijs.* §.1.
23 *q.*5. *nu.*83. ſimiliter quòd habens facultatem † ac-
ci-

Digitized by Google

cipiendi pecunias ad cambium, poſſit de voluntate
debitoris accipere à ſe ipſo, fuit concluſum in *Ro-*
mana cambiorum 18. Iunij 1627. coram me, in
qua fuit dubitatum, an in mandato data eſſet talis
facultas, non autem, an poſſet dari, cum hoc eſſet
abſolutum; & deciſum *in Bononien. quadernæ 22.*
April 1611. coram Card. Horatio Lancellotto, &
in Florentina cambiorum 11 Ianuar. 1615 coram
21 *Archiepiſcopo Seleucien* præterea quòd † pecunia
poſſit dari ad cambium, & taxari ad certum lucrũ
ab initio, fuit deciſum licere cum certis præſuppo-
ſitis *in cauſa Ianuen. pecuniaria primo corã Card.*
Horatio Lancellotto 6. Iunij 1611. & deinde *corã*
bo. mem. Franciſco Vbaldo 1. Martij 1613. qui in
eadem cauſa, pronunciauit pro validitate cambij;
rurſus dans mandatum accipiẽdi pecuniam cam-
bio, vbi in tempore non fuerit ſolutum debitum,
22 † quod in mora conſtituatur, & eueniret caſus
continuandi eãdem pecuniam ſuper cambijs abſ-
que alia interpellatione reſolutum fuit *in Placen-*
tina cambiorum coram D. meo Merlino 9. Iunij
1634.

23 Denique & determinatio † iuſtitiæ pretij perti-
net ad iuris peritos, non autem ad ſtylum Merca-
torum, in quorum facultate, non eſt valutandi pro-
priam pecuniam acceptam, & cambio datam,
24 ſed tenentur ſequi † pretium per Magiſtratum
impoſitum, in locis, in quibus nundinæ ipſæ cele-
brantur, vt benè aduertit *Cauac. de camb. in prælu-*
dio verſ. reſpondeo. cum ſequentibus, & reſponſum
fuit *in deciſ. 304. num. 3 par 2. recent. vbi & n. 5.*
25 propterea ſubiungitur cambia † non ſemper eſſe
vniformia, dum pro libito Mercatorum non ſequi-
tur valutatio auri, vt dicunt de Marco, ſed modo
26 † plus, quando minus, quandoq. damnum afferũt,
vt fuit conſideratum *in Mediolanen. cambiorum*
inter impreſſas 315. num. 6. par. 2. diuerſ. & 315.
num. 9. par. 1. recent. quod ſi pretium, & ſeu valu-
tatio excederet pretium declaratum per Magiſtra-
tum in nundinis per iſtam inæqualitatem, & ſic in-
27 iuſtitiam † cambium eſſet reprobatum, & ſiccum,
& obſtaret Conſtitutio Pij Quinti, cum qua con-
ueniunt *Nauar. in cap. nauiganti. num. 25. & Io.*
Baptiſta Luppus §. 2. num. 23 de vſur. Azor. de
inſtit. moral. par. 3. lib. 10 tit de camb. cap. 8.

Non obſtat igitur, quòd in inſtrumento concor-
diæ pro ſcutis 13. mil. cõprehendantur omnes par-
titæ *de maneggi, traffichi, negotij, cambi, & altri af-*
fari di qualunque ſorte paſſati trà le parti tranſi-
genti, & confeſſiones aut concordiæ emanatæ ſu-
per cambijs iteratis non ſufficiant pro iuſtificatio-
28 ne quantitatis debitæ, † dum non eſt in eorum fa-
cultate facere licitum, quod eſt per Canones pro-
hibitum *Bald. in l. rogati. §. ſi tibi. nu. 7. ff. ſi cert.*
pet. Rot. deciſ. 52. nu. 5. par. 1. & 559. nu. 5. par. 2.
recent vt propterea ad veritatem detegendam, &
29 † confuſionem euitãdam eligendi ſint periti *Abb.*
in cap. propoſuiſti. nu. 3. Anchar. conſ. 330. num. 8.
Rimin. iun. conſ. 30. num. 21. cum alijs allegatis.

Quoniam factum adhuc non eſt indubitatum,
quòd in ſolidatione conuenta comprehendantur
cambia iterata, nam pro prætenſis à menſe Apri-
lis vſque ad diem inſtrumenti de menſe Decemb.
1619. Alexandro ſe opponente, tãquam quod ceſ-
ſaſſet à negocio fuerunt leuata, aliæ vero partitæ ſo-
lutæ per Baccellos de ordine Alexandri, vt dicunt
de tratte, non continent cambia, ſed meram ſor-
tem, vt benè in ſecunda deciſione cauſæ fuit pon-
deratum, & denique idem Alexander in eodem in-
ſtrumento Ferrariæ reſeruauit iuſtificationem re-
ſpectu ſummæ ſcutorum 6746. ita vt ſumma con-
cordata non excedebat ſcuta 6251. quæ vel eſt re-
ferenda ad alia negocia, vel probabiliter referri de-
30 bet demetiendo † voluntatem contrahentium ab
eorum poteſtate, *Bald. in rubr. num. 11. C. de con-*
trahen. emptio Specul. de locat. §. nunc aliqua
num. 133. Crauet. conſ. 112. num. 11. Mantic. de
contract. lib. 4. tit. 9. num. 33 nihilominus ſi etiam
ageretur de iteratis cambijs, cum ex duplici fonte
31 tantummodo cauſari † ſoleant, vel ex mandato de
accipiendo ad cambium ſummam contractam, &
illam recambiando ad effectualem vſq; ſatisfactio-
nem, vt in ſupradicta Placentina cambiorum, vel ex
32 mora in non ſoluendo ſecuta † interpellatione, *vt*
in Mediolanen pecuniaria 27. Martij 1602. corã
bon. mem. Litta. quæ eſt deciſ. 52. par. 1. recent. in
vtroque autem caſu, cum probationes dependeant
à validitate mãdati. & ex actis iudicialibus, ſcilicet
quòd literæ dell'andata fuerint acceptatæ in ferijs,
& renouato cambio cum reſponſalibus nouæ lite-
ræ fuerint tranſmiſſæ, quas vocant *del ritorno*, non
33 eſt cognitio Mercatorum, † ſed Iudicis, qui cun-
cta rimari debet per ocularem inſpectionem, an
literæ emanauerint, tam in primo quàm in ſecũ-
do caſu ſecundum præſcripta in Conſtitutione ſan.
me. Pij V. non autem an de ſtylo Mercatorum eæ-
dem literæ fuerint conſcriptæ.

Neque dicatur, quòd cũ agatur de partitis con-
tinentibus cambia, ideo expectandam eſſe proba-
tionem validitatis, & concurſus literarum, ſine
quibus Baccelli propriæ obligationi de manute-
nendo credita vera non ſatisfecerunt.

Quoniam hoc non pertinet ad propoſitam quæ-
ſtionem, an Iudex teneatur requirere conſilium
peritorum, ſed ad aliam, an iuſtificauerint verita-
tem creditorum, de qua in præſenti non eſt con-
trouerſia, & iam fuerit bis deciſa coram D. meo
Veroſpio de menſe Martij, & Iunij 1634.

34 Denique non obſtat, quòd ſaltem † periti ſint
eligendi ſuper calculatione ſummarũ ex cambijs
prouenientium, pro qua Iudex debet conſulere pe-
35 ritos in arte, in qua regulariter † peritiam non ha-
bet, & vlterius ſuper duplicatione partitarum, cum
ſufficiens ſumus detur ex partitis productis.

Quia Baccelli pro implenda eorum obligatione
veritatis creditorum non egent calculatione ſum-
marum, cum illam habeant ex Inſtrumento con-
cordiæ certam, & indubitatam, nedum ex confeſ-
ſione Alexandri, ſed cum interuentu Magiſtratus,
ſcilicet tunc Cardinalis Legati, quæ ſola ſufficit, &
36 fidem facit † pro veritate calculi *Rota Ianuen. de-*
ciſ. 141. num. 1. & quam partes impugnare non
poſſunt attentis ampliſſimis renunciationibus, quæ
37 leguntur in eodem Inſtrumento concordiæ, & ſoli-
dationis, ex quibus ceſſant exceptiones de errore
calculi, *Bart. in l. 2. C. de iur. fiſc. lib. 10 & l. 1. C.*
de error. calc. Theſaur. deciſ. 260. in princ. maximè
quia ſommæ reductæ fuerũt ad ſcuta 13. mil. ex ma-
iori

Digitized by Google

ſori, quæ erat 15. mil & vltra, itaut errores, ſi qui
adeſſent, diſtingui non poſſunt.

Nec allegata partitarum duplicatio, ſi qua probetur, poteſt cogere Iudicem ad aſſumendum cõſilium peritorum, quoniam etſi admitterentur, nõ
38 † vitiant concordiam, ſed vitiantur, & demuntur
à calculo, quod pertinet ad Iudicem, non autem ad peritum, prout ſæpè fuit reſolutum *Seraph. deciſ. 275. & coram me in cauſa Interamnen. tranſactionis 10. Febr. 1620. 20. Decēb. 1627. & 18. Martij præſentis anni 1635.* Et ita, &c.

**Vide has deciſiones in Additione, prout in Indice poſito in eius fine, In eadem cauſa adeſt infra altera deciſio ſub die 15. Iunij 1635. coram eodem R.P.D. Pirouano, eſt in ordine. 55.*

R. P. D. MOTMANNO.

Ianueñ Iuris Honorifici.

Mercurii 13. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Ad Hæreditatem defuncti ab inteſtato deficiētibus aſcendentibus, & deſcendentibus, quis vocetur. Ius honorificum tranſit cum hæreditate. Agnatio, à quo deriuet.

SVMMARIVM.

1 *ex Actorum reuolutione colligitur validitas ſententiæ.*
2 *Aſcendentibus, & deſcendentibus deficientibus, hæreditas defuncti ab inteſtato ad proximiores agnatos defertur.*
3 *cum Hæreditate, quæ eſt quid vniuerſale, tranſit ius honorificum ad inſtar Iuriſpatronatus.*
4 *Graduum nulla datur continuatio, ſublato medio, vel intercedente gradu inhabili.*
5 *Excluſio, ſeu inhabilitas medij fieri non poteſt, quin influat in extremum.*
6 *ab Hæreditate ſi ſit proximior excluſus multo magis cenſetur excluſus remotior.*
7 *Agnatio ſolùm deriuat à coniunctione paterna.*
8 *ad Agnationis effectum coniunctio materna non conſideratur.*
9 *Excluſio ceſſat, ceſſante cauſa excluſionis.*
10 *Duo vincula fortius ligant. & nu. 11.*

DECISIO LIII.

DOMINI dixerunt confirmandam eſſe ſententiam Rotalem qua pronunciatum fuit D. Paulo non competere ius honorificum Chori, & Capella Eccleſiæ S. Catharinæ Ianueñ Ordinis Sā-
1 cti Benedicti. Quia de illius validitate † conſtat
ex reuolutione proceſſus in quo habentur omnia requiſita iuxta *Caputaq. deciſ. 260. par. 2.* Et de illius iuſtitia abundè cõſtat ex deciſione R.P.D. mei Pirouani in qua concluſum fuit huiuſmodi ius ſpectare non ad d. Paulum, ſed ad Iulium Octauium, & Ioannem Antonium, vti proximiores agnatos Hieronymi Saulii, vltimi illius poſſeſſoris ab inteſtato defuncti, tàm attenta iuris communis diſpo-
2 ſitione, † quòd deficientibus aſcendentibus, & de-
ſcendētibus hæreditas defuncti ab inteſtato ad proximiores agnatos deferatur. *Auth. de hæred. ab inteſt. venien. in præſenti. l. 2. §. hæreditas. & §. legitima. ff. de ſuis, & legit. §. ſunt autem. verſ. non tamen. inſtit. de legit. agnat ſucceſſ.* quam etiam inſpecto *Statuto Ianueñ cap. 23. lib. 6. de ſucceſſ. ab inteſt.* quod omnibus deficientibus ſuccedat agnatus maſculus proximior defuncto ab inteſtato vſque ad quartum gradum incluſiuè & cum hæredi-
3 tate, † quæ eſt quid vniuerſale, trāſire ius honorifi-
cum ad inſtar iuriſpatronatus probatur per text. *in c. ex literis, vbi Bero. nu 64. de iurep. Felin. in cap. cauſam quæ. nu. 8. verſ. nam iuſpatronatus. de præſcript. Rot. in Lucana iuriſpatronatus 6. Nouemb. 1598. coram Litta.*

Dicti enim Iulius Octauius, & Ioan. Antonius ſunt pronepotes Antonij, qui fuit frater Vincentij primi acquirentis, & ſic in quarto gradu coniuncti Hieronymo defuncto, & iam pronepoti eiuſdem Vincentij ex filio Auguſtino, Paulus verò è contra abnepos Bartholomæi Senioris, qui fuit frater Bādinelli, patris dictorum Antonij, & Vincentij, & ſic in quinto gradu coniunctus dicto Hieronymo, prædictos agnatos in gradu ſucceſſibili præcedere non poteſt, iuribus præallegatis.

Nequè intentioni D. Pauli ſuffragatur, quòd reſpectu Margaritinæ matris mulieris eiuſdē familiæ, quæ fuit neptis Paſqualis alterius fratris d. Vincentij reperiatur quoque in quarto gradu coniunctus d. Hieronymo. Quia Statutum requirit quartum gradum cum qualitate maſculinitatis coniūctum. Et quemadmodum deficiente ea qualitate d. mulier tertium gradum conſtituere non poteſt, ita impoſſibile eſt. quòd ab ea dinumeretur, ac formetur
4 quartus gradus in perſona d. Pauli, eo quòd † ſub-
lato medio, vel intercedente gradu inhabili, nulla datur graduum continuatio. *Bald in l. quoties. n. 2.*
5 *C. de ſuis, & legit.* neque fieri poteſt, quin † exclu-
ſio, ſeu inhabilitas medij fluat in extremum. vt per text. *in l. tua ff. de ſeruit. ruſtic. prædior.* arguit idem *Bald. in auth ſi quas ruinas. nu. 14. C. de ſacroſ. Eccleſ. & conſ. 40. num. 2. verſ. item excluſo medio. vol. 3. Menoch. conſ. 172. num 3. cum ſeqq. Ruin. conſ. 18. num. 2. etiam vol 3. Hund. conſ. 15. num 2. vol. 2.* Vltra quòd abſurdum videtur, quòd excluſa matre proximiore vti fœmina, admittatur
6 † eius filius, qui eſt remotior. *Ancharan. conſ. 159.
verſ. reſtat ergo. Peregr. de fideicomm. art. 26. n. 16. & alii quos allegat Fuſar. conſ. 18. num. 6.*

Nec eidem D. Paulo ſuffragari poteſt coniūctio lineæ maternæ cum paterna, itaut ſumendo proximitatem à matre, & agnationem à patre, tanquā duplici, & validiore munitus vinculo, velit ſuccedere. Quia neque ſanguinis, neque gradus proximitas deduci poteſt à perſona matris, quæ, vt ſupra dictum fuit, vti fœmina eſt inhabilis ad conſtituēdum tertium gradum à Statuto, cum qualitate maſculinitatis, deſideratū, vnde in perſona D. Pauli valeat formari quartus gradus. Quocirca d. vinculum matris vti per ſe impertinens, & inutile, cum alijs coniungi non poteſt ad effectum, vt ali-
7 quid operetur ſtāte Statuto, in quo ſola † coniunctio
paterna, q̄ facit agnatos, *§. 1. inſtit. de legit. agnat.*

ſuc-

Digitized by Google

8 *ſucceſſ.* non autem materna † conſideratur *Bald. in
l. 1. num. 3. C. de legit. hæred. Ruin. conſ. 29. num. 3.
& 32. nu. 6. vol. 3. Natt. conſ. 81. nu. 10. Surd. conſ.
31. num. 37 Magon deciſ. Florent. 105 la 2. nu. 19.
& 20 cum alijs in d. deciſ. R. P. D. mei Pirouani allegatis.*

Et quamuis d. Margaritina, & Theodora de
Saulis ex eo dicantur conſeruaſſe gradum & familiam
quòd eorum altera nupſit Bartholomæo Saulio
patri, altera vero Frãciſco de Saulis auo d. Pauli
in quo tanquam maſculo ideo ceſſet excluſio,
9 † quòd ceſſauerit cauſa excluſionis iuxta *Aym Cravet*
& aliorum Doctorum opinionem, de qua latè
Fuſar. in tract. de ſubſtit. q. 404. num. 12. & ſeqq.
in hoc tamen caſu, concurrẽtibus maſculis ex maſculis,
qui habent regulam pro ſe cum maſculis ex
fœminis, illi ea ratione ſunt ſic præferendi, quòd
10 duplici † iure nitantur, quia ſcilicet ſunt maſculi,
& deſcendunt, ex maſculis, quibus deficientibus
alij orti ex fœminis nuptis in agnatione à ſtatuto
11 poſt illos ideo cenſentur vocati, quòd † vnico tantum
iure nimirum maſculinitatis inſiſtãt ſucceſſioni
per ea, quæ notat. *Imol. in l. ex facto. §. ſi quis
rogatus. ad Trebellian. & tradit. Ruin. conſ. 49.
ante num. 6. vol 1. & Peregr. d. art. 26. in fin.*

Et ita vtraque &c.

5 *In eadem cauſa in præcedenti parte habes alteram
deciſionem ſub die 26. Ianuarij 1632. coram R. P.
D. Pirouano. eſt in ordine deciſio 89.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Quarti Dotalis.

Die Veneris 15. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Lucrum dotale, vt debeatur iuxta Statutum Vrbis lib. 1. cap. 132. quid requiratur. Impotentia viri, quando eſt temporalis, vel dubia, vxor quam ſucceſſiuam patiẽtiam præſtare teneatur. & quid ſi reclamauerit intra bimeſtre.

SVMMARIVM.

1 *Lucrum dotale iuxt. Statut. Vrb. lib. 1. c. 132. vt debeatur, matrimonium debet eſſe conſumatum.*

2 *Matrimonium propter impotentiam perpetuam non ſubſiſtit.*

3 *Matrimonium vbi non adeſt, ibi non poteſt eſſe locus lucro dotali.*

4 *Impotentia viri, quando eſt temporalis, vel dubia, vxor tenetur præſtare ſucceſſiuam patientiam per triennium, vt poſſit fieri experientia copulæ coniugalis.*

5 *Mulier ſi infra bimeſtre reclamauerit de impotentia viri, non tenetur vlteriorem patientiam præſtare.*

6 *Cap. 1. de frigid. & malefic. declaratur.*

7 *Cap. laudabilem de frigid. & malefic. diſpoſitio ad nihilum reduceretur, ſi ſola mulieris reclamatio ſufficeret.*

8 *Confeſſio propria præualet depoſitionibus teſtium & omnibus alijs probationibus per confitentem faciendis.*

9 *contra Cõfeſſionem propriam, maximè quando eſt adminiculata teſtibus, non admittitur probatio in contrarium.*

10 *Remiſſoria non conceditur, tanquam calumnioſè petita, quando eſt propria confeſſio, præſertim ſi ſit teſtibus adminiculata.*

DECISIO LIIII.

POSTQVAM bis in hac cauſa fuit reſolutum
coram me ſub diebus 26. Nouembris 1633.*
& 20. Decembris 1634.* Dianam Grottam per
obitum Alexandri viri non lucratam fuiſſe quartũ
1 dotale, ex eo quòd cum eius † viro matrimonium
non conſumauit, prout requiritur ex Statuto Vrbis,
iuxta cuius diſpoſitionem coniuges matrimonium
contraxerunt eadem Diana cœpit prætendere
d. lucrum nihilominus ſibi deberi, ex quo per eã
non ſtetit quin matrimonium fuerit conſumatum
cum per 40. dies cum eius viro cubuerit, ac debitam
patientiam præſtiterit. Vnde aſſumpto onere
hoc probandi dedit articulos, ſuper quorum relevantia
dato particulari dubio, eoq. hodie à me
propoſito DD. eos non releuare reſponderunt.

Non enim viſa fuit releuare articulata mala valetudo,
ſeu impotentia Alexandri. Quia ſi illa
probaretur perpetua & nulla arte ſanabilis & non
2 releuaret, quia matrimonium propter impotentiã
perpetuam ſubſiſtere non poſſet & conſequenter
3 nec poteſt eſſe locus † lucro dotali, vt in terminis
tenent DD. *in capit. 2. de frigid. & malef.* cum alijs
cumulatis in prima deciſione.

Si verò probaretur impedimentum, vel impotentiam
fuiſſe temporalem, vel dubiam, & pariter
4 nõ releuaret. Quia Diana tenebatur præſtare † ſucceſſiuam
patiẽtiam per triennium, vt potuerit fieri
experientia copulæ coniugalis iuxtà *text. in cap.
laudabilem. & ibi DD. communiter de frigid. &
malef. Maſcard. de probat. concluſ. 31. n. 3. Sanch.
de matrim. lib. 2. diſput. 112. num. 12.*

Nec releuat quòd Diana infra bimeſtre reclama-
5 uerit, qua ſtante reclamatione † non tenebatur vlteriorem
patientiam præſtare *cap. 1. de frigid. &
malefic.* quia licèt *text. in d. cap. 1.* diſponat quòd
6 mulier, † quæ vult, agere ad nullitatem matrimonij
teneatur infra bimeſtre reclamare, non tamen dicit,
nec inde inferri poteſt; quòd non teneatur præſtare
patientiam, vt poſſit fieri experientia copulæ
7 iuxta diſpoſitionem dicti *cap. laudabilem,* † quę quidem
diſpoſitio ad nihilum deſeruiret, ſi ſola mulieris
reclamatio ſufficeret.

Prout, nec ſubſiſtit, quòd Alexander ſponte receſſerit è domo Dianæ; quia contrarium conſtat tum ex teſtibus in alia deciſione ponderatis explicitè deponentibus Alexãdrum fuiſſe eiectum è domo, tum etiam ex monitorio ſuper nullitate, matrimonij ad inſtantiam Dianæ contra eũdem Alexandrum exequutum in quo Diana expreſsè declarauit ſe nolle amplius cum eo habitare, vnde ſatis conſtat ipſam non præſtitiſſe ſucceſſiuam patientiam, quam pręſtare tenebatur vt potuerit dici per ipſam non ſtetiſſe, quin matrimonium fuerit

con-

conſumatum vel experimentum adhibitum iux-
ta canonicas ſanctiones ex prædicto enim monito-
8 rio clara reſultat confeſſio eiuſdem Dianæ, † quæ
præualet depoſitionibus teſtium, & omnibus alijs
probationibus in contrarium per ipſam facien. ad
ad tradita per *Surd. conſ.6. nu.1. Greg XV. deciſ.
357. num 3. & ibi Add.num.7. & deciſ.434. n.14.*
9 adeo quòd contra propriam confeſſionem, † præ-
ſertim quando prout hic eſt adminiculata teſtibus
non admittitur probatio, & denegari ſolet remiſ-
10 ſoria, tanquam † calumniosè petita prout alias fuit
firmata in *Toletana penſionis 29. Maij 1598. coram
Litta, Greg. XV. deciſ.524. num.4.*
Et ita vtraque &c.

* *Sunt deciſiones 237. & 307. ſupra in præcedenti
parte.*

R. P. D. PIROVANO.

Romana Iuſtificationis Creditorum.

Die Veneris 15. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Soluens pro alio eum liberat, & contra debito-
rem acquirit actionem, Creditori nil refert,
an ſit facta ſolutio per Debitorem, vel per
alium. Intereſſe, quando ab initio poſſit ta-
xari.

SVMMARIVM.

1 *Soluens pro alio eum liberat, & acquirit actionẽ
contra debitorem, vel negociorum geſtorem.*
2 *Soluenti debitum pro alio, actio contraria man-
dati acquiritur.*
3 *Creditori, ſi ſit facta ſolutio, nihil refert quòd de-
bitor ſoluerit, vel alius pro eo.*
4 *Scriptura plenè probat contra ſcribentem.*
5 *Probatio melior, & concludentior dari non poteſt,
quam propria confeſſio.*
6 *Computa quomodo in redditione rationum ſeruã-
da, quando libri haberi nõ poſſunt, vel defecerũt.*
7 *Quietantia creditorum, ſiue illorum manu ſint
ſcriptæ, ſiue aliena manu, ſed ab eiſdem ſubſcri-
ptæ, ſemper probant.*
8 *Intereſſe taxatio poteſt ab initio fieri, dummodo
per creditorem poſtea probetur, tanti ſua inte-
reſſe, quantum ab initio fuit taxatum.*
9 *Literæ probant contra ſcribentem, & illum
obligant.*
10 *Scripturæ, quando ſunt recognitæ fidem faciunt,
ſicut ipſa publica documenta.*
11 *Litis expenſæ ex ſola veriſimilitudine valde iu-
ſtificantur.*

DECISIO LV.

ABSOLVTA diſputatione, * an periti eſſent
deputandi pro iuſtificatione creditorum;
Quæſitum fuit, an partitæ reſeruatæ in deciſioni-
bus * D. mei Veroſpij, & quæ implebant ſummã
ſcutorum 44. millium in inſtrumento dationis in
ſolutum expreſſam, eſſent iuſtificatæ, & affirma-
tiuè Baccellis tantummodo informantibus fuit re-
ſponſum.
Quinta namque in ordine ad præcedentes iam
iuſtificatas, quæ eſt ſcutorum 6746. ex partita ſcut.
13. mill. Ferrariæ inter partes concluſa, & ſolidata,
& ſpectabat ad Scarlatinos Mercatores Florenti-
nos concludenter iuſtificatur ex credito ipſorum
de Scarlatinis verſus Alexandrum, & ſolutione eiſ-
dem facta per Baccellos pro Alexandro, per quam
1 ſiue ex † ordine, & mandato Alexandri illam fece-
rint, ſiue ſimpliciter, modo ſoluerint debitum, ſem-
per acquiſita remanſit actio contra debitorem, vel
negotiorum geſtorem, *l. ſoluendo de neg. geſt. Rota
2 Ianuen. deciſ.6. num.7. & 32. & 33.* vel † contra-
ria mandati *l. ſi vero non remunerandi. §. contra-
rio iudicio. ff. mandati. Rota Ian deciſ.30. num.1.* &
fuit dictum in *Rauennaten. pecuniaria coram me
die 26. Iunij 1630.* reſpectu verò creditoris, cui
3 fuit facta † ſolutio non refert, quòd debitor ſolue-
rit, vel alius pro eo, vt inde per ſolutionem extin-
guatur obligatio *Dec. in l. damnum 15. de reg. iur.
Bald. in l. aditio in fine. ff. de acquir. hered. Surd* la-
tiſſimè comprobans *deciſ 118. nu. 2. & ſeqq.* de
credito autem illorũ de Scarlatinis aduerſus Ale-
xandrum ſufficienter cõſtat ex tribus partitis tra-
ctis à Baccellis eiſdem Scarlatinis ad computum
Alexandri nempè ſcutorum 1500. ſub die 8. Martij
1619. ſcutorum 1301. 10.8. ſub die 16. & ſcutorũ
1244. 7. ſub die 22. eiuſdem menſis Martij, & ex
alia partita ſcutorum 1492. & 14. tracta à Ioanne
Paluntio ad computum eiuſdem Alexandri, aſcen-
dentibus in totum ad ſcuta 5538.12.2. quæ omnes
partitæ, cum in litteris miſſiuis fuerint confeſſatæ
tanquam ab eo debitæ & in ſummario datæ num.4.
4 plenè † probant contra ſcribentem *l. publia. §. fin
ff depoſiti l. ſi aliquid per epiſtolam. l. nec ambigi.
C. de donat. Bald. conſ.190. in 2. vol. Rot. Ian. deciſ.
5 181. nu.1.* nec † probatio melior, aut concludẽtior
haberi poteſt *l. cum te. C. de trãſact. Bald. conſ.19
vol.1.* reſiduum vero à dictis ſcutis 5538.12.
vſque ad ſummam ſcutorum 5904. 9. 8. auri Flo-
rentini, quæ conſtituunt ſummam dictorum ſcu-
torum 6746. excreuit propter cambia decurſa à m[en]-
ſe Martij quo Scarlatini ſoluerunt dictas tractas
Baccellis, & Paluntio vſque ad menſem Decem-
bris, quo receperunt ab eiſdem Baccellis ſcut.
6746. prout ex litteris vt dicunt *del ſpaccio* produ-
ctis, & datis in Summario num.15. & ex computo
ipſorum de Scarlatinis propria eorum manu ſub-
6 ſcripto, † cui indubitatè ſtandum eſt, quando libri
mercatorum, qui defecerunt, vt in præſenti haberi
non poſſunt *Rot. Ian. deciſ.176. nu.22.* & eo ſubſi-
ſtente non fuit dubitatum de ſolutione eiuſdem
ſummæ facta per Baccellos Scarlatinis pro Alexã-
dro, ex quo quietantiam habent, & illam produ-
xerunt, & in Summario dederunt num. 2. quæ ſiue
in corpore, manu creditorum ſit ſcripta, ſiue alie-
7 na manu, † ſed ab eiſdem ſubſcripta ſemper probat
*l. cum antiquitas. §. fin. C. de teſtam. Roman. conſ.
303. nu.1. Surd. dec.137. nu.3. & 5.*
Sexta partita in ordine ſcutorum 2275. & ipſa
remanet iuſtificata, tanquam proueniens ex cam-
bijs quintæ partitæ ſcutorum 13. millium ad ratio-
nem quinque pro centenario pro annis tribus cum
dimi-

dimidio, nempè à menſe Ianuarij 1624. vſque per totum menſem Iunij 1627. quæ ab initio contra-
8 ctus potuerunt † ad certam ſummam taxari quamuis non debeantur ante probationem, quòd cambia aſcenderint ad dictam ſummam ſecundum veriorem firmatam in *Ianuen. cambiorum, ſiue pecuniaria 1. Martij 1613. coram bo. me. Franciſco Vbaldo impreſſa poſt ſecundum volumen Cõſiliorum Farinacij in ordine 372. num. 8.* quæ cambia excedere, & exceſſiſſe pro tempore dictarum feriarum quinque pro centenario ex litteris *del ſpaccio*, ſeu *d'auuiſo, & del ritorno* productis, & datis in Summario num. 7. iuſtificantur, & ſolæ ſufficerent ad hanc probationem, cum quibus nihilominus concordant partitæ librorum ipſorum de Baccellis, in quibus apparent cambia excedere, ſummam ſcutorum 3977. & 53. quæ maior eſt huius 2275.

Septima eſt partita ſcutorum 167. quæ ex alia ducatorum 179.3.2. deſumitur, bene iuſtificatur, quia primò fuit tracta per Baccellos ad Zucceros mercatores Venetos pro computo Alexandri, & ab eiſdem mercatoribus retracta ad Baccellos, vt eam ſoluerent Herreræ, & Coſtæ, cuius partitæ illa duo præcipua probantur, nempè quòd Alexander ſit debitor, & quòd Baccelli pro eo ſoluerint, quia in libris Baccelli idem Alexander fuit de dicta partita ducatorum 179.3.2. creatus creditor, & de ſolutione facta Herreræ & Coſtæ dantur quietantiæ in actis. & in Summario num. 10. & partitæ librorum nu. 10. & 11.

Nona partita continens ſcuta 594.64. & ipſa remanet probata quoad debitum Alexandri, & creditum Baccelli, nam debitum probatur quoad ſcuta 400 ex ordine dato ab eodem Alexandro per litteras miſſiuas productas, & in Summario datas num. 14. vt ſoluerent Hieronymo Antiquo eamdẽ
9 quantitatem, quæ † proculdubio probant contraſcribentem, & illum obligãt *Rot. Iam. deciſ. 49. n. 1. 51. num. 4 & 178. num. 4.* & quietantiæ ab eiſdem de Antiquis dantur recognitæ, & in Summ. nu. 15.
10 quæ eamdem fidem faciunt ſicut † ipſa publica documenta. *l. publica. ff. depoſiti. §. ſi quis igitur. auth. de inſtr. caut. & fid. Crauet. conſ. 73. in fin. Surd. deciſ. 265. nu. 27.* quo vero ad alia ſcuta 194. & 43. reſtantia, cum proueniant ex cambijs, eadẽ probantur ex litteris de ſpaccio productis, & in Summario num. 16. datis, & ex partitis librorum ipſorum de Baccellis extractis formiter, & calculo nu. 17. & 18.

Decima ponitur partita ſcutorum 64.6. auri ſtãparum, quæ pro ſcutis 40. iuſtificatur ex veritate debiti Alexandri, & ſolutione facta per Baccellos, & iam fuit in alijs diſputationibus admiſſa, & pro ſcutis 6.15.2. verificatur ex litteris del Spaccio libris, & calculo productis, & datis in Summ. n. 21.

Vndecima ſubſequitur partita ſcutorum 779.25. quæ pariter quoad debitum, & creditum reſpectiuè Alexandri, & Baccelli iuſtificatur, nam præcedente ordine Alexandri per litteras, Baccelli ſoluerunt Acciaiolis, & Martellis ſcuta mille auri de Marchis reportata quietantia, quæ datur in Summario num. 22. & exinde contra poſita partita ſcutorum 800. monetę nomine Alexandri ſolutorum, reſiduũ quod erat ſcutorum 546. ex ordine eiuſdem poſitũ fuit ſuper cambijs, vt ex litteris, quæ dantur Summario num. 24. quod poſtmodum vſque ad ſummã 779.25. excreuit ex cambiorum renouatione, quæ patet ex litteris del ſpaccio, ex libris eorumdem de Baccellis Su m. nu ?

Decimatertia partita ſcutorũ 120. continet cauſam expenſarum, quæ factæ fuerunt in litigando cũ dicto Alexandro, pro quibus & ſi agi non poſſit nõ docto de condemnatione, attam n, cum inter partes fuerint examinatæ, & de ſumma ſcutorũ 272. redactæ ad ſcuta 120. non egent alia iuſtificatione, cum non ſoleat deueniri ad liquidationem niſi cum
11 præſuppoſito, quod ſint debitæ, & ex † hac veriſimili confeſſione, & approbatione oritur ſufficiens iuſtificatio *Achill. deciſ. 22. de reſt ſpol. Rot. dec. 283. num. 1 par. 1. recent. & 512. num 5. coram Papa Greg. XV.*

Decimaquarta, & vltima partita in bilancio data legitur expreſſa in ſcutis 1643. & 43. quæ de communi conſenſu fuit redacta ad ſcuta 643. 43. exuberanter iuſtificatur, & probatur ex litteris del ſpaccio, libris ipſorum de Baccellis, & relatione D. Stephani Pallauicini, quæ datur in vltimis ſummarijs. Et ita &c.

☞ * *Ideſt ſub die Mercurij 13. Iunij 1635. coram eodem R.P.D. Pirouano. eſt deciſio 52. ſupra in hac eadem parte.*

☞ * *Ideſt ſub diebus 31. Martij 1634. & 19. Iunij ſequentis quas deciſiones habes infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito.*

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Corduben̄ Decimarum de Lucena.

Die Veneris 15. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Laicus, vt dicatur probaſſe ad ſe ſpectare decimas Eccleſiaſticas, non ſufficit ſola probatio immemorabilis, ſed etiam debet concurrere fama priuilegij, cum poſt *Concil. Lateranenſe cap. 14. in fin. de quo in cap. prohibemur de decim. celebratum ſub Alex. III. de anno* 1179. requiritur probatio immemorabilis vna cũ fama priuilegij, & quando dicta poſſeſſio, & dicta fama benè appareat probata.

SVMMARIVM.

1 *Laicus non poteſt prætendere decimas Eccleſiaſticas ad ſe pertinere, niſi probet tempus immemorabile, vna cum fama conceſſionis priuilegij Apoſtolici.*
2 *Et hoc poſt Concilium Lateranenſe.*
3 *Teſtes, vt probent immemorabilem debent eſſe ætatis quinquaginta quattuor.*
4 *Aetas quattuordecim annorum eſt ſufficiens, vt teſtis rectè poſſit deponere de viſu.*
5 *Teſtes debent eſſe legitimæ ætatis, vt probent.*
6 *Teſtes, quando dicantur bene depoſuiſſe ſuper immemorabili. & nu. 7.*
8 *Teſtes, vt probent immemorabilem debent etiam*

deponere, quòd maiores à quibus audiuerunt, id audiuerint ab alijs maioribus, ſed contra. vide num. 10. & iſta eſt communis ſententia.

9 *Ludouiſ. deciſ. 196 declaratur.*

11 *Teſtes deponẽtes ſuper immemorabili de viſu per quadraginta annos an ſufficiat, quod dicant citra, vel & citra. intellige vt nu. 12. & 13.*

14 *Teſtes deponentes ſuper immemorabili, quòd Laicus habeat priuilegium Apoſtolicum ſuper perceptione decimarũ qualiter ſufficiat, quod deponãt.*

15 *Et an requiratur, quod deponant de aliquo certo priuilegio Apoſtolico.*

16 *Teſtes, aliqui, quod certum quid ſciant, & alij, quod id neſciant, ſimul ſtare poſſunt.*

17 *Teſtium aliquorum ignorantia non poteſt elidere probationem aliorum teſtium ſcientium aliquid certè.*

18 *Immemorabilis ceſſat, ſi conſtet de initio.*

19 *Actus contrarius factus ante centum annos non obſtat immemorabili.*

20 *Præſcriptio immemorabilis interrumpitur ſi probetur à centum annis citra contrariũ actũ fuiſſe. Secus verò ſi probetur vltra cẽtum annos vel ducentum annos citra id actum eſſe. num. 20. vide ſub num. 21.*

21 *Immemorabilis præſcriptionis ſubſtantia eſt, vt de initio non conſtet.*

22 *Productio facta ab aduerſario alteri parti nocere non poteſt.*

23 *Productio facta ad vnum effectum non nocet, quo ad diuerſum.*

DECISIO LVI.

DVBITAVI an conſtet de immemorabili cõ-
ſuetudine percipiendi decimas quæ ſuffragetur Excellẽtiſſ. D. Duci de Cardona, & DD omiſ-
ſa ſecunda parte dubij, quæ pendet à priuilegijs
Venerabilis Societ. IESV de quibus erit particulariter agendum circa probationem ipſius immemorabilis. Difficultas reſtringitur ad duo capita.
Primò vt videatur, an teſtes probent d immemorabilem. Secundo quatenus ſic, an conuincantur
ex eo, quòd videatur conſtare de initio. Et quantum attinet ad primam firmandum eſt, quòd non
1 † ſufficit ſola probatio immemorabilis, ſed debet
concurrere fama priuilegij, cum poſt *Concil. Lateran. cap. 14 in fine de quo in cap. probibemur de decimis celebratum ſub Alex. III. de anno* 1179. re-
2 quiritur probatio immemorabilis † vna cum fama
priuilegij Apoſtolici, *Io. Andr. & alij in cap. cum Apoſtolica de ijs* quæ fiunt à Prælatis *Felin. in cap. cauſam. num. 3. de præſcript. & in cap. cum contingat. num. 4. verſ ſi tamen de foro compet. Rebuff. de decim. q. 13. num. 69. & ſeqq. vbi declarat. Balb. de præſcript. par. 1. ſecundæ partis principalis q. 7. nũ. 19. verſ. 1. cum ſeqq. Guidobonus deciſ. 61. & 62.*
& millies in Rota fuit reſolutum, & duo requiſita
huius primi capitis ſatis concurrunt, omnes enim
teſtes excedunt ætatem quinquaginta quattuor an-
3 norum, quòd tempus † requiritur in teſtibus vt
immemorabilem poſſint probare, cum debeant deponere de viſu per quadraginta annos, quòd non
poſſunt rectè facere niſi quadraginta annis, addan-
4 tur alij quattuordecim, quia illa ætas eſt † ſufficiẽs
vt teſtis rectè poſſit deponere de viſu per dictum
tempus. *Franc. in cap. 1. num. 16. de præſcript. Gabriel. de præſcript. concl. 1. nu. 83. ſanct. me. Greg. deciſ 298. nu. 1. & ibi addentes. Seraph. deciſ. 1179. num. 1. & deciſ 1102. nu. 5. Couarr.* poſt alios, qui
5 ſolùm † firmat, quòd teſtes debent eſſe legitimæ
ætatis in regula poſſeſſor *par. 2. §. 3. num. 8. verſ. teſtes vero de r gul. iur. in 6.*

Et quãtum attinet ad immemorabilem in Summar. num. 1. datur copia octo teſtium, quorum tres
ſunt Presbyter examinati in Oppido de Lucena,
& duo ſunt examinati in Ciuitate Cordubeñ, &
tres in Oppido de Benauiſi, & alij, qui habentur in
6 proceſſu, qui deponunt † de viſu per ſpatium quadraginta annorum quòd Excellent. D. Dux, & eius
anteceſſores percipiunt decimas, & deponũt etiam
de auditu à maiorib. & quòd maiores ita viderunt,
& nihil in contrarium audiuerunt, & de publica
7 voce, & fama † per verbum fuit, & eſt ex quib. ſatis dicitur probata immemorabilis, vt *per Gloſ. in cap. 1 in verbo memoria de præſcript. in 6. vbi notat Lapus, Geminianus, & Francus Pariſius cõſ. 27 nu. 31. & ſeqq. lib.* 1. & alij quos allegat Couarruuias, & communem dicit loco modo allegato, &
paſſim Rota reſoluit, & præſertim *in Nepeſina iurispatr. 16 Febr. 1596. coram bo. mem. Card. Blanchetto, & in Tullen. iuriſdict. 22. Martij 1596. coram bo. me. Hieronymo Card. Pamphilio Mohedan. deciſ. 3. de iurepatr. Verall. deciſ. 283. lib. 1. in manuſcript. & deciſ. 71. par. 2. impreſſis*, & alias ſæpiſſimè, & iſti teſtes coadiuuantur ex alijs teſtibus in
alia cauſa examinatis, qui etiam optimè deponũt,
vt in copia, quæ data fuit in Summ. nu. 4. & 5.

Neque obſtat, quòd iſti teſtes non deponãt ma-
8 iores † audiuiſſe ab alijs maioribus quòd requiſitũ
videtur Rotã admiſiſſe in *deciſ. 196. ſan. me. Greg.*
& colligi ex mente Gl. licèt non habeatur in verbis dixit *Couarr. ad nu.* 8. quia fuit reſponſum,
9 quòd in caſu † deciſionis ſan. me. Gregorij illud requiſitum erat probatum, & ideo fuit enumeratum
inter alia non autem fuit firmatum, quòd pernecesſ-
10 ſe requireretur, † vnde cum ex communi ſententia
non ſit neceſſarium, de eo non eſt habenda ratio, vt
per *Couarr. d. nu. 8. verſ. teſtes verò. Marcus Salon de Pace conſ. 16. nu. 15. Azeued. ad l. 1. tit. 7. lib. 5. recompilationum, quæ eſt lex 41. Taurs. nu. 27. & hunc ſenſum habuit Rota in cauſa Cõrben. decimarum de Gauenna 31. Maij 1617. coram bon. mem. Patriarcha Manzanedo, & in cauſa Illerden. decimarum 15. Martij 1630. coram R. P. D. meo Pirouano, & notant addentes ad dictam deciſ. 196. ſan mem. Greg.*

Nec etiam obſtat quòd dum teſtes deponunt de
viſu per quadraginta annos non dicunt, & citra,
11 † ſed ſolùm quadraginta annos citra abſque copula, & ſic non videntur concludere per totum tempus cum illæ depoſitiones poſſint verificari in minori tempore *Bart. in l. Celſus. ff. de vſucap. Balb. de præſcript. in vlt. p. num. 14. Seraph. deciſ. 1102. num. 3.* nam huic obiectioni fuit reſponſum, quòd
12 cum aliqui teſtes deponant † per dictionem ſemper, perpetuo, & toto d. tempore ſatis probant per
totum tempus 40. annorum. *Cenedus in ſuis ſingularib. in verbo perpetuo*, & in puncto per iſtam

ra-

rationem *Seraph.deciſ.798.* & fuit dictum in *cauſa*
Cauallicen. feudi 17. Decemb.1612 coram R.P.D.
meo Pirouano, quæ eſt in recentiorib. par.1. deciſ.
445. num.3. & 12. vbi quòd ſufficiant etiam verba
æquipollentia, & *in cauſa Toletana decimar. 11.*
Ianuarij 1616. coram bo.me. Andrea, quæ eſt de-
ciſio 702. nu 4. ead. par. 1. recentior. quod præſer-
tim procedit in teſtib.examinatis in Hiſpania, quia
13 † de ſtylo non ſolent deponere cum copula, &
quamuis deponant per tempus continuatum *Mo-*
lina de primog.Hiſpan. lib.2. cap.6.num.39. ad fi-
nem Mareſcott. variar. lib.2. cap.100.num.9. Rota
d.deciſ.702. eod.nu.4. ad med.verſ.& licet.
Quãtum attinet ad famam priuilegij de ea quo-
14 quæ deponunt dicti teſtes, & quamuis non † depo-
nant de immemorabili ſatis eſt, quòd deponant de
fama diuturna, vt ſuffragetur ad hunc effectum.
Felin.in cap.cauſa.nu.3. de præſcript. & fuit reſo-
lutum in cauſa Tolet.iuriſdecimandi coram Ora-
no, quam reaſſumit Mareſcott. variar. lib.1.c.17.
nu.1. & ſeqq. vbi reſpondet contrarijs, & fuit di-
ctum in allegata *deciſ.702.nu.2.* nec refert, quòd d.
15 teſtes non deponant † de aliquo certo priuilegio
Apoſtolico, ſed de priuilegio Apoſtolico in genere
quia hoc ſufficit, vt admiſit Rota *in d.dec.702. n.3*
in qua approbauit teſtes dicẽtes, eſſe famam quòd
laicus habebat Bullas Apoſtolicas, & fuit dictum
in allegata cauſa *Illerden. coram R. P. D. meo Pi-*
rouano.
Neque obſtat, quòd aliqui teſtes dati in Summ.
Venẽrab.Societatis deponant neſcire, nec audiuiſ-
ſe, quod Excell.D.Dux habeat, priuilegium Apo-
ſtolicum, & alij neſcire, an habeat priuil. Apoſto-
licum vel Imperatoris, quia d.D. Dux non vtitur
16 depoſitionibus † iſtorum teſtium, ſed aliorum,
qui clarè deponunt, & depoſitio iſtorum teſtium
non eliditur ex iſtis teſtibus datis per Societatem,
quia ſtat ſimul, quòd adſit publica vox, & fama
Apoſtolici priuilegij, & quod ab aliquibus ignore-
17 tur; & † propterea ignorantia iſtorum teſtium
non elidit probationem aliorum ſuper iſta fama
priuilegij, quòd non ſit probatio concludens, ex
qua coarctetur negatiuè, *c.in præſentia. de probat.*
Circa ſecundam inſpectionem principalem, in
qua conſiſtit Cardo huius difficultatis pro parte
Veñ Societatis dicebatur, quòd agitur de decimis
Oppidi Lucenæ, ſed conſtat, quòd illud Oppidum
de anno 1380. peruenit ad Eleonoram auctricem,
& ſic poſt Concilium Lateranenſe, vt patet ex ſu-
pra deductis, & peruenit tit. permutationis habitæ
à tunc Epiſcopo Cordubeñ, qui loco bonorum re-
ceptorum ceſſit, & tranſtulit in præd. Eleonoram
præfatum Oppidum Lucenæ cum ſuis pertinẽtijs,
18 & decimis Eccleſiæ. Quare † cum conſtet de ini-
tio acquiſitionis ipſarum decimarum, ceſſat imme-
morabilis, *Molina de primog.Hiſpan. lib.2. cap.6.*
num.64. verſ.in 2. ſpecie vſque ad n.66. P.Molina
Ieſuita de iuſt. & iur. tract.2. diſp.76. nu.1. Va-
lenzuola, Velaſquez conſ.93. num.17. Auendan.ad
l.41. Tauri nu.16. Rot.deciſ.14. num.2. par.1. re-
cent. ſan.mem.Greg.deciſ.467. num.6. Huic tamẽ
19 fundamento reſpondebatur, quòd cum iſte † titu-
tulus denotet actum contrarium ante centum an-
nos propterea nõ obeſt immemorabili, quia actus
contrarius factus ante centum annos nõ obeſt ipſi
immemorabili. *Molina de primogen. Hiſpan.d.l.2.*
cap.6. nu.61. verſ. ſi vero factum. Innoc. in cap.
veniens. num.2. de verbor. ſignif. in 6. vbi inquit,
20 quòd præſcriptio immemorabilis † interrumpitur
ſi probetur à centum annis citrà, contrariũ actum
fuiſſe, ſecus autem ſi probetur vltra cẽtum annos,
vel à ducentum annis citrà id actum eſſe *Specula-*
tor in tit.de probation. §.1. num. 28. Butr. in cap.
quid per noual. de verb. ſignif. Io. Andr. qui ſe re-
fert ad Innoc. & Speculat. in d. cap.veniens. col.1.
vbi etiam Geminjan.col.2. Couarru. in d.regula
poſſeſſor. 2.par. §.3. nu.7. verſ. hinc falſum eſſe
apparet, & alij, quos allegat Molina vbi ſupra, &
Caldas Pereira lib.1. recept ſentent. q.23.nu 110.
addentes ad deciſ. ſanct. mem.Greg.51.nu.7. & de-
ciſ.208. num.13. verſ aduertendum tamen eſt. Ro-
ta diuerſ.deciſ.214. lib 2. par.3. & deciſ. 243. ead.
par.3. lib.3. & fuit dictum in cauſa Cauallicen.
feudi 26. Aprilis 1613. coram R.P.D. meo Pirouа-
no, quæ eſt deciſio 491. par.1. in poſthum.
Hæc reſponſio nullatenus placuit Dominis in
caſu de quo agitur, quia ſi eſſet attendendus iſte
titulus ex eo conſtat de initio præſcriptionis, cum
Eleonoræ fuerit conceſſum Caſtrum vna cum de-
cimis ad Eccleſiam ſpectantib. aliud enim eſt quòd
probetur actus contrarius ante centum annos in
quibus terminis loquuntur prædicti DD. aliud ve-
rò quod doceatur de initio præſcriptionis ante cẽ-
tum annos, quando enim vltra centum annos oſtẽ-
ditur contrarium actum fuiſſe non ex eo conſtat de
origine præſcriptionis, ſiquidem potuit eſſe, quòd
poſt illum actũ, vel ante, decimæ ſpectarent ad Ex-
cellentiſſ. D. Ducem, quòd præſcriptio immemora-
bilis præſupponit, ideo quamuis teſtes recordarẽ-
tur, contrarium actum fuiſſe non tamen recordan-
tur de huiuſmodi præſcriptionis initio, ſeu origine,
quod ad eſſe immemorabilis præſcriptionis requi-
ritur ſcilicet quòd non conſtet de initio, & prop-
terea quãdo vltra centum annos datur verum, at-
que indubitatum præſcriptionis initium iam ceſſat
ſubſtantia immemorabilis præſcriptionis, quæ ex
21 hoc præſertim pendet, † vt de eius origine non cõ-
ſtet, ideoq. non mirum ſi in hoc non ſit facienda
detractio, an initium detur à centum annis citra
vel vltra prout ſunt verba formalia *Molin. de pri-*
mogen.Hiſpan.d.lib.2. cap.6. nu. 65. verſ. nec ob-
ſtat vſque ad nu.73 vbi ita declarat per dictam
concluſionem, & benè etiam declarat Caldar Pe-
riera ſequendo d.diſtinctionem *Molin. d. q.23. nu.*
110. verſ. ſin autem factum recenſ. P. Molina Ie-
ſuita de iuſt. & iur. diſput.75. verſ. Aduertit vero
Molina ibi hanc tamen doctrinam Rodericus de
annuis redditib.lib.1. quæſt.17. nu.8. & ſeqq. Gut-
tier. pract lib.1. q.16. Gonz.ad reg.8. Gloſſ.18. nu.
48. & 49. Garz.de beneſ. par.5. cap.9. nu.131. qui
alios allegant, & facit Caſſad.deciſ.vlt.num.7.in
princip.ibi licet ſubſequatur de Procuratorib.
Secundò reſpondebatur (& hæc reſpõſio placuit
Dominis) quod Excell.D.Dux non produxit hunc
titulum, ſed ipſa Veñ Societas, & ideo iſta produ-
22 ctio facta † per aduerſarium non poteſt nocere ip-
ſi D. Duci, cum non ditatur ex iſto titulo, ſed ex
immemorabili, *Caſſad. d.deciſ.vlt. nu.7. poſt med.*

ibi; vel ſi oſtenſus inualidus de procurat. Greſcent. deciſ.21.num.4. de probat. Rota deciſ.731. nu.19. & 20. par.1. diuerſ & fuit dictum in cauſa Cæſaraguſtana parochialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram non ſatis laudan. mem. Hieronymo Card Pamphilio, & eſt deciſio 467 num.7.& 8. ſan. mem. Greg. quæ loquitur in fortioribus terminis, ſcilicet quando productio tituli fuit facta ab ipſa-
23 met parte ad alium effectum † non autem vt niteretur ex illo tit. & loquitur in terminis immemorabilis; ſecus autem eſſet ſi Excellentiſſ. D. Dux produxiſſet illum titulum, vt eo niteretur *Verall. deciſ.83. nu. 3. par.1, Rota d. deciſ. 731. nu,18. & ſeqq. ſan. mem. Greg. deciſ.331.* & latè *addentes ad deciſ. eiuſd, 353. nu.19.* qui alios cumulant, *& fuit dictum in cauſa Romana de Aronijs 20. Iun.1614. coram bo.me. Franc. Vbald. & in Ianuen. Abb.24. Maij 1624. coram bo.me. Buratto.*

Et ita concluſum vtraque parte informante.

In hac cauſa vide ſupra alteram deciſionem ſub die 9. Maij 1633. coram eodem Reuerendiſſ. P.D. Coccino Decano eſt in ordine deciſio 44.

Et infra adſunt aliæ nempè ſub diebus 27. Februarij 1636, & 30, Ianuarij 1637. coram eod. Reuerēdiſſ.

Et in ſequenti parte habētur reliqua ſcilicet ſub diebus 29. Maij 1638. & 5. Iulij eiuſdem anni coram R.P.D. Carrillo, & 17. Februarij 1639. & 13. Maij pariter 1639. coram R.P.D. Merlino,

R P. D. VEROSPIO.

Meſſanenſis ſeu nullius Feudi,

Die Veneris 22. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Ex præſtatione diuturna facta pro re tamquam emphiteutica, quando oriatur præſumptio tituli fauore poſſeſſoris, & an vltrà præſumptionem tituli deduci poſſit etiam præſumptio confirmationis Apoſtolicæ. Poſſeſſor in iudicio legis diffamari quando dicatur eſſe certus de iure aduerſarij, vt incipiat eſſe in mala fide: Citatio ex quibus præſumatur exequuta, Renunciatio litis ex quibus excludatur.

SVMMARIVM.

1 *Præſtatio diuturna, & uniformiter continuata producit nedū præſumptionem approbationis perſonæ præſtantis, ſed etiam præſumptionem iuſtitiæ tituli, cuius cauſa fiunt præſtationes. & quare nu.2. & 3.*

4 *Partita extracta ex libris priuatis fidem non facit in præiudicium tertij.*

5 *Confeſſio ſolutionis non probat veritatem ſolutionis, & non præiudicat, & nu.6.*

7 *Solutio non habenti mandatum facta nō releuat.*

8 *Titulus vt ex præſtationibus præſumatur, adducenda eſt continuatio præſtationum uniformiter facta per totam eam temporis ſeriem, quæ requiritur ad inducendam tituli præſumptionem.*

9 *Actio benè fundata in probatione ſpolij tolli non poteſt niſi per exceptionem claram, cui nihil objici poſſit in iudicio petitorio.*

10 *Locatio rei Eccleſiæ antea permittebatur vſque in tertiam generationem, hodie verò ex Conſtitutione Paulina reſtricta eſt ad triennium.*

11 *Emphiteuſis priuati ea eſt natura vt cenſeatur facta in perpetuum.*

12 *Præſumptio conceſſionis emphiteuticæ reſultans ex præſtatione diuturna, excluditur quoties ius commune reſiſtit.*

13 *Papæ authoritas ſupplet omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ.*

14 *Præſumptio confirmationis Apoſtolicæ requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ oriens ex curſu temporis tamquam fundata in taciturnitate partium, cenſetur interrupta ex lite. & nu. 25.*

15 *Præſumptio confirmationis Apoſtolicæ vtpote ſolemnitatis extrinſecæ locum habere non poteſt deficiente titulo, & quare 16. & 17.*

18 *Deciſio Card. Mantic. 57. declaratur.*

19 *Præſtationes pro re Eccleſiæ tamquam emphiteuticæ factæ tempore vitæ Prælati, qui dicitur conceſſionem feciſſe. quamuis proſint ad inducendam præſumptionem confirmationis Apoſtolicæ non tamen præiudicant Eccleſiæ ad effectum, vt ex præſcriptione oriatur præſumptio tituli, & n.20. 21.22.23. & 24*

25 *Præſcriptio ſemper hoc continet, vt detrahatur de iure alterius.*

26 *Mala fides vt inducatur in litigante ſufficiūt proteſtationes extraiudiciales ex quibus ille reddi poſſit certus de iuſtitia petitionis.*

27 *Mala fides vt inducatur non eſt opus miniſterio iuris. & quare.*

28 *Confeſſio facta in commiſſione probat; & eſt irreuocabilis, num. 44.*

Præcipuè ſi plures ſint confeſſiones. 36.

Vel ſi iuuetur alijs argumentis. 37.

29 *Bonæ fidei ſuſpenſio, aut interruptio præſcriptionis i m cœptæ non dantur in iudicio legis diffamari. & quare.*

30 *Poſſeſſor in iudicio legis diffamari quando incipiat reddi certus de iure aduerſarii, & nu.31.*

32 *Lex diffamari duo habet iudicia, & quæ.*

33 *Clauſula quam & quas, & clauſula cum omnibus incidentibus emergen. adiectæ in commiſſione operantur vt cenſeatur deductum petitorium & quodcumque aliud iudicium præter expreſſū.*

34 *Commiſſio ſuper moleſtationibus porrecta vt non contineat petitorium reſtringi debet ad moleſtationes ſuper ſola poſſeſſione concludendo quod impetrans à nemine moleſtari debeat. & n. 35.*

38 *Pœnitentia commiſſionis impetratæ ex quibus deducatur. & num. ſeq.*

39 *Cauſa non dicitur introducta ante exequutionem citationis emanatæ vigore cōmiſſionis impetratæ*

40 *Lis dicitur deſerta ex parte negligentis procedere. Citatio ex quibus præſumatur exequuta à n.40. vſque ad 45. & n.51. 52. & 53.*

41 *Citationis decretum ex ſtylo Rotæ nō officit parti quæ citata non fuit, ſed in præiudicium eius, qui citationem impetrauit, cauſa dicitur introducta*

licet

licèt nõ cõſtet de relatione exequutionis,& n.50.
Etiam ad effectum præſcriptionis. num.42.
43 *Cõmiſſionis vſus ſuccedit loco conteſtationis litis.*
46 *Confeſſio facta à Procuratore poteſt quandocumque reuocari à principali.*
Niſi Principalis illa vſus fuerit 47.
Vel à parte fuerit acceptata 48.
49 *Renunciatio litis ex quibus excludatur.*

DECISIO LVII.

TERTIO * propoſita fuit hæc cauſa, & poſt plures diſputationes, quæ occaſione eius propoſitionis habitæ fuerunt, capta fuit reſolutio cõformis duabus alijs deciſionibus, vt concedenda eſſet Eccleſiæ reſtitutio ad poſſeſſionem feudi, quod probabatur olim fuiſſe ſub dominio illius, & cauſa huius nouę diſputationis nõ fuit aliqua difficultas, quę fieret vel ſup antiqua poſſeſſione Eccleſię, vel ſuper noua poſſeſſione rei, quæ in hoc iudicio conueniebatur, quæ erant duo extrema requiſita in hoc iudicio, ſed alia exceptio, ex qua ipſe reus ſuam poſſeſſionem tuebatur, quia ſcilicet probari videretur titulus, cuius cauſa erat in poſſeſſione huius feudi propter plures ſolutiones, quas oſtendebat factas Eccleſiæ à ſuis authoribus, quæ exceptio licèt fuiſſet diſcuſſa in vltima deciſione, tamen volui iterum illam ſubijcere arbitrio Dominorum cum deciſio eius dubij ſequuta fuiſſet ad ſolam informationem Eccleſiæ.

Quòd igitur attinet ad hanc exceptionem in eo videbatur poſitum fundamentum D. Ferdinandi, contra quem fuit intentata hæc actio ſpolij, vt propter eas ſolutiones, quas idem aſſerebat fuiſſe longo tempore continuatas, & ſemper ſibi conformes reddi hodie videretur tutus aduerſus eãdem actio-
1 nem, quia ex diuturna † illa præſtatione non ſolùm cenſeretur approbata eius perſona, ſed præſumi deberet, quòd iuſto titulo poſſideret hoc feudum ab Eccleſia cui probabantur factæ eædem ſolutiones, vt facit *doctrina originalis gloſſæ in l.2. C. de iur. emphit. & voluit Speculat. in tit. de emphit. quæſt. 42. nu.169. Bart. in l. competit. C. de præſcript. 30. vel 40. ann. Bald. in l. ſi certis annis n.10. C. de pact. & in l. cum de in rem verſo n.4. ff. de vſur. & alij relati per Aym. de antiq. temp. par. 3. §. vidimus. num.40. Gabr. de præſcription. concluſ.1. num.18.*
2 † ſiue huius rei cauſa referẽda ſit in tempus, à quo videtur inſurgere hæc coniectura, vt omnia fuerint ſolemniter acta, vt notant *Doct. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. & voluit Specul. d. quæſt.42. Alex. in d. l. qui in aliena. nu.13. de acquir. hæred. Bald. conſ.116. num 2. lib.1.* ſiue quia ex ea diutur-
3 na † ſolutione potuerit etiam præſcribi ius emphiteoticum, vt conſiderauit *Bart. in d. l. cum de in rem verſo. ff. de vſur. nu.4. & in l. competit. C. de præſcript. 30 vel 40. ann. Bald. in l.2. C. de iur. emphit. nu.36. Cyn. nu.17.*

Cæterum dubitarunt Domini de hoc fundamẽto vtrùm poſſet habere locum in hoc caſu, cum ei præſumptioni videretur obſtare, tum qualitas ſolutionum, tùm etiam qualitas rei, quam eædem ſolutiones probare debebant fuiſſe conceſſam ab Eccleſia; & primò viſum fuit dubitari poſſe de iis ſolutionibus propter exceptiones, quas patiebantur ex quibus dubitari poterat, vtrùm ex illis ſequi deberet effectus huius prẹſumptionis, etenim plures earum apparebant extractæ ex priuatis libris,
4 quæ non † poterant aliquam fidem facere in præiudicium Eccleſiæ *ex notatis in l. inſtrumenta. C. de probation.* & tradit poſt alios *Felin. in c.2. n.33. Imol. nu.26. de fid. inſtrum. Verall. deciſ.155. n.5. lib.2.* Aliquæ non continebant veram ſolutionem, ſed ſolam cõfeſſionem ſolutionis iam factæ quæ neque præiudicare potuiſſet Eccleſiæ, dum ex ea cõ-
5 feſſione non poterat dici probata † veritas ipſius ſolutionis ex adductis per *gloſ. in l. ſi ex plurib. in verbo Caio. ff. de ſolution. & quæ notat ibi Bart. & in l. ſi ex cautione. C. de non numer. pecun. in 1. lect. num. 2. & 2. nu.9.* & in terminis confeſſionis factæ à Prælato voluerunt *Anchar. conſ.443. nu.3.*
6 *& 4.* † *Caſtrenſ. conſ.338. nu.7. lib.1. Calder. conſ. 5. de confeſſ.* Quædam oſtẽdebantur factæ ijs, quos non conſtabat habuiſſe mandatum ab Eccleſia ſiue ab illius Prælato, quòd etiam mandatum re-
7 quirebatur, vt eæ † ſolutiones potuiſſent Eccleſiæ præiudicare *ſecundum l. vero procuratori, & l. qui hominem. §. qui Titio. ff. de ſolution. cum notatis per Felin. in c. quoniam contra n.53. de probation. & per Tiraquel. de retract. legal. §.9. gloſ. vlt. n.7.* Et demùm omnes apparebant factæ per interualla temporum, non autem oſtendebatur aliqua eorũ
8 ſeries † continuata per totum id tempus, quod requirebatur ad præſumendum hunc titulum, quam continuationem requiri notauit in ſpecie *Iaſ. in l. ſi certis annis nu.9. & 15. C. de pact. Cyn. ibid. num.10. Dec. num.11. Bart. qui atteſtatur de cõmuni in l. creditor nu.2. C. de vſur. Menoch. de præſump. lib.3. præſumpt.131. nu.84.* Et hæ quidẽ
9 exceptiones † hoc caſu tantò magis admittendæ erant, quia cũ fundata eſſet actio Eccleſiæ in probatione vtriuſq. extremi, non poterat eadẽ actio tolli, niſi per exceptionem claram, & cui nihil obijci poſſit in iudicio petitorio, *vt in c. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. lib.6. tradit Caſſador. deciſ.1. eod. tit. num.6. Put. deciſ.177. num.2. lib.1.* qualis communiter reputari ſolet ea, quæ ſequitur ex confeſſione partis, aut re iudicata, vt notauit *Innoc in cap. cõſtitutus de fil. presbyterorum, Ant. de Butrio in c. in litteris nu.26 de reſtit. ſpoliat. & ibid. Abb. num.29. Gabr. concluſ.1. eod. tit. nu. 101. Alex. in l. naturaliter §. nihil commune num.12. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Altera ratio, ob quam negarunt Domini admittere poſſe hãc præſumptionem erat propter qualitatem ipſius rei, quæ dicebatur conceſſa, quia quando dubitari non poſſet, vel de veritate earum ſolutionum ſiue quòd illæ eſſent tales, quales requirebantur, vt poſſent ex ijs ſequi hi effectus, nõ tamen potuiſſet admitti præſumptio, cum ageretur de alienatione rei Eccleſiæ, quæ tanquam prohibi-
10 ta locari vltra † certum tempus à iure permiſſum, quod antea non extendebatur vltra tertiam generationem, vt ſtatuitur in *§. emphiteuſim auth. de non alienandis aut permut. reb. Eccleſ.* hodie verò *ex Conſtitutione Paulina* reſtrictum ſit ad triennium, vt notatur in his terminis per *Alex. in d. l. qui in aliena ſub nu.15. ff. de acquir. hæred. Ruin. conſ.75. num.7. lib.1. & in conſ.151. nu.14. lib.4.*

declarans cõtrariam opinionem procedere in em-
phiteuſi priuati, cuius ea eſt natura, vt cenſeatur
11 conceſſa in perpetuum, † vt notatur in *l. 1. C. de
iur. emphit. & tradit Imper. §. adeo inſt. locat.* &
12 generaliter † hanc præſumptionem excludi volue-
runt in caſu quo eidem præſumptioni ius commu-
ne reſiſtat *Bald. in l. cum de in rem verſo. ff. de vſur.
Abb. in cap. peruenit nu. 3. in fine, de cenſib. & ibi
etiam Butr nu. 30. & alij relati per Gabr. de præ-
ſumpt. concluſ. 1. nu. 63. Caldas de iur. emphit. lib. 1.
quæſt.* 15. Nec dicatur, quòd ex ſpatio totius il-
lius temporis præſumi potuiſſet authoritas, aut
confirmatio Apoſtolica quibus cõcurrentibus po-
tuiſſet alienatio huius prædij etiã ipſa fieri in per-
petuum tàm ex forma ipſius Conſtitutionis Pauli-
næ, in qua ſolùm prohibentur ex alienationes fieri
inconſulto Romano Pontifice, quàm ex diſpoſitio-
ne iuris communis, ſecũdum quam authoritas Pa-
pæ ſupplere ſolet omnes alias ſolemnitates, quæ re-
13 quiruntur in † alienationibus rerum Eccleſiæ, vt
*notant Doct. in c. ad audientiam de Eccleſ. ædific ãd.
& fuit dictum in Romana locationis domorum 14.
Aprilis 1614. coram Eminentiſſ. D. meo Card. Ve-
roſpio.* Etenim plura viſa fuerunt vrgere contra
hanc præſumptionem, quia quòd illa in ſpecie non
poſſet admitti in hoc caſu primùm id ſuaderi vide-
batur ex lite, quæ poſtea mota fuit ſuper validita-
te huius conceſſionis, quia cum ea præſumptio ſit
14 fundata in taciturnitate † partium illa erat inter-
rupta ex lite, vt tenuit *Rota in Valentina Baro-
niæ 4. Iulij 1603. coram Ortembergo, & antea in
vna Auerſana tenimenti coram Cantucci, in no-
uiſſ. diuerſ. 160. par. 2. & fuit dictum in Taurinen.
decimarum 27. Iunij 1607. coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano.* Præterea neq; admitti potuiſſet præ-
ſumptio eius ſolemnitatis extrinſecæ deficiẽte pro-
15 batione † tituli, cui eadem ſolemnitas adhærere
debebat, *vt voluit Ruin. in d. conſ. 75. nu. 8. lib. 1.
& in conſ. 29. num. 4. lib. 4. Alex. conſ 50. num. 7.
lib. 5. Natt. conſ. 162. nu. 24. Honded. conſ 82. n. 26.
lib. 1. & tenuit Rot. coram Card. Seraph. dec. 1042.
num. 4.* Cuius rei duplicem rationem conſiderant
16 ijdem † Doct. Primam ne detur cõcurſus tot præ-
ſumptionum nimirùm actus geſti, & ſolemnitatis,
quæ requirebatur ad validitatem eiuſdem actus vt
voluit inter cæteros *Ruin. in add. conſ. 29. nu. 4. &
in conſ. 151. nu. 15. lib. 4.* quem ſequuta fuit *Rota
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano in vna Roma-
na Caſalis, vt in illius deciſione impreſſ. deciſ.* 301.
17 Alterã † quia non poteſt præſumi qualitas d. ſole-
mnitatis, vbi non conſtat de ſubſtantia actus, in qua
ratione ſe fundauit *Alex. in adducto conſ. 50. nu. 7.
lib. 5.* quem ſequutus fuit *Dec. conſ. 442. nu. 22.*

Neque viſum fuit cõtrarium firmari *in deciſ.* 57.
18 † *Card. Mantic.* cum potius contrarium colligе-
retur, tum ex contextu illius deciſionis quatenus
in ea expreſsè reſeruatum fuit videre, vtrùm ea cõ-
ceſſio, quæ videbatur præſumi poſſe ex tempore, &
alijs coniecturis in eadem deciſione conſideratis
fuerit ſolemnis, & vtilis Eccleſiæ, tum ex ijs, quæ
poſtea deciſa fuerunt in eadem cauſa, *vt in deciſ.
101. eiuſdem* in qua pluribus argumentis oſtenſum
fuit quòd neque in ea deficiebat ſolemnitas, aut
vtilitas Eccleſiæ.

Et in hanc ſententiam eo magis deſcenderunt
Domini, quia viſum fuit probari ex parte Eccleſiæ
non adeſſe id tempus quòd ſufficeret ad inducen-
dam hanc præſumptionem; Nam licèt ex ſolutio-
nes inciperent ab anno 1552. & vltima ex ijs lege-
retur facta anno 1631. non tamen totum id tẽpus
videbatur cõcedi poſſe huic præſumptioni ex plu-
ribus ijſq. validiſſimis rationibus, quæ viſæ fuerũt
dignæ longiori, & diligentiori examine: Duo au-
tem tempora viſa fuerunt conſiderari poſſe; Primũ
tempus reſpiciebat initium earumdem ſolutionũ,
19 † cum negaretur illas potuiſſe præiudicare Eccle-
ſiæ per totum id tempus, quo vixit Prælatus, ex
cuius conceſſione ſequuta fuit alienatio, ſecundum
vero reſpiciebat earũdem ſolutionum finem cum
hic finis diceretur deſumi debere à die, quo proba-
batur motam fuiſſe litem ſuper conceſſione huius
feudi, de quo tempore non potuerunt eædem ſo-
lutiones prodeſſe poſſeſſori; & reſpectu primi tem-
poris, quo dicebatur Eccleſia ſibi præiudicaſſe re-
cipiendo eas ſolutiones, viſum fuit id præiudicium
ſolùm incipere potuiſſe ab anno 1554. nempè à
20 tempore obitus Prælati, † à quo facta fuit conceſ-
ſio, quia licèt non potuiſſet detrahi id tempus, ſi
ageretur de ſola præſumptione inducenda, ſed ſolũ
21 in caſu † præſcriptionis, *vt tenuit Rota in Lunen.
Sarzanen. Terrarum 20. Iunij 1585. coram Cotta
quam poſtea ſequuta fuit coram Cardin. Seraph.
deciſ. 1027. num. 13. & in Oſcen. penſionis 4. Ia-
nuarij 1602. coram Card. Lancellotto.* Tamen
non agebatur de ſola præſumptione, cum ex curſu
22 † eius temporis præſumi deberet titulus conceſ-
ſionis, qui nõ potuiſſet acquiri poſſeſſori niſi in vim
præſcriptionis, prout non obſcurè ſentit *Cyn.* agẽs
de hac præſumptione *in l. 2. C. de iur. emphit. in
10. quæſt. ſub nu.* 17. quem ſequutus fuit *Bald. ſub
num.* 36. & in terminis Militis Vaſſalli, qui nullam
oſtendere poſſit inueſtituram, ſed tantùm ſeruitium
præſtitum Domino longo tempore *eſt textus in
cap. ſi quis per triginta ſi de feudo defunct. contentio
ſit inter Dominum & agnatos vaſſalli* cuius autho-
ritate hoc tenuit *ibi Iſernia, & in cap. ſciendum
de conſuetud. rect. feudi in §. etiam ſi inter Domi-
num. nu. 14. Afflict. deciſ. 324. nu.* 5. In hoc verò
23 oſtendebatur caſus huius † deciſionis diuerſus ab
ijs, quorum authoritas adducebatur in cõtrarium,
quia in illis agebatur de ſola præſumptione ſolem-
nitatis extrinſecæ, qualis cenſetur beneplacitum
aut confirmatio Apoſtolica tractatus, aut conſen-
ſus Capituli, & alia, quæ licet requirantur ad vali-
ditatem conceſſionis, non tamen ſunt idem cum
ipſa conceſſione, & hanc differentiam benè aduer-
tit *Alex. in adducto conſ. 50. n. 6. lib. 5. Ruin. cõſ. 29.
n. 4. lib.* 4. Et quòd propriè conuenirent hic termi-
24 ni † præſcriptionis ex eo præterea ſuaderi poterat
quia vtile dominium, quod dicebatur translatum
in ea conceſſione, quæ præſumi debebat ex ſolutio-
ne diuturna, non potuit tranſire in emphiteutam
ſine præiudicio, & diminutione dominij directi,
qui effectus ſoli præſcriptioni tribui poterat, in qua
ſemper id agitur, vt detrahatur de iure alterius, vt
*declarant Doctores in cap. vlt. de conſuetud. & ibi
Abb. num. 20. Card num. 26. in 8. quæſt. Cyn. in l. 2.
C. quæ ſit long. conſuetud. num.* 7.

Su-

25 Super altero tempore, † quo dicebatur deſumi
debere finem earum ſolutionum plura deduceban-
tur tàm fauore Eccleſiæ, quàm fauore poſſeſſoris;
Dicebatur enim ex parte Eccleſiæ fuiſſe interruptũ
curſum illius temporis per litem motam de anno
1540. coram Regio Viſitatore ad inſtantiam Pro-
motoris Fiſcalis, & deinde in Rota ad inſtantiam
Gaſparis authoris Ferdinandi, qui pendente ea cō-
trouerſia coram Viſitatore cauſam curauit cōmit-
ti bon. mem. Card. Lancellotto; E contrà verò pro
parte Ferdinandi poſſeſſoris negabatur potuiſſe ſe-
qui hunc effectum interruptionis dum nullo modo
ex his duobus actibus fuit Gaſpar conſtitutus in
mala fide, ſicut neceſſarium fuiſſet vt diceretur de-
ſijſſe poſſidere pacificè pro tempore quod ſupere-
rat, vt compleretur præſcriptio iam cœpta.

Sed plura viſa fuerunt concurrere, quæ poterant
reddere indubitatam hãc malam fidem poſſeſſoris;
nam ea, quæ primum geſta fuerunt in partibus oc-
caſione cōtrouerſiæ motæ per Promotorem Fiſca-
lem non poterant negari quin haberēt hanc facul-
cultatem inducendi in Gaſpare pleniſſimam noti-
tiam iurium, & huius actionis Eccleſiæ cum conti-
nerent inſtantiam eiuſdem Procuratoris, & præce-
ptum factum Gaſpari à Viſitatore Regio, vt exhi-
beret titulum, cuius cauſa erat in poſſeſſione huius
feudi, vndè obſtare non poterat, quòd ea omnia
non fuiſſent acta in forma iudicij, aut coram Iudice
non competenti, quia ad hunc effectum inducendi
malam fidem potuerunt ſatis eſſe etiam proteſta-
26 tiones † extraiudiciales, ex quibus ille reddi po-
tuiſſet certus de iuſtitia petitionis nō quidem mi-
niſterio iuris, ſiuè illius effectus, quem ſolet pro-
ducere conteſtatio litis, quando petitio actoris, &
reſponſio rei proponuntur in forma iudicij, & co-
ram Iudice competenti, ſed propter aduentum ma-
27 læ fidei, quæ tanquam in facto † conſiſtens potuit
cauſari etiam ex illa notitia extraiudiciali, *vt decla-
rat Abbas in c. vt debitus nu. 10. de appellation. &
in cap. illud autem. nu. 10 de præſcription.* & ſequi-
tur ibi Abbatem *Ant. de Butr. in d. cap. vt debitus
idem Abb in conſ. 19. nu. 2. lib. 2. Dec. conſ. 272. nu.*
11. & tenuit *Rot. coram Put. in deciſ. 385. num. 1.
lib. 3. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, vt in
eiuſdem deciſ. impreſſ. deciſ. 362. num. 2. & in Va-
lentina decimarum de Gandia* 10. *Nouembr.* 1603.
Card. Pamphilio: Quæ clariora reddebantur tàm
ex reſponſione Gaſparis ad eamdem petitionem
Procuratoris, quàm ex commiſſione ab eo poſtea
impetrata aduerſus moleſtias ſibi illatas, quia in
reſponſione non negauit Gaſpar dominium Eccle-
28 ſiæ, quinimo viſus fuit illud confiteri † narrando cō-
ceſſionem factam ab Eccleſia Scipioni Spatafore
ſuo Authori, quod conſiderauit *Abbas* in ſuo caſu
ſuper quo conſuluit *in adducto conſ. 19. lib. 2.* ex ea
vero commiſſione cauſæ ipſemet viſus fuit ſe con-
ſtituiſſe in mala fide deducēdo in iudicium eas mo-
leſtias, quæ antea dicebantur non potuiſſe illi no-
cere eo quia non fuiſſent propoſitæ coram Iudice
competenti *arg. textus in l. ſicut col. vlt. C. de præ-
ſcript. 30. vel 40. ann. & l. 1. & 2. C. quando libell.
Princip. dat. lit. conteſt. fac.*

Nec dicatur quòd non potuit hanc vim habere
eadem commiſſio tàm attenta natura iudicij quod
per eam inductum fuit, quam etiam ex voluntate
partis, quæ illam impetrauit, dũ non conſtat quòd
poſtea eadem commiſſione vſa fuerit. Etenim vis
primæ exceptionis conſiſtebat in eo, *vt in remedio
legis diffamari,* quod fuit intentatum non poſſet da-
29 ri ſuſpenſio † bonæ fidei aut interruptio præſcrip-
tionis iam cœptæ dum nihil aliud concluditur in eo
iudicio ex parte poſſeſſoris, quam vt is, contra quē
impetrata fuit commiſſio, deſiſtere debeat à mole-
ſtationibus cuius petitionis occaſione negabatur,
quòd potuiſſet idem poſſeſſor conſtitui in mala fi-
de, vt dicebatur tenuiſſe *Felyn. in cap. illud. nu.* 10.
de præſcript. quem tanquam Authorem huius opi-
nionis ſequutus fuit *Gabr. concluſ. 6. de action. nu.
33. Carpan. ad ſtatut. Mediolanen. par. 1. cap. 112.
num. 36.* Et ratio huius opinionis erat, quia ſiue
conſideretur ea petitio, ſiuè etiam moleſtiæ illatæ
30 poſſeſſori, † numquam potuit poſſeſſor dici certus
de iure alterius, cum in ſua poſſeſſione non fatere-
tur hoc ius, ſed potius tueretur propriam poſſeſſio-
nem. Moleſtiæ vero, quas patiebatur, conſtituerēt
in ſola negatione extraiudiciali, ſed verè nihil in
ea opinione firmare voluit *Felyn. vt aduertit Gabr.
ead. concluſ. 6.* & contrariam ſententiam *reprobato
eodem Felyno* ſequutus fuit *Claud. de Seyſell in
l. naturaliter. ff. de vſucap. nu. 26. Rot. apud Caſſa-
dor. deciſ. 6. ſuper regul. num.* 15. ea ratione quia
31 poſtquam conuētus † remedio *dicta legis* porrexit
petitiones ſuas, deſinit agens illo remedio eſſe
Actor, & efficitur reus, & inde procedit quòd in
hoc remedio duplex iudicium continetur vnum in
32 quo agitur † de veritate iactationum, in quo com-
mittens cauſam ſuſtinet partes actoris; Alterum,
quod huic ſubſequitur, & in quo probatis diffama-
tionibus fit rea altera pars, quæ antea erat actrix,
*vt notant Doctores in d. l. diffamari, & Bald. ibi
num. 6. Cagn. nu. 9. Couar. var. reſolut. lib. 1. cap.
18. nu. 6. Gaill. lib. 1. obſeru. cap. 9. nu. 7. & cap.
11. num. 2.* Præterea poterat hæc exceptio remo-
ueri ex facto, cum dicta commiſſio non poſſet dici
reſtricta ad eam ſolam actionem in remedio *legis
diffamari* tum propter clauſulas quam & quas, &
33 cum omnibus incidentibus † annexis, & conne-
xis quæ legebantur in eadem commiſſione, & qua-
rum effectus erat, vt cenſeretur in ea deductum
etiam petitorium, & quodcumque aliud iudicium
præter expreſſum, *vt in terminis commiſſionis ſi-
gnatæ in hoc iudicio notauit Mandoſ. in regula de
ſubrogan. quæſt. 14. nu. 16. Mobed. deciſ. 6. de re-
34 ſcript.* † tum quia ipſa commiſſio poterat ex ſui
natura comprehendere idem iudicium, dum fue-
runt in ea narratæ moleſtationes ſuper ipſa re, non
autem ſuper ſola poſſeſſione eiuſdem rei, ſiue ali-
quid additum, ex quo eadem commiſſio videretur
reſtricta ad ſolam poſſeſſionem, *vt declarat, & di-
ſtinguit Caſtad. deciſ. 6. de reſcript. in princ. & de-
ciſ. 9. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. nu. 9. Mandoſ. ſu-
per ead. reg. d. quæſt. 14. nu. 6. Mobed. deciſ. 6. de
reſcript.* vbi id ampliat procedere quamuis facta
35 fuerit mentio de † ſola poſſeſſione dummodo tamē
in commiſſione concludatur, quòd impetrans à ne-
mine debeat moleſtari *idem deciſum fuit in Roma-
na Spolij domus 18. Martij 1560. coram Ortegano,* &
hæc omnia viſa fuerunt comprobari ex generali con-

confeſſione Ferdinandi, cum illi ſæpius contigerit
narrare ſtatum ſuæ cauſæ: Et primę cōfeſſioni cau-
ſam dedit alia commiſſio, qua ipſe opus habuit ſu-
per ſubrogatione noui Iudicis in locum bon. mem.
Cardinalis Lancellotti, & in ea expreſsè confeſſus
fuit, quòd cauſa quæ cōtinebatur in commiſſione
directa eidem Cardinali Lancellotto erat ſuper
conceſſione in emphiteuſim facta Scipioni Spata-
foræ, cuius erat ſucceſſor Gaſpar, qui eam commiſ-
ſionem impetrauerat, alia verò confeſſio nata fuit
ex oppoſitione quam idem Ferdinandus coactus
fuit facere corā Archiepiſcopo Panormitano, Re-
uerendiſſimo Archimādritæ qui cauſam hodie pro-
ſequitur, quia cum obtinuiſſet Archimandrita re-
mitti cauſam ad Archiepiſcopum Panormitanum
tanquam ad Ordinarium viciniorem oppoſuit ſe
Ferdinandus Breui in quo concedebatur ea remiſ-
ſio, & deduxit coram Archiepiſcopo pendentiam
litis narrando eadem, quæ fuerant ſupra deducta
quòd ſcilicet Procurator Fiſcalis Eccleſię iactaue-
rat ſe velle litigare cum Gaſpare ſuo Authore ſu-
per recuperatione huius feudi eo quia fuiſſet ma-
lè alienatum, & in euidentem perniciem Eccleſiæ,
vnde ipſe poſtea cauſam commiſerat in Romana
Curia, quæ propterea non potuiſſet ab ea auocari.
Ex hac vero confeſſione non ſolùm confirmatum
fuit quod continebatur in prima, quæ emanauit oc-
caſione commiſſionis ſubrogatoriæ, vnde potuiſſet
eidem confeſſioni robur accedere ac ſimul ab ea
vires recipere hæc poſterior ſicut erat natura ſimi-
lium confeſſionum cum fuerint ſæpiùs repetitæ, vt
36 tradit † *Bart. in l. cum ſcimus. C. de agric. & cen-*
ſit. lib. 11. Felyn. in c. ſi cautio. num. 37. de fid. in-
37 *ment.* † ſed hæc eadem poſterior confeſſio appare-
bat confirmata etiam aliis argumētis, quia ad pro-
bandam pendentiam eius litis produxit Ferdinan-
dus in Tribunali Archiepiſcopi citationem cum
inhibitione decretam vigore primæ commiſſionis
obtentæ *de anno* 1580. litteras compulſoriales ex-
peditas vigore eiuſdem commiſſionis ab Archimā-
drita *de anno* 1616. & demum eam ipſam com-
miſſionem ſubrogatoriam obtētam *de anno* 1632.

Super altera exceptione quæ dicebatur fundari
in voluntate partis non vtendi commiſſione, quam
obtinuerat, viſa fuerunt Dominis aliqua etiā pro-
bari ex facto, quæ non ſolùm poterant excludere
eam voluntatem, ſed probare contrariam propter
vſum eiuſdem commiſſionis, deducebatur enim ea
voluntas, ſiuè potius pœnitentia commiſſionis im-
petratæ ex duobus. Primò quia non apparebat,
38 † quòd citatio, & inhibitio expeditæ vigore illius
commiſſionis fuiſſent exequutæ, & ideo negaba-
39 tur † vt cauſa introducta fuiſſet ante dictam exe-
quutionem *ex notatis per Doct. in clemēt. 1. vt lit.*
pend. & per gloſ. in c. placuit 16. quæſt. 3. in §. præ-
ſcriptionum in verbo interrupta. Secundò quia
neque poſtea fuerit aliquid actum coram Iudice,
qui dictam citationem, & inhibitionem decreuerat
40 per ſpatium plurium † annorum, ex qua negligē-
tia potuit etiam induci deſertio litis quando illa
verè fuiſſet inchoata, *vt voluit eadem gloſ. in d. c.*
placuit Bald. in c. illud nu. 4. de præſcript. & ibi
etiam Felyn. nu. 5. Put. deciſ. 516. lib. 2. ſed non vi-
ſa fuerunt obſtare, quæ primo loco dicebantur ſu-
per omiſſa exequutione eiuſdem citationis, quia
licèt non reperiretur in actis citatio, ſub qua nota-
ri debuiſſet relatio Exequutoris id tamen nō po-
terat prodeſſe niſi ſoli Eccleſiæ, quæ citata fuerat
nō autem Gaſpari, qui obtinuerat commiſſionem,
41 cum in illius † præiudicium cenſeretur introducta
cauſa ex ſolo decreto citationis ex ſtylo huius Tri-
bunalis de quo atteſtatur *Mohed. deciſ. 1. de cauſ.*
poſſeſſ. & propr. & pluries deciſum fuit, vt in deciſ.
4. vt lit. pend. in antiq. & deciſ. 6. eod. tit. in nou. &
coram Put. deciſ. 234. lib. 1. Caputaquen. deciſ. 169.
42 *par. 2.* etiam † ad hunc effectum præſcriptionis, *ſi-*
cuti firmatum fuit coram eod. Put. deciſ. 385. nu. 2.
lib. 3. & apud Caſſad. deciſ. 6. ſup. regul. num. 5. quæ
eo magis procedere poterant ſtante vſu eiuſdem
commiſſionis, qui declaratus fuit ex pluribus acti-
43 bus factis tàm ab eodem † Gaſpare, quàm à Fer-
dinando, qui vſus videbatur eſſe loco conteſtationis
litis, *vt voluit Roman. in conſ. 174. num. 5. & fuit*
dictum in Hiſpalen. præeminentiarum 16. Nouēb.
1618. *coram bo. me. Vbaldo*, & ea conteſtatio in
neceſſarium antecedens probabat etiam exequu-
tionem eiuſdem citationis. Præterea viſa fuit pro-
bari etiam exequutio eiuſdem citationis ex con-
feſſione Ferdinandi, qui hanc cauſam hodie proſe-
quitur quia in commiſſione ſubrogatoria, quam il-
le impetrauit propter obitum Cardinalis Lancel-
lotti expreſsè confeſſus fuit dum in ea repetijt ſta-
tum huius cauſæ, quòd nimirum citatio, & inhibi-
tio decretæ vigore primæ commiſſionis fuiſſent in-
timatæ in partibus, & quidem ea confeſſio non ſo-
lùm poterat nocere ex eo quod cōtineretur in di-
cta commiſſione propter priuilegium ipſarum pre-
cum, quarum cauſa illa effecta fuit irreuocabilis, vt
44 *notat † Bart. in l. certum §. ſi quis abſente. ff. de*
confeſſ. & authoritate eiuſdem Bart. Abb. in c. ex
parte. nu. 15. Butr. nu. 12. de confeſſ. Bald. in l. ſi
magnam C. de his qui accuſ. non poſſ. nu. 4. ſed quia
lis, quæ introducta fuerat in prima commiſſione
45 erat fundamentum † huius vltimæ quam obtinue-
rat Ferdinandus ſuper ſubrogatione noui Iudicis
in locum Cardinalis Lancellotti, quod in neceſſa-
rium antecedens videbatur ſupponere exequutio-
nem ipſius citationis, *vt conſiderauit Rota coram*
Creſcent. in deciſ. 2. de iudic. & licèt replicaretur
contra confeſſionem, quæ in dicta commiſſione cō-
tinebatur, quòd illa emanauerit à Procuratore nō
46 informato † quam licitum fuit Ferdinando quan-
documque reuocare tamen ipſe vſus fuerat poſtea
eadem commiſſione, quòd ſatis erat, vt non poſſet
47 hodie venire contra dictam † confeſſionem *ex no-*
tatis in c. cum olim de cenſib. & ibi Innoc. nu. 5. &
in c. venerabilis nu. 4. de exception. Iaſ. in l. error
num. 8. C. de iur. & fact. ignorant. imò eadem
48 confeſſio dicebatur acceptata à † parte, quæ acce-
ptatio etiam impedire poterat illius reuocationem,
vt per eundem Iaſon. in dict. l. error num. 3. & in
l. quidquid aſtringendæ num. 10. de verbor. obligat.
Roman. in l. 1. §. ſi quis ſimpliciter num. 13. de ver-
bor. oblig. & in conſ. 433. nu. 11.

Ex his colligi poterat reſponſio ad alteram ex-
49 ceptionem quæ † fundabatur in renūciatione litis,
quia ea renunciatio non poterat ſtare ſimul cum
vſu dd. cōmiſſionum, & hic vſus viſus fuit probari

tàm

Digitized by Google

tàm reſpectu Gaſparis, quàm reſpectu Ferdinandi illius ſucceſſoris, & non ſolùm facto, ſed etiam verbis & quod attinet ad Gaſparem poſt impetratam commiſſionem, in qua ille obtinuit, vt cauſa deuolueretur ad Curiam conceſſa fuit ei à Iudice citatio cum inhibitionẽ quàm ſtatim præſentauit in Regia Monarchia vt haberet licentiam illã exequendi, & pro conceſſione d. facultatis diu litigatum fuit in eo Tribunali citato non ſolùm procuratore Eccleſiæ, ſed etiam perſona Archimandritæ donec poſt ſpatium duorum annorum tandem ea
50 facultas ſpeciali decreto illi † conceſſa fuit, vnde locus erat ſtylo huius Tribunalis ex quo licèt ſolũ decretum citationis non ſoleat officere parti, quæ citata non fuit tamen cenſetur ſtatim inducta lis reſpectu, & in præiudicium alterius partis, quæ idem decretum obtinuit, & agnouit Gaſpar poſtea
51 pendentiam huius cauſæ † impetratis litteris cõpulſorialibus vigore primæ commiſſionis directæ Cardinali Lancellotto, ex quo viſus fuit contiteri antecedentem litem & conſequenter notitiam citationis iuxta aliam declarationem *Rota de quaſu deciſione Creſcentij de iudicijs*, vt nimirum pars confitendo litem videatur in neceſſariam conſequentiam fateri omnia quę neceſſaria ſunt ad illam inducendam atque ita non ſolùm notitiam ipſius citationis, ſed etiam quòd eademmet citatio fuerit
52 legitimè exequuta: Hæc † verò clariora apparebant ex his quæ poſtea geſſit Ferdinandus, quia ille non ſolùm nouam commiſſionem impetrauit, quæ tanquam ſubrogatoria primi Iudicis videbatur ſupponere antecedentem commiſſionem ac litem ex ea introductam, ſed idem ſæpiùs allegauit pendentiam huius cauſæ tàm in partibus, quàm in Curia oppugnando Breue, in quo ad inſtantiam Archimandritæ remittebatur hæc cauſa Archiepiſcopo Panormitano, donec & ipſe vicit in ſua oppugnatione obtinendo, vt cauſa non auocaretur à
53 Curia, † vnde non poterat hodie negare quòd prima commiſſio non habuerit effectum, cum hoc non ſolùm eſſet contrarium eius, quod ipſe pluries cõfeſſus fuerat, ſed fundamentum ſuæ defenſionis, cuius cauſa obtinuit in ea impugnatione *ex notatis per Doctores in c. capitulum de reſcrip. & ibi Abb. num. 8. Felyn. num. 9. Bart. in l. Papinianus. §. ſed nec impuberis ſub nu. 2. ff. de inoff. teſtam. & tenuit Rota coram Card. Seraph. deciſ. 974. num. 6. & deciſ. 620. num. 5.*

Et ita &c. vtraque &c.

☞ * *Propoſita primò fuit iſta cauſa ſub die 18. Iunij 1634. quam deciſionem habes infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito.*

Secundò propoſita fuit ſub die 7. Februar. 1634. quæ deciſio eſt ſupra in hac eadem parte in ordine 16.

Tertiò propoſita fuit ſub die 22. Iunij 1635. quæ eſt præſens.

§ *Quæ tres Deciſiones R. P. D. Veroſpij fuerunt poſtea cõfirmatæ, & canonizatæ in eadem cauſa à Rota coram R. P. D. Merlino ſub die 15. Februarij 1636. quæ deciſio eſt infra ſuo loco, vna cum alia deciſione in eadem cauſa ſub die 5. Maij 1636. coram eodem R. P. D. Merlino.*

R. P. D. MERLINO.

Placentina Illegitimitatis.

Die Veneris 22. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Filius, quando dicatur illegitimus, & qualiter, & quibus coniecturijs illegitimitas probetur. Teſtes conſanguinei, quando admittantur ad probandum matrimoniũ, & quãdo nõ.

SVMMARIVM.

1. *Sententiæ validitas probatur ex reuolutione actorum.*
2. *Filius quoties natus eſt ex coniunctione non vxoria, neque ex iuſtis nuptijs; ſecundum Canonicas ſanctiones illegitimus eſt.*
3. *In Matrimonij materia omnis controuerſia iuxta Pontificios Canones, quocumque in loco, eſt definienda.*
4. *Leges ciuiles in materia matrimoniali ſacras debent ſequi, & imitari regulas.*
5. *Matrimonium, quando incidenter eſt probãdum ad effectum legitimationis prolis, & ſucceſſionis filiorum, probatur leuioribus probationibus.*
6. *Matrimonium regulariter probatur per duos teſtes, maſculos, vel fœminas, qui præſentes fuerint matrimonio.*
7. *Teſtes conſanguinei non repelluntur à teſtimonio ferendo in cauſa matrimoniali.*
8. *Teſtes conſanguinei, an ſint admittendi in materia matrimoniali, in hoc plurimum verſatur arbitrium Iudicis, qui penſatis omnibus circumſtantijs cautè perpendere debet, quanta fides ſit eis adhibenda.*
9. *Teſtes conſanguinei, ſufficienter non probãt matrimonium, quãdo conſtat de malo, & infecto principio concubinatus, ſeu copulæ fornicariæ præcedentis.*
10. *Ad Matrimonium, & legitimitatem probandam, requiritur vberior, & exactior probatio, quando conſtat de malo, & infecto principio concubinatus.*
11. *Teſtes conſanguinei ad matrimonium probãdum nõ admittuntur, quando agitur de reparanda iactura publicæ opinionis amiſſæ Virginitatis, & de reſarciendo familiæ honore labefactato ex impudicitia mulieris. & nu. 12.*
13. *Verbum, nullatenus, eſt vniuerſale negatiuum.*
14. *Infamis, quis efficitur ob commiſſum furtum.*
15. *Teſtis, ſi conuincatur de falſo, nulla fides eſt ei adhibenda.*
16. *Ad Matrimonium excludendum quæ coniecturæ admittantur.*
17. *Matrimonium, vel concubinatus ex communi reputatione probari poteſt.*
18. *Tractatus viri erga mulierem ad legitimitatem, vel illegitimitatem matrimonij probandam plurimum conducit.*
19. *à Matrimonij coniugali fœdere ſeiunctum eſt clãdeſtina, & furtiua cohabitatio, & arguit improbum concubitum.*
20. *Vir, dum eſt in extremo vitæ ſpiritu, dumq. memor*

mor ſalutis æternæ, ſupremumq. Iudicium DEI, timet, ſi aliquid dicit, verum dixiſſe præſumitur. Et conſeſſiones tali tempore emanatæ ad probandam veritatem illegitimitatis multum habent ponderis. nu. 21. & 22.

23 *Mulier non præſumitur vxor alicuius viri, ſtante magna diſparitate nobilitatis, & diuitiarū, & ſi illa, eo viuēte cogitauit alias cōtrahēre nuptias*

24 *Mulier non cenſetur vxor illius viri, quæ poſt eius obitum, nullo queſtu, nulloq. luctu, nec lugubribus veſtibus proſequuta eſt.*

25 *Filius legitimus alicuius viri nobilis, & diuitis quis non præſumitur, ſi ſine pompa, & ſolemnitate ſacro Baptiſmatis fonte ablutus fuit, nec ad patris menſam, nunquam admiſſus fuit.*

26 *Illegitimitatis coniecturæ plures iunctæ ſimul, ſufficienter illam probant.*

DECISIO LVIII.

ROTA CENSVIT conſtare de illegitimitate
Antonij de Monroy, & ſic confirmandas eſſe
ſententias Ordinarij Placentiæ, & Nuncij Hiſpa-
niarū ſuper eadem illegitimitate latas tanquam
1 validas vt conſtat ex reuolutione † actorum iuxta
Caputaq. deciſ. 260. par. 2. & iuſtas ex ſequentibus.
2 Quotieſcumque enim quis ex coniunctione † nō
vxoria, neque ex iuſtis nuptijs progenitus eſt, ſe-
cundum Canonicas ſanctiones illegitimus. *c. dixit
c. meretrices. c. nemo 32. quæſt. 4.* & in materia
3 peccati ac ſignanter in materia † matrimonij om-
nis controuerſia iuxta Pontificios Canones quo-
cumque in loco eſt definienda., *cap. fin. de 2. nupt.*
4 *Franch. in c. 2. de arbitr. in 6.* & leges † ciuiles in
hoc ſacras debent ſequi, & imitari regulas, *vt in-
quit Imperator in auth. vt Cleric. apud propter
Epiſc. & auth. quomodo oportet Epiſc. & ellegan-
ter diſſerit Card. Paleott. olim noſtri Ordinis colle-
ga in tract. de noth. & ſpur. cap. 12. per tot.*
In caſu autem præſenti non probari Antonium
ex legitimo matrimonio Franciſci, & Mariæ fuiſſe
procreatum, ſed imò ex damnato per Canones cō-
cubitu exiſtimarunt Domini.
Quamuis enim vbi nō agitur de matrimonio di-
5 rimendo, ſed incidenter † ad effectum legitimitatis
prolis, & ſucceſſionis filiorum, leuiores ſufficiant
probationes, præſumptæ videlicet, & coniectura-
les *iuxta Gemin. conſ. 27. num. 7. Sæpiùs à Rota
canonizatum vt in Parmen. ſtatus 20. Mart. 1556.
coram Antonio Auguſtino, & coram Card. Sera-
phino deciſ. 979. nu. 3. ac deciſ. 1099. nu. 1. & apud
bon. mem. Card. Caualer. dec 79. nu. 1.* & regulari-
6 ter probetur † per duos teſtes maſculos, vel fœmi-
nas, qui præſentes fuerint matrimonio, *c. ſuper eo
el 2. vbi Abb. de teſtib. Dec. in conſ. 163. nu. 1. Gig.
conſ. 33. nu. 1. Verall. deciſ. 205. par. 2. & coram
Card. Seraph deciſ. 1099. nu. 2. & in Leodien. ma-
trimonij 27. Iunij 1605. coram Iuſto*, etiam ſi te-
7 ſtes ſint conſanguinei, † quos non repelli à teſti-
monio ferendo in cauſa matrimoniali eſt *text. in
c. videtur 35. quæſt. 6. Socein. iun. conſ. 29. num. 11.
lib. 2. Gabr. de teſtib. concl. 13. nu. 14. Farinac. de
teſtib. quæſt. 54. nu. 64. & 191.*
Attamen cum in hac materia probationum, &
8 circa admiſſionem teſtium † conſanguineorum in
cauſa matrimoniali plurimum verſetur arbitrium
Iudicis, qui penſatis omnibus facti circumſtantijs
cautè perpendere debet quāta huiuſmodi teſtibus
ſit adhibenda fides *vt poſt Hoſtien. Feliu. Aretin.
Socin. & alios monuit Couar. ſuper decret. par. 2.
cap. 8. §. 12. nu. 8.* Viſum fuit duos teſtes conſangui-
neos pro Antonio inductos haud ſufficienter pro-
bare matrimonium inter Franciſcum, & Mariam
eiuſdem parentes, nedum quia hic conſtat de ma-
9 lo, & infecto principio concubinatus, † ſeu copu-
læ fornicariæ præcedentis inter Franciſcum & Ma-
riam, de qua deponunt teſtes in Summ. nu. 14. quæ
10 operatur, vt exactior, † ac vberior, probatio ſit
neceſſaria ad matrimonium, & legitimitatem pro-
bandam, vt conſuluit *Cephal. conſ. 82. num. 55. &
ſeqq. Caputaq. dec. 10. par. 2. Rot. dec. 244. par. 5.
diuerſ. & coram Card. Seraph. dec. 978. num. 7.*
Sed etiam quia teſtes iſti fuerunt examinati poſt-
quam Maria fuerat iam diffamata de damnato cō-
cubitu fornicario cum Franciſco, & ſic teſtes con-
11 ſanguinei magnum habent intereſſe, † quia agitur
de reparanda publicæ opinionis amiſſæ Virginita-
tis Mariæ iactura, & de reſarciendo familiæ hono-
re labefactato ex impudicitia mulieris, vnde teſtes
ſunt omnino repellendi iuxta diſpoſitionem *text. in
cap. ſuper eo de teſtib.* ibi, non eſſe aliquatenus ad-
mittendum, *& tradunt Alex. conſ. 154. nu. 2. lib. 5.
Dec. conſ. 309. nu. 2. Gabr. de teſtib. concl. 9. nu 22.
& dixit Rota in Mediolanen. legitimitatis 5. Octo-
bris* 1580. *coram Rubeo relata inter Cottæ deciſ.*
283 præſertim quia conſtat ex teſtibus datis in
Summ. num. 9. magnam dari inter prætenſos con-
iuges diſparitatem, Maria quippe pauper erat, vilis,
& abiectæ omnino miſeræq conditionis, & fortu-
næ, Franciſcus verò nobilitate, potentia, ac diuitijs
12 pollebat, † vnde teſtes conſanguinei, mulieres
coniunctæ, & agnatæ incrementum, & honorem
diligentes, ſuſpecti omninò cenſentur, & nullatenus
ſunt ad teſtimonium ferendum admittendi, *vt pō-
derauit Alex. III. in d. c. ſuper eo de teſtib. Dec. d.
conſ. 309. nu. 2.* vbi aduertit verbum Textus nulla-
13 tenus † vniuerſale negatiuum *Gabr. d. concl. 9 n 10.
Bero. quæſt. commun 55. nu. 1. ad fin. Menoch. de
arbitr. Iudic. lib. 2. caſ. 102. nu 3. & 4.* & demum,
quia fides eorumdem teſtium pluribus labefacta-
tur exceptionibus, primus enim nedū eſt pauper,
14 ſed † & ob commiſſum furtum infamis, vt depo-
nunt teſtes dati in Summ. num. 4. Secundus vero
eſt pauper, & temerè mendax dum dixit ſe cogno-
uiſſe, & tractaſſe cum Franciſco ab annis 59. citrà
in Oppido de Monroy, & tamen ex aliorum depo-
ſitione in Summ. num. 8. probatur nunquàm illum
15 habitaſſe in dicto Oppido, & ſic † nullam merētur
fidem, vt in his terminis tradunt *Pariſ. conſ. 58.
num. 29. 51. & 52. lib. 4. Bero. quæſt. commun. d.
quæſt. 55. num. 2.*
Verùm ex pluribus etiam coniecturis, & præſū-
ptionibus in propoſita facti ſpecie deprehenditur
inter Mariam, & Frāciſcum fuiſſe potius commer-
cium concubinatus, quam matrimonium, vnde eo
magis etiam eliditur probatio teſtium, & huiuſmo-
16 di † coniecturas admitti ad matrimonium exclu-
dendum cenſuit *Rota recedendo ab alijs deciſioni-
bus coram Penia deciſ. 244. par. 5. diuerſ.*

Pri-

Prima quidem deſumitur coniectura ex cōmuni
reputatione, & fama de ſimplici concubinatu, &
excluſiua, ſeu negatiua matrimonij probata per te-
17 ſtes in Summ.num. 14. quæ magni eſt † momenti ad
effectum probandi matrimonium, vel concubina-
tum *Verall.dec.203.par.2. Rota coram ſan. mem.*
Greg.XV. dec.35.nu 3. & dec.247 nu.19. & 248.
nu.3. & in Parmen. ſtatus 27.Aprilis 1622. coram
Reuerendiſſ.D.meo Decano.

Secunda deſumitur ex tractatu, quo cum ſe geſ-
ſit Franciſcus, erga Mariam tanquam cōcubinam,
accedendo ad eam furtim, & clandeſtinè, & reci-
piendo, ac retinēdo pariter eam in domo occultè,
& in alia domo contigua ſeorſum à ſe, & tractando
etiam illam nuptui tradere Ioanni de Andrada, &
inſtar aliarum famularum illam habendo vt aſſe-
runt teſtes in Summ.num.11.13.15.& 16.qui tra-
18 ctatus ad † legitimitatem, vel illegitimitatem ma-
trimonij aſſequendam plurimum conducit ad tra-
dita per *Menoch. de præſūpt.lib.3.præſ.1.n.82. Ro-*
ta corā ſan.me.Greg.XV.dec.248.n 11.vbi Adden.
nu.15. & in recent.dec.406. nu.5. & dec.434. n.7.
par.1. & in Parmen. ſtatus 27.Aprilis 1622.coram
Reuerendiſſ.D.meo Decano, clandeſtinaq. & furtiua
illa cohabitatio arguit improbum concubinatum,
19 † & à coniugali matrimonij fœdere ſeiunctum
iuxta tradita *per Guttier. de matrim. cap.40. nu.8.*

Tertia accedit coniectura deducta ex eo, quòd
Franciſcus in extremo vitæ ſpiritu, dum memor ſa-
lutis æternæ, ſupremumq. D E I Iudicium timens
20 † veritatem omnino aſſeruiſſe præſumi debet, iuſ-
ſit vocari Vicarium pro legitimando Antonio, vt
deponit teſtis in Summ.nu.28. atque in teſtamen-
to diſertis verbis declarauit Antonium eſſe filium
naturalem atque in eodem teſtamento, nec non in
fundatione maioratus præterijt eūdem Antonium,
21 † quem tamen ſi fuiſſet legitimus, non præteriiſſet,
aſſerens ſe monogamum, & tamen bigamum ſe di-
cere debuiſſet ſi Maria fuiſſet illius vxor, vt in
Summ.nu.26.& 27 quæ confeſſiones tali tempore
22 † emanatæ ad probandam veritatem illegitimita-
tis Antonij multum habent ponderis *argum. cap.*
litteras de præſumpt. Ferrett.conſ.150.n.15 Curt.
ſen.conſ 69. nu 2. Crauet.conſ.6. nu.51. Menoch.
præſumpt.3.nu.1. lib.5. & fuit dictum in Romana
filiationis 11. Decemb. 1634.coram me.

Demum aliæ concurrunt coniecturæ, quòd Ma-
ria non fuerit vxor Franciſci, nec Antonius filius
23 eius legitimus, magna nempè † diſparitas nobili-
tatis, & diuitiarum, & quòd illa viuente cogitauit
alias contrahere nuptias, vt ex teſtibus in Summ.
num.19. & illius obitum nullo quæſtu, nulloue
24 † luctu, nec lugubribus veſtibus proſequutus eſt
Summ.nu.20. Antonius vero ſine pompa, & ſole-
25 mnitate ſacro Baptiſmatis fonte ablutus † eſt; ad
menſam Franciſci, nunquam fuit admiſſus, & in
Academia Salamantina ſtudijs incumbens ſine fa-
mulis degit in domo ſeparata à filijs legitimis, &
pro illegitimo ſēper fuit publicè reputatus, vt de-
ponunt teſtes in Summ. nu.22.23.24 & 25. vnde
26 hæc omnia inſimul iuncta † ſufficientem illegitimi-
tatis probationem conſtituere videntur ad *not.*
per Anchar.conſ.255.nu.6.Rimin.iun.conſ.611.n.
41. Surd.conſ.1.num.53.

R. P. D. M E R L I N O.

Romana Anniuerſariorum.

Die Veneris 22. Iunij 1635.

A R G V M E N T V M.

Teſtator, ſi reliquerit alicui Eccleſiæ Collegiatæ annuam notabilem ſummam pecuniarum ad effectum Anniuerſaria celebrādi pro eius anima an poſſint renuere Canonici, admittere Beneficiatos, & Clericos eiuſdem Eccleſiæ ad celebrationem dd. Anniuerſariorum, & ad participationem emolumentorū. Doctiſſimè enucleatur materia iſta à tanto, & Regij animi Auditore, viro ad omnia ſumma nato, & non tàm Iuriſprudentiæ fortiſſimo ſuprà omnem fidem Athlante, ſed & cæterarum ſcientiarum Oraculo, ita vt nō iniuria, de eo affirmari poteſt, quod de Azone dicunt Doctores, & præſertim *Bald. in l.contractus.C.de fid. inſtrum.* ſcilicet, quod ſit Vas electionis.

S V M M A R I V M.

1 *Beneficiati regulariter admittuntur cum Canonicis ad Anniuerſaria.*

2 *Beneficiati proportionabiliter participant de quotidianis diſtributionibus, quæ Choro intereſſentibus diuiduntur.*

3 *Anniuerſariorum ſtipendia propriè non veniunt nomine diſtributionum quotidianarum.*

4 *Anniuerſariorum ſtipendia, continentur appellatione diſtributionum, & eodem iure regulantur, & terminantur.*

5 *Anniuerſariorum ſtipēdia ratione perſonalis operæ, & miniſterij in celebrandis diuinis, officijs præſtiti conferuntur, prout etiam quotidianæ diſtributiones.*

6 *Anniuerſaria ex peculiari quadam ratione, habent maius priuilegium, & annexionem cum Choro, quam diſtributiones quotidianæ. & n.41.*

7 *Diſpenſatus à Papa, vt etiam abſens poſſit quotidianas diſtributiones percipere, non tamen iſte percipiet anniuerſaria, propriè debita ijs tantū, qui pro redemptione animarum fuſis precibus, diuinam opem implorant.*

8 *ex Emolumenti quantitate relicti alicui Eccleſiæ pro celebrandis anniuerſariis, arguitur animus relinquentis.*

9 *Miſſa ſolemnis illa non poteſt dici, quæ cum paruo numero Clericorum peragitur.*

10 *ad Miſſæ ſolemnitatem requiritur maior numerus miniſtrorum, & pſallentium Clericorum.*

11 *Dictio, &, ſecundum ſuam proprietatem ſtat augmentatiuè, & ampliatiuè.*

12 *Superfluum nihil debet eſſe in diſpoſitionibus.*

13 *Dictio, &, ſtat limitatiuè dum eſt poſita inter genus præcedens, & ſpeciem ſubſequentem.*

14 *Sacerdotum nomen latius patet, quàm nomen Canonicorum.*

15 *Bart.*

Digitized by Google

15 *Bart.doctr.in l.quæſitum, ff de fund. inſtruct. admittenda eſt, niſi ſequatur abſurdum. & vide num. 17.*
16 *Abſurdum, vt euitetur receditur etiam à propria, nedum ab impropria verborum ſignificatione.*
18 *Intellectus conſiſtens in aucupio vnius ditionis, cōtra naturam actus, de quo agitur, & contra diſpoſitionem iuris communis reijciendus eſt.*
19 *Dictio, &, quando eſt interpratanda, ſunt ponderandæ circumſtantiæ, & natura negotij.*
20 *Dictio, &, ſecundùm variorum factorum contingentias, diuerſas habet vires, & proprietates.*
22 *Sacerdotum appellatione qui non veniant.*
23 *Sacerdotum nomine, veniunt etiam Clerici inferioris Ordinis.*
24 *Sacerdotum nomen comprehendit quemcumque Clericum.*
25 *Sacerdotij appellatione, quilibet ordo Eccleſiaſticus comprehenditur.*
26 *Solemne pro Ordinario exponitur.*
28 *Conſuetudo plurimum attenditur in materia Anniuerſariorum & Diſtributionum.*
29 *Beneficiatorum Ordo S. MARIAE Maioris de Vrbe, inſtitutus fuit cum priuilegijs ad inſtar Beneficiatorum Baſilicæ Lateranenſis.*
30 *Opus, magis eſt meritorium, & eſſentialis præmij, ſi ex feruenti proueniat charitate, & ſic eſt tunc ſatisfactorium pro peccatis.*
31 *Charitas læderetur plurimum, ſi Teſtatoris anima aliqua ex parte ſpirituali auxilio enixè expetito fraudaretur.*
32 *Clericorum adſtantium frequentior aſſiſtentia in ſuffragium animæ, purgatorias pœnas patientis plurimum prodeſt.*
Cum ex concurſu intereſſentium oblationi Sacrificij, reſultet quaſi vnum morale offerens, cum maiori deuotione, reuerentia, & dignitate, necnon etiam fructu pro anima defuncti. nu. 32.
33 *ex Clericorum conuentu precationes adbibetium in anniuerſarijs fieri conſueto, defunctorum animas releuantur, & beneficia releuant.*
34 *Interceſſoribus multiplicatis, & ſupplicationibus, Diuinum Numen facilius ac celerius, quis ſibi propitium reddit, flectitq. ad lenitatem.*
35 *Baſilicam S. MARIAE Maioris de Vrbe Sanctiſſima Deipara ſibi cælitus delegit, & niuis ambitu inter æſtiuos ardores delineauit.*
36 *Teſtatoris voluntas eſt ſeruanda.*
37 *Legatum relictum Capitulo, non cenſetur, etiam relictum Beneficiatis, cum appellatione Capituli non veniant Beneficiati, & nu. 38.*
39 *Canonici ſunt adminiſtratores anniuerſariorum priuatiuè, quoad Beneficiatos.*
40 *Legatum factum ſolis Canonicis, vel ſoli Epiſcopo cenſetur adhuc relictum vniuerſo Clero, & Eccleſiæ.*
42 *Argui poteſt à labore ad mercedem.*
43 *Anniuerſaria debent pro rata diſtribui Clericis intereſſentibus.*
44 *Illatio non fit ad diuerſa.*

DECISIO LIX.

RENVEBANT DD. Canonici Inclytæ Baſilicæ S. MARIAE Maioris admittere Beneficiatos, & Clericos eiuſdem Baſilicæ ad celebrationem Anniuerſariorum, & ad participationem emolumentorum, quæ pro illis aſſignauit bon. me. Leo Strotius, Hincq. orta controuerſia, eam mihi definiendam commiſit Eminentiſſ. D. meus D. Cardinalis Antonius Barberinus dictæ Baſilicæ Archipresbyter, & cum hodie ſuper hac contentione Dominos conſuluerim, pro Beneficiatis reſponderunt, ſcilicet ipſos Beneficiatos admittendos eſſe, vnà cum DD. Canonicis in Anniuerſarijs eiuſdem Leonis Strotij, & ad participationem pro eorum rata, ſeu quota (vt dicunt) emolumentorum.

Et in hanc reſolutionem impulit Dominos diſpoſitio iuris communis, voluntas eiuſdem Leonis Strotij, ſolitum, tam huius Baſilicæ, quam aliarum Baſilicarum, & fauor animæ teſtatoris legantis.

Diſpoſitio Iuris communis, quia Beneficiati iſti
regulariter admittuntur ad Anniuerſaria niſi vel
1 particularis † conſuetudo, vel ſtatutum in contra-
rium vigeat, vel aliter à Teſtatoribus huiuſmodi
anniuerſaria iubentibus cautum fuerit, vt eſt *tex.*
in c. vnico §. final. iuncto §. ſtatuimus de Cler. non
reſid. in 6. ibi, *Canonicis, & alijs Beneficiatis, &*
Clericis Eccleſiarum ipſarum, qui in ipſis Eccleſijs
adfuerint, tribuantur, & ibi, *de diſtributionibus*
etiam pro defunctorū anniuerſarijs largiendis, idem
decernimus obſeruandum; Quemadmodum enim
2 † Beneficiati iſti, ſeu Aſſiſij vt appellantur *in c. pe-*
nult. de Cler. non reſid. participant proportionabi-
liter de quotidianis diſtributionibus, quæ Choro
intereſſentibus diuiduntur, ita & eos ad iſta ſtipen-
pendia pro anniuerſarijs admitti conuenit; ſtipen-
3 dia † quippe iſta anniuerſariorum, licet propriè nō
veniāt nomine diſtributionū quotidianarum *Card.*
Zabarell. in clem. vt ij §. illi vero. n. 15. de ſtat. &
qualit. Cler. Azor. inſtit. moral. par. 2. lib. 7. cap. 7.
quæſt. 4. Monet. de diſtribut. par. 1. c. 3. num. 12. in
fin. Nihilominus appellatione diſtributionum ſim-
4 pliciter † continentur, & regulantur ad inſtar di-
ſtributionum quotidianarum, eodemq. iure deter-
minantur, vt deducitur *ex d. c. vnico de Cler. non*
reſid in 6. ibi, *de diſtributionibus pro defunctorum*
anniuerſarijs largiendis idem decernimus obſeruā-
dum benè Lap. alleg. 42. nu 1. & 3. vbi Aaaen. alios
cumulant. Monet. de diſtribut. par. 1. quæſt. 3. n. 10.
& 11. & par. 2. quæſt. 14. nu. 22. Sanchez. reſponſ.
moral. lib. 2. c. 2. dub. 105. ratione enim perſonalis
5 † operæ, & miniſterij in celebrandis diuinis officijs
præſtiti conferuntur, prout etiam quotidianæ, diſtri-
butiones vt poſt alios tradunt *Couar. var. reſol. lib.*
3. c. 13. nu. 1. Lara de anniuerſar. lib. 2. c. 1. n. 35.
& 36. imò & peculiari quadam ratione maius ha-
6 bent † priuilegium & annexionem cum aſſiſtentia
in Choro hæc anniuerſaria, quam diſtributiones,
quippè quod diſpenſatus à Papa, vt etiam abſens
7 poſſit quotidianas diſtributiones † percipere, non
tamen percipiet anniuerſaria propriè debita ijs tā-
tum, qui pro redemptione animarum fuſis precibus
diuinam opem implorant, niſi in diſpenſatione ali-
ter exprimatur vt ſcripſerunt *Monet. de diſtribut.*
par. 2. cap. 14. num. 22. Cened quæſt canon. c. 1. n. 5.

Voluntas etiam Leonis Strotij id expoſtulat, & in hac potiſſimum Domini Inſiſtebāt, ex tota enim ſerie, & contextu legati apparet, quòd intellexit vo-

Digitized by Google

vocare ad anniuerſarium totum Clerum Baſilicæ,
qui Choro inſeruire, ac miniſtrare ſolet, & in quota
emolumentorum participare, & regulando emolu-
mentum ab onere, ſi dicti totius Cleri interuentú
8 expopoſcit, † conſequens eſt etiam vt omnibus
Clericis, & Beneficiatis eiuſdem Eccleſiæ voluerit
communicari emolumentum anniuerſariorum ad
not. per gloſ. in l. 1. §. qui ſuperficiem verbo agendo
ff. de ſuperfic. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 4. tit. 9.
num. 8. Surd. conſ. 53 num. 37. Rota coram ſan. me.
Greg. XV. deciſ. 126. nu. 9. vbi Adden. nu. 11.
Quòd autem id ſenſerit deſumitur tum quia iuſ-
ſit *vt celebrentur duo anniuerſaria, cum Miſſa ſo-*
lemni decãtata, & alijs Miſſis paruis mortuorum,
ponderando illam qualitatem, *cum Miſſa ſolemni*,
quæ certè ſolemnitas deficeret, ſi cum paruo nu-
9 mero, nempe † cum ſolis Canonicis ſacrum illud
perageretur, & videretur intellexiſſe de toto nu-
mero illorum qui ſolemniter in Choro interſunt
arg. l. interdum. §. paterfamilias vbi gloſ. verbum
ſolemnis expanit, ideſt frequens *ff. de hæred. inſtit.*
l. ſi ſtipulata §. ſi uxori, & ibi gloſ. in verbo ſolemne
ff. de donat. int. vir. & vxor. l. hæredes palam, §. ſed
quid in verbo ſolemnis numerus. ff de teſtam & fa-
ciunt trad. per Suar. in 3. par. D. Thom. tom. 3.
quæſt. 83. art 5. verſ. vltimo loco, vbi ad ſolemnita-
10 tem † Miſſæ, maiorem miniſtrorum numerum, &
pſallentium Clericorum ſpectare tradit.
Tum etiam quia mandauit, vt in libro Capituli
deſcriberentur bona, ſeu loca montium empta ex
pecunijs legatis, *vt onus prædictum Canonici, &*
Sacerdotes dictæ Baſilicæ ſcire poſſent, & nullate-
nus exeuſentur ſi deficerent; Si autem teſtator ſen-
ſiſſet ſolum de DD. Canonicis ſat fuiſſet dicere, vt
Canonici ſcire poſſint, ſed dum addidit *& Sacerdo-*
tes, vehementiſſimum hinc inſurgit argumentum,
quod ſenſerit etiam de toto Clero prædicto, & di-
11 ctio illa, † *Et*, ſecundùm ſuam proprietatem ſtat
augumentatiuè, & ampliatiuè, *l. ea tamen adiectio*
vbi gloſ. & DD. de leg. 3. Pariſ. conſ. 7. nu 31. lib. 3.
Cened. Singular. 50. nu. 10. & 12. bene Surd. conſ.
315. nu. 19. Rota dec. 680. num. 5. par. 2. recent. &
melius dec. 366. num. 14. par. 2. diuerſ. & aliter in-
12 telligendo † eſſet omnino ſuperflua, quod non eſt
dicendum, *l. ſi quando. ff. de leg. 1. Mantic. de con-*
iect. vlt. vol. lib. 3. tit. 6. Surd. deciſ. 320. num. 9.
Nec tolerari poteſt interpretatio, quod illa di-
13 ctio, † *&*, ſtet limitatiuè, dum eſt poſita inter ge-
nus præcedens, & ſpeciem ſubſequentem, quaſi re-
ſtringat diſpoſitionem ad Canonicos Sacerdotes,
Bart in l. quæſitum. §. ſi quis fundum num. 6. ff. de
fund. inſtruct. Rota dec. 366. nu. 2. par. 1. diuerſ.
14 Quoniam immò antecedit ſpecies, † & ſubſequi-
tur genus nomen enim Sacerdotum latius patet,
quam nomen Canonicorum, vt eſt *gloſ. inſignis in*
c. qui per pecuniam, verbo Sacerdotio, & ibid. no-
tat. Card. Turrecremat. 1. quæſt. 1. & in c. Guil ſa-
rius verbo Sacerdotalis 23. q. 4 & admiſſa interpre-
tatione prætallegata ſequeretur abſurdum, quòd cũ
Collegium Canonicorum ſit ſectũ in tres Claſſes,
Presbyterorum ſcilicet, Diaconorum, & Subdia-
conorum, ad hæc anniuerſaria ſolum eſſent admit-
tendi Canonici Sacerdotes, & alij Canonici Dia-
coni, & Subdiaconi excluderẽtur, adeo vt hæc an-
niuerſaria, quæ ſolemniter peragi voluit teſtator
exiguo admodum cum numero Canonicorum, &
qui præſentes, & Presbyteri eſſent tantummodo
15 celebrarentur, & doctrina † illa *Bart. in l. quæſitũ*
ff. de fund. inſtruct. admittenda eſt, niſi ſequatur
16 abſurdum aliquod pro quo † vitando receditur e-
tiam à propria, nedum ab impropria verborum ſi-
gnificatione DD. *in l. Gallus §. etiam ſi. ff. de liber.*
& poſthum. Bart. in l. omnes populi. num. 58. ff. de
iuſt. & iur. Ruin. conſ. 150. num. 10. lib. 2. Card.
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. tit. 7. per tot. &
ita doctrinam *Bart.* declarat *Rot. in alleg. dec. 366.*
num. 17. & 18. par. 1. diuerſ. vbi quòd illa procedit
17 † ſolùm quando ſpecies adijcitur cum aliqua di-
ctione limitatiua, & conſtat de voluntate diſponẽ-
tis, quòd voluerit reſtringere, & declarare genus
præcedens, & egregiè explicat *Crauet. conſ. 227.*
num. 7. & 8 Anton de Burgos in repet. c. ſicut Ro-
18 *mana nu. 17. de reſcript.* videturq. omnino † rei-
ciendus intellectus prædictus, veluti conſiſtens in
aucupio vnius dictionis, contra naturam actus de
quo agitur, & contra diſpoſitionem iuris commu-
19 nis & ſunt ponderandæ † circumſtantiæ, & natura
negotij pro vera interpretatione dictionis, *&*, vt
in his fere terminis dixit *Natt. conſ. 582. nu. 19. &*
20. & faciunt trad. per Rot. d. dec. 366. n. 20. par. 2.
diuerſ. Surd. conſ. 313. nu. 47. vbi quòd copula, *&*,
20 ſecundum † factorum contingentias diuerſas ha-
bet vires, & proprietates.
Minus recipi poteſt alia interpretatio, vt ſcilicet
teſtator intellexerit nomine Canonicorum vocare
Diaconos, & Subdiaconos, nominando vero Sa-
cerdotes intellexerit de Canonicis Sacerdotibus;
Quia rudis nimium teſtator, & notarius fuiſſent, ſi
putaſſent appellatione Canonicorum nõ compre-
21 hendere † Canonicos Sacerdotes, & ignaro ordine
loquuti fuiſſent dum priùs Diaconos, & Subdiaco-
nos, & vltimo loco Sacerdotes admiſiſſent quòd
non eſt præſumendum *arg. l. quoties. ff. de vſufruct.*
l. 1. C. de cenſib. lib. 12. cum alijs per Marant. de or-
dine iudiciorum in prohemio per tot.
22 Non obſtat quòd appellatione Sacerdotum † nõ
poſſint comprehendi omnes Beneficiati, & Clerici,
cum nonnulli extent qui non ſunt Sacerdotes, ne-
que in Sacris Ordinibus conſtituti; Quoniam im-
23 mo Sacerdotum nomine veniunt † etiam Clerici
inferioris ordinis, vt eſt *tex. in c. ſi quiſpiam Sacer-*
dotum, ibi, *Si quiſpiam Sacerdotum, hoc eſt*
Presbyter, Diaconus, vel Subdiaconus de cohabit.
Cler. & mulierum, & ibidem notat *Gloſ. in verbo*
Sacerdotum. Hoſtien. num. 1. exponens verbum
24 Sacerdotum, † hoc eſt quorumcumque Clericorũ
Abb. num. 2. & alij Canoniſtæ communiter, & idẽ
tex. habetur in c. ſi quiſpiam 81. diſtinct. & Sacer-
25 dotij appellatione quilibet † ordo Eccleſiaſticus
intelligitur *iux. Gloſ. in c. ſi quis 1. quæſt. 1. ſup. al-*
leg. et. & tradit Turrecremat. in c. Sacerdotib. n. 2.
dict. 31. cum alijs iam deductis; dumq. Teſtator
voluit ſolemniter peragi anniuerſarium, cenſetur
26 omnino intellexiſſe de vniuerſo Clero Baſilicę † qui
ſolet Choro intereſſe, & de emolumentis partici-
pare, ſolemne enim pro ordinario exponunt *Præ-*
teus in lexico, & Briſſon. de verborum ſignific in
verbo ſolemne, & multa iura adducunt.

Quibus etiam addendum eſt, quòd teſtator notabilem quantitatē pecuniarum reliquit pro dictis anniuerſarijs, quæ ſi diuidantur proportionabiliter inter Canonicos, & communicentur etiam Beneficiatis, & Clericis, congrua erit, & æqua emolumentis aliorum anniuerſariorum, ſi verò distribuā-
tur inter ſolos Canonicos exuberans nimis & lon-
27 ge ſuperior alijs anniuerſarijs reſultabit; vnde † ex quantitate emolumenti rectè infertur, quid fuerit diſpoſitum, & qui debeant percipere *iux. doctrinā Bart.in l.Titius num.2.ff. de leg 3. Card.Mantic. de coniect.vlt. vol. lib.6. tit. 12. per tot. & præſertim num.5.*

Solitum quoque concurrit, nedum iſtius Eccleſiæ, ſed etiam aliarum Baſilicarum Vrbis; In anniuerſarijs enim fel.rec. Pauli V. bo.mem. Card Saluiati, & aliorum interueniunt Beneficiati, & Clerici, & quod magis eſt, ſimile legatum idem Strotius reliquit Baſilicæ Lateranenſi cum ijſdem conditionibus prout reliquerat Baſilicæ S. MARIAE Maioris, & tamen in Baſilica Lateranenſi ad hæc anniuerſaria fuerunt admiſſi Beneficiati, & Clerici
28 vnà cum Canonicis, & hæc † conſuetudo plurimū attendi debet in hac materia anniuerſariorum, & diſtributionum, vt in *c.vnico de Cler.non reſid.in 6. Dec.conſ.280. in princ. Pariſ.conſ.32.num.20.in fin.Vtu.deciſ.315.num.1.Coſta.de port. rata quæſt. 106.n.3.in fin. Rota dec.713. num.5.par.1. diuerſ.*
29 Præſertim quia ordo † Beneficiatorū S. MARIAE Maioris inſtitutus fuit cū priuilegijs ad inſtar Beneficiatorum Baſilicæ Lateranenſis, vt habetur in Bulla Pij IV.

Fauor demum animę Teſtatoris adſtipulatur huic reſolutioni, quia dum Strotius pro ſe, & Gentilibus ſuis in iſtis Anniuerſarijs fundi preces ad Deū voluit, & etiam expopoſcit, vt Laici adſtantes Deū rogarent pro ſua, & Gentilium ſuorum expiatione, hinc aſſequimur anxie admodum exoptaſſe notabilem numerum orantium, & maximè in ſolemni hoc liturgiæ Sacrificio exquiſiuiſſe diuinum cultū,
30 & proximi ædificationem, vt opus eſſet † magis meritorium, eſſentialis præmij, tanquam ex feruētiori charitate procedens, & ſic etiam magis ſatiſfactorium pro peccatis *iux.trad. per Gabr. Biel ſuper Canon.miſſ lect.58. & Cinsd. qq.Canon c.31. num.16.* Vnde charitas læderetur plurimum, ſi te-
31 ſtatoris anima aliqua ex † parte ſpirituali hoc auxilio enixè expetito fraudaretur, propter exiguum numerum exorantium, & anniuerſario intereſſentium, vt rectè animaduertit *Monet. de diſtribut par.2.c.14. nu.22. in fin. verſ. vel ſaltem*, quorum adſtantium Clericorum frequentior etiam aſſiſten-
32 tia in ſuffragium animæ purgatorias † pœnas patientis plurimum prodeſt, cum ex concurſu oblationi ſacrificij intereſſentium, reſultet quaſi vnum morale offerens, cum maiori deuotione, reuerētia, & dignitate, necnon etiam fructu pro anima defuncti, vt poſt *Caietan. Siluest. & alios docet Suarez. in 3.par.ad S.Thom tom.3.quæſt.83.diſp.79.ſect.8. verſ.4.de cæteris* prout etiam ex conuentu Cleri-
33 corum precationes adhibentium io † anniuerſarijs fieri conſueto, defunctorum animas releuari, & beneficia participare, tradūt *D.Cyprian. D.Athanaſ. Tertullian.& alij quos congerit Lauorius var. lucubrat.tit.2. c.15. nu. 128. & ſeqq.* Et propterea vniuerſi Cleri, Beneficiatorum ſcilicet & Clericorum vna cum DD.Canonicis interuentum adhiberi in his anniuerſarijs voto teſtatoris conforme
34 fuiſſe dicendum eſt, vt multiplicatis † interceſſoribus & ſupplicationibus Diuinum Numen facilius, ac celerius ſibi propitium redderet, flecteretq. ad lenitatem.

Indecorum autem foret, & res plena ſcandali; ſi exteri Clerici adſciſcerentur, reiectis proprijs ad-
35 dictis Sanctiſſimæ Deiparæ † in illa ſacra æde, quā ſibi cælitus delegit, & niuis ambitu inter æſtiuos
36 ardores delineauit, nec ſeruaretur voluntas † teſtatoris, qui ſingulari pietate hanc Baſilicam colebat, & præcipua fide de precib. Clericorum in ea inſeruientium confidit.
37 Non obſtat quòd legatum relictum ſit † relictū Capitulo, cuius appellatione regulariter veniūt ſolum Canonici, Portionarij verò, & alij ſunt extra Capitulum *iux.gloſ. penult.in c. penult.verbo aſſiſios de Cler.non reſid Roman. conſ.332. ſub nu.10. Rota dec.4. nu.5. par.2. diuerſ. cum ſimilib.*
38 Quoniam id obſtaret Beneficiatis, † ſi ex alijs ſupra ponderatis non appareret teſtatorem intellexiſſe de vniuerſo Clero Baſilicæ vt ſupradictum eſt, & ſolam mentionem fecit ibi de Capitulo, vel quia de capite Baſilicę ſat viſum fuit meminiſſe, vel quia
39 ipſi ſoli ſunt adminiſtratores iſtorū Anniuerſariorum priuatiuè quoad Beneficiatos, vt per *Rot. apud Caſ.de Graſſ deciſ.4. de his quæ fiunt à maiori parte Capituli, & coram Card.Caual.deciſ.57. num.1. & 2. quæ eſt etiam 183. par. 1.recent. & in.Valētina emolumentorum* 11.*Iunij* 1595 *coram Orano.* Dumq. legati anniuerſarij qualitas, & cauſa ſuadet,
40 legatum etiam factum ſolis † Canonicis vel ſoli Epiſcopo cenſetur adhuc relictum vniuerſo Clero, & Eccleſiæ, vt tradunt Canoniſtæ in *c. requiſiſti. de teſt vm.Socin ſenior.in l ciuibus num.14 ff.de reb. dub Card. Mantic.de coniect.vlt.vol. lib. 6. tit.12. num.4. & tit.14 num.16.* & in terminis anniuerſarij *Lara de anniuerſar.lib.1. c.18. nu.2.*

Non obſtat quòd Beneficiati habeant diſtinctos redditus, & diſtributiones ſeparatas à fructibus, & diſtributionibus DD.Canonicorum. Quoniam hęc vera ſunt circa fructus certos, & determinatos, nō autem in iſtis Anniuerſarijs quæ incerta ſunt, & in dies deferuntur, habētq. peculiarem & magis pri-
41 uilegiatam naturā, † quam ipſæ quotidianæ diſtributiones, vt ſupra oſtenſum eſt ex Moneta, & Cenedo; ſiq. teſtator Beneficiatorum interuentum, & preces expetijt, eiſdem etiam emolumenta cōfer-
42 re voluiſſe cenſeri debet, † arguendo de labore ad mercedem ad *l.Seio.ff. de annuis legat.Magon.deciſ.Florent.12.n.10. Coſta de portione rata quæſt. 13. nu.3.& 4.& faciunt trad. per Laram de Anniuerſar.lib.2. c.vlt.nu.27. verſ in memorijs autem,*
43 vbi quòd anniuerſaria debent † pro rata diſtribui Clericis intereſſentibus, qui dicuntur illorum ſtipendiarij.

Poſtremo non obſtat, quòd in eadem Baſilica S.MARIÆ Maioris multa anniuerſaria celebrentur a DD.Canonicis ſine interuentu Beneficiatorū, & vice verſa alia celebrentur à Beneficiatis abſque
44 DD.Canonicis. Quia non inde ſit æqua † illatio ad

hæc

hæc anniuerſaria, in quibus Teſtatorem & ſolemnitatem, & interuentum Beneficiatorum voluiſſe adhiberi ex tot ſupra deductis oſtenſum fuit ad *l. Papinianus. ff. de minorib.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. MOTMANNO,

Romana Hæreditatis.

Die Veneris 22. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Locationes, quando probẽt poſſeſſionem. Mulieres non poſſunt eſſe tutrices. Ex contractu minoris inualido propter defectum ſolemnitatum, dummodo adſit conſenſus, an amittatur, & transferatur poſſeſſio. reliqua vide in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Locationes, non conſtito de alterius poſſeſſione, ſufficienter probant poſſeſſionem.*
2 *Tutor, poteſt conſtituere in poſſeſſione pupillum.*
3 *Mulieribus, ſiue à Iudice, ſiue à Teſtatore tutela dari non poteſt.*
4 *Actus geſtus per Tutores incapaces tutelæ, & per capaces, per iſtos capaces ſubſtinetur.*
5 *Minor, quando contrahit, ſunt neceſſaria ſolemnitates à ſtatutis requiſitæ.*
6 *Contractus inualiditas impedit translationem poſſeſſionis.*
7 *in Minorum contractibus, etiam ſtante illorum inualiditate, ſi adeſt conſenſus ipſorum minorum dummodo ſint adulti, eſt ſufficiens, vt ab ipſis amittatur, & in alium transferatur poſſeſſio.*
8 *Poſſeſſio, etiam ex contractu nullo transfertur.*
9 *Confeſſio in contractu inualido probat contra confitentem.*
10 *Confeſſio minoris, non obſtante diſpoſitione ſtatuti, ſi ſit facta in actu voluntario, & concurrãt adminicula atque habeat concomitantiam veritatis ei nocet.*
11 *ex Confeſſione erronea, & ex falſa cauſa prolata non poteſt amitti, neque transferri poſſeſſio.*
12 *Errantis nullus eſt conſenſus.*
13 *Actus nullus ex defectu ſolemnitatum, validè ratificari poteſt, dummodo expreſſa in ſpecie fiat ratificatio.*
14 *Contractus approbatione, vel reprobatione ſunt indiuidus.*
15 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. excludit fœminas, quæ ſunt dotatæ, etiam ab hæreditate matris.*
16 *Statuta excluſiua fœminarum procedũt quotieſcumque pater ab inteſtato deceſſit, ſecus vero, quando pater eos ſcilicet maſculos, & fœminas æqualiter inſtituerit.*
17 *Statuta, vltra caſus expreſſos non debent extẽdi.*
18 *Statutum diſponens ab inteſtato, non habet locum condito teſtamento.*
19 *Dotatio facta in caſu, & à perſona in ſtatuto non comprehenſa, non debet operari excluſionem ab hæreditate alterius.*
20 *Filia ſi ſit inſtituta hæres à patre, inde poteſt ſe dotare.*
21 *propter Dotem ſi ſtatutum excludat filias fœminas, requiritur, quòd illa ſit ab omni onere libera, nulliq. reſtitutioni obnoxia.*
Vt illa mortua, vir ſuperſtes extantibus integrè, illis vero deficientibus, pro quarta parte lucrari poſſit. iuxta diſpoſit. Statut. Vrb. lib. 1. cap. 131.
22 *Diſpoſitioni ſtatuti cenſetur Teſtator noluiſſe ſtare, ſi diſponat contra d. ſtatuti prouiſionem.*

DECISIO LX.

DOMINI cenſuerunt dandum eſſe Iuliæ mandatum de manutenendo in poſſeſſione tertiæ partis domorum prouenientium ex hæreditate materna. quia conſtat eas communi, & hæreditario nomine eiuſdem Iuliæ, ac Timothei fratris qui ſe opponit, & Camillæ alterius ſororis fuiſſe per Tu-
1 tores locatas cum perceptione fructuum; quæ † locationes, non conſtito de alterius poſſeſſione, ſufficienter probant poſſeſſionem, *c. cum veniſſent de reſtit. ſpol. Bart. in l. qui vniuerſas. §. quod per Colonum num. 1. & l. quamuis §. 1. n. 2. ff. de acquir. poſſ. Alex. conſ. 118. nu. 18. vol. 2. Maſcard. de probat. concl. 1181. num. 5. Menoch. de retin. remed. 3. num. 572. Rota deciſ. 555. num. 1. par. 1. recent.*

Dicti autem Tutores Iuliam in poſſeſſione por-
2 tionis de qua agitur eodem modo potuerunt † conſtituere quo ipſum Timotheum in ſuæ portionis poſſeſſione conſtituerunt. *Rota deciſ. 439. num. 2. par. 1. diuerſ.* & inter deciſiones *Seraph. 135.* quæ quidem probatio coadiuuatur ex confeſſione eiuſdem Timothei emanata cum interuentu eorumdẽ Tutorum in inſtrumento factæ conſignationis reliquæ tertiæ partis alterius ſororis, dũ aſſeruit quòd huiuſmodi domus pro indiuiſo ab ipſo, & ſororibus prædictis poſſidebantur, cum perceptione fructuũ pro ſua cuiuſque tertia parte.

Cui confeſſioni non obſtat, quòd Mauritius, & Bartholus Tutores tantum interuenerint, cum tamen Petrus Paulus pater præter illos in teſtamento dederit alios Tutores, nimirũ Erſiliam, & Beatricem vocaueritq. rectè geſtum eſſe, quod ipſi cõiunctim feciſſent. Quia cum Erſilia eſſet vxor pa-
3 trui, & Beatrix non mater, ſed nouerca quibus, † vti mulieribus ſiue à Iudice, ſiue à Teſtatore tutela dari non poteſt, *l. vlt. cum gloſ. in verb. dari. ff. de tutel. & l. 1. C. quãd. mul. tutel. off. fung. pot. Surd. conſ. 428. num. 15. Burch. Berlich. de iur. nouercal. par. 2. art. 3. ſect. 10. num. 1004.* ſtante illarum in-
4 capacitate † interuentus dictorum Tutorum maſculorum fuit ſufficiens, vt poſt *gloſ. fin. in l. 1. verſ. ſi vero unus C. de teſtament. tutel. reſpondit Soccin. conſ. 193. num. 1. vol. 2.*

Nec obſtat, quòd Timotheus tunc eſſet minor
5 20. annorum, & non fuerint † adhibitæ ſolemnitates à ſtatuto in contractibus minorum requiſitæ
6 vnde reſultat inualiditas † contractus, quæ impedit tranſlationem poſſeſſionis. Quia cum ipſe eſſet
7 adultus, ſufficit quòd adeſſet conſenſus, vt † non obſtante nullitate contractus, ab ipſo amiſſa, & in
8 alium tranſlata dicatur † poſſeſſio, quæ etiã ex contractu nullo transfertur, *l. 1. §. vir. uxori ff. de acquir. poſſ. Ruin. conſ. 137. num. 11. vol. ... ubi Doct. ... Rota de...*

deciſ.93 num.2. & per tot. par. 2. diuerſ. & apud Achil deciſ.15. num. 2. de reſt. ſpol. coram Seraph. deciſ 1200. nu.3. & coram Caual.dec.103.num 2. vbi allegatur Tiraquell.de conſl. par.3.limit.7.nu. 18. *qui num. ſeq.* plures adducit tenentes quòd
9 † confeſſio in contractu inualido probat contra cõfitentem, & in præſenti caſu vltra quòd confeſſio emanauit in actu voluntario, concurrunt admini-
10 cula, veluti ſunt dictæ locationes † cum exactione penſionum continuatæ quæ propter concomitantiã veritatis plurimum coadiuuant probationem, vt in his terminis dixit *Rota apud Achil. deciſ.1.de confeſſ.& in Romana tutela coram Aldobrandino, quæ eſt deciſ.177.num.6.par.2. diuerſ. & coram Greg. XV deciſ.502. nu.11.*

Neque obſtat, quòd dicta confeſſio emanauerit cum enunciatiua quòd Camilla altera ſoror de cuius portione tunc agebatur, eſſet hæres teſtamentaria tàm patris, quàm matris; cum tamen mater ab inteſtato deceſſerit, & ideo per huiuſmodi con-
11 feſſionem tanquam † erroneam, & ex falſa cauſa prolatam non potuerit amitti, neq; transferri poſ-
12 ſeſſio eo quod † errantis nullus eſt cõſenſus; Quoniam vltra quòd reſpectu hæreditatis paternæ confeſſio eſt vera, concurrunt hic tot actus poſſeſſorij, geſti per Tutores nomine Iuliæ, non vti hæredis teſtamentariæ matris, ſed ſimpliciter, vt ex dicta falſitate cauſæ acquiſitio facti non facile potuerit impediri, præſertim attenta ipſius Timothei ſubſecuta approbatione, dum poſt redditam ab ipſis Tutoribus rationem adminiſtrationis, nõ modo generaliter omnia per illos acta, & geſta, ſed in ſpecie, & expreſsè omnes, & quaſcumque locationes do-
13 morum ratificauit, & actum † nullum ex defectu ſolemnitatum validè ratificari poſſe, dummodo expreſſa in ſpecie ſit ratificatio iuxta diſtinctionem *Aym. in conſ.160.nu.4. reſoluit Rota in Romana hæreditatis 24.Maij 1604. coram Litta.*

Ex quibus ceſſat quoque aliud obiectum, quòd prædicti actus, vnde ſumitur probatio poſſeſſionis Iuliæ, eo quòd ante aliquot annos fuerint geſti, & non tangunt tempus motæ litis, ad effectum manutentionis, non ſufficiens. Siquidem ſufficiens ex inſtrumentis locationum, cum pacto reconductionis in euentum non diſdictæ locationis, inſurgit præſumptio continuationis, tàm poſſeſſionis ſororum quàm etiam eiuſdem Timothei fratris, cum aliam ipſe poſſeſſionem allegare non poſſit, quam eodem modo, ex huiuſmodi locationibus quæſitã, nullo enim iuris vel facti fundamẽto probat ſe poſ-
14 ſediſſe priuatiuè quoad ſorores; † neq; vnam partem approbare, & aliam reprobare poteſt, eo quòd cõtractus approbatione, vel reprobatione ſunt indiuidui *Bald. in c. nihil. nu.8. de elect. Rota coram Seraph.deciſ.540, nu.5. coram Mantic.deciſ.13.n.8.*

Minus obſtat quòd cum Iuliæ prouenerit dos ſcutorum trium millium ex teſtamento Timothei ſenioris eius patrui, dicta poſſeſſio videatur deſtituta titulo propter ſtatutum Vrbis *cap. 145. lib.1.*
15 † excluſiuum fœminarum quæ ſunt dotatæ ab hæreditate etiam materna. Quia exceptio dicti ſtatuti vti requirẽs altiorem indaginem ab hoc iudicio ad petitorium eſt reijcienda, & nihilominus viſum fuit quòd huiuſmodi ſtatutum procedit quotieſcũ-
16 que † pater ab inteſtato deceſſit, & filij maſculi extantes parati ſunt dotare ſorores, ſecus vero quando (vt in præſenti in caſu) pater filios maſculos, & fœminas æqualiter inſtituendo, ſuſtulit impedimẽtum ſtatuti excludentis fœminas in dictis caſibus dotationis, & paratæ voluntatis dotandi, vltra quos
17 † caſus ibi expreſſos ad alios non expreſſos extendi non debet *Bart. in l. qui liberis. § hac verb. n.7. ff. de vulg. & pupil. ſubſtit. Dec.conſ.377.nu.5 Roland.conſ.34.nu.30, vol.4 Honded.conſ.49.n.47. vol.2.* Neque viſum fuit quòd dotatio dicti Timothei ſenioris tanquam extranei tollat quin ipſa Iu-
18 lia ſtante dicto † teſtamento fratris æqualiter admittatur cum fratribus, quia ſtatutum, quod loquitur ab inteſtato non habet locum condito teſtamẽto *Bart.in l. fin.num.4. C. de pact. Bald. in l. quicumque C.de ſeru. fugit. Socin conſ.30.n.31.vol.1. Merlin.de legit. lib. 1. tit. 4. quaſt. 6. num. 19.* &
19 dotatio † facta in caſu, & à perſona in ſtatuto nõ comprehenſa, vt in præſenti, non debet operari excluſionem ab hæreditate alterius ad *not. per Bald. in l. ſi mulier. nu.1. C. de iure dot. quod etiam ſentit. Menoch.conſ.3. num.24. verſ. non obſtat. tertium in fin. vol.1.*

Denique viſum fuit non obſtare, quòd mulier
20 prædicta eo quod ſit à patre † inſtituta hæres, inde valeat ſe dotare, quia cum dicta hæreditas ab ipſomet patre ſuppoſita fuerit fideicommiſſo, procedere nõ poteſt ſtatutum excluſiuum propter dotem,
21 quam ſtatuentes requirunt ab omni † onere liberã, nulliq; reſtitutioni obnoxiam, vt eã defuncta vxore, vir ſuperſtes extantibus liberis integre. illis vero deficientibus pro quarta parte lucrari poſſit, iuxta diſpoſitionem alterius ſtatuti cap.131. eiuſdem libri primi. Vnde patet dictum patrem diſpoſuiſſe
22 contra mentem ſtatuentiũ † qui voluerunt dotem ſuperſtitibus liberis reſeruari, vt in ſimilibus terminis dixit *Rota coram Seraph. deciſ.120. num.2. verſ. tertia, & coram Buratto in Romana de Marginis 9. Decemb.1616.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. MERLINO.

Cæſenaten̄ Succeſſionis.

Die Veneris 22. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius ad obtinẽdam immiſſionem bonorum fideicommiſſariorum qua via agere poteſt. Filij in conditione poſiti licèt nõ dicantur vocati, tamen ab hac regula receditur, quando adſunt plures coniecturæ, quæ contrarium ſuadeant.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario cõpetit remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll. ſi oſtendat teſtamẽtum in quo eſt vocatus, non cancellatum, nec abolitum, neque in vlla ſua forma parte vitiatum. & probata identitate perſonæ, & bonorum.*

2 *Fideicommiſſarius pro aſſequẽda poſſeſſione bonorum*

Digitized by Google

rum fideicommiſſo ſubiectorum intentare poteſt vtile Saluianum interdictum.

3 *Filij in conditione poſiti non cenſentur vocati.*

4 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati quando pro eorum vocatione plures, & vrgentes coniecturæ concurrunt.*

5 *Filij in conditione poſiti, dum ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, vt dicantur vocati, admittuntur leuiores coniecturæ, & præſumptiones.*

6 *Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi fuerint ſubſtitutæ perſonæ minus dilectæ.*

7 *Deſcendentes, quando ſunt poſiti ſub conditione legitimitatis, cenſentur vocati.*

8 *Teſtator, quando digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, oritur præſumptio, quòd primo loco poſiti ſub conditione, cenſeantur vocati.*

9 *Teſtator, ſi fœminas deſcendentes ex fratre ſubſtituit, deſcendentibus ex filio poſitis ſub conditione, cenſetur iſtos vocaſſe.*

10 *Fideicommiſſum reale æquè comprehendit vocatos, & poſitos in conditione.*

11 *Clauſula codicillaris, & clauſula omni meliori modo, deſeruire poſſunt pro firmanda vocatione filiorum in conditione poſitorum.*

12 *Filiorum appellatione in conditione poſitorum veniunt etiam fœminæ.*

13 *Præſcriptio nulla currere incipit contra pupillũ, durante pubertate.*

14 *Præſcriptio non perficitur, dum non adeſt bona fides.*

DECISIO LXI.

VINCENTIVS Maraldus ſcripſit hæredem Andream filium & illi decedenti ſine filijs ſubſtituit filios maſculos Rocchi eius fratris, & filijs Rocchi decedentibus ſubſtituit in medietate bonorum filias fœminas Rocchi, & in alia medietate proximiores agnationis de Maraldis, vt in sũmar. Blancæ nu.1. Succeſſit Andreas primo hæres ſcriptus, & ex eo defuncto ſuperſtes fuit poſthuma filia Blanca. cui cum hodie dubitaretur, an eſſet danda immiſſio in bonis per Vincentium fideic. ſubiectis, Domini reſponderunt dandam eſſe immiſſionem, niſi obſtent detractiones de quibus particulariter videbitur.

Exhibetur enim Teſtamentum Vincentij non cancellatum, neque abolitum, neq; in vlla ſuæ formæ parte vitiatum, in quo Blanca ſe ad fideic. Vincentij vocatã oſtendit, & deſcendentia ipſius Blancæ ab Andrea filio fideicommittentis, non controuertitur, & ex teſtibus datis in ſumm.nu.2. conſtat
1 identitaſq. bonorum, & quòd † per Vincentium fuerint poſſeſſa non impugnatur, vtique Blancæ competit remedium, *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. tol-*
2 *lend.* vel vtile Saluianum interdictũ † pro aſſequenda poſſeſſione bonorum fideicommiſſo ſubiectorũ vt paſſim Rota reſpondet, & deciſiones cumulatæ fuerunt *in Verulana fideicommiſſi 26. Iunij, & 20. Nouembris 1634. coram me.*

De vocatione autem & fideicommiſſo purificato ad fauorem Blancæ conſtare viſum fuit, quia li-
3 cèt † filij in conditione poſiti regulariter non cenſeantur vocati iuxta opinionem *Gloſ. in l. Lucius la 2. ff. de hæred. inſtit.* quam conſtanter retinet Rota, attamen vbi plures, & vrgentes coniecturæ filiorũ
4 ſuadent vocationem † prout in caſu præſenti Rota recedit ab opinione Gloſæ, & contrariam amplectitur ſententiam, vt dixit *coram Put. deciſ. 215. lib. 2. Card. Seraph. deciſ. 1329. num. 1. & in recent. deciſ. 133. num. 1. & deciſ. 266. num. 3. par. 1. & corã Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 267. nu. 4.* dumq.
5 filij in conditione † poſiti ſunt ex deſcendentibus teſtatoris admittit etiam leuiores coniecturas, & præſumptiones ad firmãdam illorum diſpoſitiuam vocationem fideicommiſſariam, & etiam poſt alios docuerunt *Theſaur. deciſ. 96. num. 7. Surd. conſ. 67. nu. 34. Bell. iun. conſ. 50. nu. 14. Rota coram ſanct. me. Greg. XV. deciſ. 315. nu. 5. & deciſ. 329. nu. 3. & in recent. deciſ. 476. nu. 2. par. 1. cum alijs congeſtis in Auximana fideicommiſſi 4. Martij 1630. coram me.*

Cõiecturæ autem hic adſunt plures, & põderoſę.

Prima pro vocatione filiorum Andreæ coniectura deſumitur ex eo quòd Vincentius in ſubſequentibus ſubſtitutionib' diſpoſitiuè vocauit filios Rocchi fratris, & filios tàm maſculos, quàm fœminas eorumdem filiorum Rocchi ſubſtitutorum vnde ſi filios Tranſuerſales minus dilectos voluit ſuccede-
6 re in fideicommiſſo eo † fortius dicendum eſt vocaſſe filios Andreę filij magis dilectos, & deſcendentes ita arguunt *Honded. conſ. 54. num. 37. verſ. ſexta coniectura*, quam concludentem appellat, *lib. 2. Menoch. conſ. 420. num. 9. verſ. 4 mouet me. Surd. conſ. 344. nu. 6. ad finem*, vbi vti vrgentem hanc coniecturam extollit *Bellon. iun. conſ. 19. nu. 17. & ponderauit Rota apud Card. Seraph. deciſ. 1329. nu 9. coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 315. n. 6. et 7. deciſ. 329. nu 8 et 9 et in Bonon. fideicom. 14. Maij 1621. coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio.*

Secunda deducitur coniectura ex eo quòd filij fuerunt in conditione poſiti cum qualitate legiti-
7 mitatis, ex qua, † vbi agitur de deſcendentibus infertur, teſtatorem verè intellexiſſe vocare ipſos filio. legitimos, vt conſuluit, *Socin. iun. conſ. 110. nu. 25. lib. 3. Crauett. conſ. 885. nu. 7. Menoch. cõſ. 420 nu. 13. Fuſar conſ. 13. nu. 8. Bellon. iun. conſ. 19 nu. 4. et 5. conſ. 86. nu. 5. Rot coram Card. Seraph. deciſ. 1329. nu. 6. atque in Meleuitana hæreditatis 27. May 1619 coram Reuerendiſſ. Seleucien. et in Veliterna fideic. 28. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Tertia reſultat ex eo quòd teſtator digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum vnde præſumitur
8 † primo loco in conditione poſitos omnino voluiſſe vocare, quam coniecturam vbi cum alijs iuncta ſit, magni eſſe ponderis, & vocationem inferre ſine difficultate, quamuis ex ſe ſola non ſufficiat, tradunt *Honded. conſ. 54. num. 35. et 36. lib. 2. Bellon. iun. conſ. 19. num. 11. et conſ. 50. num. 28. et 26. Menoch. conſ. 613. nu. 8. Rota coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 315. num. 4. et deciſ. 329. num. 5. et in recent. deciſ. 133. num. 7. ac deciſ. 28. nu. 14. par. 1. & deciſ. 424. nu. 2. par. 2. & in Auximana fideic. 4. Martij 1630. coram me.*

9 Quarta accedit ex eo quòd fœminas deſcendentes ex fratre expreſsè ſubſtituit ergo & deſcendentes ex filio multo magis vocauit, vt ... tur *Honded. dict. conſ. 54. num 41. lib. 2. Bellon. iun. conſ.*

prætermiſſæ ſunt ſolemnitates iuris poſitiui. quod limitatur.

10 *Solemnitates in contractibus minorum ſunt inuſtæ, ad hac vt euitentur deceptiones, & fraudes.*

11 *Contractus vt valeant, ſecundùm limites iuris naturalis, vel gentium, ſolus conſenſus eſt ſufficiens.*

12 *Maior 20. annorum ſecundum ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 47. cenſetur eſſe maior 25. annorum.*

13 *Minor, quando contrahit, etiam attendi debet ſtatutum loci contractus. Et Rota aliquando hanc opinionem amplexa eſt num. 14. & aliquando non num. 16.*

14 *Forenſis in Vrbe exiſtens maior 20. annorum, ſi contrahat ſine ſolemnitatibus, non poteſt dici in mala fide.*

15 *Doctoris dictum, ſi quis ſequatur non poteſt dici in mala fide.*

16 *inter Forenſes ſtatutum inhabilitans perſonas, non eſt ſeruandum.*

17 *Rota ſi aliquando vnam opinionem approbauit, ſufficit ad effectum præbendi iuſtam cauſam ita credendi, & conſequenter excludendi dolum.*

18 *Contractus, ibi debet cenſeri celebratus vbi eſt facta illius ratificatio.*

19 *Statutum loci illud debet ſpectari, in quo perfectus eſt contractus per ratificationem, non autē loci, in quo nomine ratificantis fuit geſtus.*

20 *Contractus nullus ex defectu ſolemnitatum, ille ſolus poteſt annullare, ad cuius fauorem introductæ ſunt ſolemnitates.*

21 *Minor poteſt approbare contractum nulliter à ſe celebratum.*

22 *Minor poteſt renunciare facultati dicendi de nullitate contractus.*

23 *Cenſus contractus, quamuis nullus, ſubſtinetur in foro conſcientiæ ad fauorem cenſuariorum ratione quaſi poſſeſſionis exigendi, in qua per plures annos exiſtunt.*

24 *Poſſidens ius, melius in foro conſcientiæ habetur, idq. procedit etiam ſi agatur contra tertios poſſeſſores.*

25 *Obligationis conditio non mutatur ex mutatione perſonæ.*

26 *Ius metiendum eſt ex parte actoris.*

27 *Penſionarius eſt manutenendus etiam aduerſus tertios poſſeſſores, & contra ſucceſſorem in beneficio.*

DECISIO LXII.

LICET in hac cauſa fuerit reſolutum,* quòd
impoſitio cenſus facta per Procuratorem q.
Clementini nobilis Vrbeuetani infra ætatem 25. an-
1 norum conſtituti ſit nulla ex † defectu ſolemnitatū
Conſtitutionis Marchiæ *de contractibus minorum
cap. 25. lib. 5. vt in deciſionibus 24 Ianuarij, & 23.
Iuny 1634. coram me emanatis latè fuit deductū.*

Nihilominus quia idem Clementinus maior factus in ſuo, quod condidit teſtamento mandauit, vt omnia eius debita ſoluerētur, præſertim in inſtrumentis obligationum contenta; ideo propoſita cauſa ſuper iiſdem, Domini ex hoc potiſſimum capite à deciſis recedendum eſſe cenſuerunt.

Cum enim dictus Clementinus Teſtator morti
proximus, de animæ ſuæ ſalute cogitaret, cenſetur
2 ita diſponendo, † voluiſſe vt ſoluerentur debita, ad
quæ, naturali ratione, & conſcientia impellente, ſe
eſſe obligatū intelligebat, vt per *Bald. in l. id quod
pauperibus nu. 22. C. de Epiſcop. & Cleric.* Quia in
3 iudicio animæ debitum † naturale æquè, ac debitū
naturale & ciuile vires obtinet, vt inquit idem
*Bald. in allegata l. id quod pauperibus nu. 22. & l. 2.
nu. 4. C. de fideicom.* Quam opinionem profitetur
eſſe veriorem, & *Aretin. in conſ. 93. nu. 3.* dicit eſ-
4 ſe ſecundum communem intellectum cōtra † *Bart.
in l. quibus diebus, §. Dominus, ff. de condit. & de-
monſtr. & in l. legaui. ff. deliberat. legat.* vbi vult
ſimilem diſpoſitionem intelligi de debitis, quæ
poſſent probari in quantitate expreſſa, & eſſe ſine
exceptione, cuius dictum idem Aretin. vbi ſupra
diſtinguendo declarat procedere in contractibus,
non autem in vltimis voluntatibus, quas ita debe-
mus interpretari, vt Teſtator mandando ſoluit cre-
5 ditoribus, † tanquam ſalutis æternæ memor volue-
rit etiam illis ſatisfieri, quibus in conſcientia eſſet
obligatus, quod etiam dicit *Bal. l. in d. l. 2. num. 4.
C. de fideicom.* & cum dicta diſtinctione procedit,
Natt. conſ 402. nu. 56. vbi ponderat dictum Baldi,
6 quòd Teſtator ita mandando videatur † diſponere
pro exoneratione cōſcientiæ, etiam ſi hoc non ex-
primatur, *Alb. conſ. 109. nu. fin. Menoch. de arbit.
quæſt. 57. nu. 4.* Maximè attenta illa dictione om-
7 nia, quam, † ad effectum vt comprehendat ea quæ
aliàs non comprehenderentur, cum nihil excipiat,
ponderat *Anton. Monach. dec. Florent. 69. nu. 8.* &
benè conferunt tradita per *Sanch. conſ. moral. lib.
4. cap. 1. dubit. 47. nu. 3.* vbi de executore cui ſit
mandatum à teſtatore, vt ſoluat ſua debita, con-
cludit, quòd teneatur ſoluere nō modo, ea quæ ſunt
ſolum ciuiliter, ſeu in foro externo, ſed etiam quæ
in foro conſcientiæ ſunt debita, eo quòd vtraque
8 pertineat † ad exonerationem conſcientiæ Teſta-
toris defuncti, & inter alios Doctores Hiſpanos
idem affirmat *Alphōſ. de Azeuedo in recompil. lib. 5.
tit. 4. l. 6. nu. 27.*

Hanc autem opinionem omninò retinendam eſ-
ſe, ex eo ſuadetur, quod etiam Doctores firmātes
9 non obligare † in foro conſcientiæ contractum, in
quo prætermiſſæ ſint ſolemnitates iuris poſitiui, li-
mitant concluſionem, quotieſcumque in eo qui ſi-
ne ſolemnitatibus cōtraxit cum minore, ceſſat de-
ceptio, & fraus, ad quas euitandas fuerunt intro-
10 ductę ſolemnitates, † & non deficit conſenſus con-
trahentium, qui operatur, vt ſecundùm limites iu-
ris naturalis, vel gentium contractus teneat, eo
11 enim iure † inſpecto, ſolus conſenſus eſt ſufficiens
quia veritas præualet, *Abb. in c. 1. in fin. de reſtit.
in integr. Gemin. in c. 1. nu. 3. de ſponſal. lib. 6. Fe-
lin. in c. 1. nu. 39. & ſeq. Dec. nu. 18. verſ. quarta
concluſio in 1. lect. de conſt. Boer. dec. 5. num. 74. la-
tè proſequitur, Vaſq. de ſucceſ. lib. 3. §. 30. nu. 2. &
ſeqq.* ferè per tot. ac etiam admittit *Rota in Ro-
mana nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. co-
ram Reu. D. Vrgellen.*

Et in præſenti caſu fraudem ceſſare multiplici-
ter probatur, quoniā contractus impoſitionis cen-
ſus per viam ratificationis fuit geſtus à Clementi-

no,

conſ.50.nu.30. et conſ.86.nu.9.Rota deciſ.146.n.6. par.1.recent.et coram ſan.me.Greg.XV. deciſ.551. nu.5.et in d.Auximana fideic. coram me,

Quinta inſurgit ex eo quòd Vincentius ſubſti-
tuendo vſus eſt verbis realibus, declarans velle hæ-
reditatem peruenire ad ſubſtitutos; Fideicommiſ-
10 ſum † autem reale æquè comprehendit vocatos &
poſitos in conditione, vt cenſuit *Rota in his termi-
nis coram ſan.me Greg.XV.deciſ.315.n.13.*

Sexta demum additur coniectura ex clauſula co-
dicillari, & clauſula omni meliori modo, quas de-
11 ſeruire † pro firmanda vocatione filiorum in con-
ditione poſitorum ſcripſerunt, *Gabr. conſ.123 nu.
30. lib.2. Honded. conſ.65. nu.41. lib.1. et conſ 54.
nu.47.lib2. Rot.deciſ.133.nu.7. par 1. et deciſ.424.
nu 2.par.2. recent. et in Senogallien.fideicom. 11.
Maij 1626.coram bo.me. Remboldo*, quæ coniectu-
ræ non diuiſim, & ſingulæ de per ſe, ſed coaceruа-
tim ſunt ponderandæ, ita vt inuicem ſulciantur, &
fideicommittentis volũtatem pro vocatione filio-
rum ſatis eliciunt, vt monuerunt *Honded. d.conſ.
54.nu.53. lib.2. Surd.conſ 539.num.2. Cabal.conſ.
105.nu.25. lib.1. Bellon.iun.conſ.50. num.33. Rot.
apud ſan.mem. Greg.XV. deciſ 315. nu. 9. & in
rec. deciſ 266.n.19.& deciſ 320.n.8. par.1. rec. &
in d. Auxim. fideicõmiſſ. 4. Martij 1630. corã me.*

Poſito autem quòd filij Andreæ in conditione
poſiti, ſint ad ſucceſſionem vocati, non ambigebãt
Domini vocatam etiam cenſeri Blancam, quia ap-
12 pellatione † filiorum in conditione poſitorum ve-
niunt etiam fœminæ, vt eſt *text.in l.1.C.de condit.
inſert. & perpendit Honded.conſ.57. nu.25. & 27.
lib.1. Theſaur.deciſ.188. nu.7 & ſæpiſſimè Rota
reſpondit, vt apud Card.Seraph. deciſ.880.nu.1.&
deciſ.514. nu.3. & 4.coram ſan.me. Greg. XV. &
in rec.deciſ.316.nu.2. & 3.par. 1. ac deciſ.483.n.1.
par.4. diuerſ. & nuper in Bonon. fideic. ſub die
18.currentis menſis coram R.P.D. meo Veroſpio*, &
hic apparet Teſtatorem non reieciſſe fœminas, dũ
expreſsè fœminas neptes ex Roccho fratre voca-
uit, vnde fortius dicendum eſt admiſiſſe neptes ex
filio, & ſic deſcendentes.

Non obſtat exceptio præſcriptionis, quam ad
impediendam immiſſionem ſe tuebatur hæres Lau-
rentij Maraldi, quoniam nec in facto ſubſiſtit, quia
Blanca nata eſt de anno 1598. & lis mota fuit de
anno 1626. vnde Rocchus pacificè nõ poſſedit bo-
na per 30. annos ſubtracta præſertim pupillari æta-
te Blancæ quæ durauit vſque ad annum 1610.pro-
13 ut eſt ſubtrahenda, cum durante † pubertate con-
tra pupillos nulla incipiat præſcriptio † etiam lon-
giſſimi temporis, *l.ſicut C. de præſcript.30. vel 40.
annorum gloſ. in l.fin. verſ. finali vbi Cyn.Bart.
& Bald.C.quibus ex cauſ. in integr. reſtit. non eſt
neceſſaria, & dixit Rot.in Florentina affrancatio-
nis 1.Febr. 1634.coram Reuerendiſſ.Vrgellen.* Nec
quatenus lapſum fuiſſet tempus integrum 30. an-
norum ſuffragaretur præſcriptio Roccho, & habẽ-
tibus cauſã ab eo, quia ipſi innoteſcebat Blancam
eſſe vocatam in eodem teſtamento, ex quo idem
14 iura ſuæ ſucceſſionis deducebat, ſic † deficit bona
fides, ſine qua non perficitur præſcriptio, *c. fin.de
præſcript. c.poſſeſſor.de reg.iur.in 6.Geminian.conſ.
23.n.3. Honded.conſ.17.n.84. in fin.lib.1.cum alijs.*

Minus obſtat deducta tranſactio in qua Blancæ per Rocchum fuerunt aſſignata plura bona, cum pacto, vt acquieſceret, quoniam illa non emanauit ſuper bonis hodie controuerſis, neque ſuper teſtamento Vincentij, ſed Andreæ, & ideo Blancæ non officit agenti ad hæreditatem Vincentij in tranſactione non comprehenſam, prout etiam non obſtare reſolutum fuit ſub die 27. Iunij 1631. coram me, quæ deciſio in hac diſputatione eſt præſupponenda.

Demum non obſtat, quòd Vincentius Teſtator multa bona reliquerit filijs Chriſtophori Maraldi, & pro indiuiduo poſſederit bona Rocchi fratris, quia ſuper illis non petitur immiſſio, dum particulariter legata fuerunt per Teſtatorem vel ad eum non ſpectabant, ſed in reliquis bonis, demptis legatis, & bonis ſpectantibus ad Rocchũ eius fratrẽ.

Quoad alias detractiones oppoſitas ad impediẽdam immiſſionem ratione expenſarum funeris legitimæ trebellianicæ. & ſimilium reijciendas eſſe ad aliam diſputationem Domini cenſuerunt.

Et ita vtraq; parte informante reſolutũ fuit &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Veneris 22. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi morti proximus, diſponat, quòd omnia ſua debita ſoluantur, an cenſeatur, etiam debita tantum naturalia diſpoſuiſſe, vt ſoluantur. Minor contrahens, an debeat ſeruare ſtatuta loci contractus. Vide alia in Summarijs.

SVMMARIVM.

1 *Contractus Minorum, ſunt nulli, non adhibitis ſolemnitatibus requiſitis per Conſtit. March.lib. 5.cap.25.de contr.minor.*

2 *Teſtator, ſi morti proximus, & de anima ſalute cogitãs, diſponat, vt omnia ſua debita ſoluãtur, cenſetur ita diſponendo voluiſſe, vt ſoluerentur debita, ad quæ naturali ratione, & conſcientia compellente, ſe eſſe obligatũ intelligebat. & n.5.*

3 *Debitum naturale æquè, ac debitum naturale, & ciuile vires obtinet in iudicio animæ.*

4 *Bart.in l.id quod pauperibus nu.22. & l.2.num.4 C.de fideicomm. reijcitur.*

6 *Teſtator, ſi morti proximus, iubeat, vt omnia ſua debita ſoluantur, ita mandando, videtur diſponere pro exoneratione conſcientiæ, etiamſi hoc non exprimatur.*

7 *Dictio, omnia, comprehendit etiam ea, quæ alias in diſpoſitione non comprehenderẽtur, cum nihil excipiat.*

8 *Executori, ſi teſtator mandauit, vt ſua debita ſoluat, d. executor tenetur ſoluere non modo ea debita, quæ ſolum ſunt ciuiliter, ſeu in foro externo, ſed etiam, quæ in foro conſcientiæ ſunt debita.*

9 *Contractus in foro conſcientiæ non ligat, in quo*

præ-

Digitized by Google

prætermiſſa ſunt ſolemnitates iuris poſitiui.quod limitatur.

10 *Solemnitates in contractibus minorum ſunt inuctæ, ad hoc vt euitentur deceptiones, & fraudes.*

11 *Contractus vt valeant, ſecundùm limites iuris naturalis, vel gentium, ſolus conſenſus eſt ſufficiens.*

12 *Maior 20. annorum ſecundum ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 47. cenſetur eſſe maior 25. annorum.*

13 *Minor, quando contrahit, etiam attendi debet ſtatutum loci contractus. Et Rota aliquando hanc opinionem amplexa eſt num. 14. & aliquando non num. 16.*

14 *Forenſis in Vrbe exiſtens maior 20. annorum, ſi contrahat ſine ſolemnitatibus, non poteſt dici in mala fide.*

15 *Doctoris dictum, ſi quis ſequatur non poteſt dici in mala fide.*

16 *inter Forenſes ſtatutum inhabilitans perſonas, non eſt ſeruandum.*

17 *Rota, ſi aliquando vnam opinionem approbauit, ſufficit ad effectum præbendi iuſtam cauſam ita credendi, & conſequenter excludendi dolum.*

18 *Contractus, ibi debet cenſeri celebratus vbi eſt facta illius ratificatio.*

19 *Statutum loci illud debet ſpectari, in quo perfectus eſt contractus per ratificationem, non autē loci, in quo nomine ratificantis fuit geſtus.*

20 *Contractus nullus ex defectu ſolemnitatum, ille ſolus poteſt annullare, ad cuius fauorem introducta ſunt ſolemnitates.*

21 *Minor poteſt approbare contractum nulliter à ſe celebratum.*

22 *Minor poteſt renunciare facultati dicendi de nullitate contractus.*

23 *Cenſus contractus, quamuis nullus, ſubſtinetur in foro conſcientiæ ad fauorem cenſuariorum ratione quaſi poſſeſſionis exigendi, in qua per plures annos exiſtunt.*

24 *Poſſidens ius, melius in foro conſcientiæ habetur, idq. procedit etiam ſi agatur contra tertios poſſeſſores.*

25 *Obligationis conditio non mutatur ex mutatione perſonæ.*

26 *Ius metiendum eſt ex parte actoris.*

27 *Penſionarius eſt manutenendus etiam aduerſus tertios poſſeſſores, & contra ſucceſſorem in beneficio.*

DECISIO LXII.

LICET in hac cauſâ fuerit reſolutum,* quòd impoſitio cenſus facta per Procuratorem q. Clementini nobilis Vrbeuetani infra ætatem 25. an-
1 norum conſtituti ſit nulla ex † defectu ſolemnitatū Conſtitutionis Marchiæ *de contractibus minorum cap. 25. lib. 5. vt in deciſionibus 24 Ianuarij, & 23. Iunij 1634. coram me emanatis latè fuit deductū.*

Nihilominus quia idem Clementinus maior factus in ſuo, quod condidit teſtamento mandauit, vt omnia eius debita ſoluerētur, præſertim in inſtrumentis obligationum contenta; ideo propoſita cauſa ſuper iiſdem, Domini ex hoc potiſſimum capite à deciſis recedendum eſſe cenſuerunt.

Cum enim dictus Clementinus Teſtator morti proximus, de animæ ſuæ ſalute cogitaret, cenſetur
2 ita diſponendo, † voluiſſe vt ſoluerentur debita, ad quæ, naturalitatione, & conſcientia impellente, ſe eſſe obligatū intelligebat, vt per *Bald. in l. id quod pauperibus nu. 22. C. de Epiſcop. & Cleric.* Quia in
3 iudicio animæ debitum † naturale æquè, ac debitū naturale & ciuile vires obtinet, vt inquit idem *Bald. in allegata l. id quod pauperibus nu. 22. & l. 2. nu. 4. C. de fideicom.* Quam opinionem profitetur eſſe veriorem, *& Aretin. in conſ. 93. nu. 3.* dicit eſ-
4 ſe ſecundum communem intellectum cōtra † *Bart. in l. quibus diebus, §. Dominus, ff. de condit. & demonſtr. & in l. legaui. ff. deliberat. legat.* vbi vult ſimilem diſpoſitionem intelligi de debitis, quæ poſſent probari in quantitate expreſſa, & eſſe ſine exceptione, cuius dictum idem Aretin. vbi ſupra diſtinguendo declarat procedere in contractibus, non autem in vltimis voluntatibus, quas ita debemus interpretari, vt Teſtator mandando ſoluit cre-
5 ditoribus, † tanquam ſalutis æternæ memor voluerit etiam illis ſatisfieri, quibus in conſcientia eſſet obligatus, quod etiam dicit *Bald. in d. l. 2. num. 4. C. de fideicom.* & cum dicta diſtinctione procedit, *Natt. conſ. 402. nu. 56.* vbi ponderat dictum Baldi,
6 quòd Teſtator ita mandando videatur † diſponere pro exoneratione cōſcientiæ, etiam ſi hoc non exprimatur, *Alb. conſ. 109. nu. fin. Menoch. de arbit. quæſt. 57. nu. 4.* Maximè attenta illa dictione om-
7 nia, quam, † ad effectum vt comprehendat ea quæ aliàs non comprehenderentur, cum nihil excipiat, ponderat *Anton. Monach. dec. Florent. 69. nu. 8.* & benè conferunt tradita per *Sanch. conſ. moral. lib. 4. cap. 1. dubit. 47. nu. 3.* vbi de executore cui ſit mandatum à teſtatore, vt ſoluat ſua debita, concludit, quòd teneatur ſoluere nō modo, ea quæ ſunt ſolum ciuiliter, ſeu in foro externo, ſed etiam quæ in foro conſcientiæ ſunt debita, eo quòd vtraque
8 pertineat † ad exonerationem conſcientiæ Teſtatoris defuncti, & inter alios Doctores Hiſpanos idem affirmat *Alphōſ. de Azeuedo in recompil. lib. 5. tit. 4. l. 6. nu. 27.*

Hanc autem opinionem omninò retinendam eſſe, ex eo ſuadetur, quod etiam Doctores firmātes
9 non obligare † in foro conſcientiæ contractum, in quo prætermiſſæ ſint ſolemnitates iuris poſitiui, limitant concluſionem, quotieſcumque in eo qui ſine ſolemnitatibus cōtraxit cum minore, ceſſat deceptio, & fraus, ad quas euitandas fuerunt intro-
10 ductę ſolemnitates, † & non deficit conſenſus contrahentium, qui operatur, vt ſecundùm limites iuris naturalis, vel gentium contractus teneat, eo
11 enim iure † inſpecto, ſolus conſenſus eſt ſufficiens quia veritas præualet, *Abb. in c. 1. in fin. de reſtit. in integr. Gemin. in c. 1. nu. 3. de ſponſal. lib. 6. Felin. in c. 1. nu. 39. & ſeq. Dec. nu. 18. verſ. quarta concluſio in 1. lect. de conſt. Boer. dec. 5. num. 74. latè proſequitur, Vaſq. de ſucceſſ. lib. 3. §. 30. nu. 2. & ſeqq.* ferè per tot. ac etiam admittit *Rota in Romana nullitatis obligationis 16. Ianuarij 1626. coram Reu. D. Vrgellen.*

Et in præſenti caſu fraudem ceſſare multipliciter probatur, quoniā contractus impoſitionis cenſus per viam ratificationis fuit geſtus à Clementino,

Digitized by Google

12 no, dum Romæ eſſet maior 20. † annorum, qui iux-
ta ſtatutum cenſebatur eſſe maior 25. annorum, &
ita contrahentes nõ temerè, ſed probabiliter, cre-
dentes non eſſe ſeruandas ſolemnitates dictæ Con-
ſtitutionis Aegidianæ de contractibus minorum,
quæ ſeruatur Vrbeueteri illas omiſerunt, ea ratione,
13 quòd in contrahente † etiam minore attenditur
ſtatutum loci contractus *Bart. in l. cunctos populos
num. 14 de Summ. Trinit. quòd pro generali regula
tradit Bald. conſ. 389. vol. 1. & Rot.* etiam in ſimi-
libus terminis Cõſtitutionis Aegidianæ *ita decidit
corã bo. me. Andrea in Senogallien. prædij 5. Iunij*
1627. *& coram Card. Sacrato in Roman. obligatio-
nis 24. Febr.* 1620. *de Narnienſe* ſimiliter contra-
hente in Vrbe, ex quibus deciſionibus inſurgit ꝓ-
batio opinionis, quam aliquando Rota amplexa
14 † fuit, quòd forenſis, qui in Vrbe exiſtens maior
20. annorum contraxit ſine ſolemnitatibus, non po-
teſt dici in mala fide, quemadmodum de dicto Do-
15 ctoris, † quod excuſet, inquit *Iaſ. in l. properan-
dum. §. ſin autem alterutra num. 8. C. de iudic. &
quamuis Rota coram bo. me. Buratt. apud Pic. ad
ſtatut. Vrb. dec. 63. & 64.* contrariam tenuerit opi-
16 nionem, quòd ſcilicet † inter forenſes ſtatutum
inhabilitans perſonas non ſit attendendum, atta-
men ſufficit, quòd aliquando alteram opinionem
17 approbauerit ad effectum † præbendi iuſtam causã
ita credendi, & conſequenter excludendi dolum.

Item plura alia concurrunt ad excludendum
dolum, quod nempè Clementinus de tempore ini-
ti contractus eſſet in 24 ætatis ſuæ anno cõſtitutus,
& quòd cum ſanguinis nobilitate titulum Baroniæ
haberet coniunctum, neque eſſet rudis vel ſimplex,
quodq. tam ante quam poſt contractum cẽſus Ro-
mæ moram traheret cum familia, & fructus huiuſ-
modi cenſus fuerint ſoluti ſpatio plurium annorũ.

Ac præterea quòd poſt impetratam relaxationẽ
bonorum, quæ Fiſco fuerunt applicata bon. mem.
Card. Sfortia Tutor filiorum Clementini obtinue-
rit à Summo Pontifice confirmationem vẽditionis
bonorum ſubiectorum fideicommiſſo, vt ſatisfieret
creditoribus in ipſa venditione confirmata deſcrip-
tis inter quos fuit annotatus creditor cenſus, de
quo agitur.

Quibus conſideratis negari non poteſt, quin
ceſſet in contrahentibus fraus, & concurrat bona
fides, quæ operatur, vt ipſe Clementinus in foro
conſcientiæ teneretur.

Dictus itaque cenſus initus in Ciuitate Ameri-
na per Procuratorem, ſuam recepit perfectionem
à ratificatione Clementini Romæ degentis, & cũ
18 ibi † contractus debeat cenſeri celebratus, vbi fa-
cta eſt illius ratificatio, *Tiraq. de retract. lignag.
§. 1. gloſ.* 10. *num.* 68. procedit concluſio, quod
19 † ſpectari debet ſtatutum loci, in quo perfectus eſt
contractus per ratificationem, non autem loci, in
quo nomine ratificãtis fuit geſtus, *gloſ. in Clem. ſi
duobus vbi Imol. num.* 20. *vt lit. pend. Surd. deciſ.*
245. *num. 7. cum alijs alleg. in Rom. hæred.* 14. *Maij*
1603 *coram Litta.*

Vnde cum ante obitum non fuerit à Teſtatore
oppoſitum de nullitate, conſequens eſt, vt contra-
ctus interea habuerit implicitum ſtatum validita-
tis, quia tunc demum reſcindi potuiſſet vti nullus
propter defectum nullitatum dictæ Conſtitutionis
20 Aegidianæ, ſi voluiſſet ipſe Clementinus, † ad cu-
ius fauorem diceretur huiuſmodi ſolemnitates eſ-
ſe requiſitas, vt reſpondit *Paul. de Caſtr. in conſ.* 91.
nu. 5. *ver. ſed aduertendum vol.* 1. *Surd. dec.* 179.
nu. 17. *Rot. coram Put. dec.* 305. *lib.* 1. *& poſt tract.
Cenc. de cenſ. dec.* 29. *nu.* 4. Sed cum hoc non fece-
21 rit, & mandauerit ſolui generaliter † omnia debi-
ta cenſetur non modo approbaſſe contractum ſub
huiuſmodi generalitate comprehenſum licèt nullũ,
quod facere potuit *Alb. d. conſ.* 109. *nu.* 24. *Surd. d.
22 dec.* 179. *nu.* 18. Sed etiam † videtur renunciaſſe
huic facultati dicendi de illius nullitate.

Præterea d. contractus quamuis nullus ſuſtine-
23 tur in foro † conſcientiæ ad fauorẽ cenſuariorum
ratione quaſi poſſeſſionis exigendi, in qua per plu-
res annos exiſtunt, vt per *Sanch. in d. lib. Con. Mo-
ral.* 4. *c.* 1. *dub.* 14. *nu* 5. *et* 6. vbi concludit poſſi-
24 dentem † ius melius in foro conſcientiæ habere, id-
que procedere etiam ſi agatur contra tertios poſ-
25 ſeſſores probatur, quia ex mutatione † perſonæ nõ
immutatur conditio obligationis, neque ius cen-
ſuarij, *l.* 2. *§. ex bis. ff. de verb. obl.* à quo tanquam
26 † auctore ius metiri debemus, eodẽ modo quo di-
citur penſionarium eſſe manutenendum etiam cõ-
27 tra tertios poſſeſſores, † & contra ſucceſſorem in
beneficio *Guidop. dec.* 629. *nu.* 15. *Put. dec.* 151. *lib.* 3.
Gig. de penſion. q. 47. *nu* 10. idem in terminis exa-
ctionis cenſus dixit *Rot. dec.* 99. *num.* 11. *par.* 1. *di-
uerſ. vbi addit.* ita fuiſſe pluries reſolutum.

Et ita vtraque parte informante, concluſum fuit
Cenſuarijs ſuffragari teſtamentum, & ſic receden-
dum à deciſis.

☞ * *Ideſt ſub die 23. Ianuarij 1634. et 23. Iunij eiuſ-
dem anni ſunt deciſiones 260. et 294. ſupra in
præcedenti parte.*

§ *Et infrà in eadem cauſa adſunt aliæ deciſiones ideſt
ſub die 17. Decembris 1635. et 18. Aprilis 1636. co-
ram eodem bo. me. Motmanno.*

R. P. D. BVCCABELLA.

Cauen. Limitum Parochialium.

Die Lunæ 25. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Tractatur de probatione Limitũ Parochialiũ.

SVMMARIVM.

1 *Reſtitutio non datur ſine læſione.*

2 *Teſtes, quando probant limites inter aliquas Ec-
cleſias eſſe ſeparatas.*

3 *de Limitibus probandis inter Eccleſias, in anti-
quis, admittuntur leuiores probationes.*

4 *Teſtes, qui deponunt de pluribus actibus, et di-
ſtinctius, præferuntur illis, qui deponunt de ali-
quo actu tantum, et confusè.*

5 *Teſtes, qui deponunt de actibus, qui dederũt cau-
ſam liti, vel alijs ſubſequutis poſt motam litem
non attenduntur.*

6 *Poſſeſſio à Iudice data ſine præiudicio alterius in-
tereſſe habentis, nihil operatur, cum ſit condi-
tionalis, ſtante præiudicio alterius.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO LXIII.

PROPOSVI huiuſmodi Cauſam die 23. Iunij
anni proximi præteriti, & Domini, quia pro
Eccleſia Sanctiſſimi Saluatoris informabatur ſu-
per manutentione, tunc non potuerunt capere re-
ſolutionem, ſed dixerunt quòd diſputetur dubium,
an conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, quo
propterea hodiè propoſito illud negatiuè reſolue-
runt, quia ex iuſtitia ſententiæ Rotalis latæ ad fa-
uorem Eccleſiæ Sanctiſſimi Saluatoris in vim ſpe-
cialis commiſſionis cum clauſula appellatione re-
1 mota remanet † excluſa omnis læſio, ſine qua re-
ſtitutio non datur *cap. 1. & ibi Abb. num. 2. de re-
ſtit. in integr. Rota deciſ. 1. eodem titulo, in nou.
coram Card. Caualerio deciſ.* 194. *num. 2.*

Iuſtitia verò dictæ ſententiæ ſatis clara viſa fuit,
reſultare, ex eo, quòd ſeparatio ſeu diſtinctio li-
mitum inter Parochiam Sanctiſſimi Saluatoris,
& aliam S. Michaelis Archangeli *in deciſ. 20. Maij
1624. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, & in
dicta ſententia Rotali deſcripta iuſtificatur ex te-
ſtibus pro eadem Eccleſia Sanctiſſimi Saluatoris
2 datis qui dicunt † quòd limites inter Eccleſias
præfatas fuerunt, prout in dicta deciſione, & ſen-
tentia Rotali deſcribuntur. Et quod Parochi ſeù
Cappellani Sanctiſſimi Saluatoris iuxtà dictam di-
ſtinctionem, iura Parochialia exercuerunt in do-
mibus illorum de Iuuenibus, ac in alijs domibus,
& locis controuerſis, & deponunt tàm de viſu,
quàm de auditu ab eorum maioribus, quod ſuffi-
3 cit in hac materia, in † qua cum agatur de pro-
bandis antiquis limitibus inter Eccleſias leuiores
etiam probationes admittuntur concurrentibus
præſertim partitis librorum Baptiſmi, & mortuo-
rum dictæ Eccleſiæ Sanctiſſimi Saluatoris iuxta
*text. in cap. cum cauſam, & ibi Gloſ. verb. per li-
bros, verb. teſtes, & verb. Adminicula, Abb. in
princ. verſ. ſed aduerte, & Felin. num. 12. de pro-
bat. cum alijs in dicta deciſione 20. Maij 1624. &
prius in alia 14. Martij 1622. coram Reuerendiſ-
ſimo D. meo Decano deductis.*

Quibus non refragantur teſtes pro Eccleſia San-
cti Michaelis Archangeli; Nam quoad teſtes exa-
minatos anno 1592. placuit reſponſio, quòd illi de-
4 ponunt de aliquo actu tantum, † confusè abſque
certa diſtinctione limitum, & propterea in cõcurſu
præferẽdi ſunt alij ſupradicti teſtes SS. Saluatoris,
qui de pluribus actibus, & magis diſtinctè, & ſpe-
cificè deponunt, *vt per Gabr. concl. 4. num. 72. de
teſt.* cum alijs in dictis deciſionibus adductis. Quo
verò ad teſtes remiſſoriales vltimo loco anno 1629
examinatos, fuit reſponſum, quòd illi veriſimiliter
non poſſunt deponere de actibus præcedentibus
litem motam anno 1565. quia cum à dicto tempo-
re motæ litis vſq; ad tempus vltimi examinis effiu-
xerint anni 64. in circa, & alij 14. anni deduci de-
beant ratione pupillaris ætatis, eſſet in eis ne-
ceſſaria ætas ferè annorum 80. Vltra quòd in
5 eorum † depoſitionibus expreſsè ſe reſtringunt ad
actus, qui dederunt cauſam liti, vel alios ſubſe-
quutos, poſt dictum tempus motæ litis, qui pro-
pterea non attenduntur *Rota coram S. mem. Greg.
XV. deciſ. 9. num. 20. & coram Card. Caualerio
deciſ. 633. num. 10.*

Et tanto minùs in caſu iſto, in quo plures ex
actibus, de quibus ſupradicti teſtes deponunt, po-
tuerunt fieri vigore decreti manutentionis, quod
emanauit ab Ordinario ad fauorem Parochiæ San-
cti Michaelis Archangeli dicto anno 1565. & du-
rauit vſque ad annum 1619. & loquitur ſpeciali-
ter de domo, & familia Ioannis Antonij Iuuenis,
& in eo adeſt clauſula citrà præiudicium Parochiæ
Sanctiſſimi Saluatoris tàm in petitorio, quàm in
6 poſſeſſorio Ordinario, per quam † propterea ſtan-
te præiudicio dictæ Eccleſiæ Sanctiſſimi Saluatoris
nulla dicitur ibi acquiſita poſſeſſio, prout *deciſ. 32.
lib. 2.* cum alijs adductis per Rotam *deciſ. 513. n. 3.
par. 1. recentior.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Locationis.

Die Lunæ 25. Iunij 1635.

ARGVMENTVM.

Agitur de prælatione in poſſeſſione rei condu-
ctæ concedenda vni ex duobus Conductó-
ribus ad interpretationem legis quotiès C.
de rei vendication. & plura de materia eius
legis.

SVMMARIVM.

1 *Detentator dicitur eſſe in poſſeſſione, & reſpectu
talis poſſeſſionis illi competit mandatum de ma-
nutenendo ad remouendas moleſtias ſibi in hu-
iuſmodi poſſeſſione illatas, & num. 9.*

2 *Conductor in re conducta non habet ius reale,
& num. 20. & propriè non dicitur poſſidere, ſed
eſſe in poſſeſſione.*

3 *Poſſidere, & eſſe in poſſeſſione differunt remiſſiuè.*

4 *Conductor aduerſus locatorem actionem perſo-
nalem habet, & num. 12.*

5 *Retentio non cõpetit habenti actionem perſonalẽ.*

6 *Actio perſonalis regulariter non tranſit in ſingu-
larem ſucceſſorem.*

7 *Conductor reſpectu poſſeſſionis ciuilis quam reti-
tinet locator non ſibi ſed Domino poſſidere di-
citur.*

8 *Detentatio poſſeſſionem reddit plenam aut ſaltem
ſemiplenam.*

10 *Hipotheca, quam habet Conductor in re cõducta
non producit aliam obligationem aduerſus Lo-
catorem, quàm ad præſtandam patientiam in vſu
rei locatæ, & num. 16.*

11 *In obligationib. facti actio pro intereſſe ſuccedit
loco adimplementi.*

13 *Hipotheca acceſſoria perſonali obligationi non
auget illius vires.*

14 *Retentio conductori quando detur.*

15 *Cautela Bartholi pro conductore contra ſingula-
rem ſucceſſorem, & num. 17.*

*Non habet locum in iudicio ſummariiſſimo ma-
nutentionis. 18. & quare num. 19.*

21 *Oblatio intereſſe loco adimplementi in obligatio-
nibus facti cui detur.*

DECISIO LXIV.

CONTENDEBANT ſuper poſſeſſione do-
mus ad vſum officinæ Salgamariæ Lucas, &
Franciſcus occaſione locationis, quam eorũ vter-
que obtinuerat ſuper eadem domo, & dubitatum
fuit vtrùm eſſet dandum mandatum de manute-
do Lucæ, qui licet eſſet poſterior in conductione,
tamen actu retinebat poſſeſſionem eius officinæ,
ſiuè potiùs mandatum de euacuando Franciſco,
cui primò apparebat factum fuiſſe inſtrumentum
locationis, & Domini pro Luca reſponderunt,
1 cum plurimùm viſa fuerit illi ſuffragari † ea deten-
tatio, ex qua dicebatur eſſe in poſſeſſione domus
conductæ, vt poſſet ſe tueri à moleſtijs primi con-
ductoris, *vt ex ratione text. in l. quotiès, C. de rei
vendic. determinauit. Rot. in decis. 2. num. 3. de
locat. in antiq. & voluerunt Alex. in conſil. 122.
num. 3. lib. 5. Soc. Sen. conſ. 25. num. 3. & 7. lib. 4.
Gomeſ. var. reſol. lib. 2. cap. 2. num. 20. in 2. exten-
ſione, & reiecta ſententia contraria, Iaſ. in d. l.
quotiès de veriori opinione atteſtatur Purpurat. in
addition. ad eundem limitatione 13. ſub nu. 22.*

Et quidem viſum fuit potiorem eſſe debere cau-
2 ſam ſecundi huius conductoris, quia licèt † ille
æquè, ac primus, nullum ſortiretur ius reale in re
locata, vnde neque dicebatur propriè poſſidere,
ſed ſolùm eſſe in poſſeſſione eiuſdem rei, quorum
3 terminorum differentiam benè † declarat *Paulus
in l. poſſideri, §. vlt. ff. de acquir. poſſeſſ.* tamen
poterat ſe defendere aduerſus eumdem primum
4 Conductorem in vim retentionis, quia † cum pri-
mus Conductor ſolùm haberet actionem perſona-
5 lem contra Dominum † rei locatæ non poterat ea
vti contra ſecundum Conductorem ex natura eiuſ-
dem actionis, quæ nunquam ſolet tranſire in ſin-
6 gularem † ſucceſſorem *l. vltim. vbi etiam notant
Doct. ff. de contrah. emption. §. in perſonam Inſt.
de action.* & conſiderauit *Rot. deciſ. 2. de locat.*
cuius rationes amplexus fuit *Couar. var. reſolut.
lib. 2. cap. 19. num. 8. Gomez. var. reſolut. cap. 2.
lib. 2. nu. 20. in loco ſuperius adducto.* Et quam-
uis hæc etiam detentatio, ob quam ſecundus Con-
ductor videbatur præferendus primo, diceretur nõ
poſſe producere hunc effectum neq; reſpectu poſ-
ſeſſionis ciuilis, quæ numquam fuit amiſſa à Lo-
catore, vndè etiam erat, quòd ille non dicebatur
7 ſibi † poſſidere ſed domino, *vt in l. ſi id quod, §. &
per colonos, & l. qui vniuerſas, §. quod per colo-
num, ff. de acquir. poſſeſſ. & notant vtrobique Do-
ctores, & in l. 1. C. de commun. vſucapionib.* ta-
men ea detẽtatio potuit reddere poſſeſſionem ple-
8 nam, aut ſaltèm † ſemiplenam, *vt voluit gloſ. in §.
quod autem ad eas res inſtit. de vſucapien.* quam
tanquam ſingularem commendat *Angel. in l. ſi me
in vacuam, num. 2. ff. de acquir. poſſeſſ. Iaſ. in l.
traditionib. num. 23. C. de pact.* & ex cauſa eius
9 poſſeſſionis † habebat ſecundus hic conductor ſua
remedia poſſeſſoria ſi turbaretur in ea detenta-
tione, *vt declarat in propoſito Couarru. d. lib. 2.
cap. 19 nu. 8. & tradiderunt Menoch. de retinend.
poſſeſſ. remed. vlt. num. 58. & de recuperand. poſ-
ſeſſ. remed. 17. nu. 21. idem Couar. pract. cap. 17.
nu. 5. Bald. in cap. licet cauſam nu. 35. de probat.*

Nec viſa fuerunt obſtare, quæ dicebantur ad
hunc effectum de anteriori hipotheca, quam Fran-
ciſcus videbatur habere ſuper domo conducta,
cuius cauſa voluerunt aliqui antiquiorem condu-
ctorem præferri debere poſteriori, vt præ cæteris
tenuit *Iaſ. in d. l. quotiès, num. 28.* quem refert
Gamm. deciſ. Luſitan. 130. nu. 2. & voluit *Natta
in conſ. 261. num. 10. Cephal. conſ. 718. num. 35.*
Ea enim hipotheca non poterat extendi vltra ter-
10 minos, & naturam ipſius locationis, quæ non ad-
mittit in locatore aliam obligationem, quàm ad
præſtandam patientiam in vſu rei locatæ, *vt in l.*
11 *adem. C. locat.* & ideo † ad merũ factum, pro quo
ſuccedit actio ad intereſſe, *vt probat text. in l. qui
fundum, cum l. ſeq. ff. locat. & tradunt Doctor.
in l. ſtipulationes non diuiduntur, ff. de verb. obli-
gat. vbi Bart. num. 40. gloſſ. in l. 2. §. vlt. ff. de
12 verb. oblig.* Vndè occaſione eius † hipothecæ non
poterat conſiderari in Franciſco ius aliquod reale
tùm propter rationem prædictam, tùm quia eadẽ
13 hipotheca tanquam acceſſoria † obligationi per-
ſonali non poterat augere vires, & naturam eiuſ-
dem obligationis, vt benè in propoſito conſidera-
uit *Surd. conſ. 331. nu. 23. Neguſ. de pignor. prim.
membr. 2. part. num. 7.* Non autem poterat hoc
idem dici de Luca ad cuius fauorem ſe etiam obli-
gauerat Dominus pro obſeruatione contractus, &
manutentione rei locatæ, quia cum præter hipo-
thecam, ſub qua habebat generaliter obligata om-
nia bona locatoris, reperiretur etiam in poſſeſſio-
14 ne domus † locatæ, poterat in ea perſiſtere pro ſuo
iure, & intereſſe tanquam comprehenſa ſub eadem
obligatione, *vt declarat Bart. in l. qui fundum
ff. locat. & in l. emptorem, num. 1. C. eod. tit.* quaſi
tunc demùm, & non aliter quàm per viam reten-
tionis poſſit Conductor ſiue quicumque alius de-
tẽtor reſiſtere ſingulari ſucceſſori *Alex. conſ. 118.
n. 10. lib. 5. Barb. conſ. 36. nu. 25. lib. 2.* vbi ad hunc
effectum approbat cautelam quam tradit ibi *Bart.*
15 vt in inſtrumẽto locationis apponatur † clauſula
quòd Conductor ex nunc incipiat iure pignoris, &
pro ſuo intereſſe poſſidere, ſequitur *Couar. var. re-
ſolut. cap. 15. nu. 3.* qui concluſionem firmat etiam
in terminis hipothecæ generalis, quod etiam vo-
luit *Surd. d. conſ. 331. num. 23. Rota coram Greg.
deciſ. 68. num. 3. & in Romana locationis domus
15. Ianuarij 1610. coram Ortembergo.* Et li-
cèt etiam reſpectu Lucæ poſſet conſiderari præ-
16 ſtatio huius intereſſe † loco facti ſiuè patientiæ
reſpectu vſus, ſiuè habitationis domus locatæ, vt
voluit *Salycet. in d. l. emptorem. num. 7.* quem
refert, & ſequitur *Barbat. d. conſ. 36. num. 25.* vbi
explicando ex illius mente doctrinam *Bartholi*
dicit cautelam ab eo traditam intelligi debere ap-
17 poſitam ſolùm † pro faciliori exactione ipſius in-
tereſſe, & voluerunt *Couar. & Surd. in locis ſu-
periùs adductis Roland. conſ. 6. num. 8. lib. 1. Soc.
Sen. conſ. 29. num. 11. lib. 4.* Tamen non poterant
18 hæc pertinere ad naturam huius † iudicij ſumma-
riſſimi manutentionis, quod Lucas hodiè proſe-
quebatur, cum in eo ſolùm quæratur de veritate
19 facti reſeruata † omni cognitione iurium, quæ
poſſent alteri parti competere tàm in petitorio,
quàm in poſſeſſorio plenario, vt declarat *Menoch.*

in

Digitized by Google

in traƈt. de retinend. poſſeſſ. remed. vlt. num. 36. Neuizan. conſ. 81. nu. 17. & cenſuit Rot. in deciſ. 41. nu. 8. par. 1. diuerſ & coram Greg deciſ 275. num. 14. Prout neque pertinere hæc viſa ſunt ad Franciſcum, qui ſolùm erat in cauſa, quia cum ratione locationis ſibi factæ nullum haberet ius rea-
20 le in re locata, nō poterat † offerre Lucæ id intereſ-
ſe ſed hæc oblatio ſolùm ſpeƈtare potuiſſet ad Do-
21 minum ipſius domus, aut † etiam ad alium ſingularem ſucceſſorem in quem translatum fuiſſet dominium eiuſdem domus, in quibus terminis quæſtionem proponit *Barthbolus, & alij Doctores ſuperius relati* qui eum ſequuntur.

Et ita &c. vtraque &c.

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Romana Societatis Lignorum.

Die Mercurii 27. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Calculator, & peritus electus ad cognoſcendū de quibuſdam erroribus in Laudo emanatis, an ſi vltra prędictos errores, alios etiam errores cognoſcat, quando dicatur validè procedere. Contra Laudum, quando non poſſit veniri.

SVMMARIVM.

1 *Laudum à partibus emologatum habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ.*
2 *Contra rem iudicatam veniri poteſt. minimè.*
3 *Contra Laudum ratificatum veniri non poteſt. Laudum ratificatum dicitur tranſactio. nu. 3.*
4 *Periti, electi ad corrigendos aliquos errores puta. 52. non propterea ex hoc prohibetur aliorum correctio ſi aliqui appareant.*
5 *Quod procedit. quando non eſt appoſita aliqua dictio taxatiua, ſecus vero è contra.*
6 *Laudum interpretari debet ſecundum iuris diſpoſitionem.*
7 *Sententia interpretari debet ſecundum iuris diſpoſitionem.*
8 *Lauda ſunt ad inſtar ſententiarum.*
9 *Sententia interpretatur ſecundum mentem proferentis.*
10 *Sententia interpretari debet ne contineat iniuſtitiam, vel abſurdum.*
11 *Laudum ita interpretari debet, ne contineat iniuſtitiam, vel abſurdum.*
12 *Limitatio debet intelligi præterquam quoad expreſſa.*
13 *Obligationis Cameralis executio non eſt retardāda, propter ea, quæ requirūt altiorem indaginē.*

DECISIO LXV.

CONTRA deciſionem in hac cauſa factam 25. Maij huius anni opponebatur de defectu auctoritatis Dominici de Rubeis Calculatoris, & Periti electi, ex quo cognouit vltra 52. errores, de quibus in laudo Olignaui, cum debuerit ſolùm habita ratione ad dd. 52. partitas erroneas ex integro Calculum facere, quia ei obſtabat lau-
1 dum à partibus emologatum, † quòd habebat vim ſententiæ, & rei iudicatæ, vnde ſicut non
2 poteſt † contra rem iudicatam veniri, *l. res iudica-*
3 *ta ff. de reg. iur.* ita nec contra laudum † ratificatū, quod dicitur tranſactio, *l. non minorem vbi Salicet. Alex. nu. 2. in fin. & alij C. de tranſact. Dec. in conſ. 60. nu. 3. Soccin. conſ. 85. nu. 1. lib. 1. idem Dec. conſ. 475. nu. 28.*

Cęterū prædictis non obſtantibus Domini perſtiterunt in reſolutis ex rationibus deductis in dicta deciſione; Non enim eſt verum, quòd relatio Dominici de Rubeis contrauenerit laudo Oligna-
4 ni, quia & ſi † Olignanus mandauit corrigi dictos 52. errores, non propterea prohibuit correctionē
5 aliorum, ſi qui apparerent, † cum non fuerit appoſita aliqua dictio taxatiua, prout debuiſſet apponi, vt alia correctio cēſeretur prohibita ex notatis per *Bart. in l. ſiquidem C. de tranſact. Aym. conſ 313. poſt num. 1. verſ. ſimiliter lib. 2.* immo cum mandauerit ex integro fieri computa, dicendum eſt voluiſſe errores corrigi, ſi apparerent, aliàs enim laudum contineret manifeſtam iniuſtitiam, & abſurdum quare non debet ſic interpretari, vt exclude-
6 tur aliorum errorum correctio, cum † laudum interpretari debeat ſecundum iuris diſpoſitionem, vt
7 dicitur de † ſententia Iudicis iuxta notata in *l. miles. §. decem. ff. de re iudic. Anchar. conſ. 6. num. 7.*
8 quia † lauda ſunt ad inſtar ſententiarum, & ideo ſi-
9 cut † ſententia interpretatur ſecundum mentem
10 proferentis, & ne contineat † iniuſtitiam, vel abſurdum, ita etiam laudum *Caſtrenſ. conſ 357. n. 2. verſ. ſed quæro, & nu. 3 lib. 1.* Nec poteſt fieri vis, quod in laudo imponatur perpetuum ſilentium, nā hoc debet intelligi vltra refectionem cōputorum, alioquin reſultaret manifeſta contradictio, ſcilicet, quod computa deberent refici, & quod in refectione nō poſſet cognoſci ſuper nouis erroribus, quod
11 contineret † abſurdum, & iniuſtitiam, & hoc non eſt dicendum per ſupradicta.

Et ceſſat omnis difficultas, quia ex ſubſecutis clarè apparet quòd ita fuit per partes interpretatum laudum, ſiquidem vt fuit ponderatum in alia deciſione cum fuerint electi duo Calculatores, & Carolus Nutus pro tertio, cui partibus minime acquieſcentibus fuit primo loco electus Franciſcus Viualdus, & data ei facultas per hæc verba. *A vedere, e correggere ogni ſorte di errore, che trouaſſe hauer fatto Carlo Nuti nella ſua relatione come terzo Calculatore, &c. Li piugli danno auttorità, e l'eleggono per terzo Perito ſopra le ſpeſe che non furono notate nelli negotij di legna, &c. e detto Sig. Franceſco Viualdi debba regolarſi, & eſſeguire cōforme che dichiara eſſo Olignano;* Et cum poſtea fuerit deputatus D. Ioſephus Bonannus Campſor primarius, fuit magis expreſsè declarata facultas, quam partes dabant dd. Peritis. Quia dederunt dicto Bonanno facultatem conceſſam Viualdo per hæc verba. *Si contentano di dare facoltà al Sig. Gioſeppe Bonanni, che veda, e riueda la ſudetta relatione con li libri originali ſpettanti à detta cauſa, intenda ſopra la diſcordia del Brandis, e Ciaffeo, e ſimilmente in voce le ragioni dell'vn è l'altra parte,*

arte, e doue trouaſſe pregiuditio d'intereſſe di qualſiuoglia di eſſe parti, l'accommodi, & aggiuſti conforme al ſuo parere, e conſcienza; Parteſq. prædictæ ſe obligarunt in forma Cameræ ſtare huic relationi, in qua D. Bonannus retulit Oddum eſſe creditorem in ſcutis 2357. bon. 46. Denique fuit cum omnibus facultatibus conceſſis D. Bonanno deputatus Dominicus de Rubeis, qui retulit creditum Oddi aſcendere ad ſcuta 2481. bon. 87. excedendo relationem D. Bonanni ſolum in ſcut 124. bon. 41. Ex quibus clarè patet quòd facultas data iſtis Peritis, & Calculatoribus deputatis fuit ampliſſima, & ea mediante partes declararunt qualis fuerit intentio Olignani in ſuo laudo.

Neque obſtat, quòd in dicta facultate legatur clauſula. *Con queſto però che debba regolarſi in tutto, e per tutto conforme al laudo*; quia ex prædictis ſatis ſe laudo conformarunt D. Bonannus, & Rubeus in ſuis relationibus, & quatenus ex prædictis verbis poſſet dici facultas dd. Peritorum li-
12 mitata, & limitatio † debet intelligi præterquam quoad expreſſa in dicta facultate, in qua legitur cōceſſa reuiſio computorum, *c. ſtuduiſti de offic. deleg. c. 1. de reſcript. latè Gratian. diſcept. 839. n. 6. & 17. & ſeqq. & diſcept 828. nu. 28. & 29.*

Non obſtant errores oppoſiti contra iſtas rela-
13 tiones Peritorum, quia cum adſit obligatio † Cameralis, & cognitio iſtorum errorū requirat altiorem indaginem, non poteſt retardari executio ex deductis in alia deciſione.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

R. P. D. GHISILERIO,

Valentina Iuris ſedendi.

Die Mercurii 27. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Præpoſiti Eccleſiæ Valentinæ habuerunt, & habent ius, & facultatem ſedendi in Choro immediatè poſt Canonicos Choro aſſiſtentes eiſq. licet occupare ſedes vacuas Canonicorum Choro non interuenientium.

SVMMARIVM.

1 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Dictio, immediatè, quid importet.*
3 *Interpretatio, quæ eſt clara, germana, & vera, ſequenda eſt.*
5 *Teſtes, qui non percutiunt tempus ante motam litem, non probant.*
6 *Teſtes, qui non reddunt congruā, & concludentem rationem ſui dicti non attenduntur.*
7 *Teſtes, ſi deponant de auditu, vel de credulitate, vel ſi dicant ſe parum informatos de re, ſuper qua deponunt nihil releuant.*
8 *Obſeruantia contraria in totum eliditur, ſtante in Conſtitutione clauſula ſublata, & decreto irritante.*
9 *Tempus litis eſt omnino detrahendum ad effectū, vt introducatur obſeruantia.*
10 *Obſeruantia litigioſa non releuat.*
11 *Obſeruantia, quæ dedit cauſam liti, non eſt attendenda.*
12 *Obſeruantia contraria Conſtitutionibus, & indultis, non attenditur.*
13 *Clauſulæ, ſublata, & decretum irritans tollunt contrarium factum, & obſeruantiam.*

DECISIO LXVI.

POSTQVAM per duas deciſiones coram me factas 15. Decembris 1634.* & 16. Martij 1635.* Rota denegauit Capitulo petitam remiſſoriam ad probandum modum ſedendi obſeruatum à Præpoſitis, & Canonicis tàm antiquis, quàm modernis ex rationibus in dictis deciſionibus allatis. Hodie propoſito dubio ſuper cōfirmatione ſententiæ Rotalis, qua fuit pronunciatum Præpoſitos Eccleſiæ Valentinæ habuiſſe & habere ius & facultatem ſedēdi in Choro immediatè poſt perſonas Canonicorum Choro aſſiſtentium, eiſq. licuiſſe & licere occupare ſedes vacuas Canonicorum Choro non interuenientium: Talem ſententiam tanquam validam, & iuſtam confirmandā eſſe fuit reſolutum.

De validitate conſtat, ex quo ex reuolutione
1 † proceſſus apparet omnia interueniſſe ad effectum validitatis requiſita, de quibus per *Caputaq. deciſ. 260. par. 2. Rot. in recent. deciſ. 545. nu. 1. & 589. nu. 1. par. 1. recent. & alibi ſæpiſſimè.*

De iuſtitia pariter conſtat ex deciſionibus in prima Inſtantia factis coram R. P. D. meo Merlino 16. Decembris 1633.* & 12. Iunij 1634.* necnō ex ſupradictis duabus coram me factis, in quibus firmatur, Præpoſitos immediatè poſt Canonicos ſedere debere, ſecundum erectionem ſel. recor. S. Pij V. & Conſtitutiones capitulares æditas de anno 1575. vbi ſtatuitur; Præpoſitos ſedere debere immediatè poſt Canonicos non obſtante contraria interpretatione illius dictionis, *immediatè*, in literis appoſitæ, quia eſt bene declarata in deciſioni-
2 bus, † vt importet ſeſſionem Præpoſitorum, nullo medio interpoſito, ex aliis allegata doctrina *Bald. in l. 1. num. 3. ff. de cond. inſert. Ruin. conſ. 7. nu. 7. vol. 4. Tiraquel. in l. ſi vnquam, verb. reuertatur num. 125. verſ. nam & ea, C. de reuoc. donat. cum alijs latè allegatis in dictis deciſionibus.*

Interpretatio enim verborum, *immediatè poſt Canonicos*, quòd ſcilicet, dicta verba habeant relationem ad perſonas Canonicorum, & non ad ſedes canonicales, viſa fuit vera & germana, & adeo
3 clara, vt aliam † quamlibet interpretationem prorſus excludat; idcoq. ſequenda ex deductis in deciſionibus in cauſa factis, quæ Dominis placuerunt; quibus additur *Port. Imol. conſ. 33. lib. 3.* Conſiderarunt etiam Domini, quòd cum Præpoſiti habeant eundem habitum, & aſcendant eaſdem ſcalulas, quas aſcendunt Canonici, & cum illis incedant in
4 in proceſſionibus ſine diſcrimine loci, † nullo interiecto medio, illis ſuffragatur ritus Decoris eccleſiaſtici, quo attento aſſeſſio continuata in Choro, & non diſcreta & interpellata dari debet, aliàs niſi daretur continuata ſeſſio, verba illa, *immediatè poſt Canonicos*, nihil operarentur.

Nec Dominis viſæ fuerunt obſtare depoſitiones teſtium ſuper obſeruantia contraria, & ſuper eo

quod

quòd Canonici habent proprias ſedes; nam reſpectu teſtium examinatorum in Curia iam fuit firmatum, tàm coram R.P.D. meo Merlino, quàm coram
5 me, illorum dicta † non probare, quia non percu-
6 tiunt tempus ante motam litem, † nec reddunt cōgruam, & concludentem rationem ſui dicti. Ali-
7 qui † deponunt de auditu, aliqui de credulitate, & alij fatentur ſe parùm informatos de prærogatiuis Præpoſitorum. Et demum quia non releuant, vt interius. Reſpectu vero teſtium remiſſorialium examinatorum in alia *cauſa Valentina preheminentiarum coram R.P.D. meo Decano,* de quibus Rota mandauit haberi rationem in hac diſputatione, pariter fuit dictum, illorum dicta non releuare: quia cum Præpoſiti habeant fundatam intentionē in literis erectionis, & conſtitutionibus Capitularibus, dum conantur deponere quòd Canonici habeant ſedes proprias & fixas, conuincuntur ab ipſis conſtitutionibus Eccleſiæ, in quibus ſolis Dignitatibus fixæ ſedes aſſignantur, & inter Canonicos & Præpoſitos ſtatuitur ſeſſio ſucceſſiua reſpectu perſonarum, non autem ſedium; & dum non agitur de confundendo ordine ſedendi quando extant Canonici replentes totas ſedes canonicales, ſed illis abſentibus, Canonici nō poſſunt conqueri, quia ipſi ſunt primi, & Præpoſiti poſt ipſos.

Minus aduerſatur, quòd Præpoſiti dicantur inferiores Canonicis, quia imò quo ad habitum & locum in Choro & proceſſionibus, & alijs actibus (exceptis capitularibus) ſunt æquales, vt in literis erectionis cauetur, & in omnem caſum huiuſmodi articulus tangit cauſam ſuper preheminentijs, quæ pendet corā Reuerēdiſſ. D. meo Decano.

Nec prætenſa obſeruantia contraria ſuper qua deponunt Teſtes viſa fuit poſſe ſuffragari, quia in contrarium adeſt Indultum Sixti V. in forma conſtitutionis ob publicā vtilitatem ampliationis ſtudij Valentini cum clauſula, ſublata, & decreto ir-
8 ritanti, emanata; ex quo † obſeruantia contraria in totum eliditur, quia obſeruantia detegitur litigioſa ab anno 1597. quo tempore Canonici cauſam
9 in Rota commiſerunt, quòd † tempus litis eſt omnino detrahendum, *Bart. in l. Celſus num. 27 vbi Bald. ff. de vſucap. Put deciſ. 348. num. 1 lib. 2.* &
10 obſeruantia † litigioſa non releuat: Obſeruantia
11 verò † ante motam litem pariter non eſt attendēda; quia vel dedit cauſam liti, de qua nulla poteſt
12 haberi ratio; vel eſt contraria † conſtitutionibus Eccleſiæ & Indulto Sixti V.

Nec allegata obſeruantia antiquorum Præpoſitorum viſa fuit pariter releuare; quia detegitur cōtraria conſtitutionibus Eccleſiæ, & in totum eliſa ex Indulto Sixti, vbi ſeſſio immediata Congregationi Prępoſitorum indulgetur cum clauſula, ſubla-
13 ta, & decreto irritanti; quæ clauſulæ † tollunt cōtrariam obſeruantiam & factum aliquorum Præpoſitorum ex allegatis in alijs deciſionibus cum quibus Domini tranſierunt.

Et ita vtraque parte informante pro confirmatione ſententiæ fuit reſolutum.

☞ * *Prima eſt deciſio 319. ſupra in præcedenti parte. Altera eſt deciſio 31. ſupra in hac eadē parte.*

☞ * *Sunt deciſiones 252. & 288. in praecedenti parte.*

§ *Et infra adſunt aliæ deciſiones in hac cauſa, vt habes in fine ad dictam deciſionem 31.*

REV.^{MO} P.D. COCCINO DECANO.

Legionen̄ Cenſurarum.

Die Mercurii 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Pœnas in interdicto appoſitas, quando quis effugiat. Capitulo, quando eſt intimanda declaratoria, qualiter dicta intimatio fieri debeat, & quid ſi Capitulum impedimentum præſtet. Intimatio, quando ſit de forma declaratoriæ, & quando ſufficiat ſcientia.

SVMMARIVM.

1 *Pœnas in Interdicto poſitas, quis euadit, ſi in tempore in eo præfixo ad parendum, obtemperauerit.*

2 *Declaratoria ceſſat, ſi ſit danda contra Capitulū, & intimatio capitulariter non fuerit facta.*

3 *Canonicorum aliquorum negligentia non poteſt nocere Capitulo.*

4 *Canonici, quando ſe congregant in Choro, tunc illis poteſt intimari declaratoria.*

5 *Capitulo ſi ſit intimāda declaratoria, ſi illud præſtat impedimentum, ne capitulariter poſſit intimari, tunc parti qualiter ſuccurratur.*

6 *Capituli loci valuæ, habentur pro habitatione ipſius Capituli.*

7 *Intimatio, ſi ſit facienda Capitulo, non debet fieri alicui vti ſingulis, ſed omnibus capitulariter.*

8 *Ex declaratoria forma, non ſufficit ſcientia, ſed eſt neceſſaria intimatio.*

9 *Intimatio, in materia declaratoria, ſecundum terminos Clem. cauſam. eſt neceſſaria, ſed ſecūdum terminos Clem. cum illuſio. de renunc. ſufficit ſcientia.*

10 *Homini vndequaque probo ſtante eius integritate Rota aliquid ſolet deferre.*

DECISIO LXVII.

FVIT per Dominos reſolutum conſtare de paritione itaut Capitulum non inciderit in pœnas interdicti, Cum enim ſub die 11. Aprilis comparuerit in Capitulo Matthæus frater, & Procurator Alphonſi, & petierit procuratorio nomine ſibi tradi poſſeſſionem, & exhibuerit litteras originales declaratorias niſi infra mēſem die 18. eiuſdem menſis Aprilis Canonici dederunt poſſeſſionem realem prædicto Alphonſo mediante perſona Canonici D. Ioannis de la Cerda procuratoris ad hoc conſtituti per d. Alphonſum, ex qua traditione
1 poſſeſſionis ante lapſum † menſis Canonici euaſerunt pœnam interdicti, *cap. præterea el 2. & ibi Franc. in 4. not. de appell.* & in puncto fuit reſolutum *in cauſa Tarraconen. cenſurarum 15. Decembris 1604 coram bo. me. Iuſto.*

Neque obſtat, quòd ſub die 8. Febr. 1635. Alphonſus requiſiuerit duos Canonicos Primiceriū ſcilicet, & procuratorem Capituli, vt illud congre-

garent ad effectum illi ſignificandi declaratoriam,
quod iterum fecit ſub die 13. eiuſdem menſis cum
die 10. eiuſdem nonnullos Canonicos ad prædictũ
effectum perſonaliter etiam interpellauerit. Vnde
cum Capitulum non fuerit ſtatim congregatum,
validè potuerit Alphonſus affigere declaratoriam
ſub die 9. Febr. & ſub die 12. Martij Cedulonos;
Quia contrarium viſum fuit Dominis tam ex eo,
2 quod non conſtat de † legitima intimatione capi-
tulariter facta qua ceſſante non intrabat declarato-
ria *Innoc. in cap. 4. in princ. de eo, qui mittit in poſ-
ſeſſione cauſ. rei ſeruand. Caſſad. decis. 2. num. 4. de
penſ.* quam ex eo, quod dicta interpellatio facta
aliquibus Canonicis, vt Capitulum congregarent,
3 & illorum negligentia non potuit nocere † Capi-
tulo præſertim cum quotidie Canonici ſe congre-
4 garent † in Choro, & tũc poterat illis intimari de-
claratoria, *gloſ. in c. ſi Capitulo in verb. factam. de
conceſſ. preb. in 6. Calden. conſ. 11. de iurepatrona-
tus*, & quando Capitulum præſtitiſſet impedimen-
5 tum erat Alphonſo ſuccurſum per citationem † ad
Eccleſiam; & ad Valuas loci ipſius Capituli, quæ
6 pro habitatione † Capituli haberi debent, dictaque
citatione non facta nulliter fuit proceſſum *Clemen.
cauſam. §. quod ſi forſan de elect. Mohed. deciſ. 18.
de re iud.* qui alios congerit *Ant. Aug. in Epitom.
de ſent. excom. §. 11. & fuit reſolutum coram me in
cauſa Valentina Gabellæ 9. Iunij 1600.*

Non obſtat intimatio facta Choro diſſoluto ali-
7 quibus Canonicis ex illo egredientibus, quia † de-
buit fieri omnibus capitulariter, & non aliquibus
vti ſingulis, eo magis quòd Canonici pluries ſe cõ-
gregarunt etiam in Capitulo, & interpellarunt ad-
uerſarium, vt litteras declaratorias ſibi intimaret.

Neque facit, quod ex dicta affixione facta 9. Fe-
bruar. Capitulum potuerit habere notitiam d. de-
8 claratoriæ, quia ex forma declaratoriæ † non ſuffi-
ciebat ſcientiam, ſed erat neceſſaria intimatio ſi Ca-
pitulum præſtabat impedimentum etiam ſub cer-
ta forma vt pulchrè per *Caſtr. in conſ. 362. in fin.
verſ. nec obſtat lib. 1.* vbi quod ſecundum terminos
9 † *Clem. cauſam.* eſt neceſſaria intimatio ſecũdum
vero terminos *Clem. cum illuſio de renunciat.* ſuf-
ficit ſcientia, quia in ea non dicitur, quòd ſit neceſ-
ſaria intimatio.

Et prædicta eo magis placuerunt Dominis, quia
vt dictum eſt, Capitulum pluries ſe congregauit, &
petijt ſibi intimari declaratoriam originalem, quo
facto ſtatim paruit, quibus accedat etiam atteſta-
tio de ſucceſſiua paritione quam facit D. Alphon-
ſus de Caſtro Agens Capituli vir vndequaque pro-
10 bus cui Rota † ſtante integritate perſonæ voluit
aliquid deferre licet quoad primam paritionem ve-
ritas eluceſcat ex prædictis.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Diſmembrationis,

Die Mercurij 4. Iulii 1635.

ARGVMENTVM.

Diſmembranda ſi ſit cura animarum ab aliqua
Eccleſia, vt nullitatis vitio non ſubiaceat,
quid ſit ſeruandum. Perſonæ induſtria ſi ſit
electa, non poteſt d. perſona ſubdelegare.

SVMMARIVM.

1 *Diſmembratio eſt quadam ſpecies alienationis.*
2 *in Alienatione rerum Eccleſiæ requiritur & ſo-
lemnitas, & iuſta cauſa.*
3 *Solemnitates in alienationibus rerum Eccleſiæ re-
quiruntur fauore publico, ne Eccleſiæ depaupe-
rentur.*
4 *ab Eccleſia curata, quando eſt diſmembranda
cura, vt validè procedatur, requiritur conſen-
ſus omnium Patronorum, & vocandi ſunt Pa-
rochiani.*
5 *Induſtria perſonæ, ſi fuerit electa per verba per-
ſonaliſſima, ceſſat facultas id alteri concedendi.*
6 *Vicarij aſſertioni non ſtatur, ſi agatur de præiu-
dicio tertij.*
7 *Cauſa diſmembrationis beneficij debet eſſe, vel
neceſſitas, vel euidens vtilitas.*
8 *ab Eccleſia Parrochiali vt diſmembretur cura
impedimentum accedendi ad d. Eccleſiam, vel
quid ſimile debet eſſe perpetuum.*
9 *Solemnitas & iuſta cauſa requiritur in diſmem-
bratione curæ ab aliqua Eccleſia, cum d. diſ-
membratio ſapiat alienationem.*

DECISIO LXVIII.

DOMINI ſteterunt in deciſis die 22. [illegible]
1633. & 15. Ianuarij 1635. Diſmembra-
tionem, de qua agitur fuiſſe inualidam, tam ex de-
fectu ſolemnitatis, quam cauſæ. Nam cum ſit qu[æ]-
1 dam † ſpecies alienationis *Achil. deciſ. vnic. de
Eccleſ. non alien. Rot. deciſ. 1. eod. tit. in nou.* indu-
2 bitatum eſt † requiri ſolemnitatem, & iuſtam cau-
ſam pro ſui validitate.

In caſu autem noſtro, & cauſa deſideratur, &
ſolemnitas, de qua planè nullibi conſtat, cum non
fuerit citatus Rector S. Gregorij, cuius conſenſus
erat adhibendus, & illius vocatio non requireba-
3 tur † ſolum pro eius intereſſe, ſed pro forma indu-
cta ad rigorem iuris obſeruandum in fauorem pu-
blicum, ne Eccleſiæ depauperentur, vt tenuit *Rot.
in Toletana parrochialis de Madrid 1. Febr. 1602.
coram bo. me. Card. Pamphilio penes Garz. de benef.
par. 12. cap. 3. nu. 8.* Nec requiſitus fuit omnium
Patronorum conſenſus, nec fuerunt vocati Parro-
chiani, de quorum intereſſe agebatur, qui cum nõ
4 fuerint citati, diſmembratio † dicitur nulla, tam
attenta diſpoſitione iuris communis, quàm etiam
ex forma *Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 7. cap. 6. &
ſeſſ. 24. cap. 15. de reform. Rot. deciſ. 455. nu. 6. p. 2.
recent.* Pariter conſiderabant DD. non acceſſiſſe
conſenſum Metropolitanæ requiſitum iuxta teno-
rem Indultorum *bon. mem. Card. Ludouiſij Rot. in
recent. deciſ. 239. nu. 5. par. 1.*

Neque Dominis viſa fuerunt ſuffragari indulta
conceſſa à ſanct. mem. Gregorio XV. recol. mem.
Cardinali Ludouiſio, quia cum in eis non fiat men-
tio de Beneficijs de Iurepatronatus, in illis non

com-

comprehenditur hæc Parochialis de Iurepatronatus Laicorum. Vltra ius dicebant DD. indulta prædicta eſſe perſonalia, quæ propterea non poterant communicari alijs, & per conſequens talis diſmembratio non poterat fieri, niſi ab ipſomet Cardinali, cuius induſtria fuerat electa per verba perſonaliſſima in eiſdem indultis; itaut † ſit concludendũ
5 Cardinalem huiuſmodi facultatẽ nemini dare potuiſſe. *Caſtren. conſ. 177. ante num. ſecundum verſ. tum quia illis erat commiſſa lib. 2. idem conſ. 221. ante nu. 5. verſ. ſuper tertio reſpondetur eod. lib. 2. cum alijs allegatis in Romana vineæ 19. Nouembr. 1629. coram me*, & quatenus potuiſſet ſubdelegare Vicarium, nullibi conſtat id factum fuiſſe, niſi ex aſſertione eiuſdem Vicarij, quæ non probat,
6 † cum in hac re non ſtetur ſoli illius aſſertioni, *Oldrad. conſ. 251 num 2. Caputaq. deciſ. 370. part. 3. Garz. de benef. par. 12. cap. 2. nu. 120. & 122.*

7 De cauſa, quæ debet eſſe, vel † neceſſitatis, vel euidentis vtilitatis *Rota in Marſicana diſmembrationis fructuum penes Garz. de benef. d. pa. 12. cap. 3. num. 4. Rota in Nicien. diſmembrationis 11. Decembris 1615. coram Eminentiſſ. D. Cardinale Pamphilio*, & ad hoc benefaciunt tradita *per Adden. ad ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 504. num 8.* minus conſtat, quòd aliqua vigeat, vt potuerit validè fieri diſmembratio, cum cauſæ allegatæ non ſint tales, quæ ſuffragẽtur ex deductis in dictis duabus deciſionibus in hac cauſa factis, tendunt enim potius ad erectionem ſimplicis beneficij, quàm ad alium finem. Maximè quia ex ponderatis in vltima deciſione 15. Ianuarij præteriti, probatur non conſtare de continuo impedimento; per quod impediatur aditus ad Eccleſiam S. Gregorij, & DD. ex eo quod articuli dati pro parte Rectoris S. Gregorij ad effectum retardandi executionem mandati de manutenendo non concludebant perpetuum impedimentum accedendi ad dictam Eccleſiam,
8 propter aquarum inundationem, † vt ad effectum diſmembrationis requiritur, vt tenuit *Rot. in rec. d. deciſ. 259. nu. 3. & ſeq. & dec. 484. nu. 4 par. 1.* denegarunt remiſſoriam 25. Iunij præteriti confirmando, quod iam reſoluerant 11. Decembris ſuperioris anni.

Supradictis accedit, quòd ſolemnitas, & iuſta
9 cauſa, neceſſaria in diſmembratione † curæ animarum, quæ ſapit alienationem; *Lap. alleg. 66. num. 3. & 5. Abb. in c. ad audientiam il primo in primo notab. de Eccleſ. ædifican. Rot. in deciſionibus, quæ referuntur in d. deciſ. 239. num. 1. par. 1. recent.* copulatiuè requiruntur, nec vnum ſine alio ſufficit, *cap. 1. de reb. Eccleſ. non alien. in 6. Clem. 1. eod. tit. Doct. in Car. ſine exceptione 12. quæſt. 2. cum alijs per Rot. deciſ. 119 num. 2. in fin. par. 1*

Et cum neutrum probetur, non ſolemnitas, nec iuſta cauſa; merito DD. ſteterunt in deciſis.

☞ * *Prima eſt deciſio 223. in præcedenti parte. Altera eſt deciſio 6. ſupra in hac eadem parte, vbi in fine poſui reliquas deciſiones in hac cauſa.*

R. P. D. MERLINO.

Romana ſcutorum 4000.

Die Mercurij 4. Iulij 1635.

ARGVMENTVM.

Tolle iſtas pecunias, ſi quis alicui dixerit, eo non flagitante, quæritur quomodo iſte contractus ſit vocandus, aliqui putauerunt eſſe contractum mutui, alij depoſiti, alij innominatum, alij donationis &c. ſed in hoc quid certi non poteſt firmari, ſed recurrendum eſt ad præſumptiones, & coniecturas, & in caſu deciſione fuit deciſum ex cõiecturis eſſe donationis contractum. Magiſtralis, & mirabilis deciſio eſt.

SVMMARIVM.

1 *Donatio in dubio in dubio non præſumitur.*
2 *Cauſa alia, quando deſiunt poteſt, immo coniectura qualis, qualis, & leuis occaſio, ſemper excludenda venit donatio.*
3 *Donationis materia noſtris hiſce temporibus adeo receſſit à praxi, vt ferè eius memoria deleta videatur.*
4 *Error potius, & fatuitas cenſenda eſt, quam donatio.*
5 *Donatio tunc in dubio multo magis excludenda venit, quando ſumma data eſt valde notabilis. & num 6.*
7 *Donationis præſumptio tunc multo magis reijcienda venit, quando dans in liberalitatem non eſt multum propenſus.*
8 *Solitum inter perſonas eiuſdem qualitatis valde attendendum ad eruendã veritatẽ alicuius facti.*
9 *Animus repetendi ſummam maiorem arguitur in eo, ſi repetijt minorem.*
10 *Pecunias, ſi quis dederit alicui, & eas deſcripſerit in proprio Kalendario ex hoc deprehenditur animus repetendi.*
11 *Donatio facta abſenti, vt valeat quid requiratur.*
12 *Mandatum aliunde probari debet, quam per aſſertionem mandatarij.*
Mandatum non præſumitur, niſi de eo doceatur. num. 12.
13 *Abſens non poteſt acceptare, & ratificare donationem ei factam per mortem donantis.*
14 *Inſinuatio tàm in donatione expreſſa, quàm in tacita requiritur.*
16 *Pecunias aliquas, ſi quis Titio nihil flagitanti dederit, qualiter d. contractus ſit vocandus, & vbi Doct. tractent iſtam quæſtionem. vide nu. 15.*
17 *Aliqui enim tenent, quòd ſit depoſitum, alij quòd ſit contractus innominatus, alij quòd ſit donatio ſed iſta quæſtio circumſtantijs, & coniecturis dirimenda eſt, & num. 19.*
20 *Donationis præſumptio vehemens deprenditur ex arcta conſanguinitate contrahentium.*
21 *Conſanguinitas non ſufficiens eſt pro præſumenda donatione fallit num. 22.*
23 *pro Donatione præſumenda ſatis eſt ſola ſanguinis neceſſitudo.*

24 *Liberalitatis, ac munificentiæ præſumptio oritur ex nobilitate, & num. 50.*

25 *Nobilitatis propria, & peculiaris virtus eſt liberalitas.*

26 *Nobilitas hanc ſibi quodadmodo legem conſtituit, vt debere ſe, quod ſpontè tribuit exiſtimet, & niſi in beneficijs creuerit nihil ſe præſtitiſſe putet.*

27 *Donatio arguitur ex nobilitate.*

28 *Qualitas ſimilis præſumitur aliquem impuliſſe ad aliquod faciendum.*

29 *Naturalis ſanguinis ratio, & ciuilis militiæ, vbi concurrunt, faciunt menſuram largitatis ſuperfluentem.*

30 *Donatio tunc multo magis eſt præſumenda, quando merita donatarij, quæ remunerationem exigunt, & ad donandum donans laceſſunt.*

31 *pro Donatione coniectura deſumi poteſt eximia charitate, & amore donatoris erga donatarium.*

32 *Donatio eſt præcipuum dilectionis argumentum, & pignus.*

33 *Amicus qui eſt, non mutuat, ſed donat.*

34 *Milites in bellorum anguſtijs ſæpe egere ſolent, & pauperes dicuntur.*

35 *Occaſio, & opportunitas poteſt reddere aliquem efficaciorem ad aliquid operandum.*

36 *Pecunias, ſi quis dederit alicui, & poſtea nunquam illas repetijt, & in teſtamento de eis nullam mentionem fecit, ex iſta taciturnitate reſultat donationis præſumptio, quod amplia num. 37.*

38 *Liberalitas, necnon munificentia ex quibus comprobetur.*

39 *pro Donatione arguenda multum influit mos, & conſuetudo alicuius largiendi, ac ſumptuosè erogandi.*

40 *Donatio vna præbet coniecturam, & præſumptionem ad aliam.*

41 *Pecunias noluiſſe repetere præſumitur quis, ſi eas non deſcripſerit ad effectum repetitionis, & præſertim ſtante eius ſolito deſcribendi. num. 42.*

43 *Piaculum deteſtabile etiam fuit ethnicis.*

44 *Mutuans dicitur etiam præſtare auxilium.*

45 *Intellectus ille non eſt recipiendus, qui nullatenus conuenit ſubiectæ materiæ.*

46 *Contrahentis mens, potius quam verba attendi debet.*

47 *Verba intentioni contrahentium precisè inſeruire conuenit.*

48 *Teſtes deponentes de credulitate admittuntur, ſi deponant de actu latente in animo.*

49 *Teſtibus deponentibus de credulitate, tunc multo facilius ſtandum, quando in illa materia ſuper qua deponunt recurrendum eſt ad coniecturas.*

50 *Teſtes de credulitate coniunguntur cum teſtibus de auditu ab ipſo principali in eius præiudicium, ad hoc vt inſurgat plena probatio.*

51 *Teſtes ſingulares non probant donationem, & debent eſſe omni exceptione maiores.*

52 *Teſtes ſingulares admittuntur ad detegendam voluntatem, & ad probandum ea, quæ pendent ab animo.*

53 *Teſtes ſingulares, ſi ſint adminiculati pluribus coniecturis plenè probant.*

54 *Maluaſ. conſ. 1 [illegible] 6. num. 25. declarat. r.*

55 *Teſtes præſumuntur bonæ fidei, & conuerſationis, dum contrarium non probatur.*

56 *Teſtium fides augetur, ſi vſque ad mortem in ſua depoſitione permanſerint.*

57 *Teſtium numerus ſupplet defectum aliquorum teſtium.*

58 *Teſtium dicta non ſunt cauillanda, nec rigidè examinanda, dum ex tota ſerie facti, & ex circumſtantijs deprehenditur [illegible] ſimilia deponere.*

59 *Con[illegible] tentis atte[illegible]itur.*

60 *Pecuniæ ſi ad aliquem peruenerint nil refert, dum non ſumus in perſonis, & contractibus, in quibus non debet probari verſio.*

61 *Pecunia recipit functionem in genere ſuo.*

62 *Coniecturæ, & teſtium depoſitiones con[illegible] ſimul, & coarceruatim ſunt accipiendæ [illegible] ex vniuerſo earum cumulo Iudex animum ſuum informet.*

63 *Teſtium depoſitiones, & coniecturæ fulciunt adinuicem, & mutuo ſe corroborant.*

64 *Donatio in dubio non præſumitur ſed ſecus eſt, quando pro donatione concurrunt coniecturæ, [illegible] amicula & teſtium [illegible] ſitiones.*

65 *in Donationis materia recurrendum eſt ad coniecturas, ex quibus vbi ſunt plures, & efficaces, conflatur vera, & ciuilis probatio.*

66 *Actor quando quis eſt, [illegible] reus, releuatur ab onere durioris probationis.*

67 *ex Mutuo, quis contra aliquem agens concludenter, & plenè debet illud probare.*

68 *Pecunias dans alicui ad certum effectum, & cauſam, ſat eſt docere ſe in cauſam deſtinatam eas impendiſſe, quo conſtito ceſſat repetitio.*

69 *Donari videtur, quod nullo cogente datur.*

71 *Mathilda Comitiſſa dixit aliquantulum terræ Eccleſiæ tradidiſſe, quamuis donaſſet 30. te[illegible] milliaria.*

72 *Magnificentiæ prudentis proprium eſt, vbi honorifica occaſio ſe præbet ſumptibus non parcere.*

73 *Largitio magna præſumitur facta ſanguine coniunctis, dum ſuppetunt diuitiæ, & concurrit nobilitas. vide nu. 74. & 75.*

76 *Donatio facta abſenti ſubſtinetur etiam ſi [illegible] interuentu Nuncij & epiſtolæ, ſi conſtet de acceptatione donatarij.*

77 *Donatarius abſens dum ſcit donationem ſibi factam eſſe, ex quo agitur de ſuo lucro cenſetur eam acceptaſſe.*

78 *Donatio facta perſonæ arctiori ſanguinis neceſſitudine coniunctæ abſenti ſubſtinetur, dum [illegible] aliquam [illegible] nam præſentem, quamuis extraneam ſit acceptata, itaut non requiratur ratificatio abſentis.*

79 *Donatio tacita facta abſenti ſubſtinetur etiam nemine acceptante.*

80 *Donatio dum non fuit reuocata per donantes, nec illam poſſunt facere eius heredes.*

81 *Mandatum probari poteſt per teſtes.*

82 *Mandatum etiam probatur coniecturis, & præſumptionibus*

83 *Statuta intelligenda ſunt prout de iure.*

84 *Donatio, quæ conſiſtit in ſola traditione inſinuari non poteſt, nec debet.*

85 *Actus, qui non ſint capaces inſinuationis.*

86 Do-

86 *Donatio, quando ſit ob cauſam, quæ reſpiciat commodum donantis, inſinuatione non eget. & n.87.*
88 *Donatum militibus ex cauſa militiæ inſinuatione non indiget.*
89 *Militiæ fauore valet donatio inter patrem, & filium inter virum, & vxorem, neque venit in collatione bonorum.*
90 *Donatio cauſa militiæ, cum ſit ad inſtar donationis cauſa dotis, & matrimonij, ideo non debet inſinuari.*
91 *Militiæ cauſa eſt magis priuilegiata, quam cauſa dotis.*
92 *Studij cauſa datum à quocumque extraneo ſi bſiſt t abſque inſinuatione.*
93 *Reipublicæ intereſt non minus impleri doctis hominibus, quam liberis.*
94 *Argumentum valet à re literaria ad militiam.*
95 *Milites armis, Doctores verò legibus vitas bonorum defendere dicuntur.*
96 *Militiæ cauſa eſt magis priuilegiata, quam cauſa ſtudij.*
97 *Milites noſtri temporis gaudent omnibus priuilegijs militaribus, quæ conceſſa ſunt in recompenſationem laborum, ſi arti militari incumbant in expeditione.*

DECISIO LXIX.

DISCEPTATVM fuit, an ſcuta 4000 quæ à bon. mem. D. Leone Strotio, mediante ſchedula mercantili, quam vulgo, *ordine di Banco* appellamus fuerunt ſoluta, ſint referenda in titulum & nomen mutui, vel potius donationis ad fauorem D. Pompei Frangipani, & cum pluries propoſitus fuerit articulus, nulla emananit reſolutio, quia Domini in diuerſas ſcrebantur ſententias.

A[illegible] et im[illegible] [illegible] ſcut. 4000. referenda eſſe [illegible] & [illegible] & mouebantur
1 ex regula, † quod donatio non præſumatur, deducta ex l. campanus. *ff. de oper. libert. l. cum de indebito. ff. de probat.* & in terminis pecuoiarum traditarum eam firmant *Bertrand. conſ.224. num.3. lib.2. vol. 1. Crot. conſ.186. nu.33. lib 2. Crauett. conſ.86. num.2. Rot. Ianuen. deciſ.72. num. 2.* quæ loquitur de ſimili ſolutione facta mediante Banco S. Georgij *Card. Mant. de tacit. & ambig. Conuent. lib. 13. tit. 5. nu. 8. in princ. & fin. verſ. ſ d ceſſantib. Io. Lup. de donat. §.11. nu.1.* & de traditione apochæ ſcripſit *Straccha de adiecto par. 4. quæſt.8. nu.5. in fin. & ſeq.* Et vbi alia cauſa deſu-
2 mi poteſt, † & coniectura etiam leuis, imò qualis, qualis occaſio, ſemper excludenda veniat donatio, *l. ſi cum aurum, ff. de ſolut. Afflict. deciſ 44. n 24. Rimin. Iun. conſ.274. nu.58. Bim. conſ.91. nu.26.* vbi quod hoc potiſſimum ſibi locum vendicat no-
3 ſtris hiſce temporibus, quibus † donationis materia adeò receſſit à praxi, vt ferè eius memoria deleta videatur. *Rota apud Card. Manc. dec. 90. num.8. & in recent. deciſ.113. nu.4. par.1.* potiuſq;
4 error, † & fatuitas cenſenda ſit, quam donatio *Rimin. Iun. d. conſ.274. num. 55. Becc. conſ. 90. nu.18. Oldoum. conſ.53. num.33.*

Quæ certiora etiam dicebantur reddi, attenta
5 ſumma notabili, nempè ſcut. † 4000. quam repetendi animum habuiſſe D. Leonem, non autem donandi, facilius præſumi debet, vt ponderant *Ruin. conſ.23 nu.38. lib.5. Crauett. conſ.86. nu.2. & 3. Becc. conſ.72. nu 71. & 77. Decian. conſ.15. nu.5. lib.3. Hondad. conſ.30. nu 20. lib.2. & dixit Rota in Mediolanen. Penſionis 1. Decemb. 1605. coram bo.me. Card. Marquemontio impreſſ. apud Mar-*
6 *cheſ.in. de commiſſ par. 3. fol. 225.* vbi † ſumma ſcut. 2000, habita fuit pro magna; Necnon etiam attento quod D.Leo licet multis præfulgeret virtutibus; non multum tamen in liberalitatem propenſus notatur ab Informantibus pro D. Marchio-
7 ne Strotio; quod & † contra donationis præſumptionem vrget, vt conſiderant *Alciat. conſ.31. nu.8. lib 8. Bertrand. conſ.141. nu.6. lib.2. Decian. conſ.84. nu.8. lib.4. Menoch. conſ.422. nu.74.* qui loquitur in Sene *Ciriac. Nigr. controuerſ. forenſ. cap.334. nu.2. & cap.329. num.88.*

Animaduertebantque etiam hi Domini, Olim eundem D. Leonem quingentos aureos tradidiſſe bon. mem. Abbati Frangipano fratri D. Pompeij, nullo expreſſo titulo donationis, nec mutui, & tamen euentus docuit, non fuiſſe donationem ſed mutuum, quippe conſtar intra paucos menſes dd. quingentos aureos reſtitutos fuiſſe, ideoque hoc ſolitum D.Leonis inter perſonas eiuſdem qualita-
8 tis, attendendum † eſſe dicebatur ad eruendam veritatem ambiguæ iſtius traditionis ſcutor. 4000. *ad l. ſi ſeruus plurium. §. fin. ff. de leg. 1. Decian. conſ 31. nu.142. lib 1. Card. Mant. de tacit. lib.3. tit.9. nu 67. & lib. 13. tit.21. nu.32 Rot. apud ſan. me. Greg. XV. deciſ.308. nu 5.* & de ſolito ad effe-
9 ctum † conijciendi animum repetendi ſummam maiorem io eo, qni repetit minorem, obſeruat *Afflict. deciſ.13. nu.22. verſ. decimo, &c.*

Nec perpendere omittebant, qui hanc ſententiam tuebantur, quòd in ſchedula illa directa Bancho S. Spiritus, fuit adiecta clauſula, vt receptio D. Marij acciperetur à ſoluente, & domi repertus fuit liber eiuſdem D. Leonis, vbi fuit adnotata ſo-
10 lutio illarum pecuniarum, ex qua † deſcriptione in proprio Kalendario depræhendi videtur animus repetendi, & voluerunt *Io. de Amic. conſ.62. n.21 Zaſ. ſingular. reſponſ. lib.2. cap.13. ſub nu. 1. Surd. de alim. tit.6. q.8. num.72. Menoch. præſumpt. 10. nu.14. lib.3. Gratian. diſcept.221. nu. 17. & dixit Rota in Mediolanen. Penſionis 1. Nouembr. 1605. coram bo. me. Card. Marquemontio.*

Poſtremo eſto etiam quòd fuiſſet donatio, tamen impugnabatur duplici ex Capite.

Primò, quòd eſſet facta abſenti nempè D. Pompeio, tunc in Caſtris pro Rege Chriſtianiſſimo, dum ab obſidione tueretur Arcem Caſalenſem
11 degenti, ſine interuentu Nunci, vel Epiſtolæ † prout requiritur pro validitate donationis factæ abſenti *ex l. 2. §. ſed ſi quis donaturus. ff. de donat. Clar. in §. donatio. q. 12. Peregr. conſ.69. nu.14. lib.3. Surd. conſ.351. nu.29. Cabal. conſ.168. nu.4. lib.1. Ciriac. Nigr. contr. for. cap.58. nu.21.* ſchedula autem illa ſubſcripta à D. Leone erat directa Bancho S. Spiritus, & Iuſſum, vt ſolueretur Domino Mario, nullumque ibi aderat verbum, quo iniungeretur D. Mario tranſmiſſio pecuniarum ad D. Pompeium, & tamen mandatum huiuſmodi

12 eſſet† probandum aliter quàm ex aſſertione man-
datarij, cum illud non præſumatur *Card. Mant. de
de tacit, lib.7.tit.4.nu.1.& ſeq. Put. deeiſ.281.n.2.
lib.1.Rot.dec.653.n.2.par.1.rec.* Nec hodie defun-
cto iam D. Leone Donante, fieri valet acceptatio,
& ratificatio à D. Pompeio, cum per mortem il-
13 lius † ordo expiraſſe videatur, itaut repetitioni
pecuniarum per hæredes, locus eſſe poſſit *ex d. l. 2.
§. ſed ſi quis donaturus, ff. de donat. Alex. conſ.24.
nu.9.lib.5. Crauet. conſ.252. num.1. Cabal. dicto
conſ.168, nu,2. & ſeq. lib.1.*

Secundò, quia tàm de Iure communi *ex l. ſan-
cimus, C. de donat.* quàm ex diſpoſitione *Statuti
14 Vrbis lib.1.cap.150,* requirebatur inſinuatio, † quæ
adhiberi debet in quacunque donatione etiam præ-
ſumpta, & tacita, quæ ſcilicet non fit nuncupatim,
& expreſsè verbis certum mentis conceptum ex-
primentibus, ſed ex præſumptionibus inducitur,
vt docuerunt *Bart. in l. fin. num.3. C. de rei vxor.
act. Curt. Iun. conſ.126.nu.14. ad med. Grat. in
diſcept. for. cap.693. nu.8* Nec modò inuito hære-
15 de D. Leonis, † & in eius præiudicium inſinuatio
fieri poteſt, *Becc. conſ.66.nu.19. Rimin. Iun. in §.1.
Inſtit. de donat. nu.556. & 558. Peregr. conſ.76.
num.23.lib.1.*

Qui verò ex Dominis, contrariã amplectebantur
ſententiam, Quæ tandem hodie præualuit, &
16 reſolutum fuit, conſtare de donatione, † aiebant
hanc quæſtionem fuiſſe enucleatam à DD. *in l.
cum quid. ff. ſi cert. pet.* & ex recentioribus I. C.
*à Menoch. de arbitr. Iud. lib.2. caſ.88. & de præſ.
lib.3. præſ.34. Mant. de tac. lib.13. tit.5. n.8. Parlad.
rer. quotidian. cap.3. nu.42. Surd. conſ.24. nu.15.
& 16. & conſ.534. per tot. D. Fachin. controuerſ.
Iur. lib.2. cap.53.* A quibus proponitur Thema,
17 quòd Titius Caio nihil flagitanti dicat, † Tolle
iſtas pecunias, in quo licet inter ſe multum certa-
uerint Doctores, & aliqui putauerint eſſe contra-
ctum mutui, Alij cenſuerint eſſe contractum de-
poſiti, Alij innominatum dixerint, nec defuerint
18 etiam, † qui ad donationem retulerunt, vt in ſpecie
Menoch. d. præſumpt.34. nu.17. Attamen in hoc
conuenere omnes, totam hanc controuerſiam ex
facti circumſtantijs, & particularibus coniectu-
ris dirimendã eſſe, adeout in ea talem eſſe exiſtime-
mus contractum, qualẽ prudens, & Æquus Iudex
exiſtimabit, perpenſis omnibus, quæ vel perſonam
dantis, vel recipientis merita, & qualitates vel
19 tempus, vel actus poſteriores concernunt, † & apta
ſunt ad perſuadendum magis vnum, quam alium
contractum initum fuiſſe, Ita magiſtraliter ſcripſit
*Bart. in d. l. cum quid. nu.11. verſ. ſed ſi ſimplici-
ter. & ibid. Alciat. nu.58. ff. ſi cert. pet.* & ſequuti
ſunt *Surd. conſ.534. nu.9. ante fin. & 10. ac nu.36.
& in tract. de alim. tit.6. quæſt.11. num.50. Capi.
deciſ.180. nu.11. Menoch. de arbitr. Iud. caſ.88.
nu.8. & præſumpt.34 nu.28. lib.3. Anton. Gomeſ.
var. reſol. tom.2. cap.4. num.5. verſ. quod tamen
intellige, clarè D. Fachin. controuerſ. Iur. d. c.53.
verſ. Ego verò.*

In hac autem facti ſpecie, plures, atque vrgen-
tes proponebantur coniecturæ, quæ Dominum
Leonem actum donationis facere intellexiſſe ar-
guebant.

20 Prima eſt arcta conſanguinitas † inter ipſum, &
D. Pompeium intercedens, erant enim Auuncu-
lus, & Nepos, ex qua vehemens depromitur do[illegible]
tionis præſumptio, vt cenſuit *Bart. in d. l. cum quid
ſub nu.11. verſ. idem ſi erat forte. ff. ſi cert. pet. Soc-
cin. iun. conſ.134. num.79. lib.3. Surd. conſ.112.
nu.46. in fin. & conſ. 173. nu.36.* qui loquitur in
nepote, *& conſ. 534. nu. 12. Card. Mantic. de ta-
cit. lib.13. tit.19. nu.6. & 7. Menoch. d. præſu[illegible]
34. nu.28. Peregr. conſ.94 nu. 14. lib. 1* qui [illegible]
nepote conſuluit *Rota deciſ.305. num.5. par.2.
deciſ.322. nu.11. par.4. recent.* quæ pariter pro ne-
pote emanauit.

Et quamuis non ignorarent Domini, plerosque
ex ſcribentibus, exiſtimaſſe huiuſmodi conſang[illegible]
21 nitatem † non ſufficere pro inducenda donati[illegible]
& præſertim *M. noch. conſ. [illegible] 1. num.53. Surd. [illegible]
290. num.60.* Tamen quando a[illegible]s, vt in [illegible]
ſenti, fulfulta eſt coni[illegible]turis, & præſumption[illegible]
22 † validiſſimam eſſe ad inferendam donation[illegible]
maximi fieri à Doctoribus animaduerterunt [illegible]
*Surd. d. conſ.534. nu.40. verſ. reſpondetur. etenim
& num.41. & Card. Mantic. d. ta[illegible]b.13. tit.1[illegible]
num.9. verſ. & in hoc caſu, & tit.22. num.7. ve[illegible]
23 etſi res.* imò ab aliquibus co[illegible]ltum fuit, † ſol[illegible]
ſanguinis neceſſitudinem, ſatis eſſe pro euince[illegible]
donatione, vt *Soccin. iun. conſ.48. nu. 40. lib. 4*
alij relati per *Manent. conſ.82. nu.1. lib.1.*

Secundam recenſebant coniecturam, quòd p[illegible]
24 cipua nobilitate, † tàm donans, quàm donat[illegible]
præfulgent, oritur munificẽtiæ, & liberalitati[illegible]
ſumptio, quæ propria, & peculiaris eſt nobi[illegible]
25 virtus, † vt inquit *tex. in cap.1. extra de don[illegible]
Hanc ſibi quodammodo nobilitas legem imp[illegible]
debere ſe, quod ſpontè tribuit, exiſtimet, &
26 † beneficijs creuerit, nihil ſe præſtitiſſe p[illegible]*
textum literis aureis ſcribendum dixit *T[illegible]
27 nobilit. cap.37. nu.40.* & ita pro donation[illegible]
*Bona. de Curte de nobilit. par.5. nu.28. D[illegible]
art. teſtandi caut.2. num.[illegible]. Michael Paleaz.
iorat. par.1. quæſt.51. nu.21. Surd. de alim
quæſt.11. nu.46. Menoch. de arbitr. d. caſu [illegible]
Card. Mantic. de tacit. lib.13 tit.17. nu.7. H[illegible]
conſ.30. nu.1. lib.2.*

Tertia coniectura eſt, quia aderat cauſa prop[illegible]
tionata, & veriſimiliter impellens Do[illegible]
nem ad donandum, cum enim i[illegible]mpe præci-
puo ſtudio partes Regum Galliarum pro[illegible]
fuerit, lætabatur multum, dum nepos in milita[illegible]
honorifico munere, Regis Chriſtianiſſimi arm[illegible]
incumberet, teſteſq. aſſerunt, ipſum D. Leon[illegible]
geſtire ſolitum, dum audiret Nepotem maiorum
ſuorum veſtigijs inſiſtere, & Galliarum Regi ope-
ram, atque arma ſtrenuè impendere, quippe pater
patrui, & alij maiores D. Leonis pluries in Caſtris
Galliarum Reges inſequuti fuerant, & in Italia pro
iſdem Regibus, ac ſignanter in bello Senenſi [illegible] ar-
morum Duces egerant, & maritimæ claſſi præfue-
28 rant, vnde hanc † quali[illegible]atem maxi[illegible] impuliſſe
D. Leonem ad donandum cenſendum eſt *iuxt. l. cũ
alleg.1. C. de Caſtrenſ. pecul. lib.12. vbi Io. de Pla-
tea notat*, fratrem præſumi inſtitutum hæredem à
fratre contemplatione commilitaris qualitatis, ad-
ditq. in fine, quòd vbi naturalis ſanguinis ratio, &

& ci-

29 † & cauſis militiæ concurrunt, faciunt menſuram
largitatis ſuperfluētem, *l. ſi hæreditatem ab agna-
to. ff. de Caſtrenſ. pecul. Maſcard. de probat. concl.
559. num. 8. & 10. Menoch. præſumpt. 29. num. 42.
lib. 3.* Iunctis præſertim meritis, & bellicæ virtutis
30 laude † D. Pompei, adeo perſpectis eidem D. Leo-
ni, quæ iure quodam ſuo remunerationem exige-
rent, & ad donandum laceſſerent *Rim. ſen. cōſ. 526.
num. 10. verſ. vel alias lib 3. Bero. conſ. 178. num. 8.
lib. 2. Surd. conſ. 24 num. 4. verſ. vel præceſſerunt
merita lib. 1.*

31 Quarta eſt coniectura, eximia eiuſdem Leonis
erga D. Pompeium charitas, & amor, qui eo vſque
proceſſerat, vt prægaudio dum de illius virtute, ac
ſplendidis moribus ſermō incideret, inuiſſe oculis
lacrymæ ſuborirentur, vt dicūt teſtes nempè quartus,
ibi, *quando parlaua del Signor Pompeo per l'a-
mor grande, ch'egli portaua, gli veniuano le lagri-
me à gli occhi*, & quintus *detto Signor Leone mi
mi ſoggiunſe, veramente la gentilezza, magnani-
mità, e bontà del Signor. Pompeo non ſi può deſide-
rar maggiore, & dicendo queſto gli veniuano le
lagrime à gli occhi*, cum quibus in ſubſtantia con-
cordat etiam primus, & ſecundus teſtes, præcipuū
32 autem dilectionis †, argumentum, & pignus eſt
donatio ſecūdum doctrinam *Philoſophi lib. 9. ad Ni-
comac. cap. 9 & problem ſect. 29. cap. 2.* vbi per bel-
33 lè ac hanc rem ait *quod † non mutuat, ſed donat,
qui amicus eſt*, & ex noſtris obſeruant *Bald. in l. 2.
nu. 3. C. de iur. dot. Rimin. ſen. conſ. 526. ſub n. 10.
lib. 3. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſumpt. 78. nu 2.
Menoch. de arbitr. iudic. caſu 88 nu. 59. Card. Man-
tic. de tacit. lib. 13. tit. 10. nu. 8. & tit. 20. ſub n. 1.
& ſeq.*

Quinta ex eo deducitur, quòd ipſe D. Leo Stro-
tius diuitiis plurimū affluebat, carebat filijs, nul-
loſq. ſanguine propinquiores habebat, quam D.
Pompeium, & fratre[illegible], nec prægrauatus erat oc-
caſione aliorum ſumptuū, ſed opes ſolum coacer-
uabat, D. verò Pompeius non his pollebat diuitiis,
quę & ſuam nobilitatem æquarent, & pro gerendo
[illegible] munere bellico in ardua obſidione ſuppeterēt,
& in hac materia diuitiæ, & paupertas attentis cir-
cumſtantijs perſonarum, & calamitate temporum
34 perpendi debent, Militeſq. in † bellorum anguſtijs
ſæpiùs egere ſolent, & pauperes dicuntur, prout
exemplo Scipionis, Fabritij, Valerij Publicolæ, &
aliorum doctè tradit *Guillelm. de Benedict. in cap.
Raynutius, verbo teſtamentum, il 1, num. 36. de te-
ſtam.* Vnde veriſimile omnino eſt, & prudentiæ cō-
gruit, vt ditiſſimus Auunculus, egenti nepoti ſub-
ſidio eſſe voluerit pecuniarum dono, cuius maius
35 etiam precium, † & efficaciorem gratiam conci-
liabat opportunitas, & occaſio belli ad tradita per
*Bart. in d. l. cum quid ſub nu. 11. verſ. quid enim.
ff. ſi cert. pet. Surd d. conſ. 534. nu. 21. & 42. Me-
noch. de arbitr. iud. caſu 88. nu. 49. Card. Mantic.
de tacit. lib. 13. tit. 20. nu. 7. Aldobran. conſ. 99. ſub
num. 17. lib. 1.*

Sextam deſumebant Domini coniecturam, ex
quo per duos ferè annos, quibus D. Leo ſuper vixit
numquam repetijt pecunias, nullamq. de hoc cre-
dito in teſtamento mentionem fecit, imò iſtis ne-
potibus reliquit Equos, & Hortos ad exquilias, ex

36 † qua taciturnitate valida inſurgit donationis præ-
ſumptio, vt ſcripſerunt *Alciat. de præſumpt. regul. 1.
præſumpt. 32. ſub nu. 6. verſ. ſed tu aduerte. Surd.
conſ. 534. num. 27. Oſaſch. deciſ. 132. nu. 19. Card.
Mantic. de tacit. lib. 13. tit. 16. nu 4. & 8.* maximè
in viro, quem accuratiſſimum in re familiari aſſe-
runt informantes pro D. Marchione Strotio, lega-
tumq. illud hortorum exquilinorum, & equorum,
37 conducit † ad aſſequendam voluntatem Leonis nō
repetendi pecunias per duos ferè annos ante lega-
tarijs traditas *Faber. in ſuo Codice lib. 5. tit. 5. diffi-
nit. 8. nu. 2. verſ cui enim. Honded. conſ. 47. n. 34.
lib. 1. Rot. coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 439. n. 8.*

Septima cōcurrit coniectura, quòd licet D. Leo
decorè parſimoniæ deditus eſſet, generoſum tamē,
& magnanimum fuiſſe dicunt teſtes, dum congrua,
& honorifica occaſio erogandi ſeſe offerret, bene-
merito enim famulo donauit prædiū notabilis va-
loris, in expeditione Ferrariæ magnifico ſumptu, &
nobili cum comitatu adhæſit clari nominis Petro
Card. Aldobrandino ſanct. mem. Clem. VIII. Pont.
Max. Nepoti, eamdem Ciuitatē pro Sede Apoſto-
lica recipienti, & in Galliam ad Henricum IIII.
Legato, nec minus ſplendidè ſe geſſit, dum in Hiſ-
paniam cum bo. me. Ioanne Francisco Aldobrandi-
no profectus eſt magnumq. religioſæ illius liberali-
tatis monumentum conſpicitur in Sacra Aede D.
Andreę ad Vallem, hoc eſt Sacellum Aeneis ſtatuis,
Peregrinis lapidibus, & nobili ſtructura abſolutum,
& alias in dandis muneribus vbi glorioſa ferret oc-
caſio, prodigus fuit, erga D. Pompeium, ac D. Ma-
rium, in hunc Ferrariæ pro Sede Apoſtolica Præfe-
ctum Armorum, & in Belgio Pannoniaq. ſtrenuè
Militantem, in illum verò Auenione itidem pro
Sede Apoſtolica Armorum Præfectum, & in Gal-
lias proficiſcentem, ex quibus nedum liberalitatē,
38 ſed † & magnificentiam cōprobari cōſtat ex tradi-
tis per *Ariſtot. lib. 4. Moral. cap. 2*, & eleganter per
Pontan. in tract. de Magnificētia, mos autem iſte,
39 & conſuetudo largiendi, † ac ſumptuosè erogandi,
multum influit pro arguenda etiam donatione in
caſu præſenti, vt ſignanter monuerunt *Rimin. ſen.
conſ. 526. nu. 11. lib. 3. Aldobr. conſ. 99. nu. 18. lib. 1.*
40 & vna † donatio præbet coniecturam, & præſump-
tionem ad aliam inferendam ſecūdum *Cephal. cōſ.
325. num. 67. Gabr. conſ. 86. nu. 27. lib. 2. Menoch.
conſ. 82. nu. 17. Mandel. conſ. 241. num. 21. Rimin.
iun. conſ. 275. nu. 63.*

Octaua eſt, quòd ſi accuratus, & diligens tanto-
pere erat D. Leo, vtique ſi mutuare intellexiſſet, in
Codice familiari adnotaſſet creditum hoc ſcutorum
4000. hæredemq. ſuum in aliqua nota, vel Codicil-
lis monuiſſet, vt ſi quando D. Pompeium pro re-
ſtitutione pulſare voluiſſet, vnde iudicium inchoa-
ret, & probationes deſumeret, commodè haberet,
41 quòd cum prætermiſerit hinc reſultat datum verè
fuiſſe animo non repetendi, ſed donandi, vt dixe-
runt *Dec. conſ. 21. ſub nu. 6. Burſat. conſ. 83. nu. 13.
lib. 1. Surd. conſ. 534. nu. 29. verſ. item non tenuit,
& de aliment. tit. 6. quæſt. 11. num. 54. in fin. Aldo-
brand. conſ. 99. n. 20. lib. 1. Rota coram Card. Ca-
ualer. deciſ. 636. num. 3.* Præſertim vero, quia alias
dum mutuauit D. Mario ſcut. 2000. efflagitauit
ſchedulam cum obligatione Camerali à cauſidico
con-

42 conſcriptam, † vnde ſi idem intellexiſſet, dum tra-
didit ſcut. 4000. tranſmittenda ad D. Pompeium,
modo ſibi cauiſſet, vt benè arguit *Surd. d. conſ. 534.
ſub nu. 29. Mandel. conſ. 12. nu. 8. lib. 1.*

Nullius vero momenti arbitrabantur Domini illam adnotationem in libro nuncupato *Rincontro del Banco*, & in eo quòd Miniſtris Banchi S. Spiritus mandauerit, vt à D. Mario recipiente pecunias apocham receptionis exquirerent, quia hæc geſta ſunt in ordine ad campſorem; vt ſibi conſtaret, an creditor, vel debitor eſſet mercatoris, non autem erant in ordine ad D. Pompeium, de quo etiam nulla facta fuit mentio, & in eodem libro *del Rincontro* adnotatæ ſunt plures partitæ, quas non poterat D. Leo repetere, vt pro operarijs, & alijs mercedib.

Nona eſt coniectura, alijs omiſſis, quòd D. Pōpeius adhuc viuente D. Leone, & ſic tempore non ſuſpecto, quo veritas facile detegi poterat non clāculum, ſed palàm, & in Magnatum conuiuijs, & conſeſſu, aſſeruit ſibi donata fuiſſe hæc ſcuta 4000. ab Auunculo, magnificam eius laudans beneficētiam, & attenta nobilitate, ac virtute D. Pompei, in eo ſuſpicandum non videtur turpe hoc mendacium, & indecorum quodq. pecuniam mutuatam,
43 ſibi donatam, tàm conſtanter aſſeruerit, quod † vti
piaculum deteſtabile etiam fuit ethnicis *ex trad. per Ariſtot. problem. ſect. 29. cap. 2.* & faciunt notata per *Crauett. conſ. 244. num 6. Crot. conſ. 332. num. 10. & 14. Rot. poſt Pir. ad ſtat deciſ. 32. nu 9.* ſiq. verè mutuaſſet D. Leo pecunias, non autem donaſſet, nec conſultum fuiſſet indigētijs D. Pompeij in Caſtris degentis, & exigua laus acquiſita D. Leoni, ſi tantum à modicis vſuris liberaſſet nepotem ſplendidè, & fortiter armis incumbentem, de quo valdè gloriabatur, vt ſupra dictum fuit.

Denique in hanc reſolutionem etiā impulit Dominos depoſitio quatuor teſtium, qui & familiariter cum D. Leone ſæpius, & ſæpius commorari ſolebant, hi enim aſſerunt, D. Leonem dd. pecunias dediſſe D. Pompeio, vt honorificentius in Caſtris degeret, pro tuenda Arce Caſalis, & munus illud præclarum di *Mareſcial di Campo* dignius obiret.

Primus quippe teſtis ait, *Il Signor Leone diceua, che haueua rimeſſo li quattro milla ſcudi al Signor Pompeo, acciò ſi faceſſe honore, & che il danaro lo teneua pronto per ſeruitio del Sig. Pompeo ſuo nepote*, & ibi, *Il Signor Leone per amoreuolezza, e beneuolenza hà fatto i detti Regali.*

Secundus verò teſtis inquit, *credo bene, che li detti ſcudi quattro milla li deſſe al Signor Mario, acciò li mandaſſe al Signor Pompeo, & che gli li habbia dato per amoreuolezza, & per donarli, perche non ſe ne fece far poliza, come fece à quelli del Signor Mario, ma gli li mandò ſponte, ſenza eſſer richieſto, perche ſapeua che ſi ſpendeua aſſai*, & ibi, *ſi moueua à far ciò per il grande amore, che portaua al detto Signor Pompeo, per amoreuolezza, & honoreuolezza ſua, perche ſapeua beniſſimo l'honore che faceua à ſe ſteſſo, alla caſa ſua, & à ſuoi parenti*, & ibi *Io tengo e credo, e [illegible] li volſe donare, ne altrimente voleua, che ſe gli reſtituiſſero, e queſto per le circonſtanze ſopradette.*

Et quartus teſtis deponit, *Il Signor Leone mi diſſe, che haueua donato quattro milla ſcudi al Signor Pompeo, acciò ſi faceſſe honore, e che gli ne haurìa anco donato dell'altri*, & ibi, *Il Signor Leone mi diſſe di ſua propria bocca, che gli haueua donato 4000 ſcudi, e che ſe biſognaua gli ne voleua mādar de gli altri* & ibi, *Il Signor Leone hà mandato, e donato 4000. ſcudi come ho detto di ſopra, acciò poteſſe reſiſtere alle ſpeſe ſi faceſſe honore, ſi animaſſe, ſi trattaſſe nobilmente, & queſto lo ſo perche detto Signore me l'ha detto di ſua propria bocca più volte.*

Quintus autem teſtis dicit, *Il Signor Leone non mi diſſe, che il Signor Pompeo gli haueſſe dimandato i denari, ma mi diſſe, che il Signor Pompeo era in vna gran ſpeſa in guerra, e che ſi faceua grande honore al pari di qualſiuoglia Signore, che foſſe in guerra, & acciò che poteſſe continuare à farſi honore, diſſe hauerli mandati, e rimeſſi per aiuto di coſta*, quod idem *per aiuto di coſta* repetit hic teſtis, iterum in ſua depoſitione, & alij teſtes dicunt, quod D. Leo pecunias dedit *per regalo*, quod verbum propriùs accedit donationi, & idem ſecundus teſtis ſubdit, *Il Signor Leone mi ſoggiunſe, veramente la gentilezza, magnanimità, e bontà del Signor Pompeo non ſi può deſiderar maggiore, e dicendo queſto gli veniuano le lagrime à gli occhi*, & concordat quartus teſtis aſſerens *di queſti nepoti ſe ne gloriaua, & à me teſtimonio hà detto più volte che erano Caualieri*, intelligens de D. Pōpeio, & de D. Mario fratribus, *e che de loro pari ce ne erano pochi in Roma.*

Inepta vero fuiſſent hæc encomia, & indecoræ lachrymæ, ſi tàm exagerati amoris ſignificatione erga nepotem D. Leo in mutuum terminaſſet,
44 † quamuis enim etiam mutuans dicatur auxilium
præſtare, vt inquit *Bart. in l. cuiuſq. num. 2. ff ad l. Iuliam maieſtatis.* tamen hic intellectus non con-
45 gruit † ſubiectæ materiæ, & beneuolentiæ, atque
enixæ voluntati D. Leonis in nepotem, iuxta tradita per *Ariſtot. problem. ſect. 29 cap. 2.* mens-
46 tem † donantis magis quam verba attendi d[illegible]
vt arguit *Theſaur. iun. qq. forenſ. lib. 2. quæ[illegible]*
47 *nu. 11.* verbaq. intentioni † præciſè inſe[illegible]
nenit *Card. Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 3. t[illegible] nu. 9.* & hunc terminum *aiuto di coſta*, Mag[illegible] importare [illegible] nem expoſuerunt.

Hiſq. teſtibus Domini plurimū deferebant, quia deponunt de auditu ab ipſo D. Leone, aſſignant cōgruas rationes, & aſſerunt veriſimilia, ac multū conſentanea tot ſupra ponderatis coniecturis, & præſumptionibus.

Et quamuis aliqui ex illis de credulitate deponant, tamen non inde ſunt reijciendi, dum deponunt
48 † de actu latente in animo, an ſcilicet D. Leo vo-
luerit, & intellexerit donare, & credulitas nixa eſt probabilibus ſignis, & argumentis *Butr. in [illegible] quoties nu. 12. de teſtib. & ibid. Imol. num. 1. Abb. nu. 6. Felin. num. 9. Ruin. conſ 46. num 8. lib. 4. Farinac. de teſtib. quæſt. 68. nu. 74. 8[illegible] & 82.* d[illegible] ſupra firmatum fuit *ex Bart.* & [illegible]lijs rec[illegible] eſſe ad coniecturas multò facilius ſtandum eſt teſtibus deponentibus de credulitate. *Burſat conſ. 241. n 3. & 4. Farinac. de teſt. d. quæſt. 68. num. 83.* & ſaltem
49 faciunt indicium † efficaciſſimum. *iuxta trad. a*
per Iaſ. in rubr. de iure iur. nu. 9. Farinac. d. q. 68.

50 nu.95. ſiq. iungantur hi teſtes cum alijs, † qui de-
ponunt de auditu ab eodem Leone ſerio aſſerente
ſe donaſſe, ſufficiēs inſurgit probatio. Marſil.conſ.
183. Farinac.de teſt.q.68.nu.01.
51 Non obſtat. quòd teſtes ſint ſingulares, † qui nō
ſufficiunt, ſed debent eſſe cōteſtes.ex Maluaſ.conſ.
116.nu.5. & omni exceptione maiores ſecundum
Alex.conſ.237.lib.6. Rota coram Card. Caualer.
deciſ. 03.nu.5.
Quoniam immo ſtat regula in contrarium, quòd
52 teſtes ſingulares † admittuntur ad detegendam
voluntatem, & ad probandum ea quæ pendent ab
ab animo, vt conſuluit Caſtrenſ.conſ.395.nu.1.lib.
2. Crauett.conſ.73.nu.33.Rot.apud Card Mantic.
deciſ.313.nu.5.& deciſ.423.num.1.& in terminis
donationis tradit Surd.conſ.534 ſub nu.10.verſ.
immo per teſtes.& de aliment.tit.6.quæſt.11.n.52.
53 vel ſaltem adminiculati à tot † coniecturis ſupe-
rius ponderatis plenè probant. Cæſar de Graff.de-
ciſ.3.num.6.de probat.Rot.apud ſan.me.Greg.XV.
deciſ.247.nu.6.& deciſ.521.nu.4. Maluaſias vero
54 d.conſ.116. † loquitur in caſu probandi donationē
expreſſam, in quo tota probatio nitebatur teſtibus
prout etiam loquitur Alex.d.conſ.237.quem Rota
ſequitur apud Card.Caualer.deciſ.103.& ſolū exi-
git, vt teſtes ſint pbatæ fidei, & fidelis cōuerſationis,
55 quales † præſumuntur eſſe iſti, dum non probatur
contrarium Rota deciſ.147.nu.1.par 1.recent ma-
ximè quia ex iſtis quinque teſtibus alter eſt eius a-
micus patronus, notæ probitatis, alter è vita deceſ-
56 ſit, & in † hac depoſitione vſque ad mortem per-
manſit, vnde etiam fides augetur Rot.coram ſanct.
mem.Greg.XV. deciſ.434.nu.5.& ibi Adden.n.18.
Alij verò defectus contra teſtes obiecti ab in-
formantibus pro D. Marchione Strotio, non vidē-
57 tur attendendi, quia numerus † ſupplet defectum
aliquorum teſtium & eorum dicta nōn ſunt cauil-
landa nec rigidè examinanda dum ex tota ſerie
58 facti, & ex circumſtanti s† ſupra ponderatis depre-
hendiтur multum veriſimilia deponere Gloſ.in l.3.
verbo numerus ff. de teſtib.apud Card. Seraph.de-
ciſ.1049.nu.1. & apud ſan.mem.Greg.XV.deciſ.
245.nu.6.& 10.& deciſ.340.nu 7.ac deciſ.471.
num.1.& in recent.deciſ.34.nu.5.par.2. Sed in
omnem euentum pro adminiculis vrgentibus ſal-
tem iſti teſtes eſſent recipiendi.
Nec teſtis examinatus contra donationem con-
ferre poteſt pedem cum tot teſtibus dignioribus.&
adminiculatis. eſt enim vnicus, agricola, famulus
ſalariatus D. Marchionis Strotij, deponit in ceri i-
milia, & ingenuè fatetur, ſe neſcire diſcrimen inter
mutuum, & donationem, in quo tamen ſtat tota vis
huius cauſæ.
Non poteſt autem ambigi pecunias, licet ſolutas
D. Mario, perueniſſe ad manus Pompei, quia & te-
ſtes hoc deponunt, & propter hanc donationem
D. Pompeius honorificētius degit in tutela Arcis
Caſalis, & gratias egit D. Leoni prò hac donatio-
ne, ſatq. eſt quòd D. Pompeius fateatur, ſe rece-
59 piſſe pecunias, † quæ confeſſio in eius præiudiciū
attenditur ad tradita per Afflict.deciſ.94.nu.3.Ro-
ta Ianuen.deciſ.50.nu.2.& deciſ.51.num 2.in fin.
Et tandem nil refert, ac pecuniæ peruenerint ad
D. Pompeium, quia non verſamur in cōtractibus,
60 † & perſonis, in quibus ſit neceſſarium probare
verſionem, vt per Card. Mantic. de tacit. lib.8.tit.
13.nu.2. Rot.deciſ.681.num.4.par.1.recent. nec
eadem pecunia numero erat de neceſſitate tranſ-
61 mittenda, quia recipit † functionem in genere
ſuo, & apparet D. Marium longè maiorem quan-
titatem pecuniarum tranſmiſiſſe ad D. Pompeiū,
& ſat eſt firmare, D. Leonem intellexiſſe donare,
& hoc, an poſtea pecuniæ peruenerint ad D. Pom-
peium, eſſet negocium dirimēdum inter ipſos DD.
Pompeium, & Marium, & D. Pompeius eſſet cre-
ditor D. Marij, ſi pecunias non tranſmiſiſſet.
Præmiſſæ autem coniecturæ, & teſtium depoſi-
tiones non ſeorſim.& vnaquæq; de per ſe, ſed con-
62 iunctim ipſimul, † & coaceruatim ſunt accipiēdæ,
itaut ex vniuerſo earū cumulo Iudex animū ſuum
informet, & veritatē aſſequatur, coniecturę enim, &
63 dd. depoſitiones † teſtium fulciuntur ad inuicem,
& mutuo ſe corroborant, vt in terminis donatio-
nis monuerunt. Soccin.iun.conſ.79.nu.87.in fin.
& ſeq.lib.3. Surd.conſ.534.n.36.lib.4. latè Card.
Mantic. de tacit.lib.13.tit.16.nu.3.& 5.
Quibus poſitis, facilis videbatur reſponſio ad
obiecta illorum Dominorum qui pro mutuo ſen-
tiebant. Et quo ad præſumptionem excluſiuam
donationis, admittitur in dubio illam procedere,
64 † & quamcumque aliam interpretationem eſſe ca-
piendam, at ſecus eſt dum pro donatione tot con-
iecturæ, tot adminicula, & teſtium depoſitiones
concurrunt. iuxta tradita per Mandel.conſ.461.
nu.16.lib.3.Vaſq.controuerſ.illuſtr.cap.83.n.6.
Caſtill.quotidian.controuerſ.par.2.cap.23.nu.22.
& ſeq.& Bart. in d.l.cum quid.ff.ſi cert.pet.at-
que alij ſuperius cumulati docuerunt, in hac ma-
65 teria † donationis recurrendum eſſe ad coniectu-
ras, ex quibus vbi plures ſunt, & efficaces, confla-
tur vera, & concludens ciuilis probatio. Gloſ.in
l.licet Imperator. vbi Iaſ.nu.33 ff.de leg.1. Rot.in
recent.deciſ.496.ſub nu.2.par.2. Card Seraph.de-
ciſ.978.nu.3.4.& 7 & in terminis donationis Al-
dobrand.conſ.99 nu.15 lib.1. Dominuſq Pompe-
66 ius eſt Actor, & † Reus, itaut releuetur ab onere
durioris probationis, at D. Marchio Strotius eſt
67 Actor, & agit ex mutuo, vnde illud debet † con-
cludenter, ac plenè probare. l.Actor.l.fruſtra.vbi
Bald. in princip.C. de probat. l.qui accuſare.C.de
edend. Zabarel.conſ.140.nu.18.cum alijs per Pa-
cian de prob.lib.1.c.68.nu.53.
Et quod magis eſt verſamur in pecunijs datis ad
certum effectum, & cauſam, nimirum perche ſi fa-
ceſſe honore, per animarlo, e per rauuiuare la me-
moria de ſuoi maggiori, perche ſi poteſſe trattar be-
ne, vnde D. Pompeio ſat eſt docere, ſe in cauſam
68 deſtinatam impendiſſe pecunias. † quo conſtito nō
poſſunt repeti, cum alias ipſe huiuſmodi impenſas
non fuiſſet facturus. l.ſed ſi mort.§.fin ff de donat.
inter vir.& uxor. ibi, datum ad villam extruendā
vel agrum ſerendum, quod alioquin facturus non
erat, is qui accepit, in ſpeciem donationis cadere,
& tradunt Alex.in d.l.cum quid nu.11.verſ.addit
etiam ff.ſi cert.pet Felin.in cap.ſi cautio num.5.
verſ.item ſi pecunia de fide inſtrument.Rimin.ſen.
conſ.526.nu.12.lib.3. Maſcard.de probat.concl.
554.nu.52.& 53.Card. Mantic.de tacit.lib.13.
tit.

*tit.*10, *num.*19. deceptuſq. inde fuiſſet D. Pompe-
peius, ſi pecunias cogeretur reſtituere, quia vel ad
Vrbem fuiſſet reuerſus, vel parcius impendiſſet,
dumq, ſponté, & nullo iure cogente per D. Leonẽ
69 traditæ fuerũt pecuniæ D. Pompeio, vtiq; † hinc do-
nationis, præſũptio ex tot coniecturis ſupra dedu-
cta, maximè coadiunatur. *ex l. donari videtur ff de
donat. repet. in l. donari. ff. de reg. iur. Surd, conſ.*
196. *nu.* 18. *& latius de alim. tit,*6. *quæſt.* 1. *nu.*23.

Quantitas verò pecuniarum, & mores D. Leo-
nis multum parſimoniæ incumbentis, tolluntur ex
deductis in ſeptima coniectura, nec enim magna
erat quantitas attento opulentiſſimo patrimonio,
quod excedebat ſummam quinquies centena mil-
70 lium, † & inſigni nobilitate dantis, ac recipientis
ad Gloſ. in l. ſed ſi ſuſceperit. §. 1. *verbo modica ff.
de iudic.* vbi refert exemplum Comitiſſæ Mathildę,
71 quæ dixit aliquantulum Terræ tradidiſſe † Eccleſię
quamuis donaſſet 30, terræ milliaria. *Soccin. iun.
conſ.*79. *nu.*99. *verſ. & alias lib.* 3. *Surd. de alim.
tit.*6. *quæſt.* 11. *num.* 47. *Tiraq. de nobilit, cap.*37.
*num.*50, ipſeq. D. Leo decorè parcus erat, hoc eſt
vbi honorifica occaſio impendendi non ſe offerret,
& in otioſis rebus; at in rebus grauibus, & vbi di-
gnitatis, & famæ ratio expoſceret, ſũptus magnos
72 † facere conſueuit quod eſſe proprium prudentis
magnificentiæ docuit. *Ariſtotel. lib.* 4. *moral. cap.* 2.
& Pontan. in tract. de magnificentia, nec repugnat
73 etiam parſimoniæ deditis largitio magna facta † sã-
guine coniunctis, dum ſuppetunt diuitiæ, & con-
currit nobilitas, vt ſcripſerunt *Rum. conſ,* 162, *n.* 13,
*lib.*5. qui loquitur in auariſſimo mulierum genere.
Rimin. iun. conſ 42. *nu.* 87. *Barz. deciſ. Bonon.* 83,
num. 6.

74 Nec applicatur † *deciſ. Mediolanen. coram bon.
mem. Card, Marcomontio.* quia ibi ex teſtibus pro-
batur, patruum habuiſſe animum repetendi, non
donandi, & in codice familiari adnotauerat in de-
bitum nepotis, quæ deficiunt in caſu præſenti im-
mo tot alia ſupra ponderata in contrarium vrgent.

Exemplum deſumptum ex mutuo dato ab codẽ
D. Leone Abbati Frangipano non congruit, quia
ibi Abbas poſtulauerat, hic autem D. Pompeius
erat abſens, nihilq. popoſcerat, *& Doctores in l. cũ
75 quod, ff. ſi cert. pet.* † faciunt vim in eo, quod pe-
cunia tradatur non requirenti, ſed ſpõtè detur, im-
mo exemplum D. Abbatis retorquetur, quia vbi
D. Leo voluit mutuare, intra paucos menſes pecu-
nia fuit reſtituta, hic autem per duos ferè annos
quibus ſuperuixit, nihil exegit D. Leo, & adnota-
tio facta in libro *del Rincontro*, atq; receputa exa-
cta à D. Mario in ſchedula directa in Bãco S. Spi-
ritus nihil releuat, vt ſupra oſtenſum fuit in octaua
coniectura.

Nullitas verò donationis, nec videtur ſubſiſtere:
Nõ deducta ex eo, quòd donatio fuerit facta abſẽti
ſine interuentu Nuncij, & Epiſtolæ. Quia dum con-
ſtat de acceptatione pecuniarum per D. Põpeium,
qui & D. Leoni litteris gratias egit, vt ex depoſi-
tione Secretarij D. Pompeij, & ex alijs teſtibus lu-
76 culenter probatum fuit, † vtique donatio etiam
facta abſenti ſuſtinetur *ad text. in l. nec ambigi. C.
de donat.* & tradunt *Roman. conſ.*486. *nu.* 1. *Alex.
conſ* 113. *num.* 1. *ad* 6. *lib.* 6. *Bertrand. conſ* 208,
*num.*21. *lib.*2. *Aſſlict. deciſ.*275, *nu.*8. *Peregr. de
pact. & conuent. num.*12.

77 Et cum primum donatarius † abſens ſciuit do-
nationem ſibi factam fuiſſe, ex quo agitur de illius
lucro, & commodo, cenſetur acceptaſſe, & ratam
habuiſſe. *Dec. conſ.*58. *num.* 2, *Theſaur. deciſ.* 70.
num. 12. *Surd. deciſ.* 206. *nu,* 11. *cum alijs con. eſtis
per Menoch. conſ.* 1153 *num.* 13. *& dixit Rot. in
Firmana fideicommiſſi* 14. *Nouembr.* 1622. *coram
bo. me. Vbaldo, & in Romana donationis* 9. *Maij*
1631. *coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Et ex Dominis aliqui exiſtimabant, donationem
factam perſonæ arctiori ſanguinis, neceſſitudi ne
78 † coniunctæ abſenti; ſuſtineri dum per aliqu
perſonam præſentem, quamuis extraneam fui
ceptata, itaut nec requiratur ratificatio abſen
ſed dominium acquiratur ipſo iure irreuocabi
*ex Theſaur, deciſ.*70. *nu.*16. *Pappon. conſ.*77. *n.*
*Rot. deciſ.*489 *nu.* 3. *par.* 1. *diuerſ.*

Alij vero putabant iura, & Doctores in
tum Nuncij, aut Epiſtolæ requirentes, proc
in donatione expreſſa, tacitam vero, atque pr
79 ptam donationem factam abſenti † ſuſtineri e
nemine acceptante, quippe quod ex diſpo iti
legis tunc acquiritur, nec ſcientia donatarij de
ita etiam voluerunt *Bald. in l.*2, §. *fin. ff de ne
geſt. Dec, conſ* 35. *num.* 2. *Ruin. conſ.* 112, *n*
lib. 1. *Trentacinq. var. reſol. lib.* 3. *tit. de do
reſol* 1. *nu.*7. *Aldobrand, conſ.*7. *nu.* 15. *lib.*2. *N
conſ.*49 *nu.*6. *Ladereb conſ.* 131. *col.*2. *verſ. n
catur Card. Mantic. de tacit. lib.*13. *tit.* 10. *num.*
80 dumq. donatio † huiuſmodi reuocata non fu p
donantes, neque per illius hæredes reuocari
ex traditis per *Couarr. var. reſol. lib.* 1. *cap.* 14.
17. *Trentacinq. d. reſol.* 1. *num.* 14. *verſ. licet
natio Adden. ad Theſaur. deciſ.*70. *verſ. limit
etiam*.

Mãdatum verò D. Marij, ad effectum tr
81 tendi pecunias D. Pompeio ſatis probatur † e
ſtibus qui ad hunc effectum ſufficiunt. *Boer d
281. nu.* 1. *Rot. in recent. deciſ* 166. *nu.*7. *par.* 1 c
82 immo probetur mandatum † etiam ex coniectur
& præſumptionibus. *Rot. deciſ.* 475. *num.* 8. *&
par.* 1. *& deciſ.*89 *num.* 1 *ac deciſ.* 169. *num.* 4.
deciſ. 440. *nu.*5. *par.* 2. & R. P. D. Meltius jam
per hoc pronunciauit.

Diluitur etiam alia nullitas ex defectu inſin
83 tionis. quia ſtatutum † intelligitur, prout de i
vt ſenſit *Rot. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano
84 eiſ* 433. *num.*6. donatio autem, † quæ in fo
non eſt redacta, & in ſola ipſa traditione co
inſinuari non poteſt, nec debet, ad notata per *An-
gel. in l.* 1. *poſt princip. verſ. & ſic tenet Roman. n* 1.
*verſ minor tamen. Caſtrenſ. nu.*4. *ff. de don.* &
in his terminis dixit *Roe. in Romana de Maſſis* 13.
Iunij, & 4. *Iulij* 1601. *coram Corduba, & in Ro-
mana pecuniaria* 2. *Aprilis* 1607. *coram bo. me. Pa-
triarcha Manzanedo.* nec ratio habenda videtur
de Doctoribus, qui contrarium dixerunt, dum Ro-
ta hanc ſequuta eſt ſententiam.

Nec dici poteſt donationem redactam eſſe in
ſcriptis ſtante ordine ſubſcripto à D. Leone directo
Banco S. Spiritus, vt pecunia ſolueretur D. Mario,
Quia hæc ſcriptura non continet donationẽm in-

ti-

fauorem D. Pompei, qui nec etiam eſt ibi nomina-
tus, ſed eſt loco traditionis pecuniarum, donatio
vero intercеſſit ex tacita voluntate oretenus ſigni-
ficata eidem D. Mario elicitaq. ex tot coniecturis,
85 & † patefacta ab eodem D. Leone tot teſtibus, qui-
bus expoſuit ſe donaſſe D. Pompeo, qui actus non
erant capaces inſinuationis.

Aliqui etiam ex Dominis animaduertebãt, do-
nationem hanc poſſe dici ex cauſa, nempè militiæ,
86 † & pro conſeruanda auita gloria D. Leonis, &
obſequio erga Reges Galliarum, quæ cauſæ reſpi-
ciebant commodum ipſius donantis, & propterea
donatio videtur dicenda ob cauſam, *ex text. in l. hoc
iure in princip.* ibi, *ob honorem aliquem promittat,
& Gloſ. verb. teneatur. ff. de donat. Craueтт conſ.
136. nu. 2. & ſeq. Gabr. conſ. 57 nu. 8. & 9. lib. 2.* &
87 conſequenter † tanquam non ſimpliciter, & abſo-
lutè propria donatio, ſed ob cauſam inſinuatione
non indigebat, *Bart. in l. Aquilius n. 3. ff. de donat.
Surd. deciſ. 214. num. 15. Theſaur. iun. quæſt. forẽſ.
cap. 89. nu. 5. lib. 3. Molin. de contract. diſput 279.
num. 5. & 6.* & in terminis ſtatuti *Put. deciſ. 260.
nu. 8. & deciſ. 323. nu. 3. lib. 1. in nou. Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 249. nu. 14.*

Vnuſq. ex prædictis Dominis plurimum inſiſte-
bat in eo, quod fauore militiæ indultum videatur,
88 vt datum † militibus ex cauſa militiæ inſinuatione
non egeat, *vt eſt text. in l. ſi quis §. ſimili etiam
modo. C. de donat.* vbi licèt ſit caſus quando magi-
ſter militum donat militibus, tamen idem, & mul-
to magis videtur dicẽdum vbi extraneus donat mi-
liti, quia hoc priuilegium non inſinuandi emanauit
fauore militis, cui donatur, non autem donantis,
cuius intererat habere facultatem reuocandi dona-
tum omiſſa inſinuatione; Et militiæ conceſſa fue-
runt omnia alia priuilegia, quæ habent donationes
89 non inſinuandæ, quippe † quòd ſuſtinetur inter
patrem & filium, inter virum & vxorem, neque
venit in collatione bonorum iuxta tradita p *Mar-
tin. laudenſ. de bello quæſt. 44. & 48. Io. Redin. de
Maieſt. Princip. nu. 6. Lancellott. Galha de ſtatut.
quæſt. 2. num. 5. Gemma deciſ. 140. per tot. Cabal.
reſol. crimin. par. 2. caſu 294. num. 346. & 347.*
90 eſtq. ad inſtar donationis † cauſa dotis, & matri-
monij, quæ pariter non inſinuatur, immo cauſa mi-
91 litiæ eſt magis priuilegiata. † quam cauſa dotis, vt
tradunt communiter *Doct. in l. 1. ff. ſolut. matrim.
vbi latè poſt alios Barboſa in 7. part. nu. 1. & ſeq.*
92 & quemadmodum datum cauſa ſtudij à † quocum-
que extraneo, ſubſiſtit etiam abſque inſinuatione,
93 quippe quod Reipublicæ intereſt † non minus re-
pleri doctis hominibus quam liberis. *Horat. Lut. de
priuileg. Scholar. priuileg. 22. & 23. Rebuff. priui-
leg. 55. & 64. latè Barboſ. in l. 1. par. 7. nu. 40. &
ſeq. ff. ſolut. matrimon. Mattienz. ad ll. Caſtellæ
tit. 10. l. 7. gloſ. 6. nu. 13.* ita idem iuris ſtatuendum
videtur quoad donationem ex cauſa militiæ, valet
94 † enim argumentum à re litteraria, ad militiam,
95 † cum milites armis, Doctores verò legibus vitas
hominum defendere dicantur, vt habetur in *text. l.
aduocati. C. de aduoc. diuerſ. iud. Chaſſan. in catha-
log. glor. mund. par 7. conſid. 28. Paul. Leon. de ſub-
ſtit. compendioſ. nu. 144. Reuſner. deciſ. German.*
96 *lib. 4. deciſ. 2. num. 49.* quin etiam magis † priuile-
giata eſt cauſa militiæ quam cauſa ſtudij, vt poſt
Bart. in l. fin. num. 3. ff. de reſtit. in integrum ſcri-
pſit *Menoch. conſ. 182. num. 9.* milites autem
97 † noſtri temporis gaudere omnibus priuilegijs mi-
litaribus, quæ conceſſa ſunt in recompenſationem
laborum, ſi arti militari incumbant in expeditione
tradunt *Dec. in rubr. C. de teſt. milit. num. 3. & 5.
& conſ. 578. n. 12. Alciat. in l. verbis ciuilibus n. 29.
ff. de vulgar. Peregr. conſ. 84. nu 4. & 24 lib. 1.*

Et ita vtraque parte informante poſt quintam
diſputationem pro maiori parte, per Dominos re-
ſolutum fuit conſtare de donatione.

R. P. D. B V C C A B E L L A.

Romana, ſeu Ianuen̄ Locorum Montium.

Die Veneris 4. Iulij 1635.

A R G V M E N T V M.

Iudex, quandò non priuet aliquẽ ſua poſſeſſio-
ne. Iudicium eſt ibi terminandum vbi eſt
cœptum. Proceſſus factus per edictum, vt ſit
validum, quid requiratur.

S V M M A R I V M.

1 *Manutẽtio datur poſſeſſori de tempore motæ litis.*
2 *Reſtitutioni, aut tranſlationi alicuius locus eſſe
non poteſt niſi probetur exiſtentia.*
3 *ad Manutentionis effectum ſufficit vnica tantum
exactio.*
4 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat
quem ſua poſſeſſione, ſi nõ habeat ſe pro ſpoliato,
& nu. 5. vbi de reintegratione Locorum Mõtiũ.*
6 *Iudicium vbi eſt cœptum ibi debet terminari.
Cauſarum continentia non ſunt diuidendæ. n. 7.*
7 *Proceſſus per edictum non tenet, nulla facta pro-
batione non tuti acceſſus.*
8 *Acceſſus non tuti probatio eſt neceſſarium funda-
mentum proceſſuum per edictum.*
9 *Edictum, vt dicatur validè publicatum quid re-
quiratur.*
10 *Retinens apud ſe aliquam rem, donec ſit penitus li-
beratus ab aliqua promiſſione, poteſt eam apud
ſe retinere, donec eũ effectu fuerit plenè liberatus.*
11 *Fideiuſſio reſtricta ad annos 15. ſi illi ſint elapſi,
& lites intra d. tempus 15. annorum fuerunt in-
cœpta, tunc non obſtante tali lapſu fideiuſſor po-
teſt conueniri.*
12 *Confeſſio contra confitentem plenè probat.*
13 *Manutentio etiam datur ad ſtatum.*

D E C I S I O L X X.

DOMINI cenſuerunt dandum eſſe mandatum
de manutenendo D. Simoni in poſſeſſione
1 locorum Montium † de quibus agitur in qua exi-
ſtebat de tempore motæ litis, *§. retinendæ inſtitut.
de interdict.* De illa enim conſtat tum ex deſcrip-
tione in libris Montis per Secretarium retentis, &
ex litteris patentibus primo loco expeditis ad fa-
uorem dicti D. Simonis, poſtea vero ad fauorem
D. Angeli cum expreſſa mentione, quòd illa prius
ſpectabãt ad dictum D. Simonem, & ſub illius no-
mine

mine erant in libris deſcripta, tum etiã ex eo quod
Angelus egit vigore inſtrumenti in quo dictus Si-
mon promiſit dicta loca montium reſtituere, & ob-
tinuit ex perſona illius in propriam transferri, &
conſequenter manifeſtè ſuppoſuit ac ſaſſus fuit
quòd illa de tempore petitionis, & ſic motę litis
per eumdem Simonem poſſidebantur, & penès il-
2 lum erant † alias enim reſtitutioni ac translationi
prędictus locus eſſe non poterat *ad l. manumiſſio-
nes. ff. de iuſt. & iur. l. decem. ff de verb. oblig.* tum
demum ex partitis plurium excuſſionum fructuũ
dictorum locorum extractis ex libris Depoſitario-
3 rum de quibus Summ. num. 19. *cum † tamen ad ef-
fectum manutentionis ſufficiat etiam vnica tantũ
exactio Rip in cap. cum Ecc. Sutrina nu. 52. & 53.
de cauſ. propr. Bald. conſ. 251. lib. 5. Rom. conſ. 311.
num. 2.*

Neque huiuſmodi poſſeſſione fuit priuatus ex
ſententia A.C. quia ille nulliter & iniuſtè proceſ-
4 ſit, † nec ipſe Simon habuit ſe pro ſpoliato, vt per
Doct. *in l. clam. poſſidere. §. qui ad nundinas. ff. de
acq. poſſ. & propr. Abb. in cap. conquærente. nu. 8.
de reſt. ſpol. Put. deciſ. 409. in fin. lib. 2. in correct.
deciſ.* 1041. *nu.* 3. & in terminis reintegrationis in
5 locis montium à Iudice nulliter conceſſæ † non
obſtantibus noua deſcriptione reintegratione, &
mutatione litterarum patentium eſt *deciſio in Ro-
mana locorum montium* 14. *Maij* 1629. *coram bo.
me. Card. Virili.*

Nullitas vero ſententiæ prædictæ cum omnibus
inde ſequutis viſa fuit Dominis apparere. Primò
ex eo quòd non potuit Angelus deſerere Iudicium
cœptum in Ciuitate Ianuen. ſuper reſtitutione di-
ctorum locorum contra Simonem, cui etiam fue-
6 rant ibi † adiudicata contra regulam, *vbi cœptum
ff. de iudic. & §. & quando Authen. de teſt. Gabr.
tit. de iudic. concl. 1. num. 3. ne ſcilicet continentia
earum diuidantur. l. null. C. de iudic.*

7 2. Quia A.C. proceſſit per † Edictum nulla præ-
cedente probatione non tuti acceſſus, quæ proba-
8 tio prius eſt in Curia facienda, & eſt † fundamẽtum
neceſſarium huius generis proceſſuum *iux. dec. 17.
& 22. de dol. & contum. in antiq. & Caſſ. d. deciſ.
2. eod. tit. cum ſimilibus adduct. per Vant. de nullit.
ex defect. citat. nu. 127. & ſeqq.*

3. Quia in edicti executione ſimpliciter dicitur
illud fuiſſe publicatum, & Eccleſiæ oſtio affixum,
9 & nullibi conſtat id factum fuiſſe de tempore † quo
multi intrabant, & exibant ex Eccleſia, prout re-
quiritur. *iuxt. deciſ. Creſcent. 5. de dol. & contum.*

Iniuſtitia quoque viſa fuit Dominis apertè re-
ſultare ex eo, quòd Simon ex conuentione cum
dicto Angelo facta retinebat penès ſe prædicta loca
pro ſui ſecuritate, & donec foret penitus liberatus
& abſolutus à promiſſione euictionis. Vnde non
pòtuit, nec debuit illis, eorumq. poſſeſſione priua-
ri, niſi prius eſſet à dicta promiſſione, & moleſtijs
illius occaſione paſſis, & per eum ipſi Angelo inti-
matis, plenè & cum effectu liberatus, ſed interim
10 poterat, † & poteſt ſine dubio eas penes ſe retine-
re ad *tex. in l. grege §. etiam. ff. de pignor. Mantic.
de tacit. lib. 11. tit. 3. num. 33.*

Nec quidquam facit, quòd fideiuſſio Simonis
fuerit reſtricta ad annos quindecim iam elapſos, nã
placuit reſponſio, quòd cum lites, & moleſtiæ fue-
rint motæ intra dictum tempus quindecim anno-
rum, illius lapſus non eſt conſiderabilis, eo enim
11 minimè obſtante adhuc † poteſt Simon conueniri
in vim obligationis prædictę intra dictum tempus
contractæ. *gloſ. in l. ſi cum Hermes. C. locat. Bald.
conſ. 428. ſub num. 4. lib. 2. Alex. conſ. 22. num. 4.
verſ. hoc præſuppoſito lib 6. Mantic. de tacit. lib. 16.
tit. 14. ſub nu. 38. Theſ. dec. 325. nu. 14.*

Præterea iniuſtitia deducebatur etiam ex eo,
quòd in ſententia A.C. Simon fuit condemnatus ad
reſtitutionem fructuum exactorum ex dictis locis
montium, & tamen ex confeſſione Angeli conſtat
fuiſſe illi, & D. Mariæ eius matri in hanc cauſam
12 ſoluta ſcuta tria millia, & vltra, † quæ confeſſio
contra ipſum confitentem plenè probat, *l. cum pre-
tium. C. de liber. cauſ. l. cum te. C. de tranſact. Surd.
conſ. 134. ſub nu. 39. Rota deciſ. 641. nu. 10. par. 1.
recent.*

Nec releuat quòd Simon non habuerit dicta lo-
ca, niſi pro ſui ſecuritate, donec eſſet plenè abſolu-
tus à dicta promiſſione, vt ſupra, quia ad effectum
illa retinendi in huiuſmodi cauſam conuentam nõ
13 eſt illi deneganda manutentio, † quæ datur etiam
ad ſtatum *iuxt. deciſ. Greg. 169. num. 3. vbi Adden.
nu. 6. cum alijs in puncto relatis in d. Romana lo-
corum montium coram bon. me. Card. Virili.*

Et ita deciſum vna tantum parte informante.

§ *In eadem cauſa habetur infra alia deciſio ſub die
15. Decembris 1635. corã eodem bo. me. Buccabella.*

R. P. D. MACCHIAVELLO.

Comeñ Iuris conferendi.

Die Veneris 16. Nouembris 1633.

ARGVMENTVM.

Canonicorum electio in Eccleſijs Collegiatæ,
quando ſpectet ad Capitulum, & quando ad
Ordinarium.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, ad hoc, vt dicatur Collegiata, quid re-
quiratur.*
2 *Canonicorum electio in Eccleſijs Collegiatis ſpe-
ctat ad Capitulum.*
3 *Canonicorum electio ſpectat ad ſolum Epiſcopũ,
quando conſtat Canonicatus de bonis Epiſcopi
fuiſſe fundatos.*
4 *Canonicorum electio ad Capitulum ſpectare po-
teſt ex ſtatutis fundamentalibus, & ex præſcri-
ptione longi temporis.*
5 *Statuta facta in limine fundationis beneficiorum
ſunt omnino ſeruanda.*
6 *Statuta multo magis ſunt obſeruanda quando à
Papa ſunt confirmata cum decreto irritanti.*
7 *Diſponens aliquid non cenſetur, in ſermonis gene-
ralitate, quod cõtra ſe ipſum voluerit diſponere.*
8 *Eccleſiam fundans ad eum ſpectat collatio, niſi ei
renunciauerit.*
9 *Papæ ampliſſimam poteſtatem, reſtringere, aut
diminuere nemo mortalium poteſt.*
10 *Diſpoſitio generaliter, ac indefinitè facta ſi non*

po-

poteſt intelligi niſi de vno, perinde eſt, ac ſi de illo ſpecialis mentio facta fuiſſet.

11 *Canonicorum electio, quæ poſſit pertinere ad Capitulum, id acquiri poteſt ex præſcriptione longi temporis, per plures continuatas electiones.*

12 *in Beneficiorum collatione obſeruantia plurimum attenditur.*

13 *Statutorum verba dubia ab obſeruantia interpretationem recipiunt.*

14 *Enunciatiuæ antiquiſſimæ habent vim famæ.*

15 *Ius eligendi Canonicos Capitulum ex præſcriptione acquirere poteſt.*

16 *Capitulum vigore præſcriptionis, poteſt ius, quod habet Epiſcopus eligendi Canonicos acquirere.*

17 *in Præſcriptione, ſe fundans illam debet probare.*

18 *Beneficiorum collationes quæ non fuerunt effectuatæ non faciunt aliquod ius.*

19 *Ius contra aliquem, vt præſcribatur, requiritur eius patientia.*

20 *Epiſcopi præſcriptio, circa collationem Canonicatuum interrumpitur per collationem Capituli effectuatam.*

21 *Præſcriptio interrumpitur per litem motam.*

DECISIO LXXI.

PLVRIBVS elapſis annorum centenariis à die erectionis Eccleſiæ S. Euphemiæ de Inſula, compertum denique fuit, quòd ex Canonicis, qui ſucceſſiuis temporibus inibi inſeruiere, quamplurimi à Capitulo eiuſdem Eccleſiæ; nonnulli vero ab Epiſcopo Comeñ electi fuerunt: Vnde orto diſſidio cuinam ex ipſis tale ius eligendi deberetur, aiebat Capitulum illud ſibi competere. Primo, ex iuris diſpoſitione. Secundo, ex Litteris fundationis per Sedem Apoſtolicam confirmatis & Tertio ex curſu longi temporis, in quo eius Canonici nuper pacificè elegerant. Verum Rota reiecto primo fundamento, ex alijs duobus ſubſequentibus motiuis reſpōdit electionem ſpectare ad ipſum Capitulum non obſtantibus quibuſcumque in contrarium adductis per Epiſcopum electionibus, quas deficiente quadragenaria exiſtimarunt Domini non poſſe eidem Epiſcopo ad inducendam præſcriptionem contra Capitulum ſuffragari.

Quamuis enim indubitabile ſit Eccleſiam Sanctæ Euphemiæ extitiſſe, & eſſe in ſtatu Collegiatæ, vt manifeſtè deſumitur non ſolum ex eius ſtatuto fundamentali, cuius verba Collegialitatem importare videntur, verum etiam ex varijs confeſſionibus ipſorum pro tempore Epiſcoporum, qui dè huiuſmodi Canonicatibus quandoque prouidentes, hanc Eccleſiam Collegiatam eſſe enunciarunt, & ſimiliter ex teſtibus optimè deponentibus reperiri
1 in ea Archipresbyterum, † & duodecim Canonicos Capitulariter ſemetipſos congregantes cum arca, ſigillo, & cæteris communibus, quæ ſunt euidentiſſima ſigna Collegiatæ. *Rom. conſ.436. nu.6. Decian. conſ 93 nu.1. lib.5. Card. Mantic. dec.107. num.9 & Card. Seraph. deciſ.1256. nu.1.*
2 Et quamuis etiam vera ſit concluſio, quòd † in Collegiatis Eccleſijs Canonicorum electio ſpectet ad Capitulum, vt ſunt Textus expreſſi in *cap.1. de elect. in 6. & in cap. ea noſcitur. de his, quæ fi. à Prel. & teſtatur Abb. in cap. cum Eccleſia Cumana, ſub num.8 poſt med. verſ. quoad ſecundum caſum de elect. & in cap. cum venerabilis, num.47. de except. vbi etiam Felin. nu.37. verſ. fallit. Coraſ. de beneſ. par.2. cap.4 nu.6. Diaz. reg.240. limit.5. Alba. conſ.183. nu 1 Silu. de beneſ. par.2. quæſt. 22. num.35. & ſqq. Gonz. gloſ.45 nu.46. & 50. Rot. deciſ.4. de conceſſ. præben. in nou. & apud Caſſad. deciſ 22. num.3. de præben. & Mohedan. deciſ. 27. eod. tit. Put. deciſ.130. lib.1. in correct.* & reſolutum fuit in cauſa *Cæſaraugustana canonicatus* 18 *Aprilis* 1603. *coram bo.m.e. Attrebaten. & in cauſa Gerunden. Iuris conferendi* 11. *Martij* 1630. & 20. *Nouembr.* 1631. *coram R.P.D. Queipo.*

Tamen animaduerſum fuit hanc concluſionem
3 limitari † quando conſtat Canonicatus de bonis Epiſcopi fuiſſe fundatos, tunc enim eorum collatio ſpectat ad ſolum Epiſcopum. *Abb. in cap. ſuggeſtũ num.3. de iurepatron. Seraph. deciſ.1444. n.11. Rot. deciſ 600. nu.3. & ſeq. par.2. recent. & dictum fuit in Callien. Iuris conferendi* 14. *Maij* 1621. *coram bo.me. Vbaldo.* admittiturq. hæc limitatio *in cauſa Cæſaraugustana Cameraria* 2. *Iunij* 1631. *coram R.P.D. meo Pirouano.* Vnde cum in caſu præſenti ex inſtrumento fundationis ſupponeretur Canonicatus, de quibus agitur ab Epiſcopo Comeñ de bonis menſæ Epiſcopalis, hoc eſt de quibuſdam decimis erectos fuiſſe exiſtimatum etiã fuit, quòd in ſupradicto primo fundamento, hoc eſt in iuris diſpoſitione ad effectum, de quo quæritur pro Capitulo inſiſti non poſſit.

Sed nihilominus (vt dixi) exiſtimarunt Domini electionem competere ipſi Capitulo ex alijs duo-
4 bus fundamentis, † ex eius ſcilicet ſtatuto fundamentali, & ex præſcriptione longi temporis. *Gonzal. ad reg.8. gloſ 45. nu.71. Garz. de beneſ. par.5. cap 4 num.72.* & primò ex ſtatuto in quo cauetur, ne quiſquam in huiuſmodi Canonicam abſque fra-
5 trum electione intrare præſumat, talis † enim prohibitio ſtatuti editi in limine fundationis venit omnino obſeruanda. *Roch. de iurepatron. in verb. pro eo, quod de Diœceſan. nu.32. verſ ego autem arbitror. Rot. in recentior. deciſ.112. nu.5. par.1.* maximè cum in ipſius confirmatione ab Alexandro III. Pontifice obtenta hæc eadem ordinatio ſeu prohibitio ſub forma decreti irritantis legatur repetita,
6 vnde † tanto magis arctat ad obſeruantiam. *Gonzal. ad reg.8 gloſ.67. num.12. & ſeq. Rot. deciſ.24. nu.5. & deciſ.149 nu.2. par.2. diuerſ. & deciſ.41. nu.9. ad fin. par.1. recent.*

Nec verum eſt, quòd per ſimilem prohibitionẽ Epiſcopus, qui hanc Collegiatam erexit, eiuſdemque legitimi ſucceſſores, non remanſerint à iure eligendi excluſi, ea videlicet ratione, quia præſumi non debet, quod idem Epiſcopus fundator in
7 huiuſmodi ſermonis † generalitate contra ſemetipſum diſponere voluerit. *Rot. deciſ.741. nu.5. par.1. diuerſ.* cum immò ad hunc finem neceſſe fuiſſet, quòd fundans Eccleſiam expreſſe renunciaſſet col-
8 lationi, quæ ex † fundatione ſibi competebat, alioquin non poſſit dici excluſus *cap. ſignific. uit, vbi DD. & præſertim. Abb. in 1. notab. & Felin. nu.2. de teſtib. Gloſ. in cap. ſi quis Baſilicam. verb. tributaria. de conſecrat. diſt.2. Lambert. de iurepatron. lib.1. par.1. quæſt.2. art.4. nu. 12. & 14.*

Reſponſum enim fuit, quod cum collatio horum
Canonicatuum fieri ſolummodo poſſet vel à Papa,
vel ab Epiſcopo Diœceſano, & talis prohibitio ap-
poni non potuerit reſpectu Papæ. cuius ampliſſimã
9 †poteſtatem reſtringere, ac diminuere nequit mor-
talium vllus, perneceſſe concludendum videtur,
quod appoſita fuerit reſpectu Epiſcopi habẽtis ius
10 collationis in ſua Diœceſi; Vbi enim † diſpoſitio
generaliter, ac indefinitè facta non poteſt intelligi
niſi de vno, perinde eſt, ac ſi de illo ſpecialis men-
tio facta fuiſſet. *Gabr. de verb. ſignif. concl. 9. nu. 7. Riminal. iun. conſ. 507. nu. 33. Menoch conſ. 2. nu. 78. & ſeq. & de præſumpt lib. 3. præſumpt 44. n. 26.*
Verumtamen quando etiam hæc reſponſio non
ſufficeret, itaut nihilominus remanerent dubia ver-
ba litterarum fundationis, vnde daretur occaſio
ſuſpicandi an verè ex ipſis talis, qualis requiritur
reſultaret expreſſa Epiſcopi renunciatio, adhuc ta-
men ceſſaret omnis ſcrupulus ex ſecundo funda-
mento, vnde moti etiam fuerunt Domini ad reſpõ-
11 dendum pro Capitulo, nimirum ex † præſcriptione
longi temporis per plures continuatas electiones
Capitulo acquiſita, quam in his terminis releuate
dixerunt *Gonz. d. gloſ. 45. nu. 71. Decian. conſ. 93. nu. 16. lib. 5. Garz. d. par 5. cap. 4. nu. 72.* Cum
enim vſque ab initio erectionis Eccleſiæ per longiſ-
ſimum poſtea temporis ſpatium, nimirum vltra
centum annos Capitulum de hiſce Canonicatibus
12 ſemper prouiderit, ex huiuſmodi † obſeruãtia ſub-
ſecuta clarè enitult, quam ſtrictè intelligenda ſit
talis prohibitio; diuturna enim Epiſcopi abſtinentia
à ſucceſſiuis collationib' optimè declarauit ita ſoli
Canonicorum arbitrio electionem fuiſſe cõceſſam,
& ita vetitum, ne quis ſine eorum conſenſu hanc
Canonicam Eccleſiam intraret, vt etiã ipſius Epi-
ſcopi ius debuerit ad hunc effectum per ſufficien-
13 tem renunciationem cẽſeri ſublatum verba † enim
dubia ſtatutorum ab obſeruãtia interpretationem
recipiunt *Rot. deciſ. 574. nu. 3. par. 1. diuerſ. & deciſ. 608. num 6. par 2. recent.*
Hæc autem diuturna obſeruantia deducitur non
ſolùm ex tribus antiquis, & ſupra centum annos
14 enunciatiuis, † quæ cum habeant vim famæ, benè
probant. *Caputaq. deciſ. 344. num 2. & deciſ. 347. nu. 1. par. 3.* Verum etiam ex pluribus effectuatis
collationibus, quæ cum continuatæ reperiantur per
quadraginta, & plures annos, potuerunt ad fauo-
15 rem Canonicorum eligentium † ius eligendi præ-
ſcribere. *cap. eum de beneſi de præben. in 6.* vbi no-
tant omnes, & in his terminis latè *Garz. d. par. 5. c. 4. num. 75. & ſeqq.* ita enim Epiſcopus eodem
modo remanſit à Capitulo excluſus, ac ipſe ex ſuis
vltimis collationibus Capitulum excludere potuiſ-
16 ſet, ſi debito temporis interuallo † illas continua-
tas fuiſſe probaſſet. *Caſſad. d. deciſ. 22. ſub nu. 3. de præben. Rot. coram Card. Caualer. deciſ. 97. nu. 2. & 3. & deciſ. 289. nu. 3. par. 3. recent.*
Quibus ſic ſtantibus punctus difficultatis re-
ſtringebatur ad videndum an Epiſcopus ex nõnul-
lis à ſe factis horum Canonicatuum collationibus
ita ad ſui fauorem ius, de quo agitur, acquiſiuerit,
vt rectè dici poſſit Capitulum ſuã amiſiſſe eligen-
di facultatem, & ſanè cum ita ageretur de tollen-
do iure, quod eidem Capitulo tàm ex fundatione,
17 quàm ex † præſcriptione competebat, neceſſe eſſe
exiſtimarunt Domini, quòd prætenſa per Epiſco-
pum præſcriptio probaretur quadragenaria *Surd. conſ. 262. num. 80. Lotter. de re beneſic. lib. 2. q. 21. nu. 42. & ſeqq. Rot. in Corduben. redecimarum 14 Martij 1608. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Verùm cum in huiuſmodi probatione Epiſco-
pus defecerit, eius quatuordecim collationes quæ
ad hunc effectum exhibebantur, fuerunt pro nihi-
lo habitæ.
Hæ enim collationes quamuis incœperint vſque
de anno 1564. non potuerunt tamen quadragena-
riam formare præſcriptionem, quia vel tres primæ
18 non † fuerunt effectuatæ, prout de neceſſitate fieri
debuiſſet. *Calderin. conſ 12. de iurepatron. Gonzal. gloſ 45. §. 2. nu. 37.* vel cum Capitulum contradi-
xerit electioni factæ ab Epiſcopo de perſona Pom-
pei campatij, nolens ei, vti ab Epiſcopo electo, poſ-
19 ſeſſionem tradere, † defuit eiuſdem Capituli, de cu-
ius præiudicio agebatur, patientia ad hunc effectũ
neceſſaria. *Gonzal. vbi ſupra nu. 32. Card. Seraph. deciſ. 1432. nu. 1. & deciſ. 1437. nu. 2. & dec. 1463. nu. 5. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano dec 26. nu. 8. & deciſ. 52. nu 3.* vel quando etiam à dictis
collationibus talis incœpiſſet formari præſcriptio,
interrupta nihilominus remanſiſſet de anno 1581.
20 de quo † tempore Capitulum elegit, tradiditq. ele-
cto poſſeſſionem non obſtante, quòd Epiſcopus
eundem Canonicatum alteri contuliſſet. *Innoc. in cap. dilectus. num. 3. poſt med. de Cappel. Monach. Aym. conſ. 134. n. 19. Rot. deciſ. 248. nu. 7. par. 2. re.*
Neque iſta quadragenaria potuit de nouo inci-
pere ad fauorem Epiſcopi propter collationem ab
ipſo factam de anno 1586. cum ſimiliter neq; iſta,
21 neque aliæ † poſt ipſam ſubſecutæ effectuatæ pro-
bentur, & in omnem caſum interrupta etiam ipſa
fuiſſet ab electione facta per Canonicos de anno
22 1622. quæ ſatis effectuata † probatur ex ſubſecuta
poſſeſſione, & ex eo, quòd electus de redditibus
Canonicatus diſpoſuit; vltra quòd. ſi huius quadra-
genariæ numeratio incipere non poteſt à dicto an-
no 1586. ex defectu, vt dicitur effectuationis itaut
incipere debeat ab altera collatione anni 1593.
prætenſa per Epiſcopum præſcriptio clarius inter-
23 rupta † fuit per litem motam à Capitulo de anno
1631. ideoq benè reſpondit. Rota electionem ad
ipſum Capitulum ſpectare.
Et ita poſt quartam dubij propoſitionem vtra-
que parte informante concluſum fuit.

§ *Vide infra alias deciſiones in hac cauſa nempe ſub die 9. Maij 1636. coram R.P.D. Pirouano, & ſub die 8. Iunij 1637. coram R.P.D. Ghiſilerio.*

R. P. D. PIROVANO.

Arimineñ Iuriſpatronatus.

Die Veneris 16. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Succeſſorum appellatione, quando veniant etiã
hæredes extranei. Iuſpatronatus, an, & quã-
do tranſeat ad fideicommiſſarium.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus de ſui natura eſt mere hæreditarium.*

2 *Si ſucceſſorum appellatione in materia tranſitoria ad quoſcumque hæredes, veniunt etiam hæredes extranei.*

3 *Succeſſoris nomen ſignificat hæredes vniuerſales.*

4 *Iuſpatronatus fundans præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris communis.*

5 *ad iuſpatronatus, quis non poteſt concurrere, ſi ei obſtet aliqua qualitas repugnans voluntati fundatoris.*

6 *Iurapatronatus ſunt iura directa, & merè honorifica.*

7 *Iuſpatronatus nõ tranſit ad fideicommiſſarios, ſed remanet penès hæredem inſtitutum. & num. 14. 15. & 18.*

L. ſi Patroni, & l. quia proinde. ff. ad Trebell. licèt loquãtur in patrono liberti, & in iuribus ſepulchrorum extenduntur tamen etiam ad iurapatronatus. nu. 7.

8 *Iurapatronatus ſunt iura merè honorifica ſeparata à commodo, & vtilitate.*

9 *Doctorum illa opinio non attenditur quãdo multo plures alij magis communem, & veriorem contrarium aſſerunt.*

10 *Iuſpatronatus, ſi tranſit etiam ad hæredes extraneos, poteſt etiam tranſire ad hæredes fideicommiſſarios.*

11 *Iuſpatronatus tranſit ſub titulo vniuerſali: quo ſtante poteſt etiam tranſire ad fideicommiſſariũ.*

in Fideicommiſſarium tranſit vniuerſitas rerum, & iurium. nu. 11

12 *Iuriſpatronatus natura non repugnat quin poſſit tranſire ad ſecundum hæredem. & vlteriorem.*

13 *Teſtatori licet diſponere de re ſui hæredis.*

16 *Iurapatronatus non veniũt in reſtitutione fideicommiſſi, quia non concernunt corpus hæreditarium.*

17 *in Reſtitutione fideicommiſſi non veniunt bona, aut iura quæ alio iure ad grauatum pertinent.*

19 *ad Iuſpatronatus concurrens, de eo, non eſt habẽda ratio, ſi non probet ad ſe ſpectare, neque de quaſi poſſeſſione præſentandi doceat.*

20 *Præſentationes factæ tutorio nomine, an pupillo ſuffragentur.*

21 *Iuſpatronatus competit in ſtirpes, quando eſt hæreditarium.*

22 *in Iure præſentandi non eſt habenda ratio minoris vocis, ſtante integritate vocis ex maiori voce conſtata.*

23 *de Eccleſia Parochiali, quãdo agitur in eius adiudicatione ante cõcurſũ nõ eſt locꝰ gratificationi.*

DECISIO LXXII.

CONCLVSVM fuit Iuſpatronatus ſpectare pro medietate ad filios Ludouici, & pro alia medietate ad filios Franciſci Mariæ, votaq. eſſe paria & faciendum eſſe concurſum, niſi obſtet teſtamentum, de quo erit particulariter videndum.

Paulus namq. de Marcheſellis vſque de anno 1440 aucta dote Parochialis Eccleſiæ, de qua agitur, ex indulto Eugenij IIII. obtinuit reſeruari Iuſpatronatus eiuſdẽ Eccleſiæ primo ſibi ipſi dum
vixiſſet, & poſt eius obitum Ludouico, & Peregrino eius nepotibus, ac eorum, & cuiuslibet ipſorum
ſucceſſoribus, & cum ex Ludouico ſucceſſerint Nicolaus deinde alter Ludouicus, & poſtmodum Carolus,
qui reliquit poſt ſe alterum Ludouicum, & Franciſcum Mariam, ex Peregrino autem nulla
probetur deſcendentia, ideo Iuſpatronatus ſpectare debet ad filios eorumdem fratrum, nempe Iſabellam,
& Ginebriam ex Ludouico pro medietate, & pro alia medietate ad Philippum, Ioannem Baptiſtam,
& Franciſcum Mariam filios alterius
1 Franciſci Mariæ, † cum ſit merè hæreditarium, nedum ex ſui natura *Clemen. pluries de iurepatr. Lãbert. eod. tit. par. prim. lib. 1. quaſt. 2. nu. 25. Couar.
lib. 2. cap. 18. nu. 6. Dec. conſ. 149. in princ. Serapb. deciſ. 456. nu. 1. & 756. num 1. par. 2. recent.* ſed
etiam, quia verba indulti Eugenij IIII. hoc ipſum expreſſe indicant reſeruando patronatum nepotibus,
ac eorum, & cuiuslibet ipſorum ſucceſſoribus,
2 quorum ſucceſſorum † appellatione in materia trãſitoria ad quoſcumque hæredes etiam extraneos, vt
in præſenti veniunt tantùm hæredes vniuerſales, *Achil. de iurepatron. deciſ. 1. Couar. var. lib. 2. cap.
18. nu. 6. & ſeqq. Peregr. de fideicom. art. 32. n. 84.*
3 dicens nomen ſucceſſoris † ſignificare hæredes vniuerſales per *l. quadam, §. nihil de eden. vbi Alex.
num. 3.* qui ab eo nomine excludit ſingulares ſucceſſores, quoniam in dubio fundator cenſetur voluiſſe
ſe cõformare cum diſpoſitione iuris commu-
4 nis † de hæreditario, non autem de gentilitio, & particulari determinantis *Rot. dec. 482. nu. 7. 675.
num. 1. 707. nu. 8. par. 1. recent. cum alleg. per Lotter. de re benefic. lib. 2. quaſt. 11. nu. 19.*

Non obſtat fideicõmiſſum Caroli patris Ludouici, & Franciſci Mariæ, in quo vocauit ſolùm maſculos
deſcendentes reciprocè ſemper excludendo fœminas donec extarent maſculi, cum quibus filiæ
5 Ludouici non † videntur poſſe concurrere propter qualitatem voluntati fundatoris repugnantem.
6 Quoniam iura directa, & merè † honorifica, prout ſunt iurapatronatus *cap. de iurepatron. cap.
quando de iudic. Lambert hoc tit. lib. 1. par. 2. q. 2. art. 35. num 1. verſ. ego magis clarè*, non tranſeunt
7 ad fideicommiſſarios, † ſed remanent penès hæredem inſtitutum, *l. ſi patroni, l. quia proinde, ff. ad
Trebell.* quæ iura licèt loquantur in patrono liberti, & in iuribus ſepulchrorum, tamen *Bart. in d. l.
quia proinde*, mouens quæſtionem quid in iurepatronatus; illam ſoluendo reſpondit idem ex viratione
comprehenſæ, cum iurapatronatus ſint iura
8 merè honorifica ſeparata à commodo, † & vtilitate, prout ſunt iura ſepulchrorum, & obſequia patronis
per libertos debita, & cum *Bart. poſtmodũ tranſierunt, Alex. Caſtren. & Imol. in d. l. quia
proinde. Bero in cap. 1. num. 14. & ſeqq. de iurepatr. Rocch. de Curt. de iurepatr. in verb. ipſe velis
quaſt. 9. n. 20. & 21. Lambert. eod. tit. lib 1. par. 2. quaſt. 2. art. 35. num. 1.* omnes articulum ad partem
diſcutientes, & hanc vti veriorem ſecuti ſunt *Didacus de teſtam. §. 9. n. 8. & var. lib. 2. cap. 18. n. 8.
Emanuel à Coſta in cap. ſi pater. par. 2. verſ. Trebellianica. nu. 4. de teſtamen. in 6. Peregr. de fideicomm.
art. 6. nu. 37. Graſſ. in §. fideicommiſſum quaſt. 52. Mantic. de contract. lib. 4. tit. 12. num 6.*

& 15. Garz.de beneſ. par.5. cap.9. num. 17. & idē
Lotter. de re beneſic. lib. 2. queſt. 11. num. 29. &
ſeqq. Fuſar. quæſt.634. Fachin.controuerſ.iur.lib.
10. cap.94. & 13.cap.90. Sanchez. reſponſ.moral.
dub.94. nu.2. & quamuis aliqui contrarium ſenſe-
rint nempè *Roman.in alleg. l. ſi patroni & l.Titia,*
ff. ad Trebell. Molin.de primog. lib.1. cap.24. & al-
ter Molina de iuſt.& iur. diſcept.187. Guttier. de
tutel. par.3. cap.29. nu.15. de illorum auctoritate
9 tamen non eſt curandum, cum † multo plures ma-
gis communem, & veriorem negatiuam dixerint,
rationes verò, & argumenta per eoſdem ponderata
abundè fuerūt ſublata per *Bero. Koch. & Lambert.*
ſupra relatos, quæ hoc loco repetere ſuperfluum
viſum fuit Dominis, ſed tantummodo aduerterunt
poſſe facilius euitari illa duo fundamenta, quæ per
Romanum afferuntur pro opinione affirmatiua
admittendo illius argumentationem, ſcilicet, quòd
ſi iurapatronatus tranſeunt ad hæredes etiam ex-
10 traneos † poterunt etiam tranſire ad fideicommiſ-
ſarios, & rurſum tranſeunt iurapatronatus ſub ti-
11 tulo vniuerſali poterunt etiam tranſire ad † fidei-
commiſſarium, cum ad ipſum tranſeat vniuerſitas
rerum, & iurium, nam vis non eſt, an quæ poſſint
tranſire ad hæredes extraneos, aut ſub titulo vni-
uerſali, ſed quomodo tranſeant, nam certum eſt, ſi
clarè pateat de voluntate teſtatoris, quòd inſpa-
12 tronatus trāſire debeat ad fideicommiſſarium, † il-
lud capiet fideicommiſſarius, cum non repugnet
naturæ patronatus, quin poſſit transferri in ſecun-
dum hæredem, & vlteriorem prout ſunt fideicom-
miſſarij ſucceſſiuè vocati *Lambert.d.art.35. ad fin.*
Coſta in alleg. l. ſi pater. num.6. verſ. vltimo ſicut
legatarius Garz d.par.5.cap.19. Lotter.ead. q.11.
nu.37. nam diſponendo eo modo, cum manum ap-
ponat ad rem ſuo hæredi debitam per *l. quia perin-*
de, nulli dubium, quin teneat præcaria diſpoſitio
13 quoad patronatum, † cum liceat teſtatori diſpone-
re de re ſui hæredis, *l. vnum ex familia. §. ſi rem,*
l. filius. §. Dominus. ff. de leg.2. Gabr.conſ.85. n 6.
vol.1. cum alijs per Peregr. art.83. num.5. ſi verò
contendatur, quòd tranſeat iuſpatronatus ex ſolo
14 titulo vniuerſali fideicommiſſi † ſub implicita te-
ſtatoris voluntate in hoc verſatur difficultas; &
quoniam ab ipſa lege, quia perinde ſeparantur, iſta
iura directa, & merè honorifica ab hæreditate di-
ſponentis, tum quia incipiunt deberi alio iure,
15 quam hæreditario, per *l. quia perinde*, propterea
non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi *Bald. in*
l. cum virum. nu.21. C. de fideicomm. dicens, iura
16 ſepulchrorum, nec etiam † iurapatronatus venire
in reſtitutione fideicommiſſi, quia non concernunt
corpus hæreditatis *Mantic. de contract. lib.4. tit.*
12. num.15. affirmans, non eſſe veriſimile teſtatorē
voluiſſe iuſpatronatus tranſire ad fideicommiſſa-
rium, ſed penès hæredem remanere, cum ad hono-
17 rem duntaxat videatur pertinere, & † regulare
eſt in reſtitutione fideicommiſſi non venire bona,
aut iura, quæ alio iure ad grauatū pertineāt, etiam
quod ad hæredem perueniant cum hæreditate di-
ſponentis, *l. cohærede. §. cum filiæ, ff. de vulg. Ro-*
man.conſ.276. num.2. Roland. conſ.65. num.13.
vol.2. Becc.conſ.24. nu.7. & latiſſimè comprobant
Surd.conſ.7. num.25. & ſeqq. & adden. ad deciſ.
421. num.15. Papæ Gregorij XV. & hæc opinio
18 † contra fideicommiſſarios apud nos in cauſis de-
cidendis ſemper fuit recepta *in Aretina Capella-*
niæ 1. Iunij 1584. coram Bubalo relata per Garz.
d. cap.9. num.2. Foroliuien. iuriſpatronatus de Ri-
caſolis 10 Martij 1603. coram Card. Horatio Lā-
cellotto, Vicen. beneficij 19. Decemb. 1619. coram
bo.me. Franciſco Vbaldo, & Maceraten. iuriſpa-
tronatus 15. Decemb.1625. coram eodem, ſed poſt
eius obitum extenſa per Dominum meum Deca-
num in eius locum ſuffectum *Firmana iuriſpatro-*
natus 9. Maii, & 28. Nouemb.1631. coram D. meo
Ghiſlerio, & nouiſſime in cauſa *Florentina Capel-*
laniæ 29. Maij 1634. coram D. meo Dunozet.

Ex quibus omnibus ſequitur ſecunda pars reſo-
lutionis, ſcilicet vota eſſe paria. quoniam ex præſen-
tatis Franciſcus habet voces Philippi, & Ioannis
Baptiſtæ filiorum Franciſci Mariæ; Cecius vero ha-
bet voces Iſabellæ, & Iuniperæ filiarum Ludouici.

Quę non augentur ex eo quòd cum illis fœminis
concurrant alij, qui præſentarunt Cecium, nempè
Odoardus, & Clementinus, tanquam à Peregrino
fratre Ludouici ſenioris deſcendentes, quibus ab
initio per Paulum ſimultaneè fuit acquiſitum iuſ-
patronatus, de quo agitur.

Quia, cum non probent deſcendentiam, neque
19 ſtatum quaſi poſſeſſionis præſentandi † de eis non
eſt habenda ratio, & idem fuit firmatum in cauſa
Piſtorien. Archipresbyteratus 28. Iunij 1602. co-
ram Card. Hieronymo Pamphilio.

Et eo minus iuuari poteſt ex præſentatione Frā-
ciſci Mariæ fratris Philippi, & Ioannis Baptiſtæ fi-
liorum alterius Franciſci Mariæ per Clementinum
20 † tutorio nomine facta propter infantilem Franci-
ſci Mariæ ætatem *Lābert. de iurepatr. lib.2. par.1.*
quæſt.2. art.10. quia cum agatur de patronatu hæ-
21 reditario, in quo † præſentatio fit in ſtirpes, non
autem in capita per *Clement. plures de iurepatr.*
& Franciſcus habeat maiorem partem ſtipitis, nē-
22 pè Philippum, & Ioannem Baptiſtam, † de tertio
non eſt habenda ratio, tanquam de minori parte,
quę non impedit integritatem vocis ex maiori par-
te conflatam *Card. in Clement. plures num.5. de*
iurepatr. Lap. alleg. 3. in fin. Caſſad. dec.5. de iure-
pat. & idem fuit reſolutum in *d. Foroliuien. iuriſ-*
patronatus 18. Martij 1602. coram Card. Sacrato.

Et attenta votorum paritate conſequitur tertia
pars reſolutionis pro concurſu faciendo, cum aga-
tur de Parochiali Eccleſia, in cuius adiudicatione
23 † ante concurſum locus eſſe non poteſt gratifica-
tioni, vt Congregatio Sacri Concilij ſæpè reſoluit
Gonzal. ad reg.8. gloſ.6. num.135. & Garz. de
beneſ. par.9. cap.2. num.278.

Et ita vtraque &c.

§ *Infra in eadem cauſa adſunt alia deciſiones ideſt ſub die 27. Iunij 1636. coram eodem R.P.D. Pirouano, & ſub die 23. Martij 1637. coram Reuerendiſſ. P.D. Coccino Decano.*

R.P.D.

REV.^MO P.D. COCCINO DECANO.

Meleuitana Antianitatis.

Die Veneris 16. Nouembris 1635.

A R G V M E N T V M.

Statutum Religionis Hieroſolymitanæ ſub tit. de commun. ærar. cap. 15. quid diſponat. Antianitas in d. Religione, quando incipiat currere. Remiſſoriæ petitio, quãdo reijciatur.

S V M M A R I V M.

1 *Antianitas in Religione Hieroſolymitana incipit currere à die ſolutionis paſſagij, etiamſi ante factas probationes fuerit illud ſolutũ. & n. 4. & 5.*

2 *Statuti verba, quando ſunt clara, tunc non debent admitti teſtes in contrarium.*

3 *Solutionis paßagij tempus in Religione Hieroſolymitana ſolum conſideratur ad effectum Antianitatis.*

6 *Remiſſoria denegatur, quando articuli continent inuerisſimilia.*

7 *Remißoria dicitur continere inuerisſimilia, ſi materia articulata ſint imaginaria.*

8 *Statutorum verba, quando ſunt clara, ceſſat omnis interpratatio.*

9 *Remißoria denegatur ex vehementi calumnia.*

10 *in Calumnia iudicanda plurimum pollet religio iudicantis, qui ex varijs cauſis, & perſonis ſolet calumniam concipere, & non concipere.*

11 *Ordinat. 14. in tit. de conſil. in ſtat. Religionis Hieroſolymitana, quid diſponat.*

12 *Antianitas in Religione Hieroſolymitana incipit currere à die ſolutionis paſſagij; etiamſi quis admittatur ex nouis probationibus.*

13 *per Teſtes non debet probari id, quod per ſcripturas doceri poteſt.*

14 *Sumptibus maximis, & laboribus remiſſoriæ parcendum eſt, quando aliquid per aliã viã docetur.*

15 *Formam ſibi datam, quis tenetur adimplere.*

16 *Dilatio non datur ad probandum id, quod probatum non releuat.*

D E C I S I O L X X I I I.

ADEST Statutum in Religione Hieroſolymitana ſub tit. de cõmuni ærario cap. 15. à Sede Apoſt. confirmatum, in quo diſponitur, quòd
Quicumque ordinem profiteri voluerit, certum quid debeat ſoluere pro traiectu, ſeu paſſagio antequam ad profeſſionem admittatur, quòd ſi non ſoluerit, Antianitate non gaudeat, & ſubditur. Nam Antianitatem numerari volumus à die, qua paſſagij ſui ſolutionem integrè fecerit. Et propterea
1 pluries Rota reſoluit, quòd Antianitas † incipit
currere à die ſolutionis paſſagij, etiam quòd ante factas probationes fuerit illud ſolutum, & præſertim *coram ſan. mem. Greg. vt in deciſ.* 341. *&* 449. *& in cauſa Neritonen. Antianitatis* 15. *Aprilis* 1622. *coram Remboldo & in alia Meleuitana Antianitatis* 24. *Martij* 1633. *coram R.D. meo Vrgellen. & in hac cauſa* 12. *Februarij huius anni corã R.P.D. meo Carrillo.* Quare ad euitandas huiuſmodi reſolutiones petebatur remiſſoria, & articulabatur primò quòd Antianitas incipit currere à die, qua ſuſcipitur habitus; & qua probationes præſentantur in Conuentu. Secundò articulabatur, quòd ſtatutum prædictum intelligitur, quando vna cum ſolutione paſſagij præſentantur probationes in Conuentu, & idem articulatur in tertio articulo, licet ſub inuolucro verborum, & Domini cauſa maturè diſcuſſa reſoluerunt remiſſoriam non eſſe dandam. Etenim ſuper ſimilibus Articulis fuit denegata in dicta cauſa Neritoneñ, & in dicta Meleuitana, & meritò quidem, quia verba ſtatuti ſunt
2 nimis clara, & ideo non debent † admitti teſtes in
contrarium, *Aegid. deciſ.* 9. *Seraph. deciſ.* 1460. *n.* 3. *& in poſthum. deciſ.* 272. *nu.* 5. *par.* 1. *&* 584. *n.* 2. *par.* 2. *& fuit reſolutũ in cauſa Carthaginen. fructuum* 2. *Maij* 1611. *coram bo. me. Horatio Card. Lancellotto.*

Et prædicta verba ſtatuti licèt clara ex ſe ſint, nihilominus etiam coadiuuantur ex ſequẽtibus verbis d. ſtatuti ibi. Et qui eum ad profeſſionem admiſerit non viſa ſolutione paſſagij, de ſuo ſoluere teneatur, ex quibus clarè patet, quòd non eſt opus quòd paſſagium ſoluatur quãdo probationes præſentantur, ſed ſufficit quòd antea, vel poſt dictas probationes fuerit ſolutum, & conferunt ad hæc alia verba ſequẽtia. Nemini tamen poſtquam paſſagium ſoluerit, ſuper Antianitate lis moueri poſ-
3 ſit. Signum euidens quòd † paſſagium ſolum con-
ſideratur ad effectum Antianitatis, licet de per ſe non ſufficiat, niſi factis probationibus, quæ poſtquam ſunt factæ inſufflant ſpiritum dictæ ſolutioni paſſagij, adeo vt ab illa die computetur Antianitas. Et prædictis adſtipulatur *ordinatio* 26. *tit. pariter de communi ærario*, in qua diſponitur, vt qui ſemel recepti eorum traiectum, ſiue paſſagium iam ſolutum, ſeu aliquam eius partem à communi ærario recuperauerint cenſeantur mutaſſe propoſitum, atque Antianitati acquiſitæ renũciaſſe, ergo aper-
4 tis verbis demonſtratur, † quòd Antianitas incipit
currere à die ſoluti paſſagij, & ex ſequentibus immediatè verbis hoc etiam clarè deprehenditur ibi. Ita quòd ſi dictum traiectum, ſiue paſſagium de nouo ſoluerint Antianitatem numerare non debeant niſi à die ſecundæ ſolutionis, & ſic manifeſtè appa-
5 ret quòd Antianitas ſemper incipit † currere à die
ſolutionis paſſagij, non habita ratione ad probationes niſi in quantum vt dictum eſt inſufflant ſpiritũ ipſi ſolutioni paſſagij, *& in tit. 2. de receptione Fratrum ordinatione* 19. vbi datur Forma electionis Commiſſariorum pro probationibus faciendis, & deſcribitur formula interrogatoriorum faciendorum, nullum verbum dicitur de ſolutione paſſagij, euidens argumentum, quòd iſti ſunt actus omninò inter ſe ſeparati.

Ex quibus inficiari non poteſt, quin Remiſſoria ſit deneganda, non ſolùm quia verba ſtatutorum
6 ſunt clara, ſed † etiam quia articuli continent in-
uerisſimilia, *c. quia non veriſimile de præſumpt. Speculat. de probat. §. nunc dicendum. Rot. deciſ.* 23. *de teſtibus in antiq. Tiraquell. in l. ſi vnquam in præfat. nu.* 38. *in fin. C. de reuocand. donat. Imol. in cap. quia veriſimile. nu.* 1. *de præſumpt. & fuit reſolutum in cauſa Toletana portionis, decima Maij* 1595.

1595. *coram bo.me. Pacen. & in cauſa Valentina
parochial. de Carlet 8. Martij 1602. coram bo.me.
Horatio Card. Lancellotto, quæ eſt deciſio 99. par. 4.
diuerſ. Thaniſ. deciſ. 86. ſan.mem. Greg. deciſ. 414.
nu. 3. Caualer. deciſ. 87. nu. 3.*

Inueriſimilitudo autem hic videtur patens cum
7 † materiæ articulatæ potius videantur immagina-
tæ, vt fierent articuli irreleuantes, quàm quod ita
res ſe habeat, vt patet in hoc caſu ex ſupradictis,
8 quia † verba ſtatutorum ſunt ſatis clara, vt fuit re-
ſolutum in cauſa *Iſpalen. de Eciſa 16. Nouembris
1579. coram ſan.mem. Clem. VIII. Greg. deciſ. 211.
num.* 5. præſertim cum nullus detur fumus, & ar-
ticuli fuerint confecti ad euitādas rationes deciſio-
num Rotalium vnde materia præſumenda eſt im-
maginaria, *vt fuit dictum in cauſa Mediolanen.
bonorum 9. Martij 1597. coram bo.me. Hieronymo
Card. Pamphilio, & in cauſa Vlixbonen. iuris con-
ferendi 7. Febr. 1607. coram Card. Lancellotto, Ad-
den. ad deciſ. 211. ſan mem. Greg.* immo viſum fuit
Dominis dictos articulos eſſe vehementer calum-
9 nioſos. ex † qua vehementi calumnia denegatur re-
miſſoria *Mantic. deciſ. 51. nu. 5. & in poſthum. de-
ciſ. 277. nu 3. par. 1. & fuit nuper dictum in cauſa
Cremonen. penſionis 4. Maij 1635. coram me.* In
iudicanda enim calumnia plurimum pollet religio
10 † iudicantis. qui ex varijs cauſis, & perſonis ſolet
calumniam concipere, vel non concipere, *l. Iudices
& Auth. apud eloquentiſſimum de fid. inſtr. & fuit
dictum in cauſa Regien. S. Thomæ 10. Decembris
1576. in verſ. dicebant diuerſas eſſe rationes corā
Robuſterio, Mantic. deciſ. 312. nu. 10. & in puncto
ſimilium articulorum fuit denegata remiſſoria in
d. cauſa Melenitana antianitatis 2. Iunij 1634. co-
ram R.P. D. meo Vrgellen.*

Quoad alios Articulos in hac cauſa *coram R.P.
D. meo Carrillo 12. Februarij huius anni fuit dictū
11 non obſtare ordinationem* † 14. *in tit. de conſilio,* in
qua diſponitur, quòd præſentatis probationibus in
Capitulo Prouinciali, ſi ab omnibus nemine diſcre-
pante, reijciantur pars amplius non ſit audienda,
oſtenditur enim per euidentiam rei, quòd ab omni-
bus probatione, non fuerunt reiectæ, & in 2. deci-
ſione facta 5. Martij etiam huius anni dicitur quòd
non conſtat de decreto d. reprobationis, quia lo-
cus in quo deſcribi debuiſſet d. decretum fuit reli-
ctus in albo, & inſuper cum etiam prætenderetur
quòd Antianitas debuiſſet incipere à die præſenta-
tionis ſecundarum probationum in Conuentu ex
illis verbis, quòd Antianitas deberet currere, des
del dia de ſu preſentacion, quæ tamen verba Rota
reſpondit in 2. deciſ. eſſe intelligenda à die, qua
Eques Ludouicus ſe præſentauit, eoq. magis quod
Commiſſarij non poſſunt apponere d. conditiones,
quia Antianitas debet incipere à die ſolutionis
12 † paſſagij, etiam quòd quis admittatur ex nouis
probationibus prout fuit reſolutum in d. cauſa Ne-
ritonē *coram Remboldo. cum in 4. articulo pona-
tur,* quòd ſolutio paſſagij nihil operatur, quando
probationes ſunt reiectæ. Et in 5. articuletur quòd
tunc cenſentur ab omnibus reprobatæ, & nemine
diſcrepante, quando reprobatæ primo fuerunt à
Commiſſarijs 2. à deputatis à Capitulo, vel Aſſem-
blea, & votum Capitularium fuerit firmatum, &
ſubſcriptum à Capitulantibus. Et 6. articuletur q
probationes Equitis Ludouici fuerunt præd. modo
reprobatæ. Et 7. loco articuletur quòd linguæ, &
Prioratus poſſūt decernere Antianitatem tam pu-
rè, quàm ſub conditione. Quoad iſtos inquam arti-
culos viſum fuit DD. eos non eſſe admittendos.
Primo quia dato ſine veri præiudicio quòd quart. &
quint. articulus eſſent veri, punctus ſtat in eo, quod
deducitur in 6. articulo, & quòd ita fuerunt repro-
batę probationes fratris Ludouici quod non eſt ad-
13 mittendum, † vt probetur per teſtes cum poſſit
per ſcripturas probari *Rota deciſ. 46. de teſtib. in an
tiq. & deciſ. 10. nu. 2. verſ. præterea de offic. deleg.
in nou. Felin. in c. 1. nu. 4. de appellat. Afflict. de-
ciſ. 398. nu. 4. Put. deciſ. 356. lib. 2. in correct. Rot.
deciſ. 772. nu 4 par. 1. in poſthum. & ratio videtur
14 eſſe ſecundum Aegidium dec. 9. ad parcendum* † *La-
boribus, & maximis ſumptibus, qui fiunt in remiſ-
ſorijs proſequendis Caualer. deciſ. 87. nu.* 1. vbi in
terminis Religionis Hieroſolymitanę fuit denega-
ta remiſſoria ad probandum, quòd volens ingredi
d. Religionem teneatur probare nobilitatem con-
tinuam per annos 200. quia hoc poteſt probari
per ſcripturas 2. quia nec per ſe quartus & quintus
articulus eſt admittendus, quia vterque eſt inue-
riſimilis, & valde calumnioſus vt ſupra dictum fuit.
*Nam dicta ordinatio 14. tit. de conſilio claris ver-
15 bis* † dicit quòd probationes præſententur in Ca-
pitulo Prouinciali, &c. & ſubdit quòd ſi aliquæ
ex præfatis probationibus per omnes fratres Capi-
tulum Prouinciale celebrantes nemine diſcrepan-
te reprobatæ, & reiectæ fuerint in Archiuio repo-
nantur, & ipſe recipi Prætendens ab ingreſſu or-
dinis omnino arceatur, quæ verba adeo aperta, &
clara ſunt, quod & reprobatio debeat fieri ab omni-
bus de Capitulo Prouinciali, vt non ſine maxima
calumnia tergi verſari poſſint.

Quantum attinet ad ſeptimum articulum, ille
etiam nequaquam releuat, quia hic non agitur de
Antianitate, conceſſa ſub conditione à lingua vel
Prioratu Religionis, ſed vt prætenditur ab ipſis Cō-
miſſarijs, quibus hoc facere minimè licitum fuit, &
ideo quicquid poſſit Religio contra ſtabilimenta,
non inde ſequitur, quòd idem dicendum ſit de Cō-
miſſarijs, quibus eſt data certa forma, vt in ſtabili-
mentis Religionis, & præſertim in allegata ordi-
natione 19. de recept. fratrum, & nullibi legitur
quod poſſint Antianitatem cōcedere purè, vel ſub
16 conditione, & † propterea teneantur ſeruare for-
mam ſibi traditam *leg. diligenter. ff. mand.* quare
iſte articulus tanquam irreleuans non eſt admittē-
17 dus, cum dilatio non detur † ad probandū id, quod
probatum non releuat, *l. ad probationem, & ibi
Caſtr. C. de probat. Caſtad. deciſ. 2. de dilat. Capu-
taq. deciſ. 61. par. 3. Oldrad. conſ. 316. nu. 1. Roman.
conſ. 226. nu. 3. Caſ. de Graſ. deciſ. 1. num. 5. & deciſ.
ſeq. de dilat. & fuit pluries reſolutum.*

Et ceſſat omnis difficultas, quia vt ſupra dictum
☞ eſt, & conſtat ex ſecunda * deciſione R.P.D mei
mei Carrilli, non eſt verum in facto quòd Com-
miſſarij voluerint Antianitatem incipere à die prę-
ſentationis ſecundarum probationum.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

☞ *Eſt deciſio 19. ſupra in hac eadem parte.*

Ideſt

Digitized by Google

**Ideſt ſub die 3. Martij 1635. eſt deciſio 25. pariter ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. BVCCABELLA.

Auenioneñ Fideicommiſſi.

Die Lunæ 19. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Interdictum, quorum bonorum, quod competit hæredi, datur etiam eius ceſſionario. Hæreditatis aditio probatur etiam ex verbis enunciatiuis, immo ex ſola ceſſione, aut donatione alicui facta de hæreditate.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator, ſi filios præterierit eius teſtamentum non ſubſtinetur.*
2 *Hæredi proximiori ab inteſtato, competit interdictum, Quorum bonorum.*
3 *Ceſſionario competit id, quod competebat cedenti.*
5 *Hæreditas non adita regulariter nõ trãſmittitur.*
6 *Hæreditatis aditio probatur etiam ex verbis enũciatiuis.*
7 *Clauſula, & omni meliori modo, cum dictione copulatiua, implicat etiam alios modos extra expreſſos.*
8 *Hæreditatem donans, vel cedens, vel ius ſibi ſuper hæreditate competens cenſetur illam adire.*
9 *Filij legitima conſolidatur cum ſuis bonis, & efficitur vnum patrimonium.*

DECISIO LXXIV.

POSTQVAM fuit vltimo loco die 27. Nouẽbris 1627.* coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo in hac cauſa reſolutum, ſubſtitutionem exemplarem, quam Nicolaus teſtator Bartholomæo, & Antonio filijs mente captis hæredibus inſtitutis, fecerat ad fauorem Franciſci, & Hectoris nepotum
1 ex filiabus, eſſe nullam; ex quo † Teſtator filias ipſas præterierat contra diſpoſitionem, *l. humanitatis. C. de impub.* & alijs ſubſtit. prout antea etiam fuerat firmatum 10. Iunij 1624. coram bo. me. Buratto; intrare tamen ſubſtitutionem fideicommiſſariam ad fauorem eorumdem nepotum, quoad bona teſtatoris; DD. Franciſcus, & Catherina nepotes Gabrieliæ vnius ex d. teſtatoris filiabus, & eiuſdem Gabrieliæ eorum auiæ maternæ donatarij, ceſſionarij, & hæredes petierunt ab inteſtato immiſſionem in bonis mente captorum; ſuper quo hodie propoſito particulari dubio, Domini dixerunt immiſſionem eſſe dandam; quia ſicuti illa Ga-
2 brieliæ † vti proximiori hæredi ab inteſtato competebat ex interdicto quorum bonorũ, *l. 1. C. quorum bonorum, cum alijs adduct. per Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed. 1. num. 33. & per Rot. deciſ. 115. nu. 1. par. 1. recent. & coram Card. Caualer. dec. 386. nu. 1. & dec. 401. num. 3. & ſeqq* ita etiã
3 competit dictis Gabrieliæ nepotibus, † ceſſionarijs, ac hæredibus perſonam illius repræſentantibus, vt per eumdem *Menoch. de adipiſc. remed. 40. n. 236. & ſeqq. cum alijs allegat. & tenuit Rot. d. dec. 115. num. 1. verſ. quod modo competit par. 1. recent. & tradit Grat. diſcept. 709. nu. 35.* & cum huiuſmodi bona in effectu conſiſtant in legitima in bonis paternis dictis filijs mentecaptis debita ipſa immiſſio
4 † eſt danda pro tertia parte pro indiuiſo ipſius legitimæ dictæ Gabrieliæ debita. *iuxt. not. in l. locus. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 70. num. 10. & ſeqq. lib. 6. & tenuit Rot. in pluribus cauſis relat. per addent. ad dec. Greg. XV. 185. nu. 4* & fuit dictum in cauſa *Ciuitatis Caſtelli bonorum 12. Iunij 1617. coram Eminentiſſ. Card. Pamphilio, & in Romana hæreditatis del Conte 29. Nouemb. 1621. coram Card. Caual.*

Non obſtat, quòd probari non videatur Gabrielliam hæreditatem dd. fratrum, dum vixit ab inte-
5 ſtato adiuiſſe, † & quòd hæreditas non adita regulariter non tranſmittatur, *l. ſi ex pluribus in princip. ff. de ſuis, & legitim. l. vnica. §. in nouiſſimo. C. de caduc. tollen. Surd. dec. 140. n. 5. & 6. Franc. dec. 101. nu. 24. & ſeqq. Gomez. variar. reſol. to. 1. cap. 9. nu. 1. Rot. in Firmana fideicommiſſi de Formonis 9. Iunij 1634. coram R. P. D. meo Panzirolo.* Quoniam de aditione ſatis conſtare viſum fuit ex mandato procuræ per ipſam Gabrieliam facto de anno 1614. in quo ſe expreſsè nominauit ſororem vtrinque coniunctam, & hæredem DD. Bartholomæi, & Antonij mentecaptorum, quæ nominatio
6 ſufficit ad hunc effectum, cum etiam ex verbis † enunciatiuis hæreditatis aditio probetur *Bart. in l. gerit ſub nu 14. ff. de acq. hæred. Matheſ. not. 34. Iaſ. in l. ex his verbis. C. de teſt. milit. ſub n. 8. verſ. octauo limita. Ruin. conſ. 113. num. 7. lib. 3. Berou. conſ. 57. nu. 55. lib. 3. Aym. conſ 148. nu. 10. Greg. dec. 460. nu. 1.* & Procuratores conſtituit ad ipſius nomine adeundum dd. Bartholomæi, & Antonij hæreditatem, qui mente capti, & nullo condito teſtamento deceſſerunt; ac etiam petendum ſe immitti in poſſeſſionem bonorum, & hæreditatis eorumdem in totum, vel pro parte, qui poſtea immiſſionem ipſam effectualiter petierunt, & ſic hæreditatem adiuerunt; & licèt illam petierint ex remedio *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* nihilominus ſe ad illud minimè reſtrinxerunt, ſed vlterius illam etiam petierunt omni meliori modo ex quocũque alio titulo, ſeu cauſa iure, &c. & omni meliori alio remedio poſſeſſorio, magis oportuno & proficuo, & ſic petitio comprehẽdit etiam remedium interdicti quorum bonorum, quòd dictæ Gabrieliæ ab
7 inteſtato venienti competebat, ſtante clauſula, † & omni meliori modo cum dictione copulatiua, quæ implicat etiam alios modos diuerſos ab expreſſis, *Dec. conſ. 14. num. 4. Achil. dec. vnic. de verb. ſignif. Rot. dec. 467. nu. 7. lib. 3. par 3. diuerſ. & dec. 733. num. 9. par. 2. recent.*

Præterea eadem aditio probatur etiam ex donatione, ac ceſſione poſtea de anno 1616. per verba ampliſſima per eamdem Gabrieliam facta ad dd. Franciſci, & Catherinæ fauorem, donans enim
8 † aut cedens hæreditatem, vel ius ſibi ſuper hæreditate competens cenſetur illam adire *ad tex. in l. ſi auia C. de iur. deliber. Corn. conſ. 211. nu. 2. lib. 2. & conſ. 110. nu. 4. lib. 4. Aym. conſ. 200. num. 1.*

Soc-

Soccin. iun. conſ. 107. num. 1, lib. 2. Menoch. conſ. 1, nu. 488. Surd. conſ. 244. nu. 19. & 523. num. 8. Put, dec. 519. nu. 3. lib. 2.

Non obſtat, quòd dicto Bartholomæo, qui præ-
deceſſit ſucceſſerit dictus Antonius frater ſuper-
ſtes ex reciproca per patrem inter ipſos facta. Nã
quicquid ſit de hoc, placuit reſponſio, quòd præ-
ſuppoſita tali ſucceſſione portio legitimæ Bartho-
lomæi peruenit ad Antonium, & ſic tota legitima
9 dd. filijs mentecaptis debita † fuit in ipſo Antonio
conſolidata, & effectum vnum patrimonium. *iuxt, l. ſed ſi plures §. filio. ff. de vulg. & pupill.* proinde-
que dictæ Gabrieliæ eiuſdem Antonij ab inteſtato
cohæredi adhuc competebat immiſſio pro integra
tertia parte ipſius legitimæ vtrique fratri in bonis
paternis debitæ, &c.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

☞ *Eſt deciſio 112. ſupra par. 5. recent.*

Et infra in eadem cauſa adeſt altera deciſio ſub die 3. Martij 1636. coram eod. bo. me. Buccabella.

R. P. D. MACHIAVELLO,

Auguſtana Decimarum.

Die Lunæ 19. Nouembris 1635.

ARGVMENTVM.

Ius decimandi, quando debeatur Monaſterio, Teſtis vnicus in iudicio manutentionis, licèt ſufficiat, tamen quando id non procedat. Dictum teſtis à ſe inducti quando quis poſſit impugnare.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio regulariter, niſi doceatur de poſſeſſione, non conceditur.*
2 *Monaſterium, ſi habeat curam animarum, ei tãquam Parocho debetur ius decimandi.*
3 *Manutentionis denegatio ſubſtineri non poteſt, probata poſſeſſione.*
4 *Teſtis vnius depoſitio non attenditur, ſi deponat de aliquo, de quo per teſtes optimè informatos nihil fuit dictum.*
5 *Teſtis vnicus, in iudicio manutentionis non admittitur, quando adſunt coniecturæ, & præſumptiones in contrarium.*
6 *Depoſitioni teſtis à parte inducti, admodum eſt deferendum.*
7 *Teſtem inducens cenſetur approbare perſonam, non autem dictum.*
8 *Teſtis dictum etiam à ſe inducti, quis poteſt impugnare, ſi inueniat eſſe veritati aduerſum.*

DECISIO LXXV.

☞ CVM reuideretur Deciſio, quæ in hac cauſa die 18. Iunij coram me * emanauit, placuit
Dominis eam cõfirmare quoad primam partem,
in qua dicebatur Vicarium arcendum eſſe ab exa-
ctione omnium decimarum Eccleſiæ Parochialis
Oppidi Fieſſen, quoniam adhuc ſubſiſtere viſa fue-
runt fundamenta ibi deducta, quòd nimirum defi-
ciat ei ad hunc effectum non ſolum titulus, ſed etiã
poſſeſſio, hæc enim quæ penès Monaſterium Beati
Magni, & teſtibus optimè deponentibus reperiri
deſumitur, penes ipſum Vicarium nullo pacto, ex-
1 tare probatur, & ſine ea † manutentio regulariter
non conceditur ex vulgatis. Titulus verò non ip-
ſi vti ſimplici Sacramentorum miniſtro, ſed dicto
Monaſterio, cui talis Eccleſia fuit iam vnita, & in
quo ſimul cum animarum cura reſidet Parochiali-
tas euidenter aſſiſtit, prout etiam ex ſententia Ro-
2 tali iam definitum apparet vnde eidem † Monaſte-
rio tanquam Parocho. & poſſidenti non autem ip-
ſi Vicario tale ius decimandi debetur *Card, in Clem 1, de offic, Vicar. num.* 10. cum reliquis cita-
tis in ſupradictæ huius cauſæ deciſione,

Quo vero ad ſecundam partem, in qua ſimiliter
denegabatur Vicario manutentio in poſſeſſione,
quorumdam bonorum, & in quaſi poſſeſſione exi-
gendi certam ratam pecuniarum quæ ab ipſo pro
congrua prætendebantur, Domini receſſerũt à de-
ciſis dicentes Vicario dandum eſſe mandatum de
manutenendo quoad duo prata in Veidach, & Mo-
ſanger exiſtẽtia, & quoad exactionem ſex nummo-
rum pro quolibet prato nouiter ad culturam reda-
cto in Froſchenſee. Viſum enim non ſolùm fuit ex
quadam concordia ſatis conſtare de aſſignatione ei
facta horum bonorum à ciuibus Fieſſenſibus cum
conſenſu Ordinarij, ſed etiam ſufficienter probari
ex teſtibus quoad dicta bona actualem eius poſſeſ-
3 ſionem, vnde exiſtimauit Rota pro † hiſce corpori-
bus ac nummis denegationem manutentionis ſu-
ſtineri non poſſe *vulg. §. retinenda.*

Et quamuis inter huiuſmodi teſtes Vicarij vide-
retur nonus magis eius poſſeſſionẽ ampliare extẽ-
dendo illam ad alia plura, & præſertim ad decimas
caulium, & animalium volatilium; de ipſius tamẽ
depoſitione nulla fuit habita ratio, ſiquidem & cõ-
trarius apparuit ſupradictæ concordiæ, & inueriſi-
4 mile credebatur, † quòd ſi ita ſe res haberet reliqui
teſtes optimè informati, & pro Vicario deponen-
tes hoc ſub ſilentio inuoluiſſent, in huiuſmodi au-
5 tem iudicio † neque etiam ſtatur dicto vnius teſtis
quando adſunt coniecturæ & inueriſimilitudines in
contrarium, *Rota in Boianen. penſionis coram Penia impreſſ. per Marcheſ. par. 1. fol. 618. n. 4. in fin.*

Nec ex eo quòd iſte teſtis ab Abbate dicti Mo-
naſterij fuerit inductus dici debet Abbatem ei fidẽ
6 addidiſſe, ideoq. eius depoſitioni † multum eſſe de-
ferendum, nam reſponſum fuit quòd inducens te-
7 ſtem † cenſetur quidem approbare eius perſonam,
8 non autem dictum, ideoq. poteſt illud † impugna-
re ſi inueniat poſtea eſſe veritati aduerſum, *gloſ. in c. præterea. verſ. ſi quis de teſt. Rot. deciſ. 244. n. 2. par. 1. recent.*

Quo verò afferebantur contra validitatem ſu-
pradictæ concordiæ, in qua fundatur talis congruæ
aſſignatio, viſa fuerunt non eſſe præſentis indagi-
nis, ſed ad petitorium ſpectare,

Et ita vtraque &c.

☞ * *Habetur infra hæc deciſio in Additione prout in Indice in eius fine poſito.*

R.P.D.

R. P. D. MERLINO.

Gerundeñ Iuriſdictionis.

Die Lunæ 3. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Capitulum de iure communi habet ius diſponendi, & ſtatuendi ſuper diſtributionibus Anniuerſariorum, alijsq. rebus, & negocijs ad Eccleſiam ſpectantibus priuatiuè, quoad Beneficiatos, & vide plura, & pulchra circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *penes Capitulum reſidet poteſtas ferendi leges, ſeu ſtatuta condendi ſuper rebus, & negotijs ad Eccleſiam ſpectantibus, & pro ipſius tranquillo regimine, & nu 19.*

2 *Capitulo, tanquam corpori miſtico Pontifices cõtulerunt iuriſdictionem condendi leges, & ſtatuta pro negocijs ad Eccleſiam ſpectantibus.*

3 *Iuriſdictionis eſſentialis actus, eſt lex, & ſtatutum, vel conſuetudo.*

4 *Beneficiati, & Clerici non ſunt de Capitulo, nec ſub Capituli appellatione comprehenduntur.*

5 *Et ideo ius ſtatuendi ſuper rebus Eccleſiæ non ſpectat ad ipſos.*

6 *Obſeruantia eſt multum efficax ad ius ipſum ſtabiliendum, & indicandum eſſe receptum.*

Leges moribus coaleſcunt. nu. 6.

7 *Obſeruãtia comprobat iuriſdictionem ad aliquem ſpectare, quoad alios priuatiuè.*

8 *Beneficiati reputantur, tanquam ipſius Eccleſiæ ſerui.*

9 *Beneficiati, cum ſint ſerui Eccleſiæ penes ipſos obſequendi potius neceſſitas, quam imperandi manet auctoritas, & poteſtas iuriſdictionis.*

10 *à Iuriſdictione, tanquam à cauſa efficiente, & neceſſaria emanant conſtitutiones omnes, & ſtatuta. & nu. 14.*

11 *Iuriſdictio ſtatuendi ſuper rebus Eccleſiæ, retinetur à Capitulo, tanquam Eccleſiæ caput.*

12 *Statuendi poteſtas, nec ab vtilitate Agentis, neque ab adminiſtratione pẽdet, ſed à iuriſdictione.*

à Diuerſis, non fit illatio. nu. 12.

13 *Laudum eſt ſtrictis iuris, & ideo non poteſt extendi ad caſum non expreſſum. & nu. 24.*

15 *Legato facto Ciuibus, ſeu Decurionibus Ciuitatis non cenſetur conſiderata perſona ipſorum, ſed Vniuerſitas, & totus Ciuium ambitus iure ſociatus.*

16 *Legatum relictum Aedituo Templi, ſeu Hieroſilaci, non ipſius perſonæ, ſed templo, & ſacris ædibus, quarum ipſe cuſtodiã gerit, factũ cẽſetur.*

17 *in Legatis relictis alicui loco, Eccleſiæ &c. ſi perſonæ aliquæ in eis exprimantur, cenſentur ſtare demonſtratiuè.*

18 *Teſtator præſumitur, ſe conformaſſe, cum diſpoſitione iuris.*

19 *Sententia, ſi non ſit lata, ſuper toto eo, quod petitur, cenſetur nulla.*

20 *Beneficiatis ius commune reſiſtit, ne habeant iuriſdictionem in condendis ſtatutis &c. ſuper rebus Eccleſiæ, & in hoc fauet Capitulo, ne biceps corpus, & ſic monſtrum gignatur:*

22 *Beneficiati, ſi conſiderantur vti ſinguli collegium non conſtituunt. ſed ſubſunt Capitulo.*

23 *Beneficiatis, ſine licentia Superioris non eſt permiſſum facere congregationes.*

25 *Verba, in dubio potius cenſentur ſtare demonſtratiuè, quam taxatiuè.*

26 *Dubium quando aliquid eſt, rectè id declarari poteſt ex ſubſequuta obſeruantia.*

27 *Actus interpretatio nulla certior haberi poteſt, quam ab obſeruantia.*

DECISIO LXXVI.

DVABVS ſententijs Rotalibus pronũciatum fuit *Ius ſtatuendi, & diſponendi ſuper diſtributionibus anniuerſariorum, aliorumq. ex pia fidelium largitate relictorum, ſpectare ad Abbatẽ, & Capitulum celebris Collegiatæ S Fælicis Gerũdeñ priuatiuè ad Beneficiatos, & eorumdem anniuerſariorum Protectores; Neque prædictis Beneficiatis competere ius conuocandi comitia, ſeq. congregandi abſque Abbatis licentia*; quas ſententias hodie coram me Domini dixerunt eſſe confirmandas, quia validitas earum non impugnabatur, iuſtitia vero ſatis, ſuperq. deducitur ex aſſiſtentia iuris communis, ex ſubſequuta obſeruantia, & ex validis rationum momentis.

1 De iure enim communi poteſtas ferendi † leges,
ſeu ſtatuta condendi, ſuper rebus, & negocijs ad
Eccleſiam ſpectantibus, & pro ipſius tranquillo
regimine reſidet penès Capitulum, cui tanquam
2 † corpori myſtico Pontifices contulerunt iuriſdi-
ctionem, cuius eſſentialis actus eſt lex; & ſtatutũ,
3 † vel conſuetudo ipſa eam tribuit, fauente tacito
ipſorum Pontificum conſenſu, vt colligitur *ex cap.
cum omnes de conſt. & c. vnico ne ſede vacante in
6. gloſ. in c. 2. § cæterum verbo ſtatutum de verb.
ſignific. in 6.* & tradunt *Abb. in c. cum conſuetudinis
nu. 4. de conſuetud. Felin. in d. c. cum omnes num. 9.
verſ. vbi autem de conſt.* & benè diſſerit, *Suarez.
de leg. lib. 4. c. 6. num. 11. & 12.* Clerici autem, &
4 Beneficiati non ſunt de Capitulo, † nec ſub Capitu-
li appellatione comprehenduntur *Compoſtellan. in
c. 1. nu. 4. de elect. Abb in c. ſcriptum nu. 4. eod. tit.
Dec. in c cam te in 2. notab. de reſcript. Rota apud
Caſ. de Graſſ. dec. 4. nu. 6. de his quæ fiunt à maiori
parte Capituli*, quæ loquitur de Eccleſia Gerundeñ
*& fuit deductũ in quatuor deciſionibus in hac cau-
ſa coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & coram
R.P.D. meo Veroſpio emanatis, atque in Romana
anniuerſariorum 25. Iunij præteriti coram me*; &
5 propterea ad ipſos † Beneficiatos ius ſtatuendi
ſpectare nullatenus poteſt.

Subſecuta vero obſeruantia iuris communis di-
ſpoſitioni conformis oſtenditur, nam Abbas, & Ca-
pitulum iuxta temporum, & caſuum emergentium
neceſſitates, varia ediderunt ſtatuta circa diſtribu-
tionem anniuerſariorum, ex ijs aliquando portio-
nem augendo Beneficiatis nonnunquam etiam im-
minuendo, vt apparet ex ſtatutis datis in Summ.
6 num. 2. & 3. quæ obſeruantia multum † eſt efficax
ad ius ipſum ſtabiliendum, & indicandum id eſſe

re-

Digitized by Google

receptum, cum leges moribus coaleſcant, vt dicit
*Iſidor.cap.*1. *diſtinct.*1. & comprobat iuriſdictio-
7 nem † ipſius Capituli ad condendum ſtatuta, & le-
ges priuatiuè quoad beneficiatos *iuxta l.minimè,
l. ſi de interpretatione, l.nam Imperator. ff. de legib.
c. cum dilectus de conſuetudine.*

Iuſq. ipſum, vt ſupra obſeruatum non ſine ratio-
8 ne etiam conſtitutum fuit, quia ſi Beneficiati † re-
putantur tanquam ipſius Eccleſiæ ſerui, vt dedu-
citur *ex c. penult. de cleric. non reſident.* & notat
Gloſa in verbo aſſiſios, vtique penes ipſos obſequē-
9 di potius neceſſitas, quam imperandi † manet au-
ctoritas, & poteſtas iuriſdictionis, à qua tanquam
10 à cauſa † efficiente, & neceſſaria manant conſtitu-
tiones omnes, & ſtatuta, vt deſumitur *ex c.cum
acceſſiſſent, & c.cum in Eccleſia S. Mariæ de con-
ſtit.* & ibidem communiter tradunt Canoniſtæ, *c.
ſolitæ de maiorit. & obedient. Bart. in l. omnes po-
puli in* 1. *quæſt.num.*3. *ff. de iuſt & iur.* & conſen-
tiunt Theologi *cum D. Thom. in* 1.2. *quæſt* 90. &
bene *per Suarez. de legib. lib.*1. *cap.* 7. *per tot.* &
11 hæc retinetur † à Capitulo tanquam Eccleſiæ ca-
pite, vt ſupra dictum fuit.

Obiectum verò in alijs diſputationibus pluries
excuſſum, & reiectum, hodie repetitum, quòd Be-
neficiati debeant, & ipſi ſtatuendi communem cũ
Capitulo authoritatem habere; tum quia commu-
nis eſt illorum vtilitas in his Anniuerſarijs, tanquã
conflatis ex legatis pijs ad ipſos quoque Benefi-
ciatos ſpectantibus; tum etiam quia penès eoſdem
beneficiatos reſidet adminiſtratio eorumdem an-
niuerſariorum iuxta tenorem laudi facti de anno
1400. minimè releuare viſum fuit.

12 Quoniam ſtatuendi poteſtas, † nec ab vtilitate
Agentis, neque ab adminiſtratione pendet, ſed à
iuriſdictione, quam non habent Beneficiati, vt fuit
oſtenſum, vnde à diuerſis non benè fit illatio, *l. Pa-
pinianus. ff. de minoribus. l. inter ſtipulantem. §. ſa-
cram. ff. de verb locat.* & laudum quod eſt ſtricti
13 iuris † diſponens ſuper adminiſtratione non poteſt
14 ad iuriſdictionem † extendi, à qua pendet ius ſta-
tuendi *iuxta tradita per Ruin. conſ.*116.*n* 6. *lib.*4.
*Surd.conſ.*313. *nu.*14

Nec ex eo quòd aliqua legata fuerint facta Pro-
tectoribus anniuerſariorum. inter quos ſunt etiam
Beneficiati deſumi poteſt argumentum poteſtatis
ſtatuendi eiſdem attributæ: Primò quia mẽtio Pro-
tectorum potius facta cenſetur ad deſignandum eo-
rum miniſterium, & curam adminiſtrandi anniuer-
ſaria, quam ipſorum miniſtrorum perſonas ipſis
etiam teſtatorib ignotas; prout in legato facto Ci-
uibus, ſeu Decurionibus Ciuitatis, quod non cen-
15 ſeatur † conſiderata ipſorum perſona, ſed Vniuer-
ſitas, & totus ciuium cœtus iure ſociatus reſpon-
dit. *I C. in l. Ciuibus. ff. de reb. dub.* & textum ra-
tionibus comprobant & exornant. *Durand. de
arte teſtandi tit.*6. *cautel.*7. *Menoch. de præſumpt.
lib.*4. *præſumpt.*111. *num.*6. *& ſeqq. & præſumpt.*
113 *per tot. D. Facbin. controuerſ. iur. lib.*5. *c.*41.
& de legato facto Æditui Templi, ſeu Hieroſila-
16 ci, † non ipſius perſonæ, ſed templo, & ſacris ædi-
bus, quarum ipſe cuſtodiam habet, relictum cen-
ſeri, ſub appellatione illius miniſterij, deſignato lo-
co cui præeſt, reſpondit *Scæuola in l. annua §. attia
ff. de annuis legat. & ponderat D. Facbin. contro-
uerſ. iur. d.cap.*41. *ad fin.* pluribuſq. alijs exem-
17 plis † quod in huiuſmodi legatis perſonæ ſtent ſo-
lum demonſtratiuè, & legata debeantur loco, ſeu
Eccleſiæ deducit *Card. Seraph. deciſ.*1149. *num.*4.
& ſeqq.

Secundo & multo magis, quia teſtatores quoad
18 hæc legata anniuerſariorum † cenſentur ſe confor-
maſſe cum diſpoſitione iuris prout regulariter pre-
ſumitur, *l. cum de Lanionis. §. item cacabos. ff de
fund. inſtruct. Crauet. conſ.*250. *nu.*1. *Card. Man-
tic, de coniect. vltim. vol. lib.*1. *tit.*14. *num.* 15. &
19 ſic quòd † poteſtas ſtatuendi ſuper illis ſpectet ad
eos ad quos ſpectare debere iuris ratio poſtulat, &
conſequenter ad ipſum Capitulum.

Minus obſtat fundamentum, quo potiſſimum
impugnabantur ſententiæ Rotales, quòd ſcilicet
circa modum ſtatuẽdi nihil fuerit in eis firmatum,
& tamẽ cum ſuper hoc emanauerit deciſio *ſub die
16. Martij* 1635. *coram R P.D. meo Veroſpio* vi-
debatur opus illum per ſententiam canonizare
20 † adeo vt hæc ſententia dum non fuit lata ſuper to-
to eo, quod fuit petitum, cenſeatur nulla, *ex tra-
ditis corã Reuerendiſſ. D. meo Decano dec.*336. *n.*1.

Quoniam placuit Dominis reſponſio, quòd de-
ducta *in deciſ. R P.D. mei Veroſpij* circa modum
ſtatuendi reſpiciunt potius exequutionem, & pro-
pterea non fuit opus quidquam ſuper eo definire
in ſententia; ſed dum ſtatuta edentur per Capitu-
lum, quæ diſpoſitioni iuris, vel conſuetudini legi-
timè præſcriptæ repugnent, tunc opportunis iuris
remedijs poterunt agere Beneficiati. & cauſam in-
troducere. Vnde nec in facto ſubſiſtit. quòd ſen-
tentia prolata non fuerit ſuper toto petito. quia
Actor, qui eſt Capitulum, petijt ius ſtatuendi dum-
taxat ad ipſos ſpectans per ſententias ſtabiliri, pro-
ut factum fuit.

Quo verò ad alterum caput ſententiarum Ro-
talium continens beneficiatis non competere ius
ſe congregãdi, iuſtitia deſumitur ex iiſdem ferè ra-
tionibus quibus fuit comprobatum non compete-
21 re ius ſtatuendi: quandoquidem circa hoc † iuris
communis diſpoſitio pariter ijſdem reſiſtit, & fa-
uet Capitulo ne biceps corpus, & ſic monſtrum
gignatur, *c. dilecta. & ibi Abbas nu.*1. *&* 2. *de ex-
ceſſ. prælat.* & dum ipſi conſiderantur, tanquam
22 † ſinguli, neque collegium conſtituunt, ſed ſub-
23 ſunt Capitulo, ſine ſuperiori licentia † nõ eſt per-
miſſum ipſis facere cõgregationes vt in his termi-
nis de beneficiatis Eccleſiæ Gerundeñ eſt deciſio
*Caſ. de Graſ.*4. *n.*14. *de his quæ fiunt à maiori par-
te Capituli, & in deciſionibus in hac cauſa emana-
tis coram Reuerendiſſ. D. meo Decano plenè fuit de-
ductum.*

Nec aduerſatur quod in ſententia arbitramen-
tali fuerit quidem conceſſum Abbati, qui præſes eſt
Capituli, ius concedendi huiuſmodi licentiam, ſed
24 tamen ſententia † arbitramentalis loquatur ſolùm
de congregationibus faciendis occaſione anniuer-
ſariorum, ideoq. ad alia extendi non debeat.

Quoniam mentio facta de congregationibus ra-
25 tione anniuerſariorum videtur potius † ſtare de-
monſtratiuè, quàm taxatiuè, prout in dubio præ-
ſumitur, *l. fin. §. Titia. ff. de lib. legat. Crauet.
conſ.*

conſ.301. nu.5. Rota coram ſan.mem.Greg.XV.deciſ.516. nu.8. ideoq. ius Abbatis non cenſetur reſtrictum ad licentiam impertiendam pro Comitijs anniuerſariorum, ſed ad omnes alios actus, & congregationes conceſſum quod quatenus dubium eſ-
26 ſet. benè id declarauit ſubſequuta † obſeruantia, deſumpta ex pluribus actibus datis in ſumm nu.6. & 7. capientibus ſpatium centum annorum & vltra, ex quibus deprehenditur licentiam per Abbates conceſſam fuiſſe, pro congregationibus faciendis ad quoſcumque alios effectus; nulla autem
27 certior † actus interpretatio haberi poteſt, quam ab obſeruantia, *l. ſed & Iulianus. §. proinde. ff. ad Maced. Soc. ſen.conſ 145.num.1. & 2. lib.1. Card. Seraph.deciſ.643. num.6.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

§ *Plures deciſiones in hac cauſa annotaui ſupra ad deciſionem 32.*

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommiſſi.

Die Mercurii 5. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi hæredem inſtituit vxorem, cũ conditione, quòd ſi ex ea nullos ſuſcepiſſet filios de tempore ſui obitus, bona teneatur reſtituere primo filio eius neptis, quæ neptis de tempore conditi teſtamenti, matrimoniũ iam conttaxerat, ſed non dum conſumauit. Quæritur modo ſi d. filius de tẽpore obitus Teſtatoris non eſſet natus, ſed in lucem poſtea prodierit, an fideicommiſſum ſit caducatum, necne.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum, ſi ſit ſub conditione iam relata ad filium natum de tempore obitus Teſtatoris, ſi de eo tempore filius non ſit natus, ſed poſt fideicommiſſum dicitur caducatum.*
2 *Relatiuum, qui iunctum verbo futuri temporis importat conditionem.*
3 *Dictio, ſi, importat conditionem.*
4 *Dictio, tunc, reſtringit diſpoſitionem.*
5 *in Fideicommiſſario capacitas requiritur de tempore, quo cadit dies fideicommiſſi.*
6 *in Fideicommiſſo relicto familiæ, ij tantum admittuntur, qui ſunt nati tẽpore mortis teſtatoris.*
7 *Teſtator ad illos tantum præſumitur habuiſſe affectionem, qui eo viuente ſunt nati.*
8 *Fideicommiſſa regulantur à cauſa inteſtati.*
9 *Hæreditas ab inteſtato dum defertur, habilitas, vel inhabilitas attenditur de tempore delatæ ſucceſſionis.*
10 *Teſtatoris affectio magis cadit in natis tempore ipſius mortis, vti ab eo cognitis, quam in natis poſt obitum, vti non cognitis.*
11 *Teſtator, ſi magnopere dilexit aliquem non eſt veriſimile, quod voluerit ei præferre natos poſt mortem ipſius, quos non agnouit.*
12 *Teſtator non præſumitur habuiſſe rationem perpetuæ conſeruationis agnationis, ſi vocauit aliquem, & vltra per vulgarem tantum.*
13 *Primogenitura non dicitur facta, ſi quis non vocauit plures gradus, ſed vnam, tantummodo perſonam.*
14 *Primogenitura non cenſetur conſtituta ex ordinatione delationis cognominis, & armorum. ſi iſta ordinatio duret tantum, viuente inſtituto, vel ſubſtituto.*
15 *Dictio, infinitum, intelligitur iuxta ſubiectam materiam.*
16 *in Voluntate teſtatoris declaranda principaliter attendi debent coniecturæ.*
17 *Teſtator, ſi dum condidit teſtamentum erat ſexagenarius. & inſtituit aliquem, qui nondum erat natus, videtur intellexiſſe. etiam de eo, ſi naſceretur poſt ipſius obitum, & ſufficiat ſpes de naſcituro. nu.18.*
19 *Teſtator, ſi vocauit filios filiarum non adhuc nubilium præſumitur intellexiſſe de filijs naſcituris poſt eius obitum.*
20 *Teſtator, ſi vocauit filium eius, qui tempore teſtamenti nullos habebat filios præſumitur intellexiſſe de filijs naſcituris.*
21 *Teſtator præſumitur proſpexiſſe cõſeruationi ſuæ familiæ, quod in perpetuum per hæredes, deferatur nomen, & arma ipſius.*
22 *Verba teſtatoris, ſi habeant tractum in futurum indueunt etiam ſucceſſiuam vocationem per fideicommiſſariam, amplia vt hic.*
23 *Veriſimilitudo multum attenditur in coniecturanda mente Teſtatoris.*
24 *Primogenitura conſtituitur ex ordinata vocatione primi, aut ſecundi, & ſucceſſiuè aliorum filiorum cum d. onere delationis cognominis, & armorum.*
25 *Teſtator nõ eſt præſumendum, quòd plus dilexerit vnum, qui eo viuente non eſt natus, quam aliũ, qui pariter non erat natus.*
Teſtatori, ſi aliqui ſunt pariter incogniti, dictum eſt quòd æqualiter ſint dilecti nu. 25.
26 *Teſtatoris enixa voluntas, non debet reddi infructuoſa. vide nu. 27.*
29 *Rationis diuerſitatem non eſt dare, ſi ſemper reſultet idem effectus.*
30 *Teſtator non eſt veriſimile, quòd voluerit excludere filium poſthumum. ex hoc quod non eſt natus tempore ſui obitus.*
31 *Teſtamenti vna pars aliam declarat.*
32 *Volũtas Teſtatoris declarari poteſt per duos teſtes*
33 *Filios naſcituros idem eſt, quòd Teſtator vocauerit, vel quod dicta vocatio ex coniecturis colligatur.*
34 *Teſtatoris mens, cui lex non reſiſtit, executioni demandanda eſt.*
35 *Verbum, perpetuum, habet tractum ſucceſſiuum abſque præfinitione temporis.*
36 *Primogenitura verificata in vno ex filijs per eius mortem expirat, itaut non ſit extendenda ad alias perſonas. quod intellige quando conſtat de clara mente Teſtatoris.*
37 *Sed ſecus eſt, ſi ex coniecturis appareat de contraria mente diſponentis.*

38 *Di-*

Digitized by Google

38 *Dictio, tunc, quando ſtet demonſtratiuè, non autem reſtrictiuè.*

39 *Dictio, tunc, vt ſtet reſtrictiuè, requiritur taxatiua, alias non ſtringit.*

40 *Puri, & purificati idem eſt iudicium.*

DECISIO LXXVII.

GASPARDVS de Brancaſio Baro Doiſe de anno 1614. ſuum condidit teſtamentum, in quo D. Dianæ de Gerars eius vxori res magni valoris legauit ſub conditione, quòd ſi ex ea nullos ſuſcepiſſet filios de tempore ſui obitus, retentis iocalibus, ac alijs quibuſdam rebus pretioſis, reliquum teneretur reſtituere primo filio maſculo, qui erit tunc viuens, procreato ex matrimonio contracto de tempore conditi teſtamenti, nondum tamen conſumato, inter D. Henricum de Caſtellana Dominum de Ampus, qui erat filius dictæ D. Dianæ ex primo matrimonio, & D. Mariam de Brancaſio eiuſdem Teſtatoris neptem, dummodo dictus primus filius maſculus ſit capax ſucceſſionis, & cum onere, quòd deferat in perpetuum nomen, & arma eiuſdem Teſtatoris; quòd ſi ipſe non eſſet Capax ſucceſſionis, vocauit ſecundo genitum, vel poſt natum maſculum, & quem dicta Diana iudicabit magis capacem ſucceſſionis, cum eodem onere delationis nominis & armorum, prout ſunt verba teſtamenti in quo idem Gaſpardus oſtendit maximum deſiderium quod matrimonium inter prædictos plenum ſortiatur effectum, & hoc caſu ratificat donationem factam ſexaginta millium librarum in contractu matrimonij.

Cum ergo Teſtator de anno 1620. nullis ſuſceptis liberis deceſſiſſet, D. Diana cœpit poſſeſſionem omnium bonorum ſibi vt ſupra legatorum; ſed poſtea cum de anno 1625. ex dictis DD. Henrico, & Maria coniugibus natus fuiſſet Dominicus filius, cœperunt prætendere factum eſſe locum fideicommiſſo Gaſpardi, & ſic dictam Dianam, iuxta in eo diſpoſita, teneri reſtituere dicto Dominico bona ſibi ſub conditione legata. Verum cum Diana exciperet, ſe non teneri, eo quòd fideicommiſſum expiraſſet, fuit introductum iudicium coram Eminentiſſimo D. Aueniouis Legato, cui cũ placuiſſet exquirere votum Dominorum, hodie dubitaui, an ſit factus locus fideicommiſſo ad fauorem Dominici, & quidem pro negatiua videbantur multa concurrere. Primò, quòd cum fideicommiſſum ſit
1 † ſub conditione relata ad filium natum de tempore obitus teſtatoris, ideo cum de eo tempore Dominicus non eſſet natus, ſed in Lucem prodierit poſt quinque annos, fideicommiſſum dicitur caducatum iuxta *l. vnic. §. & cum triplici modo. C. de caduc. toll. l. ſi cognatis. ff. de reb. dub. l. cum pater. §. hæreditatem ibi inter eos fieri, qui eo tempore vixerint. ff. de leg. 2. Caſtr. conſ. 16. nu. 5. lib. 2. Honded. conſ. 49. nu. 10. lib. 2. Menoch. conſ. 1118. n. 14. & ſeqq. lib. 12. Pereg. de fideicom. art. 19. num. 9. & art. 22. num. 72. latè Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 318. nu. 55. Rot. decíſ. 574. nu. 9. par. 4. recent.*

Secundò, quia Teſtator vſus eſt relatiuo, qui
2 † quod iunctum verbo futuri temporis importat conditionem, *l. ſtich um qui meus erit ff. de leg. 1. Surd. conſ. 308. nu. 50.* Prout etiam illa dictione,
3 † ſi, ibi, ſi ſit capax ſucceſſionis, *l. qui promiſit. ff. de cond. indeb. l. ſi Titio in princ. ff. quand. dies leg. ced. Rot. decíſ. 505. nu. 1. par. 2. recent.* Ac vſus eſt
4 † etiam illa dictione, tunc, quæ videtur reſtringere diſpoſitionem ad tempus mortis Teſtatoris ibi expreſſum, *l. 1. §. fin. vbi gloſ. fin. ff. de cond & demonſtr. l. in ſubſtitutione, §. non ſimili modo. ff. de vulg. & pupill. cum vtrobique notatis Fuſar. poſt alios d. quæſt. 318. nu. 83. & quæſt. 382. n. 32. Rot. decíſ. 144. num. 8. in fin. par. 2. recent.* & conditio
5 † capacitatis requiritur de tempore, quo cadit dies fideicommiſſi, *l. vbi purè in princ. ff. ad Trebell. Fuſar. d. quæſt. 318. nu. 70.* & facit regula quòd in
6 fideicommiſſo † relicto familiæ, ij tantum admittuntur, qui ſunt nati tempore mortis teſtatoris, *l. ſi cognatis, & ibi Doct. ff. de reb. dub. cum alijs relatis per Peregr. de fideicom. d. art. 22. nu. 9. Fuſar. dicta quæſt. 318. nu. 1.* quia ij ſoli agnati vel cognati ſũt *§. cum autem verſ. planè inſtit. de hæred. quæ ab inteſt. defer.* & ad eos
7 † tãtum teſtator videtur habuiſſe affectionem, qua motus diſpoſuit *Peregr. d. art. 22. nu. 17. Menoch. conſ. 106. num. 14.* & coa-
8 diuuatur hæc opinio, quia fideicommiſſa † regulantur à cauſa inteſtati, in qua habilitas, vel inhabili-
9 tas † attenditur de tempore delatæ ſucceſſionis, *l. ſi quis cum haberet ff. de ſuis, & legit. Fuſar. d. q. 318. nu. 58. & 70.* Pro quo etiam concurrit quòd ma-
10 ior dilectio cadit in natis † tempore mortis teſtatoris vti ab eo cognitis, quàm in natis poſt obitum vti non cognitis *Fuſar. vbi ſup. nu. 75.*

Tertiò, quia cum teſtator magnoperè dilexe-
11 rit Dianam vxorem veriſimile eſt † quod noluerit ei præferre natos poſt mortem ipſius, quos non agnouit, ad *text. in l. ſi ſeruus plurium. §. final. ff. de l. 1. l. Aurelius §. Titius. ff. de lib. legat. Aym. cõſ. 62. nu. 8. Menoch. lib. 4. præſumpt. 16. nu. 1.*

Quartò quia Teſtator non habuit rationem per-
12 petuæ conſeruationis agnationis, † ſed vocauit ſecundo genitum, & vltra per vulgarem tantum *Fuſar. quæſt. 34. nu. 17.* Nec vocauit plures gradus
13 ſucceſſiuè, ſed vnam † tantummodo perſonam ex quo non dicitur facta primogenitura *Peregr. conſ. 70. nu. 22. & ſeqq. lib. 3. & de fideic. art. 25. nu. 27. verſ. quo circa Mantic. de coniect. lib. 6. tit. 15. n. 5. & 6. Fuſar. de ſubſtit. q. 499. nu. 14. & 15.* Nam quamuis ordinauerit delationem ſui nominis, &
14 armorum in perpetuum, † hæc tamen perpetuitas intelligitur vita durante primi filij maſculi ad *tex. in l. 1. ff. pro ſoc.* quia vocatio eſt re-
15 ſtricta ad vnum tantum filium, † vt de dictione, in infinitũ, quòd intelligatur iuxta ſubiectam materiã in caſu ſimili *Ruin. conſ. 143. n. 10. lib. 4. Pariſ. cõſ. 100. nu. 39. lib. 4. Bero, conſ. 155. num. 24. lib. 1. & conſ. 18. nu. 5. & conſ. 27. nu. 8. lib. 3. Rolan. conſ. 84. nu. 11. & ſeqq. lib. 1. Caſſan. conſ. 11. nu. 8. Rimin. iun. conſ. 279. num. 66. & ſeqq. & conſ. 499. nu. 84. Surd conſ. 123. num. 14. & ſeq. Fuſar. de ſubſt. quæſt. 679. nu. 17.*

His tamen alijſq. latè deductis non obſtantibus, Domini reſoluerunt, factum eſſe locum fideicommiſſo ad fauorem Dominici, etiam quòd natus fue-
16 rit poſt obitum teſtatoris, idq. ex eius † coniecturata mente, quæ in his caſibus principaliter attendi debet *iuxta l. cum ita. §. in fideicom. ff. de leg. 2. Soc-*

cin.

Digitized by Google

cin.in l.ſi cognatis. nu. 30. verſ. infert. 2. ff. de reb.
dub. Pariſ.conſ.50.nu.52. lib.3. Cephal.conſ.196.
nu.23. Rol.conſ.70. nu.48. verſ.nec vis facienda
eſt, & num. ſeqq lib.3. Natt.conſ.675 num.12.&
ſeqq. Peregr. de fideicom.art.22.num.76. Fuſar.d.
quæſt.318.nu.77. & fuit dictum coram me in Ma-
cerat:n. fidecommiſſi 7.Febr.1635.

Prima igitur coniectura eſt, quòd de tempore
teſtamenti matrimonium inter DD. Henricum, &
Mariam nondum erat conſumatum, nec poterat
conſumari per aliquot annos, quo caſu cum teſta-
tor poſſet cogitare, quod non eſſet viuus de tem-
pore procreationis filiorum ex dicto matrimonio,
17 ex quo † erat proximus ſexageſimo ætatis anno,
videtur intellexiſſe etiam de filio naſcituro poſt ip-
ſius obitum, *l.2. ff. de lib. & poſthum. Soccin.iun.*
conſ.172. nu.28. lib.2 Ruin.conſ.22. nu.11. in fin.
lib.2. Menoch.conſ.97. nu.81. latè Surd. conſ.125.
18 *nu.20.* vbi quod † ſufficit ſpes de naſcituro, & *nu.*
ſeqq. & in puncto de Teſtatore, qui vocando filios
19 filiarum † uon adhuc nubilium, intellexerit de fi-
lijs naſcituris, tradit *Roman.conſ.134. nu.5. verſ.*
in contrarium, & de Teſtatore, qui vocauit filiũ,
20 † eius qui tempore teſtamenti nullos habebat fi-
lios *Caſtr.conſ.247.nu.3. verſ. nec obſtat etiam*
lib.1. Peregr.de fideicom.art.22. nu.74. in fin. verſ.
illa autem conſultatio, & nu. 76. Magon. Florent.
deciſ 91.nu.21. verſ. præterea, & nu. ſeqq. late
Fuſar.d.quæſt.318. nu.8. & 92.

Secunda coniectura eſt, quia Teſtator mãdauit,
quòd tam primus maſculus ſi erit capax, quam ſe-
cundus in euentum inca acitatis primi, deferant in
21 perpetuum nomen, & a ma ipſius, † quod indicat
Teſtatorem proſpexiſſe conſeruationi ſuæ familiæ,
Pariſ.conſ.18.nu 42. & conſ.19. num.33. & ſeqq.
lib.2. Alciat.conſ.59. nu.4. & 5. lib.3. Cæphal.cõſ.
196. nu.22. Menoch. conſ.1 7. nu.23. lib.2. Man-
tic.de coniect. lib.6. tit. 15. num.15. Seraph. deciſ.
1329.num.3. Rot.deciſ.266.nu.13.par.1.recent.

Tertia coniectura deducitur ex ſucceſſiua voca-
tione ſecundi geniti, vel alterius poſt nati maſculi
in euentum, quòd primus non ſit capax, cum enim
22 iſta † verba habeant tractum in futurum inducunt,
etiam ſucceſſiuam vocationem per fideicommiſſa-
riam iniuncto præſertim dicto onere perpetuæ de-
lationis armorum, & nominis, quo caſu Teſtator
cenſetur intellexiſſe etiam de nato poſt mortem
ipſius *Peregr.d.conſ.vlt.lib.5. & de fideicom.art.22.*
nu.76. & ſeqq. Mantic.de coniect.lib.8.tit.12.n.14.
verſ. ſed exaduerſo Sim.de Prat. vlt. vol. lib.5.in-
terpret.2. dub.2. nu.100. fol.515. Fuſar. d.quæſt.
318.num.97.

Quarta, ex facultate cõceſſa D. Dianæ eius vxo-
ri eligendi ſecundogenitum, vel alterum poſtnatũ
magis capacem ſucceſſionis; nam ſi Teſtator re-
ſtrinxiſſet ſe ad tempus mortis ipſius, valdè veriſi-
mile eſt, quòd ipſe elegiſſet, & quod non commiſ-
ſiſſet huiuſmodi electionem iudicio fragili vxoris,
23 † quæ veriſimilitudo multum attenditur in con-
iecturanda mente Teſtatoris; *l.cum reſ. in princ.ff.*
de leg.1. Peregr.d.conſ.vlt.num.7. lib.5.

Quinta, quia Teſtator ex dicta ordinata vocatio-
ne primi, aut ſecundi, & ſucceſſiuè aliorum filiorũ
cum dicto onere delationis nominis, & armorum,
24 videtur, † quòd voluerit conſtituere primogeni-
turam, cum hic ſit modus illam conſtituendi *Ro-*
man. conſ.438. nu.13. & 14. Menoch. conſ.1005
nu.49. & lib. 4. præſumpt.69. num.15. Molin.de
primog. lib.1. cap.5. nu 18. & lib.2. cap.14 num.7.

Sexta, quia per incapacitatem primi vocatur ſe-
cundo genitus, tertio genitus, & alij, & tamen
quoad iſtos teſtator non ſe reſtrinxit, quòd eſſent
nati de tempore ſui obitus; ſignum euidens, quòd
idem intellexit de primogenito, cum non ſit verũ
25 dicere, quod vnum † dilexerit magis quam alterũ;
nam cum omnes eſſent æqualiter incogniti, dicen-
dum eſt, quòd æqualiter fuerint dilecti, *l. placet. ff.*
de lib. & poſthum Caſtr. conſ.247. num.3. verſ. il-
lud autem lib.1. Ruin. conſ.22. n.12. verſ. & iſtud
etiam lib.2. Cæphal. conſ.6, 9. num.26. Surd. poſt
alios d.conſ.125. num.29. verſ. poſtremò Fuſar.d.
quæſt.318.num.87.

Septima, quia aliàs iſta tàm enixa vocatio redde-
26 retur infructuoſa quo caſu Doctores † omnes con-
cordant, eſſe vocatum etiam natum poſt euentum
conditionis, *Zanch. in l.hæredes mei 57. §.cum ita*
par.4. nu.222. ff.ad Trebell. Alb. conſ.106. nu.17.
Cæphal.conſ.318. nu.20. Caſtr.conſ.247. n.3. verſ.
ex quibus lib.1. Menoch.conſ.566. num.28. & 30.
Fuſar.d.q.318.nu.99. Quicquid eſſet dicendum
27 quando fuiſſent vocati plures, quorum aliquis † eſ-
ſet natus de tempore euenientis conditionis, &
alij poſtea nati tractarent de illum remouendo, vt
bene diſtingnit *Fuſar. vbi ſupra nu.99.*

Octaua, quia re vera, ſiue dicamus, quòd Teſta-
tor motus fuerit ad cõſtituendum huiuſmodi fidei-
commiſſum intuitu matrimonij contracti, & non
adhuc conſumati inter Mariam eius neptem, &
Henricum, ſiue intuitu ſolius Dianæ eius vxoris,
quæ erat mater ipſius Henrici, nunquam dabitur
adæquata ratio cur potius voluerit vocare primum
filium natum ex prædictis de tempore mortis ſuæ,
28 non autem naſcituros, † cum in vtroque caſu re-
ſultet idem effectus ad *text.in l. fin. C.de poſthum.*
hæred.inſtit. ibi, ſed viuo Teſtatore, ſiue poſt mor-
tem eius intra decem menſes à morte Teſtatoris
numerãdos filius, vel filia fuerint primogeniti ma-
29 neat Teſtatoris voluntas vbi *gloſ. fin.* quod † non
eſt dare rationem diuerſitatis cum ſemper reſultet
idem effectus.

Nona, quia Teſtator in vocatione propriorum
filiorum vſus eſt etiam eadem forma loquẽdi, nam
poſtquam fecit vxori tam amplum legatum ſubiũ-
xit hæc verba: & quod illis fruatur, & diſponat ad
eius beneplacitum in caſu ſupradicto & non àlias,
quod non habeat liberos ex dicta eius vxore viuẽ-
tes tempore ſui obitus; & paulo poſt idem repetit
ibi: & quatenus dictus Teſtator nõ habeat liberos
ex dicta eius vxore tempore ſui obitus, dicto caſu
tunc rogat, & requirit dictam eius vxorem &c.
Quare ſicut non eſt veriſimile, quòd Teſtator vo-
luiſſet excludere proprium filium poſthumum, qui
30 certè non eſſet natus tempore ſui obitus, idem † eſt
dicẽdum in vocatione filiorum Mariæ neptis quos
videtur proprijs filijs ſubrogaſſe, vt patet ex con-
textu teſtamenti *gloſ.in l.ille à quo. §.ſi de teſtam.*
verſ.verba. ff.ad Trebell. l.cum alimenta in princ.
& ibi Bart. ff.alim. leg. Pariſ.conſ.50.nu.19.lib.4.

31 *Caphal.conſ.*451. *nu.*82. *lib.*4. & facit † quod vna
pars teſtamenti alteram declarat *l. qui filiabus in*
*princ. ff. de leg.*1. *cum ſimilibus, &c.*

Decima, denique coniectura ex verbis prolatis
à Teſtatore tempore mortis, dum vocatis Henri-
co, & Maria illos ſic fuit alloquutus; Ego morior,
vos eſtis mei filij, vobis do meam benedictionem,
& omnia bona mea vobis relinquo, de quo depo-
nūt quatuor teſtes. Nam ſi fideicommiſſum rema-
neret caducatum non reliquiſſet eis bona omnia,
32 † voluntas autem Teſtatoris declarari etiam po-
teſt per duos teſtes, vt dicit *Gabr. de reg. iur. con-*
*cluſ.*3.*nu.*3. *& ſeqq. Mant.de coniect.lib.*5.*tit.*15.
num 9. *Craſſ. §. ſubſtitutio quæſt.*31. *num.*2. *Se-*
*raph.deciſ.*1302. *nu.*4. *&* 6.

Et ex his facilè tolluntur iura in contrarium de-
ducta etenim quæ allegantur in primo, & ſecundo
fundamento procedunt, niſi ex coniecturis conſta-
ret de contraria mente Teſtatoris, cum idem ſit
33 quòd † Teſtator expreſsè vocauerit filios naſcitu-
ros, vel quod dicta vocatio ex coniecturis colliga-
tur *Surd.conſ.*31.*nu.*30.*verſ.ſecundo dato Rot.de-*
ciſ 460 *nu.*5.*par.*1.*recent.* mẽs autem Teſtatoris,
34 cui † lex non reſiſtit debet executioni demandari,
*§. diſponat. Auth.de nupt. Bald. in l. precibus n.*44.
C.de impub.& alijs ſubſtitut.cum ſimilib.

Nec obſtat, quòd Dominicus fuerit vocatus per
vulgarem, quia quando hoc etiam admitteretur,
nihilominus ad effectum vocationis ipſius, qui eſt
vnicus filius natus ex dicto matrimonio, ſufficit,
quòd vocatio non fuerit reſtricta ad filium natum
de tempore obitus teſtatoris ſine filijs, etiam ſi po-
ſtea Dominicus non fuerit grauatus, & quamuis
teſtator non fuerit digreſſus ad plures gradus ſub-
ſtitutionum inter deſcendentes, vt exaduerſo pon-
deratur, ſaltem digreſſus fuit ad plures perſonas in
eodem gradu, quòd ſufficit, cũ hodie non ſit quæ-
ſtio, An huiuſmodi fideicommiſſum ſit deſcenſiuũ
ad omnes gradus, ſed ſolum, An ſint vocati filij pri-
mi gradus Mariæ etiam quod ſint nati poſt obitũ
Teſtatoris; ſicut etiam ſi diceretur primogenituram
debere terminari ad vitam vnius, quia licèt de hoc
poſſit dubitari ex præcepto Teſtatoris circa perpe-
tuam nominis & armorum delationem, cum ver-
35 bum, † perpetuum, habeat tractum ſucceſſiuum
abſque præfinitione temporis *Natt.conſ.*531.*n.*28.
*latè Fuſar.de ſubſtit. q.*688.*nu* 19. *& facit Alben.*
*conſ.*51. *per tot. Molin. de primog.lib.*3.*cap.*5.*n.*24.
vbi quando nõ adeſt taxatiua, † tantum *Caſtill.cõ-*
*trou.quotid.lib.*2. *cap.*2.*n.*19. *& ſeqq. Magon.Flo-*
*rent.dec.*37.*n.*27. *&* 28. ſaltẽ ad deciſionem præſẽ-
tis caſus ſatis eſt, quòd teſtator non ſe reſtrinxerit
ad natum de tempore ſui obitus, quicquid ſit, An
primogenitura verificata in vno ex dictis filijs per
36 eius mortẽ † expiraſſe dicatur, itaut non ſit exten-
denda ad alias perſonas, in quibus terminis ex cla-
ra mente Teſtatoris videtur loqui *Decian.exaduer-*
*ſo citat.conſ.*2. *num.*69. *ad med. lib.* 2. *Surd. conſ.*
236. *nu.*47. *Dec.conſ.*272. *col. fin.* ergo ſecus quã-
37 do ex coniecturis † cõſtaret de contraria mente di-
ſponẽtis, vt idem *Surd. vbi ſup. nu.* 46. *benè Greg.*
*pariter exaduerſo citat.deciſ.*433. *vbi add.num.*21.

Nec obſtant illa verba, qui erit tunc viuens, in
quibus pro parte D.Dianæ fit præcipua inſiſtentia,
quia vltra quòd fuit oſtenſum Teſtatorem eodem
modo fuiſſe locutum de proprijs filijs; Reſponde-
38 tur, † dictionem (tunc) ſtare ibi demonſtratiuè, non
autem reſtrictiuè, vt benè poſt alios *Menoch. lib.*4.
*præſumpt.*36.*num.*27. *Mantic de coniect.lib.*3. *tit.*
14. *nu.*10. *verſ. ſed tamen*, vbi quod requiritur ta-
39 xatiua, † alias nõ reſtringit *Laderch.conſ.*31. *n.*14.
*Rot.deciſ.*144. *nu* 8. *par.* 1. *recent.* & fuit magiſtra-
liter ponderatum in celebri *Viterbien. Caſtrorum*
23. *Maij* 1635. *coram Reuerendiſſ.D.meo Coccino*
Decano.

Quare admiſſo, quòd fideicommiſſum non fuerit
caducatum, tenetur D. Diana reſtituere Domini-
co bona prædicta à die purificationis, ex regula
40 quod puri † & purificati idem eſt iudiciũ, *l. vbi pu-*
rè. ff.ad Trebell. l.omnia. l.cum quidam la 2. *ff. de*
*leg.*2. *l. ſi dies. ff. quando dies leg. ced. Peregr. de*
*fideic.art.*45. *nu.*1. *Fuſar.de ſubſt.quæſt.*270. *n.*8.
Et ita vtraque parte &c.

§ *Habētur infra in hac cauſa aliæ deciſiones idest ſub*
diebus 10. *Maij* 1636. *&* 6. *Iunij* 1637. *&* 19. *Ia-*
nuarij 1637. *&* 10. *Maij, &* 1. *Iulij eiuſdem anni,*
& 16.*Decemb. pariter* 1637.

R.P.D. BVCCABELLA.

Maceraten. Fideicommiſſi.

Die Lunæ 10. *Decembris* 1635.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ciuilis ſtante lapſu 10. annorum præſu-
mitur habita pro derelicta, & ideo in ea, quis
non poteſt manuteneri. Iudex ritè, & rectè
procedens, non ſolum priuat poſſeſſorem ſua
anteriori poſſeſſione, ſed etiam in alium illã
transfert. Monitorium ex quibus ſuppleatur.
Procurator, quando præſumatur habere
mandatum procuræ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis per ſilentium decennale amplius animo non retinetur. & n.*19.

2 *in Poſſeſſione, quis non debet manuteneri, ſi pro derelicta illam habuerit.*

3 *Iudex ritè, & rectè procedens poteſt poſſeſſores eorum anteriori poſſeſſione priuare, & illam in alios transferre. nu.*4.

5. *Hæredi proximiori ab inteſtato debetur immiſſio ex interdicto, quorum bonorum quod competit contra poſſidentes pro hæredibus, vel poſſeſſoribus. & num.*15.

6 *Monitorij defectus, ſuppletur, ex eius certa notitia.*

7 *Articuli in iudicio ſummario deſeruire poſſunt loco monitorij, & petitionis.*

8 *Procurator præſumitur habere mandatum ſi iura producat, & litem ſubſtineat.*

*Mandatum procuræ præſumitur habuiſſe procurator ex pluribus, & notabilibus expenſis in cauſa factis. nu.*8.

9 *Expenſæ in litibus non ſolent fieri, ſine mandato illius, cuius intereſt.*

10 *de Man.*

10 *de Mandati procura defectu amplius dari non po-
teſt, ſi quis eumdem procuratorem, vti talem
citauerit.*
11 *Minor, validè dicitur conſtituiſſe procuratorem,
ſi id fecerit cum interuentu conſanguineorum,
curatoris, & decreti Iudicis.*
12 *Ratificatio geſtorum per aliquem vti procurato-
rem, retrotrabitur, & mandato æquiparatur.*
13 *ante Sententia executionem ſeruandi ſunt qua-
tuor termini ſubſtantiales ad docendum de ap-
pellatione.*
14 *Appellatio in mero poſſeſſorio denegatur, & exe-
cutio illius vigore retardanda non venit.*
16 *Sententia an ſit lata in mero poſſeſſorio, attendi-
tur eius tenor. amplia nu. 17.*
18 *Identitas bonorum probatur per duas demon-
ſtrationes.*

DECISIO LXXVIII.

IACOBO de Leonardis Anno 1616. in Vrbe defuncto, DD. de Bidullis in vim ſententiæ A. Cam. ſuper bonis, de quibus agitur immiſſionem obtinuerunt contra DD. de Archangelis, & litis conſortes, eorumdemq. bonorum detentores, qui licèt ab initio appellaſſent cauſam tamen appellationis, tunc proſequi non curarunt, & non priuſquam Anno 1631. eam committi petierunt cuius commiſſionis vigore Iudex præfatam ſententiam A C. cum omnibus inde ſequutis confirmauit. Et cum Archangeli, & litis conſortes cauſam appellationis in tertia inſtantia, cum facultate manutenendi quem de iure communi obtinuiſſent, & Iudex eiſdem appellantibus mandatum de manutenendo conceſſiſſet, ac ſententias reuocaſſet, Bidulli vltimo loco cauſam in Rota ſimiliter cum facultate manutenendi, quem de iure commiſerunt.

Ideo propoſito pluries per me dubio. Cui ſit dandum mandatum de manutenendo. Hodie DD. Bidullis dandum eſſe reſponderunt, nedum, quia Archangeli, & litis conſortes per taciturnitatem ſubſequutam à dicto Anno 1616. vſque ad Annum
1 1631. ſicq. per decennium, † & vltra ciuilem poſ-
ſeſſionem quã alias animo retinere potuiſſent ami-
2 ſiſſe, & pro † derelicta habuiſſe cenſentur, itaut in
ea manuteneri non poſſint, *l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff. de acq. poſſ. ſſ. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina ſub nu. 23. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Put. deciſ. 276. lib. 1. Rot. deciſ. 427. nu. 2. par. 3. recent.* ſed etiam quia ipſi Bidulli adepti ſunt poſſeſſionem dictorum bonorum auctoritate Iudicis qui ritè, &
3 rectè procedens † potuit Archangelos, & litis cõ-
ſortes eorum anteriori poſſeſſione priuare, *Angel. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. nu. 2. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. deciſ. 802. nu. 7. par. 1. diuerſ. & deciſ. 341. nu. 2. par. 3. recent.* illamq. in
4 † Bidullos transferre *ex reg. l. iuſtè poſſidet. ff. de acquir. poſſeſſ. de qua per Gabr. de reſt. ſpoliat. concl. 1. num. 108. & per Rot. in cauſa Eugubina beneficij 13. Iunij 1594. coram bo. me. Cardinali Pamphilio.*

Præſertim quia ex arbore, & teſtibus pro Bidullis examinatis apparet; quòd Archangeli, & litis conſortes ſunt in tertio gradu Iacobo coniũcti Bidulli verò in ſecundo ſicq. proximiores in vno gra-
5 du; Quibus propterea † de iure debetur immiſſio
in bonis dicti Iacobi ab inteſtato defuncti ex interdicto quorum bonorum, quod competit contra poſſidentes pro hæredibus, vel pro poſſeſſoribus, iuxta *l. primam, & ibi Bart. & alij ff. quorum bonorũ, l. 1. C. eod. tit. Menoch. de adipiſcend. remed. 1. n. 33. & 49. Peregr. de fideicom. art. 46. num. 11. & 15. Rota coram Card. Caualer. deciſ. 386. num. 1. deciſ. 401. num. 3. & 4.*

Non obſtat, quòd A.C. nulliter proceſſerit ex defectu monitorij, quia vltra quòd illud fuit factũ Archangeli aſſeruerunt ſe de eo habuiſſe certam
6 notitiam, † quæ ſupplet illius defectum, *c. eum qui
de reg. iur. in 6. Rot. deciſ. 11. de dol. & contum. in nou. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 10. num. 3. & in cauſa Bononien. iuriſpatronatus coram Gypſio, quæ eſt apud Marcheſ. de cõmiſſ. par. 2. fol. 294. num. 3.* Pro reſponſione ponderatum fuit, quòd fuerunt ante ſententiam dati hinc inde arti-
7 culi, † qui in iſto iudicio ſummario poſſunt deſer-
uire loco monitorij, & petitioni, *Oldrad. conſ. 244. in princ. Neuizan. conſ. 30. nu. 12. Rota in cauſa Romana ſeu Interamnen. hæreditatis 1. Iulii 1605. coram Eminentiſſ. Card. Pamphilio.*

Minus obſtat defectus mandati procuratorum; Nam quoad Bidullos illud deducitur ex quo Pro-
8 curator nedum iura produxit, † & litem diu ſubſti-
nuit, ſed etiam, quia fecit in ea plures, & notabi-
9 les expenſas, quæ † ſine mandato illius, cuius in-
tereſt fieri non ſolent *Bart. in l. cum ſeruus. ff. de verb. obligat. Put. deciſ. 27 nu. 1. lib. 2. Caputaqu. dec. 190. nu. 4. par. 1. Greg. XV. deciſ. 44. nu. 5.* ſed etiam quia idem procurator vti talis citatus fuit à
10 Archangelis, qui propterea de defectu † manditi
amplius opponere non poſſunt *Surd. deciſ. 104. nu. 12. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1193. num. 1. Greg. XV. dec. 180.* Quo vero ad Archangelos, & litis conſortes, quorum aliqui erant minores, mandatum bene ſubſiſtere viſum fuit; tum quia fuit fa-
11 ctum cum † interuentu conſanguineorum, curato-
ris, & decreti Iudicis *iuxta l. quod pupillus. l. non eo minus. C. de procurat. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1259. nu. 2.* tum etiam quia ipſi conſtituentes effecti maiores omnia antea geſta per Marcellum
12 expreſſe ratificarunt, quę † ratificatio retrotrahitur,
& mandato æquiparatur *l. ratihabitionem de reg. iur. in 6. Couar. var. reſol. lib. 3. & 16. nu. 5.*
13 Neque ſubſiſtit quòd ante executionem † ſentẽ-
tiæ eſſent ſeruandi quatuor termini ſubſtantiales ad docendum de appellatione; Quia placuit reſpõſio quod cum ſententia A.C. vt in mero poſſeſſorio lata per *Aegidianam lib. 16. cap. 2.* denegaretur
14 † appellatio, & executio illius vigore retardanda
non erat vt poſt *Pariſ. conſ. 108. nu. 23. lib. 1. cum aliis allegat. tenuit Rota deciſ. 173. nu. 3. par. 1. recent.* Quòd facilius procedit, cum dicta ſententia fuerit lata non contra aliquem titulo particulari poſſidentem, ſed contra Archangelos poſſidentes
15 pro † hæredibus ſeu pro poſſeſſoribus, cõtra quos
interdictum poſſeſſorium quorum bonorum competit ex ſupradictis; Et quia licèt emanauerit pro Bidullis vti proximioribus; Iudex tamen cognita incidenter proximitate ad effectum ſolius poſſeſſorij nihil de ea expreſſit in ſententia quæ propterea

31 *Caphal.conſ.451. nu.82. lib.4.* & facit † quod vna
pars teſtamenti alteram declarat *l. qui filiabus in
princ. ff. de leg.1. cum ſimilibus, &c.*
Decima, denique coniectura ex verbis prolatis
à Teſtatore tempore mortis, dum vocatis Henri-
co, & Maria illos ſic fuit alloquutus; Ego morior,
vos eſtis mei filij, vobis do meam benedictionem,
& omnia bona mea vobis relinquo, de quo depo-
nũt quatuor teſtes. Nam ſi fideicommiſſum rema-
neret caducatum non reliquiſſet eis bona omnia,
32 † voluntas autem Teſtatoris declarari etiam po-
teſt per duos teſtes, vt dicit *Gabr. de reg. iur. con-
cluſ.3.nu.3. & ſeqq. Mant.de coniect.lib.5. tit.15.
num 9. Craſſ. §. ſubſtitutio quæſt.31. num.2. Se-
raph.deciſ.1302. nu.4. & 6.*
Et ex his facilè tolluntur iura in contrarium de-
ducta etenim quæ allegantur in primo, & ſecundo
fundamento procedunt, niſi ex coniecturis conſta-
ret de contraria mente Teſtatoris, cum idem ſit
33 quòd † Teſtator expreſsè vocauerit filios naſcitu-
ros, vel quod dicta vocatio ex coniecturis colliga-
tur *Surd.conſ.31.nu.30.verſ.ſecundo dato Rot.de-
ciſ.460.nu.5.par.1.recent.* mẽs autem Teſtatoris,
34 cui † lex non reſiſtit debet executioni demandari,
*§. diſponat. Auth.de nupt. Bald. in l. precibus n.44.
C.de impub.& alijs ſubſtitut.cum ſimilib.*
Nec obſtat, quòd Dominicus fuerit vocatus per
vulgarem, quia quando hoc etiam admitteretur,
nihilominus ad effectum vocationis ipſius, qui eſt
vnicus filius natus ex dicto matrimonio, ſufficit,
quòd vocatio non fuerit reſtricta ad filium natum
de tempore obitus teſtatoris ſine filijs, etiam ſi po-
ſtea Dominicus non fuerit grauatus, & quamuis
teſtator non fuerit digreſſus ad plures gradus ſub-
ſtitutionum inter deſcendentes, vt exaduerſo pon-
deratur, ſaltem digreſſus fuit ad plures perſonas in
eodem gradu, quòd ſufficit, cũ hodie non ſit quæ-
ſtio, An huiuſmodi fideicommiſſum ſit deſcenſiuũ
ad omnes gradus, ſed ſolum, An ſint vocati filij pri-
mi gradus Mariæ etiam quod ſint nati poſt obitũ
Teſtatoris; ſicut etiam ſi diceretur primogenituram
debere terminari ad vitam vnius, quia licèt de hoc
poſſit dubitari ex præcepto Teſtatoris circa perpe-
tuam nominis & armorum delationem, cum ver-
35 bum, † perpetuum, habeat tractum ſucceſſiuum
abſque præfinitione temporis *Natt.conſ.531.n.28.
late Fuſar.de ſubſtit. q.688.nu 19. & facit Alben.
conſ.51.per tot. Molin. de primog.lib.3.cap.5.n.24.*
vbi quando nõ adeſt taxatiua, † tantum *Caſtill.cõ-
trou.quotid.lib.2. cap.2.n.19 & ſeqq. Magon.Flo-
rent.dec.37.n.27. & 28.* ſaltẽ ad deciſionem præſẽ-
tis caſus ſatis eſt, quòd teſtator non ſe reſtrinxerit
ad natum de tempore ſui obitus, quicquid ſit, An
primogenitura verificata in vno ex dictis filijs per
36 eius mortẽ † expiraſſe dicatur, itaut non ſit exten-
denda ad alias perſonas, in quibus terminis ex cla-
ra mente Teſtatoris videtur loqui *Decian.exaduer-
ſo citat.conſ.2. num.69. ad med. lib. 2. Surd. conſ.
236. nu.47. Dec.conſ.272. col. fin.* ergo ſecus quã-
37 do ex coniecturis † cõſtaret de contraria mente di-
ſponẽtis, vt idem *Surd. vbi ſup. nu. 46. benè Greg.
pariter exaduerſo citat.deciſ.433. vbi add.num.21.*
Nec obſtant illa verba, qui erit tunc viuens, in
quibus pro parte D.Dianæ ſit præcipua inſiſtentia,
quia vltra quòd fuit oſtenſum Teſtatorem eodem
modo fuiſſe locutum de proprijs filijs; Reſponde-
38 tur, † dictionem (tunc) ſtare ibi demonſtratiuè, non
autem reſtrictiuè, vt benè poſt alios *Menoch. lib.4.
præſumpt.36.num.27. Mantic de coniect.lib.3. tit.
14. nu.10. verſ. ſed tamen*, vbi quod requiritur ta-
39 xatiua, † alias nõ reſtringit *Laderch.conſ.31. n.14.
Rot.deciſ.144. nu 8. par.1.recent.* & fuit magiſtra-
liter ponderatum in celebri *Viterbien. Caſtrorum
23. Maij 1635. coram Reuerendiſſ.D. meo Coccino
Decano.*
Quare admiſſo, quòd fideicommiſſum non fuerit
caducatum, tenetur D.Diana reſtituere Domini-
co bona prædicta à die purificationis, ex regula,
40 quod puri † & purificati idem eſt iudiciũ, *l. vbi pu-
rè. ff. ad Trebell. l. omnia. l. cum quidam la 2. ff. de
leg.2. l. ſi dies: ff. quando dies leg. ced. Peregr. de
fideic.art.45. nu.1. Fuſar.de ſubſt.quæſt.270. n.8.*
Et ita vtraque parte &c.

§ *Habẽtur infra in hac cauſa aliæ deciſiones ideſt ſub
diebus 10. Maij 1636. & 6. Iunij 1637. & 19. Ia-
nuarij 1637. & 10. Maij, & 1. Iulij eiuſdem anni,
& 16. Decemb. pariter 1637.*

R.P.D. BVCCABELLA.

Maceraten. Fideicommiſſi.

Die Lunæ 10. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſio ciuilis ſtante lapſu 10. annorum præſu-
mitur habita pro derelicta, & ideo in ea, quis
non poteſt manuteneri. Iudex ritè, & rectè
procedens, non ſolum priuat poſſeſſorem ſua
anteriori poſſeſſione, ſed etiam in alium illã
transfert. Monitorium ex quibus ſuppleatur.
Procurator, quando præſumatur habere
mandatum procuræ.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio ciuilis per ſilentium decennale amplius
animo non retinetur. & n.19.*
2 *in Poſſeſſione, quis non debet manuteneri, ſi pro
derelicta illam habuerit.*
3 *Iudex ritè, & rectè procedens poteſt poſſeſſores eo-
rum anteriori poſſeſſione priuare, & illam in
alios transferre. nu.4.*
5 *Hæredi proximiori ab inteſtato debetur immiſſio
ex interdicto, quorum bonorum quod competit
contra poſſidentes pro hæredibus, vel poſſeſſori-
bus. & num.15.*
6 *Monitorij defectus, ſuppletur, ex eius certa notitia.*
7 *Articuli in iudicio ſummario deſeruire poſſunt lo-
co monitorij, & petitionis.*
8 *Procurator præſumitur habere mandatum ſi iura
producat, & litem ſubſtineat.*
*Mandatum procuræ præſumitur habuiſſe procu-
rator ex pluribus, & notabilibus expenſis in
cauſa factis. nu.8.*
9 *Expenſæ in litibus non ſolent fieri, ſine mandato
illius, cuius intereſt.*

10 *de Man.*

Digitized by Google

10 *de Mandati procura defectu amplius dari non poteſt, ſi quis eumdem procuratorem, vti talem citauerit.*

11 *Minor, validè dicitur conſtituiſſe procuratorem, ſi id fecerit cum interuentu conſanguineorum, curatoris, & decreti Iudicis.*

12 *Ratificatio geſtorum per aliquem vti procuratorem, retrotrabitur, & mandato æquiparatur.*

13 *ante Sententiæ executionem ſeruandi ſunt quatuor termini ſubſtantiales ad docendum de appellatione.*

14 *Appellatio in mero poſſeſſorio denegatur, & executio illius vigore retardanda non venit.*

16 *Sententia an ſit lata in mero poſſeſſorio, attenditur eius tenor. amplia nu. 17.*

18 *Identitas bonorum probatur per duas demonſtrationes.*

DECISIO LXXVIII.

IACOBO de Leonardis Anno 1616. in Vrbe
defuncto, DD. de Bidullis in vim ſententiæ A.
Cam. ſuper bonis, de quibus agitur immiſſionem
obtinuerunt contra DD. de Archangelis, & litis
conſortes, eorumdemq. bonorum detentores, qui
licèt ab initio appellaſſent cauſam tamen appella-
tionis, tunc proſequi non curarunt, & non priuſ-
quam Anno 1631. eam committi petierunt cuius
commiſſionis vigore Iudex præfatam ſententiam
A C. cum omnibus inde ſequntis confirmauit. Et
cum Archangeli, & litis conſortes cauſam appel-
lationis in tertia inſtantia, cum facultate manute-
nendi quem de iure communi obtinuiſſent, & Iu-
dex eiſdem appellantibus mandatum de manute-
nendo conceſſiſſet, ac ſententias reuocaſſet, Bidulli
vltimo loco cauſam in Rota ſimiliter cum faculta-
te manutenendi, quem de iure commiſerunt.

Ideo propoſito pluries per me dubio. Cui ſit
dandum mandatum de manutenendo. Hodie DD.
Bidullis dandum eſſe reſponderunt, nedum, quia
Archangeli, & litis conſortes per taciturnitatem
ſubſequutam à dicto Anno 1616. vſque ad Annum
1 1631. ſicq. per decennium, † & vltra ciuilem poſ-
ſeſſionem quã alias animo retinere potuiſſent ami-
2 ſiſſe, & pro † derelicta habuiſſe cenſentur, itaut in
ea manuteneri non poſſint, *l. ſi de eo. §. ſi fortè. ff.
de acq. poſſ. Rip. in cap. cum Eccleſia Sutrina
ſub nu. 23. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Put. deciſ.
276. lib. 1. Rot. deciſ. 427. nu. 2. par. 3. recent.* ſed
etiam quia ipſi Bidulli adepti ſunt poſſeſſionem
dictorum bonorum auctoritate Iudicis qui ritè, &
3 rectè procedens † potuit Archangelos, & litis cõ-
ſortes eorum anteriori poſſeſſione priuare, *Angel.
in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas. nu. 2. in fin.
ff. de acquir. poſſeſſ. Rot. deciſ. 802. nu. 7. par. 1. di-
uerſ. & deciſ. 341. nu. 2. par. 3. recent.* illamq. in
4 † Bidullos transferre *ex reg. l. iuſtè poſſidet. ff. de
acquir. poſſ. de qua per Gabr. de reſt. ſpoliat. con-
cluſ. 1. num. 108. & per Rot. in cauſa Eugubina
beneficij 13. Iunij 1594. coram bo. me. Cardinali
Pamphilio.*

Præſertim quia ex arbore, & teſtibus pro Bidul-
lis examinatis apparet; quòd Archangeli, & litis
conſortes ſunt in tertio gradu Iacobo coniũcti Bi-
dulli verò in ſecundo ſicq. proximiores in vno gra-

5 du; Quibus propterea † de iure debetur immiſſio
in bonis dicti Iacobi ab inteſtato defuncti ex inter-
dicto quorum bonorum, quod competit contra poſ-
ſidentes pro hæredibus, vel pro poſſeſſoribus, iuxta
*l. primam. & ibi Bart. & alij ff. quorum bonorũ,
l. 1. C. eod. tit. Menoch. de adipiſcend. remed. 1. n. 33.
& 49. Peregr. de fideicom. art. 46. num. 11. & 15.
Rota coram Card. Caualer. deciſ. 386. num. 1. deciſ.
401. num. 3. & 4.*

Non obſtat, quòd A.C. nulliter proceſſerit ex
defectu monitorij, quia vltra quòd illud fuit factũ
Archangeli aſſeruerunt ſe de eo habuiſſe certam
6 notitiam, † quæ ſupplet illius defectum, *c. cum qui
de reg. iur. in 6. Rot. deciſ. 11. de dol. & contum. in
nou. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 10.
num. 3. & in cauſa Bononien. iuriſpatronatus co-
ram Gypſio, quæ eſt apud Marcheſ. de cõmiſſ. par. 2.
fol. 294. num. 3.* Pro reſponſione ponderatum fuit,
quòd fuerunt ante ſententiam dati hinc inde arti-
7 culi, † qui in iſto iudicio ſummario poſſunt deſer-
uire loco monitorij, & petitioni, *Oldrad. conſ. 244.
in princ. Neuizan. conſ. 30. nu. 12. Rota in cauſa
Romana ſeu Interamnen. hæreditatis 1. Iulii 1605.
coram Eminentiſſ. Card. Pamphilio.*

Minus obſtat defectus mandati procuratorum;
Nam quoad Bidullos illud deducitur ex quo Pro-
8 curator nedum iura produxit, † & litem diu ſubſti-
nuit, ſed etiam, quia fecit in ea plures, & notabi-
9 les expenſas, quæ † ſine mandato illius, cuius in-
tereſt fieri non ſolent *Bart. in l. cum ſeruus. ff. de
verb. obligat. Put. deciſ. 27 nu. 1. lib. 2. Caputaqu.
dec. 190. nu. 4. par. 1. Greg. XV. deciſ. 44. nu. 5.* ſed
etiam quia idem procurator vti talis citatus fuit pro
10 Archangelis, qui propterea de defectu † mandati
amplius opponere non poſſunt *Surd. deciſ. 104. nu.
12. Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1193. num. 1.
Greg. XV. dec. 180.* Quo vero ad Archangelos, & li-
tis conſortes, quorum aliqui erant minores, man-
datum bene ſubſiſtere viſum fuit; tum quia fuit fa-
11 ctum cum † interuentu conſanguineorum, curato-
ris, & decreti Iudicis *iuxta l. quod pupillus. l. non eo
minus. C. de procurat. Rota coram Card. Seraph.
deciſ. 1259. nu. 2.* tum etiam quia ipſi conſtituentes
effecti maiores omnia antea geſta per Marcellum
12 expreſſe ratificarunt, quę † ratificatio retrotrahitur,
& mandato æquiparatur *l. ratihabitionem de reg.
iur. in 6. Couar. var. reſol. lib. 3. & 16. nu. 5.*

13 Neque ſubſiſtit quòd ante executionem † ſentẽ-
tiæ eſſent ſeruandi quatuor termini ſubſtantiales
ad docendum de appellatione; Quia placuit reſpõ-
ſio quod cum ſententia A.C. vt in mero poſſeſſorio
lata per *Aegidianam lib. 16. cap. 2.* denegaretur
14 † appellatio, & executio illius vigore retardanda
non erat vt poſt *Pariſ. conſ. 108. nu. 23. lib. 1. cum
aliis allegat. tenuit Rota deciſ. 173. nu. 3. par. 1. re-
cent.* Quòd facilius procedit, cum dicta ſententia
fuerit lata non contra aliquem titulo particulari
poſſidentem, ſed contra Archangelos poſſidentes
15 pro † hæredibus ſeu pro poſſeſſoribus, cõtra quos
interdictum poſſeſſorium quorum bonorum com-
petit ex ſupradictis; Et quia licèt emanauerit pro
Bidullis vti proximioribus; Iudex tamen cognita
incidenter proximitate ad effectum ſolius poſſeſſo-
rij nihil de ea expreſſit in ſententia quæ propterea

16 dicitur† lata in mero poſſeſſorio ex ipſius tenore,
qui ad iſtum effectum attenditur *Corn.cõſ.10.n.3.
lib.4. Seraph.deciſ.432. num.2.* Nec dicitur conti-
nere mixturam, ſicut ſi aliquid de proximioritate,
17 vel aliud expreſſiſſet, quòd † cum petitorio com-
plicationem haberet in quibus terminis loquitur
Bald.conſ.141. & conſ.331.lib.1. & fuit ſæpiſſimè
deciſum.

Quòd autem bona de quibus agitur, & quorum
poſſeſſio per Bidullos fuit vt ſupra capta, ſint illa
eadem, quæ in hæreditate Iacobi permanſerunt ſa-
tis conſtare viſum fuit ex teſtamento eius qui Iaco-
bum hæredem inſtituit, & bona quæ in eo ſpecifi-
cauit conueniunt cum iſtis in pluribus confinibus,
18 & demonſtrationibus, quarum † duæ ſtante maxi-
mè inuentario per Bidulios de Anno 1616. facto ac
etiam quòd Archangeli, & litis conſortes eadem
bona vti proximiores prætendunt ſine difficultate
ſufficiunt *iuxt. l. forma in princ. & ibi gloſ. verb.
vicinos, ff. de cenſib. cum alijs adduct. per Rot. deciſ.
277. num.4. & deciſ.313. n.2. in fin. par.1. recent.*

Præterea fuit etiam per DD. ponderatum quòd
quicquid ſit in caſu iſto An A.C. ritè, & rectè pro-
ceſſerit ad effectum denegandi manutẽtionem Ar-
changelis & litis conſortibus ſufficit quòd ipſi poſt
19 lapſum† decennium, & vltra ciuilem poſſeſſionem
amiſerint, & pro derelicta habuerint ex ſupradictis
&c. Et ita vtraque &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Domorum.

Die Veneris 14. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Iudicia, quando ſunt diuerſa, geſta in vno non
poſſunt extendi ad aliud. Iudex non ſolùm
priuare poteſt poſſeſſorem ſua naturali poſ-
ſeſſione, ſed etiam ciuili. De nullitate, etiã
notoria poſt annum vigore Statut. Vrb. lib. 1.
c. 19. non datur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex potens eſt naturali poſſeſſione priuare, & ciuili ab animo poſſidentis euellere.*
2 *Iudicium diuerſum, non poteſt extendi ad aliud finitum, & terminatum.*
3 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens, non poteſt priuare poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*
4 *de Nullitate actus iudicialis opponens de ea, dari non poteſt, niſi tranſportatis actis illius cauſæ.*
5 *Iudex præſumitur ritè, & rectè proceſſiſſe.*
6 *de Nullitate actus intra annum; ſi datum non fuerit, ſemper obſtat Statut. Vrb. lib. 1. cap. 19.*
7 *de Nullitate etiamſi notoria agatur, nihilominus intrat Statut Vrb. lib. 1. cap. 19.*
8 *Alienans lite pendente, attentat.*
9 *Poſſeſſio improba non eſt manutenenda.*
10 *ſuper Attentatis fruſtra contenditur, dum non adeſt lis.*

DECISIO LXXIX.

QVÆSITVM fuit, an ſententia, & mandatũ
de manutenendo obtenta per Margaritam
ſint exequenda etiam ſuper domibus
Liuiæ pro dote ſua adiudicatis, & negatiuè per
Dominos reſponſum fuit.

Præceſſerat namq; iudicium vſque de anno 1617.
inter Margaritam filiam Franciſci ex primo matri-
monio, & Dominicũ ex ſecundo matrimonio con-
tracto per eumdem Franciſcum cum Liuia ſuper
pertinentia hæreditatis dicti Franciſci iam præde-
functi cum duplici teſtamento, & hac lite penden-
te inter filios, eadem Liuia egit pro reſiduo ſuæ
dotis ſcutorum 300. & citatis Margarita, & Do-
minico obtinuit vſq; de anno 1619. ſibi adiudicari
medietatem domus hæreditariæ cum domunculis
in ſatisfactione ſui crediti dotalis in quarum poſſeſ-
ſione fuit immiſſa & manutenta; Margarita demũ
obtenta ſententia ſuper prælatione, & mortuo Do-
minico eius fratre cuius hæres eadem Liuia mater
extitit, contendit ex ſtatuto Vrbis de continuanda
poſſeſſione, & vigore ſententiæ Senatoris Vrbis
manuteneri in poſſeſſione bonorum hæreditariorũ.

Cæterum quia huiuſmodi iudicia ſunt diuerſa,
& Liuia habet adiudicationem iudicialem citatis
Margarita, & Dominico à quibus in omnem ca-
ſum reſpectiuè cõſequi debebat ſuam dotem viſum
fuit, neque ſententiam, neque mandatum de manu-
tenendo contra eamdem quæ auctore Prætore poſ-
1 ſidet eſſe exequenda, quia potens eſt † Iudex, &
naturali poſſeſſione priuare, & ciuili ab animo il-
lius euellere, *Mohed. deciſ.4. de reſtit. ſpol. Sera-
phin. deciſ.802. & 1325. nu.1. & 347. nu.2. par.2.
recent.* nec releuat, quòd per eamdem rationem
Liuia priuata fuerit per ſententiam Senatoris ſua
naturali, & ciuili poſſeſſione bonorum adiudicato-
rum, quia cum haberet duplicem perſonam pro
dote ſcilicet contra hæreditatem, & bona Franciſci
mariti, & tanquam hæres Dominici filij ſententia
lata in iudicio prælationis non poteſt extendi ad
iudicium adiudicationis bonorum pro dote iam fi-
2 nitum, † & terminatum, tanquam diuerſum, &
compatibile cum pertinentia hæreditatis, ſiue ad
Margaritam, ſiue ad Dominicum, *l. cum quæritur
cum duabus ſeqq. ff. de re iudic. Gratian. diſcept.
765. n.43. Rot. in Romana dotis impreſſa poſt tract.
oblig. Camer. deciſ.65.*

3 Non obſtat, quòd adiudicatio ſit nulla, & iniu-
ſta, quæ propterea non potuit heredem ſua poſſeſ-
ſione per ſtatutum Vrbis delata priuare, *Aug. in
l. poſſidere. §. quia nundinas. ff. de acquir. poſſ. Rot
deciſ.802. nu.7. par.1. diuerſ. & 187. nu.2. par.4
diuerſ. cum alijs alleg.*

Quia de iuſtitia ſufficienter conſtat ex credito
dotali per publicum inſtrumentum in actis produ-
4 ctum, & de nullitate † cum concernat ſeriem acto-
rum, & rectitudinem iudicij de ea dari non poteſt
abſque actorum illius cauſæ tranſportatione prop-
5 ter iuris præſumptionem,† quòd Iudex ritè, & re-
ctè proceſſerit, *Alciat. reg.2. præſump.9. Surd. cõſ.
39. nu.7. Rot. deciſ.347. nu.3. par.2. recent.* præte-
6 rea cum datum non fuerit † de eadem nullitate in-
tra annum, ſemper videtur obſtare ſtatutum Vrbis

lib. 1.

Digitized by Google

lib.1. cap.19. etiamſi ageretur † de nullitate notoria, *Gratian. diſcept. 46. Mareſcot. variar. lib.2. cap.5. num.5.*

Denique non obſtat, quòd eadem Liuia pendē-
8 te lite alienauerit † eadem bona ſibi adiudicata cedendo, & donando Fratribus S. Marcelli dictam
domum, & domunculas cum omnibus iuribus, &
ſic attentatè Fratres poſſeſſionem intrauerint in
9 qua tanquam improba † non debent manuteneri.

Quia cum verſemur in iudicijs diuerſis ratione
rerum, & perſonarum, nec lis pendeat ſuper inua-
lida adiudicatione cum fuerit vſque de anno 1629.
10 terminata, fruſtra † contenditur ſuper attentatis,
quæ non dantur ſine lite, *Caſſad. deciſ.6. ſuper reg. Lancellot. de attent. lit. penden. lim.2. num. 56. & idem fuit dictum in Ariminen. iuriſpatronatus 26. Ianuarij præteriti coram me, & in Calaguritana Canonicatus 4. Iulij præteriti coram D. meo Merlino.* Et ita &c.

R. P. D. MACCHIAVELLO.

Cæſarauguſtana Præceptoriæ.

Die Veneris 14. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Præceptoria aliqua, ex quibus iuſtificetur, quod fuerit ita Sedi Apoſtolicæ affecta, vt poſt obitum illam poſſidentis, ſolum à Papa, vel recommendari, vel in titulum concedi potuerit, & vide aliqua circa regul. Cancell. de Triennal.

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ effectuatio ex quib' indubitabilis reddatur*

2 *Beneficij vacatio per omnimodam aſſecutionem tituli futuræ ſucceſſionis debet remanere conſumpta.*

3 *Commendæ gratia eſt adeo incompatibilis cum titulo futuræ ſucceſſionis, vt ex electione vnius clara alterius renunciatio appareat.*

4 *Decretum annullatiuum appoſitum in gratia perneceſſe euaneſcit, ac penitus extincta remanet.*

5 *Poſſeſſio ſemel ſtolidè apprehenſa non poteſt iterum reuiuiſcere. & nu.6.*

7 *in Poſſeſſionem, ſi quis petat ſe immitti, fatetur, ſe non poſſidere.*

8 *Gratiæ iuſtificatio, deſumitur ex ipſius ſubſecuta, & continuata effectuatione.*

9 *Gratiæ iuſtificatio, quando amplius controuerti non poſſit.*

10 *Regula de Triennali facit præſumere titulum validum.*

11 *Regula de Triennali inducit ſolummodo præſumptionem validitatis in eo titulo, cuius vigore fuit per triennium continuata poſſeſſio. & n.12.*

13 *Regula de Triennali non intrat, vbi quis non fuit pacificus poſſeſſor.*

14 *Poſſeſſor pacificus ad effectum Regul. de Triennali, dicitur etiam is, cui inceptum iudicium, nunquam ab alio fuit proſequutum, ita quod lis remanſerit extincta.*

15 *Affectio in beneficijs manualibus nunquam intrat abſque Pontificis ſcientia.*

16 *Papæ ſcientia poteſt ex narratis deſumi.*

17 *Clauſula, pro expreſſis, quid operetur.*

18 *Gratia poſſet argui de ſubreptione ſi beneficium requireret reſidentiam & id non eſſet expreſſū.*

19 *Beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine reſidentiam non requirunt.*

DECISIO LXXX.

IVSTIFICATIO gratiæ Domini Pardi ad duo præcipua capita reducebatur, & primò ad videndum an gratia Commendæ per Michaelem in huiuſmodi beneficio prædeceſſorem obtenta talem effectuationem, atque iuſtificationem fuerit ſortita, vt deinde hæc Præceptoria ita Sedi Apoſtolicæ affecta remanſerit, vt poſt obitum eiuſdem Michaelis Commendatarij ſolummodo à Papa vel recommendari, vel in titulum concedi potuerit; Secundò an reliqua, quæ in ſupplicationibus Domini Pardi fuerunt Pontifici enarrata, veritati conſentanea eſſe probarentur, & cum de his omnibus ſatis ſuperq. conſtare Domini exiſtimauerint iterum pro iuſtificatione gratiæ reſponderunt, atque ita deciſionem, quæ in hac cauſa die 13. Iunij labentis anni coram me*emanauerat pleniori ſuffragio confirmarunt.

Nam quoad primum attinet, quòd videlicet litteræ Apoſtolicæ ad fauorem Michaelis in forma
mandati de Commēdando ſuper hoc beneficio ex-
peditæ proprium habuerint effectum probari viſum
fuit ex eo, quòd deputatus in ipſis Cæſarauguſta-
nus executor eas ritè, ac rectè executioni deman-
dauit, dum ipſarum vigore mandatum de immit-
tendo eidem Michaeli conceſſit; qui deinde in hu-
iuſmodi Preceptoria vti verus Commendatarius vſ-
que ad obitum, & ſic ſpatio viginti quatuor, quibus
1 ſuperuixit, annorum ſemper permanſit, † vnde in-
dubitabilis redditur talis gratiæ Commendæ effe-
ctuatio *Rota coram Card. Caualer. deciſ.373. nu.1.*

Neque ad ſubuertendum hanc effectuationem
ſufficere viſum fuit, quòd Michael ante huiuſmodi
gratiam Commendæ aliam impetrauerit gratiam
Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione in titulum, cu-
ius executionem poſtquam mortuo coadiuto pro-
ſecutus fuit in Rota, non ſolùm ſententiam fauo-
rabilem aduerſus Priorem Monaſterij Calataiublj
de huius Præceptoriæ manualitate contendentem
reportauit, ſed etiam immiſſionem vigore purifica-
tæ ſucceſſionis Coadiutoriæ obtinuit, ac denique
vti titularis poſſeſſionem quoque huius beneficij
apprehendit, ex quibus colligi poſſe videbatur po-
tius gratiam Coadiutoriæ quam gratiam Commē-
dæ effectuatam fuiſſe, cum ita per omnimodam aſ-
ſecutionem tituli futuræ ſucceſſionis remanere
2 † debuerit conſumpta vacatio, *Simon. de reſeruat.*
q.55. Gonz. gloſ. 15. §.2. nu. 31. & ſeq. Rot. deciſ.
498. num.2. & deciſ.523. par.2. recent. Et ſic non
potuerit eſſe amplius locus gratiæ Commēdæ, quæ
eſt adeo cum ſupradicto titulo incompatibilis, vt ex
3 electione † vnius clara alterius renunciatio deſu-
matur iuxta *Rom. conſ.350.*

Animaduerſum enim fuit non ſolum quòd in dicta gratia Coadiutoriæ antea impetrata aderat ſub

pœna nullitatis expreſſum, quòd Michael teneretur infra ſex menſes habitum regularem ſuſcipere,
& infra annum profeſſionem emittere, vnde cum
huiuſmodi conditiones ab eodem Michaele in ſtatu Clerici ſæcularis, ſemper exiſtente nunquam
4 fuerint adimpletæ, talis gratia † propter decretum
annullatiuum in ea appoſitum perneceſsè euanuit,
ac penitus extincta remanſit, *Rot. deciſ.665. nu 2.
par.2. recent. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano
deciſ.51. nu 2.* ideoq. non potuit, nec per iudicium
in Rota agitatum, nec per poſſeſſionem in partibus
5 à procuratore habente generale mandatum † ſtolide apprehēſam iterum reuiuiſcere ad not. *per Gregor. XV deciſ.440. & ibi additio Beltram.* ſed etiā
impoſſibile eſſe, quòd Michael ea vti poſſet deficiē-
6 te collatione, † quàm neceſſario præcedere debebat habitus regularis ſuſceptio, & profeſſionis emiſſio, vt in litteris ibi, *ex nunc prout ex tunc, &
è contra poſtquam habitum, & Crucem ſuſceperis
profeſſionem emiſeris, &c. dicta au boritate conferimus &c.* ab huiuſmodi enim adimplemento litterarum, & nō ab actibus omnino nullis validitas,
atque effectuatio huius gratiæ dependebat, ſed imò
circa hoc tollitur omnis difficultas; quia Michael,
vt ſe à litibus eximeret, quæ ſuper Coadiutoria ipſi
inferebantur non ſolum per poſteriorem impetrationem gratiæ Commendæ antecedente in gratiam
Coadiutoriæ renunciauit, ſed etiam dictam poſſeſſionem per errorem captam ab eius procuratore
nunquam approbauit, vel ratificauit, verùm etiam
7 expreſsè repudiauit † dum poſtea petendo ſe immitti, & ſic fatendo ſe non poſſidere *Greg. XV. deciſ.46. nu.4.* præſentauit Ordinario Cæſaraugustano
litteras Commendæ earumq. vigore mandatum de
immittendo, poſſeſſionemq. obtinuit, atque in Preceptoria, de qua agitur vti verus Commendatarius,
non autem tanquam titularis reliquo vitæ ſuæ ſpatio permanſit, ex quibus benè ſubſiſtit gratiæ Cōmendæ effectuatio, cum à gratia Coadiutoriæ non
effectuata non potuerit impediri.

Quod verò hæc eadem gratia Commendæ Michaelis fuerit ſimiliter iuſtificata non ſolùm ex ip-
8 ſius ſubſecuta, † & continuata effectuatione benè
deſumitur iuxta aliàs allegatam, *Put. deciſ.356. lib.
1. in correct.* verùm etiam ex regula de Triennali
iuxta *Lapi alleg. at.89.* cum enim ipſe vti Commendatarius plurium annorum ſpatio in pacifica, &
9 quieta huius Præceptoriæ † poſſeſſione permanſerit in eademq. deceſſerit, talis gratiæ iuſtificatio
amplius controuerti nō poteſt *Rot. coram Caſſad.
deciſ.2. & 3. de cauſ. poſſeſ. & propr. Achil. deciſ.
14. nu.3. & ſeq. de probat. Greg. XV. deciſ.37. n.6.*
cum alijs adductis in deciſione huius cauſæ die 13.
Iunij extenſa.

10 Neque ex eo, quod regula de † Triennali faciat
præſumere titulum validum, licet pari modo arguere ad validitatem gratiæ Coadiutoriæ, itaut ſupradictæ rationes ex non adimplemēto litterarum
deſumptæ amplius contra ipſam adduci non poſſint nec de ipſius effectuatione, ac iuſtificatione
dubitari, & ita adhuc ſubſiſtere obiectum, quòd
fuerit locus ſucceſſioni in titulum, & quòd non
potuerit amplius gratia Commendæ effectuari. Nā
aduertendum eſt, quòd huiuſmodi regula inducit
11 ſolummodò præſumptionem validitatis in † eo titulo cuius fuit per triennium continuata poſſeſſio,
vt in terminis declarauit *Rota coram Caputaq. deciſ.93. incipit* allegatio procedit *lib.1. in manuſcr.
Put. dec.350. ſub nu.2. lib 1. in correct. Card. Seraph. deciſ.974. nu. 7.* Ideoq. cum Michael non
vti ſucceſſor in Coadiutoria in titulū, ſed vti Apoſtolicus Commēdatarius in poſſeſſione huius Præceptoriæ obierit, ex ſupradicta Regula non debet
inferri ad validitatem gratiæ Coadiutoriæ, ſed ad
validitatem gratiæ Commendæ, vt patet, vnde
obiectum de Coadiutoria etiam ex hoc capite bene
diluitur.

Quòd autem Michael ſemper vti Commendatarius, & non vti titularis ſe geſſerit apparet ex eo,
quod penſionem in Præceptoria vti Commendatarius ſoluit, & conſenſit, ac in ſtatu Clerici ſæcularis, tàm in veſtibus, quàm in alijs continuo permanſit, dum Cappellanus Regius extitit, vixitque
ſemper extra Monaſterium, nec vnquam functionibus Canonicorum regularium interfuit, condito
teſtamento obijt in domo fratris ſui, eiuſq. cadauer fuit ad ſepulturam delatum veſtibus clericalibus indutum, quæ ſanè omnia fieri non potuiſſent,
12 ſi non in Commendam, ſed in titulum, qui † regularem ſtatum requirebat, hæc Præceptoria fuiſſet
poſſeſſa, & ita ex ſubſecutis apparet, quòd ipſe tali titulo poſſidere non potuit, *Caputaq. deciſ.125.
ſub num.2. par.1.*

Nec verum eſt, quod propter litem motam à
Priore Monaſterij Calatainbij Michael non fuerit
13 poſſeſſor pacificus, † & ſic quod non intret in hoc
caſu regula ſupradicta de Triēnali *Caputaq. dec.26.
num.4 par.1.* Quia reſpondetur, quòd gratia Cōmendæ nunquam fuit controuerſa in Rota, nec alibi; cuius vigore Michael in poſſeſſione Præceptoriæ ſemper pacificè remanſit, lis verò, quæ in Rota
præſupponitur agitata, quando aliquid haberet
commune cum gratia Commendæ, nequaquam poſſet obſtare, quia cum Prior in tali lite ſuccubuerit,
& deinde Michael mandatum de immittēdo vigore Commendæ, in hac Præceptoria impetrauerit,
nec inceptum iudicium fuerit amplius ab aliquo
14 proſecutum, † Michael pacificus poſſeſſor euaſit,
quoniam lis remanſit extincta *Caſſad. deciſ.5. n.4.
vt lit. pend. Achil. deciſ.10. nu.3. eod. tit. Rot. deciſ.
110. nu.1. lib.2. par.3. diuerſ.*

Et ſic ſtante effectuatione, ac iuſtificatione gratiæ Commendæ Michaelis, dubitari nō poteſt quin
fuerit inducta in huiuſmodi Præceptoria Sedis
Apoſtolicæ affectio.

Non obſtat, quòd Michael ita huius Præceptoriæ manualitatem in ſuis litteris Commendatitijs
expoſuerit, vt Papæ dubitari contigerit, quin potius tale beneficium eſſet collatiuum, quam manuale, & quòd ita in ipſo ſtante eius manualitate
15 deficiat affectio, † quæ in beneficijs manualibus
abſque Pontificis ſcientia non cadit iuxta *deciſ. in
Pampilonen. Theſauraria 15. Nouemb.1617. corā
Reuerendiſſ. D. meo Decano emanatam,* reſponſum
enim fuit, quòd ex inſpectione dictarum litterarum
ſatis clarè apparet fuiſſe huius Pręceptorię manualitatem à Pontifice intellectam, cum ex ſerie narratorum ipſam ad nutum Prioris amouibilem eſſe

ſuffi-

16 ſufficienter colligatur, nec nouum ſit, † quòd ſciē-
tia Papæ poſſit ex narratis deſumi, *Felin. in cap. in
noſtra nu. 17. verſ. 17. corrolarium de reſcript. Ca-
putaq. deciſ. 49. nu. 5. par. 1.* maximè ſtante clau-
ſula in iiſdem litteris Commendatitijs appoſita,
quod nimirū omnia in lite ſuper manualitate agi-
17 ta haberentur † pro expreſſis, quæ operatur, acſi
in ipſis ſtatus litis, merita cauſæ, iura, ac omnes
qualitates fuiſſent narratæ, *Mart. de clauſ. par. 1.
clauſ. 92. Flam. de reſignat. rem. 2. lib. 12. q. 14.
nu. 16. cum relatis à Barboſ. in eod. tract. de clauſ.
clauſ. 102. nu. 2.*

Quo vero ad ſecundum caput iuſtificationis gratiæ D. Pardi an videlicet cuncta ab ipſo narrata vera ſint, fuit iam affirmatiuè reſolutum in alia huius cauſæ deciſione, quam hodie placuit Dominis cōfirmare, omnia enim viſa fuerunt, tām ex teſtibus optimè deponē, quàm ex authenticis ſcripturis indubitabili probatione fulciri.

Nihilominus circa hoc opponebatur verum non
eſſe, quòd hæc Præceptoria non requirat reſidentiā
perſonalem, ſed cum in litteris D. Pardi hoc non
legatur expreſſum, non poteſt exinde inferri ad nō
iuſtificationem gratiæ, licèt ſi conſtaret, talem re-
18 ſidentiam requiri, poſſet huiuſmodi gratia † de ſub-
reptione redargui adeſt enim inter vtrumque ca-
ſum differentia *Greg. XV. deciſ. 89. in fin.* verum-
tamen, neque etiam talis reſidentiæ neceſſitas po-
terat probari, cum ex deductis in facto liquido ap-
paruerit hanc Præceptoriam quoad onus reſiden-
tiæ redactam fuiſſe ad inſtar ſimplicium beneficio-
19 rum, † quæ ex generali conſuetudine reſidentiam
non requirunt, *Mandaſ. de Signat. Grat. in verbo
diſpenſatio, verſ. beneficia omnia, de non reſiden.
Caſ. de Graſſ. dec. 4. nu 3. tit. de præb. Rot. dec. 489.
nu. 1. par. 2. recent.* Ideoq. de ea non fuit neceſſe
mentionem facere. & ſic litteræ non ſolum appa-
rent iuſtificatæ ſed nec etiā ſubreptitiæ dici poſſūt

Atque ita cum reliquæ huius cauſæ difficultates fuerint iam in alia deciſione ſublatæ, vtraque parte informante reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis, &c. Et ita &c.

* *Eſt deciſio 51. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbenetana Cenſus.

Die Lunæ 17. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Moriens, ſi in ſuo teſtamento mandet, quòd omnia ſua debita ſoluantur; de quibus debitis cenſeatur intellexiſſe.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator, ſi in teſtamento mandauit, vt omnia eius debita ſoluantur, cenſetur etiam intellexiſſe de debitis, quæ obligationem ciuilem non habent, ſed ſolùm naturalem, & in foro conſcientiæ.*

2 *Et huius dicti ratio eſt, quia eum tunc fuiſſe præſumitur memorem ſalutis æternæ.*

3 *Teſtatoris præceptum de ſoluendis omnibus debitis, reſtringendū eſt ad ea debita, quæ ſunt efficacia, & quæ nulla exceptione elidi poſſunt.*

4 *Doctores intelligendi ſunt ſecundùm leges ab eis allegatas.*

5 *Debita ſua, ſi quis inter viuos mandet ſolui, ceſſat ratio cogitationis de conſcientia exoneranda.*

6 *Moriens cenſetur magis, quam viuens de animæ ſalute cogitare.*

7 *Et ideo ſi mandet ſolui debita, præſumitur velle, quòd ſoluantur debita habentia naturalem obligationem, quæ ſalua conſcientia omitti non poſſunt.*

8 *Debitum bona fide præſcriptum, ſalua conſcientia retineri poteſt.*

9 *Forenſis tenetur ſeruare ſtatuta loci contractus.*

10 *Conſtitutio irritans contractus ſine certa ſolemnitate celebratos, etiam in foro conſcientiæ ratio ſalutis æternæ, & fauoris animæ ſuadet, quòd ſtante dubio an intret, quod d. contractus non cenſeatur irritare. vide num. 11.*

12 *in Teſtamentis ſola voluntas non eſt ſufficiens, ſed certa ſolemnitates à Iure Ciuili introductæ, requiruntur.*

13 *Opinio aliqua, vt dicatur probabilis ſufficit, quòd à Rota aliquando fuerit approbata.*

14 *Conſtitutio March. de contract. minor. cap. 25. lib. 5. non adimit fidem ſcripturis in contractibus minorum confectis.*

15 *Aequitati naturali congruit, ne quis cum aliena iactura locupletetur.*

16 *Obligatione naturali tenetur, eo ipſo quod quis cum aliena iactura locupletatur.*

DECISIO LXXXI.

ITERVM Domini cenſuerunt recedendum
eſſe à deciſionibus * huius cauſæ, in quibus
dictum fuerat, impoſitionem cenſus, de quo agi-
tur, nullam eſſe ex defectu ſolemnitatum conſti-
tutionis Marchiæ, *de contract. Minor. c. 15. lib. 5.*
ac perſiſtendum eſſe in deciſione vltimo loco ema-
nata ſub die 22. Iunij præteriti * Quia q. Cle-
mentinus emptor in ſuo ſub quo deceſſit Teſta-
mento mandauit vt omnia eius debita, & præci-
pue quorum apparent obligationes, inſtrumenta
Chirographa ſoluerentur: Dictus enim Teſtator
1 in articulo mortis conſtitutus, ita diſponendo, †
cenſetur intellexiſſe etiam de debitis, quæ obliga-
tionem ciuilem non habent ſed ſolū naturalē; ac
in foro conſcientiæ: *vt per Bald. in l. id quod Pau-
peribus num. 22. C. de Epiſcop. & Cleric. Aretin.
conſ. 13. Alb. conſ. 109. Sanchez. conſ. moral. lib. 4.
cap. 1. dubit. 47. num. 3.* & alios in dicta priori de-
ciſione allegatos; cuius dicti ratio eſt, quòd præſu-
2 mitur eum † tunc fuiſſe memorem ſalutis æternæ:
& idcirco ſuam quoad huiuſmodi debita conſciē-
tiam voluiſſe exonerare, cū tali diſpoſitione opus
non eſſet, pro alijs ciuiliter debitis.

Neque obſtat, quòd vltra cenſum vt ſupra im-
poſitum, adeſſent alia debita Clementini valida,
3 & ad ea tanquam efficacia, † & quæ nulla excep-
tione elidi poterant, reſtringi debeat illius præ-
ceptum, de ſoluendis debitis, *vt not. Bart. in l. le-
gaui num. 3. ff. de liberat. legat. Bald. in l. 2. nu. 4.
C. de fideicomm. Roman. in rubric. ff. de recept.
arbit.*

arbit. num.4. Paul. de Caſtr. conſ.50. nu.2. vol.2. Cyriac. controuerſ. 313. & alij quos refert *Surd. deciſ.38. & deciſ.269. num.*13. Nam dicta horum
4 Doctorum dum † allegant textum, *in l. ſi is, §. Flauius, ff. de ſolut.* ſunt intelligenda de eo qui
5 mandat ſolui debita ſua inter viuos quo caſu † ceſſat ratio cogitationis, de conſcientia exoneranda & propterea mandans non videtur ſenſiſſe de ſolutione debiti habentis ſolam obligationem naturalem; ſecùs verò in vltima voluntate, eo quòd mo-
6 riens, † cenſetur magis quam viuens, de animæ ſalute cogitare: Et propterea velle, quòd ſoluan-
7 tur debita habentia obligationem † naturalem; quæ ſalua conſcientia omitti non poſſunt. Et hãc diſtinctionem adducunt, *Bald. in d. l. Id quod pauperibus num.22. C. de Sacroſanct. Eccleſ. & in l.2. num. 4. C. de fideicomm. Dec. in Auth. Præterea num, 11, C. vnde Vir. & Vxor. Soccin. in l. quibus diebus, §. Dominus, ff. de condit. & demonſt. & ſequitur Natt. conſ.402. num.* 56. qui Doctores loquũtur etiam de debito bona fide præſcripto;
8 quod cum † ſalua conſcientia poſſit retineri, non debet applicari ad debita, ad quæ in foro animæ quis tenetur, vt poſt eundem, *Bald. in d.l. Id quod pauperibus num.22. verſ fuit diſputatum, explicant Dec. in d. Auth. Præterea num.* 11. *verſ. vel etiam, & Soccin. in l. quibus diebus, §. Dominus num.* 10. & ita, & dictum Bartoli in loco præallegato intelligit, *Aretin. conſ. 93. ſub num.3. verſ. non obſtat præmiſſis*,

Quamuis itaque debitum de quo agitur proueniat ex contractu cenſus, nullis ſeruatis ſolemnitatibus, inito cum Clementino Vrbeuctano dum eſſet annorum 24. & ſic infra ætatem 25. annorum conſtitutus, cuius validitati reſiſtit cõſtitutio Marchiæ de ſolemnitatibus in contractibus minorum 25. annorum requiſitis. Attamen quia inſtrumẽtum huiuſmodi contractus fuit per viam ratificationis Romæ celebratum vbi tunc Clementinus commorabatur, & contrahentes potuerunt probabiliter credere quòd Statutum Vrbis loquens de maiore 20. annorum, quod cenſeatur maior, 25. ad effectum validè contrahendi abſque ſolemnitatibus, etiam forenſes liget. Iuxtà Docto-
9 res affirmantes indiſtinctè † quòd forenſis teneatur ſeruare Statuta loci contractus, vt per textum *in l. ſi fundus, ff. de euict. tenent Bart. in l. ſemper. in ſtipulationibus nu. 3. ff. de reg. iur. & in l. contraxiſſe, ff. de action. & obligation. ac in l.1. nu.16. & 17. C. de Sum. Trinit. & fid. Cathol. Bald. in rubric. de conſuetud. num.* 39. cum alijs allegatis *in Romana, ſeu Bononien. cenſus ſcut. 25. mill. 7. Maij* 1601. *coram Corduba, quæ poſt tract. Modern. de cenſib. eſt deciſio* 195. *num.*4. & hanc opinionem in iſtis terminis amplexa eſt *Rota in Senogallien. prædij 5. Iunij* 1617. *coram bon. memor. Andrea, & in Romana obligationis 24. Februarij* 1620. *coram bon. mem. Sacrato*. Vnde valdè dubitabilis reddebatur reſiſtentia dictæ conſtitutionis Marchiæ. An ſcilicet mens conditoris illius fuerit etiam irritare contractus, minorum 25. iuxtà dictam probabilem opinionem celebratos in loco vbi ſolemnitates aliàs non eſſent requiſitæ itaut nullus effectus nullaque obligatio nequidem in foro conſcientiæ ex huiuſmodi contractibus orire-tur. Dum autem non conſtat quòd legiſlator voluerit huiuſmodi contractus iuxta dictam opinionem celebratos irritare, etiam in foro conſcientiæ ratio ſalutis æternæ, & fauoris animæ ſuadet ſen-
10 ſum dictæ conſtitutionis, † quòd perſeuerante dubio non cenſeatur irritare etiam in foro conſcientiæ tanquam benigniorem eſſe præferendam vt tradit *Paul. Layman. Theol. moral. lib.1. tract.4. cap.* 17. *num. ſig. ſub. tit. de leg.* vbi addit ex hoc principio poſſe defendi doctrinam *Innoc. & aliorũ in cap. Quia plerią. de immunit. Eccleſ.* Ex his autem Doctoribus qui ſentiunt ſolemnitates ſtatutarias vel dictæ conſtitutionis adeo ſeruandas eſſe
11 vt † illis omiſſis ceſſet obligatio etiam in foro cõſcientiæ nemo eſt qui loquatur in caſu legis, vel ſtatuti de quo dubitetur an ſeruanda ſit illius diſpoſitio, ſed omnium dicta procedunt in eo caſu in quo nulla dubitatio eſt quin ſeruandæ ſint ſolemnitates, *& Bald. quem alij ſequuntur in conſ.*285.
12 *volum.* 3. loquitur † de teſtamentis in quibus ſola voluntas non eſſet ſufficiens ſed certæ ſolemnitates Iure Ciuili introductæ vlterius requiruntur, cum tamen in caſu præſenti probabilis adeſſet opinio quòd non requirantur ſolemnitates dictæ
13 conſtitutionis, † quàm ſufficit à Rota aliquando fuiſſe approbatam, etiamſi poſt tempus dicti contractus emanauerint præallegatæ deciſiones corã Domino Cardinale Sacrato, & bo. mem. Andrea. Quia vis concluſionis non conſiſtit in tempore, ſed in Iuribus ex quibus ita ſemel atque iterum deciſum fuiſſe apparet.

Præterea vnus ex Dominis conſiderabat quòd ſi aliter diceretur, Clementinus ex huiuſmodi contractu euaſiſſet locupletior eo quod pecunias verè ac realiter traditas fuiſſe probat inſtrumentum
14 impoſitionis cenſus † cuius ſcripturæ fidem non adimit dicta conſtitutio Marchiæ. Immo quod ſi nullitas contractus admitteretur inde lucrum dupliciter faceret, primò ſcilicet quia pecunias accepiſſet ſine cauſa, & deinde quod in confiſcatione bonorum eiuſdem ad fauorem hæredum ideo Papa mitius egerit, quòd Tutor ſignificauerit huiuſ-
15 modi debitum eſſe in hæreditate: Naturali † autẽ æquitati congruit ne, quis cũ aliena iactura locupletetur *l. Nam hoc natura, ff. de condict. indeb. c. locupletari de reg. iur. in 6.* & eo ipſo quod
16 quis aliena cum iactura factus † eſt locupletior, naturali obligatione tenetur *Bart. in conſtit. ad reprimendum in verb. denunciationem num.*10. *& conferunt notata per Gutier. in repetit. Auth. Sacramenta Puberum num.* 84. *C. aduerſ. vendic. Azeued. Recopil. lib.5. tit.11. l.22. Parlador. rer. quotid. differ.12. illat.3. Cancer. var. reſolut. cap.1. de Minor. num.*212.

Et ita vtraque parte informante fuit deciſum.

* *Ideſt ſub diebus 23. Ianuarij 1634. & 23. Iunij eiuſdem anni, ſunt deciſiones 260. & 294. ſupra in præcedenti parte.*

* *Eſt deciſio 62. ſupra in hac eadem parte.*

§. Et infra in eadem cauſa adeſt altera deciſio ſub 18. Aprilis 1636. coram bo. me. Motmanno.

R. P. D. PANZIROLO,

Comeñ Beneficij,

Die Veneris 11. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus, cum ſit indiuiduum, ideo remanet penès quemcumque. Patronum inſolidũ, itaut ex præſentatione vnius patroni, alijs nolentibus præſentare, quis poteſt inſtitui.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & reſidet penes quemcumque Patronum inſolidum.*

2 *Præſentatio vnius ex patronis ſufficit ad petendam inſtitutionem vbi alij non præſentant.*

3 *Communitatis actus, nullo pacto attendi debet, ſi ſit factus in loco, vbi non ſunt ſoliti congregari, nec ad ſonum Campanæ vel Tubæ.*

4 *Iuſpatronatus, ſi ſpectat ad Vniuerſitatem non ſpectat hominibus vti ſingulis, ſed vti vniuerſis.*

5 *Communitas, quòd præſentare debeat ad iuſpatronatus, vti vnum corpus id colligitur, ex circumſtantijs facti, & modo dandi vocem.*

6 *Vniuerſitas, ſi ſit conuocata de mandato Conſulis, & cõfirmauit electionem factam ad iuſpatronatus, & deputauit homines ad præſentandum, ſatis ex hoc dicitur præſentare, tanquam vnum corpus, & num. 7.*

8 *Iuſpatronatus, ſi competat alicui Vniuerſitati, Collegio. familia &c. vti vniuerſis, tunc præſentatio ſit in capita, & non in ſtirpes.*

9 *Iuſpatronatus ſi ſpectat ad plures familias, Collegia, vel Vniuerſitates, & ſimul conueniunt ad præſentandum, non vti diuerſa corpora, ſed tantum vnum, tunc tale iuſpatronatus competit in ſtirpes.*

10 *Iuſpatronatus, ſi competat Vniuerſitati, & ſic nõ iure hæreditario filijfamilias poſſunt præſentare cum patre. limita nu. 11.*

Filijfamilias non concurrunt cum patre ad præſentandum, in iurepatronatus hæreditario. n. 10.

12 *Conſuetudo contra ius, eſt plenè, & concludenter probanda.*

13 *Notario non creditur, niſi de ijs, de quibus fuit rogatus.*

14 *Fides non facit fidem, & maximè ſi ſit facta lite pendente, ſine iuramento, & partis citatione. & num. 15.*

16 *Atteſtationibus factis à parte aduerſaria ſtandum non eſt.*

17 *Iuriſpatronatus præſumptio vſurpationis cadit etiam in Vniuerſitatibus paruis.*

18 *Iuriſpatronatus probatio qualiter ſit facienda per eos, in quibus cadit vſurpationis præſumptio, ſed declara, vel limita nu. 19. & 20.*

20 *Concilium Tridentinum, circa probationem iuriſpatronatus Potentum, nihil innouauit circa patronos, ſed ſolum circa libertatem beneficij.*

DECISIO LXXXII.

SVB DIE die 25. Maij 1635. * deciſum fuit Ioannem Baptiſtam Zambellum eſſe inſtituendum in Eccleſia Parochiali Sanctæ Mariæ loci Comani; ſed quia reſolutio capta fuerat vna tantũ parte informante, Dubitaui ad inſtantiam Sebaſtiani Maſſalli, an eſſet ſtandum in deciſis; & Domini, reſpectu vocationis dictæ Parochialis, ac præſentationis ipſius Zambelli factæ tempore habili; coram loci ordinario à maiori parte Communitatis Comani; affirmatiuè reſponderunt.

Nec viſum eſt obſtare, quòd præſentatio ad hãc Eccleſiam non ſolum ſpectet ad dictam Communitatem Comani; ſed etiam ad Communitatem Porzæ, & ideo, cum Zambellus fuerit ſolum præſentatus ab vna parte Communitatis Comani, & Sebaſtianus Maſſallus, tam ab alia parte eiuſdem Communitatis, quam ab hominibus Porzæ, Maſſallus, non autem Zambellus, videatur inſtituendus, quia huic obiecto fuit abundè ſatisfactum, tam in deciſione 26. Martij 1634. quam 25. Maij proximi præteriti; etenim non negatur, quòd præſentatio ſpectet ad vtramque Communitatem, ſed dicitur, quòd cum Communitas Porzæ de tempore vacationis fuiſſet interpellata ad præſentandum, & declarauerit ſe nolle concurrere ad præſentationem alicuius, totum ius fuiſſe deuolutum ad homines Communitatis Comani, qui Zambellum pro ma-
1 iori numero præſentarunt. nam † cum iuſpatronatus ſit indiuiduum, & reſideat penès quemcumq; patronum inſolidum, *Roeb. de iurep. verb. ius. q. 6. num. 10. Lambert. eod. tract. lib. 1. par. 1. quæſt. 3. princ. art. 8. in princ. & nu 8. Turrecrem in cap. pia mentis, nu. 13 16. quæſt. 7. Rota in Pampilonen. iuriſpatronatus 24. Maij 1613 coram Cardinali*
2 *Pamphilio*, ideò ad petendam inſtitutionem, † ſufficit præſentatio vnius ex patronis, vbi alij non præſentant *gloſ. in cap. 1. verb. non debent, & ibi Abb. num 7. de iurep. Rota deciſ. 274. nu. 4. & 5. par. 2. recent. & fuit reſolutum in Firmana beneficij 13. Maij 1596. coram bo. me. Card. Pamphilio ſeniore*, itaut quamuis poſtea homines Porzæ: Maſſallum præſentauerint, huiuſmodi actus, nullo pacto at-
3 tendi debeat, vti non factus in loco, † vbi ſunt ſoliti congregari, nec ad ſonum Campanæ, vel Tubæ, prout præſentatus fuerat Zambellus, nec in vna tantùm die, ſed partim in vna, & partim in altera,
4 nec ab vniuerſis, ſed à ſingulis, † vti ſingulis; cum tamen vti tales non ſint patroni, ſed ſinguli, vt vniuerſi, *ad leg. quod maior, vbi gloſ. Bart. & alij. ff. ad municipal. gloſ. in cap. vbi periculum. §. idem quoque verbo ſingulis de elect. in 6. & cap. 1. verſ. tractatus de rebus Eccleſ. non alien. in 6. Felin. in cap. cum omnes. nu. 24. & 29. ad fin. verſ. eſt verum de conſtit.* & in terminis iuriſpatronatus, *Lap. alleg. 78. num. 2. vbi Add. verb. à maiori parte, & num. 4. Lambertin. de iurep. lib. 2. par. 2. quæſt. 2. art. 8. ſub nu. 17.*

Quòd autem iſtæ Communitates in præſẽtationibus conueniant tanquàm vnum corpus; ſatis patet ex præſentationibus de Anno 1515. in perſonã Sebaſtiani Moreſini, de Anno 1559. in perſonam Dominici Tarilli, & de Anno 1593. in perſonam Georgij Domengonij. per cuius obitum fuit inducta vacatio præſens. † ex circumſtantijs enim facti,
5 & ex modo dandi vocem, colligitur, an Vniuerſitates conueniant ſimul tanquam vnum corpus, vt

per

per Abb. in cap. ſcriptum nu. 6. de elect. & in cap.
paſtoralis in fine princ. vbi Fel. nu. 9. verſ. & ſub-
dit de reſcript. Caccialup. in l. omnes populi, num.
143. ff. de iuſt. & iur. & fuit reſolutum in Tauri-
nen. iuriſpatronatus 11. Ianuarij, & 1. Apr. 1585.
coram bo. me. Card. Pamphilio, & in caſu noſtro, ex
eo etiam euidenter apparet, quòd in dicta vacatio-
ne de Anno 1593. quælibet Vniuerſitas conuoca-
ta de mandato Conſulis, ratificauit electionem
6 de perſona dicti Georgij, † & deputauit quatuor vti
Procuratores ad illum præſentandum coram Do-
mino Epiſcopo; hic enim ſimultaneus conſenſus
Deputatorum ſatis clarè oſtendit, iſtas Communi-
tates præſentare, tanquam vnum corpus, l. 2. C. de
decur. lib. 10. Doct. in cap. cum omnes, vbi Dec. n. 8.
Bero. nu. 84. de conſtit Rip. in cap. cum Eccleſia
Sutrina, num. 13. de cauſ. poſſ. & propr. Bart. in
lege omnes populi. quæſt. 2 princ. verſ. 3. dixi. ff. de
iuſt. & iure, & in terminis iuriſpatronatus, Ioann.
And. in cap. 3. col. 1. de iurep. Abb. conſ. 76. in 2.
dub. ante num. 1. vbi de com. par. 2. Lap. alleg. 8. &
78. num. 2. Lambert. de iurep. lib. 2. par. 2. quæſt. 2.
art. 8. Mantic. dec. 268. nu. 5. poſt med. verſ. tamen
extat Sinodalis conſuetudo, & fuit reſolutum in
allegata Taurinen. iuriſpatronatus coram Card.
Pamphilio.

Nec obſtant ratificationes ſeparatim factæ de
præſentatione Anni 1503. prout in ſummario Maſ-
7 ſalli numero primo; quia attendendum eſt, † quid
fuerit factum nomine Communitatis, & illud cẽ-
ſetur ratificatum, & ideo ſufficit, quòd præſentatio
fuerit facta, tantùm ab vno corpore, quia hoc etiã
cenſetur ratificatum.

Nec viſum fuit releuare, quòd cum ius præſen-
tandi ſpectet ad vtramque Communitatem, vna-
quæque earum videatur habere vnam tantum vo-
cem; itaut Zambellus, non dicatur præſentatus à
maiori parte hominum Comani, fuit namq. reſpõ-
8 ſum; quòd in † patronatibus competentibus alicui
Vniuerſitati, Collegio, ſeu familiæ, vti ad vniuer-
ſos, præſentatio fit in capita, non autem in ſtirpes,
Lambert. de iurepatronatus lib. 1. par. 2 quæſt. 1.
art. 25. nu 17. & art. 28. num. 5. & fuit reſolutum
in Regien. iuriſpatronatus 16. Nouemb. 1601. co-
ram bon. me. Penia, in Florentina iuriſpatronatus
10 Martij 1603. coram bo. me. Card. Lancellotto
impreſſa per Viuian. de iurepatronatus li 4. cap. 1.
num. 71. verſ & placet referre; idq. procedere
etiam in pluribus familijs, Collegijs, vel Vniuerſi-
9 tatibus quando ſimul concurrunt ad præſentandũ,
non vti diuerſa corpora; ſed tãquam vnum corpus,
Abb. in d. cap. ſcriptum. nu. 6. de elect. & in d. Ca-
pitulo paſtoralis in fin. princ. vbi Fel. num. 9. verſ.
vbi duo corpora de reſcript. Caccialup. in d. lege
omnes populi. nu. 141. ff. de iuſt. & iur. Silu. de be-
nef. par. 2 quæſt. 12. nu. 18. & 19. fuit reſolutum
in allegata Taurinen. coram bo. me. Pamphilio.

Nec releuat, quòd ſaltem Zambellus, non fuit
præſentatus à maiori parte, dum ex 24. ſuffra-
gijs ſunt demendi tam illi, qui ſunt minores, quam
etiam filij familias, qui vna cum patribus præſen-
10 tare non valebant, † quia cum iuſpatronatus com-
petat vniuerſitati, & ſic non iure hæreditario, filij
familias poſſunt præſentare vna cum patribus, Fe-
der. de Sen. conſ. 111. num. 9. verſ. præterea ſi filius,
Rocch. de iurepatronat. verb. competens, quæſt. 7.
num. 18. Lambert. d. lib. 2. par. 1. quæſt. 2. art. 6. &
fuit dictum in Florentina Canonicatus 10. Martij
1603. & 11. Februar. 1604. coram bon. me. Card.
Lancellotto impreſſa à Viuiano de iurepatronatus
lib. 4. cap. 1. num. 71. verſ. & placet referre Rota
deciſionem, & ibid. col. 9. verſ. & in eadem coram
11 eodem; quamuis ſecus eſſet dicendum, † quando
conſuetudo eſſet in contrarium, ſed tamen iſta cõ-
12 ſuetudo, tanquam contra jus deberet plenè, † &
concludenter probari, nec ſufficeret nudum factũ,
ſed quod voluerint præſentare, & prohibiti, iuxta
conſ. Abb. 54. nu. 3. par. 1. & dixit Rota in Burgen.
Abbatia 23. Ianuarij 1598. coram bo. me. Penia.

Præterquam quod Domini ponderarunt, aſſertã
inhabilitatem in præſentantibus, non aliunde pro-
13 bari, quam ex fide Notarij. † cui non creditur, ni-
ſi de jis de quibus fuit rogatus Caputaq. deciſ. 385.
par. 3. Rota deciſ. 7. num. 2. circa fin. par. 4. recen.
Caualer. deciſ. 272, n. 5. & quamuis dicta fides fue-
rit etiam ſubſcripta ab alijs quatuor hominibus
14 Communitatis Porzæ; nihilominus fides † non
facit fidem leg. ſola, Cod. de teſtib. cap. atteſtatio-
nes de deſponſatur. impub, Seraph. deciſ. 106. nu. 3.
15 qui loquitur in Communitate, maximè, † quòd
fuit ficta lite pendente, ſine iuramento, & partis
citatione, Alex. conſ. 33. ſub num. 13. lib. 6. Seraph.
deciſ. 1423. nu. 3. & fuit reſolutum in S. Seuerini
bonorum 1. Iulij 1611. coram Card. Pamphilio, ac-
cedente præſertim, quòd fuit ſubſcripta ab illiſmet
qui præſentarunt Maſſallum, tam in primo ſcruti-
nio 9 Aprilis 1630. quam poſtea ſub die 27. Iulij,
16 vnde illorum atteſtationibus. † vti Zambelli ad-
uerſariorum nulla eſt habenda fides Lambert. de
iurepatr. lib. 2. quæſt. 10. art. 12. nu. 7. & fuit dictũ
in Pampilonen. Rectoriæ 5. Nouemb. 1586. coram
bon. mem. Orano.

Sed dato etiam, quòd illi filij familias, ac alij, qui
dicuntur non eſſe incolæ, excluderentur à præſen-
tatione, nihilominus, numerus illorum, qui Zam-
bellum præſentarunt, eſt maior, quia iſti reducerẽ-
tur ad 21. Auctores vero Maſſalli, eſſent ſolum 13.
qui iuncti cum illis, qui electionem ratificarunt, eſ-
ſent in totum 17.

Minus obſtat, quòd verſamur in Communitati-
17 bus paruis, in quibus † cadit ſuſpicio vſurpationis,
etiam quod ſint paruæ, vt dixit Rota coram Reue-
rendiſſ. D. meo Coccino Decano deciſ 25. num. 4. &
ideo iuxta diſpoſita per ſacrum Concilium Tridẽ-
tinum ſeſſ. 25. cap. 9. de reformat. probandum ſit
18 iuſpatronatus, ex fundatione, vel dotatione, † vel
docẽdum de immemorabili cum præſentationibus,
quæ ſpatio quinquaginta annorum fuerint ſortitæ
effectum, vt per Achil. deciſ. 4. de iurep. Quia in
alia deciſione, iam fuit reſponſum quòd quando
principaliter non eſt quæſtio ſuper libertate bene-
19 ficij, † ſed ſolùm agitur de pertinentia inter patro-
nos, non requiruntur probationes iuxta formam
Concilij, ſed ſufficiunt ordinariæ, vt dixit Rota in
Firmana iuriſpatronatus 21. Iunij 1593. coram
Card. Blanchetto, et in Sorana iuriſpatronatus 28.
Aprilis 1603. coram bo. mem. Card. Pamphilio, &
in terminis patronorum, in quibus cadit præſum-
ptio

Digitized by Google

ptio vſurpationis tenuit *Rota deciſ.522. nu.3. paulò ante med. verſ. minus obſt. deciſio par. 4. diuerſ. Mantic. deciſ.350. ante num.1. Caualer. deciſ.89. num.3. Lotter. de re beneſ. lib.2. quæſt.13. nu.128.* Et ratio eſt, quia Concilium nihil innouare voluit

20 inter ipſos patronos, ſed ſolũ † vbi agitur de libertate beneficij, & ſic de ſubſtãtia, non autem de pertinentia, inter ipſos patronos, vt benè fuit ponderatum per *Rotam deciſ.179. num.2. et 3. par.3. rec.*

Verùm quia inter alia, quæ requiruntur pro validitate inſtitutionis, neceſſe eſt, quòd conſtet de habilitate illius, qui venit inſtituendus; Ideo Domini ordinarunt, vt circa idoneitatem Zambelli, particulariter dubitetur, & ſic quoad hãc partem, nec deciſionem cõfirmarunt, nec ab ea receſſerunt. Et ita parte vtraque &c.

☞ * *Vide hanc deciſionem infra in additione, prout in Indice poſito in eius fine.*

R. P. D. MERLINO.

Arboreñ Canonicatus.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Impetrans beneficium alicuius ex eo, quod recurſum habuerit ad Iudices laicos, vt illam impetrationem iuſtificet, quid neceſsè ſit vt probet, & quid ſi ille, qui habuit recurſum, fuerit abſolutus à cenſuris ob d. recurſum, & à pœnis inde prouenientibus, etiam in foro exteriori, cum plenaria reſtitutione.

SVMMARIVM.

1 *ad Iudices laicos recurrens eſt excommunicatus.*

2 *ad Iudices laicos recurrens, amittit ipſo iure beneficia obtenta.*

3 *Excommunicatus regulariter non eſt priuatus beneficijs obtentis, neque ad ea retinenda eſt incapax. limita nu.2.*

Sed ſi in excommunicatione perſeueret ob contumaciam, & ob contemptum clauium Eccleſiæ, tunc venit priuandus. nu.3.

4 *Recurſus ad Iudices ſeculares eſt concludenter probãdus ad effectum priuationis beneficiorum quicquid ſit ad effectum denegandi audientiam.*

5 *ob Recurſus ad Iudices laicos ipſo iure incurritur in pœnam priuationis beneficiorum.*

6 *Sed intellige dummodo præcedat ſententia, non condemnans quidem ad pœnam ipſo iure irrogatam. ſed declarans delictum (ſcilicet recurſum) cui dicta pœna eſt inflicta.*

7 *Et ideo ſine ea, quis non poteſt dici priuatus beneficijs.*

8 *Delictum, & priuatio propter illud, vtrumque propter abſolutionem, & reſtitutionem plenariam abſterſum, & abolitum cenſetur.*

9 *per Abſolutionem, & reintegrationem tantũdem reſtituitur, quantum per delictum, & condemnationem fuerat ablatum, & pœna omnis perimitur, & cauſa ad non cauſam reducitur, & quicquid antea fuit per actum, penitus retractatur. & num.10.*

11 *Abſolutus à cenſuris non inde recuperat beneficia, cum ſint pœnæ diuerſa priuatio beneficij, & excommunicatio.*

12 *Pœna ſpirituali ſublata, non cenſetur ſublata pœna temporalis. limita nu.13.*

14 *Bald. in l. placet. C. de ſac. ſanct. Eccl. num.15. quo caſu loquatur.*

15 *Beneficium ſi ſit obtentum poſt incurſam excommunicationem, hoc caſu, ſi obtinens fuerit abſolutus ab excommunicatione, non cenſetur abſolutus à priuatione beneficij.*

16 *Beneficij collatio facta excommunicato eſt nulla, & quamuis is ſit abſolutus, noua indiget collatione, & titulo, vel ſaltem diſpenſatione, quippe cum non intrauerit per oſtium in ouile, & ſic tanquam fur. & nu.17.*

18 *Excommunicato, ſi ſit collatum beneficium licèt per abſolutionem ceſſauerit impedimentum excommunicationis, non tamen poteſt conualeſcere, beneficij collatio, cum fuerit ab initio nulla.*

19 *Excommunicatus, cum beneficij titulum non recipiat, ideo ſi ſit abſolutus ab excommunicatione, non poteſt retinere, id quod in excommunicatione non recepit, vel ineſficaciter accepit.*

20 *Beneficium poſtquam fuit obtentum, ſi in excommunicatione incurratur ſublato impedimento excommunicationis reuiuiſcit titulus beneficij, per excommunicationem ligatus, non extinctus ac mediante abſolutione in integrum reſtituitur, quaſi poſtliminio reuerſus, & ipſo iure recuperatur. nu.21.*

22 *Sententia recipit interpretationem ab actis.*

23 *Beneficij priuatio non incurritur ob irregularitatem ipſo iure, quacumque illa ſit, niſi per Iudicis ſententiam ſecundum qualitatem irregularitatis priuetur irregularis.*

24 *Gratia obtenta, ſi laboret vitio obreptionis, & ſubreptionis. ac defectus intentionis Papæ, nullo modo ſubſiſtetur.*

25 *in Gratia obtinenda, ſi aliquid ſit tacitum, Iudex ex circumſtantijs per eum deligendis, atque eius arbitrio inquirere debet, an id retraxiſſet Principem, vel difficiliorem reddiſſet ad gratiam concedendam.*

DECISIO LXXXIII.

DOMINI reſponderunt Canonicatum de quo agitur non eſſe adiudicandum Petro Paulo. Is enim eũ impetrauit per prouiſionem certo modo, ſcilicet ex eo quòd Didacus recurſum habuerit ad Iudices laicos, & inde fuerit beneficio priuatus, quam impetrationem viſum fuit non ſatis eſſe iuſtificatam.

1 Quamuis enim recurrens † ad Iudices laicos ſit excommunicatus, nedum ex diſpoſitione Bullæ Cœnæ, ſed etiam ex Conſtitutione Martini V. & Innocentij VIII. quæ incipit Officij noſtri, eſtq. in nouo Bullario in ordine 17. tom.1. & tali quidem

2 excommunicatione, vt amittat ipſo iure beneficia obtenta, prout disertè ſancitur in dd. conſtit. Secũdùm quas in ſupremis Vrbis Tribunalibus pluries iudicatum fuiſſe teſtatur *Farin. conſ.68. n.9. lib.1.*

quod

quod præcipuum eſt in excommunicatione ob re-
curſum ad Iudices laicos, quia alijs cenſuris inno-
3 datus † regulariter non eſt priuatus beneficijs ob-
tentis, neque ad ea retinenda eſt incapax, ſed ſi in
excommunicatione perſeueret ob contumaciam,
& ob contemptum clauium Eccleſiæ. Tunc venit
priuandus, *vt reſcripſit Cœleſtin. III. in c. cum bo-
næ de ætat. & qualit. c. Paſtoralis, §. verum de ap-
pel & tradunt Butr. in c. Paſtoralis. num. 5 Zaba-
rel. nu. 5. Abb. nu. 7. de Cler. excom. miniſt. Couar.
in c. alma mater. par. 1. §. 7. num. 2. Suar. de cenſu-
ris diſp. 13. ſect. 1. nu. 1. Sanch. reſponſ. Moral. lib.
2. c. 2. dub. 11. in princ. nu. 1.*

Nihilominus in caſu præſenti ſuppoſito etiam
quòd de iſtis recurſibus concludenter conſtaret ad
effectũ inducendæ priuationis, in quo exigitur con-
4 cludens † probatio, quicquid ſit ad effectum dene-
gandi audientiam, vt diſtinxit *Rot. in Tuden. bene-
ficij 5. Aprilis 1604. coram bo. me. Penia, & in re-
cent. dec. 534. nu. 8. ac deciſ. 602. num. 3. par. 1.* &
alias paſſim Domini animaduertebant, quòd licèt
5 priuatio † beneficij vi m d. conſt Mart. V. atque In-
noc. VIII. ob recurſus ad Iudices laicos, ipſo iure
incurratur, tamen cum non agatur de cenſuris, aut
6 irregularitate incurrendis; † ſed pœna priuationis,
ſuper facto ipſo, nempe, quòd Didacus recurſum
habuerit, requiratur antecedens ſententia, non cō-
demnans quidem ad pœnam ipſo iure irrogatam,
ſed declarans delictum, cui dicta pœna eſt inflicta,
*ita deducitur ex cap. cum ſecundum de hæret. in 6.
Felyn. in c. Rodulphus nu. 35. verſ. ſed declarato-
ria. de reſcrip. Couar. in 4. decret. 2. par. cap. 6. §. 8.
nu. 10. Gratian. diſcept. forenſ. c. 36. nu. 11. & fuit
dictum in Forolíuien. de Manſignanis 30. Octobr.
1602. coram Penia, in Mantuana bonorum 1. De-
cemb. 1578. coram Bubalo impreſſa poſt 1. vol. con-
ſil. Farin. lib. 1. in ordine 16. nu. 2. & 3. in Bene-
uentana Vicariæ 18. Iunij 1617. coram bon. mem.
Card. Sacrato,* & in his terminis recurſuum; reſpō-
dit *Rota in Tullen. Monaſterij 15. Februar. 1610.
coram eodem bo. me. Card. Sacrato impreſſ. in rec.
dec. 355. par. 3.* & ex Neotericis luculenter ex Ca-
noniſtarum, Theologorũ opinione explicant *Ferd.
de Caſt. Palao de relig. tom. 1. tract. 3. diſp. 2. punct.
2. nu. 7. & 8 Sanch. de matrim. lib. 9. diſp. 30. n. 2.
& reſponſ. Moral. lib. 2. c. 2. dub. 23. num. 3.* ſine
7 qua † ſententia Didacus, non potuit dici priuatus,
neque Inducta fuit vacatio de tempore datæ litte-
rarum prouiſionis Petri Pauli.

Et quod videtur tollere difficultatem apparet
quod ante impetrationem Petri Pauli, iam Sanctiſ-
ſimus mandauerat Rotæ, vt abſolueret Didacum à
cenſuris ob dd. recurſus, & à pœnis inde prouenie-
tibus etiam in foro externo, cum plenaria reſtitu-
tione, & clauſulis ampliſſimis importantibus etiam
retrotractionem abſolutionis ad tempus ante in-
curſam excommunicationem, & iuxta formam
iſtius facultatis, & commiſſionis fuit per Rotam
abſolutus, & propterea de tempore gratiæ Petri
Pauli, nulla amplius aderat priuatio, neque deli-
8 ctum, † cum vtrumque per abſolutionem, & reſti-
tutionem plenariam abſterſum, atque abolitum
cenſeatur *Franch. in c. quamuis nu. 6. de reſcript.
in 6. Rol. conſ 45. nu. 29. lib. 4. Odd. de reſtit. in
integr. par. 1. quæſt. 44. art. 2. nu 6. & art. 4. n. 31.
& facit tex. in l. final. §. final.* & ibi *Bart. & alij
DD. C. de ſent. paſſ.* vbi, quòd per reintegrationem,
9 † & abſolutionem tantumdem reſtituitur, quantũ
per delictum, & condemnationem fuerat ablatũ,
10 pœnaq. omnis † perimitur, & cauſa ad non cauſam
redacta, quicquid antea fuit per actum penitus re-
tractatur, & in his terminis ita fuit reſolutum in
præalleg. deciſ. 255 nu. 3. par. 3. recent.

Non obſtat quòd abſolutus à cenſuris non inde
11 recuperet beneficia, † cum ſint pœnæ diuerſæ pri-
uatio beneficij, & excommunicatio, & ſublata
12 pœna ſpirituali † non cenſeatur ſublata tempora-
lis *ad not. per Bald. in l. placet nu. 15. & 16. C. de
ſac. ſanct. Eccleſ. Suarez. de cenſur. diſput. 13. ſect. 1.
§ omiſſis ergo verſ. & hinc colligimus.*

Quoniam ceſſat obiectum ex amplitudine clau-
ſularum mandati Apoſtolici pro abſolutione per
Didacum obtenti, quibus præcipitur, nedum vt
13 abſoluatur à cenſuris, † ſed etiam à pœnis ob dd.
recurſus inflictis, & plenariè reſtituatur, in verbiſ-
que dicitur abſolutionem ſuffragaturam eſſe etiam
in foro externo, & ſic negari non poteſt quin Di-
daco quęcumq; priuationis pœna fuerit relaxata,
atque plenariè in priſtinum ſtatum repoſitus.

Baldus verò *in d. l. placet. C. de ſac. ſan. Eccleſ.*
14 loquitur † vbi expreſsè conſtat ex duabus pœnis,
vnam tantum fuiſſe ablatam, *et Couar. in c. alma
mater. par. 1. §. 7. nu. 2. verſ. 7. idem ac Rebuff. in
c. Paſtoralis nu. 52. de cler. excommunic. quos alle-
gat. et ſeq. Suarez d. ſect. 1. verſ. hinc colligimus,*
15 loquuntur in beneficio † obtento poſt incurſam
excommunicationem. Quo caſu abſolutus à cen-
ſura non dicitur abſolutus à priuatione beneficij,
quia tunc collatio facta excommunicato fuit nul-
16 la, † & is quamuis abſolutus, noua indiget colla-
tione, & titulo, vel ſaltem diſpenſatione, quippe
17 qui non intrauerit per oſtium † in ouile, & ſit tan-
quam fur vt ait *Rebuff. d. c. Paſtoralis nu. 62. ad fin.
et Anch. ibid. num.* 3. vbi quòd licet ceſſauerit im-
18 pedimentum excommunicationis, † tamen non
poteſt conualeſcere, quod ab initio fuit nullum, &
clarius *Henric. Bobic. ibid. n. 5. verſ. vnde Goffred.*
aſſerens, quòd cum excommunicatus titulum non
recipiat, ideo etiam idem abſolutus non poteſt re-
19 tinere, † quod in excommunicatione non recepit,
vel inefficaciter recepit, ſed requiritur diſpoſitio.
Secus autem in excommunicatione incurſa poſt
obtentum beneficium, quia tunc collatio facta ante
20 ſuperuenientem excommunicationem † fuit vali-
da, & ſublato impedimento cenſuræ, reuiuiſcit ti-
tulus per excommunicationem ligatus, non extin-
ctus, ac mediante abſolutione in integrum reſtitui-
tur, quaſi poſtliminio reuerſus, *arg. c. nos Sancto-
rum c. iuratos 15. quæſt. 6.* & benè admonuit *Hē-
ric. Bobic. in c. Paſtoralis ſub n. 5. verſ. ſed ſi bene-
21 ficium,* vbi quod accedente † abſolutione titulus
ipſo iure recuperatur, *et dixit Rota in præalleg.
Tullen. Monaſterij coram bon. me. Card. Sacrato
deciſ. 255. nu. 4. par. 3. recent.*

Minus obſtat, quòd abſolutio per Rotam Dida-
co conceſſa, videatur reſtricta ad ſolas cenſuras;
quoniam dum eſt in executionem mandati ampliſ-
ſimi, & facultatis conceſſæ à Pōtifice in actis pro-
ducti,

Digitized by Google

22 ducti, ab eadem facultate, & ſecundum † acta recipit interpretationem, & ad petitionis, & actorũ limites regulatur, atque intelligitur iuxta tradita *per Bart. in l. ait Prætor. §. ſi Iudex nu. 1. ff. de re iudic. Alex. conſ. 49. num. 9. lib. 7. Soccin. ſen. conſ. 37. nu. 18. lib. 4. Rota apud Card. Seraph. dec. 738. nu. 3. et in Bononien. de Cataneis 1. Februar. 1634. coram me.*

Obiectum vero priuationis Didaci ob irregularitatem, & quòd poſt recurſus habitos celebrauerit, minus ſubſiſtere viſum fuit, quoniam vltra quòd celebratio de huiuſmodi tempore nõ probatur, adhuc non releuaret, nullo enim iure ſancitum
23 eſt, ob irregularitatem † incurri priuationem beneficij obtenti ipſo iure, aut dignitatis, quæcumq; illa ſit, niſi per Iudicis ſententiam ſecundùm qualitatem irregularitatis priuetur, ita expreſsè docuerunt *Abb. in c. tanta nu. 2. de exceſſ. Prel. Rebuff. in prax. benef. tit. de mod. ammitt. benef. n. 50. Nauar. in manual. c. 27. nu. 251. Suarez. de cenſuris diſp. 40. ſect. 2. num. 15. et 16. Sanchez. reſponſ. moral. lib. 2. c. 2. dub. 14. nu. 6.*

Demum in hanc reſolutionem plurimum etiam impulit Dominos vrgens vitiũ ſubreptionis, quo laborat gratia Petri Pauli dum narrare omiſit Pontifici abſolutionem obtentam à Didaco in vim ampliſſimæ commiſſionis Apoſtolicæ, ſi enim Papa ſciuiſſet Didacum fuiſſe abſolutum, & plenariè reſtitutum, non ita de facili Canonicatum eiuſdem Didaci qui iam recurſibus renunciauerat, & ad veniam, atque pietatem Sedis Apoſtolicæ ſupplex confugerat, & abſolutionem vberrimam obtinuerat, non, inquam, conceſſiſſet Canonicatum Petro Paulo hęc in ſua ſupplicatione ſilentio prætermit-
24 tenti, & † ſic oritur obreptio, & ſubreptio, ac defectus intentionis Papæ. *cap. ſuper litteris ubi Felin. num. 8. de reſcript. Card. Zabar. qui conſuluit in caſu ſimilis impetrationis conſ. 40 num. 7. Surd. conſ. 337. num. 41. Rota deciſ. 418. nu. 1. par. 1. recent. & in Mantuana penſionis 4. Decembr. 1626.*
25 *coram me*, vbi etiam firmatum fuit † coniecturis, & circumſtantijs per Iudicem deligendis, atque eius arbitrio eſſe inquirendum, an id quod fuit tacitum, retraxiſſet Principem, vel difficiliorem reddiſſet, *ex Caſſador. deciſ. 12. nu. 14. de præben. Sanchez. de mat. lib. 8. diſp. 21. nu. 19. Rota coram ſan. me. Greg. XV deciſ. 150. nu. 4. ubi add. nu. 10.*

Et ita vtraque parte informãte reſolutũ fuit &c.

R. P. D. R O I A S.

Bononien. Fideicommiſſi de Blanchis.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1636.

A R G V M E N T V M.

Geſta per Iudicem vigore ſententiæ latæ in iudicio ſummariſſimo manutentionis, non dicuntur attentata, cum ab ea de Iure communi non detur appellatio, & quid ſi in aliquo loco adſit ſtatutum, quod deferat dictæ appellationi.

S V M M A R I V M.

1 *Appellatio nec de iure ciuili datur, in iudicio ſummariſſimo manutentionis.*
2 *in Sententiæ executionem geſta, non poſſunt dici attentata, ſi ab ea prohibita ſit appellatio.*
3 *Statutum Bononien. ſub rubr. de appellat. §. præterea. diſponit, quod in quocumque poſſeſſorio ſemel appelletur.*
4 *Statutum deferens appellationi in quocumque poſſeſſorio, non habet locum in remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
5 *Iudicium ſummariſſimum poſſeſſorium eſt quaſi quædam retentio.*
6 *Manutentio facilius datur, quam immiſſio.*
7 *Statutum laicale, nullo modo poteſt extendi ad perſonas Eccleſiaſticas, nec ad cauſas illius fori.*
8 *Confirmatio ſtatutorum facta à Sede Apoſtolica in forma communi ſi ſit contra ius commune, nihil aut parum operatur.*
9 *Inferior non poteſt diſponere contra ius.*
10 *Confirmatio non validat, quod eſt in ſe nullum.*
11 *Statutum iuri communi contrarium, licet à Papa ſit confirmatum, nedum per Cardinalem Legatum declarari poteſt, dummodo tamen reducatur ad ius commune, ſed etiam reuocari.*
12 *Ordo iudiciarius ſemper eſt ſeruandus iuxta ſtylum, & conſuetudinem fori, vbi cauſa vẽtilatur.*
13 *Statutum laicorum deferens appellationi, cum ſit ordinatorium, trahitur de foro, ad forum. & num. 14.*
15 *Sententia lata in poſſeſſorio per cedulam eſt appellabilis.*
16 *Quod intellige ad effectum deuolutiuum ſolum non autem ſuſpenſiuum.*
17 *Iudicium non alteratur per ſolam cedulã, nec ſententia, quæ alias nõ eſt appellabilis fit appellabilis.*
18 *Iudicij natura, & ſubſtantia attendi debet, non autem textura verborum.*
19 *Sententia non ex eo dicitur diffinitiua, ſi Iudex dicat, per hanc noſtram diffinitiuam ſententiã, ſi ſui natura eſt interlocutoria.*
20 *Sententia lata in iudicio poſſeſſorio, ut non dicatur diffinitiua, ſufficit, vt ex verbis ſententiæ nõ colligatur fuiſſe diffinitiuè pronunciatum.*

D E C I S I O   L X X X I V.

SVPER ſucceſſione & poſſeſſione bonorum Comitis Pirri de Blanchis orta lite & controuerſia inter Moniales S. Mariæ Nouæ dicti Pirri hæredes, & Comites de Blanchis prædicta bona tanquam ſubiecta fideicommiſſo Alexandri Senioris ad ſe ſpectare prætendentes, fuit per Auditorem generalem Legati Bononien. Dominis de Blãchis conceſſa immiſſio in præfatis bonis, & per Vicariũ Archiepiſcopalem pronunciatum Comites in poſſeſſione anteriori dictorum bonorum fore manutenendos, & ad illorum fauorem ſequeſtra reuocanda, & alias prout in ſententia, à qua interpoſita appellatione per Moniales cauſa in Rota introducta mihi commiſſa dubitaui, An geſta per Vicarium Archiepiſcopalem eſſent attentata & Domini negatiuè reſponderunt, ex eo præcipuè quod in iudi-

P cio

Digitized by Google

1 ciò † ſummariiſſimo manutentionis neque de iure
ciuili datur appellatio ſuſpenſiua, *l. vnica. C. ſi de*
moment. poſſeſſion. vbi communiter Doctores, ne-
que de iure canonico, *cap. fin. §. de poſſeſſione, 2.*
quæſt. 6. latè *Menoch. de retinen. rem. vlt. nu. 48. &*
ſeq. Scaccia de appellat. quæſt. 17. lim. 6. membr. 2.
nu. 1. Seraph. deciſ. 1245. num. 1. Caualer. deciſ. 88.
nu. 2. Rota deciſ. 287. nu. 7. par. 2. rec. & confirma-
tur ex Conſtitutione bo. me. Card. Iuſtiniani olim
Bononiæ Legati, quæ expreſſe prohibet appellatio-
nem à ſententijs in ſummariiſſimo poſſeſſorio la-
2 tis; Vnde geſta in executionem † ſententiæ Vicarij
prohibita appellatione dici attentata non valent
Pariſ. conſ. 108. nu. 21. lib. 1. Rolan. conſ. 77. nu. 20.
lib. 2. Lancellot. de attent. cap. 12. lim. 25. à num. 1.
vſque 10. Card. Caualer. deciſ. 42. nu. 4.

Non obſtat Statutum Bononien. ſub rubrica de
3 appellation. *§. præterea* diſponens, † quòd in quo-
cumque poſſeſſorio ſemel liceat appellare; Etenim
fuit reſponſum quòd cum Comites fuerint immiſſi
in poſſeſſionem bonorũ de quibus agitur per Au-
ditorem generalem Legati Bononien. ex remedio,
4 *l. fin. C. de edict. diu. Adr. toll.* quo † caſu prædicti ſta-
tuti diſpoſitio non ſuffragatur ex traditis per *Me-*
noch. de adip. rem. 4. nu. 833. & ſeq. Scaccia. de ap-
pellat. quæſt. 17. lim. 6. memb. 4. nu. 23. & fuit re-
ſolutum in Bononien. fideicõmiſſi de Manzolis 16.
Aprilis 1627. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,
& in Bononien. bonorum de Barzellinis 10. No-
uemb. 1634. coram R. P. D. meo Buccabella. Minus
poſſit habere locum illius diſpoſitio in ſummariiſ-
5 ſimo † manutentionis, cum ſit quaſi quædam retẽ-
tio, *l. 1. ff. vti poſſidetis, §. retinenda inſtit. de in-*
6 *terdictis* quæ facilius datur † quam immiſſio ex
Surd. conſ. 253. nu. 22. Guidob. deciſ. 60. nu. 4. Rot.
deciſ. 295. nu. 1. & 2. par. 2. diuerſ. [illegible]

Vlterius fuit reſponſum dictum Statutum tan-
7 quam laicale nullo modo poſſe extendi, † vt com-
prendat perſonas Eccleſiaſticas, nec capias illius
ſoli ex defectu poteſtatis ſtatuẽtium *cap. cum Ec-*
cleſia B. Maria vbi not. omnes de conſtitut. Et li-
cèt opponatur quod ſit confirmatum à Sede Apo-
8 ſtolica, cum tamen talis confirmatio † ſit in formã
communi, *vt fuit reſolutum in Bononien. ſucceſ-*
ſionis 9. Decemb. 1632. coram bo. me. Vbaldo, parũ
aut nil operatur *cap. quia diuerſitatem vbi Abb.*
nu. 9. de conceſſ. præben. Caſſad. deciſ. vnic. de con-
firm. util. vel inutil. Rot. in Ferrarien. de Ruffonis
14. Iunij 1621. coram Vbaldo ſeniore; ideo cum
dictum ſtatutum tanquam à populo conditum Sedi
Apoſtolicæ immediatè ſubiecto nõ poteſt ſubſiſte-
9 re, cum inferior † non poſſit contra ius diſponere
l. ille à quo §. tempeſtiuum. ff. ad Trebell. l. nam ma-
giſtratus. ff. de arbitr. hinc eſt quod de illo non ſit
curandum, etiam quod ſit confirmatum in forma
10 communi, quæ † confirmatio non validat quod in
ſe nullum eſt, *Molina, & ab eo citati lib. 2. de Hi-*
ſpanorum primogenijs cap. 7. nu. 7. [illegible]

Tandem fuit reſpõſum prædictum ſtatutum per
poſteriorem Conſtitutionem Cardinalis Iuſtiniani
11 fuiſſe ſublatum, cum ſtatutum iuri † communi cõ-
trarium licet à Papa cõfirmatum nedum per Car-
dinale Legatum declarari (quando tamen reduci-
tur ad ius commune) ſed etiam reuocari valeat,
Felin. in cap. quæ in Eccleſiarum nu. 5. verſ. ad
declarationem de conſtit. Iaſ. in l. omnino nu. 10.
C. de teſtam. Mareſcott. var. cap. 38. num. 4. lib. 2.
Villadiego de legatis quæſt. 10. nu. 13. & in omnẽ
caſum difficultatem tolli ex ſtatuto particulari Cu-
riæ Archiepiſcopalis, quod datur in ſummario Co-
mitis num. 8. diſponente quod à decretis, ſeu ſen-
tentijs in ſummariiſſimo poſſeſſorio non admitta-
tur appellatio, quod attendi debet, cum ſententia
12 fuerit lata à Vicario Archiepiſcopi, † ſemper enim
ordo iudiciarius eſt ſeruandus iuxta ſtylum, & cõ-
ſuetudinem fori vbi cauſa fuit expedita iuxta do-
ctrinam *Bart. in l. conſuetudinis num. 39. C. quæ ſit*
longa conſuetudo Vant. de nullit. ex defectu nu. 57.
Caualer. deciſ. 593. num. 5. Seraph. deciſ. 1493. n. 3.
Rota poſt ſecundum volumen conſ. Farinac. deciſ.
305. ſub nu. 8. non autem ſtatutum laicorum deſe-
13 rens † appellationi, quod cum ſit ordinatorium
Rota deciſ. 452. nu. 6. par. 1. & deciſ. 330. ſub n. 4.
par. 3. diuerſ. cum alijs. in præallegata *Bononien.*
14 *de Manzolis*, non † trahitur de foro ad forum, *vt*
fuit dictum in d. Bononien. de Barzellinis coram
D. meo Buccabella, & ſæpe in alijs.

15 Nec facit quod ſententia Vicarij lata † ſit per
cedulam, & ſic appellationi locus ſit *Rota deciſ.*
183. nu. 4. & deciſ. 187. nu. 17. par. 2. recent. quo-
niam vltra quod in hoc iudicio nil refert per *tex. in*
d. l. vnic. ibi *ſententia ſortitur effectum C. ſi de mo-*
men. poſſeſſ. cap. fin. §. ſi de poſſeſſione 2. quæſt. 6. ibi
lata ſententia ſortiatur effectum, quoniam id intel-
16 ligendum eſt ad effectum † deuolutiuum dumta-
xat, non autem ſuſpenſiuum vt declarat *Lancellot.*
de attent. par. 2. cap. 12. lim. 25. nu. 1. & firmauit
Rota apud Caualer. deciſ. 42. & in Aſſiſien. bonorũ
27. Iunij 1627. coram Card. Virili; reſpondetur
17 quòd per ſolam † cedulam non alteratur iudiciũ,
nec ſententia ſit appellabilis ex latè deductis corã
R. P. D. meo Epiſcopo Vrgellen. *in Firmana pen-*
ſionis 23. Ianuarij 1627. regiſtrata apud Modern.
de iurepatronatus dec. 94. ſub nu. 31. vbi quod ſub-
18 ſtantia, & natura Iudicij † non autem contextura
verborum inſpici debet, & in propoſito benè *Fe-*
lin. in cap. ſignif. n. 6. verſ. ſimiliter de reſcript. 12.
docet quod licèt Iudex dicat per *hãc noſtram dif-*
19 *finitiuam ſententiam*, non † ex eo dicitur ſenten-
tia diffinitiua, ſi ſui natura eſt interlocutoria, quem
ſequuntur *Crauett. conſ. 186. nu. 5. Magon. deciſ.*
Lucen. 18. nu. 28. & ſeq. ſatis enim eſt quod ex ver-
bis ſententiæ non colligatur fuiſſe diffinitiuè pro-
20 nunciatum, † & in petitorio ſeruando requiſita
iudicij Ordinarij, vt materiam diſtinguendo reſpõ-
dit *Rota apud Benitenden. deciſ. 79. per totam, &*
apud Seraph. deciſ. 1259. nu. 3.

Ex quibus non conſtare de attentatis vtraque
parte informante cenſuerunt Domini.

R. P. D. BVCCABELLA.

Meleuitana Status.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1636.

AR-

Digitized by Google

ARGVMENTVM.

Fratribus Cappellanis, & Seruientibus Armorum Religionis Hieroſolymitanæ an officere poſſit noua Ordinatio 29. ſub titulo de Magiſtro.

SVMMARIVM.

1 *Antianitas in Religione Hieroſolymitana quando incipiat currere.*
2 *Ordinatio tertio præiudicialis ſubſiſtere nõ poteſt.*
3 *Statuta, ſeu ſtabilimenta, ſi ſint auctoritate Apoſtolica, & cum præcepto quod inuiolabiliter obſeruentur, confirmata, illis eadem auctoritate non interueniente derogari non poteſt.*
4 *Ordinatio aliqua, ſi pendeat ab aliquorum facto, ac voluntate, ex contraria declaratione, & determinatione cenſetur ſublata.*

DECISIO LXXXV.

PRÆTENDENTIBVS Fratribus Cappellanis, & Seruientibus Armorum Sacræ Religionis Hieroſolymitanæ nouam ordinationem 29. ſub titulo de Magiſtro tanquam minimè ſubſiſtentem eis o . cere non poſſe, dubitaui an illa ipſis obſtaret, & Domini non obſtare reſponderunt; illa enim eſt nimis præiudicialis, & apertè repugnat ipſius Sacræ Religionis ſtabilimentis, & ſtatutis etiam Apoſtolica auctoritate cõfirmatis; quatenus enim facultatem concedit recipiendi in diuerſis Linguis, ac Prioratibus duos iuuenes cum gratia limitum, apertè repugnat ſtatuto 19. de receptione fratrum, quo expreſsè cauetur recipiendum teneri probare ſe intra limites Linguæ, ſeu Prioratus, in quo recipi petit natum eſſe. Quatenus vero vult recipiẽdum in gradu Fratris Cappellani teneri dumtaxat probare ſuam legitimitatem, recipiendum vero in gradu ſeruientis Armorum non ſolum poſſe ab onere probationes aliquas faciendi diſpenſari, ſed etiam à quauis alia incapacitate, quã poſſet habere, contrariatur ſtatuto 18. & ordinationi 36. ſub titulo de receptione Fratrum, & demum dum vult talibus, vt ſupra recipiendis antianitatem incipere debere à die publicationis ipſius ordinationis vergit in notabile damnum, ac præiudicium aliorum Fratrum Cappellanorum, ac ſeruientium; & eſt de directo contraria ſtatuto 15. de
1 communi Aerario, † quo cauetur antianitatem incipere, ac computandam eſſe à die ſolutionis, vt vocant Paſſagij, *vt fuit etiam dictum in Neritonen. ſeu Meleuitana antianitatis* 15. *Aprilis* 1622. *coram bo. me. Remboldo, in Meleuitana antianitatis* 12. *Februar. &* 5. *Martij* 1635. *coram R.P.D. meo Carrillo, & in ead.* 16. *Nouemb.* 1635. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Ex quibus ſequitur ordi-
2 nationẽ prædictam tanquam † tertio præiudicialẽ minimè ſubſtineri ex traditis per *Bart. in l. fin. nu.* 20. *ff. de Colleg. illicit. Abb. in c. cum acceſſiſſent nu.* 2. *verſ. ſi vero ſtatutum, & ibi Dec. nu.* 13. *& Felin. nu.* 4. *in* 1. *declarat. de conſtit. Rot. deciſ.* 103. *num.* 7. *par.* 2. *diuerſ. & in Comen. habitus* 11. *Ianuarij* 1613. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Præſertim, quia ſtatuta, ac ſtabilimenta prædicta fuerunt auctoritate Apoſtolica, & cum præcep-
3 to, † quòd inuiolabiliter obſeruentur, confirmata, ideo illis eadem auctoritate non interueniente derogari non potuit *DD. in l. omnium C. de teſtam. Bart. in l. omnes populi. n.* 33. *ff. de iuſt. et iur. Abb. conſ.* 25. *nu.* 25. *lib.* 2. *Rom. conſ.* 37. *num.* 2. *et* 116. *num.* 1. *Rot. dec.* 104. *ſub num.* 2. *par.* 3 *recent. et dec.* 538. *nu.* 2. *coram Card. Seraphino.*

Quinimo ordinatio præfata videtur etiam contra proprium iuramentum de aliquid non decernẽdo, aut vllo modo concedendo, quod tendat in alicuius damnum, ac præiudicium, ac etiam contra expreſsã ordinationem, declarationem, ac determinationem ab iiſdem capitulantibus in fine Capituli factam, quòd ordinatio illa nullo modo præiudicium, ſeu damnum aliquod, vel alterationem gigneret ordinibus, aut preheminentijs cuiuſcumque gradus nempè Equitum, Cappellanorum, aut ſeruitium, adeout appareat etiam ex ipſorummet Capitulantium mente, ac declaratione ordinationem prædictam vti dictis ordinibus Cappellanorũ, ac ſeruientium Armorum præiudicialem viribus nõ ſubſiſtere; ſed tanquam ab eorumdem facto, ac vo-
4 luntate pendenrem ex huiuſmodi contraria † declaratione, ac determinatione ſublatam cenſeri *ad tex. in l. qui aliena. §. fin. & ibi Bart. & Doct. ff. de acq. hered. & l. pro hærede. ff. eodem l. ſi ita ſcriptum. ff. de leg.* 1 *Bart. & alii in l. non ſolum. ff. de nou. oper. nunc. Alex. conſ.* 7. *nu.* 12. *lib.* 4. *Rot. deciſ.* 285. *nu.* 2. *par.* 4. *diuerſ.*

Et ita vna tantùm parte informãte reſolutũ &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Penſionis.

Die Lunæ 14. *Ianuarij* 1636.

ARGVMENTVM.

Penſio, ſi fuerit reſeruata ſuper beneficio, ſuper quo pendet vnio ad fauorem alicuius, tunc dicta reſeruatio irrita eſt, ſi Papæ non fuerit facta mentio, quod ſuper dicto beneficio pendebat vnio.

SVMMARIVM.

1 *Appellatio interpoſita contra ſententiam ſi non appareat propoſita coram Iudice, & nec petita, vel admiſſa in tempore, tunc non ſuſpendit ur effectus d. ſententiæ, & tranſit in iudicatum.*
2 *Iniuſtitia poteſt impedire, ne ſententia tranſeat in iudicatum.*
3 *Reſignationis gratiam non eſt cenſendum quod Papa voluerit concedere in præiudicium eius, cui fuit facta vnio beneficij ſtante, quod id ei non fuerit narratum.*
4 *Gratia ſubſtantis, ſi ex aliqua omiſſa narratiua non fuiſſet ſuſpenſa, ſed ſolùm illius executio, tunc non obſtat, ſi id non fuerit expreſſum.*
5 *Emptionis contractus, conſumitur traditione, quamquam illius ſubſtantia perficiatur ſolo conſenſu partium.*
6 *in Beneficij conferendi quaſi poſſeſſione, vt quis dicatur conſtitutus requiritur, vt is, cui eſt ſa-*

eſt a collatio beneficii illius poſſeſſionē adipiſcatur

7 *Beneficium, vt dicatur impletum ex perſona eius cui fuit facta collatio, dum tractatur de ſolo illius fine, tunc ille actus collationis cenſetur eſſe abſolutus, neque ad ſui perfectionem requirit traditionem poſſeſſionis.*

8 *in Actu vnionis beneficij, dicitur ad fauorē eius, cui eſt facta vnio, omnes fructus beneficij vniti. Conſenſum ſuum, quis in præiudicium tertij non poteſt præſtare. num. 8.*

9 *Beneficij collatio facta authoritate Papæ in vim præcedentis reſeruationis non ſubſtinetur. ſi in literis non fuerit facta mentio vnionis, quæ adhuc pendebat de tempore, quo fuit facta collatio. & num. 10.*

11 *Reſignatio beneficij vniti non tenet non facta mentione eiuſdem vnionis.*

12 *per Reſignationem beneficij ad fauorem alterius non infertur præiudicium certum vnioni, ſi illa de beneficio reſignato pendeat, ex quo poſſibile eſt reſignatarium præmori poſſe reſignanti.*

13 *Penſio, quæ fuit reſeruata ſine conſenſu habentis regreſſum ſuper beneficio ex cuius fructibus eius penſio ſolui debeat, non dicitur ſubreptitia iſta gratia ſic obtenta, ſtante in certitudine futuri euentus.*

14 *Ius regreſſus eſt merè fortuitum, & incertum, cum plura accidere poſſint, quæ non debeat eſſe locus eidem.*

15 *Gratia redditur ſubreptitia, ſi non fuerit narratum id, quod adhuc pendet, & pro certo exiſtere debet.*

16 *in Gratia non eſt facienda mentio de ijs quorum exitus non eſt omnino certus, eo quia poſſint eodem modo eſſe, prout non eſſe.*

17 *Penſio reſeruata ſuper beneficio, ſine conſenſu eius, qui in illo habet regreſſum non dicitur nulliter reſeruata, dū pendet illius conditio ſed tunc redditur irrita quando ſit locus eidem regreſſui.*

18 *Clauſula, prout ex tunc, operatur, vt vnum tempus alteri inſit.*

19 *Gratia ſubreptione data, non poteſt reddi valida ex conſenſu partis.*

20 *Reſignationis beneficiorum validitas pendere non poteſt à conſenſu partium ſed tota pendere debet ab auctoritate Papæ.*

21 *Reſeruationis penſionis, dum beneficium reſignatur, cauſa efficiens eſt authoritas Papæ.*

22 *Conſenſus poteſt reuocari non obſtante quocumque iuramento, ſi fuerit præſtitus ſuper eo, quod non valet à principio ſine confirmatione Principis.*

23 *Conſenſus præſtitus quoad vnam rem, non ſuffragatur, quoad aliam diuerſam.*

24 *Penſionis nullitate ſuppoſita vſque à prima illius impoſitione, non poteſt conſtitui ius aliquod perfectum, & abſolutum, itaut ſi aliquid contra fiat, dicatur, & illatum præiudicium.*

25 *Declaratio, nihil de nouo tribuit.*

DECISIO LXXXVI.

CONFIRMATA fuit in dubio, quod hodie propoſui deciſio, quæ facta fuit coram me ſub die 4. Iulij anni proximi præteriti cum viſa
fuerint DD. ſubſiſtere illius fundamenta, tàm in
parte in qua firmabatur, quod ſententia Rotalis
feciſſet tranſitum in rem Iudicatam, quam in alia,
in qua declarabatur iuſtitia eius iudicati, & primo
non viſæ fuerunt controuerti poſſe, quæ in eadem
deciſione conſiderata fuerunt pro firmanda re iu-
1 dicata cum appellatio, † quæ interpoſita fuerat
contra ſententiam, quę dicebatur habere hanc vim
neque appareat propoſita coram Iudice neque
petita aut admiſſa in tempore, prout requirebatur
adhoc, vt propter eandem appellationem potuiſſet
ſuſpendi effectus eiuſdem ſententiæ, & impediri,
quod illa in iudicatum non tranſiret, vt pluribus
oſtenſum fuit in eadem deciſione, & hodie admit-
tebant informantes pro Dominico, qui fuit con-
demnatus in eadem ſententia.
Non etiam viſa fuit controuerti poſſe Iuſtitia
eius judicati quæ fuiſſet in primis neceſſaria ad
hoc vt rectè actum diceretur ex eadem ſententia,
2 dum † illius iniuſtitia potuiſſet impedire eum
tranſitum, & quidem rationes, ex quibus proba-
batur iuſtitia ſententiæ deductæ apparebant tam in
ea deciſione de cuius confirmatione hodie ageba-
tur, quam in alijs duabus deciſionibus, quæ factæ
fuerunt *coram R. P. D. meo Ghiſilerio ſub diebus*
18. *Decembris* 1634. *&* 2. *Martij anni* 1635. an-
tequam ea ſententia diceretur, cum oſtenſum in
illis fuerit, quod non poterat ſubſtineri gratia reſi-
gnationis, quam Dominicus obtinuit, & poſtea
in eadem ſententia declarata fuit non valere. Ra-
tiones verò nullitatis eius gratiæ erant quia non
fuiſſet facta mentio vnionis beneficij ſuper cuius
fructibus penſio reſeruata fuerat, & quia non cen-
ſebatur voluiſſe Papam eam gratiam concedere
in præiudicium Collegij Cæleſtini, cui facta fuerat
3 vnio † eiuſdem Beneficij: Has eaſdem rationes
amplexi fuerunt DD. in hoc dubio. Et primo cō-
ſiderarunt, quòd non poterat excludi neceſſitas
eius narrationis, quæ fuit omiſſa in gratia conceſſa
Dominico, eo quia ageretur de vnione, cuius exe-
cutio ſuſpenſa fuerat, & dilata vſque ad tempus,
quo beneficium vacaret per obitum aut ceſſionem
4 Rectoris, † cum non fuiſſet ex hoc ſuſpenſa ſub-
ſtantia ipſius gratiæ, ſed ſolum illius executio, con-
ſiſtens in executione penſionis, vt benè in propo-
ſita materia declarauit *Io. Andr. in add. ad ſpecu-
lat. tit. de præben. in princ. col. 2. verſ. abſit quæſt.
Oldrad. conſ. 223. num. 7. & in conſ. 257. num. 20.
cuius authoritatem ſequuta fuit. Rota in deciſione
ſub die 4. Iulij anni proximi præteriti.* Confirmari
hæc poterant alijs exemplis ex quibus videre li-
cebat diſtingui in iure perfectionem actus ab illius
5 executione vt apparet in † contractu emptionis
cuius executio traditione conſumitur, cum tamen
illius ſubſtantia perficiatur ſola conuentione par-
tium, *vt notatur in princ. tit. Inſtit. de empt. &
vend. & declarat. Bald. in rubr. C. eod. tit. nu. 3.
in fin.* & in proprijs terminis ſubiectæ materiæ,
hoc idem contigit in collatione beneficij, quia li-
cèt ad effectum, vt ex ea dicatur quis conſtitutus in
6 poſſeſſione † conferendi, requiratur, vt is, cui fuit
facta collatio beneficij illius poſſeſſionem adeptus
fuerit, vt declarat *Rip. in c. cum Eccleſia Sutrina
num. 93. de cauſ. poſſeſſ. & propr.* Tamen vbi cir-
cum-

cumſcripto hoc effectu tractatur de ſolo illius fine
nempe, vt dicatur impletum beneficium ex perſo-
7 na eius cui facta fuit collatio, ille † actus collatiō-
nis cenſetur ex ſe abſolutus, neque ad ſui perfectio-
nem requirit traditionem poſſeſſionis *vt eſt text.
in c. ſi tibi abſenti de præbend. lib. 6. & notant, ibi
DD. Gemin. num. 2. Franc. num. 3. Caſſad. dec. 5.
num. 5. de priuil. & tenuit Rot. deciſ. 24. num. 1.
de præbend. in antiq. & deciſ. 87. de reſcript. in
antiq. & fuit reſolutum in Nouarien. beneficij.
28. Iunij 1632. coram me.*

Altera eaque ſecunda ratio deciſionis propter
quam non potuiſſet valere reſeruatio penſionis
ad fauorem Dominici erat propter præiudicium
quod Collegio inſerebatur ex ea reſeruatione,
8 quia cum in † actu vnionis fuiſſent tranſlati in fa-
uorem eiuſdem Collegij omnes fructus beneficij
vniti, vt declarat *idem Oldrad. in add. conſ. 223.
num. 4. & conſ. 257. num. 14. & 22.* Certum eſt,
quòd ab eo auferebatur quidquid in gratia reſerua-
tionis eius penſionis concedebatur Penſionario
non obſtante conſenſu Rectoris, qui tunc Eccle-
cleſiam obtinebat, qui non potuiſſet eum conſen-
ſum præſtare in præiudicium ipſius Collegij. Et
viſa fuerunt DD. confirmari hæc poſſe alijs exem-
9 plis quia propter hanc eandem rationem † appa-
rebat non ſubſiſtere collationem beneficij factam
authoritate Papæ in vim præcedentis reſeruationis
ſi in literis non fuerit facta mentio vnionis, quæ
adhuc pendebat de tempore, quo fuit facta colla-
tio, vt declarat *Felin. in c. in noſtra num 23. de
reſer in 27. corollar. ſequendo authoritatem Ro-
tæ in deciſ. 23. de rerum permut. in antiq.* quaſi
repugnare videatur præſumpta mens Papæ, qui
10 gratiam conceſſit non derogandi alterius † Iuri-
bus ad cuius fauorem facta fuit vnio dum non
fuit certus de eadem. Vnione, quod etiam tenue-
runt *Ioann. de Selua de benef. par. 3. quæſt. 11. n. 75.
Rebuff. in prax. benef. tit. de reuoc. Vnion. nu. 33.
& probatur ex text. in c. quamuis, & c. ſi propter
de reſer. lib. 6.* Vt etiam ab eadem ratione deſcen-
11 debat, quod valere † non poſſit reſignatio benefi-
cij vniti non facta mentione eiuſdem vnionis, vt
tenuit *Rota apud Put. deciſ. 347. num. 9. lib. 1. &
ea pluribus comprobat. Oldrad. in add. conſil. 257.
num. 20. & 29. & tradit Pariſ. in tract. de reſign.
benef. lib. 2. quæſt. 9. nu. 14. Garz. de benef par. 11.
cap. 4. num. 41.* Quod ſane videtur notatu dignum
12 per † reſignationem beneficij ad fauorem alterius
non inferatur præiudicium certum vnioni, ex quo
poſſibile eſt Reſignatarium præmori Reſignanti,
vt conſiderauit *Rota coram Puteo in adducta de-
ciſ. 347. num. 5. lib. 1. Pariſ. de reſign. benef. eod.
lib. 2. quæſt. 9. nu. 8.* Et licèt in terminis Penſionis,
quæ fuerit reſeruata ſine conſenſu habentis regreſ-
ſum ſuper beneficio ex cuius fructibus eius pen-
13 ſio † ſolui debeat conſiderari ſoleat à DD. eadem
incertitudo futuri euentus ad effectum excuſandi
gratiam à vitio ſubreptionis, *vt trad. Pariſ. in
tract. de reſign. benef. lib. 6. quæſt. 2. num. 86. Gig.
de penſ. quæſt. 79. in princ.* tamen id accidit cum
ſuppoſito Iuris mere fortuiti, & incerti, quale vi-
14 detur eſſe Ius regreſſus cum † non ſolùm fieri poſ-
ſit, vt tempore, quo debet illi locus aperiri præ-
mortuus fuerit penſionarius. Verum plura poſſint
contingere, ob quæ non eſſe debeat locus eidem
regreſſui, vt declarat *Pariſ. in adducta quæſt. 2.
eodem num. 86. & conſiderauit Rota coram Put.
deciſ. 97. num. 4. lib. 2. & apud Caſſad. deciſ. 1. de
Penſ.* Vnde contrarium ſtatuendum erit vbicumq;
15 certum eſt, quòd exiſtere debeat † id Ius, quod
adhuc pendebat de tempore quo fieri debuiſſet il-
lius mentio, vt declarauit *Rota in deciſ. 2. num. 4.
de præbend. in nou. Caſſad. deciſ. 16. num. 2. eod.
tit.* Ita limitando contrariam regulam, quæ habet,
16 vt non ſit facienda mentio † de ijs quorum exitus
non eſt omnino certus, eo quia poſſint eodem mo-
do eſſe, prout non eſſe, quam regulam ponit *Felin.
in cap. in noſtra num. 15. in 7. Coroll. de reſcript.
Sarnen. ad reg. de iur. queſ. non toll. quæſt. 4. n. 2.*
Et poterant hæc omnia eo magis procedere in ca-
ſu propoſito in quo hæc quæſtio videbatur tolli ex
facto quia cum perfecta fuiſſet vnio ex ceſſione Re-
ctoris ad fauorem Collegij non poterat dici quòd
ageretur de præiudicio quod ſolùm eſſet certum
in genere eo quia illud exiſtere omnino deberet
ſed de præiudicio quod iam extiterat, & cuius cer-
titudo probabatur etiam inſpecto præſenti tempo-
re quod admittunt DD. in terminis regreſſus nam
17 licèt † pendente illius conditione negent poſſe
gratiam dici nullam ſi non facta fuerit mentio, ta-
men concedunt reddi irritam eandem gratiam poſt
quod fuerit factus locus eidem regreſſui, vt decla-
rat *Gig. de penſ. quæſt. 79. ſub num. 3. Pariſ. de
reſign. benef. d. lib. 6. ead. quæſt. num. 88. & fuit
reſolutum coram Puteo in add. deciſ. 97. num. 3.
lib. 2. & in deciſ. 25. de renunciat.* Et propterea
etiam ad hunc effectum conſiderari natura illius
18 clauſulæ prout ex tūc quæ fuerat appoſita in † gra-
tia vnionis propter vim eorumdem verborum ex
quibus videbatur vnū tempus alteri ineſſe. Itaut
à quolibet eorum deſumi poſſet initium huius nul-
litatis, ex notat *in l. ſi ita ſtipulatus 136. ff. de
verb. oblig. & in l. huiuſmodi 64. ff eod. tit. &
notat ibi Ang. num. 2. Alex. num. 3. & in conſ. 83.
num. 6. lib. 2. Caſſad. deciſ. 3. nu. 15. de præbend.*

Et ex his viſum fuit ſatisfieri ad ea quæ in con-
trarium adducebantur pro parte penſionarij ſuper
conſenſu, quem dicebatur præſtitiſſe idem Colle-
19 giū pro reſeruatione huius penſionis, † quia data
ſubreptione gratiæ non poterat nullitas eiuſdem
penſionis quæ ex ea ſequebatur tolli propter con-
20 ſenſum ipſius Collegij cū non † potuiſſet illius va-
liditas pendere à conſenſu partium, ſed tota depen-
dere deberet ab authoritate Papę quę ſola dici po-
21 terat cauſa efficiens eius † penſionis, vt traditur *in
in c. niſi eſſent, §. quia igitur de præbend. & no-
tant ibi DD. Sarnen. in compend. vtriuſq. ſignat.
quæſt. 16. num. 86. Staphil. de Litt. Iuſt. §. 7. inci-
pit, ad prædict. num. 15. & cenſuit Rota in Ripa-
na penſionis 19. Nouemb. 1612. coram R. P. D. meo
Pirouano inter recent. deciſ. 437. num. 2. & in
Montisfaliſci Penſionis 10. Iunij 1630. coram eod.*
Præterea duabus vicibus dicebatur à Collegio
præſtitus hic conſenſus, & ille, qui datus propo-
nebatur ante reſeruationem ipſius pēſionis ab eo-
dem reuocatus fuerat propter hanc ipſam cauſam
quia ſcilicet in eo deficeret beneplacitum Apoſto-

22 lictum, qui quidem conſenſus potuit reuocari † nõ
obſtan te quocumque iuramento cum non potuiſ-
ſet à principio valere ea promiſſio ſine confirma-
tione Apoſtolica, vt tenuit *Rota in add. deciſ. 437.*
par. 1. recent. nu. 2. in fin. & coram Accbill. dec. 2.
de pact. & coram Put. deciſ. 343. in princip. lib. 1.
Alter verò conſenſus qui dicebatur datus ab eo-
dem Collegio poſt reſeruationem penſionis in actu
ceſſionis Eccleſiæ facta à titulari, non compræhen-
debat onus huius penſionis, cum ſolùm in ſe ſuſce-
piſſet Collegium onera, quæ ad Eccleſiam ſpecta-
23 bãt ratione curæ. Vnde reſpectu huius † conſen-
ſus obſtare non poterat, quòd ceſſio facta à Rectore
confirmata fuiſſet authoritate Apoſtolica, dum in
confirmatione non fuit actum, aut intellectum de
hac penſione, vt fuit conſideratum in omnibus de-
ciſionibus, quæ factæ fuerunt in hac cauſa.

Neque poterat obijci hic præiudicium penſio-
narij ad effectum, vt valere non poſſet ceſſio in qua
ille priuabatur Iure exigendi dictam penſionem,
ad quod præiudicium dicebatur reſpexiſſe confir-
matio Apoſtolica dum legebatur facta ſine præiu-
24 dicio alicuius. Hæc † enim obiectio tollebatur ex
eodem fundamento, quia ſuppoſita nullitate ipſius
penſionis vſque à prima illius impoſitione non po-
terat conſtitui Ius aliquod perfectum, & abſolu-
tum, contra quod potuerit induci id præiudicium
vt tradit *Felin. in c. cauſam qua ſub num. 26. &*
in cap. ſuper literis num. 11. in fin. de reſcr. Cald.
conſ. 8. num. 3. eod. tit. Sarnen. ad reg. de iur. quæſ.
non tollen. quæſt. 1. nu. 5. in fin. Præſertim attenta
natura reſignationis ex qua dicebatur illatum id
præiudicium cum non fuerit ex ea collatum nouum
25 Ius Collegio ſed declaratum † id quod ei cõmpe-
tebat ex cauſa vnionis antea ſequutæ prout in hac
ſola ratione poſitum erat fundamentum huius de-
ciſionis, & latè probat *Io. Andr. in add. ad ſpecul.*
in tit. de præbend. & dign. in princ. col. 2. Oldrad.
conſ. 223. & conſ. 257.

Et ita vtraque.

R. P. D. PIROVANO.

Fauentina Iuriſpatronatus.

Die Mercurii 23. Ianuarii 1636.

ARGVMENTVM.

Præſentatus eſt inſtituendus, ſi probet vacatio-
nem iuriſpatronatus, familiæ eum præſentã-
tis exiſtentiam, ac pertinentiam, præſenta-
tionem infra legitima tempora, ac demum
ſui ipſius habilitatem.

SVMMARIVM.

1 *Inſtitutio, quibus concurrentibus non poſſit denegari.*
2 *de Beneficij iuriſpatronatus vacatione non poteſt dubitari, ſi præſentati veniunt ex eadem vacatione.*
3 *Iuriſpatronatus probatio per inſtrumentum dotationis, vel erectionis, in iure non poteſt dari melius.*
4 *de Iuriſpatronatus fundatione dubitari non poteſt, quin ſit effectuata, ſi dentur vltimæ præſentationes, poſſeſſione ſubſequuta per obitum immediatè præſentati.*
5 *Præſẽtationum effectuatio benè ſolet probari propter continuatam præſentatorum poſſeſſionem.*
6 *ab Iuriſpatronatus erectione, ſi tranſiuerit tempus 100. annorum, inde ſufficiens titulus poteſt allegari.*
7 *Iuriſpatronatus canonizatoria non facile obtinetur ab Ordinario, cum agatur de eius intereſſe.*
8 *Iuſpatronatus, non eſt rigoroſe probandum quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec contenditur cum poſſeſſore tanquam de libero.*
9 *in Iuriſpatronatus erectione interuenire debet auctoritas Ordinarij.*
10 *Vicarius abſque ſpeciali mandato Epiſcopi non poteſt reſeruare iuſpatronatus.*
11 *Sed ſtante decurſu 100. annorum cum obſeruantia, nedum præſumitur ſufficiens mandatum ad hoc, ſed etiam confirmatio, & ratificatio Epiſcopi. num. 12.*
12 *Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur etiam per vnicum actum.*
13 *Præſentatio coram Ordinario de iure fieri debet.*
14 *Præſentatio fieri debet coram eo, cui in limine fundationis, & erectionis fuit reſeruatum ius inſtituendi.*
15 *Concordia, ſeu tranſactio facta ab Ordinario, ſi ſit à Papa confirmata, ſeruanda eſt, & ligat Ordinarios ſucceſſores in eadem Eccleſia.*
16 *Præſẽtatus præſumitur idoneus, ſi appareat, quod ſit Sacerdos, cum inde ſuperabundet probatio identitatis, ſi agatur de beneficio ſimplici.*
17 *Gratia remanet inanis, & ſine effectu ſi non ſit iuſtificata.*

DECISIO LXXXVII.

IOANNE Iacobo tantummodo informante,
reſponſum fuit, eumdem eſſe inſtituendum de
Beneficio controuerſo, quia probat vacationem iu-
riſpatronatus familiæ de Scardauis, exiſtentiam,
1 † ac pertinentiam, præſentationem intra legitima
tempora, ac demum ſui ipſius habilitatem, quibus
concurrentibus inſtitutio non ſolet denegari, *cap.*
decernimus, cap. Monaſterium 16. quæſt. 7. cap. cũ
Bertoldus. vbi Abb. n. 12. de re iudic. Rot. deciſ. 337.
num. 1. par 2. recent.

De vacatione Beneficij non eſt controuerſia, ex
2 quo reſpectu † præſentati veniunt ex eadem vaca-
tione per obitum alterius Iacobi; Exiſtentia verò
iuriſpatronatus ex dotatione, & fundatione, & quòd
ſit familiæ de Scardauis probatur ex inſtrumento
dotationis cum aſſignatione bonorum pro dote
ſufficienti, vſque de anno 1525. & ex inſtrumento
erectionis Capellæ in titulum S. Martini factæ per
Vicarium, tunc Epiſcopi Fauentini de anno 1529.
cum reſeruatione iuriſpatronatus ad fauorem do-
tantis, & exinde hæredum, & familiæ ſuæ de Scar-
3 dauis, qui modus † probandi iuſpatronatus per in-
ſtrumentum dotationis, erectionis, in iure melior
dari non poteſt, *cap. 3. cum gloſ. in verb. fundatoris,*
& cap. nobis de iurepatr. Gonz. ad regul. 8 gloſ. 18.
num. 32. Garz. de beneſ. par. 5. cap. 9. num. 38. Rot.
deciſ. 167.

Digitized by Google

deciſ.167. nu.1. par.2. diuerſ. & idem fuit dictum
*in cauſa Illerden. portionis 27. Aprilis 1635. coram
me*, quæ fundatio cum dubitari non poſſit, quin
4 fuerit effectuata, † ex quo dantur vltimæ præſenta-
tiones, poſſeſſione ſubſequuta per obitum imme-
diatè præſentati; Nempe de anno 1610. ex præ-
ſentatione Terrentij per obitum Andreæ Caro-
li, & de anno 1622. ex præſentatione Iacobi per
obitum Terentij, & nouiſſimè Io. Iacobi per obitũ
5 alterius Iacobi de anno 1635. ex quibus † ſolet pro-
bari effectuatio propter dictorum Rectorum conti-
nuatam poſſeſſionem, *Oldrad. conſ.229. Rot. deciſ.
452. num.1. coram Papa Greg. XV. & 224. nu.7.
par.1. recent.* & vlterius concurrat tempus ſupra
6 † centum annos à die erectionis, inde ſufficiens ti-
tulus allegari poteſt *Caſſad. deciſ.2. de probat. Pe-
regr. conſ.33. nu.21. Rot deciſ.211. nu.1. par.1. re-
cent.* & idem fuit firmatum *in Aquilana Capella-
niæ 3. Iulij 1634. coram me* quibus accedit con-
feſſio partis, enunciatiua libri æſtimi eiuſdem Ec-
cleſiæ Fauentinæ, in quo deſcribitur hæc Capella-
nia de iurepatronatus Laicorum de Scardauis, ac
demum cõtrouerſo huiuſmodi iurepatronatus co-
ram Ordinario pro illius exiſtentia ad fauorem
iſtorum de Scardauis pronunciauit, quòd non ita
7 de facili contingere potuiſſet † ab Ordinario, de cu-
ius intereſſe agitur, obtinere canonizatoriam titu-
li Patronalis *Rot. deciſ.11. nu.1. de iurepatronat. in
nouis, & 413. nu.2. & 518. nu.4. par.1. recent.* & ſi
quid ad rigoroſam probationem deficeret, quod ex
deductis dicendum non videtur, leuior nihilomi-
8 nus ſufficeret, ex quo † Ordinarius non eſt in cau-
ſa, nec contenditur cum poſſeſſore tanquam de li-
bero, ſed incidenter de pertinentia ad effectum in-
ſtitutionis quæritur, *Caſſad. deciſ.1. nu.1. de probat.
Verall. deciſ.137. nu.2. par.1. Mantic.244. num.5.
& 452. nu.3. coram Papa Greg. XV. Gonz. ad reg.
8. gloſ.18. nu.59.* & nouiſſimè in fortioribus ter-
minis idem fuit firmatum *in Comen. Beneficij 25.
Maij 1635. & 11. Ianuarij 1636. coram D. meo
Panzirolo*.

Non obſtat, quòd in erectione data non inter-
9 uenerit expreſſus † Epiſcopi conſenſus, neque pro-
betur Vicarium, qui tunc erexit Capellam in Be-
10 neficium. & Patronatum reſeruauit, † haberet ſuf-
ficiens mandatum ab Epiſcopo in gratioſis.

Quia ex decurſu cẽtum annorum cum obſeruã-
11 tia, nedum præſumitur ſufficiens † mandatum Vi-
carij, *Caſſad. deciſ.3. de procur. Mantic. deciſ.86.
nu.10. Rota deciſ.598. nu.8. par.1. diuerſ.* ſed con-
firmatio, & ratificatio Epiſcopi, *Lambert. de iu-
repatr. par.2. lib.1. q.1. art.8. & 11. Rocb. eod. tit.
in verb. pro eo quod Diœceſani q.7. nu.19.* & idem
fuit firmatum *in deciſ.598. nu. 8. par. 1. diuerſ. &
707. par.1. recent.*

Præſentatio etiam Io. Iacobi legitima, & valida
probatur; Nam reſpectu præſentãtis, quæ fuit Lu-
cretia Scardaua, cum ſit in quaſi poſſeſſione præſẽ-
tandi ex præſentatione facta de anno 1622. de per-
ſona Io. Iacobi Baſſi, vacante beneficio per obitum
12 Terentij ex iſto ſolo † actu potuit validè præſenta-
re, *cap. conſultationis. de iurepatr. Rot. deciſ.14.
eod. tit. in antiq. Calder. conſ.12. eod. tit. & deciſ.
452. nu.20 coram Papa Greg. XV.* Reſpectu verò
Quadrimeſtris ad præſentãdum à Canone præſcri-
pti bene iuſtificatur legitima, ratione tẽporis, quia
vacatio beneficij contigit de menſe Aprilis 1635.
ſicuti continent litteræ Apoſtolicæ Caſtellini Ad-
uerſatij, & præſentatio, quæ datur legitur facta ſub
die 17. eiuſdem menſis Aprilis, quæ & ſi videatur
facta coram Capitulo, & Canonicis Eccleſiæ Fauẽ-
13 tinæ, cum tamen de iure coram † Ordinario ſit fa-
cienda; attamen nihil obſtare viſum fuit, ex quo in
limine fundationis, & erectionis, ius inſtituendi fuit
reſeruatum dicto Capitulo, & poſtmodũ inter Epi-
ſcopum, & Capitulum fuit etiam concordatum,
14 quod ius inſtituendi Capellanos ad præſentationẽ
Laicorum reſpectu Capellarum intra Eccleſiam
Cathedralem exiſtentium ſpectaret ad Capitulum,
15 & per Sedem Apoſtolicam confirmatum, † & inde
omnis hæſitatio ſublata cum ſit ſemper ſeruanda,
& ligat ſucceſſores Epiſcopos in eadem Eccleſia
Fauentina, *cap. veniens, cum gloſ. de tranſact. &
ibi Abb. n.2. Rota coram Papa Greg. XV. deciſ.52.
ibi Add. nu.3. & in recent. 625. nu.3. par.1.*

Concurrit denique habilitas Io. Iacobi præſen-
16 tati, † cum ſit ſacerdos enunciatus in inſtrumen-
to præſentationis ſupradictæ, & ex litteris patenti-
bus datis, *Gram. deciſ.81. num.1.* inde ſuperabun-
dat probatio idoneitatis cum agatur de beneficio
ſimplici.

Neq; obſtat petitioni Io. Iacobi præſentati pro-
uiſio Apoſtolica Caſtellini continens gratificatio-
nem, quia cum plura contineantur in narratiua
litterarum, nempe quòd ſit præſentatus à medieta-
te patronorum, & exiſtentia in quaſi poſſeſſione
17 præſentandi, & neutrum ex prædictis ſit † iuſtifica-
tum gratia remanet inanis, & ſine effectu, *cap.2.
de reſcript. Rot. deciſ.314. nu.2. coram Papa Greg.
XV. Garz. de benef. par.6. cap.2. nu.160.*

Et ita vna parte tantũ informante reſolutũ fuit.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Fideicommiſſi de Clauarinis.

Die Mercurii 23. Ianuarii 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario in bonis fideicommiſſo ſu-
biectis, quibus concurrentibus, & qualiter
ſit danda immiſſio, bona fuiſſe fideicommit-
tentis quomodo probetur, item etiam quali-
ter eorum identitas. Fideicommiſſario, quã-
do non impediatur immiſſio ob oppoſitas
detractiones.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario datur immiſſio, vel ex Saluiano
interdicto, vel ex remedio l. fin. C. de edict. D.
Adr. toll.*

2 *Fideicommiſſario competit ſaluianum, vel remed.
l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. etiam contra ter-
tium poſſeſſorem.*

3 De-

3 *Deſcendentia, & conſanguinitas qualiter ſufficienter remaneat probata.*

4 *in Gradu ſucceſſibili, ſi quis ſit, præſumitur etiam ſit proximior, eo ipſo, quod nullus alius comparet, qui ſe proximiorem prætendat.*

5 *Remotior non admittitur ad ſucceſſionem, quando adeſt proximior.*

6 *Exceptio de iure tertij non admittitur ad impediendam immiſſionem fideicommiſſario.*

7 *Declaratio facta ex certa ſcientia, quòd cum quis ſit proximior alicui, non intendit ei ſuccedere, non poteſt impugnari à tertio qui non poteſt dare de nullitate.*

8 *de Nullitate contractus, illi ſolum poſſunt dare, ad cuius fauorem eſt nullus.*

9 *Contractus, ſi ſit nullus ex defectu cauſæ, habetur pro nullo, ſi is velit qui nullum dicere poteſt.*

11 *Bona aliqua, quod fuerint fideicommittentis probatur, ſi id conſtet ex Teſtamento, & Codicillis ipſius.*

12 *Item probatur ex diuiſione facta inter fratres de hæreditate paterna.*

13 *Temporis longiſſimi lapſus inducit mutationem perſonarum eiuſdem familiæ, & excuſat variationem.*

14 *Identitas probatur per duas demonſtrationes, licèt aliæ non verificentur. nu. 15.*

16 *Confinia ex curſu temporis præſumuntur mutata, & ſufficit verificatio loci, vbi poſita ſunt bona, & vnicus tantum confinis.*

17 *Partitæ formiter extractæ ex libris Mortuorum, probant quem eſſe mortuum.*

18 *Vocatus ad ſucceſſionem, ſi declaret ſe nolle ſuccedere, hoc ſtante, alteri qui ſuccedere debet, non poteſt impediri immiſſio, ac ſi ille non adeſſet.*

19. *Conductores ſimplices non poſſunt impedire immiſſionem, prætextu detractionum.*

20 *Fideicommiſſario, vt impediatur immiſſio ad effectũ ſoluendi debita Teſtatoris, debet iuſtificari.*

21 *Et in hoc non ſtatur aſſertioni grauati.*
Collateralibus legitima non debetur. nu. 21.

22 *Rationem reddere tenetur grauatus, de bonis fideicommiſſarijs.*

23 *Detractiones præſumuntur factæ, ſi hæres grauatus inuentarium non confecerit.*

24 *Inuentarium bonorum hæreditariorum non ſuppletur per tutelare, cum non tendant ad eoſdem effectus, & requirant diſtinctas ſolemnitates.*

25 *Hæres grauatus, ſi alienauerit plura bona hæreditaria, quod ea non ſufficiant pro detractionibus, ei incumbit onus probandi, amplia nu. 26.*

27 *Melioramentorum exceptio, vt impediat immiſſionem fideicommiſſario, debet probari.*

28 *pro Melioramentorum iuſtificatione, quid conſtare debet.*

DECISIO LXXXVIII.

PRÆTENDENTIBVS Dominis Io. Baptiſta,
& Vincentio de Glauarinis per obitum Equitis Gherardi vltimi deſcendentium maſculorum
vocatorũ eſſe factum locum fideicommiſſo ad eorum fauorem, petierunt immiſſionem ſuper tornaturis 32. prædij Cadriani vtiſpectantibus ad fideicommiſſum Alexandri Senioris, & ſuper reſiduo
bonorum eiuſdem Communis vti comprehenſo in
fideicommiſſis Antonij, & Alexandri Iunioris; &
fuit per me propoſitum dubium, An eſſet concedenda immiſſio petita, eoq. per Dominos diſcuſſo
fuit reſolutum Io. Baptiſtæ, & Vincentio dandam
immiſſionem ſuper dd. tornaturis 32. d. prædij Cadriani, & ſuper reſiduo bonorum eiuſdem Communis contra DD. de Piaritijs detinentes titulo conductionis ſibi factæ à Gherardo defuncto.

Nam cum dictum prædiũ pro dicta rata tornat.
32. fuerit poſſeſſum per Alexandrum Seniorem, &
ſubiectum eius fideicommiſſo, & ſimiliter fuerit
totum poſſeſſum per Alexandrum Iuniorem, &
Antonium, & ſuppoſitum eorum fideicommiſſis, &
Io. Baptiſta, & Vincentius tanquam proximiores
de Caſata fuerint vocati in defectum deſcendentiũ
maſculorum ab Alexandro Seniore, & expreſsè
ſubſtituti in fideicommiſſis Antonij, & Alexandri
Iunioris, conſequenter illis immiſſio denegari non
1 poteſt, vel † ex Saluiano interdicto, prout fuit ſemper in Rota obſeruatum, vt ex deciſionibus relatis
per *Seraph. deciſ. 828. in princ. & firmatis per Rotam coram bo. me. Card. Virili, in Perusina fideicommiſſi de Cincijs, vel ex remed. l. fin. C. de edict.*
2 *Diu. Adr. toll.* quod † cõpetit fideicommiſſario etiã
contra tertium poſſeſſorem, vt eſt communis opinio, *de qua per Rot. deciſ. 34. num. 24. par. 2. diuerſ. & deciſ. 238. nu. 1. par. 1. recent. & coram bo. me. Card. Caualer. deciſ. 204 nu. 4. & alibi paſſim.*

Quòd autem ipſi fuerint vocati vti proximiores
ad fideicommiſſum Alexandri Senioris fuit iam firmatum coram me 26 Nouembris 1633. in deciſione in hac cauſa facta, & vlterius probatur ex
verbis teſtamenti. & Codicilli, in quibus continetur prædictum fideicommiſſum, & Io. Baptiſta eorum auus enunciatur filius Cæſaris fratris ipſius
teſtatoris; Vnde cum ex dicto Io. Baptiſta ſit natus
Cæſar Iunior pater ipſorum Io. Baptiſtæ Iunioris,
& Vincentij, vt patet ex donatione Antonij, &
Alexandri Iunioris, & confeſſione Gherardi auctoris DD. de Piaritijs, vtique eorum † deſcendentia,
3 & conſanguinitas remanet ſufficienter probata,
Rota coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 42. num. 1. & coram bo. me. Card. Caualer. deciſ. 575. nu. 4. Quòd
4 autem ipſi ſint proximiores † probatum remanet
eo ipſo, quòd nullus alius comparet, qui ſe proximiorem prætendat *Seraphin. deciſ. 1229. num. 1. & 1265. in fin. bo. me. Card. Caualer. d. deciſ. 575. n. 7. Rot. in Aeſina Cappellaniæ 4. Iulij 1603. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Aſſiſien. bonorum 4. Iulij 1607. coram bo. me. Card. Caualer. & fuit firmatum in Parmen. ſtatus 14. Decembr. 1629. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,* vbi etiam aliæ deciſiones allegantur.

Non obſtat quòd extet Iſabella Gherardi filia,
quæ tanquam proximior de Caſata ipſius Codicillantis excludit Io. Baptiſtam & Vincentium re-
5 motiores, † qui non admittuntur quãdo adeſt proximior: Quia (quicquid ſit de illius vocatione an
cẽſeatur excluſa à fideicommiſſo de quo agitur, ſub
prætextu quòd teſtator fuerit diſcretiuè loquutus
de fœminis, vel quod habuerit rationem conſeruã-
di

d'agnationē) Dominis viſum fuit ſufficere declarationem ab ipſa factam ſe nolle ratione ſuæ perſonæ impedire Io. Baptiſtam, & Vincentium, quo minus conſequantur plenariam ſucceſſionē, & integrum fideicommiſſum perinde ac ſi non eſſet in rerum natura, vt in duobus inſtrumentis: & cum ipſa nō compareat, nec petat ſe vti proximiorem, & in fideicommiſſo comprehenſam immitti, hæc excep-
6 tio † illius exiſtentiæ reſpiciens ius tertij non poteſt allegari à Piaritijs, vt in terminis reprobando *C ſtr. in conſ 454. n. 2. lib. 1. tradit Surd. conſ. 349. nu. 15. 16. & 17. quem ſequuta eſt Rota in Bonon. fideic. de Deſiderys 16. Februarij 1630. corā R.P.D. meo Merlino, vbi plures deciſiones allegantur*; Nec talis declaratio facta ex certa ſcientia, & cum
7 omnibus ſollemnitatibus neceſſarijs poteſt† impugnari à tertio qui non poteſt dare de nullitate, cum hoc ſit ſpecialiter reſeruatum illi ſoli, qui contraxit
8 prout ſit † in minore, & Eccleſia *Surd. deciſ. 108. nu. 3. Seraph. deciſ. 256. nu. 7. & 339. nu. 6.* & in
9 terminis nullitatis† contractus mulieris ex defectu cauſæ *Rota deciſ. 206. num. 7. penes Cinc. de cenſib.*
10 vnde dubium non eſt fideicommiſſum† fuiſſe apertum, ac purificatum ad fauorem Ioan. Baptiſtæ, & Vincentij, vt fuit dictum in *Romana ſeu Tiburtina Caſtri S. Angeli 26. Nouembris 1616. coram bon. mem. Andrea, & in ead. 10. Februar. 1620. coram bo. me. Vbaldo, & in Bononien. fideicommiſſi de Lutio 27. Ianuarij 1621. coram Eminentiſſ. Card. Veroſpio.*

Pradium Cadriani quoad petium terræ tornat. 32. fuiſſe in bonis Alexandri Senioris fideicommit-
11 tentis † conſtat ex Teſtamento, & Codicillis ipſius *Peregr, de fideicom. art. 44. nu. 20. & conſ. 48. num. 5. lib. 1. cum alys per Fuſar. de ſubſtit. q. 618. nu. 30. & ex allegatis per Reuerendiſſ. D. meum Decanum in d. Parmen. ſtatus 14. Nouemb. 1629.*
12 & ex diuiſione † hæreditatis paternæ inter ipſum, & fratres facta de anno 1506. *Barbat. conſ. 14. lib. 3. Dec. conſ. 76. num. 9. lib. 3. cum alys per Fuſar. d. quæſt. 618 nu. 11.*

Eſſe autem idem petium terræ quod hodie detinetur à Piaritijs, probatur ex collatione confinium expreſſorum in locatione ſibi ipſis facta à Gherardo de anno 1627. qui concordant cum confinibus enunciatis in dicta diuiſione anni 1506. facta inter Alexandrum Seniorem, & fratres. Nam concordant Primo in loco, & vocabulo Cadriani: Secundo in pluribus qualitatibus: Tertio in confine viæ publicæ à tribus lateribus. Nec facit quod in diuiſione anni 1506. dicatur *iuxta Albertum de Glauarinis*, & in locatione anni 1627. dicatur *iuxta Gaſparem de Glauarinis*; quia lapſus tanti tempo-
13 ris † inducit mutationem perſonarum eiuſdem familiæ, & excuſat variationem. Vltra quod ad pro-
14 bandum† identitatem duæ demonſtrationes ſufficiunt *iux. doctr. Bart. in l. demonſtratio falſa n. 14. ff. de condit. & demonſtr. Rot. coram ſan. me. Greg.*
15 *XV. deciſ. 172. num. 2.* etiam ſi aliæ † non verificarentur *Ruin. conſ. 50. n. 12. lib. 1. Crauett. conſ. 198. nu. 2. Rot. in Bonon. fideicom. de Deſiderijs 5. Marty, & 14. Iunij 1627. coram R.P.D. meo Merlino in Peruſina fideicom. de Gratianis 27. Mart. 1628. coram bo. me. Card. Virili, & in Montis Faliſci fideicom. 21. Iunij 1630. coram R.P.D. meo Pirouano*, præſertim in antiquis, quia præſumuntur † ex
16 curſu temporis confinia mutata, & ſufficit verificatio lóci, vbi poſita ſunt bona, & vnicus tantum cōfinis *ſan. me. Greg. XV. d. deciſ. 172. nu. 6.* vbi *Add. num. 10. Rot. in dd. Bonon. fideicom. de Deſiderijs coram R.P.D. meo Merlino, & in Bonon. Terrarū 17. Nouemb. 1628. coram Eminentiſſ. Card. Vbaldo*, in qua ponderatur qualitas terrarum, quæ benè applicatur in hoc caſu in quo agitur de petio terræ *aratiua, vitata, arborata, &c.* tàm in inſtrumento diuiſionis, quàm in inſtrumento locationis factæ à Gherardo Piaritijs.

Et hæc quoad fideicommiſſum Alexandri Senioris: Nam quod attinet ad fideicommiſſa Antonij, & Alexandri Iunioris, in quibus ſunt vocati Cæſar, & Gaſpar, eorumq. filij, & deſcendentes legitimi, & naturales, quales ſunt Ioan. Baptiſta Iunior, & Vincentius, non adeſt difficultas cum deſcendentia, & alia requiſita ſint ſufficienter probata. De fideicommiſſis conſtat ex lectura donationis, ac teſtamentorum eorumdem, in quibus poſt eorum lineam finitam expreſsè vocantur Cæſar, & Gaſpar, Io. Baptiſtæ filij, & cuiuslibet eorum filij, & deſcendentes maſculi legitimi, & naturales, & per conſequens Io. Baptiſta Iunior, & Vincentius,
17 & ex partitis librorum Mortuorum formiter †extractis probatur obitus Cæſaris, ac etiam Teſtatorum, & filiorum in teſtamento d. Alexandri Iunioris nominatorum; *Rot. dec. 220. nu. 1. par. 2. diuerſ. & deciſ. 700. nu. 4. par. 1. recent.* & Gaſpar *dedit ceſſit, & tranſtulit Io. Baptiſtæ Iuniori, & Vincentio omnia, & quacumque iura &c.* ita quòd illius exiſtentia non obſtat.

Minus, facit quòd Antonius poſt finitam lineam maſculinam vocauerit pro dimidia ſuæ hæreditatis fœminas deſcēdentes, & ſic Iſabellam filiam Gherardi, Quia ex declaratione per eam facta ceſſat dif-
18 ficultas ex ſupra deductis, † & cum ipſa tulerit ſe de medio, & conſenſerit, vt Io. Baptiſta Iunior, & Vincentius obtineant, non poteſt impediri immiſſio, ac ſi illa non adeſſet *l. ſiue libertus. §. liberti filius, & l. ſi ex medica. §. ſi filius ff. de bon. libert. l. 2. §. ſed ſi ſint ſui. ff. ad Trebell. & ita fuit dictū in d. Bonon. fideicom. de Lutio 27. Ianuar. 1621. coram Eminentiſſ Card. Veroſpio, & prius in d. Romana, ſeu Tiburtina S. Angeli 26. Nouembris 1616. coram bo. me. Andrea, & deinde in eadem pariter ſupra allegata 10. Februar. 1620. coram bo. me. Vbaldo.* Reſpectu vero hæreditatis, & bonorum Alexandri iunioris nullum eſt dubium, dum expreſsè vocauit tantùm maſculos.

Idētitas iſtorum bonorum Cadriani iuſtificatur ex eorum deſcriptione in declaratione Alexandri Iunioris anni 1585. combinata cum locatione facta Piaritijs, in quibus exprimuntur *idem Palatium, & Domus cum tegete, ſtabulo, puteo, furno, & alys ſuperextantibus*, quæ omnia referuntur in diuiſione Gherardi, & fratrum anni 1612. & confirmantur in inuētario facto ab eodem poſt obitum Iulij fratris, & ex declaratione ab ipſo facta de anno 1615. ſe velle retinere bona iure fideicommiſſorum.

Nec dicta immiſſio poteſt retardari prætextu de-

detractionum, quia (vltra quòd Piaritij, qui ſunt
19 † ſimplices conductores illas, facere non poſſunt,
& ſic minus de ijs excipere *Peregr. de fid. artic.* 50.
num. 54. *Rot. coram bo. me. Andrea deciſ* 87. *n.* 13.
& Iſabella filia Eq. Gherardi nedum non opponit,
quin potius declarauit ſe conſentire ſucceſſioni Io.
Baptiſtæ, & Vincentij) tullitur difficultas ex ſe-
quentibus.

Nam quod attinet ad fideicommiſſum Alexan-
dri Senioris, nullæ allegantur detractationes, &
quatenus fuiſſet illis locus, nõ prodeſſent Piaritijs,
cum illæ pertinuerint ad Antonium, & Alexãdrum
eius nepotes ex Gherardo Seniore filio, hæredes
ab eo inſtitutos, qui pariter fecerunt fideicommiſ-
ſa purificata ad fauorem eorundem Ioann. Ba-
ptiſtæ, & Vincentij, neque conſtat de ære alieno
eiuſq. ſolutione vti neceſſario requiritur, quoniam
20 † ad iſtum effectum debent iuſtificari debita teſta-
toris ex cumulatis per *Fuſar. quæſt.* 141. *nu.* 2. *Rot.*
21 *deciſ.* 516. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* neque in † hoc ſta-
tur aſſertioni grauati, vt in terminis probant *Gabr.*
conſ 118. *nu.* 9. *in fin. lib.* 1. *Menoch. in conſ.* 207.
nu. 1. *& ſeq. Rota in d. Rauennaten. ſaluiani* 26.
Maij 1634. *coram me.*

Nec etiam poſſunt conſiderari quoad fideicom-
miſſum Antonij quia ipſe expreſsè prohibuit illas,
& cum ſuę ite Collateralis ſubſiſtit prohibitio, ex
quo legitima non debetur, & conſtat eum reliquiſ-
ſe plura alia ſtabilia, credita, & copioſam ſuppelle-
ctilem præter prædium Cadriani ſibi cõmune cum
Alexandro fratre, de quo ſolo nunc agitur, de qui-
22 bus † eſſet à grauatis reddenda ratio *Pereg. de fi-*
deicom art. 34. *num.* 14. *Rot. coram Seraph. deciſ.*
321. *nu.* 18. *& coram R. P. D. meo Pirouano* 25.
Iunij 1627. *&* 19. *Ianuar.* 1628. *in Romana hæ-*
red. de Cincijs.

Quo vero ad Alexandrum Iuniorem, cum non
23 doceatur de inuentario hæreditario, † detractatio-
nes præſumuntur factæ, nec impeditur immiſſio fi-
deicommiſſariorum, *Rota coram ſan. me. Greg. XV.*
deciſ. 266. *vbi add. nu.* 16. *& in Romana fideicom.*
de Victorijs 10. *Martij* 1627. *coram R. P. D. meo*
Merlino, & in Peruſina fideicom. de Meniconibus
15. *Maij* 1624. *coram eodem.*

Quamuis enim tutor Attilianus datus Gherar-
do Iuniori, & fratribus poſt obitum ipſius Alexã-
dri patris aſſeruerit in aditione hæreditatis ſe velle
facere inuentarium bonorum hæreditariorum,
idemq. etiam dixerit eorum mater in aſſumptione
tutelæ, & in actu confectionis inuentarij tutelaris;
non tamen docetur fuiſſe vnquam factum. At in-
24 uentarium bonorum † hæreditariorum non ſup-
pletur per tutelare cum tendant ad diuerſos effe-
ctus, & requirant diſtinctas ſollemnitates, *Grat.*
diſcept 767. *nu.* 18. *Rot. deciſ.* 780. *nu.* 4. *par.* 2. *rec.*

Multoq. magis intrat prædicta præſumptio cum
probẽtur alienationes quamplurium corporum fa-
25 ctæ à Gherardo, & fratribus quas incumbit † gra-
uato onus probandi non ſufficere pro detractionib.
Peregr. de fideicom. art. 59. *n.* 14. *Couar. var. lib.* 2.
c. 6. *nu.* 4. *Rota in Romana domus ad Peregrinum*
10. *Martij* 1619. *coram Reuerendiſſ. D. meo Deca-*
no, & in Peruſina fideicom. de Gratianis 28. *Iunij*
1630. *coram eodem vbi latè comprobatur talis con-*
cluſio, & in Rauennaten. ſaluiani 26. *Maij* 1634.
coram me, fuerunt enim maximè conſiderabiles
cum doceatur eas aſcẽdiſſe ad ſummam lib. 93. mil.
& vltra vnde eo euidentius quæcumque detractio-
26 nes † præſumuntur conſumptæ, niſi contrarium
probetur *ex Peregr. Couar. & reſolutionibus Ro-*
talibus ſupra allegatis.

Minus obſtat exceptio melioramentorum, quia
27 quoad fideicommiſſum Alexandri Senioris † non
probantur, & Palatium quod dicitur ædificatum
ab Alexandro Iuniore, & Antonio cadit ſub eo-
rumdem fideicommiſſo.

Nec probatur quænam melioramenta fuerint
facta à Gherardo Iuniore & fratribus, minuſque
quid fuerit impenſum, nec qualis fuerit ſtatus an-
28 tiquus rerum, † quæ omnia ſunt neceſſaria pro il-
lorum iuſtificatione, ſicut ſæpius fuit dictum à *Ro-*
ta. & nuperrimè in Romana domus, ſeu apparta-
menti coram R. P. D. meo Dunozetto, & in Tibur-
tina ſpolij 21. *Maij, ſuperioris anni coram Reue-*
rendiſſ. D. Decano, vbi cætera allegantur. Nec cal-
cũlus ſuper ſtatu hæreditatis allegatus eſt attendẽ-
dus cum nunquam fuerit approbatus à Io. Baptiſta,
& Vincentio.

Et ita vtraque parte informante pro immiſſio
ne fuit reſolutum &c.

§ *In iſta cauſa in præcedenti parte adſunt duæ deci-*
ſiones ſcilicet ſub diebus 15. *Aprilis* 1633. *&* 26.
Nouembris eiuſdem anni, ſunt in ordine deciſiones
193. *&* 235. *& infra habentur aliæ duæ idest ſub*
diebus 5. *Maij* 1636. *&* 23. *Iunij eiuſdem anni co-*
ram eodem R. P. D. Ghiſilerio Et in ſequenti parte
erunt alia nempe ſub diebus 8. *Martij*, 1638. *coram*
R. P. D. Roias. & 16. *Decembr. eiuſdem anni, &* 22.
Iunij 1639. *&* 18. *Maij* 1640. *coram eodem.*

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana, ſeu Farfen. Hæreditatis.

Die Lunæ 28. *Ianuarii* 1636.

ARGVMENTVM.

Tutoris confeſſio, quando multò fortiùs probet contra pupillũ, confeſſionis reuocatio, quando fieri non poſſit. Atteſtationibus quibus ſit ſtandum. Mater dum ſuſcepit tutelam filiorum debet renunciare ſecundis nuptijs, & hoc ſufficit, quod promittat per verba generalia.

SVMMARIVM.

1 *Paupertas alicuius, ex quib' reddatur veriſimilis.*
2 *Tutoris aſſertio, ſi cum decreto Iudicis, & aliàs ſolemniter facta ſit, tanto magis probat contra pupillum.*
3 *Iudex dum interponit decretum in contractibus minorum prius præſumitur de veritate ſe informaſſe, & illam veram reperiſſe.*
4 *Confeſſio geminata etiam extraiudicialis plenè probat.*
5 *in Inuentario præſumuntur deſcripta omnia bo-*

na

na hæreditaria, & aſſerenti contrarium incumbit onus probandi.

6 *Confeſſionis reuocatio fieri non poteſt, poſtquam tranſiuit in contractum ſolemniter celebratum, & iuratum.*

7 *in Tranſactione rerum minorum, debet adhiberi rerum cognitio, quæ interueniſſe præſumitur, ſi decretum Iudicis interuenit.*

8 *Verbis inſtrumenti ſtandum eſt.*

9 *Fides non facit fidem.*

10 *Patruus, ſi ad fauorem nepotum fuerit examinatus, non eſt integer teſtis.*

11 *Atteſtationi prima alicuius ſtatur maximè ſi ſit iuramento firmata.*

12 *Atteſtatio magis veriſimilis eſt attendenda.*

13 *Mater, dum ſuſcepit tutelam filiorum, debet renunciare ſecundis nuptijs.*

14 *Et ad hunc effectum ſufficit, quod mater promiſerit generaliter ea omnia facere, & obſeruare, ad quæ de iure tenetur, quæ clauſula operatur, ac ſi ſpecialiter ſecundis nuptijs renunciaſſet.*

15 *Inſtrumentum, ſi ſit ſimulatum nõ eſt attendendũ.*

DECISIO LXXXIX.

SEQVVTA reſolutione die 30. Aprilis proximi, quòd non conſtet de bono iure filiorum, & hæredum Leonij ad effectum clauſulæ, *ſubminiſtratis ſibi alimentis, & ſumptibus litis &c.* ijdem filij obtinuerunt dubium particulariter, & ſimpliciter conceptum ſuper bono iure comprehendens propterea, tam bonum ius ipſorum filiorum quã etiam Butelli; eoq. hodie per me propoſito, Domini reſoluerunt conſtare de bono iure Buttelli; Quia vltra aſſertionẽ matris, & tutricis dictorum filiorum in inſtrumento tranſactionis factam quod ipſa pluries audiuit ab eius viro, ſe fuiſſe per Buttellum deputatum in miniſtrum negociationis Carbonis licet forſan in publicis, & priuatis ſcripturis de contrario appareret, ac etiam vltra cõfeſſionem eiuſdem Leonij, pluries extraiudicialiter factam, probatam, tàm per teſtes formiter examinatos, quam per Texeram panis, in qua idem Leonius manu propria ſe ſcripſit agentem Buttelli; Necnõ vltra paupertatem ipſius Leonij ſimiliter per teſtes probatam, per quam magis veriſimile reddi-
1 tur, † quod Leonius eſſet nudus miniſter, vt per *Parıſ. conſ. 54. nu. 78. lib. 1. cum alijs d. die 30. Aprilis in deciſione allegatis.*

In præſenti propoſitione Domini ponderarunt de nouo, quòd aſſertio tutricis vti cum decreto Iu-
2 dicis, † & alias ſolemniter facta, tanto magis con-
3 tra pupillos probat, quia tunc Iudex † præſumitur prius de veritate ſe informaſſe, & illam reperiiſſe. *Alex. conſ. 80. nu. 5. lib. 5. Menoch. lib. 2. præſump. 75. nu. 12. & ſeqq. Put. deciſ. 204. lib. 3. Rot. deciſ. 619. nu. 5. in fin. par. 2. recent. et coram Card. Caualer. deciſ. 479. nu. 2.*

4 Et quod confeſſio Leonij vti geminata etiam extraiudicialis plenè probat. *Surd. deciſ. 10. num. 8.* Prout etiam quod de paupertate Leonij cõſtat ex inuentario poſt mortem ipſius ab eadem tutrice confecto, in quo leguntur deſcripta ſolum quædam bona mobilia paruæ conſiderationis, & tamen ſi in hæreditate adfuiſſent alia bona præcipuè iſta ad negociationem ſpectantia tutrix in inuentario eadẽ ſcribi curaſſet, quod cum non fecerit, præſumitur nedum pro inuentario, & ſic quod in hæreditate
5 non adeſſent alia † bona, & quod iſta nõ eſſent hæreditaria adeo vt contrariũ dicenti incumbat onus probandi *iuxt. gloſ. in l. cum de lege. ff. de probat. Natt. conſ. 238. nu. 2. Rot. deciſ. 607. nu. 1. par. 1. recent. coram Seraph. deciſ. 504. nu. 6. et coram Gorydin. Caual. deciſ. 233. nu. 2. et 246. nu. 3. et ſeq.* facit etiam, quòd ante trãſactionem ipſa tutrix eſſet benè conſcia, quod eius maritus erat nudus miniſter in dicta negociatione iuxta ſupradictam ipſius aſſertionem, quæ etiam ex dicta paupertate veriſimilior redditur, ex quo in dicta negociatione magna ſumma pecuniarum erat neceſſaria, tàm pro emptione Siluæ, & Lignorum; quam pro expenſis quotidianis operariorum, prout ex tranſactione apparet. Et quamuis prædicta aſſertio ac matris, & tu-
tricis confeſſio fuerit poſtmodum ab eadem reuo-
6 cata, † id tamen poſtquam tranſiuit in contractum ſolemniter celebratum, & iuratum cum parte acceptante fieri minimè potuit *Gabr. de confeſſ. concl. 6. nu. 12. Surd. conſ. 136. num. 8. et 9. Gratian. diſcept. 789. nu. 34.* eoq. minus dum veritas ex tot adminiculis remanet comprobata.

Nec poteſt dici, quod in huiuſmodi tranſactione non fuerit adhibita cauſæ cognitio, ac proinde ea
7 tanto minus ſit attendenda; Quia vltra quod † propter decretum Iudicis illa præſumitur, de ea in caſu iſto ſufficienter conſtare dicitur ex verbis inſtru-
8 menti ibi cauſa maturè, † & diligenter cognita, & inſpecta quibus ſtandum eſt, *Caſtr. in l. cum hi §. ſi Prætor nu. 2. propè fin. verſ. niſi in inſtrumento ff. de tranſact. Alex. d. conſ. 80. nu. 6. lib. 5. et faciunt tradita per Gabr. conſ. 29. nu. 5. verſ. circa lib. 1. et per Rot. deciſ. 25. nu. 8. poſt Pia. ſuper ſtatut. verbis de contract. ſine verb. ſolemnit. non valid. et deciſ. 343. lib. nu. par. 3. recent.*

Neque in contrarium facit, quod in tranſactione narratum fuerit eſſe difficillimæ probationis ſecundum iuris rigorem aliquas partitas verificare per quietantias. Quia nihilominus viſum fuit ex hoc non ſequi, quin partitæ tàm crediti, quàm debiti vtriuſque partis aliunde verificari potuerint ſaltem de bono & æquo; prout etiam colligitur ex verbis ſubſequentibus ibi, Cum inter ipſum Leonium, & Buttellum fuerit amicabiliter retenta ſcriptura, & ex eo quia huiuſmodi ſcriptura tempore tranſactionis vera reperiri potuit, prout etiam in dubio præſumitur propter Iudicis decretum, & partium atteſtationem mediante iuramento factam ex pluribus ſupra deductis.

Neque releuat, quòd patruus dd. filiorum faciat fidem, quod ipſe tempore tranſactionis non vidit computa inter Buttellũ, & Leonium, nec ante, nec
9 poſt; Quia præterquam, quod † fides non facit fidẽ *l. ſolam C. de teſt. c. atteſtationes. de deſponſat. impub. Alex. conſ. 33. nu. 3. lib. 6. cum ſimilibus.* Tanto minus, quia eſt ad fauorem nepotum, pro quibus
10 † Patruus etiam formiter examinatus non eſſet integer teſtis, *c. conſanguinei 3. quæſt. 5. Alex. cõſ. 80. num. 7. lib. 4. Rot. deciſ. 326. num. 3. poſt conſ. Farinac. lib. 2.*

Placuit reſponſio, quòd in concurſu magis ſtandum

dum eſt atteſtationi eiuſdem patrui in inſtrumen-
to tranſactionis medio iuramento coram Iudice,
& primo loco factæ per huiuſmodi verba; factis cō-
11 putis amicabiliter † inter dictas partes, tam dati,
quam accepti mediante (exponentia) Procuratore,
& conſanguineo &c. à qua propterea recedere nō
potuit *Caſ. de Graſſ. decif. 3. num 3. de ſponſal. Rot.
decif 290. nu. 3. verſ. fuit reſponſum par. 2 recent.*
12 maximè, quia illa eſt magis veriſimilis † propter
atteſtationem curatoris, & Notarij coram Iudice
factam, ſicq. attendenda *iux. l. fin. in princ. C. de
contrah. & committ. ſtipulat. Bald in l ſcriptura.
nu. 8. C. de fid. inſtrum. cum ſimilib.*

Minus obſtat, quòd Catherina non potuerit in-
13 teruenire in dicta tranſactione vti tutrix, † ex quo
in ſuſceptione tutelæ non renunciauit ſecundis nu-
ptijs *iux. auth. matri, & auia cum ibi notat. C.
quand mulier. tut. offic. fung poſſ.* Quia viſum fuit
ſufficere, quòd promiſerit generaliter ea omnia fa-
cere, & obſeruare ad quæ de iure tenetur, quæ clau-
14 ſula operatur, † ac ſi ſpecialiter ſecundis nuptijs
renunciaſſet, ſeu in Viduitate permanere promiſiſ-
ſet, vt per *Alex. de conſ. 80. num. 4. lib. 5. Gratian.
diſcept. 28. nu. 29. 31. & ſeqq. & diſcept. 668, n. 19.
Rot coram Card. Seraph. dec. 516. n. 1. & plurib. ſeq.*

Nec demum obſtat, quòd in inſtrumento dica-
tur in libris Buttelli pretium Carbonis reperiri de-
ſcriptum ad creditum Leonij, cum quo etiam cō-
penſatur debitum eiuſdem itaut ipſe Leonius cen-
ſeatur Dominus, non autem miniſter; Quia fuit
reſponſum, quòd eodem honeſtatis reſpectu; quo
Sylua fuit empta ab ipſo Buttello nomine Leonij,
potuit etiam nomine eiuſdem deſcribi totum com-
putum in libris Buttelli, adeout ſicut non eſt attē-
15 dendum † inſtrumentum emptionis Syluæ, ex quo
ſatis aliunde conſtat nomen Leonij fuiſſe in eo ſi-
mulatè appoſitum, & emptionem verè fuiſſe factā
pro Buttello *iuxta l. multum intereſt.* vbi *Caſtr.
n. 3. C. ſi quis alter:* vel ſibi cum alijs dicta die 30.
Aprilis in deciſ. allegat. ita etiam idem dicendum
ſit de libris Buttelli ex identitate rationis vulgat.
iuribus. Et ita vtraque parte informante &c.

☞ * *Eſt deciſio 39. ſupra in hac eadem parte.*

REV.MO P.D. COCCINO DECANO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Lunæ 28. Ianuarij 1636.

A R G V M E N T V M.

Fructus in interdictis, à quo tempore veniant.
Declaratoria, quando non ſoleat dari niſi fa-
cta liquidatione.

S V M M A R I V M.

1 *Fructus à die litis conteſtata veniunt in interdi-
ctis, etiam quòd non fuerint petiti.*
2 *in Interdicto retinenda ſummariſſimo veniunt
fructus à die mota litis, licèt non ſint petiti.*
3 *in Interdicto retinenda plenario veniunt fructus
vſque ab initio.*
4 *Fructus quando petuntur tanquam ſors princi-
palis deducta in iudicio veniunt vſque ab initio.*
5 *Paritio verbalis, quando ſufficiat.*
6 *Iudex. ſi condemnet reum, ne amplius turbet acto-
rem in ſua poſſeſſione aliquid exigendi, an poſſit
cogi ad ſatis dandum. & nu. 7.*
7 *in Decretis manutentionis, non fit mentio, niſi de
eo, quod de ſui natura venit in d. iudicio.*
8 *à Decreto manutentionis datur appellatio ſtante
mixtura cum petitorio.*
10 *Declaratoria non ſolet dari, niſi priùs facta liqui-
datione.*
11 *Quod intellige, quando pars ſe opponit, & petit
liquidationem alias ſecus.*
12 *Vel quando pars non confecit libros, prout tene-
batur facere.*
13 *Achil. deciſ. 1. de ſent. excomm. qualiter Rota
ſemper intellexit.*
14 *per Epiſtolam ſimplicem non eſt immutandum id,
quod cum maximis laboribus et vigilijs fuit op-
tima ratione firmatum.*

D E C I S I O X C.

☞ FVIT relaxatum mandatum de manutenēdo *
ad fauorem Portionariorum in poſſeſſione
exigendi regalia tria pro qualibet die à tempore
quo fuit æditum prædictum Interdictum, quia in
1 † Interdictis veniunt fructus à die litis conteſtatæ,
etiam quod non fuerint petiti, *l. 3. ff. de interdict. et
ibi gloſ. et Bart Alex. conſ. 184. nu. 9. lib. 5.* & in
2 puncto † interdicti retinendæ ſummariſſimi, *Sera-
phin. deciſ. 835. nu. 2. et deciſ. 1168. nu. 2. et 3. Rota
deciſ. 606. nu. 1. par. 2. in recent. Mantic. dec: 172.
3 in fin.* imò in interdicto † retinendæ plenario ve-
niunt fructus vſque ab initio *Seraph. d. deciſ. 835.
nu. 2. et 3. et d. deciſ. 1168. nu. 4. et eſt de mente
Puteì in deciſ. 61. lib. 3. in correct.* prout etiam ve-
4 niunt vſque ab initio quando petuntur tanquam
ſors principalis deducta in iudicio, *l. cum vnus § 1.
l. libertis. §. manumiſſis, et ibi Bart. nu. 2. ff. de ali-
ment. et cibar. legat. Franc. deciſ. 634. c. querelam,
et ibi Innoc. nu. 3. verſ. et nota Hoſtien. nu. 12. an-
te finem. verſ. ſi tamen petatur de elect. Paleott. de-
ciſ. 335. quæ eſt deciſio 689. lib. 3. par. 3.* & in pun-
cto Interdicti retinendæ fuit reſolutum in cauſa
*Cæſarauguſtana penſionis 15. Maij 1586. coram
Gypſio, et in cauſa Calaguritana liquidationis 4.
Maij 1611. coram bo. me. Card. Sacrato, et in Ro-
mana penſionis domus 15. Decembr. 1617. coram
Buratto, et in cauſa Toletana penſionis 16. Febr.
1618. coram Eminentiſſ. D. meo Card. Pamphilio.
et in Mediolanen. penſionis 6. Iunij 1633. coram
R.P.D. meo Merlino.*

Vnde ſtante dicto mandato de manutenēdo, du-
bitaui *An illi fuerit ſufficienter paritum*, & quan-
tum ad diſtributiones futuras, licèt Dominis viſū
5 fuerit affirmatiuè poſſe reſponderi, † quia quoad
iſtas ſufficit paritio verbalis, *Put. deciſ. 244. lib. 1.
in correct. Mohed. deciſ. 9. de ſent. et re iudic.* &
fuit dictum *in cauſa Toletana iuris decimandi 19.
Nouemb. 1593. coram bo: me. Hieronymo Cardina-
le Pamphilio, in cauſa Toletana Cappellaniæ 14.
Aprilis 1595. coram bo. me. Card. Millino, & in
Burgen. penſionis de Berlieua 10. Decemb. 1597. co-
ram bo. me. Camillo Peregrino, & in cauſa Cæſa-
raugu-*

Auguſtana Canonicatus 28. Maij 1608. coram Eminentiſſ. D. meo Card. Pamphilio iuniore, & in alia Tullen. ſeu nullius Senonen. Monaſterij 5. Iulij 1608. coram bo. me. Card. Sacrato; & alias ſæpiſſimè: nec eſt opus diſputare in hoc caſu An Ca-
6 pitulum † potuerit condemnari ad cauendum pro prodictis diſtributionibus futuris ſoluendis iuxta doctrinam *Menorb. de retinen. rem. 3. quaeſt. 95.*
7 *num. 811. & ſeqq.* quia ſufficit, † quòd in hac cauſa non habeamus talem condemnationem, vt fuit conſideratum in *prædicta cauſa Burgen. iuriſdictionis coram bo. me. Camillo Peregrino*: nec dicta condemnatio poterat fieri in hoc iudicio ſummariſſimo, cum fuerit proceſſum per decretum, & no-
8 tum eſt, quod in decretis † non fit mentio, niſi de eo, quod de ſui natura venit in iudicio manutentio-
9 nis, † quia alias ratione mixturę daretur appellatio

Quantum tamen ad diſtributiones pręteritas viſum fuit Dominis, non fuiſſe ſufficienter paritum, quia (vt fuit reſolutum in *hac cauſa 13. Ianuarij*
10 1634. * Licèt declaratoria non † ſoleat dari, niſi prius facta liquidatione; tamen duæ fuerũt allatæ limitationes, quas Rota ſequitur, videlicet,
11 quod prædicta regula procedat, † quando pars ſe opponit, & petit liquidationem, alias ſecus, prout in caſu iſto, quia Capitulum omne aliud petit, quã vt fiat liquidatio. vt in dicta deciſione cõſideratur.
12 Secunda fuit limitatio quando † Capitulum non confecit libros diſtributionum, prout tenetur cõficere, & quamuis hodie ceſſet huiuſmodi limitatio, ex quo conſtat Capitulum libros confeciſſe, tamen ex eiſdem libris reſultat maior contumacia Capituli, quia prædicti libri ſunt adeò bene diſtincti, vt ſtatim, & breuiter videri poſſit, facto computo, quid cuique ex Portionarijs ad rationem regalium trium dietim debeatur; notantur enim in dictis libris qualibet die pręſentia, & abſentia, & in fine cuiuſlibet *Hebdomadæ* omnia in vnum colliguntur vt de facili, & quaſi vno ictu oculi poſſit calculari, & ſolui debitum Portionarijs.

Neque obſtat quòd dirigatur actio contra Capitulum, & eſſet dirigenda contra ſingulares Canonicos, & contra hæredes defunctorum, quia ceſſat obiectum, cum vt ex libris Capituli apparet, non fuerit datum ius accreſcendi, ſed illud, quod non fuit ſolutum remanſit in burſa Capituli cõtra quod propterea dirigitur actio, quia illud quod fuit ſublatum Portionarijs, remanſit in manibus, & burſa Capituli.

Neque applicatur deciſio *Achill. 1. de ſent. excomm.* Quia in dicta deciſione firmatur primò, quod etiam abſque liquidatione poteſt dari declaratoria,
13 quam deciſionem tamen † Rota ſemper intellexit quando pars non petit liquidationem, vt clarè etiã ex tenore ipſius deciſionis colligitur dum infra dicit, quòd prædicta concluſio eſt fundata in contumacia: Secundo dicitur in eadem deciſione quod ſi pars competat, & petit liquidationem ceſſat contumacia, & non eſt danda declaratoria; Nam caſus noſter eſt longè diuerſus, quia declaratoria nõ fuit lata ſimpliciter, prout in caſu Achillis, ſed propter contumaciam Capituli, quod ſe opponendo non petijt liquidationem, nec tũc libros exhibuit, quos licèt hodie exhibuerit, attamen eo magis reſultat illius contumacia non ſatisfaciendo ſtatim Portionarijs de eo, quod ex dictis libris liquido apparet eis deberi.

Nec viſum fuit Dominis habendam eſſe rationem epiſtolarum Domini Ordinarij, quia etſi illis in alijs multum eſſet deferendum, tamen cum per plures deciſiones acerrimè cauſa diſputata, fuerit cognitum nullam habere rationem ſe opponendi huic petitioni Portionariorum, propterea viſum
14 fuit Dominis, non † eſſe per ſimplicem epiſtolam immutandum id quod cum maximis laboribus, & vigilijs fuit optima ratione firmatum.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

* *Deciſiones ſupra hac manutentione habes ſupra in præcedenti parte, idest ſub die 26. April. 1632. & 24. Nouemb. eiuſdem anni 1632.*

* *Eſt deciſio 354. pariter in præcedenti parte.*

Adſunt etiam aliæ deciſiones in eadem cauſa ſupra in hac eadem parte, & infra, & in ſequenti volumine, vt notaui ſupra in fine ad deciſionem 20.

R. P. D. MOTMANNO.

Cæſarauguſtana de Caſpe.

Die Lunæ 28. Ianuarij 1636.

ARGVMENTVM.

Acta omnia per concordiam extinguntur. Approbatio, vel paritio facta metu Cenſurarum non præiudicat, cum d. metus dicatur iuſtus, propter incommoda, quæ patiuntur ab excommunicatis.

SVMMARIVM.

1 *Concordia eſt quædam remiſſio.*
2 *Rei iudicatæ virtus ceſſat, ſi fuerit remiſſa.*
3 *Res iudicata per concordiam de medio ſublata, non poteſt amplius allegari.*
4 *per Cõcordiam ipſo iure extinguũtur omnes actiones probationes iudiciales, ac totus proceſſus.*
5 *Approbatio, nec acceptatio præſumitur, ſi aliquid fuit factum metu cenſurarum.*
6 *Cenſurarum metus eſt iuſtus, propter plurima incommoda, quæ accidunt excommunicatis.*
Cēſurarum metu paritio facta, minimè nocet. n. 6.
7 *Iudex, quando poſſit procedere ad executionem rei iudicatæ, non obſtante concordia, & laudo.*
8 *Scripturas, cenſetur quis approbaſſe ſi eas produxit, & poſtea illas non poteſt impugnare.*
9 *Exceptio nulla poteſt proponi poſt rem iudicatã.*
10 *Vltima derogant prioribus, maximè in quibus fit mentio priorum.*
11 *Obſeruantia præſumitur ex confirmatione Apoſtolica, itaut aſſerẽti contrarium incumbit onus probandi per actus concludentes.*

DECISIO XCI.

IN proſecutione huius cauſæ mihi commiſſę pro ſucceſſiua paritione litterarum executorialiũ, quæ circa annum 1572. ad inſtantiam Prioris, & Fratrum contra Beneficiatos B. Mariæ Oppidi de Caſpe

Caſpe Diœceſis Cæſarauguſtanæ poſt tres ſenten-
tias Rotales fuerunt relaxatæ, dicti Beneficiati op-
poſuerunt de laudo & concordia per quæ dicebatur
à re iudicata fuiſſe receſſum.

Cum verò de huiuſmodi laudo & concordia ex
parte eorumdem beneficiatorum non doceretur,
proceſſum fuit contra ipſos ad vlteriorem execu-
tionem, ſed conſtito poſtmodum de concordia, &
laudo ac de confirmatione Apoſtolica inde ſubſe-
cuta, quam D. Prior produxit in actis, deſuper
conſului Dominos, qui præmiſſa diſputatione cen-
ſuerunt dictam executionem non ſuſtineri.

Nam confirmatio concordiæ in narratiua conti-
net controuerſias ſuper præeminentijs iuriſdictio-
nis ac diſtributionibus anniuerſariorum, cum ſuc-
ceſſiua mentione trium ſententiarum Rotalium
conformium, & commiſſionis reſtitutionis in inte-
grum. Præterea in illa aſſeritur varias in gradu re-
ſtitutionis emanaſſe reſolutiones, ac poſtea com-
promiſſum, & denique ſententiam arbitramenta-
lem diuiſionis iuriſdictionis, & emolumentorum
inter fratres & beneficiatos latam, non obſtantibus
dictis ſententijs quoad ea ſuper quibus aliter fuerat
pronunciatum.

Vnde cum ſententiæ Rotales antea fuerint latæ
ſuper iuriſdictione ac præeminentijs, iureq. facien-
di Capitulum, & ſuper emolumentis, patet quod
partes voluerunt omnia comprehendere in cõpro-
miſſo vt imponendo finem litibus contenta in hu-
iuſmodi ſententijs, & reſolutionibus ſubſecutis
hinc inde remitterent.

1 Nam concordia eſt † quædam remiſſio, *Bald. in
*l. 1. nu. 5. ff. de pact. Iaſ. in l. de fideicommiſſo nu. 3.
C. de tranſact. Caputaq. dec 195. in* [illegible] *p. 3.* & conſe-
2 quenter ceſſauit † virtus rei iudicatæ, *Felin. in cap.
inter monaſterium nu. 31. de ſent. & re iudic.* adeò
vt illa tanquam de medio ſublata per concordiam
3 & ſententiam arbitrorum, non poſſit amplius alle-
gari, *Roman. conſ. 369. nu. 14. verſ. 1. quia aduer-
tendum Dec. conſ. 375. nu. 2.* & ſic non potuit de-
ueniri ad declaratoriã & aggrauatoriam vigore in-
4 ſtantiæ, quæ cum omni actione, † probationibus in-
dicialibus, ac toto proceſſu per huiuſmodi concor-
diam ipſo iure fuit extincta, *c. 1. cũ gloſ. de tranſact.
cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Rota coram Greg. XV. de-
ciſ. 286. nu. 6. & in recent. dec. 414. nu. 2. par. 2.*

Et quamuis beneficiati acquieuerint ſententiæ
declaratoriæ, & aggrauatoriæ, ac paruerint ac de-
mum obtinuerint abſolutoriam à cenſuris conten-
tis in huiuſmodi declaratoria, inde tamen inferri
non poteſt ad illius approbationem, & acceptatio-
5 nem ſi quidem † paruerunt metu cenſurarum & cũ
timor cenſurarum ſit iuſtus, propter plurima incõ-
6 moda quæ accedunt † excommunicatis, ſequitur
quòd paritio minimè noceat. *Roman. d. conſ. 369.
nu. 14. Gig. de penſ. q. 36. nu. 4. Caputaq. deciſ. 330.
& 331.*

Neque obſtat quod ante relaxationem declara-
toriæ, & aggrauatoriæ de concordia, & laudo non
fuerit oppoſitum, neque doctum de adimplemento
7 ex parte beneficiatorum, & ideo † Iudex potuerit
procedere ad executionem rei iudicatæ iuxta *Mo-
hed. dec. 3. de tranſact.*

Quoniam fuit reſponſum conſtare quòd benefi-
ciati de laudo oppoſuerunt ſaltem extraiudicialiter
ex dec. facta coram me 1. Iulij 1633. Vbi reiecta
fuit hæc oppoſitio eo quod de huiuſmodi laudo tunc
non doceretur, cuius tamen confirmationem Apo-
ſtolicam cum inſertione, altera pars deinde in iudi-
8 cio produxit, & cum producendo † cenſeatur illã
approbaſſe, modo eam impugnare non poteſt *deciſ.
Pedemont. 39. nu. 26. & Rot. deciſ. 157. nu. 4. par. 3.
recent.* Sed beneficiati quandocumque de ea oppo-
9 nere poſſunt, non obſtante † quòd poſt rem iudica-
tam nulla ſit exceptio proponenda, *l. peremptorias.
C. ſenten. reſcin. non poſſ.* in quo fundatur præal-
legata *Mohed. dec. 3. de tranſact.* Quia in caſu il-
lius deciſionis poſt concordiam, prolata fuerat ſen-
tentia quæ tranſitum fecerat in rem iudicatam, cui
non poterat opponi exceptio concordiæ, quæ præ-
ceſſerat ipſam ſententiam & rem iudicatam, ibi
enim res iudicata fuit vltima in caſu vero de quo
agitur vltima eſt concordia quæ attendi debet quia
10 regulariter vltima derogaret prioribus, *l. ſed &
poſteriores ff. de legit.* in ijs maximè in quibus fit
mentio priorum *l. pacta nouiſſima. C. de pact.*

Quod vero attinet ad probationem adimplemẽ-
ti & obſeruantiæ requiſitam ad effectum opponen-
11 di de concordia, ſimiliter fuit reſponſum ex † con-
firmatione Apoſtolica præſumi obſeruantiam, adeo,
vt parti dicenti non eſſe obſeruatã incumbat onus
probandi per actus concludentes, qualia nõ eſt in-
timatio à Priore facta beneficiatis, cum requiſitio-
tione quòd obſeruent concordiam, quia huiuſmodi
actus nihil continet præterquam partis intimantis
confeſſionem quæ beneficiatis nocere non poteſt.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MACCHIAVELLO.

Spoletana Fideicommiſſi.

Die Lunæ 28. Ianuarii 1636.

ARGVMENTVM.

Bona fideicommiſſo ſubiecta, quãdo licitè poſ-
ſint alienari. Fideicommiſſario, ſi ceſſet iu-
ſta cauſa, nullatenus eſt ei deneganda immiſ-
ſio, l. 2. C. de reſcind. vendit. quando ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *Bona fideicommiſſo ſubiecta, rectè poſſunt aliena-
ri, pro reſtitutione dotis vxori fideicommittẽtis.*

3 *Emptor bonorum hæreditariorum ſi ſoluerit de-
bitum dotale fideicommittentis, in reliquo poteſt
à fideicommiſſario pulſari, & pro illa rata ei non
denegatur immiſſio.*

4 *Fideicommiſſario immiſſio denegari non poteſt, ſi
ceſſet iuſta cauſa denegationis.*

5 *per Contractus reſolutionem, & pretij reſtitutio-
nem ceſſat remedium l. 2. C. de reſcind. vendit.*

6 *Venditor ſi de euictione emptori promiſerit, &
pro ea ſpecialiter aliquas res hypotecauerit, ſe-
cuta euictione tales res emptor pro ſua indemni-
tatis releuatione, retinere poteſt.*

7 *Emptionis contractus reſolutus per euictionem,
perinde reputari debet ac ſi numquam fuerit ce-
lebratus.*

DE-

DECISIO XCII.

DONAVIT Iulius Cæſar de Roſatis Deme-
trio Patiano Domum quam ex fideicómiſ-
ſo Iulij Cæſaris Senioris reſtituere tenebatur Cõ-
fraternitati Sanctiſſimi Sacramenti,& litis conſor-
tibus : Et deinde (nulla facta mentione huiuſmodi
donationis)illam vẽdidit Franciſco Leopardo,qui
pro ea ſoluit ſcuta quingenta vigintiquinque in re-
ſtitutionem dotis Roſatæ, ipſius Iulij Cæſaris alie-
nantis vxoris prædefunctæ, & pro reſiduo precij
duas proprias domunculas in ſolutum dedit: Sed
interim Patianus donatarius, habita notitia huiuſ-
modi venditionis ,adiuit Tribunal Auditoris Ca-
meræ, & non ſolùm mandatum de manutenendo
in præfata domo , vigore clauſulæ conſtituti inſtru-
menti donationis, obtinuit, verum etiam ſententiã
fauorabilem, quoad ipſam donationem, reporta-
uit, à quã Leopardus appellationem interpoſuit,
ſed poſtea cum ipſo Patiano tranſegit,& ab eo ſcu-
ta quingenta vigintiquinque pro reſtitutione dotis
ſoluta, rehabuit, eo ſemque contextu iura om-
nia dotalia ſibi ceſſa ab Azzonis hæredibus Roſa-
tæ, illi retroceſſit ; dictas vero domunculas in ſolu-
tum datas (quarum actualem poſſeſſionem Iulius
Cæſar nũquam apprehendiderat) penes ſe retinuit.
Cùm autem poſtmodum per obitum eiuſdem Iulij
Cæſaris vltimi grauati factus eſſet locus fideicom-
miſſo ſupradicto, Confraternitas vti ad ipſum voca-
ta, petijt eius vigore in tota dicta Domo,immiſſio-
nem, quæ præuijs pluribus decisionibus * coram
RR. PP. DD. meis Merlino, & Ghiſilerio ab iſto
in prima inſtantia,& ab illo in gradu appellationis
(pro vna tantum vice conceſſç)per duas ſententias
Rotales, fuit eadem Confraternitati denegata, eo
videlicet irrefragabili fundamento, quòd cum talis
1 Domus vendita † fuerit pro dote reſtituenda, vali-
dè potuit alienari, atque ab onere fideicommiſſi
exempta remanſit, iuxta *Auth. res quæ C. com. de
legat.* Verumtamẽ quia in vltima R. P. D. mei Mer-
lini deciſione, ſub die 15. Iunij 1635. emanata,re-
ſponſum fuerat, Confraternitatem fideicommiſſa-
riam poſſe pro ſupplemẽto iuſti precij experiri iu-
ra ſua:Cauſa in gradu reſtitutionis in integrum mi-
hi commiſſa, dubitaui qualis nam actio Confrater-
nitati competeret,& contra quem eſſet dirigenda;
Quod dubium ita fuit per Dominos hodie reſolu-
tum; Nimirum facta æſtimatione prçcij domus,
dandam eſſe Confraternitati immiſſionem pro in-
diuiſo; firmis, quo ad reliqua permanentibus ſu-
pradictis huius cauſæ deciſionibus, quæ prudentiſſi-
mæ iuris diſpoſitioni, ac doctiſſimis rationibus in-
nixæ fœminarum dotibus iuſtiſſimè fauent.

Et ſic viſa fuit actio dirigenda contra Patiannm,
quia cum ipſe vigore ceſſionis iurium dotalium
poſſideat domum, de qua agitur, ex titulo oneroſo
ſolùm pro ſumma ſcutorum quingentorum viginti
quinque, & quoad illud magis,quod ex datione in
ſolutum dictarum domuncularum, huiuſmodi do-
2 mum † valere deſumitur, habeat ſuper ea ſimplici-
ter titulum lucratiuum *ex text. in l. non quicum-
que 84. §. fundus, ubi Caſtr. in 1. & 2. ff. de legat. 1.*
vtique poteſt pro valore excedente creditum dota-
le à Confraternitate fideicommiſſaria, pnlſari, cui
3 † propterea denegari non debet in tali domo im-
miſſio pro indiuiſo; iuxta *deciſ. Guidop. 496.* cùm
Patianus donatarius, vltra illam ſummam pro do-
4 te † ſolutam, nullam habeat iuſtam cauſam impe-
diendi talem immiſſionem, *Rot. deciſ. 559. num. 5.
par. 1. recent. & in Romana, ſeu Sabinen. cenſus
coram Card. Cauál. quæ eſt inter eius impreſſas
deciſ. 652. nu. 4. & 5. confirmata die 20. Nouembr.
1624. coram bo. me. Vbaldo, & in Firmana ſaluia-
ni 24. Maij 1632. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Nõ obſtat quòd in d. vltima R. P. D. mei Mer-
lini deciſione concluſum fuerit, Confraternitatem
potius agere debere contra Leopardum; Nam, vt
apparet ex lectura talis deciſionis, hoc procederet
ſi Confraternitas valeret agere ex capite læſionis,
ex quo ſanè agere non valet, cum in venditione
facta Leopardo, talis læſio amplius perquiri non
5 poſſit, quia per reſolutionem † contractus, ac re-
cuperationem pretij, ceſſauit hodie contra eũdem
Leopardum *Remedium l. 2. C. de reſcin. vendit.* vt in
puncto tenet *Dec. conſ. 583. nu. 9. & Magon. deciſ.
Flor. 110. num. 9.*

Contra quem Leopardum, nec pariter viſum
fuit qnòd aliqua Confraternitati competat actio,
ſub prætextu: quòd ipſe adhuc retineat illas domũ-
culas, quæ cum fuerint iam pro domo controuerſa
in ſolutum datæ, videntur eſſe pars precij illius; nã
cum in alienatione dictæ domus Iulius Cæſar ven-
ditor, de euictione Leopardo emptori promiſerit,
& pro ea ſpecialiter dictas domunculas hypoteca-
uerit, ſecuta euictione per Patianum donatarium,
vtique potuit idem Leopardus(moleſtijs Iulio Cç-
6 ſari iudicialiter intimatis) tales † domunculas pro
releuatione ſuæ indemnitatis retinere, *Surd. conſ.
13. nu. 23. Rot. deciſ. 335. nu. 7. ad med par. 3. re-
cent.* Abſque eo quòd Cõfraternitas vllum ius poſ-
ſit in illis prætendere ex contractu venditionis iam
reſoluto, qui reputari debet, ac ſi nunquam fuerit
7 celebratus. cum ita † Leopardus nil aliud egerit,
quam ad ſua libera primæua iura redire, *Afflict. de-
ciſ. 8. per tot. Moroſ. de iure offeren. nu. 33. & ſeqq.
Theſaur. iun q 88 nu. 11. & ſeqq. lib. 2.*

Sed quia verus valor dictæ domus adhuc non
fuit ſufficienter probatus, ideo Domini dixerunt,
quòd fieri debeat eius æſtimatio, vt exinde clarè
deſumi poſſit pro qua certa ſumma eadem Con-
fraternitas actionem habeat.

Et ita Confraternitate, Patiano,& Leopardo in-
formantibus reſolutum fuit.

* *Sunt deciſiones 317. par. 5. recent. & 179. 210.
& 312. in præcedenti parte.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononieñ fideicommiſſi.
Die Veneris 15. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

Filiatio legitima qualiter probetur, proximior
Teſtatori, quando quis præſumatur. Electio
de digno, omiſſo digniori, quo caſu non ſub-
ſtineatur, & in quibus è contra. Fauori ſuo

ante acceptationem quilibet poteſt renunciare, ſecus vero poſt.

SVMMARIVM.

1 *ad Fideicommiſſum admittitur, qui probat ſe eſſe in caſu fideicommiſſi purificati.*

2 *Filiatio legitima probatur per teſtes, ſi deponant de nominatione, tractatu, ac publica reputatione, & fama.*

3 *Partitæ extractæ ex libris Matrimoniorum, & Baptiſmatum à Parocho, concurrentibus adminiculis probant legitimam filiationem.*

4 *Filiatio probatur, ſi quis vti filius hæres vniuerſalis fuerit inſtitutus.*

5 *Sororem alicui probatur aliquam eſſe, ſi in teſtamento ſororem eam nominauit, & vti talem legatum reliquit.*

6 *in Gradu ſucceſſibili ſi quis eſt, & alius non concurrit, qui prætendat ſe proximiorem, habet intentionem fundatam, quòd ſit proximior.*

7 *Qualitas, quando requiritur ad certum effectum, non eſt curandum de modo, dummodo habeatur effectus.*

8 *Iuuenis, vel ſenex, ad hoc vt quis dicatur relinquitur arbitrio Iudicis, ſecundum ſubiectā materiā.*

9 *Iuuenes vocantur in Ciuitate Bononiæ, potius reſpectu ſexus ad differentiam fœminarum, quàm reſpectu ætatis.*

10 *in Parochialium concurſu, ſi plures ſint admiſſi, et approbati, dum ſit electio digni, omiſſo digniori non ſuſtinetur, & hoc ex iure ſpeciali.*

11 *Dignum ſufficit eligere omiſſo digniori, quādo ſumus extra caſum de concurſu ad Parochialem.*

12 *Fauori ſuo quilibet poteſt renunciare.*

13 *Ius renunciantis, quando habet aliquam mixturam cum honore, & voluntate Teſtatoris, tunc dicto iuri renunciari non poteſt.*

14 *Hæres, vel fideicommiſſarius poſtquam hæreditatem acceptarunt, non poſſunt amplius illi renunciare.*

15 *Citari, vel vocari illi debent, ſi de eorum intereſſe agatur.*

16 *Executor ad aliquem eligendum, ſi poteſt ſe extraiudicialiter informare, poteſt eligere etiam nemine citato.*

17 *Exceptio de iure tertij non ſuffragatur ad impediendam immiſſionem.*

DECISIO XCIII.

QVONDAM Io. Baptiſta Ramundinus teſtamentum condidit in quo inſtituta hærede vſufructuaria omnium ſuorum bonorum Ludouica eius vxore, grauauit eam reſtituere dd. bona filijs maſculis legitimis, & naturalibus Melchioris eiuſdem Teſtatoris ex Franciſco fratre nepotis, quibus decedentibus abſque ſimili prole legitima, & naturali, voluit quòd exequutores teſtamentarij quatenus de tempore purificatæ conditionis ſuperuiuerent, ſin minus Priores quatuor Ordinum Mendicantium Ciuitatis Bononiæ pro conſeruatione agnationis, & familiæ de Ramundinis eligerent iuuenē ex legitimo matrimonio conceptum, & natum de proximioribus cognationis ipſius Teſtatoris, qui teneretur aſſumere nomen, & inſignia familiæ de Ramundinis, quem ſic eligēdum ex tunc inſtituit & ſubſtituit vulgariter pupillariter, & per fideicommiſſum, vt latius in d. teſtamento dato in ſummario num. 1.

Deceſſit Ludouica hæres vſufructuaria, ac ſucceſſiue Aloyſius Franciſcus filius d. Melchioris vltimus hæres grauatus abſque filijs; vnde dd. Priores prędefunctis alijs exequutoribus in teſtamento deputatis elegerunt Antonium Mariam Belioſum d. Teſtatoris ex Cornelia ſorore pronepotem, qui nomen, & inſignia eiuſdem Teſtatoris aſſumptus cœpit agere corā Auditore Generali Bononiæ, pro recuperatione quorumdam bonorum, d. fideicommiſſo ſubiectorum contra Lucatellos, illorum poſſeſſores à quo ſententiam contrariam reportauit, cauſa ad Rotam delata, & mihi commiſſa dubitaui; An conſtet de fideicommiſſo ad fauorem d. Antonij Mariæ Belioſi, ſeu Io. Baptiſtæ de Ramundinis, & DD. reſponderunt affirmatiuè.

Exiſtentia ſiquidem d. fideicommiſſi non cōtrouertebatur, & de illo ſatis apparet ex tenore eiuſdem teſtamenti.

Quòd autem illud ſit purificatum ad fauorem ipſius Antonij Mariæ, ſeu Io. Baptiſtæ clarè deſumitur ex præfata ſerie facti in qua partes nō diſcrepabant. Cum enim per obitum Aloyſij Franciſci vltimi hæredis grauati ex linea Melchioris nulla relicta prole factus fuerit locus electioni iuuenis proximioris de cognatione Teſtatoris, dictiq. Priores ob defectum exequutorum in teſtamēto nominatorum, elegerint ipſum Antonium Mariam, habentem omnes qualitates ab eodem Teſtatore fideicommittente requiſitas; vtique d. fideicommiſ-
1 ſum fuit purificatum ad fauorem † ipſius Antonij
Mariæ electi, qui docet ſe eſſe in caſu vocationis, *Gloſ. in l. qui duos verbo ſuperſtes fuit ff. de reb. dub. Crau. conſ. 208. n. 4. 3. verſ. rurſus alleganti Pereg. de fideicom. art. 43. num. 17. Rot. deciſ. 267. num. 1. par. 2. recent.*

Quòd vero d. Antonius Maria habeat qualitates à fideicommittente requiſitas dubitari non poteſt; Nam quod ipſe ſit ex legitimo matrimonio conceptus & natus probatur ex teſtibus formiter examinatis, qui apertè deponunt d. Antonium Mariam eſſe filium ex Carolo Belioſo, & Valeria Scarpia coniugibus, conſtante matrimonio ſuſceptum, qui
2 teſtes cum deponant de † nominatione tractatu ac
publica reputatione, & fama d. legitimam filiationem ſufficienter probant *iuxt. doct. Bart. in l. filium nu. 1. ff de his qui ſunt ſui vel alien. iur. Surd. conſ. 1. nu. 45. & ſeqq. Rot. deciſ. 766. nu. 1. par. 2. recent.*

Concurrentibus præſertim partitis formiter extractis à Parocho ex libris Matrimoniorū, & Baptiſmatum, ex quibus apparet Matrimonium inter prædictos Carolum, & Valeriam contractum præceſſiſſe per 11. menſes natiuitatem d. Antonij
3 Mariæ eorum filij, † quæ partitæ iunctis depoſitio-
nibus dd. Teſtium legitimam filiationem Antonij Mariæ bene probant, *Rot. in recen. deciſ. 132. n. 2. par. 2. & inter impreſſ. per Farinac. poſt 2. lib. 2. conſ. deciſ. 285. num. 2. in fin.*

Quod autem idem Antonius Maria ſit pronepos Corneliæ ſororis, Io. Baptiſtæ fideicommittentis, & ſic quòd ſit proximior de cognatione eiuſ-

dem

Digitized by Google

dem fideicommittentis probatur ex eo quòd Ca-
rolus pater d. Antonij Mariæ fuit filius d. Corne-
liæ, vt elicitur ex teſtamento Corneliæ quæ d. Caro-
4 lum † vti eius filium hæredem vniuerſalem inſtituit
Pariſ. conſ. 29. nu. 10. lib. 2. Cæphal. conſ. 48. nu. 18.
lib. 1. Peregr. de fideicom. art. 43. nu. 77. Reuerẽ-
diſſ. D. meus Decanus deciſ. 105. nu. 3. ſan. me. Greg.
XV. deciſ. 349. num. 5. Rot. in recen. deciſ. 472.
num. 8. par. 1.

Quòd vero d. Cornelia eſſet ſoror Io. Baptiſtæ
fideicommittentis deſumitur ex eo quod idem Io.
5 † Baptiſta illam in d. teſtamento ſororem nomina-
uit, & vti tali legatum reliquit *Rot. coram Greg.*
XV. deciſ. 422. num. 1.

Non obſtat quòd Antonius Maria nõ probaue-
rit ſe proximiorem de cognatione d. Teſtatoris;
Quia cum ipſe ſit in gradu certo, & ſucceſſibili, ne-
6 que alius concurrat, † qui prætendat ſe proximio-
rem, habet intentionem fundatam, quod ſit proxi-
mior, *Surd. conſ. 241. nu. 25. circ. fin. & ſeqq. Rot.*
dec. 575. nu. 7. & fuit dictum in Ferrarien. bono-
rum de Taſſonis 6. Aprilis 1615. coram Eminen-
tiſſ. D. meo Card. Pamphilio.

Non obſtat, quod Teſtator voluerit eligi aliquẽ
iuuenem, qualis non videtur d. Antonius Maria
excedens ætatem annorum 50. Nam DD. omiſſa
quæſtione quis nam in iure dicatur iuuenis, vel ſe-
nex, conſiderabant quòd qualitas iuuentutis in
caſu, de quo agitur, fuit contemplata à teſtatore ad
certum effectum, nempe pro conſeruatione agna-
tionis, & familiæ de Ramundinis, & ſic habilitatis
ad ſuſcipiendam prolem; Vnde cum d. Antonius
Maria de tẽpore electionis eſſet vxoratus, ac plu-
res haberet filios, & in dies alios etiam ſuſcipiat,
viſum fuit ſatis conſtare de illius iuuentute, ad hoc
7 vt dicatur conſultum voluntati Teſtatoris † nam
vbi requiritur qualitas ad certum effectum, non eſt
curandum de modo illam adimplendi, dummodo
habeatur effectus *Couar. pract. quæſt. cap. 39. n. 7.*
Mantic. de coniect. lib. 11. tit. 16. num. 4. Peregr.
conſ. 51. nu. 17. lib. 5. Fuſar. conſ. 50. nu. 11. Put.
deciſ. 488. nu. 7. lib. 2. in correct. Seraph. dec. 589.
nu. 9. & 11. Rot. in Rom. domus 5. Nouemb. 1582.
coram Robuſterio.

Præſertim cum ad hoc vt quis dicatur iuuenis,
8 † vel ſenex relinquatur arbitrio Iudicis, ſecundùm
ſubiectam materiam iuxta veriorem opinionem,
de qua *Menoch. de arbitr. caſ. 59. nu. 3. & ſeqq. Gail.*
obſeru. 92. num. 7. lib. 1. Scacc. de iudic. lib. 2. cap. 8.
num. 249. & ſeqq. Ioſeph. Ludouic. deciſ. Lucen.
13. nu. 55. Peguer. deciſ. 57. nu. 21. Rot. in Bonon.
bonorum de Mulettis 26. Iunij 1602. coram bo. me.
Card. Pamphilio.

Quibus accedit communis vſus loquendi Ciui-
9 tatis Bononiæ, in qua iuuenes † vocantur potiùs
reſpectu ſexus ad differentiam fœminarum, quàm
reſpectu ætatis, *vt fuit ponderatum in eadem deciſ.*
Bononien. de Mulettis.

Non obſtat quòd d. Antonius Maria de tempo-
re electionis haberet duos fratres iuniores, & ſic
habiliores ad ſuſcipiendam prolem, vnde infertur
electionem factam de d. Antonio Maria iuuene,
omiſſis alijs fratribus iunioribus fuiſſe inualidam,
prout in ſimili dicitur de pluribus admiſſis, & ap-
10 probatis in concurſu Parochialium, † quòd electio
digni omiſſo digniori non ſubſtineatur, *Garz. de*
benef. par. 7. c. 16. nu. 2. & ſeqq. Rot. dec. 613. n. 6.
par. 1. recent. Greg. XV. deciſ. 11. nu. 8.

Nam fuit reſponſum id procedere in concurſu
Parochialium ex diſpoſitione Concilij Tridentini
in ſeſſ. 24. cap. 18. & particulari Conſtitutione ſan.
me. Pij V. ſuper prouiſione Parochialium, non
11 autem in alijs electionibus, † in quibus ſufficit ele-
ctores elegiſſe dignum etiã omiſſo digniori vt de-
clarat *Adden. ad Greg. d. dec. 11. nu. 8. idem Garz.*
de benef. par. 7. c. 16. nu. 16. Pariſ. de reſig. lib. 4.
q. 16. nu. 4. & in terminis facultatis eligendi datæ
in teſtamento, *Bart. in l. cum quidam. nu. 6. ff. de*
legat. 2. Molin. de primog. lib. 2. c. 5. nu. 46. verſ.
valebit tamen Molin. iun. de iuſt. & iur. tom. 3.
par. 1. tit. de maior. diſp. 595. ſub nu. 2. Sanch. cõſ.
moral. lib. 4. c. 1. dubit. 60. n. 11. vbi alios cumulat.

Et viſa fuit ceſſare difficultas quia dd. fratres d.
fideicommiſſum non agnouerunt, nec voluerunt
concurrere in d. electione quinimo illi expreſsè re-
nunciarunt, atque electionem factam ad fauorem
d. Antonij Mariæ eorum fratris approbarunt, vnde
perinde haberi debent in conſideratione, ac ſi non
12 extarent, † cum quilibet poſſit ſuo fauori renun-
ciare, *l. ſi quis in conſcribendo C. de pact. c. ſi de*
terra. in fin. de priuil. Surd. conſ. 318. nu. 3.

Non obſtat quòd quando ius renũciantis habet
aliquam mixturam cum honore, & voluntate Te-
13 ſtatoris † tunc d. iuri renunciari non poteſt, *iux.*
conſ. Caſtr. 259. ſub num. 5. circà med. verſ. dedit
enim ipſe Teſtator lib. 1. Calder. conſ. 1. propè fin.
verſ. ſi vero eſſet introductum.

14 Nam prædicti Doct. † loquuntur in hærede vel
fideicommiſſario qui Teſtatoris hæreditatem acce-
ptarunt, ac per conſequens eius factum ſeu volun-
15 tatem impugnare † non poſſunt, ideòq. non appli-
cantur præſenti caſui in quo cum fratres d. Antonij
Mariæ non ſint hæredes Teſtatoris liberè d. iuri
renunciare potuerunt ex allegat.

Demum non obſtat quòd dd. fratres debuerint
16 † ſaltem vocari, ſeu citari in d. electione, ex quo
õe illorum intereſſe agebatur iuxta *conſ. Zabarell.*
139. nu. 2. Cuman. conſ. 7. nu. 2. Quia cum d. ele-
ctio non eſſet actus iudicialis, dd. Priores deputati
ad eligendum in teſtamento, potuerunt ſe extra-
iudicialiter informare, ac d. Antonium Mariam
conſanguineum Teſtatoris eligere etiam non cita-
tis dd. fratribus, vt in terminis tenuerunt *Guttier.*
canon. quæſt. lib. 2. quæſt. 67. nu. 13. Sanch. conſ.
moral. lib. 4. cap. 1. dub. 62. num. 1. in fin.

Et in omnem euentum d. exceptio tanquam
de iure tertij non ſuffragatur Lucatellis ad impe-
17 diendam † immiſſionem d. Antonij Mariæ *Soccin.*
ſen. conſ. 78. nu. 9. lib. 1. Ruin. conſ. 35. nu. 31. lib. 1.
Rot. coram Martin. Andrea deciſ. 87. nu. 14. cum
alijs ibi relatis. Et ita vtraque &c.

§ *Habentur infra in eadẽ cauſa aliæ deciſiones ideſt*
ſub die 9. Maij huius anni 1636. coram eodem R.P.
D. Dunozetto, & 14. Decemb. 1637. coram R.P.D.
Ghiſilerio, & inſequenti parte adſunt aliæ nempe
ſub die 22. Martij 1638. & 29. Nouemb. eiuſdem
anni coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.

R. P. D. MERLINO,

Meſſaneñ ſeu Nullius Feudi.

Die Veneris 15. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

Eccleſiæ, quando competat remediũ can. Reintegranda 3. quæſt. 1. Prælatus ſi malè alienet bona Eccleſiaſtica, ex hoc non infertur præiudicium Eccleſię. In alienatione rerum Eccleſiæ ſtante curſu longiſſimi temporis, quando præſumatur, quod interuenerint debita requiſita. Prelati vita iniuſtè alienantis bona Eccleſiæ detrahitur in præſcriptione dd. rerum contra Eccleſiam, cum præſumatur, quòd ipſe potiùs ſuum cõtractum quàm ſuã Eccleſiam tueri voluerit, & labi tempus permiſerit, iacturamq. bonorum CHRISTI ſocorditer ſuſtinuerit, & hoc maximè procedit ſi alienatio fiat in conſanguineum Prælati, nã ſanguinis coniunctio parit oſcitantiam in perſcrutanda vtilitate Eccleſię, & quando dolus Prelati in hoc negari non poſſit. Commiſſionem ſuper iactationibus impetrans, an quoad impetrantem operetur interruptionem præſcriptionis. In alienatione rerum Eccleſiæ potiſſimùm vtilitas attenditur. Singularis, & elegantiſſima eſt deciſio, & in his materijs ad eam recurrere memento.

SVMMARIVM.

1 *Eccleſia, ſi cadat à poſſeſſione facto ſuo, & ex contractu proprio, non intrat remedium reintegranda 3. quæſt. 1.*

2 *pro Poſſeſſione recuperanda, quis debet ſibi imputare damnum ex propria culpa proueniens.*

3 *Poſſeſſionem, ſi Eccleſia amittat ex cauſa iniuſta, & actu nullo, adhuc datur reintegratio, vigore can. reintegranda, ſed ſecus ſi cauſa ſit vera, & actus validus.*

4 *Can. reintegranda, vt habeat locum perpendenda eſt iuſtitia deiectionis è poſſeſſione, non autem iuſtitia aut vitium poſſeſſionis rei. & nu. 80.*

5 *Eccleſia, & minores, quibus eſt interdicta alienatio bonorum niſi præceſſerit cauſa legitima, cum non poſſint nec animo ſuam dimittere poſſeſſionẽ, ſequitur quòd ex contractu iniuſto, & nulliter inito, Eccleſia, & minores, nec etiam cadant à ſua poſſeſſione & illam non transferant in contrahentem.*

6 *Bona Eccleſiæ quando ſunt malè alienata, peti poteſt ad ea reintegratio nomine Eccleſiæ, vel ex conditione legis, vel ex can. reintegrand. vel ex officio Iudicis.*

7 *Eccleſia ex facto Rectoris malè alienantis non præiudicatur cum po[illegible]o remaneat penès eam.*

8 *Prælato malè alienanti bona Eccleſiæ competit interdictum retinendæ [illegible], quàm nomine Eccleſiæ.*

9 *in Alienationibus rerum Eccleſiæ, ſtante curſu longiſſimi temporis, præſumitur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicum, atque aliæ ſolemnitates, & vtilitas contractus in fauorem Eccleſiæ.*

10 *Itaut, qui retinet rem Eccleſiæ releuatur ab onere probandi vtilitatem, & Eccleſia allegans nullitatẽ alienationis plenè, & concludenter id tenetur probare.*

11 *Bona Eccleſiaſtica præſumuntur validè alienata, ſi Iudices delegati ad id cognoſcendum, pronunciauerint conſtare de vtilitate.*

12 *in Præſcriptione cõtra Eccleſiam requiritur ſpatium 40. annorum.*

13 *Prælatus malè, & iniuſtè alienans bona Eccleſiæ eo viuente contra Eccleſiam non currit præſcriptio, quia quemadmodum ipſe fuit in culpa, & dolo, ſuſpicari poteſt, quod labi permiſerit tempus tuendo ſuum contractum, & potius ſubſtinuerit iacturam bonorum CHRISTI.*

14 *Et ideo tempus ſupputãdum eſt à die obitus Prælati irritè contrahentis.*

15 *Tempus vitæ Prælati iniuſtè alienantis bona Eccleſiaſtica ſubducitur in præſcriptione, quia is non videtur Prælatus, & legitimus defenſor, quo ad illam rem & cum dereliquerit ſuam Eccleſiam, cenſetur vacare toto illo tempore vitæ.*

16 *Prælati contractus de bonis Eccleſiæ cum conſanguineis, ſunt ſuſpecti.*

17 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiæ, vt præſumatur requiritur ſpatium 30. annorum.*

18 *Lis dicitur inducta ad effectum interrumpendi præſcriptionem ex commiſſione impetrata vna cum inhibitione. quicquid ſit reſpectu citandi.*

19 *ſuper Iactationibus poſſeſſor committens cauſam factis indicat ſe dubitare de iurib9 ſuæ poſſeſſionis ſuper Iactationibus committens cauſam animus eius fluctuat, circa titulum, quo poſſidet, cum exiſtimatione mentis, quòd non ſit iuſtus. n. 19.*

20 *Qui quidem timor vulnerat illius conſcientiam, & excitat ad perquirendum ſuper iuſtitia contractus antecedentis.*

21 *Committens cauſam ſuper iactationibus dici non poteſt, quod tranquillè poſſideat, & quod ſit in bona fide.*

22 *Mala fides inſurgit in poſſeſſore ex ſolicitudine cõſcientiæ, committendo nempe cauſam ſuper iactationibus.*

23 *Præſcriptio interrumpitur de Iure Canonico, ex quocumque actu apto inducere malam fidem.*

24 *Confeſſio facta in commiſſione plenè probat contra confitentem.*

25 *Confeſſio reſultans ex productione ſcripturarum, eſt irreuocabilis.*

26 *Commiſſio ſuper iactationibus, & ex remedio l. diffamari. C. de ing. & manum. non inducit litem ad effectum inducendi præſcriptionem. iuxta opinionem Fel. ſed ipſe hoc non dicit. num. 27. & quatenus hoc diceret reprobatur.*

28 *Lis eſt vera, quæ intẽtatur ex l. diffamari. C. de ingen. & manum. cũ adſit actor, & reus, & Iudex.*

29 *Diffamatus in materia l. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. licet ſit actor in probandis iactationibus, tamen reuera eſt reus.*

30 *Ia-*

Digitized by Google

30 *Iactationis commiſſionem impetrans videtur ſibi ipſi mouere litem, ſeq. laceſſere ad proferendam in iudicio qualitatem ſui tituli.*

31 *Iactationis cauſam committens, de lite eſt certus tanquam ſibimetipſi mota, & non eſt amplius opus, vt ex alijs actibus amplius certioretur.*

32 *ad Præſcriptionem impediendam ſaltem de Iure Canonico, ſufficiunt extraiudiciales interpellationes, & moleſtiæ.*

33 *in Præſcriptione de Iure Canonico requiritur bonafides, tàm ad eam inchoandam, quàm ad continuandam, & perficiendam.*

34 *Præſcriptio ad hoc vt ceſſet, ſufficit per minimum temporis ſpatium abeſſe bonam fidem.*

35 *Lis, ſtante ſpatio 30. annorum præſcribitur.*

36 *Litem is, qui mouet, poteſt tacitè ei renunciare.*

37 *Actus, etiam geſti coram Iudice incompetente declarant voluntatem, & animum agentium.*

38 *Lis introducta coram Iudice incompetente rumpit præſcriptionem, non obſtante incompetentia, non quidem virtute rei Iudicialis, ſed propter malam fidem quæ exinde colligitur.*

39 *ex Productione vnius tituli inſufficientis, & iniuſti, ceſſat præſumptio alterius tituli ſufficientis, & iuſti.*

40 *in Alienatione rerum Eccleſiæ, dum falſa eſt cauſa ſic etiam titulus eſt omnino iniuſtus, adeo vt non ſuffragetur ad excludendum remed. Can. reintegranda.*

41 *Exceptio, in materia Can. reintegranda non eſt admittenda, dum non eſt vndequaque patens, & clara itaut nihil opponi poſſit.*

42 *in Alienationibus rerum Eccleſiæ, dum non fuit ſeruata forma literarum Apoſtolicarum ſi in euidentem d. alienatio nulla eſt.*

43 *Sententia ex actis non iuſtificata, & ſine neceſſarijs probationibus prolata non eſt a tendenda.*

44 *ſuper Vtilitate exacta in alienatione rerum Eccleſiæ, non ſtatur aſſertioni partium, nec executorum, dum iudicialiter procedere tenebantur.*

45 *Sed de ea conſtare debet per plenas, & legitimas probationes præuia cauſa cognitione, & diſcuſſione iudiciaria.*

46 *ad Probandam euidentem vtilitatem Eccleſiæ in controuerſiam deductam non ſufficiunt teſtes examinati in iudicio ſummario.*

47 *Iudices Commiſſarij, ſtante clauſula conſcientias veſtras oneramus, quandoque poſſunt ſe extraiudicialiter informare.*

48 *Iudicis conſcientia, ſtante clauſula conſcientiam tuam oneramus, debet proficiſci non de eius capite, ſed ex vtero legis, in ea figendo pedes.*

49 *Clauſula, ſeruatis ſeruandis, æquipollet clauſulæ, vocatis vocandis. & vide num. 51.*

Executor conſtitutus, cum clauſula, vocatis vocandis, debet aſſumere partes Iudicis, & conficere publica documenta, itaut non ſufficiat extraiudicialis informatio. num. 49

50 *Clauſula ſi vobis conſtiterit, quid importet.*

52 *Cōtractuum Eccleſiæ validitas, potiſſimum conſiſtit circa euidentem vtilitatem itaut non ſufficiat, ſi d. vtilitas ſit dubia.*

53 *Locationes, licèt de per ſe regulariter non debent verum valorem rerum, tamen ad dignoſcendam vtilitatem, vel damnum contractuum Eccleſiæ, benè deſeruiunt.*

54 *Homines non ſunt fatui in conducenda re pluris, quàm valeat, & ſine ſpe certi lucri.*

55 *Eccleſiæ contractus non dicitur vtilis; ſed damnoſus, quotieſcumque non plus illi datur, quam ſit ſolita percipere.*

56 *Bona allodialia æſtimantur in redditu, quinque pro centenario. & num. 68.*

57 *Bona iuriſdictionalia æſtimantur ad rationem duorum cum dimidio circiter pro centenario. & num. 67.*

58 *pro Pretio legitimo, bonorum iuriſdictionalium, calculando, non attenditur fructus ille pecuniarius ſolùm, ſed conſideratur iuriſdictio, & præheminentia dominationis.*

59 *Francandi facultas æſtimatur tamquam pars pretij.*

60 *Obreptio, & ſubreptio vitiant Beneplacitum Apoſtolicum.*

61 *Subreptio inducitur, quando Principi non fuit narratum id, quod ſi sciuiſſet, vel gratiam denegaſſet, vel difficilius conceſſiſſet.*

62 *in Prælato alienante bona Eccleſiaſtica non poteſt dolus denegari, dum prætermiſit contractum Eccleſiæ vtiliorem, & ſanguinis illecebris allectus, meliorem conditionem ab alio oblatam reſpuit.*

63 *Prælatus gerit officium tutoris circa res Eccleſiæ*

64 *Bullas, Collectas, & Penſiones ſoluendi onus ſpectat ad Prælatum, & non ad Eccleſiam.*

65 *Eccleſiæ fauore contractus claudicant, & ſolemnitatum defectus ab ea ſolùm poteſt allegari.*

66 *in Bonorum Eccleſiaſticorum alienationibus perpetuis, conceſſionibusq. in emphyteuſim detrahatur ſexta pars valoris fructuum, quæ non deducitur in alienationibus tempor. libus.*

69 *Pacta, & onera conſiderantur in venditionibus tanquàm pars pretij, & valorem rei augent, & minuunt.*

70 *Eccleſiæ non competit remedium Can. reintegrãda 3. quæſt. 1. ſtãte productione beneplaciti Apoſtolici, & ſententia Iudicum commiſſariorum, & ſic interuentu ſolemnitatum.*

Sed via ordinaria agendum eſt, nempe rei vindicatione. nu. 70.

71 *in Alienationibus rerum Eccleſiæ non poteſt dici, quòd fuerint ſeruata debita ſolemnitates, ſi deficiat cauſa cognitio.*

72 *Eccleſiæ contractus remanet nullus non obſtante Beneplacito Apoſtolico ſi appareat non de vtilitate, ſed de damno,*

73 *Eccleſiæ vtilitate ceſſante in alienatione ſuarum rerum, contractus eſt ipſo iure nullus.*

74 *in Alienatione rerum Eccleſiæ maior, & intolerabilior eſt defectus circa vtilitatem, quàm circa ſolemnitates.*

Alienationis rerum Eccleſiæ tota validitas conſiſtit in vtilitate. nu. 75.

75 *Pontifices in alienatione rerũ Eccleſiæ nihil aliud exigunt, quam vtilitatem.*

76 *Solemnitates in alienationibus rerum Eccleſiæ præſcribuntur, tanquàm media ad intentum vtilitatis finem aſſequendum, & ad euitandas*

dam-

damnoſas circumuentiones Eccleſiarum.

77 *Eccleſiæ dum contractus eſt damnoſus, & etiam nullus, ipſa Eccleſia dicitur ſine iuſta cauſa, & nulliter à poſſeſſione cecidiſſe, & ſemper intrat æquiſſimum r.mediũ can. reintegrandæ 3. q. 1.*

78 *Bart in l. ſi alienam num. 3. ff. ſolut. matrim. declaratur.*

79 *de Eccleſiæ damno in contractu, quando conſtat, quamuis eſſent adhibitæ ſolemnitates, tamen ei competit remedium ſpolij.*

81 *Prælati ratificatio contractus alienationis rerum Eccleſiæ, ſi fiat ſine ſolemnitatibus, quæ requiruntur in ipſa alienatione nullius eſt momenti.*

DECISIO XCIV.

SENTENTIA Rotali pronunciatum fuit, Reuerendiſſimum D. Archimandritam nomine Eccleſiæ S. Saluatoris, reintegrandum eſſe ad poſſeſſionem tenimenti, ſeù feudi de Salico, & hodie hanc ſententiam confirmandam eſſe Domini reſponderunt.

Validitas enim non controuertebatur, & iuſtitia ſatis innoteſcere viſa fuit ex doctè, & luculenter deductis in tribus deciſionibus in hac cauſa coram R.P.D meo Veroſpio emanatis,* Extrema quippe ſunt plenè inſtificata, ſcilicet antiqua poſſeſſio Eccleſiæ S. Saluatoris, & recens poſſeſſio Ferrantis de Ioenijs, & eius Authorum, & vt in 1. & 2. deciſione oſtenſum fuit, & exceptiones deductæ pro iiſdem Ioenijs benè fuerunt ſublatæ in poſtrema deciſione R. P. D. mei Veroſpij, atque hodie iterum coram me.

Tota autem difficultas in eo poſita erat, quòd Eccleſia videbatur cecidiſſe à poſſeſſione facto ſuo,
1 & ex Contractu proprio, quo caſu † non intrat, remedium *Can. reintegrand. 3. quæſt. 1.* pro recuperanda poſſeſſione, ſibi enim debet imputare
2 damnum † ex propria culpa proueniens ita ſcripſerunt *Ripa in cap. ſæpe num. 27. de reſtit. ſpoliat. Soccin. in l. rem quæ nobis num. 8. ff. de acquir. poſſeſſ. Alex. conſ. 90. num. 5. lib. 1. Surd. conſ. 49. n. 2. Rota apud Caputaq. deciſ. 170. num. 2. & deciſ. 172. num 6. par. 3. & diuerſ. deciſ. 131. num. 1. & 132. num. 1. part. 1. & deciſ. 473. nu. 2. par. 2. recent.*

Quæ concluſio cum tunc demum vera ſit, quoties factum illud eſt iuſtum, validuſq; Contractus,
3 quia ſi quis ex cauſa † iniuſta & actu nullo poſſeſſionem amittat, adhuc datur reintegratio, vt deſumitur *ex text. d. Can. reintegranda 3. quæſt. 1.* ibi, *Per quaſcumque iniuſtas cauſas res Eccleſiæ, aut ſubſtantias ſuas perdidiſſe*, & animaduerterũt *Abb. in c. ad Sedem num. 28. de reſtit. ſpol. Butr. in c. ſæpè nu. 12. eodem tit. Alex. conſ. 200. num. 1. lib. 2. bene Honded. conſ. 23. num. 40. & 52. lib. 2. Gail obſeru. 75. num. 19. lib. 2. D. Galuan. conſ. 19. num. 6. Surd. conſ. 28. num. 58.* qui monet perpen-
4 dendam † eſſe iuſtitiam deiectionis è poſſeſſione actoris nõ autem iuſtitiam, aut vitium poſſeſſionis Rei, quod etiam obſeruat *Peregr. in c. conſultationibus num. 13. verſ. & aduertatur de offic. deleg.* Eccleſia enim, & minores quibus eſt interdicta alienatio bonorum niſi præceſſerit cauſa legitima, cum non poſſint, nec animo ſuam dimittere poſſeſſionem, hinc ſequitur, quòd ex Contractu in-
5 iuſto, & nulliter inito Eccleſia, & minor nec † etiã cadunt à ſua poſſeſſione, & illam non transferunt in contrahentem licèt ſecus in alijs Ideòq; nomi-
6 ne Eccleſiæ nedum peti poteſt reintegratio † ad rem alienatam, vel ex conditione legis, vel ex Canon reintegranda, vel ex offitio Iudicis, vt magiſtraliter docuit *Bart. in l. 1. §. ſi vir. vxori nu. 3. & ibidem Crot. nu. 20. ff. de acquir. poſſeſſ. Soccin. in l. rem quæ num 9. ff eodem Menoch. de recuper. remed. 17. num. 15. Honded. d. conſ. 23. num. 56. lib. 2. Mareſc. var. reſ. lib. 2. in cap. 25. nu. 24. Rot. apud Caputaq. deciſ. 170. num. 3. & ſeqq. & 182. num. 7. par. 3. & fuit dictum in Neapolitana ſpolij 3. Iunij 1601, coram bo. me. Card. Lancellotto impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 103.*
7 Sed etiam ratione poſſeſſionis † ſemper permanẽtis penes Eccleſiam, cui ex facto Rectoris præiudicari non poteſt, competit interdictum retinendæ poſſeſſionis, tàm Prẹlato ſucceſſori, quàm etiam
8 ipſi alienanti † agenti tamen nomine Eccleſiæ, *c. litteræ, & ibi Abb. num. 3. de dilat. Rot. apud Caputaq. deciſ. 182. num. 9. par. 3. & coram Card. Seraphin. deciſ. 1417. num. 3. notantq. Adden. ad S. mem. Greg. XV. deciſ. 116. nu. 5. & in Aquilana bonorum 17. Iunij 1624. coram bo. me. Remboldo apud Modern. Peruſ. in tractat. de manut. dec. 11. num. 2. & fuit latè deductũ in Colimbrien. Præſtimoniorum 10. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. coram R.P.D. meo Dunozetto, & 27. Iunij 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Propterea Ioenij pro fulcienda iuſtitia Contractus, quo ipſi nituntur, & ex quo Eccleſiam S. Saluatoris deiectam fuiſſe è poſſeſſione contendunt itaut non ſit reintegranda, deducebant in diſputationibus habitis in priori inſtantia titulum præſumptum, hodie autem coram me titulum etiam expreſſum addiderunt.

Præſumptus titulus deſumebatur ex curſu tẽporis, quo ab anno 1552. vſque in præſens Eccleſiæ S. Saluatoris per Ioenios aſſeruntur factæ ſolutiones vnciarum 89. monetæ, quolibet anno, ratione feudi, de quo agitur per eos poſſeſſi, ex quo temporis lapſu videbatur inducta præſcriptio iuſti tituli emphiteotici: ſeu feudalis, hincq; etiam re-
9 ſultare præſumptionem, † quòd interuenerit beneplacitum Apoſtolicum, atque aliæ ſolemnitates, necnon vtilitas contractus in fauorem Eccleſiæ *iuxt. gloſ. in cap. peruenit de empt. & vend. Alex. conſ. 7. num. 8. lib. 4. Felyn. in c. illud num. 6. de teſt. & pluries dixit Rot. apud Cardin Seraphin. deciſ. 1125. num. 3. & deciſ. 1174. num. 3. & diuerſ. deciſ. 221. nu. 3. par. 4. & in recent. deciſ. 684. nu. 1. & 2. & in Mediolenen. reſciſſionis permutat. 10. Iannarij 1597. coram bo. mem. Card. Pamphilio apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 113. n. 3. & 4.* Adeout, is qui detinet rẽ Eccleſiæ releuetur ab o-
10 nere probandi vtilitatem Contractus, † & ipſi Eccleſiæ contrarium dicenti incumbat iuſtificare damnum, & nullitatem alienationis plenè, & concludentur, vt ſcripſit *Bald. in cap. 1. ſub num. 7. de his, qui feud. dar. poſſ. Abb. conſ. 41. ſub num. 2. par. 1. Pariſ. conſ. 24. nu. 5. lib. 4. Menoch. conſ. 114. num. 7. & 14. & dixit Rota diuerſ. deciſ. 78. num 3. par. 2. & deciſ. 221. num. 1. & 2. par. 4. & in rec-*

deciſ.

Digitized by Google

deciſ.201. num.5. par. 1. ac deciſ.684. nu.2. par.2. & poſt Cinc. de cenſ. deciſ.30. nu.4.

Expreſſus verò titulus modo exhibitus, eſt inſtrumentum conceſſionis iſtius tenimenti, factæ ab Eccleſia, iure emphyteotico Spataforis, ex quo apparet, quòd à Paulo Tertio conceſſa fuit Prælato facultas alienandi hoc feudum, quatenus in euidentem vtilitatem Eccleſiæ reſultaret alienatio, ſu-
11 per quo cum cognouiſſent Iudices delegati, † & pronunciaſſent conſtare de vtilitate, deuentum fuit ad alienationem, pro qua idcirco ſtat iuris præſumptio *Soccin. ſen. conſ.15. nu. 27. lib.1. Capic. dec.16. nu.4. Rot. apud Card. Seraph. dec.1174. num 2. & diu. dec.22. nu.4. par.4. & in rec. dec.625. num.5. par.1. & dec.684. nu.1. par.2.*

Verùm Domini cenſuerunt neutrum ex prædictis titulis ſuffragari Ioenijs contra Eccleſiam Sancti Saluatoris.

Non quidem prodeſſe poteſt primus, nempe titulus præſumptus, quia vltra quòd aſſertæ ſolutiones patiuntur plures defectus vt in deciſione vltima R.P.D. mei Veroſpij, lapſus temporis annorũ
12 40. † qui eſt neceſſarius in præſcriptione contra Eccleſiam, *c. de quarta de præſcr. cum vulg.* imò neque triginta annorum eſt integer, & completus, prout requiritur. Viuente enim Prælato alienan-
13 te nõ † currebat præſcriptio, quia quemadmodum ipſe fuit in culpa, & dolo, dum enormiter læſit ſuã Eccleſiam per iniuſtam alienationem, ita etiam ſuſpicari licet de eodem, vt potius ſuum contractum, quam ſuam Eccleſiam tueri voluerit, & labi tempus permiſerit intutamq. bonorum CHRISTI
14 ſocorditer ſuſtinuerit; & hac de cauſa tẽpus † ſupputañ eſſe à die obitus Prælati irritè contrahentis ſancitum fuit in Concilio Toletano 9. relato per Gratianum *in c. ſi Sacerdotes 16. quæſt. 3.* & reſcripſit Gelaſius Papa Epiſcopis Dardaniæ, *vt in c. poſt quingentos 16 d. quæſt. 3.* & tradunt *Innoc. in c. tam ex litteris nu.1. & ibid. Abb. num.10. de reſt. in integr. Felin. in c.1. nu.10. de præſcr. Guidop. deciſ.150. & 16. nu.2. latè Coſta de facti ſcientia, & ignor. diſt.78. n.3. & ſeqq. & diſt.80. n.66.* vbi poſt Bald. ait, quòd ſubducitur tempus vitæ Prælati illicitè alienantis, quia is non videtur Prælatus, & legitimus defenſor, quoad illam rem, &
15 cum dereliquerit † ſuam Eccleſiam, cenſetur illa vacare toto tempore vitæ huiuſmodi Prælati, *& dixit Rota coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 445. nu.8. & in Lucana bonorum 9. Decemb. 1609. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio.*

Quòd eò magis amplectendum videtur in caſu præſenti, quia contra alienantem multa deducunt informantes, vt in ſumm. num.8. Iuncto etiã quòd feudum alienauit in patrem. Vnde inſurgit maior
16 fraudis, & doli ſuſpicio † cum ſemper contractus Prælati de bonis Eccleſiæ cum conſanguineis ſint ſuſpecti, *vt ait Greg. VII. in c. peruenit 1. quæſt. 3. & ibi gloſſ. in verb. grauius. Bart. in auth. quibuſcumque. nu.4. de ſacroſ. Eccleſ. Abb. conſ.41. nu.1. verſ. ſecundus defectus par.1. Barbat conſ.17. n.4. lib.4. Rota apud Caeſ. de Graſſ. deciſ. 4. num.1. de reb. Eccleſ. non alien. & deciſ.181. num.5. & deciſ. 720. num.1. par.1. ac deciſ.65. nu. 18. par. 2. diu. & coram Card. Seraph. deciſ.1125. n.6. apud Cinc. de cenſ. deciſ.36. nu.11. & in recen. deciſ.430. n.7. par.2. & coram Put.* qui refert Conſtitutiones Põtificum prohibentes alienationes in cõſanguineos *deciſ. 2. lib. 1. & in Nucerina prædij 3. Martij 1614. & 7. Febr. 1620. coram bo. me. Card. Sacrato, & in ead. 29. Maij 1624. coram me.* Vnde cum ſolutiones incœperint de anno 1552. Prælatus verò diem clauſerit extremum de anno 1554. & lis fuerit inchoata de anno 1580. vtique lapſi dumtaxat fuerunt anni 26. & ſic 14. deficiunt ad complendam præſcriptionem 40. annorum, duo autem, in omnem euentum deficiunt anni, ad complendã
17 tempus 30. annorum, † quòd requiritur ad inducendam præſumptionem beneplaciti Apoſtolici, *Rot. dec.160. nu.6. par.2. & diu. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ.362. nu.6. & in recent. deciſ.568. nu.5. in fin. par.4. & in Valentina Baronia 4. Iulij 1603. coram Ortemb.*

Nec amplius eſſe ambigendum viſum fuit, quin verè de anno 1580. fuerit inchoata lis, quia ipſemet emptor, ſiue illius hæredes commiſſionem impetrarunt vna cum inhibitione, quæ quando etiã non fuiſſet executa, & ad notitiam Prælati nõ perueniſſet, adhuc tamen ſecundùm opinionem Rotæ
18 dicitur inducta lis ad † effectum interrumpendi præſcriptionem reſpectu illius, qui procurauit cõmitti cauſam, & inhibitionem obtinuit, quicquid ſit reſpectu citandi. ita dixit *Rot. apud Caſſad. deciſ.6. num.3. & 4. & nu. 14. ſuper reg. Cancell. Put. deciſ. 385. num.2. lib.3. in correct. Mohed. deciſ.5. num.1. de cauſ. poſſ. & propr.* vbi quòd hoc eſt ſecundùm practicam, quam Rota ſeruat *Creſcen. deciſ.12. eod. tit. Rot. deciſ.4. nu.2. vt lit. pend. in antiq.* & tradunt *Gomeſ. ſuper reg. de triénn. q.56. num.4.* vbi plures alias deciſiones refert *Menoch. de arbitr. iud. caſ.202. nu.8. Gratian. diſcc. forenſ. cap.66. n.27. & 28.* qui teſtatur de veriori opinione contra Pariſ. *Lancell. de attent. par. 2. cap.4. num.35. & ſeqq. vbi nu.41.* firmat ſatis eſſe commiſſionem fuiſſe obtentam per Procuratorem Poſ-
19 ſeſſor enim committens † cauſam ſuper iactationibus factis indicat ſe dubitare de iuribus ſuæ poſſeſſionis, & quòd animus eius fluctuat circa titulum quo poſſidet, cum exiſtimatione mentis, quod nõ
20 ſit iuſtus, qui quidem timor † vulnerat illius conſcientiam, & excitat ad perquirendum ſuper iuſtitia contractus antecedentis, & ſic non poteſt dici, quòd tranquillè poſſideat, & quod ſit in bona fide,
21 quæ vbicumque deficit, & ex † ſollicitudine conſcientiæ, quòd res ſit aliena, vel iniuſtè poſſeſſa, mala inſurgit fides, quocumque modo illa ſuper-
22 ueniat, & ex † quocumque actu apto illam inducere, ſemper de Iure Canonico interrũpitur præſcriptio *arg. cap. final. de præſcrip. & tradit Bald. in l.2. nu.7. C. de ſeruit. & aqu. Rimin. iun. conſ. 205. nu.26. Put. deciſ.385. nu. 1. par.3. Barboſ. in l. ſicut num.275. C. de præſcript.* Sufficitq. hanc
23 malam fidem colligi ex præſumptionibus, † & cõiecturis, cum illa in animo conſiſtat, *Abb. conſ.19. nu.2. verſ. nam mala fides lib.2. Ruin. conſ. 170 in fin. lib.1. Vaſq. illuſtr. quæſt. cap.73. nu.18. Barboſ. in rubr. C. de præſcr. nu.252. & 337.*

Hic autem amplius habemus expreſſam confeſſionem rei conuenti in commiſſione ſubrogatoria,

quod

quòd citatio cum inhibitione fuit executa, & quòd
24 lis fuerat introducta in Rota, quæ confeſſio † ple-
nè probat contra confitentem, & habentes cauſam
ab eo, vt in ſpecie de confeſſione ſimili facta in
commiſſione *est Creſcen. deciſ. 2. de iud.* ipſeq. reus
vſus eſt tali commiſſione illam producẽdo, & ideo
25 cenſetur eamdem † irreuocabiliter approbaſſe, &
in ea contenta *Rota deciſ. 419. nu. 7. par. 1. recent.*
Ex quibus etiam tollitur, quòd dicebatur com-
26 miſſionẽ ſuper iactationibus, & ex remedio † *l. diſ-
famari. C. de ingen. & manum.* non inducere litem
ad effectum interrumpendi præſcriptionem iuxta
opinionem *Felin. in cap. illud. num 10. de præſcr.*
27 Felinus enim verè hoc non † dicit, vt obſeruat *Caſ-
ſad. dec. 6. num. 14. ſuper reg.* & quatenus diceret
reprobatur hæc ſententia per *Claud. de Seyſell. in
l. naturaliter. nu. 35. verſ. tamen contrarium. ff. de
vſucap. & Caſſad. d. deciſ. 6. num. 14. ſuper reg.* eſt
28 enim lis † vera, quæ intentatur ex *d. l. diffamari,*
quia concurrũt requiſita nempe actor, reus & Iu-
29 dex, & diffamatus † licèt ſit actor in probandis ia-
ctationibus tamen reuera eſt reus, vt voluit *Bald.
in l. diffamari, nu. 8. C. de ingen. & manumiſſ. &
ibidem Cagnol. nu. 9. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 18.
num. 4. Gratian. diſc. 85. nu. 1.* Dumq. impetrat hu-
30 iuſmodi commiſſionem ſibi ipſi videtur † mouere
litem, ſeq. laceſſere ad proferẽdam in iudicio qua-
litatem ſui tituli, vt per *Gomeſ. ſuper reg. de trienn.
quæſt. 56. nu. 6. & quæſt. 61. nu. 19. & 20.* de qua
31 lite cum ſit certus † tanquam ſibimetipſi mota,
non eſt opus, vt ex alijs actibus amplius certiore-
tur *iux. tradita per Lancell. de attent. par. 2. cap. 4.
in præfat. num. 40.*
Sed ex abundanti quatenus commiſſio hæc non
inſeruiret pro lite inſeruit tamen ad inducendam
confeſſionem Ioenij, quòd Archimandrita ſucceſ-
ſor iactabat, & extraiudicialiter profitebatur ſe
auocaturum bona ab Annibale perperam aliena-
32 ta, quæ quidem extraiudiciales † interpellationes,
ac moleſtiæ ſufficiunt ad impediẽdam præſcriptio-
nem ſaltem de Iure Canonico, *iuxta tradita per
Butr. in cap. grauis. nu. 11. in fin. de reſt. ſpol. Abb.
in c. vt debitus. nu. 11. de appell. Dec. conſ. 272. ſub
num. 11. Rota coram Reuerendiſſ. D. meo Decano
deciſ. 362. nu. 2. & deciſ. 172. nu. 6.*
Hoc enim iure attento requiritur omnino bona
33 fides, † tàm ad inchoandam, quàm ad continuan-
dam, & perficiendam præſcriptionem, vt conſtat ex
*Canon. Concil. Lateran. ſub Innoc. III. relato in
cap. fin. de præſcrip. & ex regula poſſeſſor. de reg.
iur. in 6. Honded. conſ. 82. nu 39. lib. 1. Gratian,
diſcept. for. cap. 403. nu. 14. & 23.* vbi quod ſufficit
34 † ceſſare bonã fidem per minimum temporis ſpa-
tium, *Molin. de iuſt. & iur. diſp. 63. per tot. Rot.
dec. 164. nu. 3. par. 2. recent.* quæ fides in poſſeſſo-
ribus hic multum labefacta videtur ex iiſdem actis
geſtis à Ioeneijs.
Nec ſuffragatur motiuum quòd poſtquam com-
miſſa fuit hæc cauſa de anno 1580 coram bo. mem.
Cardinali Scipioni Lancellotto nihil deinde am-
plius geſtum fuerit, & ideo per ſpatium 30. anno-
35 rum dato etiam, † quòd fuerit inducta lis, dicatur
poſtea extincta *Card. Seraph. dec. 1027. nu. 14. &
1085. nu. 6. & coram Put. deciſ. 516. lib. 2. & diu.
dec. 110. lib. 2. par. 3.* Poterat enim is qui mouit li-
36 tem † tacitè renunciare liti, & ex acquieſcentia
per tantum tempus reſultat renunciatio ex ſupra-
dictis,
Quoniam ex confeſſionibus eorumdem de Ioe-
nijs apparet, quòd non habuerunt in animo renun-
ciare liti, cum pluries oppoſuerint de hac penden-
tia litis, & proteſtationes fecerint in Monarchia
Siciliæ, vbi etiam enunciarunt commiſſionem, &
inhibitionem, ac profeſſi ſunt pendere cauſam, qui
37 quidem † actus etiam geſti coram Iudice incom-
petente declarant voluntatem, & animum agen-
tium, *ex Bart. in l. gerit. nu. 18 ff. de acquir. her.
Pariſ. conſ. 7. nu. 27. lib. 3. Rot. coram ſan. me. Greg.
XV. deciſ. 287 nu. 10. & dec. 476. nu. 3.* & inter-
38 rumpunt etiam præſcriptionem † non obſtante in-
competentia Iudicis non quidem virtute rei iudi-
cialis, ſed propter malam fidem, quæ exinde colli-
gitur ita docuerunt *Abb. in c. vt debitus nu. 10. de
appell. & in c. illud. nu. 24. vbi etiam Felyn. n. 27.
de præſcrip. idem Abb. conſ. 19. num. 2. par. 2. Dec.
in c. at ſi Clerici. num. 110. de iud. Gemin. conſ. 78.
nu. 3. Rip. in rubr. de cauſ. poſſ. & propr. nu. 39. Ca-
ball. conſ. 89. nu. 18. lib. 2. D. Facchin. controu. iur.
lib 11. cap. 71. verſ. ſexto adducitur, & dixit Rot.
coram Put. dec. 385. lib. 3. & coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano dec. 172. nu. 6. & deciſ. 632. nu. 1 & in
Conchen. parochialis 14. Iunij 1600. coram Penia*
& his etiam accedunt aliæ reſponſiones datæ in vl-
tima deciſ. R. P. D. mei Veroſpij quę, & adhuc Do-
minis placuerunt.
At hodie, quoad hunc titulum præſumptum ceſ-
ſare omnem difficultatem DD. exiſtimabant, cum
Ioenij produxerint titulum expreſſum, qui cum
inſufficiens ſit, ac vitioſus, vt infra oſtendetur ceſ-
39 ſat † præſumptio alterius tituli ſufficientis, & quę-
libet alia præſumptio ex lapſu temporis deducta,
vt dixit *Rota in dec. 208. nu. 7. in fin. par. 4. recent.
& coram bo. me. Card. Caual. dec. 513. nu. 2. & in
Valentina Baroniæ 5. Iulij 1603. coram O temberg-
go, & in Placentina decimarum 28. Maij 1629. co-
ram Reuerendiſſ. Vrgellen.*
Titulus vero poſitiuus, quem modo coram me
produxerunt Ioenij nempe inſtrumentum aliena-
tionis factæ in Spataforam, à quo ipſi cauſam ha-
bent, minus ſuffragari videtur, quoniam peccat in
pluribus.
Beneplacitum enim Apoſtolicum non fuit legi-
timè executum.
Iniuſta fuit confirmatio Iudicum cõmiſſariorũ.
Et idem beneplacitum eſt ſubreptitium, & ob-
reptitium.
Falſaq. eſt cauſa in inſtrumento alienationis in-
40 ſerta, & ſic titulus eſt omnino iniuſtus † adeout
nedum non ſuffragetur ad excludendum remedium
Can. reintegranda 3. q. 1. vt ſupra in princ. deciſ.
fuit probatũ, ſed nec illius exceptio videretur ad-
41 mittenda, dum non eſt vndequaq; patens, † & cla-
ra itaut nihil poſſit opponi, *iux. trad. per Gabr.
conſ. 51. nu. 17 in fin. lib. 1. Rot. dec. 741. num. 4. &
734. nu. 5. par. 2. recen.* prout non eſſe talem ap-
42 paret exceptionem propoſiti tituli, quia † nullus
eſt, & irreleuans, dum non fuit ſeruata forma lit-
terarum Apoſtolicarum, ſi in euidentem, *c. dilecta.*
de

*de reſcript. Abb.conſ.41. in princ. par.1. Card. Se-
raph.deciſ.337.nu.6. & dec. 1195. nu. 2. & in re-
cent.dec.614. nu.2. par.1. & deciſ.676. n.5. par.2.
& in Romana domus 10. Aprilis 1630. coram Re-
uerendiſſ.Vrgellen.*

Non rectè fuit executũ beneplacitum Apoſto-
licum, quia Paulus Tertius cõmiſit executoribus,
vt perquirerent ſuper vtilitate huiuſmodi contra-
ctus, & nullus proceſſus fuit fabricatus, nec im-
pleta iniuncta perquiſitio; Vnde ſententia Iudicum
43 † commiſſariorum tanquam ex actis, non iuſtifi-
cata, & ſine neceſſarijs probationibus prolata, non
eſt attendenda, vt dixit *Rot. dec.160. nu.7. par.2.
diu. & dec.624. nu.4. par.2. recent. & coram bo.
me. Card.Canal.deciſ.215. nu.4. & in d. Romana
domus 19. Aprilis 1630. coram Reuerendiſſ. Vrgel-*
44 *len.* & ſuper vtilitate exacta † in alienatione bono-
rum Eccleſiæ non ſtatur aſſertioni partium, nec
executorum, dum iudicialiter procedere teneban-
tur *iuxt. Bellam.dec.677. Rot. deciſ.752. n.3. par.1.
& dec.209. nu.3. ac dec.597. nu.2. par.4. diu. &
poſt Cinc. de cenſ.dec.27. nu.4. dec.36. nu.3. & 9.
ac dec.37. nu.6. & 7. & poſt Modern. de manut.*
45 *dec.11. nu.5.* ſed de ea conſtare † debet per plenas,
& legitimas probationes, præuia cauſæ cognitione,
& diſcuſſione iudiciaria, vt latè firmatur *in d. de-
ciſ.36. & 37. poſt Cinc.de cenſ. & in alijs præalle-
gatis*, adeout Teſtes in ſummario iudicio exami-
46 nati ad probandam † euidentem vtilitatem Eccle-
ſiæ in controuerſiam deductam, non ſufficiant, vt
cenſuit *Rot. in dec.463. num.1. par.1. diu. ac deciſ.
210. nu.2. par.4.*

Et quamuis attenta clauſula, conſciẽtias veſtras
47 oneramus † quandoque poſſint Iudices Commiſ-
ſarij ſe extraiudicialiter informare ex traditis per
*Lap. alleg.15. nu.8. Bald.in l.1. nu.11. C.ſi per plu-
res &c. & conſ.298. nu.7. lib.1.* vbi tamen monet
48 † conſcientiam debere proficiſci non de capite tã-
tum Iudicis, ſed ex vtero legis in ea figendo pedes
*Menoch.de arbi.iud. lib.1. quæſt.17. nu.14. Lancel.
de attent. par.2. cap.12. limit.10. num.8.*

Tamen hic adſunt etiam aliæ clauſulæ nempe
49 clauſula ſer. ſer. quæ æquipollet clauſulæ, † vocatis
vocãdis, & imponit onus aſſumendi partes Iudicis,
& cõfitendi publica documenta, itaut non ſufficiat
extraiudicialis informatio, prout in terminis huius
clauſulæ ſeruatis ſeruandis dixit *Rot.dec.209. nu.3.
par.4. diu. & in dec.11. nu.5. poſt modern. Peruſ.
de manut. atq. in dec.36. nu.3. ac dec.37. nu.4. poſt
Cinc. de cenſ. & in Placen. decimarum 28. Maij
1629. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

50 Necnon etiam clauſula ſi vobis † cõſtiterit, quæ
pariter tribuit cauſæ cognitionẽ, & legitimas pro-
bationes, ac iudicialem proceſſum exigit *Abb. in
c. conquerente. nu.9. de reſtit. ſpol. Card. Seraph.
deciſ.601. nu.3. Rot. d.dec.36. nu.6. & dec.37. n.5.
poſt Cin.de cenſ. ac dec.11. num.5. poſt modern. Pe-
ruſ. de manut.*

Ex quibus clauſulis ſatis modificatur clauſula
51 † conſcientias veſtras oneramus, quaſi dixerit Pa-
pa, iudicialiter procedatis, & vti Iudicũ cõnſcien-
tias veſtras oneramus, regulando veſtrum iudiciũ
cum legitimis probationibus, vt benè admonuerũt
*Alexan.conſ.218. nu.1. lib.2. Iaſ. in l. certum. nu.19.
C. vnde legit. Io. Bapt. Aſin. in prax. §.7. cap.5. li-
mit.6. nu.5. & confert præalleg. doctr. Bald. d. conſ.
298. nu.7. lib.1.*

Iniuſta quoque, & irrita apparet confirmatio
facta per Iudices prædictos Commiſſarios, quia
nedum deficit legitima probatio circa euidentem
vtilitatem illius contractus ſuper qua potiſſimum
52 conſiſtit † validitas contractuum Eccleſiæ, & de-
bet eſſe certa, atque indubitata, itaut dubia vtili-
tas nec ſuffragetur *Abb. in d. cap. ad aures. nu.4. de
reb. Eccleſ. non alien. Honded. conſ.37. nu.9. lib.2.
Rot. apud Ceſ. de Graſſ. dec.4. nu.7. eod. tit. & diu.
dec.65. nu.19. ac dec.160. nu.2. par.2. ac dec.607.
nu.1. par.1. & in recen. dec.544. num.1. par.1. &
deciſ.730. nu.3. par.2. & poſt modern. Peruſ. de
manut. dec.11. nu.8.* ſed potius conſtat de damno
Eccleſiæ, nam ex pluribus locationibus deprehẽ-
ditur, quòd paſſim hoc tenimentum locabatur pro
vncijs monetæ 100. & 120. & tamen dum fuit per-
petuo alienatum ſolum fuerunt aſſignatæ vnciæ 80.
monetæ, & ſic patens eſt damnum in vncijs 20. &
53 40. monetæ, quæ locationes † licèt per ſe ſolæ re-
gulariter non probent verum valorem, tamen ad
dignoſcendam vtilitatem, vel damnum contractus
Eccleſiæ benè deſeruiunt, cum homines non ſoleãt
54 † eſſe fatui in conducenda re pluris, quam valeat,
& ſine ſpe certi lucri, vt in his terminis dixit *Rot.
deciſ.65. nu.16. & ſeqq. par.2. diu. & in Anconi-
tana bonorum 2. Martij 1584. coram Bubalo, &
in Cortonen. bonorum 28. Martij 1588. coram
Platto. & in Romana domus 19. Aprilis 1630. co-*
55 *ram Reuerendiſſ. Vrgellen.* diciturq. † contractus
non vtilis Eccleſiæ, ſed damnoſus quotieſcumque
non plus illi datur, quàm ſit ſolita percipere, *Dec.
conſ.142. num.5. Redoan. de reb. Eccleſ. non alien.
rubr. de cauſ. cognit. nu.171. & dixit Rota in præ-
alleg. Romana domus coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Augeturq. hoc damnum, attento quod in prædi-
ctis locationibus non transferebatur iuriſdictio in
conductores, quæ tamen translata fuit in hac per-
petua alienatione, quòd eſt multi momenti, quia
56 bona † allodialia æſtimantur in redditu quinque
pro centenario, iuriſdictionalia verò ad rationem
57 duorum cum † dimidio circiter, vt cenſuit *Rota
apud Card. Seraph. deciſ.1030. nu.3. & in Viter-
bien. Caſtrorũ 11. Maij 1612. coram bo.me. Card.*
58 *Sacrato*, & ſic videmus paſſim, † quòd pro calcu-
lando legitimo pretio, ac valore bonorum iuriſdi-
ctionalium, non attenditur fructus ille pecuniarius
ſolùm, ſed conſideratur iuriſdictio, & præeminen-
tia dominationis.

Non fuit etiam legitimè executa prædicta con-
firmatio, & ſententia Iudicum Commiſſariorum,
quia in venditione conceſſa fuit Scipioni emptori
facultas francandi, quæ tamen non aderat in ſen-
tentia, & hæc quoque damnum adauget, quia hu-
59 iuſmodi † facultas æſtimatur tanquam pars pretij,
Pariſ. conſ.65. nu.15. lib.1. Neuiz. conſ.91. num.7.
& diminuit valorum ſaltem in 6. parte, *vt fuit re-
ſolutum coram Card. Seraph. deciſ.1063. n.5. & 6.
& in recen. dec.563. nu.5. par.2.*

Obreptio pariter, & ſubreptio vitiat beneplaci-
60 tum † Apoſtolicum, quia Papæ non fuit narratum
extitiſſe oblatorem pinguiorem conditionem pro
Ec-

Digitized by Google

Eccleſia præſtantem, quod ſi ſciuiſſet, vel faculta-
tem prædictam non conceſſiſſet vel difficilius con-
61 ceſſiſſet, † & ideo ſubreptionem inducit maximè
attendendam dum eſt circa vtilitatem, vel damnũ
Eccleſiæ, vt dixit *Rot. apud Card. Seraph. dec. 508. nu. 9. & 10. & deciſ. 1174. nu. 7. & in dec. 160. n. 3. par. 1. diu.* immo Papæ fuit narratum, quòd nemo
alius comparuerat, qui meliorem offerret condi-
tionem, quod falſum erat, vnde expreſſior oritur
nullitas contractus, & in Prælato dolus negari nõ
62 poteſt, † dum prætermiſit cõtractum Eccleſiæ vti-
liorem, & ſanguinis illecebris allectus meliorem
conditionem ab alio oblatam reſpuit, & patri, in
damnum Eccleſiæ alienationem fecit immemor
63 officij, quòd † gerit tutoris rerum Eccleſiæ, *cap. ſine exceptione 12. quæſt. 2.* ibi vt meliora proſpi-
ciat, & ibi eligat, quòd non ſit dubium profuturũ,
& poſt gloſ. in c. quicumque. 12. q. 3. & ibid. Archid. Card. Turrecrem. & alios ſcitè explicat *Pater Comitul. reſponſ. moral. lib. 3. quæſt. 19. num. 7. per tot. Rot. deciſ. 360. nu. 5. par. 1. diu.*

Hic autem nedũ maior oblator præceſſerat, ſed
imò abſolutus emanauerat vẽditionis contractus,
quia idem Annibal Archimandrita die 8. Martij
1545. hæc eadem bona vendiderat Franciſco Ma-
riæ patruo, qui patruus in inſtrumento promiſerat
retrouendere Eccleſiæ hæc bona reſtitutis pecu-
nijs, quod pactum de retrouendendo in fauorem
Eccleſiæ augebat pretium, & meliorem faciebat
ipſius concedentis conditionẽ pro rata ſextę partis
valoris quemadmodum aliud adiectum in fauorem
Scipionis diminuit pro eadem rata iuxta prælle-
gatas deciſiones, & ſic in duplũ hinc augetur de-
trimentũ Eccleſiæ; in contractu inito cũ Franciſco
Maria Prælatus reſeruauerat ſibi ſuperioritatẽ, &
iuriſdictionẽ in vaſſallos in hac vero cõceſſione fa-
cta Scipioni patri totã à ſe abdicauit, & in eũdẽ
patrem tranſtulit; pactumq. affrancãdi appoſitum
in fauorem Eccleſiæ fuit retortum in eiuſdem Ec-
cleſiæ damnum, & ſtipulatum in fauorem patris;
conceſſio facta Frãciſco Mariæ erat pro vncijs 80.
auri, & alijs mille iure gallicarum erogandis pro
fabrica Eccleſiæ cum pacto expediendi beneplaci-
tum ſumptibus eiuſdem; conceſſio vero facta patri
eſt pro vncijs 80. monetæ & mille ſimilibus iure
gallicarum quę ferè omnes erogatæ fuerunt in ex-
tinctionem æris alieni particularis ipſius Prælati,
non autem in beneficium Eccleſiæ nempe pro bul-
lis, pro collectis, & pro penſione debita Cardinali
64 à Valle, quarum impenſarum † onus ſpectabat ad
Prælatum non autem ad Eccleſiam, prout de ex-
penſa bullarum tradit *Franch. in c. cupientes. §. cũ hæc de elect. in 6. Boer. dec. 134. nu. 7. ante fin.* de
collectis ſcripſit *Garz. de expenſ. & melior. cap. 11. nu. 47. & 56. ac 58. & c. 12. nu. 62.* ac de ſolutione
penſionis eſt deciſ. *Caſ. de Graſſ. 12. nu. 11. de præben. & Card. Seraph. dec. 66. nu. 3.* imò ſolutio pro
collectis nec etiam iuſtificatur, cum prætenſæ par-
titæ pro hac probatione exhibitę plures exceptio-
nes patiantur itaut vndequaque perniciosiſſima
Eccleſiæ detegatur hæc alienatio.

Neque dicatur contractum illum cum Franciſco
Maria non habuiſſe effectum, quia id culpa Præla-
ti accidit, licèt enim beneplacitum Apoſtolicum
ſuper primo contractu non fuiſſet obtentum, adhuc
tamen in fauorem Eccleſiæ ſuſtinebatur cõtractus
pro cuius obſeruantia, & pro impetratione bene-
placiti illius expenſis poterat Prælatus cogere, vt
in inſtrumento legitur, vbi etiam eſt pactum, quo
data fuit facultas Prælato, vt ſuis expenſis obtine-
ret beneplacitum, & deinde expenſas repeteret à
65 contrahente, & huiuſmodi † contractus claudicant
fauore Eccleſiæ, & ſolemnitatum defectus ſolùm
ab ea opponi poſſunt *Rot. apud Card. Mant. deciſ. 201. nu. 1. et in recent. dec. 34. nu. 5. par. 1. ac dec. 285. nu. 3. par. 2. et apud Cinc. de cenſ. dec. 264. n. 2. ac dec. 265. nu. 2.*

Ex quibus etiam ſublatum remanet obiectum
pro locnijs, nempe quòd cum in alienationibus
66 † perpetuis & conceſſionibus in emphyteuſim de-
trahatur ſexta pars valoris fructuum, quæ non de-
ducitur ex locationibus temporalibus, *auth. perpetua, et ibi Bart. num. 4. C. de ſacroſ. Eccl. Card. Seraph. dec. 1073. nu. 6.* Vtique ſi huic ſextæ parti
addantur vnciæ millæ ſolutæ per Scipionem iure
Gallicarum, necnon pretium lignorum cannarum,
& Mertillæ, ex his omnibus inſimul coacervatis,
reſultet valor æquans vel ſuperans valorem vncia-
rum 100. & 120. expreſſum in locationibus, & ſic
adſit vtilitas.

Quoniam prædicta non poſſunt reſarcire iacturã
prouenientem ex qualitate bonorum iuriſdictio-
naliũ, quæ in medietate conſiſtit, cum iuriſdictio-
67 nalia, vt dictum fuit æſtimentur † ad rationem duo-
rum tantùm cum dimidio pro centenario, allodia-
68 lia vero ad rationem † quinque pro centenario; in-
ſuper mille vncias apparet ex ſupradictis vel non
fuiſſe ſolutas, vel erogatas in extinctionem debito-
rum Prælati, nempe penſionis, collectarum, & ex-
peditionis Bullarum non autem in vtilitatem Ec-
cleſiæ. Cãnarum autem & lignorum pretium præ-
ſupponitur non aſcendere ad valorem vnius vncię,
& demum ponderando tot pacta præiudicialia Ec-
cleſiæ inſerta in inſtrumento cõceſſionis factæ Sci-
pioni patri, & omiſſionem aliarum pactionum vti-
lium eidem Eccleſiæ, quæ poſitæ fuerant in conceſ-
ſione facta Franciſco Mariæ, vt ſuperius fuit dedu-
ctum apparet damnum Eccleſiæ plurimum præpõ-
derare dictæ ſextæ parti, valori vnciarum mille, &
pretio lignorum, ac alijs ſupra expreſſis, & certũ
eſt, quod huiuſmodi pacta, & onera conſiderantur
69 tanquam pars † pretij contractus, & valorem rei
rei augent vel minuunt *l. fundi partem, vbi gloſſ. verb. vendidiſti. ff de contrah. empt. Tiraquell de de retract. conuent. in præfat. nu. 21. Menoch. conſ. 1174. num. 40. Surd. conſ 451. nu. 35. et 36. cum alijs per Giurb. ad conſuetud. Meſſanen. cap. 6. gloſſ. 12. num. 29.*

Non obſtat, quòd ſtante productione benepla-
citi Apoſtolici, & ſententia Iudicum Commiſſario-
70 rum, † & ſic interuentu ſolemnitatum non compe-
tat Eccleſiæ remedium Canonis *reintegranda 3. q. 1.* ſed via ordinaria, nempe rei vindicatione agen-
dum ſit *Bart. in l. ſi alienam. num. 3. et ibid. Caſtr. nu. 3. ff. ſol. matr. Natt. conſ. 288. nu. 3. cum alijs,*
71 quoniam neque ſolemnitates fuerunt ſeruatæ † cum
deficiat cauſæ cognitio, ac proceſſus iudicialis iun-
ctis alijs ſupra ponderatis, & quatenus adeſſent
ſolem-

ſolemnitates, tamen dum euidenter, & incõtinenti
apparet de non vtilitate, imò de damno, non ob-
ſtante beneplacito Apoſtolico obtento, & illius
72 † executione Eccleſiæ contractus remanet nullus;
duo enim copulatiuè requiruntur in alienatione
bonorum Eccleſiæ ad illius validitatem, ſolemnitas
73 ſcilicet, & vtilitas, † qua ceſſante, contractus eſt ip-
ſo iure nullus non obſtante beneplacito, & illius
executione *Card. Seraph. dec.508. et aliàs paſſim.*

Maiorq. & intolerabilior eſt defectus circa vtili-
74 tem, quàm circa ſolemnitates, † tota enim validi-
tas alienationis bonorum Eccleſiæ pendet ab vtili-
75 tate, & nihil aliud exigunt Pontifices, † & præ-
ſcribuntur ſolemnitates tanquam media ad inten-
tum vtilitatis finem aſſequendum, & ad euitandas
76 † damnoſas circumuentiones Eccleſiarum, *Rota apud Maut.dec.101. nu.5. et in recen.dec.624.n.3. par.1. et dec.730. nu.3. par. 2. recent.* dum autem
contractus eſt damnoſus, & etiam nullus, ex quo
deficit vtilitas Eccleſiæ, ipſa dicitur ſine iuſta cauſa,
& nulliter à poſſeſſione facti cecidiſſe, & ſemper in-
77 trat † æquiſſimum remedium Canonis *reintegranda 3.q.1.* vt conſuluerunt in his terminis alienatio-
nis bonorum Eccleſiæ, *Bertrand.conſ.448. num.4. lib.4. Surd.conſ.28. nu.91. et 92. et conſ.49. n.17. plenè Peregr.in c. conſultationibus. nu 16 et 17.de off. deleg. et dixit Rota apud Caputaq. dec.181. et 182. nu.8. par.3. et in recent.dec.473. nu.2. par.2.*

Bart. autem in l. ſi alienam.n.3.ff.ſol.matr. fate-
78 tur † quidem dari rei vindicationem, ſed non inde
inferendum eſt denegari aliud remedium Eccleſiæ
legitimè competens, prout eſt ſpolium, *et Caſtr. ibidem nu.3.* expreſsè admittit poſſe agere remedio
Canonis, ſiq. daretur remediũ reintegrationis vbi
in contractu non eſſent ſeruatæ ſolemnitates, quã-
uis de vtilitate conſtaret, multò magis debet idem
79 remedium competere, vbi conſtat de damno † Ec-
cleſiæ, quamuis eſſent adhibitæ ſolemnitates, pro-
ut hoc remedium ſpolij conceſſum fuit in *cauſa Aquilana bonorum 12. Iunij 1624. coram bon.me. Remboldo. quæ eſt impreſſ. poſt modern. Peruſ. de manut. dec. 11.* in qua deciſione recenſentur ferè
omnes nullitates, quæ in caſu præſenti concurrũt.
Quibus etiam benè confert concluſio in principio
80 deciſionis firmata, quòd in hoc † iudicio id tantũ
eſt attendendum, an deiectio è poſſeſſione ex iuſta,
vel iniuſta cauſa proceſſerit.

Nec quicquam verò releuat prætenſa ratificatio
contractus facta de anno 1548. per Prælatum, qui
alienauit, tùm quia non eſt de actis, tùm etiam quia
81 vti facta † ſine ſolemnitatibus, quæ requirebantur,
prout in ipſamet alienatione nullius eſt momenti,
iux.tradit.per Rotam dec.204. nu.7. & 10 par.4. diu. & in Placentina decimarum 18. Febr. 1630. coram Reuerendiſſ.Vrgellen.

Et ita vnanimiter per Dominos reſolutum fuit
ſententiam Rotalem eſſe cõfirmandam.

☞ * *Ideſt ſub diebus 18.Iunij 1634. & 7.Februarij 1635. & 22.Iunij eiuſdem anni. prima eſt poſita infra in Additione, prout in Indice in eius fine poſito, aliæ ſunt deciſiones 16. & 57. ſup. in hac ead. par.*

¶ *Infra in eadem cauſa adeſt altera deciſio ſub die 5. Maij 1636. coram R.P.D. Merlino.*

REV.^MO P.D. COCCINO DECANO.

Romana Tutelæ.

Die Veneris 15. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Pupilli, aut puellæ non ſunt educandi penès illos, qui ſunt eis in ſucceſſione ſubſtituti, & hoc propter malignam ſuſpicionem, quodq. procedit etiamſi in hoc concurrat voluntas paterna.

SVMMARIVM.

1 *Auus maternus habet de iure intentionem fundatam ſuper educatione neptum, etiamſi illarum mater ad ſecunda vota tranſiuerit.*

2 *Auus maternus, ſi velit penès eum educare neptes, & habitat cum filia, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, & vitricus per obitum dd. puellarum, ex perſona vxoris conſequuturus eſt legitimã, & ideo nõ ceſſat ſuſpicio captandæ mortis illarum.*

3 *Pupillus non debet educari penès eum, qui ei in ſucceſſione ſubſtitutus eſt, ob malignam ſuſpicionem.*

4 *L. vtrum ſiu. C. vbi pupill. educar. debet. habet locum in patruo, & quocumque alio conſanguineo.*

5 *Pupillus non debet educari penès ei ſubſtitutum, etiamſi in hoc concurrat voluntas patris.*

6 *Pater, ſi iubeat filium eius pupillum educari penès illum, qui ei ſuccedere debet, Iudex in hoc poteſt recedere à iudicio paterno.*

DECISIO XCV.

ORTA eſt controuerſia inter Antoniũ Guer-
ram Auum maternum iſtarum puellarum,
& Franciſcum Balzanettum patruum, apud quem
iſtæ puellæ deberent educari, in quo articulo dictus
1 auus maternus † habet de iure intentionem funda-
tam, etiam ſi mater ad ſecundas nuptias conuola-
uerit, *Pariſ. conſ.56. num.21 lib.1. Menoch. de arbitr. caſu 168 nu.4. Card. Seraph. deciſ. 1357.* nec
indiget, quòd nominetur *Bald. in conſ.423. lib. 2. Gabr.conſ.27. nu.13. & eſt doctr. Bart. in l. ſi quis ſub conditione nu.32. ff. de teſtamentar. tutel.* qui
quidem auus poſuit dd. puellas in Monaſterio Vr-
bis educandas.

Exaduerſo Franciſcus Balzanettus prætendebat
educationem, ex quo erat patruus, & relictus à pa-
tre dictarum puellarum coadiutor matris in tutela,
& dictus auus maternus habitat cum filia, quæ trã-
ſiuit ad ſecundas nuptias, & vitricus per obitum
2 dictarum puellarum eſſet conſequuturus ex † per-
ſona vxoris legitimam in bonis dictarum puella-
rum, & ideo non ceſſat ſuſpicio, quæ conſideratur
in iſtis terminis *Abric. in l.1. C. vbi pupill. educari debet. Surd. de alim. tit.4. quæſt.13. num.15. Maſtrill. deciſ.230. Vin. deciſ.16. nu. 3. Molfeſius ad conſtit. Neapolitan. par. 3. quæſt. 11.* & eo magis
hæc ſunt conſideranda, cum auus maternus ſit iam
decrepitæ ætatis.

Cæterum dicebant Domini, quòd & ſi hæc con-
ſideranda ſint, non tamen educatio decernenda eſt

Franciſco Balzanetto patruo, quia Teſtator illum
ſubſtituit dictis filiabus, & propterea non admit-
3 titur † ad hanc educationem ob malignam ſuſpi-
cionem iuxta *tex. in d. l. 1. §. 1. verſ. denique ff. vbi
pupill. educ. debet l. fin. C. eodem tit.* qui textus
4 habet locum † in patruo, & quocumque alio con-
ſanguineo *Bald. conſ. 487. lib. 8. in princ. Maſtrill.
d. deciſ. 230. num. 10. & ſeqq.* quæ concluſio pro-
5 cedit † etiam ſi concurrat voluntas patris, quæ ta-
men non concurrit in caſu iſto, quia fuit ſolum re-
6 lictus coadiutor matris, & in omnem caſum † ſtã-
tibus ſupradictis Iudex deberet recedere à iudicio
paterno. *Menoch. conſ. 62. per tot. Surd. de aliment.
tit. 4. d. quæſt. 13. alleg. nu. 15. & 30. Maſtrill. d.
deciſ. 230. nu. 24. & fuit dictum in cauſa Tuderti-
na educationis 13. Ianuarij 1634. coram R. P. D.
meo Pirouano.*

Quibus conſideratis, placuit Dominis dictas
7 puellas † eſſe educandas in Monaſterio Vrbis, in
quo reperiuntur, & friuola viſa fuit prætenſio Io-
ſephi Cruciani, ad quem neque ex diſpoſitione iu-
ris, neque ex volũtate Teſtatoris iſta educatio ſpe-
8 ctat, cum & ipſe fuerit ſolùm relictus coadiutor
matris quoad tutelã, vt fuit dictum de Balzanetto.
Et ita concluſum vtraque parte informante.

R. P. D. BVCCABELLA.

Bononien̄ Bonorum de Barzellinis.

Die Lunæ 18. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

Inuentarium contra quos probet, & agitur de probatione identitatis bonorum fideicommiſſo ſubiectorum.

SVMMARIVM.

1 *Exceſſus non præſumitur, & illum alleganti incumbit onus probandi.*

2 *Inuentarium plenè probat identitatem bonorum non ſolum contra conficientem.*

3 *Sed etiam contra habentes cauſam ab eo.*

4 *Identitas non probatur ex ſola quantitate, & denominatione, quæ alijs etiam partibus conuenit, non poteſt ab vna ad aliam inferri. & nu. 7.*

5 *ad Identitatem probandam non ſufficiunt probationes generales, & æquiuocæ, ſed requiruntur ſpeciales, quæ alijs non poſſint conuenire.*

6 *Identitas bonorum teſtatoris concludenter probatur, ex diuiſione dd. bonorũ facta inter fratres.*

DECISIO XCVI.

CONTRA Deciſionem pro D. Coſmo die
20. Nouembris 1634. coram me emanatam
plura pro parte D. Vincentij adducebantur, tam
circa id, quòd in Rota eſſet commiſſa cauſa appel-
lationis, ac proinde nõ potuerit in ea procedi, prout
in prima, & quòd ſententia Rotalis cõtineat mix-
turam, quàm etiam ſuper eo, quòd executio fue-
rit exceſſiua; Verùm die 25. Maij proximè præte-
riti propoſita cauſa ſuper ijſdem, Domini tunc non
aliter attendentes præfatas obiectiones, quas ex
pluribus in dicta deciſione deductis ſufficienter
ſublatas ſentiebant, reſtrinxerunt difficultatem ad
exceſſum, ſuper quo ſtrictè informari mandarunt,
cauſa denuò ex vtraque etiam parte informante
propoſita, ſub die 15. Iunij ſequentis, fuit dilata
illius reſolutio; Et cùm iam D. Vincentio non
defuerit commoditas temporis ad meliùs facien-
dum ſuas probationes, hodiè in tertia poſitione,
Coſmo tantùm informante ſteterunt, in deciſis;
1 Quia exceſſus non præſumitur, † nec pro parte
Vincentij allegantis probatur, prout probari de-
bet *Gig. de penſ. quæſt. 9. num. 10. Lancellott. de
attentat. appell. pend. limit. 53 nu. 25. Rota dec. 45.
num. 1. de appell. in nou. & in cauſa Carpentora-
ten. bonorum 10 Nouembris 1614. coram Emi-
nentiſſ. D. Card. Veroſpio.* Immò potiùs excluſus
remanere viſus fuit ex eo, quia poſſeſſio pro
D. Coſmo fideicõmiſſario Alphonſi legitur capta
in vim mandati de immittendo de tribus corpori-
bus bonorum nuncupatis, *Grignano, Montirone,
& Caſtellaro*, conſiſtentibus in pluribus petijs
terrarum iuxtà deſcriptionem de eiſdem ab Hora-
tio auctore D. Vincentij factam in Inuentario,
2 quod † propterea ſicut identitatem plenè proba-
ret contra ipſum Horatium conficientem *l. vlt.
C. de arbitr. tut. Pariſ. conſ. 45. nu. 20. lib. 2. Rota
coram Card. Caual. deciſ. 357. num. 2.* Ita etiam
3 probat contra D. Vincentium † ab eo cauſam ha-
bentem. *Rot. deciſ. 407. num. 2. par. 2. recent. &
coram eodem Card. Caualerio deciſ. 578. num. 5.*

Non obſtat, quòd in mandato de immittendo
fuerint expreſsè exceptuata bona aliàs in potio-
nem Pyrri obuenta, inter quæ leguntur tàm par-
tes Domus, Areæ, & Tegetis in communi Sanctæ
Agathæ certæ longitudinis, & latitudinis, quàm
etiam vna petia terræ in loco nuncupato *la Baſſa*,
& alia petia in loco nuncupato *la Chiuſura*; &
tamen in Inſtrumento poſſeſſionis appareat cap-
ta poſſeſſio, tàm de parte Domus, Areæ, & Te-
getis in eodem communi Sanctæ Agathæ, quàm
etiam duarum petiarum terræ ſimiliter nuncupa-
tarum *la Baſſa, & Chiuſura*; Quia placuit reſpon-
ſio, quòd licet in Inſtrumento poſſeſſionis bona
exequuta deſcriberentur eiuſdem quantitatis, &
nominis, cùm tamen tàm domus, quàm terræ in-
ter ſe cohæreant, & fuerint aliàs inter plures fra-
tres æqualiter diuiſæ, prout etiam ex ipſo Inſtru-
mento diuiſionis apparet, ex ſola quantitate, & de-
4 denominatione, † quæ à ijs etiam partibus conue-
nit, non poteſt ab vna ad aliam inferri, *vt per Bart.
in l. demonſtratio. num. 18. in fin. ff. de condit. &
demonſtr. Rota in cauſa Ciuitatis Caſtelli bonorum
4. Martij 1606. coram bo. me. Attrebaten.* & idem
ſenſit *coram Card. Caualerio deciſ. 128. num. 3.* &
5 facit, quòd ad probandam † identitatem non ſuffi-
ciunt probationes generales, & æquiuocæ, ſed re-
quiruntur ſpeciales, quæ non poſſint alijs bonis
conuenire, *Ruin. conſ. 30. num 6. lib. 1. cum alijs
adductis per Rotam deciſ. 295. nu. 8. par. 1. recent.
& coram Card. Caual. deciſ. 578. nu. 1.*

Præterea pro reſponſione põderatum fuit, quòd
pro parte Coſmi identitas portionis domus, areæ,
& tegetis per Alphonſum poſſeſſæ ſatis ſpecificè, &
6 concludenter † fuit probata ex ipſamet diuiſione
facta

facta inter Pyrrum, & fratres; in cuius inſtrumento cùm portio prædicta obuenta Alphonſo iiſdem prorſus confinibus, menſuris, & ferè verbis expreſſa habeatur, quibus pars conceſſa Coſmo eius fideicommiſſario deſcripta apparet in inſtrumento poſſeſſionis, & vice verſa diſcordet in pluribus à portione Pyrri in eodem inſtrumento diuiſionis deſignata, ceſſat vtique exceſſus pro Vincentio allegatus.

Et quoad petiam nuncupatam *la Baſſa*, animaduerterunt Domini, quòd in dicta diuiſione ſeu exceptuatione mandati de immittendo dicitur ſolùm poſita in communi S. Agathæ, non autem ad quod ex ſupradictis prædijs ſpectet, & diſcrepat ab inſtrumento poſſeſſionis in pluribus confinibus, quia in diuiſione aſſignatur à ſero via publica, de ſubtus bona Alphonſi; deſuper Horatij; in inſtrumento verò poſſeſſionis via publica aſſignatur à mane; & bona Bonſignorij deſuper.

De petia vero terræ nuncupatæ *la Chiuſura*, multò minus dubitarunt, nam vltra quod in dicta exceptuatione non exprimitur, ad quod ex prædictis prædijs ſpectet eademmet Chiuſura, quæ in diuiſione Pyrro fuerat aſſignata, pro parte Coſmi docetur dimiſſa Vincentio inter petias terræ Montironi ſub *num.* 5. Neque ab vniformitate confiniū inferri potuit, vnam, & eandem eſſe aliam petiam nuncupatam *la Pettarella*, cum prædicta Chiuſura in dicto mandato reſeruata; Quia cum in inuentario bonorum Alphonſi tàm petia Chiuſuræ, quàm petia Pettarellæ inuicem diſtinctæ, & nihilominus iiſdem ferè confinibus deſcriptæ habeantur, necnō inter bona per Alphōſum poſſeſſa vna ab alia omnimodè diuerſa reperta fuerit, dimiſſa petia Chiuſuræ, nullus inde reſultat exceſſus quoad dictam petiam Pettarellæ, quæ inter portiones Pyrri in prædicta diuiſione, ſeu exceptuatione expreſſa non legitur; & cùm in iſtis prædijs appareant adeſſe plures petiæ habentes eoſdem confines, diuerſam
7 tamen denominationem, & aliæ eiuſdem nominis, tantò minùs in huiuſmodi vniformitate ad reddendam rem certam fundamentum fieri poteſt ex ſupradictis. Et ita, &c.

* *Eſt deciſio 315. ſupra in præcedenti parte.*
In eadem parte in hac cauſa habētur tres aliæ deciſiones coram R.P.D. Ghiſilerio ſub diebus 12. Decemb. 1633. & 22. Martij 1634. & 7. Iunij eiuſdē anni, ſunt in ordine deciſiones 249. & 272. & 283.

R. P. D. DVNOZETTO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Lunæ 18. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſum ſucceſſiuum, & perpetuum ad fauorem illorum de linea, quando dicatur inductum. Lineæ appellatione, qui veniant. Hæreditas, quando dari poſſit in Codicillis.

SVMMARIVM.

1 *Obligationi Camerali alicuius, quando eſt factus locus, contra eum relaxatur mandatum.*
2 *Liberè ad aliquem, vt aliqua res dicatur tradita, quid requiratur.*
3 *Alienationis prohibitio facta inter vocatos, inducit fideicommiſſum.*
4 *Fideicommiſſum clarum ad fauorem illorum de linea, dicitur inductum, ſi teſtator voluit, quod finita d. linea, bona reuertantur ad aliquam Eccleſiam. & nu. 5.*
6 *Teſtator, quando deficiente linea, vocauit Eccleſiam, ex hoc reſultat ſucceſſiuum, ac perpetuum fideicommiſſum, inter illos de linea.*
Alioquin d. vocatio locum habere non poſſet, niſi omnes de linea vocati eſſent. nu. 6.
7 *Lineæ appellatione regulariter venit ſolum linea effectiua vocatorum.*
8 *Lineæ appellatione veniunt omnes deſcendentes.*
9 *Hæreditas in Codicillis nec dari, nec adimi directò poteſt.*
10 *Sed quando præceſſit hæredis inſtitutio in teſtamento, ſecunda ſubſtitutio facta in Codicillis ſubſtinetur in vim fideicommiſſi.*
Adeo vt hæredes in teſtamento ſcripti cenſeantur grauati communicare hæreditatem, cum hærede dato in codicillis.
11 *in Legatorum reuocatione regulariter non comprehenduntur legata cōditionalia, & difformia.*
12 *Eccleſiæ, & loci pij fauor in dubio attendēdus eſt.*
13 *Demonſtrationes duæ ſufficiunt ad probandam identitatem.*
15 *Res inter alios acta, non præiudicat ei, qui in ea non interuenit.*
16 *contra Donatarium non poteſt procedi via executiua, ſi donās erat obligatus in forma Cameræ.*
17 *contra Hæredem poteſt procedi via executiua propter obligationē teſtatoris in forma Cameræ.*

DECISIO XCVII.

QVONDAM Camillus Seruantius cum interuentu Alphonſi, Gregorij ac Virgilij eius filiorū de anno 1605. nuptui tradidit Deciam filiam Palmilio Seruātio filio quondam Fuluij cum dote ſcut. 3000. ſoluenda in annuis paghis ſcut. 300. & cum pacto, quòd illa poni deberent in tuto. Vice verſa Fuluius, cū interuentu dicti Palmilij filij, nuptui quoque tradidit Liuiam Clearcho Seruantio alteri filio dicti quondam Camilli, ac dd. Alphonſi, Gregorij, & Virgilij reſpectiuè fratri cū ſimili dote ſcut. 3000. ſoluenda in annuis paghis ſcut. 300. quæ pariter dicti Alphonſus, & alij fratres de Seruantijs inſolidum promiſerūt *ponere in tuto.*

Ortis hincinde diſſidijs ſuper ſolutione dd. dotium, prædictæ partes de anno 1610. fecerunt cōpromiſſum in bo. me. D. meum Archiepiſcopum Seleucień tunc Ciuitatis Sancti Seuerini Gubernatorem, qui de anno 1611. laudū tulit, in quo inter alia condemnauit d. Palmilium ad cedeń ratam ſcut. 1300. dotis ſibi promiſſæ pro Decia vxore dicto Clearcho, cui pro eadem rata dotis ſibi promiſſæ pro Liuia vxore aſſignauit quandam domum, quam d. Alphonſus vnà cum eodem Clearcho, &, & alijs prædictis fratribus de Seruātijs poſſidebat, ea tamen lege, quòd Alphonſus teneretur illam tradere liberam ab omni fideicommiſſo, etiam

reſpectu portionis ſpectantis ad Clearchum.

Defuncta Liuia, Clearchus eius maritus conuolauit ad ſecundas nuptias, & poſtea deceſſit relictis quibuſdam filijs maſculis, qui cum occupauerint d. domum vti ſubiectam fideicommiſſo quondam Laurentij Lauri, Maria filia, & hæres d. Liuiæ cõuenit Conſtantiam vti hæredem dicti Alphonſi pro recuperatione dotis maternæ, vel ad docendum dotem pro dicta rata ſcut. 1300. fuiſſe poſitam in tuto iuxta obligationem Alphonſi eius auctoris, aliàs videri relaxari mãdatum executiuum pro eadem rata; cauſaq. ad Rotam delata, & mihi commiſſa, dubitaui, An dictum mandatum eſſet relaxandum, & Domini reſponderunt affirmatiuè.

Clara ſiquidem eſt obligatio dicti Alphonſi, qui vnà cum alijs fratribus de Seruantijs inſolidum, ac in forma Cameræ promiſit ponere in tuto dotem dictæ Liuiæ vxoris Clearchi fratris, vt in apoca materiali data in ſumm num. 1. Cumq. idem Alphonſus dictam ratam ſcut. 1300. ceſſãm à Palmilio dicto Clearcho pro dote einſdẽ Liuiæ non poſuerit in
1 tuto, vtiq; factus eſt locus ſtipulationi, † & ſic iure merito venit contra eius bona relaxãdum mãdatũ pro dicta rata loco damnorum, & intereſſe. *Marcſcott. var. reſol. cap. 90. lib. 1. Gratian. diſcept. cap. 301. num. 1. Rot. deciſ. 741. nu. 1. par. 1. diuerſ. & deciſ. 139. nu. 1. poſt Cenc. de cenſ. & coram Greg. XV. deciſ. 88. nu. 3.*

Non obſtat, quòd Alphonſus pro dicta rata ſcut. 1300. iam aſſignauerit d. Clearcho domum, de qua agitur vigore dicti laudi, etenim cum filij eiuſdem Clearchi ex ſecundo matrimonio eamdem domum occupauerint tãquam vocati ad fideicommiſſum quondam Laurentij Lauri, & contra Mariam filiam, & hæredem d. Liuiæ obtinuerint etiam inhibitionem ab A.C. ne eos moleſtaret in poſſeſſione eiuſdem domus, ſatis deprehenditur, dotem maternam pro dicta rata non eſſe in tuto, neque domum traditam eſſe liberam à dicto Alphonſo iux-
2 ta formam dicti laudi, cum † ad vtrumque effectũ requiratur, vt nullum præſtetur impedimentum. *Abb in c. 2. num. 2. de pact. Imol. ibid. nu. 2. Strac. de aſſecur. in rubr. nu. 6. Gloſ. in cap. Romanam §. deinde. in verb. liberè de cenſib. in 6. Ruin. conſ. 219. nu. 3. lib. 1.*

Quòd autem d. domus fuerit ſubiecta fideicommiſſo quondam Laurentij, ſatis deſumitur ex eius teſtamento, in quo inſtitutis hæredibus Alphonſo, Antonio, Franciſco, Virgilio, ac Seuerino de Seruantijs de Lauris, per hæc verba diſpoſuit.

L'infraſcritti ſaranno i miei heredi nominati da me, cioè il Signor Alfonſo Seruantio &c. alli quali laſcio tutto il mio ſtabile, cioè la caſa mia, doue io habito, nel modo, che ſi troua hoggi fabricata da me, horto, e cortile, con conditione, che trà loro non ſi poſſa diuidere, ne darla per dote à qualſiuoglia Donna giouane, maritata, non maritata, ouero Religioſa, o vedoua, nè per qualſiuoglia eceſſo, che loro faceſſero, ò commetteſſero poſſa eſſer confiſcata, ne manco horto di detta caſa, che non vi ſi poſſa far cenſi, nè compagnie d'offitio &c.

Deinde ſubdit. *E perche la caſa della Palombara è del mio patrimonio, non voglio, che ſia compreſa nello ſtabile, che io laſcio in queſto preſente teſtamento, lo laſcio à M. Clearco Seruantio de Lauri, &c. con patto che ſia ſottopoſta al fideicommiſſo, come ſtà ſpecificato in queſto preſente taſtamento.*

Et inferius. *Intorno al regreſſo, che voglio ordinare per la Santiſſima Madonna de' Lumi, mia auuocata, e di tutta queſta famiglia &c. Dico che il regreſſo s'intenda ſopra la caſa vecchia, finita la la linea de' Seruantij de Lauri, che li ſucceſſori ſiano di legitimo matrimonio nati, cioè padre, e madre, & loro figliuoli medeſimamente nati. Eſclude figliuoli naturali, e donne &c.*

Ex quibus liquidò conſtat de fideicommiſſo ſu-
3 per d. domo, nedũ quia teſtator † prohibuit illius alienationem, & diuiſionem inter ipſos de familia, quæ prohibitio regulariter inducit fideicommiſſũ, *Gozad. conſ. 52. nu. 5. Dec. conſ. 584 nu. 8. & conſ. 637. num. 6. & 9. Sim. de Pret. vlt. vol. fol. 263. nu. 10. Gabr. de fidric. concl. 9 nu. 26. Fuſar. de ſubſt. q. 688. nu. 109.* Verùm etiam quia deficiente linea de Seruantijs, teſtator voluit, quòd domus reuerteretur ad Eccleſiam Diuæ Mariæ Luminum,
4 quo caſu reſultat † clarum fideicommiſſum ad fauorem illorum, qui ſunt de linea *Decian. conſ. 3. n. 64. l. 1. Cephal. conſ. 386. num. 14. Fuſar. de ſubſt. dict. q. 688. nu. 89.*

Hinc non obſtat, quòd dictum fideicommiſſum fuerit extinctum, ex eo quòd hæredes primo loco vocati deceſſerint abſque filijs. Quandoquidem cũ teſtator in tota eius ferè diſpoſitione vſus fuerit verbis collectiuis, familia, linea, & ſucceſſoribus ibi: *Per eſſer mutato l'ordine della famiglia &c. Dico, che il regreſſo à fauore della Santiſſima Madonna de' Lumi s'intenda, finita la linea de' Seruantij, de' Lauri &c. Che li Succeſſori ſiano di legitimo matrimonio nati &c.* Sicq. appareat, Teſtatorem vocaſſe familiam, lineam, & ſucceſſores, benè deſumitur, d. fideicommiſſum non expiraſſe inter ipſos vocatos, ſed omnes de familia, ac linea de Ser-
5 uantijs † ad illud vocatos fuiſſe, vt in terminis vocationis familiæ tradunt *Peregr. de fideic. artic. 22. nu. 26. verſ. verum. Mant. de coniect. vlt. vol. lib. 8. tit. 12. nu. 12. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt. quaſt. 351. nu. 1. & nu. 9. verſ. ego in puris*, & in terminis lineæ idem *Pereg. de fideic. d. art. 22. nu. 24. Fuſar. de ſubſt. q. 345. nu. 1. & ſeqq.*

Præſertim cum teſtator deficiente dicta linea de Seruantijs vocauerit Eccleſiam Diuæ Mariæ Luminum, quo caſu reſultat ſucceſſiuum, ac perpetuũ fideicommiſſum inter illos de linea, nam alioquin
6 † d. vocatio locum habere non poſſet, niſi omnes de linea vocati eſſent, *Decian. d. conſ. 3. n. 64. lib. 1. Fuſar. de ſubſt. q. 382. nu. 44.*

Non obſtat, quòd regreſſus intelligatur ſuper domo *della Palombara*, & non ſuper domo *cõ horto, e cortile*, ex eo quia dixit Teſtator, *che il regreſſo s'intẽda ſopra la caſa vecchia*. Quoniam fuit reſponſum, quòd ex ſupradictis verbis ibi: *Con patto che ſtia ſottopoſta al fideicommiſſo come ſtà ſpecificato in queſto preſente teſtamento*, liquet vtramq; domum ſubiectam eſſe fideicommiſſo ad fauorem familiæ de Seruantijs, & ex alijs etiam rationibus per informantes deductis.

Non obſtat quòd neque Clearchus, neque eius filij fuerint inſtituti hæredes in teſtamento, ſed dũ-

taxat

taxat Alphonſus, Antonius Franciſcus, Virgilius,
ac Seuerinus, ſicq; ceſſet fideicommiſſum ad fauo-
7 rem dicti Clearchi, eiuſq. filiorum, cum † appella-
tione lineæ, veniat regulariter linea effectiua voca-
torum *Bald. conſ. 321. per tot. lib. 1. Menoch. conſ.
234. nu. 8. l. 3. Pereg. de fideic. art. 22. nu. 24. cum
alijs cumulatis per Fuſar. de ſubſt. q. 345. num. 1.
& ſeqq.*
Etenim Teſtator in codicillis per eum deinde
factis d. Clearchum hæredem inſtituit eodem mo-
do, & cum eiſdem prærogatiuis quibus alij fratres
fuerunt inſtituti hæredes in teſtamento ibi: *Che il
Sig. Clearco figliuolo di M. Camillo Seruantio ſia
nominato herede, e s'intenda nominato, quanto e
come, e nel medemo modo dell'altri heredi in detto
teſtamento nominati e cõ tutte quelle prerogatiue.*
Vnde tam Clearchus, quàm eius filij, qui ſunt de
8 illius linea effectiua, vocati cenſentur † cum appel-
latione lineæ veniant omnes deſcendentes *Fuſar.
d. q. 345. nu. 1. & 6. Pereg. de fideic. d. art. 22. n. 24.*
9 Non obſtat, quòd hæreditas in † codicillis dari,
nec adimi directo poſſit *l. 2. C. de codicil. §. codicillis.
inſtit. eod. tit.* Nam cum præceſſerit hæredis inſtitu-
tio in teſtamento, ſecunda inſtitutio facta in codi-
cillis, ſubſtinetur in vim fideicõmiſſi, adeout hære-
10 des in teſtamento † ſcripti cenſeãtur grauati com-
municare hæreditatem, cum hærede dato in codi-
cillis *d. l. 2. verſ. verbis tamen. C. de codicil. l. 2. §.
fin. verſ. ſed ex fideicommiſſo petitur,* vbi *Bart. &
alij ff. de iur. codicil. d. §. codicil. verſ. nã per fideicõ.
inſt. de codicil. l. ſceuola. ff. ad Trebell. Molin. de
primog. Hiſp. l. 2. c. 8. nu. 38. latè Caſtil. quotid. cõ-
trou. par. 4. cap. 22. num. 73. & ſeqq.*
Non obſtat, quòd teſtator in eiſdem codicillis
reuocauerit omnia legata pia, & non pia duobus
exceptis, & per conſequens fideicommiſſum ſuper
domo, de qua agitur, ad quod fuit vocata Eccleſia
S. Mariæ Luminum, finita linea de Seruantijs, ſit
itidem reuocatum.
Nã contrarium Domini cenſuerunt ex eo, quòd
11 in † reuocatione legatorum regulariter non com-
prehenduntur legata conditionalia, & difformia
*iuxta tradita per Ruin. conſ. 23. ſub num. 20. lib. 2.
Franc. dec. 167. nu. 3.* & cum ademptio in alijs le-
gatis verificari poſſit, non videtur trahenda ad fi-
deicommiſſum *Seraph. deciſ. 1409. num. 4.* præſer-
12 tim in præiudicium Eccleſiæ, † & loci pij cuius fa-
uor in dubio attendi debet. *Bald. in c. in præſentia.
col. pen. de prob. Tiraq. de pia cauſ. priuil. 98. in
fin. Gratian. c. 88. nu. 6. & c. 131. nu. 2.*
Non obſtat, quòd domus, ſuper qua fuit impo-
ſitum fideicommiſſum, non ſit illamet, quæ fuit aſſi-
gnata Clearcho pro dote Liuiæ. Quoniam illius
identitas ſatis apparet ex combinatione demon-
ſtrationum, & confinium expreſſorum in teſtamẽ-
to cum illis, quæ in inſtrumento dictæ aſſignationis
expreſſę fuere.
In teſtamento namq. iſta domus hiſce finibus
enunciatur, *Alli quali laſcio tutto il mio ſtabile,
cioè la caſa mia, doue io habito nel modo, che hoggi
ſi ritroua fabricata da me cõ horto e cortile &c.* &
in clauſula (Actum) prædicta domus cum iſtis fini-
bus enunciatur ibi: Actum in Ciuitate S. Seuerini,
in Quarterio S. Marci in domo prædicti D. Lauren-
tij iuxta bona D. Scipionis Lazzarelli, vias publi-
cas, & alia latera; in Inſtrumento autem aſſigna-
tionis domus vigore d. laudi dicitur: *Diamo, e
concediamo, & aſſegnamo al detto Sig. Clearco per
pagamento delli detti ſcudi 1300. che gli hà conce-
duti il detto Sig. Palmilio la caſa, che hora tengo-
no, e poſſedono li ſopradetti Signori Virgilio, Alfõ-
ſo, Antonfranceſco, Clearco, e Seuerino fratelli nel-
la Città di S. Seuerino, nel Quartiero di S. Marco
in contrada detta la Gadetta, preſſò li beni, e caſa
di M. Scipione Lazzarelli da vna parte, & da altri
ſuoi notiſſimi confini con horto ad eſſa contiguo, e
Palombara alle mura della Città &c.* Demũ Ser-
uantij filij dicti Clearchi, qui obtinuerunt inhibi-
tionem pro manutentione in hac domo vigore di-
cti fideicommiſſi illam cum eiſdem ferè confinibus
deſcripſerunt ibi: Pro parte, & ad inſtãtiam Caroli,
Camilli &c. exponentium ipſos inſtantes eſſe in
pacifica, & quieta poſſeſſione vnius domus poſitæ
in Ciuitate S. Seuerini Quarterio S. Marci, & cõ-
trada nuncupata la Gadetta, con horto contiguo, e
cortile iuxta bona Scipionis Lazzarelli ab vno
viam communitatis, & alia latera.
Ex quibus ſatis apparet de identitate illius do-
13 mus, cum ad hunc effectum etiam † duæ demon-
ſtrationes ſufficiant iuxta theoricam, quàm tradit
*Bart in l. demonſtratio falſa. nu. 14. & ſeq. ff. de
cond. & demonſtr. Crau. conſ. 112. nu. 3. Surd. conſ.
44. nu. 10. Greg. XV. dec. 575. nu. 4. & ſeq.*
Non obſtat, quòd in dicto laudo fuerit conuen-
tum quod Palmilius deberet cedere iura Clearcho,
quæ ceſſio cum adhùc facta non fuerit, actio com-
petens contra Alphonſum, ſeù illius hæredem re-
pellitur exceptione non adimplementi. Quoniam
vltra quod de dicta ceſſione ſatis cõſtare videbatur
ex aſſignatione prædictæ domus facta vigore dicti
laudi, eodem Palmilio ratificante, fuit reſponſum
Liuiam, ſeù Mariam illius hęredem non agere vigo-
14 re dicti laudi, ſed vigore promiſſionis, factæ per Al-
phonſum in apoca matrimoniali de ponendo in
tuto dotem eiuſdem Liuiæ, ratione cuius promiſ-
ſionis benè competit actio contra bona Alphonſi
ex ſupra alleg.
Minus obſtat tranſactio inita de anno 1618. in-
ter Alphonſum, & Clearchum, in qua fuerunt caſ-
ſata priora inſtrumẽta, & actiones hincinde remiſſæ.
Nam, quicquid ſit, an comprehendat necne
apocã matrimonialem, cuius vigore hodiè agitur,
15 illa tanquàm res inter alios acta non † præiudicat
Liuiæ, quæ in ea non interuenit. *l. inter alios C. res
inter alios acta l. Modeſtinus. ff. de excep. cap. inter
dilectos de fid. inſtr.*
Demum non obſtat, quòd Conſtantia nõ ſit hæ-
16 res, ſed donataria Alphonſi, ideoq. † contra ipſam
agi non poſſit via executiua, quoniam in duobus
Inſtrumentis datis in ſumm. Mariæ. num. 7. ap-
paret ipſam Conſtantiam ſe vocaſſe hæredem Al-
17 phonſi, & ſic videtur contra † ipſam poſſe agi exe-
cutiuè propter obligationẽ in forma Cameræ præ-
ſtitam per Alphonſum eius auctorem *Galleſ. de obl.
Cam. q. 4. nu. 1. & 12. Rot. dec. 630. num. 1. par. 1.
recent.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Penſionis,

Die Luna 18. Februarij 1636.

ARGVMENTVM.

Penſionem Eques Hieroſolymitanus non poteſt reſeruare, ſi de tempore reſeruationis, ſit debitor communis Theſauri, & qualiter d. debitum probetur. Et etiam quid requiratur ex parte recipientis, ſeù reſeruatarij.

SVMMARIVM.

1 *Eques Hieroſolymitanus, ſi ſit debitor communis Theſauri non poteſt reſeruare penſionem.*
2 *Statuta, ſi ſint confirmata à Sede Apoſtolica, dicuntur Papalia.*
3 *ex Debiti ſolutione, præſupponitur illius exiſtẽtia.*
4 *Priuatio præſupponit habitum.*
5 *Relaxatio præſupponit vinculum.*
6 *Officialibus publicis de iure creditur in cõcernentibus eorum officium. et nu. 7.*
8 *Qualitas à ſtatuto requiſita debet concurrere de tempore actus.*
9 *Epiſcopus abſens à ſua Diœceſi perdit vſum alternatiua conceſſa Epiſcopis præſentibus, licet abſit ex cauſa trium menſium, ſibi à Concilio conceſſorum. Et ratio eſt, quia requiritur vera, et perſonalis, ac perſonalis præſentia. nu. 10.*

DECISIO XCVIII.

DVBITATVR de validitate penſionis reſeruatæ à q. Equite Georgio Puiderfila Priore Cathaloniæ, ſuper fructibus illius Prioratus ad fauorem Equitis Arnaldi Dameto, & DD. ſtante incapacitate Dantis, & Recipientis, reſoluerunt, penſionem non eſſe validè impoſitam; quia ex diſpoſitione ſtatuti 25. de communi Theſauro, & ordinationis 13. de commend. debitor communis Theſauri non habet facultatem reſeruandi penſionem, & cum de tempore illius reſeruationis Prior, qui illam reſeruauit, eſſet debitor communis The-
1 ſauri, in ſatis notabili ſumma, inde ſequitur † incapacitas ipſius ad reſeruandam penſionem, & ad litteram firmant dicta ſtatuta ſæpiùs *in Rota canonizata in Aquitanien. Prioratus 19. Aprilis 1624. coram R.P.D. meo Pirouano, in Meleuitana Prioratus Nauarræ 18. Februarij, & 14. Iunij 1628. corã bo. me. Card. Virili, in Meleuitana de Mazzara 5. Martij 1635. corã R.P.D. meo Dunozetto, & 15. Iunij præteriti in eadem de Mazzara corã*
2 *R.P.D. meo Motmanno,* & cũ iſta ſtatuta ſint † per Sedem Apoſtolicam confirmata, dicuntur Papalia, *Abb. in cap. dilecto. nu. 14. de præben. Felin. in cap. cum accessiſſent. nu. 4. & 7. vbi etiam Dec. nu. 19. de conſtit.*

Debitum Prioris reſeruantis, de tempore reſeruationis penſionis iuſtificatur ex litteris Recipitoris Religionis, & Procuratorum communis Theſauri, & ex fide Secretarij communis Theſauri, in qua legitur conſtitutus debitor annatæ, à menſe Maij 1630. vſque ad menſem Aprilis 1631. quæ aſcendit ad ſcuta 1024. vt ex alia fide eiuſdem Secretarij extracta ex libris Taſſæ, ſeù æſtimi omniũ Prioratuum, & ex ſolutione eiuſdem debiti, facta
3 ab eodem Priore de menſe Februarij 1633. † pari-
4 ter iuſtificatur debitum præcedens, quia ſicuti † priuatio præſupponit habitum, *l. decem. ff. de verb. oblig. & not. DD. in l. non videtur rem amittere. ff. de reg. iur. Caputaq. deciſ. 108. nu. 10. par. 2.* & rela-
5 xatio † præſupponit vinculum, *c. ad diſſoluendum de ſponſal.* ita etiam extinctio debiti præſupponit illius exiſtentiam; Neque poteſt dubitari de atteſtationibus ſupradictorum officialium Religionis,
6 quia † de iure creditur publicis officialibus, in concernentibus eorum officium, *Surd. conſ. 429. n. 38. Oſaſc. deciſ. Pedemont. dec. 71. Burſatt. conſ. 235. nu. 26. Soccin. ſen. conſ. 181. nu. 3. vol. 2. infinitos congerit Dec. conſ. 5. nu. 1. & ſeqq.* & in terminis atteſtationum deſumptarũ ex libris officialium Meliteñ *tenuit Rota ſæpiùs coram Seraph. deciſ. 1590. nu. 2. in Campanien. Prioratus 18. Maij 1618. coram bo. mem. Seleucien. in Aquitanien. prioratus 19. Aprilis 1624. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Meleuitana Commendæ de Palliers 4. Decembr. 1634. coram eodem.*

Pariter conſiderabant Domini debitum ſupradictum eſſe de illis debitis inhabilitantibus, & quæ cauſant incapacitatem ex diſpoſitione ſtatuti 20. & 21. de verb. ſignif.

Vlterius ex datis in ſummario, probatur, eum etiam fuiſſe debitorem eiuſdem communis Theſauri pro ſpolijs Equitum Petri Cereſij, Sebaſtiani Fornes, & Peræ Ramonis Villalongæ in ſumma ſcut. 520. vt ex fide ipſius Secretarij, cui atteſtanti
7 de officio † ſuo, vt fuit dictum ſupra, creditur, ex qua pariter probatur ſolutio dd. ſcut. 520. facta communi Theſauro, & ita non ſolum, ex ſupra deductis plenè iuſtificatur realitas debiti, ſed etiam probatur de tempore penſionis Priorem reſeruantem fuiſſe debitorem, cum fides extracta ex libris communis Theſauri, percutiant tempus reſeruationis penſionis, & tamen qualitas à ſtatuto requiſita, quod reſeruans penſionem non ſit debitor,
8 quando reſeruat, debet † concurrere de tempore actus, alioquin ceſſat facultas proueniens ex ſtatuto qualificato, *Io. Andr. et alij in cap. 1. de homicid. in 6. Rot. deciſ. 551. num. 1. par. 1. diu.*

Quòd pariter debitum inducat in dd. Prioribus conferẽtibus incapacitatem, probatur ex ordinat. 37. de commun. Theſaur. expreſsè canente, vt debitores communis Theſauri, qui tales ſint deſcripti in libro Conſeruatoris, habeantur in omnibus Tribunalibus pro debitoribus, debito ita præiudiciali ac ſi expreſſum exiſteret in ſtatuto 20. & 21. de verb. ſignif.

Et quod dictus Prior pro tali debito fuiſſet in huiuſmodi libro deſcriptus, iuſtificatur ex lectura extractionis partitæ, vt in ſumm. nu. 7.

Et reſpectu Recipientis, ſeù reſeruatarij apparet nulla reſeruatio penſionis, ex eo, quòd non erat capax, cum de tempore reſeruationis eſſet abſens à Conuẽtu, & ideo intrat ordinatio Capitularis prima de Commendis, quæ inducit tres inhabilitates, prima, ſi fratres ſint abſentes à Conuentu, ſi triennalem reſidentiam in Couentu non compleuerint, & tertia, ſi duas Carauanas in Triremibus non

per-

perfecerint,& abſentia Equitis Arnaldi de tempore reſeruationis iuſtificatur ex partitis Tabularũ extractis, vbi eſt annotatus diſceſſus à Conuentu, & reditus ad illum; nec facit quòd fuerit abſens, de licentia Magni Magiſtri, quia non ideo minus deſinit perdere beneficium habilitatis ad prætenſio-
9 nem, vt in ſimili † de Epiſcopo abſenti à ſua Diœceſi, qui perdit vſum alternatiuæ conceſſæ Epiſcopis præſentibus in Diœceſi, licèt abſit ex cauſa trium menſium, ſibi à Concilio conceſſorum *ad trad. per Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 43. num. 41. et ita tenuit Rota in Salamãtina Canonicatus 21. Iu-
10 nij 1572. coram Oradino*, quia † requiritur vera, & perſonalis, ac actualis præſentia, *vt fuit dictum in vna Vrgellen. Canonicatus 7. Maij coram Card. Blanchetto, de qua per Gonzal. vbi ſupra*; Vnde,
11 cum in præſenti, Eques Arnaldus † eſſet abſens, intrant firmata per Rotam *in recent. deciſ. 103. nu. 1. part. 2.*

Atque ita, cum ad validitatem penſionis requiratur capacitas, tàm ex parte Dãtis, quàm ex parte Recipientis, informante tantum Equite Honufrio de Hoſpital Prioratus Cathaloniæ moderno Priore, fuit reſolutum vt ſupra &c.

¶ *Habetur infra in eadem cauſa alia deciſio ſub die 21. Maij 1636. coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.*

R. P. D. PANZIROLO,

Viceñ Prioratus de Manlleu.

Die Lunæ 18. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

Gratia non poteſt dici ſubreptitia, ſi in litteris non fuit narratum, id quod iam per ſuppreſſionem, & deſtructionem penitùs fuit de medio ſublatum.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterium remanet penitus diſſolutum, per ſuppreſſionem factam à Superiore ob demerita Monachorum, et etiam ipſa eſſentia beneficiorum remanet omnino ſublata.*

2 *Subreptio, vt excludatur attenditur tempus datæ gratiæ.*

3 *Tempus datæ gratiæ debet attendi ad effectum iuſtificationis cuiuslibet narratiuæ.*

4 *Clauſula, Motu proprio, poſita in gratia, releuat ab onere iuſtificandi.*

5 *Collegialitas, etiam poſt ſæcularizationem, quando non dicatur deſtructa.*

6. *Sæcularizatio ſimplex regulariter non eſt ſufficiens mutare ſtatũ praeexiſtentis Collegialitatis.*

7 *Collegialitas amplius non durat, poſt illius deſtructionem ſeù ſuppreſſionem, et Canonici non poſſunt appellari Canonici Collegij.*

8 *Collegialitas poſtquàm fuit ſuppreſſa, illi, qui erãt Canonici, in vnum conuenire, vt vniuerſi non poſſunt, ſed potiùs vti ſinguli, et tanquàm homines priuati.*

Qui ſimul habitando non potuerunt de nouo conſtituere Collegium de medio ſubtractum. n. 8.

9 *Papæ ſolummodo competit facultas erigendi Eccleſiam in Collegiatam.*

10 *Tempus, quando eſt de ſubſtantia alicuius actus, illud debet præcisè probari.*

11 *Gratiam impugnans vti ſubreptitiam ex defectu narratiuæ, tenetur d. ſubreptionẽ plenè probare.*

12 *Probare aliquid plenè, quando quis tenetur, quæ deducitur ex probatione extremorum.*

13 *Probatio, quæ deducitur ex probatione extremorum non eſt probatio, ſed præſumptio.*

14 *Aduerbium, olim, denotat tempus præteritum, & remouet qualitatem de præſenti.*

15 *Relatio debet fieri ad proxima, nõ autẽ ad remota.*

16 *Papæ mens in quacumque diſpoſitione potiùs attenditur, quàm verba.*

17 *Probatio plena excluditur per poſſibilitatem.*

18 *Verba in dubio ſunt interpretanda pro validitate actus.*

19 *Beneficium de iure non præſumitur curatum, & ſic, quod cura careat.*

20 *In non Effectuatione ſe fundans debet illam concludenter probare.*

21 *Regula reuocatoria vnionum non habet locum, quãdo vnus ordo in totum ſupprimitur, & eius beneficia alteri vniuntur.*

DECISIO XCIX.

PETRVS Iacobus Corco iam prouiſus de Prioratu S. Mariæ de Manlleu detecta prouiſione inualida, obtinuit gratiam ſi neutri, pro cuius iuſtificatione cum prætenderet vnionem de eo factã Monaſterio SS. Iacobi, & Dominici de Tremps Ordinis Prædicatorum eſſe inualidam, diſputato dubio ſub die 2. Martij 1622. coram bo. mem. Patiarcha Manzanedo, deciſum fuit pro validitate vnionis; Verùm dum quærebatur An eſſet recedendum à deciſis, Petro Iacobo prædicto vita functo, Iacobus Domenech in illius locum ſubrogatus fuit, qui proſequendo diſputationem iam cœptam, poſt plures dubij propoſitiones, tandem hodie fuit reſolutum ſtandum eſſe in deciſis: Fundamẽtum autem reſolutionis fuit, quia cum in Principatu Cataloniæ Canonici Regulares S. Auguſtini à Regularis Obſeruantiæ ſemitis nimis receſſiſſent, & laxioris vitæ effecti fuiſſent, Clemẽs VIII. fel. record. ſub die 2. Auguſti 1592. de plenitudine poteſtatis, ex certa ſcientia, ac Motu proprio omnia Monaſteria, Conuentus, Prioratus, ac loca dicti Ordinis, eorumq. ſtatum, & eſſentiam, ac Conuentum, & Conuentuales in omnibus, & per omnia ſuppreſſit, & totaliter extinxit; & Abbates, Priores, Canonicos, omneſq. alios eiuſdem Ordinis priuauit, & amouit: prout latiùs in dictis litteris, de quibus in ſumm. num. 2. ſtante enim huiuſmodi ſuppreſſione, vnio prædicta viſa fuit Dominis non poſſe dici ſubreptitia, ex quo in ea non fuit facta mentio, quòd Prioratus eſſet dignitas in Collegiata; quia cum per ipſam antecedentem ſuppreſſionem factã à Superiore ob demerita Monacho-
1 rum, non ſolùm † remanſerit penitùs diſſolutum Monaſterium, ſed & ipſa eſſentia beneficiorum omnino ſublata: *vt per Abb. in c. 2. nu. 12. verſ. & ipſo facto de port. Prælat. & in c. Abb. nu. 16.* vbi *Doct. de verb. ſignif. Innoc. in c. cum ex iniuncto. nu. 2. de nou. oper. nunc. Felin. in c. cum dilecta col. fin. verb. deſtructo Monaſt. de reſcript. Tiraq. tract.*

Digitized by Google

*tract.ceſſ. cauſ.in princ.nu.*212. non fuit opus nar-
rare in litteris vnionis quòd Prioratus eſſet digni-
tas in Collegiata, dum per decem dies ante, tàm
Prioratus, quàm Collegiata iam penitùs de me-
2 dio fuerat ſublata, ad † effectum enim excludendæ
ſubreptionis attenditur tempus datæ gratiæ *Capu-
taq.deciſ.*64. *lib.*2. *in manuſcr. Seraph. deciſ.* 936.
3 *nu.*1. prout quælibet alia † narratiua ad illius iuſti-
ficationem, *c. eam te. vbi Felin. num.*18.*de reſcr.
Caputaq. deciſ.*58.*par.*2. *Rot. deciſ.*28.*nu.*2. *de re-
ſcript.in antiq. & deciſ.*443. *num.*2. *par.*2. *recent.*
Idq. etiam confirmatur ex tenore litterarum vnio-
nis, in quibus ipſemet Papa narrat, ſe poſt dictam
beneficiorum extinctionem, ac ſuppreſſionem vel-
le de nouo partem illorum in alios titulos erigere,
& inſtituere, prout erexit, & inſtituit, & partem
vnire, prout vniuit Prioratũ de quo agitur ex cau-
ſa augumenti dotis Monaſterio prædicto, cũ clau-
ſulis, quod vnio nullo vnquàm tempore poſſit im-
pugnari, ex eo, quòd præmiſſa non iuſtificatis, &
verificatis illorum, ſeù cuiuslibet eorũ cauſis ema-
nauerint, nec intereſſe prætẽdentes vocari fuerint,
aut ex quocumque capite, vel prætextu de ſubre-
ptionis, nullitatis, aut intentionis defectu impu-
4 gnari poſſit cum clauſula ſublata, † & Motu pro-
prio, quæ releuat ab onere iuſtificandi *Abb. in cap.
cum dudum. nu.*3. *de priuil. Rot.deciſ.*656. *num.*1.
par. 2. *recent.* etiam quod data ſit oris aperitio
*Rot.deciſ.*189. *nu.*1. *par.*1. *diuerſ.*

Non obſtat, quòd de iure ſtatus nobilior ſæcula-
ritatis, qui ſuperuenit, non deſtruxit præexiſten-
5 tem † Collegialitatem, dum conſtat, quòd etiam
poſt ſæcularizationem, Canonici, qui remanſerunt
plures actus vti tales geſſerunt. Quoniam ponde-
ratum fuit nos non verſari in ſimplici ſæculariza-
6 tione, quæ regulariter † non eſt ſufficiens mutare
ſtatum præexiſtentis Collegialitatis, vt per *Innoc.
Io.Andr. Zabarell.Anchar. & Abb. in cap.*2. *de
Capell.Monach.* ſed ſumus in ſæcularizatione indu-
cta poſt ſuppreſſionem, vt ſuprà factam, & ideo
quatenus aliqui ex dictis Regularibus dicerentur,
tunc temporis in dicto Prioratu remanſiſſe, non
ideo probaretur duratio Collegialitatis, quia poſt
7 illius † deſtructionem Regulares prædicti non po-
tuerunt amplius appellari Canonici Collegij ſic vt
ſuprà deſtructi *Innoc. in d. c.cum ex iniuncto. n.*2.
*Butr. nu.*4. *Hoſt. nu.*9. *Zabarell.nu.*5. *Buich n.*6.
de nou.oper. nunc. nec in vnum conuenire vt vni-
uerſi, ſed potiùs vti ſinguli, & tanquàm homines
8 priuati, qui ſimul habitando † non potuerunt de
nouo conſtituere Collegium de medio ſubtractum
*text. in c. dilecta. de exceſſ. Prælat. Achil. dec.*10.
*nu.*5. *& ſeqq. de præb.Gonzal.reg.*8. *gloſ.*19. *n.*15.
& fuit dictũ in Callagurritana beneficij 1. *Febr.*
1608. *coram bo. me. Card. Sacrato.* Pro hoc enim
eſſet neceſſe docere de noua erectione facta à Papa,
9 cui † ſolummodo competere potuit iſta facultas
erigendi Collegiatam; non autem locorũ Ordina-
rijs, *Rebuff.in prax.tit.de erect. in Colleg. in princ.
& in l. Neratius* 85. *verſ.ius autem. ff.de verb.ſi-
gnif. Fuſc. de viſit. lib.*2. *c.*1. *nu.* 6. *Filiucc. de be-
nef. c.*3. *n.* 112. *Lotter. de re benef. lib.*1. *quæſt.*14.
*nu.*49 & de noua erectione tradi *Bald. in c.cum
acceſſiſſent. nu.*17. *verſ. eſt & noua, & verſ. item
oportet de conſtit. idem Lotter. de re benef. lib.*2.
*quæſt.*8. *nu.*87. *& ſeqq.* Et quatenùs etiam Colle-
gialitas probaretur ex actibus, & prouiſionibus fa-
10 ctis poſt vnionem, quod abſolutæ negatur, † tamen
quia non percutiunt præciſè tempus vnionis non
officiunt, iuxta *l. matrem cum ibi not. C.de probat.
cum alijs adductis per Rotam deciſ.*361. *n.*6. *par.*2.
recent. Nec tempus intermedium ſuper quo diſpu-
tatur præſumitur fuiſſe in ſtatu Collegiali ex pro-
batione temporis antecedentis, & ſubſequentis v-
nionem, quia Iacobus Domenech impugnando
vnionem, vti ſubreptitiam ex defectu narratiuæ,
11 quod Prioratus eſſet in Collegiata, † tenetur ple-
nè probare hanc ſubreptionem, *Rot. deciſ.*418.*nu.*
1.*par.*1. *recent. et coram Reuerendiſſ. D. meo Coc-
cino Decano deciſ.*89. *nu.*1. *et* 2. & vbi plena pro-
12 batio † medij temporis requiritur, non ſufficit illa,
quæ deducitur ex probatione extremorum, *Euc-
rard. in loco arg. ab extremis nu.*3. *verſ. aduerte
tamen. Menoch. lib.*6. *præſumpt.* 36. *num.* 14. *Iaſ.
conſ.*46. *nu.*36. *lib.*3. vbi quia hæc non eſt proba-
13 tio, † ſed præſumptio; ex quibus etiam ceſſare vidè-
tur, quod Prioratus eſſet prima dignitas Collegiata

Nec ſubſiſtit narratiua, quòd vnio fiat Prioratus
qui olim Conuentu & cura carebat, cum tamen
certum ſit, quod Prioratus olim erat cum cura;
quia verba litterarum dicunt, vnum S. Mariæ de
Manlleu Viceñ Diœceſis olim prædicti Ordinis
S. Auguſtini cura, & Conuentu caren. Aduerbium
14 enim, olim, † licet denotet præteritum tempus, &
remoueat qualitatem de præſenti, *gloſ. in l. nec
empt.verb.iàm tunc. ff. de contrahen.empt.Tiraq.de
retract. lignag. §.*1. *gloſ.*9. *nu.* 51. Non propterea
refertur ad participium, Careñ, quaſi ſenſus ſit,
quod Prioratus olim cura, & Conuentu carebat,
15 quia cum † immediatè ſequantur verba Ordinis
S. Auguſtini, ad hoc non autem ad dictum partici-
pium referri debet iuxta *gloſ.in l.*1. *verb. dotis no-
mine. ff. de legat.præſtan.Rot.deciſ.*666.*n.*1.*par.*1.
*diu. Greg. dec.*33. *nu.* 3. *et deciſ.* 433. *nu.* 8. Itaut
ex omnibus ſupra deductis non alia dictæ narrati-
uæ germana interpretatio eſſe poſſit, quàm quòd
Papa Cõuẽrui SS. Iacobi, & Dominici de Tremps,
vniebat Prioratum S. Mariæ de Manlleu, qui olim
erat Ordinis S. Auguſtini, & de tempore vnionis
in vim antecedentis ſuppreſſionis cura, & Conuen-
16 tu carebat, ſaltem ex mente ipſius † Papæ, quæ in
quacumque diſpoſitione potiùs attenditur quàm
verba ad *tex. in l. non dubium. C. de legib.* cum
alijs cumulatis per *Rotam deciſ.* 350. *nu.*5. *par.*4.
recent. Et in omnem caſum cum dictio olim non
ſit immediatè appoſita verbo, careñ, ſed illis verbis
Ordinis S. Auguſtini, non poteſt reſultare plena
probatio, quod ſcilicet referatur ad verbum, careñ,
cum poſſibile, & magis veriſimile ſit, quòd refera-
17 tur ad verba Ordinis S. Auguſtini, quæ † poſſibili-
tas excludere videtur plenam probationem, ad quã
Iacobus Domenech tenetur iuxta *tex. in l. eaque
dicit. ff. de probat. Caputaq. deciſ.* 39. *lib.*2. *Rota
deciſ.*184. *ſub nu.*1. *par.*4. *recent.* cum alijs iuribus
ſupra allegatis, & facit quia verba in dubio ſunt in-
18 terpretanda † pro validitate actus, *Gabr. conſ.*200.
*nu.*13. *in fin. et nu.*14. *lib.*1.

Nec inſuper viſa fuerunt releuare, argumenta

pro

pro parte Iacobi deducta ad probandum, quòd iſte
Prioratus, tàm ante, quàm poſt vnionem fuerit
Curatus. Quoniam Domini vltra deducta in deci-
ſione coram bo.me. Manzanedo, quòd ſcilicet cura
parochialis de Manlleu fuit vnita Monaſterio, non
autem Prioratui, itaut Prioratus vel nullam habeat
curam, vel ſi habeat, ſit ratione beneficij annexa,
19 † quæ propterea non eſt in litteris exprimenda, vt
latè *Menoch. de arbitr. caſ.* 201 *nu.* 67. cum alijs in
dicta deciſione citatis. Conſideratum fuit, quòd
20 aſſiſtentia iuris ſtat, quòd beneficium † non ſit cu-
ratum, & ſic quod cura careat, non eget iuſtifica-
tione, *Stapbil. de qual. & ſtat. benef. nu.* 2. *Rebuff.
in prax. tit ſæculare beneficium quotuplex. nu.* 11.
Aegid. decis. 976.

Demum non obſtat contra vnionem regula re-
21 uocatoria, quia Iacobus, qui ſe † fundat in non ef-
fectuatione, illam concludenter non probauit. *Mã-
doſ. ſuper reg. quæſt.* 7. *nu.* 2. *quem ſequitur Garz.
de benef. par.* 12. *c.* 2. *nu.* 300. Et in omnem caſum
regula reuocatoria non habet locum, quando vnus
22 ordo † ſupprimitur in totum, & eius beneficia al-
teri vniuntur *Put. deciſ.* 2. *de vnion. Gonzal. reg.* 8.
gloſ. 5. *§.* 7. *nu.* 51. *& fuit dictum in Peruſina vnio-
nis* 1. *Aprilis* 1596. *coram bon. mem. Blanchetto, &
in Gerunden. vnionis* 13. *Iunij* 1611. *coram bo. me.
Lancellotto.*

Reliqua verò, quæ obijciuntur, fuerunt optimè
ſublata in deciſione bon. mem. Manzanedi.

Et ita parte vtraque &c.

¶ *Habetur infra in hac cauſa alia deciſio ſub die* 2.
Iunij 1636. *coram eodem R.P.D. Panzirolo.*

R. P. D. MERLINO,

Camerinen. Saluiani.

Die Mercurij 20. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM.

Immiſſio ex remedio Saluiani Interdicti qui-
bus concurrentibus detur. Solemnitates Cõ-
ſtitutionis Marchiæ in omnibus contracti-
bus læſiuis minorum, vel mulierum ſunt ad-
hibendæ. Vide aliqua circa materiam conti-
nuationis poſſeſſionis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus ceſſionarius in omnibus repræſentat per-
ſonam Domini cedentis.*
2 *Clauſula, conſtituti plenè probat poſſeſſionem
contra conſtitutarium.*
3 *Poſſeſſionem quis non potuiſſet dimittere, ſi eam
non habuiſſet.*
4 *Confeſſio contra confitentem plenè probat.*
5 *Poſſeſſio partis aduerſæ, ad effectum vt intret Sal-
uianum, probatur ex litis ſubſtentatione, iunctis
adminiculis.*
6 *Immiſſio vigore Saluiani Interdicti quibus con-
currentibus non poſſit denegari.*
7 *Datio inſolutum vt valeat, requiritur conſenſus
vtriuſque contrahentis.*
*Inuitus nemo cogitur acceptare rem inſolutum,
num.* 7.
8 *in Actibus omnibus, in quibus minores, vel mulie-
res lædi poſſunt, ſunt adhibendæ ſolemnitates
conſtitutionis Marchiæ.*
9 *ex Poſſeſſione de præterito regulariter arguitur
poſſeſſio de præſenti. limita n.* 10.
10 *Tertius non poteſt atteſtari de alterius animo, &
voluntate.*
Poſſeſſio pendet à voluntate. nu. 10.
11 *Poſſeſſionis continuationis præſumptio tollitur ex
contrarijs coniecturis.*
12 *Teſtis vnicus non facit gradum probationis.*
13 *Poſſidendi titulum, qui non habet iure proprio,
cenſetur poſſidere iure familiaritatis.*

DECISIO C.

IOANNES Baptiſta de anno 1593. impoſuit ſu-
per prædio Arcoſtati annuum cenſum ſcut. 76. &
illum vendidit Felici pretio ſcut. 950. vt in ſumm.
pro Hieronyma nu. 3. prædictus verò cenſus de an-
no 1611. ceſſus fuit per Fælicem Hieronymæ d.
ſumm nu. 4. & Hieronyma hodie ex interdicto Sal-
uiano pro fructibus dicti cenſus ab anno 1630. de-
curſis, & in poſterum decurren. petit immitti in
poſſeſſionem duarum apothecarum, & tertiæ par-
tis bonorum exiſten. in Caſtro Plebis Taurinæ, quæ
de tempore impoſitionis cenſus fuiſſe poſſeſſa per
Io. Baptiſtam, & hodie poſſideri per Andream
reum conuentum prætendit; Dominiq. poſt tertiã
diſputationem reſponderunt dandam eſſe Hiero-
nymæ immiſſionem.

De credito enim Hieronymæ cũ hypotheca cõ-
ſtat ex Inſtrumento ceſſionis, in vim cuius poteſt
1 exigere fructus, cum † ceſſionarius cenſus in om-
nibus repræſentet perſonam Domini cedentis, iux-
ta tradita per *Felician. de cenſibus. tom.* 1. *lib.* 3. *c.* 2.
nu. 18. *verſ. in qua quæſt. Roderic. de annuis red-
ditibus lib.* 2. *quæſt.* 17. *nu.* 12. *Rota poſt Cenc. de
cenſib. deciſ.* 68. *nu.* 3.

Poſſeſſio anterior Io. Baptiſtę debitoris de tem-
pore impoſiti cenſus, & cõtractæ hypothecæ ſuper
iſtis bonis, probatur ex clauſula conſtituti adiecta
in donatione iſtorum bonorum facta per ipſum Io.
Baptiſtam Andreæ, in vim cuius idem Andreas fuit
ad eadem bona aſſociatus, in dicto ſumm. nu. 6. & 7.
2 quæ † clauſula conſtituti plenè probat poſſeſſionem
conſtituentis aduerſus conſtitutarium, vt tradunt
Ruin. conſ. 169. *nu.* 16. *lib.* 1. *Morot. conſ.* 58. *nu.* 6.
Rota coram Card. Seraph. deciſ. 1415. *nu.* 2. *& co-
ram ſan. me. Greg. deciſ.* 362. *num.* 1. *& deciſ.* 491.
nu. 10. *apud Card. Caual. dec.* 524. *nu.* 20. Dumq. in
petitione, & executione mandati de aſſociãdo per
Andream obtenti fuit Io. Baptiſta citatus, ſatis de-
3 prehenditur poſſeſſio Io. Baptiſtæ, † qui alioquin
citatus nõ fuiſſet, nec dimittere potuiſſet poſſeſſio-
nem ſi non habuiſſet, vt per *Rotam coram ſan. me.
Greg. XV. dec.* 402. *nu.* 1. *&* 3. *& dec.* 426. *num.* 1.
& dec. 630. *num.* 5. *par.* 2. *& in Romana cenſus* 23.
Nouemb. 1627. *coram Reuerendiſſ. Vegellen.* & in-
de etiam inſurgit confeſſio Andreæ, quòd Io. Bap-
4 tiſta † poſſideret, quæ eſt optima probatio contra
ipſum, *l. cũ precum. C. de liber. cauſ. cũ concordan.*
5 Poſſeſſio autem poſterior Andreæ † rei conuenti
ſatis deducitur ex ſubſtentatione litis iũctis admi-
niculis, *Rota coram ſan. me. Greg. XV. deciſ.* 491.
nu. 11.

*nu.*11. *& in Romana Saluiani* 20. *Nouemb.* 1630.
coram me. Quæ adminicula hic non deſunt, nem-
pe aſſociatio per eumdem Andream ad hæc bona
obtēta, & teſtium depoſitiones de poſſeſſione eiuſ-
6 dem, vt in ſumm. nu. 5. Quibus concurrentibus,† ex
remedio Saluiani denegari non poteſt immiſſio, vt
dicitur in præallegatis deciſionibus, & alibi paſſim.
Non obſtat, quòd Hieronyma ſatisfacta fuerit
de credito fructuum cenſus tàm ex datione inſolu-
tum duarum domorum, & prædiorum valoris ſcut.
2000. vt in ſumm. Andreæ nu. 3. quàm etiam ex fru-
ctibus fundi Arcoſlati, ſuper quo eſt conſtitutus cē-
ſus, quem poſſediſſe prætenditur ex locationibus, &
Teſtibus datis in d. ſumm. num. 5 & 6.
Quoniam quoad dationem inſolutū, placuit re-
ſponſio, quòd illa fuit facta Procuratori Hieronymę
non habenti ad hoc legitimum mandatum, & dictā
dationem inſolutum ipſa expreſsè refutauit mini-
ſterio Procuratoris ad hoc ſpecialiter cōſtituti, de-
clarando ſe bona inſolutum data velle poſſidere
pro credito dotis anteriori ſcut. 1300. non autem
pro cenſu, vt in ſumm. Hieronymæ num. 9. Vnde
datio inſolutum nonniſi pro cauſa dotis expreſſa
7 ſuffragari poteſt, cum regulariter † requirat con-
ſenſum vtriuſque contrahentis, nemoq. inuitus co-
gatur acceptare inſolutum, *Surd. deciſ.* 113. *per
tot. Rot. deciſ.* 42. *per tot. par.* 1. *recen.* Præſertim
quia de dotis credito ſatis conſtare videtur ex pro-
miſſione, & ſolutionibus ſubſequutis datis in ſum.
Hieronymæ nu. 10. & 11. Et cum in dicta datione
inſolutum non fuerint adhibitæ ſolemnitates con-
8 ſtitutionis Marchiæ, quæ† requiruntur in omnibus
actibus, in quibus minores, aut mulieres lædi poſ-
ſunt, tanquam nulla non obeſt Hieronymæ, ad tra-
dita per *Gozzad. conſ.* 16. *nu.* 8. *Menoch. de arbitr.
iudic. caſ.* 171. *nu.* 30. *&* 52. *Rota coram ſanctiſſimum
Greg. XV. dec.* 260. *nu.* 3. *& poſt Pic. ad Statutum
Vrbis dec.* 8. *nu.* 3. & in his terminis receptionis in-
ſolutum *in Romana pecuniaria* 10. *Decemb.* 1631.
coram me, atq; in omnem caſum, vbi iuſtificaretur
non ſubſiſtere titulum dotis expreſſum, opportunis
iuris remedijs poſſet Hieronyma cogi ad reſtituen-
bona inſolutum recepta, & fructus, quos indebi-
tè perceperat.
Quo verò ad fundum in quo cenſus eſt fundatus,
ex cuius fructibus obijciebatur Hieronymam fuiſſe
pariter ſatisfactam, fuit reſponſum, quòd locatio-
nes iſtius prędij Arcoſlati factæ per Hieronymam
fuiſſe de anno 1614. & 1624. vt in ſum. Andreæ n. 6.
& modò agit pro fructibus ab anno 1630. citra: vn-
9 de licèt regulariter † ex poſſeſſione de præterito
præſumatur poſſeſſio de præſenti, *iux. gloſ. & Doct.
in l. ſiue poſſidetis. C. de probat. Menoch. de præ-
ſumpt. præſump.* 64. *nu.* 1. *lib.* 6. tamen locum non
obtinet, quando huiuſmodi præſumptio allegatur à
tertio contra poſſidentem, & ad ſui commodum,
10 † is enim non poteſt atteſtari de alterius animo, &
voluntate, à qua pendet poſſeſſio, ſed debet aliunde
probari, ita conſuluit *Anchar. conſ.* 297. *nu.* 11. *verſ.
non obſtat ſi dicatur. Alciat. reg.* 2. *præſumpt.* 21.
nu. 9. *Menoch. de præſumpt.* 64. *nu.* 38. *lib.* 6. *Card.
Mantic. de tacit. lib.* 22. *tit.* 27. *num.* 50. *Rota apud
Put. dec.* 19. *lib.* 2. *& in recen. dec.* 559. *n.* 3. *par.* 4.
& in Elboren. penſionis 3. *Iulij* 1617. *coram Re-
uerendiſſ. D. meo Decano.* Cumq. dicta continua-
11 tionis poſſeſſionis † præſumptio tollatur ex con-
trarijs coniecturis, vt reſpondit *Rota dec.* 528. *n.* 1.
par. 3. *recent.* in caſu iſto dantur Teſtes in ſumm.
nu. 12. deponentes prædium hoc Arcoſlati fuiſſe
poſſeſſum per filios Io. Baptiſtæ, & ab ijs fructus
perceptos, ex quibus d. præſumptio eò facilius ex-
cludi videtur, & vrget etiam præſumptio quòd Hie-
ronyma, poſtquam fuit de fructibus decurſis ſatiſ-
facta, fundum reſtituerit hæreditati Io. Baptiſtæ,
prout de iure tenebatur.
Nec releuat ſeptimus Teſtis datus in ſumm. An-
dreæ num. 7. deponens prædium hoc Arcoſlati fuiſ-
ſe poſſeſſum, atque hodie etiam poſſideri à Hiero-
12 nyma. Tùm † quia eſt vnicus, & ſic non facit gra-
dum probationis, *c. licet, c. veniens il* 1. *de teſtib.
l. iuris iurand. C. eod.* Tum etiam quia ad euitandā
contradictionem cum alijs Teſtibus, & ob ſangui-
nis neceſſitudinem inter matrem, & filios, poteſt
intelligi, quòd Hieronyma poſſederit iure familia-
13 ritatis, & adminiſtrationis † pro filijs, dū amplius
non habebat titulum poſſidendi iure proprio, *ad
l. qui iure familiaritatis. ff. de acquir. poſſ. Surd.
conſ.* 94. *nu.* 36. *Rota coram Reuerendiſſ. D. meo De-
cano dec.* 293. *nu.* 4. *&* 6. *& in Ariminen. fideicom.*
7. *Maij* 1632. *coram me.*
Et ita vtraq; parte informante reſolutū fuit, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Bareñ Iuriſpatronatus.

Die Mercurii 20. *February* 1636.

ARGVMENTVM.

Scripturæ minus ſolemni, & priuatæ, quando fides adhibeatur. Donatio Iuriſpatronatus quando valeat ſine conſenſu Ordinarij, & quando non, & an ex ſuperueniente conſenſu eius reualidetur.

SVMMARIVM.

1 *Scriptura etiam minus ſolemni fides eſt adhibenda, ſtante obſeruantia.*
2 *Scriptura priuata iunctis adminiculis, & præſumptionibus plenam fidem facit.*
3 *Iuriſpatronatus donatio eſt nulla ex defectu conſenſus Ordinarij.*
4 *Iuriſpatronatus donatio non reualidatur ex conſenſu Ordinarij ſuperueniente, in præiudicium Compatronorum, quibus medio tempore fuit ius quæſitum ex præſcriptione.*
5 *Iuriſpatronatus donatio facta Cōpatrono, vt valeat, non requiritur conſenſus Ordinarij.*
6 *in Donatione iuriſpatronatus præſumitur interueniſſe Beneplacitum Apoſtolicum ſpatio 30. annorum iuncta obſeruantia.*
7 *Ordinarij conſenſus in donatione Iuriſpatronatus, quandocumque ſuperueniat, validat donationem etiam in præiudicium tertij.*
8 *Status vltimus attendendus eſt ad effectum iuſtificationis gratia in præiudicium patronorum, qui alios ad compræſentandum admiſerunt.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO CI.

VACANTE Beneficio, de quo agitur, obtinuit Ludouicus præſentari ab illis de familia de Bouijs, & Nicolaus Maria ab alijs de familia de Carduccijs, pro quo Nicolao Maria Ordinarius Bareſi pronunciauit; cauſa autem in gradu appellationis, & ſeu reſtitutionis in integrũ ad Rotam deuoluta, ac obtenta gratia Apoſtolica per Ludouicum ſuper prælatione cum narratiua, quòd erat præſentatus à medietate Patronorum & cum derogatione alterius medietatis, quæſitum fuit, an gratia prædicta eſſet iuſtificata, & negatiuè per Dominos fuit reſponſum.

Quoniam ſubſtantia gratiæ, quæ pendet à narratiua præſentationis à medietare Patronorum non iuſtificatur: huiuſmodi enim patronatus initium ſumpſit à Maſotto Aliſio, & ab eo deſcendit Ludouicus filius, qui de anno 1531. præſentauit, & eo decedente nullis relictis filijs, ſorores illius, nẽpè Laura, Romana, & Lucretia ab inteſtato ſucceſſerunt; De pertinentia vocis Lauræ, quæ nupſit Paulo Carduccio, à quo deſcendunt qui præſentarunt Nicolaum Mariam, non eſt controuerſia, & ſimiliter de voce Romanæ quæ nupſit Ioanni Antonio Boulo, à quo deſcendunt, qui præſentarunt Ludouicum, non eſt quæſtio; ſed tota difficultas reſidet, ad quem ſpectet vox Lucretiæ, vel integraliter, vel pro maiori parte ad Carduccios, aut ad Bouios, vel æqualiter reſpectiuè vnicuique eorum accreuerit; Nam ſi ad Carduccios pertinet, gratia Ludouici remanet iniuſtificabilis, dum ex tribus vocibus, Bouij à quibus fuit præſentatus, vnam tantum habeant, ſi vero non pertineat, aut accreſcat vnicuique, narratiua poteſt iuſtificari.

Integraliter autem, vel ſaltem pro maiori parte pertinere ad Carduccios viſum fuit; quia eadẽ Lucretia Reginæ Poloniæ tunc Domicella de anno 1543. primo Septembris, in euentum, in quem contigiſſet eam ab inteſtato decedere, donauit omnia bona ſua præſentia, & futura, iura, & actiones Antonio Aliſio eius nepoti filio Ioannis Franciſci Aliſij, ipſius donatricis fratris, menſe autem ſequenti, nempe prima Octobris eiuſdẽ anni 1543. emanarunt conuentiones inter Romanam eiuſdem Lucretiæ ſororem, à qua Romana deſcendunt Bouij parte vna, & Antonio nomine proprio, & vti Procuratore Lucretiæ, nempè, quod donec ipſa Lucretia vixerit, & vacatio beneficij contigerit, ipſa ſola Lucretia præſentare debeat, & poſt illius obitum Iuſpatronatus, & præſentandi remaneat, & remanere debeat penès Romanam, & Lauram, & Antonium donatarium, & eorum hæredes, & ſucceſſores, adeo quod in futurum ſint in ea tres voces tantùm in perſonis prædictorum, & ſuorum hæredum per ſtirpes, quia ſic inter partes actum fuit; Menſe autem Ianuarij die 13. Immediatè ſequẽti ſimiles conuentiones ſtipulatæ fuerunt inter Lauram alteram ſororem & Antonium proprio nomine, & procuratorio Lucretiæ, vt ipſa Lucretia donec viueret & vacatio cõtingeret, ſola præſentaret, & poſt illius mortem Iuſpatronatus remaneret penès Lauram, Romanam, & Antonium, ad eo quòd in futurum ſint in ea tres voces tantum, quia ſic conuentum. Demum eadem Lucretia die 18. Februarij immediatè ſequentis condidit teſtamentũ, in quo hæredem inſtituit ſupradictum Antonium eius nepotem, ac poſtremo in die penultima anni 1544. Idem Antonius tàm nomine proprio, quàm procuratorio nomine Lucretiæ trãſegit cum Laura Aliſij, & Ludouico Carduccio in caſum, in quẽ ipſe Antonius decederet ab inteſtato, vel condito teſtamento, portiones, quæ ipſi obuenræ fuerint ex hæreditate quondam Ludouici, & donatione Lucretiæ etiam quoad Iuſpatronatus de quo agitur, peruenire debeant ad ipſam Lucretiam viuentem, & ea tunc mortua ad Abbatem Franciſcum Carduccium filium prædictæ Lauræ, à qua Carduccij deſcendunt, qui Abbas Franciſcus poſtea Epiſcopus creatus moriens inſtituit Annibalem Carduccium germanum fratrem eius hęredem vniuerſalẽ, & eo tunc mortuo, inſtituit ſibi hæredem Colam Mariam alterum eius fratrem germanum, & vlterius eo decedente ſine filijs maſculis, voces beneficij iuriſpatronatus, quæ ad ipsũ Teſtatorẽ ſpectant, deueniant ad Colam Mariam, & ſuos hæredes poſt obitum ſupradicti Annibalis primi inſtituti.

Ex quibus reſpectiuè inſtrumentis, quæ in ſummario Carduccij diſpoſita dantur, patet, hanc reriã Lucretiæ vocem perueniſſe ad Antonium eius nepotem, & ab eo in Abbatem Carduccium, & deinde ad Annibalem. & demum quia Annibal deceſſit ſine filijs maſculis legitimis peruenit ad Colam Mariam, à quo deſcenderunt Ioannes Baptiſta, Hieronymus, & Proſper, qui vltima vacatione præſentarunt Nicolaum Mariam eorum fratrem.

Cæterũ quòd Annibal deceſſerit ſine filijs maſculis legitimis, behè concludunt quinque teſtes dati in ſumm. Carduccij num. 14. qui etiam deponunt, quòd filij Colæ Mariæ tunc demortui, ſucceſſerunt dicto Annibali tãquam hæredes vniuerſales.

Non obſtat, quòd huiuſmodi donatio, & ſeu trãſactio Antonij facta ad fauorem Abbatis Franciſci, in qua conſiſtit exiſtentia tertiæ vocis non ſit in forma probanti.

Quia hæc ſcriptura legitur ſtipulata vſque de
anno 1544. & ſic ſupra nonaginta annos, & à ſuo
protocollo extracta de anno 1581. & coram Ordi-
nario Bareſi producta de anno 1584. & 1596. ex
1 hac † inquam obſeruantia etiam ſcripturæ minus
ſolemni fides adhibenda eſt. *Crauett. conſ.* 158. *n.* 1.
& 274. nu. 7. Ioſeph. Ludou. conſ. 38. *verſ inſertur*
5. *Rota deciſ.* 418. *nu.* 5. *par.* 2. *recent.* & idem fuit
admiſſum in Tarraconen. Cappellarum 18. Fe-
bruarij præteriti coram me, in qua dictum fuit, ſcri-
2 pturam † priuatam iunctis adminiculis, & præſum-
ptionibus plenam fidem facere. per *l. inſtrumenta.*
C. de probat.

Minus etiam releuat, quòd obligatio, & ſeu
3 † donatio prædicta ſit nulla ex defectu conſenſus
Ordinarij, *Rocch. de iurepatr. in ver. competens. q.* 7.
in fin. Caputaq. deciſ. 130. *par.* 2. *num.* 3. *Gratian.*
diſcept. 577. *nu.* 38. qui dicebatur non poſſe reuali-
dari conſenſu ſuperuento de anno 1628. in præiudi-
4 cium † Compatronorum, quibus medio tempore
fuit ius quæſitum ex præſcriptione *Rota deciſ.* 208.
nu. 1. *& 407. nu.* 1. *par.* 1. *diuerſ.*

Quia donatio iſta facta per Antonium Abbati

Fran-

Franciſco Carduccio filio Lauræ ex tribus ſorori-
bus poteſt ſubſtineri ex pluribus, & ſignanter quia
5 facta Compatrono † non requirit conſenſum, *Achil.*
decif.19.de iurepatr.Verall.decif.284 num.1.par.1.
& habet præſumptionem beneplaciti Apoſtolici ex
6 decurſu nonaginta annorum † cum obſeruantia
præſentationum anni 1584. & 1596. cum tamen
ſufficiant triginta anni, *Rota decif.179. nu.1. par.2.*
diuerſ.& 694. nu.5. par.1. recent. ac demum con-
currit tacitus Ordinarij conſenſus, qui elicitur ex
ſupradictis duabus præſentationibus, in quibus e-
7 nunciatur Abbas Franciſcus donatarius, † qui ſuf-
ficit, & quandocumque ſuperueniat, ſemper validat
donationem, etiam in præiudiciũ tertij, prout præ-
dicta omnis comprobantur ex *decif.& Add.ad eam-*
dem coram Papa Greg.XV.in ordine 420. nu.7.

Demum non obſtat ſufficere Ludouico vltimum
ſtatum deſumptum ex præſẽtationibus anni 1584.
& 1596. in quibus Carduccij, & Bouij pro medie-
8 tate præſentarunt, qui ſemper † attendendus vide-
tur ad effectum iuſtificationis gratiæ in præiudiciũ
Patronorum, qui alios ad compræſentandum ad-
miſerunt, *cap.conſultationibus. de iurepatr. Rip. in*
cap.cum Eccleſia Sutrina num.93. de cauſ.poſſ. &
propr. Rot.decif.174. nu.3. par.2. recent.

Quia ſi ex dictis duabus præſẽtationibus, & illa-
rum tenore deſumatur vltimus ſtatus, nedum ex il-
lo actu indifferenti, dum omnes ad præſentationẽ
earumdem perſonarum concurrerunt, non appa-
ret, quòd paribus vocibus Carduccij, & Bouij præ-
ſentauerint, ſed totum oppoſitum, quia enuncia-
runt Carduccij, ſe præſentare ad præſcriptum con-
cordiæ, ibi, in prima anni 1584. 22. Aprilis, & vo-
lentes, ſeruata forma dictæ concordiæ præſentare,
quæ concordia cum emanauerit inter partes eadẽ
die 22. Aprilis 1584. & in ea conuentum fuit, quòd
alternis vicibus Carduccij, & Bouij præſentarent,
nempè Carduccij prima, & ſecunda vice occurren-
te vacatione, Bouij verò tertio loco: Meritò pro
Carduccijs affirmari poteſt extare vltimum ſtatũ
pro duabus vocibus, ex quo ab eadẽ die nõ occur-
rerunt aliæ vacationes, quàm ſupra enunciatæ, cui
non obſtat, quòd illa concordia de anno 1633. fue-
rit ab Ordinario reuocata, quia ex alia cauſa, nẽpè,
quia omnes Patroni nõ fuerunt vocati in illo iudi-
cio, non autem ob iniuſtitiam pertinentiæ duarum
vocum, & in omnem caſum ſufficit pro declaratio-
ne, quòd tunc æqualiter non præſentauerint, vt in-
de euitetur fundamentum vltimi ſtatus, quicquid
exinde Bouij probare poſſint, ſe in Patronatu pa-
res voces habere, quod adhuc ex deductis non fuit
iuſtificatum. Et ita vtraque &c.

¶ *Habetur infra in hac cauſa alia deciſio ſub die 9.*
Iunij 1636. coram eodem R.P.D.Pirouano.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana Succeſſionis.

Die Mercurii 27. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

Appellatione conſanguineorum qui cõtineantur, & maximè in ſtatutis.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina, non obſtante ſexu muliebri poteſt reti-*
nere qualitatem ex latere paterno, præſertim in
materia indifferenti.
2 *Conſanguineorum appellatione, veniunt etiam*
cognati.
3 *in Statutis, attento communi vſu loquendi appel-*
latione conſanguineorum veniũt etiam cognati.
4 *Quod non procedit, quando non ſimpliciter eſt pro-*
latum, ſed cum qualitate, ſcilicet ex parte patris
5 *Appellatione conſanguineorum ex parte patris,*
veniunt tantum agnati.
6 *Argui poteſt ab oppoſitis.*
7 *Conſanguineorum ex parte patris appellatione,*
quòd veniant cognati, eſt impoſſibile.
8 *Appellatio conſanguineorum ex parte patris, ma-*
gis latè patet, quàm ex linea patris contrarium.
num. 9.
10 *Filius ſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſic in*
tempore inhabili ad acquirendum, quicquid reli-
quit, præſumitur paternum, niſi aliud doceatur,
et hoc maximè ſi non fuerit confectũ inuentariũ.

DECISIO CII.

DOMINI cenſuerunt ſententiam Rotalem
immiſſionis Comitis Petri Donatarij Flami-
niæ de Auiamõtijs in poſſeſſionem bonorum q. Io-
ſephi etiam Auiamontij in ætate pupillari defuncti,
eſſe confirmandam, tàm ex capite validitatis, quæ
non controuertitur, quàm etiam ex capite iuſtitiæ
coram R.P.D.meo Veroſpio latius comprobatæ.

Dictæ enim Flaminiæ tanquã proximiori ex par-
te patris debetur ſucceſſio in patrimonio dicti Io-
ſephi, iuxta diſpoſitionem ſtatuti Vrbeuetani, in
quo habetur, quòd decedenti nullis ſuperſtitibus
deſcendentibus maſculis, vel fœminis, neque agna-
tis vſque in tertium gradum computandum ſecun-
dum ius Canonicum, ſuccedant conſanguinei pro-
ximiores ex parte patris in patrimonio, & proxi-
miores conſanguinei ex parte matris in matrimo-
nio. Inde autem deducitur eius proximioritas, quòd
Ioſephus Auiamontius in quinto gradu diſtat ab
Hectore Auiamontio ſeniore ex perſona Franciſci
eius abnepotis, Flaminia verò deſcendit ab eodem
Hectore ex perſona Thomæ illius filij, & reſpecti-
uè patris ipſius Flaminiæ, cui proculdubio conue-
niunt qualitates dicti ſtatuti, quòd ſcilicet non exi-
ſtant Ioſepho agnati intra dictum gradum, & con-
ſequenter ipſa ſit proximior, quodque proximitas
eius ſit ex parte patris, vt in deciſionibus emana-
tis *coram d.R.P.D.meo Veroſpio 24. Maij 1632.**
& 24. Ianuarij 1635. * in quibus firmatur, quòd
Flaminiam in huiuſmodi proximitate non antece-
dunt alij, nempe Mancini, Alberici, & Teſtaſicci
concurrentes ad eamdem ſucceſſionem, non qui-
dem illi de Mancinis, quia etiamſi coniuncti ſint d.
Ioſepho ex perſona Portiæ matris, quæ fuit filia
Franciſci, & neptis ſupradicti Hectoris, non tamen
ſequuntur lineam dictæ matris, ſed patris. Neque
Alberici filij Galistii, qui fuit frater Alphonſæ vxo-
ris Attilij, cui dicti Ioſephi, cum ipſis tanquam de-
ſcendentibus à perſona non agnata patri, aut auo,
minimè cõuenire poſſit nomen agnationis ex par-

te

te ipſius patris; nec minus Teſtaſiccis fratribus
Lucretiæ quæ fuit mater eiuſdem Ioſephi, & dicū-
tur illius auunculi, cum ſint poſiti extra illius fa-
miliam, non conuenit qualitas proximitatis ex la-
tere patris à ſtatuto requiſita; fundamentum autem
reſolutionis fuit, quòd Flaminia ſola poſt Ioſephū
1 remanſit in gradu proximiori ex latere † paterno
quæ qualitas, nō obſtante ſexu muliebri, potuit per
eam retineri, præſertim in materia indifferenti,
l. maximum vitium. C. de liber præter. cum ſimi-
libus, concurrente etiam mente conditorum eiuſ-
dem ſtatuti dum in capite ſucceſſionis agnatorum
vſque in tertium gradum maſculos prætulerunt fœ-
minis, cui fundamento non obſtat, quòd ſtatutum
in caſu deceſſus ſine deſcendentibus maſculis, vel
fœminis ſuperſtitibus agnatis infra tertium gradū
2 vocauerit † proximiores conſanguineos, quorum
appellatione veniunt cognati ex cumulatis per *Ti-
raq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 9. num. 4. & ſeqq.*
adeo vt ſtatutum in hac parte non poſſit intelligi
de ſolis agnatis, in quo ſenſu prædictis Mancinis ex
Portia ſorore Hectoris Iunioris, qui fuit proauus
Ioſephi, potius debeatur ſucceſſio vti proximiori-
bus eidem Ioſepho, quàm Flaminiæ nepti alterius
Hectoris ſenioris aui dicti Hectoris Iunioris, & ſic
in ſexto gradu diſtanti à dicto Ioſepho, qui gradus
eſt remotior.

Quoniam obiectum procederet, ſi ſtatutum vo-
caret conſanguineos, nulla eis addita qualitate, quæ
diſtingueret deſcendentes ex vno latere à deſcen-
dentibus ex altero, in quibus terminis loquuntur
3 Doctores tenentes, quòd in ſtatutis, † attento com-
muni vſu loquendi, appellatione conſanguineorum
veniant cognati, & ſic deſcendentes ex fœmina ita
*Bart. Bald. Imol. & Paul. de Caſtr. in l. cum qui-
dam. §. quod dicitur. ff. de acquir hæred. idem Bald.
in l. vlt. nu. 3. C. de verb. ſignif. Fulgoſ. in conſ. 18.*
4 *nu. 3.* Secus verò † quādo verbum (conſanguinei)
non eſt ſimpliciter prolatum, ſed cum qualitate,
vt in præſenti ſtatuto, ibi (ex parte patris,) quibus
5 † verbis ſignificantur agnati, ita exponunt *Paul.
de Caſtr. in conſ. 121, num. 3. vol. 1. Pariſ. conſ. 59.
nu. 27. vol. 3. Curt. iun. conſ. 5. nu. 21. & conſ. 176.
nu. 5. & 6. Gabr. conſ. 27. nu. 1. vol. 2. Peregr. de
fideic. art. 22. n. 35.* quæ ſignificatio magis eluceſſit
ex verbis ſubſequentibus ibi, (& conſanguinei ex
parte matris,) quæ cum ſint oppoſita præcedētibus,
6 non poſſunt includere agnatos, eodemq. modo † ar-
guendo ab oppoſitis, impoſſibile eſt quod conſan-
7 guinei ex parte † patris includant cognatos.

Nō obſtat, quòd ille terminus, (ex parte patris,)
cum ſit latioris ſignificationis, quā ſi diceretur (ex
8 † linea matris,) debeat comprehendere conſangui-
neos tàm agnatos, quàm cognatos, vt per *Paul. de
Caſtr. in conſ. 111. in fin. vol. 1.* Quia inter vtrum-
9 que dicendi modum nullam adeſſe † differentiam
probat textus *in Cap. vnic. de nat. ſucceſſ. feud.*
vbi quòd in principio dicitur, ex latere, in fine de-
monſtratur per illa verba, (ex linea,) & ita ſentiunt
*Ruin. conſ. 141. num. 21. vol. 5. Curt. iun. d. conſ. 5.
nu. 24. Honded. conſ. 4. nu. 21. vol. 1. eumq. ſenſum
amplectitur Rota vt in Giennen. penſionis, quæ eſt
9. inter impreſſas Card. Caualer. & in Mediolaneñ
iuriſpatronatus coram R P. D. meo Pirouano, quæ
ſimiliter inter impreſſas poſt modern. in praxi iu-
riſpatr. eſt dec. 71.*

Quòd verò bona in quibus Rota dedit immiſſio-
nem Comiti Petro ceſſionario Flaminiæ, prouene-
rint ex hæreditate paterna Ioſephi, deducitur tum
ex confeſſione illorum de Teſtaſiccis, quia coram
Gubernatore Vrbeuetano petierunt immiſſionem
in omnibus bonis hæreditarijs q. Ioſephi contentis
in hac ſententia, tum etiam ex eo, quòd eadem bo-
na reperiantur deſcripta in inuentario Alphonſæ
auiæ, ac in alio etiam inuentario ipſorum de Teſta-
ſiccis vti tutorum eiuſdem Ioſephi, quibus addito
10 illius deceſſu in ætate pupillari, ac † inhabili ad ac-
quirendum, niſi probetur, quòd aliunde prouene-
rint, oritur præſumptio, quòd ſint bona paterna,
quæ quidem præſumptio ex eo etiam augetur quòd
non apparet de inuentario bonorum paternorum
ex parte dicti Ioſephi, vt per *Menoch. conſ. 207.
num. 12. vſque ad 17.* & alios in hac poſitione alle-
gatos. Et ita vtraque.

☞ * *Prima eſt deciſio 349. in præcedenti parte.* * *Al-
tera vero eſt deciſio 10. ſupra in hac ead. parte.*

REV.^{MO} P. D. COCCINO DECANO.

Cordubeñ Decimarum de Lucena.

Die Mercurii 27. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

Priuilegium exemptionis à ſolutione quarum-
cumque decimarum conceſſum Societati
IESV per Paulum III & confirmatum per
Pium IV. an afficiat etiam eos, qui ſunt in
poſſeſſione ab immemorabili, cum fama pri-
uilegij Apoſtolici, percipiendi decimas. Lai-
ci ante Concilium Lateranenſe non erant in-
capaces decimarum, ſed poſt ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Priuilegium conceſſum, cum clauſula, ſicque per quoſcumque Iudices, &c. iuncta cum clauſula, ſublata, operatur, vt cenſeatur os clauſum vt nihil contra priuilegium deduci poſſit.*

2 *à Decimarum ſolutione, quando conceditur exemptio, eſt in ſpecie derogandum. c. nuper de decim. cum contineat conciliarem Conſtitutionem.*

3 *Papa cōcedendo exemptionem à ſolutione decimarum alicui, certo ſcit illam eſſe præiudicialem illis, ad quos ſpectant decimæ, & nu. 23.*

4 *Priuilegium, de non ſoluenda quarta canonica, ſuffragatur fratribus, etiam non facta mentione iuris, vel poſſeſſionis Capituli.*

5 *Verba (aut alias) poſita poſt mentionem iuris communis, non in alio verificari, quàm in iure ſpeciali.*

6 *Decimarum exemptio conceſſa, cum derogatione iuris communis, aut alias, &c. ex hoc cenſetur derogatum habenti ius ſpeciale ſuper exactione decimarum.*

7 *Laicus habens immemorabilem pro ſe cum fama priuilegij ad effectum percipiendi decimas, poteſt*

allegare infeudationem ante Concil. Lateranẽſe.

8 *Laici ante Concilium Lateranenſe omninò non erant incapaces decimarum.*

Laicis ante Concilium Lateranenſe, Epiſcopi, & alij Prælati inferiores poterant eis decimas in feudum dare. nu.8.

9 *Laicus allegans titulum infeudationis decimarũ ante Concil. Lateranenſe, non eſt ligatus priuilegijs illorum, qui habent exemptionem, de illis non ſoluendis.*

10 *Laici ſunt incapaces decimarum, & ideo non poſſunt per ſolam immemorabilem capaces fieri. & num. 11.*

12 *Laicus, vt ſit capax decimarum, requiritur, vel priuilegium Apoſtolicum, vel conceſſio feudalis ante Concil. Lateranenſe.*

13 *Laicus, vt ſine peccato poſſit retinere decimas, quid requiratur.*

14 *Probatio non debet conſiſtere in ſola poſſibilitate.*

15 *Laicus habens decimas ex titulo Apoſtolico, efficiuntur ea de illius patrimonio.*

16 *in Decimis ſimpliciter donatis, Iudex laicus eſt Iudex competens.*

17 *ſuper Decimis cõcordia facta non tollitur ex priuilegio Papæ.*

18 *Laici non ex eo, quòd ſi ſint effecti capaces decimarum, d. decimæ ſunt execratæ, vt decimus de iurepatronatus.*

19 *Maior 14. annis de per ſe poteſt defendere causã ſpiritualem, & hoc etiam habet locum in laico maiore 14 annis defendente decimas ex priuilegio Apoſtolico, & ante Concil. Lateranenſe infeudatas.*

20 *Decimæ ſunt ſpirituales, & dependentia ſunt fructus decimarum.*

21 *Decimas habens laicus ex priuilegio Apoſtolico, vel in feudum datas ante Concil. Lateranenſe, pari paſſu ambulant. & nu.22.*

24 *Decimæ in Hiſpanijs ad multos laicos ſpectant de iure ſpeciali.*

25 *Priuilegia exemptionis à ſolutione decimarum conceſſa Patribus Ieſuitis fuerunt ob publicam vtilitatem.*

26 *Princeps poteſt alicui auferre priuilegium ob publicam vtilitatem.*

27 *Cap. ex multiplici. de decim. quando ceſſet.*

28 *Iudex laicus an ſit competens ſuper cognitione fructuum decimarum.*

DECISIO CIII.

PIVS QVARTVS confirmans, approbans, ac etiam plenariè innouans, & de nouo, quatenus opus ſit, concedens priuilegia, & exemptiones à ſolutione decimarum quarumcumque impoſitionum per Paulum III. prædeceſſorem Societati IESV conceſſas, pro potiori cautela camdem vniuerſam Societatem IESV, omniaq., & ſingula illius Domos probationis, & Collegia vbilibet exiſtentia, præſentia & futura, eorumq. perſonas, fructus, & redditus, ac prouentus etiam bonorum Eccleſiaſticorum, ſecularium, & Regularium quorumcumque, illis pro tempore vnitorum, aliaſque res, & bona quæcumque exemit à quibuſuis decimis etiam Papalibus, prædialibus, perſonalibus, quartis, medietatibus, & alijs fructuum partibus, ſubſidijs caritatiuis, & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expeditione contra Infideles, defenſione patriæ, & alijs quomodolibet, etiam ad inſtantiam Imperatorum, Regum &c. pro tempore impoſitis, perpetuo liberauit, & exemit, cum clauſula quòd litteræ, & in eis contenta, de ſubreptionis, vel obreptionis, aut nullitatis vitio, ſeu intentionis defectu, quouis prætextu, quæſitoq. colore, nullo vmquã tempore notari vel impugnari poſſent &c. Et ſic in præmiſſis omnibus, & ſingulis per quoſcumque Iudices, & Commiſſarios etiam S.R.E. Cardinales, ſublata eis; & eorum cuilibet quauis aliter iudicandi, & interpretandi facultate, iudicari, & definiri debere &c. irritum, & inane
1 &c. Quæ quidem clauſula, † ſicq. per quoſcumque
Iudices &c. iuncta cum clauſula, ſublata, operatur,
vt cenſeatur os clauſum, vt nihil contra priuilegiũ
poſſit opponi, vt conſiderat *Gonzal. ſuper reg. 8.*
nume 9 gloſ. 66. nu. 52. & fel. rec. Gregorius XIII.
cum in antecedentibus priuilegijs nõ fuerit dero-
2 gatum *cap. nuper. de decim.* † illi derogauit: quæ
quidem derogatio ſpecialis erat neceſſaria, cùm
contineat Conſtitutionem conciliarem, *Rebuff. de decim. quaſt. 14. n. 56. Rota deciſ. 122. & 123. par. 1. diuerſ. & fuit dictum in cauſa Oriolen. decimarum 21. Maij, & 9. Iunij 1586. coram Orano, & in Valētina decimarum 1597. coram bo. me. Hieronymo Card. Pamphilio*, & huiuſmodi priuilegia fuerunt per Rotam canonizata, vt in ſententijs bon. mem. Marcelli Bubali, Seraphini Oliuarij, & Laurentij Blanchetti tunc Rotæ Auditorum.

Stãte hac ſerie facti dubitaui, An huiuſmodi priuilegia afficiant D. Ducem de Cardona, qui eſt in poſſeſſione ab immemorabili tempore, cum fama priuilegij Apoſtolici percipiendi decimas. Et per
Dominos affirmatiuè fuit reſolutum, quia Papa
3 concedendo † exemptionem, certo ſcit illam eſſe
præiudicialem illis, ad quos decimæ ſpectant, & illis qui illas poſſident, ſiue ex diſpoſitione iuris cõmunis, ſiuè ex alio ſpeciali titulo. Doctores *in cap. dudum. de priuileg. vbi Abb. nu. 1. verſ. ſecus dicit Boatinus. Innoc. num. 4. verſ. ſed de proprietate. Hoſtien. nu. 6. verſ. nec obſtat. Io. Andr. nu. 5. verſ. alij tamen dicunt. Anchar. num. 3. verſ. ideo enim. Cardinalis, col. 1. verſ. vbi quæro, quæ eſt ratio diuerſitatis. Butr. n. 6. verſ. aliqui dicunt Caſſad. deciſ. 5. de priuil.* qui propriè loquitur de priuilegio exemptionis à ſolutione decimarum debitarum de iure ſpeciali, dum ibi concludit quod pri-
4 uilegium † de non ſoluenda quarta canonica, ſuffragatur fratribus, etiam non facta mentione iuris, vel poſſeſſionis Capituli; ſubdens hanc rationem, quia Papa ſciebat, vel cogitabat, quòd illa ab aliquo percipiebatur, & ſic quòd præiudicabat his, quibus de iure communi, aut alias eſſet debita.
5 Vnde cum illa verba (aut alias) † poſita poſt men-
tionem iuris communis, non poſſint in alio verificari, quàm in iure ſpeciali, *l. ius ſingulare. ff. de legib. Gloſ. in clem. 1. in verbo de itis, de decimis.* ideo concludit Caſſadorus, quòd cenſeatur deroga-
6 tum habenti ius ſpeciale † ſuper exactione decima-
rum: & ita reuocando deciſiones antiquas meis temporibus, fuit reſolutum in cauſa *Valentina decima-*

cima-

eimerum de Toralua 10. Decemb. 1601. coram bo.
mem. Litta, quæ eſt deciſio 48. par. 1. recent. & hāc
ſententiā poſtea Rota ſequuta fuit in terminis iſto-
rum priuilegiorum, in cauſa Gerunden. decimarum
5 Iulij 1621. corā bo. me. Patriarcha Manzanedo.
Neque obſtat, quòd Excellentiſſimus D. Dux
7 habeat immemorabilem pro † ſe cum fama pri-
uilegij, & ideo poteſt allegare infeudationem
ante Concilium Lateranenſe, Couar. var. lib. 1.
cap. 17. nu. 5. & in regula poſſeſſor. par. 2. §. 3. n. 9.
8 verſ. 3. fortius. Quia ante illud Concilium † laici
omnino non erant incapaces: nam Epiſcopi, & alij
Prælati inferiores poterant eis decimas in feudum
concedere, vt traditur in cap. cum Apoſtolica. de his
quæ fiunt à Prælat. Hoſtien. in ſumm. tit. de decimis
§. 3. quæritur. nu. 13. circa fin. c. 1. Epiſcopum,
vel Abbatem &c. in vſibus feudorum. & ideò alle-
9 gando iſtum titulum infeudationis, † non eſt liga-
tus priuilegijs Patrum Societatis, Io. Andr. in cap.
nuper, num. 4. de decim. & ibi Butr. nu. 5. Anchar.
nu. 8. Cardinalis col. 2. verſ. 5. quæro, & admittitur
in dicta deciſ. Litta nu. 9.
Huic fundamento fuit reſponſum, eſſe extra dif-
ficultatem, quòd laico non ſuffragatur in iſtis ter-
minis ſola immemorabilis cum allegatione priui-
legij, niſi etiam concurrat fama priuilegij, vel re-
cognitio feudalis, vel aliud æquipollens probetur.
10 Et ratio eſt, quia laici † ſunt incapaces decimarū,
& propterea non poſſunt per ſolam immemorabi-
lem capaces fieri, Io. Andr. & alij in d. c. cum apo-
ſtolica, de his quæ fiūt à Prælat. Felin. in cap. cau-
ſam: num. 3. de præſcript. & in cap. cum contingat,
nu. 4. verſ. ſi tamen. de foro compet. Rebuff. de de-
cimis. q. 13. num. 69. & ſeqq. vbi declarat Balb. de
præſcript. par. 1. quinta partis principalis q. 7. n. 19.
verſ. 1. cum ſeqq. Guidobon. deciſ. 61. & 62. latè
Moneta de decimis c. 5. q. 5. num. 114. cum ſeqq. &
fuit reſolutum in cauſa Toletana iuris decimandi
27 Aprilis 1584. coram bon. mem. Card. Blanchet-
to, quæ eſt deciſio 215. nu. 2. par. 2. diuerſ. quam ſe-
quitur Barboſa in l. Titia 35. ante nu. 46. verſ. ta-
men Rota. ff. ſolut. matrim. & in ead. Toletana 7.
Nouemb. eiuſdem anni coram eodem, & in cauſa
Placentina decimarum 30. Ianuarij 1586. coram
Bubalo, & in Calaguritana oblationum 21. Octob.
1588. & in cauſa Mediolanen. reſciſſionis permu-
tationis 21. Maij 1597. coram bo. me. Hieronymo
Card. Pamphilio, & in cauſa Comen. decimarum
10. Aprilis 1595. coram Orano, & in cauſa Burgen.
decimarum 5. Iunij 1591. coram eodem. In hoc
autem caſu teſtes, qui deponunt de immemorabili,
deponunt ſolùm de fama priuilegij Apoſtolici: nul-
libi autem probatur recognitio feudalis, nec fama
infeudationis, & propterea non poteſt allegari,
quòd D. Dux habuerit iſtas decimas in feudum
ab Epiſcopo: ad hunc enim effectum requireretur
11 † ſaltim quòd teſtes depoſuiſſent eſſe famam, quòd
ipſe Dux habuerit in feudum ab Epiſcopo dictas
decimas Ripa in c. 2. n. 75. verſ. & ex his bene infer
tur, de iudicijs, Couar. lib. 1. var. reſolut. c. 17. nu. 6.
12 vbi quòd requiritur, vel priuilegium † Apoſtolicū,
vel conceſſio feudalis facta per Epiſcopum ante
Concilium Lateranenſe, Arnulphus Ruzeus in
tract. iur. regal. 4. par. præfat. nu. 6. & 7. Capella
Toloſana deciſ. 440. nu. 2. in addit. vbi quòd laicus
13 poteſt retinere decimas ſine peccato, duobus con-
currentibus: primò quòd illas poſſederit ab imme-
morabili tempore tanquam vaſſallus Eccleſiæ: ſe-
cundò quòd ſit fama eas habuiſſe ante Concilium,
Moneta de decimis c. 5. q. 3. num. 74. & quæſt. 5.
nu. 118. Et propterea in caſu iſto cum neque pro-
betur recognitio feudalis, neque fama conceſſionis
in feudum ante Concilium Lateranenſe, ſed ſolum
fama priuilegij Apoſtolici, non eſt habenda ratio
quòd decimæ potuerint concedi in feudum, cum
14 † non ſufficiat iſta poſſibilitas, ſed debeat probari
fama vel recognitio feudalis, vt dictum eſt.
Non obſtat, quòd ſi D. Dux habet decimas ex
titulo Apoſtolico, illæ præſumantur donatæ, & ſic
15 ſunt effectæ de illius patrimonio, † & ſunt in com-
mercio, licet ſecus eſſet, ſi fuiſſent conceſſæ in feu-
dum, Barboſ. in d. l. Titia 35. nu. 41. cum pluribus
ſeqq. ff. ſolut. matrim. Vaſq. controuerſ. Illuſtriū
lib. 2. c. 89. nu. 3. & 6. Io. Guttier. pract. qq. lib. 1.
quæſt. 14. nu. 3. & q. 15. nu. 7. Fontanell. de pactis
nuptial. clauſ. 4. Gloſ. 19. par. 1. num. 83. Auguſt.
Barboſ. in c. 12. de decimis in 6. In decimis enim
16 ſimpliciter † donatis Iudicem laicum eſſe Iudicem
competentem, dicunt Barboſa in d. l. Titia, & Fō-
tanella vbi ſupra. Propterea cum decimæ fuerint
effectæ ſimpliciter de patrimonio D. Ducis, priui-
legia Patrum Societatis illas non comprehendūt,
ex cap. ex multiplici, de decimis, vbi in ſimili dici-
17 tur † quòd ex priuilegio Papæ non tollitur con-
cordia facta ſuper decimis.
Huic enim obiecto reſpondetur cum Ripa in d.
18 cap. 2. nu. 76. de iudicijs, non ex eo † quòd laici
effecti ſunt capaces decimarū, dictas decimas exe-
cratas eſſe, ſicut dicimus de iurepatronatus, vt in
c. quanto de iurepatr. & diſtinctio Barboſa in dict.
l. Titia, non ſubſiſtit, quia contrarium tenet Rota
in dec. 2. de iudicijs, in nouis, quæ ſecundum an-
tiquā impreſſionem eſt deciſio 46 in nouis, & 498
in antiquis. inquit enim dicta deciſio, quòd c. ſi an-
19 num, de iudicijs lib. 6. diſponens maiorem 14 † an-
nis per ſe poſſe defendere cauſam ſpiritualem, ha-
bet locum in laico maiore 14. annis defendente
decimas ſibi conceſſas ex priuilegio Apoſtolico, &
ante Concilium Lateranenſe infeudatas, propter
verba textus ibi, & alijs cauſis ſpiritualibus, & de-
pendentibus ab eiſdem: & ſubdit deciſio prædicta
20 nemini dubium eſſe quòd decimæ † ſint ſpiritua-
les, & dependentia ſint fructus decimarum, vt in
puncto notat Ioannes Monachus in verb. & depen-
dentibus, & ibidem Probus nu. 7. verſ. vt ſunt Do-
mini de Rota. Ex quibus apparet quod Rota æqua-
21 liter † determinat decimas ex priuilegio conceſſas,
& in feudum datas ante Concilium Lateranenſe,
Sarnen. in d. c. ſi annum. nu. 14. Iaſ. conſ. 93. col. 1.
nu. 1. lib. 1. Ruin. conſ. 142. nu. 2. & 22. in fin. lib. 5.
Felin. in c. cauſam. nu. 5. & 17. de præſcript. Bor-
ginus Caualcan. deciſ. 22. nu. 17. par. 1. & propte-
22 rea ſicuti decimæ † infeudatæ remanent ſpiritua-
les; ita etiam remanent ſpirituales decimæ conceſ-
ſæ per Papam. Et hinc ſequitur quòd cùm Summi
Pontifices exemerint Patres Ieſuitas à ſolutione
decimarum, exemerint etiam eoſdem ab huiuſmo-
di decimis, quæ ſpectant ad Excellentiſſimum D.

Digitized by Google

23 Ducem: quia vt dictum fuit, † Papa ſciebat, quòd
decimæ ad aliquem ſpectabant, vel de iure communi,
vel de iure ſpeciali, & præſertim in Hiſpanijs,
24 vbi † ad multos laicos ſpectant de iure ſpeciali. Et
hoc eo magis procedit, quia priuilegia fuerunt cõ-
25 ceſſa Societati † ob publicam vtilitatem: nam ipſi
quotidie concionando, & docendo laborant pro ſa-
26 lute animarum, & corporum: † neque agitur de
magno præiudicio Excellentiſſimi D Ducis iuxta
notata per *Bart. in l. fin. num. 2. C. ſi contra ius, & vtilitat. public.* Vnde non applicatur diſpoſitio
27 *text. in c. ex multiplici*, † enim non agitur de tol-
lenda concordia ſuper decimis, ſed ſolum de exem-
ptione à ſolutione decimarum, quam ex prædictis
conſtat Sũmos Pontifices voluiſſe concedere, etiam
quod decimæ ſpectent ad dictum Excellentiſſimum
D. Ducem. Nec hodie eſt agendum, An Iudex lai-
28 cus ſit competens Iudex ſuper cognatione † fru-
ctuum decimarum: quia, quicquid dicant DD. allegati
per Monetam *de decimis c. 8. q. 1. num. 15.*
multi tenent, quos ipſe allegat, Iudicem Eccleſiaſticum
debere cognoſcere ſuper fructibus decimarum:
& ſufficiat opinio Rotæ, quæ hoc tenet in *d. deciſ. 2. de iudicijs.*

Et ita concluſum, vtraque parte informante.

¶ *In hac cauſa habentur plures deciſiones ſupra, infra, & in ſequenti parte, quas annotaui ſupra ad deciſionem 44.*

R. P. D. PANZIROLO.

Fauentina Legatorum.

Die Veneris 29. Februarii 1636.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione diſcutitur materia, quòd quando alicui eſt data facultas aliquid diſponendi inter viuos, ſi ea vtatur in ſua vltima voluntate, nequaquam ſubſtinetur.

SVMMARIVM.

1 *Facultas data alicui coarctata ad caſum diſpoſitionis inter viuos, non poteſt illa extendi ad caſum diſpoſitionis non inter viuos, & ab iſta opinione non eſt recedendum. nu. 2.*

3 *Facultas conceſſa alicui, adimẽdi aliquid per verba ampliſſima, ac prægnantia, poteſt comprehendere etiam diſpoſitionem vltimæ voluntatis.*

4 *Verba generalia, generaliter ſunt intelligenda, quatenus per alia verba non limitentur.*

5 *Verba debent operare ſuum effectum.*

6 *Verba quantumuis generalia, reſtringuntur ad ſpeciem adiectam.*

7 *Teſtamentum ille, qui facit, licèt ſit viuens, attamen diſpoſitio in eo facta, non dicitur facta in vita.*

8 *Teſtamentum ſuum non ſortitur effectum, niſi poſt mortem.*

9 *in Teſtamento contractus poſſunt celebrari.*

10 *Clauſula, omni meliori modo operatur, vt veniãt omnes alij modi etiam non expreſſi.*

11 *Clauſula, omni meliori modo, poſita in teſtamento, operatur vt veniant omnes alij modi ſimiles illorum, qui ſunt expreſſi, & ſic diſpoſitionem vltimæ voluntatis, non autem inter viuos.*

12 *Relatiuum, aliud, non poteſt importare modos diuerſæ naturæ.*

13 *Facultas adimendi legata, ſi alicui non in contractu inter viuos, ſed in teſtamento fuerit data, ipſe pariter cui eſt data d. facultas, poterit in vltima voluntate ea adimere, declara nu. 15.*

14 *Verba, quando aliquam diſtinctionem non admittunt, non attenditur ſubiecta materia.*

16 *Facultas conceſſa Titio, aliquid adimendi, intelligitur, dummodo diſpoſitio fiat arbitrio boni viri, & non malo animo.*

17 *Cauſa, ex qua, quis mouetur ad aliquid diſponendum, colligitur ex præcedentibus actis.*

18 *Prohibitio facta à Teſtatore de nunquam concordando, eſt præceptum per ſe malum, & contra bonos mores.*

19 *Fraus præſumitur, quando quis facit id, quòd ſibi non prodeſt, & alijs nocet.*

20 *Bonæ menti alicuius tribuendum non eſt, ſic faciat id, quòd aliter facere non poterat.*

21 *Fraus non excuſatur eo prætextu, quòd actus principaliter factus ad vtilitatem alterius ſit.*

22 *Teſtator, ſi probauerit, quòd aliqua domus, non locaretur alicui, etiam pro maiori penſione, non videtur id potuiſſe facere ex alia cauſa, quàm odij, & malè animi erga illum.*

DECISIO CIIII.

CÆSAR Nonius anno 1603. in ſuo vltimo, quod condidit teſtamento inſtituta hærede vſufructuaria Bartholomæa vxore mandauit, quòd tàm ipſa, quàm Confraternitas Verecundorum Ciuitatis Fauentinæ tenerentur inueſtire ſcut. 1200. in cenſibus ad rationem ſeptem cum dimidio pro quolibet centenario & anno, cuius annui redditus medietas aſſignari deberet Ludouico Nonio eius ex fratre patruele nepoti, qui ab inteſtato vniuerſaliter ei ſucceſſiſſet, eiuſq. deſcendentibus ex linea maſculina, altera verò medietas inueſtiretur in alijs ſimilibus cẽſibus ſpatio annorum 80. quibus completis Confraternitas prædicta teneretur aſſignare dictis legatarijs tàm ſortem principalem dicti cẽſus, quàm reinueſtimẽtum dicto tempore factum. Diſpoſuitq. ſimiliter quòd ſi Ludouicus, eiuſq. vt ſupra deſcendentes vellent inhabitare ipſius Teſtatoris domum, deberet eis locari, præferendo illos omnibus alijs dictam domum conducere volentibus pro ſcutis decem minus. Poſt hæc autem eidẽ Bartholomeæ donec vixerit dedit ampliſſimam facultatem minuendi, moderandi, & adimen. in totum, vel in partem cum cauſa, & ſine cauſa legata prædicta, eaq. applican. alijſq. locis pijs in teſtamento nominatis.

Defuncto igitur Teſtatore, dicta Bartholomæa de anno 1625. ſuum condidit Teſtamẽtum, in quo dicto Ludouico, & eius deſcendentibus legatum ſupradicti cenſus ademit, illudq. pro medietate applicauit Confraternitati Verecundorum, & pro alia medietate Cõfraternitati Mortis; iuſſitq. in euentũ litis mouendæ per dictum Ludouicum, & eius deſcendentes ſuper dicto legato nunquam poſſe de-

ue-

Digitized by Google

ueniri ad concordiam, & conuentionem aliquam,
ſub pœna caducitatis, & poſtea de anno 1630. co-
dicillo eumdem Ludouicum eiuſq. deſcendentes,
priuauit commodo habitationis domus ſupradictæ
expreſsè prohibens ne illis fieret locatio, etiamſi
vellent penſiones augere.

Mortua demum Bartholomæa, Confraternitas
Verecundorum hæres proprietaria adeundo hære-
ditatem cum recuſaret ſoluere Ludouico legata,
prædicta; orta lite inter ipſos coram Eminentiſſimo
D. Cardinale Archiepiſcopo Rauennaten̄, fuit la-
ta ſententia ad fauorem Ludouici, à qua interpoſi-
ta appellatione, & cauſa mihi commiſſa, dubitaui
an legata debeantur Ludouico, illiuſq. deſcenden-
tibus, & Domini pro maiori parte affirmatiuè re-
ſponderunt. Moti ſunt autem; quia cum facultas
data à Cæſare Bartholomeæ vxori fuerit coarctata
1 † ad caſum diſpoſitionis inter viuos, ibi *fin tanto
però che eſſa viuerà naturalmente*, non potuit Bar-
tholomæa illam extendere ad actus vltimæ volun-
tatis, *text. eſt in l. pater filium 36. §. fundum Ti-
tianum. ff. delegat. 3. vbi gloſ. Goffred. num. 1. & 2.
Alex. nu. 1. Bart. in conſ. 76. nu. 4. verſ. me tamen
ratio mouet. lib. 1. quem ſequuti ſunt Alexander in
l. ſtipulatio hoc modo concepta 61. nu. 12. ff. de
verb. oblig. & ibi Crot. nu. 105. Curt. iun. in l. fin.
num. 59. & ſeqq. vbi Cagnol. nu. 245. & ſeqq. qui
de communi teſtatur. C. de pact. Rip. in rubr. n. 17.
ff. ſolut. matrimon. Roman. conſ. 476. per tot. Alex.
conſ. 13. nu. 17. lib. 3. Dec. conſ. 30. num. 3. Pariſ.
conſ. 33. nu. 59. & ſeqq. lib. 3. Caſſan. conſ. 39. nu.
88. Celſ. Vgo conſ. 32. nu. 5. Soccin. ſen. conſ. 126.
nu. 8. verſ. nec obſtat quod remanſerit lib. 3. Man-
del. conſ. 559. nu. 2. Crauett. conſ. 426 num. 2. &
ſeqq. Natt. conſ. 118. in fine, Menoch. conſ. 184. n. 6.
Cephal. conſ. 485. nu. 126. Bertaz. ciuil. conſ. 113.
nu. 4. & ſeqq. Honded. conſ. 37. nu. 34. lib. 1. Mō-
teſperell. conſ. 119. nu. 3. & ſeqq. Giouagn. conſ. 38.
num. 18. & 21. lib. 1. Brun. in tract. quod ſtant ma-
ſcul. fœmin. non ſuccedunt, art. 6. n. 225. verſ. quod
autem ſi ſtatutum Petr. Pech. de teſtam. coniug.
cap. 15. nu. 6. verſ. ego ſane. Ioan. dilect. de art. te-
ſtan. tit. 10. de mut. teſtam. caut. 2. n. 2. in fin. Rau-
den. de annalog. cap. 27. nu. 1. & ſeqq. lib. 1. Tri-
tacinq. var. lib. 3. tit. de donat. reſol. 3 nu. 2. Fenuc.
de mom. temp. cap. 5. ſub nu. 26. Pereg. de fideicom.
art. 40. nu. 62.* vbi de communi, & poſt relatum,
2 Iaſonem dicit à † traditione *Bart. non eſſe receden.
Gall. de except. except. 27. nu. 270. & ſeqq. Fuſar.
de ſubſtit. quæſt. 549. nu. 10. & ſeq. vbi pariter de
communi Theſ. deciſ. 209. nu. 2.*
3 Nec obſtare viſum fuit, quòd cum facultas † cō-
ceſſa Bartholomeæ adimendi legata ſit concepta,
per verba ampliſſima, ac prægnantia, poſſit compre-
hendere etiam diſpoſitionem vltimæ voluntatis,
*Iaſ. d. conſ. 130. ſub nu. 5. verſ. ſed præmiſſis non
obſtan. lib. 4. & facit Surd. conſ. 10. n. 50. & ſeqq.*
4 Quia obiectum procederet, ſi generalitas † verbo-
rum nō limitaretur ad ſolos actus inter viuos per
quam reſtrictionem diſpoſitio teſtamentaria ex-
cluditur, vt optimè aduertit *Bart. d. conſ. 76. nu. 5.
verſ. nec obſtat lib. 1. qui etiam paulò inferius verſ.
nam verba dicit de neceſſitate* debere intelligi de
5 diſpoſitione, quæ † dicitur inter viuos, quia alias di-
Tom. III.

cta verba in vita ſua nihil operarētur. *Dec. conſ. 30.
pro tenui, nu. 3. in princ. Aym conſ. 426. nu. 14. verſ.
non obſtat lib. 3. Celſus Vgo conſ. 37. n. 9. Roman.
conſ. 476. nu. 4. verſ. cæterum. Alba conſ. 559. n. 2.
Bertaz. d. conſ. ciuil. 113. nu. 4. Monteſperell. conſ.*
6 119. *num. 3.* & ratio eſt, quia verba † quantumuis
vniuerſalia reſtringuntur ad ſpeciem adiectam, *Ol-
drad. conſ. 8. per tot. Surd. conſ. 551. nu. 33. Man-
tic. deciſ. 66. nu. 4. ad fin. & ſeq. Rota coram Re-
uerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 294. nu. 11.*

Nec releuat, quòd Bartholomæa ademerit lega-
tum cenſus in teſtamento, nihilominus ademptio
facta fuerit de anno 1625. & ſic per annos quinq;
ante ipſius obitum; itaut ſufficiat, quòd ademptio
7 fuerit facta ipſa viuente. Quia licet ille † qui teſta-
tur ſit viuēs, attamen diſpoſitio facta in teſtamento
8 non dicitur facta in vita, † ex quo teſtamētum ſuum
non ſortitur effectum niſi poſt mortem, *l. 1. ff. de te-
ſtam.* & propterea tunc res dicitur fieri, quādo ſuum
capit effectum, *l. in tempus. ff. de hæred. inſtit. Go-
fred. in d. l. pater filium. §. fundum. nu. 1. & 2. Al-
ciat. nu. 1. ff. deleg. 3. Bart. d. conſ. 76. n. 4. verſ. me
tamen ratio mouet. lib. 1. Alex. conſ. 14. nu. 6. lib. 1.
Brun. d. tract. quod ſtan. maſcul art. 6. n. 225. verſ.
quod autem. Fenuc. de momen. temp. cap. 5. ſub nu.
26. Peregr. de fideic. art. 40. nu. 62. Fuſar. de ſub-
ſtit. quæſt. 549. nu. 10. Theſaur. d. deciſ. 209. nu. 2.
Rauden. de analog. cap. 27. nu. 30. & ſeqq. & omnes
alij citati, qui Bart. ſequuntur.*
9 Nec facit, quòd etiam in teſtamento † contra-
ctus poſſint celebrari, ad latè conceſſa per *Clar. §.
teſtamentum quæſt. 75.* & ideo dum Bartholomæa
in proprio teſtamento declarauit, prædictam adem-
ptionem legatorum facere velle iuxta facultatem
ſibi à marito in teſtamento cōceſſam, ac omni alio
meliori modo, viſa eſt diſpoſuiſſe, non per viam vlti-
10 mæ voluntatis, ſed per actum inter viuos, ex † quo
clauſula omni meliori modo operatur, vt veniant
omnes alij modi etiam non expreſſi, *Caputaq. de-
ciſ. 124. par. 1. Seraph. deciſ. 1184. nu. 3.* Quia fuit
11 reſponſum, clauſulam prædictam poſitam † in te-
ſtamēto importare omnes alios modos ſimiles ex-
preſſos, & ſic diſpoſitionem vltimæ voluntatis, non
autem inter viuos, *Surd. conſ. 77. num. 27. Pedroc.
12 conſ. 24. nu. 5.* etenim relatiuum †, aliud, non poteſt
importare modos diuerſæ naturæ, ex cumulatis per
*Tiber. Decian. conſ. 54. num. 30. lib. 2. Cephal. conſ.
204. num. 49.*

Nec refragatur, quòd cum Bartholomeæ con-
ceſſa fuerit facultas adimendi legata, non in contra-
13 ctu inter † viuos, ſed in teſtamento, & ſic in vlti-
ma voluntate; ipſa pariter in vltima voluntate illa
adimere potuerit, vt per *Iaſ. d. conſ. 130. ſub nu. 5.
verſ. ſed præmiſſis non obſtan. lib. 4.* Quoniam vis
non ſtat in eo, quòd huiuſmodi facultas ſit potius
conceſſa in contractu, quàm in vltima voluntate,
ſed quòd teſtator limitauit facultatem ad actum in-
14 ter viuos, & ideo cum verba per ſe ipſa non † ad-
mittāt huiuſmodi diſtinctionem, non attenditur ſu-
biecta materia, vt tradit *Bald. conſ. 182 nu. 6. lib 1.
Surd. conſ. 401. num. 23. & in ſpecie Iaſ. in hoc etiā
reprobat Pech. de teſtam. coniug. l. 1. cap. 15. nu. 6.*
& quòd licet in teſtamento data ſit facultas diſpo-
15 nendi inuita procedat † cōcluſio prædicta, vt ſigni-
S 3 ficet

Digitized by Google

ficet ſolum actus inter viuos non autẽ vltimarũ voluntatũ dixerunt *Craneit.conſ.426.n.6. Monteſper, conſ.119.num.3. ad med. & ſeq. Peregr.de fideic. art.40. num.62. vbi de communi Fuſar. de ſubſtit. quæſt.549.n.10. vbi pariter de communi Giouagn, conſ.38. nu.18. in fin. & nu.21. lib.1.*

Aliqui etiam ex Dominis addebant huiuſmodi facultates adimendi verbis quãtumuis amplis cõ-
16 ceſſas intelligi † dummodo diſpoſitio fiat arbitrio boni viri, & non malo animo, vt benè admonet *Roma.d.conſ.476. nu.6. verſ.cæterum aduerten.& eum ſequuntur Caſſan. conſ.39. nu.88. Corn. conſ. 140. nu.8. & ſeqq. lib.2. Menoch. conſ.226. n.29. Pariſ.conſ.95. nu.73. & ſeqq. lib.2. Bertaz. ciuil. 68. nu.9. & ſeqq. Adden.ad Guidop.deciſ.475.verſ. liberam vtilitatem.*

In hoc autem caſu videbatur deduci Bartholomæam motam fuiſſe ex odio, non autem ex arbitrio rationabili ex teſtibus deponentibus de minis
17 præcedentibus, † & odio quo proſequebatur Ludouicum, & filios quod releuans reputatur, vt per *Decian,conſ.3.nu.15. ad med.l.4. Burſatt.conſ.165. nu.25. Menoch,conſ.226. nu.95. & ſeqq. Gabr.cõſ. 81.num.11. l.2.* eo magis concurrente prohibitio-
18 ne concordandi cum Ludouico, † quod eſt præceptum per ſe malum, & contra bonos mores, *cap.11. qui ſacramento, vbi Archidiac. in princ. cauſ.22. quæſt.4. Socc.iun. conſ.32. nu.13. l.3.* & vlterius etiam præcepto ne domus locaretur Ludouico, & filijs etiamſi offerrent maiorem penſionem quàm alij, ex quo detegitur malus animus Bartholomeæ, cum præceptum huiuſmodi eſſet nociuum non ſolum Ludouico & filijs, ſed etiam ipſis locis pijs, &
19 nihil ei prodeſſet; fraus † enim præſumitur quando quis facit id quod ſibi non prodeſt, & alijs nocet, vt per *Menoch.d.conſ.226. nu.106. & ſeqq. & nu. 29. Socc.iun.conſ.4. nu.32. lib.4. Burſatt. conſ.165. num.43.*

Nec apud prædictos DD. videbatur excuſari poſſe malum animum Bartholomeæ ſub prætextu, quòd ademptionem fecerit fauore locorum piorũ; dicebant enim, hoc forſan potuiſſe conſiderari, ſi fuiſſet in facultate eiuſdem Bartholomeæ diſponere ad fauorem aliorum, quàm locorum piorum. Tunc enim ſi elegiſſet loca pia poſſet habere aliquem colorem, ſed cum Cæſar teſtator dederit ei facultatem limitatam adimẽdi fauore locorum piorum tantũ,
20 non debet attribui bonæ menti † Bartholomeæ, quæ nõ poterat aliter priuare Ludouicum, & filios, niſi diſponendo fauore locorum piorum, itaut cau-
21 ſa principalis videatur † fuiſſe odium, vt Ludouicus & filij non haberent, iuxta deducta, per *Gabr. conſ. 81. nu.16. cum pluribus ſeqq. lib.2.* præſertim concurrente dicto præcepto, ne domus locaretur Ludouico, & filijs etiam pro maiori penſione, quod
22 non videbatur poſſe fieri † ex alia cauſa, quàm odij, & mali animi erga illos, vt ſupra dictum. Et ita fuit deciſum parte vtraque &c.

§ *Habetur infra in eadem cauſa alia deciſio ſub die 23. Ianuarij 1637. coram eodem R.P.D. Panzirolo.*

R. P. D. GHISILERIO.

Maioticeñ. Iuriſdictionis.

Die Lunæ 3. Martij 1636.

ARGVMENTVM.

Capitulum, ſi doceat de eius antiquiſſima obſeruantia, ſeu quaſi poſſeſſione, vſque ad tẽpus motæ litis, quod adiuncti fuerunt electi, in cognitione cauſarum Capitularium cum Epiſcopo, iſta ſola obſeruantia, & quaſi poſſeſſio ſuffragatur, quando hoc incidenter fuit deductum in iudicio.

SVMMARIVM.

1 *Exemptio, quando non principaliter deducitur in iudicio ad effectum illam canonizandi, ſed incidenter, probatur ex ſola quaſi poſſeſſione.*
2 *ad Probandum id, quod in iudicio incidenter, & ſecundariò, & per modum cauſæ deducitur, quæuis probatio etiam leuis, & præſumpta dicitur ſufficiens.*
3 *Matrimonium, ſi in iudicio deducitur non principaliter, ſed incidenter per modum cauſæ ad effectum legitimationis, & ſucceſſionis, qualibet etiam præſumpta, & coniecturali probari poteſt.*
4 *Dominiũ, quod deducitur in iudicio nõ principaliter, ſed incidẽter, non requirit plenam, & concludentem probationem, ſed poteſt ſola poſſeſſione probari.*
5 *Obſeruantia controuerti non poteſt ſi fuit continuata per ſpatium pluſquam lõgiſſimi temporis.*
7 *Admittens alium ad ſecum aliquid faciendum, non poteſt illi obijcere, quòd id facere non poterat.*
9 *Probatio melior dari non poteſt aduerſus confitentem, quàm propria confeſſio.*
9 *Obſeruantia, quãdo eſt remota, non eſt attẽdenda.*
10 *Obſeruantia interpretatiua debet eſſe proxima, non autem remota.*
11 *Obſeruantiæ tempus, dum detegitur proximum, debet ſuffragari.*
12 *Obſeruantia remota non dicitur, ſi ſit infra 40. annos.*
13 *ex Poſſeſſione, nulla præſumptio reſultare poteſt, ſi ſit interrupta per obſeruantiam, & vſum in contrarium.*
14 *Iuribus ritè extractis ex libris Capitularibus, contra ipſos Capitulares eſt plena adhibenda fides.*
15 *Iura ſi ſint publica, & litteris legalitatis munita, minus obſtat, quòd ſint recognita.*
16 *Iurium recognitio de ſtylo Rotæ, poteſt fieri, quandocumque.*
17 *Concil. Trid. ſeſſ.6. cap.4. & ſeſſ.25. cap.6. quando procedant. nu.18. & 19.*
20 *Deciſ. Cardd. Mantic. Seraph. declarantur.*
21 *Capitula, ſi omnino recuſant ſe viſitari, vel corrigi ab Ordinario, non poſſunt ſe tueri concordijs, ſtatutis &c. niſi interuenerit confirmatio ex certa ſcientia. & cum cauſa cognitione.*
22 *Decretum irritans inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſſionem.*
23 *Decretum irritans inficit poſſeſſionem iuris, non autem facti.*

24 *Man-*

Digitized by Google

24 *Mandatum de manutenendo datur pro ſola detentatione.*

25 *Capitulum, ſi doceat de ſua quaſi poſſeſſione, quòd Epiſcopus in cauſis Capitularibus non poſſit ſine adiunctis procedere, in ea ſunt manutenendi, & num. 26.*

27 *Decretum irritans, nihil operatur, dum dubitatur, an intret diſpoſitio generalis.*

28 *Decretum irritans locum non habet quando conſtat, quòd non eſt locus diſpoſitioni principali, in qua eſt appoſitum.*

DECISIO CV.

DOMINI reſoluendo per Capitulum Maioricen̄ probari quaſi poſſeſſionem exemptionis, & concurrendi ac procedendi cum Epiſcopo, in cauſis criminalibus Capitularium, confirmarūt reſolutiones coram me factas, * videlicet proceſſum fabricatum ab Epiſcopo Maioricen̄, contra Thomam Dezbach Canonicum dictæ Eccleſiæ, nō ſuſtineri, cum Epiſcopus proceſſerit ſine adiunctis, contra diſpoſitionem Sacri Concilij Tridentini ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. ex rationibus, & fundamentis in deciſionibus deductis.

Quia cum exemptio non deducatur principaliter ad effectum eam canonizandi, ſed incidenter ad effectum nullitatis proceſſus, ſine coniudicibus fa-
1 bricati, † contra dictum Canonicum Dezbach, ſuffragatur ſola quaſi poſſeſſio, *iuxt. doctr. Bart. in l. quidam in ſuo. nu. 4. verſ. ſecundo caſu. ff. de cond. inſtit. Innoc. in c. ſolet. de ſent. excom. in 6. Rot. diuerſ. deciſ. 34. nu. 18. & ſeqq. par. 2. & deciſ. 35. ante finem de appellat. in nou. & coram Mantic. deciſ. 306. num. 10.* Clara eſt enim iuris concluſio, vt ad probandum, id quod in iudicio incidenter & ſecun-
2 dario, & per modum cauſæ deducitur, quæuis † probatio etiam leuis, & præſumpta dicatur ſufficiens, vt patet exemplo matrimonij, quòd ſi in iudicio
3 deducitur non principaliter, ſed incidēter per modum cauſæ ad effectum legitimitatis, & ſucceſſionis qualibet probatione etiam præſumpta, & coniecturali probari poteſt, *c. cauſam qui filij ſint legit. gloſ. in cap. lator eod. tit. quam ſequitur Gemin. conſ. 27. quòd pluries fuit per Rot. approbatum in Parmen. ſtatus 20. Martij 1556. corā Auguſtino, & 6. Martij 1592. in eadem coram bo. me. Card. Seraph. & per Reuerendiſſ. D. meum Decanum in ſua inſigni, & celebri deciſione in eadem Parmen. ſtatus 26. Iunij 1628. confirmata 30. Martij 1629.* Item exemplo
4 dominij, quòd quando deducitur in iudicio, † non principaliter, ſed incidenter, non requirit plenam, & concludentem probationem, ſed poteſt ſola poſſeſſione probari, *Gloſ. Bart. Bald. Angel. Caſtr. & alijs in d. l. quidam in ſuo. ff. de cōd. inſtit. Corn. cōſ. 219. nu. 6. lib. 4. Borr. latè id comprobat. dec. 42. n. 8. & alibi paſſim per DD.*

Poſſeſſio Capituli, quòd fuerint electi cōiudices, & interuenerint in cognitione cauſarum cum Epiſcopo, probatur, ex deputationibus coniudicum factis pro tēpore à Capitulo inſimul cum Epiſcopo, & continuatis, ab anno 1467. vſque ad annum 1571. quæ iunctæ cum deputationibus ab anno 1571. vſque ad tempus motæ litis, de anno 1632.
5 probant antiquiſſimam poſſeſſionem, † itaut non poſſit controuerti obſeruantia huiuſmodi exemptionis, dum fuit continuata per ſpatium ducentū annorum, & vltra. Coadiuuatur autem hæc poſſeſſionis probatio, non ſolùm ex proceſſibus factis
6 per Epiſcopos, contra Capitulares, † cum interuētu cōiudicum quando euenit caſus, *Mant. deciſ. 207. nu. 2.* ſed etiam ex moderni Epiſcopi confeſſione,
7 † dum in iſta cauſa in ſpecie vocauit coniudices, *Rip. in c. cum Eccleſiæ Sutrina. num. 93. verſ. 6. requirit. de cauſ. poſſ. & propr.* quem ſequuta eſt *Rot. in Cenueten. Iuriſpatronatus 1. Decemb. 1606. coram bo. me. Card. Marquemontio, & coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 452. nu. 15.* Cum igitur Capitulares fuerint admiſſi ad iudicādum de conſenſu Epiſcopi, intrant doctrina Ripæ, & deciſiones allegatæ, & dum Epiſcopus in hac cauſa vocauit coniu-
8 dices, † aduerſus confitentem nequit dari melior probatio propria confeſſione. *c. per tuas. de probat. c. ſi cautio. de fid. inſtr. Crauett. conſ. 61. nu. 3. Rot. diuerſ. deciſ. 98. nu. 2. par. 2. & in recent. dec. 436. num. 3. par. 1.*

9 Non obſtat, quòd obſeruantia huiuſmodi † cum ſit remota, non ſit attendenda, & obſeruantia in-
10 terpretatiua † debet eſſe proxima, non remota, *vt tenuit Rota in Comen. decimarum 1. Februar. 1608. coram bo. me. Card. Sacrato, in Placentina Canonicatus 3. Iunij 1613. coram R. P. D. meo Pirouano, & in recent. dec. 170. nu. 4. par. 2. & deciſ. 37. nu. 34. par. 2. diuerſ.* Quia conſideratis deputationibus, & proceſſibus peractis cum interuentu coniudicum, in facto non ſubſiſtit, quòd obſeruantia ſit remota, dantur enim ſententiæ contra Capitulares, cum voto coniudicum, de annis 1573. mēſe Iunij 1579. menſe Maij 1579. menſe Nouembris 1597. menſe Ionij 1600. menſe Aprilis 1621. mēſe Maij; ex quarum multiplicitate non ſolùm remouetur defectus non ſequutæ effectuationis poſt
11 factam deputationem coniudicum, † ſed etiam obſeruantiæ tempus detegitur proximum, non remotum, itaut omnino debeat ſuffragari *ex trad. per Bald. in proem. ff. nu. 2. Socc. conſ. 6. num. 2. & 3. lib. 1. & fuit dictum in Salamantina Cappellaniæ 17. Iunij 1605. coram Ortembergo, & in Bononien̄ fideicommiſſi de Dulfis 22. Nouemb. 1610. coram Card. Caualer.* & ſæpè in alijs; cum non dicatur
12 † remota obſeruantia, ſi ſit infra 40. annos, *Rota in Tiraſonen. Sacriſtiæ 9. Iunij 1600. coram bo. me. Iuſto, & faciunt deducta per add. ad deciſ. 325. ſan. me. Greg. XV. nu. 26.*

Non obſtat, quòd huiuſmodi poſſeſſio Capituli fuerit interrupta, per cōtrariam poſſeſſionem Epiſcopi, qui fabricauit proceſſus abſque adiūctis, qua
13 contraria obſeruantia ſtante, † non poteſt reſultare aliqua præſumptio, propter interruptionem ex contrario vſu reſultantem, *Bart. & alij in l. 2. ff. ſol. matr. Alex. conſ. 5. num. 7. & conſ. 127. ad fin. lib. 5. Dec. conſ. 8. nu. 4. verſ. ſecundo quia vt narrat. & conſ. 11. nu. 12.* Quia etiamſi iura producta, ad probandam poſſeſſionem Epiſcopi procedendi ſine adiunctis, & ſic obſeruantiam fuiſſe diuerſam, eſſent in forma probāti; attamen, cum proceſſus ita facti abſque coniudicibus, vel concernant delicta atrocia, vel caſus incōtinentiæ exceptuatos à Cōcilio in d. c. 6. vel concernant proceſſum Camera-

rium

Digitized by Google

tium de quo in deciſ.in hac cauſa facta 12. Ianua-
rij 1635. coram me, nihil releuant, & contrarium
apparet ex deputationibus adiunctorum, ex proceſ-
ſibus fabricatis contra Canonicos cum adiunctis
per Capitulum productis; Neque poteſt fieri vis in
proceſſu per ſolum Epiſcopum fabricato, contra
Canonicos Honuphrium Morrelles, & Hierony-
mum Togores de anno 1631. menſe Febrnarij,
quia vltra quòd Epiſcopus proceſſit contra prædi-
ctos, non tanquam Canonicos, ſed tanquam Offi-
ciales Cruciatæ à dicto proceſſu appellarunt tan-
quam grauati, & cauſam in Rota commiſerunt, vt
patet ex commiſſione præſentata, & regiſtrata.

Ad ea, quæ deducebantur, contra formam pro-
bantem iurium productorum pro Capitulo, fuit
per Dominos reſponſum, ea non obſtare, cum ſu-
pradicta iura fuerint extracta, præuijs litteris cō-
pulſorialibus, & ad hunc effectum ſufficit, quòd
fuerint extracta per Secretariū Capituli ex libris
Capitularibus Archiuij, cum aſſiſtentia ſcribæ ma-
14 ioris † Curiæ Maioriceñ, ad hoc vt inter ipſos Ca-
pitulares plena ſit præſtanda fides, *Caputaq. deciſ.
42. par. 1. Rota in Sorana beneficij* 8. *Mart.* 1627.
coram R.P.D. meo Merlino, & cum dicta iura ſint
15 publica, † & litteris legalitatis munita, minus ob-
ſtat, quòd non ſint recognita, maximè quia iurium
16 recognitio, † de ſtylo huius noſtri Tribunalis, po-
teſt fieri quandocumque ex *Cotta dec.* 178 *& alijs
allegatis per R.P D. meum Merlinum in Arboren.
Canonicatus* 16. *Nouemb.* 1633.

Pariter nihil facit altera difficultas, excitata ex
Concilio, dum derogat quibuſcumque conſuetudi-
nibus etiam immemorabilibus, ſtatutis, priuile-
gijs, & alijs quibuſcumque, & præſeruat ſolas cō-
cordias, vel ſtatuta confirmata ex certa ſcientia,
& cum cauſæ cognitione, quod procedit tàm in
præteritis, quàm in futuris; Quia aut loquimur de
17 c. 4. ſeſſ. 6. illudq. † procedit in caſu, quando Capi-
tula prætendunt totalem exemptionem à iuriſ-
dictione Epiſcopi in viſitatione, & correctione,
& iſte non eſt caſus noſter, quia Capitulum non
negat ius corrigendi, & viſitandi competere Epi-
18 ſcopo; Aut verſamur † in terminis c. 6. ſeſſ. 25. vbi
diſponitur circa deputationes coniudicum, ſine
quorum interuentu, Epiſcopus non poſſit procede-
re contra Canonicos, & in iſto caſu nos verſamur.
Et cum in eo præſeruentur ſtatuta, conſuetudines,
& concordiæ, quæ diſiunctiuè debent intelligi, hoc
eſt in Capitulis habentibus vel exemptiones, vel
19 conſuetudines, vel ſententias, † vel iuramenta, vel
concordias, vt firmauit *Rota deciſ.* 743. *par.* 1. *di-
uerſ.* Inde ſequitur Capitulo Maioriceñ ſufficere
conſuetudinem, cui non ſolùm non fuit per Con-
cilium derogatum, ſed potius, facta expreſſa reſer-
uatioq;, vt latè firmauit *Rota in d. deciſ.* 843. Iura
20 verò, & deciſiones in contrarium adductæ † coram
Mantic. Seraph. & alijs pro Epiſcopo allegatis,
iuxta declarationem Sacræ Congregationis Con-
cilij in Abulen. iuriſdictionis, procedunt in primo
caſu, quando Capitula recuſant omnino viſitari, vel
21 corrigi, iuxta term. cap. 4. ſeſſ. 6. quo caſu, † Capi-
tula non poſſunt tueri concordijs, ſeu ſtatutis, &
alijs, quominus viſitentur, & corrigantur, niſi in-
teruenerit confirmatio ex certa ſcientia, & cum
cauſæ cognitione ad effectum, vt non poſſint viſi-
tari, & iſte non eſt caſus noſter.

22 Non obſtat, quòd decretum irritans in † Conci-
lio appoſitum inficiat nedum titulum, ſed etiam
poſſeſſionem, *Rot. deciſ.* 3. *nu.* 1. *de reſt. ſpoliat. in
nou. Caſſad. deciſ.* 1. *num.* 2. *eod. tit. Put. deciſ.* 197.
nu. 3. *lib.* 3. quia decretum irritans inficit poſſeſſio-
23 nem † iuris, non autem facti. *Put. dec.* 486. *num.* 2.
lib. 2. *Seraph. dec.* 1471. *nu.* 5 *bo. me. Card. Caual.
deciſ.* 8. *nu.* 3. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano de-
ciſ.* 124. *nu.* 3. *& in Compoſtellana, ſeu Salamanti-
na iuriſdictionis* 14. *Iunij* 1633. *coram R.P.D. meo
24 Motmanno*, Ratio eſt quia mandatum † de manu-
tenendo datur pro ſola detētatione, vt fuit dictum
in Conchen. limitum 4. *Martij* 1596. *coram bo. me.
Card. Blanchetto*, & Capitulum non venit contra
Concilium, ſed docet de ſua quaſi poſſeſſione. Ideò
25 benè intrat, quòd † non ſit priuandum ſua poſſeſ-
ſione, vt in his terminis firmat *Mantic. deciſ.* 202.
nu. 5. Vltra quod cum Concilium non adimat iu-
riſdictionem ſimpliciter Capitulis, ſed illam præſer-
26 uet, † quando vigore conſuetudinis, aut ſtatuti,
poſſunt Capitula ſe tueri, contra Epiſcopum, vt
etiam firmauit *Rota in d. deciſ.* 743. *par.* 1. *diuerſ.
nu.* 1. *&* 7 donec poteſt doceri de huiuſmodi con-
27 ſuetudine, † ſeu quaſi poſſeſſione, nihil operatur de-
cretum irritans, *c.* 1. *&* 2. *vt lit. pend. Mantic. d. de-
28 ciſ.* 292. *nu.* 7. quia non habet locum, niſi † quando
conſtat, quòd eſt locus diſpoſitioni principali, in
qua eſt appoſitum. *Put. deciſ.* 1. *num.* 3. *lib.* 1. *Rot. in
recent. deciſ.* 516. *nu.* 4. *par.* 1. *& deciſ.* 423. *nu.* 5. *p.* 2.

Quare, cum ex ſupradictis conſtet de antiquiſſi-
ma obſeruantia vſque ad tempus motæ litis, quòd
fuerunt electi coniudices, & interuenerunt in co-
gnitione cauſarum Capitularium cum Epiſcopo,
iſtā ſolā obſeruantiā, & quaſi poſſeſſionem Capitu-
li, ſpatio tanti tēporis Domini cenſuerunt ſuffraga-
ri, & ſic ſtandum in deciſis, vtraque parte &c.

§ *Ideſt ſub diebus* 2. *Iunij, &* 28. *eiuſdem menſis, &
anni, &* 12. *Ianuarij* 1635. *prima duæ habentur
infra in Additione, prout in Indice in eius fine poſi-
to, Tertia verò eſt deciſio* 4. *ſupra in hac ead. part.*

R. P. D. B V C C A B E L L A.

Auenioneñ Fideicommiſſi.

Die Lunæ 3. *Martii* 1636.

A R G V M E N T V M.

Hæreditas non adita tranſmitti non poteſt, fallit,
ſi agatur de hęreditate aſcendentium. Hæ-
reditas dicitur adita ex ſolo actu conſtitutio-
nis procuratoris ad adeundum hæreditatem.
Hæreditatem cenſetur quis voluiſſe adire
ex eo capite, quòd erat ei magis proficuum.

S V M M A R I V M.

1 *Hæreditatis ceſſionario datur immiſſio, ſicuti dan-
da erat cedenti.*
2 *Hæreditas non adita, tranſmitti non poteſt.*
3 *Hæreditas aſcendentium, etiam non adita, tranſ-
mitti poteſt.*

4 in

Digitized by Google

4 *in Hæreditate tranſuerſalium ante aditionem transmiſſio locum non habet.*
5 *de Additione hæreditatis ſufficienter dicitur conſtare, ex conſtitutione procuratoris ad adeundum. & num.8. & 15.*
6 *Hæreditatis aditio, tanquam neceſſarium antecedens præſupponi debet ex donatione, & ceſſione ab hærede alicui facta.*
7 *Hæreditatem ab inteſtato, quando dicatur quòd hæres validè non adiuerit.*
9 *Mente captus eſt omnino inteſtabilis.*
10 *Subſtitutio exemplaris facta cõtra formam præſcriptam in l. humanitatis. C.de impub. eſt omnino inualida, & nulla.*
11 *Clauſula, & omni meliori modo, implicat etiam alios modos diuerſos ab expreſſis.*
12 *Mandati fines nemo præſumitur quòd voluerit excedere.*
13 *Reſtringere nemo præſumitur ſe voluiſſe ad ius, quod ei non poteſt competere, & nu.19.*
14 *Procurator Domino præiudicare non poteſt.*
15 *Hæres, ex actu conſtitutionis procuratoris ad adeundum hæreditatem, inducta cenſetur hæreditatis aditio, non expectata aditione, vel alio actu per procuratorem faciendo.*
16 *Hæredem quando quis ſe expreſſè enunciauit, ſine dubio hæreditatem adiuit.*
17 *Principalis veriſimile exiſtimare poteſt, quòd ſuus procurator deduxerit in iudicio ius, quod ſibi competebat.*
18 *Scientia requiritur ad effectum ratificationis geſtorum.*

DECISIO CVI.

NON acquieſcentibus DD. Hectore, & Franciſco de Tertullijs reſolutioni in hac cauſa facta ſub die 17. Nouembris præteriti propoſui dubium ſuper iiſdem. Et Domini perſiſtentes in deciſis denuò reſponderunt DD. Franciſco, & Catherinæ donatarijs, ac ceſſionarijs, & hæredibus Gabrieliæ eorum auiæ maternæ ab inteſtato hæredis Bartholomæi, & Antonij dandam eſſe immiſſionem pro tertia parte in poſſeſſionem bonorum in eorumdem Bartholomæi, & Antonij hæreditate
1 repertorum quemadmodum † ipſi Gabrieliæ cuius perſonam repræſentant dari debebat *iux. tradita per Menoch. de adipiſcen. remed.1. num. 33. & remed.4. nu 236. & ſeqq. cum alijs in deciſ. alleg.*

Nec obſtare cenſuerunt, quòd denuo obijciebatur Gabrieliam dd. Bartholomæi, & Antonij eius
2 fratrum hæreditatem dum vixit ab inteſtato † non adiuiſſe, & conſequenter illam non potuiſſe trans-
3 mittere; cum non agatur de hæreditate † aſcendẽtium, quæ etiam ſi adita non fuerit, tranſmittitur, *l. vnic. C. de his qui ant. apert. tabul. Bart. in l. vltre præterito. nu.25. ff. de acq. hæred. Bald. in l ſi auia, nu. 20. C. de iur. delib. Gail. obſeru.131. nu.5. lib.2.* Sed de hæreditate fratrum, & ſic tranſuerſalium,
4 in qua tranſmiſſio † ante aditionem locum non habet, *l.1. §. in nouiſſimo. C. de cad. toll. l. quoniam ſororem. C. de iur. deliber. l. ſi ex pluribus. ff. de ſuis & legit. gloſ. in d. l. vnic. in verbo, in liberos.* Quoniam placuit reſpõſio in deciſione data, quòd
5 de aditione † ſufficienter conſtat ex conſtitutione procuratorum ad adeundum, in qua Gabrielia ſeſe expreſſè enunciauit hæredem, ac etiam ex donatione, ac ceſſione per eamdem facta, non quidem generaliter omnium, & quorumcumque iurium; ſed ſpecialiter, ac nominatim iurium ſibi competentium ſuper ſucceſſione, & hæreditate dd. eius fratrum ſibi vt dixit obtenta, ex qua dubium non
6 † eſt in neceſſarium antecedens illius aditionem præſupponi. *Corn. conſ.211. num.2. lib.2. & conſ. 236. nu.10. lib.4. Surd. conſ.244. num.19. & conſ. 523. nu.8. & deciſ.138. nu.25. Nicol. Noalis de transmiſſ. cap.8. nu.104 Rot. in Auerſana iuriſpatronatus 15. Martij 1620. coram R.P.D. meo Pirouano, quæ eſt deciſ.265. par.3. recent. & in Romana fideicommiſſi de Formontis 9. Iunij 1634. coram R.P.D. meo Panzirolo.*

Nec etiam viſum fuit obſtare, quòd Gabrielia ſub die 19. Maij 1614. conſtituerit Procuratorem ad eius nomine comparendum pro iure ipſi competente vigore teſtamenti q. Nicolai eius patris, & attenta ſubſtitutione in eo apposita, & in ipſius perſonam aperta petendum caſſari inhibitiones per DD. de Saignon, & la Roque obtentas, & conſequenter cum videatur voluiſſe acquirere ex teſta-
7 mento, ac ſubſtitutione in eo contenta dici † non poſſit validè dd. eius fratrum hæreditatem adiuiſſe ab inteſtato *iuxt. text. in l. ſi is ad quem. ff. de acq. hæred. vbi gloſ. & Odofred. & Caſtr. nu.1. & Iaſ. in princip. verſ. in quarto. Marant. in l.15. poteſt nu.166. d. tit. de acq. hæred. Bald. conſ.142. num.2. lib.3. Anchar. conſ.357. col. vltim. verſ. ex prædictis concludo, & fuit dictum in Romana de Mareſcottis 25. Iunij 1632. corã Reuerẽdiſſ. D. Vrgellen.*

Quia dictus Procurator non ſolum fuit conſtitutus ad petendum caſſari dictas inhibitiones ratione iuris dictæ conſtituenti competentis ex teſtamento paterno, & ſubſtitutione in eo facta, quam ad ſui fauorem apertam prætendebat, quod poteſt intelligi de ſubſtitutione, quoad vſumfructum portionis bonorum in eodem teſtamento contenta, ſed etiam ad obtinendum ipſam admitti ad faciendum actus ibi expreſſos tanquam vnam ex dicti q. Antonij vltimo loco defuncti hæredibus, quod videtur intelligendum de hæredibus ab inteſtato.

Præterea, quicquid ſit de hoc, cum ipſa poſtea ſub die 30. eiuſdem menſis vti ſoror vtrinque coniuncta, & hæres dd. Bartholomæi, & Antonij alios conſtituerit Procuratores ad eius nomine hæreditatem eorũdem Bartholomæi, & Antonij, ſeu alterius ipſorum adeundum, & immiſſionem in poſſeſſionem bonorum hæreditariorum petẽdam, Do-
8 mini † exiſtimarunt ex hoc ſecundo mandato ſatis conſtare de aditione, *vt per gloſ. in l. procuratorem in princip. verſ. ſtatim enim quod mando, vbi etiam Bart. num.1. verſ. vnde eo ipſo, & nu. 2. ff. de acq. hæred. Marant. in d. l. is poteſt nu. 68. ff. eod. Menoch. de præſumpt. lib.4. præſumpt.101. nu.26.* Idque eſſe intelligendum ab inteſtato, tum quia de teſtamento, vel ſubſtitutione nullam mentionem fecit, tùm quia hæreditas fuerat eidem vti ſorori vtrinque coniunctæ qualem ſe enunciauit ab inteſtato tantùm delata; immo nec etiam potuerat ex teſtamento deferri dd. enim Bartholomæus, & Antonius tàm de tempore mortis patris, quàm

etiam

9 etiam poſtea vſque ad obitum † fuerãt mente capti, & ſic omnino inteſtabiles, *l. 2. §. furioſus. ff. de iur. codicill. l. furioſum C. qui teſt. fac. poſſ. c. fin. de ſucceſſ. ab in'eſt.* de quo dicta Gabrielia ſoror ſcientiam habebat; ſubſtitutio vero exemplaris in
10 d. patris teſtamento † contenta tanquam facta contra formam præſcriptam *in l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit.* fuerat omnino nulla, & inualida, *vt fuit in hac cauſa deciſum die* 10. *Iunij* 1624.* *coram bo me. Buratto, & ſub die* 24. *Nouemb.* 1627.* *coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo*, & vbi etiam fuiſſet valida Gabrielia in vim illius ſuccedere non poterat, quia ex ea vocata non erat, vnde nullo modo eſt dicendum voluiſſe hæreditatem adire ex cauſa teſtati de qua mentionem aliquam non fecit, & ex qua adire nullatenus poterat, & omittere cauſam inteſtati, ex qua realiter, & cum effectu hæreditas ſibi delata fuerat.

Nec quicquam facit, quòd Gabrielia in d. ſecundo mandato dixerit ſe de nouo conſtituere dd. ſuos ſpeciales Procuratores citrà reuocationem Procuratorum per eam hactenus conſtitutorum, & conſequenter voluiſſe videatur d. primo mandato inhærere, & ab eo minimè recedere; Quoniam (omiſſo quòd in eo quoq; Procurator conſtitutus videatur etiam ad petendum ipſam admitti tanquã vnam ex hæredibus ab inteſtato, vt ſupra dictum eſt) fuit reſponſum ex eo quod noluerit reuocare Procuratorem ad petendum caſſari dictas inhibitiones pro iure ſibi competẽte ex teſtamento eius patris, & attenta ſubſtitutione in eo ad ipſius fauorem contenta non benè inferri, dum in ſecundo Procuratores vt ſupra conſtituit dictorum ſuorum fratrum hæreditatem ab inteſtato adeundi animum non habuiſſe; ipſa enim fratrum hæreditas, vt in dicta deciſione coram Eminentiſſimo D. Cardinali Vbaldo facta deductum fuit, diuerſum conſtituebat patrimonium, & erat quid omnino diſtinctum, ac ſeparatum à d. iure ex paterno teſtamento competente, quod conſiſtebat in ſubſtitutione, quoad vſumfructum eius vita durante; Vnde benè ſe compatiuntur iſta duo, quòd ſcilicet ipſa voluerit ex ſecundo mandato dd. fratrum hæreditatem ab inteſtato adire, & nihilominus primum mandatum adhuc firmum remanere, vt Procurator in eo conſtitutus iudiciũ ſuper d. iure conſequendi vſumfructũ in bonis patris ſibi ex dicto teſtamento, & ſubſtitutione ad eius fauorem facta, & aperta proſequi poſſet.

Nec etiam releuat, quòd poſtea Procuratores in d. ſecundo mandato cõſtituti declarauerint velle adire hæreditatem dictæ Gabrieliæ delatam vigore dictæ exemplaris ſubſtitutionis in paterno teſtamento factæ, quia ſe ad id non reſtrinxerunt; ſed addiderunt verba illa (vel etiam alio quocumque titulo, ſeu cauſa) & petierunt immitti non ſolùm ex *remed. l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* ſed etiam ex omni alio remedio poſſeſſorio magis opportu-
11 no, ac proficuo, & addiderunt etiam clauſulã, † & omni alio meliori modo, quæ implicat etiam alios modos diuerſos ab expreſſis, *Alex. conſ.* 121. *nu.* 12. *verſ. nam magna eſt virtus lib.* 1. *Dec. conſ.* 14. *n.* 4. *Rot. deciſ.* 467. *num.* 7. *lib.* 1. *par.* 3. *diuerſ. & deciſ.* 733. *num.* 9. *par.* 2. *recent. cum alijs in deciſ. alleg.*

Præſertim quia nulla ratione dicendum eſt illos vo-
12 luiſſe excedere † fines mandati, & ſe reſtringere ad ius dictæ ſubſtitutionis exemplaris, quod d. conſtituenti nullo modo competebat, ex quo ipſa ſub-
13 ſtitutio de iure † non ſuſtinebatur, nec dictam Gabrieliam comprehendebat, nec ad eius fauorem aperta fuerat, & nihilominus etiamſi illi ad talem ſubſtitutionem ſe expreſsè reſtrinxiſſent non offi-
14 ceret, † quia non potuiſſent ipſi Gabrieliæ præiudicare. *ad text. in l. ſi procurator. C. de procurat. l. eſt mandati*, & ibi *gloſ. in verbo, non potuit. C. mandati. Rot. coram Greg. XV. deciſ.* 75. *nu.* 1. *& deciſ.* 268. *nu.* 5. Nec de medio tollere dictam hæreditatis ab inteſtato aditionem, quæ fuerat iam antea
15 inducta in ipſomet actu † quo illa Procuratores ad adeundum conſtituit, nõ aliter expectata aditione, vel alio actu per Procuratores faciendo, vt expreſsè dicit *Gloſ. & Bart. in d. l. per Procuratorem Marant. in d. l. is poteſt. nu.* 68. *ff. de acq. hered. & Menoch d. præſumpt.* 101. *nu.* 25. *lib.* 4. *ſuper alleg. Io. Franciſc. à Ponte conſ.* 6. *nu.* 32. *Caualer. deciſ.*
16 244. *nu* 2. Maximè cum ſe expreſsè hæredem † enunciauerit, & ſic ſine dubio adiuerit. *iuxt. tex. in l. pro harede.* §. 1. *ff. de acquir. hered. & tradita per Bart. in l. gerit. nu.* 14. *ff. eod. Surd. conſ.* 576. *n.* 35. *Mant. de conie*ct*. vlt. vol. lib.* 12. *tit.* 11. *nu.* 10.

Nec obſtat prætenſa ratificatio geſtorũ per Procuratores prædictos deducta ex dicta donatione, ac ceſſione; Tum quia veriſimile eſt ipſam exiſtimaſſe
17 illos in iudicium deduxiſſe ius † inteſtatæ ſucceſſionis, quod ſibi re vera competebat, nec apparet certam ſcientiam habuiſſe, quòd illi aliter geſſiſſent, & ius dictæ ſubſtitutionis deduxiſſent prout ad effectũ
18 ratificationis † requiritur ſecundum *gloſ. in c. concertationi in verbo ſciuerint. de appell. in* 6. *Surd. conſ.* 183. *n.* 32. *Tiraq. de leg. concub. gloſ.* 8. *n.* 183. *Rot. deciſ.* 139. *n.* 8. *par.* 1. *& deciſ.* 109. *nu.* 2. *par.* 4. *recent. & deciſ.* 136. *num.* 2. *coram Card. Seraph.* Tùm etiam quia Procuratores ad dictam exempla-
19 plarem ſubſtitutionem ſe non reſtrinxerunt, † ſed ius omne ex quouis titulo, & cauſa competens deduxerunt, immò apparet in iudicio hic in Curia in ſecunda inſtantia coram D. bo. me. Buratto, de quo Gabrielia in dicta donatione, ac ceſſione ſpecialem mentionem fecit, prędictam exemplarem ſubſtitutionem fuiſſe expreſsè impugnatam, & id obtentũ declarari illam omnino nullam, & inualidam, dictumq. fratrum hæreditatẽ fuiſſe ad ipſam pro tertia parte ab inteſtato delatam, vt patet ex dicta deciſ. coram eodem facta.

Et ita deciſum vtraque parte informante, &c.

* *Eſt deciſio* 74. *ſupra in hac eadem parte.*

* *Eſt deciſio* 802. *inter eius impreſſ.*

Eſt deciſio 112. *par.* 5. *recent.*

¶ *Et infra in eadem cauſa adſunt aliæ deciſiones, id eſt ſub die* 4. *Febr.* 1637. *coram R. P. D. Dunozetto, & ſub die* 1. *Iulij eiuſdem anni coram R. P. D. Ghiſilerio, &* 18. *Martij* 1639. *coram eodem, ſed iſta erit in ſequenti pariter.*

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO.

Barchinonen. Statuti.

Die Lunæ 3. Martii 1636.

ARGVMENTVM.

Quæritur an valeat ſtatutum conditum à Capitulo cum auctoritate Epiſcopi, aut Beneficiati d. Eccleſiæ teneantur proſequi funera quarumdam perſonarum, quarum cadauera debent ſepelliri in dicta Eccleſia &c. & reſolutio eſt affirmatiua, vide quàm doctè ventilatur iſta materia.

SVMMARIVM.

1 *Statutum, quando ſit confirmandum.*
2 *Legis cauſa efficiens eſt poteſtas.*
3 *Statutum eſt irritum in quo cauetur, vt Canonici non reſidentes priuentur eorum redditibus, ſed hoc intellige, quando d. ſtatutum eſt conditum à Capitulo ſine auctoritate Epiſcopi, ſecus ſi eum. num. 4.*
5 *Et hoc procedit generaliter in omnibus, quæ reſpiciunt ſtatum, aut vniuerſalem adminiſtrationem Eccleſiæ.*
6 *Statuta pœnalia generaliter prohibita ſunt.*
8 *Capituli ſtatuta recipiunt robur ab auctoritate Epiſcopi.*
9 *Legis effectus eſt mouere efficaciter ad virtutem.*
10 *Conſuetudo efficere poteſt, vt valeat ſtatutum, ſi illud non poſſit ſubſtineri ex defectu publicæ auctoritatis.*
11 *de Re aliena, quis diſponere non poteſt ex defectu poteſtatis.*
12 *Epiſcopus habet poteſtatem priuandi Beneficiatos, aut alios Clericos Eccleſiæ diſtributionibus, ſi ea pœna priuationis tendere poſſit in augumentum cultus Diuini.*
13 *Statuti lenitas, & maxima moderatio, plurimùm commendata reperitur à ſacris Canonibus.*
14 *in Statutis, ſi pœnæ contrauenientium cedere debent in commodum ſtatuentium, huiuſmodi ſtatuta ſolent reprobari ex cauſa auaritiæ, vel odij.*
15 *à Statuti fine, quando non poſſit diſtingui forma eiuſdem ſtatuti.*
16 *Legis, aut Conſtitutionis Eccleſiaſticæ finis præcipuus, & particularis eſſe debet, humanas actiones ad æternam felicitatem, & ſalutem dirigere.*
17 *Legis præcipua virtus, & conditio eſt, vt ſit communis omnibus.*
18 *Lex pro communi omnium vtilitate ferenda eſt.*
20 *Statutum conditum in præiudicium aliquorum, vt ſubſtineatur, ſolet eſſe ſatis qualibet rationabilis cauſa, ex qua veriſimiliter moti ſint ſtatuentes ad ſic ſtatuendum.*
21 *Statutum ex :iuſta cauſa contra aliquem factum, tenet in eius præiudicium.*
22 *Statutum contra aliquem ſi ſit conditum, poteſt ille ab eo appellare, ſiue etiam petere eiuſdem ſtatuti reuocationem iure actionis infra annum.*
23 *Statuta præſumuntur confirmata à Sede Apoſtolica ſtante obſeruantia 30. annorum.*
25 *Actus non dicitur factus voluntariè ſi quis illum gerat in executionem alicuius ſtatuti.*
26 *Actus voluntarij in executionem pij operis extimari debent poſt longam obſeruantiam, neceſſarij temporis.*
27 *Teſtes intereſſati nullum gradum probationis faciunt.*
28 *Teſtes, vt probent negatiuam, quid requiratur. & num. 29.*
30 *Teſtes deponentes ſuper affirmatiua præferuntur deponentibus ſuper negatiua.*
31 *Teſtes, qui ſunt magis informati, & ſunt conformes probationib. factis præferũtur alijs. & n. 32.*

DECISIO CVII.

QVÆSITVM fuit in dubio, quod hodie propoſui, An ſubſiſteretur ſtatutum Eccleſiæ
Barchinonen. in quo diſpoſitum fuit, vt Beneficiati eiuſdem Eccleſiæ tenerentur proſequi funera
pauperum Peregrinorum aut Mercennariorum, & aliarum perſonarum, quarum cadauera ſepelliri debent in Eccleſia Cathedrali, vel ex diſpoſitione iuris, vel ex particulari conſuetudine eius Eccleſiæ, eo quia intra eandem Ciuitatem deceſſiſſent, neq; ſibi elegiſſent Eccleſiaſticam ſepulturam. Et reſpõderunt Domini pro confirmatione eiuſdem ſtatuti, cum viſa fuerit probari illius iuſtitia, conſiderata
1 tàm auctoritate, & poteſtate ſtatuentium, quàm
etiam fine eius conſtitutionis, ſecundum ea, quæ diſputat *D. Thom. in 1. 2. quæſt. 46.* & notant Canoniſtæ *in c. erit autem 4. diſtinc. & in c. conſuetudo. § lex erit diſt. 1. Felin. in c. Eccleſiam S. Mariæ nu. 39. de conſtit. Bero. in c. 1. nu. 220. eod. tit. Rebuff. ad conſt. Regn. in proœm. gloſ. 1. nu. 61.*
Et quod attinet ad poteſtatem. quam tanquam
2 † cauſam efficientem legis conſiderat idem Diuus
Thomas *in 1. 2. quæſt. 90. art. 3,* & Canoniſtæ *ſuper eod. cap. Eccleſia S. Mariæ, & in c. cum omnes de conſtit.* viſa fuit ceſſare omnis difficultas, quæ fieri poſſet in ordine ad hanc qualitatem, dum idem ſtatutum apparebat conditum vſque ab anno 1572. auctoritate Epiſcopi ſimul cum Capitulo, ita enim
3 declarant DD. diſpoſitionem eius *tex.* † *in d. cap.*
cum omnes. de conſtit. quo cauetur irritum fore ſtatutum, vt Canonici non reſidentes priuentur ipſorum redditibus, quod ſcilicet illud procedat ſolùm in terminis Capituli ſtatuẽtis ſine auctoritate Epi-
4 ſcopi, † non autem in caſu, quo illius auctoritas
non deficiat, & inter cæteros diſpoſitionem eiuſdẽ text. explicarunt *Innoc. nu. 1. Hoſtien. num. 15. Io. Andr. nu. 24. Abb. nu. 3. Anchar. num. 7.* quos ſequutus fuit *Oldrad. conſ. 181. in fin. Bald. in cap. omnes populi. nu. 11. de iuſt. & iur.* Quod etiam notant iidem DD. procedere generaliter in omni-
5 bus, † quæ reſpiciunt ſtatum, aut vniuerſalem ad-
miniſtrationem Eccleſiæ, vt præter relatos voluerunt ibi *Abb. Felin. nu. 9. idem Abb. in c. cum acceſſiſſent. num. 4. de conſt. & in c. cum conſuetudinis. nu. 4. de conſuetud. vbi etiam Butr. nu. 7. Innoc. num. 1. in fin. & tenuit Rota coram Card. Seraph. deciſ. 538. nu. 1. & dec. 1447. nu. 2. & in Tiraſonen. iuris votandi 3. Martij 1617. coram bon. mem. Manzanedo, & in Paduana ſedilium 26. Ianuarij 1618. coram Card. Sacrato, & in Vlixbonen.*

Digitized by Google

nen. Tenderiorum 1. *Iulij* 1615. *coram bon. mem. Vbaldo, inter rec. dec.* 257. *nu.* 1. *par.* 2.

Ex his verò viſa fuit ceſſare præcipua exceptio,
propter quam Beneficiati impugnabant idem ſta-
tutum, eo quia ad id opus, & munus Eccleſiæ co-
gerentur Beneficiati propoſita pœna cõtra eos, qui
illud ſubire recuſarent, cum negaretur potuiſſe
eam pœnam imponi à Capitulo tàm attenta iuris
6 diſpoſitione, ſecundum † quam generaliter prohi-
bita ſunt huiuſmodi ſtatuta pœnalia, vt notat *In-
noc. in d. c. cum acceſſiſſent. de conſtit. nu.* 2. quàm
etiam inſpecta conſuetudine einſdem Eccleſiæ, cũ
datæ fuerint pro parte Beneficiatorum copiæ ſen-
tentiarum, in quibus declarabatur quòd non lice-
bat Capitulo eos priuare ſuis diſtributionibus, pro
ut hæc pœna imponebatur in dicto ſtatuto: Nam
7 hæc omnia ſolùm poterant † habere locum in ſta-
tuto condito à Capitulo, non autem vbi in confe-
ctione eius ſtatuti etiam interuenerit Epiſcopus
ſimul cum eodem Capitulo, & hoc propter iuriſdi-
8 ctionem Epiſcopalem † à qua robur capit idem ſta-
tutum, vt tradit *Bald. in c. cum omnes. nu.* 47. *de
conſtit.* vbi ita explicat opinionem Innoc. in qui-
bus etiam terminis loquebantur ſententiæ datæ à
Beneficiatis, & notarunt *ſuper eodem c. cum omnes
Io. Andr. num.* 11. *Butr. nu.* 19. *Hoſtien. in cap.
cum acceſſiſſent. nu.* 9. *eod. tit.* immò non ſolum ea
pœna, tanquam reſpiciens vim coactiuam videba-
9 tur continere præcipuum effectum legis, † qui eſt
mouere efficaciter ad virtutẽ, vt auctoritate *Ariſt.
probat D. Thom.* 1. 2. *quaſt.* 90. *art.* 3. *in reſponſione
ad ſecundum Salas in tract. de legib. diſput.* 4. *ſect.* 3.
nu. 17. *& ſect.* 6. *nu.* 22. ſed vlterius probata fuit
ex parte Capituli contraria conſuetudo imponendi
ſimiles pœnas, ex alijs conſtitutionibus ab eo ædi-
tis, & ſententijs latis ſuper earum confirmatione;
quæ cõſuetudo potuiſſet etiam efficere, vt ſubſtine-
10 ri deberet idem ſtatutum, † quando illud valere
non potuiſſet ex defectu publicæ auctoritatis, quæ
ſola poterat conſiderari in Epiſcopo, vt notat *Ho-
ſtien. in d. c. cum acceſſiſſent. nu.* 9. *Iaſ. in l. omnes
populi. ff. de iuſt. & iur. nu.* 35. *in* 3. *limit.* & tra-
dit *Loſſeus de iur. uniu. par.* 3. *c.* 15. *nu.* 6.

Neque poterat ea pœna reprehendi, eo quia di-
ſtributiones quibus Beneficiati priuabantur fuiſ-
ſent illis relictæ, aut ex lege fundationis aſſignatæ
pro celebrandis Diuinis officijs, quaſi in hoc dici
poſſet Capitulum abuſum fuiſſe poteſtate, quam
11 habebat ſimul cum Epiſcopo † diſponendi de re
propria eorumdem Beneficiatorum, prout hæc di-
cebatur fuiſſe ratio ſententiarum, quæ ad eorum
fauorem latæ fuerint, & tenuit *Rota apud Caſ. de
Graſſ. in deciſ.* 35 *alias* 9. *de prob. & in deciſ.* 4. *de
his quæ fiunt à maior. par. cap.* in qua ſequuta fuit
deciſionem factã in alia Barchinonen̄ coram Reo-
mano: Nam hanc poteſtatem habet Epiſcopus pri-
uandi Beneficiatos, aut alios Clericos Eccleſiæ
12 † diſtributionibus, ſi ea pœna priuationis tendere
poſſit in augumentum Diuini cultus, vt tradit *Bot-
teus de ſynod. in* 3. *part. art.* 1. *concluſ.* 13. *nu.* 146.
Monet. de diſtrib. quotid. par. 1. *quaſt.* 10. *nu.* 15.
quaſt. 10. *nu.* 64. & notatur *in c. vnico de Cler. non
reſid. lib.* 6 *in §. ſtatuimus.* Præterea probatur par-
ticularis conſuetudo Eccleſiæ, etiam reſpectũ qua-
litatis huius pœnæ, quia data fuit à Capitulo pri-
mùm antiqua Conſtitutio condita ab anno 1229
auctoritate Legati Apoſtolici confirmata à Grego-
rio IX. de anno 1230. in qua concedebatur Capi-
tulo, vt poſſet compellere Beneficiatos ad ſeruitiũ
Eccleſiæ per ſubtractionem portionis quotidianæ
iuxta modum præſcribendum ab Epiſcopo. Secun-
dò data fuit ſententia Rotalis Reomanni firmãs il-
lius ad fauorem Epiſcopi, & Capituli etiam reſpe-
ctu quotidianarum diſtributionum. Tertiò hæc
eadem conſuetudo firmata apparebat *in deciſ. Ve-
rall.* 370. *par.* 2. in qua fiebat mentio einſdem ſen-
tentiæ Reomanni: Quæ omnia poterant etiam eo
faciliùs admitti cõſiderata tàm qualitate eius pœ-
næ, quàm illius applicatione, quia cum Beneficia-
ti compellerentur ad exercitium eius operis ſub
pœna moderatæ ſubtractionis dd. diſtributionum,
(quæ ex diſpoſitione einſdem ſtatuti conuerti po-
ſtea debebant in mercedem aliorum Clericorum,
quos Capitulum conducere cogeretur loco Bene-
ficiatorum, qui recuſarent intereſſe ijs funeribus)
primùm in ea modicitate pœnæ elucebat maxima
13 moderatio, & lenitas ipſius ſtatuti, † quæ pluri-
mum commẽdata reperitur ex diſpoſitione ſacro-
rum Canonum, *vt in cap. cum Beatus* 45. *diſtinct.
& in cap. ex vindicta* 23. *quaſt.* 4. & notat *Archid.
in cap. prodeſt eadem cauſ. quaſt.* 5. *& DD. commu-
niter in c. ap. pœnis de reg. iur. lib.* 6. Secundò cum ea
pœna non deberet cedere in commodum ſtatuen-
14 tium excutiebatur † inde † omnis ſuſpicio auaritiæ
aut odij, cuius cauſa ſolent huiuſmodi ſtatuta re-
probari, vt conſiderauit *Hoſtien. in cap. cum omnes
num.* 3. *&* 6. *Butr. nu.* 11. *in fin.*

Et hæc viſa fuerunt Dominis dici poſſe in ordi-
ne ad poteſtatem, ſiue cauſam efficiẽtem huius ſta-
tuti. Quòd verò attinet ad illius finem, à quo ne-
que poterat diſtingui forma einſdem ſtatuti, tan-
15 quam † ea quæ erat principaliter ordinata ad eun-
dem finem ſecundum *D. Thomam quaſt.* 96. *art.* 1.
& quaſt. 102. *eodem art.* ex eo etiam viſa fuit de-
clarari poſſe iuſtitia eius conſtitutionis cum actus,
qui in ea præcipiebatur tanquam continens exi-
mium miſericordiæ opus reſpiceret præcipuum, &
16 particularem finem legis, † aut conſtitutionis Ec-
cleſiaſticæ, qui eſt dirigere quantum in ſe eſt huma-
nas actiones ad æternam felicitatem, & ſalutem
vt docet idem *D. Thomas in par.* 2. *quaſt.* 90. *art.* 2.
& ex eo probat *Suarez in tract. de legib. lib.* 1. *cap.*
7. *num.* 5. *& lib.* 3. *cap.* 11. quod pluribus explicat
Fortun. Garz. in tract. de vlt. fin. iur. Canon. nu. 3.
Boet. Epon. in tract. de iur. Sacr lib. 1. *cap.* 21. *n.* 21.
& 31. Neque poterat dici deeſſe eidem ſtatuto
hunc finem, eo quia ille actus aſſociandi corpora
Defunctorum imponeretur ſolis Beneficiatis, atq;
17 ita videretur in eo deficere præcipua † virtus, &
conditio legis, quæ eſt vt ſit communis omnibus,
vt traditur *in cap. erit autem* 4. *diſtinct.* & notant ibi
Doct. & in l. 1. *ff. de legib. vbi Angel. nu.* 3. *Iaſ. n.* 2.
18 Nam † quamuis hoc etiam videretur contineri ſub
fine legis, vt pro communi omnium vtilitate fera-
tur, vt probat *D. Thom. d. quaſt.* 90. *art.* 2. & notant
Doct. in d. cap. erit autem, & in l. 1. *ff. de legib.* nõ
tamen poterat euitari communis hæc vtilitas, eo
quod id opus ex forma tradita in ea conſtitutione

à ſo-

à ſolis Beneficiatis impleri deberet, cum ſatis eſſet,
quòd illa talis dici poſſet habito reſpectu ad ipſam
Eccleſiam, ad cuius ſeruitium, ac decus principali-
ter id opus impendi debebat, non obſtante quòd
in conſequentiam videretur id cedere in commodũ
19 Canonicorum, † aut aliorum Clericorum, qui in
eadem conſtitutione non aſtringebantur ad exerci-
tium eius operis, vt probat *Suarez d. tract. de legib.
eod. cap. 7. ſub nu. 7. & cap. 6. ſub num. 5. Sot. de
iuſt. & iur. lib. 1. quaeſt. 1. art. 2. in reſponſione ad
primum*, & voluit *Bart. in l. ambitioſa nu. 19. ff. de
decret. ab Ord. facien. Angel. conſ. 63. num. 3. Na-
uar. in comment. de finib. human. actuum ad expli-
cat. cap. cum miniſter 23. quaeſt. 5. ſub nu. 18. & 29.*
Et hinc eſt quod ad hunc effectum ſatis eſſe ſolet
quæcumque rationabilis cauſa, ex qua veriſimiliter
20 moti ſint ſtatuentes ad faciendam † eam conſtitu-
tionem, quæ videatur tendere in præiudicium ali-
quorum, vt tenet *Felin. in c. cum omnes. num. 2.
Imol. num. 20. Dec. in c. conſuluit 29. num. 27. de
appellat* quod in ſpecie explicauit Iaſ. in terminis
ſtatuti facti ab Epiſcopo cum conſenſu ſui Capitu-
21 li in præiudicium † Prælatorum inferiorum, aut
Eccleſiarum ſubiectarum *in l. omnes populi. n. 13.
ff. de iuſt. & iur.* & tenuit *Rota coram Card. Seraph.
deciſ. 707. nu. 8*

Præterea conſiderari poterat ad hunc effectum,
vt id ſtatutum non poſſet reuocari, tanquam con-
22 † tinens † odium, aut grauamen particularium
perſonarum, quòd illud apparebat acceptatum ab
ipſis Beneficiatis, in quorum præiudicium diceba-
tur conditum, quia licèt illi potuiſſent ab eo appel-
lare, ſiue etiam petere eiuſdem ſtatuti reuocationẽ
iure actionis propter eam nullitatem, quam fortè
23 potuiſſet continere; tamen non cenſebatur † eiſ-
dem conceſſa hæc facultas niſi per annum à prima
illius publicatione, vt tradit *Bart. in d. l. ambitio-
ſa. nu. 31. ff de decr. ob Ord facien. Dec. in cap. cum
omnes in prima lect. nu. 18. de conſtit. & in d. cap.
conſuluit de appellat. n. 34* & voluit *Rolan. in conſ.
99 nu. 46. lib. 2.* & quidem non ſolùm non proba-
batur in caſu propoſito hic actus appellationis, ſi-
ue reclamationis intra dictum tempus, ſed vlterius
probatum fuit ex teſtibus inductis à Capitulo, &
poſitionibus datis nomine Beneficiatorum, ita fuiſ-
ſe ab illis obſeruatum per ſpatium 30. annorum &
24 vltrà, ex † qua obſeruantia oriebatur, etiam præ-
ſumptio confirmationis Apoſtolicæ, ex notat. per
*Doct. in cap. illud de præſumpt. & in cap. ſicut de
re iudic. & fuit reſolutum coram Put. deciſ. 355.
num. 5. lib. 2. Mohed. deciſ. 2. de tranſact.* & in ter-
minis confirmationis ſtatuti *coram Card. Seraph.
dec. 507. nu. 3. & in vna Vicen. legatorum 26. Maij
1631. coram me*

Neque viſa fuit excludi hæc obſeruãtia, vel quia
ij actus dicerentur proceſſiſſe ex voluntate ipſorũ
Beneficiatorum, vt etiam aſſerebatur in illorum
poſitionibus, vel quia contrarium probare viderẽ-
tur teſtes ab eiſdem inducti, quatenus concludebãt
ſuper vſu contrario ipſius ſtatuti: Quia libertas eo-
rum actuum excludebatur, tàm ex titulo inducto
25 † ab eodem ſtatuto in cuius executionem illi facti
præſumebantur ex adductis per *Menoch. de præ-
ſumpt. lib. 6. præſumpt. 67. & fuit reſolutum in Ca-
laguritana iuris votandi 13. Februar. 1617. coram
R. P. D meo Pirouano*, quàm ex qualitate ipſorum
actuum cum illi tanquam facti in executionem pij
operis ęſtimari deberent poſt obſeruantiam eius
26 tẽporis neceſſarij, quamuis dici poſſet, quòd à † prin-
cipio proceſſerint ex libera voluntate eorumdem
Beneficiatorum, vt in terminis ſimilis conſuetudi-
nis inductæ ſuper exequijs mortuorum eſt *text. in
cap. ad Apoſtolicum de Simon.* & ibi generaliter ex
ea notant *gloſ. & Doct. Abb. in cap. ſuam nobis n. 7.
eod. tit. & fuit reſolutum in Segobien. Cantorum
11. Februarij 1604. coram Card. Lancellotto, & 9.
Decemb. 1611. coram bo. me. Manzanedo inter re-
cen. deciſ. 365. nu. 3. par. 2. & in Pampilonen. Tri-
buti 13. Nouemb. 1591. coram bo. me. Penia.* Quod
verò attinet ad probationem teſtium non viſum
fuit ex eorum depoſitionibus ſequi poſſe hanc pro-
bationem, nam præterquam quod maior illorum
27 pars erat ex numero Beneficiatorum, qui † nullam
fidem facere poterant propter intereſſe, quod ha-
bebant in cauſa iuxta regulã *trad. in l. nullus. ff. de
teſtib.* præterea neque ab ijs probabatur hic vſus
contrarius eiuſdem ſtatuti, cum id, quod illi aſſe-
rebant, nempè ſolitum fuiſſe hoc opus exerceri à
Canonicis hebdomadarijs, non excluderet, quod
idem opus, etiam non exercuerint Beneficiati, vn-
de eſt, quòd in hac materia non admittitur niſi ea
28 probatio, † quæ neceſſariò concludat ex vi nega-
tiuæ reſtrictæ à loco, & tempore. vt tradit *Dec. cõſ.
649. nu. 9. & 14. Curt. iun conſ. 109. nu. 2. Pariſ.
29 conſ. 13. nu. 17. lib. 3* imò neque ſatis † eſſe ſolet
probatio talis negatiuæ niſi illa habeat admixtam
probationem vſus contrarij, & qui manifeſtè ad-
uerſetur diſpoſitis in eodem ſtatuto, vt tenuit *Fe-
lin. in cap. cum acceſſiſſent n. 25. & ibi etiam Dec.
nu. 74. de conſtit. Io. Andr. in cap. Ioannes de cler.
coniug. nu 14.* quem ſequutus fuit *Alex. conſ. 169.
num. 25. lib. 2. Natt. conſ. 575. nu. 35.* & tenuit *Ro-
ta coram Card. Seraph. deciſ. 1447. nu. 1. & deciſ.
113. nu 4. & deciſ 53. nu. 2.* Quibus accedebant
depoſitiones aliorum teſtium qui fuerunt exami-
nati ad inſtantiam Capituli, qui cum deponerent
ſuper vſu contrario, & obſeruantia eius conſtitu-
tionis poterant tollere vim omnẽ probationis con-
trariæ, non ſolum quia deponentes ſuper affirma-
30 tiua † erant præferendi teſtibus Beneficiatorum,
ex quorum depoſitionibus ſolum habebatur con-
traria probatio negatiua ſuper dicto vſu iuxta re-
gulam traditam per *gloſ. in l. diem proferre. §. ſi
plures de recept. arbitr. & in cap. 1. in fin. de præ-
ſcript.* notat *Bart. in l. 1. num. 7. de ventr. inſpic.
Bald. in l. actor. nu. 21. C. de probat.* Sed etiam quia
apparebant melius informati, cum eorum depoſi-
tiones eſſent conformes probationi, quæ colligeba-
tur ex publicis ſcripturis, & documentis, ex quo
31 etiam accedere poterat † fides eorum depoſitioni-
bus, vt traditur *in cap. in noſtra de teſtibus*, & no-
tant ibi poſt *gloſ. DD. Cynus in l. in exercendis nu. 3.
C. de fid. inſtrum.* itaut propter hanc qualitatem
præferri deberent depoſitionibus aliorum teſtium,
32 in † quibus non concurrebãt hæc adminicula, &
voluerunt *Alex. conſ. 27. nu. 4. lib. 2. Iaſ. conſ. 126.*

num.2. in fin. lib.4. Aym. conſ.400. num.35. & tenuit *Rota coram Card. Mantic. deciſ.61, nu.11. & coram Gregor. deciſ.472. num.2.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis.

Die Mercurii 5. Martii 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum conditum ad fauorem piæ cauſæ, valet etiamſi teſtamenti ſcriptura à Notario coram Teſtibus, non fuerit lecta, nec publicata. Teſtator quando non præſumatur ſuam voluntatem non reuocaſſe, licèt aliquid dicat, quod ſapiat reuocationis.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi ſcripto in teſtamento non eſt deneganda immiſſio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. ſi oſtendat teſtamentum non abolitum, non cancellatum, &c.*

2 *Teſtamentum inter liberos. ſicuti etiam ad pias cauſas ſubſtinetur, etiamſi ſcriptura à Notario coram Teſtibus non fuerit lecta. nec publicata. Et hoc ea ratione, quia cum hæc reſpiciant ſolemnitatem illorum, defectus illud non vitiant. num.2. & 3.*

4 *Teſtamentum inter liberos, ſiue ad pias cauſas, ſi redarguatur ex capite imperfectæ voluntatis, etiamſi quacumque ſolemnitate ſit munitum quibuſcumque non obſtantibus, teſtamentum nequaquam ſubſtinetur.*

5 *Voluntas in dubio perfecta præſumitur.*

6 *Teſtatoris aſſertiones. quando probantur minori numero, quam 7. teſtium.*

8 *Verbum, bo aggiuſtate, adaptari non poteſt voluntati imperfectæ.*

9 *Teſtamentum, qui dicit eſſe reuocatum, concludenter dictam reuocationem probare tenetur.*

10 *Teſtator non dicitur reuocaſſe teſtamentum, ſi faciat aliquod additamentum, ſeu alterationem, quæ non deſtruat voluntatem præcedentem.*

11 *Solemnitas teſtamentaria eſt quid diuerſum à teſtamento.*

12 *in Teſtamento condito fauore piæ cauſæ, non eſt neceſſaria illius ſtipulatio, ſeu publicatio ad illius validitatem, ſed ſolummodo ad probationem voluntatis.*

13 *Teſtamentum, quando eſt conditum fauore piæ cauſæ, ſufficit, vt de eo conſtet per Teſtatoris ſubſcriptionem.*

14 *Teſtator, poſtquam ſemel habuit ſuam voluntatẽ pro perfecta, licèt poſtea aliquid facere, vel addere cogitauerit, non tamen ex eo, quod non fecit. deſinit eſſe perfecta voluntas. & nu.23.*

15 *Scriptura teſtamenti eius, qui iuſſit vocari teſtes non eſt teſtamentum.*

16 *Sententiæ ſcriptura non eſt ſententia, ſed quadã præuia diſpoſitio ad ſententiam proferendam.*

17 *Teſtamenti ſcriptura, antequam coram teſtibus ſit publicata, nihil actum eſt quod ſubſiſtat.*

18 *Teſtator, non præſumitur voluiſſe teſtari ſi poſtquam dixit, ſibi placere diſpoſitionem, & vocari teſtes, ſubdit velle differre in veſperum.*

19 *Teſtator, ſi iubeat vocari quemdam Notarium pro ſtipulatione teſtamenti, & illo accedente, & redeunte, ſi ſemper differat ad aliud tempus, non dicitur habere animum condendi teſtamentum, vide etiam nu.20. & declara vt nu.21.*

22 *Teſtamẽti reuocatio, vt ꝓbetur, quid requiratur.*

24 *Actus, vt ſubſtineatur capienda eſt omnis interpretatio.*

25 *Teſtis vnicus non probat.*

26 *Clauſula, omni alio meliori modo, addita dictione copulatiua (&) vna, cum dictione (alio) implicat alios modos diuerſos ab expreſſis.*

DECISIO. CVIII.

EXTRA ROTAM dubitaui, an eſſet confirmanda ſententia immiſſionis Canonicorum, & Capituli S. Mariæ Maioris de Vrbe in poſſeſſionem bonorum hereditariorum q. Hieronymi de Nardis, & poſt plures diſputationes ſuſceptas ſuper validitate, & perfectione Teſtamenti, in quo dicta Baſilica reperitur inſtituta contradicentibus ſororibus dicti defuncti: Domini cenſuerunt huiuſmodi ſententiam vti validam, & iuſtam eſſe confirmandam. Nihil enim deficit eorum, quæ ad ſententiæ validitatem ſunt requiſita videlicet: Iuriſdictio Eminentiſſimi D. Cardinalis Archipresbyteri dictæ Baſilicæ, cuius Vicarius pronunciauit, deinde citationes, & mandata Procuratorum, de quibus apud *Caputaq. deciſ.260. nu.2.*

Iuſtitia vero deducitur ex eo; quod pro parte dictorum Canonicorum fuit exhibita ſcriptura authentica teſtamenti per Notarium facta, & clauſa, ac ſubſcriptione ſigilloq. ipſius Teſtatoris munita, & denique poſt illius obitum per eumdem Notarium publicata, quæ non abolita, non cancellata, neque in aliqua ſui parte vitiata conſpicitur, & cõtinet inſtitutionem dictæ Eccleſiæ in tota hæredita-
1 te, † cui propterea denegari non poteſt immiſſio in poſſeſſionem bonorum dicti Teſtatoris, quorum probauit identitatem iuxta *l. fin.* & ibi *Doct. C. de edict. Diu. Adr. tollen.*

Dicta enim ſcriptura vltra inſtitutionem continet legata locis pijs, Dominis amicis, & conſanguineis relicta, electionem ſepulturæ, ſepulchri inſcriptionem, & denique ipſius Teſtatoris ſubſcriptionem, ac annuli ſignatorij impreſſione munita eſt, ex quibus de voluntate ſatis conſtat, idq. om-
2 nes concludnnt ſufficere inter † liberos, ac eadem ratione ob pias cauſas, etiamſi ſcriptura à Notario coram Teſtibus non fuerit lecta, nec publicata, & quod cum ſit ſolemnitas illius defectus teſtamentum non vitiet *Imol. in l. ſi is qui, nu.6. ff. de teſtam.* cuius dictum ſequitur ibi *Aretin. verſ. credo tamen, Roman. in auth. ſimiliter. num.63. C. ad l. Faleid. Alex. nu.12. in fin. de teſtam. Magdal. de num. teſt. par.2. cap.3. num.7. Sanch. conſ. moral. lib.4. cap.1. dub.7. nu 6.* qui tenent in hoc caſu nõ
3 eſſe † neceſſarias iuris ſolemnitates, ſecus vero ſi ſcrip-

ſcriptura redargueretur ex capite imperfectæ volū-
tatis, ſi nempè non fuerit abſoluta; ſed potiùs que-
4 dam præparatio teſtamenti, quo caſu etiamſi † qua-
cumque ſolemnitate eſſet munitum, non obſtante
fauore piæ cauſæ nequaquam ſubſtineretur *Bald. in l. 1. nu. 147. C. de ſacroſ. Eccl. Aretin. in d. l. ſi is, qui verſ. ſecundus caſus. ff. de teſtam. Oldrad. conſ. 119. nu. 2. Paul. de Caſtr. conſ. 101. num. 3. vol. 2. Dec. conſ. 438. nu. 15. Iaſ. conſ. 196. nu. 11. vol. 2. & cōſ. 158. ſub nu. 5. verſ. ſed præ auſſis vol. 4. Grammat. deciſ. 62. nu. 15. Boer. deciſ. 13. nu. 10. Sanch. d. lib. 7. num. 5. & dub. 9. per tot. Paſchal. de patr. poteſt. par. 2. cap. 8. nu. 60. & ſeqq.*

Cum autem ſorores Teſtatoris ex eo capite impugnarent validitatem dicti teſtamenti quòd ſcilicet non conſtaret de perfecta voluntate Teſtatoris, qui poſt abſolutam ſcripturam Notario pro ſtipulatione redeunti reſponderat, *non ne voglio far' altro, andate via*; ideo viſum fuit pro reſolutione cauſæ tres inſpectiones eſſe faciendas. Prima ſcilicet, An quo tempore Hieronymus Teſtator mandauit Notario, vt diligentiſſimè ſcripturam exararet, ac hæredis inſtitutionem dictauit, aliaq. fecit, vt ſupra, eamdemq. manu propria ſubſcriptam, & ſigillo munitam in capſula ſub clauis cuſtodia curauit recondi tunc verè perfecta, & abſoluta fuerit illius voluntas.

Secundò, An idem Teſtator deinde reuocauit huiuſmodi voluntatem.

Tertiò, An ſaltem per aliqua verba ipſe declarauerit à principio voluntatem ſuam non fuiſſe perfectam.

Quod igitur ad primam inſpectionem attinet, conſtat hic omnia fuiſſe adhibita, quæ ad condendum Teſtamentum validum requiruntur; ipſe enim Notarius, qui ſcripturam confecit, & alius familiaris, qui dum præmiſſa agerentur domi erat depoſuerunt de accuratiſſima Teſtatoris diligentia in eo adhibita, quod eidem Notario mandauerit, vt huiuſmodi teſtamentariam ſuam diſpoſitionem ſcriberet, ac pluries reſcriberet, ac demum ipſe ſubſcripſerit, & ſeptem proprij ſigilli impreſſionibus iuſſerit obſignari, ac denique in arcula reponi, ex
5 quibus colligitur voluntas, † quæ in dubio perfecta præſumitur *d. l. ſi is qui. vbi Bald. num. 3. Imol. n. 2. ff. de teſtam. Alex. conſ. 105. in fin. vol. 7. Ruin. conſ. 1. nu. 22. verſ. non obſtat. vol. 2. Rot. coram Card. Seraph. deciſ. 623. nu. 1. & coram Card. Sacrato in vna Romana Teſtamenti relata per Grat. diſcept. forenſ. cap. 550. nu. 53.* & in præſenti caſu vndecumque clarior euadit dicta voluntas attentis verbis à Teſtatore prolatis, de quibus Teſtes depoſuerunt, videlicet: *Laudato Dio, adeſſo ſon contento, che ho aggiuſtate le coſe mie*, quorum teſtiū alter id eſt Notarius requiſitus de ſua opinione circa Teſtamentum, dicit ſe illi allegauiſſe ſententiā S. Auguſtini, quod quicumque vult exhæredato filio hæredem facere Eccleſiam quærat alterum, qui ſuſcipiat nō Auguſtinum, immò Deo propitio neminem inueniat ipſum verò Teſtatorem, tunc reſpondiſſet: *Pagati tutti li legati, & adempiti tutti li peſi del Teſtamento che coſa vi reſta per la Chieſa.* Qui Teſtes cum retulerint ſe ad ſcripturam, & ſint duo ſufficientem faciūt probationem eo quòd
6 † huiuſmodi aſſertiones probantur minori numero, quam ſeptem Teſtium *Seraph. deciſ. 1302. n. 6.* probant enim ſubſtantiam Teſtamenti relatiuè ad ſcripturam, quam viderunt, quemadmodum dicitur de ſchedula Teſtamenti exiſtente penès Guar-
7 dianum S. Franciſci, vel alium Tertium, † quod ſufficiat probari ſubiectam fuiſſe oculis Notarij, ac Teſtium, quando fuit conſignata ad tradita per *Lam. cap. 1. poſt tract. de formul. inſtrum. cum alijs allegatis in Romana hæreditatis de Arigonis 28. Iunij 1527. coram bo. me. Card. Virili.* Dum itaque dicti Teſtes deponunt de verbis, *Laudato Dio &c.* vt ſupra prolatis à Teſtatore, & non ambigunt quin ea dixerit poſt conditum Teſtamentum nihil refert, quòd interrogati, an ea dixerit ante, vel poſtquam ſubſcripſit reſpondeant ſe non recordari.

Quoniam licèt ignorent tempus quo Teſtator ita fuit locutus, non tamen dubitant de perfecta illius volūtate iam propalata per illa verba, *hò aggiuſtate le coſe mie.* & ſic de antecedenti voluntate tunc præordinata, non enim poteſt intelligi id factum fuiſſe niſi iuxta ordinem, & naturam rei, id eſt in ipſo actu ſcribēdi, vel poſt, alioquin illud ver-
8 bum, *ho aggiuſtate*, non verificaretur, † eo quòd voluntati imperfectæ adaptari non poteſt, *Decian. conſ. 62. vol. 1.*

Altera inſpectio, an ſcilicet Teſtator reuocauerit Teſtamentum verſatur circa depoſitionem ſupradicti Notarij, in qua dicit ſe poſt confectum, & obſignatum Teſtamentum ex officio quæſiuiſſe, an Teſtator vellet illud ſtipulari coram ſe, & teſtibus, ipſum verò Teſtatorem reſpondiſſe, *facciamo quāto volete voi, ma adeſſo mi pare troppo tardi di trouare Teſtimonij*, eo quod nocturno tempore, & accenſo lumine illud ſubſcripſerat. Notario verò ſequenti die redeunti, & ſciſcitanti num Teſtamētum ſtipulari vellet, Teſtatorem reſpondiſſe, *andate via, non ne voglio far altro ſin che non ne parlo col Signore.* Id eſt cum Marchione, cui Teſtator inſeruiebat. In iure autem certum eſt, quod qui di-
9 cit Teſtamentum † fuiſſe reuocatum adeò concludenter debet probare reuocationem, vt verba Teſtatoris eam pernecesſè importent, *Ladereb. conſ. 157. nu. 3.* ſed in præſenti verba non ſunt eiuſmodi, quæ receſſum à prima voluntate importent, ſed potius additamentum, ſeu alterationem, quæ non
10 deſtruunt † voluntatem præcedentem iam redactā in diſpoſitione ad tradit. per *Mart. vol. 8. num. 14. & 15.* cum alijs ibi allegatis, immo admiſſa etiam ſupradicta locutione Teſtatoris, *andate via, &c.* cum ſint prolata conſecutiuè ad interrogationem Notarij antecedentem ſuper ſtipulatione, non attingunt Teſtamenti ſubſtantiam, ſed illius publi-
11 cationem, quæ † ſolemnitas eſt quid diuerſum à Teſtamento, *Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 2. tit. 12. nu. 1. Honded. conſ. 77. nu. 2. vol. 1. Mart. d. vol. 8. nu. 15.* Vnde ſequitur, quòd ſicuti in Teſta-
12 mento condito fauore piæ cauſæ non eſt † neceſſaria illius ſtipulatio, ſeu publicatio ad illius validitatem, ſed ſolummodo ad probationem volūtatis, *l. hac conſultiſſima. §. per nuncupationem. vbi Paul. de Caſtr. C. de teſtam. Boer. deciſ. 36. nu. 2.* ſic illius ſuſpenſio, ſeu omiſſio non vitiat, nec arguit
13 imperfectionem voluntatis cum in huiuſmodi Te-

ſtamento ad fauorem piæ cauſe ſufficiat, vt de ea
conſtet per Teſtatoris ſubſcriptionem, *Corn. conſ.*
307. nu. 8. vol 3. Menoch conſ. 167. nu. 20. & alij
allegati per *Tiraq. in tract. de priuileg. piæ cauſ. pri-*
uileg. 4. quorum opinionem vti veriorem. & magis
communem amplectitur *Rota vt in Mediolanen.*
de Cuſanis 4. Februarij 1605. coram bo. me. Iuſto,
in qua actum fuit de ſchedula teſtamentaria inſtitu-
tionis Hoſpitalis ſubſcripta per Cardinalem Cuſa-
num. Atque ita veriùs eſt, vt dicatur ex dictis ver-
bis apparere, quòd Teſtator diſtulit ſtipulationem,
pro qua non ipſe, ſed Notarius erat ſollicitus ſub-
ſtantiam vero, & perfectionem actus non ſuſpen-
dit cum ante dictorum verborum prolationem iam
eſſet perfectus, & abſolutus. Poſtquam autem
14 Teſtator ſemel habuit † ſuã voluntatem pro per-
fecta, licèt deinde cogitauerit aliquid facere, vel
addere non tamen ex eo, quod non fecit deſinit eſ-
ſe perfecta, *l. penult. vbi Aretin. nu. 2. C. de inſtit.*
& ſubſtit. & l. eum pater. §. vlt. ff. de legat. 2. A-
lex. conſ. 73. nu. 3. vol. 1. Ruin. d. conſ. 1. n. 22. vol. 2.

Hinc viſum fuit non applicari huic caſui conclu-
15 ſionem, quòd ſcriptura Teſtamenti eius, † qui mã-
dauit vocari Teſtes non ſit Teſtamentum. Sed quę-
dam præparatio ad teſtandum ſi antequam Teſtes
16 aduenerint moriatur quemadmodum dicitur † de
ſcriptura ſententiæ, quod non ſit ſentẽtia, ſed quæ-
dam præuia diſpoſitio ad ſententiam proferendam
l. 2. C. de ſent. ex libell. recit. c. fin. de ſent. & re iu-
17 *dic. in 6.* adeo vt antequam ſcriptura † coram Te-
ſtibus fuerit publicata nihil actum ſit, quod ſubſi-
ſtat, vt communiter concludunt Doctores, & præ-
cipuè *Oldrad. d. conſ. 19.* vbi de diſpoſitione ſcribẽ-
da per Notarium, & deinde publicanda coram eo,
& Teſtibus vocandis *Paul. de Caſtr. conſ. 450. vol.*
18 *2. de muliere,* quæ poſtquam † dixiſſet ſibi placere
diſpoſitionem, & vocari Teſtes ſubdidit velle diſ-
ferre in veſperum, *Iaſ. in d. conſ. 155. vol. 4.* vbi de
Teſtatore qui iuſſerat vocari quemdam Notarium
19 pro ſtipulatione, & illo accedente, † & redeunte ſẽ-
per diſtulit eam ad aliud tempus, & *Surd. dec. 292.*
in caſu mulieris quæ poſt confectam ſcripturam
20 mandauit Notario, vt illam † aſſeruaret donec ip-
ſa è rure ad Vrbem reuerſa eodem Notario, & Te-
ſtibus vocatis publicari curaret, qui omnes loquũ-
tur in caſu quo cauſa pia erat inſtituta.

Quoniam vt prællegati Doctores, & præſertim
21 Caſtrenſis obſeruarunt dicta concluſio † procedit
in voluntate, quæ ea ratione dicitur imperfecta,
quod antecedens diſpoſitio fuerit coarctata, & de-
pẽdeat à futura publicatione in qua Teſtator actus
perfectionem contulerat Ita ex eodem Caſtreñ, &
alijs colligunt *Paſchal. de patr. poteſt. d. par. 2. c. 8.*
nu. 61. & Amat. Panorm. reſolut. 8. nu. 19. in caſu
vero Teſtamenti de quo agitur conſtat de volunta-
te iam perfecta ex verbis ſupra ponderatis, *hò ag-*
giuſtate le coſe mie &c. cuius reuocationem indu-
22 cere non poteſt probatio, quæ non † ſit de magis
enixa voluntate, quam quæ requiritur ad ſuſpen-
dendum, ne perfectio actus introducatur.

Tertiæ vero inſpectionis obiectum ſunt eadem
verba à Teſtatore prolata, vt ſuprà, *hò aggiuſtate*
&c. non ne voglio far' altro &c. quæ cum non in-
23 ducant, vt probatum fuit, voluntatis † reuocatio-
nem nequaquam indicium facere poſſunt, quod
Teſtator ſaltẽ per illa declarauerit à principio eius
voluntatem non fuiſſe perfectam, verba enim *hò*
aggiuſtate &c. oſtendunt perfectionem ſcripturæ
itaut nihil præterea deſideraretur niſi illius publi-
catio, & verba prolata ad interrogationem Notarij
redeuntis pro ſtipulatione, *non ne voglio far' altro*
24 *&c.* cum poſſint † referri tàm ad ſtipulationem,
quàm ad ipſum Teſtamentum omnis capienda eſt
interpretatio, per quam actus ſubſtineatur, *l. vbi*
eſt verborum. ff. de reb. dub. eſt igitur inſpicienda
intentio Teſtatoris potius in dictis verbis, *hò ag-*
giuſtate &c. quæ ad aliud referri non poſſunt quam
ad perfectionem, & de quibus etiam deponunt duo
Teſtes quam in dictis alijs verbis æquiuocis, *non*
ne voglio far' altro, de quibus ſolus Notarius de-
25 ponit, & conſequenter vti † vnicus, & de actu ex-
trinſeco non facit concludentem probationem,
Bald. in l. errore. nu. 2. C. de teſtam. Innoc. in cap.
quoniam contra. nu. 6. de probat. Seraph. deciſ. 581.
nu. 6. & deciſ. 623. num. 11. cum ſeqq. Gratian. di-
ſcept. 550. nu. 54.

Non obſtat, quòd Teſtator in eodem Teſtamen-
to reliquerit Notario ſcuta decem, quibus voluit
eum eſſe contentum pro præſenti Teſtamento, vn-
de videtur poſſe colligi, quòd Teſtator conſiderauc-
rit rogitum Notarij. Quia inde non ſequitur, quòd
voluerit aliter teſtari, quàm cum huiuſmodi rogi-
tu, de quo in legato nulla ſit mẽtio: cum huiuſmo-
di legatũ intelligi poſſit factum pro remuneratione
laboris, & aperitione Teſtamenti, quam etiam abſ-
que rogitu idem Teſtator ſcire potuit debere fieri
ab eodem Notario.

Similiter non obſtat, quòd idem Teſtator in
principio ſcripturæ dixerit ſe velle condere Teſta-
mentum nuncupatiuum clauſũ, & ſigillo obſigna-
tum, & ſic teſtari cum rogitu Notarij per relatio-
nem ad ſchedulam non obſtante ſubſcriptione, &
inſtitutione per verba præſentis temporis, *mia he-*
rede vniuerſale faccio la Chieſa &c. Quia id pro-
cederet ſi Teſtator ſe reſtrinxiſſet ad hunc modum
teſtandi, ad quem rè vera ſe non reſtrinxit cum
26 appoſuerit clauſulam omni alio meliori † modo,
quæ addita dictione copulatiua, &, vna cũ dictione
(alio) implicat alios modos diuerſos ab expreſſo,
Pariſ. conſ. 90. num. 10. vol. 3. Achill. de vnic. de
verb. ſignific. Caputaq. deciſ. 124. par. 1.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Fertaricñ, ſeu Romana pecuniaria.

Die Mercurii 5. Martij 1636.

ARGVMENTVM.

Obligans ſe in forma Cameræ ad dandum ali-
quid alicui, ſi certũ quid adimpleuerit, ſecu-
to adimplemento, eſt factus locus obligatio-
ni. Non adimplemẽti exceptio, quando quis
non iuuetur.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligans ſe aliquid ſoluere alicui, ſi certa pacta adimpleuerit, conſtito de adimplemento videtur eſſe locus obligationi de ſoluendo.*

2 *Obligatio Cameralis, quando fuit extenſa, iuxta formam Cameræ habet executionem paratam.*

3 *non Adimplementi exceptione quis non poteſt iuuari, dū ipſe prius adimplere debebat, & defecit.*

4 *Obligans ſe aliquid intra certum, & præciſum tempus adimplere cum pacto reſolutiuo, ſi intra d. tempus non adimpleuerit, omnia promiſſa ei propter id ceſſant.*

5 *Tranſactionem, ſi quis poſt tempus conuentum ratificauerit, ſtante pacto, quòd poſt illud non teneretur ratificare, cenſetur d. exceptioni renunciaſſe, & in eadem tranſactione perſeuerare.*

6 *Pactum reſolutionis in aliquo contractu, operatur dumtaxat volente, & declarante eo ad cuius fauorem apponitur.*

7 *Fideiuſſor ſi ſe obligauerit, ſi aliquid intra certum tempus fuerit adimpletum, tranſacto eo tempore amplius non tenetur.*

8 *Fideiuſſor ſimplex, quando quis non ſit, ſed etiam principalis.*

9 *Dictiones tam, & quam, tribuunt actū æqualiter.*

10 *Principalis in contractu, quis dicitur, ad quem commodum illius ſpectat.*

11 *Promiſſio facta ratione renunciationis matrimonij eſt inualida, & ſimoniaca.*

12 *Sed hoc ceſſat, quando promiſſio fuit facta ratione damnorum & intereſſe.*

13 *Papa confirmatio tollit omne vitium ſimoniæ.*

DECISIO CIX.

CVM DE ANNO 1606. orta eſſet lis ſuper validitate matrimonij initi inter Com. Iuliū Cæſarem Stellam, & Comitiſſam Iuniperam de Rouarellis, eaq. diu in Rota fuiſſet agitata, Tandem de anno 1612. mediante perſona Com. Valerij de Rouarellis deuentum fuit ad concordiam, in qua inter alia conuentum fuit, *che l'una, e l'altra parte renuntijno ò cedino alla lite.*

Che il Conte Stella dia il conſenſo per ogni ſuo intereſſe ſopra il matrimonio, acciò ſi poſſa ottenere la diſpenſa, e preſti il conſenſo alla detta diſpenſa tante volte quanto ſarà dibiſogno.

Che la detta diſpenſa ottenendoſi ſi debbia ottenere à ſpeſe della Conteſſa Gineura.

Che il Conte Stella debba renunciare à tutte le ragioni che per occaſione di detto matrimonio poteſſe hauere nelli beni del Cōte Giouanni Rouarelli.

All incontro che il Conte Valerio Rouarelli, come Procuratore del Conte Giouanni, Iſabella, Gineura & in nome ſuo proprio promette, e s'obliga di dare al detto Conte Stella per tutti li danni, & intereſſi patiti ſcudi 3500. nel modo infraſcritto, cioè ſubito ſignata la ſupplica della diſpenſa, e caſſata la ſicurtà di ſcudi 5000. data dal Conte Valerio de ſe repreſentando, ſe sborſino al detto Conte Stella ſcudi 2000 e che per tutto Giugno proſſimo detto Conte Valerio debba pagare al detto Conte Stella altri ſcudi 1000. al primo di Nouembre proſſimo, e lo reſtante in tanti beni ſtabili.

Item che tutto queſto negotio ſi debba ſpedire per tutto il meſe di Maggio proſſimo, e che queſti Capitoli, e concordia habbino il loro effetto purche ſegui la diſpenſa Apoſtolica, e venghi caſſata la detta ſicurtà di ſcudi 1000. e tutte queſte coſe cioè tanto la diſpenſa quanto la detta caſſatione debbiano eſſere ottenute per tutto il tempo ſopra ſpecificato, altrimenti la preſente reſti di niuno valore.

Item il Conte Valerio nomine, quo ſupra, promette far ratificare tutte, e ſingole coſe dal detto Conte Giouanni, Iſabella, & Gineura per tutto il meſe d'Aprile proſſimo.

Cumq; dictus Comes Stella prætenderet omnia per eum promiſſa adimpleuiſſe egit coram A.C. ſiue R.P.D. Androſilla deputato contra dictum Valeriū, & Iuniperam pro conſequutione prædictorū ſcut. 3500. & mandatum exequutiuum obtinuit, à quo interpoſita pro parte Comitis Valerij & Conſortis appellatione, cauſaque per Signaturam mihi commiſſa propoſui dubium, an dictum mandatum eſſet reuocandum, & DD. pro confirmatione reſponderunt ea moti ratione.

Quia licèt Comes Valerius ſe obligauerit ſolueret poſtquam fuerit ſignata ſupplicatio ſuper diſpēſatione matrimonij, & poſtquam fuerit caſſata fideiuſſio præſtita per ipſum; nihilominus ex quo
1 pro parte Com. Stellę docetur † prædicta fuiſſe executioni demandata, & effectum ſortita intrare videtur obligatio de ſoluendo, *Caputaq. deciſ. 272. nu. 1. par. 1. & in Ariminen. nullitatis obligationis 6. Iunij 162[illegible]. coram R. P. D. meo Pirouano;* quæ quidem obligatio cum ſit extenſa iuxta formā
2 Cameræ habet † exequutionem paratam, iureque merito in exequutionem illius fuit relaxatum mandatum exequtiuum iuxta rotas iuris cōcluſiones.

Non obſtat, quòd diſpenſatio obtenta & alia, ad quæ tenebatur Com. Stella non fuerint adimpleta in tempore conuento nempe, per totum mēſem Maij, quia placuit reſponſio quòd cum Com. Valerius teneretur prius facere ratificare tranſactionem à D. Iunipera, & alijs de Rouarellis intra menſem Aprilis præcedentis, & ratificatio infra dictum tempus non fuerit ſequuta, ſed longe poſt, ceſſat exceptio non adimplementi pro eius
3 parte oppoſita, cum non † poſſit quis exceptione iuuari, dum ipſe prius debebat adimplere, & defecit, *iux. Theoricam Baldi, & aliorum relatorum à Grat. diſcept. vlt. num. 21. & ſeqq. approbatam à Rot. vt deciſ. 369 par. 4. diuerſ. in Romana pecuniaria 20. Nouemb. 1624. coram bo. me. Vbaldo, & in Romana aſſignationis bonorum 26. Iunij 1630. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Prout nec viſum fuit obſtare quòd prædicta om-
4 nia fuerint adimplenda † in tempore præciſo cum pacto reſolutiuo, per cuius temporis lapſum obligatio Valerij reſoluta, & extincta remanſit, *Menoch. conſ. 120. nu. 29. & conſ. 212. nu. 13. & conſ. 246. num. 4.*

Fuit etenim reſponſum quòd cum Gineura, & Iſabella non obſtante lapſu temporis conuenti ratificauerint tranſactionem, videtur tacitè dicto pacto reſolutiuo, & exceptioni non adimplementi in tempore renunciaſſe, † in eademq. trāſactione perſeuerare voluiſſe ad tradita per *Bald. in l. qui crimen.*

meu. num. 15. *verſ. item partes. C. de his qui accuſ. non poſſ. Becc. conſ.* 45. *num.* 4. & 5. *lib.* 1. & firmatum fuit *in Mediolanen. frumenti* 16. *Octobr.* 1587. *coram Orano;* Pactum enim reſoluti cum in dicta tranſactione appoſitum operatur dumtaxat volen-
6 te, & declarante † eo, ad cuius fauorem apponitur, non autem quando, prout hic, illi tacite renunciatur *Rot. deciſ.* 447. *nu.* 6. *par.* 2. *recen.* & *coram Seraph. deciſ.* 209. *nu.* 1. & 3. *deciſ.* 650. *nu.* 1. *Caual. deciſ.* 70. *nu.* 4.

Nec releuat replicatio quòd predicta poſset applicari reſpectu Iuniperæ, & Iſabellæ principalium, non autem Com. Valerij fideiuſſoris, reſpectu cuius tempus menſis Maij appoſitum in tranſactio-
7 ne cenſetur † adiectum cauſa finiendæ obligationis, adeo vt elapſo tempore fideiuſſor cenſeatur omnino liberatus, *Mantic. de tacit. lib.* 16. *tit.* 21. *per tot. Menoch. conſ.* 246. *num.* 4. *Rot. deciſ* 567 *num.* 2. *par.* 1. *diuerſ.* Quia ex verbis tranſactionis clarè
8 deprehenditur Com. Valerium † non fuiſſe ſimplicem fideiuſſorem, ſed principalem promiſſorem, nedum ex verbis ibi, *All'incontro il Conte Valerio come Procuratore, & in nome ſuo proprio*, ponderatis verbis, *in nome ſuo proprio*, quæ eum principalem efficiunt.

Verum ex illius ſubſcriptione, ibi, *Io Valerio confermo, & accetto quanto di ſopra* tam meo, quà procuratorio nomine, quæ pariter demonſtrat in negocio fuiſſe principalem virtute dictionum,
9 (tàm & quàm) quæ † cum tribuant actum æqualiter, *iux. doct. Surd. conſ.* 317. *num.* 16. & *conſ.* 401. *nu.* 12. negari non poteſt quin eumdem Valerium æquè principalem conſtituant.

Concurrente præſertim quòd effectuatio dictæ tranſactionis cedebat etiam ad commodum & vtilitatem eiuſdem Valerij, qui niſi promiſſa in tranſactione adimpleta fuiſſent nõ potuiſſet matrimonium cum Iunipera contrahere, nec ius in donatione facta contemplatione dicti matrimonij acquirere, quod in propoſito ſufficit, cum princi-
10 palis † quis in contractu dicatur ad quem commodum illius ſpectare dignoſcitur, *Bart. in l.* 3. *§. vbi duo num.* 15. *ff. de duobus reis Ronchegall. de duobus reis l* 3. *§. vbi duo à nu.* 164. *vſque ad num.* 168. *Rot. deciſ.* 153. *num. par.* 2. *diuerſ.* & *in Romana pecuniaria* 28. *Nouemb.* 1624. *coram bo. me. Card. Virili.*

11 Neque prætendi poteſt inualida, † vel ſimoniaca promiſſio ratione renunciationis factæ matrimonio
12 *cap. gemma de ſponſal.* quia hac ratione, † ſed ratione damnorum & intereſſe (quæ etiam aliquibus ex DD. nota erant) facta fuit promiſſio, & ſic ſuſtinetur, *vt in d. cap. gemma notat Butrius in vltimis verbis Card. num.* 6 *in fin. Sanch. de matrim. lib.* 1. *diſp.* 31. *nu.* 16. Et bene ſpeciali confir-
13 matione Sanctiſſimi † ſublatum eſſet hoc vitium, ſi adfuiſſet. *Gloſ. in cap. cum pridem verbo illicitè de pactis. Pariſ. de reſignat. lib.* 7. *quæſt.* 2. *nu.* 69. & *in Piſtorien. Archidiaconatus* 15 *Ianuar.* 1629. *coram R. P. D. meo Pirouano.*

Prætenſas veras nullitates dicti mandati, in facto non iuſtificari DD. viſum fuit.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis.

Die Lunæ 5. *Martii* 1636.

ARGVMENTVM.

Tractatur in hac deciſione, quando habeat locum Statutum Vrb. lib. 1. cap. 145. excluſiuum fœminarum propter maſculos, & quando ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *in Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 145. *ponuntur tres caſus excluſionis.*
Primus eſt obitus patris, vel aui ab inteſtato ſuperſtitibus filiabus maritatis, & dotatis. nu. 1.
Secundus caſus eſt, quando pater vel auus in vltima voluntate relinquunt dotem eiſdem filiabus. num. 1.
Tertius verò eſt, quando frater, vel pater parati ſunt ſorores, vel filias non maritatas, nec dotatas cum effectu dotare. nu. 1.

2 *Statuta excluſiua fœminarum ceſſant, ſi quis non decedat inteſtatus.*

3 *Statuti verba, vbi non conueniunt, nec minus conuenire poteſt illius diſpoſitio.*

4 *Dotationis loco non ſuccedit inſtitutio in heredem, cum ea potius ius dotationis extinguat, & confundat. & nu.* 18.

5 *Frater an teneatur dotare ſororem, iuxt. Statut. Vrb. lib.* 1. *cap.* 145. *ſi habeat aliunde dotem ſibi conſtitutam.*

6 *Filia ſi ſit heres inſtituta in teſtamento patris, ex hoc inferri poteſt ad dotationem à Statuto requiſitam.*

7 *Itaut debeat eſſe contenta de ea parte hereditatis, quæ fuit illi relicta.*

8 *Pater inſtituendo heredes æqualiter filios maſculos, & fœminas, cenſetur eos omnes vno modo dilexiſſe.*

9 *Statuta excluſiua fœminarum ita demum procedunt, ſi pater velit.*

10 *pro Dote præſumitur patris mens, quando in teſtamento ſimpliciter reliquit filiæ ſummam aliquam pecuniarum, limita nu.* 11.

12 *Statuti Vrb. lib.* 1. *cap.* 145 *mens in eo reſidet, quod à patre, vel auo, aut à fratre, vel patruo filiabus fœminis detur dos, ad effectum eas excludendi à ſucceſſione.*

13 *Verba, in caſibus ſupradictis, qualificant, & reſtringunt diſpoſitionem ad præcedentia.*

14 *Statuta tantum referuntur ad illos caſus, qui oculis corporeis poſſunt legi non autem ad alios, qui per verborum interpretationem poſſũt intelligi.*

15 *Statutum emanatum ad fauorem aliquorum huiuſmodi fauor non debet ad alios caſus præter expreſſos extendi.*

16 *Qualitas à ſtatuto requiſita dum non poteſt verificari, ceſſat eius diſpoſitio.*

17 *Landerch. in conſ.* 25. *declaratur.*

19 *Pater, ex quibus appareat, quòd non obſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum, voluerit filias fœminas ad ſucceſſionem reintegrare.*

20 Dos,

20 *Dos, ſi alicui fuit legata, quando cenſeatur teſta-
tor motus ſic ad legandum contemplatione patris
potius quam filiæ, cui legauit d. dotem.*
21 *Statut Vrb. lib. 1. cap. 145. verba, ibi ab vna ex
prædictis perſonis dotata, qualis ſit ſenſus.*
22 *Dictio, prædictis, eſt reſtrictiua.*
23 *Dictio, prædictis, refertur ad nominatos, non au-
tem ad innominatos..*
24 *Filia, ſi non habuerit à patre, vel auo dotem, ne-
que fratres ſunt parati eam dotare, ceſſat Statut.
Vrb. lib. 1. cap. 145.*
25 *Caſus à ſtatuto omiſſus remanet ſub diſpoſitione
iuris communis.*

DECISIO CX.

DOMINVS Timotheus Iuliæ eius ſorori a-
gentiad ſucceſſionem in bonis communis
matris oppouebat Statutũ Vrbis de ſucce ſionibus
ab inteſtato excluſiuum fœminarum quod habetur
lib. 1. ſtatutorum cap. 145. Vnde propoſui dubium
an dictæ Iuliæ debeatur ſucceſſio in bonis mater-
nis, ad quod Domini affirmatiuè reſponderunt.
1 Nam tres in dicto ſtatuto ponuntur caſus † ex-
cluſionis quorum primus eſt obitus patris vel aui
ab inteſtato ſuperſtitibus filiabus maritatis, & do-
tatis, alter dotis per patrem vel auum in vltima vo-
luntate eiſdem filiabus conſtitutæ, & tertius eſt fra-
tris vel patris parati ſorores vel neptes non mari-
tatas nec dotatas cum effectu dotare: Reſpectu au-
tem Iuliæ nullus ex ſupradictis caſibus applicatur.
2 Non primus quia pater non deceſſit † inteſtatus (vt
habetur in ſtatuto) ſed cum teſtamento ſuperſtiti-
bus filiabus non maritatis neque dotatis, (vt in
eodem ſtatuto requiritur,) ſed innuptis ac indota-
3 tis, quibus cum † non conueniant verba ſtatuti mi-
nus conuenire poteſt illius diſpoſitio, *l. 1. §. loqui-
tur. ff. de ac quotid. & eſt cum ſimil. Brun. ſuper
ſtatut. exclus. fœmin. art. 6. num. 77. Surd. dec. 59.
num. 1. & ſeq.*

Neque etiam ſecundus caſus ei applicatur, quia
licèt eam pater inſtituerit heredem, non tamen
4 dotauit, & loco dotationis † non ſuccedit inſtitu-
tio quæ potius ius dotationis extinguit, & confun-
dit, vt ſingulariter tradit *Barboſ. in l. ſi cum dotẽ
23. §. ſi pater. num. 17. in fin. & num. 28. ff. ſolut.
matrimon.*

Minus poteſt dici quod prædicta Iulia ſit in ter-
tio caſu eiuſdem ſtatuti comprehenſa, qui eſt dota-
tionis à fratre vel patruo, quoniam de patruo non
conſtat, quoad Timotheum vero fratrem reſolutũ
fuit 28. Iunij 1630. coram me * ipſum non teneri
dictam ſororem dotare eo quod haberet aliunde
5 † dotem ſibi conſtitutam, quod oſtendit d. fratrem
fuiſſe requiſitum non tamen eſſe paratum dotare
iuxta ſtatutum.

Neque ex eo quod dicta mulier ſit inſtituta hæ-
6 res in teſtamento patris, & inde valeat † ſe dotare
inferri poteſt ad dotationem à ſtatuto requiſitam
iuxta doctrinam *Bart. in l. quod autem. ff. de iur.
7 dot.* itaut debeat eſſe contenta † ea parte hæredita-
tis, quæ fuit illi relicta, vt reſpondit *Laderch. conſ.
25.* Quia d. pater inſtituendo æquis portionibus
filios maſculos & fœminas cenſetur eos æqualiter
8 dilexiſſe, & conſequenter † noluiſſe magis in vno
caſu quam in alio relinquere pro dote deinde ſup-
ponendo hæreditatem fideicommiſſo, clarè oſten-
dit ſe noluiſſe dotare ad effectum ſtatuti, cũ diſpo-
ſuerit contra illius prouiſionem, & ſic cẽſetur vo-
luiſſe recedere ab excluſione ſtatutaria, & potius
9 remanere in terminis iuris communis & in caſu † in
quo nulla eſt inducta excluſio, quæ ita demum
procedit ſi pater velit *Paul. de Caſtr. in conſ. 52.
nu. 2. vol. 1. Merlin. de legit. lib. 1. tit. 4. quæſt. 6.
num fin. Rot. dec. 408. nu. 3. par. 2. recent.*
10 Mens autem teſtatoris pro dote † præſumitur
quando in teſtamẽto ſimpliciter reliquit filiæ ſum-
mam aliquam pecuniariã vt puta mille ſine aliqua
expreſſione, quo caſu procedit prææll gata doctri-
na *Bart. in d. l. quod autem. ff. de iur. dot.* vt etiam
obſeruauit *Nat. conſ. 363. nu 9. vol. 2.* Secus vero
11 concurrentibus in † contrarium alijs coniecturis
veluti æqualis inſtitutionis maſculorum & fœmina-
rum, ac ſubſtitutionis, quæ coniecturæ ſunt potẽ-
tiores ad arguendum quòd teſtator noluerit relin-
quere pro dote, ſed pinguius prouidere, ſubſtitu-
tionem autem eſſe in hoc caſu potentiorem conie-
cturam dixit *Rot. deciſ. 120. & 139. coram Card.
Seraphin.*

Deinde mens ſtatuentium in eo reſidet quod à
12 patre, † vel auo aut à fratre vel patruo filiæ fœmi-
næ, detur dos ad effectum eam excludendi à ſucceſ-
ſione in bonis matris, in alijs vero caſibus ex eo
patet non eſſe excluſas, quòd ipſi ſtatuẽtes in par-
te excluſiua vſi fuerunt verbis relatiuis ibi, *quæ
filia vel neptes &c.* Et alijs verbis ibi *in caſibus ſu-
13 prædictis,* † quæ qualificant, & reſtringunt diſpoſi-
tionem ad præcedentia, id eſt, ad filias fœminas ha-
bentes qualitates excluſionis à bonis patris, & do-
tationis à perſonis ibi nominatis, & ad eos caſus
14 tantummodo referuntur † qui oculis corporeis
poſſunt legi in ſtatuto, non autem ad alios qui per
verborum interpretationem poſſunt intelligi, *l. 1.
ff. de his quæ in teſt. delent. Bart. in l. qui liberis. §.
hæc verba. ff. de vulg. & pupill. Surd. conſ. 402.
num. 1. in fin. & nu. 2. & 3. & conſ. 417. nu. 4. &
in tract. de aliment. tit. 9. cap. 13. nu. 32.* Eadem
ratione tollitur obiectum quòd ſtatutum de quo
agitur emanauerit fauore maſculorum, quia huiuſ-
15 modi fauor † non debet ad alios caſus præter ex-
preſſos extendi, ſed coercendus eſt intra limites
quos eadem mens ſtatuentium & forma verborum
præſcripſerunt *Bald. in l. 1. C. de ſucceſſ. edict. autem
ibi ſequitur Salic. Paul. de Caſtr. & alij Doctores
relati per Dec. conſ 287. n. 9. & per Surd. dec. 9. n. 16.*

Vnde ſequitur quòd ſtatuentes prædicti nolue-
16 runt comprehendere caſum filiæ fœminę quæ † po-
tuerit dotare ſe ipſam de bonis hæreditarijs patris
poſtquam fuerunt effecta illius patrimonium, cum
in hoc caſu non poſſit verificari qualitas à ſtatuto,
requiſita *Bal. in l. neque mater. nu. 6. C. de iur. dot.
Anchar. conſ. 80. verſ. præterea alia ratione, Dec.
conſ. 589. num. 7. & ſeqq. Curt. ſen. conſ. 27. Aym.
conſ. 142. num. 10. Surd. conſ. 192. nu. 35. Merlin.
de legit. lib. 3. tit. 1. quæſt. 17. nu. 2.*
17 Neque obſtat † *Laderchy. conſ 25.* vt ſupra alle-
gatum, quia procedit in caſu ſtatuti in quo diſpo-
nitur quod filiæ fœminæ debeant eſſe contentę eo
quod illis fuerit relictum, pro ſuis dotibus, ſecus

verò

vero quando (prout in hoc caſu) pater non quid
certum, pro dote reliquit filiabus fœminis, ſed eas
titulo vniuerſali hæredes vnà cum maſculis inſti-
18 tuit, per quam inſtitutionem † vniuerſalem dota-
tio remanſit confuſa vt ſupra fuit probatum, & in-
de de mentę patris quòd non obſtante ſtatuto vo-
19 luerit, † filias fœminas reintegrare ad ſucceſſionē,
*Merlin de legit. lib.1. tit.4. quæſt.6. nu. 18. & 19.
Cyriac. Nig. controuerſ.284. nu.18. Rot. dec. 408.
nu.3. verſ. teſtator enim. par.2. recent.*

Ceſſat quoque aliud obiectum deductum ex le-
gato dotis per q. Thimoteum d. eius patris conſo-
brinum relicto, quia cum ipſa eſſet nata, & cogni-
ta teſtatori qui dotem legauit minimeq. eſſet nu-
bilis propter minorem ætatem, ideoq. nulla tunc
temporis adeſſet patris obligatio, non poteſt facile
20 † concludi quòd dictus q. Thimoteus motus fue-
rit ad ſic legandum contemplatione patris potius
quam filiæ, *Menoch. conſ.183. n.13. in fin. Honded.
conſ.90. num.18. vol.1. cum alijs allegatis per Mā-
gil. de imputat. quæſt. 21. num.34.* & nihilominus
admiſſa etiam dicta contemplatione propter ſimile
legatum factum alijs filiabus naſcituris adhuc ex-
cluſioni ſtatutariæ reſiſtit non modo voluntas pa-
tris expreſſa per dictam inſtitutionem, ſed etiam
mens ſtatuentium ſimiliter expreſſa in illis verbis
21 ſtatuti ibi *ab vna ex † prædictis perſonis dotata*, vt
ſenſus ſit eos voluiſſe filias fœminas ita demum
eſſe excluſas à ſucceſſione in bonis matris ſi pro-
priè fuerint dotatæ ab vna ex perſonis in ipſo ſta-
tuto ſuperius nominatis inter quas nulla habetur
22 mentio conſobrini. Dictio enim *prædictis*, eſt † re-
ſtrictiua *d. l. qui liberis. §. hæc verba. ff. de vulg. &
23 pupill.* & refertur † ad nominatos, non autem ad
non nominatos *Gozzad. conſ.29. n.15. Iaſ. conſ.15.
vol.1. Rot. dec.713. nu.2. & 3. par. 2. diuerſ.*

Cum ergo Iulia non habuerit à patre, vel auo
24 dotem, neque d. Thimoteus frater † ſit paratus
eam cum effectu dotare, conſequens eſt vt dicatur
in caſu à ſtatuto omiſſo exiſtere, & proinde ad eius
25 fauorem eſſe † locum iuris communis diſpoſitio-
ni de æquali in bonis parentum ſucceſſione, *§. cæ-
terum. inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ. l. maximū vi-
tium. C. de lib. præter. l. lege 12. tabularum. C. de
legit. hæred. §. nullum. Auth. de hæred. ab inteſt.
venien. collat. 9.* Et ita vtraque &c.

☞ * *Eſt deciſio 398. par.5. recent.
Et ſupra in hac parte in eadem cauſa adeſt alia
deciſio ſub die 22. Iunij 1635. coram eod. bo. mem.
Motmanno, & infra habentur aliæ id eſt ſub diebus
16. Nouemb. 1636. coram eodem, & 12. Decembr.
1639. coram R. P. D. Dunozetto, ſed iſta erit in
ſequenti parte.*

ILLVSTRISS. D. MACHIAVELLO.
PATRIARCHA
CONSTANTINOPOLITANO.

Romana Computorum.

Die Lunæ 10 Martii 1636.

A R G V M E N T V M.

Relationi tertij Periti omnino ſtandum eſt, quod ampliatur. Partitæ deſcriptæ in aliquo libro adminiſtrationis, quando præſumantur ſuppoſitæ, falſæ &c.

S V M M A R I V M.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

2 *Relationi tertij periti ſtandum eſt.*

3 *Etiamſi diſcordet ab alijs peritis, qui antea retulerunt.*

Et etiamſi alterutra pars negaret in electione talis periti ipſam conſenſiſſe, nu.3.

4 *Iudex ex officio poteſt tertium peritum eligere in partium diſcordia, vel mora.*

5 *Partitæ in libro aliquo adminiſtrationis, ſi nonnullæ reperiantur minimè deſcriptæ in computo currenti, ſuis loco, diebus, menſibus, & annis, ſed reperiantur illæ omnes in calce libri vno, eodemq. tempore coaceruatæ, nullam fidem merentur.*

6 *Partita aliqua in libro adminiſtrationis, ſi reperiantur duplicatæ inueriſimiles, vel erroneæ, intrat dubietas veritatis, quoad reliquas.*

7 *Liber erroneus in quibuſdam præſumitur etiam erroneus in reliquis.*

8 *Partita aliqua in libro adminiſtrationis, quando cenſenda ſit duplicata. & nu.9.*

10 *in Adminiſtratore diligenti omnia adnotare, non eſt præſumēdus error tantò minùs circa prætermiſſionem aliquarum partitarum, quantò maior eſt ſumma, quæ ex prætenſis partitis prætermiſſis conſtatur.*

D E C I S I O C X I.

EXEGERAT D. Hieronymus Fabrius ſcuta ferè ſeptuaginta millia ſpatio ſeptennij, quo bona Eminentiſſ. D. Cardinalis Pallotti adminiſtrauerat, vnde pro redditione rationis amicabiliter primo, & deinde iudicialiter coram A.C. pulſatus, duos introitus & exitus libros exhibuit, ſuper quibus electis hinc inde calculatoribus, & in eorū diſcordia (partibus tamen conſentientibus) tertio per Iudicem electo perito, compertum denique fuit, eundem D. Fabrium remanere debitorē in ſcutis 4805. b.92. verum cum ipſe huiuſmodi veritati non acquieſcens alios duos poſtea in mediū protuliſſet libros, quorum vnus à receptis, alter ab exactionibus officij Gubernatoratus Vrbis nominabatur, & ex quibus corroborare quamplurimas nouas partitas prætendebat quas in fine ſecūdi libri primo loco exhibiti poſt finitā adminiſtrationem adnotauerat; Tertius ille peritus iubente Iudice iterum omnium Computorum reuiſionem ex integro reaſſumpſit, partitiſq. nouiter deſcriptis diligenter conſideratis, ac pro maiori parte tanquam vel non iuſtificatis, vel inueriſimilibus, vel duplicatis reiectis, retulit tandem debitum dicti Adminiſtratoris aſcendere ad ſcuta 4905. b.8. Vnde R.P.D. Meltius iuxta hanc ſecundam relationem tertij periti ſententiam denique pronunciauit, à qua per appellationem ſuccumbentis cauſa mihi commiſſa, An fuerit bene iudicatum Rotam bis conſului, & cum tota difficultas reſtringeretur ad videndum, verum partitæ vltimo loco accenſæ, & à

tertio

tertio perito pro nihilo habitæ eſſent attendendæ,
vel potius repudiandæ, nec paterentur reliqua du-
bia, hoc mane in aliis cauſis definienda, quod om-
nes ſingillatim diſcuterentur DD. pro admiſſione
nonnullarum, & pro reiectione quamplurium ip-
ſarum, quas infra ponam concordarunt, ac ſenten-
tiam pro iſtis confirmandam eſſe dixerunt, mandã-
tes quòd reliquæ partitæ alia vice particulariter
examinentur.

Itaque ſententiam A. C. vti validam, ac iuſtam
confirmatione dignam Domini exiſtimarunt, de
validitate enim apparere viſum fuit ex eo, quòd Iu-
dex non ſecundùm primam ſed iuxta ſecundam re-
lationem tertij periti pronunciauit; Nam in iſta
poſteriori relatione (quicquid ſit de prima) dubi-
tari non poteſt quin interuenerint omnia ad euitã-
1 das nullitates neceſſaria, cum hoc euidenter † col-
ligatur ex reuolutione actorum, ex quibus pariter
deſumitur, reliqua etiam præceſſiſſe, quæ pro ſuſti-
nenda ex hoc capite ſententia requiruntur iuxta
vulgatam deciſionem *Caputaq 260. par. 2.*

De Iuſtitia verò conſtitit ex iuribus pro parte
Eminentiſſ. D. Cardinalis in actis productis, ex qui-
bus ſine controuerſia ſupradicta quãtitas exactio-
nis demonſtratur, & ex libris per D. Fabrium ex-
hibitis, ex quibus ipſe conuincitur, quòd demptis
veris expenſis adhuc tenetur reſtituere reliquatũ
2 ſuæ adminiſtrationis † iuxta ſecundam relationem
tertij periti, cui ſtandum eſt, vt per *Bart. in l. item
ſi vnus §. principaliter n. 3 ff de recept. arbitr. Rot.
deciſ. 354 num. 1. & deciſ. 540. n. 1. par. 1 recent.*
3 etiamſi diſcordet ab aliis † peritis, qui antea retu-
lerunt *Rota ibidem deciſ. 294. nu. 2.* & etiam ſi alte-
rutra pars negaret in electione talis periti ipſam
4 conſenſiſſe, cum † poſſit Iudex ex officio illum eli-
gere in partium diſcordia, vel mora *Bart. in l. 1. §.
ex hoc reſcripto nu. 5. ff. de ventr. inſpicien. cum
reliquis adductis in Romana pecuniaria 14. Maij
1618. coram bo. me. Vbaldo & in Bononien. pecu-
niaria 4. eiuſdem menſis 1635. coram R. P. D. meo
Merlino.*

Nec partitæ conſtantes ſummam ſcut. 3065. bo.
16. in fine ſecundi libri per D. Fabrium exaratæ poſt
ſeptennium, completamque adminiſtrationem, &
poſtquam factis amicabiliter computis ſe debitorẽ
eſſe cognouerat, attendi potuerunt, abſque legiti-
ma ipſarum iuſtificatione, quia cum non reperiun-
tur deſcriptæ in computo currenti ſuis loco diebus
5 menſibus, & annis, † ſed omnes in calce ſecundi
libri adminiſtrationis vno eodemq. tempore, atq.
in confuſo aceruatæ fidem nullam per ſe merentur
*Soccin. conſ. 190. nu. 1. lib. 2. Plot. de in lit. iuran.
§. 5. nu. 31. Sim. de Pret. conſ. 25. num. 13. Rimnal.
iun. conſ. 338. nu 44. Ioſeph. Ludou. concluſ. 29. am-
pliat. 18. verſ. & ad hoc Gen. de ſcript. priuat. lib. 4.
tit. de lib. adminiſtr. nu. 5. 4 & 5. Gratian. diſcept.
563. num. 32. Caputaq. deciſ. 159. nu. 7. par. 2. Rot.
deciſ. 690. num 5. par. 1. recent. & in Ariminen.
adminiſtrationis tutelæ 24. Nouemb. 1625. coram
R. P. D. meo Merlino*, itaut, neque minimè hac ra-
tione, niſi aliunde iuſtificentur admitti valeant, nã
cum quamplurimæ ex hiſce partitis ſint duplicatæ,
6 inueriſimiles, † vel erroneæ, vt ex peculiari earum-
dem confutatione infra ponenda patebit, quoad re-
liquas etiam intrat dubietas veritatis regulariter
7 † enim liber erroneus in quibuſdam præſumitur
etiam erroneus in reliquis *Rot. in Romana tutelæ
de Ferratinis 13. Martij 1595. & in Papien. bono-
rum 13. Iunij 1600. coram bon. mem. Cardin. Hie-
ronymo Pamphilio impreſſ. apud Marcheſ. tom. 1.
fol. 895. cum ſeq. & in Vlixbonen. redditionis com-
putorum 13. Nouemb. 1602. coram bon. me. Card.
Lancellotto, & coram Papa Greg. XV. deciſ. 79. n. 2.
vbi Adden. nu. 6. & deciſ. 473. nu. 4. & in recen.
deciſ. 540. nu. 2. par. 3.*

Iuſtificatio autem ſimilium partitarum excep-
tis iis, quas DD. attendendas eſſe exiſtimarunt, &
iis quarum diſputationem diſtulerunt, de quibus
omnibus ſuo loco, quoad reliquas, quæ iuxta ſeriem
ſummarij D. Fabri modo enumerabuntur, nequa-
quam viſa fuit ſubſiſtens.

Partita enim numero 2. ſcut. trium ſoluta Ioan-
ni Bertantio eſt duplicata, cum iam de ea in primo
libro adminiſtrationis fol. 29. fuerit creatus debi-
tor Eminentiſſ. D. Cardinalis, vnde non debebat in
fine ſecundi libri hęc eadem partita iterum apponi.

Partita numero 5. ſcut. 11. ſoluta cuidam No-
uello Pictori pro quadam Imagine coloribus deli-
neata, non viſa fuit attendenda, quia cum de ea
nulla appareat quietantia, nec enuncietur, quænam
ſit iſta imago non poteſt ſtari ſoli ipſius adminiſtra-
toris reminiſcentiæ qui licèt modo aſſerat talem
partitam conſtare ſolummodo ex ſcut. 10. non au-
tem 11. ſolutis pro integra ſatisfactione mercedis
plurium depictarum Imaginum, tamen neque hoc
aliunde probat, quam ex ſua ſimplici aſſertione, vn-
de ſimilis replicatio nihil ſuffragatur.

Partita numero 11. ſcut. 4. ſoluta Ganimedi A-
gricolæ pro operibus ruris, nec viſa fuit attenden-
da, quia cum D. Fabrius pro ea iuſtificanda exhi-
beat quietantiam loquentem de ſalario menſis A-
prilis debito eidem Ganimedi, & de huiuſmodi ſa-
lario habita iam fuerit ratio à perito, non poteſt
8 abſque vlla iuſtificatione † admitti alia partita eiuſ-
dem menſis, cauſæ, & quantitatis, ſed cenſenda eſt
duplicata, *Rota in Romana pecuniaria de Aſtallis
1. Februar. 1613. corã Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Partita numero 24. ſcut. 18 ſoluta pro emendis
ac vehendis lignis, nec viſa fuit attendenda, quia
præterquam quod peritus benè videtur inferre ex
ſecundo libro adminiſtrationis fol. 94. de ea iam
alia vice fuiſſe datum débitum Eminentiſſ. D. Car-
dinali, accedit etiam quòd ordo directus DD. Bo-
nanno, & ſociis, & à D. Fabrio pro iuſtificatione
talis partitæ exhibitus non cantat, quod ligna in-
ſeruiuerint pro eodem Eminẽtiſſimo Domino, vn-
de nec de eorum, pretio eſt modo ipſe per ſolam
reminiſcentiam fundatam in ordine æquiuoco con-
ſtituendus debitor, cum potuerint dicta ligna ab
eodem adminiſtratore in proprios vſus conuerti,
concurrentibus præſertim veriſimilitudinibus per
peritum ibidem ponderatis.

Partita numero 3. ſcut. 4. b. 50. viſa fuit duplicata,
nam cum talis ſumma fuerit ſoluta de ordine D.
Ioannis Chriſtophori Torretti tunc adminiſtrato-
ris cuidam Dionyſio Vulpio pro ſalario menſis
Aprilis, & de ea fuerit iam factus debitor Emi-
nentiſſimus Dominus in primo libro Adminiſtra-
tionis

tionis fol. 1. ſub die 5. Maij 1624. non debebat iterum talis partita apponi vti diuerſa ex eo ſolùm, quod quietantia facta à Dionyſio, & quæ nunc pro iuſtificatione ſimilis partitæ oſtenditur cāraret ſub diuerſa data, nimirum ſub die 12. menſis Maij, cum tamen loqueretur de eodem ſalario menſis Aprilis, nec dicatur quòd hec ſit alia ſumma ſoluta ipſimet D. Ioanni Chriſtophoro pro ſua mercede, tum quia eſt inueriſimile, quòd de tempore, in quo ipſe erat adminiſtrator ex ſemetipſo ſibi non ſatisfaceret, tum etiam quia nulla apparet quietantia ipſius D. Ioannis Chriſtophori, vnde cum ex hoc capite iſta partita careat iuſtificatione, & addita reperiatur poſt ſeptennium nullius ponderis eſſe poteſt.

Partita numero 6. ſcut. 14. bo.40. ſoluta pariter Ganimedi, pro operibus vineæ viſa fuit duplicata, quia iam D. Fabrius eam appoſuerat ad debitum Eminentiſſ. D. Cardinalis in primo libro adminiſtrationis fol. 15. nec dici poteſt, quòd hæc ſit alia partita eiuſdem quantitatis in eamdem cauſam eidem Ganimedi ſoluta, quia abſque aliqua iuſtificatione huiuſmodi extemporanea aſſertio non valet.

Partita numero 12. ſcut 2. ſoluta Ioanni Bertātio ſub die 1. Maij 1627. non viſa fuit attendēda, quia cum in primo libro Adminiſtrationis fol. 87. fuerit alia ſimilis partita deſcripta ad debitum Eminentiſſ. D. Cardinalis ſub die 30. Aprilis eiuſdem anni, nec de dicta partita ſuperaddita in fine 2. libri adminiſtrationis oſtendatur aliqua quietantia, vel de
9 duplicatione. † vel de veritate dubitare fas eſt, diuerſitas enim vnius diei abſque alia iuſtificatione in hoc caſu non ſufficit *Rota in d. Romana pecuniaria coram Reuerendiſſ. D meo Decano*

Partita numero 14. ſcut 2. b. 96. ſoluta Dionyſiò Villico viſa fuit duplicata, quia iam legitur adnotata in primo libro Adminiſtrationis fol. 152. nec præſumi debet, quòd non ſit eadem, dum diuerſitas non iuſtificatur.

Partita numero 23. ſcut. 50. ſoluta Paulo Fontanæ non viſa fuit attendenda, quia ex apoca ad Bancum tranſmiſſa apparet D. Fabrium de dictis ſcut. 50. non eſſe creditorem Eminentiſſimi D. Cardinalis, ſed potius cuiuſdam Philippi Fundatij, de cuius ordine, vt ipſe aſſerit ſibi oretenus dato talem pecuniarum ſummam dicto Paulo Fontanę ſolui mādauit, vnde non poteſt modo in præiudicium Eminentiſſ. D. Cardinalis abſq; vlla iuſtificatione ſimilem aſſertionem innouare dicendo, quòd de ordine eiuſdem Eminentiſſimi iſtas pecunias Coquinario dederit, nam ex libris adminiſtrationis liquido apparet huiuſmodi miniſtrum iam fuiſſe de ſua mercede aliunde totaliter ſatisfactum.

Partita b. 90. ſoluta ſub die 30. Maij 1631. pro medela Equi viſa fuit duplicata cum partita deſcripta in ſecundo libro Adminiſtrationis fol. 267. ſub die prima Iunij eiuſdem anni, vbi D. Fabrius adnotando quid impenſum fuerit pro tranſportando dicti Equi cadauere de tali farmaco antecedētis diei Eminentiſſ. D. Card. debitum dedit.

Partita ſcut. 6. ſoluta pro Strena ſecretis Scoparijs Palatij Pontificij viſa fuit duplicata cum iam D. Fabrius, vt apparet ex libro ſecundo Adminiſtrationis fol. 287. ad eumdem finem ſoluerit ſcut. 456. b. 80. omnibus Sanctiſſ. D. N. Officialibus, ac Miniſtris, inter quos connumerati, & deſcripti etiam cernuntur ijdem Scoparij.

Partita num. 31. ſcut. 36. b. 50 quæ dicitur prouenire ex eo, quod erratum fuerit contra D. Fabrium in appretiandis aureis ſcutis, quæ donata fuere ſupradictis Officialibus, ac Miniſtris Papæ pro Strena, nec viſa fuit attendenda, quia talis error nec præſumitur, nec probatur.

Partita num. 33. ſcut. 40. pro victu famulorum Eminentiſſimi D. Card. ſubminiſtrato à die 15 Ianuarij vſque ad 4. Februarij 1628. nec viſa fuit attendenda, quia cum D. Fabrius pro veſcendis dictis famulis in dicto tempore adnotauerit dietim expenſas in ſecundo libro Adminiſtrationis à fol. 56. vſque ad fol. 67. talis partita de manifeſta duplicatione conuincitur.

Partita num. 36. ſcutorum 78. ſoluta cuidam Turpino Pictori pro 18. ſacris Imaginibus non viſa fuit attendenda quia neceſſaria iuſtificatione caret, nam D. Fabrius, nec vnquam cum dicto Turpino tractauit, nec quietantiam aliquam oſtendit, & verſa vice Eminētiſſimus D. Card. exhibet quēdam liberculum ipſiuſmet Eminentiſſimi manu deſcriptum legitur tales Imagines, & delineandas curaſſe, & delineatas ſoluiſſe Reu. Patrem Virgilium Cepparium Venerabilis Societatis IESV quod deficiēte legitima adnotatione in libris Adminiſtrationis valde veriſimile eſſe iudicatum fuit.

Partita ſcut. 714. bonon. 90 quæ exacta dicitur per D. Fabrium à DD. Acciaiolo, & Martello, & conſignata per eumdem Eminentiſſimo D. Card. in eius Cubiculo, nec viſa fuit attendenda, tum quia non apparuit quomodo D. Fabrius de ea poſt ſeptem annos meminerit, tum etiam quia omnis eius veriſimilitudo excluſa remanſit, ex immediatè ſubſequuta computorum per litteras ad Eminentiſſimum D. tranſmiſſione, in quibus dictus D. Adminiſtrator conſtituit ſe debitorem Eminentiſſimi D. Card. in ſcutis 376. quæ confeſſus ibid. fuit habere in banco ad effectum illa ſoluandi D. Portio Caualerio quod ſane geminatis epiſtolis non ſcripſiſſet ſi talis partita ſcutorum 714. 90. vera fuiſſet cum ita ipſe non debitor, ſed creditor extitiſſet ex quo etiam fundamento ſubuertūtur treſdecim harum partitarum, quæ ſuis locis diſtributę peculiaribus confutantur rationibus, quoniam, & ipſæ adnotari ſimiliter debuiſſent antequam dicta Computa tranſmitterentur, vnde tantò minus erroris poſſibilitas circa prætermiſſionem harū par-
10 titarum † in homine obulos quoque adnotare ſolito conſiderari potuit quanto maior eſt ſumma, quæ ex tot partitis cōſtatur *Mantic. deciſ. 370. n. 1.*

Partita ſcut. 383. b. 30. quæ dicitur fuiſſe ab Eminentiſſimo D. Card. extracta è ſacculo continente ſcut. 873. nec viſa fuit attendenda, quia ſchedula in ſacculo, vt aiunt inuenta, & in qua manu D. Fabrij deſcripta legūtur hæc verba, *ſono leuati ſcudi* 383. *baiocchi* 30. potius indicat ab eodem D. Fabrio, qui integram ſummam dictorum ſcut. 873. receperat talem partitam extractam fuiſſe, quàm ab ipſo Eminentiſſimo D. Maximè concurrente pro huiuſmodi veritate eadem veriſimilitudine, quæ in confutatione alterius immediatè antecedētis par-

titæ

titæ fuit ſupra conſiderata, & accedente alia validiſſima conjectura per quam non ſolum iſta partita ſcut. 383. b. 30. ſed etiam alia ſupradicta ſcut. 714. b. 90. penitus annihilatur, quod nimirum vtraque ipſarũ inſeruiuerit pro emendis aureis duplis 400. de quibus iam fuit habita ratio in computis, exactio enim talium partitarum, & duplarum emptio cadunt ſub eodem die, & attento valore illius tẽporis inter dicta ſcut. 714. b. 90. & 383. b. 30. ex vna, & aureas duplas ex altera intercedit ſolummodo differentia vnius Iulij, nec D. Fabrius, tunc nouus adminiſtrator alias pecunias Eminentiſſ. D. Card. præ manibus habebat vnde tales duplas emere poſſet vnde quòd ipſe proprias pecunias ad talem effectum erogare voluerit exiſtimatum fuit ad credendum difficile.

Partita ſcut. 101. ſoluta Rayuerio Bruch viſa fuit duplicata cũ iam de tali ſolutione fuerit Eminentiſſimus D. Card. factus debitor in primo libro Adminiſtrationis ſub die 21. Auguſti 1625. vbi D. Fabrius adnotãdo quid datum fuerit dicto Raynerio pro integra ſatisfactione omnium ſuorum operum, quæ pro eodem Eminentiſſ. D. extruxerat, iſtã etiam partitam in tali computorum ſolidatione includit.

Partita ſcut. 6. ſoluta ſub die 10. Iunij 1630. Georgio Pozzo viſa ſimiliter fuit duplicata cũ inueniatur ſub eodem die menſe & anno iiſdem omnino verbis exarata in libro Computorum fol. 24. itaut identitas controuerti non poſſit.

Partita ſcut. 8. ſoluta ſub die 8. Iulij 1630. eidem Georgio viſa fuit etiam duplicata, quia eodem modo, vt partita immediatè antecedens concordat cum partita deſcripta in libro Cõputorum fol. 144.

Partita ſcut. 6. ſoluta ſub die 22. Iulij 1630. dicto Georgio pro integra eius ſatisfactione viſa fuit pariter duplicata cum partita, quæ extat in libro Cõputorum fol. 245.

Partita ſcut. 21. b. 85. viſa fuit reijcienda, quia iam à petito de ea fuit habita ratio.

Partita ſcut. 52. b. 25. ſoluta Petro Colangelo viſa fuit duplicata cum partita deſcripta in ſecundo libro Adminiſtrationis fol. 227. ſub die 20 Ianuarij 1630. eidem ſoluta, quia licèt exhibeatur receputa Petri Colangeli cantans ſub die 10. Februarij eiuſdem anni, tollitur nihilominus ex ordine ad bancũ directo omnis difficultas, quæ ex diuerſitate datæ dictæ receputæ pro inducenda diuerſitate partitarũ oriri poſſet, in tali enim ordine legitur iniunctum Caſſario, quòd de eo quod ſolueret Colãgelo quietantiam acciperet, licèt idem ordinans nimirum D. Fabrius ibidem fateretur aliam ab ipſo Colangelo quietãtiam de eadem ſumma ante recepiſſe hinc enim patet, quòd donec D. Fabrius non oſtendit illam aliam quietantiam, quam ſibi fieri curauit credendum eſt tertio perito aſſerenti ſe vidiſſe à tergo ſupradictæ receputæ manu D. Fabri hæc verba ita deſcripta, *vuol dire alli* 10. *Gennaro, & non Febraro*, & ſic manifeſtum eſt Colangelum in menſe æquiuocaſſe, vnde duplicatio iſtius partitæ ſatis luculenter apparet.

Partita ſcutor. 68. bo. 60. ſoluta Baldaſſarri Sericario mediante ordine ad DD. Bonannium, & Socios pro diuerſis ſericis elaboratis ad Eminentiſſimum D. Card. tranſmiſſis clariſſimè viſa fuit duplicata cum fuerit aliàs deſcripta in libro ſecundo Adminiſtrationis fol. 152.

Partita ſcut. 50. ſoluta Chellino, & Brãcaualerio pro varijs oloſericis veſtium ornamentis viſa fuit ad vnguem duplicata in ſecundo libro Adminiſtrationis fol. 153.

Partita ſc. 125. ſoluta Sebaſtiano Caſino ꝓ vehẽdis rebus euidentiſſima dupplicatione laborare viſa fuit, cum appoſita legatur in ſecundo libro Adminiſtrationis fol. 153. cum iiſdem omnino circumſtantiis.

Denique partitã ſcutor. 25. non viſa fuit attendenda, quia iam de ea fuit habita ratio in Computis currentibus.

Et iſtæ ſunt partitæ quæ Dominis viſæ fuerũt dignæ, quod reijciantur, itaut quoad hanc partem confirmandam eſſe pro eis A. C. ſententiam reſpõdiderint, quibus non obſtat, quòd licet plurimæ in multis conueniant cum partitis in libris Adminiſtrationis deſcriptis cum tamen in aliquo differant cenſendæ ſint diuerſæ non autem duplicatæ, nam ſimilis obiectio tollitur ex facto, dum apparet ex antecedentibus, quòd partitæ, quæ de duplicatione redarguuntur non ſolum in nihilo differunt ſed ex optimis coniecturis ipſarum idẽtitas cum partitis ſemel acceptatis manifeſtè deſumitur, vltra quòd cum tales partitæ non fuerint, vt ſupradictum eſt ſuis locis deſcriptæ, ſed extra ordinem ſuperadditæ quatenus quoad aliquid reperirentur diſſimiles, adhuc non eſſent ſine legitima iuſtificatione accepto ferendæ ex ſupra allegatis verſiculo nec partitæ.

Sicuti pariter, nec ſubſiſtens viſa fuit obiectio, quod dum Eminentiſſimus D. Card. ſe fundat in libris in quibus huiuſmodi partitæ reperiuntur deſcriptæ non poſſit illas pro parte acceptare, & pro parte repudiare, ſed ſicuti adnotatas ad creditum ita etiam ſibi ad debitum oppoſitas teneatur tanquam veras admittere nam facilè ſoluitur hæc diſcultas ex duplici reſponſione, prima quòd idem Eminentiſſ. D. non ſe fundat in illis libris, ſed in iuribus ex parte ſua productis ex quibus validè, ac irrefragabiliter probat de qua nummorum quãtitate teneatur D. Fabrius æqualem rationem reddere, ſecundò reſpondetur, quòd dicti libri non impugnãtur quinimmo accepto feruntur, & omnes partitæ, quæ in ipſis debito ordine, ac ſuis temporibus inueniuntur adnotatæ, quamuis quacumque alia iuſtificatione careant, nihilominus vti optimę reputantur, ſed ſolummodo reijciuntur illæ partitæ, quę non continuatæ, cum reliquis, ſed confuſæ in fine ſecundi libri, vt ſupra dictum eſt per ſolam inueriſilem poſt ſeptem annos reminiſcentiam cernuntur ſuperadditæ, quæ cum non adminiculentur ab ordinata librorũ deſcriptione, ſed ſuſpicari poſſit quod ad exequendum creditum cum debito ſint coaceruatæ, niſi aliunde iuſtificentur attendi non poſſunt.

Partitæ autem, quæ licèt ſuperadditæ nihilo tamen minus eſſe eidem D. Fabrio accepto ferendæ Dominis viſæ fuere ſunt infraſcriptæ.

Nimirum illæ nouem quas tertius peritus iuſtis de cauſis iam approbauit, & vlterius.

Partita num. 19. ſcut. 1. bo. 50. nam quamuis ſit

valde

vàlde ſimilis cum alia partita eiuſdem quantitatis in lib.2. Adminiſtrationis ſol 29. deſcripta tamen eum de ea oſtendatur particularis quietantia exiſtimatum fuit vtramqne eſſe accepto ferendam.

Item partita num. 22. ſcut 30. bo.90. ſolnta pro operibus poſitis ad colendam vineam, nam licèt ſub eodem tempore adſint ad eũdem finem adnotatæ in libris Adminiſtrationis aliç expenſæ, cum tamen de tali partita appareat ſimiliter ſeparata quietantia, pari ratione argui poſſe viſum fuit, qnòd verè D. Fabrius duas non autem vnam partitam ſoluerit.

Item partita nnm.27 ſcut.4 b.80. ſoluta pro reficiendis tectis imbricatis prædiorum ruſticorum, quoniam licèt de ea non adſit iuſtificatio ex beneplacito tamen Eminentiſſimi D.Card. illam accepto ferre licuit.

Item partita num. 34. ſcnt. 138. pro lentaculis trium villicorum, ſed arbitrati ſunt DD. eſſe reducendam ad ſcut.49. b.80.

Reliquæ verò partitæ in fine ſecundi libri Adminiſtrationis ſuperadditæ de quibns hodie diſcuti non potuit, & quas in aliam diſputationem DD. diſtulerunt ſunt hæ videlicet.

Partita num.25. ſcut 44. ſoluta Sebaſtiano Caſino, & partita ſcutor.988. redacta ad ſcut. 450. pro expenſis cambiorum.

Et ita vtraque parte informãte deciſum fuit &c.

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Viceñ Collegij.

Die Lunæ 10. Martii 1636.

ARGVMENTVM.

Beneficiati cum non faciãt Collegium, nec Vniuerſitatem non poſſunt ſe collegialiter congregare, cum regulariter omnia Collegia ſint prohibita, eò quia homines non debent facere iſtas conuenticulas ſeu Congregationes cum ex eis timeatur conſpiratio in Principem, ſeu Rempublicam. Beneficiati quibus concurrentibus poſſint ſe congregare.

SVMMARIVM.

1 *Beneficiati, cum non faciant Collegium non poſſint ſe collegialiter congregare. & nu. 10.*

2 *Clerici Beneficiati, licèt ſint plures in eadem Eccleſia, non tamen per hoc dicuntur conſtituere Collegium, ſeu facere Capitulum.*

3 *Collegia omnia regulariter ſunt interdicta, quia homines non debent facere iſtas conuenticulas, ſeu Congregationes, cum ex eis timeatur conſpiratio in Principem, vel in Rempublicam. & n.4.*

5 *Beneficiati, vt poſſint ſe congregare, quid nam ſit neceſſe.*

6 *Collegia, & eorum Rectores ſubſunt Maioribus, & Ordinarijs Poteſtatibus, & ad eorum dictum deſtrui poſſunt, & prohiberi.*

7 *Beneficiati, cum nullatenus faciant Collegium non poſſunt ſe congregare ſine licẽtia Ordinarij.*

8 *Beneficiati, ſi ſe congregant, præuia tamen licentia Ordinarij, id debent facere, cum aſſiſtentia alicuius perſonæ à d. Ordinario deputandæ, vt ipſe ſcire poſſit, quid tractent, ne contingat ipſos diſponere, vel tractare de his; quæ ad ipſos non pertinent.*

9 *Canonici non tenentur in Capitulo admittere, ſi nolint, Epiſcopum, vel Vicarium.*

10 *Canonici habent ius ſe congregandi.*

11 *Ius ſe congregandi ſolum competit Vniuerſitati, & Collegio.*

12 *Beneficiati non faciunt, neque Vniuerſitatem, neque Collegium.*

13 *Beneficiati ſubſunt Capitulo.*

DECISIO CXII.

IN HAC cauſa fuit reſolùtum, & ſuper reſolutionibus adeſt res iudicata, quòd Beneficiati hu
1 ius Eccleſiæ non faciunt Collegium, † neque poſſunt propterea Collegialiter ſe congregare *iuxta gloſ in cap. dilecta 14. in ver. inhibeatis. de exceſſ. Prælat. & ibid. Abb. nu.1. in ſecundo notab.* vbi inquit nota ſecundo, quòd licet ſint plures Clerici
2 Beneficiati in † eadem Eccleſia: tamen non per hoc dicuntur conſtituere Collegium, ſeu facere Capitulum, cum non poſſint erigere ſigna Collegij, nec Collegialiter ſe congregare, *& num.5.* reddit ra-
3 tionem, quia ſcilicet regulariter omnia † Collegia ſunt interdicta, quia homines non debent facere iſtas Conuenticulas, ſeu Congregationes, cum ex eis timeatur conſpiratio contra Principem, ſeu Ci-
4 uitatem, & infert quòd Clerici ſingulares, † cum non habeant aliqua communiter expedienda, non poſſunt propria auctoritate facere iſtas Congregationes, & conſtituere vnum Collegium *idem Abb. in c nobis de iurepatr. Rota apud Cæſ. de Graſſ. deciſ. vlt. nu. 14. de his quæ fiunt à maior. par. Cap. & eſt deciſio ſan. mem Clem. VIII. 455 par. 1. diuerſ. & fuit reſolutum in cauſa Gerunden. iuriſdictionis 22. Aprilis 1630. coram me, quam Rota ſequuta fuit in hac cauſa 7. Iunij 1632. coram R.P. D. meo Motmanno, * & in alia Gerunden. iuriſdictionis 24. Nouembris eiuſdem anni 1632. coram R.P.D. meo Veroſpio.*
5 His poſitis hodie dubitaui An Beneficiati † poſſint ſe congregare, & quomodo, & Domini dixerunt poſſe ſe congregare tribus concurrentibus. Primo, vt non ſe congregent *in forma Collegij*, ex prædictis. Secundò, vt id faciant *petita ſemper, & omni vice licentia Reuerendiſſimi Ordinarij*, quia
6 ſicuti Collegia † & Rectores eorum ſubſunt maioribus, & Ordinarijs Poteſtatibus, & ad eorum dictum deſtrui poſſunt, & prohiberi, ne incipiant *Innoc. in d. cap. dilecta nu 9. in fine.* Ita à fortiori iſti Beneficiati, qui nullatenus faciunt Collegium non
7 † poſſunt ſe congregare ſine licentia Epiſcopi. Tertio, quòd id faciant *cum aſſiſtentia alicuius perſonæ deputandæ à Reuerendiſſimo Ordinario* ea ratione, vt ipſe ſciat quid ipſi tractent, ne contingat
8 ipſos diſponere, † aut tractare de his, quæ ad ipſos non pertinent *ex deductis per Abb. ſupra relatum in d. cap. dilecta.* Nec ad rem pertinet, quòd Sacra Congregatio Concilij *in vna Anagnina 27. Septembris 1606.* reſpondit Canonicos non teneri in

Ca-

Digitized by Google

9 † Capitulo admittere (ſi nolint Epiſcopum, vel Vi-
carium. Quod ſi aliquis abuſus in conuocatione,
& celebratione Capituli irrepſerit poſſe Epiſcopũ
tales abuſus corrigere, ſed non propterea conuoca-
tionem Capituli vllo pacto impedire. Quia hæc
ſententia procedit in Capitulo, quod habet ius ſe
10 congregandi, †non autem in iſtis Beneficiatis, qui
non conſtituunt Collegium, vt ſupra dictum fuit.

Non obſtat, quòd vti Beneficiati volunt ſe con-
gregare ad honeſtum finem, quia hoc poſſet illos
excuſare à pœna, non tamen per hoc poſſunt ſe
11 congregare. Quia hoc ſolùm † competit Vniuer-
ſitati, & Collegio, & in iſtis terminis, loquitur
Aym, in conſ. 4 num. 14. & 20. Bald. in conſ. 370.
num. 12. vol. 2. & notat in l. 1. ff. de Colleg. illicit. &
in l. 1. ff. quod cuiuſque vniuerſ. nomin. Bald. in l.
nulli nu. 2. Bart. nu. 7. ff. eod. tit. & fuit optimè cõ-
ſideratum *in d. cauſa Gerunden. iuriſdictionis 24.*
Nouemb. 1632. coram R. P. D. meo Veroſpio, non
12 autem competit iſtis† Beneficiatis qui non faciũt,
neque Vniuerſitatem, neque Collegium ex ſupra-
dictis.

Et hæc eo magis ſunt admittenda, quia agitur de
13 præiudicio Capituli Cathedralis, cui † ſubiacent
Beneficiati, vt fuit dictum in cauſa *Valentina iuris*
congregandi 23. Ianuarij 1595. coram recol. mem.
Hieronymo Card. Pamphilio, cum alijs pluribus ad-
ductis in d. cauſa Gerunden. iuriſdictionis 22. A-
prilis 1630. coram me, & in hac cauſa coram R. P.
D. meo Motmanno in deciſione ſupra allegata, &
in dicta alia Gerũden. coram R. P. D. meo Veroſpio,
quæ eleganter hæc omnia conſiderat.

Et ita concluſum vtraque parte informante, &c.

☞ * *Eſt deciſio 136. in præcedenti parte, vbi etiam habetur alia deciſio in eadem cauſa ſub die 13. Februarij 1634. coram eodem Reuerendiſſ. P. D. Coccino Decano.*

R. P. D. ROIAS.

Peruſina Spolij.

Die Veneris 4. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Spolium, quando intret, & quando non. Subhaſtationes, & deliberationes, vt dicãtur validæ, quidnam requiratur, & aliqua circa decretum irritans, & clauſulam, ſublata.

SVMMARIVM.

1 *Extremum primum in ſpolio, quod eſt prior poſſeſſio ſpoliati, debet plenè, & concludenter probari.*

2 *Clauſula, ſublata, & decretum irritans, & ſimiles, inficiunt titulum, & poſſeſſionem.*

3 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionẽ, ad effectum, vt denegetur actio ſpolij.*

4 *Spolium committi non poteſt, vbi non adeſt, vel acquiri non poteſt poſſeſſio.*

5 *ad Probandum primum extremum in ſpolio, ſufficit, quòd probetur contra aliquem fuiſſe factam ſubbaſtationem, & deliberationem.*

6 *Extremum primum in ſpolio probatur ex inſtrumento immiſſionis ſuncta poſſeſſione.*

7 *in Spolio ſecundum extremum probatur leuioribus probationibus, immò ſola litis ſubſtentatio ſufficit, cum adminiculis.*

8 *in Spolio probatis duobus extremis, quis venit reintegrandus.*

9 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens dicitur ſpoliare.*

10 *Spoliato à Iudice competit reſtitutio; ſicuti competit ſpoliato à quocumque priuato.*

11 *contra Tertios poſſeſſores non poteſt procedi pro executione mandati contra alios relaxati via executiua, ſed agendum eſt via ordinaria.*

12 *Deliberatio ſecundùm ius commune debet fieri maiori Oblatori.*

13 *Licitatores, poſtquam obtulerunt, non poſſunt oblationi renunciare, ſed remanent obligati, nec poſſunt ſe pœnitere, niſi reipublicæ expediuerit.*

14 *Deliberatio eſt nulliter facta non præcedentibus ad minus tribus licitatoribus.*

15 *Deliberatio rerum ſtabilium eſt nulla ſi emanauit ſub decreto, niſi ad primam.*

16 *Quod per Iudicem fieri non potuit, niſi cum decreto infra menſem.*

17 *in Subbaſtatione bonorum minorum requiritur ſaltem ſpatium 20. dierum.*

18 *ex Subbaſtationis defectu venditio facta Curiæ, eſt nulla.*

19 *in Subbaſtationibus rerum Eccleſiæ, vel minorũ augeri quidem poteſt terminus, ex quo poteſt venire plus offerens, ſed non minui.*

20 *Fiſcus non poteſt procedere ad ſubbaſtationem non ſeruatis ſolemnitatibus.*

21 *Clauſula, ſublata, & decretum irritãs non præiudicare poſſunt poſſeſſioni iam adeptæ.*

22 *Derogatio non operatur, vt ex tunc, ſed ex nunc nec habet in hoc locum retrotractio.*

23 *Extenſio in odioſis non fit.*

24 *Alienandi licentia à Principe conceſſa intelligitur ſemper ſeruatis ſolemnitatibus de iure requiſitis*

25 *Clauſulæ acceſſoriæ, & conſequutiuæ ſublata principali diſpoſitione, nihil operantur.*

26 *Clauſula ſublata, & decretum irritans quamuis inficiant titulum, & poſſeſſionem, non tamen tollunt detentationem, & inſiſtentiam facti, ſufficientem ad obtinẽdũ reintegrationem in ſpolio ſeu manutentionem.*

DECISIO CXIII.

PROPTER capitale delictum, & bonorum confiſcationem Mutij, Paroli & Cæſaris filiorum & hæredum q. Io. Antonij de Parolis prætendentes DD. Comites de Vbaldis factum fuiſſe locum ſubſtitutioni ad illorum fauorem ex teſtamẽto dicti Io. Antonij patris fideicommittentis, corã Locumtenente Criminali Ciuitatis Peruſiæ, mouerunt iudicium contra fiſcum ſuper immiſſione in dictis bonis, & ſignanter ſuper bonis S. Mariani & Beltrignanæ comprehenſis in fideicommiſſo Io. Antonij, & ſer. ſer. ſub die 30. Aprilis 1620. ſententiam fauorabilem ſuper immiſſione in prędictis bonis obtinuerunt, & cum effectu expulſo fiſco fuerunt immiſſi poſſeſſione ſubſequuta.

Digitized by Google

Verum quia de Anno 1615. DD. de Criſpoltis
fideiuſſerunt, & ſe obligarunt ſoluere fiſco Apoſto-
lico ſcuta 10. mill. caſu quo Cap. Mutius filius fi-
deicommittentis ſtatum Eccleſiaſticum ingrede-
retur per contrauentionem d. Mutij inſurrexit fi-
ſcus, & pro ſolutione dictorum ſcutorum 10. mill.
mandatum exequutiuum exequi fecit ſuper bonis
S. Mariani & Beltrignanæ, quæ ſubhaſtari manda-
uit, & tandem deliberata fuerunt pretio ſcutorum
4000. Martiæ matri fideiuſſorum.

Propterea DD. de Vbaldis contra Criſpoltos
vti hæredes Martiæ, & bonorum detentores corã
A.C. remedium ſpolij intentarunt, cui placuit mi-
hi committere extra Rotam. An DD. de Vbaldis
eſſet concedeñ reintegratio, & dubio in Rota pro-
poſito ex eo præcipuè denegandam inſiſtebant
DD. Criſpolti, quia DD. Comites deficiebant in
1 probanda illorum anteriori poſſeſſione, quod † eſt
primum extremum in hoc iudicio requiſitum; &
quod plenè & concludenter probari debet *Verall.*
deciſ. 371. num. 1. par. 2. Rota deciſ. 165. nu. 1. p. 2.
diuerſ. & coram Card. Caualer. deciſ. 240. nu. 1. &
alias ſæpè; Nam ante purificationem fideicommiſ-
ſi ad eorum fauorem iam fuerat ipſi per fel. record.
Paulum V. derogatum cum clauſula ſublata, & de-
creto irritante, & alijs clauſulis, de quibus in Mo-
2 tuproprio, quæ inficiunt † titulum, & poſſeſſionem,
vt in ſpecie derogationis fideicommiſſi cum clau-
ſula ſublata *firmauit Rota coram Caualer. dec. 430.*
nu. 2. & 3. & in Corduben. portionis coram Ru-
beo apud Garz. de benef. par. 6. cap. 3. num. 54. in
3 *fin.* & in ſpecie decreti irritantis † quod inficiat ti-
tulum, & poſſeſſionem ad effectum vt denegetur
actio ſpolij notarunt *Caſſad. deciſ. 1. num. 2. de reſt.*
ſpol. Aegid. deciſ. 535. n. 1. Verall. deciſ. 15. num. 2.
par. 3. Mohed. deciſ. 13. num. 2. de reſt. ſpol. cum
alijs in Terracinen. affictus 27. Ianuarij 1627. co-
ram R.P.D. meo Pirouano, vnde inferebant infor-
mantes pro Dominis Criſpoltis ceſſare omne præ-
4 tenſum ſpolium, quod committi † non poteſt, vbi
non adeſt vel acquiri non poteſt poſſeſſio, vt hic
ſtante clauſula ſublata & decreto irritante.

Cæterum his non obſtantibus Domini pro rein-
tegratione reſponderunt, nam primum extremum
nempe poſſeſſio anterior Comitum de Vbaldis vl-
tra ſubhaſtationem & deliberationem bonorum,
5 de quibus agitur cõtra eos obtentam, † quę ad pro-
bandum primum extremum ſufficiunt *Greg. deciſ.*
362. in prin. & deciſ. 402. nu. 1. Rot. in Romana
ſylua 3. Iunij 1626. coram Reuerendiſſ. D. meo Vr-
6 *gellen.* ſatis probatur ex † inſtrumento immiſſionis
iuncta poſſeſſione, de qua deponunt teſtes *Sum.*
Com. num. 4. Rota deciſ. 462. par. 1. recen. Seraph.
dec. 1200 nu. 1. & fuit dictum in d. Romana ſylua.

Secũdum vero extremum poſſeſſio videlicet Iu-
nior, & moderna partis aduerſæ plenè probatur
per eoſdem teſtes d. Summ. num. 5. licèt ſufficiant
7 † leuiores probationes *Rota deciſ. 8. de reſt. ſpol. in*
nou. immo ſola litis ſubſtentatio ſufficiat cum ad-
miniculis, *Verall. deciſ. 369. par. 2. Greg. deciſ. 362.*
8 *nu. 3.* quibus probatis ſpolium † redditur clarum,
itaut Domini Comites veniant reintegrãdi ad *tex.*
in cap. conquarente de reſt. ſpol. Bald. conſ. 357. in
fin. lib. 2. & conſ 147. lib. 3. Crau. conſ. 18. nu. 8. &
conſ. 302. n. 4.

Non obſtat quòd Comites fuerint poſſeſſione
dictorum bonorum per ſupradictam ſubhaſtationẽ,
& deliberationem facto Iudicis priuati, quia cum
9 † nulliter & iniuſtè proceſſerit, non ideo minus in-
trat ſpolium, *Abb. in d. c. conquerente ſub num. 8. de*
reſt. ſpol. Rolan. conſ. 6. nu. 34. lib. 3. Rota coram
10 *Illuſtriſſ. D. meo Decano deciſ. 97.* & ſpoliato † à
Iudice competere reſtitutionem ſicut competeret
ſpoliato à quocumque priuato reſpondit Rota *in*
Anconitana ſpolij 9. Iunij 1610. coram bon. mem.
Card. Sacrato.

Nullitas viſa fuit patens tum quia contra Comi-
11 tes tertios poſſeſſores procedi non poterat † pro
exequutione mãdati contra alios relaxati via exe-
cutiua, ſed agendum erat via ordinaria, vt docet
Alex. in l. à Diuo Pio. §. ſi ſuper rebus. nu. 28. verſ.
& pro hoc bene facit. ff. de re iud. Gregor. deciſ. 22.
num. 1. & fuit dictum in Romana vinea 24. No-
uemb. 1621. coram bo. me. Buratto, & in præalleg.
Romana ſylua coram Vrgellen. tum etiam quia ad
ſubhaſtationem, & deliberationem fuit deuentum
12 pro minori pretio, cum ſecundùm † iuris diſpoſi-
tionem deberet fieri maiori Oblatori *d. l. à Diuo*
Pio. §. ſi pignora vbi Alex. nu. 11. l. eum qui. §. me-
lior. ff. de in diem adiect. Bald. conſ. 327. nu. 1. ante
med. verſ. nam ad hoc lib. 2. Aſin. de execut. §. 6.
cap. 11. num. 4. Rota in Romana nullitatis ſubha-
ſtationis coram Litta regiſtrata apud Marcheſ. de
Commiſſ. par. 1. fol. 1245. & in Romana ſpolij do-
mus 19. Ianuarij 1615. coram Emmentiſſ. D. Car-
din. Pamphilio, & in Romana ſubhaſtationis 10.
Maij 1623. coram Buratto.

Et licèt dicatur quòd alij licitatores qui plus ob-
tulerunt, illorum oblationi renunciauerint, ex hoc
ſequitur vnum de duobus vel quod eorum renun-
13 ciatio non fuit valida, ex † quo remanent obligati,
nec poſſe quemquam eorum pœnitere niſi reipu-
blicæ expedierit firmant *Bart. in l. citatio. num. 4.*
ff. de public. Aſin. in d. §. 6. cap. 2. fol. 138. Rota
deciſ. 376. n. 5. par. 4. recent. & in Romana domus
19. Decemb. 1631. coram R.P.D. meo Vereſpio; Al-
terum quod ſequitur eſt, quòd ſi fuit valida renun-
ciatio, perinde eſt ac ſi licitatores non obtuliſſent,
14 & conſequenter remanet † deliberatio nulliter fa-
cta non præcedentibus ad minus tribus licitatori-
bus, *Bald. in l. ordo. num. 4. C. de execut. rei iud. Sa-*
luſt. Tiber in prax. lib. 1. cap. 42. Gratian. diſcept.
foren. cap. 739. nu. 22. & fuit reſolutum in præal-
leg. Romana ſpolij domus coram Card. Pamphilio.
15 Vlterius dicta deliberatio fuit etiam nulla, † quia
emanauit ſub decreto niſi ad primam diem, quod
per Iudicem fieri non potuit tam attento ſtilo ſub-
16 haſtandi ſtabilia, † niſi infra menſem, de quo teſta-
tur *Saluſt. vbi ſup. cap. 43. nu. 2. Gratian. d. c. 439.*
num. 22. Rota in d. Romana vinea coram Buratto,
& in d. Romana ſpolij domus, quàm etiam attenta
diſpoſitione iuris communis ſecundùm quod in
17 ſubhaſtatione † bonorum minorum requiritur ſal-
tem ſpatium 20. dierum *auth. hoc ius porrectum,*
C. de ſacroſ. Eccleſ. Surd. conſ. 49. nu. 15. ad fin. &
num. 19. Gratian. cap. 375. nu. 16. Rota deciſ. 406.
18 *nu. 5. par. 4.* quia ex defectu ſubhaſtationis † ven-
ditio Curiæ fit nulla, tradit *Belluga Rub. 41. §. leges*
Regni. num. 43. in fine, & nu. 45. Bart. in l. Fulci-

nius

Digitized by Google

nius 7.§. ſi quis bona.ff.quibus ex cau.in poſſ.Fräc.
*Leo deciſ.*173. *nu.*3. *lib.*2. & ita obſeruari in ſupre-
mis Hiſpaniç Tribunalibus docet *Couar.lib.*2.*var.*
*cap.*11. *num.*3. quia et ſi terminus dicatur pende-
19 dere à Iudicis arbitrio, in ſubhaſtationibus † tamẽ
rerum Eccleſiæ . vel minorum augeri quidem po-
teſt , ex quo poteſt venire plus offerens , ſed non
minui vt docent *Bart. & Io de Platea in l. ſi tem-
pora vterque. nu.*1.*C.de fid. inſtrum. lib.*10. *Surd.
vbi ſup.num.*21. *Menoch.de arbitr.caſu* 185. *n.*22.
& declarat Gratian.*d c.*375. *nu.*15.

Minus obſtat quòd Criſpolti tanquam ceſſiona-
rij fiſci pro ſcutis 4000 prædictas nullitates ceſſa-
re, ipſoſq. non teneri prætendant ad obſeruationẽ
dictarum ſolemnitatum , cum in contrarium ſint
iura expreſſa in *l.qui fundum, & l. qui diſerta.ff. ſi*
20 *propter public. penſit.* vbi expreſsè † probatur fi-
ſcum non poſſe procedere ad ſubhaſtationem non
ſeruatis ſolemnitatibus latè *Pereg. de iure fiſci lib.*
6.*tit.*4. *nu.*4. *Trentacinque var.reſol.lib.*1.*tit.de
iure fiſci reſol,*6. *nu.* 8. *& ſeq.*

Tandem non obſtat derogatio fideicommiſſi fa-
cta per Paulum V in fauorem fideiuſſorum caſu
quo Mutius contrauenirer , & ſtatum Eccleſiaſticũ
ingrederetur cum clauſula ſublata , & decreto irri-
tante, quoniam placuerunt reſponſiones datæ per
informantes quòd cum Paulus V. abſolutè, & ſim-
pliciter non derogauerit, ſed ſolum in euentum in
quem Mutius ingreſſus fuiſſet,Statum Eccleſiaſti-
cum, ſubſecuto ingreſſu poſtquam DD. Comites
vigore fideicommiſſi iam purificati poſſeſſionem
prædictorum bonorum ſer.ſer. apprehenderãt, vti-
21 que clauſula ſublata, † & decretum irritans non
poterant præiudicare poſſeſſioni per dictos Comi-
tes iam adeptæ, cum derogatio non operetur vt ex
22 tunc, ſed ex † nunc, nec habeat locum retrotractio
*Franc. in cap. ſi Apoſtolica Sedis in fin de praben.
cum multis alleg per Tiraquell. de retract. lignag.
§.*1.*gl.ſ.*10. *nu.*71. *Afflict.dec.*335.*nu.*11. *&* 12.
*Parij conſ.*11. *nu.*83. *& ſeq. lib.*1. *Rota deciſ.*539.
*num.*7. *par.* 4.*recent. Panormit reſolut.* 26 *nu.*6.
23 præſertim cum verſemur † in odioſis in quibus
non fit extenſio, & in omnem caſum licentia alie-
24 nandi à Principe † conceſſa intelligitur ſemper ſer-
uatis ſolemnitatibus de iure requiſitis *Rota deciſ.*
84. *nu.*4. *& ſeq.par.*2. *diuerſ.* Et tunc clauſulæ de
25 quibus ſupra tanquam † acceſſoriæ & conſequuti-
uæ nihil operantur, *Rota deciſ.*341. *nu.* 2. *&* 4 *&
deciſ.*652. *nu.*3.*par.* 1. *recent. & coram Illuſtriß.
D.meo Decano deciſ.* 354. *nu.*7. Et quamuis etiam
26 inficerent titulum & poſſeſſionem tamen † tolle-
rent detentationem, & inſiſtentiam facti ſufficien-
tem ad obtinen.reintegrationem in ſpolio ſiue ma-
nutentionem, *Card.Seraph.deciſ.*1471. *n.* 5. *&* 7.
*Rota deciſ.*752. *nu.*6 *par* 1. *recent. & fuit reſolu-
tum in Foroliuien. Capella* 27. *Nouemb.* 1587. *co-
ram bo.me.Orano.*

Ex quibus omnino ceſſare viſum fuit dictum
principale obiectum deductum per informantes
pro DD. de Criſpoltis .

R. P. D. P A N Z I R O L O.

Romana Domorum de Sciandelerijs .

Die Veneris 4. Aprilis 1636.

A R G V M E N T V M.

Donatio facta alicui intuitu certi matrimonij, vti pars matrimonij, non tãtùm donatio fuit acquiſita coniugibus, ſed etiam filijs ex d. matrimonio natis. Filij etiam in contractibus poſiti in conditione cenſentur vocati, ex diſpoſitione Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. Reliqua vide in ſummarijs .

S V M M A R I V M.

1 *Donatio facta alicui occaſione certi , & determinati matrimonij , poſtea contracti , vti pars matrimonij , non ſolum fuit acquiſita coniugibus, cum reſpiciat vtriuſque commoditatem .*

2 *Sed etiam acquiſita fuit filijs ex prædicto matrimonio natis .*

3 *Filij in conditione poſiti , ſecundùm Statut. Vrb. lib.*1. *cap.*142. *cenſentur vocati .*

4 *Statut.Vrb.lib.*1 . *cap.*142.*procedit tàm in vltima voluntate, quàm etiam in contractibus.*

5 *Aſſecuratio dotis facta à marito , cum clauſula , ex nunc prout ex tunc , operatur translationem poſſeſſionis vſque de d. tempore translationis.*

6 *Manutẽtio regulariter anteriori poſſeſſori datur.*

7 *Iudex nulliter procedens , non priuat aliquem ſua poſſeſſione .*

8 *Minori dari non poteſt curator particularis , niſi ex cauſa, & amoto prius Curatore vniuerſali.*

9 *Curator datus ad lites minori, eſt nulliter datus, Curatore vniuerſali non interueniente .*

10 *Procurator deputatus,ad lites futuras minimè deputatus, intelligitur ſolùm ad præſentes.*

11 *Donatio facta intuitu certi matrimonij , inſinuatione non eget.*

12 *Clericus Beneficiatus eſt probibitus donare filio illegitimo ſtante Conſtitut. Pij V . contra illegitimos .*

13 *Conſtitutio Pij V . contra illegitimos non tollit ea, quorum filius eſt capax de iure communi .*

14 *Ceſſionarius iura cedẽtis tenetur plenè iuſtificare*

15 *Datio inſolutum probat veram numerationem , perinde ac ſi res ipſa debita ſolueretur .*

16 *Mariti negligentia in exigendo dotem , non debet nocere vxori cuius fauore dos fuit promiſſa.*

17 *Mulier dotis hypotecam remittere non poteſt , niſi interuenerint decretum Iudicis , & ſolemnitates ſtatutorum .*

18 *Mulier ex facto proprio , licèt nullo, cadit à poſſeſſione .*

19 *Mulier tunc ex facto proprio , licèt nullo cadit à poſſeſſione, quando interuenit actus facti, & traditio poſſeſſionis .*

20 *per Cenſus impoſitionem non dicitur translata poſſeſſio domus cenſuatæ , ſi conſtitutum non reſpiciat d. domum, ſed cenſum.*

21 *Poſſeſſionem, quando quis valdè cœpit, intrat retentio, & manutentio ipſius in poſſeſſionem .*

Digitized by Google

22 *Hæres beneficiatus hal et priuilegium ne actiones confundantur, ſed ſeparatæ præſeruentur.*

DECISIO CXIV.

CVM diſputaretur inter Sciandelerios ex vna, & Ioannem Gineſium ex altera. Vtri eorum dandum eſſet mandatum de manutenēdo ſuper domibus de quibus agitur. Domini ſub die 19. Nouembris ſuperioris anni, ex quo non erāt concordes ordinarunt, vt videretur de bono iure etiam ad effectum manutentionis; quo dubio pluries propoſito, tandem hodie dictum fuit cōſtare de bono iure illorum de Sciandelerijs, & propterea illis dandum eſſe mandatum de manutenendo etenim fuit ponderatum, quòd Reginaldus Sciandelerius de anno 1589. prædictas domos donauit Horatio filio occaſione certi, & determinati matrimonij poſtea contracti cum Olimpia Machera, quæ donatio, vti
1 pars contractus matrimonij prædicti † non ſolùm fuit acquiſita Horatio, & coniugi cum reſpiciat, vtriuſque illorum commoditatem, vt latè *trad. Bec conſ.20. nu.9. & ſeq. & nu. 12. lib.1. Fontanell. de pact. Nuptial. to.1. clauſ.4. gloſſ 1. in princ. ſub nu.10. & 33. & ſeq. gloſ.9. par.1. num.32. & ſeqq. Molin. de rit. nupt. lib. 3. quaſt.6. num. 106. Gratian diſc. for.984. nu.24. & ſeqq. & copioſe deductum fuit in Venuſina legati 23. Iunij 1623. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.* Verum
2 etiam viſum eſt, quòd præ dictæ † domus iudicio, & diſpoſitione donatis acquiſitæ fuerint filijs ex prædicto matrimonio natis, qui modò ſuper d manutentione contendunt etiam quòd non ſint hæredes Horatij primi donatarij, quia donator nedum dicti certi ſpecificati matrimonij cōtemplatione donauit, ſed in contractu eam legem appoſuit, quòd ſi Horatius ſine filijs deceſſiſſet, tūc & eo caſu bona donata ad donantem reuerterentur, ex qua di-
3 ſpoſitione filij ipſius Horatij dicuntur † in conditione poſiti, & ſic diſpoſitiuè vocati ex Vrbis ſta-
4 tuto *lib.1. c.142.* quod indiſtinctè procedere, † tàm in vltima voluntate, quàm etiam in contractibus tenent *Peregr. de fideic. art.28. num.29. Rota deciſ. 142. nu.3. verſ. quæ coniectura par.4. recent. & dictum fuit in Romana cenſus de mutis 11. Ianuarij 1616. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.*

Præterea fuit conſideratum, quòd de eodem anno 1589. Horatius prædictus, de cōſenſu Reginaldi patris dotē Olimpiæ vxoris ſuper omnibus bonis præſentibus, & futuris cum clauſula conſtituti
5 ex nunc prout † ex tunc aſſecurauit, vnde cum venerit caſus dotis reſtituendæ, clauſula prædicta operatur translationem poſſeſſionis vſque de dicto anno 1589. *Alex. conſ.83. num 6. verſ. confirmatur lib.2. Pariſ. conſ.62. nu. 23. & conſ.25. num. 128. lib.2. Rot. deciſ.258. num.3. par. 4. recent.* Et ideo cum Gyneſius prætendat poſſidere vigore ſui crediti cenſus initi non priuſquam de anno 1615. non poteſt vigore ſuæ poſterioris poſſeſſionis manuten-
6 tionem conſequi cum† ea regulariter anteriori cōcedatur *Bart. in l. vnic. nu. 8. verſ. ſi vero vterque probauit C. vti poſſid. Anch. conſ.274. nu.1. verſ. & proculdubio Greg. deciſ.9. nu. 5.* & alias paſſim.

Vlterius ponderatum fuit, quod Sciandelerij, etiam vigore dotis maternæ veniunt manutenendi non obſtante immiſſione Gyneſio iudicialiter con-
7 ceſſa, quia cum† Iudex nulliter proceſſerit non potuit eos poſſeſſione priuare, *Ang. in l. clā poſſidere. §. qui ad nundinas nu.2. in fin. de acquir. poſſ. Corn. conſ.193 nu.4. lib.3. Greg. deciſ.105. nu. 22.* Nec viſum eſt dubitari poſſe de nullitate, quia cū Sciandelerij eſſent minores. & haberent curatorem pro quo ipſe Gyneſius fideiuſſerat non potuit idem poſtea contra eoſdem iudicium inſtituere obtenta deputatione alterius curatoris ad lites cum parti-
8 cularis † curator dari non poſſit, niſi ex cauſa, & amoto prius curatore vniuerſali per *tex. in l. curatorem C. qui dan tut. vel. cur. poſſ. Rot. poſt Pic. ad Stat. Vrb. deciſ.47. nu.1. Caualer. deciſ.257. num.6.* Et licèt fuerit citatus Batholomæus tanquā actor
9 ad lites, tamen ille non fuit deputatus dicto † curatore interueniente, & ſic nulliter, *l. neque tutores 11. verſ. pupillus vbi Doctor. C. de procur.* ne-
10 que fuit deputatus ad lites futuras, ideo † intelligitur ſolùm ad præſentes *Grat. diſcept. 145. nu. 14. & ſeq.*

Nec prædictis obſtare videbatur, quòd donatio à Reginaldo facta Horatio filio nō fuerit inſinua-
11 ta, quia † cum appareat facta intuitu, & contemplatione certi matrimonij inſinuatio non requirebatur *Bald in l. vltima num 5. C. de iur. dot. Caputaqu. deciſ.3. & deciſ. 199. par. 3. Surd. deciſ.214. num. 14. & ſeqq. Rota deciſ.377. num.5. par.2. rec. Gratian. diſcept.984. nu.18. & ſeqq. & fuit reſolutum in Romana donationis de Caſtellanis 17. Iunij 1630. coram Reuerēdiſſ D. meo Coccino Decano.*

Pariter minus obſtare dicebatur, quòd cum Re-
12 ginaldus, vti Clericus beneficiatus† prohibitus eſſet donare Horatio filio illegitimo, ex conſtitutione Pij V. omnia illius bona ad Camerā deuoluta fuerunt, itaut cum poſtea idem Horatius cum Camera ſe compoſuerit, & ab ea prædictorum bonorum ceſſionem reportauerit, donatio prædicta penitus inutilis remanſerit; ex quo bona ad Horatium in vim dictæ ceſſionis liberè redierunt, & per conſequens cenſum ad fauorem Gyneſij imponere potuit, quoniam cum ex actis non conſtet de bono iure Cameræ, nec quòd verè Reginaldus ea bona donata in prædicta conſtitutione Pij V. comprehēderet ſaltem iſto caſu quo donatio facta fuit pro
13 ſuſtentatione matrimonij † cum dicta conſtitutio non tollat ea quorum filius eſt capax de iure communi *Rot. deciſ.487. nu.1. par. 1. diu. & dec. 319. nu.4. & 5. par.2. recent. Lup. de illegit. comment. 2. §.1. nu.15.* Ceſſio obtenta à Camera non ſuffragatur niſi vltra exhibitionem Inſtrumenti ceſſionis
14 † iura etiam cedentis plenè iuſtificentur, *l. ſi nomen. C. de hered. vel act. vend. latè Aldouin. conſ. 42. nu.18. & ſeq. Rot. deciſ.162. nu. 6. & 7. poſt Pacific. de faluian. interd.*

Non releuat; quod Inſtrumentum dotis non videatur probare integrā illius numerationem, quia reſpectu ſcutorum 900. non controuertitur cum fuerint conſignatæ tot gemmæ, ac mobilia, nec pro alijs ſcut.500. ſolutis in contanti, & pro ſcut.2200. apparet fuiſſe datum in ſolutum cenſum eiuſdem
15 ſummæ, quæ datio † probat veram numerationē, & perinde eſt, ac ſi res ipſa debita ſolueretur *Aretin. in l. ſingularia col. antepen. circa fin ff. ſi cert. pet.*

Digitized by Google

pet. & ibi Iaſ. num.37. Cagnol.nu.168. Surd conſ.
145. nu.15. lib.1. Reliquum vero dotis, vel fuit à
marito exactum, & tenetur, vel non fuit exactum,
16 pariter tenetur, quia negligentia viri † in exigen-
do non debet nocere vxori, cuius fauore dos præ-
miſſa fuit *l.mauia.ff.de iur. dot. Affiict.ſup. conſtit.*
Regni lib.3.rubr:c.13.ſub nu.6.Ciriac. controu.
110. num.5. & ſeqq. Rota in Romana reſtitutionis
dotis 9. Aprilis 1612. coram Eminentiſſimo Card.
Pamphilio.

Minus obſtat, quòd Olimpia vxor cenſus impo-
ſitioni conſenſerit, & pro eo ſe obligauerit, quia
cum ad illum actum neque Iudicis decretum; ne-
que ſtatuti ſolemnitates interuenerint, hypotecam
17 dotis, quam † ipſa habebat remittere non potuit
latè *Pic.ad ſtatut.Vrbis gloſſ.7.nu.10. & ſeqq.To-*
rin.ad idem ſtatutum inſpect.1.par.1. deciſ.1.n.9.
& par.2. deciſ.9. num.7.

18 Nec dicatur mulierem facto proprio, † licèt nul-
lo cadere à poſſeſſione, quia procedit ſolùm inter-
19 ueniente † actu facti, & traditione poſſeſſionis,
Honded.conſ.23. nu 26. lib.1. Rot.deciſ.612. nu.2.
par.1. diuerſ. Vnde cum Olimpia non tradiderit
ex ſolo conſenſu nullo impoſitioni cenſus non trã-
ſtulit poſſeſſionem, eoq. minus cum per impoſitio-
20 nem † cenſus non fuerit tranſlata poſſeſſio domo-
rum in Gyneſium, quia conſtitutum non reſpicit
domos cenſuatas, ſed cenſum vt fuit dictum *in In-*
teramnen. manutentionis 3.Aprilis 1620. *coram*
bo.me. Vbaldo; Ideo cum Sciandelerij poſſeſſionẽ
domorum cœperint anno 1625. dum mater validè
21 non renunciauit hypotecæ intrat retentio, † & ma-
nutentio ipſorum in poſſeſſionem.

Demum non eſt attendendum quòd Sciandele-
rij neque de dote materna, neque de donatione aui
excipere poſſint cum ſint hæredes Horatij patris,
qui eſt debitor Gyneſij, & ſic actiones confuſæ re-
manſerint. Quoniam confuſio ceſſare viſa eſt, quia
22 ſunt hæredes beneficiati, cuius † priuilegij vigore
actiones non confunduntur, ſed ſeparatæ præſeruã-
tur *Bald.in l.ſi vxor. num.2. C. de bon. auth. iud.*
poſſid. Surd.conſ.7. nu.31. Mantic.deciſ.326.nu.4.
Rota in Romana ſeparationis bonorum 29. Iunij
1631. coram R.P.D.mco Pirouano.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Leodieñ Caſtrorum.

Die Lunæ 7. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Donatio, vel teſtamentum per vim, & metum factum, nullius eſt roboris. Conſuetudine poteſt induci, quòd valeat teſtamentum cum minori numero teſtium, quam ſeptem. Metus ex quibus arguatur. Metus dicitur ſemper durare, ſi non ceſſet cauſa metus.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum, ſi exhibeatur non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, hæredi ſcripto debetur immiſſio.*

2 *Articuli non ſolent dari, niſi cum magna, & maturæ conſideratione.*

3 *Conſuetudo notoria Tabellionum, circa confectiones teſtamentorum eſt attendenda.*

4 *Conſuetudo, ſi ſit de his, quæ reſpiciunt ſolemnitatem actuum attendi debet. & eſt valida.*

5 *Statuto, ſicuti induci poteſt, quod valeat teſtamẽtum cum minori numero quàm ſeptem teſtium, ita etiam poteſt induci conſuetudine.*

6 *Statuto æquiparatur conſuetudo.*

7 *Teſtamentum de Iure Canonico coram Parocho, & duobus teſtibus conditum ſuſtinetur.*

8 *Donatio inter virum, & vxorem non ſubſiſtit.*

9 *Donatio vi, & metu extorta non ſuſtinetur.*

10 *Metus arguitur, ſi quis ſit ferocis, & minacis ingenij, & ſit ſolitus minas per ſe ipſum, vel alios exequi, & cum his iuncta auctoritate, & potentia. & num. 11.*

12 *Metus minor ſufficit in muliere, quam in viro, propter ſexus fragilitatem.*

13 *Metus eſt difficilis probationis.*

14 *Metus præſumitur & ſemper dicitur durare, ſi is cui fuit illatus, nũquã fuit in ſua plena libertate.*

15 *Neceſſitas non habet legem.*

16 *Actus meticuloſi nullius ſunt momenti. & n. 17.*

18 *Commiſſa, quando eſt cauſa cum clauſula, quòd ſemel tantum liceat appellare, non eſt procedendum executiuè, ſed via ordinaria.*

19 *Diſpoſitiones plures quando concurrunt eiuſdem perſonæ ad fauorem duorum, &c. ceſſat remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. & eſt agendum via ordinaria.*

DECISIO CXV.

NOBILIS q. Paulus de Stoor, & Maria de
Senſeille coniuges poſtquam in Teſtamẽto,
quòd ſimul, & vnico contextu condiderunt, ſeſe
1 ad inuicem hæredes inſtituiſſent, facto iterum te-
ſtamento ſuum in vtriuſque ipſorum bonis, & Dominijs Patriæ Leodienſis, ac Comitatus Namurcenſis vniuerſalem hæredem nuncuparunt D. Paulum de Berloz eorum nepotem, mortuo deinde dicto Paulo de Stoor, Maria Superſtes nupſit q. Ioanni Iacobo Comiti de Belgioioſo nobili Mediolanenſi ac ſtrenuo in partibus Belgij armorum, Ductori Regis Catholici, qui a mandato ſpecie cultioris educationis in Italiam dicto D. Paulo nepote tunc adoleſcente, primo blanditijs, poſtmodum vi, ac metu multipliciter incuſſis, de quibus infra ipſam Mariam coniugem, vt ſibi omnium bonorum donationem faceret, ac denique, vt ſe inſtitueret hæredem coegit; Demum cum reſciuiſſet de vi ſibi illata conqueſtam fuiſſe inhumaniſſimè eam habuit. Vt autem poſt dictæ coniugi obitum dictum nepotem magis, ac magis ab eiuſmodi ſucceſſionis ſpe excluderet in iudicio, quod corã officiali Leodienſi inſtituit ex remed. *l. diffamari. C. de ingen. manum.* obtinuit ſententiam dictæ donationis confirmatoriam contra eumdem D. Paulum indefenſum, cum quo ſucceſſiuè aſſignatis ei nonnullis bonis ex dicta hæreditate prouenientibus ad quandam tranſactionem deuenit, ſed prædicta omnia idem D. Paulus poſt Comitis deceſſum coram

eodẽ officiali Leodienſi in iudicio immiſſionis con-
tra hæredes impugnauit, exhibito dictorum q. Pau-
li, & Mariæ coniugum teſtamento cum ſchedula
à Maria proprio ſanguine cõſcripta per quam præ-
cedentem donationem reuocauit.

Verum pro parte dd. hæredum interpoſita à de-
creto admiſſionis articulorum appellatione, cauſa
mihi fuit commiſſa, & ſucceſſiuè Rota præuijs di-
ſputationibus petitam ex parte D. Pauli remiſſoriã
tàm pro recognitione dictæ ſchedulæ, quàm etiam
pro examine Teſtium ſuper articulis concernenti-
bus metum Mariæ, ac Paulo eius nepoti illatum
conceſſit, vt in deciſionibus huius cauſæ emanatis
coram me 4. Iulij 1629. & prima Martij 1630.

Deinde recuſato per dictos hæredes Iudice re-
miſſoriali, qui non obſtante eorum appellatione ad
vlteriora proceſſerat; iterato expeditis litteris re-
miſſorialibus, & factis probationibus, ac firmata
earum validitate ex deductis in deciſione emanata
ſub die 30 Maij anni proximè præteriti, tandem
propoſito dubio, An D. Paulo hæredi eſſet danda
immiſſio in poſſeſſionem Caſtri de ChoKier, quod
eſt in Principatu, & Diœceſi Leodienſi Domini re-
ſponderunt ei deberi petitam immiſſionem ex di-
1 cto teſtamento, quod exhibuit † non abolitum,
nec cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum,
cuius ad hunc effectum ſola inſpectio ſufficit *iuxta
text. in l. fin. C. de edict. D. Adrian. tollen.* Quod ve-
rò dictum Caſtrum fuerit in bonis Mariæ teſtatri-
cis probant teſtes deponentes eam fuiſſe Dominã
dicti Caſtri, & faſſus fuit ipſe Comes in ſupradicta
tranſactione exponendo litem fuiſſe motam occa-
ſione tàm dicti Caſtri, quàm aliorum bonorũ pro-
uenientium à dicta q. Maria, & Paulo de Stoor cõ-
iugibus prædefunctis, idq. confirmant articuli pri-
mo loco ex parte eiuſdem Comitis & deinde ex
parte illius hæredum dati. in quibus habetur, quòd
ad dictam Mariam ſpectabat dictum Caſtrum de
2 Cokier, articuli † enim non ſolent dari abſque ma-
gna, & matura conſideratione, & propterea eos
facere probationis adminiculum dixit *Rota deciſ.
320. num. 2. in fin. poſt 2. vol. conſ. Farinac.* quam
deciſ. ad hoc allegat *Adden. ad Greg. XV. dec. 143.
num. 5.*

Dicti autem Teſtamenti validitas non obſtante,
quòd tres tantùm teſtes in eo interuenerint ſuſti-
netur, ex conſuetudine Patriæ, & Principatus Leo-
dieñ. quæ probata fuit pluribus documentis ſimi-
lium teſtamentorum conditorum in Ciuitate, &
locis dicti Principatus, & Diœceſis Leodieñ ab
anno 1574. vſque ad annum 1622. ex quibus con-
3 ſtat † de notoria conſuetudine Tabellionum illarum
partium, quam inſpiciendam eſſe poſt *Cyn. not.
Bald. in l. Gallus. § idem credendum. ff. de liber. &
poſth. Soccin. conſ. 94. num. 7. vol. 1. Dec. conſ. 11.
num. 9 verſ. ad hoc fundamentum. Aym. conſ. 134.
nu. 9.* & huiuſmodi teſtamenta valere, ac ſubſiſte-
re præter officialem atteſtati ſunt Conſilium ordi-
num Principatus Leodienſis, & plures Aduocati,
aliiq. Notarij, & practici Curiæ Leodienſis, quæ
4 conſuetudo † cum ſit de his, quæ reſpiciunt ſolem-
nitatem actus, vt eſt numerus ſeptem teſtium, *l. om-
nium. C. de teſtam. Bart. in l. 1. nu. 36. C. de ſum.
Trinit.* ea ratione attendi debet, & eſt valida, quòd
5 quemadmodum Statuto poteſt induci, † vt valeat
teſtamentum cum minori numero, quam ſeptem
teſtium ita induci poteſt per conſuetudinem, quæ
6 Statuto † æquiparatur, & non eſt omnino contra
ius, ſed potius illi conformis, cum de iure Cano-
7 nico † teſtamentum coram Parocho, & duobus
teſtibus conditum ſuſtineatur *cap. cum eſſes. cap. re-
latum. de teſtam* quibus concluſionibus, & alijs la-
tè firmaris in terminis ſimilis teſtamẽti hanc con-
ſuetudinem approbauit *Rota in Leodien. Dominij,*
quæ eſt *deciſ. 497. inter impreſſas bon. mem. Card.
Caualer.* & in alia extra illius impreſſas emanata
coram eodem Card. 1. Iulij 1619.

Non obſtant poſteriores diſpoſitiones, quas di-
cta q. Maria de bonis ſuis, vt ſupra fecit ad fauorẽ
Comitis, quia quod ſpectat ad donationem, illa
8 † facta fuit conſtante matrimonio, & proinde inter
coniuges non ſubſiſtit. *tot. tit. ff. & C. de donat. in-
9 ter vir. & vxor.* & tàm ipſa donatio, † quàm te-
ſtamentum fuerunt per vim, & metum extorta
l. ſi donationes. vbi *Bald. C. de his, quæ vi, met.
cauſ. cap. cum locum. de ſponſal. Greg. XV. dec. 351.
num. 43.*

Teſtes enim in hac cauſa examinati deponunt
Comitem fuiſſe ferocis, ac minacis ingenij, minaſ-
que vel per ſeipſum, vel per alios exequi ſolitum
10 † quæ qualitates iuncta auctoritate, & potentia
metum arguunt *Iaſ. in l. de pupillo, §. ſi quis Præ-
tori, num. 7. ff. de nou. oper. nuntiat. Dec. in cap. 1.
num. 3. de offic. delegat. Aym. conſ. 49. nu. 3.* tàm
11 ex parte perſonæ, † cui metus infertur, *gloſ. in d.
cap. cum locum. in verb. metus. de ſponſal.* etiam an-
tequam quis patiatur læſionem, *Bart. in d. l. ſi do-
nationis. in fin. & in l. metum. in princip. ff. de his,
quæ vi met. cauſ.* Et recenſendo varios actus illius
inhumanitatis, & ſæuitiæ, concludũt metum à Co-
mite illatum dictæ Mariæ vxori fuiſſe talem, quod
potuiſſet cadere in conſtantem virum, cum tamen
12 † in muliere propter ſexus fragilitatem minor me-
tus ſufficiat, quam in viro iuxta ſingularem, *gloſ.
in cap. cum locum. de ſponſal. Ant. de Butr. & Abb.
in cap. conſultationi. nu. 4. eod. tit. Dec. in cap. cum
in omnibus. nu. 3. ff. de reg. iur. Aretin. conſ. 24. n. 7.
Greg. XV. deciſ. 326. nu. 25. & deciſ. 374. nu. 7.*

Particulariter verò deponunt, quòd erat miles
magni nominis, & naturæ adeo iracundæ, vt ad
quaſcumq; etiam leuis offenſionis occaſiones ſtri-
cto pugione ſuis domeſticis minaretur. Addunt pre-
terea, quòd pro arbitrio ſuo vtebatur militibus
præſertim bannitis, quibus ſtipatus continuò ince-
debat, eoſdemq. ad coniugis cuſtodiam adhibebat
detractantes eius imperium fuſtibus excipi, alios
carceribus iubebat mancipari, eorumq. opera ad
munera, & dona per vim extorquẽda vtebatur; ve-
nena in promptu habebat; Ad hæc militem palam
omnibus conſpicientibus interfecit, famulæ ipſum
corripienti, quòd concubinas foueret proteſtatus
fuit ſe eamdem interempturum fuiſſe, niſi ſexus ra-
tionem habuiſſet, quemdam ex ſuis famulis vſque
ad necem fuſtibus excepit occaſione Pſittaci ex
editiore loco caſu fortuito delapſi, & extincti, qui-
dam ex ipſis teſtibus deponit, quòd Comes eum
exhortatus fuiſſet ad proprium ſororium interfi-
ciendum. Nuntium publicum ſeu executorem,

quod

Digitized by Google

quod illi judicialem inhibitionē intimaſſet in equi-
li ad columnam alligatum verberibus affici, ac ei
barbam abradi iuſſit immò, & auriculam abſcindi
forcipe iam admota, itaut ex inciſione ſanguis diſ-
flueret rem omnino perfecturus, niſi amici inopi-
nato ſuperuenientis preces eum retraxiſſent, mili-
tem oblato præmio induxit, vt virum egregium ei
minus fauentem perſequeretur, collitigantes per
violentas molitiones liti cedere coegit. Præterea
deponunt ſe vidiſſe, & audiuiſſe Comitem (dicti te-
ſtes erant domeſtici) minantem vxori, tàm verbis,
quàm factis, quod eam eſſet derelicturus; ac eius
bona diſſipaturus, niſi anteriorem diſpoſitionem
reuocaret, & aliam ad ſui fauorem faceret, perfe-
ctamq. teſtamento confirmaret, ſæpiſſimè etiam
afflictæ matronæ querimonias audiuiſſe, quod ſcili-
cet per vim, & metum coacta fuiſſet de ſuis bonis
diſponere ad fauorē Comitis, & in nepotis ſui præ-
judicium; immò eam inquiſiuiſſe, quo pacto clam
Notarium aliquem conuenire poſſet ad effectum
reuocandi coram ipſo poſteriores diſpoſitiones, ac
de vi, & metu ſibi illatis proteſtandi.

Item deponunt, quod idem Comes amandato
in Italiam D. Paulo nepote dictam Mariam abdu-
xit ad ſtatiua militum præſidiariorum vbi ei inter-
dixit, ne cum vllo, præterquam cum famula gibbo-
ſa, & quodam famulo loqui poſſet, quodq. ipſius
cum alijs colloquia ægreferens ipſis domeſticis
multa acerba comminatus fuerit eo, quòd eam ad
templum accedere permiſiſſent, ipſam vero priua-
to, ac domeſtico carcere mancipauit, vbi ſub mili-
tum cuſtodia cibo, & potu parcè, & infra illius cō-
ditionem ſubminiſtratis, denegata etiam templum
adeundi, vt diuinis intereſſet facultate, tandem
præ nimio mœrore contabeſcens non ſine veneni
propinati ſuſpicione extincta ſit. Illud inſuper ad-
dentes, quod Comes dum morti proximam acceſ-
ſiſſet ac de diſpoſitionibus per vim, & metum, vt
ſupra factis loquentem audiret, ori eius pileum o-
biecerit. Quamuis autem dicti teſtes non depo-
nant, ſe interfuiſſe incuſſioni metus, quo tempore
prædictas diſpoſitiones fecit attamen tot, & tam
multiplices circumſtantiæ, & coniecturæ, partim
antecedentes tempus donationis, & poſterioris tē-
13 ſtamenti, † & partim ſubſequentes ad arguendum
metum admittuntur, cum ſit difficilis probationis,
*l. metum. cum ibi not. C. de his, quæ vi met. cauſ. A-
lex. conſ. 156. nu. 1. vol. 5. Pariſ. conſ. 53. num. 55.
& 64. vol 4. Greg. XV. d. deciſ. 326. nu. 2. & 42. &
deciſ. 374. num. 1.* Qui metus toties illatus præſu-
14 mitur duraſſe † vſque ad extremum ipſius Mariæ
ſpiritum, cum enim dictus Comes fuerit ſuperſtes
ſequitur, quòd mulier numquam fuerit in plena li-
bertate, *cap. 1. cum gloſſ. fin. de his, qui met. cauſ.
Bart. in l. 2. num. 7. C. eod. tit. & in l. penult. nu. 7.
ff. de condit. ob turp. cauſ. Innoc. in cap. accedens de
conuerſ. coniug.* cum alijs allegatis *coram Seraph.
deciſ. 771. nu. 8. & Mantic. deciſ. 212. nu. 13.*

Præterea dictas poſteriores diſpoſitiones deſtruit
declaratio illarum reuocatoria, quam eadem Ma-
ria morti proxima in ſchedula proprio ſanguine
conſcripſit, hac expreſſa cauſa, quòd ei adempta eſ-
ſet facultas quempiam alloquendi, quòd ei vis il-
lata fuiſſet, ac ipſa donatio vi, & metu extorta, quæ
quidem ſcriptura ſeruatis ſeruandis fuit recognita.
Et quamuis careat ſolemnitatibus attenta tamen
15 † neceſſitate, quæ legem non habet facit legitimā
voluntatis probationem, *Anchar. conſ. 337. per tot.*
& præcipuè *nu. 2. Pariſ. conſ. 46. num. 23. vol. 3.
Vaſq. de ſucceſſ. lib. 2. §. 12. requiſit. 2. nu. 25.*

Minus obſtat, quòd Dominus Paulus poſt obi-
tum Mariæ tranſigendo cum Comite renunciauerit
ſucceſſioni in dicto Caſtro, & deinde per officialē
Leodienſem lata fuerit ſententia canonizatoria re-
nunciationis. Quoniam dato initio metus, qui D.
Paulum vſque à pueritia in iiſdem ædibus educatū,
percutit omnes deinde actus viuente Comite ſub-
16 ſecuti tanquam † meticuloſi reputandi ſunt nullius
momenti, *Bald. in l. 2. nu. 10. C. de his, quæ vi me-
tu. Aretin. conſ. 14. num. 17.* latè *Dec. conſ. 219.
nu. 4. & 5. Roland. conſ. 2. num. 86. vol. 1. Seraph.
deciſ. 863. nu. 4. & deciſ. 1166. nu. 1.* Sed nihilo-
minus in facto comprobatur per teſtes deponentes
de periculo vitæ ipſius Pauli, caſu quo noluiſſet
tranſigere, vel ſi poſt tranſactionem initam litem
Comiti intentare præſumpſiſſet, fatenturq. ipſimet
teſtes neutiquam Comite ſuperſtite auſuros fuiſſe
examini ſe ſubijcere propter periculum certiſſimū,
quod ab illo, eiuſq. familiaribus damna, & perſecu-
17 tionem paſſuri fuiſſent, † & ita de timore teſtium
loquitur *Bald. in cap. cum nuntius. nu. 2. de teſtib.*

Dictam autem immiſſionem via ordinaria eſſe
concedendam, & non executiuè exigit tam com-
18 miſſio † cauſæ mihi directa cum clauſula, quòd ſe-
mel tantùm liceat appellare, quàm natura iudicij
inſtituti ex ratione dictæ legis finalis, quòd quo-
19 tieſe umque concurrentibus pluribus † diſpoſitio-
nibus eiuſdem perſonæ ad fauorem duorum, alter
munitus vno ex huiuſmodi titulis, cum poſſeſſio-
ne, dicitur legitimus contradictor ad effectum im-
pediendi ſummariam cognitionem, *Bart. in d. l. fin.
nu. 21. verſ. aut comparet. Roland. conſ. 78. nu. 27.
col. 3. Benintend. deciſ. 83. nu. 4. Menoch. de adipi-
ſcen. remed. 4. num. 165. Argel. de legit. contradict.
quæſt. 2. art. 1. nu. 45.* quæ praxis eſt receptiſſima
in hoc Tribunali, *Caputaq. deciſ. 329. nu 2. par. 1.
Put. deciſ. 131. lib. 2. Seraph. deciſ. 1153. nu. 2. &
fuit dictum in Lucana maiuſculatus 7. Ianij 1585.
coram bo. me. Orano, in Reatina hæreditatis 4. Iu-
lij 1599. coram Iuſto, & in Romana ſucceſſionis
19. Ianuarij 1629. coram Reuerendiſſimo D. Vr-
gellen.* Et ita, &c.

§ *In eadem cauſa adſunt infra aliæ deciſiones ideſt
ſub die 10. Nouemb. 1636. coram Reuerendiſſ. P. D.
Coccino Decano. & in Additione ſub die 15. De-
cemb. 1634. coram eodem bo. me. Motmanno.*

R. P. D. MOTMANNO.

Meleuitana Commendæ de Mazzara.

Die Veneris 15. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Tractatur, quando Milites Hieroſolymitani
ſint capaces Commendarum. Pretij mentio
& æſtimatio licet faciant præſumere contra-
ctum

ctum eſſe emptionis, & venditionis, tamen
quibus concurrentibus id ceſſet.

SVMMARIVM.

1 *Reo, & poſſeſſori ad obtinendum ſufficit vincere per non ius actoris.*
2 *Eques Hieroſolymitanus eſt incapax Commēda, ſi eſt debitor communis ærarij, tempore, quo ſmutiuit Commendam. vide num. 4. & 14.*
3 *Eques Hieroſolymitanus non poteſt obtinere Commendam, ſi in actu ſmutitionis illam non petijt. vide num. 16.*
5 *Fundamentum intentionis alicuius vbi conſiſtit, id concludenter ab eo, eſt probandum.*
6 *Contractus initium, & natura ſpectanda eſt.*
7 *Liber tertij non probat contra tertium.*
8 *Pretij mentio facta in contractu arguit mentem partium fuiſſe faciendi contractum emptionis, & venditionis.*
9 *Aeſtimatio facit emptionem, limita vt hic. & num. 11. 12. & 13.*
10 *Emptionis contractus præſumptio, ex æſtimatione, & mentione pretij, ceſſat, quando de contraria mente contrahentium conſtat.*
11 *Res, quando alicui eſt tradita, & tota vtilitas, non eſt recipientis, ſed eſt communis Domino, qui dedit, tunc ceſſat regula, quòd æſtimatio faciat emptionem. & vide num. 12. & 13.*
15 *Cautela abundans non nocet.*
17 *Smutitio nil aliud eſt, niſi ſimplex oris aperitio.*
18 *Verbum conſentire, præſupponit petitionem.*
19 *Scientia præcedere debet conſenſum.*
Reſponſio præſupponit interrogationem num. 19.
20 *Facultas, ſeu licentia præſupponit prohibitionem.*

DECISIO CXVI.

CVM D. Eques Frater Marcus Lucius Grimaldus non acquieſceret deciſioni, in qua 15. Iunij
ſuperioris anni * coram me reſolutum fuit, con-
firmandas eſſe duas ſententias conformes adiudi-
cationis Commendæ in hoc Tribunali latas ad fa-
uorem D. Equitis Fratris Renati Cacciæ, nouam
diſputationem ſuſcepi. Verùm examinatis, ac
diſcuſſis iterum mutuis dd. DD. Equitum obie-
ctionibus, Domini non eſſe à dicta deciſione rece-
dendum, cenſuerunt. Quia ex latè in ea deductis,
& hodie comprobatis conſtat, ſententias eſſe vali-
das, & iuſtas. Nullam enim in iis, quæ Equitis
Grimaldi incapacitatem reſpiciunt, difficultatem
habuerunt, & quamuis, ea admiſſa videretur quòd
1 ipſi tanquam reo, † & poſſeſſori ad obtinendum
adiudicationem Commendæ ſufficeret, vincere per
non ius Collitigantis æque incapacis *iuxt. tex. in*
in l. fin. C. de rei vendic. Biſignet. deciſ. 2. de excep.
& Caſſad. deciſ. 2. eod. tit. Ideoque opponeretur.
In primis, Eq. Renatum fuiſſe communis ærarij
2 debitorem † quo tempore ſmutiuit Commendam,
& propterea eſſe illius incapacem *iuxt. Statutum*
Religionis 16. de comm. ærar. ac inſuper eumdem
3 in actu † ſmutitionis non petijſſe Commendam
iuxta Statutum 43. in fin. de Commend. neutram
tamen harum obiectionum ſubſiſtere viſum fuit.
Nam quod attinet ad primum Caput. incapaci-
tatis Eq. Renati oppoſitæ Domini conſiderarunt,
duo eſſe genera debitorum, quæ incapacitatem
4 *iuxt. d. Statutum* inducere dignoſcuntur. † Quæ-
dam ſcilicet, quæ appellantur debita ex cauſa Iu-
rium Communis ærarij ibi *(il fratello, che ſarà de-*
bitore de dritti del noſtro Commun Theſoro) quo
nomine *(dritti) in Statuto 20. de verb. ſignif.* diſ-
ponitur, venire debita ſpoliorum, mortuariorum,
vacantium, reſponſionum, impoſitionum, penſio-
num, paſſagiorum, & arretagiorum; cuiuſmodi
debita omnia ipſo facto ſcilicet abſque præuia mo-
nitione, & ſententia incapacitatem inducunt. Al-
terius verò generis ſunt debita ex cauſa mutui, &
ſimilium, quæ tunc demum inducunt incapacita-
tem, quando legitima monitio, aut condemnatio,
vel partis confeſſio præceſſit *iuxt. Statutum 21.*
d. tit. de verb. ſignif.
Quamuis autem Eq. Renatus in libro Commu-
nis ærarij ſit deſcriptus debitor in pluribus partitis
quarum quatuor leguntur cum enunciatiua ſpo-
liorum, reliquæ verò ſimpliciter ſine vlla cauſæ ex-
preſſione earum tamen veritas ex parte ipſius Eq.
Renati redarguitur, vt infra, & ex parte Eq. Gri-
maldi debita in illis contenta non iuſtificãtur, cum
ea qualitate, quæ ad effectum inducendi incapaci-
5 tatem eſt requiſita, quod facere tenetur, & † quidē
concludenter, cum in eo conſiſtat fundamentum
intentionis *l. vltim. C. de probat. cap. vt circa de*
elect. in 6. cum Clem. Conſtitutionem eod. tit. Rot.
deciſ. 5. de except. in antiq.
Dictæ enim quatuor partitæ ſunt debitorũ, quæ
non cum Receptoribus Ærarij immediatè, ſed cum
alijs, quibus ſucceſsit Religio, contracta fuiſſe ap-
paret, quæ deinde peruenerunt ad Religionem oc-
caſione ſpolij defunctorum, non autem immediatè
ex cauſa ſpolij, ac propterea non ſunt eius generis
debita pro quibus *Statuto 52. de Comm. ærar.* ca-
uetur, quòd libris receptorum fides adhibeatur
quoad debitores ærarij. Quod ergo debetur Aera-
rio principaliter ex ſpolio, vel propter ſpolium eſt
longè diuerſum ab eo, quod debetur ſpolijs, quo-
niam *in Statut. 42. de Comm. ærario.* Iura ſpolio-
rum, & mortuariorum dicuntur, fructus remanen-
tes poſt obitum, quorum naturam non aſſumpſe-
runt debita prædicta per mortem creditorum, ſed
6 aſſumptam in creatione retinuerunt, † eamque ſpe-
ctandam eſſe dicit *text. in l. ſi procuratorem, ff. mã-*
dat. cum concordant. l. ſi tantum, ff. ad S. C. Ma-
ced. & l. ſi id, §. 2. ff. pro Soc. Quocirca inſpecto
tempore, ac initio, quibus hæc debita cum Equiti-
bus particularibus (dum viuerent) fuerunt creata,
per eamdem rationem libri ærarij non probant in-
tentionem Equitis Grimaldi, per quam dicitur, li-
7 bros tertij † non probare contra Tertiũ, imò ſtante
lite deſuper mota per Equitem Renatum, ſicuti
Equites creditores (ſi viuerent) cogerentur earum
validitatem probare, ita Theſaurus Religionis il-
lorum ſucceſſor, vti actor ad id tenetur.
Dictus enim Eques Renatus partitam ſcutorum
25. cum enunciatiua *(che deue allo Spoglio del Sig.*
Nibbia) abſolute negat, ſe debere, & negatiuam
confirmat, ex eo quòd neque ſeptimo anno poſt
obitum d. Nibbiæ hoc debitum ab ærario fuit pe-
titum, neq; ſequentibus anni ex ſoldea ipſi debita
quid-

quidquā fuit ad effectum cōpenſandi retentū; quinimmo quotannis fuit integrè ipſi ſoldea perſoluta, ac demùm quia 25. menſis Auguſti 1632. Secretarina ærarij atteſtatus fuit, eum non eſſe ærarij debitorem, *vt in atteſtationibus datis*.

Alteram partitam ſcut. 10. cum ſimili enunciatiua *(deue allo ſpolio del Sig. Lamara)* eo ipſo probatur non afficere Equitem Renatum quia conſtat, obitum dicti Lamaræ contigiſſe quinto menſe poſt ſmutitionem, de qua agitur, & ſic verum eſt tempore ſmutitionis, Equitem Cacciam non fuiſſe debitorem.

Et deniq; reliquas duas partitas cum ſimili enūciatiua *(che deue allo ſpolio del q. Sig. Priore Mazzinghi, e deue allo ſpoglio del q. Sig. Commendatore Migliau)* conſtituentes ſummam ſcutorum nouem eadem ratione conſtat, non debere, quòd cum Eques Renatus eſſet creditor ratione ſoldeæ, ipſo iure ad euitandam pœnam, inducta fuerit compenſatio, vt dictum fuit in deciſione huius cauſæ coram R. P. D. meo Dunozetto*.

Aliæ verò partitæ, vt ſuprà ſimpliciter deſcriptæ ſine vlla mentione ſpoliorum procul dubio ſint alterius generis debitorum, & nulla ſuper his monitio, condemnatio, vel Eq. Renati confeſſio allegetur, nullam vtique ipſi incapacitatis notam irrogare potuerunt. Sunt autem ſex partitæ huius generis debitorum, quarum tres continent debita contracta occaſione pecuniarum, quas idem Eques Renatus à priuatis Equitibus, datis apochis, accepit: duæ ſunt partitæ pecuniarum quas à Receptoribus accepit; ac deniq; partita quæ continet pretium armaturæ, per cuius reſtitutionem ceſſauit obligatio ſoluendi pretium in pecunia numerata.
8 Nam licèt mentio pretij † arguat, mentem partium
fuiſſe faciendi contractum emptionis, & venditionis, quibus transfertur dominium *Mantic. de tac. & ambig. lib. 25. tit. 2. nu. 3. iuxt. regulam*, quòd
9 æſtimatio faciat emptionem, † attamen hæc regula
non procedit, quando apparet; mentionem pretij, ſeu æſtimationem fuiſſe factam ad alium effectum,
10 vt puta ſciendi valorem, quia tunc † præſumptio
emptionis ceſſat etiam ex tacita mente contrahentium, quæ in præſenti caſu ex eo deducitur, quòd armatura fuit tradita militi ad prælium eunti, non propter ſuam tantùm, ſed etiam Religionis vtilita-
11 tem: & vbi tota vtilitas, † non eſt recipientis, ſed
eſt communis Domino, qui dedit, tunc dictam Regulam non procedere tradit *Bald. in l. ſi paſcenda; vbi etiam Iaſ. C. de pact. idem Iaſ. in l. ex conuentione num. 2. verſ. tertio Limita, C. eodem*: quæ quidem mēs præterea colligitur ex eiuſdem armaturæ reſtitutione ſubſecuta, ex quibus intrat limi-
12 tatio † dictæ Regulæ, quàm probauit *Rota in Romana reſtitution. dotis 10. Martij 1608. coram bo. mem. Penia, & in alijs allegatis pro Addent. ad Gregor. XV. deciſ. 573. num. 16.* & verè illa appoſitio pretij fuit ad eum effectum, vt ſi forte Eques
13 Caccia perdidiſſet armaturam, tunc † ſciri poſſet,
quod pretium eſſet reſtituendum.

His ita præmiſſis, non obſtat ſolutio ſcut. 42. quam Eq. Renatum feciſſe de menſe Martij 1632. conſtat ex eodē libro ærarij inter partitas ad illius creditum appoſitas; vnde reſultat approbatio ſupradictorum debitorum, quæ in notula contrapoſita conſpiciuntur deſcripta. Quia hæc ſolutio legitur ſine vlla cauſæ expreſſione, vt propterea, vel cenſeatur facta in extinctionem debitorum alterius generis, quam ſpoliorum ſuper quibus probatum fuit pendere litem adhuc indeciſam, vel quatenus non poſſit euitari, quin debitum dicatur confeſſionatum, attamen cum ea fecerit longe poſt tempus ſmutitionis, cuius actus geſtus fuit de menſe Iunij
14 anni 1631. inde non poteſt ſumi confeſſio, quæ † de
tempore ſmutitionis, prout erat neceſſe, incapacitatem induxerit, vel fuit facta ad abundantiorem
15 † cautelam, quæ non debet nocere.

Quoùero ad alterum incapacitatis Caput Eq. Renato oppoſitæ, ex eo quòd non conſtet eum petijſſe, prout tenebatur, Commendam, quam ſmutiuit *iuxt. dictum Statutum 43. de Commend.* pla-
16 cuit reſponſio, quòd † verba dicti Statuti de incapacibus ad conſequendas Commendas, ibi *(Idem quoque erit ſi eodem tempore non petierit)* nullam præſcribunt formam petitionis, quæ requirat ſcripturam, adeò vt verbalis petitio ſit ſufficiens, cum
17 ſmutitio † nil aliud ſit niſi ſimplex oris apertio,
quæ vt vulgo dicitur *(far motto)* *vt in Statut. 23. de verb. ſignif.* ibi *(motire)* & verbalem petitionē in præſenti caſu interueniſſe colligitur ex tenore decreti linguæ, in quo habetur *(la veneranda lingua conſente, che ſubentrino &c.)* verbum enim
18 † *(conſentire)* præſupponit petitionem *arg. text.*
19 *in l. 2. ff. de Iudic.* vbi ſcientia procedere † debet
conſenſum, prout etiam reſponſio præſupponit in-
20 terrogationem, & facultas, † ſeù licentia præſup-
ponit prohibitionem *l. fin. C. de Iur. emphit cap. licet de regular.* & litteræ reditus cambiorum ex nundinis per neceſſarium antecedens inferunt exiſtentiam litterarum expeditionis, quæ dicuntur *(dell'andata)* *vt Rota dixit in deciſione coram me emanata in Romana cambiorum 13. Iunij 1629.* cum alijs ibidem allegatis. Et ita vtraq; &c.

Vide infra in Additione hanc deciſionem prout in Indice in eius fine poſito vbi etiam in eadem cauſa habes aliam deciſionem nempe ſub die 23. Iunij 1634. coram R.P.D. Merlino.

Ideſt ſub die 5. Martij 1635. coram R. P. D. Dunozetto eſt deciſio 26. ſupra in hac ead. parte.

R. P. D. GHISILERIO.

Mediolaneñ deuolutionis bonorum.

Die Lunæ 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

De probatione dominij rerum emphyteuticarū ad effectum rei vindicationis. In emphyteuſi Eccleſiaſtica, vt caducitas intret ob nō ſolutum canonem, requiritur ceſſatio per biennium, in priuata vero per triennium.

SVMMARIVM.

1. *ex Inſtrumento inueſtituræ bonorum iunctis adminiculis probatur dominium Domini directi ad effectum rei vindicationis.*

2 In-

2 *Inueſtitura inſtrumentum adminiculatur etiam ad eff.ctum deuolutionis ex confeſſionibus &c. & recognitionibus ſubſecutis.*

3 *Teſtes, ſi deponant de publica voce, & fama, concurrentibus adminiculis, & maximè in antiquis probant dominium etiam ad effectum deuolutionis, & caducitatis.*

4 *Identitas bonorũ ex quibus cõcludenter probetur.*

5 *de Probatione vltra centum annos quãdo agitur, iudicatur antiqua, quo caſu ſufficiunt leuiores probationes.*

6 *Dominio probato, & identitate bonorum, ac caducitate, intrat deuolutio.*

7 *in Emphyteuſi Eccleſiaſtica, ſi ſit appoſitum pactum, quòd bona deuoluantur in caſum non ſolutionis canonum per biennium, eſt conforme iuri communi.*

8 *in Emphyteuſi priuata, vt bona deuoluantur ob non ſolutum canonem, requiritur ceſſatio per triennium.*

9 *Sententiæ, quando apparent iuſtæ & adeſt res iudicata ob lapſum fatalium non poteſt conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum.*

DECISIO CXVII.

LICET Rota 2. Iunij 1634. *reſoluerit contra Ioannem Mariam Vercollonum modernum Beneficiatum in Eccleſia S. Ioannis Decollati de Monteueggia, hodie tamen cõſideratis nouiter per eum deductis, ad eius fauorem reſponderunt conſtare de re iudicata duarum ſententiarum de partibus latarum pro deuolutione bonorum Eccleſiaſticorum, quæ vſque de anno 1507. fuerunt conceſſa in emphyteuſim Soroldonis. eaſq. eſſe exequendas; Ratio reſolutionis fuit, quia dominiũ Eccleſiæ, & identitas bonorum controuerſorum bene iuſtificantur.

Nam *iux. deciſ. Caputaq.* 280. *par.* 1. ex inſtru-
1 mento inueſtituræ † bonorum de quibus agitur, celebrato 13. Martij 1507. iunctis adminiculis, probatur dominium Eccleſiæ neceſſarium, quãdo agitur rei vendicatione, latè *Rip. in l. ſi aliquam rem. num. 39. de acquir. poſſeſſ. Seraph. deciſ. 869. Rot. par. 2. diuerſ. deciſ. 141. num. 2. & in recent. deciſ.* 290. *par.* 1. vbi *nu.* 6. declarantur ſupradicta deciſio Caputaq. & aliæ deciſiones coram bon. mem. Cardinali Millino, & Orano, in quibus talis deciſio fuit allegata, & approbata.

Hic autem plura concurrunt adminicula, & quidem valde vrgentia, ſiquidem concurrit antiquitas temporis, ex quo inſtrumentum inueſtituræ ſit vltra centum annos; Concurrunt continuatæ ſolutiones canonum vltra centum annos, etiam ab ipſomet Antonio Maria aliàs Hieronymo Soroldono moderno emphyteuta, qui pluries tàm iudicialiter, quàm extraiudicialiter confeſſus fuit dominium Eccleſiæ, ex quibus confeſſionibus, & reco-
2 gnitionibus ſubſecutis probatur dominiũ, & † adminiculatur inſtrumentum conceſſionis in emphyteuſim, etiam ad effectum deuolutionis, vt firmauit *Rota in Ciuitatis Caſtelli bonorũ 4. Maij* 1590. *coram bon. me. Card. Pamphilio, & in Imolen. bonorum 22. Iunij 1592. coram eodem Seraph. d. deciſ. 869. in fin. bo. me. Card. Caual. deciſ. 105. nu. 3.* & ſupradicta adminicula corroborantur ex quatuor teſtibus noniſſimè examinatis, vigore remiſſoriæ, qui plenè deponunt de auditu ab eorum recordatu, de publica voce. & fama, & quòd audierunt dici à maioribus, quòd bona de quibus agitur erant, & ſunt de directo dominio Eccleſiæ, quorum de-
3 poſitio, concurrentibus † ſupradictis, & maximè in antiquis probat dominium, etiam ad effectum deuolutionis, & caducitatis *Rot. in Sabinen. tenutæ Collis Rampulli 31. Maij 1593. coram Litta, impreſſ. penes Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 79 Maſcard. de prob. tom. 1. concl.* 577. vbi plures concordantes cumulat.

Identitas verò bonorum de quibus agitur, ſatis probatur ex eodem inſtrumento inueſtituræ anni 1507. cui reſpondent poſteriora inſtrumenta anni 1595. & 1621. Sed quatenus ex poſterioribus inſtrumentis non probaretur concludenter bona, de quibus agitur, eſſe illamet, quæ continentur in dicto inſtrumento anni 1507. tollitur quæuis difficultas ex probationibus nouiter factis per quatuor teſtes formiter examinatos cum interrogatorijs partis, ex quibus concludenter remanet probata idẽ-
4 titas † bonorum, & multo magis iunctis inſtrumẽto inueſtituræ, ſolutione canonum, & confeſſione ipſiuſmet aduerſarij, & maximè cum agatur de
5 probatione vltra centum annos, † quæ iudicatur antiqua, quo caſu ſufficiunt leuiores probationes, vt latè proſequitur *Mareſcott. lib. 1. var. c. 12. n. 20. cum pluribus ſeqq. Rot in ſupra allegata Ciuitatis Caſtelli bonorum coram bo. me. Card. Pamphilio.*

Conſtat namq. per depoſitiones dictorum teſtium, qui fuerunt eorumdem bonorum cultores, laboratores, & conductores, decem petias terræ deſcriptas in inſtrumento anni 1507. eſſe eaſdemmet, quibus fuit intẽtatum iudicium deuolutionis, & latæ fuerũt duæ conformes in partibus ad fauorem Eccleſiæ, illarumq. confines naturales veluti viæ publicæ, fluminis, & aliorum finium immutabilium, etiam hodie reſpondere, quamuis ſint mutatæ perſonæ coherentium. & nonnullæ petiæ ſint redactæ ad culturam, & ad vineas, dictiſq. teſtibus eſt adhibenda fides, ex quo reddunt optimam cauſam ſcientiæ, quia ſunt de eodem loco de Monteueggia, in quo bona ſita ſunt, & ab eorum pueritia habuerunt de illis notitiam, & cognitionem, cum viderint quando illarum nonnulla fuerunt mutata de antiquo ſtatu in modernum, & quod plus eſt, diſtinctim deponunt ſuper vnaquaque petia, & vnoquoque articulo, vt ex lectura depoſitionum, de quibus in ſummario.

6 Probato igitur dominio, † & identitate bonorũ
ex ſupradictis, intrat deuolutio; vt in alia fuit reſolutum, quia ex dicto inſtrumento conceſſionis in emphyteuſim, conſtat de pacto expreſſo, quòd bona deuoluantur in caſum non ſolutionis canonum per biennium, & probatur fuiſſe ceſſatum à ſolutione canonis per plures annos, quod pactum eſt
7 conforme iuri communi, † cum in emphyteuſi Eccleſiaſtica requiratur ceſſatio ſolutionis canonum
8 per biennium, licèt † in emphyteuſi priuata requiratur per triennium.

Atque ita, cum ſententiæ de partibus appareant iuſtæ, & adſit res iudicata, ob lapſum fatalium,

non

9 † non poteſt conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum, ſed de re iudicata exequenda.

Et ita ad fauorem informantis fuit reſolutum.

☞ **Vide infra in Additione hanc deciſion. prout in Indice in eius fine poſito.*

R.P.D. BVCCABELLA.

Reatina Beneficij.

Die Lunæ 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus, ſi ſit in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, & iuris conferendi aliquod beneficium in ſua Diœceſi, ſi tertius id aſſerat ad ſe ſpectare vigore priuilegij, ei omnino incumbit onus contrarium aliunde probandi.

SVMMARIVM.

1 *Menſis Auguſti vigore Regulæ 8. Cancellar. hodie 9. Epiſcopo non gaudente alternatiua, eſt expreſſè reſeruatus.*
2 *Cardinales collatores non comprehenduntur ſub regula hodie nona Cancellariæ.*
3 *Priuilegium non dicitur emanatum à Papa Motuproprio, ſed ad ſupplicationem partis ſi adſint illa verba, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus.*
4 *Papa præiudicare non præſumitur voluiſſe alicui Epiſcopo, & illius iuribus.*
5 *Eccleſiam aliquam non præſumitur Papa voluiſſe ab Epiſcopi iuriſdictione eximere, & ab eo auferre, vt alteri concederet.*
6 *Verba in priuilegio ad ſuggeſtionem partis poſita, non faciunt probationem niſi verificentur.*
7 *Epiſcopus ſi reperiatur in quaſi poſſeſſione conferendi aliquod beneficium, ſi alius aſſerat ad eum ſpectare talem collationem, ei incumbit onus probandi.*
8 *in Priuilegio, ſi adſit aliqua expreſſio, quæ ſubſiſtere non poteſt, præſumitur facta per errorem, & ex impetrantis ſuggeſtione emanaſſe.*
9 *in Concurſu litterarum Apoſtolicarum, quæ ſint præferendæ.*
10 *Epiſcopus habet intentionem fundatam, & iuris aſſiſtentiam quoad collationem Beneficiorum in ſua Diœceſi exiſten.*
11 *Partitis extractis ex libris antiquiſſimis in publico Epiſcopatus Archiuio exiſtentibus, fides datur.*
12 *Eccleſia aliqua denotatur eſſe in Diœceſi, ſi Epiſcopus exigat ab ea cenſum, ſeu Cathedraticum.*
13 *Actus æquiuoci non relevant.*
14 *Viſitandi actus pertinet ad iuriſdictionem.*
15 *de Effectuatione collationis beneficiorum quando dicatur conſtare.*
16 *Litteræ Apoſtolicæ in forma dignum &c. directæ alicui Epiſcopo, arguunt iuriſdictionem circa collationem beneficij eſſe Epiſcopi.*
17 *Fides extraiudiciales, & ſine iuramento non probant.*

DECISIO CXVIII.

PENDENTE controuerſia extra Rotam ſuper beneficio S. Petri de Laculo in Territorio Borboni inter Prouiſum Apoſtolicum, & Prouiſum ab Eminentiſſimo D. Cardinali Cæſarino vti perpetuo Commendatario Abbatiæ SS. Quirici, & Iulittæ; de Ordine S.D.N. propoſui dubium in Rota; Quænam collatio ſit præferenda, & DD. maturè conſideratis pluribus hinc inde deductis, cenſuerunt collationem Apoſtolicam eſſe præferendã. Quia cum iſtud beneficium vacauerit de menſe Auguſti Prouiſus Apoſtolicus habet intẽtionem fundatam in regula octaua Cancellariæ hodie nona, in
1 qua † dictus menſis Epiſcopo non gaudente alternatiua expreſsè legitur reſeruatus.

Neque obſtat, quòd pro parte dicti D. Card. prętendatur beneficium prædictum, & Eccleſiam Sancti Petri de Laculo ſpectare ad dictam eius Abbatiam ex priuilegio, ac litteris Cœleſtini Tertij, & conſequenter minimè comprehẽdi ſub dicta regu-
2 la nona, † quæ in verbis expreſsè excipit Cardinales collatores, vt aduertit, & exceptionis huiuſmodi rationes affert *Gonzal ad eamdem reg. gloſ. 24. num. 1. 2. & ſeqq.* Nam fuit reſponſum hoc aſſumptum non probari, quamuis enim Cœleſtinus Tertius anno 1195. dictæ Abbatiæ Monaſterium ſub Beati Petri, & ſua protectione ſuſceperit, & quæcumque bona idem Monaſterium tunc temporis iuſtè, & Canonicè poſſidebat, aut in poſterum adipiſci poſſet firma, & illibata illius Abbati, eiuſque ſucceſſoribus permanere ſtatuerit ſubdens (in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis locum ipſum in quo Monaſterium ſitum eſt, &c. Eccleſiam S. Seueri, Eccleſiã S. Petri de Laculo &c.) aliaq. bona, & Eccleſias diſtinctè enumerauit, ex hoc tamen non ſequitur dictam S. Petri Eccleſiam re vera ad Abbatiam ſpectare; Ex alijs enim præcedentibus litteris Lucij Tertij apparet Põtificem anno 1182. Eccleſiam Reatinam ſimiliter ſub Beati Petri, & ſua protectione ſuſcepiſſe, totiuſq. illius Diœceſis fines ſicut ab illius tunc Epiſcopi anteceſſoribus poſſeſſi fuerant omnino integros, tam eidem, quam ſucceſſoribus in perpetuum conſeruari mandaſſe, & deinde poſt diſtinctam ipſorum finium expreſſionem, ac deſcriptionem ſubdidiſſe, *intra quos fines Plebes omnes cum Capellis, ac Eccleſijs, & quicquid in præſentiarum iuſtè, & canonicè poſſides, aut in futurum conceſſione Pontificũ &c. poteris adipiſci firma tibi, tuiſq. ſucceſſoribus, & illibata permaneant, in quibus hæc proprijs duximus exprimenda vocabulis, Pleben. S. Mariæ in Angleſe; &c. S. Petri in Laculo, &c.* Et ſic clarè patet inter alia per dictam Reatinam Eccleſiam, & illius Epiſcopum iuſtè, & canonicè poſſeſſa, quæ diſtinctè, ac ſingillatim recenſuit, Eccleſiam iſtam S. Petri in Laculo expreſsè connumeraſſe.

Vnde cum in dicto Cœleſtini priuilegio nulla dd. litterarum Lucij, & Reatini Epiſcopi iuris, ac poſſeſſionis in illis enunciatę mẽtio facta fuerit, illud-
3 que non quidem Motu proprio, † ſed ad partis inſtantiam fuerit conceſſum, vt patet ex verbis illis *veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus,*
4 non præſumitur Papam voluiſſe † Epiſcopo, & illius iu-

iuribus præiudicare, nec d. S. Petri de Laculo Ec-
5 cleſiam ab illius iuriſdictione eximere, † & ab eo
auferre, vt Abbati concederet, iuxta tradita per
Rot. in deciſ. 207. nu. 2. par. 2. diuerſ. Id enim nul-
lo modo expreſſit, ſed verba ſupra relata cenſentur
merè narratiua ad ſuggeſtionem, & non faciunt
6 probationem† niſi aliunde doceatur de eo tempo-
re d. Eccleſiam non amplius per Epiſcopum, ſed
per Abbatem poſſeſſam fuiſſe, vt in terminis pri-
uilegij exemptionis dicit *Innoc. in c. inter dilectos
nu. 6. ad fin. de fide inſtrum & in c. dudum. nu. 1.
& ſub nu. 3. circa fin. & ibi etiam Io. Andr. col. 1.
& 2. & Abb. nu. 2. & 3. de priuileg. & exceſſ. pri-
uileg Ruin. in conſ. 41. nu. 13. lib. 1. Put. dec. 427.
num. 2. lib. 2. in correct.*

Quod eo magis videtur ſine difficultate proce-
dere; Tum quia Epiſcopus, & ſic primus Domi-
nus, ac poſſeſſor adhuc reperitur in quaſi poſſeſ-
ſione iuriſdictionis, & iuriſconferendi beneficium
prædictum vt patebit ex infra dicendis, ideo ipſi d.
7 Card commendatario † priuilegiato omnino incũ-
bit onus contrarium aliunde probandi, vt diſtin-
guendo firmat *Innoc. in d. c. dudum ſub nu. 3. verſ.
ſi autem priuileg.* quem ſequitur *Io. Andr. d. col. 2.
verſ. in hoc tamen caſu*; Tum etiam, quia nullus
datur fumus alicuius alterius priuilegij, ſeu tituli,
ex quo d. Eccleſia, ac beneficium illo medio tem-
pore poſt d. Lucij Tertij litteras ab Epiſcopo au-
ferri, & Abbati quæri potuerit, nec de eo in d. Cœ-
leſtini priuilegio fit aliqua mentio, ideo d. Eccleſię
8 expreſſio † inter alias ad Abbatiam ſpectantes per
errorem, & ex impetrantis ſuggeſtione emanaſſe
præſumitur, vt in ſpecie reſpondet, ac declarat
*Ruin. d. conſ. 41. nu. 15. ad fin. verſ. nec obſtat, &
num. ſeq. lib. 1.*

Præterea in concuſſu dd. litterarum viſum fuit
dominis præferendas litteras Lucij ad fauorem
Epiſcopi non ſolùm, quia illæ nominatim exprimũt
dictam Eccleſiam S. Petri in Laculo, & aliunde
nullo modo conſtat illam tunc temporis fuiſſe ab
alio poſſeſſam, vel ad alium ex aliquo præcedenti
9 titulo,† vel priuilegio ſpectaſſe, proindeq. ſatis pro-
bare videntur, vt per *Rot. dec. 223. n. 1. & 2. par. 2.
recent. & in Fanen. iuriſdictionis* 18. *Maij* 1609.
*coram Iuſto, & in Theatina iuriſdictionis S. Ioã-
nis in Venere* 4. *Maij* 1612. *coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano*; ſed etiam quia illa eſſe intra fines
Diœceſis Reatinæ patet ex iiſdem Lucij Tertij lit-
teris, quas alias ad hunc effectum ponderauit Ro-
ta *in Sabinen. ſeu Reatina Abbatia* 4 *Decembris*
1595. *coram Orano*, & aliunde conſtat, hodie in-
tra eandem Diœceſim reperiri; Vnde Epiſcopus
10 habet etiam † pro ſe iuris aſſiſtentiam, & inten-
tionem fundatam, quòd ad ipſum ſpectet iſtius be-
neficij collatio ex *c. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. cũ
alijs alleg. per Rot. in dec. 385. nu. 2. coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano.*

Et quod plus eſt plura alia concurrũt ex quibus
manifeſtè deprehenditur d. Cœleſtini priuilegium,
quod Eccleſiam, ac beneficium de quo agitur effe-
ctum non habuiſſe d. q. enunciatiuam verè ad par-
tis ſuggeſtionem emanaſſe, ac Lucij litteras ſem-
per in ſuo robore ac in viridi obſeruantia fuiſſe, &
Epiſcopus pro tempore iuxta illarum formam poſ-
ſidere continuaſſe; Nam per ſpatium annorum 300.
& vltra ſemper à d. Eccleſia, illiuſq. Rectore exe-
11 gerunt cenſum, ſeu Cathedraticum, vt † probatur
ex partitis extractis ex libris antiquiſſimis in pu-
blico Epiſcopatus Archiuio exiſtentibus, quibus
propterea fides datur *gloſ. in c. ad audientiam. verb.
cenſuales de præſcript. Felin. in c. 2. num. 9. de fid.
inſtrum. Rot deciſ. 44. num. 2. par. 4. recent.* huiuſ-
12 modi autem † exactio denotat Eccleſiam eſſe in
Diœceſi, *c. cum olim, & ibi Abb. nu. 3. & alij de
cenſib. ipſiq. Epiſcopo ſubiectam, Pariſ. conſ. 22.
nu. 2. lib. 4. & fuit dictum in eadem Sabinen. ſeu
Reatina Abbatia.*

Inſuper eamdem Eccleſiam ſepiſſimè viſitarunt,
vt in ſummario Prouiſi Apoſtolici num. 5. & licèt
viſitationes poſt Concilium Tridentinum dici poſ-
13 ſint actus æquiuoci, † cum non appareant factæ
magis authoritate ordinaria, quam delegata, vt
reſpondit *Rot. in Aquilana iuriſdictionis impreſſa
penès Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 481. ſub n. 4.*
Nihilominus cum appareat Epiſcopum etiam an-
te Concilium viſitaſſe, & Cathedraticum exegiſſe
ſine dubio cenſetur id authoritate ordinaria feciſ-
14 ſe, proindeq. ſatis probatur ſubiectio, cum † actus
viſitandi ad iuriſdictionem pertineat, *c. conquerente
de offic. ordin. & facit text. in c. 1. §. hanc autem
& c. 2. de cenſib. in 6. cum aliis adduct. per Rot. de-
ciſ. 168. nu. 2. & 394. nu. 4. par. 1. recent.*

Et demũ adeſt etiam collatio de huiuſmodi Ec-
cleſia, ac beneficio per Epiſcopum facta de anno
1563. ad fauorem Blaſij, de cuius effectuatione
conſtat, quia per reſignationem d. Blaſij de anno
15 1610. fuit prouiſus Ioſephus, † per cuius obitum
anno 1633. vltimo loco vacauit iuxta *conſ. Oldrad.
229. num. 2. ſæpius per Rot. canonizatum, vt in
deciſ. 360. nu. 7. in fin. par. 2. recent.* & litteræ A-
poſtolicæ in forma dignum, ſiue mãdatum de pro-
uidendo ad dicti reſignatarij fauorem fuerunt dire-
16 ctæ eidem Epiſcopo Reatino, † quod pariter illius
Iuriſdictionem arguit, vt ponderauit Rota in præ-
allegata *Sabinen. ſeu Reatina Abbatiæ corã Orano*

Neque dici poteſt dictum Blaſiũ obtinuiſſe col-
lationem etiam ab Abbate; Quia ad hoc probandũ
17 fuerunt datæ ſimplices quædam fides † extraiudi-
ciales, & ſine iuramento factæ quæ non probant,
*l. ſolum, & ibi gloſ. in verb. ſolam. C. de teſt. Se-
raph. deciſ. 106. nu. 3. & dec. 1180. num. 1.* & de
contrario, quòd nempe ipſe obtinuerit collationẽ
ab Epiſcopo, eaq. vſus fuerit, & in vim illius bene-
ficium poſſederit manifeſtè conſtat ex ipſius Epi-
ſcopi litteris, ac viſitationibus, de quibus in dicto
ſummario Prouiſi Apoſtolici.

Et ita vtraque parte informante deciſum.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Veneris 18. *Aprilis* 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi hæredi iubeat, quòd omnia eius de-
bita ſoluat, de quibus debitis videatur teſta-
tor intellexiſſe. Forenſes, an teneantur obſer-
uare

Digitized by Google

uare in contractibus ſtatuta loci, & an in eis, de illis præſumatur ignorantia.

SVMMARIVM.

1 *Conſtitutiones Marchiæ ad omnia loca Status Eccleſiaſtici ſunt extenſa.*

2 *Teſtator, ſi mandet ſolui omnia eius debita, intelligitur voluiſſe, quòd ſoluantur etiam ea debita, quæ carent obligatione ciuili, ſubſiſtente tamen naturali.*

3 *Et hæc eſt verior, & magis communis opinio.*

4 *Atque ea eſt ratio, quia d. debita cenſentur efficacia, quoad teſtantem volentem exonerare conſcientiam ſuam.*

5 *Minor contrahens ſine ſolemnitatibus nullo modo propter reſiſtentiam Iuris obligatur in foro conſcientiæ.*

6 *Minor contrahens ſine ſolemnitatibus Conſtitut. Marchiæ, nec ciuiliter, nec naturaliter remanet obligatus,*

7 *Sed iſta opinio procedit, attenta præſumptione fraudis, & doli, ſecus ſi ceſſet.*

8 *in Vrbe adeſt Statutum, quòd maior 20. annorũ cenſeatur maior 25. annorum.*

9 *Minor contrahens quamuis forenſis tenetur ſeruare Statuta loci contractus.*

10 *Solemnitatum rigor in contractibus minorum ceſſat, quando abeſt fraus, & dolus, & quando excludatur num. 11.*

12 *Forenſes cenſentur Statuta loci ignorare.*

13 *Contractus aliquis, ſi fuerit celebratus per procuratorem cum conditione vt ille à principali ratificetur, tunc contractus perfectionem recipit à ſubſecuta ratificatione.*

14 *Maiores viginti annorum in Vrbe, quamuis forenſes valide contrahunt ſine ſolemnitatibus.*

15 *Statutum, quod liget, vel non liget forenſes hoc pendet à poteſtate ſtatuentium.*

16 *Forenſes, quod præſumantur ignorare Statuta loci, iſta concluſio non procedit ſimpliciter, ſed cum limitatione, niſi ſint conuerſati in d. loco.*

17 *Forenſis præſumitur ſe informaſſe de Statuto eius loci, vbi contrahit.*

18 *Mulier forenſis contrahendo præſumitur per conſanguineos diligenter informata de Statuto loci, vbi aliquis eius contractus eſt perficiendus.*

19 *Contractus celebratus ſine debitis ſolemnitatibus ſaltem in foro animæ ratione conſenſus eſt obligatorius.*

20 *Veritas, vbi præualet de iure naturali, vel gentium, ſolus conſenſus producit obligationem.*

21 *Contractus minorum ſine debitis ſolemnitatibus celebrati, quando ex eis nulla penitus oriatur obligatio.*

22 *in Opinionum concurſu, illa eſt præferenda, quæ eſt benignior, & fauet animæ, atque obligationem ſubſtinet.*

23 *Ratificatio contractus nulli, quando non cenſeatur, ratificatur prout ex tunc, neque prout ex nunc.*

24 *Contractus fauore minoris claudicat.*

25 *Minoris contractus, quando eſt nullus ab illius electione pendet, num illi ſtare velit, vel dicere de nullitate, & ſi de oppoſitione non conſtet interim dicitur eſſe in implicito ſtatu validitatis, & num. 27*

26 *Alienatio rerum Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus, quouſque Eccleſia non opponit de nullitate, alienatio remanet in implicito ſtatu validitatis.*

28 *Cenſus conſtitutio, ſi nunquam fuerit inualida, ex eo rectè fructus exigi poſſunt, tanquam de iure debiti.*

29 *Locupletari, quis non debet cum aliena iactura.*

30 *Contractibus minorum, ſine requiſitis ſolemnitatibus celebratis licèt Aegidiana auferat validitatem non tamen adimit fidem.*

DECISIO CXIX.

POSTQVAM per binas vices * reſolutum fuerat ſubſtineri impoſitionem cenſus venditi per q. Cornelium Clementinum Nobilem Vrbetanum tunc minorem 25. annorum non obſtante ſolemnitatum defectu, de quibus in Conſti-
1 tutione Marchiæ cap. 25. lib. 5. ad omnia † loca
Status Eccleſiaſtici per Summos Pontifices extenſa, Domini de Marcianis fundi cẽſuati detentores, necnon eiuſdem Clementini hæredes non acquieſcebant deciſionibus 22. Iunij, & 17. Decembris ſuperioris anni deſuper emanatis, in quibus firmatur, quòd dictus q. Clementinus mandando ſolui omnia eius debita, quorum maximè apparent In-
2 ſtrumenta, & obligationes intelligatur † voluiſſe,
quòd ſoluatur dictus cenſus, etiamſi propter dictæ Conſtitutionis reſiſtentiam careat ciuili obligatione, ſubſiſtente tamen naturali ratione conſenſus præſtiti, ac inſuper quatenus dictus contractus ſola obligatione naturali ſuſtineatur opponebãt ſortem tantũ, non item fructus deberi, & conſequenter ex fructibus hactenus ſolutis debito ſortis eſſe ſatisfactum.

Ideo tertio dubitaui An à dictis deciſionibus eſſet recedendum, & Domini negatiue reſponderũt.
3 Quia verior, & magis ſecundùm † communem intellectum, vt dicit *Aretinus conſ. 93 num. 3.* Eſt
Doctorum ſententia, quòd mandatum Teſtatoris de ſoluendis omnibus debitis compræhẽdat etiam debita de iure ciuili minime valida, vt præter allegatos in dictis deciſionibus tenent *Dec. in authen. præterea num.* 11. *C. vnde vir. & vxor.* vbi conſiderat rationẽ, qua mouetur dictus Aretinus, quòd
4 ſcilicet debitum cenſeatur † efficax, & verè debi-
tum, quoad Teſtatorem volentem exonerare conſcientiam ſuam *Socein. in l. quibus diebus, §. Dominus etiam num.* 11. *ff. de condit. & demonſtr. ſequuntur Iacob. Nigr. in l. 1. num. 79 ff. ſi cert. pet. Abb. conſ. 109. num. 24. Azeued. lib. 5. recopil. tit. 4. leg. 6. alias Tauri 32. nu. 27. Sanchez. conſ. moral. lib. 4. cap. 1. dub. 47. num. 3. Nell. & Caſtill. ad d. l. Tauri 32. num. 6. Matienz. ad l. 6. gloſ. 1. num. 1. ac Menes in l. & ſi inutiliter num. 8. C. de fideicom.* ita quoque ſentiunt *Badill. in l. cum quis num. 9. C. de iur. & fact. ignor. Io. Garz. de Nobilit. gloſ. 6. §. 1. nu. 10. quos recenſet Hieron. de Cauall. contr. commun. in Specul. Commun. quæſt. 71. num. 6.*

Et quamuis non deſint Doctores ſentientes minorem cõtrahendo ſine ſolemnitatibus nullo mo-
5 do in foro conſcientiæ quidem obligari † propter

reſiſtentiam legis, quæ ſub decreto irritanti man-
dat adhiberi ſolemnitatea, vt in terminis d. Con-
ſtitutionis tenet *Bartat, gloſ. 6, num.* 105. *& ſeq.*
vſque ad 175. vbi concludit ex contractu Minoris
6 ſine ſolemnitatibus huius Conſtitutionis † cele-
brato, neque naturalem, neque ciuilem obligatio-
nem oriri, & conſequenter, nec in foro conſcien-
tiæ Minorem cenſeri obligatum, quia quos natura
non obligat conſcientia non ligat *Bald. in l.2. in*
fin. C. de vectig. & commiſſ. Eorum tamen ſen-
7 tentia † procedit attenta præſumptione fraudis. &
doli, quæ in præſenti caſu ceſſat ex pluribus circũ-
ſtantijs alias ponderatis, quòd nempe dictus Cle-
mentinus de tempore contractus erat conſtitutus
in 24. anno, & ſic ætati annorum 25. proximus,
item vir nobilis, non rudis, & qui commoratus fue-
8 rat, & commorabatur in Vrbe cum familia, † vbi
viget Statutum quod maior 20. annorum cenſetur
maior 25. quodque aderat probabilis opinio Do-
ctorum, quòd minor contrahens, quamuis foren-
9 ſis † teneatur ſeruare Statutum loci contractus,
cum præſertim eam opinionem ſecuta fuerit *Rota*
coram bo. me. Sacrato in Romana obligationis 24.
Februarij 1630. *& coram bo. me Andrea in Seno-*
galien. Prædij 5. *Iunij* 1617. *arg. l.* 5. *C. queamad.*
teſtam. aper. per quem Textum probatur, quòd
10 ceſſat rigor ſolemnitatum † quando abeſt fraus, &
dolus, ita reſpondit *Bald. in conſ.* 63. *in fin. vol.* 3.
cum alijs allegatis in Ciuitatis Caſtelli pecuniaria
2. *Iulij* 1603. *coram bon. mem Iuſto*, quæ doli, &
11 fraudis excluſio † probatur ſubſequenti ſolutione
fructuum Cenſus, & perceptione commodi in eo,
quod Clemens VIII. fel. recor. circa confiſcatio-
nem bonorum dicti Clementini condemnati mi-
tius agendo, ad ſupplicationem filiorum eiuſdem
Clementini aſſerentium ſe vti hæredes patris tene-
ri ad ſolutionem æris alieni, quo illius hæreditas
erat valde grauata, mandauit bona hæreditaria à
Fiſco relaxari.

Neq; fraudis, & doli excluſio ceſſat ex eo, quod
Rota in alijs cauſis receſſerit à dicta opinione
quodque contractus huiuſmodi non Romæ, ſed in
Ciuitate Amerina à Clementini Procuratore fuerit
celebratus, & quatenus ſuam receperit perfectio-
12 nem à ratificatione † Clementini Romæ degentis,
nihilominus contrahentes, vti forenſes præſumun-
tur Statuta Vrbis ignoraſſe. Quoniam, vt in præ-
allegatæ huius cauſæ deciſionibus firmatur opinio
probabilis ſufficientem cauſam excludendi dolum,
& fraudem præſtitit, non obſtante, quòd ab ea fue-
rit receſſum, cum vis non ſtet in tempore, ſed in
ratione, & probabilitate, & cum in dictis deciſio-
nibus præterea fuerat latè probatum, quòd man-
datum ad contrahendum Procuratori datum fuit à
Clementino in Vrbe, & inſuper cum partes man-
dato non acquieſcerent, ſed eiuſdem ratificationem
13 deſiderarent, † vtique contractus perfectionem
recepit à ſubſecuta ratificatione q. Clementini in
Vrbe degentis, quæ cum ad majorem cautelam in
Inſtrumento emptionis cenſus fuerit expreſſe re-
ſeruata, operatur vt cenſus non aliter, cenſeatur
creatus niſi quatenus illa ſuperuenit *Text. in l. qui*
abſenti, §. 1 *ff. de acquir. poſſeſſ. cum alijs allega-*
tis per Tiraq de retract. Lignag. §. 1 *gloſ.* 10. *n.* 68.
& eſt deciſ. Rotæ in Romana ſeu Carteginen. Pen-
ſionis 29. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. meo Du-*
nozetto.

Neque ex eo, quòd dicti contrahentes vti ex-
teri præſumuntur ignoraſſe Statutum Vrbis ceſſat
perfectio contractus in Vrbe; & conſequenter vis,
quæ ſit in probabili opinione, quòd iuxta dicti Sta-
14 tuti † diſpoſitionem maiores annorum 20. quam-
uis forenſes Romæ validè ſine ſolemnitatibus con-
traherent. Quia vltra quòd ligare, vel non ligare
15 pendet à iuriſdictione ſtatuentium, † itaut propte-
rea ſit opus, quòd contrahentes ſciuerint, prædicta,
concluſio quod forenſes præſumuntur ignoraſſe
Statuta non procedit ſimpliciter, ſed cum limita-
16 tione, niſi ſcilicet † contrahentes, quamuis foren-
ſes in loco Statuti fuerint conuerſati, vt in præſenti
caſu Clementinus, qui Romæ moram trahebat,
vel ſciuerint cõtractum debere recipere ſuam per-
fectionem in loco, vbi debebat fieri illius ratifica-
17 tio, quia tunc præſumuntur † ſe informaſſe de Sta-
tuto eius loci, ſeu Ciuitatis, vbi contractus perfi-
citur, cum poſſint, & debeant ſe informare, vt reſ-
pondit *Barb. it. conſ.* 56. *num.* 16. *&* 17. *vol.* 2. *&*
ſequitur Roland. in tractat. de lucr dot. quæſt. 13.
num. 11. ita in hoc caſu emptor dicti cenſus, & ip-
ſe vir nobilis, licèt eſſet Ciuis Amerinus & ſic foren-
ſis, præſumitur, quòd fuerit informatus de Statuto
Vrbis, cum ſciret ex præcedenti mandato procuræ
Clementinum in ipſa Vrbe morari, vbi ratificatio
18 erat peragenda. Eadem ratione etiam † mulier
forenſis contrahendo præſumitur per cõſanguineos
diligenter informata de Statuto Ciuitatis, vbi per-
ficiendus eſt contractus, vt reſpondit *Cuman. conſ.*
72. *num.* 2. *in fin. & num.* 3. *& in princ. verſ. &*
tam ipſa quam frater, & Cuman. allegans, & ſe-
quuntur Couar. de Sponſal. part. 2. *cap.* 7. *num.* 8.
verſ. ſed hoc. Valaſc. conſult. 138. *num.* 18. *verſ.*
item reſpondetur.

19 Contractus itaque, vt ſupra celebratus † ſaltem
in foro Animæ ratione conſenſus eſt obligatorius,
20 eo quod vbi præualet veritas, de † Iure naturali,
vel gentium, ſolus conſenſus producit obligationẽ
l. conſenſu, ff. de obligat. & act §. 1. *Inſtit. de oblig.*
ex conſenſu cum ſimilibus adductis per *Vaſq. de*
Succeſſ. lib. 3. *§.* 30. *num.* 6. & alijs allegatis in de-
ciſione huius Cauſæ emanata dicta die 22. Iunij
anni præteriti, quam ſententiam vltra allegatos
Doctores latè comprobant *Brun. in tractat. de*
form. & ſolemnit. tit. de potent. & effect. form. li-
mit. 12. *&* 26. *præcipuè num.* 926. *Magdalen. de*
num. teſt. par. 3. *cap* 3. *num.* 105. *& ſeqq. Io. Me-*
din. de reſtit. quæſt. 23. *ad fin. Corell.* 4. *verſ. ratio*
eſt cum Coroll. 5.

Et huic concluſioni, vt ſupra etiam fuit deductũ,
non refragatur ſententia aliorum Doctorum, qui
21 contrarium ſentiunt, quoniam † eorum dicta pro-
cedunt in caſu contractus, qui non caret præſum-
ptione fraudis, & doli, vel quando agitur de Con-
ſtitutione, vel Statuto, cuius inobſeruantia nulla
excuſatione velari poteſt, cum alioquin in concur-
22 ſu opinionum, ea tanquam benignior † in dubio
præferenda ſit ſententia, quæ fauet Animæ, & ob-
ligationem ſuſtinet, ita differit, *Paul. Laym. in*
opere Theolog. moral. lib. 1. *tract.* 4. *cap.* 16. *num.* 9,
ſub

ſub titulo de legib. cuius dictum approbauit Rota
in deciſione emanata ſupradicta die 17. Decem-
bris præteriti.

Minus obſtat, quòd Domini de Marſcianis, nec
non hæredes prædicti admiſſo præcepto q. Clemen-
tini, quòd ſoluerentur omnia eius debita hodie op-
ponunt, quòd inde non potuerit oriri, ratificatio
23 † contractus nulli, prout ex tunc, neque prout ex
nunc, ſed ſolummodo obligatio, quæ per modum
legati relicti in teſtamento valeat quoad ſortem,
quodque fructus deinde perſolnti, cum aliàs non
poſſent deberi ex contractu ab initio nullo in eius
extinctionem ſint imputandi, nam placuit Reſpon-
ſio comprobata dicta die 22. Iunij anni præteriti;
24 quòd cum reſpectu Clementini vti minoris † clau-
dicaret contractus, ab illius electione pendebat
num illi ſtare vellet, vel de nullitate dicere, de
qua tamen ante obitum non oppoſuit; vnde ſequi-
25 tur, quòd interim † contractus fuerit in ſtatu im-
plicito validitatis, quem potuit irreuocabiliter ap-
probare *l. Iulianus, §. ſi quis colludenti. & §. ſed
& ſi quis minorem. ff. de act. empt.* cum alijs cumu-
latis per *Tiraq. in tract. le mort ſaiſit le vif par. 7.
declarat. 1. num. 5. cum ſeq. & in l. ſi vnquam in
verb. reuertatur num. 10. & nu. 393. C. de reuoc.
donat. latè Surd. deciſ. 70 num. 23 & ſeq. Gonzal.
ad reg. 8. Cancell. gloſ. 56. num. 90. vſque ad 99.
Pedemont. deciſ. 94. num. 23. Gratian. diſcept. 224.
num. 26. & ſeq. Rot. coram Put. deciſ. 302. lib. 1.
& coram Greg. XV. deciſ. 467. num. 15. vbi Add.
num. 16. & coram me in Romana dotis 16. Decem-
bris* 1630. & hanc concluſionem receptam eſſe
26 † quoad Eccleſiam contrahentem non ſeruata
forma tradita in *Extrauag. Pauli II. quæ incipit,
Ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alienan.* non obſtante
decreto irritanti in ea appoſito quod inficit contra-
ctum, probat *Gonzal. d. gloſ. 56. nu. 94. vbi nu. 96.
allegat. Rotæ deciſionem in Romana Cenſus Sancti
Celſi coram bo. me. Cardinali Millino, quæ eſt de-
ciſ. 29. poſt tract. Modern. de Cenſibus* in termi-
nis contractus nulliter initi ob non adhibitam ſo-
lemnitatem Beneplaciti Apoſtolici, vnde quamdiu
in præſenti caſu contractus Cenſus non fuit à Cle-
27 mentino impugnatus, † quinimo pro valido ha-
bitus, ac demum in teſtamento, vt ſupra approba-
tus tamdiu manſit in ſtatu validitatis, & conſequē-
ter, nec ante, nec poſt illius obitum fuit vnquam
inualidus, quouſque non impugnabatur contractus
erat validus, hodie verò concurrit defectus pote-
ſtatis ſtante dicta approbatione Clementini, per
quam ſibi, ac heredibus ſuis ademit facultatem
dandi de illius nullitate, cum igitur nunquam in-
28 ualida fuerit † conſtitutio cenſus, de quo agitur
rectè potuerunt, & poſſunt exigi fructus tanquam
iure debiti *Gonzal. vbi ſupra num. 96. & Rot. poſt
tract. de Cenſib. dicta deciſ. 29. num. 4. & 5.*

Denique ſubſiſtit ratio euitandi duplicem locu-
29 pletationem † Clementini, & illius hæredum cum
aliena iactura, hoc eſt cum iactura Cenſuarij, qui
numerauit pecunias, & Cameræ Apoſtolicæ quæ
remiſit bona confiſcata, & hæc quidem ratio non
ceſſat ex eo, quòd deficiat probatio numerationis
pecuniarū ex parte eius, qui emit cenſum, quodq;
remiſſio bonorum facta fuerit Monaldo, qui licèt
fit filius Clementini, negat tamen ſe eſſe illius hæ-
redem, aſſeritque bona ſe recepiſſe ex cauſa fidei-
commiſſi auiti, non autem ex cauſa ſolutionis æris
alieni, quia de numeratione pecuniarum in actu
conſtitutionis cenſus conſtat ex inſtrumento, cui
30 dicta Conſtitutio Marchiæ ſeu Aegidiana † quam-
uis auferat validitatem, non tamen adimit fidem,
ne ſolutio eiuſmodi probari poſſit, & nihilominus
inualiditas ceſſat ex ſupra deductis.

Quod verò Monaldus, & Catherina ſint hæredes
dicti Clementini, conſtat ex binis litteris in forma
Breuis expeditis, primo loco ſuper condemnatio-
ne quam acceptarunt, deinde ſuper confirmatione
venditionis Caſtri Aluiani ad effectum ſoluendi de-
bita paterna, & ſignanter cenſum, de quo agitur,
impoſitum ſuper fundo in quo non obſtante fidei-
commiſſo legitimam ſibi elegiſſe ipſe Clementinus
præſumitur iuribus vulgat.

Et ita vtraque &c.

☞ * *Ideſt 22. Iunij 1635. & 17. Decembris eiuſdem
anni ſunt deciſiones 62. & 81. ſupra in hac ea-
dem parte.*

*Et in præcedenti parte in eadem cauſa adſunt
duæ aliæ deciſiones nempe ſub die 23. Ianuarij 1634.
& 23. Iunij eiuſdem anni coram eodem bon. mem.
Motmanno ſunt deciſiones 260. & 294.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Succeſſionis.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Mater excluditur à legitima per ſubſtitutionē
pupillarem. Et quando de dicta ſubſtitutio-
ne dicatur conſtare, licèt verbis expreſſis
non ſit concepta.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio pupillaris excludit matrem à legiti-
ma. & nu. 4. & 16.*
2 *Filio debetur legitima ex bonis paternis, & ea
non poteſt fideicommiſſo grauari.*
3 *Matri debetur legitima in bonis filij.
Mater ſuccedit filio ab inteſtato morienti. nu. 4.*
5 *Subſtitutio, quando dicatur compendioſa licèt
non ſit adiecta, dictio, quandocunque.*
6 *Subſtitutio compendioſa, ſi ſit facta per verba ci-
uilia directa, continet pupillarem etiam matre
exiſtente in medio. nu. 7.*
8 *Subſtitutio pupillaris excludit matrem ſi ſit fa-
cta per verba directa ſiue ciuilia, ſiue nō ciuilia.*
9 *Verba, hæredem ſuum inſtituit, tanquam prola-
ta à Notario in tertia perſona referuntur ad te-
ſtatorem, non ad hæredem. vide nu. 11.*
10 *Subſtitutio compendioſa non continet pupillarem,
quando verba non ſunt directa.
per Pupillarem ſubſtitutionem ſucceditur pupillo
& non teſtatori. n. 10.*
12 *Dictio, ſuum, & ſimiles, quando non excludant
pupillarem ſubſtitutionem. vide rationem. n. 13.
& num. 16.*

14 *Verba præcedentia; declarãtur ex ſubſequẽtibus.*
15 *per Fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur dumtaxat in bonis teſtatoris.*
17 *Teſtator, quando certum ſit, quòd voluit facere pupillarem ſubſtitutionem.*
18 *Verba directa ciuilia ſunt apta comprehendere pupillarem ſubſtitutionem.*
19 *Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, non poteſt conuenire pupillari ſubſtitutioni, vide nu. 20.*
21 *Pupillarem ſubſtitutionem; quando dubium eſt, an pater voluerit facere etiam matre in medio, recurrendum eſt ad coniecturas.*
22 *Teſtator præſumitur filio infanti ſubſtituiſſe pupillariter, ſi non vxorem, ſed alterum ei ſubſtituit. & num. 25.*
23 *Matri, quando eſt relictus vſusfructus extantibus filijs reſtringitur ad alimenta, ſecundum opinionem Bulgari communiter approbatam.*
24 *Vſusfructus relictus vxori, ſub conditione vitæ vidualis, per tranſitum ad ſecundas nuptias affectio mariti erga eam ceſſat.*
26 *Pater, ſi faciendo filio infanti ſubſtitutionem pupillarem, diſponat, quòd tota hæreditas ad aliquem perueniat, ſi detraheretur legitima pro matre non tota hæreditas ad illum perueniret. & num. 27.*

DECISIO CXX.

QVONDAM Iulius Perintius in teſtamento
ſub quo deceſſit relicta hærede vſufructuaria
D. Comitiſſa Imperia Incaſata eius vxore,
donec vitam vidualem duceret, atque inſtituto in
legitima D. Lelio eius filio primogenito, hæredem
vniuerſalem inſtituit Vincentium alterum filium in
infantili ætate conſtitutum, cui cohæredem dedit filium
maſculum naſciturum ex D. Imperia, eosq.
ad inuicem ſubſtituit, & ambobus decedentibus
ſine filijs legitimis & naturalibus hæredem ſuum
inſtituit prædictum D. Lelium, eiq. pariter decedẽti
ſine filijs, alios ſubſtituit, & tandem voluit, quòd
vltimo vocato decedente abſque filijs maſculis, tota
hæreditas deuolueretur ad Archiconfraternitatem
Sanctiſſ. Trinitatis de Ponte Siſto.

Cumq. deceſſerit dictus Vincentius adhuc in
infantili ætate conſtitutus, & poſthumo non nato,
Contigit coram me dubitari An d. D. Imperiæ deberetur
legitima in bonis d. Vincentij filij.

Cuius dubij reſolutio pendebat ex eo nempe videre
An ſubſtitutio d. Vincentij facta ad fauorem
Lelij fratris eſſet pupillaris, vel fideicommiſſ. tan-
1 tum, Etenim † ſi eſt pupillaris excludit matrem à
legitima, *c. ſi pater de teſtam. in 6. l. Papinianus. §. ſed nec impuberis. ff. de inoffi. teſtam. Craſſ. de ſucceſſ. §. ſubſtitutio quæſt. 30. nu. 2.* latè *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 156. nu. 1. & ſeqq.*
2 Si verò eſt fideicommiſſ. legitima, † quæ filio debetur
ex bonis patris, *§. 1. Auth. de trient. & ſemiſſ. & in Auth. nouiſſ. C. de inoffi. teſt. c. Rainutius verſ. cum autem, de teſtam.* non potuit fideicommiſſ.
grauari *l. cohæredi. §. cum filio. ff. de vulg. & pupill. l. omnimodo, & l. quoniam la 2. C. de in-*
3 *offi. teſtam.* & conſequenter matri † debetur legitima
quia ipſa ſuccedit filio ab inteſtato *Auth. defuncto C. ad Tertull. Mantic. deciſ. 367. n. & ſeqq.*

Examinata igitur diligenter ſerie teſtamenti d.
Iulij, Domini cenſuerunt d. ſubſtitutionem eſſe pu-
4 pillarem, & per conſequens † matri non deberi legitimam,
verba ſiquidem teſtamenti ſunt hæc, inſtituit
Vincentium eius filium legitimum, & naturalem
adhuc in infantili ætate conſtitutum, & inſtituit
etiam filium maſculum naſciturum ex vxore
quatenus grauida appareret, & dd. maſculos inuicem
ſubſtituit, ſed ſi ambo deceſſerint abſque filijs
legitimis, & naturalibus hæredem ſuum inſtituit
prædictum D. Lelium eius filium &c. Quæ verba
5 faciunt † ſubſtitutionem compendioſam, etiam
quòd non fuerit adiecta dictio quandocumque *gloſ. in d. c. ſi pater. verb. abſque deductione verſ. ſed ad vltimam de teſtam. in 6. Bart. in d. l. centurio. n. 32. poſt med. verſ. item ſi non eſt appoſita. Curt. iun. conſ. 172. nu. 1. Neuizz. conſ. 53. num. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 51. num. 7. Peregr. de fideic. art 33. nu. 9. Fuſar. de ſubſtit. q. 234. nu. 6. Rota dec. 732. nu. 10. par 2. recent.*
6 Quæ quidem ſubſtitutio compendioſa cum † ſit
facta per verba directa ciuilia qualia ſunt hæredem
inſtituit *Iaſ. in d. l. centurio num. 62. ff. de vulg. & pupill. Bald. in rubr. C. de impub. & alijs ſubſtit. num. 3. Odd. de comp. ſubſt. par. 4. q. 2. art. 1. verb. inſtituo in principio, & in verſ. retenta regula In-*
7 *trigl. de ſubſt. cent. 3. q. 11. nu. 4.* continet † pupillarem,
etiam matre in medio exiſtente *d. c. ſi pater de teſtam. in 6. d. l. centurio, & ibi Doct. ff. de vulg. & pupill. Odd. de compend. ſubſt. par. 5. q. 3. de cõp. fact. à pagan. art. 1. nu. 3. Craſſ. de ſucceſſ. d. §. ſubſtitutio q. 30. nu. 3. Menoch. lib. 4. præſumpt. 56 num. 2. Peregr. de fideic. art. 34. nu. 21.* vbi quod.
8 † excludit matrem ſi facta per verba directa, ſiue
ciuilia, ſiue non ciuilia *Fuſar. de ſubſtit. q. 240. nu. 1. & ſeq. & nu. 12. vbi & alios refert.*

Non obſtat quòd dicta verba, hæredem ſuum
9 inſtituit tanquam prolata † à Notario in tertia perſona
referantur ad teſtatorem non ad pupillum,
iux. doctr. Rip. in l. ex facto nu. 5. ff. ad Trebell. Dec. conſ. 371. nu. 4. verſ. & hoc in caſu iſto, Ruin. cõſ. 103. nu. 15. lib. 2. cum alijs quos refert. Fuſar. de ſubſtit. q. 106. nu. 8. ſicq. appareat teſtatorem ſibi,
10 † & non pupillo ſubſtituere voluiſſe, quo caſu ſubſtitutio
compendioſa non continet pupilarem, cum
per hanc ſuccedatur pupillo non teſtatori *Caſtren. conſ. 142. nu. 2. verſ. vnum tamen in caſu noſtro lib. 1. Dec. 6. conſ. 371. num. 4. verſ. & hoc in caſu iſto. Ruin. d. conſ. 103. num. 14. & ſeq. lib. 2. Pariſ. conſ. 73. nu. 18. & 19. lib. 2. Odd. de comp. ſubſt. d. par. 5. q. 3. de comp. fact. à pag. art. 1. num. 43. Menoch. lib. 4. præſumpt. 34. n. 6. Fuſar. d. quæſt. 106. num. 6.*

Quoniam fuit reſponſum d. limitationem proce-
11 dere, vel † quando non eſt facta mentio pupillaris
ætatis, vel ſubſtitutio non eſt facta verbis directis
ciuilibus in quibus terminis loquuntur iura, &
Doct. ex allegat. Secus autem quando prout hic
teſtator fecit mentionem pupillaris ætatis, aut ſub-
12 ſtituit per verba directa ciuilia, quia † tunc dictio
ſuum, & ſimiles non excludunt pupillarem, *Bald. in l. precibus nu. 59. & nu. 60. verſ. præterea attẽde C. de impub. & alijs ſubſtit. & ibid. Angel. & Salicet. Alciat. in l. 1. nu. 6. ff. de vulg. Pariſ. conſ.*

73.

Digitized by Google

73.nu. 54. lib.2. Honded.conſ.73. num.35. & ſeqq.
lib.1. Menoch.conſ.362. ante nu.23. & præſumpt.
54. nu.23. lib.4. Fuſar. de ſubſtit. q.109. nu. 8. *&*
ſeq. & q.241. nu.65.

Et ratio eſt, quia vbi teſtator fecit mentionem
13 pupillaris † ætatis, vel vſus fuit verbis aptis ad pu-
pillarem comprehendendam, vt ſunt verba directa
ciuilia, liquido conſtat ipſum voluiſſe pupillariter
ſubſtituere, & ideo verba hæredem ſuum, in bonis
ſuis, ſibi ſubſtituit, & ſimilia non immutant formã
pupillaris, At quando teſtator ſimpliciter nulla
facta mentione pupillaris ætatis ſubſtituit per ver-
ba communia vtpote quando ſub inuolucro verbo-
rum dixit quandocumque deceſſerit ſubſtituo, non
apparet quam ſubſtitutionem facere voluerit, &
14 ideo hæc verba declarantur † ab alijs verbis ſub-
ſequentibus, mihi ſubſtituo, in hæreditate mea,
hæredem meum ſubſtituo, vel ſibi in bonis ſuis ſub-
ſtituir, & ſimilibus, tunc enim apparet voluiſſe fa-
cere ſolam fideicommiſſ. per quam ſucceditur in
15 bonis dũmtaxat † teſtatoris, non autem pupilla-
rem, per quam ſucceditur etiam in bonis pupilli,
*Honded.d.conſ.73. num.35. lib.1. Menoch. d præ-
ſumpt.54. nu 23. Fuſar. de ſubſtit. q.241. num.65.*

In propoſito autem teſtator vocauit Vincentiũ
eius filium in infantili ætate conſtitutum, ſicq. fe-
cit mentionem pupillaris ætatis, eiq. ſubſtituit Le-
lium fratrem per verba directa ciuilia, quæ ſunt ap-
ta comprehendere pupillarem ætatem vt ſupra
16 dictum fuit, & ideo illud † pronomen ſuum non
impedit quominus d. ſubſtitutio cenſeatur pupil-
laris, & per conſequens excludat matrem à legiti-
ma, *l. ſi ita ſcriptum. §. qui filio. ff. de bon. poſſeſſ.
ſecund. tabul. vbi Bart. nu.12. Bald in d.l. precibus
num 44. C. de impub. com. conſ.152. num.31. lib.2.
Dec.d. conſ 371. nu.3. latè Peregr. conſ.32. nu.42.
lib.1. Menoch. de præſump. lib 4. præſumpt. 34. n.12.
Fuſar. q.141. num 63. & pluribus cumulatis fuit
reſolutum in Peruſina de Baptiſtis* 28. *Maij* 1627.
coram R. P. D. meo Pirouano.

Non obſtat quòd prędict. iura loquantur in caſu,
quo teſtator expreſſe ſubſtituit pupillariter, vtpote
quando dixit, & ſi filius meus deceſſerit in pupil-
17 lari ætate, aut aliàs † quandocumque quaſi tunc
certum ſit teſtatorem voluiſſe facere ſubſtitutionẽ
pupillarem. Nam fuit reſponſum id procedere
etiam quãdo teſtator prout hic ſubſtituit per ver-
18 ba apta comprehendere pupillarem, † qualia ſunt
verba directa ciuilia, *Mantic. de coniect. lib.5. tit.2.
nu.12. verſ. vel niſi facta ſit Fuſar. d q.242. nu.65.*
19 Nec releuat quòd d. ſubſtitutio ſit † facta ſub
conditione ſi ambo deceſſerint ſine filijs, quæ non
poteſt habere locum in pupillari ætate, etenim d
20 conditio non † excludit pupillarem intra tempus
pubertatis, *Bart. in d.l. centurio. nu 17. ff. de vulg.
& pupill. cum alijs, quos latè congerit Fuſar. d. q.
240. nu.5. & ſeqq.*

Sed quatenus verſaremur in dubio An dicta ſub
ſtitutio contineret pupillarem etiam matre in me-
dio exiſtente, iſta dubietas videtur tolli ex conie-
21 cturis, quæ hic concurrunt, † quibus in dubio de-
fertur ad effectum dignoſcendi teſtatorem voluiſſe
facere ſubſtitutionem pupillarem, *Rota deciſ.181.
nu.1. & ſeq. par.2. diuerſ. Mantic. d. dec.367. n.10.*

Prima autem coniectura in præſenti caſu deſu-
22 mebatur ex eo quòd teſtator dicto † Vincentio in-
fanti ſubſtituit Lelium alterum filium, quem pro-
pterea magis dilexiſſe cenſetur quam vxorem, &
ideo cẽſetur voluiſſe pupillariter ſubſtituere, *Bart.
in d.l. precibus. nu.14. C. de impub. & alijs ſubſtit.
Alex. in d.l. centurio nu.90. & idem Rip. num.137.
Corn. conſ 28. nu.3. verſ.2. coniectura lib.4. cum
alijs cumulatis per Menoch. d. præſumpt.54. nu.14.
& Fuſar. d. quæſt.242. nu.60.*

Secundo, quia eũdem Lelium ſubſtituit in pro-
23 prietate, † matri vero reliquit ſolum vſumfructum,
qui extantibus filijs reſtringitur ad alimenta ſecũ-
dùm opinionem Bulgari communiter approbatam,
24 & quidem ſub conditionem vitæ vidualis, † adeout
per tranſitum ad ſecundas nuptias affectio erga il-
lam ceſſauerit *Mantic. d. deciſ.367. num.14. Corn.
conſ.28. nu.3. lib.4. Menoch. d. præſumpt.56. n.19.*

Tertio, quia dicto Lelio, & alijs vocatis teſta-
25 tor † non ſubſtituit matrem, ſed piam cauſam, quę
excludit fauorem matris *d. cap. ſi pater. de teſtam.
in 6. Iaſ. in d.l. precibus. num.8. Odd. de compend.
ſubſtit. pact. 5. quæſt.2. nu.4. Rolan conſ.69. nu.7.
lib.1. Menoch. d. præſumpt. 56. nu. 18. verſ. quar-
tum eſt exemplum. Fuſar. d. quæſt.242. nu.87.*

Quarto denique quæ apud Dominos non leuiter
vrgebat, deſumebatur ex eo, quod in vltimo vo-
cato decedente abſque filijs teſtator voluit, quòd
tota hæreditas deuolueret ad Archiconfraternita-
26 tem de Ponte Siſto: Si autem detraheretur † legi-
tima pro matre, vtique non tota hæreditas deueni-
re poſſet ad ſubſtitutum, *Mant. de coniect. lib.5. tit.
7. num.16 verſ. id quod Bartholomeo, Menoch. de
præſumpt. lib.4. præſumpt.56. n.12. & ſeq. Fuſar.
de ſubſtit. d. quæſt.242. nu.104. Mant. d. deciſ.367.
num.* 11.

Nec dicatur, quod Archiconfraternitas fuit ſub-
ſtituta ſub conditione omnino incerta, nimirum in
caſu obitus, nedum filiorum teſtatoris ſine filijs, ſed
etiam d. Lelij, eiuſq. filiorum aliorumq. vocatorũ
abſque filijs, adeout per obitum cuiuslibet ipſorũ
cum filijs ſubſtitutio dictæ Archiconfraternitatis
prorſus euanuiſſet.

Etenim DD. caſum huius ſubſtitutionis non
metiebantur à futuro euentu, ſed à voluntate teſta-
toris, qui tandem voluit totam hæreditatem de-
27 uenturam ad cauſam piam quod certè † contingere
non poſſet, ſi legitima matris eſſet detrahenda.

Et ita vtraq; parte informãte reſolutum fuit, &c.

R. P. D. CARRILLO.

Imoleñ Emphyteuſis.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis, ſi ſit conceſſa pro ſe, & eorum fi-
lijs maſculis, & in eorum defectu filiabus fę-
minis, quando filij maſculi deficiunt, certũ
eſt quòd fœminæ ſunt admittendæ. Emphy-
teuſis, quando eſt hæreditaria, ſi perueniat
ad filios primi acquirentis, & filius decedit

cum filijs, illi debent admitti, excluſis patruis, ſecus tamen eſt, ſi emphyteuſis ſit ex pacto, & prouidentia,

SVMMARIVM.

1 *Vocationi alicuius, quando eſt factus locus per adimplementum cõditionis, ille venit admittendus.*

2 *Stipulatio facta pro ſe, filijs, & deſcendentibus, intelligitur ordine ſucceſſiuo. & nu. 3.*

4 *Emphyteuſis quando peruenit ad filios primi acquirentis, & filius decedit cum filijs, illi debent admitti excluſis patruis exiſtentibus etiam in proximiori gradu cum primo acquirente, declara nu 5. & 6.*

6 *in Emphyteuſi ex pacto, & prouidentia attenditur proximitas primi acquirentis, non vltimi poſſeſſoris.*

7 *ab Emphyteuſi, quis non poteſt dici excluſus, ſi in defectum aliorum fuerit vocatus.*

8 *Inſtrumenta non veniunt attendenda, ſi non conſtet de eorum effectuatione.*

9 *Inueſtituræ, quæ effectum habuerunt ſunt præferenda alijs.*

10 *in Alienationibus rerum Eccleſiæ ex obſeruantia præſumitur beneplacitum Apoſtolicum.*

11 *Inueſtitura facta perſonæ de diuerſo genere à prius inueſtitis non recipit interpretationem ab alijs, ſed eius tenor inſpicitur.*

13 *Poſſeſſio, vt releuet, debet reſultare ex actu certo, & non æquiuoco.*

14 *Deciſ. in Rauennaten. emphyteuſis 22. Maij 1628. corã Reuerendiſſ. Coccino declaratur vide n. 12.*

15 *Obſeruantia non concluditur ex poſſeſſione æquiuoca, & incerta.*

16 *Emphyteuſis conceſſio facta durante tempore primæ conceſſionis non eſt attendenda, cum ſit facta in præiudicium comprehenſorum in prima inueſtitura.*

17 *in Emphyteuſis conceſſione facta per Eccleſiam appellatione filiorum non veniunt nepotes.*

18 *Emphyteuſis tàm ex lapſu temporis, quàm ex obitu perſonarum comprehenſarum intra illud, ad proprietarium reuertitur.*

19 *Difficultas omnis ceſſat, quando verba ſunt clara.*

DECISIO CXXI.

DE ANNO 1574. die 12. Octobris Hippolytus Bartholinus Rector, & Archipresbyter Eccleſiæ S. Laurentij de Imola conceſſit in emphyteuſim bona, de quibus agitur pro annis 69. Alexandro de Chiſſimis, & Coralio de Seraphis recipientibus *pro ſe, & eorum ac cuiuslibet eorum filijs maſculis de legitimo matrimonio natis, & naſcituris, & in defectum Maſculorum pro ſe, & eorum, ac cuiuslibet eorum filiabus fœminis legitimis, & naturalibus*, vt latius in inſtrumento dato ſuum, num. 1.

Deinde die 22. Iunij 1575. d. Alexander ceſſit ſuam portionem d. Coralio accedente cõſenſu eiuſdem Rectoris cum eiſdem pactis, & conditionibus prout in d. primo inſtrumento 1574. mortuo Coralio relictis tribus liberis Sebaſtiano, Iacobo, & Gentili fœmina de legitimo matrimonio natis d.d. bona peruenerunt ad dd. Sebaſtianũ, & Iacobum, & cum poſtea obijſſet Sebaſtianus ſine filijs, & etiam Iacobus relicta Lucretia, bona prædicta peruenerunt ad d. Lucretiam neptem d. Coralij contra quam moto iudicio pro parte Gentilis, & cauſa mihi commiſſa dubitaui an ad d. Gentilem ſpectent bona, de quibus in inſtrumentis renouationũ, & DD. pro Gentili reſponderunt ea moti ratione.

Quia cum fœminæ fuerint vocatæ deficientibus
1 maſculis, & hodie ſit factus locus vocationi † per
adimplementum conditionis d. Gentilis venit admittenda *Gratian. diſcept. 481. num. 48.* ſtipulatio
enim pro ſe filijs, & deſcendẽtibus intelligitur or-
2 dine † ſucceſſiuo primo pro ſe, ſecundo pro filijs, &
deinde pro nepotibus *Clar. in §. emphyteuſis q. 35. Seraph. deciſ. 89. num. 1.* qui ordo ſuccedendi col-
3 ligitur ex † illis verbis, ibi, *& in defectum maſculorum pro ſe, & eorum ac cuiuslibet eorum filiabus fœminis, Bald. conſ. 202. nu. 2. & 3. lib. 5. Mart. de clauſ. par. 2. clauſ. 19. num. 3.*

4 Nec obſtat quòd quando emphyteuſis † peruenit ad filios primi Acquirentis, & filius decedit cũ filijs, illi debeant admitti excluſis patruis exiſtentibus etiam in proximiori gradu cũ primo Acqui-
5 rente, quia doctrina procederet † ſi ageretur cum maſculo, & verſaremur in emphyteuſi hæreditaria,
6 at vero quia agitur cum fœmina, & ſumus † in emphyteuſi ex pacto, & prouidentia, attenditur proximitas primi Acquirentis, non vltimi poſſeſſoris, *Mantic. de tacit. lib. 22. tit. 18. n. 39. Gabr. conſ. 85. nu. 14. & 15. lib. 2. Couar. pract. c. 38. nu. 13.* quæ non poteſt dici excluſa ex eo, quod emphyteuſis peruenit primo ad fratres maſculos, ſiquidem non
7 non eſt admiſſa, † niſi in defectum eorum, & conſequenter non poteſt dici excluſa, *Molin. de primog. lib. 3. cap. 10. nu. 36. Peregr. de fideic. art. 27. nu. 24. Gabr. d. conſ. 85. nu. 17.*

Neque obſtant duo inſtrumenta renouationum facta de anno 1562. ad fauorem Nicolæ de Biſſolis, & de anno 1563. ad fauorem Vincentij de Piro,
8 quia præterquam quod non † conſtat de eorum effectuatione cum nõ appareat d. de Piro nec eius filios poſſediſſe bona, quo caſu non releuãt *Caputaq. deciſ. 11. nu. 4. & 5. par. 1.* poſteriores inueſtituræ per Rectorẽ Eccleſiæ factæ ſubſequuta poſſeſſione
9 † 60. annorum præualere debent, *Mantic. de tacit. lib. 2. tit. 19. nu. 8. & tit. 21. num. 17. Soccin. iun. conſ. 76. nu. 68. cum duob. ſeqq. lib. 1.* maximè quia
10 ex d. obſeruantia † præſumitur etiam beneplacitũ Apoſtolicum *Greg. deciſ. 344. nu. 15. Gabr. conſ. 82. num. 30. lib. 2. Seraph. deciſ. 1042. Gonzal. reg. 8. gloſ. 12. nu. 16.* & ita inueſtitura Coralij tanquam facta perſonæ de diuerſo genere à prius inueſtitis
11 † non recipit interpretationem ab alijs, ſed eius tenor inſpicitur, *Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 22. nu. 16. Surd. conſ. 440. nu. 44. Rot. in Imolen. bonorum 11. Maij 1615. coram Card. Sacrato, & in Romana domorum 21. April. 1617. coram R. P. D. meo Dunozet.*

12 Nec ex eo quod nunquam † fœminæ hucuſque poſſederint poteſt excludi obſeruantia inductiua præſũptionis Apoſtolici beneplaciti per poſſeſſionem Coralij, & filiorum ſpatio 60. annorum, ex *deciſ. Rauennaten. emphyteuſis 22. Maij 1628. coram Reuerendiſſimo Domino meo Decano.*

Quia

Digitized by Google

Quia cum Coralius eiuſq. filij poſſidere non po-
tuerint niſi vigore dd. inueſtiturarũ de anno 1574.
& 1575. ex quo illi tanquam diuerſi generis non
erant comprehenſi in præcedẽtibus, licèt caſus vo-
cationis fœminarum non venerit præſumitur be-
neplacitum interueniſſe in dd. inueſtituris 1574. &
13 1575. fœminas † admittentibus deficientibus ma-
ſculis, cum poſſeſſio vigore illarum ſit certa, & nõ
æquiuoca *Rota deciſ. 240. nu. 2. par. 2. diuerſ.* deci-
ſio autem Rauẽnateñ loquitur in perſonis compre-
14 henſis in priori inueſtitura, cuius vigore poſſide-
15 bant, vnde † merito infert poſſeſſionem eſſe æqui-
uocam, nec concludere obſeruantiam ſecundæ ex
doctr. Abb. c. 2. in fin. de cenſ. Felin. in c. cum
Bertoldus de re iud. cum alijs ibi addit.

Denique non obſtat, quòd Lucretia dicatur ve-
nire ex noua cõceſſione ſibi facta, quia vltra quòd
de ea nulla eſt habenda ratio, tanquam facta duran-
16 te tempore † primo conceſſionis, quo caſu agitur
de renouatione cum adhuc bona non ſint deuolu-
ta, *Gabr. d. conſ. 85. num. 14. Rot. deciſ. 19. num 1.*
par. 1. diuerſ. non eſt etiam attendenda cum ſit fa-
cta in præiudicium comprehenſorum in prima in-
ueſtitura *Pariſ. conſ. 5. nu. 17. & 26. lib. 1. Mantic.*
deciſ. 373. nu. 2. & in Caeſenaten. bonorum 7. Maij
1610. *coram Ortembergo*.

Ex quibus DD. dixerunt d. Gentilem habere
intentionem plenè fundatam ex expreſſa vocatio-
ne Coralij patris primi Acquirentis, & cum rece-
17 pta ſit concluſio † in conceſſione emphyteuſis per
Eccleſiam facta appellatione filiorum non venire
nepotes, vt plenè deducit *Salic. in l. 2. nu. 32. C. de*
iur. emphyt. ibique Iaſ. nu. 191. Imol. in l. quod di-
citur num. 12. ff. de verb. oblig. Caldaſ. de emphyt.
lib. 3. cap. 14. nu. 8. Mareſc. lib. 3. var. c. 17. nu. 17.
25. & 26. & vocatio filiarum propriè verificetur
in Gentile, non facit pro coniectura comprehẽſio-
nis neptum, quòd inueſtitura cantet pro annis 69.
18 & ipſis finitis ad renouandum, ex quo † emphy-
teuſis tam ex lapſu temporis, quam ex obitu per-
ſonarum expreſſarum intra illud ad Eccleſiam re-
uerterit *Ruin. conſ. 167. nu. 12. lib. 1. Corbul. de*
cauſ. priuat. ob tempus finit. nu 9. & 10. & in Cae-
ſenaten. bonorum emphyteuticorum 9. Decembris
1588. *coram Bubalo*, nec viſum fuit habere locum
alias coniecturas, quod in ſimilibus inueſtituris
admittantur tam filiæ diſponentis, quam filiæ filio-
rum ex *Pariſ. conſ. 53. num. 22. lib. 2. Fuſar. poſt*
19 *alios de ſubſt. quæſt. 484. nu. 36.* † quia ceſſat om-
nis difficultas ſtante expreſſa vocatione filiarum.

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Cæſenateñ Vocum ſeu Molendinorum.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Sacra Congregatio Fabricæ S. Petri ſtante ne-
gligentia, eſt exequutrix omnium piarum
voluntatum. Emens bona hæreditaria ab
eo, quem ſciebat non eſſe hæredem, tenetur
ad reſtitutionem.

SVMMARIVM.

1 *Sententia dicitur iuſta, ſi concurrant omnia re-quiſita ad hoc neceſſaria.*

2 *Fabrica S. Petri Sacra Congregatio eſt exequutrix piarum voluntatum, quando negligetur eas demandari exequutioni &c.*

3 *Fabrica S. Petri poteſt ſtante negligentia, ſe intromittere in omnibus pijs diſpoſitionibus.*

4 *Collegij erectio cauſa Studij eſt diſpoſitio pia.*

5 *Commiſſio, ſeu facultas Commiſſarij ſi ſit in actis producta citata parte, non eſt opus eam inſerere in prima citatione.*

6 *Mandatum præſumitur ex productione iurium.*

7 *Hæredi, quibus concurrentibus non poſſit denegari immiſſio.*

8 *cum Hæreditatis poſſeſſore, tanquam hærede putatiuo, quis contrahere poteſt. & nu. 9.*

10 *Sed hæc doctrina limitatur, quoties non conſtat de hæreditate, & qui ſit verus hæres, aliàs competit vero hæredi actio non ſolùm contra hæredem putatiuum alienantem, ſed etiam contra poſſidentem. nu 11.*

12 *Teſtatæ cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati.*

13 *Venditio facta lite pendente non tenet.*

14 *Vendere non poteſt, qui eſt conſtitutus in mala fide.*

15 *Emptor dicitur conſtitutus in mala fide, ſi ante contractum denuncietur ei, quod res non erat vendentis. & num. 16.*

17 *Mandatum de manutenendo non purgat malam fidem, & hoc maximè ſi adſit clauſula, ſine præiudicio partium, &c.*

18 *Fides mala, vt purgetur requiritur ſententia ſuper negotio principali.*

19 *Prædo etiam eſt manutenibilis in ſua poſſeſſione.*

20 *Contrahens cum alio tenetur inueſtigare eius conditionem, & qualitates rei, & eas ſcire.*

21 *Contrahendum eſt cum Domino, & non cum detentore rei.*

22 *ex Scientia miniſtri, infertur ad ſcientiam ſocietatis.*

23 *Contractus corruunt, ſtante mala fide.*

24 *Fides mala contrahitur ex inhibitionibus alicui factis, & notorio.*

DECISIO CXXII.

INTRODVCTA cauſa appellationis in Sacra Congregatione fabricæ à ſententia Commiſſarij eiuſdem fabricæ lata cõtra ſocietatem molendinorum Ciuitatis Cæſenæ ad fauorem Collegij Nazareni hæredis bo. me. Cardinalis Nazareni ſuper immiſſione in poſſeſſionem duorum Vocum molendinorum vigore legis vnicæ *C. de edict. Diu. Adr. tollen.* placuit Eminentiſſimo D. Cardinali Biſciæ iuxta mentem Sacræ Congregationis definire hanc cauſam cum voto huius Sacri Tribunalis, vbi me proponente articulo, & diſcuſſis hinc inde deductis cenſuerunt Domini ſententiam Commiſſarij eſſe confirmandam, ſtãte eius validitate, & iuſtitia.

1 Nam reſpectu validitatis † concurrunt omnia
requiſita per *Caputaq. deciſ. 260. par. 2.* quæ paſſim
ſeruatur, & ex reuolutione proceſſus remanet pro-
batum, ea interueniſſe, quæ ad hunc effectum re-
qui-

quiruntur; neque illius validitati afficit oppoſitus
defectus iuriſdictionis fabricæ ſub prætextu, quòd
cum ageretur tantùm inter Collegium Nazarenũ,
& ſocietatem molendinorum Cæſenæ ſuper eo, an
iſtæ duodecim voces fuerint benè redemptæ vigore
pacti de retrouendendo, & an Caſandra hæres ab
inteſtato potuerit illas retrouendere ſocietati mo-
lendinorum, & pretium potuerit illi rectè ſolui &
ſic non ageretur de aliquo intereſſe fabricæ, conſe-
quenter illius facultates,& priuilegia non comple-
cterentur iſtum caſum. Quia dictum fuit, Sacram
Congregationem ex ampliſſimis facultatibus Sũm.
2 Pontif. eſſe † exequutricem piarum voluntatum,
& quatenus loca pia negligant recuperare bona
ab alijs occupata poſſe illa recuperare,& exequu-
tioni demandare pias diſpoſitiones, & Bulla ſanct.
mem. Pij Quinti ſuper exequutione legatorũ pio-
rum fuit declarata, vt illius vigore Tribunal Veñ
3 † fabricæ poſſit ſe intromittere in omnibus, pijs
4 diſpoſitionibus quales ſunt erectio Collegij † cauſa
ſtudij, & refert Quaranta *in Summ in Bull. v. Fa-
brica Sancti Petri §. quoniam iuxta priuilegia*, &
latè proſequitur Ritius in ſuis reſolutionibus *reſo-
ſolut* 354. *& pluribus ſeqq.* quæ eo magis facilius
procedunt in iſto caſu, in quo omnia bona hæredi-
taria Cardinalis Nazareni fuerunt per plura decre-
ta bo.me. Cardinalis Vidoni fabricæ applicata.

Ceſſat etiam, & ſecunda nullitas deducta ex de-
fectu citationis, quòd in prima citatione non fuerit
inſerta copia dictæ Conſtitutionis ſanct. mem. Pij
5 Quinti, à qua deſumitur iuriſdictio citantis, † quia
commiſſio, ſeu facultas Commiſſarij fuit in actis
producta, citata ſocietate, vt ex actũ facto 26. No-
uembris 1631. pro fabrica, & Collegio Nazareno
contra ſocietatem molendinorum Cæſenæ ad do-
cendum de facultatibus Commiſſarij; nec deficit
mandatum procuræ quia fuit exhibitum in perſo-
nam P. Archangeli, vt in Broliardo fol. 10. vltra
6 quod ex productione plurium † iurium Inſtrumen-
torum, & aliorum quatenus non fuiſſet exhibitum
adeſt præſumptum, quod ſufficere pluries tenuit
Rota denique non obſtant, quæ dicuntur de omiſ-
ſione iuramenti de calumnia, quia ex datis in ſum-
mario iuſtificatur, dictum P. Archangelum tactis
ſcripturis iuraſſe de calumnia in forma, vt in Bro-
liardo fol. 37. atque ita ex prædictis remanent ſub-
lata deducta contra validitatem ſententiæ.

De iuſtitia verò immiſſionis conceſſæ Collegio
non dubitarunt Domini, cum Collegium coram
Iudice docuerit, ſe hæredem Cardinalis ex teſta-
7 mento in actis producto, non abolito, † non vitiato
nec caſſo pariterq. docuerit voces prædictas fuiſſe
in bonis Cardinalis de tempore eius obitus iuxta
formam *legis final. C. de edict. Diu. Adr. toll.* qui-
bus concurrentibus non poterat Collegio denega-
ri immiſſio.

8 Non obſtat, quòd cum poſſeſſore † hæreditatis
tanquam putatiuo hærede quis contrahere poſſit,
& conſequenter quòd Caſſandra tanquam proxi-
mior ab inteſtato; & ſic hæres putatiua Cardinalis
9 potuerit retrouendere voces ſocietati. & † ſocietas
retroemere ab ipſa exburſando pretium retrouen-
ditionis prout contigit de menſe Februarij 1625.
*l. final. ff. de tranſaction. l. fugitiuus, l. cum quis.
ff. de ſolut. Maſcard. de probat. concluſ.* 148. *n.* 28.
Caſarat. conſ. 9. *nu.* 30. *Ruin. conſ.* 150. *nu.* 7. *vol.* 1.
& conſ. 171. *nu.* 4. *vol.* 4. *Giurb. deciſ.* 79. *num.* 20.
qui cumulat plures concordãtes, quia hæc doctri-
10 na limitatur † quoties non conſtat de hæreditate,
& qui ſit verus hæres, tũc enim vero hæredi com-
petit actio non ſolum contra hæredem putatiuum
11 † alienantem verum etiam contra poſſidentem
pro reſtitutione, *l. ac vbi, §. proinde in princip.* &
ibi, *gloſ. in verb. hæc verba, & verbo poſſidentem,
& in l. item veniunt, §. cæterum, l. ſi poſſeſſor, §.
quod ſi poſt petitam, & l. ſi non à Domino, § ſi præ-
do. l. ſed ſi lege. §. ſi ante, ff. de petit. hæred. l. ſi
fundum*, vbi *gloſ. C. de rei vendic.* Vnde fit quòd
cum ante retrouenditionem Caſſandra hæres pu-
tatiua ſit conſtituta in mala fide, tum ex iudiciali
intimatione teſtamenti Cardinalis ipſimet facta
cum illius inſertione, ac illius acceptatione, ex qua
12 ſciuit hæreditatem ad ſe non ſpectare † cum cauſa
teſtati faciat ceſſare cauſam inteſtati, *l. quandiu, ff.
de acquir. hæredit. l. quandiu. de reg. iur.* tum ex
13 pendentia litis, qua non obſtante † retrouendidit
voces de quibus agitur, & ſic nulliter *l. lite, & l. fi-
nal. C. de litig.* ac demum ex publica voce, & fama
in Ciuitate Cæſenæ, quòd Cardinalis inſtituerat
hæredem Collegium Nazarenum, de qua deponit
14 plures † teſtes Caſſandra conſtituta in mala fide
non potuit retrouendere, *Bart. in l. Celſus. num.* 18.
ff. de vſucap. Pariſ. conſ. 72. *num.* 26. *lib.* 2. *Caſtr.
conſ.* 382. *in princip. lib.* 2. *Gemin. conſ.* 54. *num* 3.
verſ. ſed ita & Alex. conſ. 187. *num.* 7. *lib.* 2. Nec
etiam ſocietas potuit emere, cum eius mala fides
oriatur ex ſcientia denunciationis, & inhibitionis
factæ Regulatori ſocietatis, ne quemquam alium
recognoſceret in Dominũ harum vocum, niſi Col-
legium Nazarenum, & quando ante contractum
15 denunciatur emptori, quod res non † erat venden-
tis ex tali denunciatione conſtituitur emptor in
mala fide *Abb. in puncto in c. ſi diligenti. num.* 14.
& 21. *de præſcript. Lap. allegat.* 79. *nu.* 6. *bon. me.
Card. Caual. deciſ.* 650 *nu.* 2. *Gratian. diſcept.* 636.
num. 1. *&* 6. *Giurb. d. deciſ.* 79. *nu.* 4. *&* 5. quæ qui-
dem denunciatio, & inhibitio facta Regulatori tã-
quam generali adminiſtratori dictæ ſocietatis ſuf-
fragatur ad inſtar Secretarij montium In Vrbe, quia
ex munere ſui officij adnotare debebat in margine
partitas loquentes de vocibus hæreditarijs d. Car-
dinalis, qualiter ſibi fuerat præſentatum illius te-
ſtamentum, in quo ſcripſerat hæredem vniuerſalẽ
16 Collegium, † & factum præceptum de non reco-
gnoſcendo alium, vt ſupra, cuius adnotationis vi-
gore nõ potuit ſocietas deuenire ad actum redem-
ptionis abſque eorum notitia, *Bart. in l. ſi Publica-
nus. § in omnibus. num.* 2. *ff. de Publicanis, & ve-
ctigal.*

Neque huiuſmodi mala fides remanet purgata
ex alio præcepto poſtmodum eidem Regulatori fa-
cto ad inſtantiam Caſandræ, ac mandato de manu-
tenen. quod poſt etiam ipſa obtinuit, quia manda-
17 tum de manutenen. cõtinet clauſulam citra † præ-
iudicium partium in petitorio, vel plenario poſſeſ-
ſorio, vnde ad hoc vt eſſet locus bonæ fidei requi-
18 rebatur ſententia ſuper † negocio principali, & in
omnem caſum negari nõ poteſt ex omnibus ſic ge-

ſti s

ſtis ſocietatem habuiſſe notitiam controuerſiæ in-
ter Caſandram, & Collegium, & propterea non
debuerit eſſe ſatisfacta de ſola poſſeſſione & man-
19 dato de manutenen. cum etiam † prædo ſit manu-
tenendus, ſed vlterius tenebatur inueſtigare, an
dominium re vera ad Caſandram ſpectaret, cum
20 contrahens † cum alio teneatur inueſtigare con-
ditionem illius, & qualitates rei, eaſq. ſcire, *l. qui
cum alio vbi Dec. & Cagn. de reg. iur. Surd. conſ.* 50.
21 *num.* 25. nec æquum ſit vt contrahat † cum deten-
tore, & non Domino, *Dec. conſ.* 407. *num.* 2. & ex
dicta manutentione non potuit conſoueri Caſan-
dra, niſi in poſſeſſione, neque inde ſequitur quòd
ei potuerit rectè ſolui, & ſicut prætendit ſocietas
ſibi ſuffragari mandatum, & præceptum ad inſtan-
tiam Caſandræ intimatum ſoli Regulatori, cum ex
22 ſcientia dicti Regulatoris † benè inferatur ad ſcie-
tiam ſocietatis *Aretin. conſ.* 153. *nu.* 2. ita etiam, vt
ſeruetur æqualitas ſuffragari debet Collegio contra
eamdem ſocietatem ſcientia Regulatoris deducta
ex dicta intimatione teſtamenti, ac inhibitione ei-
dem facta, ne alium recognoſceret in Dominum,
23 quam † exequutores teſtamentarios, ceſſante antè
bona fide certiſſimum eſt, ſolutionem non potuiſſe
fieri, & bona fides ceſſat ſtante inhibitione, & no-
24 torio † in Ciuitate Cæſenæ, quod Cardinalis obie-
rat cum teſtamento ad fauorem Collegij.

Et ita pro confirmatione ſententiæ fuit vtraque parte informante reſolutum &c.

R. P. D. CARRILLO,

Recanateñ Prædij.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Hæres non poteſt manuteneri in poſſeſſione bonorum Teſtatoris, vigore illius poſseſſionis, cum defuncti poſseſſio non continuetur in hæredem, ceſsante Statuto hoc diſponente, Inſtantia quando tranſmittatut in hæredes, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio datur ei, de cuius poſſeſſione conſtat de tempore motæ litis.*

2 *Iuſtè poſſidet, qui auctore Prætore poſſidet.*

3 *Poſſeſſio defuncti non tranſmittitur ad hæredes deficiente ſtatuto continuante poſſeſſionem.*

4 *Poſſeſſionem, ſi quis non habeat, transferre non poteſt.*

5 *Inſtantia per Teſtatorem incepta tranſit ad hæredem, qua mediante poteſt hæres petere manutentionem.*

6 *Monitorio iudicium introducitur de Iure communi.*

7 *Libellus requiritur ad effectum introducendi litē, ſtante ſtylo Curiæ.*

8 *Inſtantia, vt tranſmittatur ad hæredem, iudicium debet eſſe cæptum.*

9 *Lis, vt dicatur introducta non ſufficit intimatio Monitorij, ſed requiritur etiam reproductio in actis, vt Iudex ſit certus de ſua iuriſdictione num.* 10.

11 *Litis pendentia, ex quibus excludatur.*

12 *in Manutentionis iudicio incidenter petito non requiritur libellus.*

13 *Quòd intellige procedere, quando lis fuit prius per monitorium, vel libellum introducta, & poſtea incidenter petitur manutentio.*

Vel quando Iudex ex officio illam concedit, ſecus verò ad inſtantiam partis. & num. 13.

14 *Inſtantia ad hæredes non tranſmittitur, ceſſante lite.*

15 *Iudex ritè, & rectè procedendo poteſt priuare poſſeſſorem ſua poſſeſſione.*

DECISIO CXXIII.

SVB DIE 14. Maij 1635. fuit reſolutum man-
datum de manutenendo A.C. conceſſum Ale-
xandro, & Catherinæ de Moronis in poſſeſſionem
prædij, de quo agitur eſſe infirmandum, & manu-
tentionem concedendam D. Tullio Roberto, ho-
die cauſa ſuper eiſdem pluries repropoſita Domini
ſteterunt in deciſis conſtat enim de eius poſſeſſio-
1 ne † ante, & de tempore motæ litis, *Mareſcott.
lib.* 2. *var. cap.* 64. *nu.* 1. *Couar. pratic.* 17. & quod
2 prædictam poſſeſſionem † adeptus fuerit auctore
Prætore *l. iuſtè poſſidet cum vulgat. ff. de acquir.
poſſ. ff. Greg. decis.* 582. *num.* 2.

Nec obſtat, quòd Alexander, & Catherina, vti
hæredes Petri Patris, vel Angelæ Matris manute-
neri debeant quia vti hæredes Patris non poſſunt
3 manuteneri, cum poſſeſſio † defuncti non tranſmit-
tatur ad hæredes deficiente ſtatuto continuante
poſſeſſionem, vel niſi de nouo apprehendatur *l. cū
hæredes, ff. de acquir. poſſ. ff Boccac in interd. c.* 2.
num 25. *Greg. decis.* 222. *num.* 6. *vbi Add. nu.* 12.
nec tanquam hæredes Angelæ Matris, quia non
4 conſtat, quod ipſa poſſederit de tempore † obitus,
ideoque non potuit tranſmittere poſſeſſionem,
quam non habebat *Surd. decis.* 138. *num.* 19.

Nec etiam illis debetur manutentio ſub præ-
textu, quòd prædicta Angela ante obitum intro-
duxerit iudicium ſuper manutentione, & ita quòd
5 inſtantia per † eam cæpta tranſiuerit ad hæredes,
qua mediante poterat dari manutentio *Rot. poſt
Pacif. de ſalu. interd. decis.* 141. *num.* 3. quia cum
6 non doceatur de aliquo monitorio, † quo iudicium
introducitur de Iure, & de ſtylo Tribunalis A. C.
in hac materia, quod in effectu habet vim libelli
7 *Greg. decis.* 335. *num.* 16. qui requiritur † ſtante
ſtylo Curiæ *Aſin. in prax. iud. cap.* 16. *§.* 22. *lim.* 3.
num. 3. Non eſt verum huiuſmodi litem cæptam
8 fuiſſe, quod neceſſarium eſt, † vt inſtantia tranſmit-
tatur *Menoch. de retin. remed.* 3. *num.* 62. *Boccac.
de interd. d. cap* 2. *num.* 23. & 24. maximè cum
9 ad ſubſtantiam Iudicij ſeu litis pendentiæ † non
ſufficiat intimatio Monitorij ſed requiratur etiam
10 reproductio in actis, (quæ non extat) vt † Iudex
certus ſit de ſua iuriſdictione *Gratian. diſcept.* 639.
num. 1. & quòd conſtet de legitimo mandato pro-
curatoris, & quòd forma decreti interpoſiti niſi in-
11 fra trea cum intimatione fuerit ſeruata, † quæ cum
deficiant excludunt litis pendentiam, *Lancell. de
attent. par.* 2 *in præfatione cap.* 43. *num.* 63. *Caual.
decis.*

deciſ.484. num.4. Gratian. diſcept. 531. num. 76.
Deniquè non obſtat, quòd in hoc iudicio ma-
12 nutentionis incidenter petitæ † non requiratur li-
bellus vel Monitorium ex fide Curialium data,
quia reſpõdetur hoc procedere, vel quando lis fuit
13 prius introducta per monitorium, † aut libellum,
& poſtea incidenter petitur manutentio, vel quan-
do Iudex ex officio illam concedit, ſecus verò ad
inſtantiam partis, prout contingit in caſu præſenti
Menoch. de retin. remed 3. n.453. Bald. conſ.438.
num.1 lib.1. & ideò ceſſante lite ſeu continuatio-
14 ne poſſeſſionis non tranſmittitur † iuſtantia in hæ-
redes, qui non habent poſſeſſionem ex prædictis, &
15 caſu quo illam haberent † Iudex iuſtè, & validè
procedens eos d. poſſeſſione priuauit. *Rot. dec. 802.*
par. 1. diuerſ. vltra quod adeſt defectus ex non re-
productione in actis vt ſupra.

Nec releuant certæ obiectiones de quibus in deciſ. quia vltra quod ex deductis in ea tolluntur, placuit Dominis ſufficere ſuperius dicta pro manutentione Tullij. Et ita deciſum vtraque.

R. P. D. VEROSPIO.

Granateñ Matrimonij.

Die Lunæ 28. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Conſenſus in Matrimonio, quid operetur, & vt in eo, ille dicatur præſtitus; quid ſufficiat. Parochi præſentia in Matrimonio ad quid tantùm requiratur

SVMMARIVM.

1 *Matrimonij validitas dependet à conſenſu, dum in eo conſiſtit non ſolum illius materia, ſed etiam forma.*

2 *Et hoc quocunque modo idem matrimonium conſideretur, ſiue vt contractus, ſiue vt Sacramentũ.*

3 *Conſenſus in matrimonio acceptus loco formæ, magis videtur conuenire ipſi matrimonio, tanquam Sacramento.*

4 *Conſenſus in matrimonio requiritur vt exprimatur aliquo ſigno exteriori.*

5 *In Matrimonio expreſsio conſenſus fieri poteſt, tum per verba, tum etiam per ſigna extrinſeca, dummodo ſint apta exprimere conſenſum de præſenti.*

6 *ad Conſenſum exprimendum in matrimonio, non eſt tradita certa verborum formula.*

7 *Et ſatis eſt, quod verba prolata, ſui natura ſignificari poſſunt tunc dari conſenſum, vel inſpecto ſono, vel ſignificatione verborum.*

8 *Conſenſus in matrimonio ſatis dicitur exprimi de præſenti, ſi contrahentes dicant, habeo, vel teneo te in vxorem, vel in maritum.*

9 *Verba, habeo vel teneo &c. apta ſunt ſignificare etiam tempus præteritum.*

10 *Verba in conſenſu dando in matrimonio debent eſſe apta declarare conſenſum de præſenti.*

11 *ad Parochum, & ad contrahentes matrimonium ſpectat declarare dubietatem verborum prolatorum in conſenſu dum illa poſſunt habere plures interpretationes.*

12 *à Parocho præcipue exaudiri debet, & intelligi mutuus conſenſus cõtrahentium matrimonium.*

13 *ex Signis etiam poteſt declarari conſenſus in matrimonio.*

14 *per Manuum porrectionem datur fides.*

15 *Soror, ſi depoſuerit ad fauorem ſororis, nõ eſt reijcienda, ſi illius depoſitio ſit conformis depoſitionibus aliorum teſtium.*

16 *Matrimonij fauor operatur, vt detur etiam fides teſtibus conſanguineis.*

17 *Parochi præſentia in matrimonio nõ requiritur, niſi ad effectum, vt poſſit conſtare Eccleſiæ de eodem matrimonio; itaut non obſtet eius fuga poſt datum conſenſum à coniugibus. nu.18.*

DECISIO CXXIV.

DVBITATVM fuit in hac cauſa de validitate
matrimonij, quod dicebatur contractum
fuiſſe inter Ioannem, & Margaritam, cum ſuper
illius nullitate latæ fuiſſent duæ ſententiæ in parti-
bus à quibus Margarita appellauit cum verò pro-
pòſitum fuiſſet hodie coram me id dubium reſpõ-
derunt DD. pro validitate eiuſdem matrimonij cũ
ex deductis pro parte Margaritæ viſum fuerit pro-
bari quòd in illius celebratione, quæ facta fuit co-
ram Parocho, & teſtibus iuxta diſpoſitionem Sac.
Concil. Tridentini interuenitſſet ſuus, & Ioannis
conſenſus, cuius defectus ſolùm adducebatur ad
hoc, vt idem matrimonium reuocari deberet tan-
1 quam nullum. † Et quidem viſum fuit, quòd ab eo
conſenſu dependere deberet validitas huius ma-
trimonij dum in eo cõſiſtebat nõ ſolùm illius ma-
teria, ſed etiam forma quocumque modo idem
2 matrimonium † conſideraretur ſiue vt contractus,
ſiue etiam, vt Sacramentum cuius præcipuè reſpe-
ctu hodie quærebatur de illius validitate vt videtur
eſſe magis communis ſententia, quam etiam te-
nuit *D. Tho. in 4. ſent. diſt.26. q.2. art.1. & ex eo*
probat Suarez. ad 3. partem tom.3. de Sacram. diſp.
2. ſect.1. Paludan. in 4. ſent. diſt.1. quæſt.4. Card.
Bellarm. de Sacram. matrim. lib.1. controu.2. cap.6.
3 Cum † verò idem conſenſus, quatenus accipi de-
bebat loco formæ, quo modo acceptus magis vi-
debatur conuenire ipſi matrimonio tanquam Sa-
mento, vt tradit *Paludan. diſt.27. quæſt 2. artic.2.*
4 requireretur † expreſſionem ſigni aliqui exterioris,
& eadem expreſſio fieri poſſet tùm per verba, tum
etiam per ſigna extrinſeca dummodo tamen illa
5 apta † eſſent ſignificare cõſenſum de præſenti, qui
in eo actu dabatur, vt notatur in *c. tua, & in cap.*
ex parte ſponſal. & tradit gloſ. in c. ſi quis diuinis
30. quæſt 1. Couar. de matrim. 2. par. c. 4. §. 1. n. 1.
Viſum fuit in caſu propoſito declarari poſſe vali-
ditatem huius matrimonij, non ſolùm ex qualitate
verborum, quæ dicebantur prolata fuiſſe ab his
coniugibus, ſed etiam aliorum ſignorum, quæ pa-
riter probantur conueniſſe in illius celebratione
etenim Ioãnes per apocam priuatam ſe obligaue-
rat Margaritæ cõtrahere cum ea id matrimonium.
Vnde nata temporis opportunitate, quo in domo
contigua domi Margaritæ iacebat in lecto infirma
Alberta filia Catherinæ Dominę eius domus, & ad
eam inuiſendam acceſſerant tum Margarita, tum
etiam

etiam Parochus , Venit ipſe ad eandem do-
mum comitatus duobus teſtibus ſibi antea igno-
tis , cum vero ingreſſus fuiſſet cubiculum , in quo
omnes propè lectum egrè aſſidebant , occurrit ei
ſtatim Maria quæ erat ſoror Margaritę,& illuc ve-
nerat vnà cum eadem Margarita , cumq. interro-
gauit,qua occaſione acceſſiſſet ad eam domum cui
interrogationi reſpondit Ioannes ijs verbis,quæ eũ
dixiſſe retulit Parochus in ſua depoſitione dum po-
ſtea examinatus fuit inter alios teſtes . Venio ad
viden. D. Margaritam , quæ eſt vxor mea , cui re-
ſpõdit Margarita alijs verbis , quæ idem Parochus
dixit ab ea audiuiſſe cum recederet indignatus ab
eadem domo, quòd ſcilicet Ioannes erat ſuus ma-
ritus, ſeu ſponſus alij vero teſtes.qui præter Paro-
chum etiam examinatj fuerunt latius explicabant
ea verba, quòd ſcilicet illa dixerit . Ego ſto vel ego
ſum, cum D. marito meo Ioanne. Hæc autem
verba viſa fuerunt ſignificare poſſe ipſum conſen-
ſum de præſenti, quia cum ad hunc effectum non
6 ſit tradita † certa formula verborum ſatis erat,
quòd illa ſui natura ſignificare poſſent tunc dari
7 † eum conſenſum, vel inſpecto ſono , vel etiam ſi-
gnificatione eorumdem verborum , vt notatur *in
cap. litteris de ſponſal. & in cap. tua eod. tit.* &
8 ſuper ſimilibus verbis teneo vel habeo † te in vxo-
rem conſiderauit *Paludan. in 4. ſent. diſt. 27. q. 2.
art. 4. concl. 3. & poſt eũ Sanch. de matrim. lib. 1. di-
ſput. 18. nu. 10. Couar. in 4. lib. decretal. par. 2. cap.
4. §. 1. Guttier. de ſponſal. cap. 3. nu. 4. & lib. 1. ca-
non. quæſt. cap. 21. nu. 27. Reginal. in prax. for. pœ-
nit. lib. 31. cap. 7. nu. 47.*

Neque poterãt eadem verba impugnari eo quia
9 apta eſſent ſignificare , † & includere etiam tẽpus
præteritum, tam ſui natura,vt habetur in *l. verbum
erit §. quemadmodum. ff. de verb. ſignif. & in
l. ſcribet. §. item ſcribit. ff. de aur. & argen. legat.*
quam etiam inſpecta eorum ſignificatione , cum
illa ſupponere viderentur quòd Margarita etiam
antea fuiſſet vxor Ioannis , atque ita continerent
actum iam geſtum , cuius cauſa negabatur ; quòd
10 poſſent † ea verba ſatis eſſe prò declaratione con-
ſenſus præſentis ex *not. in l. Publia . ff. depoſiti, &
ſuper ſimilibus verbis conſiderauit Alex. in conſ.
153. num. 1. lib. 5. quem ſequutus fuit Dec. in conſ.
310. Pariſ. conſ. 61, nu. 23. lib. 4.* Hæc enim excep-
tio , in qua conſiſtebat ſumma totius difficultatis
viſa fuit remoueri poſſe ex cõtraria ſignificatione,
in qua apparebat accepta fuiſſe eadem verba , tàm
à Parocho , quàm etiam ab ipſis contrahentibus,
11 † ad quos pertinebat declarare hanc dubietatem,
dum illa vtramque interpretationẽ recipere pote-
rat, *iux. not. in cap. intelligentia de verb. ſignif. &
tradit. Card. in cap. ex litteris de ſponſal. Enriq.
in ſumm. lib. 11. de matrim. cap. 11. nu. 6. Reginal.
in prax. for. pœnit. lib. 31. cap. 7. num. 45.* & quod
attinet ad Parochum, cuius intelligentia, erat in
primis neceſſaria ex diſpoſitione Sac. Concil. Tri-
12 dentini dum ſecundùm formam in † eo traditam
ab eo præcipuè exaudiri debebat , & intelligi mu-
tuus iſte conſenſus . Declarauit hoc ille dum ſta-
tim poſt intellecta verba Ioannis fugam accipere
voluit, & prorupit in ea verba, quæ retulit idem ſe
dixiſſe, & deponunt alij teſtes , quòd ſcilicet ver-
ba dicta à Ioanne continebant magnam impudẽ-
tiam , Itaut rectè videatur de eo dici poſſe, quod
in ſimili cauſa conſiderauit *Nauarr. in conſ. 11. de
clandeſt. deſponſ.* quod viſus fuerit tunc maximè
confirmare id matrimonium,cum voluit illud ne-
gare quod verò attinet ad cõtrahentes plura ſupe-
rius conſiderari poterant , quia propter opportu-
nitatem temporis, quam quæſiuit ipſe Ioannes , à
quo ſolo matrimonium hodie impugnatur,& teſtes
quos idem ſecum duxit dum acceſſit ad domum
Catharinæ . Præterea hoc ille declarauit coram
Prouiſore Granateñ, quod ſcilicet venerat ad eam-
dem domum,vt efficeretur ſponſus Margaritæ. pri-
mùm cum examinatus fuit ad inſtantiam Fiſci , &
deinde iterum poſtquam reuocauit mandatum,
quod dederat ad impugnandum id matrimonium.

Præterea poterat ea difficultas remoueri ex ſi-
13 gnis † ex quibus etiam declarari poterat iſte cõ-
ſenſus , tàm ex forma tradita in Sacro Concilio,
quam etiam ex diſpoſitione ſacrorum Canonum,
vt *not. gloſſ. in cap. tua de ſponſa. & in cap. cum
apud eod. tit. & poſt D. Thom. tradit Sot. in 4. ſent.
diſt 21. Paludan. diſt. 27, quæſt. 2. art. 3. Couar. de
matrim. par. 2. cap. 3. §. 1. nu. 1, P. Ledeſma in
Add. ad 3. partem D. Tho. quæſt. 45. art. 2. dubit. 2.*
Cum vero illa neceſſaria eſſet, tam ad intelligentiã
Parochi , quam ad declarationem mentis Ioannis
vtrumque effectum operari poterat primùm ille
actus in quo ille , & Margarita ſibi fidem inuicem
14 dederunt † per porrectionem manuum. Secundo
hoc declarari potuit ex ijs verbis, quæ conſtat dicta
fuiſſe à Ioanne occaſione receſſus Parochi,& dum
rogauit eos, qui aderant , vt ſibi eſſent teſtes eo-
rũ , quę agebantur. Neque obſtare viſa fuit depoſi-
tio eiuſdem Parochi ad effectum vt non diu poſſet
conſtare de eo conſenſu ex dictis ſignis , eo quia
ille negaret in ſua depoſitione ſe aliud ſcire prop-
ter verba quæ dixerat ſe audiuiſſe ab his coniugi-
bus, quia contrarium colligebatur ex depoſitioni-
bus aliorum teſtium ex quibus conſtabat quòd ij-
dem coniuges ſibi manus dederunt antequam Pa-
rochus recederet, & quòd Ioannes tunc requiſiuit
fidem eorumdem Teſtium cum ipſe Parochus re-
cedere voluit: ex quibus declarari vel etiam ſupple-
ri poterat illius depoſitio,cum non negaret ſimpli-
citer ſe ea vidiſſe, & audiuiſſe , ſed quòd nihil ſcie-
bat præter ea, quæ dixerat ſuper dictis verbis , & ita
in ſpecie deponebant Alberta, quæ erat ea, quæ ia-
cebat in lecto infirma, & Catherina ſoror , hoc idẽ
colligebatur ex dicto vnius teſtis , qui erat ex ijs,
quos Ioannes ſecum duxit , quique illud affirma-
bat quòd ante receſſum Parochi fuiſſet in ſpecie
rogatus à Ioanne, vt eſſet teſtis eorum quæ vide-
rat , & demum hoc idem deponebat Maria ſoror
Margaritæ cuius teſtimonium non poterat repro-
15 bari, eo quòd † deponere videtur ad fauorem ſoro-
ris, dum illius depoſitio erat conformis depoſitio-
ni aliorum teſtium, ac præterea erat fauore matri-
16 mon. qui fauor etiam operari † poterat, vt dari de-
beret fides eius depoſitioni , *vt tradit. in c. videtur
qui matr. accuſ. poſſ. & notant ibi DD. & in cap.
ſuper eo de teſt. canonicb. 15. d. Sacram. dubit. 4.
num 42. Sagun. de Sacram. matr. num. 72,*

Demum nõ viſa fuit obſtare poſſe fuga eiuſdem

Pa-

Digitized by Google

Parochi vt quod ille noluerit ſua præſentia ratum
habere id matrimonium quia eius præſentia non
erat requiſita niſi ad eum effectum vt poſſet conſta-
17 re Eccleſiæ de eodem † matrimonio. Vnde nihil ad
illius validitatem conferre poterat quòd Parochus
noluerit illud ratione habere, vt tradit *Sanch. de matrim. lib. 3. diſp. 39. nu. 1. Coninch. d. diſput. 27.*
dub. 4. num. 44. & fuit ſæpius reſolutum in Congre-
gatione Sac. Concil. refert *Ledeſm. de matrim. q. 45.*
art. 5. in 2. dub. verſ. quo poſito fundamento Gut-
tier. de matrim. cap. 69. num. 3. & tenuit Rot. de mente eiuſdem S. Congreg coram Card. Seraph. de-
ciſ. 1099. nu. 5. & in Vlixbonen. matrim. 16. No-
uemb. 1622. coram bo. me. Manzanedo, & hinc ne-
18 que nocere potuit illius fuga † poſtquam intelle-
xit vtriuſque coniugis voluntatem, vt tradit *Gut-*
tier. eod. cap. 69. num. 8. vbi refert hoc pluries etiã
tenuiſſe *S. Cong. Pont. de matr. lib. 5. cap. 21. nu. 12.*

§ *In eadem cauſa in ſequenti parte adeſt alia deciſio ſub die 1. Aprilis 1639. coram eod. R. P. D. Veroſpio.*

ILLVSTRISS. D. MACHIAVELLO. PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

Florentina Subdecanatus.

Die Lunæ 28. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM.

Ad Iuſpatronatus, quando plures ſunt vocati, quo caſu cenſentur admiſſi pro virili. Filius ſi de bonis ſuis proprijs, ideſt caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus fundet aliquod iuſpatronatus, pater in eo nihil prætendere valet.

SVMMARIVM.

1 *ad Iuſpatronatus, quando ſunt vocatæ plures perſonæ, ſub verbis appellatiuis, & nominibus proprijs, ad illud tanquam in viriles cenſentur inuitatæ.*
2 *Caſtr. conſ. 159. lib. 1. in quo caſu loquatur.*
3 *Coniecturæ, & præſumptiones præualere non debent inſtrumento publico.*
4 *Romana purpura, ſi quis inſignitus erat, indubitanter credi poteſt, quòd propria virtute, ſuitq. laboribus varias diuitias congeſſerit.*
5 *Clericorum bona dicuntur peculium quaſi caſtrẽſe & non aduentitium.*
6 *Filius familias fundans iuſpatronatus ex bonis quaſi caſtrenſibus poteſt de eo ad libitum diſponere, itaut pater ratione patriæ poteſtatis in eo nihil poteſt prætendere.*
7 *ad Cautelã ea, quæ fiunt non tribuunt aliquod ius.*
8 *Filij poſſunt acquirere vna cum patre, pro rata.*
9 *ex Actu affrancationis, quando non rectè inferatur ad dominium. & nu. 10.*
11 *in Hæreditate. ſi reperiatur aliquis numerus vocum ad iuſpatronatus, dubitari nequit, quod dictus numerus pertineat ad hæredes.*
12 *in Poſſeſſionis materia, ſtatur etiam tacitæ declarationi poſſidentium.*
13 *Libro Ciuitatis an ſtandum ſit, ad cognoſcendum quo titulo nonnulla bona ad aliquẽ peruenerint.*
14 *Filia dotata, iuxta Statutum Florentiæ, remanet excluſa tam ab hæreditate paterna, quam fraterna.*
15 *Hæres alicuius, quod quis nunquam fuerit conuinci poteſt ex obſeruantia, ſcilicet ſi nunquam ſe geſſerit pro tali.*

DECISIO CXXV.

ITERVM reſpondit Rota hæreditariũ hoc Iuſpatronatus acquiſitum ab initio fuiſſe ſeptem patronis nimirum Antonio, Raphaeli, & Franciſco filijs Alexandri, ipſiq. Alexandro, Laurentio, Roberto, & Petro fratribus, & ita ex iſtis ſeptem vocibus quatuor earùm ſimul cum vna tertia parte alterius vocis competere Dominis de Venturis tanquam hæredibus Alexandri, ac trium eius filiorum in totum, Laurentij vero pro tertia parte, ideoq. præſentatum ab ipſis fore, præferendum præſentato à D. Octauia Cappona habente ſolummodo iuxta portiones hæreditarias Petri, Roberti, & dicti Laurentij duas integras voces, & reliquas duas tertias partes illius vocis cuius vnam tertiam partem habent Domini de Venturis, & ſic confirmata fuit hodie coram me reſolutio, quæ ſub die 24 Martij 1634. coram Reuerendiſſimo D. Epiſcopo Vrgellen emanauerat, cum propter eius abſentiam fuerim ego in hac cauſa Iudex ſubrogatus.

Fundamenta enim talis deciſionis, & optime ſubſiſtere, & à duabus in contrarium allatis difficultatibus ſubuerti non poſſe viſa fuerunt, nam primò non obſtant deducta ad demõſtrandum verum non eſſe ſuppoſitum de numero vocum ſeptenario, & conſequenter prætenſam earum pluralitatem penes Dominos de Venturis non ſubſtineri, quoniam licèt prædia in dotem huic dignitati per Antonium aſſignata prouenisſe dicantur ex ſubſtantia Alexandri patris, in cuius poteſtate idem Antonius & reliqui duo eius fratres, Raphael ſcilicet, & Franciſcus reperiebantur, itaut propterea nonniſi ipſi Alexandro potuerit tale iuſpatronatus acquiri, dictis vero filijs ſucceſſiuè hoc eſt poſt obitum eiuſdem patris, hinc tamen inferri non poſſe iudicatum fuit, quòd Domini de Venturis tanquam habentes cauſam ab ipſis, non valeant ex eorum quatuor perſonis niſi vnicam tantùm vocem prætendere, nam cum ex inſtrumento fundationis luculenter appareat Antonium tale Iuſpatronatus pro ſe, fratribus, patre, & patruis acquiſiuiſſe, nõ nomine collectiuo, ſed verbis appellatiuis, & pro-
prijs nominibus expreſſis pernecesſe etiam fatendum videtur, quòd fuerint ad illud tanquam in vi-
1 riles inuitati † ſinguli, quorum propterea vnicuique propria vox competere debet iuxta tradita per *Laderch conſ. 18. num. 8. Capic. deciſ. 208. nu. 2. ad finem Afflict. deciſ. 309. nu. 3.* & in terminis Iuriſpatronatus *Rocch. de iurepatr. verbo ipſe vel ei nu. 10. Lambert. eod. tract. lib. 1. par. 2. quæſt. 1. art. 28. num. 5. Gratian. diſcept 521. nu. 15.* Quicquid dicendum eſſet ſi non ipſemet filius, ſed Alexander pater hãc dignitatem acquiſiuiſſet in quibus † terminis loquitur *Caſtr. conſ. 159. lib. 2.* cum reliquis adductis pro D. Octauia.

Nec in facto ſubſiſtere exiſtimatum fuit quòd

verè

verè de tempore erectionis iſtius iuriſpatronatus
prædia ſupradicta eſſent in bonis Alexandri, quoniã
præſumptiones & coniecturæ ad hoc probandum
adductæ, nec prævalere potuerunt ipſimet Inſtru-
mento fundationis contrarium potius enuncianti,
nec excludere aduerſaa validioresq. præſumptio-
3 nes, † tanquam à tali inſtrumento adminiculatas
indicantes ſimilia prędia ad Antonium iſtius digni-
tatis primum acquirentem tunc ſpectaſſe, is enim
4 acquirens Romana † purpura erat inſignitus, ideo-
que indubitanter credi poteſt, quòd propria virtu-
te, ſuiſq. laboribus varias diuitias congeſſerit, iux-
ta tradita per *Ciriac. controu. 91. nu. 2. & ſeqq.* Ex
quibus non ſolum tale iuſpatronatus fundare po-
tuerit, verum etiam illud cuicumque voluerit ſti-
5 pulare, cum bona † Clericorum dicantur peculiũ
quaſi Caſtrenſe, non autem aduentitium, vt latè
per *Surd. conſ. 259. num. 6. & ſeqq.* Et filius fami-
lias fundans Iuſpatronatus ex bonia quaſi Caſtrẽ-
ſibus poſſit de eo ad libitum diſponere, itaut pater
6 † ratione patriæ poteſtatis nullum ius pętendere
valeat, *Lambert. de iurepatr. lib. 1. par. 1. quaſt. 8.
art. 9. num. 3* quem ſequitur *Saneb. conſ. moral.
lib. 2. cap. 3. dubit. 71. nu. 20.* quibus non contra-
ſtatur promiſſio ab eodem Antonio facta, quòd ſci-
licèt Raphael, & Franciſcus fratres feciſſent tale
inſtrumentum de conſenſu Alexandri patris ratifi-
caturi, quoniam ſimiſis promiſſio cenſetur facta
7 ſolummodo ad cautelam, vnde ex † ea arguere
non licet dominium talium bonorum ad Alexan-
drum tunc temporis pertinuiſſe, vt in terminis
dixit *Rot coram Card. Caualer. decis. 100. num. 7.
verſ. nec v ſum fuit.*

Sed vlterius animaduertebant Domini, quòd
quatenus etiam admitterentur dicta prædia fuiſſe
de tali tempore poſſeſſa ab Alexandro, adhuc tamẽ
non tolleretur huiuſmodi reſolutionis fundamentũ
quoniam vel hinc ſequeretur, quòd neque Lauré-
tius, Robertus, & Petrus aliquod ius in hac digni-
tate tanquam ex bonia Alexandri acquiſita potuiſ-
ſent prætendere, & ſic quòd D. Octauia tanquam
habens cauſam ab iſtis, nullam penitus vocem ad
hoc iuſpatronatus haberet, vel ſi dicendum eſt,
quòd idem Alexander conſenſerit dictis eius fratri-
bus aliquod ius acquiri multo magis aſſerendum
videtur, voluiſſe etiam proprios filios ſimiliter ho-
norare, cum hoc euidenter colligatur ex ſupradi-
cto inſtrumento fundationis, & vt dictum fuit co-
ram Reuerendiſſimo Vrgelleñ in deciſione hodie
confirmata, nullibi reperiatur in iure prohibitum,
8 quòd filij † non poſſint acquirere ſimul cum patre
pro rata. immò contrarium atteſtetur *Bart. & DD.
in l. Gallus § & quidem rectè ff. de liber. & poſt-
hum.* cum reliquis in eadem deciſione cumu-
latis.

Nec relevat quòd hæc prædia fuerint poſtea af-
francata ab Alexandro, Laurentio, & eorum fra-
tribus, quaſi ad ipſos tantùm eadem prædia, & Iuſ-
patronatua ab initio ſpectare potuerint, non autem
ad filios etiam Alexandri, quia reſponſum fuit ex
9 huiuſmodi † actu affrancationis inferri concluden-
ter non poſſe dominium horum bonorum de tem-
pore fundationis Iuriſpatronatus vni potius, quàm
alteri ſupradictorum ſpectaſſe, cum quilibet eorum

10 etiam non probato antecedenti dominio † poſſet
conſentiente Eccleſia dicta prædia redimere exer-
cendo pactum affrancandi in inſtrumento appoſi-
tum ex traditis per *Tiraq. de retract. tit. 1. §. 23.
gloſ. 1. per tot.*

Quibus ſic ſtantibus non obſtant ſecundo loco
deducta contra alterum deciſionis fundamentum,
quod nimirum *Domini* de Venturis fuerint hære-
des Alexandri, & trium eius filiorum, & ſic eorũ
voces obtinuerint; nam quamuis hæreditas Anto-
nij repudiata fuerit à Raphaele fratre, & Alexan-
dro Iuniore eiuſdem Raphaelis filio, necnon à Ioã-
ne Paulo nepote ex Franciſco altero fratre, & ideo
videri poſſit quòd vox ipſius Antonij per iua non
decreſcendi accreuerit aliis compatronis, non au-
tem fuerit in Dominos de Venturis delata, tollitur
nihilominus omnis difficultas ex eo, quòd Laurẽ-
tius Iunior alter filius Raphaelis hanc Antonij hæ-
reditatem adiuit; cuius Laurentij hæreditas, ſicuti
etiam bona aliorum fratrum, ac patruorum, cum
ex libris onerum Ciuitatis Florentiæ clarè conſtet
perueniſſe in Robertum filium Ioãnis Pauli, à quo
Roberto deſcendunt Domini de Venturis dubitari
11 nequit, quin † veriſſimum ſit penès eoſdem Do-
minos de Venturis ſupradictum vocum numerum
reperiri ex traditis per *Simon. de Pretis lib. 5. in-
terpret. 2. dub. 4. nu. 360. fol. 555. cum adductis in
d. deciſione huius cauſæ coram Reuerendiſſimo D.
Vrgellen.*

Nec aliquid officit quòd cum Raphael pater
Laurentij ſuperſtes fuerit, & ſucceſſerit omnibus
ſuis filijs maſculis & deinde obierit relicta ſolum-
modo Cornelia filia nupta in Dominis Oricellarijs,
excludatur conſequẽter quòd dictus Robertus ſuc-
cedere potuerit Laurentio mediante cuius hæredi-
tate, hæreditas etiam Antonij deferebatur, nam
reſponſum fuit, quòd cum Raphaeli non ſucceſſerit
Cornelia filia, & ipſe Robertus tunc eſſet proxi-
mior agnatus in quem vt patet ex ſupradictis cõ-
ſtat Alexandri, & filiorum bona deueniſſe per ne-
ceſſe etiam dici debet eumdem Robertum mediã-
te perſona Raphaelis ipſi quoque Laurentio ſuc-
12 ceſſiſſe, † cum in hac materia ſtetur etiam tacitæ
declarationi poſſidentium, qui ita ſe in libris Ciui-
tatis deſcribi permiſerunt, vt *in Auximana Spolij
10. Februarij 1620. coram Buratto, & in Peruſi-
na de Alphanis 1. Februarij 1634. coram R.P.D.
meo Dunozet.*

Nec eliditur huiuſmodi probatio deſumpta ex
libris Ciuitatis Florentiæ per reſpõſionem quòd aſ-
ſignatio talium bonorum in dictis libris exarata
prouenerit ex laudis; quia non ideo excluditur ti-
tulus hęreditarius cum lauda edi potuerint in eiuſ-
dem tituli canonizationem, vltra quòd difficultas
13 tollitur ex eo † quod in eiſdem libris enunciantur
dicta bona obtigiſſe Roberto non ſolùm ex laudo,
verùm etiam ex hæreditate, vt legitur in ſumma-
rio D. Octauiæ num. 11. & conferunt tradita per
Caſtr. in l. 1. num. 3. C. de repud hared. quem ſe-
quitur *Caball. conſ. 156. num. 29. lib. 1.*

Quod autem Raphaeli non ſucceſſerit Cornelia
14 filia, probatur ex eo, quod ipſa erat † iam dotata,
& conſequenter iuxta Statutum Florentiæ, tam
ab hæreditate paterna, quam fraterna excluſa pro-

ut de tali ſtatuto teſtatur *Lap.allegat.*101. *in princ.* quod etiam conuincitur ex obſeruantia, dum appa-
15 ret ipſam nunquam † ſe pro hærede geſſiſſe, dum præſertim contingente vocatione iſtius Iuriſpatronatus de anno 1577. de quo tempore ipſa viuebat non fuit ad præſentandum inter compatronos admiſſa.

Reliqua, quæ replicantur circa Bullam Iulij Secundi, & circa mandatum procuræ factum ab Alexandro, & aliàs ſatis, ſuperq. tolli viſa fuerunt ex reſponſionibus datis coram Reuerendiſſ. Vrgelleñ in deciſione, iuxta quam hodie vtraque parte informante reſponſum fuit ſtandũ eſſe in deciſis &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ. Fideicommiſſi de Glauarinis,

Die Lunæ 5. Maii 1636.

ARGVMENTVM.

Fœminæ, quando non admittãtur ad fideicommiſſum, licèt vocationes, & ſubſtitutiones fuerint factæ per verba apta etiam eas comprehendere. Votum conſeruandæ agnationis, quando in Teſtatore conſiderari poſſit, & alia de quibus in ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario, quando obſtent detractiones ad impediendam immiſſionem ei debitam vel ex Salujano interdicto, vel ex l.fin.C.de edict. D.Adr. tollen.*

2 *Fœminæ veniunt appellatione proximiorum, & deficientibus maſculis admittuntur ad fideicommiſſum.*

3 *Sed iſta concluſio non procedit, quando teſtator diſcretiuè locutus eſt de illis, vel quando habuit rationem conſeruandæ agnationis.*

4 *Fœminæ, quando non cenſeantur admiſſæ ad fideicommiſſum, licèt vocationes, & ſubſtitutiones fuerint factæ per verba, quantumuis collectiua, & apta comprehendere fœminas, & maſculos.*

5 *Teſtator dicitur diſcretiuè locutus de fœminis, ſi vocauerit lineam maſculinam deſcendentium, & mandauit fœminas dotari. & nu.6.*

7 *Fœmina ſi ſit excluſa à Teſtatore non poteſt impedire ſucceſſionem aliorum maſculorum proximiorum.*

8 *Teſtator ex quibus probetur, quòd habuerit rationem conſeruandæ agnationis.*

9 *Teſtatoris enixum votum conſeruandæ agnationis, in quibus ſolet conſiderari.*

10 *ex Familiæ nuncupatione cenſetur habita ratio conſeruandæ agnationis.*

11 *Teſtator, quando dicatur in vocatione proximiorum de Caſata conſideraſſe ſolum agnationem deficiente deſcendentia ipſius teſtatoris.*

12 *Verbum, illorum, ad quid referatur.*

13 *Dictio (videlicet) eſt declaratiua præcedentium.*

14 *Inſinuatio in actu geminato an requiratur.*

15 *de Inſinuatione tertius dare non poteſt.*

16 *Tertius de proximitate dare non poteſt, inuito eo, de cuius proximitate agitur.*

Surd.conſ.145. declaratur nu.16.

17 *Subſtitutio, quando intelligatur tantùm de ijs, qui fuerunt proximiores de tempore puriſicati fideicommiſſi.*

18 *Subſtitutio, quando non ſit extendenda de vno proximiore ad alium, ſed poſtquam ad proximiorem deuenerit, extinguatur fideicommiſſum contrarium. nu.19. & 20.*

19 *L. cum ita. §. in fideicommiſſo, & l. peto. §. fratre. ff. de leg.1. quando ceſſent.*

21 *Rei ſuæ, vnuſquiſque eſt moderator, & arbiter.*

22 *Hæres cum beneficio l. & inuentarij liberè poteſt diſponere de rebus ſuis, cum d. l. & inuentarij vigore non remanent eius bona hypotecata, ſed conſeruantur illæſa iura ante illi competentia, perinde ac ſi nõ adiuiſſet, & hæreditas eſſet iacẽs.*

23 *Hæres grauatus fruſtra opponit contra fideicommiſſarium de ære alieno Teſtatoris, ſi non doceat illud ſoluiſſe.*

24 *Reus non poteſt excipere de eis, quæ ad eum minimè ſpectant.*

25 *Detentori ſat non eſt allegare melioramenta, niſi oſtendat ſe, vel illos, quibus ſucceſſit feciſſe.*

26 *in Monialibus non poteſt conſiderari aliqua ſucceſſio.*

27 *Ceſſionarius vigore ceſſionis poteſt agere ſicut ipſe cedens, alioquin nihil operaretur.*

28 *Hæres, ſi omiſerit conficere inuentarium intrat præſumptio ſubtractionis, & occultationis bonorum, & ſatisfactionis detractionum.*

29 *Hæres grauatus ſi non confecit inuentarium, & aliqua bona alienauerit, præſumuntur adequare detractiones, & dicenti contrarium incumbit onus probandi. & nu.33.*

30 *Bona ſubrogata in locum bonorum fideicommiſſariorum alienatorum veniunt in reſtitutione fideicommiſſi.*

31 *Melioramenta in reſtitutione fideicommiſſi, vt hæres grauatus detrahat, debet probare, quòd ipſe illa fecerit.*

32 *Poſſeſſor bonæ fidei debet compenſare melioramẽta, cum fructibus perceptis à die motæ litis ex dd. bonis.*

34 *Inuentarium conficiendum ab hærede grauato, non ſuppletur per inuentarium compilatum à Tutore, amplia nu.35.*

36 *Dotes filiarum ſuccedunt legitimæ.*

37 *Dotes filiarum detrahendæ ſunt ex legitima, non autem ex fideicommiſſo.*

38 *Melioramenta non ſunt detrahenda ab hærede grauato, quando mala fide facta ſunt, ob iudiciales proteſtationes eidem tranſmiſſas ne ea faceret.*

DECISIO CXXVI.

IN HAC cauſa fuit reſolutum eſſe confirmandam deciſionem antea factam 23. Ianuarij currentis anni,* quæ firmat DD. Io. Baptiſtæ, & Vincentio fratribus de Glauarinis vocatis ad fideicommiſſum de quo agitur deberi immiſſionem in tornaturis 32. prædij Cadriani ſubiectis fideicõmiſſo Alexandri ſenioris, & in reſiduo bonorum eius-

eiuſdem Communis vigore fideicommiſſorum „
Antonij & Alexandri Iunioris; Ratio reſolutionis
fuit, quia ex deductis in d. deciſione iuſtificantur
omnia requiſita neceſſaria ad effectum immiſſionis
nec oppoſita à DD. Piaritijs ex perſona Iſabellæ
filiæ Gherardi(à quo cauſam habere prætendunt)&
1 in ſpecie † detractiones viſa fuerunt Dominis re-
leuare ad impedien. immiſſionem debitam, vel ex
ſaluiano interdicto vel ex *remed. l. fin. C. de edict.
D. Adriani toll.* ex allegatis in deciſione quæ reuidetur.
Quod enim attinet ad perſonam Iſabellæ non
officit quòd cum fideicommiſſum Alexandri ſenio-
ris per obitum Gherardi vltimi ex deſcendentibus
maſculis fuerit purificatum ad fauorem proximio-
rum de Caſata, Iſabella filia Gherardi tanquam
proximior excludat Io. Baptiſtam, & Vincentium:
2 Quia licèt vera ſit concluſio, quòd fœminæ † ve-
niunt appellatione proximiorum *ſan. mem. Greg.
XV. deciſ.464. nu. 1.* & deficientibus maſculis ad-
mittantur ad fideicommiſſum *Soccin. ſen. conſ.227.
num.6. lib.2. Gabr, conſ. 132. nu.54. lib.1. Ruin.
conſ.140. nu.4. & 154. nu.3. lib.2.* hæc tamen non
3 procedunt quando teſtator fuit de illis † diſcretiuè
loquutus vel quando habuit rationem conſeruan-
dæ agnationis, vt in puncto reſpondit Rota *in rec.
deciſ.203. nu.8. par.2.* in quibus caſibus nullatè-
nus fœminæ admiſſę cēſentur etiam ſi vocationes,
4 & ſubſtitutiones fuerint † factæ per verba quan-
tumcumque collectiua, & apta comprehendere
maſculos, & fœminas, *Bart. in l. hæredes mei, §. cū
ita num.4. ff. ad Trebell. vbi Caſtr. num.3. Alex.
num.8. & Rip. num.75.* & hanc opinionem veram,
communiter obſeruari ſolitam, firmat *Molin. de
Hiſpan. primog. lib.3. cap.5. n. 38. & ſeq. Rot. d. dec.
203. nu 2. vbi quamplures Doctores adducuntur.*
In propoſito autem caſu vtraque qualitas con-
currit: Quòd enim Teſtator fuerit diſcretiuè lo-
quutus patet, quia vocauit in teſtamento lineam
5 maſculinam deſcendentium† mādans fœminas do-
tari, & finita eadem linea vocauit in codicillis *pro-
ximiores* nō quidem ſimpliciter, ſed cum illa adie-
ctione *de Caſata illorum de Glauarinis tàm legiti-
mos, quàm naturales &c.* deinde in defectum om-
nium proximiorum mandauit diſtribui bona in
maritandis puellis de Caſata de Glauarinis, iuncto
teſtamento cum codicillis *ibi, & ſucceſſiuè omni-
bus ſupraſcriptis Inſtitutis & ſubſtitutis deficien-
tibus, ita quod non reperiatur in rerum natura de
dicta proſapia, & progenie tunc, & eo caſu, & ca-
ſibus prædictis præfatus teſtator voluit, diſpoſuit, &
mandauit, quòd ſua bona hæreditaria & hæredita-
tis ipſius teſtatoris debeant diſtribui in maritandis
tantis domicellabus de Glauarinis exiſten. in rerū
natura natis ex veris, & legitimis matrimonij &c.*
quod manifeſtè excludit fœminarum comprehen-
ſionem ſub nomine proximiorū &c. cum implicet
6 contradictionem,† vt ſub tali nomine comprehē-
dantur fœminæ agnatæ de Glauarinis, & in illorū
defectum bona debeant diſtribui pro illis maritan-
dis vt in ſimilibus terminis ponderauit *Rot. in dec.
374. num. 1. par. 1. diuerſ.* & cum particulariter
fuerit prouiſum de dote, & demum ordinatum, vt
poſt obitum proximiorum bona diſtribuātur inter
Domicellas de Caſata qualis eſt Iſabella certum
eſt ipſam Iſabellam filiam vltimi maſculi deſcen-
7 dentis à teſtatore non impedire ſucceſſionē † alio-
rum maſculorum proximiorum, quales eſſe Ioan-
nem Baptiſtam, & Vincentium fuit iam firmatum
coram me *in particulari deciſione 26. Nouembris
1633.*
Quòd autem fuerit habita ratio conſernandæ
8 agnationis reſultat ex repetita vbique† vocatione
maſculorum, ex pluralitate graduum ſubſtitutio-
nis, ex eo quòd teſtator admittens maſculos de-
ſcendentes ex Laura filia, voluit vocari de domo
& Caſata illorum de Glauarinis, ex præcepto facto,
quòd fœminis tàm d. Gherardi, quàm eius filiorū,
& aliorum eius deſcendentium maſculorum ſoluā-
tur ex hæreditate ipſius lib.1000. in auxilium ſe
maritandi ex ſæpius repetitis verbis *de domo, &
caſata. & progenie de Glauarinis,* & denique quia
in codicillis poſtquam vocauit proximiores rurſus
contemplatus eſt maſculos ſub nomine proſapię, &
progeniei diſponens diſtinctè de fœminis; *ibi, &
ſucceſſiuè omnibus inſtitutis, & ſubſtitutis defi-
cientibus, ita quòd non reperiatur in rerum natu-
ra de proſapia, & progenie tunc, & eo caſu, & ca-
ſibus prædictis mandauit, quòd bona hæreditaria
debeant diſtribui in maritan. dd. Domicellabus,
prout in teſtamento continetur &c.* In quo loquu-
tus fuerat de Domicellabus *de caſata de Glauari-
9 ni*, quæ omnia patefaciunt † in teſtatore enixum
votum cōſeruan. agnationis, & ſolent ad hūc ef-
fectum ponderari *Rot. dec.217. n. 1. & deciſ. 432.
nu.3. & ſeq. par.2. rec.* Et quod plus eſt cum te-
ſtator ſubſtituendo proximiores de caſata ipſius vi-
delicet illorum de Glauarinis non fecerit ſimpli-
citer mentionem caſatæ, vel familiæ, ſed expreſſe-
rit etiam proprium illius nomen de Glauarinis cē-
ſetur reſpexiſſe agnationem etiam ad fauorem trāſ-
10 uerſalium, nam ex † nuncupatione familiæ cenſe-
tur habita ratio agnationis non perſonarum quo
caſu, & omnes de familia etiam tranſuerſales ve-
niunt, vt poſt *Menoch. conſ.324. n.12. Hier. Gabr.
conſ.124. nu.59. lib 1. vbi alios refert*, ita conclu-
dit *Fuſar. de ſubſtit. q.351. n.37. ad fin, & nu.38.*
Minus releuat quod dicebatur teſtatorem in vo-
catione proximiorum de Caſata cōſideraſſe agna-
11 tionem † ſolùm deficiente deſcendentia ipſius te-
ſtatoris; Secus vero donec exiſteret aliquis, etiam
fœmina ex maſculo deſcendens *Rot. deciſ. 250. per
tot. par.2. diuerſ. & dec.486. num.6. par.1. rec. Se-
raph. deciſ.1216. nu.6. cum alijs in Florentina fidei-
commiſſi de Guidaccijs 21. Iunij 1628. coram R. P.
D. meo Dunozetto*, nam contrarium ſuadent ver-
ba teſtatoris, quia in ea parte teſtamenti in qua
vocauit deſcendentes maſculos excluſit indubitatè
fœminas mandans illas dotari, & deficiente linea
maſculina, per lineam rectam, tunc, & eo caſu, &
caſibus prædictis inſtituit, & ſubſtituit Laurentium
del Carro in cuius locum poſtea in codicillis vo-
cauit proximiores: ergo quemadmodum Lauren-
tius ſucceſſiſſet excluſis fœminis, ita & multo ma-
gis debet dici de proximioribus de caſata vocatis
in codicillis, in quibus diſpoſuit diſtinctè de ipſis,
& de Domicellabus de Caſata ex iam dictis: idq;
etiam apertè oſtendit, quia vbi meminit de pro-
ximioribus de caſata declarans ſe adiecis illa ver-

ba videlicet *illorum de Glauarinis*, quod verbum
12 *illorum* † neceſſariò refertur ad tranſuerſales de fa-
milia nõ autem ad ipſum teſtatorem *Rim iun. cõſ.
482. nu.46. & ſeq. Fuſar.d.qu.351.num.29. verſ.
quod ſi vocata eſſet &c. idem Fuſar. conſ.72.* eoq.
13 magis ſtante d. dictione (videlicet) quæ † eſt decla-
ratiua præcedentium. *l. in venditione ff. commun.
præd. Soccin.ſen. conſ.32. nu.4. lib.4.*

Itaque firmata ex prædictis excluſione Iſabellæ
non eſſet opus ingredi articulum eius renunciatio-
num, quas tamen, etiam ſi non eſſet excluſa, DD.
cenſuerũt adhuc ſuffragari actoribus prout fuit de-
ductum in alia deciſione quæ reuidetur *in verſ. non
obſtat. quod extet &c.* nimirum quia ipſa nedum
nõ petit fideicommiſſum quin potius expreſsè cõ-
ſenſit immiſſioni illorum *in toto, & integro fideicõ-
miſſo in omnibus, & per omnia perinde ac ſi non
eſſet in rerum natura, & tota hæreditas quouis
modo in ipſos coaluiſſet &c.* quibus declarationibus
non poteſt obijci defectus cauſæ, & inſinuationis
14 quoniam omiſſo, † an in actu geminato requiratur
inſinuatio *ex trad. per Gratian. diſcept.531. nu.3.*
15 & 34 huiuſmodi exceptio competit † ſoli Iſabellæ
non autem tertio ſicuti animaduertit eadem deci-
ſio, & fauet *Surd. deciſ. 179 nu.17. Rot. deciſ.133.
num.10. & ſeq. par 2. diu. & deciſ.206. nu.7. poſt
Moder. tract. de cenſ. & in Reatina iuris redimen-
di 26. Maij 1628. coram R.P.D. meo Veroſpio.* Vn-
de nec licet dd. Piaritijs ea inuita dare de proxi-
16 mioritate † illius, vt in puncto dixit *Rot. deciſ.73.
ſub nu.4. par.1. rec. & facit deciſ.390. ſub num.4.
ead. par. 1. & dec.520. nu.6. & ſeq. par. 2. rec. &
fuit dictum in Peruſina fideicommiſſi de Cincijs 1.
Ianuarij 1635. coram R.P.D. Dunozetto*, in qua-
re non obſtat *Surd. conſ.415.* quia loquitur quando
alij vocati non conſentiunt, & in terminis *Caſt.
conſ.454. lib.1.* quo reprobato ipſemet Surd. tenuit
contrarium *in conſ. 359. n.15. & ſeq. & ſequuta eſt
Rot. in Bonon fideicõmiſſi de Deſi-eri, 16. Febr. 1630.
coram R.P.D. Merlino, & in Papien. penſionis 17.
Maij 1634. coram Reuerendiſſ. Vrzellen.* & indi-
ſtinctè hoc ipſum tenent *Alexan. in l. fin. circa fin.
verſ. addit Paul. C. de edict. D. Adr. toll. D. Arg. de
legitim. contr. q.3. num.155. & ſeq. Rot. dec. 265.
num.3. par. t. rec.*

Nec officit quòd dum Alexander ſenior deficiẽ-
tibus maſculis ſubſtituit proximiores de caſata,
nec aliter expreſſerit voluntatem ſuam ad vlterio-
17 res gradus extendi huiuſmodi ſubſtitutio † intelli-
gatur tantùm de iis qui fuerunt proximiores tem-
pore purificati fideicommiſſi, ſicq. de Iſabella filia
Equitis Gherardi grauati, vltimi defuncti iuxta di-
ſpoſitionem *tex. in l. cum ita. §. in fideicommiſſo &
in l. peto. §. fratre de leg. 2.* itaut hæc ſubſtitutio
18 non ſit extenden. de vno proximiore † ad alium, ſed
poſtquam ad proximiorem deuenerit extinguatur
fideicommiſſum, & ideo Io. Baptiſta, & Vincen-
tius remaneant excluſi, *Rot. coram Seraph. dec. 812.
num.1. & in rec. par. 1. deciſ. 486. nu. 5.* ſiquidem
ex facto reſultat clara reſponſio ex pluribus gradi-
bus ſubſtitutionum, cum Alexãder primò vocaue-
rit maſculos deſcendentes ex Gherardo filio, de-
inde maſculos deſcendentes ex Laura filia mãdans
diſcretiuè fœminas dotari, & demum deficiente li-
nea maſculina deſcendentium ſubſtituit proximio-
res de caſata, & ſucceſſiuè progreſſus eſt vſque ad
finem proſapiæ, & progeniei, done aliquis extite-
rit in rerum natura, & nemine reperto, tunc, &
eo caſu voluit bona diſtribui inter Domicellas de
caſata: quæ diſpoſitio continet tractum temporis
ſucceſſiuum vſque ad deficientiam omnium maſcu-
lorum de caſata, in quo caſu limitatur diſpoſitio
19 præallegati † *§. in fideicõmiſſo, & § fratre* quem-
admodum obſeruarunt prædictæ *deciſiones 812. &
486. allegatæ in contrarium*, & ex prædictis reſul-
tare fideicommiſſum ordine ſucceſſiuo gradatim
de proximiore in proximiorem, adeo vt admiſſo
20 proximiore † ſequentes non ſint excluſi ſcripſerũt
*Bald. poſt Ang. in conſ.321. lib. 1. Barbat. conſ.27.
col.9. lib.1. conſ.18. col.6. lib.2. conſ.14. col.2. verſ.
an de ſolemni lib.3.* & tradit *Cuman. in d. §. in fi-
deicommiſſo. Mant. de coniect. vlt. volunt. lib.8. tit.
12. num.11. Iaſ. in l. Gallus. nu. 23. ff. de liber. &
poſthum. Menoch præſumpt.71. nu.4. lib. 4.* & alij
plures quos refert *Fuſar. q.382. nu.38.*

Neque refert an ipſa agnouerit fideicommiſſum,
vel ne quia potuit etiam ius agnitum renunciare
21 ſequentibus, † cum rei ſuæ ſit vnuſquiſque mode-
rator, & arbiter, vt poſt *Angel. de Peruſ. inter cõſ.
Bald. conſ.403. in 3. dub. num.7. & ſeq. lib.3.* tra-
dit Crau. conſ.24. num.6. & quamuis ea ſit hæres
Eq. Gherardi, quem DD. Piaritij prætendunt ha-
bere obligatum; tamen non ideo potuit impediri,
22 quin liberè † diſponeret de rebus ſuis, cum fuerit,
vſa beneficio l. & inuẽt. propter quod non remanẽt
hypotecata eius bona, ſed conſeruantur illæſa iura
antea illi competentia, perinde ac ſi non adiuiſſet,
& hæreditas eſſet iacẽs *ex not. in l. fin. §. & ſi præ-
fatum. C. de iur. delib. Gratian. diſcept. 998. num.2.*

Circa detractiones viſum eſt DD. eſſe diſtinguẽ-
da ſingula fideicommiſſa cum vnaquæque habeant
ſuas particulares rationes conuincentes eas, vel nõ
applicari, vel fuiſſe conſumptas.

Et primò quoad fideicommiſſum Alexandri ſe-
nioris fruſtra opponunt DD. Piaritij de ære alieno
23 ipſius, † cum non doceant ſe illud ſoluiſſe, prout
conſiderauit *deciſ. in verſ. nam quod attinet, &c.
Card. Cauator deciſ.476. num.2.* ſic etiam legiti-
ma Gherardi, & dos Iuliæ Mantichettæ eius pri-
mæ vxoris pertinuerunt reſpectiuè ad ipſum Ghe-
24 rardum, & eius filios † qui diſpoſuerunt ad fauo-
rem DD. fratrum de Glauarinis hodie agentium,
ideo non proſunt Reis ad quos minime ſpectant *ex
notatis in l. ille à quo, §. de teſtam. vbi Paul. &
Alex. ad Trebell.*

Nec poteſt dici melioramenta allegata à DD.
Piaritijs pertinere ad iſtud fideicommiſſum, quia
eſt reſtrictum ad 32. tornaturas quæ non probantur
in Indiuiduo melioratæ, nec docetur Palatium Ca-
driani fuiſſe ſuper his ædificatum, quin potius cõ-
ſtat de contrario ex Inſtrumento locationis illius
per Eq. Gherardum eis facta, vbi Palatium deſcri-
bitur ſeorſum à dd. 32. tornaturis præterquam,
quod conſtat illud fuiſſe totum ædificatum ab An-
tonio, & Alexandro Iuniore auctoribus dictorum
fratrum non autem à DD. Piaritijs, vel ab Equite
Gherardo eorum, Auctore ex inferius dicendis;
25 nec † detentori ſat eſt allegare melioramenta
niſi

Digitized by Google

niā oſtendat ſe, vel illos, quibus ſucceſſit feciſſe; *Caſtr conſ.270. num. verſ. ad vnum. lib.2. Hondcd.conſ.85. nu.41. vol.1.*

Quoad fideicommiſſum Antonij opponebatur primo, non eſſe dandam immiſſionem ſuper tota hæreditate eo quia idem Antonius in donatione vniuerſali facta Alexandro Iuniori ſuo fratri (iuxta cuius tenorem diſpoſuit etiam in teſtamēto) voluit, vt poſt eius mortem ſuccederent eius filij, & deſcendentes maſculi, finita verò in totum linea maſculina bona ſua pro dimidia pertineāt ad eiuſdem fratris ſui filias, & deſcendentes fœminas, altera vero dimidia demptis ſcutis 1000. ſoluen. Præceptoriæ S. Antonij ad Cæſarem, & Gaſparem à quibus veniunt dd. fratres actores, cum onere ſoluendi ſcuta duo auri ſingulo menſe filiabus Alexandri fratris in Monaſterio profeſſis, & profiteñ propter quam diſpoſitionem contendebant Piaritij ceſſare immiſſionem, ſaltem quoad medietatem hæreditatis cum extent filiæ Alexandri, licèt ſint Moniales profeſſæ, & d. Iſabella eius neptis ex Gherardo.

Sed viſum fuit ceſſare obiectum, quia filiæ Moniales non fuerunt comprehenſæ ſub vocatione fœminarum ad d. medietatem quod apertè colligitur dum idem teſtator prouidit illis diſcretiuè de duobus ſcutis auri quolibet menſe & cōſiderauit fœminas vocatas nupturas eſſe in ſæculo, & ſuſcepturas liberos, propterea quòd præſcripſit inter illos ordinem ſuccedendi, vt ſcilicet ſemper præferantur maſculi; vnde cum in Monialibus non valeat con-
26 ſiderari iſta ſucceſſio non poſſunt dici† comprehēſæ, in quo faciunt deducta per *Menoch. conſ.215. num.69. & ſeqq. Surd. conſ.426. num.1. & 18. & conſ.554. nu.13.* Iſabella autem ex geminata præallegata declaratione ceſſit liberas ædes DD. fratribus Actoribus, immò etiam conſenſit, vt petant totum, & integrum fideicommiſſum, & bona hæreditaria *in omnibus, & per omnia &c.* qui conſēſus tāquam diſpoſitiuus operatur vt dd. fratres pe-
27 rinde debeant obtinere† ac ſi ipſamet ageret, alioquin nihil operaretur, *Tiraq de legib. connub. gloſ. 5. num.145. Galerat. de renunc. lib.5. c.9. nu.4.*

Secundò obijciebatur in iſto fideicommiſſo Antonij de detractionibus: quas tamen Domini cenſuerunt non obſtare; ſi enim ſpectentur conſiſtentes in quota, ceſſant proculdubio, quia verſamur in diſpoſitione tranſuerſalis prohibēre illas expreſſe; Quod ſi conſiderentur aliæ conſiſtentes in quantitate ceſſant pariformiter, quia ipſe donator mandauit, vt tàm Alexander, quàm cæteri donatarij teneantur *à die ſcientiæ donationis intra ſex menſes illam ratificare, & in actu ratificationis conficere Inuentarium per publicum Notarium, in quo deſcribantur omnia bona tàm mobilia, quàm immobilia iura, actiones, & nomina creditorum ad ipſum ſpectantia idemque Inuentarium debeat per quemlibet in dd. bonis ſuccedentem reuideri, & de nouo per publicum Inſtrumētum fieri cum expreſſa mentione de priori. & vltimo ſtatu exiſtentiæ, et quantitate bonorum præfatorum*, vt ſunt verba donationis: At Gherardus auctor DD. de Piaritijs nullum confecit Inuentarium etiam ſi nouerit donationem ſicuti patet ex diuiſione bonorum facta inter ipſum, & fratres de anno 1612. *ibi, non ſit, nec intelligatur cuicumq; diſpoſitioni tam D. Alexandri eorum patris, et D. Antonij eorum patrui, quam quorumcumque aliorum Antiquiorum de Glauarinis renunciatum etc.* Et ex ſpecifica declaratione ipſius Gherardi poſt obitum Iulij fratris, quæ fuerunt data in ſummario *Actorum nu.8. et 9* & tamen ſpreuit præceptum donantis omittendo
28 Inuentarium ex qua † omiſſione intrat præſumptio ſubtractionis, & occultationis bonorum, & ſatiſfactionis detractionum quemadmodum firmauit *Rota in Maceraten. legitimæ coram Reuerendiſs. Vrgellen. 18. Februarij 1630.* poſtquam plurimos allegat, quos allegat *Gratian. diſcept. 570. num.20. et ſeq* & ſæpius in alijs cauſis.

Quod fortius debet dici, quia omiſſioni Inuentarij accedunt ingentes poſitiuæ alienationes bonorum hæreditariorum Antonij, & Alexandri factæ à Gherardo hærede grauato nēpe prædij magni in cōmuni S.Mariæ in Dontor.202. *Prædij* Viadagolæ tor.101. quampluriū Terrarum in Communi Cadriani tor.150. circiter, manſionum domus Bono-
29 nieñ aliarumq. rerum † quæ præſumuntur æquare detractiones, & dicenti contrarium incumbit onus probandi *Bald. in l. cum de lege. ff. de prob. Natt. conſ.199. nu.11. Gabr. conſ.118. num. 7. lib.1. Pereg. conſ.69. nu. 27. lib.3. Rot. in Romā. de Stephanellis 24. Aprilis 1617. coram bo. mem. Remboldo*, multoque magis quia aliquæ detractiones allegatæ pro dd. Piaritijs non prorſus ſubſiſtunt, qualis eſt dos Lauræ Alamandinæ, quæ ex publico inſtrumēto probatur ſoluta cum creditis montium hæreditarijs Antonij, & Alexandri: Item dos Elenæ Beroaldæ matris Alexandri Iunioris nō probatur ſoluta Antonio in ſumma per eos prætenſa: Item prædiolum in eodem communi Cadriani, quòd dicitur fuiſſe redemptum per Equitem Gherardum
30 † debet cenſeri ſubrogatum in locum aliarum terrarum eiuſdem communis per eumdem alienatorum aſcenden. vltra tornaturas 150. *Bart. in l. Imperator. §. cum autem in fine. num. 3 & ibi Bald. Imol. & Caſtr. ff. de leg.2. Surd. deciſ.15. nu.13. & ſeq. Theſ. Iun. lib.2. q.84. & Ciriac. controu. 282.* Item impenſa in ornanda Capella iuxta ordinem Antonij in donatione fuit facta ab Alexandro Iuniore auctore Actorum prout patet ex proceſſu, quapropter nō debet referri in creditum Gherardi ex ſuperius allegatis: Item melioramenta Pala-
31 tij Cadriani non† probantur facta ab eodem Equite, ſed potius ab Antonio, & Alexandro, vt inquit ſecundus teſtis exaduerſo inductus, qui perfeccrant Palatium *di tutto punto &c.* Et Alexander deſcripſit illud in ſuo teſtamento tanquam perfectum, *ibi Palatium de Cadriano cum ſtabulo domo vetuſta tegete &c.* vnde vel nihil remanſit agendum filijs Alexandri, vel ſi quid egerūt fuit minimi mo-
32 menti, quod debet compēſari cum prædictis† alienationibus, & cum fructibus perceptis à die motæ litis ex eiſdem bonis, de quibus agitur *Mareſcot. var. lib.2. c.112. nu.34. Rot. deciſ. 650. nu. 6. p.2. rec.* quibus detractionibus partim ſublatis, partim diminutis ſequitur eo euidentius eas abſorberi à prædictis alienationibus, proindeq. fruſtra peti (ad euitandam immiſſionem) firmationem ſtatus hæ-

reditarii requirentem etiam altiorem indeginem.
Reliquum eſt fideicommiſſum Alexandri Iunioris in quo pariter remouentur detractiones, cum ab Equite Gherardo non fuerit confectum Inuentarium hæreditarium propter quam omiſſionem, licèt non fuerint admiſſæ detractiones tamen intrat præſumptio ſatisfactionis ex ſuperius dictis præſertim accedente ingenti alienatione prædictorum bonorum ſtabilium communium iſti Alexan-
33 dro, adeo † vt alleganti ea non ſufficere incumbat onus probandi, *Pereg. conſ. 69. nu 27. lib. 3. Adden. ad Greg. deciſ. 266. nu. 16. verſ. prædicta vero &c. & latè fuit firmatum in præallegata Romana de Stephanellis coram Remboldo.*

Nec profuit eidem Eq. Gherardo Inuentarium tutelare compilatum à Laura Alamãdina eius ma-
34 tre, tum quia † de iure vnum non ſuppletur per aliud, vt in præterita *deciſ. verſ. quamuis &c. Rota dec. 780. nu. 4. & deciſ. 432. num. 4. par. 4. rec.*, tum etiam quia ipſa Laura non intellexit ſupplere hæ-
35 ditarium, cum immò proteſtata † fuerit ſe velle iſtud conficere ſuis loco, & tempore, prout in puncto conſiderauit *Rot. deciſ. 780. in fin.* Vnde non eſt opus concertare an in hærede grauato ſufficiat deſcriptio, vel requiratur Inuentarium, quia quoad bona hæreditaria neutrum fuit adimpletum, ideoque adhuc intrat præſumptio ſatisfactionis ex ſuperius allegatis.

Præterea aliquæ ex prætenſis detractionibus cõſiſtentibus in quantitate non ſubſiſtunt, vel minuuntur, cum ſint eædem quæ allegantur reſpectu Antonij, prout eſt dos Lauræ Alamãdinæ, dos Elenæ Beroaldæ, & melioramenta; quibus propterea aptantur eædem reſponſiones datæ quoad ipſum Antonium & præſertim circa euidentem abſorbitionem ratione ingentium alienationum.

Dotes denique aliarum Alexandri, quæ omnes
36 ingreſſæ ſunt Monaſterium cum ſucceſſerint † loco legitimæ, vel ratione ſtatuti excludentis dotatas, vel quia fuerunt agnitæ tanquam ſuæ ab ipſo Teſtatore, qui iure inſtitutionis reliquit eis dotem, ſiuè nuberent in Domino, ſiuè in ſæculo *ex trad. per Greg. deciſ. 565.* ſunt detrahenda ex legitima
37 filiorum, † non autem ex fideicommiſſo, & ideo non eſt habenda illarum ratio, niſi prius probetur à DD. Piaritijs reperta in hæreditate, & alienata ab hærede grauato eorum auctore non ſufficit illa, *Rota in Peruſina de Gratianis 28. Iunij 1630. coram Reuerendiſs. Decano in verſ. cum igitur dos ſuccedat, &c.*

Quatenus autem allegabantur melioramenta facta à DD. Piaritijs viſa ſunt DD. non eſſe attendenda, cum ſuper illis nulla afferatur probatio, & quatenus probarentur prætenditur ex parte actorum, non eſſe profutura tanquam facta mala fide ob iudiciales proteſtationes eiſdem tranſmiſſas ne facerent *Gratian. diſcept. 452. num. 22. Meder. de ſalu. inſpect. 2. c. 2. nu. 234.*

Et ita fuit ſecunda vice pro immiſſione reſolutum vtraque parte informante.

☞ * *Eſt deciſio 88. ſupra in hac eadem parte; & vide ibi in fine, vbi plures deciſiones in hac cauſa adduxi*

R. P. D. MERLINO.

Camerinẽ Bonorum,

Die Lunæ 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtatoris æs alienum, ſi hæres ſoluat, datur ei retentio in bonis hæreditarijs pro dicta ſumma ſoluta. Hæres, quando eſt creditor defuncti, an poſſit ſibi adiudicare tot bona ſtabilia, & in quo caſu.

SVMMARIVM.

1 *Hæredi competit retentio bonorum Teſtatoris pro debitis, & pecunijs ſolutis creditoribus hæreditarijs.*
2 *Quodq. multo magis procedit, quando Teſtator mandauit bona vendi pro ſoluendo ære alieno.*
3 *Remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. non datur contra poſſidentes titulo ſingulari emptionis, cum iſti ſint legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem. nu. 4.*
5 *Confeſſio emanata in poſitionibus probat.*
6 *Inuentarium plenè, & concludenter probat deſcribentem, & habentem cauſam ab eo.*
7 *Bona, vt dicantur hæreditaria, probatio ad hoc, vt releuet, debet percutere tempus mortis teſtatoris, ſeu facti inuentarij.*
8 *In Inuentario non præſumitur error, ſed certis, et euidentibus probationibus iuſtificari debet.*
9 *Liber memorialis contra ſcribentem probat.*
10 *Hæres cum beneficio l. & inuentarij ſi ſit creditor defuncti, poteſt tot bona ſtabilia adiudicare, & in ſolutum recipere, & id feciſſe præſumitur ad effectum lucrandi fructus eorumdem bonorum.*
11 *Atque dum in hærede non poteſt conſiderari dolus, & fraus approprando ſibi bona hæreditaria, hoc caſu factum Iudicis non videtur neceſſarium.*
12 *Teſtator quando iuſſit bona vendi pro ſoluendo ære alieno, tunc enim cenſetur hæres breui manu emiſſe ab hæreditate. & debita hæreditaria pretio ſoluiſſe.*
13 *Hæres, ſi ſit creditor defuncti, non debet bona immobilia in ſolutum recipere, ſi adſint mobilia. & num. 14.*
15 *Bonorum Teſtatoris non exiſtentia præſumitur, ſi in inuentario d. bona deſcripta non ſint, quæ ſi extitiſſent veriſimiliter non fuiſſent omiſſa.*
16 *Teſtator veriſimiliter non iuſſiſſet bona ſtabilia vendi pro ſoluendo ære alieno, ſi adfuiſſent bona mobilia ſufficientia.*
17 *Diuiſio probatur coniecturis & præſumptionibus.*
18 *Diuiſio inter partes ſatis probatur per notulas ſimplices partium iunctis adminiculis.*
19 *Ad Diuiſionem legitimam præſumendam ſufficit lapſus decennij, cum poſſeſſione pro indiuiſo inter præſentes.*
20 *Tempus, quando eſt de ſubſtantia eius quod eſt probandum, ſi teſtes ſuper eo præciſè non deponunt, nihil probant.*
21 *Hæres renuncians hæreditatem, cenſetur renunciare*

tiane ſolitu, ius hæreditarium, & qua conſequi poterat tamquam hæres, non autem quæ illi competunt tamquam extraneo.

DECISIO CXXVII.

IOANNES MARIA hæredes ſibi ſcripſit Matthæum, & Ioannem Baptiſtam in vniuerſo patrimonio, quod tribus conſtabat prędijs nuncupatis del Saſſo del Fattore, e del Beccaro, iuſſitque pro diſſoluendo ære alieno hæreditario vēdi tot bona ſtabilia, vt in ſummario Antonij num. 2. Hodie Andreas tamquam filius, & hæres Matthæi, cum peteret immiſſionem in vim dicti teſtamenti pro medietate in bonis Io. Mariæ; propoſui dubium, an illi danda eſſet immiſſio, & per Dominos negatiue reſolutum fuit.

Quoniam apparet Ioannem Baptiſtam cohæredem Matthæi ſoluiſſe tot debita hereditaria Ioannis Mariæ, vt abſorbeant valorem prædiorum *del Saſſo, e del Fattore.* Immo etiam excedant, & propterea eidem Ioanni Baptiſtæ competit retentio
1 dictorum prædiorum pro debitis, & pecunijs † ſolutis creditoribus hæreditarijs *Caſtrenſ. conſ.* 186. *num.* 5. *lib.* 2. *Menoch. conſ.* 183. *num.* 37. *Surd. conſ.* 290. *num.* 37. *Rota apud Cardin. Caualerium deciſ.* 130. *num.* 1. *in recent. deciſ.* 315. *num.* 6. *part.* 3.

Præſertim quando, vt in caſu præſenti, teſtator mandauit fundos vendi pro ſoluendo ære alieno,
2 † tunc enim eo magis ſoluens retinere poteſt bona hæreditaria, vt ponderat *Soccin. Iun. conſ.* 129. *num.* 24. *& ſeqq. lib.* 1. *Surd. d. conſ.* 290. *num.* 37.

Prædium vero *del Beccaro* poſſidet Io. Baptiſta, ſiue eius filij, titulo emptionis; cum enim dictum prædium fuerit per Cæſaream Iure dotis euictum, & auocatum ab hæreditate Io. Mariæ, vt in ſummario num. 25. fuit deinde per eandem venditum Io. Baptiſtæ pretio ſcutor. 320. dicto ſummario nu. 26. adeo vt contra Ioannem Baptiſtam, ſiue eius fi-
3 lios † vti poſſidentes hoc prædium ex titulo particulari emptionis, dari non poſſit immiſſio ex remedio. *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.* cum ſint legi-
4 timi contradictores ad illam impediendam, iuxta tradita per *Grauett. conſ.* 674. *num.* 2. *Veralli deciſ.* 99. *lib.* 1. *in manuſcript.* & fuit dictum in *Romana Palatij* 5. *Iunij* 1602. *coram bo. me. Card. Sacrato.*

Quòd autem Io. Baptiſta ſoluerit tot debita hæreditaria excedentia valorem duorum prædiorum, *del Saſſo, & del Fattore* viſum fuit Dominis ſatis iuſtificari ex iuribus datis in ſummario. Conſtat
5 enim ex confeſſione † Andreæ petentis immiſſionem emanata in poſitionibus, necnon ex teſtibus per eum formiter examinatis, tria prædia prædicta *del Saſſo, del Fattore, e del Beccaro,* eſſe valoris ſcut. 1400. vt in ſummario num. 11. grauata etiam annuo cenſu ſcut. 150. dicto ſum. n. 9. 1400.

Debita vero ſoluta per Ioannem Baptiſtam, & detractiones per eum faciendæ, valorem prædictum ſuperant, ſunt enim deducendæ infraſcriptæ partitæ.

Prima eſt ſcutorũ 320. pro quibus emptum fuit prædium *del Beccaro,* vt in ſummar. n. 16. 320.

Secunda eſt ſcutorum 750. ſolutorum Franciſcæ matri Ioannis Mariæ pro dotis reſtitutione, vt in ſummario num. 6. 750

Tertia eſt ſcutorum 100. quorum debitor erat Io. Maria ex cauſa legati Franciſcæ, vt ex teſtamento ſummario nu. 3. & Franciſca eadem legante Fratribus Sancti Auguſtini, vt ex teſtamento illius, fuerũtque per Ioannem Baptiſtam ſoluta mediante cenſus impoſitione, vt in ſummar. n. 7. 100

Quarta eſt ſcutorum 68. pro fructibus cenſus hæreditarij Ioannis Mariæ, vt ex apochis recognitis in ſummario num. 8. qui cenſus tamquam debitum hæreditarium fuit relatus in inuentario confecto per Matthæum patrem Andreæ, ſummario num. 2. 68.

Quinta eſt ſcutorũ 326. quæ ſoluta fuerunt Franciſco Bartellæ pro ſorte, & fructibus cenſus ſpectañ ad Ioannem Mariam, & in inuentario pariter deſcripti, vt in ſummario nu. 10. 326.

Sexta partita eſt ſcutorum 150. quæ ſoluta fuerunt diuerſis alijs creditoribus hæreditarijs, vt ex apochis datis in ſummario num. 5. quæ debita in inuentario pariter fuerunt deſcripta. 150.

Ex quibus omnibus conflatur ſumma ſcutorum 1714.

Et ex his detrahendo valorem prædiorum nempe 1400.

Debita ſoluta adhuc ſuperant in ſcutis 314.

Et in maiori etiam ſumma ponderato dicto cenſu ſcutorum 150. quo bona prædicta ſunt grauata.

Non obſtat quòd debitum dotis Franciſcæ ſcut. 750. non eſt debitum proprium Ioannis Mariæ, ſed commune cum Matthæo, & Io. Baptiſta, itaut ſola tertia pars ſpectaret ad Io. Mariam, & pars eiuſdem debiti, nempe ſcut. 300. iam ſoluta fuiſſent.

Quoniam in Inuentario per Matthæum, à quo cauſam habet Andreas confecto, dictum debitum integrè deſcriptum fuit tamquam hæreditarium
6 ipſius Io. Mariæ, † quod inuẽtarium plenè, & concludenter probat cõtra deſcribentem, & ab eo cauſam habentes, *Rota deciſ.* 71. *num.* 3. *part.* 1. *diuerſ. & coram Cardin. Seraphin. deciſ.* 1394. *nu.* 1. & fuit dictum in *Bonon. fideicomm. de Deſiderijs* 5. *Martij* 1625. *coram me.* Solutio autem ſcutorum 300. facta fuit de anno 1566. & apparet non habuiſſe effectum, quia pecuniæ deinde fuerunt depoſitæ penes Io. Mariam, vt ex inſtrumentis exhibitis in ſummario num. 21. & notula exhibita ad proban. communionem debiti, percutere videtur tempus obitus Iulij, & ſic annum 1584. & Io. Ma-
7 ria obijt de anno 1589. itaut nõ releuet, quia † probatio debet percutere tempus mortis, ſeu facti inuentarij, iuxta *Bald. conſ.* 514. *num.* 1. *lib.* 5. Nec
8 præſumitur error in inuentario, † ſed certis, & euidentibus probationibus iuſtificari debet, *l. eum de indebito, §. fin. ff. de probat. Menoch. conſ.* 688. *num.* 16. & fuit latè deductum in *Ariminen. legatorum* 14. *Maij* 1632. *coram Reuerendiſſimo D. Vngellen.*

Minus obſtat, quòd debita ſoluta diuerſis creditoribus vſque ad ſummam ſcutorum 250. non probentur eſſe hæreditaria; tum quia in apochis exhibitis talia eſſe recenſentur, & cõbinando illas cum inuentario dignoſcitur eſſe hæreditaria: tum quia demptis etiam iſtis adhuc debita ſuperant valorem

tem prædiorum vltra ſcuta centum ſexaginta, im-
mò in multo maiori ſumma attento onere cenſus
ſcut.150. dd.bonis infixo, vt ſupra ponderatũ fuit.

Nec ſubſiſtit, quòd Ioannes Baptiſta eſſet debi-
tor Io. Mariæ in duabus partitis, nempe in vna
florenorum 275. & Matthæi in alis florenorũ 325.
Quoniam creditum Io. Mariæ per compenſationẽ
9 ſublatum fuit quippe, quod ex † libro memoriali
conſcripto per ipſum Io. Mariam, qui contra eum
probat *Rip. in l. admonendi. num. 117. ff. de iur. ver.
Grauett. conſ. 73. nu. 39. & 40. Rota Ianuen. deciſ.
1. num. 19. & deciſ. 96. num. 6.* necnon ex depoſi-
tione vnius Teſtis iuncta apocha diuiſionis, cõſtat
Io. Baptiſtam habuiſſe creditum maioris ſummæ,
vt in ſumm. num. 22. & 23.

Quo vero ad creditum Matthei in florenis 325.
in tranſactione inita inter eius filios, & Io. Bapti-
ſtam ipſemet accollauit ſibi debitum ſcutorũ 100.
in extinctionem reſidui ſimilis crediti, vt in ſumma-
rio num. 4. Quibus etiam congruit quòd Matthæus
in inuẽtario deſcripſit Io. Baptiſtam creditorẽ Io.
Mariæ in ſcut. 10. Signũ quòd alia ipſius debita fue-
rant ſublata, quæ alioquin deſcripſiſſet in inuenta-
rio in fauorem Io. Mariæ, quemadmodum deſcrip-
ſerat debitum eiuſdem.

Neque aduerſatur quòd Ioannes Baptiſta fue-
rit ſatisfactus ex perceptione fructuum prędiorum
hæreditariorum per tantum temporis ſpatium nẽ-
pe ab anno 1591. citra; Quoniam cum Io. Baptiſta
adiuerit hæreditatem cum beneficio legis, & inuẽ-
tarij, & deinde debita hæreditaria ſoluerit, potuit
10 † totidem bona ſtabilia ſibi adiudicare, & in ſolu-
tum recipere, idq. feciſſe præſumitur ad effectum
lucrandi fructus eorumdem bonorum, vt pluries
reſpondit *Rota nempe in deciſ. 680. nu. 1. & 2. p. 1.
diuerſ. coram Card. Seraph. deciſ. 1284. num. 1. &
apud ſan. me. Greg. deciſ. 67. nu. 10. & corã Card.
Caualer. deciſ. 327. ſub nu. 3. & in Romana ſepa-
rationis bonorum 24. Ianuar. 1631. coram R. P. D.
11 meo Pirouano,* dum præſertim in hærede † non po-
teſt conſiderari dolus, & fraus in appropriando ſi-
bi bona hæreditaria, quo caſu factum Iudicis non
videtur neceſſariũ iuxta tradita per *Surd. dec. 224.
num. 17. & 19. Rota deciſ. 71. nu. 4. par. 1. diuerſ.*
& notant *Addent. ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 67.
num. 26.* Et quod magis eſt Teſtator iuſſit bona
12 vendi pro ſoluendis debitis, † tunc enim cenſetur
hæres breui manu emiſſe ab hæreditate, & debita
hęreditaria pretio ſoluiſſe, vt animaduerterunt *Soc-
cin. iun. conſ. 120. num. 24. lib. 1. Menoch. conſ. 183.
num. 37. verſ. quantum vero attinet Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 203. nu. 15.*

Quibus nec reſiſtere viſum fuit quòd in hæredi-
tate extarent bona mobilia, & negotium artis ſeri-
cæ, quorum pretio debebat Io. Baptiſta ſoluere de-
bita antequam bona ſtabilia diſtraheret, ſibiq. ap-
propriaret; quia exiſtentia bonorum mobilium de
tempore quo debita fuerunt ſoluta non iuſtificatur,
13 † prout opus eſſet ad effectum, vt hæres bona ſta-
bilia in ſolutum recipere non poſſet vt dixit *Rota
apud Card. Caualer. deciſ. 130. num. 4. & ſeqq. &
coram bon. me. Andrea deciſ. 69. num. 3;* & diſſerit
Gratian. diſcept. forenſ. cap. 214. nu. 16. & illa mo-
bilia quæ fuerunt per Matthæum in inuentario de-
ſcripta apparent exigui fuiſſe pretij, vt in ſummario
num. 10. & multa legata fuiſſe per Io. Mariam, &
ſignanter bibliothecam valoris ſcut. 100. legatam
eſſe venditori. vt in ſumm. num. 3.

Quo verò ad negotium artis ſericæ pariter non
14 probatur illius exiſtentia de tempore cõgruo, † at-
que in bono ſtatu, vt requiritur, quemadmodum
in terminis ſimilis negotij, ſeu apothecæ reſpondit
*Rota in Spoletana fideicommiſſi 30. Maij 1630 co-
ram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Immo DD. putarunt ex pluribus ſatis depre-
hendi negotium hoc ſerici de tempore obitus Ioã-
nis Mariæ fuiſſe iam diſſolutum. Nam datur apo-
cha, in qua conuentum fuit de modo faciendæ di-
uiſionis dicti capitalis de anno 1583. inter fratres,
& nepotem de Calcalarijs, cum reciproca eorum-
dem quietantia, & de partibus vnicuique aſſignan-
dis, vt in ſumm. num. 1 & de anno 1594. Andreas,
& alij de Calcalarijs in Inſtrumento tranſactionis
omnes diuiſiones factas deſignatas, & acceptatas
ſe iterum approbare profeſſi ſunt ſumm. num. 4. &
Matthæus alter ex diuidentibus, & pater Andreæ,
in vim d. apochæ recepit ſcut. 450. pro dote ſuæ vxo-
ris, & ſic apparet de illius obſeruantia, vt in dicto
ſumm. num. 1. Ioannes Maria autem in libro me-
moriali adnotauit totum capitale negotij ſerici in
ſcut. 3000. & partitas pecuniarum exinde recepta-
rum deſcripſit aſcendere ad ſcuta 400. vt in ſumm.
num. 11. quæ ferè attingunt ratam ad eum ſpectañ
cum prius debita ſcutorum 950. eſſent detrahenda
iuxta conuentionem apochæ, & vltra ſcut. 400. ex
eodem libro memoriali apparet ipſum habuiſſe alia
nomina debitorum, & res ſericas, & demum in in-
uentario confecto per Matthæum hoc negotium
non fuit deſcriptum, quod tamen ſi extitiſſet veri-
15 ſimiliter non fuiſſet † omiſſum, & hinc non exiſtẽ-
tiæ præſumptio oritur *Card. Seraph. deciſ. 304. n. 6.
Card. Caualer. deciſ. 245. nu. 1. & fuit dictum in
Sancti Seuerini dotis 3. Maij 1631. coram me.* Quin
etiam idem Matthæus in inuentario videtur faſſus
diuiſionem fuiſſe effectuatam, dum in eo deſcripſit
iſtam nominum debitorum exigendorum iuxta
paritiones, vt in ſumm. num. 11. Ipſeq. Io. Maria
mandauit bona ſtabilia diſtrahi pro extinguendo
16 ære alieno, quod † facile non iuſſiſſet ſi ex capitali
negotij ſerici pręſtari id potuiſſet ex traditis per *Ro-
tam coram Card. Caualer. deciſ. 90. num. 3.* prout
etiam Ioannes Baptiſta multos contraxit cenſus,
vt in ſumm. num. 14. à quibus poterat abſtinere
erogando capitale negotij ſerici, ex quibus omni-
bus ſimul iunctis reſultare videtur ſufficiens pro-
17 batio ſubſequutæ, & effectuatæ † diuiſionis, ad quẽ
effectum admittuntur præſumptiones & coniectu-
ræ *gloſ. in l. penult. C. communia de legat. Menoch.
præſ. 60. num. 2. & 5. lib. 3. Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 951. num. 3. Rota apud Card. Caual. de-
ciſ. 651. nu. 2. poſt med. & ſeqq.* & notulas ſimpli-
18 ces † partium iunctas cum adminiculis ſatis pro-
bare diuiſionem cenſuit *Rota coram Card. Caual.
d. deciſ. 651. num. 2. verſ. licèt autem*, quæ fuit etiã
confirmata in eadem *cauſa ſub die 28. Iunij 1628.
19 coram bo. me. Card. Virili*, ſufficitq. lapſus † decen-
nij cum poſſeſſione pro diuiſo inter præſentes ad
præſumendam legitimam diuiſionem, *Dec. conſ. 97.
num. 5.*

num.5. Caphal. conſ.396. nu.7. & 8. Theſaur. deciſ.205. num.1. Gratian.diſcept. forenſ. d.cap.951. num.3. Rota coram Card. Seraph. deciſ.1518. n.2. & in Vrbeuetana cenſuum 3. Iunij 1624. coram bo.me. Buratto.

Hincq. eliditur depoſitio Teſtium ſuper communione negotij ſerici, quia non percutiunt certum
20 tempus, quod † cum ſit de ſubſtantia præciſè attingere debebant, ideoq. nihil probant ad *l.cum te. C.de probat. Sur.l.conſ.60. num. 30. Rota apud Card.Seraph.deciſ.1172. num.2.& in recent. deciſ. 402.nu.5.par.2.* Dumq. aliqui Teſtes in ſummar. Andreę num.15. deponunt Io.Baptiſtam exercuiſſe negotium ſerici etiam poſt obitum Ioan. Mariæ, poteſt eorum dictum intelligi vti nomine proprio, & pro ſua rata dictum negotium exercuerit poſt factam d. diuiſionem.

Non refragatur autem Io. Baptiſtæ ceſſio, ſeu renunciatio hæreditatis Io. Marię per eum facta ſororibus Andreæ. Quoniam ea comprehendit ſolùm ius hæreditarium, & quæ Io. Baptiſta conſequi po-
21 terat tanquam hæres, † non autem, quæ illi competunt tanquam extraneo ſoluenti debita Teſtatoris, & illius bona ſtabilia pretio numerato creditoribus breui manu quemadmodum ementi iuxta *tex. in l.venditor. §. ſi quid publici. ff. de hæreditat. vel act. vendit. & tradunt Corr. conſ.14.nu.11. lib.3. Vrſill. ad Afflict.deciſ.382. num. 1. ad finem Gabr. conſ.60. num. 9. lib. 1.* & dum hæreditatem ceſſit ſeparata iam fuerant prędia ab hæreditate, & ex titulo occulto emptionis in Ioannē Baptiſtam tranſlata itaut in ceſſione hæreditatis amplius venire non poſſent, vt diſſerit *Gabr.conſ.60.nu.9. lib.1.*

Nec facit quòd in hæreditate Io. Mariæ extaret etiam tertia pars alterius prædij ratione hæreditatis Iulij; Quoniam hæc iam ceſſa fuit filijs Matthęi vt in ſumm. num.4. neque ſuper hac prætenditur retentio à filijs Io. Baptiſtæ.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. PIROVANO.

Iſpaleñ Decimarum.

Die Lunæ 5. Maii 1636.

ARGVMENTVM.

Laici, ad hoc vt probent decimas ſpirituales ad ſe ſpectare, quidnam docere debeant, & quando hoc caſu denegetur remiſſoria.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria ſemper denegatur, quando articuli ſunt irreleuantes, inuериſimiles, & impoſſibiles.*
2 *Laici ſunt incapaces iuris decimandi.*
3 *Laici non probant ius decimandi ad eos, docto de poſſeſſione, cum illa non releuet ad effectum dominij, niſi ſit immemorabilis, & cum ſama priuilegij. & num.4.9.*
5 *in Diœceſi Iſpaleñ Parochiæ non ſunt diſtinctæ, ſed cura animarum vniuerſalis ſpectat ad Archiepiſcopum.*
6 *Remiſſoria non datur ſuper his, in quibus non pendet lis.*
7 *Decimæ, illæ propriè non dicuntur quæ in quota non exiguntur.*
8 *Decimarum appellatione regulariter veniunt ſpirituales, & non temporales.*
10 *Teſtes. qui deponere debent ſuper immemorabili, cuius ætatis eſſe debeant.*
11 *Viuere nemo præſumitur vltra 100. annos.*
12 *Laicus eſt incapax decimarum abſque probatione immemorabilis, & ſama priuilegij.*
13 *Parochus habet intentionem fundatam de iure communi ſuper iure decimandi omnes fructus per quotam decimalem, & illam etiam deducendi ex omni opificio, & negotiatione.*
14 *Reus in ſua exceptione eſt actor.*
15 *ad Maioricatum venienti iurè proprio, tanquam noua perſona, non nocent ea, quæ eum anteceſſore geſta ſunt.*
16 *Acta facta contra anteceſſorem nocent etiam ſucceſſori, licèt veniat ex iure proprio, ſi iſte conſtituit procuratorem ad litem defendendam.*

DECISIO CXXVIII.

PRODVCTIS articulis pro parte Domini Ducis, & petitis litteris remiſſorialibus pro examinandis Teſtibus in partibus, quæſitum fuit an illæ eſſent concedendæ, & negatiuè fuit reſponſum,
1 quia articuli ſunt irreleuantes, † inueriſimiles, & impoſſibiles ſuper quibus ſēper ſolet denegari remiſſoria, *l.ad probationem la 2. C. de probat. Caſſad. deciſ.2. de dilat. Caputaqu. dec. 66. & 68. p.3. Caſ. de Graſſ. dec.1. nu.5. eod. tit. et 81. num. 3. & 122. num.1. & 355. nu.1. coram Papa Greg. XV.*

Irreleuantia primi articuli eſt patens, dum ponitur, quòd D. Dux modernus Medinæ Sidoniæ percepit. & exegit, ac percipere, & exigere ſolitus eſt decimas ficuum ſiccorum, olei & oliuarum, ac laterum in Villis, & territorijs expreſſis: Quoniam
2 † laici ſunt incapaces iuris *decimandi. cap.decimas. 16 quæſt.7. c.cauſam. de præſcript. c. finali de rerum permut. c.2. de iudic. Rebuff. de decimis.q.10. nu.17. et quæſt.13. nu. 38. et 39.* ideoq. probata
3 poſſeſſione † illa non releuat ad effectum dominij, niſi ſit immemorabilis, & cum ſama priuilegij, dū non verſamur in poſſeſſione ante Concilium Lateraneñ. Secundum veriorem, de qua per *Ioan. Andream in c.cum Apoſtolica. nu.9. de his, quæ fiunt à Prælat. ſine conſenſ. Cap. et ſequuntur Abb. et alij, et Felin. in c.cauſam, quæ. num.3. de præſcript. et ſemper apud nos ſeruatur, vt in Toletana decimarum de Capilla 4. Decembris 1615. coram bo.mem. Andrea*, vbi pleniſſimè Rotæ opinio firmatur, & exinde in alijs cauſis fuit reſponſum, quę nouiſſimè fuerunt relatæ *in Corduben decimarum de Lucena 15. Iunij 1635. coram D meo Decano.* propterea
4 admiſſa † etiam poſſeſſione articulata, ex ea D. Dux iuuari non poteſt.

Secundus articulus, qui ponitur ad probandum ſupradictas decimas eſſe temporales, & maioricatui annexas, & merè Laicales, & quòd in Regnis Hiſpaniarum dantur, & ſoluūtur in ſignum vniuerſalis dominij, & ipſæ quatenus expreſſa probarentur non fundant intentionem D. Ducis, nam Capitulum venit ex diſpoſitione iuris cōmunis, quoad ius vniuerſum decimandi in locis, & terris ſu-

pra-

5 prædictis, ex quo in Diœceſi † Iſpaleñ Parochiæ
non ſunt diſtinctæ, ſed cura animarum vniuerſalis
ſpectat ad Archiepiſcopum & Capitulum admini-
ſtrat bona Archiepiſcopatus, & in actuali poſſeſſio
ne percipiendi decimas exiſtit, habetq. generale
mandatum ad hanc cauſam proſequendam, cum
quibus fundare intẽtionem fuit firmatum *in deciſ.
2. Martij 1635. coram D. meo Veroſpio.* * Aut igi-
tur Dominus Dux contendit decimas prætenſas
non eſſe ſpirituales, & ſuper his non pendet lis, ne-
6 que Capitulum aliquid prætendit, nec † per conſe-
quens eget remiſſoria, ſed contra Incolas & Ter-
rarum poſſeſſores agendum eſt pro temporalibus,
vel annuis præſtationibus in quantitate frumenti,
vel pecuniæ ex contractu pro rebus debitæ, quæ
7 † propriè non dicuntur decimæ, dum in quota nõ
exiguntur *Bald. conſ. 419. lib. 1. Curt. iun. conſ. 177.
nu. 6. & idem fuit firmatum in deciſ. 684. nu. 2. &
8 ſeq. par. 1. recent.* & regulariter appellatione † de-
cimarum veniunt ſpirituales, non autem tempo-
rales, *Alciat. conſ. 32. tom. 1. lib. 1. num. 3. & idem
fuit dictum in cauſa Mediolanen. reſciſſionis per-
mutationis 22. Martij 1599. coram Card. Hiero-
nymo Pamphilio, & in cauſa Gerunden. iuriſpa-
tronatus 10. Maij 1628. coram D. meo Decano.*
Aut admittit has decimas eſſe ſpirituales, & nihi-
lominus ad ſe ſpectare, & duriori eget probatione
9 propter iuris † reſiſtentiam, nempe immemorabili,
cum fama priuilegij, vt ſupra dictum eſt, quæ non
articulatur, & probata nõ releuaret, vt mox dicetur

Tertius, & vltimus articulus continet probatio-
nem, ſed abſque fama priuilegij Apoſtolici ſine cu-
ius probatione articulus omnino remanet irrele-
uans ex veriori opinione ſupra firmata, quæ quali-
tas etiam ſi adderetur, adhuc irreleuantia eſſet pa-
tens propter impoſſibilitatem reperiẽdi teſtes, qui
eſſent talis ætatis vt poſſent de tempore ante motã
litem deponere: Nam hæc lis initium habuit ante
annum 1568. de quo tẽpore ex appellationis re-
ſcripto in Rota fuit commiſſa, & cum teſtes de eo
10 tempore debuiſſent † probare ſe ætatis annorum
quinquaginta quatuor propter requiſitum *gloſſ. c. 1.
de præſcript. in 6.* vt deponant per 40. annos de vi-
ſu, & ſint ætatis legitimæ ad deponendum annorũ,
ſcilicet quatuordecim, *Caput. deciſ. 290. par. 3. Se
raph. deciſ. 1102. nu. 5. & 298. nu. 1. coram Papa
Greg. XV.* Nulli dubium quòd teſtes excedere de-
11 berent annum 124. † contra præſumptionem, &
poſſibilitatem viuendi, per quam Rota ſemper re-
iecit probationem, *vt in deciſ. 211. num. 5. coram
Papa Greg. XV.* & de minori tempore nempè an-
norum 88. Rota habuit probationem inueriſimili-
lem *in Vicen. Collegij 13. Februarij 1624. coram
D. meo Decano.*

Non obſtat, quòd D. Dux non prætendat deci-
mas ſpirituales, quæ à Capitulo petuntur, ſed ſo-
lùm excipiat cõtra Capitulum Actorem, quòd de-
cimæ, quæ ab ipſo prætenduntur ſunt temporales,
12 quarum † Laicus eſt capax, abſque probatione im-
memorabilis, & fama priuilegij, *Bald. eod. cõſ. 419.
lib. 1. Rot. deciſ. 404. nu. 2. coram Papa Greg. XV.
& 313. num 3. par. 1. recent.* & propterea D. Du-
cem bene releuari ab huiuſmodi probatione, & re-
miſſoriam per eaſdem regulas eſſe concedendam.

Quoniam vis totius diſputationis conſiſtit in
probanda pertinentia decimarum olei, oliuarum,
ficuum ſiccarum, & laterum, quam ex diſpoſitione
13 iuris probat † Capitulum ex iure vniuerſali deci-
mandi omnes fructus per quotam decimalem, &
illam etiam deducendi ex omni opificio, & nego-
tiatione, *cap. omnes decimæ, cap. quicumque 16.
quæſt. 7. cap. quoniam. de decim. Gonz. ſuper reg. 8.
gloſ. 6. nu. 75 Rot. deciſ. 193. num. 5. par. 2. recent.
Rebuff. eod. tit. quæſt. 8. num. 23. cum alijs allegatis
in deciſ. 5. Martij 1635.* ſi autem D. Dux præten-
dat ad ſe ſpectare, vel ab ipſo non poſſe vendicari,
quia hæc ipſa ſit decima temporalis non pertinens
ad Capitulum in hac parte non contendit Capitu-
lum participare de decimis temporalibus ad maio-
ratum ratione dominij, & ſuperioritatis pertinen-
tibus ſi verò prout ſunt decimæ ſpirituales de iure
parocho vniuerſali debitæ excipit Capitulo non
14 deberi, cum in hac † ſua exceptione ſit Actor, &
nihil releuans probandum exponat, probando de-
cimarum temporalitatem, ſed decimas prout ſunt
ſpirituales ad ſe ſpectare merito non articulando
immemorabilem, cum fama priuilegij à ſua peti-
tione reijciendus eſt, vt ſupra fuit dictum.

Neque dicatur in omnem caſum non eſſe neceſ-
ſariam hanc probationem immemorabilis, cum
fama priuilegij, dum modernus Dux non eſt ſuc-
ceſſor illius Ducis, contra quem lis fuit inchoata
ante annum 1568. vt propterea ex probationibus,
& alijs in cauſa geſtis lædi aut præiudicari non
15 † poſſit, cum veniat iure proprio ratione maio-
ricatus tanquam noua perſona, *Put. deciſ. 91. lib. 3.
Achill. deciſ. 3. de re iud. & 205. nu. 2. coram Papa
Greg. XV.*

Quia obiectum facilè ſoluitur ex mandato pro-
ducto ad comparendum *coram D. meo Veroſpio,* &
defendendum litem ſuper decimis motam per Ca-
pitulum contra D. Ducem Alphonſum eius geni-
16 torem. Vnde nulli dubium, † quin fecerit omnia
acta ſua, & illi obſtent, prout anteceſſoribus ob-
ſtabant *Molin. de primog. lib. 4. cap. 8. Peregr. de
fideic. art. 53. nu. 46.* & ita ſenſit Rota, quando ſuc-
ceſſor voluit facere acta ſua *in d. deciſ. 205. in princ.
coram Papa Greg. XV.*

Et ita vtraque parte informante.

* *Eſt deciſio 22. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. MERLINO.

Meſſaneñ ſeu Nullius feudi.

Die Lunæ 5. Maij 1636. 2

ARGVMENTVM.

Alienatio rerum Eccleſiæ non ſubſiſtit, ſi ca-
reat vtroque requiſito neceſſario in dicta
alienatione, ſcilicet licentia Summi Pontifi-
cis legitimè executa, atque euidenti vtilita-
te. Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiæ, quando corruat.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Iudices delegati debēt eſſe certi de ſua iuriſdictione, & ante præſentationem commiſſionis nulla eis competit iuriſdictio.*

2 *Citatio ad viden. iurare teſtes eſt neceſſaria, ad hoc vt examen ſubſtineatur.*

3 *Teſtimonij ſubſtantia tota conſiſtit in iuramento.*

4 *Citatum fuiſſe quem, non ſtatur aſſertioni Notarij, nec Iudicis id affirmantis.*

5 *Notarij narratiua ſimplex, quòd teſtes iurarunt non probat iuramentum teſtium.*

6 *Notario atteſtanti de actu præterito, & non geſto coram ſe ipſo, non creditur.*

7 *Teſtes, quando ſunt examinandi citandus eſt ille de cuius principali intereſſe agitur.*

8 *in Alienationibus rerum Eccleſiæ Papa concedēdo beneplacitum, tota voluntas conſiſtit in euidenti vtilitate Eccleſiæ.*

10 *in Alienationibus rerum Eccleſiæ, vtilitas metiēda non eſt ex ſtatu rei in tempore calamitoſo, ſed requiritur cauſa perpetua.*

11 *Decimas Eccleſiaſticas difficillimè Summi Pontifices concedunt perſonis laicis.*

12 *Decima, ſi laicis concedantur in ſpecie derogandum eſt Concil. Lateran.*

13 *Confirmatio euaneſcit, ſi diſpoſitio ſuper qua eſt innixa corruat.*

14 *Confirmatio Apoſtolica in alienationibus rerum Eccleſiæ nihil operatur ſi alienatio non ſubſiſtat.*

15 *Prælatus ratificās alienationem bonorum Eccleſiæ, ſunt ſeruanda eadem ſolemnitates, quæ requiruntur in ipſa alienatione.*

16 *Patroni conſenſus in alienatione rerum Eccleſiæ, non tollit, quin exigatur beneplacitum Apoſtolicum neceſſarium in dictis alienationibus.*

17 *Teſtes nullum adminiculum faciunt deficiente iuriſdictione, iuramenti atque citatione.*

18 *Vtilitas euidens in alienationibus rerum Eccleſiæ præcisè debet tangere tempus alienationis.*

DECISIO CXXIX.

POST emanatam reſolutionem coram me, * quòd ſententia Rotalis ſit confirmanda, Agētes pro Dominis Ioenſis enixè petierūt, ſuper hac reaudiri, & nonnulla iura etiam, ſeu ſcripturas in actis produxerunt; Propterea hodie iterum ſuſcepta fuit diſputatio ſuper reſolutione prædicta, & ponderatis dictis iuribus. Domini vnanimiter cēſuerunt adhuc ſtandum eſſe in deciſis.

Alienatio enim feudi Eccleſiaſtici, Salicis nuncupati, de quo agitur, caret vtroque requiſito pro alienationibus bonorum Eccleſiæ exigito cauſæ, & ſolemnitatis, hoc eſt licentia Summi Pontificis legitimè executa, atque euidenti vtilitate, vt in alia deciſione latè fuit oſtenſum.

Neq; ſuffragari viſum fuit beneplacitum Apoſtolicum modò exhibitum, & articulos, ac teſtium depoſitiones pro executione eiuſdem beneplaciti deficiunt enim ſolemnitates, & quod peius eſt, intentio Papæ non fuit adimpleta.

Solemnitates quidem deſiderantur, quia beneplacitum prædictum non fuit coram executoribus
in actis productum, prout requirebatur ad effectum
1 vt † Iudices delegati certi eſſent de eorum iuriſdictione, & ante hanc exhibitionem nulla eis competebat iuriſdictio, prout reſpondit *Rota coram bon. mem. Card. Seraph. deciſ.* 1010 *num. 2. & in Burgen. Canonicatus 19. Ianuarij* 1598. *coram bo. me. Card. Pamph. impreſſ. apud Marcheſ. de commiſſ. par. 1. fol. 369. nu 2.*

2 Deeſt etiam citatio ad videndum † iurare teſtes, quæ erat neceſſaria, *cap. 2. vbi Abb. nu. 14. de teſtib. Butr. in c. ſignificauit nu. 2. eod. tit. Rota apud Caputaq. deciſ. 274. nu. 3. par. 3. & coram Reuerendiſſ. Dn͂o Decano deciſ.* 182. *nu.* 1. & alias paſſim; Nec minus apparet delatum fuiſſe teſtibus iuramē-
3 tum in † quo tamen tota conſiſtit teſtimonij ſubſtantia ad *tex. in l. iuris iurandi. C. de teſtib. c. ſi teſtes 4. q. 3. cap. hortamur 3 q 9. & dixit Rota apud Verall. deciſ. 266. par. 3. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano d. dec. 182. nu. 1.*

Et quamuis Notarius aſſerat præceſſiſſe citationem, & ab eodem enuncietur quilibet teſtis iuratus &c. hoc tamen non ſufficit, quia debet poſitiuè inſeri in proceſſu tenor citationis, ita ut non
4 ſtetur † aſſertioni Notarij, nec Iudicis affirmantis, quem fuiſſe citatum *Abb. in c. Albericus nu. 6. verſ. primo enim dico, de teſtib. Rota deciſ. 55. n. 1. par. 1. diu. & in recent. deciſ. 535. num. 1. par. 1.* nec etiā
5 ſimplex † enunciatiua Notarij per illa verba *teſtis iuratus &c* probat iuramentum teſtium, cum tunc videatur teſtari de actu de præterito, & non geſto
6 coram ſe ipſo, in ipſo tempore † præciſo actus, cui propterea non creditur, vt dixit *Rota apud Caputaq. deciſ. 123. & 248. par. 2. & dec. 295. par. 3. & diuerſ. dec. 215. num. 3. par. 4. & in recen. dec. 633. n. 4. par. 2. ac dec. 393. n. 8. par. 1. cū alijs congeſtis in Squillacen. Abbatia 20. Nouemb.* 1630 *corā me.*

Sed quatenus etiā conſtaret de citatione adhuc illa non releuaret, quia dicitur fuiſſe citatum Priorem Eccleſiæ S. Saluatoris, & tamen requirebatur, citatio Promotoris Fiſcalis menſæ Archimandritalis
7 cum principaliter † ageretur de præiudicio eiuſdem menſæ, prout in ſimili reſpondit *Rota in Ferrarien. coram bon. me. Seleucien. quæ eſt deciſ. 624. nu. 4. 5. & 7. par. 1. rec.*

8 Non fuit autem † adimpleta voluntas Papæ, quæ tota eſt in euidenti vtilitate Eccleſiæ, vt inquit *Card. Mantic. deciſ.* 101. *num.* 5. nulla enim alia à teſtibus affertur vtilitatis ratio, niſi quòd hoc tenimentum Salicis, tunc patiebatur frequentes incurſiones bānitorum, & inde difficilis reddebatur acceſſus ad illud miniſtris Archimandritæ, quæ cauſa, nec eſt vera, & quatenus vera fuiſſet, non eſt ſufficiens.

Non vera, quia de eo etiam tempore locabatur hoc feudum, & à conductoribus ſoluebatur penſio, & ipſe Archimādrita prius tranſtulerat in patruū, & deinde in Scipionem patrem alienauit, vnde ſi priuati conductores, & conſanguinei alienantis, poterant, accedere ad feudum, & illud colere, & bannitorum pericula, difficultateſque euadere multo facilius præſtare id potuiſſet Archimādrita qui erat Prælatus inſignis, magnaq. pollens auctoritate, ac
9 iuriſdictione, vnde elicitur † mendacium teſtium,

&

& falſitas cauſæ per eos deductæ, vt in his terminis
bene arguebat, *Dec.conſ.*142. *ſub nu.*6.

Nec erat ſufficiēs cauſa huiuſmodi bannitorum
inuaſio, quia temporale erat hoc impedimentum,
cum non ſemper probetur territorium illud fuiſſe
10 à facinoroſis hominibus vexatum;† & ad metien-
dam vtilitatem Eccleſiæ non debet inſpici ſtatus
rei, ac tempus calamitoſum, ſed requiritur cauſa
perpetua, *iuxta Caſtrenſ.conſ.*109. *nu.*2. *verſ.non
obſtant teſtes lib.*2.*Menoch.de arb.iud.in add.cauſ.*
152. *num.*30. *& ſeq. Gratian.diſcept. forenſ. c.*45.
*num.*11. *&* 12. *Rota apud Card.Seraph.dec.*1073.
*num.*4. *& apud Card.Mantic.deciſ.*101.*num.*4.*&
diuerſ. deciſ.* 65. *nu.* 5. *&* 21. *par.* 2. *& deciſ.*720.
num. 10. *par.* 1. *diuerſ.* vbi quòd non attenditur
damnum ob incurſum facinoroſorum hominum,
dum aliunde non conſtat de vtilitate alienationis
factæ, prout in caſu præſenti non conſtat, & appa-
ret quòd allegata hæc bānitorum incurſio fuit co-
lor quæſitus ad cohoneſtandum corticem huius
alienationis in patrem Prælati.

Immo ex his teſtibus augetur vitium obreptio-
nis pōderatum in alia deciſione, quia hi teſtes re-
cenſent inter fructus iſtius territorij vaſſallos, &
decimas, & tamē in ſupplicatione, & in breui Pō-
tificio nulla fuit habita mentio de decimis, quæ di-
11 gna erat ſpeciali nota, cum † Summi Pontifices
difficillimè concedant decimas Eccleſiaſticas per-
ſonis laicis, & requirebatur in ſpecie derogatio ad
12 Concil. Lateranē † prohibens alienationem de-
cimarum in laicos relatum, *in c.prohibemus de de-
cim. vt per Rot. deciſ.* 122. *&* 123. *par.* 1. *diuerſ.
& fuit dictum in Valentina decimarum* 9.*Decem-
bris* 1602. *coram Penia, & in Albinganen. deci-
marum* 8.*Nouemb.*1607. *coram bo. me. Card.Vi-
rili, & in Placentina decimarum* 18.*Feb.* 1630.*co-
ram Reuerendiſſ.Vrgellen.*

Quibus poſitis euaneſcit etiam motiuum, quòd
pro Ioenijs poſſet deſumi ex cōfirmatione aliena-
tionis factæ per executores nuper itidem in actis
exhibita quoniam eſt relatiua ad proceſſum nullū,
eò quòd non fuit ſeruata forma litterarū Apoſto-
licarum ſi in euidentem, in quo proceſſu fundata
13 eſt cōfirmatio prædicta, ſublato † autem hoc fun-
damento corruit etiam confirmatio ſuper eo inni-
xa, *Caſtrēſ.cōſ* 401.*n.*3.*verſ.ſi ergo proceſſus lib.* 1.
*Crauett.conſ.*607. *nu.*8. & in terminis confirma-
14 tionis executorum, qui pro † alienatione rerum
Eccleſiæ fuerant deputati tradit *Quarant. in ſum-
mar. Bullarum verbo alienatio rerum Eccleſiæ ſub
num.*12.*§.declara primo, verſ.non enim Commiſ-
ſarij &c. Ruin. conſ.*68. *nu.* 5. *& ſub nu.*21. *lib.*1.
*Rota dec.*430. *nu.*6. *par.* 1. *recent. & in Aquilana
bonorum coram bo.me.Remboldo impreſſ.poſt Mo-
dern. Peruſ. de manut.deciſ.*11.*nu.*2.*&* 4. *& in
Romana domus* 19. *Aprilis* 1630. *coram Reueren-
diſſ. Vrgellen.*

Faciliusq. corruit ratificatio Archimādritę alie-
15 nantis, quia facta fuit abſque ſolemnitate, † quæ
requirebatur in ipſa ratificatione, prout in actu ra-
tificato, *vt fuit firmatum in alia deciſione, & præ-
ter ibi allegata tenuerunt Gemin.conſ.*128. *num.*5.
*Iaſ. in l.cum hi §.eam tranſactionem nu.*2. *ad fi-
nem ff. de tranſact. Vinc. de Franc: deciſ.* 35. *ſub
num.*4. *poſt med. cum alijs per Gratiat. diſcept.fo-
renſ. cap.* 981. *num.*44.

Atque vno verbo tolluntur ſcripturæ omnes, &
iura in actis producta, quia nedum remanet iniuſti-
ficata euidens vtilitas Eccleſiæ, ſed immo conſtat
de euidenti damno ex ponderatis in prima deciſio-
ne, quod fundamentum Dominis hodie etiā iū vi
ſum fuit inconcuſſum.

Nec dubitari poſſe videtur quin in hòc feudo,
ſeu territorio adeſſet iuriſdictio, quia teſtes pro Io-
enijs inducti diſertè inter fructus iſtius territorij
recenſent vaſſallos.

Minus autem ſuffragatur licentia Regis nouiſſi-
mè in actis producta; quoniam cum Eccleſia Ar-
chimandritalis præſupponatur de iurepatronatus
Regio, vtique de neceſſitate, ſiue de honeſtate
fuit adhibitus Regis cōſenſus pro intereſſe ſui pa-
16 tronatus, ſed hic † patroni conſenſus non tollit,
quin exigeretur beneplacitum Apoſtolicum neceſ-
ſarium in alienationibus rerum Eccleſiarum, vt di-
ſertè cauetur *in c. fin. de reb. Eccleſ. non alien.* ex
Concilio Lateranē deſumpto, & fuit conceſſus
dictus aſſenſus in forma iuris, & dummodo aliena-
tio cederet in euidentem vtilitatem Eccleſiæ, quæ
hic omnino deficit, vt in alia deciſione fuit oſtēſū.

Qua reſponſione cadit etiam vis articulorum, &
teſtium examinatorum pro executione huius Regij
aſſenſus, & etiam, quia teſtes ad effectum de quo
agitur pro vtilitate Eccleſię iuſtificanda non faciūt
17 vllum adminiculum deficiente †, iuriſdictione, iu-
ramento, atque citatione *iuxta trad. per Abb.in
c.*2.*num.*14. *in fin. de teſt. Creſcent.dec.*2. *de teſt.
Oſaſch. dec.* 69. *nu.*18.

Et demum depoſitio iſtorum teſtium circa vtili-
tatem non percutit tempus alienationis factæ in
fauorem Scipionis, ſed tempus ante decem annos,
18 & tamen† probatio euidētis vtilitatis præcisè de-
bet tangere tempus alienationis, vt deducitur ex
tex. extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien.
ibi, tunc in Eccleſiæ euidenti vtilitate, & in termi-
nis ponderant *Honded.conſ.*51. *nu.*61. *lib.*1. *Me-
noch.de arb. iud. in add. caſ.*152. *nu.* 29. *Gratian.
diſcep. forenſ. cap.*415. *num.* 4. *Rot.apud Caſ. de
Graſſ. deciſ.*4. *num.*1. *de reb. Eccleſiæ non alien. &
coram bo.me. Card. Caual. dec.*288. *nu.*5. quod eo
19 maximè videtur dicendum † cum verſemur in bo-
nis quorum valor, ex cultura, & expulſione ban-
nitorum, & ex alijs augeri poterat vt animaduer-
tit *Rot.apud Card. Seraph. deciſ.*1073. *num.*9.

Et ita vnanimi DD. conſenſu reſolutum fuit
ſtandum eſſe in deciſis.

☞ * *Ideſt ſub die* 15. *Februarij eiuſdem anni* 1636.
eſt deciſio 95. *ſupra in hac eadem parte, vbi in
fine habentur annotata tres aliæ deciſiones in hac
cauſa coram R.P.D. Verospio.*

R.P.D.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Vineæ.

Die Lunæ 5. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Poſſeſsio ad effectum manutentionis ex quo ſufficiat, vt probetur. De nullitate, quando poſſit opponi poſt annum non obſtante Stat. Vrb.lib.1.cap.189. & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio probari poteſt ex confeſſione partis aduerſa nempe ſi agat iudicio ſpolij, cum ex hoc non negetur factum ipſius poſſeſſionis, quod ſufficit ad effectum manutentionis.*

2 *Confeſſio qualificata diuidi poteſt, ſtante contraria præſumptione.*

3 *E poſſeſſione ſi Iudex iubeat aliquem eijci, ex vi neceſſarij antecedentis præſupponitur illum antea poſſidere.*

4 *Teſtes quando probent poſſeſſionem, licèt non referant aliqua eius ſigna, ex quibus poſſeſsio iuſtificetur.*

5 *Poſſeſſionem actualem, licèt quis amiſerit, numquam tamen cenſetur animo dimiſiſſe ciuilem.*

6 *Manutentionem, quis obtinere poteſt ex ſola ciuili poſſeſſione.*

7 *Sententia in rem iudicatam tranſacta, non poteſt reuocari ex alia ſententia ei contraria.*

8 *Sententia ex alia ſententia nulla non confirmatur.*

9 *De nullitate non poteſt opponi poſt annum, ſtante ſtatut. Vrb. lib.1.cap.189.*

10 *Sed dictum ſtatutum non procedit, quando nullitas eſt mixta cum ſpolio, propter iniuſtitiam ſententiæ.*

11 *Sententia lata contra ſententiam, vt valeat, debet expreſsè reuocari ſententia contraria, itaut non ſufficiat, ſi fiat tacite.*

12 *Poſſeſſio capta authore Prætore, non poteſt dici ſpoliatiua.*

13 *Contractus, ſi declaretur ſimulatus, nullius erit effectus.*

14 *Simulatè id quod fit, pro non facto habetur.*

15 *Creditor immiſſus in poſſeſſionem vigore Saluiani, ſi poſtquam eſt ſatisfactus rem retineat, poteſt conueniri actione ſpolij.*

16 *Iura recognoſcenda ſunt, ad hoc vt probent, maxime ſtante oppoſitione partis.*

17 *Melioramentorum fructus ſpectant ad meliorantem tamquam ex re propria percepti.*

18 *Melioramēta facta mala fide, poſtquam iudicium fuit motum ſuper re, ratio aliqua de eis non eſt habenda.*

19 *Tempus. quando eſt fundamentum intentionis alicuius, debet præcisè, & concludenter probari.*

20 *Poſſeſſionis titulus ſi ſit perpetuus, non poteſt conſiderari aliquod ſpolium circa quantitatem temporis poſſeſſionis.*

21 *Sententia debet executioni demandari à Iudice qui eam tulit. ſi non conſtet de alia deputatione.*

DECISIO CXXX.

POSTQVAM Parthemia obtinuerat ex remedio Saluiani immitti in poſſeſſionem Vineę quæ poſſidebatur à Paulo, tamquam ſub directo dominio Capituli Lateranenſis, Capitulum, adepta poſſeſſione eiuſdem vineę vti ad ſe deuolutæ, propter moram cōmiſſam à Paulo in ſolutione Canonum, inueſtiuit de ea Parthemiam quæ eiuſdem poſſeſſionem adepta fuit, & in actu apprehenſionis poſſeſſionis declarauit ſe velle poſſidere ex vtroque titulo, nempe Saluiani, ratione ſui crediti, & Inueſtituræ quam obtinuerat à Capitulo Egit Paulus Iudicio ſpolij in Tribunali Cardinalis Vicarij, tam contra Capitulum, quam contra Parthemiam, & obtinuit ex ſententia lata in eodem Tribunali reintegrari ad poſſeſſionem eiuſdem vineę, quæ ſententia reuocata fuit per alteram quæ tranſitum fecit in Iudicatum, propter non interpoſitam à Paulo appellationem; poſſedit Parthemia per plures annos pacificè eandem Vineā, & ea defuncta, Margarita illius filia, & hæres. Cum vero Paulus ſuſcepta iterum lite obtinuiſſet committi cauſam ſuæ appellationis, & latis duabus ſententijs ad ſui fauorem reintegratus fuiſſet ad poſſeſſionē eiuſdem Vineę, appellatum fuit ab his ſententijs nomine Margaritæ, & commiſſa cauſa in Rota, dubitatum fuit coram R. P. D. Meo Merlino primo de Iuſtitia, & validitate earum ſentētiarum, & deinde *quia in deciſionibus coram eo factis, declaratum fuerat eas eſſe reuocandas ex vtroque capite nullitatis, & iniuſtitiæ.* Diſputatum fuit, An concedendum eſſet Margaritæ mandatum de manutenendo quod cum illi conceſſum fuiſſet, Paulus ab eo appellauit, & commiſſa mihi cauſa eiuſdem appellationis, obtinuit hodie coram me dubitari, An dictum mandatum de manutenendo conceſſum Margaritæ eſſet confirmandum.

Et reſponderunt Domini pro confirmatione
eiuſdem mandati, quia poſſeſſio Margaritæ, cuius
cauſa debita illi erat manutentio, ex pluribus pro-
babatur. De ea enim primo apparebat ex confeſ-
1 ſione ipſius † Pauli in libello cōtra eam dato in Iu-
dicio ſpolij, in quo licèt aſſereret eam Vineam ab
ea iniuſtè occupatam, non tamen negabat factum
ipſius poſſeſſionis, quod ſatis erat ad effectum hu-
2 ius Interdicti, dum † ea qualitas vitioſæ poſſeſsio-
nis facilè poterat ab ea confeſſione ſeparari; ex
Doctr. Bart. in l. Aurelius, §. idem quæ ſit. nu.2.
ff. de liber. legat Quod etiam dici poterat de Sen-
tentia Iudicis in qua conceſſa fuit Paulo reintegra-
tio, cum eadem Sententia quatenus declarabat
3 † Margaritam eijciendam à ſua poſſeſsione, ex vi
neceſſarij antecedentis præſupponeret illam antea
poſſidere, ex notat *in l. manumiſſionis, ff. de iuſt.*
& iur. & l.decem, ff.de ver. oblig. Demum eadem
poſſeſsio probabatur ex teſtibus, qui examinati
fuerūt ad inſtantiam Margaritæ, qui teſtes viſi fue-
4 runt probare poſſe eandem † poſſeſsionem, quam-
uis non referant aliqua eius ſigna, ex quibus eadem
poſſeſſio iuſtificari debuiſſet, quatenus illa continebat ius, ſeu facultatem inſiſtendi ſuper ipſa vinea, cum eorum diſpoſitio referenda videretur ad ipſum factum poſſeſsionis, quod benè ab eiſdem teſtibus

percipi poterat, vt declarat *gloſ. in l. Stipulatio iſta,*
§. hæc quoque, ff de verb. oblig. quam ſequutus fuit
Bart. in tract. de teſtibus, nu. 170. & in tract. de
teſtimonijs, nu. 9. & 10. Dec. in conſ. 400. nu. 3. &
hæc omnia conſiderata fuerunt in deciſ. facta coram
R. P. D. meo Merlino, ſub die 13. Iunij anni 1629.
in qua reſolutum fuit, quòd concedendum illi erat
mandatum de manutenendo, de cuius confirmatio-
ne hodie dubitatur.

Neque dici poterat, Margaritam priuatam fuiſſe
ſua poſſeſſione ex ſententia Iudicis, quia in his dua-
bus deciſionibus declarata fuerat nullitas, & iniu-
5 ſtitia eius ſententię, cuius † cauſa licèt actualem
poſſeſſionem amiſerit, numquam tamen cenſetur
animo dimiſiſſe ciuilem; & ex hac ſola poſſeſſione
6 poterat illa obtinere in hoc † interdicto, vt fuit re-
ſolutum in eadem deciſione *coram R. P. D. meo*
Merlino, & notatur in §. retinendi, & per Aretin.
ibi. nu. 3. Inſtit. de interd. Bart. in l. 1. §. vlt. ff vti
poſſidetis, Menoch de retin. poſſeſſ. remed. 3. nu. 22.
Et quidem nullitas eius ſententiæ, ex qua priuata
fuit Margarita ſua poſſeſſione, ex eo deducebatur,
quia anterior ſententia lata ad fauorem Margaritæ,
7 † tranſitum feciſſet in iudicatum: vnde non pote-
rat illa reuocari ex alia ſententia eidem contraria,
neque hæc poſterior ſententia confirmari ex vlti-
8 ma, † cuius vigore Paulus deiecit Margaritam à
ſua poſſeſſione, vt notatur *in l. 1. C. quando pro-*
uoc. non eſt neceſſ. & tradunt ibi Doct. & in c. in-
ter Monaſterium, de Sent. & re iud. & ibi Felin.
n. 15. Franch. in c. directⅼ. nu. 10. de appellat. Ne-
que viſæ ſunt ſatisfacere reſponſiones, quæ datæ
fuerunt pro euitanda hac difficultate, quod ſcilicet
9 non † potuiſſet de ea opponi poſt annum, ex diſpo-
ſitione ſtatuti Vrbis, *in c. 189. lib. 1.* & quòd vide-
retur, Iudex reuocaſſe eam ſententiam latam ad
fauorem Margaritæ, ſi non expreſsè, ſaltem tacitè,
dum in ſua ſententia mentionem fecit primę, & ſe-
cundæ inſtantiæ, & ſententia quam ipſe tulit erat
conformis ſententię latæ in prima inſtantia, &
contraria ſecundæ. Quod enim attinet ad diſpoſi-
tionem ſtatuti, non poterat idem ſtatutum locum
habere in hoc caſu, quo ea nullitas dicebatur eſſe
10 mixta † cum ſpolio, propter iniuſtitiam quam ea-
dem ſententia continebat, vt ſæpius *Rot. interpre-*
tata fuit idem ſtatutum. & deciſ. 2. de conſtit. apud
Cæſ. de Graſſ. nu. 2. & in dec. 215. nu. 4. par. 1. di-
uerſ. & in Romana Societatis 25. Iunij 1610. co-
ram Ortembergo, & de ea nullitate expreſsè oppo-
ſitum fuerat nomine Margaritę ante annum. Vnde
etiam ex facto tollebatur ius huius exceptionis.
Quod vero attinet ad reuocationem primæ ſenten-
tiæ, non eſt verum, quòd potuerit ad hunc effectum
11 ſatis eſſe, † quòd ea reuocatio facta fuerit tacitè,
ſed debuiſſet illa eſſe expreſſa, cum non potuiſſet
alia ratione euitari contrarietas, quę erat inter eaſ-
dem ſententias, & tradunt *Doct. in dicto c. inter*
Monaſterium, de ſent. & re iudic. & ibid. Abb.
nu. 110. & tenuit Rota coram Caſſad. deciſ. 1. de
Sequeſtr. poſſeſ. fruct. nu. 4. & in deciſ. 161. nu. 2.
p. 1. recent. & in Anconitana hæreditatis, 11. Mar-
tij 1616. coram bon. mem. Vbaldo.

Ex capite etiam Iniuſtitiæ earundem ſententia-
rum, poterat Margarita ſe defendere in ſua ante-
riori poſſeſſione: quia cum illa fuiſſet immiſſa in
12 poſſeſſione eius Vineę ex decreto Iudicis, † non
poterat ea poſſeſſio dici ſpoliatiua, prout illa talis
declarata fuit in poſterioribus ſententijs, non pro-
bata nullitate, aut iniuſtitia eius ſententiæ cuius
virtute Margarita adepta fuit, ad notata *in l. iuſtè*
poſſidet, ff. de acquir. poſſeſſ.

Neque eadem poſſeſſio dici poterat ſpoliatiua
ex alio capite, quia ſcilicet extinctus fuiſſet titulus
Saluiani, ex quo Margarita fuerat immiſſa in poſ-
ſeſſionem huius Vineę, duplici enim modo deduce-
batur hæc extinctio. Et prima (quę fundabatur in
impoſitione cenſus facta ſuper hac Vinea, & vendi-
tione eiuſdem cenſus facta à Paulo ad fauorem Par-
themię, poſt immiſſionem quam illa obtinuit ſu-
13 per eadem Vinea) tollebatur ex † confeſſione eiuſ-
dem Pauli, cum ille declarauerit contractum eiuſ-
dem cenſus fuiſſe ſimulatum. Vnde non potuit ex
eo oriri effectus extinctionis crediti, ex quo extin-
14 ctus † etiam fuit titulus Saluiani, cuius vigore
Margarita poſſidebat, ex regula *text. in l. 4. §. con-*
demnatum de re iud. & in l. non putauit, §. qua-
uiſ. de bonor. poſſeſſ. contr. tabul. Alio modo dedu-
cebatur ſatisfactio Margaritæ. Quia ſcilicet Parthe-
mia vendidiſſet Vineam prętio ſcutorum 350. & ab
emptore recepiſſet fructus recompenſatiuos loco
pretij eiuſdem venditionis, ex quibus nō ſolum po-
terat dici extinctum hoc creditum, cuius occaſione
obtinuerat Parthemia immiſſionem in Iudicio Sal-
15 uiani, † ſed præterea noua actio ſpolij orta fuit ad
fauorem Pauli pro ſumma quę excedebat creditum
eiuſdem Parthemiæ, *argum. text. in l. clam poſſi-*
dere, §. qui ad nundinas, ff. de acquir. poſſeſſ. & no-
tant ibi Doct. & in l. vltima, ff. de precario, & in
terminis huius Interdicti tenuit Rota coram Greg.
deciſ. 254. nu. 2. & tradit Scapuccinus de Saluiano
lib. 3. quæſt. 12. Pacif. inſpect. 4. c. 1. num. 220. Sed
non viſæ fuerunt probari ſolutiones, quæ diceban-
tur factæ occaſione eius venditionis, propter plu-
res exceptiones quas pati videbantur iura in qui-
bus dicebantur eædem ſolutiones contineri, cum
16 illæ numquam fuiſſent † recognitæ, non obſtante
oppoſitione partis à qua ea recognitio ſæpius re-
quiſita fuerat, & plures earum dicebantur factæ de
ordine, & mandato ipſius Parthemiæ, quod tamen
mandatum numquam probatum fuerat. Et viſa prę-
terea fuit ſatisfacere reſponſio data in deciſione
R. P. D. mei Merlini, quòd cum probatum fuiſſet
ex parte Margaritæ, quòd Parthemia illius mater
poſtquam cœpit poſſeſſionem illius Vineę, plures
impenſas in ea feciſſet ex quibus illa fuit meliora-
17 ta, † fructus dictorum melioramentorum ad eam
pertinebant, tamquam collecti ex re propria, vt
probat *text. in l. cæterum, §. improbe, ff de rei ven-*
dic. quem Singularem appellat. Roman. ſing. 337.
& notarunt ſuper eodem text. Bald. & Angel. n. 1.
& tenuit Rota coram Puteo deciſ. 275. lib. 3. Rota
deciſ. 435. num. 15. par. 1. recent. Surd. deciſ. 282.
num. 30.

Neque viſa fuerunt obſtare quæ deducebantur
contra ea melioramenta, quòd ſcilicet illa facta fuiſ-
ſent à Parthemia poſtquam Paulus eam conuenit
in Iudicio ſpolij, vt propterea tamquam facta mala
18 fide, non † poſſet haberi aliqua eorum ratio ad fa-
uorem

rem Parthemiæ ſiue Margaritæ illius hæredis, vt
notatur *in l. domum C. de rei vendic. & fuit dictũ
in Romana melioramentorum 5. Iunij 1632. coram
R.P.D. meo Dunozetto.* Non enim viſa fuit probari
hæc exceptio quòd ea melioramenta facta fuiſſent à
Parthemia pendente lite quod tempus neceſſario
20 † probandum erat dũ in eo conſtituebatur id fun-
damentum ex trad. per *Bart. in l. cum actum nu. 6.
C. de neg. geſt. & in l. ſi is. ff. de iur. fiſci. nu. 6. Iaſ.
in rubr. C. qui admitti nu. 7.* Et poterat præterea
tolli ea mala fides ex declaratione quam fecit ipſa
Parthemia in actu apprehenſionis poſſeſſionis,
quòd ſcilicet volebat vineam poſſidere non ſolùm
ex titulo Saluiani, ſed etiam ex titulo Inueſtituræ
cuius reſpectu non potuiſſet conſiderari hæc actio
ſpolij ex retentione poſſeſſionis vltra tempus in
quo potuiſſet ſatisfieri de fructibus dum perpetuus
eſſe debebat titulus qui in ea concedebatur.

Adducebatur etiam altera exceptio contra ſen-
tentiam in qua fuit conceſſa immiſſio Parthemiæ.
in iudicio Saluiani quòd ſcilicet cõceſſa fuiſſet exe-
cutio eidem ſententiæ à Iudice diuerſo ab eo, qui
ſententiam tulit; de cuius deputatione, nempe etiã
conſtabat, & quod Parthemia poſſeſſionem appre-
hendiſſet non facta prius intimatione Paulo decre-
ti eiuſdem Iudicis, quæ intimatio non ſolùm neceſ-
21 ſaria erat, vt pars † habere potuiſſet notitiam eiuſ-
dem decreti, ſed etiam ex forma in eo tradita, vt
fuit reſolutum coram *Put. deciſ. 168. lib. 1. Verall.
deciſ. 322. par. 2.* Sed hæc omnia tollebantur ex le-
ctura ipſius mandati de immittendo in quo Nota-
rius atteſtabatur tàm de deputatione Iudicis, qui
eam executionem conceſſit, quàm de intimatio-
ne facta Paulo.

Et ita vtraque parte informãte reſolutũ fuit &c.

☞ * *Ideſt ſub diebus 14. Iunij 1628. et 25. Iunij
1629. fuit deciſiones 188. et 312. par. 5. recent.*

§ *In eadem cauſa habeatur inf. alia deciſio ſub die
5. Iunij 1637. coram eodem R.P.D. Veroſpio.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononieñ Fideicommiſſi de Ramundinis.

Die Veneris 9. Maii 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſario, quibus concurrentibus de-
tur remedium l. fin. C. de edict. D. Adr toll.
Fideicommiſſi derogationis gratia quando
corruat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario etiam competit remedium l. fin.
C. de edict. D. Adr. toll.*
2 *Bona probantur adeſſe in hæreditate fideicommit-
tentis ex inſtrumento diuiſionis facta inter co-
hæredes.*
3 *Item etiam ex inſtrumento bonorum hæreditatis
facto per hæredem grauatum.*
4 *Confeſſio non ſolùm probat contra confitentem,
ſed etiam contra habentes cauſam ab eo.*
5 *Fideicommiſſorũ derogatio impedit fideicommiſ-
ſario immiſſionem.*
6 *Verba, volumus, & in primis, & ante omnia,
important conditionem.*
7 *Fideicommiſſi derogationis gratia remanet inua-
lida, ſi forma in ea data non adimpleatur.*
8 *Iudex delegatus ſine præſentatione commiſſionis,
nullam habet iuriſdictionem.*
9 *in Inſtrumento, ſi enuncientur aliqua ſolemni-
tates, & ſolemnitas aliqua neceſſaria reperia-
tur omiſſa, ex hoc non ſolùm eliditur præſump-
tio dictæ ſolemnitatis, ſed immò oritur contra-
ria præſũptio, quod illa non præceſſerit, & n. 10.*
11 *in Præſcriptionibus tempus litis eſt demendum.*
12 *Præſcriptio longi temporis non ſufficit in his, quæ
ſunt grauis præiudicij, ſed requiruntur ſaltim
30. anni.*

DECISIO CXXXI.

☞ POSTQVAM in hac cauſa ſub die 15. Februa-
rij proximè præteriti * fuit reſolutum conſta-
te de fideicommiſſo q. Io. Baptiſtæ Ramundini ad
fauorem Io. Baptiſtæ Ramũdini aliàs Antonij Ma-
riæ Bellioſſi dedi dubium an ei dãda eſſet immiſſio
in poſſeſſionem prædij Cadriani, de quo agitur, quo
hodie propoſito fuit per DD. affirmatiuè reſpõſũ.

Etenim cum exiſtentia d. fideicommiſſi purifica-
ti ad fauorem d. Ramundini non controuertatur,
dictumq. prædium Cadriani fuerit in bonis & hæ-
reditate d. q. Io. Baptiſtæ fideicommittentis illudq.
idem quod hodie detinetur à DD. Lucatellis ad-
uerſarijs vtique prædictis concurrentibus immiſ-
ſio vigore, *l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.* d. Ramun-
1 dino † fideicommiſſario denegari non debet cum
remedium *d. l. etiam fideicommiſſario competat. Pe-
regr. de fideic. art. 48. nu. 5. & ſeqq. Menoch. de
adipiſc. rem. 4. num. 166. & ſeqq. Fuſar. de ſubſt.
quæſt 611. nu. 12. Honded. conſ. 64. num. 56. lib. 1.
Rot. deciſ. 472. num. 1. par. 3. recent. Reuerendiſſ.
D. meus Decan. deciſ. 167. nu. 2. & ſeqq.*

Hoc autem prædium fuiſſe in hæreditate d. q. fi-
deicommittentis ſatis probatur nedum ex inſtru-
2 mento diuiſionis † factæ inter ipſum fideicommit-
tentem, & Melchiorem eius ex fratre nepotem in
qua d. prædium fuit eidem fideicommittenti pro
ſua portione aſſignatum *Peregr. conſ. 48. nu. 6. &
ſeqq. lib. 1. & in tractat. de fideicom. art. 44. nu. 4.
& 5. Fuſar. de ſubſt. q. 618. n. 17. & fuit dictum
in Romana fideicom de Victorijs 9. Decemb. 1626.
coram R.P.D. meo Merlino, & in Bononien. fideic.
de Deſiderijs 5. Martij 1626. corã eodem.* Et ex in-
3 uentario bonorum hæreditatis d. Io. Baptiſtæ † fi-
deicommittentis facto per Franciſcum Aloyſium
hæredem grauatum in quo d. prædiũ reperitur de-
ſcriptum, *Natt. conſ 275. num. 15. Peregr. d. tract.
de fideic. art. 44. num. 5 & 6. Rot in d. Rom. fideic.
de Victorijs, & in d. Bononien. de Deſiderijs prox.
allegat.* Verùm etiam ex confeſſione eiuſdem Frã-
ciſci Aloyſij emanata in precibus porrectis Cle-
menti VIII. & Paulo V. pro alienatione huius
prædij cum derogatione fideicommiſſi quæ confeſ-
4 ſio † probat etiam contra Lucatellos ab eo cauſã
habentes, *Aretin conſ. 36. nu. 3. Maſcard. de pro-
bat. concl. 778. num 26. in fin. Fuſar. d. quæſt. 618.
n. 34. & 35. Reuerẽdiſſ. D. meus Decan. dec. 120. n. 2.*

Digitized by Google

Nec releuat, quòd d. Io. Baptiſta fideicommit-
tens de anno 1604. aſſignauerit hoc prædium qui-
buſdam ſuis creditoribus cum clauſula conſtituti:
Quoniam prædicta aſſignatio non fuit perpetua, ſed
temporalis, donec ſcilicet ipſi creditores fuiſſent
de eorum credito ex fructibus d. prædij ſatisfacti,
qua ſatisfactione poſtmodū ſubſequuta idem præ-
dium iterum deuenit ad ipſum fideicommittentem
vt conſtat ex inſtrumento d. venditionis factæ de
anno 1606. & alijs iuribus ſupra ponderatis.

Non obſtant Breuia Clemētis VIII. & Pauli V.
obtenta à d. Franciſco Aloyſio vltimo hærede gra-
5 uato pro derogatione d. fideicommiſſi, † quæ im-
pedit fideicommiſſario immiſſionem, *Caual. deciſ.
430. nu. 2. cum alijs allegat.* Etenim fuit reſponſum
dd. Breuia non ſuffragari, quia Breue Clementis
VIII. emanauit ſub certa forma, & conditione, vt
patet ex illis verbis ibi; Volumus &c. quod in pri-
mis, & ante omnia ex pretio prædij huiuſmodi ſcu-
ta monetæ 1500. in tot locis Montium non vaca-
bilium de Vrbe inueſtiantur, & ſubinde illorum,
& aliorum vt infra emendorum fructus in emptio-
nem tot aliorum ſimilium locorum per emptorem
eiuſq. ſucceſſores &c. annuatim conuertantur &c.
6 dicta enim verba, Volumus, in primis, † & ante
omnia, important formam, & conditionem, vt de
verbo, Volumus dixit *Rot. coram Caual deciſ. 612.
nu. 17. & coram Seraph. deciſ. 1474. nu. 2. & in
Placentina decimarum 28. Maij 1629. coram Re-
uerendiſſ. Vrgellen.* & de verbis in primis, & ante
omnia *Rot. in recent. deciſ. 345. num. 1. par. 2.* Quæ
tamen forma in d. Breui præſcripta ſeruata non
fuit quia Sauinianus emptor d. prædij ratam d. pre-
tij non inueſtiuit, quinimo venditio vigore eiuſdē
Breuis ſubſequuta non habuit effectum vt conſtat
ex inſtrumento retrouēditionis eiuſdem prædij fa-
ctæ ad fauorem Franciſci Aloyſij venditoris, *vt in
7 ſumm. num. 2.* ideoq. † gratia derogationis d. fidei-
commiſſi remanſit nullius roboris *Theſaur. dec. 99.
nu. 13. Rimin. iun. conſ. 256. num. 36. & ſeqq. Caſ.
Maſſent. dec. 31. num. 24. & ſeqq. Ciriac. controu.
103. num. 71. Rot. deciſ. 621. num. 6. & deciſ. 773.
num. 9. par. 3. recent.*

Pariter non ſuffragatur Breue Pauli V. in quo
mandatur fieri Bononiæ inueſtimentum in locis
Montium vel in ſtabilibus: Quia illud fuit in for-
ma commiſſaria directum Vicario generali Bono-
nieñ cui non apparet fuiſſe præſentatum, ſine qua
8 † præſentatione nullam habuit iuriſdictionem,
*Card. Seraph. deciſ. 1010. nu. 2. & fuit dictum in
Burgen. Canonicatus coram bo. me. Card. Pamphi-
lio impreſſ. apud Marcheſ. par. 1. fol. 369. num. 2.
& in Meſſanen. feudi 5. huius menſis coram R.P.
D. meo Merlino.*

Non obſtat allegata præſumptio d. præſentatio-
nis deſumpta ex lapſu temporis 20. annorum, &
vltra, nam illa excluditur ex inſpectione inſtrumē-
ti venditionis d. prædij factæ D. Comiti Ranuccio
in quo ad vnguem recenſentur omnes aliæ ſolem-
nitates, hac vna præſentationis Breuis, & licentiæ
à d. Vicario obtentæ excepta, vnde enim ex lectu-
ra d. Inſtrumenti appareat quòd in enunciatione
9 aliarum ſolemnitatum, † iſta præſentationis repe-
ritur omiſſa, non ſolùm eliditur præſumptio d. præ-
ſentationis, ſed immò oritur contraria præſump-
tio quòd illa non præceſſerit, *Crauett. de antiq.
temp. par. 3. nu. 30. Gabr. de præſumpt. concl. 1. n. 57.*

Neque eſt veriſimile quòd cōtrahentes qui fue-
runt adeo diligentes nedum in enunciandis, ſed e-
tiam in iuſtificandis alijs ſolemnitatibus mediante
inſertione copiæ Breuis Clementis VIII. & ſentē-
tiæ vigore illius latæ, & Breuis Pauli V. voluerint
10 † magis ſubſtantialia omittere nempe præſentatio-
nem eiuſdem Breuis, & licentiam à Vicario re-
portatam.

Præterea dicebant DD. non poſſe fieri vim in aſ-
ſerta obſeruantia, & diuturnitate temporis cum
11 non adſint 30. anni dempto † tempore litis prout
de iure demendum eſſe tenuit *Rot. in recent. deciſ.
568. nu. 5. in fin. par. 4. & coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano 362. num. 6. & in Valentina Barouiæ
4. Iulij 1607. coram Ortembergo, & in Meſſanen.
ſeu nullius feudi 15. Februar. huius anni coram
R.P.D. meo Merlino*, vbi duo anni tantùm, defi-
ciebant ad complendum tempus 30. annorum ante
12 motam litem; & quòd † non ſufficiat longum
tempus in his quę ſunt grauis præiudicij, ſed requi-
rantur ſaltem 30. anni poſt alios tradunt *Surd. cōſ.
28. nu. 98. Gabr. conſ. 36. nu. 49. & ſeqq. lib. 1.* vbi
teſtatur de veriori. Et ita vtraque &c.

☞ * *Hæc deciſio habetur in Additione prout in In-
dice in eius fine poſito.*

*Et infra in eadem cauſa adſunt duæ aliæ deciſiones
ſcilicet ſub diebus 14. Decemb. 1637. coram R.P.
D. Ghiſilerio, & 23. Martij 1638. coram eodem,
ſed iſta erit in ſequenti parte.*

R.P.D. BVCCABELLA.

Leodień Caſtri de Monbech.

Die Veneris 9. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Filio decedente ab inteſtato, non relicto patre,
nec liberis, eius mater ſuccedit in omnibus
bonis, & quando etiam in feudalibus, fœmi-
næ etiam admittuntur in feudis Leodiēſibus.

SVMMARIVM.

1 *Filij, ſi poſt mortem patris non exiſtentibus libe-
ris deceſſerint mater eis ex diſpoſitione iuris cō-
munis ab inteſtato ſuccedit.*

2 *Poſſeſſionis cauſam ex ſuperuenienti titulo cenſe-
tur quis mutaſſe etiam abſque alia declaratione.*

3 *Confeſſio contra confitentem plenè probat.*

4 *Confeſſio partis aduerſæ ſufficit ad effectum ma-
nutentionis.*

5 *Mandatum de euacuando per ſe præſupponit poſ-
ſeſſionem.*

6 *Litem, ſi quis ante ſuam mortem intentauerit, nō
eſt dubium quod in illius hæredes eadem lis, &
inſtantia continuata dicitur, poſſunt illam proſe-
qui, & obtinere manutentionem, quam actor,
ſi viueret obtinuiſſet. nu. 7.*

8 *Appellationis cauſa ſi ſit commiſſa cum clauſula
ſine præiudicio legitimæ executionis, &c. licèt
ope-*

operetur, quòd Iudex à quo ad executionem ſua ſententia procedere poſſit.

9 *Non tamen impedit quin Iudex ad quem, poſtea detecta iniuſtitia, & nullitate ſententia, ad illius executionis reuocationem deuenire valeat, etiam per viam manutentionis.*

10 *Sententia, ſi ex eiſdem actis apparet notoriè iniuſta, nunquam tranſit in iudicatum.*

11 *Manutentio etiam in gradu reſtitutionis in integrum datur.*

12 *in Feudalibus bonis fœmina non ſuccedunt.*

13 *in Feudis Leodienſibus ex particulari conſuetudine admittuntur etiam fœmina in defectu maſculorum.*

Et hoc præſertim procedit ſi non agatur de feudo ſeruitium perſonale exquirente, aut tali, quòd per fœminam præſtari non valeat.

14 *Petitorium ea, qua reſpiciunt, petitam manutentionem impedire nullatenus poſſunt.*

DECISIO CXXXII.

POST reſolutiones ſuper validitate renunciationis Adrianæ in hac cauſa factas, exceptione præcipuè fatuitatis, ſeu dementiæ eiuſdem, non obſtante, & poſt remiſſoriam vltimo loco ſuper eadem exceptione cum retardatione, vel ſine arbitrio Rotæ conceſſam; quia vtraque pars prætendebat in poſſeſſione Caſtri, & bonorum de quibus agitur manuteneri, dato deſuper, ac hodie ſecunda vice propoſito dubio, cui ſit dandum mandatum de manutenendo? Domini pro hæredibus Cæciliæ reſponderunt. Quia de ipſius Cæciliæ poſſeſſione viſum fuit ſufficienter cõſtare ex pluribus: Et præcipuè quia ex inſtrumento diuiſionis anno 1565. factæ inter filios Guilielmi Senioris, apparet quòd in portionem Valtheri obuenit Caſtrum cum alijs ſupradictis bonis de quibus fit etiam mentio in alio inſtrumento pactorum dotalium inter Valtherum, & Cæciliam initorum: ac etiam quia ex alijs pro ijſdem hæredibus deductis, conſtat; quòd idem Valtherus deceſſit relictis duobus filijs, qui in infantili ætate poſt patrem deceſſerunt, ex quibus
1 propterea Cæcilia mater † in eodem Caſtro, ac alijs ſupradictis bonis ab inteſtato, ex iuris communis diſpoſitione, ſucceſſit iuxta *text. in Authen. defuncto. C. ad Senat. Conſul. Tertul. ac in §. ſi igitur defunctus in Authen. de hæred. ab inteſt.*

Itaut cauſam familiaritatis, quàm alias iure familiaritatis ipſa Cæcilia habebat, ſtatim poſt filio-
2 rum obitum ex huiuſmodi † ſuperuenienti titulo, etiam abſque alia declaratione mutaſſe cenſetur, *l. non ſolum. §. 1. ff. de vſucap. Achill. deciſ. 4. de cauſ. poſſ. & propriet. Rota dec. 143. nu. 4. par. 2. diuerſ. & deciſ. 245. num. 4. coram Mantic. & dec. 130. nu. 6. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Rurſus quia non ſolùm concurrit in caſu iſto, quòd Godefridus in libello, & poſitionibus pro eius parte datis, petijt Cæciliam cogi, & compelli ad euacuandam ſeu dimittendam poſſeſſionem eo-
3 rumdem bonorum, † quæ confeſſio contra ipſum confitentem poſſeſſionem probat *Gloſ. in l. ab emptione. verb. conſtituantur, & ibi Angel. nu. 4. ff. de pact. & in l. 2. verb. tradita. ff. de acquir. poſſeſſ.*
4 etiam ad effectum manutentionis, *Rota deciſ. 802. nu. 1. par. 1. diuerſ. & dec. 525. nu. 2. par. 2. rec. & dec. 432. num. 1. coram Card. Caualer. & dec. 200. nu. 2. coram Greg. XV.*

Verùm etiam quia in exequutionem dictæ petitionis idem Godefridus obtinuit contra Cæciliam relaxari mandatum de euacuando, quod ſimiliter
5 cum priuatio † præſupponat habitum per ſeipſum poſſeſſionem probat *Roland. conſ. 32 nu. 52. lib. 4. Rota coram Gregor. XV. dec. 402. num. 1. dec. 458. nu. 2. & coram Card. Caualer. deciſ. 106. nu. 1.*

Stante autem huiuſmodi poſſeſſione Cæciliæ, quæ etiam mediante particulari commiſſione, dum ante eius obitum, introduxit litem in Rota tam in petitorio, quàm in poſſeſſorio; non eſt dubiũ quòd
6 † illius hæredes, cum quibus eadem lis, & inſtantia cõtinuata dicitur, *l. hæres abſẽs. in princip. ff. de iudic. cap. quia V. & ibi Doct. eod. tit. Soccin. conſ. 81. num. 8. lib. 1.* potuerunt, ac poſſunt poſt
7 eius obitum, illam proſequi, † & obtinere manutentionem, quam eadem Cæcilia, ſi viueret obtinuiſſet, vt per *Menoch. de retin. remed. 3. num. 62. & tenuit Rota deciſ. 315 in princip. par. 4. diuerſ. & in cauſa Bononien. de Carnalibus 11. Ianuarij 1602. corãm bo. me. Card. Pamphilio, poſt Pacific. de Saluian. deciſ. 88. n. 3. & 4. ac in Anconitana prædij 29 Nouemb. 1630. corã R. P. D. meo Veroſpio*

Non obſtat, quòd cauſa appellationis fuerit alias commiſſa à Nuntio Colonieñ Decano Sancti Ioannis cum clauſula; citra præiudicium poſſeſſionis obtentæ, & citra retardationem vlterioris executionis: Quia placuit reſponſio quòd licèt huiuſ-
8 modi clauſula operetur, † quòd Iudex à quo, ad executionem ſuæ ſententiæ procedere poſſit, non tamen impedit, quin Iudex ad quem, ſi poſtea iniuſtitia, vel nullitas ſententiæ detegatur ad illius executionis reuocationem deuenire valeat, etiam
9 per viam manutentionis, † maximè quando, prout in caſu iſto, ſuperuenit alia commiſſio ſignaturæ cũ facultate explicita manutenendi, vt per *Rotam coram Greg. XV deciſ. 91. nu. 11. et 13. et in cauſa Romana vineæ 13. Iunij 1624. coram R. P. D. meo Merlino.*

Nec viſum fuit adeſſe prætenſam deſertionem; Quia ex deductis in facto apparet de appellationis debito tempore interpoſitione, & de illius proſecutione, vltra quòd ſententia ex hactenus deductis
10 apparet ex ijſdem actis † notoriè iniuſta, quæ propterea nunquam tranſit in rem iudicatam, *Felin. in cap. ſuper litteris. nu. 15. de reſcript. Caſ. de Graſſ. dec. 2. nu. 8. de ſolut. Rot. deciſ. 29. nu. 5. par. 4. di-*
11 *uerſ.* & manutentio † datur etiam in gradu reſtitutionis in integrum *Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rota dec. 111. n. 8. par. 1. recen. et coram Greg. XV. deciſ. 458. num. 8. et 10.* & in qualibet inſtantia, *c. cum teneamur de appellat. Bero. conſ. 45. nu. 2. lib. 3. Seraph. deciſ. 299. num. 2. Rota deciſ. 404. nu. 3. par. 2. recent.*
12 Ad id autem quod in bonis feudalibus † de iure non ſuccedant fœminæ, ſed maſculi *ex cap. vnic. de natur. ſucceſſ. feud.* fuit reſponſum quòd in feudis
13 Leodienſibus ex particulari † conſuetudine admittũtur etiã fœminæ in defectu maſculorum, præſertim dum non agitur de feudo ſeruitium perſonale exquirente, aut tali quod per fœminam præſtari nõ

valeat prout hanc conſuetudinem approbauit *Rota in cauſa Leodien. nominis, quæ eſt coram Caualer. deciſ.172. ſub num. 2. verſ. conſtabat in feudis, & nu.3. ac in recent. deciſ. 362. ſub num.2. cum ſeq. par.2.* Ac etiam in omnem euentum huiuſmodi ex-
14 ceptionem † reſpicere petitorium, & ideo petitã
manutentionem impedire nullatenus poſſe, *Rota coram Greg.XV. deciſ.549. nu.6. & deciſ.537.n.2. par.3. & deciſ.408. nu.5. par. 4. recent.*

Et ita vtraque parte informãte reſolutũ fuit &c.

§ *Infra in eadem cauſa adſunt duæ aliæ deciſiones, hoc eſt ſub diebus 29. Aprilis 1637. coram R.P.D. Carrillo, & 22. Martij 1638. corã eodem, ſed hæc erit in ſequenti volumine, & infra in Additione habetur alia deciſio in eadẽ cauſa ſub die 15. Decemb. 1634. coram R.P.D. Pirouano.*

R. P. D. PIROVANO.

Comen. Iuris conferendi.

Die Veneris 9. Maii 1636.

ARGVMENTVM.

Ius eligendi in Eccleſijs Collegiatis, ad quem ſpectet, declaratur. Perſona loquentis in generali ſermone, quando comprehendatur, Eccleſiæ nouus ſtatus, quanto tempore præſcribatur, & alia vt in ſummarijs.

SVMMARIVM.

1 *de Statu Eccleſiæ Collegialis dubitari non poteſt, quando adſunt ſigna Arcæ communis, & ſigilli cum obſeruantia ſubſecuta.*

2 *Eccleſia, vt dicatur Collegiata, non eſt neceſſariũ omnium rerum concurſus, ſed earum quæ cauſam formalem Collegij reſpiciunt.*

3 *Ius eligendi in Eccleſiis ſpectat ad Canonicos, & Prælatum. Inſtitutio vero ad Epiſcopum, n.4. & hæc eſt verior opinio, & quæ in Rota præualet. num.5.*

6 *Conſtitutio, & confirmatio Apoſtolica probare poteſt directè, & in ſua ſubſtantia ſtatum Eccleſiæ Collegiatæ.*

8 *Perſona loquentis in generali ſermone non cenſetur incluſa.*

9 *Perſona loquentis comprehẽditur in generali ſermone, quando ex neceſſario conſequenti de propria ipſius loquentis intelligi debet.*

10 *Patronatus eſt illius, à quo dos conſtituitur.*

11 *Iuriſpatronatus renunciatio præſumpta, & obſcura non ſufficit, ſed requiritur expreſſa.*

12 *Decimæ præſumuntur eſſe illius Eccleſiæ Plebanæ, inter cuius fines reperiuntur.*

13 *Iuriſpatronatus renunciatio non poteſt dici obſcura, & præſumpta, dum verba renunciationis ad aliud referri non poſſunt.*

15 *Status Eccleſiæ præſcribitur ſpatio 40. annorum maximè concurrente titulo.*

16 *Eccleſiæ anterior ſtatus per 40. ann. præſcriptionem mutatur.*

17 *Præſcriptio deſumitur ex negligentia.*

18 *in Electionis materia ſufficit quilibet actus, quãuis minimus ad conſeruandum ius quæſitum, & num. 21.*

19 *Contraria inter ſe, qualiter cognoſcantur.*

20 *Conceſſioni alicuius cenſetur, quis acquieuiſſe, non appellando.*

22 *Actus inualidus non interrumpit præſcriptionẽ.*

23 *ad Ius ſuum conſeruandum agens, non autem ad aliquid acquirendum per patientiam alicuius, probatio conſenſus illius non eſt neceſſaria.*

24 *Actus, qui effectum non habuerunt, an interrumpant præſcriptionem.*

25 *Præſcriptio non currit non valenti agere, ob aliquod legitimum impedimentum.*

26 *Epiſcopus conferens beneficium, cum clauſula, Quatenus pro hac vice, ad nos pertineat collatio, non videtur conſtare de eius animo certo & determinato ad præſcribendum, & priuandum illum, ad quem ſpectat d. collatio.*

27 *Præſcriptio tunc difficilius completur, quando conſiſtit in actu negatiuo.*

28 *Præſcriptio in iuribus negatiuis non incipit currere, niſi poſt prohibitionem, & patientiam prohibiti.*

DECISIO CXXXIII.

SENTENTIA Rotalis determinat ius eligendi ſpectare ad Capitulum, & Canonicos Eccleſiæ Collegiatæ S. Euphemiæ, cauſa in gradu appellationis iterum examinata, & diſcuſſa pro confirmatione fuit reſponſum.

Fundamentum reſolutionis ex pluribus deſumptum fuit præſuppoſito ſtatu Eccleſiæ de Collegiata, quam Ordinarius non impugnat, & nihilominus concludenter probatur per Capitulum, & Canonicos ex ſtatuto fundamentali Eccleſiæ confirmato ab Alexandro III. Arca communi, & ſigillo, exiſtentia Prælati, & Canonicorum obſeruãtia, & confeſſione Epiſcoporum, qui in multis collationibus enunciarunt, hanc Eccleſiam Collegiatam, itaut de illius ſtatu collegiali dubitari non
1 poſſit † etiam ſi attenderentur tantummodo ſigna
Arcæ communis, & ſigilli cum obſeruantia ſubſequuta, *c. dilecta de exceſſ. Prælat. Io. Andr. in c. nobis de iurepatronatus Innoc. cap. poſtulati. eod. tit. nu.1. Decian. conſ. 6. num. 3. & 9. lib. 2. Seraph. dec.1256. nu.1. Lotter. de re benef. lib.1. quæſt.14. num.79.* dicens non omnium concurſum neceſſa-
2 rium, † ſed eorum quæ cauſam formalem reſpiciũt
Collegij, & prius idem dixit *Rota coram Cardin. Mantic. dec.175. nu.1. & 215. num. 1. & in Placentina præpoſituræ 26. Aprilis 1627. coram me,* & plures referuntur per *Add. ad deciſ.482. num.4. coram Papa Greg. XV.*

Primò igitur Capitulum, & Canonici hoc ius
3 † eligendi habent ab ipſa iuris diſpoſitione, quia
in collegiatis ius eligendi ſpectat ad Canonicos &
4 Prælatum, Inſtitutio † verò ad Epiſcopum, *cap.1.
de elect. cap. nullus 16. quæſt.7. c. ea noſcitur de
ijs quæ fi. à Prel. Abb. in c. cum venerabilis. n.45.
de except.* & quamuis aliàs variæ fuerint opiniones
de quibus *in dec.4. de conceſſ. præb. in nou. & apud*
5 *Caſſad. dec.22. de præb.* attamen opinio pro † Col-
legiata ſemper apud nos tanquam verior præualuit,

ſequendo

ſequendo, *Caſſad.A.dec.22. & alios alleg.per Garz.*
de beneſ. 5.par. cap.4. num. 64. & ſeqq. & de hac
teſtat. Put.dec. 130. in corr. par.1. Mohed.dec.27.
nu.2. de preb. & poſtmodum in alijs cauſis idem
fuit reſponſum, quæ referuntur *in Gerunden.iuris-*
conf. 24.Nouemb.1631.coram D.Quesp.
Secundò Capitulum, & Canonici deducunt ius
ſuum ex conſtitutione Luitgierij Epiſcopi Comen-
ſis, erigentis Plebem S. Euphemiæ in Collegiatã
cum expreſſa prohibitione ne vllus in ipſam Cano-
nicam intrare præſumat ſine electione fratrum, quę
poſtmodum ab Alexandro III. fuit confirmata,
6 quæ conſtitutio, & confirmatio † Apoſtolica ſicu-
ti probant directè, & in ſua ſubſtantia ſtatum col-
legiatę, *cap.nobis de iurepatronatus cap. pia mentis*
16. quæſt.7. Crau.conſ.68. num.1. Gonz. in reg.8.
gloſ.18. nu.32. Rot. dec. 615. nu. 2. par 1. recent.
& in Gerunden. beneficij 21. Febr. 1628 coram
me, ita probant electionem ad Canonicos, & Præ-
latum ſpectare, cum de ea habita fuerit expreſſa
mentio, ſcilicet nullum poſſe intrare in ipſam Ca-
nonicam ſine electione fratrũ, quæ verba nec poſ-
ſunt euitari ex eo quia in conſtitutione Luitgierij
legatur ſine datione fructuum; quaſi admittendi nõ
ſint noui Canonici niſi in quantum fructus decima-
rum aſſignatarum pro dote exigãtur, vnde poſſint
7 ſuſtentari, quia error eſt† ſcripturæ regeſtri, non
autem originalis conſtitutionis, quæ oſtenſa fuit
Dominis, qui error magis detegitur ex confirma-
tione Apoſtolica eodem regeſtro in qua dicitur ſi-
ne electione fratrum, non autem ſine datione
fructuum.
Non obſtat quòd verba illa, nec vllus in ipſam
Canonicam intrare præſumat ſine electione fratrũ,
non excludant electionem, & collationem facien-
dam per Epiſcopum prohibentem, & ſucceſſores
ſuos propter naturam verborum, quæ ad tertios
8 † referuntur, non autem ad perſonam prohibentis,
l. ſi mercedem. §.vlt. ff. de acti.empt. Menoch.præſ.
44. nu.1. lib.3. Rot dec.741. n.5. par.1. diuerſ.
Quia deciſio cauſæ reſpondit, quòd cum prohi-
bitio generaliter facta legatur, & collatio horum
Canonicatuum ſpectet ad Papam, vel ad Ordinariũ,
& ad poteſtatem Papæ vinculandam referri nõ poſ-
9 ſint, † ex neceſſario conſequenti de propria ipſius
loquentis intelligi debet, *Bart. in l. ſi quis leg. aue-*
rit, l.prima num 1. ff.de legat.1. Gabr. de verb.ſi-
gn. concl.9. nu.5.et 6. & idem comprobat *Menoch.*
cad præſumpt.44. nu.26.
Et eo minus obſtare viſum fuit, quòd cum huiuſ-
modi Canonicatus dotati ſint de decimis ad ipſum
10 Epiſcopum ſpectantibus, † & illius ſit patronatus
à quo dos conſtituitur, *Imol. in c. cum M. Ferra-*
rienſis ſub nu. 3. verſ. et idem erit iudicandum de
conſtit. Rot. dec.17. num. 4. et 5. par. 2. diuerſ.et
11 *600.nu. 4.par.2 rec.* nec ſufficiat præſumpta, † &
obſcura renunciatio iuriſpatronatus, ſed requiratur
expreſſa, *c. ſignificaſti de teſtib. Lambert.de iurep.*
lib.1. par.1. q.2. art. 4. nu.12.
Quia non ſufficit quòd decimæ ab Epiſcopo datę
fuerint tanquam propriæ, niſi ſimul probentur de
menſa Epiſcopali, aut de Beneficijs ad Cathedralẽ
12 ſpectantibus, ex quo præſumuntur ipſius † Eccle-
ſiæ Plebanæ S. Euphemiæ tanquam intra fines illius
debitæ, ad quam de iure ſpectant non autem ad Ec-
cleſiam maiorem *Calder.conſ.2. de decim. Rebuff.*
eod.tit.quæſt.6. nu.16. et 18. Lap. alleg. 66. nu.4.
et 5. Menoch. conſ.36. nu.2. & alijs relatis verio-
rem eſſe fuit dictum *in dec.178. nu.5. par.1. et 262.*
par.2. nu.1. recent.892. nu. 1. et 908. nu. 5. coram
Seraph. et 124. nu. 1. et 3. et 169. num. 1. par.5.
diuerſorum, Vt propterea, cum ex eadem ratione,
electio, nominatio, & præſentatio ſpectet ad Ca-
nonicos, & Prælatum eiuſdem Eccleſiæ, non autẽ
ad Epiſcopum, ideo optimo iure prohibitum fue-
rit neminem poſſe intrare ipſam Canonicam ſine
electione fratrum ad quos de iure ſpectat talis ele-
ctio, & nihilominus cum in limine erectionis Col-
legiatæ idem dictum fuerit huiuſmodi excluſio dici
13 non poteſt præſumpta, aut obſcura † quo ad ipsũ
concedentem, qui habetur pro expreſſo, dum ad
alium verba illa generalia referri nõ poſſunt *Surd.*
conſ 135. nu 3. cum alijs per Becc.conſ.34. num.14.
neque quoad Collegiatam acquirentem ex quo
conceſſio alteri conuenire non poterat nec deniq;
quo ad modum prouidendi, quoniam ſecundùm
14 veriorem ſupra firmatam actus † eligendi, & con-
firmãdi ſunt diſtincti inter Capitulum, & Epiſcopũ.
Tertio denique intentio Collegiatę deducitur ex
vſu, & obſeruantia ſupra centum annos conferen-
di huiuſmodi Canonicatus vacãtes, immediatè ab
ipſa conceſſione, continuata nempe ab anno 1451.
vſque ad annum 1561. quæ de per ſe, & minori
tempore ſcilicet 40. annorum ſufficeret ad præſcri-
15 bendum † ſtatum Eccleſiæ, maximè concurrente
titulo, *cap.de quarta de præſcript. c.cum de benefi-*
cio de præb.in 6. Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina
num.120. de cauſ.poſſ. et prop. Balb. de præſcript.
par.1. partis quintæ principalis nu.1. Rot. dec.221.
nu.1. et 308. nu. 1. par. 1. recent. cum alijs alleg.
per Add. ad eand. dec. 434. nu.20.
Non obſtat vltimus ſtatus pro ordinario cõtra-
rius antecedenti, qui deducitur ab anno 1564. vſ-
que in præſens ex ſerie quattuordecim collationũ;
qui cum excedat tempus 40. annorum dicebatur
16 ſufficiens ad mutandum, † & præſcribendum ante-
riorem ſtatum ex eadem diſpoſitione *cap. cum de*
beneficio de præb.in 6. Felin. in c.in noſtra. nu.43.
de reſcript. Rot.dec.163. nu.3. par.1. recent.
Quia omiſſa diſcuſſione an omnes prouiſiones
ſint effectuatæ cum Capitulum non agat de acqui-
rendo iure conferendi ab anno 1564. circa, ſed de
iam queſito ante dictum annum conſeruãdo ſuffi-
cit quilibet actus, aut contrarius, vel permiſſus ad
17 impediendum curſum 40. annorum, & † euitan-
dam negligentiam ex qua deſumitur præſcriptio,
Abb.in c.illud. num. 11. Imol.num.7. de præſcript.
Bald.eod.tit.3. par.6. par. princ. q.1. nu.1. & ſeqq.
Franc. Marc.dec.327. nu.1. par 2. & in hac mate-
18 ria electionis† ſufficere quemlibet actum quamuis
minimum ad conſeruandum ius quæſitum voluit,
Bald. in c.querelam. num. 24. de elect. & latiſſimè
comprobat *Surd.conſ.323. nu. 46. verſ. reſponde-*
tur etiam vol.3.
De actu contrario conſtat ex electione facta per
Capitulum de perſona Pompeij Campatij per obi-
tum Canonici Gabriellis Malagridæ vſque de anno
1581. die 12. Octobris, & de eodem anno 1581.
Epi-

Digitized by Google

Epiſcopus Vulpius ſub die 27. Iunij per obitum ſupradicti Gabriellis contulit eumdem Canonicatum ſic vacātem eidem Pompeio Campatio, quorum vnum ſi admittatur remouetur alterum, nam concurrente electione Capituli remouetur libera collatio Epiſcopi, & data Epiſcopi electione, re-
19 mouetur electio Capituli, & ex hoc † dignoſci cōtraria dicit *text. in l. Pomponius §. ſi is in fin. ff. de procurat. & l. ſi inter me, & te. ff. de except. Surd. conſ. 67. nu. 42. lib. 1.* quæ contrarietas euitari non poteſt, ex eo quòd collatio Epiſcopi præceſſerit per quatuor menſes electionem Capituli, & effectum habuerit tanquam de prouiſione Epiſcopi ex cōfeſſione eiuſdem Campatij in viſitatione 6 No-
20 uembris 1593. † cui cenſetur acquieuiſſe Capitulum non appellando *Bald. in l. 1. num. 2. c. ſenten. reſcind. non poſſe. Mantic. dec. 95. nu. 5.* quia dum non conſtat de poſſeſſione capta per Campatium in vim prouiſionis Epiſcopi ante electionem, prout non conſtat, nec aliunde de ſcientia Capituli doceatur; ſemper Capitulum dicere poteſt Campatium non intraſſe ſine electione fratrum ex quo docet de electione per actum capitularem, qui actus
21 ſufficit pro conſeruatione † proprij iuris, dum ſimul eſſe poteſt, quòd Campatius habuerit vt dixit collationem ab Epiſcopo, & tenrauerit recipi in Canonicum, & tamen non obtinuit, niſi demum facta electione per fratres poſt multos menſes.

Neque obſtat, quòd actus ille electionis factus à Capitulo de perſona Campatij ſit inualidus ex quo quatuor tantùm Canonici interuenerint, nec probetur ſubſequuta inſtitutio, ſed è cōuerſo quòd præceſſerit electionem, & demum quòd de ea Epiſcopus ſcientiam habuerit ex quibus dicebatur
22 actum illum remanere inualidum, nec ſuffragari ad interrumpendum, aut impediendum curſum tēporis 40. annorum, *Gonz. ad reg. 8. gloſ. 4. 5. §. 2. nu. 31. & 32. Rota dec. 692. nu. 2. par. 4. diuerſ.*

Quia ex actu qui datur, vltra Archipresbyterum Prælatum nominantur alij decem, qui interuenerunt electioni, & ad conſeruationem iuris negatiui Capitulum non tenetur probare effectuationē, ſuæ electionis, ſed quòd talis ſine electione fratrū non intranerit; & quòd Campatius fuerit inſtitutus, & ex poſt emanauerit electio non ſufficit; vt ſupradictum eſt niſi probetur receptio ante electio-
23 nem; demum cum Capitulum agat † de iure ſuo titulato conſernando, non autem de aliquid acquirendo per patientiam Epiſcopi, probatio conſenſus illius non eſt neceſſaria, *Caſtr. in l. ſeruitutes pred. nu. 9. ff. de ſeruit. Couar. in reg. poſſeſſor. §. initium. nu. 8. Rot. deciſ. 533. nu. 3. par. 1. recent. cum alijs relatis per Add. ad dec. 249. nu. 7. & ſeq. coram Papa Greg. XV.*

De actu ſimiliter contrario patet ex electione facta per Capitulum de anno 1622. menſe Octobris vacāte Canonicatu per obitum Bartholomei Maynoni de perſona Bartholomæi Vaccani poſſeſſione ſubſequuta menſe Ianuatij 1623.

24 Non obſtat quòd nominatio, † & electio prædicta tanquam effectum non ſortita Epiſcopo præiudicare non potuerit ad impediendū curſum 40. annorum, dum vacatio contigit de menſe Octobris per Regulas ſemper reſeruato, ſedeſq. Epiſcopalis vacabat per obitum Epiſcopi Archinti Iunioris, ac demum per Sedem Apoſtolicam ex eadem vacatione prouiſus fuerit Io. Franciſcus Chriſtianus de cuius effectuatione dicebatur non poſſe dubitari ex quo idem reſignauit Canonicatum obtentum in manibus Sanctiſſimi; & de eo fuit prouiſus Paulus Hieronymus Rezzonicus.

Quia de electione, & nominatione Bartholomæi, & de poſſeſſione per eum apprehenſa ex publicis documentis, quæ data fuerunt; cæterū quòd nominatio, & poſſeſſio Vaccani effectum non habuerit ſuperueniente prouiſione Apoſtolica adhuc non probatur, non probato quòd Io. Franciſcus reſignans prius habuerit prouiſionem ab Epiſcopo, & intrauerit ſine electione fratrum, vel à Papa expulſo Vaccano, præterea nominatio, & electio prædicta & poſſeſſorio ſequuta quicquid ſit ad euitandam prouiſionem Apoſtolicam reſpectiuè, tamen ad conſeruationem proprij iuris contra Epi-
25 ſcopum ſemper ſuffragari poteſt Capitulo † non valēti propriam electionem effectuare propter impedimentum Apoſtolicæ prouiſionis, *l. 1. §. ne autem. c. de annal. except. Honded. conſ. 14. num. 13. lib. 2. Surd. deciſ. 151. nu. 4. & 236. nu. 14.* atqueita ſiue quadragenaria incipiat ab anno 1564. ſiue ab anno 1586. ſemper interrupta colligitur præſeriptio; ſi vero ab anno 1593. deducatur vltra quòd in ea non apparet animus Epiſcopi determinatus ad præſcribendum, & priuandum Capitulum, pro-
26 ut neceſſarius eſt, ex † quo præſeruatur ius cuiuslibet collatoris per clauſulam (Quatenus pro hac vice ad nos pertineat collatio) *Calder. conſ. vlt. de cauſ. poſſ. & propr. Ripa in c. cum Eccleſia Sutrina nu. 49. eod. tit. Gonz. gloſ. 45. §. 2. nu. 34.* non etiam integra quadragenaria intrat propter litem inceptam de anno 1631. quæ tamen obſeruanda eſt vſque ad vltimum momentum, *Iaſ. in l. 3. §. labeo. num. 17. ff. de acquir. poſſ. Balb. de præſcr. 3. par. 6. partis princ. queſt. 1. nu. 11. Rot. deciſ. 304. nu. 2. par. 1. recent.* quæ præſcriptio eo ſemper dif-
27 ficilius impleri † poteſt quando verſamur in actu negatiuo, à Sede Apoſtolica permiſſo, & confirmato, ne vllus in Canonicum intrare præſumat ſine electione fratrum, itaut poſſeſſio Epiſcopi nunquā inceperit, niſi poſtquam Canonici, & Capitulum
28 volentes † eligere prohibiti fuerint, & prohibitioni acquieuerint ſecundùm *glo. in l. qui luminibus ff. de ſeru. Vrb. præd. & Abb. in c. ſignificante. nu. 1. de appell. Surd. conſ. 130. nu. 17. vol. 1. & idem fuit dictum in Ferrarien. aquarum 14. Nouembr. 1622. coram me,* vt propterea non ſufficiat Epiſcopo eſſe in poſſeſſione conferendi, niſi prius docuerit Canonicos, & Capitulum fuiſſe prohibitos eligere, & prohibitioni acquieuerint aliàs ſemper vti poterunt iure ſuo, ne prouiſi ab Epiſcopo ſine ipſorū electione intrare præſumant Canonicā. Et ita.

¶ *Supra in hac parte adeſt deciſio in eadem cauſa coram Illuſtriſſ. D. Machiauello Patriarcha Conſtantinopolitano ſub die 15. Nouembris 1635. eſt deciſio 71.*

Et infra habetur alia coram R. P. D. Ghiſilerio ſub die 8. Iunij 1637.

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. PANZIROLO.

Auenioneñ Fideicommiſſi.

Die Lunæ 10. Maii 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtatoris voluntas, quando præſumatur voluiſſe vocare, non ſolùm filium alicuius tunc natum, ſed etiam naſciturum poſt ipſius mortem.

SVMMARIVM.

1 *Aduerbium, tunc, in vocatione poſitum non operatur quominus diſpoſitio extendi debeat ad perſonas ſimiles ad quem teſtator habuit parem affectionem.*

2 *ex Vocatione ſucceſſiua perſonarum, quæ ferè impoſſibile erat, vt natæ eſſent de tempore obitus teſtatoris, vt fuerint vocatæ etiamſi naſcantur poſt eius obitum, ex hoc ſatis demonſtratur.*

3 *Diſpoſitio ne remaneat penitus inutilis, & ſine effectu, capienda eſt omnis interpretatio.*

4 *Teſtator, ſi aliquid enixè deſiderauit non eſt veriſimile, quòd ſe voluerit reſtringere ad caſum valde euentualem.*

5 *Optabile quocumque tempore id videtur ex quo reſultat commodum, & honor.*

DECISIO CXXXIV.

PLACVIT Dominis reſolutio capta in hac
cauſa die 5. Decembris proximè præteriti, in
qua dictum fuit, factum eſſe locum fideicommiſſo
ad fauorem Dominici; Nam licèt Gaſpardus Teſtator
ad ſucceſſionem vocauerit primum filium
maſculum Dominorum Henrici, & Mariæ, qui de
tempore obitus ipſius, tunc erit viuens (vt ſunt
verba teſtamenti) attamen non ex eo quod de dicto
tempore Dominicus non extaret, ſed natus
fuerit poſt annos quinque à die obitus ipſius Gaſpardi,
viſum eſt fideicommiſſum expiraſſe, cum potius
voluntas Teſtatoris fuerit non ſolùm vocare
filium tunc natum, ſed etiam naſciturum poſt ip-
1 ſius mortem, † itaut aduerbium (tunc) in vocatione
poſitum non limitet, quo minus diſpoſitio extendi
debeat ad perſonas ſimiles, ad quas Teſtator
parem habuit affectum, vt tradit *Pariſ. conſ. 50.
num 52. lib. 3. Natt. conſ. 675. num, 9. 12. & ſeq.
Cephal. conſ. 196. nu. 23.* Maximè dum ipſe Teſtator
diſpoſuit, quòd ſi primogenitus non ſit capax
ſucceſſionis, eligatur à D. Diana eius vxore ſecundogenitus,
tertiogenitus, & deinceps. Ex hac enim
ſucceſſiua vocatione perſonarum, quæ ferè impoſſi-
2 bile erat, † vt natæ eſſent de tempore obitus Teſtatoris,
clarè viſum eſt reſultare, vt fuerint vocati
filij etiam poſtea naſcituri ſecundùm *Socein. ſen. in
l. ſi cognati. nu. 30. ff. de reb. dub. Ruin. conſ. 108.
nu. 17. lib. 2. Albert. conſ. 106. nu. 13. & 14. Menoch.
conſ. 496. nu. 16. Mantic. de coniectur. lib. 8,
tit. 12. nu 14. verſ. illud tamen in dubium. Peregr.
de fideicom. art. 22. nu. 77. verſ. vel cum teſtator
digreſſus fuit, & conſ. 55. nu. 28. lib. 1. Fuſar de
ſubſtit. quæſt. 318. num. 39. verſ. ego certè, & facit
Rota in Romana pecuniaria 30. Aprilis 1625. coram
R. P. D. Merlino, & in Lucana ſucceſſionis 1.
Februarij 1630. coram R. P. D. meo Dunozetto.*
Alijs enim diſpoſitio remaneret penitus inutilis,
3 † & abſque vllo effectu, ad quod euitañ, quælibet
alia interpretatio eſt amplectenda, *Caſtr. conſ. 247.
num. 3. poſt medium. verſ. illud autem conſtat. lib.
1. Alberic. d. conſ. 106. num. 17. & ſeqq. Fuſar. de
ſubſtit. d. quæſt. 318. nu. 99.* Maximè quia dum Teſtator
oſtendit tàm enixam voluntatem conſeruandi
in perpetuum nomen, & cognomen ipſius in dicto
filio naſcituro, non eſt veriſimile, quòd volue-
4 rit reſtringere † talem nominis, & armorum delationem
ad caſum tàm euentualem, quando (ſcilicet)
dictus filius naſceretur ipſo dumtaxat viuente,
cum potiùs hoc poſtea, vel quandocumque vi-
5 deatur † optabile tanquam reſultans in commodũ,
& honorem ipſius, *Ancbar. conſ. 113. n. 4. Molin. de
primogen. lib. 2. cap. 14. nu. 5. & 6. Gratian. forenſ.
diſcept. 288. nu. 14.* prout hæc eadem interpretatio
viſa eſt indubitanter, ac pleniùs ſuaderi ex pluribus
alijs coniecturis latè in deciſione deductis cũ
quibus Domini, etiam nunc tranſierunt.

Et ita fuit deciſum Dominico tantũ informante.

☞ * *Eſt deciſio 77. ſupra in hac eadem parte, vbi in fine adduxi alias deciſiones in hac cauſa.*

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Fideicommiſſi.

Die Mercurij 21. Maij 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi hæredi grauato reſtituere, expreſsè prohibuerit venditionem, locationẽ ad longum tempus, donationem, & hypotecam, ſub pœna &c. modo ſi hæres locauerit bona per decennium, an ſit factus locus fideicommiſſo. Fideicommiſſum dicitur purificatum, ſi hæres grauatus emiſerit profeſſionem in aliqua Religione, etiam capaci bonorum, ſtante excluſione ſuper hoc facta à teſtatore.

SVMMARIVM.

1 *Locatio facta ad decem annos, dicitur locatio facta ad longum, & magnum tempus.*

2 *Hæres grauatus, ſi voluntati Teſtatoris contrauenerit. qui aliquid prohibuit cum expreſſa annullatione illius, tunc ſine dubio ſit locus purificationi fideicommiſſi.*

3 *Locatio ſi ſit facta ad vitam locatoris, vel conductoris, dicitur facta ad longum tẽpus. & n. 6.*

4 *Locatori ad longum tempus competit ius petendæ renouationis locationis.*

5 *Verba quando ſunt clara, non eſt opus alia interpretatione.*

7 *Fructus, & commoditas rei prohibitæ alienari, quando non poſſint alienari ad longum tempus.*

8 *Interpretatio, vt actus ſubſtineatur, ea capienda eſt.*

9 *Pro actus validitate tunc capienda eſt interpretatio, quando ſumus in dubio, ſecus ſi verſemur in claris.*

10 Do-

10 *Donatarius omnium bonorum tenetur ſeruare factum donantis, & è contra.*

11 *Fideicommiſſarius vtens iure ſuo, poteſt agere ad vindicandam rem nulliter alienatam, nec ſtringitur obligatione ſui auctoris.*

12 *Hæres grauatus alienans bona fideicommiſſaria, quando ex defectu ſcientia excuſetur. & n.13.*

14 *Hæres grauatus, ſi locauerit bona fideicommiſſo ſubiecta, ſtante ſuper hoc prohibitione Teſtatoris, nulliter agit, & in conductorem non transfertur dominium.*

15 *Hæres grauatus, ſi emittat profeſſionem in aliqua Religione capaci ſucceſſionis, quando d. Religio non poſſit prætendere ad ſe ſpectare bona fide·commiſſaria durante vita dicti Monachi. & n.16. 17. 19. & 20.*

18 *Teſtatoris enixa voluntas debet verificari. & nu.21.*

22 *Fideicommiſſario, quibus concurrentibus eſt concedenda immiſſio, vigore l.fin.C.de edict. D.Adr. toll. etiam contra tertium poſſeſſorem.*

DECISIO CXXXV.

PRAETENDENTIBVS Ioſepho, & Virgilio Maria de Bauoſijs, vocatis in teſtamẽto Ioannis de Bauoſijs Anno 1609. immiſſionem in poſſeſſionem vnius Prædij poſiti in Communi Sancti Vitalis, non ſolùm ob locationem per Ioannem alterum fratrem factam de dicto prædio per decennium, & illo finito per aliud decennium, & vlterius, donec dictus Ioannes viueret, itaut quando moreretur, locatio diceretur finita; verũ etiam ob emiſſam à dicto Ioanne profeſſionem in Congregatione Canonicorum Sancti Georgij in Alga, præuia renunciatione ampliſſima omnium bonorum prætenſo fideicommiſſo ſubiectorum, contra expreſſam prohibitionem teſtatoris, de qua in verbis teſtamenti, ibi: *Perche vuole, & intende, che li ſuoi beni, e facoltà perpetuamente ſiano conſeruate, e ſi conſeruino, e peruenghino alli ſudetti ſuoi heredi, &c. acciò ſi conſeruino nella famiglia, & eſpreſſamente vieta, e comanda à tutti li ſuoi heredi, &c. la venditiòne, locatione à longo tempo, donatione, hipotheca, &c.* reſpectu verò ingreſſus in Religionem, ibi: *Perche dichiara, che non s' intenda, che il Monaſterio, ò Chieſa ſia, e ſucceda in luogo de figliuoli, dichiarando, e proteſtando, che la detta prouiſione fà non principalmẽte per eſcludere il Monaſterio, ò Chieſa, mà per conſeruatione delli ſuoi beni nelle perſone come ſopra, &c.* ad eorum fauorem fuit reſolutum.

Quia ſtante locatione ſupradicta, & profeſſione emiſſa in Religione à dicto Ioanne, fuit purificatum fideicommiſſum ad fauorem ſupradictorum, & factus locus ſubſtitutioni reciprocæ inter dictos Ioannem, Ioſephum, & Virgilium Mariam à teſtatore reciprocè ſubſtitutos.

1 Nam reſpectu locationis, cum locatio † facta ad decem annos, dicatur locatio facta ad longum, & magnum tẽpus, *l. ſi cum fideicõmiſſaria, §. Ariſto, ff. qui, & à quibus, l. penult. & l. fin. C. de præſcript. longi tempor. gloſſ. in l. ſecunda, ff. ſi ager vectigalis, vel emphyt. pet.* & facit quod notat *Gloſſ. in l. ſi filius, C. de petic. hæred. Alexand. conſ. 17. in princip. lib. 4. Dec. conſ. 203. Bertrand conſ. 126. nu. 3. Peregr. de fideicom. art. 40. nu. 93. Pariſ. conſ. 118. num. 3 Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 525. nu. 5.* Eaquè fuerit hæredibus prohibita à teſtatore, cum expreſſa annullatione illius in hunc caſum contrauentionis, ex locatione prædij facta per Ioannem graua-
2 tum, † nedum ad decennium, ſed ad alium decennium, & donec ipſe vixerit indubitatum eſt purificari fideicommiſſum, *Peregrin dicto art. 40. n. 109. Mantic. de tacit. & ambig lib. 5. tit. 4. nu. 11. & tit. 45. nu. 12. Fuſar.* vbi ſupra *verſ. Idem eſſet;* vbi firmat idem eſſe ſi facta fuiſſet ad vitam. vel locato-
3 ris, vel conductoris, † quia ad longum tempus dicitur facta, *ex Ancharan. Immol. & Card. in cap. 1. de reb. Eccl. ſ. non alienan. cum alijs ibi adductis.*

Nec facit, quòd cum in inſtrumento locationis adiectum ſit pactum, quòd eueniente caſu fideicommiſſi locatio ſtatim cenſeatur finita; ſequatur, vt partes noluerint conductori aliquod ius acquiri continuandæ locationis, vel petendæ renouatio-
4 nis, ſicut † competere ſolet conductori ad longum tempus, ſed tantùm voluiſſe transferre commoditatem percipiendi fructus durãte vita grauati, quia cum verba locationis ſint clara de ipſo Prædio, &
5 poſſeſſione Sancti Vitalis, † non poteſt applicari, quòd intelligatur tantùm locata commoditas percipiendi fructus. *Bero. conſ. 189. nu. 2. in fin. lib. 1.* & magis ſtante illa clauſula, *ponens in locum ſuum,* necnon altera clauſula *conſtituti*, & cum teſtator perpetuò voluerit bona conſeruari penès inſtitutos, & ſubſtitutos. cum ſpeciali prohibitione loca-
6 tionis ad longum tempus, † locatio ad longum tempus, etiam reſtricta ad vitam locantis, eſt contra eius voluntatem, & ipſo iure nulla; nec pactum, quòd eueniente morte intelligatur finita, illam ſuſtinere poteſt. Et hinc patet, non applicari con-
7 cluſionem, † quòd fructus, & commoditas rei prohibitæ alienari, poſſint locari ad longum tempus.

Minus obſtat, quòd licèt Inſtrumentum ſonet in locationem rei, tamen vt valeat actus, & non di-
8 catur factus contra prohibitionem, debeant † verba intelligi de commoditate fructuum, non autem de re ipſa, vt tenuit *Rota in Tudertin. Officij 19. Februarij 1589. coram Lancelloto, impreſſa per Marcheſ. de commiſſ part. 1. fol. 756. num. 3. & 4.* quia interpretatio deſumpta pro validitate actus, proce-
9 dit in dubio ad euitandam caducitatem, † ſecùs autem quando verſamur in claris, vt in iſto caſu, ex prohibita alienatione à teſtatore, vt colligitur ex ipſamet *deciſione in Tudertina Officij coram Lancelloto.*

Non obſtat, quòd ex donatione vniuerſali omnium bonorum facta à Ioanne, poſsit inferri, Ioſephum, & Virgilium Mariam teneri ad locationis defenſionem, tamqnam ſucceſſores Ioannis donantis, qui locationẽ fecerat; ex quo donatarius † om-
20 nium bonorum tenetur ſeruare factum donantis, & è contra, dum competunt actiones quæ contra donantem poterant exerceri. tàm reales, quàm perſonales, *Gul. de Benedictis, in cap. Rainutius, verſ. cætera bona, n. 46. verſ. vbi verò donator de teſtamentis, Celſus Vgo conſ. 13. nu. 22. Gerius Spinus conſ. 75. num. 33. & ſeqq. cum alijs,* quia ſupradicti Ioſephus, & Virgilius Maria fideicomiſſarij bona

non

Digitized by Google

nõ conſequũtur à grauato,ſed à grauãto,& propte-
rea cũ omnia donata ſint ſuppoſita fideicommiſſo,
11 non intrat obiectum, † ſed fideicommiſſarius vtens
ſuo iure poteſt agere ad vendicandam rem nulliter
alienatam, nec adſtringitur obligatione ſui aucto-
ris, *Bero.conſ.129.nu.5.& 15.lib.2. Laderch.conſ.
138. per tot.*
Pariter non obſtat,quod non conſtet,quòd Ioan-
nes habuerit ſpecificam ſcientiam huius prohibi-
tionis pœnalis,& generalis ſcientia teſtamenti non
12 ſufficiat. Quia defectus † ſcientiæ procedit, quan-
do alienans vult recuperare, & ſe excuſare, *Rota
deciſ.22. num.2.part.1. diuerſ. & coram Canaler.*
13 *deciſ.96. num 4* non † autem ad effectum auocan-
di à tertio poſſeſſore bona nulliter alienata, vt benè
diſtinguit *Rota deciſ.268. num.1.part.2. recent.* &
hoc ſumma ratione, quia ſtante expreſſa prohibi-
tione locationis ad longum tempus facta per teſta-
14 torem, † locatio fuit nulla, & in conductorem non
fuit translatum dominium, *l. cum Pater. §. liber-
tis, vbi gloſſ. ff. de leg.2. l.2. C. pro emptore*, & ideò
eſt locus rei vendicationi, *Barbat. conſ.14. in fin.
lib.2.*
Et ex alio capite cenſuerunt DD. reſultare pu-
rificationem fideicõmiſſi, ex profeſſione per Ioan-
nem emiſſa in dicta Congregatione,prout ex publi-
co Inſtrumento, & atteſtatione Superioris,attentis
verbis teſtatoris qui expreſsè voluit, vt bona con-
ſeruentur in perſonis inſtitutis, & ſubſtitutis, ex-
cluſo Monaſterio; aſſerendo ſe id non facere ad ef-
fectum excludendi Monaſterium principaliter, nec
in eius odium, ſed propter conſeruationem bono-
15 rum ſuorũ in perſonis vocatis. Quod ſufficit † pro
excluſione Monaſterij etiam capacis bonorum, in
puncto *Molin. de primogen. lib.1. cap.13. num.91.
Peregr. de fideicom. art.28. num. 82. Intrigliol. de
ſubſtit. cent.3. quaſt.63. num.42. Sanchez in præ-
cepto Decalog. lib 7.cap.15. nu.19. & c.16. nu.32.
Couar. variar. cap.19. num.11.*
Nec facit, quòd cum Ioannes emiſerit profeſ-
ſionem in Congregatione capaci ſucceſſionis,Con-
gregatio poſſit retinere bona donec ille naturaliter
vixerit, itaut non dicatur purificata condicio ſub-
16 ſtitutionis † conceptæ ſub conditione mortis, vt
præter allegatos tenuit *Rota in Vrbeuetana hære-
ditatis 14. Aprilis 1614. coram bon. mem. Patriar-
cha Manzanedo, & in Bononien. fideicommiſſi de
Blanchettis 26. Ianuar.1632. & 9. Decemb. 1633.
coram R. P. D. meo Veroſpio*, quia ſupradictæ deci-
ſiones procedunt in terminis excluſionis Monaſte-
rij deſumptæ, vel ex coniecturis, vel ex qualitate
bonorum,non autem ex diſpoſitione expreſſa teſta-
17 toris, ex qua reſultat excluſio † Monaſterij, ſtante
ratione adducta à teſtatore in teſtamento, vt bona
perpetuo conſeruentur inter perſonas inſtitutas,&
ſubſtitutas, eo quia præcipua ipſius intentio fuit,vt
bona ſua perpetuò nedùm conſeruentur, ſed etiam
perueniant ad inſtitutos, & ſubſtitutos, vt in fami-
lia teſtatoris conſeruentur; quo caſu licèt Ioannes
ſit agnatus,& retineat iura familiæ,tamen cum ipſe
ſit incapax retẽtionis bonorum, eaquè interim non
conſeruarentur in familia,ſed penès Monaſterium,
18 non verificaretur † enixa voluntas teſtatoris, vt
bona perpetuò conſeruarentur in familia, & inter
perſonas vocatas. Ideoquè cum in iſto caſu mors
ciuilis æquipararetur naturali, & eoſdem operetur
effectus quos mors naturalis,attenta voluntate te-
ſtatoris, indè reſultat Ioannem, licèt profeſſum in
Congregatione capaci, eſſe excludendum à ſucceſ-
ſione fideicommiſſi, ſtante expreſſa prohibitione
19 teſtatoris, † quòd Monaſterium non poſſit ſucce-
dere loco filiorum, non in odium Monaſterij, ſed
propter conſeruationẽ bonorum in vocatis, atque
ita omnia in contrarium deducta, non applicantur
huic caſui, cum loquantur, & procedant, quando
ex verbis teſtatoris cõtrarium non apparet, quan-
do verò conſtat de enixa voluntate teſtatoris,vt bo-
na perpetuò conſeruentur in familia, & inter per-
20 ſonas vocatas, tunc † neque viuente Monacho po-
teſt Monaſterium retinere, *ex Molin. Peregrin.
Intrigl. & alijs ſupra allegatis* quia interim quan-
do bona ſunt penès Monaſterium non conſeruan-
21 tur in familia; nam † ſi Monaſterium poſſet retine-
re, perpetuò non remanerent in familia
Probata autem purificatione ſubſtitutionis, ex
profeſsione emiſſa per Ioãnem, & ex locatione per
eum facta Prædij de quo agitur ad vitã ipſius,cum
inter partes non cõtrouertatur exiſtentia fideicom-
miſsi, necnon identitas Prædij, conſequenter Ioſe-
22 pho.& Virgilio Mariæ † fideicommiſſarijs debetur
immiſsio, vigore *l. fin. C. de edict. Diu. Adr. toll.*
etiam aduerſus tertium poſſeſsorem, vt pluries re-
ſoluit *Rota, vt in deciſ.201. num.9. part 2. diuerſ.
deciſ.237. nu.1. part.1. recent. & deciſ.167. nu.2.
coram Reuerendiſsimo Domino meo Decano, cum
alijs relatis in Bononien. fideicommiſſi de Glauari-
nis, 23. Ianuarij præteriti, confirmata 5. curren-
tis menſis coram me.*
Et ita vtraque parte informante, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Penſionis.

Die Mercurii 21. Maii 1636.

ARGVMENTVM.

Penſio reſeruata ſuper Prioratibus Religionis Hieroſolymitanæ, quando dicatur nulliter reſeruata.

SVMMARIVM.

1 *Penſio reſeruata eſt nulla, data incapacitate tàm reſeruantis, quàm eius, cui fuit reſeruata.*
2 *Equites Hieroſolymitani, quando ſunt debitores Communis Ærarij, ſunt incapaces ad reſeruandum penſiones &c.*
3 *Equites Hieroſolymitani, qui ſunt debitores Cõmunis Ærarij omnino priuantur Commendis, & adminiſtrationibus.*
5 *Inferior non poteſt propria auctoritate facere ordinationes contrarias ordinationibus confirmatis à Papa.*
6 *Statuta confirmata à Papa, dicuntur Papalia.*
7 *Equiti Hieroſolymitano non poteſt reſeruari penſio, ſi ſit abſens à conuentu.*
8 *Ordinatio Capitularis prima de Commendis Relig.*

lig. Hieroſolym. licèt loquatur tantùm de Magno Magiſtro. debet etiam comprehendere Priores tanquam inferiores, & nu.9.
10 *Lex eadem eſt ſeruanda vbi militat eadem ratio.*
11 *Eccleſia, ſeu pia cauſæ fauore licita eſt extenſio.*

DECISIO CXXXVI.

ATTENTIS fundamentis, & rationibus deductis in alia deciſione * iterum reſoluerũt
DD. penſionem reſeruatam ſuper Prioratu Cataloniæ eſſe nullam ſtanre incapacitate tàm Equitis
1 Georgij Puiderfilæ reſeruantis † quàm Equitis Arnaldi Dameto, cui fuit reſeruata, *Gig. de penſionib. quæſt. 5. n. 1. Pariſ. de reſignat. benef. lib. 4. quæſt. 2. nu. 1. cum ſeq. & firmatur in deciſ. quæ reuidetur.*

Incapacitas Puiderfilæ de tempore reſeruationis, iuſtificatur cum verè fuiſſet debitor communis Aerarij, quo caſu intrat diſpoſitio ſtat. 25. de com-
2 muni ærario, vbi † Equites declarantur incapaces ad reſeruandum huiuſmodi penſiones, quod etiam eſt conforme ſtat. 20. & 21. de verborum ſignificatione, quæ diſponunr vt debitores communis ærarij
3 † omninò priuentur commendis, & adminiſtrationibus. Vlterius eidem reſeruationi obſtant ſtat. 49. & 50. de commendis, in quibus diſponitur quòd
4 † ſoli Magno Magiſtro, & habentibus facultatem à Capitulo Generali liceat has penſiones reſeruare, nec de viribus dictorum ſtatutorum poteſt dubitari, ſtante confirmatione Sixti V. & propterea nihil facit ordinatio 13. de commendis facta in ſequenti Capitulo Generali, cum non fuerit à Sede Apoſtolica confirmata, nec Capitulum Generale
5 † potuerit ex propria auctoritate facere ordinationes contrarias ordinationibus cõfirmatis à Papa,
6 de quibus tanquam de † conſtitutionibus Papalibus eſt iudicandum, *Abb. in c. dilecto. num. 14. de præben. Fel. in c. cum acceſſiſſent. num. 4. & 7. vbi etiam Dec. nu. 19. de conſtit. Gabr. de clauſ. concluſ. 3. nu. 20. & dixit Rota in Meleuitana præeminentiarum* 28. *Ianuarij* 1628. *coram R. P. D. meo Pirouano,* & ſæpe alias.

Incapacitas verò Equitis Dameti pẽſionarij, reſultat ex ipſius abſentia à conuentu, quæ vigore
7 † ordinationis Capitularis primæ de commendis confirmatæ à Sede Apoſtolica, inducit incapacitatem penſionarij, etiam ſi alias Prior potuiſſet penſionem reſeruare, quod tamen in propoſito caſu non applicatur ſtante incapacitate Puiderfilæ iam canonizata.

Non obſtat, quòd d. ordinatio prima, de cõmẽdis, loquatur tantummodo de Magno Magiſtro,
8 † quia ex rationis identitate, & maioritate eo magis debet comprehendere Priores tanquam inferiores in hac Religione, vt ſcilicet Equites inueniantur ad reſidentiam in conuentu, quod ipſum admiſit etiam Rota *in alia Meliten. penſionis* 10. *Marty præteriti coram me* in terminis ſtatuti 14.
9 loquentis de Magno Magiſtro eo quia † cum militet eadem ratio, illa ordinatio extendatur etiam ad Priores, vt in dicta deciſione, & in hoc caſu ne maior prærogatiua competat inferioribus quam ſuperioribus eſt concluden̄, dictam ordinationem
10 primam de † commendis debere procedere in alijs Prioribus inferioribus ex identitate rationis, *Alex. conſ. 24. n. 44. lib. 2. & conſ. 75. nu. 3. lib. 5. Surd. cõſ. 443. n. 21. Rot corã Seraph dec. 496. n. 12. in recen. dec. 783. n. 3. par. 2. & in d. Meleuitana penſionis* 10. *Marty præteriti coram me,* maximè cum agatur de grauandis commendis quod non eſt permiſſum, & conſequenter eſt locus extenſio-
11 ni fauore Eccleſiæ, ſeu alterius piæ cauſæ, *Rol. conſ. 72. nu. 64. & ſeq. lib. 1. Hond. conſ. 95. n. 30. lib. 1.*

Ex quibus, & alijs deductis in alia deciſione in hac cauſa facta 18. Februarij præteriti pro moderno Priore Cataloniæ fuit reſolutum in contumaciam partis, quæ pluries citata, & intimata, licèt informauerit in voce, non curauit dare ſcripturas.

* *Ideſt ſub die 18. Februarij eſt deciſio 98. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. PIROVANO.

Pacen̄ Decimarum.

Die Mercurii 21. Maii 1635.

ARGVMENTVM.

Magno Magiſtro, & Ordini S. Iacobi de Spata conceſſum eſt, vt Eccleſiæ in locis deſertis, aut in Terris de manu Sarracenorum ereptis per eos conſtructæ, plena gaudeant libertate à quauis exactione, vide in deciſione.

SVMMARIVM.

1 *Cura animarum poteſt eſſe penes Eccleſiam Regularem, vel Monaſterium vel Collegium.*
2 *Decimarum exactio denotat dominium Eccleſiæ, eſſe penes eum, qui eas percipit.*
3 *Eccleſia Parochialis dicitur de menſa Monaſterij, ſi Monaſterium præſentet Vicarios amouibiles.*
4 *de Dominio Eccleſiæ, quando principaliter non agitur, ſed incidenter ad effectum percipiendi decimas, leuioribus contentatur probationibus.*
5 *Teſtes benè probant aliquem locum eſſe intra limites alicuius Parochiæ, ſi deponant de ſcientia, & fama publica, & notoria.*
6 *Immemorabilis non ſuffragatur, quando conſtat de initio præſcriptionis.*
7 *Laicus poſſeſſor decimarum non iuuatur ea, niſi probetur cum fama priuilegij Apoſtolici dum verſamur in eo, qui non probat poſſeſſionem ante Concil. Lateranenſe.*

DECISIO CXXXVII.

PRÆSENS cauſa diu fuit agitata in conſilio ordinum in Regnis Hiſpaniarum, à quo emanauit ſententia fauorabilis pro menſa Magiſtrali Equitum S. Iacobi de Spata ſuper iure decimandi Terras loci della Granzia, poſiti intra fines Ciuitatis de Xeres Pacen̄ Diœceſis contra Dominum Ferdinandum Bazan eiuſdem loci tunc poſſeſſorẽ; cæterum eadem ſententia poſtmodum per Rotam reuocata, tanquam inualida defectu iuriſdictionis ex parte Magiſtratus Ordinum pro eadem menſa Magiſtrali ad vlteriora fuit proceſſum ſuper iuſtitia decimandi, & cum hodie dubitatum fuiſſet, an idem Ferdinandus, & ſucceſſores teneantur ad decimas Granziæ prædictæ affirmatiuè fuit per Dominos reſponſum.

Fundat

Fundat enim eadem mẽſa Magiſtralis intentio-
nem ſuam in priuilegio Alexandri III. in nouo
Bullario tom. 1. in ordine Bulla v. incipit Benedi-
ctus Dominus in qua Magno Magiſtro, & Ordini
S. Iacobi de Spata conceditur, vt Eccleſiæ in locis
deſertis, aut in Terris de manu Saracenorum ere-
ptis per eos conſtructæ plena gaudeant libertate,
nec aliqua per Epiſcopos decimarum, aut alterius
rei exactione grauentur liceatq. eidem Ordini per
Clericos ſuos idoneos eaſdem Eccleſias cum ſuis
Plebibus gubernare, ex quibus verbis ſatis clarè
colligitur gubernium Plebium ordini demãdatum
fuiſſe; regendum tamen per Clericos idoneos ad id
munus deputandos, & penes eumdem eſſe curam
animarum, prout penes Collegium, aut regularem
1 Eccleſiam, † vel Monaſterium eſſe poteſt, quibus
propterea reſpectiuè debentur, *cap. cum contingat.
de decim. C. ad decimas. de reſtit. ſpoliat. in 6. cap.
final. de Paroch. Rot. dec.* 371. *n.* 1. 677. *n.* 2. *p.* 1. 153.
num. 2. *&* 204. *nu.* 1. *par.* 2 *recent.* & ad fauorem
huius menſæ Magiſtralis ſæpè fuit reſolutum *vt in
Toletana decimarum* 134. *in impreſſ. coram D.
meo Decano, Pacen. decimarum* 12. *Decemb.* 1608
coram Card. Sacrato, Valentina decimarum 27.
Nouemb. 1596. *&* 9. *Iunij* 1597. *coram Cardina-
li Hieronymo Pamphilio,* & nouiſſimè *in Toleta-
na decimarum de Solana* 15. *Decembris* 1631. *co-
ram D Queippo.*

Neq; dubitari poteſt de Parochialium proprie-
tate, aut de comprehenſione huius Granziæ intra
limites earumdem.

2 Quoniam duo concludenter iuſtificantur † nem-
pe exercitium curæ animarum in Eccleſiis Paro-
chialibus loci de quo agitur per Clericos idoneos,
& exactio decimarum, ex quibus iuncto priuilegio
probatur earumdem dominium tanquam de con-
ſtructis in Terris ereptis de manu Saracenorum,
Card. in clem 1. *nu.* 10. *q.* 9. *de offic. Vicar. Gloſ. in
Clem.* frequens in verbo ad menſam *de exceſſ. Præ-
lat. Creſcen. dec.* 2. *de decim. Verall. dec.* 339. *par.* 2.
& 102. *num.* 3. *par.* 1. *recent.* Dantur enim ſex Te-
ſtes aſſerentes in Ciuitate de Xeres adeſſe quatuor
Parochiales S. Michaelis, S. Mariæ, S. Bartholo-
mæi, ac S. Catherinæ; & quòd prouidentur ab ipſo
conſilio ordinum, & viderunt prouiſos poſſidere
3 per multos annos, † quæ prouiſiones proculdubio
inferunt curam ſpectare ad menſam Magiſtralem,
deputantem Presbyteros amouibiles, *Seraph. de-
ciſ.* 1304. *nu.* 1. *Rot. dec.* 204. *num.* 1. *&* 2. *par.* 2. *re-
cent.* & de vniuerſali exactione fructuum decima-
lium in ſupradicto territorio de Xeres dantur plu-
tes teſtes tam primi, quam ſecundi examinis id ip-
ſum concludentes, quia viderunt, audierũt, & pu-
blicum, & notorium eſſe: Et inſuper idem conclu-
dunt teſtes examinati pro parte DD. de Bazan ne-
dum quoad vniuerſalem exactionem, ſed etiam
quoad particularem huius prædij della Granzia,
quæ omnia ſuperabundant, cum non agatur contra
Ordinarium cuius præiudicium in eadem conſtitu-
tione Alexandri III. fuit reſeruatum neque princi-
4 paliter de probando dominio Eccleſiarum † con-
trouerſarum, ſed incidenter ad effectum percipiẽ-
di decimas, *Bart. in l. quidam in ſuo num.* 4. *ff. de
cond. instit. Menoch. de recup. rem.* 2. *nu.* 32. *Surd.
dec.* 10. *nu.* 11. *Rot. deciſ.* 34. *nu.* 20. *par.* 2. *diuerſ.*

Reſpectu vero comprehenſionis Granziæ intra
limites de Xeres deponunt ſex Teſtes pro menſa
examinati, & octo pro DD. de Bazan, quibus abſ-
5 que hæſitatione † ſtandum eſt cum deponant de
ſcientia, & fama publica, & notoria.

Non obſtant igitur exceptiones DD. de Bazan,
ad euitandam obligationem ſoluendi decimas mẽ-
ſæ Magiſtrali; Nam ſi fundantur in priuilegio exẽ-
ptionis, & iuris decimandi, & decimas etiam ab
alijs in dicto loco della Granzia exigendi, de tali
priuilegio in actis non cõſtat, neque ſperatur pro-
ducendum, quia monitus dictus Bazan, ad exhibẽ-
dum priuilegium quod habet de dicta poſſeſſione
della Granzia ad exigendum decimas illius, reſpõ-
dit, & declarauit, quod illud non habet, neque ali-
quid ſcit de illo, nec vnquam illud habuit quæ re-
ſponſio legitur in proceſſu fol. 2052. & datur in
ſumm. num. 5.

Super immemorabili autem articulata, & pro-
bata vt prætenditur per teſtes nullum poteſt con-
ſtitui fundamentum quia veræ ſunt concluſiones, &
6 ſæpè per Rotam receptæ immemorabilem † non
ſuffragari quando de initio præſcribendi conſtat, *l.* 2.
*§. idem labeo il primo. ff. de aq. pluu. arcen. l. hoc iu-
re. §. ductus aquæ. ff. de aqu. quot. & æſtiu. Couar.
in reg. poſſeſſor. par.* 2. *§.* 3. *nu.* 7. *de reg. iur. Molin.
de primog. l. b.* 2. *cap.* 6. *nu.* 60. *Gonz. ad reg.* 8 *gloſ.*
18. *nu.* 47. *Rot dec.* 467. *num.* 6. *coram Papa Gre-
gor. XV.* Rurſum poſſeſſorem non iuuari, niſi pro-
7 betur cum fama priuilegij † Apoſtolici dum verſa-
mur in eo qui non probat poſſeſſionem ante Con-
cilium Lateranenſe, *Io Andr. in c. cum Apoſtolic.*
nu. 9. *de his quæ fiunt à Præl. ſine conſ. Cap. Felin,
in cap. cauſam quæ num.* 3. *de præſcr.* & hac opinio
ſemper fuit in hoc ſacro Tribunali recepta, vt in
Toletana decimarum de Capill. 4. *Decembr.* 1615.
*coram bo. me. Andrea, vbi latiſſimè fuit firmata,
& nouiſſimè in Corduben. decimarum de Lucena*
15. *Iunij* 1635. *coram D. meo Decano, & in Hiſpa-
len. decimarum de Almonte* 5. *Maij præteriti co-
ram me.*

De initio autem poſſeſſionis DD. de Bazan a-
pertè docetur ex productione Teſtamenti Garziæ
Perez conditi de anno 1395. in quo legitur inſtitu-
tus hæres Garzias eius filius, ea conditione, quòd
obediret Andaluciæ de Bazan, & quod Granzia, &
poſſeſſio de Brouales, de quibus Rex D. Petrus ei
fecerat donationem, alienari non poſſent, ſed re-
manerent ſub perpetuo fideicommiſſo, & maiori-
catu: Quæ omnia repugnant articulis, & depoſitio-
nibus teſtium reſpectu immemorabilis poſſeſſionis
ipſius Ferdinandi, & ſucceſſorum dum conſtat de
principio acquiſitionis.

De poſitiua etiam, & concludenti probatione
immemorabilis poſſeſſionis ex teſtibus datis, & cũ
fama priuilegij nõ conſtat; nam vltra exceptiones,
quæ dantur contra eoſdem teſtes, primi duodecim
examinati in eorum depoſitionibus nullum verbũ
de fama priuilegij Apoſtolici, ſed de perceptione
decimarum intra illud quod vocant priuilegiatum
non explicantes de quo priuilegio intellexerint.
Alij vero xxij. idem deponunt de ſitu, & Prædiola
Granzia, quod de auditu dicunt priuilegiatum abſ-

Digitized by Google

que diſtinctione Regij, vel Apoſtolici priuilegij, itaut nihil concludant quoad ſubſtantiam probationis immemorabilis, & priuilegij, in quibus conſiſtit fundamentum defenſionis Dominorum de Bazan. Et ita &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Cluſina Hæreditatis de Ciolis.

Die Lunæ 2. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Patruus, quando hæredes ſibi inſtituit plures nepotes ex diuerſis fratribus an, & ex quibus appareat, quòd illos vocauit in capita, & non in ſtirpes.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator, quando hæredes ſibi inſtituit nepotes ex diuerſis fratribus, tunc illius hæreditas inter eos debet diuidi in capita, & non in ſtirpes.*

2 *Et hanc opinionem tanquam melioribus rationibus fulcitam ſequitur Rota reiecta contraria opinione Accurſ.*

3 *Hæredes plures ſi ſint inſtituti cum clauſula pro æquali rata, & portione, ex hoc declaratur modus ſuccedendi id eſt pro virili.*

4 *de Rebus ſuis vnuſquiſque præſumitur diſponere ſecundum diſpoſitionem iuris communis.*

5 *Teſtamenti vna pars expreſſa declarat alteram partem dubiam.*

6 *Teſtator in dubio præſumitur vocaſſe nepotes plurium fratrum in capita, ſi eis fecerit prælegatum inter eos diuiden. in capita, & ita è contra. n. 7.*

8 *Coniunctio ſola naturalis, non eſt ſufficiens ad inducendum ius accreſcendi, niſi etiam concurrat coniunctiua vocatio.*

9 *Vocatio coniunctiua eſt ſufficiens, vt inter vocatos ſit præſeruatum ius accreſcendi.*

10 *Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare, cum diſpoſitione ſtatutaria.*

11 *Statuentes, quando omittunt diſponere in aliquo caſu, illum relinquunt in diſpoſitione iuris communis.*

DECISIO CXXXVIII.

CVM poſt latam ſententiam Rotalem dubitaretur. An conſtaret de re iudicata, quæ ſit exequenda. vel potius de cauſis reſtitutionis in integrum Domini reſponderunt, conſtare de re iudicata, quæ ſit exequenda; Quia Ciolus de Ciolis ſuos ſibi hæredes ſcripſit tres nepotes natos ex duobus fratribus, & ideo viſum eſt, quòd illius hæ-
1 reditas debeat inter † eos diuidi in capita, & pro virili non autem in ſtirpes, *l. ſi quando. ff. de leg. 1. Azo. in ſum. C. de legit. hæred.* quem ſecuti ſunt *Caſtr. in l. fin. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. interdum. nu. 2. ff. de hæred. inſtit. Iaſ. in l. re coniuncti. nu. 43 ff. de legat. 3. Dec. conſ. 382. n. 25. Ruin. conſ. 163. nu. 7. lib. 2. Morot. conſ. 1. per tot. Fachin. controu. iur. lib. 6. & 3. Caſtill. quotid. controu. par. 3. c. 19. nu. 77. vbi nu. 81.* quamplurimos cumulat *Gened. pract. & Canonic. quæſt. ſing. 77. num. 1. & 4. Theſ. deciſ. 162.* & hanc opi-
2 nionem tanquam † melioribus rationibus munitã ſequitur *Rota, vt in dec. 391. par. 4. diuerſ. & fuit dictum in Roman. ſucceſſionis 1. Iulij 1602. coram bo. me. Card. Mellino, & latè in hac cauſa 18. Februar. 1633. * & 12. Maij 1634. * coram R. P. D. meo Merlino reiecta opinione Accurſij in gloſ. verb. ſtirpes in auth. ceſſante C. de legit. hæred. & in § reliquum verſ. fratres, & verſ. parentum, auth. de hæred. ab inteſt.*

Nec viſum eſt obſtare, quòd quicquid ſit de veritate iſtius opinionis ſaltem in caſu præſenti dicẽdũ ſit teſtatorem expreſsè voluiſſe ſuccedi in ſtirpes, non autem pro virili, dum inſtituit Alexandrũ, & Perſium natos ex Petro de Ciolis fratre germano dicti Teſtatoris ex vna parte, necnon etiam Auguſtinum de Ciolis natum ex Stephano ſimiliter eius fratre germano pro æquali rata, & portione. Illa enim verba ex vna parte non alia ratione, videntur appoſita à teſtatore niſi ad oſtendendum, quod ad vnam partem hæreditatis vocauerit Alexandrum, & Perſium, & ad alteram partem æqualem Auguſtinum natum ex Stephano altero fratre; fuit enim reſponſum, quòd cum dictorum hæredum inſtitutio, vnica tantum verborum ſtructura concepta fuerit, & regatur ab vnico verbo inſtituit verba illa ex vna parte potius viſa ſunt appoſita ad demonſtrandam deſcendentiam vniuſcuiuſq; inſtitutorum, quam ad æqualiter hæreditatem inter illos diuidendam, qui ſenſus ex eo indubitanter viſus eſt etiam apparere dum in vocatione Auguſtini teſtator non repetijt illa verba ex altera parte,
3 ſed loco illarum appoſuit clauſulam pro æquali † rata, & portione, & ſic declarauit modum ſuccedendi inter inſtitutos debere eſſe pro virili, non autem in ſtirpes, *l. ſi quando. ff. de leg. 1. Caſt. in l. fin. n. 2. C. de impub. & alijs ſubſtit. Iaſ. in l. re coniuncti. nu. 43. ff. de leg. 3. Dec. conſ. 382. num. 2. & 5. lib. 2. Ruin. conſ. 163. num. 7. lib. 2. Capic. deciſ. 208. ſub num. 4.* confirmando ſe cum diſpoſitione iuris cõ-
4 munis ſecundùm quam † vnuſquiſque præſumitur de rebus ſuis diſponere *Bart. in l. hæredes mei, § cũ ita num. 4. ff. ad Trebell. Bald. in l. precibus. n. 44. de impub. & alijs ſubſt. Soccin. ſen. conſ. 51. n. 33. lib. 4. Mant. de tacit. lib. 6. tit. 6. nu. 2. & ſeqq.*

Præterea, quod teſtator voluerit ipſius hæreditatem debere diuidi pro virili colligitur etiã ex prælegato domus eiſdem nepotibus relictæ pro tertia parte diuiden. & ſic viritim quæ teſtatoris volun-
5 tas in vna parte teſtamenti † expreſſa declarat dubiam voluntatem eiuſdem quod nepotes plurium fratrum ſint inſtituti in capita, & non in ſtirpes, vt in induiduo huius caſus latè *Pariſ. conſ. 4. n. 10. & ſeqq. lib. 3.* & quod prælegatum huiuſmodi fa-
6 ctum nepotibus explicet an teſtator † in dubio vocauerit nepotes plurium fratrum in ſtirpes, vel in capita tentum fuit *in Forolinien. iuriſpatronatus Lunæ 10. Decemb. 1601. coram bo. mem. Litta;* vbi
7 dictum fuit ſucceſſionem in dubio nepotibus † debitam eſſe in ſtirpes ex eo quod eiſdem factum fuerit prælegatum in ſtirpes diuidendum.

Nec propter præcedentem mentionem factam à teſtatore patris Alexandri, & Perſij, quæ ſufficie-

bat

bat ad demonſtrandas eorum perſonas, & deſcen-
dentiam poſſunt videri ſuperuacanea ſequentia
verba. Ex vna parte ſecundùm hanc interpretatio-
nem: Quia cum teſtator inſtituiſſet hæredes tres
nepotes ex duobus fratribus prædefunctis pro æ-
quali rata, & portione ſi ſuprascripta verba non
addidiſſet inter Alexandrum, & Perſium eueniente
te caſu, quòd alter eorum moreretur in vita Teſta-
toris, vel ante aditam hæreditatem non fuiſſet lo-
cus iuri accreſcēdi ad fauorem ſolius fratris ſuper-
ſtitis, ſed in eius portione vacante ſucceſſiſſet, etiã
Auguſtinus eorum frater patruelis, Quia ſola con-
8 iunctio † naturalis non ſufficit ad inducendum ius
accreſcendi, niſi concurrat etiam coniunctiua vo-
catio, *Rip. in l. re coniuncti. num. 212. ff. de leg. 3.
Grat. conſ. 18. num. 3. & ſeq. lib. 2. poſt Bart. in
l. Lucius 45. num. 21. & ibi Iaſ. nu. 31. ff de vulg.
& pupill Alex. conſ. 30. nu. 4. lib. 2. Natt. conſ. 130.
nu. 6. & fuit dictum in vna Firmana fideicommiſ-
ſi die 28. Nouemb. 1604. coram bon. me. Penia*, &
ideo ad præſeruandum inter dictos fratres ius ac-
creſcendi teſtator addidit illa verba ex vna parte,
9 † quæ propter coniunctiuam vocationem hunc ef-
fectum operantur *Grat. d. conſ. 18. num. 8. Menoch.
conſ. 198. nu. 24. lib. 2.*
Non obſtat quòd dicatur ſtatutum Senarum Ci-
uitatis Dominantis ordinate ſucceſſionem nepotũ
in ſtirpes, & non in capita, & ideo teſtator potius
10 † cum hac ſtatutaria diſpoſitione voluiſſe, quòd
filij fratrum ab ipſo inſtituti ſuccederent in ſtirpes,
& ſic Alexandro, & Perſio fratribus hæreditas pro
medietate deberetur, & pro altera medietate Au-
guſtino ex alio fratre nepoti deferretur. *Quoniam
non apparet ſtatutum decidere caſum, quando filij
plurium fratrum ſuccederent inter ſe in hæredita-
te patrui, ſed potius videtur ſupponere exiſtentiam
11 alterius patrui, & ideo † ſtatuentes cum omiſe-
rint deciſionem huius caſus, illam reliquerunt in
diſpoſitione iuris communis, & ſic vt ſupra *Bald.
conſ. 325 nu. 4. verſ. 3. & vlt. lib. 3. Socc. ſen. conſ.
32. nu. 18. lib 1. Alex. conſ. 80. in princ. lib. 1. Ro-
man. conſ. 120. in fin. & vbi Adden. verb. remanet.*
Et ita parte vtraque &c.

☞ * *Sunt deciſiones 180. & 278. in præcedenti parte.*

R. P. D. R O I A S.

Illerdeñ electionis Prioriſſæ.

Die Lunæ 22. Iunij 1636.

A R G V M E N T V M.

Prioriſſa, ſi electa à maiori parte Conuentus, & oriatur controuerſia ſuper dicta electione, ex eo, quòd alia Monialis prætendat ſe electam, hoc caſu, quæ ſit mautenenda.

S V M M A R I V M.

1 *Poſſeſſio, ſi habeat fomentum à iure multo magis eſt manutenenda.*
2 *Electio facta à maiori parte, ſi oriatur difficultas ſuper validitate electionis electa adminiſtrat.*
3 *Electi poſſeſſio, tunc multo magis eſt attendenda, quando fuit capta cum conſenſu totius Conuentus.*
4 *Titulus non requiritur in iudicio manutentionis.*
5 *Poſſeſſio poſterior cum præſumatur clandeſtina, non eſt manutenibilis.*
Poſſeſſio capta poſt appellationem à ſententia eſt attentata.
Poſſeſſio capta poſt inhibitionem Rotalem eſt attentata, & nulla num 6.
7 *Sententia eſt nulla ex defectu citationis.*
8 *Iudex nulliter procedens non priuat quem ſua poſſeſſione.*
9 *Prioris electio ſpectat ad totum Conuentum.*
10 *in Poſſeſſorio non diſcutiuntur ea quæ requirunt altiorem indaginem.*
11 *Poſſeſſor, quòd lite pendente ſit manutenendus, ita clamat totus titulus, vti poſſidetis, ita poſſideatis.*

D E C I S I O CXXXIX.

ELECTA Prioriſſa D. Franciſca Molinet per maiorem partem votorum Monialium Monaſterij Beatæ Mariæ de Xixena Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani die 30. menſis Martij 1634. Congregato Capitulo, & aſſiſtentia Fratris D. Guglielmi Rocafull Equitis Ordinis eiuſdem vti procuratoris legitimi Illuſtriſſimi Domini Fratris Ludouici de Moncada dicti Ordinis Hieroſolymitani Caſtellani de Ampoſta, & tandem ſequutis omnibus ſolemnitatibus in huiuſmodi electionibus cõſuetis, & neceſſarijs dicti Prioratus poſſeſſionem ſuſcepit dicta Franciſca.

Domina Iſabella de Pomat, quæ tantùm habuit in electione ſeptem ſuffragia prætendens illa fuiſſe data à Monialibus antiquioribus nuncupatis del Sguart, ad eaſque non ad totum Conuentum ſpectare electionem Prioriſſæ, cauſam ſuper nullitate dictæ electionis introduxit coram Nuncio Apoſtolico, qui viſo Inſtrumento electionis, & poſſeſſionis dictæ D. Franciſcæ, eidem mandatum de manutenendo ſine præiudicio Iurium in petitorio cõceſſit, & licèt dicta Iſabella à dicto mandato appellaſſet ad Sanctiſſimum, de ſuo iure diffidens, acceſſit ad Magnum Magiſtrum Hieroſolymitanum, qui de facto, nec vocata nec citata D. Franciſca Prioriſſa declarauit illius electionem nullam exiſtere, Iuſque eligendi fuiſſe ad ipſum deuolutum.

Qua deuolutione prætenſa elegit in Prioriſſam dictam Iſabellam, quæ (licèt violenter) in Sede Priorali fuit collocata, & manu Commiſſariorum Magni Magiſtri in poſſeſſionem miſſa.

Nunc pro parte dictæ Franciſcæ in Rota cauſa introducta, fuit dubitatum cuinam ex illis eſſet dãdum mandatum de manutenendo & fuit reſolutum ad fauorem D. Franciſcæ.

Quia conſtat de illius electione, & poſſeſſione
1 poſtea ſubſequuta, † quæ poſſeſſio habet etiam fo-
mentum à iure ex *cap indemnitatibus, §. ſanè, verſ.
interim de elect. in 6.* vbi electio à maiori parte
2 facta, † tunc ſi oriatur controuerſia ſuper validitate
electionis, electa adminiſtrat. *gloſſ. ibidem Io. Andr. & alij communiter, fuit deciſum coram Illuſtriſſimo D. meo Decano in Cæſarauguſtana Abbatiſſatus die 1. Martij 1613. alter textus in c. cùm*

nobis 19. *in fine de elect.* ibi, *liberã adminiſtrationem et tàm in ſpiritualibus, quàm in temporalibus. Lãcellot de attent. appell penden. lim.* 5. In caſu autem noſtro conſtat de electione facta nedum à maiori parte, ſed à duabus tertijs partibus, quia Moniales erant viginti & octo, ad Scrutinium ſolum interuenerunt viginti & quinque, & dicta Franciſca habuit, vt probatum eſt, decem & ſeptem Suffragia.

Tum etiam quia poſſeſſio dictæ Franciſcæ fuit
3 capta conſentientibus, † & approbantibus omnibus Monialibus totius Conuentus, præſtando illi obedientiam, & ſtante dicto conſenſu, & titulo, eo magis eſt attendenda poſſeſſio *Caſſador. dec.* 8. *de cauſ. poſſeſſ. & propr.* (quamuis in iſto manu-
4 tentionis iudicio non † attendatur neque requiratur titulus) *Felin. in c. licet cauſam num.* 9. *de prob. Cantaq. deciſ.* 336. *part.* 2. *Rota in Oueteñ Iuriſdictionis* 8. *Aprilis* 1622. *coram Vbaldo.*

Non obſtat poſſeſsio Iſabellæ, quia tanquam
5 poſterior præſumitur † clandeſtina, & ſic non eſt manutenibilis, & tanquam capta in vim ſententiæ
6 M. Magiſtri lite pendente coram Nuncio, † & poſt appellationem interpoſitam à dicta ſententia, & exequutam inhibitionem Rotalem eſt omninò attentata, & nulla *cap. non ſolum de appellat. in* 6. *Rota deciſ.* 20. *de appellat. in nou. Gregor. dec.* 251. *num.* 2. *& deciſ.* 305. *num.* 1. *& deciſ.* 336. *num.* 6. vbi plura inuenies.
7 Vltra quòd ſententia M. † Magiſtri eſt nulla ex defectu citationis D. Franciſcæ *Clem. Paſtoralis de re iud. Cæſar. de Graſſ deciſ.* 11. *num.* 2. *eodem tit. Caualer. deciſ.* 376. *num.* 1. & Iudex nulliter,
8 & iniuſtè † procedens non priuat ſua poſſeſſione *Gregor. deciſ* 46. *num* 5 *& deciſ.* 458. *num.* 9. *& deciſ* 555. *nu.* 6. & ita ex his, & alijs reſponderunt
9 DD. dictam Franciſcam eſſe manutenendam † in poſſeſsione ſiue electio ſpectet ad totum Conuentum prout eſt de iure in d. *cap. indemnitatibus*, ſiue ſpectet ad treſdecim Moniales nuncupatas del
10 Sguart, vt pars D Iſabellæ prætendit, † quia hoc reſpicit altiorem indaginem in petitorio, quo pendente datur manutentio; clamante toto tit. vti poſ-
11 ſideris † ita poſsideatis.

Vna tantum parte &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Viceñ Prioratus de Manlleu.

Die Lunæ 2. *Iunij* 1636.

ARGVMENTVM.

Collegium aliquod ſi ſupprimatur ob demerita Regularium in eo commorantium, d. ſuppreſſio, quid operetur, item quid importet ſimplex ſæcularizatio Collegialitatis, ſubreptio, quando euitetur ob taciturnitatem alicuius narratiuæ, & alia vide circa beneficiorum ſuppreſsionem.

SVMMARIVM.

1 *Subreptio non inducitur, niſi quoad ea, quæ extant de tempore datæ literarum.*

2 *Collegium ſuppreſſum ob demerita Regularium in eo exiſtentium, cum tranſeat terminos ſimplicis ſæculariza tionis ſine dubio dicitur mutatus ſtatus Eccleſiæ.*

3 *Collegia, ſi ſupprimãtur propter demerita Regularium, Eccleſiæ tunc de Collegiatis redduntur non Collegiatæ, & Collegia Regularium penitus diſſoluuntur.*

4 *Et in his caſibus Collegialitas dicitur in totum mori, & in cineres reduci.*

5 *Beneficij extinctio, operatur nedum quoad ſubſtantiam, & eſſentiam beneficij, ſed etiam quoad formam, & titulum.*

6 *Collegij ſimplex ſæcularizatio mutat quidem ſtatum, non autem ſubſtantiam, ſeu ſubiectionem beneficij.*

7 *Subreptio ceſſat, ſi non narrentur ea, quæ ſi fuiſſent narrata, non retraxiſſent Papam à conceſſione gratiæ.*

8 *per Clauſulas, Motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis, omnia narrata in gratia ſufficienter dicuntur probata abſque alia iuſtificatione.*

9 *Eccleſiæ omnes Regulares ſunt Collegiatæ.*

10 *Beneficia poſtquam ſunt ſuppreßa non poſſunt amplius conſiderari vt eadem beneficia, niſi materialiter.*

11 *Beneficiorum tituli ſi ſint ſuppreſſi, & extincti ſub reſeruatione amplius cadere non poſſunt.*

12 *Correxiſſe quis ſe incontinenti non eſt præſumendum.*

13 *Collegialitatis ſtatus antiquus non deſtruitur propter ſuperuenientem ſtatum ſæcularitatis tanquam nobiliorem.*

14 *Declaratio alicuius rei per retrotractionem dicitur ineſſe actui vſque à tempore principalis diſpoſitionis.*

15 *Conſtitutio noua non eſt retrotrahenda in præiudicium gratiæ per Papam prius alicui factæ, cui per eam iam fuerat ius quæſitum.*

16 *Beneficia aliqua ſi ſint vnita alicui Eccleſiæ, conſiderantur vti membra dictæ Eccleſiæ, & non remanent vti erant prius.*

17 *ad Diuerſa non fit illatio.*

18 *Deciſ.* 323. *num.* 7. *par.* 2. *recent. declaratur. & num.* 19.

20 *Papa, ſi beneficia aliqua ſuppreſſit, & ea perpetuo ſibi reſeruauit, hoc ſtante non poteſt eſſe, quòd illi, qui ante ſuppreſſionem ea conferebant, poſt etiam poſſint conferre.*

DECISIO CXL.

HODIE pro tertia vice reſolutum fuit conſtare de valida vnione Prioratus Eccleſiæ Sanctæ MARIAE de Manlleu, & conſequẽter gratiam ſi neutri impetratam à quondam Petro Iacobo Corno in cuius locum Iacobus Domenech fuit ſubrogatus non eſſe iuſtificatam; Dominis namq. viſum eſt inter alia fundamenta illud inconcuſsè ſubſiſtere quòd in litteris vnionis nõ fuit opus narrare Prioratum eſſe primam Dignitatem in Collegiata, dum de tempore gratiæ obtentæ Collegiali-
1 tas iam erat extincta, & † ſubreptio non inducitur niſi quoad ea quæ extant de tempore datæ litterarum

rarum *Caputaq. dec.64. lib.2. in manuſc. Seraph. deciſ.936. nu.1.* Quòd autem Collegialitas in actu vnionis non extaret, ſatis conſtare videtur dum Pōtifex per decem dies ante ſuppreſſerat omnia beneficia, loca, & Conuentus Regularium Canonicorum Sancti Auguſtini, vt ex verbis ipſius Breuis, ibi Ordinem Sancti Auguſtini prædictum, omnemque ſtatum, & eſſentiam, necnon Conuentus &c. Abbatiales menſas dignitates, ac canonicales portiones ſupprimimus & extinguimus &c. quæ ſup-
2 preſſio † cum proceſſerit propter demerita prædictorum Regularium, prætergrediendo terminis ſimplicis ſæcularizationis abſque dubio mutauit ſtatum prædictarum Eccleſiarum, & de Collegiatis
3 illas reddidit non Collegiatas, † & Collegium Regularium remāſit penitus diſſolutum, vt tradit *Innoc. in c.2. num.2. de nou. oper. vnic. & ibi Butr. nu.2. Abb. nu.5. Felin. in c. cum dilecta num.21. & ſeq. de reſcr. Alber. Brun. de interitu quæſt.5. nu. 13. verſ. ſic & mortuis, & num.20. Gonzal. reg.8. gloſ.5. §.7. nu. 153. & ſequen.* Collegialitas enim
4 his caſibus † dicitur in totum mori, & in cineres reduci ad tradita per *Bald. conſ.322. num.1. & ſeq. lib.4.* Nec aliud importare poſſunt prædicta verba Breuis, ſtatum & eſſentiam ſupprimimus, & extinguimus, & quod ſuppreſſio de iure ex ipſius verbi ſignificatione importet extinctionem bene-
5 ficij, † nedum quoad ſubſtantiam & eſſentiam ſed etiam quoad formam ſeu titulum tradit *Moneta de commutat. vlt. volunt. c.12. nu.2. & 5. Garz. de benef. par.12. c.1. nu.1.* Ad differentiam ſimplicis
6 ſæcularizationis, † quæ mutat ſtatum non autem ſubſtantiam ſeu ſubiectionem, de qua per *Abb. in cap.2. nu.9. de Capell. Monach.*

Tanto magis quia data prima, & principali cauſa ſuppreſſionis fundata in demeritis Regularium omnia alia, quę potuiſſent exprimi in litterarū nar-
7 ratiua, vti † non retraxiſſent Papam ab actu ita illorum omiſſio non potuit inducere ſubreptionem *Mohed. deciſ.4. de præben. Seraph. deciſ.483. ſub nu.7. Caual. deciſ.551. nu.5.* Ac inſuper accedunt clauſulæ Motuproprio ex certa ſcientia, & de ple-
8 nitudine † poteſtatis per quas omnia narrata in gratia ſufficienter ad hunc effectum probata cēſentur abſque aliqua iuſtificatione, *Seraph. dec.1484. nu.10. cum alijs cumulatis in Gerunden. Prioratus 4. Martij 1619. coram bo. me. Vbaldo.*

Non obſtat, quòd dicatur extinctionem ſeu ſuppreſſionem fuiſſe directā in perſonas regulares obtinentes Prioratus, officia, ac beneficia, & dignitates, & propterea à prædictis Eccleſijs fuiſſe ſolū abdicatam illam qualitatem Regularitatis; Nam alias ſi Papa voluiſſet deſtruere beneficia etiam quoad eſſentiam, vtique illa ſibi non reſeruaſſet; fuit enim reſponſum, quòd tituli ac beneficia prædicta, à
9 Regularibus poſſeſſa erant collegialia, quia † omnis Eccleſia Regularis eſt Collegiata, *Hoſtien. in cap. nobis verſ. quidquid etiā de iurepatr. vbi Abb. num.8. verſ. item Eccleſiæ, & Card. nu.3. verſ. & Hoſtienſ.* dicit, & quatenus Papa etiam titulos, & beneficia ſibi reſeruaſſet, nihilominus dicendum
10 † eſſet id feciſſe mediante noua quadam illorum eductione ſeu formatione ex maſſa informi ad quā in vim ſuppreſſionis fuerant iam redacta, & ideo poſt ſuppreſſionem non poſſunt, amplius conſiderari vti eadem beneficia niſi materialiter. Idque clarè etiam colligitur ex verbis ipſius Papæ, qui dixit aliqua ex dictis beneficijs velle vnire, & nonnulla in Collegiatas erigere; nā ſi collegialitas per ſuppreſſionem non fuiſſet eſſentialiter annihilata, ac deſtructa, non fuiſſet opus de nouo erigere. Signum euidens quòd ex mente Papæ illa prior amplius non extabat, ſed erat ita diſſoluta, vt opus eſſet noua erectione, & ſic non ſubſiſtit quòd Papa voluerit ſolùm tollere illam qualitatem regularitatis, cum re vera totum ſtatum, & eſſentiam deſtruxerit, & ſic quatenus in litteris ſuppreſſionis, aut vnionis adeſſent aliqua verba ex quibus poſſet argui ſæcularizatio, non autem vera ſuppreſſio; debent referri ad bona ipſa ſæcularizata, non autem
11 ad titulos, † quia iſti vti iam ſuppreſſi, & extincti ſub reſeruatione cadere non poſſunt, *Gonz. ad reg. 8. d. gloſ.5. §.7. num.33. Monet. de commut. vlt. volunt. d. cap.12. nu.8.* alias enim ſequeretur ſubita
12 correctio † in eiſdem litteris, & in eodem Capitulo quod non eſt præſumendum, *l. non ad ea, vbi gloſ. & Doct. ff. de condit. & demonſtr. Surd. conſ. 352. nu.4. & ſeqq. & conſ.445. nu. 33.*

Non obſtat quòd Papa per ſubſequens Breue, quod datur in ſumm. num.2. declarauerit ſuę intentionis fuiſſe à prædictis Eccleſijs, ac beneficijs regularitatem dumtaxat auferre, vnde inferri hcee
13 quòd ſtatus † nobilior ſæcularitatis ſuperueniens non deſtruxit antecedentem ſtatum Collegialitatis *Rip. conſ.31. nu.17. alias 3. de elect.* Hæc enim de-
14 claratio † Papæ per retrotractionem dicitur ineſſe actui vſq; à tempore principalis diſpoſitionis, *l. hæredes palam. §.1. ff. de teſtam. Rom. conſ.65. nu.3. poſt med. verſ. ſed authoritatem hanc, & conſ.482. nu.9.* Huic enim obiectio fuit multipliciter reſponſum, & primò quòd hæc declaratio Papæ manifeſtè repugnat verbis prægnantiſſimis ſuppreſſionis, & extinctionis omnium beneficiorū ac etiam ſtatus & eſſētiæ, & ideo cum nō cadat ſuper re dubia ſeu ambigua nō ſortitur naturam veræ declarationis, ſed potius videtur eſſe noua conſtitutio non re-
15 trotrahenda in præiudicium † gratiæ per Papam prius factæ fratribus Prædicatorum, quib' per eam iam fuerat ius quæſitum, vt in terminis tradit *Caſtr. in d. l. hæredes palam. §. ſi quid poſt nu.4. ff. de teſtam. Dec. in l.1. nu.3. C. de impub. & alijs ſubſtit. & conſ.114. nu.5. Ruin. conſ.76. nu.4. & 5. lib.5. Rim. iun. conſ.399. num.76. Gomez. de iur. quæſ. non tollen. quæſt.103 verſ. & ideo vſque ad fin. Verall. dec.246. par.1.* & in ſpecie de declaratione facta à Papa per verba ſuæ intentionis fuiſſe *Ancbar. conſ.398. nu.4. & 5. Bero. conſ.3. nu.45. lib.1.* Secundò fuit reſponſum quòd huiuſmodi declaratio debet omnino intelligi reſpectu illarum Eccleſiarum quas de nouo in Collegiatas ſæculares erexerat, quibus poſt nouam erectionem voluit cōpetere ea omnia priuilegia, & prærogatiuas, quæ illis ante ſuppreſſionem competebant priuatiuè quoad Ordinarios, ac alios quoſcumque, perinde ac ſi nunquam fuiſſent ſuppreſſæ, non autem poteſt, aut debet intelligi de ijs dignitatibus, quas acceſſoriè alijs Eccleſijs, ſeu Monaſterijs vniuerat, quia iſtæ cenſentur remanſiſſe vti prædia, & membra

16 Monaſterij ſeu Eccleſiæ cui vnio † facta fuit, & ſic vti talia non retinent aliquam eſſentiam ac ſubſtantiam, ita nec etiam priuilegium, & prærogatiuas retinere poſſunt. *Gonzal. reg. 8. gloſ. 5. §. 7. nu. 35.* quem ſequitur *Garz. de benef. par. 12. c. 2. num. 17. vſque ad* 20. & ita de beneficijs ſic, vt ſupra nouiter erectis ſuper quibus bene cadit declaratio Papæ nō poteſt inſerri ad Prioratum de quo agitur
17 † acceſſoriè vnitum Eccleſiæ SS. Iacobi, & Dominici *l. Papinianus in princ. ff. de min. l. naturaliter. §. nihil commune. ff. de acquir. poſſeſſ.*

Nec obſtat quòd *in deciſione 323. num. 7. par. 2.*
18 *recen.* † dicatur in extinctione Ordinis Regulariū Canonicorum Sancti Auguſtini in Principatu Catalonię non fuiſſe extinctas † iuriſdictiones, & poteſtatem conferendi, quam habebant dicti Abbates, propterea poſſent conferre iſta beneficia olim regularia etiamſi hodie reperiantur ſæcularia, & propterea ex mente Rotę apparere quòd nō fuerit deſtructa illorum eſſentia, ſed tantùm mutatus ſtatus Regularis in ſecularem: Etenim vltra quòd deciſio
19 † obiter tantum loquitur, & in hac reſponſione non ſe fundat, ſed aliam adducit, quæ verior viſa fuit; ſcilicet Clementem Octauum in eo actu reſeruaſſe in perpetuum ſibi, ac S. Sedis Apoſtolicæ diſpoſitioni dumtaxat dicta beneficia tam tunc vacātia quam deinceps vacatura, ac illorum proprietatem, & dominium. Vnde ſi Papa beneficia ſibi per-
20 petuo † reſeruauit non ſubſiſtit prima ratio dictæ deciſionis, quòd poſt ſuppreſſionem ab Abbatibus ea poſſit conferri, & conſequenter ex hac prætenſa poteſtate conferendi in Abbatibus malè inducitur ſimplex ſecularizatio, non autem vera ſuppreſſio, & annihilatio.

Reliqua vero quæ pro parte Domenech fuerunt deducta viſa ſunt penitus tolli ex alijs duabus deciſionibus in quibus Domini ſteterunt.

Et ita parte vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana de Ghezzis.

Die Veneris 6. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Mater ſolummodo in ſubſidium tenetur dotare filias. Creditor poſterior vigore ceſſionis ei factæ ab anteriori creditori præfertur alijs. Hæres adeundo hæreditatem, illa efficitur eius proprium patrimonium.

SVMMARIVM.

1 *Pater, quando filias dotare non valet, onus eas dotandi transfertur in bona materna officio Iudicis nobili.*

2 *Filias dotandi onus, cum ſit reale, & tranſitoriū ad heredes, poteſt per filias transferri in extraneos dotantes virtute ceſſionis.*

3 *Creditor licèt poſterior ex iure proprio alteri præfertur, ſi ceſſionem habeat ab anteriori.*

4 *contra Matrem actio ſubſidiaria ad dotandas filias, ceſſat per conſtitutionem dotis factam eiſdem à patre.*

5 *Hæreditas poſtquam eſt adita, non dicitur amplius hæreditas, ſed proprium patrimonium adeuntis.*

6 *Filiæ, ſi à patre fuerint prouiſæ de dote, ceſſat ratio ſubſidiaria propter quam deſcendentibus ad ſe dotandum permiſſum eſt deſumere de bonis aſcendentium fideicommiſſo grauatis.*

DECISIO CXLI.

CVM in præteritis diſputationibus * firmatum fuerit, Ardiccionios ſuper hæreditate Caroli Ghezzij pro quatuor partitis eſſe priores, & potiores creditores, quam ſit Bonannus, Domini voluerunt particulariter videre an ſaltem dictus Bonānus eſſet anterior ob ceſſionem, quam reportauit in actu ſolutionis dotis à filiabus prædicti Caroli in bonis maternis.

Et dubitationem faciebat, quòd cum de tempore profeſſionis prædictarum filiarum de hæreditate Caroli patris nihil remanſiſſe diceretur, ob decoctionem Io. Baptiſtæ ac aliorum filiorum videba-
1 tur, quòd onus † dotandi fuiſſet translatum in bona materna officio Iudicis nobili, quod cum ſit reale, & tranſitorium ad hæredes ſicut eſt actio, potuerit
2 per † filias transferri in Extraneos dotantes virtute ceſſionis, vt in terminis dotis conſequēdæ è bonis fideicommiſſarijs aſcendentium, firmant *Bald. in Auth. res quæ. num. 11. C. com. de leg.* & ibi communiter omnes, & ideo cum Bonannus vigore prædictæ ceſſionis videretur factus creditor dotis maternæ longè anterioris, quam ſit creditum illorum de Ardiccionijs, videbatur, quòd ſaltem ex hoc capite eſſet præferendus, quia creditor licèt
3 † poſterior ex iure proprio, alteri præfertur, ſi ceſſionem habeat ab anteriori, vt per *Ang. Aretin. conſ. 37. nu. 5. verſ. quinimo. Ruin. conſ. 146. n. 4. poſt med. lib. 4.*

Verùm cum hæc ad trutinam, diſputationis hodie deducta fuerint, viſum eſt Dominis ceſſionem prædictam Bonanno minimè ſuffragari pro excludenda anterioritate illorum de Ardiccionijs, quia Carolus Ghezzius vſque de anno 1626. de proprijs facultatibus conſtituit dotem filiabus in ipſo ingreſſu Monaſterij, & Bonannus mediante cedula bancaria promiſit, quòd adueniēte tempore emittendæ profeſſionis Carolus ſolueret dotem promiſſā, vnde cum præfatæ filiæ fuerint iam vt ſupra dotatæ à Carolo patre, & dos fuerit illis ſoluta à Bonanno vti fideiuſſore Caroli, nullam dicūtur habere actionem contra bona matris, dum per receptionem
4 dotis euidenter ceſſet actio † illa ſubſidiaria cuius vigore tenetur filias dotare iuxta *tex. in l. neque mater. C. de iur. dot. Bart. in auth res quæ. num. 4. Bald. nu. 9. C. com. de leg. Alex. conſ. 144. num. 14. lib. 6. Surd. de alim. tit. 1. quæſt. 14. nu. 13. & ſeqq. Coſtā de ſubſid. remed. 65. num. 1.* Et ſic Bonanno ſolùm vti fideiuſſori competit actio contra bona Caroli iuxta ipſius anterioritatem. Vltra quòd cōſiderabat vnus ex Dominis quòd cum ante aduētum ſolutionis iſtarum dotium, mater dictarum filiarum iam obijſſet, & ſic per exiſtentiam maſculo-
5 rum † dos materna euaſiſſet patrimonium maſculorum hæredum, *Surd. conſ. 562. num. 8. Caſtill. deciſ. 59. num. 66. par. 1. Greg. deciſ. 219. nu. 6.* ſtatim

tim ſuit inducta confuſio inter bona, per quam cõfuſionem extincta penitus remanſit prioritas illa, ac potioritas, quam aliàs mater, ſi viueret, habuiſſet in tota ſubſtãtia relicta per Carolum maritum pro reſtitutione ſuarum dotium.

Nec viſum eſt obſtare exemplum deductum ab onere dotandi filias ex fideicommiſſo aſcendentiũ, quia cum filiæ à patre ſuerint vt ſupra de dote prouiſæ ceſſat ratio ſubſidiaria propter quam deſcen-
6 dentibus ad † ſe dotandum permiſſum eſt deſumere de bonis aſcendentium fideicommiſſo grauatis, *Corn. in d. auth. res quæ. nu. 9. Curt. iun. num. 15. C. com. de leg. Crau conſ. 19. nu. 18. Gabr. conſ. 119. nu. 19. lib. 2. Coſta ſubſid. remed. 6. nu. 1. latè Fuſar. de ſubſid. quaſt. 531. nu. 121. Magon. Flor. deciſ. 50. nu. 26.* Et ita parte vtraque &c.

☞ * *Deciſiones in hac cauſa annotaui ſupra ad deciſionem 17.*

R. P. D. PANZIROLO.

Auenioneñ Fideicommiſſi.

Die Veneris 6. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi vocauerit ad eius ſucceſſionem filiũ primogenitum alicuius, ex quibus præſumatur, quòd voluerit, vt ille ſuccederet, quamuis non fuerit natus, de tempore ipſius Teſtatoris obitus, ſed poſtea.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſum inducitur ex ſucceſſiua vocatione. & num. 2.*

3 *Teſtator, quando vocat aliquos per tractum in futurum, & ſucceſſiuam diſpoſitionem per fideicommiſſariam, cenſetur vocaſſe etiam natum poſt ipſius mortem.*

4 *Ratio diuerſitatis potius in vno, quàm in alio caſu quando aſſignari non poteſt in vtroque ſequi debet idem effectus.*

5 *Natus, ſi quis tempore teſtamenti non ſit, non poteſt dici tanquam non cognitus Teſtatori, quod poſuiſſet præ cæteris diligi.*

6 *Nominis, & armorum teſtatoris propagatio eſt actus non minus optabilis vno potius tempore, quam alio.*

7 *Argumentum à communiter accidentibus eſt in iure validum.*

8 *Teſtamentum, quando quis condit non ſolum ſi ſit ſenex, ſed etiam ſi ſit florida ætatis ſemper videtur cogitare de morte.*

Teſtamentum eſt actus mortem antecedens. nu. 8.

9 *Vocationis filij naſcituri natura, quæ ſit. & n. 10.*

11 *Actus ne reddatur caducus, vt euitetur, qualibet interpretatio capi debet.*

12 *Teſtatoris ſummus amor erga aliquem non operatur, vt eius teſtamentum aliter interpretari debeat, quam coniectura vrgentiſſimæ ſuadent.*

13 *Teſtatoris mentis adimplementum in vltimis voluntatibus debet eſſe vltimus finis.*

14 *in Fideicommiſſis conditionalibus illi tantùm cẽſentur vocati, qui exiſtunt de tempore purificatæ conditionis.*

15 *Sed hoc bene eſt verum, niſi aliud mens teſtatoris ſuadeat.*

16 *Teſtator inſtituens poſthumum, ſi ipſo viuo naſcetur, ſic intelligitur inſtituiſſe, ſi poſthumus naſcatur mortuo Teſtatore, vel è contra.*

17 *Hæredis inſtitutio non admittit ſubſtitutionem fideicommiſſariam.*

18 *Text. in l. commodiſſimi. C. de lib. & poſth. ſolum procedit, quando inducitur diuerſitas perſonarum non autem facta extenſione de vno tempore ad aliud manet eadem perſona vocata, & nu. 19.*

20 *Text. in l. commodiſſimi. C. de lib. & poſthum. loquitur, quando caſus omiſſus eſt omnino diſſimilis expreſſo, quoad mentem, rationem, & effectum à Teſtatore conſideratum.*

21 *Argumentum à ratione legis ceſſante ductum fieri poteſt.*

22 *Teſtator, ſi vocauerit filium, qui tunc erit viuus de tempore ſui obitus, per illud aduerbium, tunc, videtur limitari vocatio ad natos, non autem extendi ad naſcituros.*

23 *Aduerbium, tunc, quando ſtet demonſtratiuè.*

24 *Aduerbium, tunc, nõ ſtringit, niſi adſit taxatiua.*

25 *Aduerbium, tunc, non ſtat taxatiuè, ſed potius declaratiuè, quando in contrarium adeſt veriſimiles mens diſponentis. & nu. 26.*

27 *Aduerbium, tunc, non excludit caſus ſimiles, ſi mens diſponentis non repugnet.*

28 *Teſtatoris mens neceſſitas vt adimpleatur, facit vt non attendatur proprietas verborum.*

DECISIO CXLII.

CVM in hac cauſa duæ emanaſſent deciſiones ſuper vocatione Dominici ad fideicommiſſum Gaſpardi inſteuit, nihilominus D. Diana audiri tertia vice ſuper eiſdem, & cum DD. ex mera benignitate annuerint petitioni hodie reſoluerunt ſtandum eſſe in deciſis præſuppoſitis, etiam ſit e veri præiudicio pro probatis articulis, quibus ipſa D. Diana putauit poſſe penitus elidi prima, & vltima coniectura ex decem latè deductis in prima deciſione emanata 5. Decembris præteriti, in qua fuit firmatum Gaſpardum in ſuo Teſtamento vo-
1 caſſe filios DD. Henrici, & Mariæ etiam quod † de tempore mortis ipſius non dum eſſent nati, quia aliàs mens Teſtatoris adimpleri minimè poſſet in ſucceſſiua vocatione, quam fecit de dictis filijs Ma-
2 riæ † per quam induci fideicommiſſum, tradit *Bart. in l. centurio num. 36. de vulg. Surd. conſil. 448. num. 15. Natt. conſ. 675. nu. 7. Rim. Inn. conſ. 564. num. 14. & ſeqq. Ruin. conſ. 22. num. 11. lib. 2. Peregr. de fideicomm. art. 11 num. 25. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 318. num. 77.* Cum enim Teſtator diſpoſuit, quòd ad ipſius legatum ſuccedere debeat primus maſculus ſi ſit capax ex dictis Henrico, & Mariæ, & in euentum incapacitatis illius ſuccedat ſecundò genitus, tertiò genitus, ſeu alius io ordine cum onere aſſumendi nomen, & arma huiuſmodi
3 vocatio viſa eſt habere tractum in futurum † & ſucceſſiuam diſpoſitionem per fideicommiſſariam quo caſu Teſtator cenſetur vocaſſe, etiam natum poſt mor-

mortem, vt tradit *Cephal. conſ.* 318. *num.* 14. *Rim. Iun. conſ.* 145. *num.* 42. *& ſeq. Menoch. conſ.* 496. *num.* 16. *Peregr. conſ. vlt. num.* 1. *& de fideicomm. art.* 22. *num.* 76. *& ſeqq. Simon. de Pret. de interp. vlt. volunt. lib.* 5. *interpr.* 2. *dub.* 2. *num.* 100. *Fuſar. d. quæſt.* 318. *num.* 97. *Magon. Florent. deciſ.* 9. *num.* 21. *verſ. præterea*.

Atque hic intellectus tanto magis viſus eſt amplectendus, dum Teſtator vocando ſecundogenitum, tertiogenitum, & alios, vt ſupra non ſe reſtrinxit, quod iſti eſſent nati de tempore ſui obitus; ergo idem dicendum erit de primogenito eum nul-
4 la † poteſt aſſignari ratio diuerſitatis in vno potius quam in alio, cum in vtroque idem effectus ſequi debeat nimirum ſuſceptionis nominis, & armorum ipſius Teſtatoris, vt eſt *text. expreſſus in l. fin. verſ. ſiue viuo Teſtatorem, C. de poſth. hæred. inſtit.* de quo meminit *Iaſon. in conſ.* 48. *num.* 10. *ante fin. verſ. ſecundò ad idem facit, & ſub num.* 12. *verſ. quartò facit lib.* 2. præſertim cum de tempore Teſtamenti nullus ex dictis filijs adhuc eſſet natus, nec de proximo naſci poſſet cum Maria nondum eſſet
5 nubilis, itaut ceſſet ratio cur Primogenitus, † tunc natus tanquam Teſtatori cognitus potuiſſet præ cæteris diligi per *text. in l. placet, ff. de liberis, & poſth. Caſtr. conſ.* 247. *num.* 3. *longè poſt medium, verſ. illud autem lib.* 1. *Ruin. conſ.* 22. *num.* 12. *verſ. & iſtud etiam lib.* 2. *Fuſar. d. quæſt.* 318. *num.* 87. *Magon. d. deciſ. Florent.* 91. *num.* 22. *& ſeqq.* cum alijs relatis in ſexta coniectura prædictæ deciſionis.

Et quidem hæc duo viſa ſunt omninò incompatibilia, quòd ſcilicet pro vna parte Gaſpardus adeo enixè optauit effectuationem matrimonij iam inter dictos Henricum, & Mariam contractum, & non adhuc conſumatum ad hoc, vt in caſu obitus ſiue filius primogenitus ſi ſit capax, ſiue ſecundus, ſiue tertius, ſiue alius in ordine ſuccedere debeat in Legato cum onere aſſumendi nomen, & arma Teſtatoris, vt ſupradictum eſt, & pro alia parte idem Teſtator huiuſmodi ſucceſſionem dictis filijs tam liberaliter præſtitam limitare voluerit ad ſolũ caſum natiuitatis de tempore ſui obitus, cum tam euidenti periculo, quòd de dicto tempore nullus ex dictis filijs adhuc extaret ex quo matrimonium nondum erat conſumatum, & conſequenter tam euentualis eſſe voluerit aſſumptio illa nominis, & armorum cum tamen totum id congruè adimpleri poſſet ex vocatione naſcendorum etiam poſt obi-
6 tum Teſtatoris, maximè † quia propagatio nominis, & armorum Teſtatoris eſt actus non minus optabilis vno potius tempore, quam alio ex *Anchar. conſ.* 113. *nu.* 4. *Pariſ. conſ.* 19. *num.* 36. *lib.* 2. *Molin. de primog. lib.* 2. *cap.* 14. *nu.* 5. *& ſeqq. Gratian. forenſ. diſcept.* 288. *nu.* 14.

Et quamuis pro parte D. Dianæ diceretur, quòd ſicut Gaſpardus de tempore diſpoſitionis cogitabat plures ſe filios conſequi poſſe, vt patet tam ex lectura teſtamenti, quam ex eo quòd eſſet vegetæ, & robuſtæ ætatis; ita etiam cogitaret quod de tempore ſui obitus filij dicti Henrici, & Mariæ iam in lucem prodiſſent, & ideo mirum non eſt ſi ad hunc tantũ caſum illorum vocationem limitauerit, quia obiectum nihil penitus viſũ eſt releuare, nam omiſſo quòd Gaſpardus non curauit quòd ſecundo genitus, tertiogenitus, & alij quos ad ſucceſſionem gradatim admiſit debuiſſent eſſe iam nati de tempore ſui obitus, vt ſupra fuit conſideratum ita ut iſtud fundamentum ſemper firmum remaneat contra D. Dianam, ac etiam omiſſo, quòd cum Gaſpardus eſſet proximus ſexagenario ſuæ ætatis anno diſponendo ad fauorem plurium filiorum ſibi nondum natorum videtur potius oſtendiſſe deſiderium, quam certam ſpem illos conſequendi ſumpto
7 † argumento à communiter accidentibus, quod in iure eſt validum, *l. certi conditio. §. ſi nummos. ff. ſi cert. pet. gloſ. fin. in l. neque natales. C. de probat. Decian. conſ.* 1. *num.* 182. *lib.* 2. fuit etiam vlterius ponderatum ex illa ſucceſſiua vocatione filiorum non benè inferri, quòd Teſtator illos certè habere crediderit cum potius vrgeat vehemens præſump-
8 tio in contrarium ex quo non ſolùm ſenex, † ſed quilibet floridæ ætatis, dum condit teſtamentum ſemper videtur cogitare de morte cum teſtamentum ſit actus mortem antecedens idq. in præſenti caſu clarè patet ex verbis *proœm. d. Teſtam.* ibi, *quia nihil certius morte, & nihil hora eius incertius, ideo deuenit ad tale Teſtamentum, &c.* Itaut benè colligi poterit, quòd Gaſpardus propter intũ mortis timorem noluit expectare quòd vel ſibi, vel Henrico Mariæ filius aliquis eo viuẽte naſceretur, ſed quòd illos vocare voluerit quandocumque na-
9 ſcerentur, vt † eſt de natura vocationis filij naſcituri ad *text. in l. ſecunda. ff. de lib. & poſth. Soccin. iun. conſ.* 172. *nu.* 28. *lib.* 2. *Surd. conſ.* 125. *nu.* 20. *& ſeqq. Mantic. de coniect. lib.* 8. *tit.* 8. *num.* 14. &
10 prout quilibet † vir prudens interrogatus reſpõdiſſet, *l. quo loco. ff. de hæred. inſtit. l. ſeruus. ff. de condit. & demonſtr. Fuſar. de ſubſtit. d. q.* 318. *n.* 9. Quare vt erat contingens quòd Gaſpardus eodem anno, vel tribus, vel quatuor ſeqq. mori poſſet, ita affirmari minimè debet quòd ipſe eſſet certus de poſſibilitate adimplementi ſuæ voluntatis ante mortem, & præcipuè quoad filios DD. Henrici, & Mariæ ex quo Maria enunciatur ætatis vndecim annorum, & de anno 1616. conſumatum fuit matrimonium, & ideo attenta huius facti ſerie facilè viſa eſt reſultare impoſſibilitas natiuitatis filiorum ex Maria in vita ipſius Gaſpardi, itaut per neceſſe veniat admittenda vocatio nondum natorum, ne
11 † aliàs diſpoſitio reddatur caduca ad quod euitañ quælibet interpretatio ſumi debet.

Nec obſtat, quòd Teſtator ſummo amore proſequutus fuerit D. Dianam, quia illius patrimoniũ ære alieno grauatum vltra ſcut. 30. millia liberauit, itaut illi prædicta bona legauerit in compenſationẽ patrimonij ſolius vxoris induſtria, ac ſolertia aucti ſicut, etiam quod ipſe Teſtator in actu mortis rogauerit D. Dianam, vt ſuam pateſaceret voluntatẽ, & an vellet, vt iam in Teſtamento diſpoſita muta-
12 ret. Quia hæc, & ſimilia non operantur, † vt Teſtamentum aliter interpretari debeat, quam coniecturæ vrgentiſſimæ ſuadeant præſertim pro adimplenda mente ipſius Teſtatoris, quod in vltimis vo-
13 luntatibus debet eſſe † præcipuus finis, *Soccin. in l. ſi cognatis. nu.* 30. *verſ. infert ſecundo. ff. de reb. dub. Cephal. conſ.* 96. *num.* 23. *Natt. conſ.* 675. *n.* 12. *& ſeqq. Peregr. de fideic. art.* 22. *num.* 76. *Fuſar. d. quæſt.* 318. *nu.* 77.

Et ex hoc remouetur, quod in fideicommiſſis
14 conditionalibus † illi tantum cenſeatur vocati qui exi-

exiſtunt de tempore purificatæ conditionis, *l. ſecũda. §. cum triplici modo. C. de caduc. tollen. Caſtr. conſ. 16. num. 5. lib. 2. cum alijs per Fuſar. d. quæſt.*
15 318. *n. 55.* quia regula benè procederet niſi † aliud mens teſtatoris ſuaderet: quo caſu à regula indubitanter debet recedi, vt fuit latè firmatum in hac cauſa 5. Decembris præteriti.

Nec prædictis aduerſatur text. *in l. commodiſſimè. C. de lib. & poſthum.* vbi Teſtator inſtituens poſt-
16 humum ſi ipſo viuo † naſcetur ſi intelligitur inſtituiſſe ſi poſthumus naſcatur mortuo Teſtatore, vel è contra huic enim textui multipliciter per informantes pro Dominico reſponſum fuit, & primò,
17 quòd iure conſultus ibi loquatur de hæredis † inſtitutione, quæ non admittit ſubſtitutio fideicommiſſaria, *Dec. in l. quamuis. nu. 1. verſ. ſecundo reſpõdetur. C. de impub.* & alijs ſubſtit. *Corn. conſ. 276. nu. 12. lib. 3. Decian. conſ. 1. nu. 146. lib. 1. Menoch. lib. 4. præſumpt. 26. nu. 15. verſ. reſpondetur tertio.*
18 Præterea, & ſecundò reſponſum fuit textum † prædictum ſolùm procedere quando inducitur diuerſitas perſonarum non autem quando facta extenſione de vno tempore ad aliud manet eadem perſona vocata, vt accidit in caſu iſtò in quo idem Domini-
19 cus dicitur † vocatus ſiue fuerit natus ante ſiue poſt mortem Teſtatoris, *Menoch. d. præſumpt. 26. nu. 13 Fuſar. quæſt. 64. nu. 18.* Demum tertiò fuit reſponſum illum text. loqui quando caſus omiſſus
20 eſt omnino † diſſimilis expreſſo quoad mentem rationem, & effectum à Teſtatore conſideratum, *Decian. d. conſ. 1. num. 145. verſ. reſpondetur. Menoch. d. præſump. 26. num 14. Fuſar. d. quæſt. 64. nu 19.* In caſu autem præſenti vocatio Dominici, etiam quòd ſit natus poſt mortem Teſtatoris nedũ apparet diſſimilis reſpectu mentis rationis, & effectus, quod imò ex coniectura debet dici maximè ſimilis vocationis de eo factæ quatenus eſſet natus ante dicti Teſtatoris obitum, & ſic prædictus text. *in l. commodiſſimè* poteſt retorqueri cõtra D. Dia-
21 nam † argumento ducto à ratione legis ceſſante, vt per *Euerard.* in loco à ratione caſus conuerſiua *num. 1. & ſeqq.*

Nec releuat, quòd Teſtator vocauerit filium, qui tunc erit viuens de tẽpore ſui obitus per quod
22 aduerbium, † tunc † videtur limitari vocatio ad natos non autem extendi ad naſcituros iuxta *conſ. Alciat. 47. nu. 4. verſ. non omitto etiam. lib. 9.* quia iam in prima deciſione fuit reſponſum aduerbiũ,
23 tunc, ſtare † ibi demonſtratiuè non autem reſtrictiuè, vt benè explicat *Menoch. lib. 4. præſumpt. 36. num. 27.* quod regulariter procedit niſi adſit taxa-
24 tiua, quia alias † aduerbium (tunc) non reſtringit *Menoch. conſ. 432. nu. 32. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 460. nu. 11. & fuit dictum in Viterbien. Caſtrorum 23. Maij 1635. coram Reuerendiſſ. D. meo De-*
25 *cano*, & quod non ſtet taxatiuè, † ſed potius declaratiuè, quando in contrarium adeſt veriſimilis mẽs Teſtatoris, *Menoch. conſ. 117. nu. 29. Soccin. iun. conſ. 145. lib. 3. Surd. conſ. 344. num. 13.* & quòd licèt ſtet incluſiuè ad ſubſtitutos, qui de tempore
26 purificatæ conditionis † extabunt non tamen ſemper excluſiuè ad alios qui poſtea ſuper naſcentur, *Natt. conſ. 675. nu. 12. & 13. Magon. d. Flor. 38. nu. 39. Petra de fideicom. quæſt. 111. num. 590. & fuit reſolutum in Lucana ſucceſſionis 1. Februarij* 1630. *coram R. P. D. meo Dunozetto*, quinimò nõ
27 excludere † caſus ſimiles ſi mens diſponentis non repugnet, tradit *Gozzad. conſ. 64. in fin. Caſſad. deciſ. 1. nu. 3. & 7. de teſtam.* & facit *Gonzal. reg. 8. Gloſ. 65. num. 3.* nec *Alciat. d. conſ. 47.* videtur facere ad punctum, quia loquitur in caſu quo Teſtator mentem ſuam expreſsè declarauerat excluſiuè quoad naſcituros nos autem ex pluribus coniecturis habemus, quòd Teſtator vocauit, etiam naſci-
28 turos per ſupradictam neceſſitatem † ipſius mentem adimplendi quo caſu non attenditur proprietas verborum, *Bald. in l. cum virum. nu. 19. ff. de fideicom. & in l. human. nu. 3. C. de impub. & alijs ſubſtit. & in l. qui duos. nu. 3. & 16 ff. de reb. dub. Mantic. de coniect. lib. 3. tit. 5. nu. 1. & 2.*

Ex quibus, ac alijs iam deductis DD. parte vtraque informante tertia vice reſoluerũt ſtandum eſſe in deciſis, &c.

§ *Deciſiones in hac cauſa habes ſupra ad deciſionem 134. & ibi remiſſiue.*

R. P. D. CARRILLO.

Venuſina Archipræsbyteratus.

Die Veneris 6. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

In Beneficijs reſeruatio Apoſtolica eſt concludenter, & plenè probanda, maxime quando agitur de præiudicio Ordinarij, & prouiſi ab eo. Eccleſia quando dicatur Parrochialis, & non Collegiata.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio plenè eſt probanda.*
2 *Status vltimus in beneficialibus attenditur.*
3 *Parochialitatem, vt Eccleſia præſcribat, ſufficit præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum.*
4 *De Parochialitatis ſtatu legitime præſcripto, quando conſtet.*
5 *Eccleſia dicitur Parochialis, ſi vti talis fuerit appellata in Synodis celebratis ab Epiſcopo pro tempore, & in viſitationibus factis.*
6 *Eccleſia in dubio præſumitur Parrochialis. Eccleſia numquam præſumitur Collegiata. n. 6.*
7 *Ordinarij præſumuntur inſtructi de qualitate beneficiorum exiſtentium in eorum Diœceſi.*
8 *Eccleſia vt dicatur Collegiata, debent probari eius requiſita.*
9 *Ex probationibus pluribus imperfectis, reſultat plena probatio.*
10 *Probationes quæ ſunt valde æquiuocæ, & remotæ, non probant.*
11 *Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum beneficij.*
12 *Limita, niſi conſtet de contraria mente Papæ, tollendi antiquum ſtatum, & nouum inducendi.*
13 *Archipresbiteratus poteſt eſſe ruralis, & ſine Collegio.*

14 *Enun-*

14 *Enunciatiuæ inueriſimiles, & de recenti non attenduntur.*

15 *Dignitates, quòd erigantur in Eccleſijs quæ non ſit Collegiata, non eſt nouum.*

16 *Collegialitas non probatur ex illis ſignis, quæ ſpectare poſſunt ad omnes vti ſingulos, non autem vti vniuerſos. & n.17.*

18 *Reſeruatio non intrat, quando probatio eſt æquiuoca.*

19 *Teſtes vt probent Collegialitatem non ſufficit, quòd deponant ſolùm de Collegialitate, & requiritur vt deponant de ſignis ad illã ſpectantibus.*

20 *Teſtes qui conquaſſantur ab alijs teſtibus, non attenduntur.*

DECISIO CXLIII.

PER obitum Leonardi Antonij Molfeſij die 4.
Aprilis 1633. vacauit Archipræsbiteratus
Eccleſiæ Parrochialis ſancti Petri, curam animarum annexam habentis in terra Spinatiolæ Venuſinæ Diœceſis, quam Epiſcopus ſub die 18. eiuſdem
menſis contulit Nuncio de Iudice per Synodales
Examinatores in concurſu approbato & idoneo
reperto, qui pacificam poſſeſſionem illius fuit adeptus; deinde anno 1635. Ioannes Gaſparrinus impetrauit dictum Archipræsbiteratum, vti reſeruatum ex capite primæ dignitatis in Collegiata, &
litteris Apoſtolicis expeditis, & executioni mandatis, ſententiam fauorabilem obtinuit, & poſſeſſionem accepit; à qua ſententia appellatione interpoſita, & cauſa mihi commiſſa, dubitaui, An conſtet de reſeruatione, & Domini negatiuè reſponderunt.

Quia reſeruatio non fuit plenè, & concludenter
1 † probata prout requiritur, maximè quando agitur
de præiudicio Ordinarij, & ab eo Prouiſi, *Caual.*
deciſ.266. nu.6. Put.deciſ.265. nu.3. Rot.deciſ.46.
nu.3. & 4. par.2. diu. & coram Greg. XV. dec.46.
& deciſ.53. num.5. Potius autem conſtat de Parrochialitate incipiendo ab anno 1564. vſque ad annum 1633. quo vacauit hæc Parrochialis, qui ſta-
2 tus † vltimus ſufficit vt excludatur reſeruatio ex
capite Collegialitatis, & vt præſumatur Parrochialis, *Caual dict. deciſ.266. num.1. & 4. Rot. coram*
Greg. XV. deciſ.95. num.3. tanto magis, cum dictus ſtatus ſit præſcriptus ſpatio ſeptuaginta anno-
3 rum pro † parrochialitate, ad quem effectum ſolùm
ſufficiebat præſcriptio triginta, vel quadraginta annorum, *c. cum. de beneficio de præben. in 6. Seraphin. deciſ.1129. num.3. Rot. deciſ. 489. num.4. in*
fin. par.3. recent. Rot. deciſ.91. num.1. p.1. recent.
4 & ita conſtat de ſtatu parrochialitatis, † & legitime præſcripto per continuatas prouiſiones vti de
parrochiali ſucceſſiuè effectum ſortitas, iuxta *conſ.*
Oldrad. 229. toties à Rota canonizatum, vt in dict.
deciſ.266. coram Caual. Seraph. deciſ.291. num.1.
Greg. deciſ.711. num.1. & ibi Addent.

Concurrunt etiam adminicula deſumpta ex litteris Apoſtolicis prouiſionis Cantoriæ eiuſdem Eccleſiæ, vbi nuncupatur matrix, & Parrochialis re-
5 ſpectiuè, & vti talis † appellatur in Synodis celebratis ab Epiſcopo pro tempore, & viſitationibus
factis, *Rot. coram Caual. dict. deciſ.266. num.5.* &
ex alijs enunciatiuis Epiſcoporum, quæ omnia ſimul iuncta plenè probant non eſſe Collegiatam,
cum in illis ſolùm nuncupetur Eccleſia Matrix per
6 Epiſcopos, qui præſumuntur † inſtructi de qualitate beneficiorum exiſtentium in eorum Diœceſibus, *Gregor. deciſ.407. num. 6. in fin. vbi addent.*
Mantic. deciſ 87 nu.2. Seraphin. deciſ.1026. nu.3.
7 & in dubio ſemper præſumendum † eſt pro parrochialitate, cum Collegiata non præſumatur, *Rot.*
deciſ.3. num. 13. de præben. in antiq. quando non
probantur neceſſaria requiſita ad Collegialitatem,
8 ſcilicet, ſigillum Archa communis, † & deſcriptio
in cataſto Epiſcopi vti de collegiata, & alia de quibus *Abb. in c. nobis, nu 8. Rot. coram Caual. dict.*
deciſ.296. num.5. Greg. XV. deciſ.504. nu.1. & 2.
& his accedunt teſtes ab vtraque parte examinati,
qui ſolùm probant Eccleſiam eſſe receptitiam, &
9 Archipræsbiteratũ fuiſſe ſemper † collatum ab Ordinario, quibus ſtantibus reſultat plena probatio,
Gabr. concl.1. n.1. de probat. Greg. dec.245 n.3. & 4.

Non obſtant quæ ex aduerſo ponderãtur ad pro-
10 bandam prætenſam Collegialitatem, quia † cum
omnia ſint æquiuoca, & valde remota, nõ probant,
Rota dicta deciſion.46. num.3. & 4. part.2. diuerſ.
Primò enim prouiſio facta à Sanctiſſimo de huiuſmodi Archipresbyteratu non obſtat quia non fuit
mutatus ſtatus parochialis ex regula vulgari quòd
11 † prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum præcedẽtem beneficii *Achil. deciſ.13 de iurepatr. Caputaq.*
deciſ.189 in princ. par.3. Rot. deciſ.788. n.5. par.3.
recent. niſi conſtet de voluntate Papæ conferentis
12 tollendi antiquum † ſtatum & nouum inducendi,
Abb. & Felin. in d. cap. cum de beneficio de præben.
in 6. Nec ex eo quòd Archipresbyteratus videatur ſignificare nomen dignitatis in collegiata, inferri ad ſubſtantiam dignitatis qualificatæ, quæ pro-
13 bari debet. cum poſſit † eſſe Archipresbyteratus
ruralis, & ſine collegio, *Federic. de ſen. conſ. 86.*
nu.1. Rota in Placen. plebis 5. Nouembris 1622.
coram D. meo Pirouano, nec huiuſmodi prouiſio
coadiuuatur ex alijs enunciatiuis ex aduerſo datis,
14 quia vti inueriſimiles, † & de recenti cum ſint infra centum annos non ſuffragantur, *Iaſ. conſ. 81.*
nu.10. lib.1. Rot. coram Greg. deciſ.387. num.14.
& dec.93. num.2. par.3. recen. & dec.673. num.1.
par.2. diuerſ.

Secundò non obſtat quòd in eadem Eccleſia adſint Dignitates Cantoratus & Primiceriatus, quæ
ſunt inferiores dignitates, quia ex eo non infertur
quòd ſit prima Dignitas in collegiata, & non eſt
15 nouum † quòd dignitates erigantur in Eccleſia,
quæ non ſit collegiata, *Feder. de ſen. d. conſ.86. n.1.*
Nec releuat quòd in eadem Eccleſia continuo celebretur Miſſa conuentualis, & adſint Punctatores
& ceremoniarum Magiſter, & alij Clerici, ſigillũ,
& Archiuium iuxta depoſitiones Teſtium, & alia
ſignificantia communionem quia cum hæc omnia
16 poſſint ſpectare ad omnes † vti ſingulos non vti
vniuerſos ex eis non poteſt argui ad Collegialitatẽ
vt in puncto, *Abb. in d. c. nobis. num. 8. in fin. de*
iurepatr. & in c. dilecta in princ. de exceſſ. Prælat.
cum alijs quos refert & ſequitur *Achil. dec.10. de*
præben. Maximè cum ſigna ſint valde æquiuoca, &
conueniant etiam ſimplici confraternitati, & con-
17 gregationi Presbyterorum in † quibus deputantur

dd. Offi-

dd. Officiales, & tamen non ſunt Eccleſiæ colle-
giatæ, *Rot. deciſ. 13. nu. 3. de præben. in antiq. Gon-
zal. ſuper reg. 8. gloſ. 15. & 16.* & reſeruatio non
18 intrat † cum probatio ſit æquiuoca, *Caual. d. deciſ.
266. num. 6.*

Denique non obſtant teſtes exaduerſo examina-
ti quia vltra quòd patiuntur plures exceptiones ex
deductis in facto & deficiunt ratione ſui dicti nihil
19 probant cum non † ſufficiat deponere de collegia-
litate, ſed requiritur deponere de ſignis neceſſario
illam inducentibus, *Achil. d. dec. 10. num. 3. de præ-
ben.* conquaſſantur etiam ex depoſitionibus teſtiũ
20 pro prouiſo ab Ordinario † qui melius deponunt,
& ſunt adminiculati ex pluribus coniecturis, & ex
vltimo ſtatu qui ſolus ſufficeret, *Socc. iun. conſ. 3.
nu. 30. lib. 2. Rot. coram Greg. deciſ. 35. nu. 10.*

Et ita deciſum vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Fideicommiſſi de Turri.

Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

In vltimis voluntatibus appellatione filiorum ſemper veniũt fœminæ. Maſculinitatis qualitas poſita in vna oratione, quando non cenſeatur repetita in alia, & quando ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum facit rem certam, & manifeſtam.*
2 *Filiorum appellatione in conditione poſitorum veniunt indiſtinctè, tàm maſculi, quàm fœminæ.*
3 *Maſculinum ſemper concepit fœmininum in teſtamentis, neque ab hoc receditur propter coniecturas, niſi ſint valde vrgentes, & euidentes.*
4 *ad Repetitionem inducendam, non eſt ſufficiens vicinitas orationis, quando oratio diuerſas perſonas comprehendit, & in vnaquaque earum poteſt diuerſa ratio conſiderari.*
5 *Repetitio conſeruandæ agnationis, quando ceſſet.*
6 *Maſculinitatis qualitas non præſumitur repetita, etiam poſita in eadem oratione, niſi ratio conſeruandæ agnationis fuerit expreſſa à Teſtatore.*
7 *Teſtator ſi in vno caſu expreſſit qualitatem maſculinitatis, & in alio vero non, ſi ratio probabilis differentiæ reddi non poteſt, cur magis in vno caſu, quam in alio expreſſerit d. qualitatem, tunc mentio filiorum in alia parte non eſt reſtringenda ad maſculos.*
8 *in Fœminis non eſt conſideranda agnatio.*
9 *Teſtator præſumitur voluiſſe vocare neptes, quãdo non habuit rationem conſeruandæ agnationis, ſed ſecus ſi contemplauit agnationem.*
10 *Clauſula, vt ſupra, repetit qualitatem.*
11 *Maſculinitatis qualitas non cenſetur à Teſtatore repetita, ſi verba quæ importabant repetitionem, ad alias qualitates referri poſſunt.*
12 *Superfluitas potius eſt tolleranda, quam vt propter filiæ vltimi grauati excludatur à ſucceſſione tranſuerſales.*

DECISIO CXLIV.

DOMINI concorditer tenuerunt, confirman-
dam eſſe ſententiam Rotalem reuocatoriam
aliarum extra Rotam, in quibus adiudicata fuit
Claræ immiſſio in poſſeſſionem honorum Ludouici
de Turri, quia contra eius validitatem nihil obij-
citur, & iuſtitia eſt patens, cum fundetur in volun-
1 tate dicti Ludouici de qua conſtat † ex publico in-
ſtrumento quod facit rem certam, & manifeſtam
*Bart. in l. 1. in princ. num. 8. ff. de nou. oper. enunc.
Bald. in l. intereſt in vlt. notab. C. de ſolut. Dec. cõſ.
36. nu. 2. Ruin. conſ. 128. nu. 1. lib. 4.*

Fundamentum huius reſolutionis deducitur ex
verbis teſtamenti dicti Ludouici, in quo in caſum
obitus Sigiſmundi fratris hæredis inſtituti ſubſti-
tuit per hæc verba, & ſi contingat ipſum Sigiſmũ-
dum eius fratrem quandocumque decedere, & na-
turaliter mori nullis ſuperſtitibus, aut relictis ma-
ſculis legitimis, & naturalibus natis ex legitimo
matrimonio, & nullo modo legitimatis, ac in ius
legitimationis translatis ſeu etiam contingat di-
ctum Sigiſmundum cum filijs maſculis prædictis,
& poſtmodum contingat dictos omnes filios ma-
ſculos dicti Sigiſmundi decedere, & mori ſine filijs
legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matri-
monio, & non legitimatis vt ſupra, tunc, & alijs
caſibus, & eorum quolibet ſuam hæredem vniuer-
ſalem inſtituit, & ſubſtituit ſupradictam honeſtam
iuuenem D. Claram ipſius teſtatoris ſororem, & fi-
liam dicti quondam Tidei, ipſa tunc ſuper extan-
te, & ea non ſuperextante, inſtituit & ſubſtituit
omnes filios legitimos, & naturales dictæ Claræ,
vulgariter, pupillariter per fideicommiſſum, &
alias omni meliori modo, quo fieri potuit, & po-
reſt, & hanc ſuam vltimam voluntatem dixit, aſſe-
ruit & affirmauit dictus D. Ludouicus teſtator eſ-
ſe, & eſſe velle, quam valere voluit &c. ex quibus
verbis conſtat, Claram fuiſſe tum demum vocatam
ſi filij Hieronymi nepotis Ludouici teſtatoris ex
Sigiſmundo fratre hęrede inſtituto decederent ſine
filijs, & propterea exiſtente Anna filia legitima
Hieronymi defecit cõditio ſub qua vocata eſt Cla-
2 ra, regula enim eſt, † quòd appellatione filiorum
in conditione poſitorum veniant indiſtinctè tàm
maſculi, quam fœminæ, *l. filij appellatione, & l. iu-
ſta interpretatione. ff. de verb. ſignif. Gabr. de verb.
ſignif. concluſ. 6. nu. 8. Peregr. de fideic. art. 25. n. 1.*
præſertim *in vltima voluntate, l. ſi ita ſcriptum.
ff. de leg. 2. l. ſi quis ita. ff. de teſtam. tutel. Dec. conſ.
236. nu. 5. Cephal conſ. 45. nu. 10.* quia in teſtamen-
3 tis † maſculinum ſemper cõcipit fœmininum, *Soc-
cin. iun. conſ. 180. nu. 3. lib. 3.* Nec ab ea receditur
propter coniecturas, niſi ſint valdè vrgentes, & eui-
dentes, vt eſt *Text. clarus in l. 1. in fine, C. de con-
dit. inſertis, & tradunt Corn. conſ. 230. nu. 61. in
fin. & ſeq. lib. 3. Tib. Decia. conſ. 1. num. 45. verſ.
preterea & ſeq. lib. 2. Gabr. conſ. 97. nu. 12. lib. 1.
Sim. de Pret. conſ. 90. num. 30. Peregr. de fideic. art.
25. num. 14. in fin. Rota diuerſ. deciſ. 485. num. 3.
par. 4. in Florentina fideicommiſſi de Guidaccijs 25.
Februarij 1628. coram R. P. D. meo Dunozetto, in
Spoletana fideicommiſſi 7. Nouemb. 1629. & 3. Iu-
nij 1630. coram me,* & in alijs cumularis per R. P.

D. meum

D. meum Veroſpium in deciſione in hac cauſa fa-
cta 18. Iunij 1635.

Et licèt qualitas maſculinitatis appoſita in pri-
ma ſubſtitutione facta ad fauorem filiorum Sigiſ-
mundi, cenſeatur in ſequenti repetita propter di-
ctiones, &. ſeu, etiamſi contingeret ipſum dece-
dere cum filijs maſculis prædictis, & poſtea contin-
geret dictos omnes filios maſculos mori ſine filijs
legitimis, & naturalibus natis ex legitimo matri-
monio, & non legitimatis, vt ſupra &c. cum vtra-
que ſit poſita in eadem oratione, & regatur ab eiſ-
dem verbis, tunc, & his caſibus, & eorum quolibet
ſuam hæredem vniuerſalem inſtituit, & ſubſtituit
ſupradictam honeſtam iuuenem D. Claram, ipſius
teſtatoris ſororem; attamen in præſenti caſu, repe-
titio admitti non poteſt, quia ad inducendam repe-
tionem non eſt ſufficiens vnitas orationis, quan-
4 do † oratio diuerſas perſonas comprehendit, & in
vnaquaque earum, poſſit diuerſa ratio verſari, &
propterea cum verſemur in diuerſis gradibus ſub-
ſtitutionum, nec poſſint ſimul, & eodem tempore
verificari, & perſonæ etiam ſint diuerſæ, niſi con-
5 currat eadem ratio conſeruandi agnationem, † in
qua conſiſtit tota vis huius repetitionis non poteſt
ab vna inferri ad aliam pro inducenda repetitione,
vt in ſpecie deducit *Molin. de Hiſpan. primog. lib.
3. cap. 5. nu. 59. vſque ad 62.* in quo loco diſputat
hanc quæſtionem, & concludit, magis veram opi-
6 nionem eſſe, qualitatem maſculinitatis non † eſſe
repetitam, etiam poſitam in eadem oratione, niſi
quando conſeruandæ agnationis expreſſa ratio ha-
bita fuerit à teſtatore, *vt d. nu. 59. verſ. ſed quam-
uis, Tib. Decian. d. conſ. 1. nu. 152. lib. 2. Ruin. con.
134. num. 19 lib. 2.* Vltra quòd teſtator volens in
præſenti ſubſtitutione filios Sigiſmundi præferre
fœminis, requiſiuit maſculinitatem, cum verò vi-
deret debere vocari fœminas in defectum dictorum
maſculorum, tunc ſine diſtinctione vocauit filios
7 vltimi maſculi, & † vbi probabilis ratio differentiæ
reddi poteſt cur magis in vno caſu, quàm in alio
expreſſa fuerit qualitas maſculinitatis mentio fi-
liorum in alia parte nõ eſt reſtringenda ad maſcu-
los, *Ruin. conſ. 93. num. 15. lib. 2. Soccin. iun. conſ.
158. nu. 48. & ſeq. lib. 2. Gabr. conſ. 97. nu. 6. lib. 1.
Mantic. de coniect. vltim volunt. lib. 6. tit. 13. nu. 8.*

Neque ratio agnationis conſiderata in filijs Si-
giſmundi poteſt repeti in ſequenti ſubſtitutione ex
tacita mente teſtatoris, cum non ſit veriſimile,
quòd voluerit excludere filias vltimi grauati ad fa-
8 uorem alterius fœminæ, & illius lineæ, † in quibus
non poteſt conſeruari agnatio, & hac eadem ratio-
ne non contemplatæ agnationis ceſſat coniectura,
quòd teſtator excludendo filias fœminas Sigiſmun-
di propter Claram, multo magis propter eamdem
cenſeatur voluiſſe excludere neptes, quia tunc tã-
9 tum † habet locum, quando contemplata fuit agna-
tio ſecus autem quando, vt in caſu noſtro, nulla
fuit habita ratio agnationis, vt latè deducunt *Ga-
briel. d. conſ. 97. nu. 2. & ſeq. lib. 1. Rot. diuerſ. deciſ.
726. nu. 4. par. 1. & deciſ. 485. nu. 3. par. 4. coram
Seraph. deciſ. 880. nu. 2. coram ſan. me. Greg. XV.
deciſ. 514. num. 13. & ſeq. & in d. Spoletana fidei-
commiſſi 7. Nouembr. 1629. & 3. Iunij 1630. co-
ram me.*

10 Non obſtat, quòd clauſula illa, vt ſupra † opere-
tur repetitionem qualitatis maſculinitatis quia
vt benè probatur ex deductis in ſupradicta deciſio-
ne R. P. D. mei Veroſpij refertur tantùm ad quali-
tatem legitimitatis, quam teſtator ſupra amplіori-
bus verbis expreſſerat, nempè nullo modo legiti-
matis aut in iis legitimationis tranſlatis, ideo nõ
11 † repetit qualitatem maſculinitatis, vt ex *Bero.
Ceph. il. Surd. & alijs* allegatis in dicta deciſione,
& dum repetit qualitatem legitimitatis, non ſubſi-
ſtit, quòd hæc clauſula remaneat ſuperflua, & po-
12 tius † tollerari debet ſuperfluitas quam vt filia vl-
timi grauati excludatur à ſucceſſione propter trãſ-
uerſales, vt notant *Doct. in l. fin. §. in computatione
C. de iur. deliberandi. Corn. conſ. 275. Crauett. conſ.
127. num. 8.*

Cum igitur ex ſupradictis remaneat fundata in-
tentio fœminarum ex regula generali. quæ pro eis
aſſiſtit, dum de contraria mente teſtatoris non ap-
paret per coniecturas neceſſarias, & indubitatas
pro exeluſione Claræ ad fauorem Annæ fuit reſo-
lutum vtraque parte informante &c.

R. P. D. CARRILLO.

Dertuſeñ Vicariæ.

Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Beneficiorum vnio facta à Papa Schiſmatico non ſubſtinetur, ſed ſi ſit confirmata à Papa legitimo ſumit vires à confirmatione. Titulus ſufficiens ad præſcribendum etiam ea, quæ ſunt contra ius, ex quibus oriatur.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in rem iudicatam ſi ab ea non appelletur.*

2 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

3 *Clemens VII. Pont. fuit ſchiſmaticus aduerſus Vrbanum VI.*

4 *Confirmatio habet vim nouæ conceſſionis, quando confirmatur id quod inualidum eſt.*

5 *Confirmans actum nullum, facit nouam conceſſionem, & ampliationem.*

6 *Titulus ſufficiens ad præſcribendum etiam in his, quæ ſunt contra ius oritur ex curſu longiſſimi temporis cum bona fide.*

7 *Cum titulus etiam inualidus, & putatiuus ſufficiat ad hunc effectum.*

8 *Et ſufficit, vt bona fides allegetur, quia præſumitur.*

9 *Vnionis effectuatio ex quibus dicatur conſtare. & num. 10.*

11 *Cura animarum quo ad habitum reſidet penes Monaſterium, cui eſt facta vnio & exercitium dicitur tantùm tranſlatum in Vicarium.*

12 *Regul. Cancell. reuocatoria vnion. habet tantùm locum in vnionibus non effectuatis, non autem in ſortitis effectum.*

13 *Dubia plura in aliqua deciſione ſi fuerint reſeruata,*

Digitized by Google

uata, & poſtea diſputatur aliquod dubium genericum in quo comprehenduntur omnia reſeruata, tunc non eſt opus graduatim illa diſcutere.

DECISIO CXLV.

DE MENSE Februarij 1613, vacauit Vicaria Parochialis Eccleſiæ loci de Caſtellione de la Plana Dertuſeñ Diœceſis olim vnita Monaſterio Vallis Chriſti Ordinis Carthuſieñ, Ordinarius Dertuſeñ eam contulit per concurſum vti beneficium liberæ collationis Vincentio Turlo. Vnde Prior, & Monaſterium prætendens eſſe conferēdum ad ſolam ipſorum præſentationem & nominationem, cauſa fuit commiſſa in Rota coram bo. mem. Vbaldo, & fuit deciſum die 28. Nouembris 1616. collationem eſſe faciendam ad præſentationem non autem ad concurſum, & ſucceſſiuè die 23. eiuſdem menſis iuxta tenorem deciſionis lata
1 † fuit ſententia (quæ appellatione non interpoſita) tranſiuit in rem iudicatam.

Deinde cauſa fuit denuo bo. mem. Cardinali Sacrato commiſſa appellationis, nullitatis, & reſtitutionis in integrum, prout de iure, parito iudicato arbitrio Rotæ, diſputatoq. dubio An eſſet locus arbitrio Rotæ, nonnullis articulis pro confirmatione dictæ ſententiæ, vt in *deciſ.* 27. *Nouembris* 1619. Denique cauſa mihi commiſſa ſubrogatis in locū Reuerendiſſimi D. Vrgelleñ dubitaui ſub die 16. Nouembris proximè præteriti An eſſet locus executioni ſententiæ, & pro parte D. Epiſcopi petita dilatione: fuit dilata reſolutio, & mandatum, vt informaretur ſuper re iudicata. Hodie autem repropoſita cauſa, propoſui dubium An conſtet de cauſis reſtitutionis in integrum, & Domini negatiuè reſponderunt.

Quia validitas ſententiæ apparet ex reuolutione
2 † actorum, in quibus reperiuntur omnia neceſſaria pro validitate, *Caputaq. deciſ.* 262. *par.* 2. iuſtitia verò patet, quia licèt vnio ab initio facta fuerit à
3 Clem. VII. Pont. Schiſmatico † aduerſus Vrbanum VI. poſtea tamen confirmata fuit per *Martinum V. & Caliſtum III. vt in deciſ.* 352. *num.* 2. *par.* 4.
4 *recent.* quæ confirmatiò habet vim † nouæ conceſſionis, quando confirmat id quod inualidum eſt, *cap.* 1. *in fin. de tranſact. vbi gloſ. verbo auctoritate Abb. in cap.* 1, *de confirmat. vtil. vel inutil. Felin. in cap. inter dilectos nu.* 14. *de fide inſtrum. Pariſ. conſ.* 19. *nu.* 15. *lib.* 1. *Rota deciſ* 513. *nu.* 6. *par.* 2. *recen.* ſatis enim notum eſt, quòd confirmans actū
5 † nullum, facit nouam conceſſionem, & ampliationem iuxta *text. in cap. ſi Apoſtolica & ibi gloſ. verbo confirmans de præben. in* 6. *Bart. in l. mora. n.* 5. *ff. de iuriſd. omn. iud. Dec. in cap.* 1. *nu.* 46. *de confirm. vtil. vel inutil. Ruin. conſ.* 31. *nu.* 5. *lib.* 1. *Rota deciſ.* 192. *nu.* 2. *par.* 1. *recent. & deciſ.* 60. *nu.* 4. *par.* 4. *recent.*
6 Accedit etiam curſus tanti † temporis cum bona fide, ex quo reſultat titulus ſufficiens ad præſcribendum, etiam in his, quæ ſunt contra Ius, *c.* 1. *iuncta gloſſ.* in verbo legitimè *de præſcript. in* 6. *& in pœnulto Rot. coram R.P.D. meo Decano dec.* 295.
7 *num.* 2. cum titulus † etiam inualidus, & putatiuus ſufficiat ad hunc effectū, *l. cenſus vbi gloſ. & Doct. ff. de vſucap. Gloſ. in c.* 4. *de præſcript. Rot. deciſ.* 91. *num.* 3. *in princip. & deciſ.* 324. *nu.* 8. *par.* 1. *recent.*
8 in quibus etiam firmatur ſufficere, † vt bona fides allegetur, quia præſumitur *Rota coram D. meo Decano*, vbi proximè *nu.* 3.

Effectuatio autem dictæ vnionis ſatis conſtat ſtāte
9 ceſſione Rectoris beneficij † tunc temporis ad fauorem vnionis, *d. deciſ.* 352. *nu.* 4. maximè iunctis multis enunciatiuis antiquiſſimis litterarum Martini, & Calixti, in quibus referuntur huiuſmo-
10 di effectuatio, & poſſeſſio vel quaſi Eccleſiæ † vnitæ ad ius præſentandi, & recipiendi decimas, quæ plenè probant concurrentibus alijs adminiculis, de quibus in d. *dec.* 352. *nu.* 5. *Rota deciſ.* 130. *num.* 2. *par.* 2. *diuerſ. Achil. deciſ. de iurepatr.*

Vnde cum appareat de validitate vnionis, quæ fuerit effectuata, & quòd Vicario huius Vicariæ fuerit reſeruata congrua portio, ſuper fructibus, & redditibus Eccleſiæ vnitæ, & ſoluatur à dicto Monaſterio, intrat communis concluſio, quòd cura
11 † quoad habitum reſideat penes Monaſterium, cui facta eſt vnio, & exercitiū tantum dicatur tranſlatum in Vicarium, *Hoſtien. & alij in cap. expoſuiſti de præbend. Felin. in cap. poſtulaſti. num.* 1. *verſ. ſed Abb. de reſcript. Rebuff. de congr. portio. n.* 108. *Mohed. deciſ.* 5. *de decim. Creſcent. dec.* 2. *eod. tit. Verall. dec.* 339. *par.* 3. *Seraph. deciſ.* 1009. *nu.* 4. *&* 5. *part.* 2.

Nec obſtat quod opponitur de regula reuocato-
12 ria Cancellariæ ſimilium vnionum, † quia tantummodo habet locum in vnionibus non effectuatis, non autem in ſortitis effectum, prout eſt iſta, cuius vigore præſentatus per Priorem, & Monaſterium facta collatione ab Epiſcopo, cępit poſſeſſionem, & percepit fructus, *Calder. conſ. vlt. num.* 2. *de reb. Eccleſ. alien. vel non. Boer deciſ.* 446. *nu.* 2. *Mandoſ. ſuper reg.* 12. *reſeruat. quæſt.* 5. *nu.* 3.

Nec minus viſum fuit DD. releuare quicquid deducebatur in memoriali dato pro Epiſcopo, ſcilicet quòd deberet diſiunctim, & particulariter diſputari ſuper reſeruatis in dicta deciſione bo. me.
13 Cardinalis Sacrati, quia † cum in præſenti dubio generico poſſent omnia reſeruata comprehendi, nō opus fuit graduatim illa diſcutere, tāto magis quòd eadem met fuerunt optimè ponderata, & ſatis diſcuſſa in *d. deciſ.* 352. *par.* 4. *recent. coram bon. mem. Vbaldo*.

Et ita deciſum vna tantum parte informante, altera pluries citata, & informare renuente.

§ *In eadem cauſa habetur infra alia deciſio ſub die* 23. *Martij* 1637. *coram eodem R.P.D. Carrillo.*

R. P. D. PIROVANO.

Bareñ Iuriſpatronatus.

Die Lunæ 9. *Iunii* 1636.

ARGVMENTVM.

Inſtrumento informi, quando ſit adhibenda fides. Obſeruantia, vt releuet, qualiter eſſe debeat. Actum præſumitur quem facere eo, modo quo efficaciùs fieri poteſt. Iuſpatro-

natus quando competat hæredibus pro me-
dietate.

SVMMARIVM.

1 *Inſtrumentum ſi careat teſtibus, clauſula. Actũ, loco, menſe, &c. nullam meretur fidem.*
2 *Obſeruantia dat fidem ſcripturæ etiam informi.*
3 *Obſeruantia ad hoc vt releuet quid requiratur.*
4 *Iuribus ſuis, cenſetur quis vti voluiſſe, prout vtilius ad expeditionem, & actus perfectionem expedit.*
5 *Actus aliquis cenſetur geſtus eo modo, quo efficacius expediri poteſt.*
6 *Patronus duarum vocum abſurdum eſt cogitare, quod præſentando voluerit ſe reſtringere ad vnã tantùm vocem.*
7 *Præſẽtatio facta ſub nomine collectiuo hæredum, ex hoc ſequitur quòd Iuſpatronatus ſpectet ad vnumquemque eorum pro medietate.*

DECISIO CXLVI.

CAVSA propoſita ſub die 6. Iunij currẽtis re-
ſponſum fuit pro Cardutio tantummodo in-
formante, & repropoſita hac die dictum fuit, ſtan-
dum eſſe in deciſis, quia Cardutius ex tribus voci-
bus huius patronatus duas obtinet, nempe illas
Lauræ, & Lucretiæ, Bouij autem vocem Romanæ,
cum qua iuſtificare non poſſunt gratiam prælatio-
nis, ſcilicet, præſentatum ab ipſis habere maiorem
partem vocum patronatus, de quo agitur.

Neque obſtant, quæ hodie replicantur contra
donationem, & illius obſeruantiam, in qua cardo
difficultatis huius cauſæ poſitus eſt, quòd Inſtru-
mentum non ſit in forma probanti, neque exhibea-
tur integrum, ſed per capitula ſeparata, & in ea
parte vitioſum etiam ſit vitio viſibili, dum in mul-
tis locis alba relicta non ſunt impleta, & careat te-
1 ſtibus, clauſula † Actum, loco, & menſe, ex qui-
bus dicebatur nullam mereri fidem, & in conſe-
quentiam corruere fundamentum in ea poſitum
ad acquiſitionem vocis Lucretiæ.

Quia deciſio cauſæ reſpondet huiuſmodi ſcriptu-
ram donationis fuiſſe ſtipulatam vſque de anno
1544. & ſic ſupra 90. annos, & à ſuo Protocollo
extracta de anno 1581. ac coram Ordinario Bareñ
producta de anno 1584. & 1596. ex quibus omni-
2 bus † deſumitur obſeruantia, quæ dat fidem etiam
ſcripturæ informi, *l. inſtrumẽta. C. de probat. Bald. conſ. 400 vol. 4. nu. 5. Surd. conſ. 245. num. 26. Seraph. deciſ. 1232. nu. 3.* & plenius fuit comproba-
tum *in Romana Iuriſpatronatus 3. Martij* 1612.
coram bo. me. Franciſco Vbaldo, & in Anconitana de Fanellis 21. Maij 1618. *coram eodem.*

Quæ reſpõſio non tollitur ex replicatione data,
quòd initium obſeruantiæ deſumatur ab Annibale,
qui in præſentatione anni 1584. dixit, pro ſe, ideſt,
tanquam filius Lauræ, & tanquam hæres Abbatis
Franciſci poſtea Epiſcopi, qui erat eius germanus
frater ex eadem Laura communi matre nulla fa-
cta mentione de ſupradicta donatione, & ideo cũ
dicta præſentatio poſſet referri ad Abbatem Epiſco-
pum Franciſcum, habentem portionem in hæredi-
tate Lauræ matris, & ad eumdem Abbatem, vti
3 donatarium Lucretiæ dicebatur certam † obſeruã-
tiam ex incerta expreſſione deſumi non poſſe, quæ
tamen ad ipſius releuantiam debet eſſe indubitata
Surd. conſ. 354. nu. 26. & Rota dec. 309. num. 8. coram Papa Greg. XV.

Nam, & ſi Annibal in præſentando poſſet habe-
re triplicem perſonam, propriam, ſcilicet, ſecun-
dam verò ex perſona Abbatis Franciſci Epiſcopi
ex voce Lauræ communis matris, & tertiam, vti
comprehenſus in donatione Lucretiæ ex perſona
Antonij, & Abbatis Franciſci, non tamen inde ſe-
quitur, quòd enunciando ſe hæredem Abbatis Frã-
ciſci voluerit ſeparare iura hæreditaria illius à iu-
ribus ex donatione prouenientibus, cum tẽdant ad
eumdem finem, & præſumatur illis voluiſſe vti,
4 † prout vtilius ad expeditionem, & actus perfectio-
nem expediret, *Bald. in l. quia veroſimile de præſumpt. Crauet. conſ. 318. nu 4. Menoch. præſumpt. 136. nu. 16. lib. 3. & præſumpt 5. num. 1. lib. 6.* di-
5 cens, quem præſumi † actum facere eo modo, quo
efficacius poteſt, ſed admodum abſurdum eſſet, vt
6 quis dum poſſet præſentare † tanquam patronus
duarum vocum voluerit ſe reſtringere ad vnam
tantùm.

Demum non obſtant quæ replicantur quoad vl-
timum ſtatum, quòd cum factæ fuerint præſenta-
tiones nomine collectiuo hæredum Lauræ, & Ro-
7 manæ, inde conſequatur, † quòd Iuſpatronatus, &
ſeu illius poſſeſſio præſentandi ſpectet ad vnum-
quemque dictorum ſtipitum pro medietate, *Rota deciſ. 770. nu. 1. par. 1. diuer.*

Quoniam placuit reſponſio iam in deciſione da-
ta ſtatum differentem ex ſimultanea præſentatio-
ne dignoſci non poſſe, & quod magis eſt, partes
enunciaſſe ad præſcriptum concordiæ, quæ paulò
ante emanauerat, præſentaſſe, in qua Cardutij ha-
bent duplicatam in præſentando alternatiuam pro-
pter maiorem vocum cõcurſum itaut vltimus ſta-
tus pro Cardutijs præualere videatur. Et ita &c.

§ *Supra in hac eadem parte habetur in iſta cauſa alia deciſio ſub die 20. Februarij 1636 coram eodem R.P.D. Pirouano, eſt in ordine deciſio* 101.

R. P. D. MOTMANNO.

Florentina Penſionis.

Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

De attentatis, quando dicatur conſtare. Exe-
cutor, vt rectè exequatur quid nam requi-
ratur.

SVMMARIVM.

1 *Geſta appellatione pendente cum ſint attentata in primis, & ante omnia ſunt reuocanda.*
2 *Literæ Apoſtolicæ habent executionem paratam.*
3 *Executor debet eſſe certus de ſua iuriſdictione.*
4 *Executor datus in litteris, non poteſt exequi, id eſt, quod in litteris mandatur, niſi eas receperit.*
5 *Litteras Apoſtolicas executor non debet executioni demandare abſque illarum iuſtificatione.*

6 *Ceſ-*

Digitized by Google

6 *Ceſſionarius non poteſt agere vti talis, niſi producto instrumento ceſſionis.*
7 *ad Executionem ſententiæ non poteſt procedi ſtãte illius nullitate, & iniuſtitia.*
8 *Iuriſdictionis defectus impedit executionem.*

DECISIO CXLVII.

DICTVM fuit conſtare de attentatis quia Rector die 4. Maij appellauit à decreto Vicarij Generalis Executoris Apoſtolici qui 11. eiuſdẽ menſis Maij, & ſic pendente appellatione mandauit ſubhaſtari pignora capta in executione, & ſucceſſiuè 16. Iunij ſequentis fructus, prouentus, & effectus ſpectantes ad Eccleſiam Parochialem penes omnes illius debitores ac laboratores ſeque-
1 ſtrari, quæ † omnia vti geſta pendente appellatione, & conſequenter attentata in primis, & ante omnia reuocari debent, *cap non ſolum de appell. in 6. & cap. poſt appellationem 10. § appellatione 2. q. 6. tot. tit. ff. nihil innou. appell. pend. Couar. pract. qq. cap. 23. nu. 1. verſ. prima igitur Mohed. dec. 11. nu. 3. de præben.*

Non obſtat, quòd actum fuerit ad penſionem re-
2 ſeruatam vigore litterarum † Apoſtolicarum quæ paratam habent executionem, *Caſſad. dec. 10. n. 8. de reſcript. Mohed. deciſ. 13. vt lit. penden.* & ab executore non liceat appellare, *l. 4. ff. de appell. cũ ſimil.* Quia cum dictus Vicarius non modo proceſſerit tanquam Apoſtolicus Executor litterarum reſeruationis penſionis, quas non conſtat ei fuiſſe
3 præſentatas itaut † non eſſet certus de ſua iuriſdictione, ſed etiam conceſſerit mandatum, ad inſtantiam eorum qui egerunt vti ceſſionarij Domini de Bondelmontibus penſionarij non docto de ceſſione ea ratione nulliter, & iniuſtè proceſſiſſe dicitur,
4 quòd Iudex Executor † datus in litteris non poteſt exequi id quod ſibi mandatur niſi litteras poteſtatis ſuæ receperit per *tex. in cap. ſuper eo. il 2. de appell. not. Hoſtien. in c. ex quæſtione verſ. tum vero dicas de reſtit. ſpoliat. & dixit Rot. deciſ 21. num. 3. & 7. de conceſſ. præben. in nou. Aegid. deciſ. 110. num. 1. & 2. cum alijs allegatis per Vant. de nullit. ex defect. iuriſd. delegat. num. 34.* & niſi ei
5 conſtiterit de litterarum iuſtificatione † ſine quibus illas non debent demandare executioni *Imol. in c. ſuper litteris nu. 19. de reſcript. Caſ. de Graſſ deciſ. 12. nu. 4. de probat. Rot. in Salamantin. penſionis 18. Aprilis 1573. corã Lancellotto ſeniore apud Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 443.* Neque ceſ-
6 ſionarij inſtantes vti tales potuerunt † agere niſi docto de ceſſione per productionem inſtrumeti, *Bald. in l. Ariſto. nu. 3. ff. de acquir. hared Dec. conſ. 102. & conſ. 536. vtrobiq. in princ.* Quando vero
7 conſtat de nullitate, & iniuſtitia tunc non † poſſe procedi ad executionem probatur per *text. in cap. inter cæteras de ſent. & re iud. & not. Vital. in Clem. 1. num. 107. & 109. etiam de ſent. & re iud. Alex. conſ. 106 nu. 29. vol. 3. & de nullit.* ex defe-
8 ctu iuriſdictionis impediente † exequutionem, *Pariſ. conſ. 89. nu. 22. etiam vol 3.* & in caſu immiſſionis conceſſæ pendente appellatione, & ſic attentata, *Rot. coram Card. Mantic. deciſ. 33. nu. 2.*

Et ita vtraque parte informante &c.

ILLVSTRISS. D. MACHIAVELLO. PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO.

Pampiloneñ Statutorum.

Die Lunæ 9. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Clerus, licèt non faciat Collegiũ tamen quando poſſit ſe congregare etiam ſine licentia Epiſcopi. Clerus an poſſit imponere collectas pro exigendis pecunijs ad effectum proſecutionis alicuius litis.

SVMMARIVM.

1 *Clerus licèt per ſe non faciat Collegium, poteſt tamen conſtituere vniuerſitatem, & ex iuſta cauſa in vnum conuenire.*
2 *Et hoc procedit etiam ſine licentia Epiſcopi, quando de eius intereſſe agitur, cum ad eum pertinere huiuſmodi licentiæ denegatio, amplia n. 3.*
4 *Clerus occaſione litis poteſt coadiuuari, vt ea omnia per modum conſilij ab ipſo ordinentur.*
5 *Clerus ſi velit in vnum conuenire occaſione litis ceſſat omnis ſuſpicio conſpirationis, & machinationis.*
6 *Clerus, quando litigat, cum non habeat burſam communem, poteſt collectas imponere pro exigẽdis pecunijs neceſſarijs ad proſecutionem litis, inſcio etiam ſuperiore.*
7 *Inuitus nemo cogitur ad litigandum.*
8 *Commodum, quis non debet ſentire cum alienis expenſis.*
9 *Lis, quando non dicatur legitimè introducta.*
10 *Procurator, ſi validè produxit alia iura, & obtinuit prorogari fatalia, & alia fecerit quæ impenſam requirunt ex his certè præſumitur mandatum.*

DECISIO CXLVIII.

IN DIOECESANA Synodo ediderat Reuerendiſſimus D. Epiſcopus Pampiloneñ quędam ſtatuta à quibus ſentiens ſe grauatum Clerus illico appellauit, ſed huic appellationi idem Epiſcopus non ſolùm non detulit, verum etiam Clero ne ſe congregaret eiuſq. Procuratori ne contribntiones ad litem exigeret, expreſsè prohibuit. Vnde cauſa mihi commiſſa conſului Dominos, an Clero ſe cõgregare, & collectas imponere liceret, fuitq. hoc dubium in omnibus affirmatiuè reſolutum.

Quamuis enim Clerus non faciat per ſe Colle-
1 gium, poteſt tamen conſtituere † vniuerſitatem atque ex iuſta cauſa in vnum conuenire, *Io. Andr. in cap conſtitutionem num. 3. & ibi Gemin. n. 5. de verb. ſignif. in 6. Felin. in c. accedentes. nu. 2. verſ. quibus etiam adde de præſcript. Franc. Marc. deciſ. 456. nu. 10. par. 1.* Quod in hoc caſu procedit etiam
2 ſine licentia Epiſcopi, † quia cum de ipſius intereſſe agatur non debet ab eius voluntate, & huiuſmodi licentiæ denegatio, & litis extinctio ſimul pendere, *Alciat. conſ. 103. nu. 2. lib. 5. Roland. conſ. 17. n. 30. lib. 3. Loſau. de iur. vniuerſ. par. 1. cap. 3. nu. 66.*

nu.66. ad fin. & in terminis dixit Rota in Calagu-
ritana cõtributionum 1. Iulij 1624. coram R.P.D.
meo Pirouano, ſed vlterius dum hoc ſacrum Tri-
3 bunal Clero cõgregare† petenti rationabiliter an-
nuit, talis aſſenſus optimè inſeruit pro licentia ex
text. in Clemen. auditor de reſcript.

Nec de iuſta cauſa, pro qua ſimilis Congregatio
fieri tenditur ſuſpicari fas eſt, cum indubitabilis ſit
4 litis pendẽtia, cuius † occaſione debet poſſe Cle-
rus coadunari vt ea omnia per modum conſilij ab
ipſo ordinentur quæ ad arcenda per viam iuris præ-
tenſa grauamina neceſſaria videri poſſunt, deeſt
enim omnis ſuſpitio conſpirationis ſeu machina-
5 tionis, † quando prout in præſentia apparet agi de
eiuſdem Cleri intereſſe, quod ad hunc effectum,
ſufficit *d. cap. conſtitutionem de verb. ſignif. in 6.*
vbi DD. ſupracitati, & præſertim *Rolan. d. conſ. 17.*
ſub nu. 31. lib. 3.

Et ſic dixerunt pariter Domini licere eidem
6 Clero cum non habeat burſam † communem col-
lectas imponere pro exigendis pecunijs neceſſarijs
ad proſequutionem litis inſcio etiam ſuperiore tũ
ex ſupradicto fundamento ne videlicet ſit in arbi-
trio collitigantis impediendo media litem quoque
perimere, tum etiam quia hoc non tangit ius indi-
cendi collectas ſpectans ad Epiſcopum, ſed eſt quæ-
dam ſimplex contributio pro expediendis proprijs
7 ipſius Cleri negotijs, verumtamen cum nemo † in-
uitus ad litigandum cogi debeat, limitatã fuit hæc
facultas collectandi, vt nõnniſi à ſponte dantibus,
ſimiles collectas Clerus poſſit exigere reſeruato
tamen quòd contingente litis victoria, teneantur
etiam ij qui modo renuunt contribuere pro rata,
8 ne cum alienis expenſis † commodum ſenſiſſe de-
inde ſe iactent prout in puncto reſolutum fuit in di-
cta *Calaguritana coram R.P.D. meo Pirouano.*

Neque obſtat quòd hæc lis non fuerit legitimè
9 † introducta, ex quo perſona quæ in iudicio com-
paruit mandatum non haberet, nec de citatione
ad dicendum contra Commiſſionem appareat, nec
ſtatuta de quibus eſt quæſtio probentur eſſe in rerũ
natura, nam hæc omnia tolluntur ex facto, in quo
luculenter oſtenditur, & commiſſionem fuiſſe Epi-
ſcopo legitimatam atque in actis reproductam, &
perſonam, quæ agit pro Clero habere ſaltem man-
datum præſumptum, dum omnia huc vſque in hac
cauſa actitata validè reproduxit, & obtinuit proro-
10 gari fatalia, & † alia fecerit quæ impenſam requi-
runt, & ex quibus mandatum præſumitur *Rot. de-*
ciſ. 440. nu. 6. par. 2. recent. & coram Papa Greg.
XV. deciſ. 176. nu. 8. & deciſ. 324. num. 2. vbi Ad-
dent. nu. 6. Exiſtentia vero ſtatutorum negari non
poteſt cum per ipſius Epiſcopi confeſſionem de-
monſtretur *ſumm. Cleri nu. 2.*

Et ita vtraque parte informante deciſum fuit.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Fideicommiſſi, de Formicinis.

Die Veneris 13. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi vxorem ſuam hæredem inſtituat, & vult quòd ſi ipſa tranſeat ad ſecunda vota, & filios habeat, tota hæreditas perueniat ad vnum ex filijs, & filios iſtius filij inuicem ſubſtituit, & in caſu quòd non habeat filios, alium ſubſtituit quęritur modò an fiat locus dictæ ſubſtitutioni, ſi vxor moriatur ſine filijs.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutionis caſus, quando non euanuit, illa omnino deficit.*

2 *Fideicommiſſum etiam extenditur ad caſum non expreſſum, ſtante veriſimili voluntate teſtatoris, qui ſi de eo fuiſſet interrogatus idem veriſimiliter diſpoſuiſſet. & nu. 6. & 7.*

Intellige ſi nulla probabilis differentiæ ratio afferri poſſit. nu. 2.

3 *Subſtitutio compendioſa, & continet in ſe nedum fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarem inter ipſos ſubſtitutos ſucceſſiuè vocatos.*

4 *Subſtitutio compendioſa per aditionem primi hæredis inſtituti minimè expirat, ſed adhuc viget, vt ſecundo loco ſubſtitutus ſubintret in locum primi perempti, & caducati ob defectum non exiſtentiæ conditionis. amplia nu. 5.*

8 *Clauſula codicillaris operatur, vt ſubſtitutus cẽſeatur vocatus etiam in caſu non natiuitatis filiorum.*

9 *Conditio primo gradui adiecta ſi deficiat, conſequenter etiam ſecundus ſubſtitutionis gradus tãquã primo ſubordinatus euaneſcit. limita n. 10.*

10 *Teſtator, ſi filio naſcituro aliquem ſubſtituit, ſi non naſcatur filius, deficit ſubſtitutio, nu. 17. & quando id non procedat. nu. 12. & nu. 14.*

13 *Dictio, tunc, quando non impediat extenſionem ad alium caſum.*

15 *Fideicommiſſum quando non eſt abſolutè odioſũ, ſed fauorabile non eſt adeo ſtrictè interpretandũ.*

16 *Fideicommiſſum eſt cenſendum fauorabile, ſi ſit factum fauore piæ cauſæ, & in pios vſus pro ſalute animæ ipſius teſtatoris.*

18 *in Teſtamentis ratio, quæ deſumitur ex veriſimili mente teſtatoris multum vrget.*

19 *per Hæredes extraneos Teſtatori penitus incognitos, ſi excluderetur ſubſtitutus dilectus, & expreſsè vocatus, hoc abſurdum eſſet.*

DECISIO CXLIX.

LATA per bon. mem. R.P.D. Monaldenſem ſententia ad fauorem Venerabilis Societatis Sanctiſſimæ Annunciatæ, eaque poſtea de Anno 1630. per Reuerendiſſ. D. Vrgelleñ confirmata; Cum eadem Societas prætenderet adeſſe rem iudicatam, Ego tanquam deputatus ab Eminentiſſimo D. Cardinali Protectore cum facultate, quòd conſtito de duabus conformibus, ſeu quòd alias prædictarum ſententiarum executioni locus eſſet, illas exequi facerem; Propoſui dubium, An conſtaret de re iudicata, quæ eſſet exequenda; Et cum hinc inde plura deducerentur, Domini pro nunc firmarunt conſtare de fideicommiſſo ad ſupradictę Societatis fauorem, de reliquis vero voluerunt vt particulariter videatur.

Fun-

Fundamentum autem reſolutionis fuit. Quia
Teſtator inſtituta ſibi vniuerſali hærede D. Cathe-
rina eius vxore, voluit, quòd ſi ipſa tranſiret ad ſe-
cunda vota, & filios haberet legitimos, & natura-
les tota hæreditas perueniret ad vnum ex ipſis fi-
lijs, qui teneretur ſuſcipere cognomen ſuæ fami-
liæ de Formicinis, & ſi filius ſic nominatus filios
haberet eos inuicem ſubſtituit, ſi autem non habe-
ret, tunc in omnibus bonis ſubſtituit dictam Ven
Societatem Sanctiſſimæ Annun. iatæ.

Vnde quamuis dicta D. Catherina, quæ ad ſecũ-
1 da vota tranſiuit, filios non habuerit, & † ſic at-
tenta verborum proprietate ſubſtitutionis caſum
minimè eueniſſe, illamq. omnino defeciſſe videatur
iuxta conſ. Oldr. 177. Oſaſch. conſ. 74. nu. 20. Ceph.
conſ. 649. nu. 79. Menoch. conſ. 326. nu. 1. & ſeqq.
Peregr. conſ. 55. per tot. lib. 2. Burſatt. conſ. 19. n. 15.
& 22. Honded. conſ. 49. nu. 50. lib. 2.

Nihilominus attenta veriſimili Teſtatoris men-
te, ac voluntate, qui ſi de caſu non natiuitatis, &
2 non ſuſceptionis filiorum cogitaſſet, † vel inrerro-
gatus fuiſſet, idem veriſimiliter diſpoſuiſſet, ac re-
ſpondiſſet, cum nulla probabilis differentiæ ratio
afferri poſſit, dicendum eſt etiam in hoc caſu So-
cietatem fuiſſe vocatam iuxta communionem, ac
veriorem Doctorum ſententiam, quam reprobato
dicto Oldr. conſ. tuentur Tiraq. in l. ſi vnquam in
verbo libertis. nu. 41. de reuoc. donat. Decian. cõſ.
1. nu. 1. & ſeqq. vſque ad num. 178. lib. 1. Mantic.
de coniect. lib. 11. tit. 6. nu. 1. verſ. ſed & diligen-
ter, & nu. 2. Menoch. conſ. 432. num. 9. verſ. 5. &
conſ. 880. & conſ. 1062. nu. 18. & conſ. 1088. n. 24.
& de præſumpt. lib. 4. præſumpt. 65. nu 2. cum ſeqq.
& præſertim nu. 15. 20. & 21. Surd. conſ. 236. n. 26.
& 45. verſ. non aduerſatur, & conſ. 347. nu. 8. &
ſeqq. & dec. 37. nu. 26. & 27. Odd. conſ. 12. nu. 27.
& 29. Craſſ. in §. ſubſtitutio. quæſt. 10. in fin. Pe-
regr. de fideic. art. 15. num. 15. & 16. Fuſar. de
ſubſtit. quæſt. 469. nu. 96. Grat. diſcept. 979. n 29.
& hanc ſententiam ſequuta fuit Rota nedum in
hac cauſa ſub die 29. Maij 1630. coram Reueren-
diſſ. D. Vrgellen. Sed etiam in Bononien. de Cano-
bijs 8. Iunij 1601. coram Card. Lancellotto, & in
Bononien bonorum de Griſonibus 18. Febr. 1619.
coram bo. me. Buratto, & in Peruſina fideicommiſ-
ſi de Baptiſtis 28. Maij 1627. & 15. Decembr. 1628.
coram R. P. D. meo Pirouano, & in Romana fidei-
commiſſi de Angelis 7. Iulij 1627. coram Reueren-
diſſ. Vrgellen. & in Spoletana primogenitura 18.
Febr. 1633. coram R. P. D. meo Dunozetto.

Prætereа ſubſtitutio prædicta eſt compendioſa,
3 † & continet in ſe nedum fideicommiſſariam, ſed
etiam vulgarem inter ipſos ſubſtitutos ſucceſſiuè
vocatos, quæ per aditionem dictæ D. Catherinæ hę-
redis inſtitutæ minimè expirauit, ſed adhuc viget,
4 & efficit, vt Societas ſecundo gradu † vocata ſub-
intret, ac ſubrogetur in locum primi perempti, &
vocati ob nõ natiuitatem alicuius filij iuxt. doctr.
Bart. in l. quamdiu la 2. ff. de acq. hæred. Soccin. cõſ.
52. nu. 14. lib. 1. Dec. conſ. 237. nu. 2. Crauett. conſ.
283. ſub nu. 1. Surd. conſ. 279. nu. 10. & conſ. 347.
nu. 13. & ſeqq. Peregr. de fideic. d. art. 15. nu. 45.
16. & ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. d. quæſt. 469. nu. 37.

Et hanc ſententiam Domini eo libentius ſunt
amplexi. Quia teſtator in caſu quo D. Catherina
5 plures haberet filios, † noluit ad illos omnes hæ-
reditatem ab inteſtato tranſmittere, vel inter eos
ad ſui libitum diſponere; Sed voluit eam teneri no-
minare vnum dumtaxat, qui excluſis alijs in om-
nibus, & per omnia in totum ſuccederet, ea lege,
vt ſuſcipere teneretur cognomẽ de Formicinis pro
ſpæ familiæ, & agnationis conſeruatione, quem
tamen ſic de eius familia effectum in caſu mortis
ſine filijs grauauit ad fauorem Societatis, quam ſi-
ne dubio ſuccedere voluit, etiamſi alij dictæ D. Ca-
therinæ hæredis filij ſuperſtites eſſent, vnde multo
magis dicendum eſt eamdem Societatem vocare
voluiſſe in caſu quo nulli filij naſcerentur, vel ex-
tarent, & ſic neque ageretur de grauamine illius,
qui eſſet vt ſupra de propria familia effectus, neque
de propriorum ipſius Catherinæ filiorum excluſio-
ne, ſed tantùm de præferendo eamdem Societatem
6 extraneis hæredibus, ac ſucceſſoribus, & ſic † mul-
to magis vrget ratio prædicta ex veriſimili Teſta-
toris mente deprõpta qua mouẽtur Doctores ſupra
alleg. vt per Menoch. d. præſumpt. 65. nu. 5. 9. & 15.
ad finem. Surd. d. conſ. 347. ſub nu. 8. circa fin verſ.
& prædicti omnes, & nu. 23. poſt med. & nu. 25.

Præſertim etiã, quia Teſtator Societatẽ vocauit
cum conditione, quòd anno quolibet in die ſui obi-
tus teneretur anniuerſarium, ac triginta Miſſas
pro eius anima celebrari facere, reliquos verò ſuę
hæreditaris fructus erogare in augumentum ſubſi-
dij dotalis pauperum Puellarum, quæ orationem
Dominicalem, ac ſalutationem Angelicam quin-
quies, pro ſuorum peccatorum remiſſione recitare
tenerentur; Vnde eſt omnino veriſimile illum vo-
luiſſe, vt dicta D. Catherina eius vxore primo in-
ſtitura deficiente, nec filio aliquo extante, qui me-
diante dicti cognominis eius familiæ de Formicinis
aſſumptione illam conſeruaret, ſubſtitutio prædicta
minimè euaneſceret, nec bona ad extraneos hære-
des ſibi incognitos, & minimè dilectos tranſirent,
7 ſed deuenirent ad ipſam † Societatem ſubſtitutam
vt pium huiuſmodi opus pro eius animæ ſalute im-
pleri poſſet, vt in propoſito abunde adiecto arguit
Decian. d. conſ. 1. n. 19. & ſeqq. & Rot. in d Bono-
nien de Griſonibus coram bo. me. Buratto.

Quibus etiam accedit clauſula codicillaris in
8 Teſtamento adiecta, quæ operatur, † vt Societas
vocata cenſeatur etiam in caſu non natiuitatis fi-
liorum, vt in ſpecie poſt Caſtr. conſ. 394. n. 4 lib. 1.
Decian. d. conſ. 1. nu. 134. dicit Menoch. d. conſ. 432.
nu. 15. & 19. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 460. nu. 46.

Neque obſtat, quòd ex eo quòd D. Catherina
filios aliquos non habuit, defeciſſe videatur condi-
tionem primo gradui adiectam, & conſequenter
9 etiam † Secundum ſubſtitutionis gradum ad Socie-
tatis fauorem tanquam illi ſubordinatum perijſſe,
vt concludunt communiter Doctores in d. l. quam-
diu. Bald. in conſ. 169. & 279. lib. 1. Pariſ. conſ. 14.
nu. 18. lib. 3. Natt. conſ. 676. num. 26. & conſ. 678.
nu. 19. & 20. Theſ. deciſ. 86. in fin. Rot. deciſ. 519.
nu. 2. par. 1. recent. Quoniam fuit reſponſum nos
non verſari propriè in deficientia conditionis qua
primus ſit vocatus, ſed in caſu quo ille non eſt na-

tus, & ſic Societatem ſecũdo loco vocatam adhuc
10 † ſuccedere debere ex veriſimili Teſtatoris mente
& rationis identitate vti ſubrogatam in locum
primi, ex vulgari in compendioſa contenta iuxta
ſuperius alleg.

Nec etiam obſtat, quòd Teſtator Societatem
ſubſtituiſſe videatur filio nominato ſine filijs dece-
11 denti, non autem ipſi Catherinæ,† ſeſeq. ad caſum
expreſſum reſtrinxiſſe mediante adiectione illius
dictionis *(Tunc.)* Quia verum non eſt quòd So-
cietatem nominatim ſubſtituerit filio vt ſupra de-
cedenti, ſed illam ſimpliciter, & abſolutè vocauit,
ſi ille filios non haberet, & ſic potius reſpexiſſe
12 cenſetur ad † effectum non exiſtentiæ filiorum,
qui eius familiam mediante nominis aſſumptione,
vt ſupra conſeruarent, quam ad grauati perſonam,
vt pondetat *Surd.d.conſ.236.nu39. & 43.* illa ve-
13 ro dictio †*(Tunc)* extenſionem ad caſum non na-
tiuitatis non impedit, *Decian.d.conſ.1.nu.48.lib.1.
Menoch.d. præſumpt.65.n.24. & d.conſ.432. n.35.
& 36. Surd. d.conſ.236.n.46.& d.conſ 247. n.18.
& d.deciſ.37.nu.32. Grat.d.diſcept.979.n.31.Rot.
deciſ.140.nu.5.par.2. diuerſ.*

Nec quicquam facit, quòd nonnulli ex ſupra al-
14 legaris loquantur in † ſubſtitutione directa, proin-
deque dicta communis opinio in fideicommiſſaria
locum habere non videatur, vt reſpondet *Honded.
d conſ.49. num.*51. Quia immo plures expreſsè lo-
quuntur in fideicommiſſaria, vt ex lectura conſtat,
in eaq. etiam dictam communem opinionem locũ
habere, poſt alios, quos congerit, latè oſtendit, &
bene comprobat *Surd.d.conſ.347.ſub nu.*10 *verſ.
quæ opinio & nu.*11. *&* 12. *& ſub nu.*22. *verſ. &
per prædicta ceſſat, & num. ſeq.* idq. indubitanter
procedit quando fideicommiſſum non eſt abſolutè
15 odioſum,† ſed potius fauorabile, vt reſpondit *Me-
noch.d.conſ.*432. Tale autem eſt cenſendum iſtud
de quo agitur vti factum fauore piæ cauſæ, & in
16 pios vſus pro ſalute † animæ, & ipſius Teſtatoris
peccatorum remiſſione, *Cephal.conſ.*349.*num.*20.
*Peregr.de fideic.art.*16. *nu.*60 *Mantic. de coniect.
lib.6.tit.3. num.26. & ſeq. & præſertim ſub n.29.
Fuſar.de ſubſtit.quæſt.290.nu.5. Rot. d.deciſ.* 140.
nu.1.2. & 3.par.2. diuerſ & Gratia. qui loquitur
de diſpoſitione facta pro maritandis puellis *diſcep.
782.num.16.*

Denique non viſum fuit obſtare, quòd concluſio
17 ſupra firmata non procedat, † quando adeſt diuer-
ſa ratio, & Teſtator cogitauit de caſu quo filij non
naſcerentur, & in eo particulariter prouidit iuxta
tradita per *Gabr.conſ.95.num.3. lib. 1. & per Hon-
ded. d.conſ.49. num.68. & ſeq. lib.2.* cum alijs pro
Catherina alleg. Quia in caſu propoſito ratio diuer-
ſitatis non adeſt, ſed immo potius illa, quæ ex veri-
18 ſimili † mente Teſtatoris deſumitur multo magis
vrget, vt ſupra fuit oſtenſum; nec per dictam ſub-
ſtitutionem excluditur perſona magis dilecta, talis
enim perſona, d.Catherina ſine filijs defuncta mini-
19 mè extabit, immo abſurdum † ſequeretur ſi pro-
pter extraneos hæredes Teſtatori prorſus incogni-
tos excluderetur Societas ſine dubio dilecta, & ex-
preſsè vocata, cum onere erogandi bonorum fru-
ctus in pios vſus pro ſalute animæ ipſius Teſtato-
ris; In caſu vero quòd ipſa Catherina filios non
haberet, Teſtator particularem aliquam diſpoſi-
tionem non fecit, nec particulariter prouidit vt ex
teſtamenti lectura conſtat.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Cenſus.

Die Veneris 14. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Creditum dotale, quãdo non habeat ſuam pre-
lationem, Statut. Vrb. de continuãda poſſeſ-
ſione in ſuos hæredes operatur in inſtanti, &
nec momento datur tempus intermediũ &c.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum eſt liberè exequendum ſtante obliga-
tione Camerali.*
2 *Obligatio Cameralis facit rem certam.*
3 *Creditum dotale, quando eſt poſterius in tempo-
re, non habet priuilegium prælationis ſuper bo-
nis viri, aduerſus creditores habentes expreſſam
hypothecam.*
4 *Mandata executiua non poſſunt dirigi contra
tertium poſſeſſorem.*
5 *Mulier ſtatim mortuo viro, cenſetur mutare
cauſam poſſeſſionis dotis de iure familiaritatis in
ius proprium.*
6 *Statut Vrb.de continuanda poſſeſſione in ſuos ha-
redes non admittit concurſum, quia operatur in
inſtanti, nec datur conſiderabile tempus inter-
medio nec momento quidem.*
7 *Et licèt iſte articulus aliquando in Rota reman-
ſerit indeciſus, an ſcilicet præualeat poſſeſſio me-
dio tempore apprehenſa tamen poſtea fuit deci-
ſum d. ſtatutum in inſtanti operari.*
8 *Clauſula, conſtituti, non operatur, quando con-
currit cum altero conſtituto anteriori.*
9 *Mater, ſi ſuſcipiat tutelam filiorum, & hæredi-
tatem adeat, ſi bona hæreditaria poſſideat, & nõ
declaret verbo, aut facto eius animum d. appre-
henſionem facere, ſine præiudicio inſiſtentia bo-
norum viri, & non curauit actualiter ſtatim
poſſeſſionem ingredi, cenſetur illi renunciaſſe.*
10 *Et ideo tũc perdit ciuilem, quam animo retinebat,
& alio iure illi non ſuccurritur, quam actione de
dote.*

DECISIO CL.

PRO exequutione mandatorum de quibus agi-
tur parte tantummodo informante fuit reſo-
lutum, quia de iuſtitia, & validitare tàm primi, quã
ſecundi mandati conſtat ex eo quòd Darius prius
egerat cõtra bona hereditaria Co. Iulij Ceſaris Stel-
le pro fructibus cenſus ſibi venditi per Martiũ Ior-
danum in redditu ſcutorum triginta quinque quo-
libet anno apparente Inſtrumento publico, & pro
renouatione fideiuſſoris in locum R. P. Stellæ iam
demortui, qui vnà cum Co. Iulio Cæſare eius fra-
tre

Digitized by Google

tre acceſſerant impoſitioni dicti Cenſus; & exinde
Cenſus vna cum omnibus iuribus ceſſus fuit per
eundem Darium Ferranti nunc Agenti vſque de
anno 161.. menſe Iulij. Vnde cum creditum fru-
ctuum ſit certum, & obligatio de renouandis fide-
iuſſoribus in obligatione ſit expreſſa proculdubio
1 primum mandatum liberè † eſt exequendum pro-
pter vim obligationis Cameralis, & ſecundum ad
effectum deponendi ſortem cenſus ſcutorum ſci-
2 licet quingentorum † donec fideiuſſores noui fue-
rint præſtiti in locum dictorum fratrum, & ſeu R.
P. Stellæ iam demortui, *Gabr. conſ. 67. nu. 8. lib. 1.*
Rot. deciſ. 741. nu. 1. par. 1. diuerſ. & 686. num. 1.
par. 2. recent.

Nec ad impediendam ſupradictam executionē,
poſſunt allegari iura dotalia Comitiſſæ Iſabellæ v-
3 xoris Com. Iulij Cæſaris dum creditum † illius po-
ſterius eſt in tempore nec habet priuilegium præ-
lationis ſuper bonis viri aduerſus creditores habē-
tes expreſſam ſecundum veriorem de qua per *gloſ.*
& Bart. in l. aſſiduis nu. 6. C. qui pot. in pign. habe.
Alex. conſ. 59. n. 8. lib. 2. Mantic. de contract. lib. 11.
tit. 22. nu. 30. Fontan. de pact. nuptial. tom. 2. glo. 2.
par. 3. num. 2.

Et eo minus obſtare videtur, quòd eadem Co-
4 mitiſſa ſit tertia poſſidens † contra quam mandata
exequutiua dirigi non poſſunt *Alex. in l. a Diuo Pio*
§. ſi ſuper rebus. n. 28. ff. de re iud. Galleſ. ad form.
Camer. 1. par. 2. queſt. 2. nu. 3. Rot. dec. 22. nu. 1.
coram Papa Greg. XV.

Quia de poſſeſſione eſt quæſtio, quæ adhuc ex
actis non probatur, nam ſi illa deſumitur, ex præ-
ſumptione ſuperueniente titulo repetitionis do-
5 tis ſtatim mortuo viro, † vt cenſeatur mutata
abſque alia declaratione de iure familiaritatis in
cauſam poſſeſſionis ratione dotis ſecundum verio-
rem quam Rota ſeruat *Achil. dec. 4. de cauſ. poſſ. &*
propr. Put. deciſ. 441. lib. 1. Creſc. deciſ. 5. de reſtit.
ſpoliat. Mantic. dec. 7. nu. 1. & pro indubitata il-
lam firmauit *Rota dec. 97. nu. 1. par. 3. diuerſ.* hu-
iuſmodi præſumpta mutatio contigit in tempore
6 quo poſſeſſio iam erat † tranſlata in filios Com. Iu-
lij Cæſaris vigore Statuti. Vrbis de continuanda
poſſeſſione non admittentis concurſum, quia ope-
ratur in inſtanti tranſlationem poſſeſſionis in hære-
des, nec datur conſiderabile tempus intermedium
nec momento quidem vt dixit *Rota dec. 36. num. 8.*
coram bon. mem. Andr. & quamuis *in Romana de*
7 *Fuſcbis 28. Iunij 1619. coram me*, articulus † re-
manſerit indeciſus, an ſcilicet præualet et poſſeſſio
medio tempore apprehenſa, attamen exinde tenuit
Statutum in inſtanti operari fauore hæredis, vt in
Romana relocationis 21. Iunij 1622. coram bo. me.
Franciſco Vbaldo, & articulo diſcuſſo *in Romana*
ſpolij 31. Ianuarij 1629. coram D. meo Decano.

Si vero prætēditur probari poſſeſſionem ex clau-
ſula conſtituti Inſtrumenti dotalis præſuppoſito
quòd etiam de eo conſtaret, quod firmari non po-
teſt dum non informat Comitiſſa; Nihilominus cū
8 concurrat † cum anteriori conſtituto Inſtrumenti
cenſus ex eo iuuari non poteſt, quia tempore con-
ſtituti dotalis poſſeſſio bonorum conſtituentis iam
erat tranſlata fauore cēſuarij pro illius ſecuritate,
& hipoteca, *Cuma. conſ. 173. num. 3. Bero. conſ. 60.*
nu. 26. vol. 1. Rota dec. 380. nu. 3. & 562. num. 1.
par. 4. diuerſ.

Quæ poſſeſſionis mutatio, & conſtitutum ſi ad-
huc poſſent ſuffragari D. Comitiſſæ pro retentione
9 iurium dotalium, attamen cum ſuſceperit † ſuorum
filiorum tutelam, hæreditatemq. adierit, & bona
hæreditaria poſſederit, nec declarauerit verbo, aut
facto eius animum eamdem apprehenſionem face-
re ſine præiudicio inſiſtentiæ bonorum viri vel cu-
rauerit actualiter ſtatim poſſeſſionem ingredi cen-
ſetur renunciaſſe, poſſeſſioni quam prius animo, &
corpore conſtituentis cōſeruabat per *l. ſi de eo. §. 1.*
ff. de aeq. poſſ. & gloſſ. in cap. cum veniſſet de reſtit.
ſpol. Tiraq. de iur. conſtit. par. 3. limit. 21. num. 9.
10 *Rot. dec. 694. nu. 8. par. 1. recent.* nam tunc † perdit
ciuilem quam animo retinebat, & alio iure illi non
ſuccurritur, quam actione de dote per *l. dotis cauſa*
ff. ſol. matr. Socc. ſen. conſ. 131. num. 6. lib. 1. Dec.
conſ. 232. nu. 2. Rol. conſ. 77. nu. 35. vol. 1.

Et ita &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis de Capizucchis.

Die Lunæ 16. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſarius, ſi petat immiſſionē in bonis fideicommiſſo ſubiectis, ei denegatur remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. ſi alius incontinenti doceat de antiquiori fideicommiſſo. Euictio, quando dicatur canonizata, & immineat.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario quibus concurrentibus non poteſt denegari immiſſio.*

2 *Exceptio alterius fideicommiſſi incontinenti probata ſolet impedire immiſſionē ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

3 *Fideicommiſſum dicitur indubitatum, & clarū, ſi de illo conſtet ex pluribus deciſionibus Rotalib.*

4 *Euictio, quando immineat in limine.*

5 *Euictio dicitur ineuitabilis, ſtantibus ſuper hoc pluribus deciſionibus Rotæ.*

6 *de Euincentis iure conſtare per rem iudicatam, vel per acta, aut per publicum inſtrumentum paria ſunt, ad effectum, vt quis non teneatur expectare euentum realis euictionis. amplia num. 7.*

8 *Tutor agnoſcere poteſt bonam fidem erga creditorem pupilli, aliquid iuſtè euincere volentis.*

9 *Vxoris acquiſitiones factæ ex proprijs pecunijs ad eius fauorem cedere debent.*

10 *Clauſula appellatione remota appoſita in reſcripta commiſſionis operatur, vt ſententia celeri exequutioni demandetur.*

11 *in Bonis, & iuribus ceſſis, nullum ius cedenti competit.*

12 *Euincentis fidem bonam agnoſcendo quis poteſt ei dimittere bona, ne videretur in præiudicium ſuæ exiſtimationis calumniari, vel ſuperuacaneam litem ſubſtinere.*

13 *ſine*

13 *ſine Damno alterius poteſt quis rem ſibi proficuã facere, & ſibi mutare cauſam poſſeſſionis.*

DECISIO CLI.

HÆREDES fideicommiſſarij q. Iuliæ Cæſarinæ non acquieſcebant deciſioni coram me emanatæ ſub die 20. Apr. 1635.* in qua dictum fuit non eſſe ipſis concedendam immiſſionem in poſſeſſionem bonorum q. Liuiæ Capranicæ dictæ Iuliæ hæredis ratione Caſtri Fabri, & partis Tenutæ Salicis, quæ olim fideicommiſſo q. Petri de Corbaria fuerunt ſubiecta, & deinde ſibi non vti hæredi dictæ Iuliæ, ſed titulo emptionis proprio nomine acquiſita; Ideo cauſam propoſui ſuper eiſdem, ſed Domini in deciſis perſiſtendum eſſe cenſuerunt.

Nam licèt de exiſtentia fideicommiſſi dictæ Iuliæ vocatione ipſorum fideicommiſſariorum, eorũque deſcendentia, & eiuſdem Iuliæ, quo tempore obijt, poſſeſſione; ac demum de bonorum fideicõ-
1 miſſo ſubiectorum identitate minimè † dubitetur,
quibus concurrentibus ſine difficultate fideicommiſſarijs debetur immiſſio ex remedio *l. final. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* Nihilominus in præſenti caſu intentioni ipſorum obſtat exceptio D. Franciſci de Capizucchis Liuiæ hæredis, ac poſſeſſoris docentis de ſupradicto antiquiori fideicommiſſo Dominorum de Corbaria excluſiuo fideicommiſſi dictæ Iuliæ, quod eſt recentius. Ille enim dum ex ceſſione illorũ de Corbaria præuio beneplacito Apoſtolico ad fauorem Liuiæ reportata, eoſdem de Corbaria repræſentat, & incontinenti docet de dicto eorum antiquiori fideicommiſſo proculdubio obtinet partes legitimi contradictoris ad impediẽdam immiſſionem fideicommiſſariorum dictæ Iuliæ in poſſeſſionem ſupradictorum Caſtri, & partis Te-
2 nutæ, & exceptio † alterius fideicommiſſi inconti-
nenti probata paſſim impedire ſolet immiſſionem ex dicto remedio *l. fin.* vt inquiunt, ibi, *Cyn. n. 21. Bart.* etiam *nu. 21. verſ. ſi vero*, allegat *Bald. n. 24. Dec. nu. 43. C. de edict. Diu. Adr. toll. Menoch. de adipiſcend. remed. 4. nu. 751. Put. deciſ. 308. nu. 1. lib. 1. & fuit dictum in Bononien. bonorum emphyteuticorum 29. Maij 1581. coram Robuſterio.*

Dictum autem fideicommiſſum Dominorum
3 de † Corbaria etiam hodie viſum fuit omnino cla-
rum, & indubitatum, cum de illo ſatis ſuperq. cõſtet ex pluribus Rotæ deciſionibus emanatis corã Reuerendiſſ. D. meo Decano, quibus attẽtis vti ſuper articulo ad ſaturitatem diſcuſſo, & ſuper quo nulla amplius cadebat dubitatio Rota mandauerat expediri cauſam, & inſuper ex eadem ratione, quòd huiuſmodi fideicommiſſum eſſet in ſtatu canoniza-
4 bili, & euictio † immineret in limine nuper coram
R. P. D. meo Veroſpio, & deinde in gradu appellationis coram R. P. D. meo Panzirolo fuit firmatũ, quòd Marchio Caſſani emptor vnius partis bonorum dicti fideicommiſſi de Corbaria, & Liuia quæ ſimiliter ad euitandam euictionem eorumdem bonorum alteram emit partem, vt ſupra potuerint agnoſcere bonam fidem erga eoſdem de Corbaria
5 non expectata reali euictione, † quæ ſtantibus tot
Rotæ deciſionibus erat ineuitabilis, paria enim
6 ſunt conſtare de iure euincentis per rem † iudicatã;
vel per acta, aut publicum Inſtrumentum ad effectum, vt quis non teneatur expectare euentum realis euictionis, *l. exempto, in princ. ff. de act. empt. l. ſi domus, §. de euictione, vbi Iaſ. nu. 14. ff. de legat. 1.* cum alijs in cauſa *Romana ſcutorum 24. mill.* inter eaſdemmet partes *coram d. R. P. D. meo*
7 *Veroſpio*, pleniùs allegata attẽto præſertim, † quòd
nihil hactenus fuit deductum, vnde prædicti emptores potuiſſent docere quo pacto à tot *Reuerendiſſimi D. mei Decani deciſionibus* ſub titulo *Vrbeuetana fideicommiſſi*, obtinerent recedi, vt ad cõcomprobationem agnitionis boni iuris euincentis conſiderat *Abb. conſ. 325. nu. 6.* & idem in termi-
8 nis † tutoris agnoſcentis bonam fidem erga credi-
torem pupilli dixit *Rota in Romana de Ropolis 5. Iul. 1599. coram bo. me. Litta.*

Neque viſum fuit iura Dominorum de Corbaria ex eo reddi obſcura, quòd identitas Tenutæ Salicis non fuerit firmata *coram Reuerẽdiſſ. D. meo Decano*, ſed ſolummodo dictum, quòd ex eadem Tenuta eſſent adimendæ acquiſitiones, quia de contrario apparet ex alia deciſione eiuſdem *Reuerendiſſ. D. mei Decani emanata ſub die 27. Nouemb. 1620.* in qua fuit firmatũ plenè conſtare de idẽtitate. Præterea placuit reſponſio, quòd acquiſitiones reſpiciebant fauorem Liuiæ cum eſſent factæ de ſuis,
9 † ſeu eius viri prædefuncti pecunijs in ſumma valdè
notabili, & ſi ſecus quam à dicta Liuia factæ probarentur illis ſatisfactum fuiſſe apparet ex ſolutione debitorum dictæ q. Iuliæ, ac ex venditione facta bo. me. Card. Alexandrino de maiori parte prædictæ Tenutæ in totum ſubiectæ fideicommiſſo illorum de Corbaria.

Cum itaque iura ſupradictorum de Corbaria eſſent adeò clara, vt nulla tergiuerſatione emptoris poſſent euitare imminentem euictionem, non ea ratione inter ipſos, & Liuiam deuentum fuit ad tranſactionem, quòd aliquid ſupereſſet non diſcuſſum, ſed quia ipſis de Corbaria magis placuit litem diuturnam, & diſpendioſam terminare per tranſactionem, quàm per ſententiam omnino ferendam,
10 & propter clauſulam † appellatione remota in
reſcripto commiſſionis appoſitam celeri exequutioni demandandam, in quo ideo omnem rigorem adhibere voluerunt, quia ſibi magis vtile fore exiſtimarunt pecuniam à Liuia oblatam recipere.

Nec Liuia ipſa tranſigendo, ac reportando à dictis de Corbaria ceſſionem ad ſui fauorem vllum dictis fideicommiſſarijs Iuliæ, vel fideicommiſſo ab eadem cum prohibitione alienationis relicto attu-
11 lit præiudicium, cum in bonis, & † iuribus ita ceſ-
ſis nullum ius illis competeret, ſed quemadmodũ agnoſcendo bonam fidem potuiſſet bona dimittere eiſdem de Corbaria, ſic videretur in præiudicium ſuæ exiſtimationis calumniari, *l. quintus. ff. man-*
12 *dat.* vel ſuper † vacaneam litem ſuſtinere, *l. quo-*
ties. §. denique. ff. de adminiſtr. & priuil. tut. ita ſine alterius damno licitè potuit rẽ facere ſibi pro-
13 ficuam, *l. 2. §. item varus. ff. de aq. plu. arc.* & † ſibi
mutare cauſam poſſeſſionis, *l. non ſolùm, §. 1. ff. de vſucap. l. qui bona. §. 1. ff. de acquir. poſſ. Bart. Socc. in l. 3. §. ex pluribus. n. 10. ff. eod. tit. Achil. dec. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Put. dec. 44. lib. 1.*

Et ita vtraque &c.

* *Eſt deciſio 34. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D.

Digitized by Google

R. P. D. VEROSPIO.

Gerunden Canonicatus, & Sacriſtiæ.

Die Lunæ 16. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus, cum ſemper cenſeatur prouidere Motu proprio, ideo eius gratia non eget iuſtificatione. Epiſcopus non tantummodo cenſetur informatus de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis, ſed etiam perſonarum.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas probatur ex actis.*
2 *Ordinarij gratia non eget aliqua iuſtificatione, cum ſemper cenſeatur prouidere Motu proprio.*
3 *Poſſeſſio inſtrumentalis, aliquo non exiſtente in poſſeſſione probat quoad omnes iuris effectus.*
4 *Poſſeſſio ſemel probata præſumitur continuata dum contrarium non probetur.*
5 *Epiſcopus præſumitur informatus de qualitate Beneficiorum ſuæ Diœceſis.*
6 *Atteſtationi Epiſcopi in ſui præiudicium creditur.*
7 *Liber, ſi ſit antiquus, & quod in eo eſt notatum, ſi non contineat præiudicium tertij ei creditur.*
8 *Liber Eccleſiæ, quando ſoleat plenam probationem facere.*
9 *Libris Viſitationum eſt fides adhibenda ſi contineat ea, quæ ad officium viſitantis ſpectant. &* num. 10.
11 *Prouiſi ad aliquod beneficium habilitas ex quo probetur.*
12 *Epiſcopus cenſetur habere notitiam non ſolum beneficiorum, ſed etiam perſonarum ſuæ Diœceſis.*

DECISIO CLII.

RESPONDERVNT DD. in dubio, quod hodie propoſui pro confirmatione ſententię Rotalis in qua declarabatur valida collatio ſecundæ, ſeu mediæ Sacriſtiæ, ac præbendæ illi annexæ quæ fuerat facta ab Andrea tanquam Sacriſtæ maiori ad fauorem Ioſephi: Etenim validitas eius ſententiæ probabatur ex actis in quibus apparebant ſeruata
1 fuiſſe omnia quæ erant neceſſaria, † vt eadem ſententia diceretur ritè lata. Iuſtitia verò viſa fuit probari ex deciſione facta *coram R.P.D. Ghiſilerio ſub die* 15. *Decembris anni* 1634. in qua latę firmata fuerunt tàm ea quæ reſpiciebant pertinentiam collationis, quàm habilitatem prouiſi, quæ duo ſolum tenebatur Ioſeph probare pro validitate ſuæ collationis, dum illa facta erat authoritate Ordinarij cuius gratia non indiget illa iuſtificatione
2 cum † ſemper cenſeatur prouidere Motu proprio, vt nouiſſimè reſolutum fuit in *Hiſpalen. dimidiæ portionis* 14. *Ianuarij proximè præteriti coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, & fuit antea reſolutum *coram Put. dec.* 395. *lib.* 3. *& coram Verall. deciſ.*206. *par.*2. & notant DD, in *Clement.*2. *de offic. Ordin.* & ibi, *Card. num.* 13. *Abbas num.* 5. *Ioann. de Selu. in tractat. de benefic. par.* 3. *q.*12. *num.*58. *&* 59

Et viſa fuerunt probari etiam in hoc dubio ea quæ pertinebant ad poteſtatem conferentis, quia ſiue quæratur de poſſeſſione primæ, ſeu maioris Sacriſtiæ cuius cauſa dicebatur ad Andream ſpectaſſe ius conferendi ſecundam, de ea apparebat ex Inſtrumento poſſeſſionis quam ille cepit Sacriſtiæ maioris longè ante dictam collationem: Nam cum eadem poſſeſſio non eſſet ab aliquo occupata
3 ſatis erat probatio † quæ, ſequebatur ex eodem Inſtrumento ad omnes iuris effectus, iuxta notata in *l. prædia, ff. de acquir. poſſ.* & *in l. non ideireò, C. de fid. Inſtrum, & per Menoch. de retin. poſſeſſ. remed* 3 *num.*575. & præſumi debeat eadem poſſeſſio continuata vſque ad tempus factæ collatio-
4 nis † dum non probabatur, quòd medio tempore fuiſſet interrupta ex præſumptione, *Gloſ in l. ſiue poſſidetis, C. de probat. de qua idem Menoch. lib.*6. *præſumpt.*64 *Alciat, regul.*2 *præſumpt.* 21. *Couaruu. in regul. Iur, lib.* 6. *par.*2. *§.* 1. *in princ.* Si verò quæratur de iure, quod idem vti Sacriſtæ maiori competebat ſuper collatione huius ſecundæ Sacriſtiæ viſum fuit de eo conſtare ex pluribus, quia data fuit primò atteſtatio Epiſcopi; in qua ille recenſendo ſtatum beneficiorum ſuæ Eccleſiæ inter cætera Iura quæ competebant poſſeſſoribus dictorum beneficiorum numerauit etiam hanc prærogatiuam qua Sacriſta maior vtebatur in collatione dictæ Sacriſtiæ cui quidem atteſtationi non ſolum plurimum tribuẽdum erat ratione præſum-
5 ptionis, quæ aderat pro Epiſcopo, † vt eſſet informatus de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis, vt notant DD. in *Clem.* 2. *de offic. Iud. ordin. Felin. in cap. aduerſus, num.* 15. *de reſcript.* Sed etiam
6 propter præiudicium, quod illi videbatur † ſequi ex ſua confeſſione, vt conſiderauit *Rot. coram Put. deciſ.*237. *lib* 2. *& in deciſ.*11. *de iur. patron. in nou.* Secundò probabatur hoc Ius Sacriſtæ maioris ex antiquo libro Eccleſiæ, in quo id expreſsè continebatur, vt ad illum pertineret collatio tàm ſecundæ Sacriſtiæ, quàm locorum illi annexorum, qui liber viſus fuit poſſe hanc probationem face-
7 re, † tum propter illius antiquitatem, vt voluit *gloſ. in cap. cum cauſam de probat.* & notant poſt eam DD. *Hoſtienſ. num.*3. *Butr, num.* 2. *Dec. nu.*18. *Specul. in tit. de probat. §. nunc videndum, n.* 12. *Aym. de antiq. tempor. lib.* 1. *§.* 8. *num.* 8. Tum quia id, quod in eodem libro notatum erat, vt collatio huius Sacriſtiæ pertineret ad Sacriſtam maiorem non poterat dici, quòd contineret præiudi-
8 cium alterius quo caſu liber † Eccleſiæ ſolet per ſe plenam probationem facere, vt etiam tradũt DD. *in d. c. cum cauſam, & in c. ad audientiam, de præſcript*, & voluerunt *Anchar. conſ.* 44. *num.* 3. *Abb conſ.*67. *num.*2. *lib.* 2. & alij relati per *Aym. d. tract. de antiq. tempor. eadem par.*1. *& §.*8. *n.*6. Et demùm hoc idem probari viſi ſunt libri viſitationum in quibus apparebat id Ius Sacriſtæ maioris ſæpiùs declaratum fuiſſe ab alijs Epiſcopis anteceſſoribus cum, & hi libri poſſent hanc probationem facere tàm ex conſuetudine, quàm ex diſpoſitione iuris, dum ad officium viſitantis ſpecta-
9 bat † id quod in illis continebatur ſuper pertinentia dictæ collationis, vt reſolutum fuit *coram Verall. deciſ.*229. *par.*1. *& deciſ.*158. *lib.* 2. *& coram Seraph. deciſ.* 780. *num.* 2. *& in Mediolanen. De-*

cima-

Digitized by Google

eimarum Sancti Donati 9. *Martij* 1612. *coram R.P.D. meo Pirouano*. Et horum omnium librorum, & monumentorum fidem apparebat ſequutum fuiſſe Epiſcopum in ſua relatione, ita vt ex hoc
10 etiam poſſet illi conciliari authoritas propter † declarationem quam recipiebat ab eiſdem libris ad quos habebatur relatio, iuxta terminos *l. ante toto, ff. de hered. inſtit.* cum notatis ibi per DD. *& in l. ſi ita ſcripſero, ff. de condit. & demonſtr.*

Et hæc DD. conſiderarunt pro confirmatione ſententiæ, & poteſtate conferentis, quo verò ad ha-
11 bilitatem † Ioſephi prouiſi, viſum fuit illam etiam probari tàm ex litteris patentibus eiuſdem Epiſcopi Gerunden̄ in quibus apparebat de clericatu collato Ioſepho de licentia ſui Ordinarij, quàm ex litteris eiuſdem Ordinarij in quibus ille declarabatur habilis, & idoneus ad quaſcumque dignitates, quæ litteræ potuerunt etiam admitti in fauorē Ioſephi propter eamdem rationem præſumptionis
12 notitiæ, quam cenſetur † habere Epiſcopus non ſolùm beneficiorum, ſed etiam perſonarum ſuæ Diœceſis, vt tradit *Card. in d. Clem. 2. de offic. ordin. nu.* 13. & notant DD. communiter *in cap. poſt ceſſionem, de probat. et ibi Ioan. Andr. n.* 11. *vol.* 2. *in fin. Butr. num.* 6. *circa med. Calderin. nu.* 32. ſequuti doctrinam *Innoc. in cap.* 1. *de fid. inſtrum. num.* 10. Et ita, &c.

R.P.D. BVCCABELLA.

Anconitana Prædij.

Die Lunæ 16. *Iunij* 1636.

ARGVMENTVM.

In ſubhaſtatione, quando quis dicatur obtuliſſe pro alio, & non pro ſe, licèt ipſe proprio nomine obtulerit, & ſibi fecerit deliberare rem, itaut ipſe tantùm habeat nudum nomen, & non aliud.

SVMMARIVM.

1 *Tertius poteſt pro alio rem aliquam emere, & ei acquirit, & non ſibi, licèt nomine ſuo obtulerit, & inſtrumentum in propria perſona confecerit.*
2 *in Subhaſtatione, quando quis probetur, quod offerat pro alio.*
3 *Emiſſe aliquid pro alio, & ſuis ſucceſſoribus, & ſimulatè pro ſe, quando quis doceat.*
4 *Confeſſio contra confitentem ſine dubio probat, & maximè quando eſt geminata. & num.* 5.
6 *Veriſimilitudo facit, vt multo magis credatur teſtibus.*
7 *Veritas poteſt colligi ex multis rebus ſimul iūctis.*
8 *Teſtes ſunt conteſtes, ſi vnus de alio mentionem faciat.*
9 *Teſtes de iure præſumuntur conteſtes niſi contrarium doceatur.*
10 *Teſtes ſingulares etiam admittuntur, quando cū illis præſumptiones, & adminicula concurrunt.*
11 *in Teſtibus, vt excludatur contrarietas facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio.*
12 *Præiudicare, quis nō poteſt alicui ſine eius ſciētia.*
13 *Conſequutiua debent regulari ſecundum præcedentia.*
14 *Debitum eſt ſoluendum in pecunia, & non in fructibus.*

DECISIO CLIII.

SEQVVTA ſubhaſtatione, ac deliberatione Prædij Marianæ de quo agitur pro ſcutis 600. per Ianuarium oblatis; Gaſpar vti donatarius Petri fratris, & hæredis Franciſci cœpit prætendere Ianuarium pro ipſo Franciſco obtuliſſe, proindeque eidem Franciſco prædium fuiſſe acquiſitum; Vnde dato ſuper hoc dubio, eoq. propter varias difficultates hinc inde excitatas aliàs bis propoſito, & nō reſoluto, Domini in hac tertia poſitione reſponderunt, Prædium fuiſſe pro d. Franciſco emptum; Quamuis enim Ianuarius proprio nomine obtulerit, ſibiq. illud deliberari fecerit, & inſtrumentum
1 in perſona † ſua conceperit, nihilominus pro dicto Franciſco, & ad illius commodum in rei veritate offerre, & emere potuit, *iuxta text. in l.* 4. *C. ſi quis alteri vel ſib. & in c. fin. cum ibi not. de ſucceſſ. ab inteſt. vt in punct. dicit Gabr. conſ.* 51. *nu.* 6. *&* 10. *lib.* 2.

Quòd autem ita ſe rei veritas habuerit viſum fuit probari ex Teſtibus pro Gaſpare examinatis,
2 quorum ſecundus, & quintus ſuper tertio † deponunt ipſis præſentibus eodem tempore, quo Prædiū ſubhaſtabatur Franciſcum requiſiuiſſe Ianuarium, vt pro eo ſe conferret ad offerendum in d. Prædij ſubhaſtatione ipſumq. Ianuarium annuiſſe, & ſtatim ad hunc effectum diſceſſiſſe, quartus vero teſtis ſuper quinto deponit ex certa ſcientia, Franciſcum Ianuario conſignaſſe crumenam, ſeu ſacculum pecuniarum, ipſiq. teſti dixiſſe, quòd Ianuarius pro eo emebat d. Prædium, & de eadem conſignatione deponit etiam ſecundus ſuper tertio articulo, & demum plures alij teſtes affirmant poſt ſubhaſtationem, ac deliberationem d. Petrum vti hæredem dicti Franciſci fratris, qui poſt paucos dies ſequuta deliberatione deceſſerat, Prædium prædictum per plures annos poſſediſſe, ex eoq. fructus percepiſſe.

Stante autem d. tractatu præcedenti, & effectu
3 † poſtea ſubſecuto manifeſtè deprehēditur Ianuarij nomen fuiſſe ſimulatè adiectum, ipſumq. pro d. Franciſco, ac illius hæredibus, & ſucceſſoribus in rei veritate emiſſe iuxta tradita per *Bald. in l. multum intereſt. nu.* 3. *Caſtr. num.* 3. *in fin. C. ſi quis alter. vel ſib. Dec. conſ.* 143. *nu.* 18. *Soccin. ſen. cōſ.* 129. *nu.* 12. *lib.* 4. *Rot. deciſ.* 806. *nu.* 3. *&* 5. *par.* 1. *diuerſ. & in Rom. domus* 9. *Iunij* 1617. *coram Card. Sacrato.*

Præterea d. ſecundus teſtis ex certa ſciētia quartus vèro, & quintus de auditu affirmat dictum Ianuarium poſt factam oblationem, ac deliberationē ſtatim ad dictum Franciſcum fuiſſe reuerſum aſſerendo ſe pro eo, vt promiſerat obtuliſſe, dictumq. Prædium eidem Franciſco fuiſſe deliberatum, & vlterius etiam adſunt plures teſtes deponentes de ſimili eiuſdem Ianuarij confeſſione, quòd ſcilicet
4 ipſe emerat pro dicto Franciſco, † quam dubium non eſt concludentem ad effectum de quo agitur probationem facere vt in ſpecie per *Soccin. ſen. d. conſ.*

conſ.129. num.13. lib.4. & conſ.264. nu.2. verſ.6.
arguitur lib.2. Decian.conſ.68. nu.10. lib.2. Rot.d.
dec.806. nu.4. par.1. diuerſ. & dec.164.nu.3.poſt
Cenc.de cenſ. & coram Gard. Caual.dec 221. nu.4.
5 Maximè † cum fuerit geminata, *Gabr. d. conſ.51.*
nu.7. verſ.ſecundo quia, & nu. 9. verſ. tertio quia
lib.2. Soccin. ſen. d.conſ.264. num.2. Caual. decıſ.
105. num.2.

Et demum adſunt plures teſtes affirmantes Ianuarii pluries dixiſſe velle ſede dicta emptione pro Franciſco facta declarationem, ſeu recognitionem bonæ fidei facere per publicum Inſtrumentum, & inſuper concurrit etiam veriſimilitudo ex eo deducta, quòd Franciſcus alia prædia contigua habebat,
6 † quæ efficit vt tanto magis teſtibus prædictis ſit adhibenda fides, *l. ob carmen. §. 51. teſtes. ff. de teſtibus gloſ. & DD. in cap. in noſtra. tit. eod. Alex. conſ.27. nu.4. lib.2. Aym.conſ.6. nu. 65. Farinac. de teſtib. quæſt.65. nu.128. Greg. dec.239. num.2.* ex quibus omnibus maximè ſimul iunctis ſatis cõ-
7 ſtare Domini cenſuerunt † ita ſe habuiſſe rei veritatem, vt per *Gabr. d. conſ.51. nu. 18. lib.2. Rot. coram Card. Caual. d. dec.221. num. 5. verſ. ex quibus omnibus.*

Nec viſum fuit ſubſiſtere, quòd prædicti teſtes ſint ſingulares, & inter ſe contrarij; Quoniam ali-
8 qui ex illis ſunt † omnino conteſtes cum vnus de alio mentionem faciat, alij vero tales de iure præ-
9 ſumuntur, cum † de contrario non conſtet, *Innoc. in c. qualiter, & quando vol.2. de excuſat. Iaſ. poſt Bald. in l.2. num.4. C. de bon: poſſeſſ. ſecund. tabul. Aret. conſ.35. ſub nu.4. Barbat. conſ.25. nu.6. lib.2. Ruin. conſ.105. nu.5. lib.4. Aym. conſ.78. nu.9. in fin. cum alijs per Greg. dec.390. nu.9.* Vltra quòd in hac materia teſtes etiam ſingulares admittuntur,
10 † quando cum illis præſumptiones, & adminicula concurrunt, *Decian. conſ.62. nu. 92. & ſeqq. lib.3. Aym. de antiq. temp. par.4. §. ſed enim. n.26. Gabr. de teſtib. concl.2. in fin. Farin. in prax. quæſt.162. nu. 125. Seraph. dec.1029. nu.12. Rot. dec.113. n.2. in fin. par.3. & dec.403. nu.5. par. 4. recent.*

Contrarietas verò aliqua non adeſt, quamuis enim dictus ſecundus teſtis dicat tractatum de emendo fuiſſe de mane, quartus verò poſt prandiũ, nihilominus ſtante modico temporis interuallo fieri poteſt, quòd reſpectu vnius fuerit ante prandium, & ſic de manè; reſpectu verò alterius poſt
11 prandium, præſertim † quia ad contrarietatem excludendam omnis poſſibilis interpretatio eſt facienda, *Cap. cum tu vbi gloſ. & DD. de teſt. Ceſar de Graſſ. dec.4. nu.5. de teſt. & dec. 9. nu. 23. de ſponſ. Caputaq. dec.270. nu.7 par. 3. Greg. dec.309. nu.2. & dec.558. nu.7. & dec.578. nu.7*

Neque obſtat quòd Ianuarius poſt Inſtrumentum deliberationis mercedem rogitus Not. ſoluerit, ac poſſeſſionem Prædij ceperit, illudq. in Cataſtro Ciuitatis proprio ipſius nomine deſcribi fecerit. Quoniam omiſſo, quòd non conſtat mercedem ſoluiſſe de proprijs pecunijs, & fieri poteſt, quòd ſoluerit de exiſtentibus in ſacculo per dictum Franciſcum, vt ſupradicti teſtes affirmant conſignatis, & poſſeſſionis adeptio, ac deſcriptio in Cataſtro non probatur facta ſciente, & conſentiente
12 Franciſco; proindeq. † illi eiuſq. hæredibus, & ſucceſſoribus nocere non potuit, *Alex. conſ.147. n.6. verſ. licet inter lib.5. Pariſ. cõſ.104. n.161. circ. fin. verſ. & etiam quia lib.1. Rot. dec. 16. num. 5. poſt Cenc. de cenſ.* fuit reſponſum probationes de quibus ſuper præponderare, & illis ſtantibus dictam poſſeſſionis adeptionem, & in Cataſtro deſcriptio-
13 nem fuiſſe factas conſequutiuè, & coherenter † ad præcedentem emptionem, & ex eadem cauſa ob quam ab initio dictum Ianuarij nomen fuit ſimulatè adiectum, & animo poſtea ſuo tempore faciendi ſupradictam declarationem. ac bonæ fidei recognitionem, quam teſtes dicunt Ianuarium pluries ſe facturum obtuliſſe.

Nec etiam viſum fuit obſtare, quòd pro parte Ianuarij dicebatur ipſum vti dicti Prædij Dominũ aſſignaſſe illius fructus dicto Franciſco, ſiue Petro eius fratri, & hæredi in ſatisfactionem ſui crediti: Quia de tali aſſignatione non conſtat, & apoca per dictum Petrum, vt dicitur ſubſcripta vltimo loco Dominis exhibita, quoad corpus viſa eſt recentior ſubſcriptione, & diuerſo calamo, & attramento ſcripta, & teſtes deponũt Petrum conſueuiſſe ſubſcribere folia in albo, illaq. Ianuario tradere, vnde cum id quod in ea cõtinetur potuerit per errorem ab alio ſcribi ipſo Petro inſcio, & abſente fundamẽtum aliquod in ea fieri non poteſt, præſertim quia in contrarium vrgent omnia ſuperius deducta, ex quibus prætenſa aſſignatio viſa fuit Dominis valde
14 inueriſimilis concurrente etiam præſertim, † quòd debitum erat ſoluendum in pecunia non autem in fructibus, *iuxta l.2. §.1. & ibi Iaſ. nu. 8. ff. ſi cert. pet.* & Petrus dicti prædij fructus recollegit in cõfuſo cum fructibus aliorum ſuorum prædiorum, quæ ipſe ibidem contigua habebat, vt clarè deponunt teſtes dati in ipſius ſummario non autem ſeparatim, & diſtinctè prout alias veriſimiliter percepiſſet, & percipere debuiſſet, ſi in creditum veniſſent imputãdi, vt illorũ quãtitas ſciri poſſet, &c.

Et ita vtraque parte informante reſolutum &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Gruppi.

Die Lunæ 16. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Scriptura in corpore ſcripta, non probat de iure communi contra ſcribentem ſi ab alio fuerit ſubſcripta. ſed ſecus eſt de ſtylo Mercatorum. Gruppum aliquod pecuniarum ex quibus doceatur, quod peruenerit ad aliquem capſerium.

SVMMARIVM.

1 *Epiſtola ſubſcripta probat contra ſubſcribentem, perinde ac ſi tota per eum fuiſſet ſcripta.*
2 *Subiectum perſonæ, ſi deficiat, cui obligatio poſſit cohærere, ſequitur contra eam, nullam oriri obligationem.*
3 *Epiſtola ſcripta in corpore ab aliquo contra eum non probat, quando ab altero ſubſcribitur.*
Sed ſecus eſt de conſuetudine, & ſtylo Mercatorum. num.3. & num.6.

4 *Stylo*

4 *Stylo in materia mercantili ſtandum eſt.*
5 *Stylus inter Mercatores, quando eſt præciſè, & induidualiter probatus, tanquam lex, ſeruandus eſt.*
7 *Teſtes probant, ſtylum ita eſſe, ſi deponant ita obſeruaſſe, et ab alys publicè, et palam obſeruari vidiſſe.*
8 *Teſtes qui deponunt de directo contra proprium intereſſe magis probant.*
9 *Stylus reſpiciens deciſoria, non dicitur legitimè probatus, niſi doceatur obtentus in contradictorio iudicio.*
10 *Stylus extraiudicialis per actus extraiudiciales, quando eſt probandus tunc nõ requiritur, quòd ſit obtentus in contradictorio iudicio, ſiue ſimus in ſtylo ordinatorio, ſiue in deciſorio.*
11 *ad Capſerij officium ſolum ſpectat aperire Gruppos, & creditores facere tranſmittentes.*
12 *Scriptura poſterior, priorem abrogare videtur.*
13 *in Mercantili materia, Rota non ſolet recedere à iudicio Mercatorum.*
14 *ad Capſerij officium pertinet recipere pecunias ad Banchum tranſmiſſas.*
15 *Actus præſumitur factus à Miniſtro ad id ſpecialiter deputato.*
16 *Res plures, quando ſub eadem oratione, & ſub vnica ſtructura verborum comprehenduntur, non poſſunt diuerſo iure cenſeri.*
17 *Recepiſſe aliquid quis præſumitur ſi appareat, de eius receputa.*
18 *ad Coniecturas recurri ſolet, quando materia eſt dubia.*

DECISIO CLIIII.

IN alia deciſione emanata in hac cauſa ſub die 19. Ianuarij coram Reuerendiſſ. D. meo Vrgelleñ reſolutum fuit decretum A. C quo D. Capponius Capſerius Banchi D. Flaminij Razzãtis condemnatus fuit ad reddendum rationem eidem D. Razzanti de Gruppo ſcut. 500. per Monaldum ad eumdem Bancham tranſmiſſo, eſſe reuocandum, ea præcipuè ratione, quia nõ probatur Gruppum ad manus Capſerij peruenisse, cum Epiſtola vt dicitur *(d'auuiſo)* directa Monaldo continens receputa d. Gruppi, vigore cuius Razzãtes egit, & ſuper qua antedictum decretum fundatur, quamuis fuerit ſcripta in corpore manu eiuſdem Capſerij, attamẽ ex quo fuit poſtea ſubſcripta ab eodem Razzante, contra eumdem ſubſcribentem, non autem contra Capſerium probat receptionem Gruppi,
1 nedum ex regula, quòd Epiſtola † ſubſcripta probat contra ſubſcribentem, perinde ac ſi tota per eum ſcripta fuiſſet, iuxta text. *in l. ſicut. §. non videtur. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu.* cum alijs cumulatis in dicta deciſione. Verùm etiam ex eo quia Capponius in eo nunquam nominatur, & propterea cum deficiat ſubiectum perſonę Cap-
2 ponij cui † obligatio poſſit cohærere, ſequitur cõtra eum nullam oriri obligationem, vt firmat *Rebuff. de Chirogr. & Cedul. recogn. nu. 84.* cum alijs relatis in dicta deciſione emanata coram Reuerendiſſ. D. Vrgelleñ iuxta quam deciſionem; cauſa fuit poſtea per ſententiam reuocatoriam expedita; A qua cum pro parte D. Razzãtis fuerit appellatum, cauſa mihi in ſecunda inſtantia commiſſa. Propoſui dubium: An ſententia prædicta eſſet confirmanda, vel infirmanda; Et DD. ex nouiter pro parte Razzantis deductis, negotio per binas propoſitiones maturè diſcuſſo, vnanimiter infirmandam eſſe reſponderunt. Quia fundamentum antedictæ de-
3 ciſionis, quòd Epiſtola ſcripta in corpore à † Capſerio contra eum nõ probet, quando ab altero ſubſcribitur, in eaq; Capſerius nullo modo nominatur, licèt verum ſit ſecundùm iuris diſpoſitionem; Cõtrarium tamen viſum fuit procedere de conſuetudine, & ſtylo Mercatorum in hac ſecunda inſtan-
4 tia legitimè pro parte Razzantis probato, † cui quidem ſtylo in hac materia Mercantili ſtandum eſſe firmant *Socc. iun. conſ. 27. num. 22. Corn. conſ. 319. nu. 13. lib. 3. Rota coram Greg. XV. dec. 126. nu. 2. & 3. & in recent. deciſ. 522. num. 7. par. 1.* Præſertim quando prout hic præciſè, & indiuidua-
5 liter † probatur in contingentia facti, tunc enim pro lege ſeruari debet *Theſaur. deciſ. 1. nu. 9. Rot. deciſ. 376. nu. 1. in fin. par. 2. recent. Dec. conſ. 699. num. 5.* Stylus autem in præſenti caſu viſus fuit ſufficienter probari ex pluribus Teſtibus formiter examinatis deponentibus, quòd Epiſtola vt dicitur *(d'auuiſo)* continens receptionem Gruppi ſcripta in corpore à Capſerio, & ſubſcripta à D. Banchi,
6 vel alio † Complementatio contra eumdem Capſerium plenè probat receptionem Gruppi, reddentibus ſcientiæ cauſam, ex quo ita obſeruarunt, & ab alijs publicè, & palam obſeruari viderunt, addentibus etiam fundamẽtalem rationem eiuſdem ſtyli ex eo quia, ſi Epiſtola contra Capſerium non probaret; eſſet in poteſtate eorum negare receptionẽ pecuniarum de partibus tranſmiſſarum, & ſic fraudare Dominos Banchi, qui eaſdem litteras miſſiuas ſubſcribunt, vt dicitur à chiuſi occhi, & in ſo-
7 la fide Capſerij ſcribentis, in corpore, † qui quidem Teſtes deponentes ita obſeruaſſe, & ab alijs publicè, & palam obſeruari vidiſſe, plenè probant ſtylum, *Bero. conſ. 40. nu. 7. lib. 3. Maſcard. de probat. concluſ. 1344 num. 3. Mareſc. var. reſol. lib. 2. cap. 12. nu. 4. Rot. deciſ. 416. num. 3. par. 3. recent.*
8 eoq. magis quia ſunt Capſerij, † & deponnnt de directo contra eorum proprium intereſſe, *Surd. deciſ. 107. nu. 5. Socc. iun. conſ. 61. nu. 19. & 20. lib. 2. Greg. XV. deciſ. 351. nu. 15.*

Nec viſa fuit releuare reſponſio data pro parte
9 Capſerij, quòd ſtylus reſpiciens deciſoria non † dicatur legitimè probatus, niſi doceatur obtentus in contradictorio iudicio, iuxta *deciſ. Mantic. 357. n. 3. verſ. præterea.* Quia placuit limitatio data per informantes pro Razzante, concluſionem ſcilicet nõ procedere, quando agitur de probando ſtylo extraiudiciali per actus extraiudiciales, tunc enim non
10 requiritur, † quòd ſit obtentus in contradictorio, ſiue agatur de ſtylo ordinatorio, ſiue deciſorio, *Aym conſ. 201. nu. 21. & 22. Menoch. conſ. 163. num. 13. & 14. Gratian. deciſ. March. 237. nu. 18.*

Neç pariter obſtare cenſuerunt, quòd Gruppus peruenerit ad manus D. Curli miniſtri eiuſdem Bãchi, prout ex Epiſtola eius manu ſubſcripta ibi *(ſi è riceuuto il Groppo in apparenza ben conditionato,)* & propterea ipſum teneri reddere rationem. Quia obiectum viſum fuit ceſſare ex antedicta ſecunda

cunda

cunda Epiſtola poſtmodum ſcripta per Capſerium
ibi (*come haverà viſto per altra di Mercordi, ſi ri-
cevette il Groppo. & havendolo incõtrato ſtar giu-
ſto, n'è andato Creditore, ſi come è ſeguito appreſſo
dell'à piè partite fattemi capitar per lei*) ex quibus
verbis manifeſtè deprehenditur Gruppum è mani-
bus Curſi perueniſſe ad manus Capſerij, qui, vt in
Epiſtola aſſeruit, cum aperuit & incontrauit, credi-
tumq. de eo dedit Monaldo, prout omnia prædicta
11 facere tenebatur ratione officij Capſerij, † ad quẽ
ſolũ ſpectabat aperire Gruppos, & Creditores face-
re tranſmittentes, ad tradit per *Bart. in l. cũ ſeruus
104. ſub nu. 4. verſ. tunc & ipſe. ff. de verb. obligat.
Bald. in l. ſi plures num. 20. verſ. ſolue. C. de condit.
inſert.*

Nec conſignatio Gruppi facta per Curſum Cap-
ſerio controuerti poteſt ex eo, quod Curſus non
reportauerit à Capſerio receputam, vel adnotatio-
nem in eius liberculo, prout fieri ſolet, vt depońũt
Teſtes pro parte Capſerij examinati, quia præmiſſo
quòd Teſtes id non concludunt, videntur ſolum
loqui de pecunijs, quæ exiguntur per Iuuenes in
Vrbe, & poſtmodum conſignantur Capſerio, de
quibus Iuuenes reportant adnotationem in eorum
liberculis manu Capſerij, non autem de Gruppis
tranſmiſſis de partibus, in quibus diuerſa ratio con-
currit, quia Iuuenes Gruppos non aperiunt, qua-
propter ab eorum conſignatione facienda Capſerio
remanent liberati, ſtatim atque Capſerius propria
manu in Epiſtola, vt dicitur (d'auuiſo) ſcribit Grup-
pum reincontraſſe, eumq. in integrum reperiſſe,
abſque eo quod egeant alia adnotatione, vel rece-
puta in liberculo, quia Epiſtola prædicta deſeruit
loco adnotationis, vel receputæ, & Iuueni ſuffra-
12 gatur, † eaq. ſola attendi debet tanquam poſterior,
per quam prior abrogata cenſetur ad tex. *in l. pa-
cta noviſſima. C. de pact. Rot. par. 1. recent. deciſ.
593. nu. 2. & coram Greg. XV. deciſ. 267. nu. 9.*

Prædictaq. omnia facilius DD. viſa fuerũt pro-
cedere tum attento Laudo ad fauorem D. Razzã-
tis lato à Mercatoribus primarijs Vrbis in Peritos
ab vtraque parte electos, qui eundem Capponium
debitorem Gruppi declararũt, à quo quidem Mer-
catorum iudicio in materia Mercantili Rota rece-
13 dere † non ſolet, *Rota deciſ. 522. nu. 7. par. 1. re-
cent. Greg. XV. deciſ. 126. n. 1.* Tum etiã ex pluri-
bus coniecturis ſuadentibus Gruppum ad manus
Capſerij perueniſſe, quarum.

Prima oritur ex qualitate officij Capſerij, ad quẽ
14 ſpectat recipere pecunias † ad Banchum tranſmiſ-
ſas tanquam ad id ſpecialiter deputatum, ex qua
quidem præambula deputatione, actus ſubſequu-
15 tus receptionis Gruppi interpretationem † recipe-
re debet, adeout ſemper præſumatur factus à Mini-
ſtro ad id ſpecialiter deputato, iuxta *gloſ. in l. qua-
dam mulier 76. in verſ. ſufficiebat. ff. de rei ven-
dic. Menoch. de præſ. lib. 2. præſ. 74. nu 5. & lib. 3.
præſ. 49. nu. 2. Rot. deciſ. 522. num. 7. in fin. par. 1.
recent.*

Secunda elicitur ex verbis eiuſdem Epiſtolæ, in
qua Capponius Capſerius ſcripſit dediſſe Monal-
do creditum de Gruppo, ſicut de alijs partitis ad
Banchum per eundem Monaldum tranſmiſſis, quę
quidem partitæ quemadmodum ad manus Capſe-
rij peruenerunt, quod non controuertitur, ita præ-
16 ſumi debet perueniſſe Gruppum, † quia omnes ſub
eadem oratione, & ſub vnica ſtructura verborum
comprehenduntur, & ſic non poſſunt diuerſo iure
cenſeri ad *text. in l. cum qui ædes. ff. de vſucap. Rot.
Ianuen. deciſ. 26. num. 10.*

Tertia deſumitur ex eo quod ſi Capſerius Grup-
pum nõ recepiſſet veriſimiliter receputam in cor-
17 pore Epiſtolæ non ſcripſiſſet, vel non dixiſſet † de
eo dediſſe creditum Monaldo, vel ſaltem poſt ſcrip-
tam Epiſtolam Gruppum perquiſiuiſſet, vel aliquo
modo reclamaſſet, *gloſ. in l. ſi litterarum. in verſ.
impedire poterit. C. de ſolut.* & in prædictis termi-
nis firmat *Rot. Ianuen. deciſ. 26. nu. 26. per tot.*

Pro quarta coniectura concurrit incuria Capſe-
rij, qui ſolitus erat ſimiles partitas omittere, vt iu-
ſtificatur in pluribus partitis datis in Summario
Razzantis, iuncta qualitate perſonæ eiuſdem Raz-
zantis optimæ conditionis, & famæ, ex quibus cõ-
iecturis ſimul iunctis dixerunt DD. ſufficienter
probari Gruppum ad manus Capſerij perueniſſe,
18 † cum in materia dubia ad coniecturas recurri ſo-
leat, vt firmat text. *in l. continuus 137. §. cum ita.
ff. de verb. oblig. Menoch. de præſumpt. lib. 1. præ-
ſumpt. 11. num. 8.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana Viginti quattuor millium.

Die Lunæ 16. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

à Priori contractu, quando cenſeatur receſſum. Ceſſionarius in omnibus repræſentat perſonam cedentis. Venditor promittens de euictione, quoad factum, & datum ſuum tantũ, ſecuta euictione ex facto alterius, quando ſit reſtituendum pretium.

SVMMARIVM.

1 *d Contractu priori cenſetur receſſum ſtante incompatibilitate ſecundi.*

2 *Clauſula ſine præiudicio, intelligitur, præterquam in expreſſis.*

3 *Ceſſionarius repræſentat cedentem, & poteſt repellere agentes cum iiſdem iuribus, & actionibus, ſicut poterat cedens.*

4 *Titulo inualido poſſidens, ſi ſuperueniat nouus titulus validus, mutare ſibi poteſt cauſam poſſeſſionis. vide nu. 3.*

5 *Facti nuda detentatio, eſt auocabilis.*

6 *Venditor promittens de euictione, reſtringendo obligationem ad datum, & factum ſuum tãtum, ſi ſequatur euictio ex facto alterius, non dicitur commiſſa ſtipulatio.*

7 *Venditor, licet obligando ſe de euictione, promittat tantum de facto ſuo, & dato tamen; ſi ſequatur euictio ex facto alterius d. venditor tenetur ad pretij reſtitutionem.*

8 *Quæ opinio non procedit, quando emptor ſciuit rẽ eſſe litigioſam, & ſubiacere periculo euictionis.*

9 *Venditor, ſecuta euictione ex facto alterius, tene-*

tur ad pretij reſtitutionem, licèt ſolùm promiſerit eam de facto ſuo tantum, & hoc ſit ne cum aliena iactura locupletur.

10 *Res quãdo adhuc dicitur extare per obligationem de reſtituendo in caſu euictionis ſecuta.*

DECISIO CLV.

RESOLVTVM fuerat coram me ſub die 20. Aprilis anni preteriti,* Dominum Marchionem Bonellum non poſſe agere de euictione contra bona ceſſa Liuiæ Capranicæ à Comitibus de Corbaria, ſed experiri poſſe ſuas actiones contra hæreditaria Iuliæ Cæſarinæ, & propterea in hunc ſenſum ſententiam ad eius fauorem latam à R. P. D. meo Veroſpio eſſe confirmandam.

Cum autem Marchio audiri voluerit ſuper eiſdem, Domini ſteterunt in deciſis, quia pactum in tranſactione appoſitum viſum eſt illi omnino obſtare; nam cum Comites de proximo euincturi eſſent non ſolum partem tenutæ Salicis à Marchione poſſeſſæ, ſed etiam reliquum, quod à Liuia detinebatur; Voluerunt quidem cum vtroque ex his tranſigere, ſed tamen ſub certa, & indubitata ſpe conſequendi integra ſcuta quadraginta millium, quod certè non aliter fieri poterat, quàm ſi bona per Liuiam poſſeſſa à quacumq; Marchionis euictione præſeruarentur; Quia aliàs, dum à Marchione ſoluebantur Comitibus ſcuta viginti quatuor millium, & à Liuia alia ſcuta ſexdecim millium, quæ faciunt integra ſcuta quadraginta millium, ſi Marchio potuiſſet ſe releuare contra bona per Liuiam tranſacta, coacti fuiſſent Comites reſtituere Liuiæ ſcuta ſexdecim millium, & in hac ſumma fuiſſent manifeſtè damnificati; Et Liuia fatua certè fuiſſet, ſi pro conſequenda liberatione ab euictionibus Comitum ſoluiſſet ſcuta ſexdecim millium, dũ eadem bona non minus ſubiecta remanere debebant euictionibus Marchionis, cum non ſua magis intereſſet, ſi bona per ipſum poſſeſſa ab vno potius, quam ab alio iſtorum euinceretur, ſed verius, vt ab vtriuſque moleſtijs omnino illæſa præſeruarentur. Et hinc eſt, quod licet Marchio in prohemio tranſactionis voluerit ſibi reſeruare iura de ſe reualendo contra Liuiam vigore Inſtrumenti emptionis dictæ tenutæ celebrati cum bon. me. Cardinali Alexandrino, nihilominus quia Liuia ſub ea lege cum Comitibus tranſigere recuſabat indiſpoſitiua Inſtrumenti, Marchio manifeſtè cõſenſit pacto limitatiuo de iuribus non vtendis cõtra Comites quoad bona in dicta tenuta Salicis, Caſtro Fabri, ac etiam alia quæcumque per Liuiam poſſeſſa, & eidem fideicommiſſo Comitum ſubiecta, quod non alia ratione factum fuit, niſi vt Comites liberè cum Liuia ſuper dictis bonis trãſigere poſſent. Per quod pactum indubitanter apparet, receſſum fuiſſe
1 ab illa † generali iurium præſeruatiua tum ratione incompatibilitatis, *Gabr. conſ. 170. nu. 5. lib. 2. Surd. conſ. 145. nu. 25. & ſeq. Rot. dec. 262. nu. 5 par. 2.*
2 *diu. & dec. 471. nu 6. par. 1. rec.* Tum etiam † quia clauſula ſine præiudicio intelligitur præterquam in expreſſis *Oldr. conſ. 320. in fine, Creſc. dec. 7. in fin. de iurepatr. Seraph. dec. 1445. nu. 4.* Quo circa ſicut Comites in vim pacti limitatiui poterãt quãdocumque repellere Marchionem agentem contra
3 bona prędicta ita; † & Liuia illum repellere poterit iure à Comitibus ſibi ceſſo, *Bald. in l. emptorem t. notab. C. de hered. & act. vend. Din. in l. ſi ager. ff. de rei vend. idem Bald. in conſ. 63. lib. 2. in princ. Surd. dec. 308. in 1. Rot. dec. 203. num. 7. par. 1. rec.* Propterea, vt in deciſione ponderabatur, iura inter prædictos non fuerunt hinc inde præſeruata vt vnus alterum moleſtaret ſuper bonis tranſactis, ſed verius vt vnuſquiſque illis vti poſſet ad proprium commodum, Marchio ſcilicet pro tuendis emptis, dum pretio ſcutorum viginti quatuor millium cõſecutus fuit plenam liberationem tenutæ à ſe poſſeſſæ, quæ cum fuiſſet empta pro ſcutis quinquaginta ſeptem millium, euitauit damnum manifeſtum in ſcutis triginta tria millium Comites quia tranſigẽdo cum Marchione, & ab eo recipiendo ſcuta viginti quatuor millium, reſeruarunt ſibi facultatem tranſigendi pro reſiduo cum Liuia. Et denique Liuia dum pro ſcutis ſexdecim millium acquiſiuit illud reſiduum liberum à quacumque Marchionis euictione.

Nec prędictis obſtat, quod Liuia ſimul cum executoribus in venditione facta dicto Cardinali Alexandrino aſſeruerint tenutam ſpectare, & pertinere ad hæreditatem Iuliæ Cæſarinæ. Quia cum de eo tempore lis fuiſſet tamen introducta ad inſtantiã Comitum de Corbaria, ſed non adhuc firmatum fideicommiſſum, nec omnino detectum eorum ius, ideo non eſt mirum ſi tenuta tunc fuerit vendita ſub narratiua, quod eſſet Iuliæ Cæſarinæ, ſed non ideo ex hoc inferri licet, quod Liuia poſt detectum ius Comitũ non potuerit acquirere pro ſe ipſa abſq; ruptura fidei datæ fideicommittenti, quia id poſſet procedere, niſi ipſe Marchio magni feciſſet ius Comitum, nedum quoad partem tenutæ à ſe poſſeſſæ, ſed etiam quoad bona, quæ à Liuia detinebantur, dum enim ipſe conſenſit ſuper illis ſe non reualere, clarè agnouit bona non ſpectare ad Iuliam; Et ſic Liuia ea poſſidens titulo inualido, benè potuit ex
4 hoc nouo † titulo valido ſuperuenienti mutare ſibi cauſam poſſidendi per *text. in l. qui bona. §. 1. ff. de acquir. poſſ. Achil. dec. 4. de cauſ. poſſ. & propr. Put. dec. 44. lib. 1. in corr.* Idq. abſque aliqua fidei fractura, dum per hoc nihil ſubtraxit poſterioribus fidei-
5 commiſſarijs præter nudam, † & eam quidem auocabilem facti detentationem, *Bald. in c. ſi vaſſallos num. 2. verſ. quando præcipitur ſi de feud. fuer. cõtrouerſ. inter dom. Ceph. conſ. 275. num. 30. & ſeqq. Mantic. de coniect. lib. 7. tit. 8. nu. 19.*

Nec dicatur, quod Liuia tenetur de euictione, etiam quoad iſta bona ratione promiſſionis factæ in inſtrumento venditionis, quia vel euictio pretẽditur vigore promiſſionis generalis, & cum hæc fuerit reſtricta ad ſola hæreditaria Iuliæ Cæſarinæ, dum bona tranſacta ad ipſius hæreditatem non ſpectant, poterit Marchio contra hæreditaria Iulię experiri, & ſic habebit intentum. Vel prætenditur euictio in proprijs Liuiæ, & cum ipſa obligationẽ
6 † ſuam reſtrinxerit ad datum, & factum ſuum tantum, ſecuta euictione ex facto Comitum, vt ipſe Marchio agnouit, non dicitur commiſſa ſtipulatio per *text. in l. qui libertatis vbi Gloſ. verſ. ſed certè aliud eſt. ff. de euict. Caſtr. in l. emptorem. §. fin. n. 2. ante fi. 1. verſ. 25. caſum. ff. de act. empt. Iaſ. in l. ſti-*

pulatio

pulatio iſta. nu.11. verſ. ſecus ſi eſſet expreſſa. ff. de verb. oblig. Natt.conſ. 181. ſub nu.5. verſ. ſed hic eſt aduertendum cum ſeqq. Gomez. var. tom.2. c.2. de empt. & vendit. ſub num. 39. col.11. verſ. ſecus ſi particulare. Put.dec 250 lib.2. in correct.

Nec obſtat, quod licet venditor promittat de-
7 dato, † & facto ſuo tantum ſecuta tamen euictione
tenetur ad pretij reſtitutionem iuxta *text. in l. fin.*
§. emptor. C.com.d.l. & in l.emptorem. §. fin. ff. de
actio. empt. quia quidquid ſit de veritate huius quę-
ſtionis, dum Cardinalis acquirens ſciuit tenuram
8 † eſſe litigioſam, & ſubiacere periculo euictionis, &
ipſemet ad illam emẽdam derogationem obtinuit
iux. *tex. in l. ſi fundum. C de euict. Tiraq. de re-*
tract. lib.1. §.12. Gloſ 1. num.11. Peregr. de fidei-
com. art.52. nu.58. verſ. 3. quando emptor. Put d.
dec.250. lib.2. Obiectum videtur ex eo penitus tol-
li, quod cum promiſſio euictionis ſub qua principa-
liter cadit huius pretij reſtitutio, fuerit ab initio re-
ſtricta ad ſola hæreditaria Iuliæ Cæſarinæ, & ex-
preſsè limitata ſeu adempta quoad iſta bona quæ
erant de iure Comitum, vtique poterit Marchio
contra hæreditariaria Iuliæ de pretio ſe reualere,
vt ſupradictum eſt, ſtãte enim expreſſo pacto Mar-
chio excluditur etiam à reſtitutione pretij reſpe-
ctu horum bonorum, cum illa cenſeantur omnino
ab hoc onere liberata, & illud reſtrictum ad ſola
hæreditaria Iuliæ Cæſarinæ.

Vltra quod videtur ceſſare omnino difficultas,
quia cum ratio principalis per quam venditor te-
9 neatur † ad pretij reſtitutionem, fundetur in eo, ne
alias locupletetur cum aliena iactura, illa quidem
non militat in Liuia, ad quam pretium tenutæ non
peruenit ſed in creditores hæreditarios; Vnde cum
10 illud † adhuc dicatur extare per obligationẽ de re-
ſtituendo in caſu euictionis cum ipſomet Marchio-
ne factam *iux. tex. in l procuratoris. §. fin. ff. de*
tribut. act. Franc. dec.75. nu.9. Ioſeph. Ludouiſ. dec.
Peruſ 45. num.20. & poterit ipſe agere contra eos,
quos elegit in proprios huius pretij debitores, dũ
voluit ſibi caueri in caſu euictionis.

Reliqua vero quæ obijciebantur, fuerunt alias ſufficienter ſublata. Et ita parte vtraque informante Domini in deciſis perſtiterunt, &c.

☞ ** Vide infra in Additione hanc deciſionem prout in Indice in eius fine poſito.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Vineæ.

Die Lunæ 16. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Iudex, ſi executiuè procedat vigore obligationis vulneratæ, nulliter procedit. Emptor, ſi ſe obligauerit ad ſoluendum fructus compẽſatiuos; donec pretium ſoluat, quando ad illos non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt ei, de cuius poſſeſſione de tempore motæ litis non controuertitur.*

2 *Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ſua anteriori poſſeſſione.*
3 *Iudex nulliter procedit, procedendo executiuè vigore obligationis Cameralis vulneratæ.*
4 *Obligatio Cameralis quando eſt vulnerata, ceſſat via executiua, & eſt ordinariè procedendum.*
5 *ad Fructus compenſatiuos ſoluendos ſi quis ſe obligauit ſoluere, euaneſcit eius obligatio, ſi contractus non habuit effectum.*
6 *Poſſeſſor per ſuperuenientiam noui tituli cenſetur mutaſſe cauſam poſſeſſionis.*
7 *Dominium, quod quis habeat ſuper aliqua re, quando non dubitatur.*
8 *ex Inſtrumento conceſſionis iunctis adminiculis, probatur dominium.*
9 *Sententia, quando deducitur per viam exceptionis, probat etiam ſine actis.*
10 *Colluſio non præſumitur, ſi non probetur.*
11 *Colluſio, quando excludatur.*

DECISIO CLVI.

ALPHONSVS Ferrus, & q. Portia Caputa vxor de anno 1618 vendiderunt Vineam, de qua agitur Io. Franciſco Rocchæ pretio ſcutorũ mille, ad quorum computum d Roccha ſoluit ſcuta quingenta, mediante datione in ſolutum vnius cẽſus ſcutor.200 in ſorte, & alterius crediti ſcut. 300. Reliqua vero ſcuta 500. promiſit ſoluere intra decem annos, & interim fructus compenſatiuos ad rationem ſcutorum quinq; pro quolibet cẽtenario.

Verum quia Moniales Monaſterij S. Coſmati de Vrbe, proprietariæ huius Vineæ, tàm ob prædictas, quàm ob alias præcedentes alienationes, factas per d. Alphonſum, ipſis irrequiſitis, obtinuerunt à D. Locumtenente Vicarij mandatũ de aſſociando contra d. Rocchãm emptorem; cuius vigore actualem poſſeſſionem dictæ Vineæ adeptæ fuerunt; ideo dictus Roccha egit coram A.C. contra d. Alphonſum pro reſtitutione ſcutorum quingentorum, in partẽ pretij ſolutorum eaq. prænio mandato, ſibi reſtitui obtinuit, ac deinde inueſtituram eiuſdem Vineæ tanquam deuolutæ à dd. Monialibus reportauit.

Siluit Alphonſus vſque ad annum 1633. de quo tempore iudicium mouit coram D. Locumtenente Vrbis Vicarij contra ipſum Roccham, pro fructibus recompenſatiuis ſcut. 500. reſidui d pretij, ac pro illis mãdatum executiuum obtinuit, quod exequi curauit ſuper eadem Vinea, ac præuia ſubhaſtatione, illam ſibi deliberari fecit, ac ſucceſſiuè illius poſſeſſionem adeptus fuit.

Deinde egit cõtra eumdem pro ſolutione dictorum ſcut. 500. in ſorte, & mandatum pariter executiuum pro illis obtinuit.

Sed adita Signatura pro parte d. Rocchæ, fuit commiſſa cauſa cum facultate manutenendi quem de iure, quoad mandatum relaxatum pro fructibus recompenſatiuis; quo vero ad mãdatum relaxatum pro ſcut. 500. in ſorte, cum clauſula: Si quid exequendum.

Diſputato dubio ſub die 20. Aprilis anni præteriti, An mandatum pro ſcut. 500. in ſorte eſſet exequendum, eoq. negatiuè reſoluto ex rationibus deductis in deciſione, deſuper extenſa, fuit poſtmodũ ſuſcepta diſputatio quo ad mandatum relaxatum

pro fructibus, datoque dubio ſub die 22. Februarij
præteriti. Cui dandum eſſet mandatum de manute-
nendo in poſſeſſione iſtius Vineæ, Domini voluerũt
guſtare de bono iure; & hodie iterum poſita cauſa,
& informantibus etiam partibus ſuper bono iure,
fuit reſponſum ad fauorem Ioannis Franciſci Roc-
1 chæ, ſicq. illi dandum eſſe † mandatum de manu-
tenendo, cum illius poſſeſſio de tempore motæ litis
non cõtrouertatur *vulg. §. retinẽdæ inſtit. de interd.*

Non obſtat poſſeſſio dicti Alphonſi capta vigore
mandati relaxati à D. Locumtenente Vrbis Vica-
rij pro fructibus recompenſatiuis ſcut. 500 Quia
2 cum d. Iudex nulliter, † & iniuſtè proceſſerit, non
priuauit dictum Rocchã ſua anteriori poſſeſſione,
*Corn. conſ. 193. num 4. lib. 3. Rota deciſ. 802. nu. 7.
verſ. quia pro reſponſione par. 1. diuerſ. Canal. de-
ciſ. 535. num. 3. Reuerendiſſ. D. meus Decanus deciſ.
233. nu. 2.* & aliàs ſæpè.

Quod autem Iudex nulliter proceſſerit, patet ex
eo, quia relaxauit dictum mandatum via executiua
3 vigore obligationis † Cameralis, cum tamen obli-
gatio eſſet vulnerata per decretum latum ad fauo-
rem dicti Rocchæ ſuper reſtitutione aliorum ſcut.
500. in partem pretij ſolutorum, & in iudicatum
4 tranſactum, & ideo ceſſabat via executiua, † ſed or-
dinariè erat procedendum etiam pro fructibus reſi-
dui dicti pretij, cum verſemur in contractu indiui-
duo, vt fuit firmatum in d. deciſione emanata co-
ram me ſub die 20. Aprilis anni præteriti.

Iniuſtè pariter proceſſit, quia condemnauit d.
Roccham ad ſoluẽdum dd. fructus recompẽſatiuos,
qui tamen non debentur. Quandoquidem, licet
5 Roccha † ad eorũ ſolutionem ſe obligauerit, pen-
dẽte ſolutione ſcutor. 500. in ſorte, attamen cũ ipſe
eodem anno paſſus fuerit realem euictionem à Mo
nialibus directis Dominis ob culpam eiuſdem Al-
phonſi, qui hanc Vineam pluries alienauit ipſis ir-
requiſitis, ac poſtmodum nouam inueſtituram ha-
buerit à dd. Monialibus, vtique non tenetur am-
6 plius ad ſolutionem dd. fructuum, † quia ex ſuper-
ueniẽtia iſtius noui tituli mutauit ſibi cauſam poſ-
ſidendi, & per conſequens Alphonſum excludit ab
huiuſmodi prætenſione, *Achill. deciſ. 4. ad fin. de
cauſ. poſſeſſ. & propriet. Creſcent. deciſ. 5. nu. 2. de
reſtit. ſpoliat. Rota deciſ. 143. nu. 4. par. 2. diuerſ.
& in recent. deciſ. 761. num. 2. par. 2. Greg. XV. de-
ciſ. 546. nu. 1. & ibi Add. nu. 15.*

Hanc autem Vineam, ſuper qua hodie diſceptatur,
eſſe ſub dominio directo, ac proprietate dd. Mo-
7 nialium, Domini non dubitarunt. Quia, † vltra
inſtrumenta conceſſionum, concurrunt confeſſio
Franciſci Caldori in teſtamento, à quo ius habet
Portia; & depoſitiones teſtiũ pro hæredibus Por-
tiæ examinatorum ac ſolutio canonis per decenniũ
continuum per eamdem Portiam facta, & confeſſio
geminata eiuſdem Alphonſi, & Portiæ eius vxoris,
qui dum hanc Vineam vendiderunt Carolo Anto-
nio Braſchæ, & dicto Rocchæ, faſſi fuerunt, illam
eſſe ſub dominio directo, ac proprietate dictarum
Monialium, eiſq. promiſerunt ſoluere laudemium
pro hac venditione, & illarum conſenſum obtine-
re; ex quibus ſatis dicitur probatum dominium di-
8 ctarum Monialium cum illud probetur † ex inſtru-
mento conceſſionis iunctis adminiculis, *Bald. in
l. cum aliquis. nu. 4. C. de iur. delib. Socc. conſ. 89.
num. 11. lib. 1. Dec. conſ. 428. in fin. cum alijs per
Velaſch. de iur. emphyt. quæſt. 9. nu. 16.* vbi plenè,
*& fuit dictum in cauſa Papien. bonorum 28. Apri-
lis 1595. coram bo. me. Card Mellino. & in Ferra-
rien. 10. Ianuarij 1600. coram eodem, & in
alia Ferrarien. de Noccellis 7. Iunij 1627. coram
Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Demum quod hæc Vinea fuerit deuoluta ad præ-
dictas Moniales ob alienationes factas ipſis irre-
quiſitis, ſatis conſtare viſum fuit ad effectum ma-
nutentionis, de qua agitur, ex ſententia lata ad fa-
uorem dd. Monialium ſuper iſta deuolutione, quæ
ſententia cum non probetur iniuſta, illaq. deduca-
tur non per viam actionis ad hoc, vt ſcilicet intret
9 deuolutio, ſed per † viam exceptionis ex quo d.
Roccha illam deducit pro tuenda ſua poſſeſſione,
probat etiam ſine actis, *Rota deciſ. 143. num. 5. &
ſeq. par. 2. diuerſ.* vbi allegatur deciſio Accoram-
boni 35.

Non obſtat prætenſa collusio inter dictas Mo-
10 niales & Roccham, quoniam illa † non præſumitur,
niſi probetur, *Natt. conſ. 537. num. 30. & 35. Ma-
ſcard. de probat. vol. 1. concluſ. 322. nu. 2.* Quinim-
mo excluditur ex veris alienationibus factis per d.
Alphonſum, irrequiſitis ipſis Monialibus atque
ex acceptatione dictæ deuolutionis, & ſententiæ
11 ſuper ea latæ, † citato etiam Alphonſo, qui nedum
litem ſibi, ſeu eius legitimo procuratori intimatã
ſuſcipere non curauit, moleſtias non amouit, pro-
miſſa non adimpleuit, & à prædicta ſententia non
appellauit; ſed ſpatio quindecim annorum, & vltra
acquieuit, *Rot. deciſ. 119. num. 10. par 2. diuerſ. &
deciſ. 415. n. 3. & 4. p. 1. recent. & in Romana officij
21. Iunij 1632. coram R. P. D. meo Pirouano apud
Modern. de mand. de manuten. deciſ. 331. nu. 12. vſ-
que ad 15.* Et ita vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Regieñ Beneficij.

Die Veneris 20. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Beneficium obtinens à Sede Apoſtolica cum
clauſula conſtito de reſeruatione, dicta reſer-
uatio eſt plenè, & concludenter probanda.
Iuſpatronatus, quando dicatur Eccleſiaſti-
cum, & quando dicatur Laicale, etiam ſi per-
tineat ad perſonas Eccleſiaſticas.

SVMMARIVM.

1 *Fides extracta lite pendente, & ſine citatione par-
tis, ac etiam ſine literis compulſorialibus fidem
non meretur.*

2 *Teſtes non probant vacationem in menſe reſerua-
to, ſi deponant de ſimplici auditu obitus in dicto
menſe.*

3 *Gratia emanata cum clauſula, conſtito cum faciat
gratiam conditionalem, eſt concludenter iuſti-
ficanda.*

4 *In-*

4 *Intentionis fundamentum alicuius non ſufficit probare præſumptiuè.*

5 *Iuſpatronatus quando competit Eccleſiæ, ſeu perſonis Eccleſiaſticis ratione Eccleſiæ, cenſetur Eccleſiaſticum, non obſtante, quod proueniat à Laico, vel de bonis Laici.*

6 *Et conſequenter huiuſmodi beneficia cadunt ſub regula reſeruatoria.*

7 *in Iuriſpatronatus fundatione, ſi fuerit cõuentum, vt illud pertineat ad perſonas Eccleſiaſticas, & illud exerceatur non tanquam Eccleſiaſticum, ſed Laicale, hoc ſtante de illo tanquam de Laicali etiam ad effectum excludendi reſeruationum iudicandum eſt.*

8 *Et hoc fit, nè Laici ob operibus pijs abſtrahantur, quod contingeret, contra eorum diſpoſitiones beneficia ab eis fundata ſubijci regulis reſeruatorijs.*

9 *in Beneficij fundatione, ſi quis aſſerat, quod d. beneficium non ſubſit poteſtati Papæ, tanquam impoſſibilis, turpis, & contra ius conditio reijcienda eſt. declara vt num.* 10. & 11.

12 *Beneficium, ſi attenta fundatione eſt Sacerdotale, ſi conferatur alicui qui adhuc non ſit Sacerdos, ipſo iure nulla, & inualida eſt collatio.*

13 *Beneficij prouiſio eſt nulla, & ſubreptitia, ſi conferatur non Sacerdoti contra formam fundationis.*

DECISIO CLVII.

COMMISSA in Rota ex reſcripto Signaturæ cum clauſula parito Breui arbitrio Rotę, cauſa appellationis interpoſitæ à Co. Guido Canoſſeo prouiſo à moderno Archipresbytero Regień de Beneficio vacante per obitum D. Nicolai Malegutij vltimi Rectoris à ſententia lata ab A.C. executore literarum Apoſtolicarum ad fauorem Franciſci Raymundi prouiſi à Sede Apoſtolica vti de vacante per obitum Silueſtri Menghi; fuit dubitatum, an intret arbitrium, & concluſum fuit non eſſe locum arbitrio, & ſuperſedendum in executionem Breuis, quia clauſula conſtito prius quod Silueſter in Beneficij poſſeſſione exiſtens extra Romanam Curiam de menſe Iulij obierit &c. de qua in Breui non fuit iuſtificata.

Nam fides obitus extracta ex libro defunctorum morbo contagioſo in Ciuitate Regij de anno 1631. exiſtente penes Magiſtratum ſuper gubernio ſani-
1 tatis, † extracta lite pendente, & ſine citatione partis, ac etiam ſine literis compulſorialibus fidem non meretur, *rubr. ſi quis in aliquo.* vbi *Dec. nu.* 9. & 10. *C. de eden. Rota deciſ.* 1. *de fid. inſtr. in nou. Mobed. deciſ.* 8. *eodem tit. & in recent. deciſ.* 297. *num.* 2. *par.* 2. & cum non contineat diem certum, & menſem mortis clauſula conſtito &c. non remanet iuſtificata, nec teſtes deponentes de ſimplici
2 auditu † probant vacationem per obitum Menghi, in menſe Iulij ad effectum reſeruationis *Aegid. deciſ.* 612. *Put. deciſ.* 266. *lib.* 3. & tamen clauſula
3 conſtito &c. tanquam fundamentum Breuis † eſt concludenter probanda, ad hoc, vt reſultet clara, & aperta reſeruatio *Garz. de benef. part.* 6. *cap.* 3. *num.* 10. & *num.* 64. *vbi refert deciſiones Rotæ. Rota coram ſan. mem. Gregor. XV. deciſ.* 53. *in fin. & coram bo. me. Card. Caualerio deciſ.* 597. *nu.* 2.
4 vbi enim quid eſt fundamẽtũ † intentionis alicuius non ſufficit probare præſumptiuè *Rot. deciſ.* 102. *nu.* 6. *par.* 1. *diuerſ. coram Seraph. deciſ.* 1171. *n.* 2 & *deciſ.* 1249. *nu.* 3. *ita fuit reſolutum in Comen. decimarum* 8 *Iulij* 1612. *coram bon. mem. Cardinali Sacrato.*

Præterea ex tenore fundationis Beneficij de quo agitur factæ de anno 1057. ab Arduino, & de anno 1058. à Gherardo apparet voluntatem fundatorum fuiſſe, vt prouiſio huius Beneficij ſpectaret ad Archipresbyterum, & Archidiaconum Regień itant nullus alius in huiuſmodi beneficij collatione ſe ingereret, Idque fuiſſe ſeruatum oſtenditur ex obſeruantia ſubſequuta, dum ſpatio 600. annorum numquam docetur, nec à Sede Apoſtolica, nec ab Epiſcopo Beneficium, de quo agitur, fuiſſe collatum, quinimo poſt diuiſionem ſubſequutam 24. Octobris 1317. inter Archidiaconum, & Archipresbyterum quatuor Manſionariorum Eccleſiæ Regień cum præſentia Epiſcopi conſenſum ſuum præſtantis, probatur ab anno 1339. citra, Manſionarium, ſeu beneficium controuerſum vigore dictę diuiſionis fuiſſe prouiſum ab Archipresbytero, vt ex præſentationibus, & prouiſionibus effectuatis à dicto tempore vſque ad annum 1632. quo fuit a D. Commendatario Hieronymo Malegutio moderno Archipresbytero prouiſus Guidus Canoſſeus, de quibus in proceſſu.

Et quamuis eo ipſo, quod iuſpatronatus com-
5 petit † Eccleſiæ, ſeu perſonis Eccleſiaſticis ratione Eccleſiæ cenſeatur Eccleſiaſticum, non obſtante origine, quod ſcilicet proueniat à Laico, & de bonis Laici *Lambert. de iurepatr. lib.* 1. *p.* 1. *q.* 1. *art.* 8. *Couar. pract. quaſt. c.* 36. *n.* 4. *Seraph dec.* 1420. *n.* 1.
6 & 2. & conſequenter huiuſmodi † Beneficia cadant ſub regula reſeruatoria *Gõzal. ad reg.* 8 *gloſ.* 18. *n.* 6. attamen ex quo in actu fundationis cõuentum fuit, vt dictum Iuſpatronatus pertineret ad dictos Archipresbyterum, & Archidiaconum, illudque exerceretur non tanquam Eccleſiaſticum, ſed Laicale,
7 de illo tanquam de Laicali † etiam ad effectum excludendi reſeruationem iudicandum eſt, licèt quoad pertinentiam ſit Eccleſiaſticum vt diſtinxit *Rota in Romana Iuriſpatronatus* 31. *Maij* 1613. *coram bo. mem. Cardinali Sacrato impreſſa apud Modernos in praxi Iuriſpatronatus part.* 1. *lib.* 4. *cap.* 9. *num.* 56. *Lotter. de re beneficiar. lib.* 2. *q.* 10. *num.* 4. In tali enim caſu militat eadem ratio, quæ in alijs patronatis Laicalibus, ne ſcilicet Laici ab
8 operibus pijs † aſtrahantur prout contingeret, ſi viderent contra eorum diſpoſitiones beneficia ab eis fundata ſubijci regulis reſeruatorijs *Couarruu. pract. d. cap.* 36. *num.* 5. *latè Gonzal. ſuper reg.* 8. *gloſ.* 9. §. 1. *num.* 8.

De conſenſu Ordinarij, requiſito in fundatione non poteſt dubitari ſtante lapſu tanti temporis, & obſeruantia probata nedum per collationes ſeù inſtitutiones factas ab Archipresbytero ab anno 1339. citra, vt fuit dictum ſupra metam 300. annorum exceden, ſed etiam ex approbatione quondam Petri Epiſcopi Regień 10. Martij 1188. Nec non ex alia deinde facta à quondam Vgolino Epiſcopo Regień 25. Ianuarij 1392. in quibus aſſeritur, collationem, prouiſionem, & diſpoſitionem

beneficiorum Manſionariarum ſpectare, & pertinere, de iure, & antiqua conſuetudine ad Archidiaconum, & Archipresbyterum Regieñ, & per lapſum 300. annorum, & vltra poſt dictam diuiſionem Manſionariarum factam inter Archipresbyterum, & Archidiaconum anno 1317. cum conſenſu, & præſentia quondam Guidonis Epiſcopi Regieñ, præſumitur quilibet alius neceſſarius conſenſus tàm Papæ, quàm Ordinarij coadiuuatus per ſubſequutam illius obſeruantiam per prædictum, immò maius tempus cum à die fundationis ab anno 1057. & 1058. reſpectiuè vſque ad præſens 600. ferè anni abierint.

Nec illa conditio appoſita in fundatione, quod ſi aduenerit, quod aliquis Pontifex, vel aliqua magna paruaque perſona voluerit reuoluere vel minorare factum à fundatore, tunc bona reuertantur ad hæredes ibique permaneant, donec venerit poteſtas, quæ prædictis Presbyteris permittat prouide-
9 te &c. videtur impoſſibilis, † & reijcienda tanquam
turpis conditio, & contra ius, ex eo quod Beneficium non ſubſit Papæ poteſtati, quia placuit DD. reſpondere attenta temporis antiquitate dicta ver-
10 ba habere vim petitionis, & perinde eſſe, † ac ſi
teſtator rogaſſet ſummum Pontificem, vt ſicut non ſolet derogare Iuripatronato reſeruato Laicis, ita nec velit hoc caſu derogare, reſeruato perſonis Eccleſiaſticis, vt dictum fuit in dicta *Romana Iuriſpatronatus coram bon. me. Cardinali Sacrato*, &
11 ſtante iſta conditione quam Papa ignorauit † aliàs
cenſuit Rota intrare arbitrium in retardanda vlteriori executione literarum Apoſtolicarum, vt in *Lucana bonorum 5. Decembris 1603. coram bo. me. Card. Pamphilio, & in Fanen. Beneficij 28. Iunij 1624. coram bo. me. Vbaldo*.

Denique Beneficium eſt Sacerdotale attenta fundatione, & obſeruantia tanti temporis ſubſequuta. Ideo prouiſio facta Raymundo, qui ſolum
12 attigit 14. annum, vt ex fide Baptiſmi de qua in
proceſſu fol. 260. eſt ipſo iure nulla, & inualida tàm attenta diſpoſitione iuris communis. *Put. deciſ. 331. in fin. lib. 1. Pariſ. de reſignat. lib. 4. q. 9. num. 22. Garz. de beneſ. part. 7. cap. 4. num. 82.* quam etiam attenta diſpoſitione *Sacr. Conc. Tri-*
13 *dent. cap. 5. ſeſſ. 25.* vbi † declaratur prouiſionem
nullam, & ſubreptitiam ſi conferatur Beneficium non Sacerdoti contra formam fundationis.

Et ex his, Informante tantum Canoſſeo, fuit reſolutum breue non eſſe executioni demandandū.

R. P. D. PANZIROLO.

Mutineñ Emphyteuſis.

Die Veneris 20. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Ex Perſona Coloni, vt hæredi acquiratur quaſi poſſeſſio agrorum defuncti abſq; appræhenſione, quid requiratur Statuta Laicalia non compræhendunt bona Eccleſiaſtica.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum de manutenendo dandum eſt ei in concurſu, qui docet de ſua anteriori poſſeſſione.*

2 *ex Poſſeſſione vnius rei non rectè infertur ad poſſeſſionem alterius.*

3 *Hæres poſſeſſionem bonorum defuncti ſolo miniſterio coloni perſeuerantis in cultura agrorum acquirere poteſt abſque alia apprehenſione.*

4 *ex Coloni perſona, vt acquiratur poſſeſſio duo copulatiuè requiruntur.*

Primò, quod Colonus recognoſcat hæredem in dominum gerendo actus eius nomine num. 4.

Secundò, quod de iſtis actibus à Colono factis hæres ſcientiam habeat num. 4.

5 *Immiſſio in poſſeſſionem agrorum non releuat ſine expulſione Coloni, limita hoc, ſi Colonus acceptauit præceptum Iudicis. num. 6.*

7 *Poſſeſſio, quando eſt vacans, non requiritur aliqua expulſio.*

8 *Bona hæreditaria numquam dicuntur vacantia, ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem*

9 *Statuta Laicalia non procedunt in bonis emphyteoticis Eccleſiaſticis.*

DECISIO CLVIII.

ARCHIDIACONVS Mutineñ bona, de quibus agitur in emphyteuſim conceſſit Martino, & Ioanni Regio, pro ſe ipſis, ac pro omnibus & ſingulis quibuſcunque filijs, nepotibus, & perſonis, legitimis tamen, & naturalibus, & legitimo matrimonio natis, ac maſculis deſcendentibus; ita, & taliter, quod donec, & quouſque ex ipſis, ſeu ex deſcendentibus ipſis aliquis in rerum natura quandocunque extiterit emphyteuſim totam, & integram habere debeat.

Deceſſit Martinus nullis relictis liberis, ex Ioanne autem nati fuerunt Pellegrinus, Lucretia, & Poliſena: mortuo verò Pellegrino ſine maſculis, Archidiaconus probata coram Ordinario Mutineñ deficientia lineæ maſculinæ, obtinuit decretum de aſſociando, cuius vigore, bonorum poſſeſſionem adeptus fuit. Verum cum Lucretia, & Poliſena anteriorem poſſeſſionem allegarent, introducto coram me iudicio, dubitatum fuit, cui nam dandum
1 eſſet mandatum de † manutenendo, & reſolutum
fuit Archidiacono dandum eſſe, quia in concurſu docet de ſua anteriori poſſeſſione *Bart. in l. ſi duo. num. 4. ff. vti poſſid. Alex. conſ. 188. ſub num. 12. lib. 5. Dec. conſ. 302. num. 7.*

Non obſtat, quod licèt Lucretia, & Poliſena fuerint poſteriores in acquirenda poſſeſſione invim decreti Iudicis, nihilominus ex quo communiter cum Pellegrino fratre omnia bona poſſidebant, eo que vita functo eamdem poſſeſſionem continuarunt, mandando Colonis, omneſque alios actus, & vt prius, exercendo, ſatis videntur docere de ipſarum anteriori poſſeſſione ad effectum manutentionis; Quoniam, cum teſtes, de quibus in *Sum. num. 2.* non percutiant præcisè bona controuerſa, non poſſunt deſeruire ad oſtendendum prætenſam
2 hāc continuationem poſſeſſionis, etenim † ex poſ-
ſeſſione, vnius rei non infertur ad poſſeſſionem alterius *Gloſ. in l. 3. verb. quamlibet ad fin. ff. de acquir. poſſeſ. Iaſ. ibidem num. 30. & ſeq. Natt. conſ. 492. num. 1. & ſeq. Surd. conſ. 135. num. 63. & ſeqq. Rot. deciſ. 162. num. 11. par. 4. diuerſ.*

Non

Non obſtat, quod prædictæ ſorores vti hæredes
3 fratris poſſeſſionem † bonorum ſolo miniſterio Coloni perſeuerantis in cultura agrorum acquirere potuerint abſque alia appræhenſione *Zuccard. in l. fin. num. 124. in fin. C. de edict. diu. Adr. tollen. Surd. conſ. 117. num. 8. & conſ. 160. num. 28. & ſeqq.* Quia vt ex perſona Coloni poſſeſſio aquiratur hæredibus, duo copulatiuè requiruntur, nempe
4 quod † Colonus recognouerit hæredem in Dominum gerendo actus eius nomine, & quod de iſtis actibus à Colono factis hæres ſcientiam habuerit *Put. deciſ. 453. num. 4. & ſeqq. lib. 2. in correctiſ. Seraphin. deciſ. 466. num. 1. & ſeqq. Rot. deciſ. 77. num. 8. impreſſ. poſt tract. de manutenen.* de quibus tamen in præſenti caſu nihil apparet.

Nec releuat, quod cum immiſſio Archidiaconi
5 fuerit ſine expulſione Coloni, † propterea ſuffragari non poſſit *Natt. conſ. 538. nu. 10. Surd. conſ. 117. num. 11. & ſeqq. Honded. conſ. 20 num. 17. lib. 1.* Quia ceſſat obiectum, ex quo proceſſerat Iu-
6 dice mandante, quo caſu † ſufficit Colonum acceptaſſe præceptum ſine alia expulſione *Angel. in l. clam poſſidere, §. qui ad nundinas. nu. 2. in fin. ff. de acquir. poſſeſ. Rot. deciſ. 802. num. 6. part. 1. diuerſ. & deciſ. 523. num. 3. par. 2. recent. Gregor. deciſ. 203. num. 1.* vltra quod, cum de tempore,
7 quo Archidiaconus poſſeſſionem adeptus eſt, † bona eſſent vacantia, nulla requirebatur expulſio *Seraphin. deciſ. 466. num. 3. in fin. verſ. non obſtat quod prætenditur. Rot. deciſ. 77. nu. 3. & deciſ. 79. impreſſ. poſt tract. de manutenen.*

Non obſtat, quod prædicta bona numquam po-
8 tuerunt dici vacantia ſtante † Statuto de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredes, quoniam ſimilia ſtatuta Laicalia non pocedunt in bonis Em-
9 phyteoticis Eccleſiaſticis, † qualia ſunt illa, de quibus agitur *Iaſ. conſ. 152. num. 9. lib. 4. Pacific. de Saluian. interd. inſpect. 3. cap. 2. nu. 361. Gratian. for. diſcept. 732. num. 76. Peregr. deciſ Patau. 127. num. 8. & ſeqq. Rot. deciſ 716. num. 2. par. 4. diu. & deciſ. 513. num. 1 part. 1. recent.*

Et ita parte vtraque &c.

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Barchinonen̄ Exemptionis.

Die Veneris 20. Iuny 1636.

A R G V M E N T V M.

Tractatur de immunitate Eccleſiaſtica, ſcilicet, quod bona Eccleſiaſticorum, tam ſeparabilia, quàm inſeparabilia ſunt exempta à quibuſuis gabellis &c.

S V M M A R I V M.

1 *Bona Clericorum ſeparabilia id eſt, quæ ſtant penes ipſos Clericos ſunt exempta à quibuſuis gabellis.*
2 *Ita vt exigentes tales gabellas incurrant ſententiam excommunicationis Cœnæ Domini.*
3 *Epiſcopi obligati ſunt ad denunciandum eos, qui in cenſuras Eccleſiaſticas incurrunt, ex quo gabellas exegerunt de bonis Clericorum.*
4 *Immunitas Eccleſiaſtica Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtituta eſt.*
5 *Immunitas Eccleſiaſtica eſt de iure Diuino.*
6 *Gabellæ de bonis Clericorum à Laicis exigi non poſſunt etiamſi adſit conſuetudo longiſſimi temporis in contrarium.*
7 *Licet Decian. & Farinac. aliud ſentiant.*
8 *in Bonis inſeparabilibus Clericorum, hoc eſt, quæ ſunt penes venditores venalia vt puta panem, carnem &c. ſi ſuper iſtis imponatur gabella Clerici ad eam ſoluendam non tenentur.*
9 *Et iſta eſt communis, & vera ſententia, licet alij contrarium ſenſerint.*
10 *Clerici iuramento ſtatur, an bona ſeparabilia ſint ipſius Clerici propria, & non cauſa negotiationis, ad effectum vt ſint immunia à gabellis.*
11 *Clericatus probatur iuramento.*
12 *Iuramenti præſtationi, quando locus eſt, tunc adeundus Iudex Eccleſiaſticus, & non procurator Cæſaris eſt, & num. 15.*
13 *Eccleſiaſticis ſoluentibus gabellam de bonis ipſorum inſeparabilibus, in aliquibus locis receptum eſt, vt intra annum ad exitum, & finem anni reficiatur damnum pecuniaria compenſatione. Et vt hoc habeat locum, quid requiratur.*
14 *Atque dato, quod ſuper iſto defalco oriretur controuerſia, terminatur iuramento Eccleſiaſticorum.*

D E C I S I O CLIX.

DVBITAVI pro quibus rebus ſit præſtanda exemptio Capitulo, & quomodo in caſu, & ad effectum de quo agitur. Et Domini cenſuerunt eſſe diſtinguendum inter bona ſeparabilia, hoc eſt, quæ extant apud ipſos Clericos, & inſeparabilia videlicet, quæ ſunt penes venditores, & in eorum dominio: firmarunt quantum ad bona ſeparabilia,
1 † nullam adeſſe difficultatem, quod illa ſint exempta à quibuſcunque gabellis, *c. non minus, & cap. aduerſus de immunit. Eccleſ. c. quamquam de cenſib. in 6. c. tributum. & c. ſecundum 23 quæſt. 8. c. benè quidem. diſtinct. 96. cap. Eccleſiæ S. Mariæ, de Conſt. cap. nouerint de ſent. excom.* quòd & ius ciuile prius agnouit. *l. Sancimus, C. de Sacroſanct. Eccleſ.* & admittunt etiam leges Hiſpaniarum partit, vt in *l. 50. & 51. tit. 6. par. 1. & l. 11. tit. 3. lib. 1. & l. 6. tit. 18. lib. 9 in noua recompilat.* & latè *Barboſ. de iure Eccleſ. lib. 1. cap. 39. §. 5. num. 3 & ſeqq. Comitul. reſponſ. moral. lib. 1. quæſt. 92. & 93.* & fuit non minus doctè, quàm latiſſimè deductum in cauſa *Alben. Gabellæ, ſeu Onerum 28. Iuny* 1630. *coram R. P. D. meo Merlino.* Ita vt exigentes tales
2 gabellas † incurrant ſententiam excommunicationis Cœnæ Domini, vt aduertit *Sanchez conſ. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 4. conſ. 49. in princ. Gutt. de gabell. quæſt. 92. num. 22. Nauar. in Manual. c. 27. num. 128. & cap. 17. num. 201. in verſ. 83. Azeued. in l. 3. nu. 2. tit. 3. lib. 1. nouarum recompilationum Roder. in explicat. Bullæ Cruciatæ §. 9. dub. 8. fol. mihi 142. in verſ. ſexto, Beia reſponſ. caſuum conſc. tom. 1. caſu 26. in princ. Suarez. de cenſur. diſp. 21. de excomm. Papæ reſeruatis in Bulla Cœnæ num. 99. cum ſeqq. Dominus, & Præceptor meus*

Ludo-

Digitized by Google

Ludouicus Carbo de reſtit. quæſt.33. in verſ. ſepti-
ma dubitatio in primo dicto, addens in tertio dicto,
3 quod Epiſcopi obligari ſunt † ad denunciandum
eos, qui in cenſuras Eccleſiaſticas incidunt ob hãc
cauſam; Neque ſuffragatur in iſto caſu exactio
animo reſtituẽdi in fine menſis *Alterius de cenſur.*
lib.5. diſp. 19. cap.3. ad finem verſ.6. Duardus ad
Bullam Cœna canon.18. quaſt.15.num.3.& q.20.
num.1. vſque ad quintum.

Et præfacta veriſſima ſunt, quia agitur de immu-
4 nitate Eccleſiaſtica † quæ Dei ordinatione, & cano-
nicis ſanctionibus conſtituta eſt, vt dicit *Concil.*
5 *Trid ſeſſ.25. cap. 20. de reform.* & eſt de iure † di-
uino, vt clarè innuunt illa verba, *Dei ordinatione*,
vt conſiderat *Gerunda de priuil. nu.1030.Guttier.*
dicta quaſt. 92. num.20. verſ. nouitaque. Neque
6 valet conſuetudo etiam longiſſimi † temporis in
contrarium; vt tenent quamplures Doctores quos
allegat *Cenedus qq. canonic. quaſt.4. num.3.* Nec
eſt curandum, quod *Couarru. lib.2. var. cap.20.*
7 *num 3.* quem ſequitur † *Tiberius Decianus 2.tom.*
criminal. lib.6. cap.25. num. 2. poſt princ. Farin.
tom.1. crimin qq.de Carcere, & carcerat. quaſt.8.
num.1. teneat contrarium. Quia communis opi-
nio, nedum Doctores Italorum ſed etiam vltra-
montanorum eſt in contrarium, vt videre eſt ex al-
legatis per *Gerundam loco modo allegato, & per*
Cenedum loco pariter ſupra citato num.1. & latiſ-
ſimè *Guttier. de gabell. dicta quaſt. 92. allegato*
num. 20. vbi cumulat plures Doctores id tenentes,
& per totam quæſtionem multa dicit, quæ opti-
mè faciunt.

Quantùm verò ad bona inſeparabilia, quæ ſunt
8 penes venditores venalia, † vt puta panem, carnẽ,
& ſimilia: Domini firmarunt, quod ſi iſtis impo-
natur gabella, vtique ad illam ſoluendam Clerici,
& perſonæ Eccleſiaſticæ, non teneantur per ſupra-
dicta, & in puncto dicit *Nauarr. in Manual.c.16.*
num.203. verſ. rogatus à multis. Candelabrum
aureum in explicat.Bullæ in Cœna Domini n.116.
tom. 2. Guttier. dicto tract. de gabell. d. quaſt. 92.
num. 23. verſ. & quod Rectores, & populi. Lau-
rent. Protol.in dub. regularibus in ſecunda impreſ-
ſione in verſ. tributum. num. 8. in fin. verſic. addo
præterea, Gratian. diſcept.390. num.16. Azor.inſt.
moral. par.2. lib.4. cap. 11. verſ. in dubium verti-
tur. Ferdinandus de Caſtro Palao de relig: par.2.
diſput. vnica punct. 9. nu.10. Hieron. Rodriguez.
in compend. qq. regular. reſolut. 63 num. 32. verſ.
& Azor. Barboſ. de iure Eccleſiaſt. cap. 39. §.5.
num. 12. Vndè quicquid dicant aliqui in contra-
9 rium, ita eſt † communis, & vera ſententia.

Remanebat ſolum videndum, quomodo iſtę exẽ-
ptiones eſſent practicandæ, nè ciuitas defraudare-
tur: & Domini dixerunt quoad bona ſeparabilia ſi
inter Ciuitatem, & Clericum oriatur quæſtio, an
10 † dicta bona ſint ipſius Clerici, & non cauſa nego-
tiationis: quod ſtetur iuramento Clerici *gloſ. in*
Clem. præſenti in verſ. non negotiandi, *vbi etiam*
Vitalin. num.26. de cenſib. Iaſon. in l. cætera,
§. ſed & ſi quis num.10. poſt Baldum quem allegat,
ff. de legat.1. & conſentit. Abbas in cap. ex parte
27. in primo notabili. num.2. de priuil. & vbi quod
11 † Clericatus probatur iuramẽto *Carolus de Graſſ.*
de effectibus Clericat. effectu tertio nu. 158. Clau-
dius Tutius allig. 19 num. 3. & quando eſt locus
12 præſtationi iuramenti adeundus eſt † Iudex Eccle-
ſiaſticus, & non Procurator Cæſaris, cum ſit Lai-
cus *Bertacchin. in tractat. de gabell. in 7. quaſt.*
colum. 5. verſic. nec. præterea. Roland. conſil. 71.
num. 25. lib. 4. Carolus de Graſſ. de effectibus Cle-
ricat. effectu primo. num. 1268. & effectu tertio.
num. 258.

Quoad bona inſeparabilia præter alia remedia
à iure, & à Sede Apoſtolica permiſſa placuit Do-
minis ſequi *Azorium inſtitut. moral. dicta par.2.*
lib.9. cap. 11. in 5. priuilegio. Qui dicit in multis
13 locis vſum † receptum eſſe, vt Eccleſiaſticis ſol-
uentibus gabellam intra annum ad exitum, & fi-
nem anni reficiatur damnum pecuniaria compen-
ſatione; ità tamen, vt concurrat conſenſus Cleri,
& præcedat Beneplacitum eiuſdem Sedis Apoſto-
14 licæ, & ſi oriatur aliqua controuerſia † ſuper iſto,
defalco terminetur iuramento Eccleſiaſticorum,
vt in iſtis terminis dicit *Ferretus de gabellis num*
174. quod iuramentum debet pariter præſtari co-
15 ram † Iudice Eccleſiaſtico per ſuperius deducta.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

R. P. D. MERLINO.

Camerinẽ Saluiani.

Die Veneris 20. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Adducuntur plura adminicula, & coniecturæ ex quibus dignoſcitur, quod confeſſio mariti de dote recepta, ſit vera, & non ſimulata, & ficta.

SVMMARIVM.

1 *Dos, quando fuit promiſſa, & poſtea ſubſequantur mariti confeſſiones de recepto iunctis alijs adminiculis, plene probant dotis ſolutionem.*

2 *Dotis ſoluta partis veritas, infert etiam veritatem ſolutionis in alijs partibus.*

3 *Dotis ſolutio præſumitur ex diuturnitate temporis, poſtquam fuit promiſſa.*

4 *Maritus veriſimiliter per longam ſeriem annorũ non præſtitiſſet alimenta vxori, ſi ei dos non fuiſſet ſoluta.*

5 *Maritus ſi onera matrimonij ſuſtinuit, hoc præbet nõ leue adminiculum veritati ſolutionis dotis*

6 *Matrimonia ex ſolita, & generali conſuetudine ſine dote non contrahuntur.*

7 *Dotis confeſſio facta à marito, præſumitur vera, ſi pater vxoris, qui eam promiſerat erat diues, & filia erat vnica. vide nu.8.*

9 *Teſtes nulliter examinati, vel in alio iudicio deſeruiunt pro adminiculo.*

10 *Confeſſio dotis facta à marito præſumitur vera, ſi adſunt verba in contanti, ſiue incontinenti.*

11 *Dotis confeſſio facta à marito non præſumitur ſimulata, ſi emanauit tempore non ſuſpecto.*

12 *ex Relato ſi conſtat de errore referentis, illud eſt attendendum non autem referens.*

13 Error

Digitized by Google

13 *Error in tempore dum conſtat de identitate cauſæ perſonarum. & contractus, non poteſt vitiare veritatem actus.*
14 *Error in ſene facile cadere poteſt ex obliuione. Senectus ſolet eſſe obnoxia obliuioni. nu. 14.*
15 *Dotem habuiſſe confitens, & poſt confeſſionem partis dotem recipiens, vbi id oritur præſumptio ſimulationis, & fictionis, quoad omnes ſummas in confeſſionibus de recepto contentas.*
16 *Dotis ſolutionis veritas arguitur ex geminata confeſſione.*
17 *Præſumptiones validiores elidunt leuiores.*

DECISIO CLX.

ITERVM Domini reſponderunt, Hieronymæ dandam eſſe immiſſionem in bonis, de quibus agitur ex Saluiano ratione crediti fructuum cēſus, non obſtante, quod poſſideat alia bona ſpectantia ad debitorem Cenſus, quia ex diuerſa cauſa, nempe ſuæ dotis, non autem cenſus ſe illa poſſidere declarauit, vt fuit comprobatum in alia deciſione ſub die 20. Februarij præteriti coram me cuius fundamenta etiam hodie Dominis placuere.

Neque viſum fuit elidi titulum dotis, ex quo Hieronyma dicta bona in ſolutum recepit, quoniā imò ex pluribus ſatis conſtare de veritate dotis ſolutæ, & coniecturas in contrarium propoſitas irreleuantes eſſe, reputatum fuit.

Apparet enim ex apoca vſque de anno 1580. celebrata per Marianum cōſtitutam fuiſſe Hieronymæ filiæ dotem ſcut. 1300. & ex depoſitionibus teſtium, de quibus in Summ. num. 8. qua poſita dotis
1 promiſſione, † ſubſequutæ poſtea mariti confeſſiones de recepto, alijs munitæ adminiculis plenè probant veram dotis ſolutionem, *gloſ. in l. contractibus. §. 1. C. de non num. pecun. Caſtren. conſ. 383. nu. 2. lib. 2. Cephal. conſ. 448. num. 15. & 22. Card. Alban. conſ. 8. nu. 9. & 11. Rot. dec 263. n. 1. par. 4. diuer. & coram ſan. me. Greg. XV. dec 62. n. 2. & 6. & dec. 468. nu. 6. & 8. & in Imolen. Saluiani 27. Nouemb. 1614. coram me.*

Quæ adminicula, & præſumptiones vrgētes hic non deſunt, nempe quod re vera pars dotis in ſcut. 325. probatur ex Inſtrumento effectualiter ſoluta,
2 vnde partis † ſolutæ dotis veritas, infert etiam veritatem ſolutionis in alijs partibus, vt arguit *Soccin. ſen. conſ. 82. ſub num. 2. lib. 2. Surd. conſ. 489. nu. 22. Rota decciſ. 62. nu. 7. apud ſanct. mem. Greg. XV.* cum alijs congeſtis *in d. Imolen. Saluiani coram me, & in Romana dotis 19. Ianuarij 1635. coram R.P.D. meo Dunozetto*; diuturnum interceſſit tempus à die promiſſæ dotis de anno 1580. ad tempus diſſoluti matrimonij de anno
3 1618. † intra quod eo veriſimilius præſumenda eſt actualis ſolutio, *Cuman. conſ. 31. nu. 3. Caſtr. conſ. 58. nu. 4. lib. 2. Rota dec. 292. nu. 3. par. 2. recent. & coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 468. num* 8. & per hanc longam annorum ſeriem maritus ſemper ali-
4 menta vxori præſtitit, quæ † veriſimiliter non præſtitiſſet ſi dos non fuiſſet ſoluta, vt ponderat *Bald. in l. vnica. nu. 4. C. de priuileg. dot. plenè Surd. conſ. 489. nu. 8. Rota deciſ. 155. num. 9. par. 2. diuerſ. & coram ſan. mem. Greg. XV. dec. 62. n. 5. & in d. Imolen. Saluiani coram me*, & alia ſubſtinuit onera ma-
5 trimonij, † quod pariter veritati ſolutionis dotis nō leue præbet adminiculum, *Surd. d. conſ. 489. n. 13. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 362. nu. 4. Rota in Farfen. dotis 10. Nouemb. 1623. coram bon. me. Vbaldo.* Iuncta etiā ſolita, & generali conſuetudine matri-
6 monia † ſine dote non contrahendi, & quod Marianus dotis promiſſo diues erat, & Hieronyma filia vnica, ex quibus circumſtantijs, & veriſimilitu-
7 dine deſumi, † quod vera ſit dotis confeſſio tradit *Surd. conſ. 480. nu. 8. & 9. & 16. Gratian. diſcept. forenſ. d. cap. 362. nu. 10. Rota deciſ. 155. nu 4. p. 2. diuerſ. & fuit dictum in præallegata Imolen. Saluiani coram me, & Romana dotis 19. Ianuar. 1635. coram R.P.D. meo Dunozetto*; Necnon etiam attentis teſtibus datis in ſumm. Hieronymæ num. 8.
8 deponentibus de dotis promiſſione, † & quod Marianus conquærebatur Io. Baptiſtam Generum facultatibus labi, ſignum quod timebat nè dotem iam ſolutam diſſiparet, ex quibus teſtibus quamuis
9 etiam nulliter examinatis, † vel in alio iudicio deſumi argumentum dotis ſolutæ cenſuit *Rota in Romana dotis 13. Nouembris 1602. coram Ortembergo.* & famam ad hunc effectū admitti dixit *Ro-*
10 *ta deciſ. 155. num. 2 par 2. diuerſ.* præſertim † quia in dd. confeſſionibus de recepto adſunt verba in contanti, ſeu incontinenti, quæ aliquam præſtare debent coniecturam pro veritate ſolutionis dotis *ex not. per Alex. in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. nu. 14. ff. de verb. obligat. & in Romana reſtitutionis dotis 5. Decembris 1618. coram bo. me. Card. Sacrato*, & eædem confeſſiones emanarunt
11 tempore non ſuſpecto, quo Io. † Baptiſta non erat multo ære alieno grauatus; quod perpendunt Doctores ad præſumendam veram dotem ſolutam, vt *Soccin. ſen. in l. 1. nu. 108. ff ſolut. matrim. Gozzad conſ 28. nu. 26. & 31 Rota deciſ. 683. num 5. par. 2. recent. cum alijs in Imolen. ſaluiani 17. Nouemb. 1634. coram me.*

Quibus poſitis corruere omnino videbantur cōiecturæ in contrarium deductæ ad probaň confeſſiones de recepto ſimulatas eſſe.

Prima enim non ſubſiſtit, quod ſcilicet detegatur falſa ſolutio pro ſcut. 325. in Inſtrumento redacta, tanquam facta ex pretio domus venditæ de anno 1604. dum eadem ſolutio reperitur adnotata in libro ſeu folio Io. Baptiſtæ vſque de anno 1598. quo nondum vendita fuerat domus; Quoniam placuit reſponſio, quod dum illa partita in priuato libro deſcripta habet relationem ad inſtrumentum ven-
12 ditionis domus, vtique ex relato † conſtat de errore referentis, & illud eſt attendeň, non autem referens diſpoſitio erroneè concepta iuxta tradita per *Surd. deciſ. 291. nu. 16. Menoch. conſ. 1187. nu. 23. in fine, Rota deciſ. 127. nu. 10. par. 1. & deciſ. 158. num. 4. par. 2. recent. & in Maceraten. ceſſionis 17.*
13 *Maij 1632. coram me.* Errorq. in tempore † dum conſtat de identitate cauſæ, perſonarum, & ſolutionis non poteſt vitiare veritatem actus ad tradita p *Doct. in l. ſi quis in fundi vocabulo. ff. de leg. 1. Menoch. conſ. 337. nu. 11.* Dum præſertim agitur de deſcriptione facta per ſenem ferè ſeptuagenarium, in
14 quo huiuſmodi † error facilius cadere potuit ex obliuione, cui ſenectus eſſe ſolet obnoxia, & potuerunt partes de anno 1598. inire contractum vendi-

tionis

tionis priuatim, & deinde illum de anno 1604. ſolemniter in publicum Inſtrumenti documentum redigere, & relatio folij particularis referenda eſt ad Inſtrumentum poſtea celebrandum.

Minus ſubſtinetur ſecunda coniectura deſumpta ex eo, quod Io. Baptiſta maritus confeſſus fuerit recipiſſe totam dotem, vt conſtat ex apocis de recepto, & deinde poſt confeſſiones recepit actuali-
15 ter partem dotis nempe ſcut. 325. vt cōſtat ex † Inſtrumento, quo caſu arguitur ſimulatio, & fictio quoad omnes ſummas in confeſſionibus de recepto contentas, vt docuit *Roman. ſingul. 26. Menoch. de præſumpt. lib. 3. præſ. 129. nu. 21. cum alijs.*

Quoniam procederet obiectum ſi adnotatio facta in folio priuato contineret diuerſam ſummam ab ea, quæ eſt in Inſtrumento, ſed cum ſit eadem partita, ideo non applicantur præallegatæ doctrinæ,
16 immo potius augetur veritas ſolutionis, † dum geminata eſt confeſſio eiuſdem partis dotis ſolutæ, *Alex. conſ. 45. num. 7. lib. 1. Sim. de Pret. conſ.* 100. *nu.* 11. *Gallia ad conſuetud. Alex. gloſ. 20. quæſt. 7. num. 4. Rota in Terracinen. dotis 26. April.* 1618. *coram Eminentiſſ. D. Card. Pamphilio, & in Bononien. dotis 25. Febr.* 1619. *coram coram bon. mem. Andrea.*

Hincq. etiam ceſſant tertia & quarta coniecturæ ex eodem fonte manantes, quod nempe ſi verè eſſent confeſſiones de recepto coniunctæ cum Inſtrumento, ſequeretur pro dote fuiſſe ſoluta ſcuta 1625. cum tamen ſolum deberentur ſcut. 1300. & quod ſicuti pro ſcut. 325. in Inſtrumēto ſolutis Hieronyma reportauit multas cautelas, & hypotecas à marito, ita etiam ſibi cauiſſet quoad reliquas ſūmas in confeſſionibus de recepto contentas.

Quoniam ſatisfacere viſæ ſunt reſpōſiones, quod dum eadem eſt ſumma in Inſtrumento relata, & in libro ſeu folio deſcripta, ceſſat quod fuerit ſolutum plus debito, quo vero ad cautelas pro ſolutione ſcutorum 325. adhibitas, fuit dictū id contigiſſe ex eo, quia regulariter in Inſtrumentis Tabelliones cautius agere ſolent, quàm priuati in eorum apocis; nec ideo inferri poteſt ad ſimulationem apocarum.

Quinta & vltima coniectura, quod alias Hieronyma callidè ſuppoſuerit ſoluiſſe fructus cenſus, quos non ſoluerat, tollitur ex facto, nam in ſumm. præteritæ poſitionis num. 8. dat. Inſtrumentum, ex quo apparet Hieronymam vēdidiſſe proprium prędium valoris ſcut. 4400. & ſcut. 2000. erogaſſe in extinctionem æris alieni mariti, & ſignanter fructuum dicti cenſus.

Et demum haſce coniecturas Domini exiſtima-
17 runt ſuperari ab alijs validioribus † ſupra pro veritate ſolutionis dotis ponderatis, vt reſpondet etiā *Rota coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 62. nu.* 11.

Et ita vtraque parte informante DD. ſteterunt in deciſis.

ILLVSTRISS. D. MACHIAVELLO.
PATRIARCHA
CONSTANTINOPOLITANO.

Granateñ Decimarum.

Die Veneris 20. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Tranſactio, quid operetur. Priuilegium perſonale non egreditur perſonam. Tranſactio vt ſubſtineatur, quid ſufficiat. Clauſula (caſu quo aliquid plus valeret) in tranſactione poſita quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *ex Tranſactione oritur exceptio litis finitæ, & nouæ litis ingreſſus impeditur.*
2 *Conductores tenentur ſtare concordiæ initæ, quouſque eorum conductio eſt duratura.*
3 *Priuilegium conceſſum fauore aliquarum perſonarum, extra eas non extenditur.*
4 *Lis ſuper aliquare, quando adeſt, negari non poteſt, ſi poſtea tranſigatur, quod d. tranſactio ſit facta ſuper re dubia.*
5 *Tranſactio, vt ſubſtineatur, ſola lis, vel eius timor ſufficiens eſt.*
6 *Procurator ſine ſpeciali mandato donare nō poteſt.*
7 *Clauſula, caſu, quod aliquid plus valeret, &c. in omnibus contractibus etiam emptionis, & venditionis apponi ſolet.*
8 *Clauſula, caſu quo aliquid plus valeret &c. poſita in tranſactione, non facit, quod d. tranſactio in donationem tranſmutetur.*
9 *Procurator, quando dicatur etiam habere mandatum ad donandum.*

DECISIO CLXI.

CVM Domini de Fuccheris vti conductores reddituum menſæ Magiſtralis S. Iacobi de Calatraua prætenderent contra pactum per decem integros annos obſeruatum exigere quaſdam decimas à Collegio Venerabil. Societatis IESV Ciuitatis Granateñ. Dixit Rota obſtare eis tranſactionem initam inter eorum legitimum procuratorem ac Rectorem ſupradicti Collegij, in qua definitum fuerat, vt Patres tenerentur ſolummodo ſoluere tri-
1 geſimam, & ex qua tranſactione oritur † exceptio litis finitæ, & nouæ litis ingreſſus impeditur, *l. fratris vbi DD. C. de tranſact. l. eleganter. §. ſi quis. ff. de condit. indeb. cap. 1. de lit. conteſt. in 6. Roland. conſ. 28. num. 16. vol. 4. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 26. tit. 1. num.* 8. ſuper decimis enim licita eſt compoſitio iuxta *text. in cap. fin. de pact. in 6. & deciſ. 279. in fin. par. 2. recent.* quod eo facilius procedit in caſu præſenti, vbi non agitur de aliquo prędiudicio ipſius menſæ Magiſtralis cuius iura fuerunt in dicta tranſactione integra præſeruata, ſed ſolum-
2 modo de temporali eorumdem † conductorum intereſſe, qui ſine dubio tenentur ſtare concordiæ iam celebratæ, quouſque eorum conductio eſt duratura ex iuribus allegatis.

Nec obſtat exceptio iuris clari, quod dicitur in huiuſmodi tranſactione remiſſum, nam vltra quod ſtantibus ampliſſimis priuilegijs Apoſtolicis Venerabili Societati IESV conceſſis, & per quampluribus decifiones, & tres ſententias Rotales, Bubali, Seraphini, & Blanchetti canonizatis dubium eſt, *An eadem Venerabilis Societas teneatur ſoluere decimas ipſa menſa Magiſtrali*, ad quam adhuc deci-

deciſum non fuit. An Breue Leonis XI. extendatur,
3 † quod certum eſt fauore tantummodo Eccleſiaſticarum perſonarum emanaſſe, vt in *Corduben. decimarum 10. Maij 1634. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, accedit vlterius, quod etiamſi ius decimandi fauore menſæ Magiſtralis clarum eſſet, adhuc tranſactio ex hoc capite ſubuerti non poſſet, cum non fuerit in ea ſuper tali iure immediatè tranſactum, vt patet ex præſeruatione ſupradicta, ſed ſuper iure, quod competebat DD. de Fuccheris vti conductoribus, inter quos, & Venerabilem Socie-
4 tatem cum ambigi non † poſſit, quin lis adeſſet neque etiam negari poteſt tranſactionem fuiſſe ſuper
5 re dubia, ad effectum enim vt tranſactio † ſubſtineatur ſola lis vel eius timor ſufficiens eſt, *l. 1. ff. de tranſact. Rot. deciſ. 461. nu. 7. par. 1. & deciſ. 715. num. 3. par. 2. recent. & in Meleuitana hæreditatis 5. Martij 1625. coram R.P.D. meo Merlino, & in Romana dotis 9. Maij 1633. coram R.P.D. meo Buccabella, & 6. Februarij, & 3. Iulij coram R.P.D. meo Veroſpio.*

Neque ex eo quod Procurator DD. de Fuccheris dixerit in trãſactione, quod caſu quo Patres Societatis vltra trigeſimam ad aliquid plus tenerẽtur, id eis titulo eleemoſinæ concedebatur, deduci poteſt hanc non fuiſſe tranſactionem, ſed donationem,
6 quam idem Procurator † ſine ſpeciali mandato facere non poterat, nam verba illa quæ donationem ſapere poſſent, non fuerunt in inſtrumento tranſactionis principaliter appoſita, ſed dependenter ab illa clauſula euentuali, *caſu quo ad aliquid plus*
7 *&c.* quæ † clauſula in omnibus contractibus etiam emptionis, & venditionis de ſtylo ſolet apponi,
8 ideoq; & inde non potuit ſimilis tranſactionis † cõtractus in donationem tranſmutari cum alioquin omnes contractus eſſent donationes, ſed quatenus etiam reperiremur in terminis donationis, adhuc non poſſet circa eam de facultatibus Procuratoris dubitari, cum in mandato ad tranſigendum conceſſo legantur ampliſſimæ clauſulæ, & facultates
9 etiam faciendi † quaſcumque remiſſiones, & condonationes rerum debendarum, tam in magna, quàm in pauca ſumma, ex quibus reſultare etiam poteſtatem donandi, cenſuit, *Rota in Fulginaten. redditiuum 16. Decemb. 1616. coram Eminentiſſ. D. meo Card. Pamphilio. & in deciſ. 311. coram Papa Greg. XV. vbi Addent. num. 18.*

Et ita cum reliqua, quæ difficultatem facere poſſent, viſa fuiſſent tolli ex facto vtraque parte informante deciſum fuit tranſactionem obſtare, &c.

R.P.D. BVCCABELLA.

Peruſina Penſionum.

Die Veneris 20. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Penſionario † ſi obijciatur defectus Clericatus, qualiter ſufficit, quod illum probet. Ad Clericatum promotus à nõ ſuo Ordinario, quãdo dicatur ritè, & legitimè promotus etiam ſine litteris dimiſſorialibus ſui Epiſcopi.

SVMMARIVM.

1 *Clericatus alicuius benè probatur ex confeſſione partis aduerſæ.*
2 *pro Clerico, ſi quis fuerit habitus, & reputatus per plures annos, atque ſic communiter tentus, præſumitur fuiſſe verè Clericus, & ritè, ac legitimè promotus.*
3 *ad Canonicatum, ſi quis fuerit à proprio Epiſcopo promotus, conſequens eſt, quod antea ritè, & rectè ad Clericatum fuerit admiſſus.*
4 *ad Clericatum à non ſuo Ordinario, quis non debet promoueri, abſque litteris dimiſſorialibus ſui Ordinarij. vide nu. 7.*
5 *Teſtes, vt probent negatiuam, debent illam coarctare, remouendo actum à ſenſu.*
6 *Teſtes debent eſſe concordes de tempore, & loco ad hoc, vt probent confeſſionem extraiudicialem.*
8 *Facultatem habens à Sede Apoſtolica conferendi primam tonſuram, & alios ordines, etiam ſine dimiſſorialibus, ideo ſi ſine eis conferantur, validè conferuntur.*
9 *ad Clericatum præſumitur quis ritè, & rectè promotus, etiam quando fuit ordinatus à nõ ſuo Epiſcopo, ſi concurrat communis fama, & reputatio.*
10 *ad Clericatũ à ſuo minimè Epiſcopo ſi fuerit promotus, vt id ſubſtineatur ſufficit ſimplex licentia, vel conſenſus ſui Epiſcopi.*
11 *Scripturarum negatiua, quando non probetur ex diligentijs factis ad effectum illas reperiendi.*

DECISIO CLXII.

CVM D. Bartholomæus Bibbionius obtinuiſſet ad ſui fauorem reſeruari duas pẽſiones alteram ſcutorum 50. ſuper fructibus Eccleſiæ Parochialis Sancti Ægidij, alteram verò ſcutorum 35. ſuper fructibus Beneficiatus Eccleſiæ S. MARIÆ Maioris Peruſinæ, Titulares, qui dictis reſeruationibus conſenſerant, prætendentes illas minimè ſubſtineri ob defectum legitimi Clericatus dicti Bartholomæi, cauſam deſuper introduxerunt coram A.C. & cum vtraque pars conueniſſet, vt diſputaretur dubium in Rota; An conſtaret de dd. penſionum nullitate; Eo per me hodie propoſito, Domini negatiuè reſponderunt.

Quoniam de Clericatu in cuius defectu totum poſitum erat Titularium fundamentum, ſatis conſtare viſum fuit ex pluribus in facto deductis, & ſi-
1 gnanter ex eorumdem Titularium † confeſſionibus etiam geminatis, ac pluries repetitis, & emiſſis tam in ſupplicatione pro beneficijs obtinendis cum penſionis reſeruatione, quàm etiam in conſenſu eidem reſeruationi præſtito, & ſucceſſiuis ſolutionibus terminorum vſque ab anno 1625. factis, in quibus ipſum Bartholomæum expreſsè Clericũ vocant, & enunciant, & demum in poſitionibus per eos medio iuramẽto in actis datis, vt in ſumm. num. 4. & 7. ac etiam ex, eo quod idem Bartholomæus fuit per plures annos ab omnibus communiter pro Clerico habitus, ac reputatus, & vti talis non ſolùm penſiones prædictas; ſed etiam Canonicatum in Eccleſia Cathedrali Volaterrana obti-
2 nuit, & † ſic præſumitur fuiſſe verè Clericus, & ri-

tè,

tè, ac legitimè promotus, vt per *Innoc. in cap. innotuit. in princ. de eo, qui furtiuè ordin. ſuſcep. Archid. in c. fin. q.2. nu.2. Gabr. conſ.181. nu.52.57. & ſeqq. lib.2. Pariſ. de reſign. benef. lib.4. quaſt.2. num.70* eoq. magis, quia fuit ab eius proprio Or-
3 dinario † ad dictum Canonicatum admiſſus, *Prob. de Monac. in cap.1. ſub nu.10. verſ. & quod tacita de temp. ordin. in 6. Gabr. d. conſ.181. nu.55. & 57. Pariſ. d. quaſt. 2. nu.68.*

Neque obſtāt Teſtes pro parte Titularium examinati ad effectum probandi Bartholomæum fuiſſe
4 prima Tonſura † initiatum ab Eminentiſſimo D. Cardinali de Torres, dum eſſet Nuncius Apoſtolicus apud Regem Poloniꝫ abſque litteris dimiſſorialibus ſui Ordinarij.

Nā quatenus illi, & præſertim primus, qui erat Cancellarius, dicunt ſe litteras dimiſſorias non vidiſſe, nihil concludunt; fieri enim potuit, quod Bartholomæus illas habuerit, & D. Cardinali oſtenderit, prout id fieri potuiſſe idemmet prædictus Teſtis affirmat, proindeq. negatiuam non probant. cum
5 illam non coarctent † remouendo actum à ſenſu, & dicendo Bartholomeum illas habere non potuiſſe, quin ipſi viderint, vel de eis ſcientiam habuerint prout requiritur *Dec. conſ.649. nu.10. Rot. coram Greg. XV. deciſ.42. nu.5. & dec.325. nu.5.*

Quatenus verò deponere videtur audiuiſſe tàm à d. Eminentiſſimo D. Cardinali, quàm etiam à Bartholomæo ordinationem prædictam abſque litteris dimiſſorijs factam fuiſſe, ſunt ſingulares non
6 autem conteſtes de loco, & † tempore prout eſſe debent ad effectum probandi confeſſionem extraiudicialem, *Caſtr. conſ.296. nu.3. vol.1. Pariſ. cōſ. 60. nu.45. vol.4. Afflict. deciſ. 364. nu.4. Rot. deciſ.711. nu.5. par.2. recent.*

Præterea etiamſi concludenter conſtaret Bartholomæum in rei veritate litteras dimiſſorias minimè habuiſſe, non tamen propterea ſequeretur ipſum non fuiſſe ritè, ac legitimè Clericali Tonſura
7 inſignitum, cum ad hunc effectum † tales litteræ non ſint præcisè, & abſolutè neceſſariæ, fieri enim poteſt, quod Eminentiſſ. D. Cardinalis, vel in litteris ſuæ Nunciaturæ, vel per aliud Breue particulare ſpecialem facultatem a Sede Apſtolica primam Tonſuram, & alios ordines etiam ſine dimiſſoria-
8 libus † conferendi habuerit, vel quod aliter licentia, ſiue conſenſus Ordinarij interuenerit, qui ſufficit ad hunc effectum, vt per *Gabr. d. conſ.181. n.12. & ſeqq. Pariſ. d. quaſt.2. nu.66.*

Vnde adhuc vrget, & ſublata dici nō poteſt præſumptio ex prædictis maximè ſimul iunctis reſultans, quod Bartholomæus fuerit ritè ac legitimè
9 ordinatus, quæ † locum habet etiam quando quis ordinatur ab Epiſcopo non ſuo, ſi communis opinio, & reputatio concurrat, vt per *Innoc. Gabr. & alios ſupra alleg.*

Et ex hoc etiam tollitur obiectum deductum ex fide Notarij Epiſcopi Volaterrani atteſtantis litteras dimiſſoriales per Bartholomæum obtentas in
10 actis illius Epiſcopalis Curiæ non reperiri. † Quia cum ſufficiat etiam ſupplex licentia, vel conſenſus, quorum neutrum regiſtrari conſueuit, negatiua ad effectum de quo agitur neceſſaria ex diligentijs fa-
11 ctis † in actis d. Curiæ probatā dici non poteſt, vt per *Ruin. conſ. 35. num. 19. lib. 1. Dec. conſ. 409. ſub nu.12. Cephal. conſ. 238. nu. 19. & ſeqq.*

Et ita vtraque parte informante deciſum, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Domus.

Die Lunæ 23. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſis, ſi ſit conceſſa alicui, cum facultate nominandi aliquem ad eam, ſi accidat, quod decedat ab inteſtato, & ſic non facta tali nominatione, an emphyteuſis tranſeat ad hæredes ab inteſtato, vel reuertatur ad Dominum, & iſta materia hic egregiè, & magiſtraliter declararur, & reſoluitur.

SVMMARIVM.

1 *in Reintegrationis iudicio eius extrema ſunt, anterior poſſeſſio actoris, & recens poſſeſſio rei.*

2 *Dominij probatio in iudicio reintegrationis non eſt abſolutè neceſſaria.*

3 *Spolij actionem intentans, quid neceſſe probare debeat.*

4 *Succedens defuncto videtur habere pro ſe iudicium illius.*

5 *Nominationis vices non poteſt habere ſucceſſionem legitimam, & hanc opinionem multi celebres DD. amplexi ſunt. num. 6.*

7 *Rota non eſt ſolita reſpicere ad numerum Doctorum, quando adeſt aliquis anceps quaſtio.*

8 *Nominandi facultas habet in ſe tacitam conditionem, dummodo nominare debens, nominet.*

9 *Gerundium, quando conuertatur in verbum futuri temporis.*

10 *Conditio dependens à libera voluntate alicuius, debet in forma ſpecifica adimpleri.*

11 *Stipulatio cenſetur commiſſa ſuper reſtitutione dotis etiam ad fauorem hæredum vxoris, quamuis in ea ſtipulatione id non ſit deductum.*

12 *ab Inteſtato ſuccedentes videntur ex iuris interpratatione ſuccedere in hæreditate defuncti, ſecundum eiuſdem defuncti voluntatem.*

13 *Nominandi facultas ad emphyteuſim conceſſa alicui, ſi iſte nihil de ſua hæreditate diſponat, non videtur velle alium ſucceſſorem in re emphyteotica relinquere, præter eum, qui eſt ſucceſſurus ab inteſtato.*

14 *Voluntas defuncti, ex qua quis capit illius ſucceſſionem ab inteſtato, an dicatur propria, vel ficta, vel legis præſumptiua.*

15 *Voluntas diſpoſitiua requiritur ad effectum aliquid declarandi.*

16 *Succedens ab inteſtato, dicitur habere hæreditatem defuncti, quia ipſe illam non ademit, non quia illam ei reliquiſſe videatur.*

17 *Succedens ab inteſtato, quando dicatur ſuccedere ex voluntate defuncti.*

18 *Nominationis facultatem habens ad emphyteu-*

ſims

ſim, debet intelligi de vera, ac propria nominatione, non autem de præſumptiua.

19 *Verba in contractibus ſunt propriè, ac ſtrictè intelligenda.*

20 *Emphyteuticus contractus reputari debet ſtricti iuris, cum non reperiatur inter contractus bonæ fidei.*

21 *in Emphyteuſis contractus inſpici debet tenor conceſsionis.*

22 *Conditio aliqua, quando eſt propriè adimplenda, ei non ſatisfit per tacitam diſpoſitionē. & n. 30.*

23 *Conditiones tacitè non poſſunt adimpleri, quando ille, qui appoſuit d. conditiones expreſſam diſpoſitionem requiſiuit.*

24 *Hæredes ab inteſtato, non poſſunt ſuccedere in ea emphyteuſi, in qua data fuit inueſtito facultas nominandi, quia adeſſet præiudicium Domini directi.*

25 *in Emphyteuſi dari poteſt caſus, vt plures in eodem gradu reperirentur, cui debita eſſet emphyteuſis eodem modo.*

26 *Io. Andr. opinio in addit. ad Speculat. in tit. de emph. §. nunc aliqua num. 99. non eſt recepta, & declaratur num. 27.*

28 *Perſona non dicitur omninò incerta, dum illa eſt ſaltem certa in genere.*

29 *Specialia plura in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt.*

32 *per Hæredis inſtitutionem cenſetur facta nominatio ad emphyteuſim.*

33 *Rot. deciſ. 576. par. 1. diuerſ. declaratur.*

34 *Tacita diſpoſitio ceſſat, dum adeſt expreſſa.*

35 *Conditiones inutiles reddi non debent.*

36 *Bald. in conſ. 114. lib. 1. intellectus, & alios DD. declaratos. vide num. 38. 39 40.*

37 *Clauſula, & quibus dederis, poſita in conceſsione emphyteuſis, quid operetur.*

41 *Mulier, quæ ſtipulata fuit, reddi ſibi partem dotis à marito, vt poſsit illam relinquere, cui voluerit, ipſa non diſponendo de ea, cenſetur eam voluiſſe relinquere hæredibus ab inteſtato.*

42 *Text. in l. ſi mulier, C. de iur. dot. declaratur.*

43 *Stipulatio concepta pro perſona nominanda, non ſecuta nominatione intelligitur facta pro hæredibus ſtipulatoris. declara num. 44.*

45 *Illatio non fit ad diuerſa.*

DECISIO CLXIII.

CVM nomine Eccleſiæ peteretur reintegratio
ſuper domo, quæ dicebatur eſſe ſub directo
1 illius dominio, non controuertebantur ea, † quæ
ſunt extrema huius iudicij, nempe anterior poſſeſ-
ſio ipſius Eccleſiæ & noua, ſeù recens poſſeſſio rei,
ſicut etiam non controuertebatur eiuſdem Eccle-
2 ſiæ dominium, † cuius tamen probatio non pote-
rat dici abſolutè neceſſaria ex natura huius inter-
dicti, quod per Eccleſiam intentatum fuit, vt fuit
reſolutum in *Nullius feudi 3. Martij 1595. coram
Card. Pamphilio, & in Placentina decimarum 9.
Iunij 1586. coram Bubalo, & in Ariminen bonorum
4. Februarij 1611. coram Card. Marcomontio.* Dubitatum ſolùm fuit de extinctione ipſius
emphyteuſis, quæ extinctio neceſſariò probanda
3 erat ab Eccleſia, † dum in ea fundabat ſuam actio-
nem ſpolij iuxta regulam propoſitam in *l. 2. ff. de
prob. & in l. actor, C. eod. tit.* quam ſequuta fuit
Rota in his terminis *coram Card. Seraphin. deciſ.
807. num. 2. & deciſ. 1458. nu. v.* & in vna *Romana
domus de Blanchis* 10. *Maij 1619 coram bo. mem.
Buratto.* Hæc enim domus, quam petebat Ec-
cleſia ſibi reſtitui, ab ea primùm conceſſa fuerat vſ-
que ab anno 1514. ad fauorem Polidori de Ghe-
rardis pro tertia generatione, à quo ceſſa fuerat
Liuio Nuncio, & ab hoc, vltimo loco tranſlata in
Petrum Buglielmum, & Iuliam illius coniugem.
Cum verò poſteriori ceſsioni ad fauorem Petri non
ſolum conſenſiſſet Eccleſia ſub ea conditione, vt
emphyteuſis propagaretur, vſque ad tertiam illius
generationem, ſub qua conceſſerat primam inueſti-
turam ad fauorem Polidori, verùm ab ea obti-
nuiſſet Petrus facultatem nominandi vnam perſo-
nam in defectum generationis, quæ facultas fuit
poſtea eidem prorogata ad alias duas nominatio-
nes. Hinc nata eſt occaſio dubitandi ſuper fine
huius emphyteuſis, quia ſolum habuerat effectum
prima nominatio facta à Petro in perſonam Ioan-
nis Mariæ eius ex fratre nepotis. Altera vero no-
minatio, quæ dicebatur ab eodem fieri potuiſſe, nū-
quam apparebat ab eo facta, ſed loco eius nomina-
tionis dicebatur debitam eſſe ſucceſſionem in hac
emphyteuſi Petro Antonio illius filio, & hæredi ab
4 inteſtato, † cum ille ſuccedendo patri, videretur ha-
bere pro ſe iudicium defuncti, quod poterat eſſe
loco eiuſdem nominationis; In quo articulo viſa
fuit DD. verior opinio eorum, qui tenent non poſ-
5 ſe vicem huius nominationis † habere ſucceſſio-
nem legitimam.

Et viſa fuit hæc opinio confirmari poſſe tàm au-
thoritate DD. qui illam amplexi fuerunt, quàm
etiam rationibus, ſuper quibus eadem opinio fun-
6 dari videbatur. † Et primò conſiderata fuit autho-
ritas Doctor. ex quibus eam diſputando ſequuti
ſunt *Gomeſ. var. reſol. lib. 2. cap. 11. nu 7. Molin.
de iuſt. & iur. diſput. 446. nu. 3. Caldaſ de iur. em-
phyt. lib. 2. quæſt. 7. nu. 28.* qui refert idem tenuiſſe
*Emanuel. à Coſta conciuem ſuum in tract. de ſuc-
ceſſ. Regni par. 2.* in conſulendo verò eidem opi-
nioni adhærere viſi ſunt *Menoch in co ſ. 474. nu. 9.
Corn. in conſ. 165. nu. 19. lib 2. Cephal. conſ. 725.
num. 36.* & in hanc ſententiam viſa eſt etiam
inclinaſſe Rota pluribus cauſis, nempe *in Romana
vinea de Palude 12. Iunij 1589. coram Bubalo, in
Romana legitima 29. Nouemb. 1599. coram Iuſto,
& in Romana officij ſcriptoria 5. Iunij 1599. coram
Card. Marquemontio.*

Conſideratæ fuerunt ſecundo loco per DD. ra-
tiones, quæ videbantur eſſe poſſe fundamenta hu-
ius opinionis, ad quas potius, quam ad numerum
7 Doctorum ſolitum † eſt reſpicere hoc Tribunal,
quando in ancipiti quæſtione iuris, qualis hæc erat,
cogitur vni potius, quàm alteri ſententiæ adhære-
re, vt fuit dictum *in Mediolanen. Canonis redinte-
granda coram Card. Seraphino inter impreſſas de-
ciſ. 1360. & in nouiſſ diuerſ. deciſ. 501. par. 1. & in
Ariminen. legitima 5. Maij 1627. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Inter cæteras verò rationes prior vi-
ſa fuit eſſe illa, in qua dicebatur, quòd hæc facultas
8 nominandi † videretur continere tacitam condi-

tionem dummodo eſt nominationem feciſſet em-
phyteuta, cui competebat talis facultas ex lege
inueſtituræ, cum hæc eſſet vis illius relatiui adiecti
9 verbo futuri temporis, in quod reſoluebatur † ge-
rundium pro perſona nominanda, quod fuit expreſ-
ſum in conceſſione facta ab Eccleſia ex theorica
*Bart. in l. inter ſtipulantem. §. ſacram num. 5. ff. de
verb. oblig.* & probat *tex. in l. Stichum qui meus
erit. ff. de legat. primo, & in l. nuper. ff. de legat. 3.*
vbi etiam hoc notant DD. & voluit in his termi-
nis *Alex. in conſ. 232. num. 4. lib. 6.* Et ita cum hæc
10 conditio dependere: deberet à libera † voluntate
ipſius emphyteutæ debebat adimpleri in forma
ſpecifica, & per nominationem expreſſam, non
autem poterat dici illi ſatisfactum, ex ſola ſucceſ-
ſione venientium ab inteſtato, ex doctrina eiuſdem
*Bart. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 3. ff. de
cond. & demon.* & notant ibi DD. *& in l. qui he-
redi, & in l. Manius. ff. de condit. & demonſtr.* &
in terminis huius facultatis tradiderunt *Caldaſ. in
add. quæſt. 7. lib. 2. ſub nu. 36. Molin. de iuſt. & iur.
diſput. 446. nu. 3.* & videtur probari *ex text. in l. ſi
mulier. C. de iur. dot.* quem in terminis huius quæ-
ſtionis ponderat *Caldaſ. eod. q. 7. num. 20.* quia, vt
conſiderat ibi *gloſſ. in verb. proficiet*, ideo in caſu
11 eius legis cenſetur commiſſa † ſtipulatio ſuper re-
ſtitutione dotis ad fauorem hæredum vxoris, quã-
uis in ea ſtipulatione deductum fuiſſet, quod dare-
tur illi dos à viro, vt poſſet de ea teſtari, quia ſub
ijs verbis non continebatur conditio, ſed cauſa ex
quibus, & ſecundum interpretationem gloſſ. rectè
infertur, quod aliud ſtatuendum eſſet in caſu quo
dici poſſet ex ijs verbis non fuiſſe ſignificatam, niſi
ſolam conditionem.

Neque huic rationi viſa ſunt obſtare, quæ notan-
tur à DD. *in l. conficiuntur. ff. de iure codicill.* &
traditur etiam in eadem *l. quod ſcilicet veniẽtes ab
inteſtato* videantur ex iuris interpretatione ſucce-
dere in hæreditate defuncti ſecundum eiuſdem
12 † defuncti voluntatem, ſuper qua ratione præcipuè
fundantur authores contrariæ opinionis, quatenus
volunt ſatiafactum eſſe huic conditioni ex hoc ſolũ,
quod ille cui talis facultas conceſſa fuit, nihil de
13 ſua hæreditate diſpoſuerit † quaſi viſus ſit noluiſ-
ſe alium ſucceſſorem relinquere in re emphyteoti-
ca præter eum, qui ſecundum legis diſpoſitionem
ſibi ſucceſſurus erat in vniuerſa hæreditate. Quic-
quid enim ſit de veritate eius opinionis, quam con-
ſiderant DD. in interpretatione eius legis. Verum
14 ea voluntas defuncti, ex † qua videtur aliquis ca-
pere illius ſucceſſionem ab inteſtato dici debeat in
propria, ac ficta, vel potius ex legis præſumptione,
cuius opinionis authores referuntur à Menochio
relatis fundamentis vtriuſque ſententiæ *lib. 4. præ-
ſump. præſump. 27.* Non tamen poterat illa aliquid
conferre ad implementum huius conditionis cum
eadem voluntas ſolum dici poſſet permiſſiua non
15 autem diſpoſitiua † qualis requirebatur pro eiuſdẽ
conditionis ſatiſfactione, vt declarat *Bald. in l. ſi
emancipati. nu. 15. C. de collat.* quem ſequutus fuit
*Alexan. in conſ. 44. in fin. lib. 5. Burſatt. conſ. 266.
n. 14* imò illud notant Doctor. in explicatione eius
legis, quod ita ſuccedens in hereditate defuncti, di-
16 catur eam hæreditatem † habere, quia defunctus
illi eam non ademit, non quia illi eam reliquiſſe vi-
deatur, vt voluit *Cuman. in repet. eius legis in fin.
Soccin. iun. in repet. l. cum filio familias. nu. 42. ff.
de leg. 1. Cephal. conſ. 725. nu. 36.* qui hoc notat in
terminis ſucceſſionis emphyteuticæ: Et aliquid
amplius voluit *Rota in vna Romana Terrarum co-
ram Card. Blanchetto impreſſa in 4. par. diuerſ. de-
ciſ. 304.* exiſtimauit enim ſpeciale eſſe vt in caſu
eius legis hæres ab inteſtato dicatur ſuccedere ex
17 voluntate defuncti, † eò quia referendum hoc vi-
deatur ad fideicommiſſum, quo in caſu eius legis
grauati erant venientes ab inteſtato, dum illud nõ
aliter locum habere poterat, quam ſi præſuppone-
retur antecedens inſtitutio eorum, quibus id fidei-
commiſſum relictum erat *iuxt. not. in l. ab eo. C. de
fideicomm. & in l. vnum ex familia. ff. de legat. 2.*

Confirmari poterat hæc reſponſio duobus argu-
mentis, quæ in caſu propoſito concludere videbã-
tur, vt ea nominatio, cuius facultas conceſſa fuit
18 deberet intelligi † de vera, ac propria nominatio-
ne, non autem de ea, quæ inducebatur ex interpre-
tatione voluntatis. Et primò id ſuaderi viſum fuit
ex natura contractuum, quia cum eorum verba
19 † deberent intelligi ſtrictè, ac propriè, hæc ratio
vrgere etiam videbatur, vt ea facultas reſtringi de-
beret ad veram nominationem, & hanc rationem
conſiderauit *Caldaſ. in add. quæſt. 27. ſub num. 37.
Corbul. de iur. emphyt. in tit. de cauſ. priuat. ob mort.
ciuil. nu. 41. Gabr. conſ. 19. lib. 1. Surd. conſ. 369.
num. 4.* & hoc præcipuè dici poterat de contractu
20 emphyteuſis, † dum ille reputari debebat ſtricti
iuris, tanquam is, qui non reperitur nominatus in-
ter alios contractus bonæ fidei, de quibus in *§. ac-
tion. inſtit. de action. et trad. Valaſcb. de iur. emphyt.
q. 5. n. 7.* Vnde ſtatutũ eſt in *l. 1. C. de iur. emphyt.* in-
21 ſpiciendũ † in eo eſſe tenorem conceſſionis, & tra-
dunt ibi DD. *& in c. 1. de duob. fratr. Iaſ. in l. 2.
nu. 142. C. eod. tit. de iur. emph.*

Secundò viſum fuit poſſe hoc idem ſignificari
ex verbis ipſius conceſſionis, ex qua inueſtitus ha-
bebat eam facultatem nominandi, quia cum in il-
la contineretur, vt poſſet inueſtitus nominare vnã
perſonam, quam vellet, rectè inde infertur, quod
contrahentes intellexerunt de vera nominatione
22 quia ex tacita diſpoſitione, † quæ oriretur ex præ-
ſumptione legis non potuiſſet ſuccedere perſona
extranea, cuius nominandæ facultas competere
poterat ex generalitate eorum verborum, & ita
ad eam legem reſpondit *Cephal. in add. conſ. 725.
nu. 4. Surd. conſ. 369. nu. 41. & reg. generaliter
firmat Card. Mant. de coniect. vlt. vol. tit. 7. nu. 14.*
quod ſcilicet non cenſeatur aliquis vſus ea faculta-
te, quam habebat diſponendi, ex eo quod deceſſerit
23 inteſtatus, ſi ex verbis, † aut coniecturis colligi
poſſit, quod is qui talem facultatem conceſſit, re-
quiſiuerit expreſſam diſpoſitionem, quod etiam
tradiderunt *Burſatt. in conſ. 266. nu. 17. Menoch.
conſ. 950. nu. 18.* quamuis in ſuo caſu contrarium
concludat propter contrarias coniecturas.

Altera ratio conſiderabatur à Doctoribus, quæ
etiam placuit DD. quare non poſſint hæredes ab
ab inteſtato ſuccedere in ea emphyteuſi, in qua da-
ta fuit inueſtito talis facultas. Ea vero conſiſtebat
in præiudicio Domini directi, quod pluribus mo-
dis

Digitized by Google

dis poterat contingere, ſi admitteretur hæc exten-
24 ſio, vt cenſeri deberent † nominati etiam veniẽtes
ab inteſtato, quia non ſolum poterat diutius pro-
trahi ſpecies ſucceſſionis ex vita illius, qui ita ab
inteſtato ſucceſſiſſet, quòd præiudicium conſidera-
uit *Gomeſ. variar. reſol. lib. 2. cap. 11. nu. 1.* qui pro-
pterea ibi concludit, hanc incertitudinem reſpectu
perſonæ nominatæ ſemper nocere in caſu, quo res
apud eam perſonam non ſit perpetuò permanſura,
25 ſed poterat † etiam dari caſus, vt plures in eodem
gradu reperirentur, quibus debita eſſet eodem
modo emphyteuſis, vt conſiderauit *Angel. in conſ.
311. nu. 1. Menoch. in conſ. 474. nu. 9.* qui ſequutus
fuit *Angel. in d. conſ. 311. Surd. conſ. 369. num. 28.*
Neque dici poterat, quod hoc caſu pertinere de-
26 beret ad Eccleſiã electio vnius perſonæ, quæ † ſuc-
cederet in emphyteuſi ex pluribus in eodem gradu
exiſtentibus, vt fuit opinio *Io. Andr. in addit. ad ſpe-
culat. in tit. de emphit. §. nunc aliqua, n. 99. in 77.
quæſt.* Quia præterquã quod illius opinio non eſt
recepta, vt aduertit *Menoch. in add. conſ. 44. in
fin. ſub nu. 12. Ruin. conſ. 36. nu. 8. vol. 2.* Præterea,
neq; ratio, qua idem vtitur, conuenire poterat ca-
27 ſui propoſito, præſupponit enim Io. Andr. † in ſuo
caſu non ſolum teſtamentum, ſed quod certa eſſet
voluntas teſtatoris, vt emphyteuſis peruenire de-
beret ad vnum ex pluribus hæredibus inſtitutis, &
ideo tenet, non vitiari diſpoſitionem propter incer-
28 titudinem ſolius perſonæ, † quæ ex eiſdem hæredi-
bus debebat ſuccedere in ea emphyteuſi, dum illa
erat ſaltem certa in genere *iux. doctr. Bart. in l. cũ
quidam. num. 1. de legat. 2. l. quidam relegatus. ff.
de reb. dub. & notant ibi Doctores, & in §. incertis
inſtit. de legat.* cuius contrarium contingit in caſu
huius deciſionis, quia ceſſante teſtamento ſiue in-
ſtitutione in eo facta plurium hæredum, dubitari
poterat de voluntate teſtatoris, non ſolum reſpectu
nominationis, ſed etiam reſpectu ſucceſſionis vni-
uerſalis, & ita duplex præſumptio admitti debe-
bat ad fauorem hæredis ab inteſtato; vna, in qua ip-
ſe cẽſeretur vocatus à defuncto ad vniuerſam hære-
29 ditatem, cum ea vocatio non procedat niſi † ex
interpretatione legis; altera, in qua ille dici debe-
ret nominatus etiam ad emphyteuſim, quam idem
defunctus tenebat cum hac facultate *con. reg. l. 1.
C. de dot. promiſſ. & notant ibi DD. & in l. ſi is
qui pro emptore. ff. de vſucap.*

Tertiam etiam rationem Domini conſiderarũt
pro excluſione hæredis ab inteſtato, eamq. exiſti-
marunt deſumi poſſe ex verbis Breuis Apoſtolici,
quod obtentum fuit ſuper confirmationẽ huius
nominationis, quæ antea conceſſa fuerat ab Eccle-
ſia; cum enim in ea ſtatueretur, vt finita, ſiue de-
ficiente tertia nominatione domus liberè ad ipſam
Eccleſiam reuerteretur, conditio eius reuerſionis
videbatur eſſe impedimento, vt non poſſet dici fa-
cta nominatio in præiudicium Eccleſiæ in hoc caſu,
quo emphyteuta, cui talis facultas cõpetebat de-
ceſſit ſine teſtamento, quia propter eam conditio-
30 nem, neque etiam ſufficere potuiſſet † vniuerſalis
inſtitutio hæredis, ſed requirebatur quod ille ex-
preſsè diſpoſuiſſet de ipſa domo emphyteutica, vt
voluit *Rota in Rom. vineæ de Palude 12. Iunij 1589.
coram Bubalo* & in ſimili de decreto reſeruato ſu-
31 per † officio ſub eadem conditione tenuit in vna
Rom. legitimæ 29. Nouemb. 1559. coram Iuſto. in
qua ſequuta fuit deciſionem, ſuperius allegatam
coram *Bubalo, & in Romana officij ſcriptoriæ 5.
Iunij 1609. coram Card. Marquemont. & in ijs
deciſionibus reſpondetur ad deciſionẽ in Rom. do-
mus 16. Iunij 1579. coram Brano,* in qua firmatur,
32 vt per inſtitutionem hæredis cenſeatur † facta no-
minatio, & eſt *in prima parte diuerſ. deciſ. 576.*
quod ſcilicet eadem deciſio non procedit, quando
33 adeſt hoc pactum, vt non facta nominatione † em-
phyteuſis reuertatur ad Eccleſiam, & rationem
cõſiderauit Rota *in d. deciſ. coram Card. Marque-
montio,* quia non poteſt hoc caſu locum habere ta-
34 cita vocatio, † dum adeſt expreſſa ad fauorem Ec-
cleſiæ in caſu non factæ nominationis, quæ ratio
confirmari poterat alia ratione, quia ſi dici debe-
ret hoc caſu venire etiam hæredes ab inteſtato, in-
utilis redderetur ea conditio appoſita fauore Ec-
cleſiæ, cum illa non poſſet habere locum niſi in
35 caſu, † quo defunctus declaraſſet, ſe nolle vti eadem
facultate, & hanc rationem conſiderauit *Syluan. in
conſ. 14. num. 4. Gabr. conſ. 91. nu. 13. lib. 1. Card.
Mantic. de coniect. vlt. vol. lib. 7. tit. 7. nu. 14.*

Et hæc viſa fuerunt DD. eſſe fundamenta huius
opinionis, quibus nõ obſtare dixerunt authoritatẽ
DD. qui contrariam ſententiam ſecuti ſunt. Quia
omnibus reſponderi poterat conſideratis rationi-
bus, quibus illi vtebantur pro confirmatione ſuæ
ſententiæ, cum illæ, vel non ſatisfacerent funda-
mentis, quæ fuerunt conſiderata pro hac opinio-
ne vel obſtare non poſſent, eo quia termini, in qui-
bus adducebantur, erant diuerſi à terminis propo-
ſitæ quæſtionis, vnde plures ex ijs, neque dici pote-
rant, quod eſſent contrarij huic ſententiæ. & prop-
ter hanc rationem primò non viſa fuit obſtare au-
36 thoritas † *Bald. in conſ. 114. lib. 1.* quæ ſecutus fuit
Natt. in conſ. 216. nu. 6. quia illi hoc tradunt de ea
emphyteuſi, quæ fuerit conceſſa cum clauſula, &
37 quibus dederit, nam † cum ea ſit natura eius clau-
ſulæ, vt emphyteuſis cenſeatur tranſitoria ad quoſ-
cumque hæredes, vt habetur in *cap. 1. de feud. non
hab. propr. nat. feud. vbi hoc notant DD.* etiam in
emphyteuſi Eccleſiaſtica. Hęc & non alia erat ra-
tio, quare in ea cenſeantur vocati etiam hæredes
ab inteſtato, & in his terminis loquebantur etiam,
38 † *Curt. iun. conſ. 4. nu. 3.* quem ſequutus fuit *Me-
noch. in conſ. 922. nu. 2. & in tract. præſumpt. præ-
ſum. 27. nu. 11. lib. 4. Surd. conſ. 572. nu. 31. Gabr.
conſ. 91. nu. 5. Capric. deciſ. 221. nu. 8.*

Secundò non viſa fuerunt obſtare ea, quæ notãt
DD. in terminis alterius quæſtionis ſuper faculta-
te, quæ fuerit conceſſa alicui diſponen. de ſeutis
mille, quia omnibus poterat eadem ferè ratione
reſponderi, quod ſcilicet illi moueantur ex ampli-
tudine verborum, quæ poterant id operari, vt ea
diſpoſitio cenſeretur facta etiam ad fauorem hære-
dum ab inteſtato, & hi erant termini, in quibus lo-
39 quebantur † *Surd. in dec. 272. Soccin. iun. conſ. 83.
nu. 7. lib. 4. Aym. conſ. 176. Natt. in conſ. 123. nu.
10.* & alij, qui referuntur à *Fuſar. de ſubſtit. q. 550.
num. 1.* quamuis hæc opinio apparebat etiam con-
trouerſa, vt apparet ex notat. per eundem *Fuſar.
in add. quæſt. 550. ſub num. 5.* vbi refert authores

contrariæ opinionis, quam ipſe ibi ſequutus fuit,
& eandem opinionem expreſsè reprobauit *Rota in vna Bononien. de Lucio 9. Decemb. 1619. coram Card. Sacrato*.
40 Tertio demum non viſi fuerũt obſtare, † *Pinell. in l. 2. C. de bon. mat. ſub n. 11.* quem ſequutus fuit
Caſtill. lib. 4. controu. iur. cap. 13. ſub n. 12. Sanch. reſponſ. moral. lib. 4. dubit. 33. quia licet eorum
authoritas adduceretur in terminis propoſitę quę-
ſtionis; tamen rationes, quibus illi vtebantur, non
poterant tollere fundamenta huius ſententiæ: *Etenim probabant ſuam opinionem auth. l. 4. C. de cõ-
trah. & commit. ſtipul.* in qua ſtatuebatur idem,
41 quod deciditur *in l. ſi mulier. C. de iur. dot.* vt† mu-
lier, quæ ſtipulata fuerit, reddi ſibi partem dotis à
marito, vt poſſet illam relinquere cui vellet, non
diſponendo de ea dote, cenſeatur voluiſſe illam re-
linquere ſuis hæredibus ab inteſtato, cuius legis
authoritati reſponſum fuit ſupra ex interpretatio-
42 ne gloſ. †quod hoc ideo accidit, quia clauſula illa,
vt relinqueret, cui vellet, non faciebat diſpoſitio-
nem conditionalem, ſed ſolùm declarabat cauſam
ſiue effectum ſtipulationis, cũ mulier, cui dos red-
denda erat, potuiſſet liberè de ſua dote diſponere,
Neque obſtare poterat, quod notant DD. ex eadẽ
l. vt ſtipulatio concepta pro perſona nominanda,
43 non ſequuta † nominatione, intelligatur facta pro
hæredibus ſtipulatoris, vt voluit *Bald. in l. 1. C. de pact. nu. 10. in fin. Alex. conſ. 232. nu. 3. lib. 6. Dec. conſ. 543. nu. 3.* & alij, qui referuntur *per Gabr. in tit. de verb. oblig. conclus. 2. nu. 1.* quia, neque hoc
poterat pertinere ad terminos propoſitæ quæſtio-
44 nis, cum id intelligi deberet de eo, † cui fuerit res
aliqua liberè acquiſita, qui propterea potuit illam
tranſmittere ad ſuos hæredes. Vnde non poterat
45 idem dici de ea emphyteuſi, † cuius conceſſio re-
ſtricta fuerit ad certam generationem, ſiue nomi-
nationem, vt declarat *Caldaſ. lib. 2. quæſt. 7. n. 30. & 33. Gomeſ. var. reſol lib. 1. cap. 11. nu. 7.* & hãc
diſtinctionem viſus eſt etiam tenuiſſe *Gabr. in conſ. 143. nu. 8. lib. 1. Surd. deciſ. 272. nu. 37.* Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien̄ Fideicommiſſi de Glauarinis.
Die Lunæ 23. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi præcisè mandauerit hæredi grauato, de conficiendo inuentario bonorum hæreditariorum, ſi hæres ſpreuit pręceptum Teſtatoris, tunc omnimodo contra eum oritur præſumptio vſurpationis, & conſumptionis detractionum, ſi aliud non doceatur, quod ampliatur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtator, quando vocauit proximiores de Caſata non ſimpliciter, ſed cum aliqua declaratiua adiectionẽ, tunc per iſtam vocationem fœminæ excluduntur à maſculis agnatis, etiam remotioribus.*

2 *Detractiones per hæredem grauatum non præſumuntur factæ, quia ſunt quid facti, & debent ab allegante probari.*

3 *Teſtator, ſi iuſſerit hæredi grauato, vt inuentarium conficeret, ſi hæres illud nequaquam confecit, intrat indiſtinctè præſumptio ſubtractionis bonorum, & ſatisfactionis.*

4 *Aſſertioni teſtatoris hæres grauatus tenetur ſtare. & num. 5.*

5 *Legata, & debita præſumuntur ſoluta ex pecunijs hæreditarijs, non autem proprijs hæredis grauati.*

6 *Hæres grauatus, ſi alienauerit aliqua bona hæreditaria præſumitur in eis alienationibus fuiſſe conſumptas detractiones faciendas, donec aliud probetur.*

8 *Conſumptionis, & detractionis præſumptio per hæredem grauatum non conficientem inuentarium, ceſſat per diſtinctionem inter fideicommiſſum vniuerſale, & particulare, & qualiter hoc intelligatur. & nu. 9.*

10 *Hæres grauatus vniuerſali fideicommiſſo non tenetur ad confectionem inuentarij, niſi interpelletur à fideicommiſſario, neque hoc caſu requiritur ſolemne inuentarium, ſed ſufficit ſimplex deſcriptio.*

11 *Sed intellige hoc non procedere, quando adeſt præceptum Teſtatoris de illo conficiendo, cui hæres tenetur parere, alias intrat præſumptio cõtra eũ.*

12 *Inuentarium tutelare confectum per Tutorem, quando non proſit hæredi grauato, ita vt ipſe aliud teneatur conficere.*

13 *Hæreditas complectitur vniuerſum ius, quod defunctus habuit.*

14 *Lites ſufficit eſſe diuerſas in ſpecie ad hoc, ne ex geſtis in vna reſultet præiudicium alteri.*

15 *Bona ſubrogata in locum bonorum fideicommiſſariorum perinde eſt, ac ſi fuiſſent ab initio relicta in hæreditate fideicommittentis.*

16 *Pactum in conceſſione bonorum de renouando de 29. annis, in 29. annos, non tollit effectum perpetuitatis, cum dicatur adiectum ad probationem directi dominij.*

17 *Et iſta conceſſio eſt tranſitoria ad extraneos.*

18 *Emphyteuſis hæreditaria venit ſub generali diſpoſitione, & in reſtitutione fideicommiſſi.*

19 *in Ius alterius, qui ſuccedit, eius iure vti debet.*

20 *Inueſtitura obtenta ab aliquo, eſt nullius momenti, ſi deficiat deuolutio, & adhuc duret prima conceſſio.*

21 *Clauſula, ſeu alio quouis modo, & Iuris, aut hominis diſpoſitione, &c. includit ius proueniens etiam ex perſona loquentis fauore ipſius.*

22 *Clauſula, non ſolum prædicto, ſed & omni alio meliori modo, deſignat enixam voluntatem diſponentis, & comprehendit quoſuis modos proportionabiles, & aptos, vt diſpoſitio conſequatur ſuum effectum.*

23 *Dos, quando ſuccedit loco legitimæ, non ex fideicommiſſo, ſed de ipſa legitima detrahi debet.*

DECISIO CLXIV.

DOMINI perſtiterunt in reſolutis ſub die 23. Ianuarij, * & 5. Maij præteriti * cen-
ſen-

ſentes DD. fratribus de Glauarinis vocatis ad fi-
deicommiſſa,de quibus agitur, non eſſe vlterius re-
tardãdam immiſſionem ex deductis in duabus de-
ciſionibus tunc extenſis. Quibus non viſa ſunt ob-
ſtare ea,quæ in hac tertia diſputatione pro DD.
Piaritijs fuerũt repetita; Nam, dum dicebatur cir-
ca fideicommiſſum Alexandri ſenioris, Iſabellam
filiam vltimi maſculi deſcendentis comprehendi
appellatione proximiorum ad excluſionem tranſ-
uerſalium remotiorum, nec Teſtatorem fuiſſe di-
ſcretiuè loquutum de fœminis deſcendentibus, niſi
quatenus extarent maſculi pariter deſcendentes;
viſum eſt obiectum optimè tolli ex verbis Teſta-
menti ponderatis in ſecunda deciſione, quoniam
Teſtator, poſtquam fœminis deſcendentibus pro-
uidit de dote fauore maſculorum vocatorum retẽ-
to eodem themate,ſi deficeret linea maſculina de-
ſcendentium per lineam rectam,tunc vocauit pro-
ximiores de Caſata non ſimpliciter, ſed cum illa
declaratiua adiectione,videlicet illorum de Glaua-
1 rinis, per quam † vocationem fœminas indiſtinctè
excludi à maſculis agnatis etiam remotioribus vo-
luere congeſti per *Fuſar. de fideic. q. 311. nu. 22. &
q. 366. nu. 24.* vltra allegatos in eadem ſecunda de-
ciſione, in qua etiam fuit plenè probata conſidera-
tio agnationis non ſolum inter deſcendentes, verũ
etiam inter tranſuerſales ex pari diſcretiua com-
memoratione proximiorum,& fœminarum: in qua
re non videtur vlterius inſiſtendum,præſertim cum
dato etiam, & non conceſſo Iſabellam comprehẽ-
di, adhuc non ſuffragaretur DD. Piaritijs, quia il-
la renunciauit ad fauorem dictorum fratrum, qua
propterea inuita non poſſunt ipſi excipere de iure
illius, prout fuit firmatum in ambabus præceden-
tibus deciſionibus, quibus in hac parte agentes
pro DD. Piaritijs iam videbantur acquieſcere.

Circa detractiones placuit quoq; Dominis re-
ſponſio data in alijs deciſionibus reſpectu fideicõ-
miſſi Alexandri ſenioris, cuius vigore fuit dictum
deberi immiſſionem ſuper 32. tornaturis Prædij Ca-
driani,quia ſcilicet nihil penitus affertur pro DD.
Piaritijs, quod ex eodem fideicommiſſo ſit detra-
2 hendum; cum enim ipſæ detractiones † non præſu-
mantur, quia ſunt quid facti, debent ab allegante
probari, alioquin non intrat diminutio fideicom-
miſſi, *Bald. conſ. 219. nu. 4. verſ. non tamen, lib. 2.
Peregr. de fideic. art. 35. num. 9. verſ. tutior tamẽ,
Card. Caual. deciſ. 476. num. 2. & fuit dictum in
Bononien. de Poetis 4. Maij 1605. coram bo. mem.
Vbaldo.*

Reſpectu verò fideicommiſſi Antonij viſa fuit
non obſtare eadem exceptio detractionum; quia
cum ipſe in donatione bonorum ſuorum præſentiũ
non confidens de donatarijs, iniunxiſſet illis ſpeci-
ficè gradatim vocatis, vt infra ſex menſes à die no-
tæ donationis debeant eam ratificare *per Inſtru-
mentum publicum, in quo deſcribantur omnia bo-
na tàm mobilia, quàm immobilia, iura, actiones, &
nomina debitorum ad ipſum ſpectantia &c.* Idem-
que implicitè præſcripſiſſet in Teſtamento poſtea
condito ad formam eiuſdẽ donationis, nec Eques
Gherardus aſſertus auctor DD. de Piaritijs, quã-
tumuis habuerit notitiam prædictorum, vllum vn-
quam Inuentarium confecerit, ſed ſpreuerit præ-
ceptum teſtatoris; intrat indiſtinctè ex huiuſmodi
omiſſione præſumptio ſubtractionis bonorum, &
3 ſatisfactionis, † adeout allegants bona hæreditaria
non ſuffeciſſe incumbat onus probandi huiuſmodi
negatiuam, prout pluries Rota firmauit, *& præ-
cipuè in Maceraten. Legitima coram Reuerendiſſ.
D. Epiſcopo Vrgellen. & in Romana de Victorijs
coram R. P. D. meo Merlino*, ac in alijs allegatis
in præcedentibus deciſionibus, & per *Surd. deciſ.
316. nu. 14. & ſeqq. Gratian. diſcept. 570. num. 20.*
ac per *Modern. de legitim. lib. 2. tit. 2. quæſt. 4. n. 15.*
præſertim cum ipſe teſtator aſſeruerit ſe habere
bona nedum immobilia, ſed etiam mobilia, iura,
& actiones, ac nomina debitorum ad ſe ſpectantia,
quæ expreſsè mandauit deſcribi in Inuentario, &
in principio donationis enunciauerit pecuniarum
ſummas, & idem ferè repetierit in Teſtamẽto, ibi;
*In omnibus ſuis bonis mobilibus, immobilibus, ſe
mouentibus, iuribus, actionibus, & nominibus de-
4 bitorum, &c.* cui † aſſertioni teſtatoris hæres gra-
uatus ſtare tenetur *Rota in Perusina fideicommiſſi
de Cincijs 8. Iunij 1629. coram bo. me. Card. Viri-
li, & in eadem coram R. P. D. meo Dunozetto 19.
5 Aprilis 1620.* & tanquam inducentem † eo vehe-
mentiorem præſumptionem ſubtractionis, & oc-
cultationis ponderauit *Rot. in præallegatis Mace-
raten. Legitima, & Romana de Victorijs, & apud
bon. mem. Card. Caual. deciſ. 246. nu. 5. & 6.* &
paſſim aduertunt Doctores, adeout legata, & de-
6 bita † præſumantur ſoluta ex pecunijs hæreditarijs,
non autem proprijs hæredis grauati, *Surd. dec. 15.
nu. 29. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 668. nu. 4.*

Et maximè augetur præſumptio ſatisfactionis,
quia omiſſioni Inuentarij, & aſſertioni Teſtatoris
accedunt ingentes alienationes factæ ab Equite
Gherardo,& fratribus Prædiorum ſitorum in Com-
muni S. MARIAE in Dou, & in loco Viadagalæ,
& in ipſo Communi Cadriani aſcendẽ ad tornat.
453. & vltra, quæ pro parte DD. de Piaritijs non
7 negantur, propter quas † alienationes præſumi-
tur fuiſſe conſumptas quaſuis detractiones, donec
contrarium probetur *Rota in præallegata Bononien.
de Poetis, & in Bononien. de Rubeis 8. Martij
1619. corã bo. me. Vbaldo, Adden. ad ſan. me. Greg.
XV. deciſ. 185. nu. 6.* Immo id per euidentiam fa-
cti demonſtratur, cum Prædium ſuper quo petitur
immiſſio exaduerſo detentum, dicatur eſſe tantum-
modo tornat. 218. & ſic dimidio plus fuit alienatũ.

Nec præſumptio oriens ex prædictis cum tranſ-
latione oneris probandi in grauatum tollitur per
diſtinctionem inter fideicommiſſum vniuerſale, &
particulare ex *Angel. Alex.* & alijs allegatis pro
8 DD. Piaritijs, quia iſti omnes loquuntur † ad ef-
fectum amiſſionis detractionum,& inducendi pœ-
nam hæredi grauato, vt teneatur de ſuo, aſſeueran-
tes omiſſionem Inuentarij non inferre tantum præ-
iudicij, prout etiam loquitur *Rota deciſ. 519. par. 4.
diuerſ.* Secus verò ad effectum præſumendi ſub-
tractionem bonorum, & transferendi onus pro
9 bandi in negantẽ bona ſuffeciſſe, in caſu quo † con-
currant omiſſio Inuentarij, præceptum, & aſſertio
Teſtatoris, & numeroſæ alienationes, prout hic,
quod eſt longè diuerſum, & in his terminis pro-
cedunt deciſiones, & DD. ſuperius allegati, & in-

terim donec fiat talis probatio, quæ requirit altio-
rem indaginem, nequit retardari DD. fideicom-
miſſarijs immiſſio.

Et quatenus dicebatur grauatum vniuerſali fi-
10 deicommiſſo non † teneri ad confectionem Inuē-
tarij, niſi interpelletur à fideicommiſſario, neque
in eo requiri ſolemne Inuentarium, ſed ſufficere
ſimplicem deſcriptionem; Reſpōdetur primò, hoc
non procedere, vbi extat præceptum Teſtatoris,
11 † cui hæres tenetur parere, alioquin omnino in-
trat contra ipſum prædicta præſumptio, *Gratian. d.
diſcept. 570. nu. 23. Rota in Maceraten. Legitimæ
14. Maij 1627. coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo.*
Secundò non probatur Equitem Gherardum feciſ-
ſe vllam deſcriptionem, neque potuit iuuari ex de-
ſcriptione facta ab Alexandro iuniore primo voca-
to, tum quia Antonius Teſtator voluit Inuentariū
confici etiam ab alijs gradatim vocatis; & in ea
deſcriptione videntur contineri tantum bona
diſtrictus Bononien. illi communia ex finalibus ver
bis Inſtrumenti, ibi, *quæ omnia bona fuerunt, &
ſunt communia inter ipſos Dominos Antonium, &
Alexandrum, &c.* & in donatione Antonius aſſeruit
ſe poſſidere etiam bona propria, & extra dictum
diſtrictum, ibi, *omnia, & ſingula eiuſdem D. Anto-
nij donatoris bona mobilia, & immobilia, domos ſci-
licet, & poſſeſſiones, prædia, terras, prata campos,
vineas, pecuniarum ſummas, & credita, ac alia
quæcumque præmiſſo, ſeu alio nomine nuncupata
tàm Bononiæ, & in illius Comitatu, & diſtrictu,
quàm alibi vbicumque exiſtenti, iuraq., & actio-
nes tàm patrimonialia, quàm omnia alia vndecum-
que quæſita, & tàm communia inter ſe, & dictum
Alexandrum eius fratrem, quàm propria, & par-
ticularia ipſius donatoris etiam per ipſum in publi-
co Bononien. Gymnaſio, ac alias legendo, & aduo-
cando, necnon ex hæreditate olim D. Ioannis Ghe-
rardi Glauarini, vel quocumque alio modo, ac quo-
modolibet acquiſita, quæ hic pro ſingulariter ex-
preſſis, & declaratis haberi voluit, & vult, &c.*
Tùm quia dicta deſcriptio continet tantùm bona
donata, non autem hæreditaria quæ ceciderunt ſub
Teſtamento poſtea facto cum eiſdem ſubſtitutioni-
bus: Non etiam prodeſt Inuentarium tutelare ge-
ſtum à Tutrice filiorū Alexandri iunioris poſt eius
obitum de anno 1590. quia, vt fuit reſponſum in
alijs deciſionibus, eadem tutrix noluit per iſtud
12 ſuppleri † deſcriptionem bonorum hæreditariorū,
cum ipſa fuerit proteſtata ſe velle illa recenſere
ſuis loco, & tempore, quemadmodum in puncto
dixit *Rota in recent. deciſ. 780. in fin. par. 2.*

Et nihilominus quatenus eſſet attendendum In-
uentarium tutelare (quod tamen prædicti fideicō-
miſſarij in omnibus diſputationibus pernegarunt)
adhuc tamen fuiſſent conſumptæ quæcumque præ-
tenſæ detractiones ex alienationibus, cum iſtæ ſint
plus dimidio quàm ſit prædium, ſuper quo ſolo nūc
petitur à fideicommiſſarijs immiſſio.

Et prædicta ferè omnia applicantur quoque ad fi-
deicommiſſum Alexandri iunioris, licèt enim in
eius Teſtamento non fuerit iniuncta hæredibus cō-
fectio Inuentarij, tamen eo ipſo, quòd illud non
confecere, & quòd conſtat de prædictis numeroſis
alienationibus bonorum pro medietate ad illum
ſpectantium, intrat eadem præſumptio ſatisfactio-
nis transferens onus probandi in negantem bona
non Inuentariata, & alienata ſuffeciſſe ex præal-
legatis.

Quod autem dicebatur pro DD. Piaritijs in iu-
dicio moto à fideicommiſſarijs contra Equitem
Gherardum ſuper cautione fideicommiſſorum præ-
ſtādorum fuiſſe electos Peritos, & Calculatores ſu-
per ſtatu hæreditario, ex quorum relatione infer-
tur nihil, aut quid minimum ſupereſſe reſtituendū,
conſtat non ſuſtineri, primò enim non verificatur
electio Peritorum, niſi ſuper valore certorum cor-
porum hæreditariorum, non autem ſuper vniuerſo
ſtatu, qui conſiſtebat etiam in nominibus debito-
rum, iuribus & actionibus; ac etiam in pecunijs
de quibus meminit Antonius in donatione, & in
mobilibus magni valoris, quæ ambo iſti poſteriores
Teſtatores commemorarunt, & præſertim in ſup-
pellectili Palatij Cadriani, quam ſolam Alexander
in ſuo Teſtamento aſſeuerauit eſſe valoris libr. 12.
13 mil, at hæreditas † complectitur vniuerſum ius,
quod defunctus habuit, *l. nihil aliud, ff. de verb. ſi-
gnif. l. hæreditas, ff. de regul. iur.* Secundò fuit re-
ſponſum prædictas relationes emanaſſe in alio iu-
dicio intentato cōtra Equitem Gherardum ad aliū
effectum, quæ diuerſitas apertè colligitur ex libel-
lo, & ſententia, quæ tendebant ſolum ad aſſecurā-
dum, ne pendente purificatione fideicommiſſi, vl-
terius damnificarentur bona, ſed conſeruarentur
illæſa fideicommiſſarijs, vnde prædicti Periti nihil
prorſus dixerunt de cæteris iuribus hæreditarijs
pertinentibus ad fideicommiſſarios, nec de prætē-
ſis detractionibus allegatis per Equitem Gherar-
dum, ideo non poſſunt præiudicare in iſto iudicio,
quod purificato iam fideicommiſſo, tendit imme-
14 diatè ad immiſſionem, & ſufficit † lites eſſe diuer-
ſas in ſpecie ad hoc, ne ex geſtis in vna reſultet præ-
iudicium alteri, *Aegid. deciſ. 629. Rot. deciſ. 4. de
conſ. in ant. Mareſcott. var. cap. 107. n. 7. & 8. lib. 2.*

Fuit etiam animaduerſum plures detractiones
allegatas ex parte DD. de Piaritijs in notabili ſū-
ma minimè ſubſiſtere, prout eſt prædiolum ſitum
in eodem Communi Cadriani redemptum ab Equi-
te Gherardo, quod tamen attentis quampluribus
alienationibus petiarum terræ eiuſdem Communis
15 cenſetur † ſubrogatum in locum alienatorum, &
venit in reſtitutione fideicōmiſſi perindè ac ſi fuiſ-
ſet ab initio relictum in hæreditatibus Teſtatorum,
Surd. deciſ. 15. nu. 10. & ſeq. cum alijs allegatis in
præcedenti deciſione, *verſ. quod fortius, &c. ad
med.* Item recenſetur inter aſſertas detractiones
aliud prædium nuncupatum *della Maddalena*
olim conceſſum per Commendatarium Eccleſiæ
S. Mariæ Magdalenæ de Anno 1588. Alexandro iu-
niori ſtipulanti pro ſe, & hæredibus ſuis cum clau-
ſula *ad habendum, &c.* poſita in parte diſpoſitiua,
& clauſula *in perpetuum, &c.* ſæpius repetita, &
pacto renouandi de 29 annis in 29. annos (quod nō
16 tollit † effectum perpetuitatis, cum dicatur adiectū
ad probationem directi dominij, non autem pro
ſubſtantia contractus, *Rota deciſ. 438. nu. 3. par. 1.
recent. & in Aſculana emphyteuſis 27. Iunij 1633.
coram Reuerendiſſ. D. meo Epiſcopo Vgellen.*) quæ
17 conceſſio † eſt tranſitoria ad extraneos ex deductis

in

Digitized by Google

in Mediolanen. Bonorum de Buffalora coram bon.
mem. Bubalo, quam Rota ſæpius ſequuta eſt, vnde
potuit idem Alexander primus inducere fideicom-
18 miſſum ſuper huiuſmodi prædiolo, & illud † venit
ſub generali diſpoſitione, & in reſtitutione fidei-
commiſſi metiendo voluntatem à poteſtate, *Ma-
gon. deciſ. Lucen. 7. num. 23. Peregr. de fideicom.
art. 6. nu. 29. Fuſar. de fideicom. q. 630. nu. 5. Card.
Canalor. deciſ. 293. num. 1. Rota in Ferraren. Bo-
norum 29. Aprilis 1630. coram D. Vrgellen.* &
quamuis Gherardus in fine anni 1 neglexiſſet pe-
tere renouationem, tamen illam obtinuit de Anno
1621. tanquam ſucceſſor Alexandri cum remiſſio-
ne cuiuſcumque caducitatis; & ſic venit conti-
19 nuatiuè † ad primæuam conceſſionem cum eodem
onere fideicommiſſi ex *reg. l. qui iurius; ff. de regul.
iur.* quamobrem conſtat fuiſſe nullius momenti in-
ueſtituram obtentam à DD. *Piaritijs* de præſenti
20 Anno 1636. † deficiente deuolutione, immò adhuc
durante prima conceſſione, *Bald. conſ. 135. lib. 2.
Caſtr. conſ. 72. per tot. lib. 2.*

Nec pariter poteſt referri in detractiones medie-
tas fideicommiſſi Antonij, quę nullo pacto pertinet
ad DD. Piaritios, nec ad filias Alexandri profeſſas
in Monaſterio, ſed ad Iſabellam filiã Equitis Ghe-
rardi, quæ diſpoſitiuè conſentit totum, & integrum
fideicommiſſum in omnibus, & per omnia peti à
prædictis DD. fratribus de Glauarinis: qui conſen-
ſus ne ſit inanis, debet operari, vt ipſis liceat obti-
nere ſuper huiuſmodi medietate perinde ac obti-
neret illa, ſi ageret ex allegatis in præterita deci-
ſione. præſertim accedentibus illis verbis, *ſeu alio
quouis modo, & iuris, aut hominis diſpoſitione in
21 ipſos contuiſſet, &c.* quæ † includunt ius prouenies
etiam ex perſona loquentis fauore ipſius *ſanct. me.
Greg. XV. deciſ. 2. nu. 8. & 9.* & vrget clauſula *non
ſolum prædicto, ſed & omni alio meliori modo*, quę
22 † deſignat etiam voluntatem diſponentis, & cõ-
prehẽdit quoſuis modos magis proportionabiles,
& aptos, vt diſpoſitio conſequatur ſuum effectum
perindè, ac ſi fuiſſent ſpecialiter expreſſi etiam ex
quacumque alia cauſa diuerſa, & non deducta,
*Mohed. dec. 1. de verb. ſignif. Caſ. de Graſſ. dec. 1. n. 4.
de elect.* & latè cumulat *Mart. clauſ. 81. n. 3. & ſeq.*

23 Dotes autem filiarum Alexandri ſunt † detrahẽ-
dæ de Legitima non autem de fideicommiſſo, cum
ſuccedant loco Legitimæ, vti firmauit *Rota coram
ſanct. me. Greg. XV. deciſ. 565. & ibi Addent*, quæ
fuit cõfirmata *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano,
& in Perusina fideicommiſſi de Gratianis 28. Iunij
1630. coram eodem, verſ. cùm igitur dos ſuccedat,
&c.* & latè cumulat *Modern. de legit. lib. 1. tit. 4.
quæſt. 6. num. 14.*

Dos demum Lauræ Alamandinę nõ eſt amplius
detrahenda, cum fuerit ſemel ſoluta cum affectibus
hæreditarijs fideicommittentium, prout fuit pro-
batum per publicum Inſtrumentum.

Quæ omnia ſi ſubducantur, deprehenditur ma-
nifeſtè reliquas prætenſas detractiones etiam inn-
ctis allegatis melioramentis quatenus probaren-
tur (prout non viſa ſunt probari ſaltem in quanti-
tate prætenſa à DD. Piaritijs ex deductis in alijs
deciſionibus) prorſus abſorberi ab alienationibus
ſtabilium longè maioris quantitatis; aſcendeñ ad
tornaturas 453. valoris libr. 92. mil. & vltra, & ab
alijs bonis, pecunijs, iuribus, & nominibus hære-
ditarijs, de quibus non docentur legitimè confecta
Inuentaria ex ſuperiùs deductis, adeout nulla iam
videatur ſupereſſe dubitatio, quin ſuper hoc ſolo
prædio ſit concedenda immiſſio, concurrentibus
omnibus requiſitis in iſto iudicio recenſitis in pri-
ma deciſione.

Et ita fuit tertio reſolutum vtraque, &c.

* *Sunt deciſiones 88. & 126. ſupra in hac parte
vbi etiam habentur aliæ deciſiones in hac cauſa.*

R. P. D. GHISILERIO.

Auximana Cenſus.

Die Lunæ 23. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Declaratur in hac deciſione, quod exemptio-
num priuilegia, quantumuis ampla, & præ-
gnantia conceſſa alicui, non inducunt exem-
ptionem rei, contractus, vel delicti concer-
nentia loca minimè exempta. Mirabilis, &
ſingularis eſt deciſio, tanquam extenſa à tàm
præclaro, & magno Areopagiſta.

SVMMARIVM.

1 *Exemptus quantumuis ſit aliquis, ſi tamen conue-
niatur ratione rei ſita extra locum exemptum,
poteſt coram Iudice rei ſitæ conueniri.*

2 *Cap. volentes 1. de priuileg. in 6. in Concilio ge-
nerali Lugdunenſi fuit compilatum.*

3 *Exemptionis priuilegia quantumuis ſint lata, non
includunt exemptionem rei, contractus vel deli-
cti, concernentia loca non exempta.*

4 *Exemptionis plenæ priuilegium quantumuis la-
tum, non includit locum non exemptum.*

5 *Rei vbi eſt, poteſt quis conueniri actione reali, nõ
obſtante quocumque priuilegio, generaliter con-
ceſſo, quod non poſſit conueniri niſi ſub certo
Iudice.*

6 *Contractus rei, vel delicti ratione, quis efficitur
de iuriſdictione Iudicis illius loci, quantumuis
contrahens vel delinquens ſit exemptus, licet non
dicatur, vel efficiatur ſubditus.*

7 *in Exemptione quacumque habet locum cap. 1. de
priuil. in 6. & eſt intelligendum de priuilegio ple-
næ exemptionis, quantumuis lato. & nu. 12.*

8 *Actio realis, principaliter reſpicit rem ipſam, &
quodammodo ipſi rei videtur cohærere.*

9 *Reus actionem realem defendere tenetur in loco,
in quo ſita eſt.*

10 *Et hoc habet locum, etiamſi reus habeat priuilegiũ,
ne teneatur reſpondere, niſi coram certo Iudice.
& nu. 11. & 12.*

13 *Clauſula derogatoria, intelligitur ſemper quate-
nus ea quibus derogatur contrariétur diſpoſitis.*

14 *Clauſula reuocatoria alicuius legis, vel ſtatuti,
eatenus legem vel ſtatutum, reuocare videtur,
quatenus eum ipſa lege reuocante repugnantiam
continet, & non in plus.*

15 *Ordo*

15 *Ordo Ciſtercienſis habuit priuilegia plena exemptionis, & poſt conditum cap. 1. de priuil. in 6. impetrarunt ab Innocentio IV. ne d. cap. derogaret priuilegijs ſua exemptionis.*
16 *Exemptio, quantumuis plena, nunquam includit tres caſus.*
17 *Concedi aliquod nouum nunquam intelligitur, ſi concedatur illud idem, quod erat conceſſum de iure communi.*
19 *Cap. volentes 1. de priuileg. in 6. non intrat, quãdo exemptio eſt reſtricta ad certam ſpeciem iuriſdictionis. vide nu. 20. & 21.*
22 *Bonorum appellatione veniunt bona vbicumque exiſtentia.*
23 *Cauſa, & actiones ſuper rebus agitata dicuntur quodam modo inhærere ipſi rei.*
24 *Actio realis, & in rem ſcriptam quoad forum æquiparantur.*
25 *Cap. volentes 1. de priuil. in 6. non procedit, quando exemptus non fuit repertus in loco rei ſitæ, itaut non poſſit ferri diffinitiua contra ipſum, quamuis fuerit citatus.*
26 *Procuratores perſonas Dominorum repræſentant.*
27 *Poſſeſſor conueniri poteſt actione reali.*
28 *Ciues alicuius loci, Superiore non contradicente, poſſunt in eorum præiudicium prorogare iuriſdictionem eorum, quibus circumſcripta exemptione erant ſubiecti.*
29 *Falſitatis omnem occaſionem poſſunt tollere adminicula.*
30 *Poſſidere, ſi quis aſſerat, non inde ſequitur perneceſſe perceptio fructuum, nec realis inſiſtentia.*
31 *Poſſeſſio inſtrumentalis non probat perceptionem fructuum.*
32 *Manutentio non tradit poſſeſſionem, ſed traditã, vel habitam declarat, ſeu confirmat abſque alia executione.*
33 *Fructus præſumuntur percepti à vero, & corporali poſſeſſore.*
34 *Fructus veniunt à die motæ litis.*
35 *Manutentio competit ei, qui nunquam deſijt poſſidere.*
36 *Sententiam quando pars aduerſa vult infirmare ex nouiter deductis, ita licet parti, qui eam obtinuit, ex nouiter deductis eam defendere.*
37 *Aſſociatio, vt obſcuretur non ſufficiunt leuiores probationes.*
38 *Hæres tenetur ſeruare factum defuncti.*
39 *Fructus dotis à marito exigi non poſſunt, ſi non ſubſtineat onera matrimonij.*
41 *Receptio in ſolutum eſt vera ſolutio.*
42 *Solutionem in ſolutum mulier poteſt recipere abſque ſolemnitatibus.*
43 *Confeſſio, ſi habeat relationem ad aliquod inſtrumentum, eo non exhibito, non creditur referenti in præiudicium tertij.*
44 *Confeſſio facta abſente parte non obeſt.*
45 *Hypoteca limitata ad tempus ſolutionis, non retrotrahitur ad tempus promiſſionis, ſed incipit à die traditionis.*
46 *Poſſeſſio non extenditur de re, ad rem.*
47 *Manutentio non impeditur propter creditum illiquidum.*
48 *Statutum excluſiuum fœminarum non excludit eas, niſi ab hæreditate dotantis.*
49 *Filius, vel filia, ſiue agendo, ſiue excipiendo tenetur probare aditionem hæreditatis matris, quia in ea non datur ſuitas, ſicuti in patre.*
50 *circa Lucrum dotale attenditur ſtatutum viri, non autem vxoris. & nu. 52.*
51 *Statutum Lauretanum non defert lucrum dotale. & nu. 54.*
53 *Bononien. Dotis 22. Maij 1619. coram Buratto declaratur.*
55 *Statutum Montis Filatrani defert lucrum dotale marito, cum qualitate reſtitutionis dotis infra annum abſque litigio.*
56 *Conſtitutio Marchiæ de minoribus, annullat ipſo iure contractus minorum celebratos ſine ſolemnitatibus requiſitis à d. Conſtitutione.*
57 *Contractus celebratus cum minore ſine ſolemnitatibus non tenet, ipſo ſic volente, ſed ſecus è contra.*
58 *Solemnitates in contractibus minorum ſunt inuenta ad eorum vtilitatem.*

DECISIO CLXV.

INHAERENDO deciſioni in hac cauſa factæ coram me 10. Martij præteriti, * cenſuerunt DD. ſuſtineri reſolutionem ad fauorem D. Camilli Rinuccini pro illius manutentione in poſſeſſione bonorum, de quibus agitur, quam vigore ſententiæ immiſſionis in Saluiano obtinuit à Locumtenente Gubernatoris Marchiæ, quia dictæ ſententiæ validitas, & iuſtitia ſubſiſtit ex deductis in eadem deciſione, & quæ hodie replicantur pro Riccardis, non tollunt fundamenta deciſionis.

Siquidem primum motiuum ratione iuriſdictio-
nis, ex quo fel. record. Paulus Quintus non ſolum
Ciues Lauretanos exemit à iuriſdictione cuiuſcũ-
que alterius, ſed etiam illorum bona, vt in Motu
proprio ſub Datum Tuſculi quarto Idus Septem-
bris anno 1620. nihil facit, quominus ex natura
actionis Riccardi quantumuis Ciues Lauretani nõ
poſſent conueniri coram Iudice, in cuius iuriſdi-
ctione erant bona, quia ponderatis verbis exemp-
tionis, de qua in Motu proprio, ibi, *eandemq. Ci-
uitatem Lauretanam, eiuſq. diſtrictum, Comitatũ,
& territorium, eiuſq. homines, res, & bona, iura,
cauſas, & actiones quaſcumque à prædicta lega-
tione, ſeu gubernio Prouinciæ Marchiæ fuiſſe, &
eſſe penitus, & omnino ſeparatos, ſeparatas & ſe-
parata, &c.* patet deſignatam eſſe exemptionem
Ciuitatis, Diſtrictus, & Territorij, eiuſq. hominũ,
rerum, & bonorum: Ideoq. non comprehendere
perſonas, res, & bona extra Ciuitatem, Territoriũ,
& Diſtrictum Lauretanum exiſtentia, ita quod in-
tret diſpoſitio Textus *in cap. 1. de priuil. in 6.* vbi ne
exempti limites libertatis excedant, declaratur,
1 quòd † quantumcumque ſint exempti, ſi tamen
conueniantur ratione rei ſitæ extra locum exemp-
tum, poſſint coram Ordinario ratione rei ſitæ con-
ueniri, ponderando præcipue illud verbum, *quan-
tumcumque ſint exempti,* quod denotat exemptio-
nem quantumuis amplam recipere prædictam in-
terpretationem datam ab Innocentio Quarto in
Concilio generali Lugdunenſi, vbi compilatum
2 fuit dictum † *Capitulum primum de priuileg. in 6.*

&

Digitized by Google

& Gemin. ibid. num. 3. inquit, nota quod priuile-
gia exemptionis quantumcumque ſint lata, non
3 includunt † exemptionem ratione rei, contractus,
vel delicti concernentia loca nõ exempta, & *Frãc.
num.* 2. ait ſecundò, tene menti, quod priuilegium
plenæ exemptionis quantumcumque latum non
4 includit† exemptionem ratione delicti, contractus,
vel rei, de qua agitur, dummodo locum non exẽp-
tum concernat, & *Paul. de Caſtr. in l. fin. in prin-
cip. verſ. item ratione poſſeſſionis. C. vbi in rem
5 actio exerceri debeat*, dicit, in loco vbi eſt res, † po-
teſt quis conueniri actione reali, non obſtante quo-
cumque priuilegio generaliter conceſſo, quòd non
poſſit conueniri, niſi ſub certo Iudice, patet ergo,
quod ratione delicti, contractus, vel rei, efficitur
6 quis de iuriſdictione Iudicis illius† loci, quantum-
cumque contrahens, vel delinquens ſit exemptus,
licet non dicatur, nec efficiatur ſubditus, *ſecundũ
gloſ. ſingularem, in verb. ſubditos, in Clement.* 1.
de for. compet. & d. Text. in d. cap. 1. *de priuil. in*
6. habere locum in quacumque exemptione, & eſ-
7 ſe intelligendum† de priuilegio plenæ exemptionis
quantumcumq; lato, pluries firmauit Sac. Cõgre-
gatio Concilij, & tenuit *Rota in Baren. iuriſdictio-
nis* 20. *Maij* 1603. *coram Eminentiſſ. Card. Vero-
8 ſpio*, ea ratione, quia actio, † qua agitur ad rem,
principaliter reſpicit rem ipſam, & quodammodo
ipſi rei videtur cohærere, *§. omnium inſtit. de action.
l. fin. C. de præſcript. long. temp. l. non aliàs, §. fin.
9 ff. de iudic.* & ideo reus † eam defendere tenetur in
loco, in quo ſita eſt, ex qua ratione infert *Barboſ. in
l. hæres abſens, §. proindè, in art. de foro ratione rei
10 ſitæ, ff. de iudic. nu.* 3. hanc concluſionem †proce-
dere etiamſi reus habeat priuilegium, ne teneatur
reſpondere, niſi coram certo Iudice: Nam non ob-
11 ſtante priuilegio tenetur † rem defendere, vbi ſita
eſt, propter rationem, de qua ſupra.

Non obſtat amplitudo verborum priuilegij de-
ducta ex illis dictionibus, *penitus, & omninò, &c.*
& infrà, *perpetuò ſeparamus, & pleniſſimè eximi-
mus, &c.* quia ex ſupra allegatis probatum fuit
12 *text. in d. cap.* 1. † procedere in priuilegio plenæ
exemptionis quantumcumque lato, nec deciſio
Rotæ in Cæſarauguſtana Cameraria 26. *Nouem-
bris* 1632. *coram R.P.D. meo Pirouano*, applica-
tur huic caſui, ex quo procedit in diuerſis terminis,
vt ex lectura patet.

Pariter nihil facit derogatio Concilijs vniuerſa-
libus, de qua in Motu proprio cum clauſula, *quo-
rum tenores*, quia priuilegium integrum plura alia
continet, quibus applicari poteſt dicta derogatio,
13 non autem ſolam iuriſdictionem, & clauſula† dero-
gatoria intelligitur ſẽper, quatenus ea, quibus de-
rogatur, contrarientur diſpoſitis, *Alex. conſ.* 7. *n* 17.
lib. 7. Ad quod facit Theorica, *Bart. in extrauag.
ad reprimendam in verb. non obſtantibus; nu.* 12.
14 vbi quod clauſula reuocatoria alicuius legis, † vel
ſtatuti, eatenus legem, vel Conſtitutionem reuo-
care videtur, quatenus cum ipſa lege reuocante re-
pugnantiam continet, & non in plus. Hoc dictum
refert *Alex. conſ.* 22. *nu.* 2. *lib.* 1. Ludou. Gomez. *in
cap.* 1. *num.* 135. *de conſt. lib.* 6. *Rom. conſ.* 57. *nu.* 1.
& Rota coram Mant. deciſ. 104. *num.* 5. & in ter-
minis etiam fortioribus ſpecialis derogationis ex-
tat doctrina *Gemin. in d. cap.* 1. *§. in eos autem de
priuileg. in* 6. *vbi nu.* 9. dicit, Ordinem Ciſtercien-
15 ſem † habuiſſe priuilegia plenæ exẽptionis, & poſt
iſtud Capitulum impetraſſe ab Innocentio IV. au-
ctore iſtius, vt fuit dictum ſupra, ne iſtud Capitulum
derogaret priuilegijs ſuæ exemptionis, ſed cum du-
bitaretur, numquid coram Ordinario poſſent con-
ueniri ſuper decimis prouenientibus ex fundis po-
ſitis in loco non exempto, quia Papa conceſſerat
eis quod iſtud Capitulum nihil præiudicaret, & re-
fert, ſe affirmatiuè conſuluiſſe, & ſuo conſilio ſub-
ſcripſiſſe quaſi omnes Doctores Bononienſes, quia
inquit de iure communi ante prædictum Capitulũ,
caſus prædictos non fuiſſe comprehenſos in priui-
legijs, licèt igitur Papa conceſſerit gratiam Ciſter-
cienſibus, ne per prædictum text. præiudicaretur
ſuis priuilegijs, attamen non per hoc ſequebatur,
vt virtus comprehenſiua priuilegiorum extendere-
tur ad caſus, de quibus in dicto textu, & *Franc. in
dicto text.* ſequitur hanc opinionem ea ratione,
16 quia quantumcumque ſit† plena exemptio, num-
quam includit dictos tres caſus, & *nu.* 1. *verſ. eſſet
tamen ex hoc.* infert, eſſe neceſſarium, quod in pri-
uilegio declaretur, quod in his tribus caſibus corã
Ordinarijs conueniri non poſſint, aliàs per ſimpli-
cem derogationem prædicti Capituli non cenſetur
conceſſa iuriſdictio in dictis caſibus, & propterea
in dicto caſu Ciſtercienſiũ, Papa concedendo, quod
iſta decretalis in nullo deroget illorũ priuilegijs,
benè dixit, quia illa priuilegia, non includebant
iſtos tres caſus, ergo eis non derogauit, nec poteſt
fieri vis in illo verbo concedimus, per quod vide-
17 tur aliquod de nouo conceſſum, quia quoties † cõ-
ceditur illud idem, quod erat conceſſum de iure
communi, numquam intelligitur aliquod nouum
concedi, vt patet *in c. & ſi Chriſtus in fin. de iur.
iur. gloſ. in c.* 1. *de reſcript.* Quæ doctrinæ facilius
18 procedunt in iſto caſu. † in quo, neque in diſpoſi-
tiuis, neque in exequutiuis adeſt ſpecialis deroga-
tio dicti Capituli primi.

Nec releuat, quòd cum exemptio, de qua agitur,
non ſit generalis, ſed reſtricta ad certam ſpeciem
iuriſdictionis nempè legationis, ſeu gubernij Pro-
19 uinciæ Marchiæ, inferatur, † non intrare diſpoſi-
tionem dicti Capituli ex traditis *per Couar. pract.
quæſt. cap.* 11. *nu.* 5. quia diſtinctio data *à Couar.* re-
probatur in terminis *à Rota in d. Baren. iuriſdi-
ctionis coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio, vbi ſu-
pra nu.* 4. & idem *Couar. d. num.* 5. *in verſ. igitur
in ſumma, &c.* explicat, vt non procedat dictus
20 textus, quando conceditur certa ſpecies † iuriſdi-
ctionis, vel eximuntur perſonæ abſque circumſcri-
ptione loci, ſecus autem, quando priuilegium eſt
certo loco circumſcriptum, quia eo caſu delinquẽs,
21 aut contrahens extra illum locum, † etiamſi iure
communi fuerit exemptus, ac iuris communis pri-
uilegio munitus, poterit puniri per Iudicem illius
loci, vbi deliquerit, & apud eum Iudicem tenebitur
ex contractu reſpondere, qui Iudex eſt illius loci,
vbi contraxit. Nos autem verſamur in hoc ſecun-
do caſu, vt patet ex verbis.

Quod Motus proprius fel. record. Pauli V. ex-
preſsè ſeparet bona, & cauſas quaſcumque, & ap-
22 pellatione bonorum † veniant bona vbicumque
exi-

Digitized by Google

exiſtentia, tollitur ex lectura eiuſdem priuilegij, in
quo non eximuntur bona Lauretanorum, ſed bona
Ciuitatis, diſtrictus, & Territorij, ibi, *eandemq. Ci-
uitatem Lauretanam, eiuſq. diſtrictum, Comita-
tum, & Territorium, eiuſq. homines, res & bona,
iura, cauſas, & actiones quaſcumque &c.* Vnde
non veniunt bona, quæ ſunt extra Ciuitatem, diſtri-
ctum, & Territorium, vt fuit dictum ſupra. Quod
23 autem cauſæ, & actiones ſuper † rebus agitatæ di-
cantur quodammodo inhærere ipſi rei, probatur ex
*l. fin. C. de præſcript. long. temp. l. non alias. §. fin.
de iudic. & benè per Barboſ. vbi ſupra.* idemq. pro-
cedit in actione in rem ſcripta, quia quoad forum
24 † æquiparatur actio realis, & in rem ſcripta, vt di-
cit *Innoc. in c. dilectus il ſecundo de reſcript. cap. ex
parte de for. compet. Tiraquel. in tract. lignag. §. 8.
gloſ. 5 in princ. vſque ad nu. 15.* Altera difficultas
25 quod diſpoſitio dicti textus † non procedat, quan-
do exemptus non fuit repertus in loco rei ſitæ, ita-
ut non poſſit ferri diffinitiua contra ipſum, quamuis
fuerit citatus, ceſſat ex eo, quod ſufficit Iudicium
fuiſſe agitatum cum eius Procuratore, quia perin-
26 de eſt, ac ſi Lauretanus ipſe fuiſſet citatus, † cum
Procuratores perſonas Dominorum repræſentēt,
vt ex allegatis per *Vinc. de Franch. deciſ. 177. n. 5.
& ſeqq.* & allegati in contrarium procedunt, quā-
do ageretur actione perſonali ex promiſſione facta
vbique ſoluendi, ſed quādo actione reali ſecus, quia
27 hoc caſu de iuris diſpoſitione, † poſſeſſor conueni-
ri poterit actione reali, & maximè quando Procu-
rator eſt in ſpecie conſtitutus pro defenſione rei, vt
in iſto caſu.

Subſiſtit etiam aliud fundamentum deciſionis,
quod Lauretani ſuperiores, & Protectore non con-
tradicente, qui poteſt cauſam auocare, & reaſſu-
28 mere, ſi velit, non obſtante prorogatione, † poſſūt
in proprium præiudicium prorogare iuriſdictionē
eorum, quibus circumſcripta exemptione erant ſu-
biecti, declarant *Natt. Surd. & alij allegati in deci-
ſione* & ita tennit *Rota in Caſalen. de Carettis 2.
Maij* 1582. *coram Comitulo*, & ſic multo minus
poſſunt poſt ſentētiā dare de defectu iuriſdictionis.

Non obſtat ſecundum motiuum contra deciſio-
nem deductum ratione exceſſus, ex eo, quod ante
dictam ſententiam D. Rinuccinus fuit aſſociatus,
vnde præſumitur percepiſſe fructus, & ſic ſummam
ſcutorum 326. pro quibus tunc egit, & quæ poſtea
fuerunt comprehenſa in dicta ſententia immiſſio-
nis, de cuius validitate agitur, quia ſubſiſtit reſpō-
ſio deciſionis, quod non conſtat de effectuatione
dicti mandati de aſſociando, quia non fuerunt eie-
cti Franciſca, & Raſcantes, vt ex confeſſione Frā-
ciſcæ, quæ fuit vxor Simonis Gentiloni debitoris
cenſus quoad vnam medietatem tenutæ, de qua
confeſſione in inſtrumentis de Anno 1628. & de
Anno 1629. & in litteris datis in ſummario, &
ponderatis in alia deciſione, quæ licet ſint ſcriptæ
à Tertio, attamen eum obierit de Anno 1628. &
eſſet affinis, & agens Franciſcæ, ceſſat ſuſpicio, &
deſeruiunt pro adminiculo. Et ex detentione Au-
relij Raſcantis, quoad aliam medietatem, dicta au-
tem confeſſio eſt attendenda, tanquam adminicu-
lata, nempe poſſeſſione Franciſcæ capta, continua-
ta, & renouata, ac inhibitione alteri parti præſen-
29 tata, † quæ adminicula tollunt omnem occaſionē
falſitatis, *l. inſtrumenta. C. de probat. Rota in Fer-
rarien. pecuniaria 24. Ianuarij 1629. coram R. P.
D. meo Motmanno.* Quibus ſtantibus parum refert,
quod D. Rinuccinus in monitorio ſuper manuten-
tione in poſſeſſione exequnto contra eamdem Frā-
30 ciſcam aſſeruerit, ſe poſſidere, quia † inde non ſe-
quitur perneceſsè perceptio fructuum, neque rea-
lis inſiſtentia, *Rot. deciſ. 528. num. 2. par. 3. recent.*
31 & in fortioribus terminis de poſſeſſione † inſtru-
mentali, quod non probet perceptionem *bo. mem.
Card Caualer. deciſ.* 138. *per tot.* præſertim in con-
curſu aliorum contradicentium, & poſſidentium.

Non obſtat, quod ſaltem præſumatur percepiſſe
fructus ex illa medietate, in qua Raſcantes obti-
nuerat mandatum de manutenēdo de Anno 1627.
& ſic poſt annum à die mandati de aſſociando, quia
obiectum procederet ſi Raſcātes acquieuiſſet exe-
cutioni per annum, ſed conſtat, ipſum cœpiſſe age-
re ad manutentionem de eodem Anno 1626. quo
D. Rinuccinus obtinuerat mandatum de aſſocian-
do, quod ſufficit, & ſi non doceatur de executione
mandati de manutenendo, quia id probat, eum cō-
32 tinuaſſe in anterioti poſſeſſione, eo quod † manu-
tentio nō tradit poſſeſſionem, ſed traditam, vel ha-
bitam declarat, ſeu confirmat abſque alia executio-
ne, vt benè animaduertit *Menoch. de retin. remed.
vlt. num. 57. Rota coram Seraph. deciſ. 1295. nu. 4.*
Ideò fructus Anno 1626. præſumuntur ab ipſo per-
33 cepti, † cum eſſet verus, & corporalis poſſeſſor,
qui cū nō fuiſſet citatus in aſſociatione conceſſa D.
Rinuccino, probata illius poſſeſſione obtinuit ma-
nutētionem, per quā fuit ſaltem reſoluta aſſociatio
D. Rinuccini, & omnia redierunt ad primū princi-
34 pium, ex quo fructus † veniūt à die motæ litis. Vn-
de excluditur præſumptio perceptionis fructuum,
& probatur reſpectu medietatis tenutæ, quæ poſſi-
debatur à Franciſca, eam impediuiſſe exequutio-
nē mandati, vigore inhibitionis ratione ſuæ dotis.
Reſpectu verò medietatis, quæ de tempore aſſo-
ciationis poſſidebatur per Raſcantem, iuſtificatur
etiam paulò poſt aſſociationem obtinuiſſe manda-
datum, & ſic indubitatum eſt, intrare ſupra dedu-
35 cta, cum numquam † deſierit poſſidere, aliàs illi
non competijſſet manutentio, ſed reintegratio.

Non obſtat, quod iura probantia dictam aſſocia-
tionem non habuiſſe effectum, non fuerint produ-
cta per D. Rinuccinum coram Iudice de partibus;
quia non fuit opus, ex quo tunc non fuit oppoſitum
36 de pretenſo exceſſu, & dum hodie pars † vult in-
firmare ſententiam ex nouiter deductis, ita licet
etiam ex nouiter deductis illam defendere, *Rot. de-
ciſ. 68 num. 10. & ta. poſt Pacif. de ſalu. cum alijs
per adden. ad deciſ. Greg. 274. ſub nu. 9.* Quare cum
prætenſa perceptio fructuum non probetur, niſi præ-
ſumptiuè, & concurrant tot coniecturæ in contra-
rium, talis præſumptio non habet locum, maximè
quia ad effectum obſeruandi dictam aſſociationem,
37 † ſufficiunt leuiores probationes, & quod non ſuf-
ficiat ad iſtum effectum poſſeſſio inſtrumentalis di-
xit *Rota coram bon. me. Caualer. d. deciſ.* 138. Nec
eſt adhibenda fides teſtibus ad perpetuam rei me-
moriam examinatis ex deductis in alia deciſione in
§. Nec facit.

Minus

Digitized by Google

Minus ſubſiſtit obiectū anterioritatis dotis Frā-
ciſcæ, & Septimiæ, quia cum non probetur ſolutio
dotis Franciſcæ, vt latè fuit deductum in alia deci-
ſione. Nam loca Montium fuerunt alienata à Lu-
ca Feo dotis promiſſo, cuius fuit hæres Franciſca,
38 quæ propterea † tenetur ſeruare factum defuncti,
l. cum à matre. C. de rei vend. Imò vti talis tene-
batur ſoluere fructus dictorum locorum Mōtium,
39 quæ à viro exigi † non potuerunt, cum onera ma-
trimonij ſuſtinuerit, *gloſ. in l. de euictione, vbi Bart.
& Alex. num. 12. & Soccin. nu. 9. ff. de ſolut. ma-
trim. Iaſ. in l. ſi donatarijs. §. 1. nu. 16. ff. de condit.
ob cauſ. Caſtr. conſ. 11. nu. 4. verſ. quatenus autem.
lib. 1. Surd. conſ. 290. nu. 31. vol. 2.* Creditum verò
Cataneorum minus fuit à Simone exactum, ſed tē-
pore illius obitus extabat; & à Franciſca fuit ceſſū
40 Riccardis, per quam † ceſſionem dicitur recepiſſe,
idem inſolutum, *Aym. conſ. 200. num. 2. Ruin. conſ.
107. nu. 2. vol. 1.* & conſequenter intrat ſatisfactio,
41 cum † receptio ſit vera ſolutio, *Dec. conſ. 99. nu. 4.
Surd. conſ. 145. num. 29.* quam ſolutionem potuit
42 mulier † recipere ſine ſolemnitatibus, *Mantic. de-
ciſ. 344. nu. 7. & fuit dictum in Romana ſaluiani 9.
Decemb. 1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*
Quo verò ad prætenſam ſolutionem alterius credi-
ti ſcutorum 900. in alia deciſione fuit dictum, illam
non probari, niſi per confeſſionem habentem rela-
43 tionem ad aliud inſtrumentum, † quo non exhi-
bito, non creditur referenti in præiudicium tertij,
licet quantitas ſit expreſſa, vt diſtinguit *Gratian.
deciſ. Marchiæ 103. nu. 16. & 17.* & eo magis, quia
dicta confeſſio emanauit Cataneis abſentibus, &
44 tempore, quo cenſus † venditus erat D. Rinucci-
no, cui propterea non obeſt, vt de communi *Ne-
guſan. de pignor. in 5. memb. 2. part. ſub num. 76.
Mant. de tacit. lib. 11. tit. 20. num. 25.* ſed quate-
nus reuera Simon recepiſſet dicta ſcuta 900. nihi-
lominus Franciſca transeundo ad ſecūdas nuptias,
ſecum aſportauit veſtes, & alia ornamenta pretio-
ſa habita à primo viro, necnon ſupellectilia & tra-
didit Riccardis creditum Accorectorum debito-
rum Simonis, nonnulla animalia, & præter bona in
dotem data, quæ erant Simonis, alia pro ſe retinuit,
vt in Capitulis matrimonialibus, ac per plures an-
nos percepit fructus omnium bonorum, quo fit, vt
niſi ſit inducta ſolutio, ſaltem creditum ſit adeo il-
liquidum, vt non potuerit impedire immiſſionem
D. Rinuccini, vt fuit firmatum in alia deciſione.
Vnde ſi Franciſca non habebat ius contra bona Si-
monis primi mariti, non poterat illud cedere, nec
aliter transferre in Septimiam filiam, neque in Phi-
lippum ſecundum virum; ſed dato etiam quod Frā-
ciſca habuiſſet ius, & actionem in bonis Simonis
primi viri, adhuc tamen non releuaret, cum Pro-
curator dicti Simonis, qui contraxit ſponſalia, non
haberet mandatum, niſi ad obligandum bona illius,
poſtquam dos ſoluta fuiſſet, ideoq; licet probare-
tur ſolutio, non ſuffragaretur, niſi etiam facta eſſet
ante inſtrumentum cenſus D. Rinuccini, quia tunc
45 hypoteca limitata † ad tempus ſolutionis non re-
trotrahitur ad tempus promiſſionis, ſed incipit à
die traditionis, vt in terminis tenuerunt *Theſau.
quæſt. 16. num. 8. lib. 4. Crimell. deciſ. 133. nu. 26.*
Imò quatenus etiam fuiſſet creditrix anterior, at-
tamen non competijſſet ei retentio, quam potuerit
alijs communicare. Nam reſpectu bonorum, de
quibus agitur, in actis non conſtat, Franciſcam illa
poſſediſſe ſimul cum Simone viro iure familiarita-
tis, ita quod non competebat in eis retentio, quæ
tamen competit in domo, vel mobilibus, vel alijs
iure familiaritatis ab vxore poſſeſſis, non autem
in prædijs ruſticis, & alijs, quæ non probantur ab
46 ipſa poſſeſſa viuente viro, † cum talis poſſeſſio nō
extendatur de re ad rem, vt in ſpecie tenuerunt
Aretin. conſ. 99. num. 25. & Gabr. conſ. 34. lib. 1.
vbi concludit Vincentiam, quæ cum viro Caietæ
vixit, poſſeſſionem domus poſitæ in Vrbe, quam
viuo viro iure familiaritatis non detinuit, occupa-
re non potuiſſe, nec detinere poſſe, ſed ſemper fir-
mum remanet motiuum deciſionis, quod cū con-
ſtet, Franciſcam ex pluribus corporibus bonorum
q. Simonis primi viri percepiſſe fructus, prætenſum
creditum effectum fuit illiquidum, & niſi iterum li-
47 quidetur, non poteſt dici conſtare † de credito li-
quido ad effectum impediendi manutentionem D.
Rinuccini, vt præter deciſiones in alia allegatas,
firmauit *Rota in recent. deciſ. 609. nu. 4. par. 4. &
deciſ. 411. nu. 24. & 26. par. 5. vltimo loco impreſſ.*
Si igitur Franciſcæ nō competebat retentio in iſtis
bonis, multo minus competere poteſt Septimiæ,
quatenus etiam ſubſiſterent tituli ab ea prætenſi,
cum non poſſit maiora iura habere, quàm haberet
eius mater, ſed neque dicti tituli ſubſiſtunt.

Nam reſpectu tituli dotalis bona, de quibus agi-
tur, data fuerunt pro medietate dotis Septimiæ, &
in hac ipſa eſt creditrix poſterior ipſi D. Rinuccino,
quia cenſus fuit impoſitus à Simone anno 1614. &
Septimia nupſit Hieronymo de anno 1629. Quo
vero ad aliam medietatem pro dote Franciſcæ illi
ſucceſſerunt filij primi matrimonij, qui fuerant hæ-
redes Simonis debitoris ſine beneficio legis, & in-
uentarij, vt fuit conſideratum in *deciſione in §. ter-
tium obiectum.*

Nec ſubſiſtit, quod per mortem Franciſcæ, Sep-
timia eius filia nupta Hieronymo ſucceſſerit in ter
tia parte, cuius ratione informantes pro Riccardis
prætendunt ſuſtineri anterioritatem, quia omiſſo,
quod Franciſca reliquit quinque filios, & ſic pars
Septimiæ non fuiſſet tertia, ſed quinta, DD. cen-
ſuerunt obſtare Statutum Montis Filatrani exclu-
ſiuum fœminarum propter exiſtentiam maſculorū,
illudq; ſeruandum inter hæredes Franciſcæ filios
primi matrimonij, cum & filij, & parentes ſint de
dicto loco M. Filatrani.

Nec facit, quod ſtatutum nō excludat fœminas,
48 † niſi ab hæreditate dotantis, quia dum Septimia
dotata fuit etiam in bonis maternis, & ſignanter in
parte hæreditatis Lucę Fei Franciſcę obuenta, quā
Romæ poſſidebat, Septimia procul dubio remanet
excluſa ab hæreditate matris, & ſic ceſſat titulus
hæreditarius, vltra quod in actis non conſtat Sep-
timiam adiuiſſe hæreditatem maternam, prout de
49 iure requiritur, quoniam filius, † vel filia, ſiue agē-
do, ſiue excipiendo, tenetur probare aditionem hę-
reditatis matris, eo quia in ea non datur ſuitas, vt
in patre, *Alex. conſ. 132. nu. 2. lib. 6. Magon. deciſ.
Lucen. 62. nu. 14. Rot. coram Mantic. deciſ. 198. n. 7.
& in Romana domus 27. Nouemb. 1619. coram bo.
me. Card. Sacrato.*

Mi-

Minus ſubſiſtit, quod Philippus ſecundus mari-
tus Franciſcæ lucratus fuerit tertiam partem dotis
eiuſdem Franciſcæ prædefunctæ ſecundum ſupradi-
50 ctum Statutum M. Filatrani, quia fuit dictum, ſtā-
dum eſſe Statuto domicilij viri, non autem vxoris,
& ſic attendendum eſſe Statutum Lauretanum,
51 † quod non defert lucrum dotale, vt tenuit *Rota*
in Peruſina lucri dotis 9. Nouembris 1599. coram
Iuſto, inter impreſſ. par. 4. diuerſ. deciſ. 741. ſub
nu. 2. & in Bononien. dotis 7. Febr. 1620. confirma-
ta 14. Iunij eiuſdem anni coram bo. mē. Patriarcha
Manzanedo, & in puncto, quod Statutum originia
52 vxoris † non ſit attendendum ad iſtum effectum
lucri dotalis, ſed Statutum domicilij viri, vel diſpo-
ſitio iuris communis decidit, *Alex. conſ. 100. n. 12.*
vol. 3. quem refert, & ſequitur *Surd. conſ. 549.* ferè
per tot. & præſertim *nu. 5. & 6.* prout non appli-
catur *deciſio Bononien. dotis de Carandinis 22.*
53 *Maij 1619. coram bo. me. Buratto*, † quia in illo ca-
ſu maritus, & vxor erant ambo de Terra Centi, in
qua erat Statutum de lucro dotis, & ſic benè firma-
54 uit Rota deberi lucrum, in iſto autem caſu † in Ci-
uitate Laureti non adeſt tale Statutum.

Sed nec etiam pars aduerſa poteſt iuuari Statu-
to M. Filatrani, quia non probauit qualitatem re-
55 ſtitutionis dotis infra annum abſque litigio, † pro-
ut requirit dictum Statutum.

Illa verò, quæ vltimo loco opponebantur cōtra
deciſionem ſub prætextu, quod ſententia ad fauorē
D. Rinuccini lata ſit iniuſta, ex quo fuit fundata
in inſtrumento cenſus facti per Simonem minorem
25. annia ſine ſolemnitatibus requiſitis à Conſtitu-
56 tione Marchiæ, quæ † ipſo iure annullat contractus
ſine dictis ſolemnitatibus factos DD. viſa fuerunt
ſufficienter ſublata ex deductis in deciſione, & illa
potius adduci ad impediēdam reſolutionem, & in-
uoluendum factum, quàm ad alium finem, quia
certū eſt, quod de hac nullitate non poteſt opponi
per Riccardos, qui non ſunt hæredes Simonis im-
57 poſitoris; vnde intrat concluſio, quod † contractus
celebratus cum minore abſque ſolemnitatibus ſta-
tutarijs eſt nullus, minore volente, at ipſo nolente
eſt validus, & tenet, cum † ſolemnitates ſint indu-
ctæ ad fauorem minorū ex allegatis in fine deciſio-
nis, quæ reuidetur, & ratificatio eiuſdem Simonis
inducta ex lapſu quinquennij poſt maiorem ætatem
vna cum ſolutione fructuum cēſua excludit ea om-
nia, quæ poſſent opponi ad deſtruendum cōtractū.

Ex quibus cum validitas, & iuſtitia immiſſionis
conceſſæ D. Rinuccino remaneat abundè iuſtifica-
ta, merito fuit illi conceſſa manutentio, prout in
alia deciſione, quæ vtraque parte informante fuit
confirmata.

☞ * *Vide infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito.*

R. P. D. CARRILLO.

Barbaſtreñ Decimarum.

Die Veneris 27. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, quando quis dicatur ſufficienter pa-
ruiſſe per ſimplicem patientiam. Expenſæ
litis an comprehendantur ſub clauſula parito
iudicato.

SVMMARIVM.

1 *Auditor Cameræ eſt executor litterarum Apoſto-*
licarum.

2 *Condemnatus, ſi quis non eſt aliquid præſtādum,*
vt dicatur paruiſſe, ſufficit, quod præſtet ſimpli-
cem patientiam. & nu. 5.

3 *Patientiæ præſtatio operatur obedientiam, & pa-*
ritionem mandati ſuperioris.

4 *Expenſæ litis non comprehenduntur in clauſula*
parito.

6 *Interlocutiones, & præcepta contrario imperio*
Prætoris reuocantur.

7 *Impugnare, quis non dicitur aliquid, ſi dicat*
quod id aliqua non comprehendat.

DECISIO CLXVI.

DE ANNO 1544. Paulus Tertius Eccleſiā
Parochialem Sancti Petri Oppidi de Bolton-
na erexit in Collegiatam cum vno Priore, & octo
Portinarijs, quibus cōceſſit animarum curam, om-
nes fructus, redditus, prouentus, emolumenta, &
iura quæcumque Eccleſiæ dicti S. Petri & aliarum
Parochialium, vt latius in litteris *Summario Deca-*
ni num. 1. quarum vigore prædicta erectio effectū
ſortita fuit. Deinde Anno 1571. ad inſtantiam
Philippi Secundi Hiſpaniarum Regis Catholici,
Pius Quintus fel. rec. erexit etiam in Cathedralem
Eccleſiam Barbaſtreñ cum omnimoda iuriſdictio-
ne, menſa Epiſcopali, præheminentijs, & alijs re-
quiſitis neceſſarijs ad Cathedralitatem aſſignando
Decano Barbaſtreñ nouiter erecto, & pro tempore
futuro inter alios redditus ſcuta centum quinqua-
ginta, quæ Decanus Oſceñ erat ſolitus percipere
in dicto Oppido de Boltonna, vt latius fuit narra-
tum in litteris *Summ. num. 2.*

Introducta lite pro parte Prioris, & Portiona-
1 riorum coram Auditore Cameræ, ipſe † vti exequu-
tor dictarum litterarum Pauli Tertij pronunciauit
ſententiam pro earum exequutione, & obſeruātia,
& excommunicauit Dominum Decanum Barba-
ſtreñ ob non paritionem, & quia non permiſerat li-
berè, & quietè frui contentis in dictis litteris, à qua
ſententia appellauit Decanus, & cauſa in Rota cō-
miſſa cum clauſula, *Parito litteris arbitrio Rotæ,*
diſcuſſoq. dubio coram bon. mem. Vbaldo per eius
☞ *Deciſiones ſub diebus 10 Nouemb. 1623.* & 14.*
*Iunij 1624.** & per aliam *ſub die 2. Mart. 1635.*
coram D. meo Decano,* fuit reſolutum arbitrium
non intrare, & iuxta formam deciſionum fuit prola-
ta ſententia cōfirmatoria A.C. à qua pariter appel-
latum fuit, & cauſa mihi commiſſa dubitaui, An
conſtet de ſufficienti paritione, & Domini affirma-
tiuè reſponderunt.

Quia pro parte Decani fuit in actis præſtita pa-
tientia executioni litterarum Pauli Tertij in eius
Summ. nouo num. 2. & ita ſufficienter paritum, ex
2 quo non † eſt condemnatus ad aliquid præſtandum,
nec tenetur ſententiam approbare, ſed ſolum ſim-
plicem patientiam præſtare, *Put. deciſ. 244. lib. 1.*
in

Digitized by Google

in nou. Mobed deciſ.9. de re iud. præſtatio enim pa-
3 tientiæ † operatur obedientiam, & paritionem
mandati Superioris, tanto magis cum Decanus ex
abundanti ſoluerit expenſas d. Summ. num.1. quæ
4 † non ſo aprehenduntur in clauſula parito, Garz. de
benef. par.6. cap.3. nu.170. Barboſ. clauſ.98. Greg.
XV. deciſ.36. nu.4. Et cum homines, & habitato-
res dicti Oppidi de Boltonna ſe obligauerint ſolue-
re decimas Priori, & Portionarijs, & in effectu ſol-
uerint d. Summ. num.1. Decanus non tenetur do-
cere de ſolutione decimarum vſque ad præſens, cũ
ipſe non fuerit obligatus, ſed tantum præſtando
5 † patientiam tollere impedimentum, ex quo reſul-
tat ſufficiens paritio, maximè cum in proſequendo
litem, nullam afferat moleſtiam Priori, & Portiona-
rijs ſuper libera perceptione decimarum.

Nec obſtat, quod non ſufficiat ſola præſtatio pa-
tientiæ, cum Decanus præſtiterit impedimentum
ex præcepto facto à Vicario Epiſcopi Barbaſtreñ de
ſibi ſoluendis decimis, quia ceſſat obiectum ex eo,
quod tale præceptum fuit ante litem, & ſententiam
A. C. Vnde eius ſubſequuta ſententia, & exequu-
tione ſuper decimis, cum obligatione incolarum
de illis ſoluendis in futurum, ac ſubſequuta etiam
ſententia Rotali, & præſtatione patientiæ in actis
pro parte Decani, proculdubio prædictum præce-
ptum euanuit, & ſpirauit, quoniam ſimilia præcep-
6 ta, & interlocutiones † contrario imperio Prætoris
reuocantur, & multo magis per ſententiam diffini-
tiuam executioni mandatam cum acquieſcentia, &
præſtatione patientiæ, iuxta notata in *l. quia iuſſit.
ff. de re iud.*

Quod facilius procedit, quia cum decimæ non
ſint comprehenſæ in litteris Pauli Tertij, ſiquidem
de illis nulla eſt in litteris facta mentio (vt præten-
7 ditur pro parte Decani) ipſe † non dicitur illas im-
pugnare, etiam ſi dicat non fuiſſe comprehenſas,
*Soccin. conſ.63. num.14. vol.3. Menoch. conſ.233.
nu.6. Mart. clauſ.176. nu.17. Gonzal. in regul.8.
gloſ.66. nu.30. Rot. deciſ.300. in fin. par.3. diuerſ.
& fuit dictum in Sabinen. Caſtri Vaunna 13. Iu-
nij 1629. coram D. meo Dunozetto.*

Et ita deciſum vtraque parte, &c.

☞ **Duæ primæ deciſiones habentur infra in Addi-
tione, tertia vero eſt deciſio 21. ſupra in hac
parte.*

R. P. D. PANZIROLO.

Meliteñ, ſeu Viſeñ Approbationis ad Habitum.

Die Veneris 27. Iunij 1636.

ARGVMENTVM.

Nobilitatem ſuam, quando quis dicatur plenè probaſſe ad effectum ingrediendi in Religione Hieroſolymitana, & quando etiam ſit admittendus non obſtante minori ætate.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes plenè probant nobilitatem alicuius, ſi deponant de communi reputatione.*

2 *Nobilitatem alicuius teſtes probant, ſi deponant de publica voce, & fama.*

3 *Nobilitas alicuius probatur, ſi ſui aſcendẽtes admiſſi fuerint ad munera, honores, & officia, ad quæ ſoli nobiles admittuntur. & nu.4.*

5 *Papa poteſt iubere, vt rigor iuris relaxetur, & æquitas amplectatur.*

6 *Papa, tunc maximè poteſt relaxare iuris rigorem, quando de nullius præiudicio agitur.*

7 *Antianitas in Religione Hieroſolymitana incipit currere à die ſoluti paſſagij.*

8 *Circuitus inutiles ſunt euitandi.*

9 *Ignorans ſi aliquid fecerit, non dicitur in culpa.*

10 *Grauari quis non debet ex culpa aliena.*

11 *Arbitrium, vt amplectatur, multum venit attẽdendum, ne gratia Papæ ſit omnino ſuperflua, & ad nihilum deſeruiat.*

12 *Ordinatio Religionis Hieroſolymitanæ de Conſilio edita &c. ſi non confirmetur poſtea in Capitulo generali ſequenti, tanquam temporanea expirat. & num.16.*

13 *Rota, quando ſubrogetur in cognitione nobilitatis ad effectum, vt quis recipiatur in Religionem Hieroſolymitanam.*

14 *Nobilitas tunc multo magis dicitur probata, dum magis antiqua probatur.*

15 *Nobilitas anteceſſorum influit, & communicatur in deſcendentes.*

17 *Lex noua non poteſt trahi ad præterita.*

18 *Diuidua ea quæ ſunt, vitiato vno, tunc alterum non vitiatur.*

DECISIO CLXVII.

CVM D. Bernardus de Almeida Vaſconcellos pro ſuſcipiendo habitu Religionis Hieroſolymitanæ, probationes ſuæ nobilitatis bis recipi obtinuiſſet, & nihilominus ob nullitates in ijs factas reiectæ fuiſſent, placuit Eminentiſſ. D. Magno Magiſtro, ac illius Venerabili Conſilio decernere, quod liceret d. D. Bernardo intra biennium exhibere in Conuentu nouas probationes, recipiendas à Militibus non ſuſpectis expenſis tamen fratris Ludouici Aluarez Baiuliui Langoni; A quo decreto interpoſita appellatione, obtinuit per Breue Sanctiſſimi reſcribi per hæc verba, Nobilitatis tuæ probationes huiuſmodi quotieſcumq; in Sacro Rotæ Auditorio conſtare feceris, quod illę aliun præter ætatis defectum minimè patiantur, arbitrio Rotæ præfatæ, etiam reſpectu minoris ætatis huiuſmodi, Apoſtolica auctoritate tenore præſentium ſanamus non obſtantibus ordinationibus Apoſtolicis, &c. Vnde cum hodie dubitauerim an intret arbitrium pro ſanatione nullitatum, Domini affirmatiuè reſponderunt, quia tàm ex deductis in primis, quàm in ſecundis probationibus, viſa ſunt concurrere omnia alia neceſſaria pro ipſius D. Bernardi admiſſione ad habitum iuxta ſtatutum 5.7.& 17. de recipiendis fratribus abſque eo, quod neceſſe ſit alias nouas probationes conficere; ſiquidem cõſtat de ipſius legitimo natali, ac de puritate ſanguinis abſque vlla ſuſpicione mixturæ cum Iudæis, alijſq. ſimilibus; ſicut etiam de vera nobilitate per legitima documenta, ac inſignia. Probatur enim deſcẽdentia ex latere paterno, ex familia de Almeida, quæ fuit domina feudi de Maccanedos, ac etiam ex familia Vaſconcella, ac Barris; ex quibus ſunt

Rodericus auus, ac cæteri aſcendentes; Ex latere
vero materno à familijs Miranda Rebello, & Car-
doſo de quarum omnium nobilitate conſtat, tàm
1 ex depoſitione † teſtium aſſerentium de commu-
ni reputatione, quæ in hac materia facit plenam
probationem *Otobar. de nobilit. Hiſp. par. 3. c. 6. n. 6. Seraph. deciſ. 207. nu. 6. Rota in Meliten. habitus 1. Decemb. 1607. coram bon. mem. Card Lancellotto.*
2 quàm etiam de † publica voce, & fama, *Caputaq. deciſ. 277 nu. 5. par. 1. Mantic dec. 317. nu. 2. Caualer. deciſ. 68. ſub nu. 2.* Et quod aſcẽdentes om-
nes d. D. Bernardi vſi ſint ſtemmatibus dictarũ fa-
miliarum, obtinendo ac fruendo, etiam omnibus
illis Ciuitatis muneribus, honoribus, & officijs,
3 † quæ ſolum nobilibus dãtur; Probatur inſuper no-
bilitas aſcendentium D. Bernardi ex ſcripturis à
Regio Archiuio Torre de Tombo nuncupato, for-
miter extractis, inter quas habetur Inſtrumentum,
in quo Ioãnes de Almeida Eques Ordinis Chriſti,
ac ſupremus Senator Aloyſio de Almeida fratri, ac
nobili Aulico Regis Portugalliæ vendit omnia ſua
bona ſtabilia. Adeſt præterea quoddam priuilegium
Regis conceſſum Ludouico de Almeida, ac eius do-
mui, per quod eximitur ab onere gabellarum, ac
4 aliorum quorumcumque onerum, & † in eo d. Lu-
douicus nobilis appellatur.

Ex quibus cum nõ poſſit dubitari de vera nobi-
litate D. Bernardi, viſum eſt Dominis omnino intra-
re arbitrium pro ſanatione defectuum minoris æta-
5 tis, cum in his caſibus attẽnta ſacultate † Papæ ri-
gor iuris relaxetur, & æquitas veniat amplectẽda,
Rota in recent. deciſ. 558. num. 1. in fin. par. 1. & deciſ. 621. nu. 1. par. 3 Caualer. deciſ. 10. nu. 2. Id-
6 que eo facilius, † quia de nullius præiudicio agitur,
nam ſiue attendantur probationes factæ, ſiue de
nouo faciendæ, ſemper Antianitas debet currere
7 † à die ſoluti paſſaggi iuxta ſtabilimentum 15. de
Com. Ærario, & fuit decisum *in Meliten. habitus 15. Aprilis 1622. coram bo. me. Remboldo, in alia Meliten. Antianitatis 12. Febr. & 5. Mart. 1635. coram R. P. D. meo Carillo, & in ead. 6. Iun. 1636. coram R. P. D. meo Rotas.* Accedit etiam, quod hoc
8 pacto euitantur † circuitus inutiles, *Clem. Auditor de reſcript. Natt. conſ. 153. nu. 9. Surd. conſ. 248. num. 18.* & cum D. Bernardus neſciret particularẽ
ordinationem factã in Conuentu ſuper minori æta-
9 te, non † fuit in aliqua culpa, & ſic non debet gra-
uari culpa illorum, qui ſcientes ordinationem, ni-
10 hilominus † ad vlteriora proceſſerunt, *l. eleganter cum ibi not. in princ. ff. de dolo. Lap. allegat. 88 n. 4.*
itaque non ſit mirum, ſi Conſilium agnita bona fide
D. Bernardi, nouas probationes voluerit fieri, ex-
penſis Baiuliui Longoni, non autem D. Bernardi. Et
denique pro arbitrio videtur facere, quia alias gra-
11 tia Papæ eſſet omnino ſuperflua, † & ad nihilum
deſeruiret, quod plurimum venit attendendum ad
effectum, vt intret arbitrium, *Craſſ deciſ. 8. de re iud. Creſcent. deciſ. 4. de teſtib. Seraph. deciſ. 1154. num. 1.*

Nec obſtat ordinatio 14. de Cõſilio edita de an-
no 1603. in qua diſponitur, quod probationes de-
bent præſentari in Capitulo Prouinciali, & ibi eſſe
inſpiciendas; Ac inſuper quod probationes ſic vt
ſupra præſentatæ, & per omnes ipſum Capitulum
repræſentantes nemine diſcrepante reprobatæ, non
conſignari prætendenti, ſed reponi in Archiuio.
Hoc enim obiectum viſum eſt penitus tolli ex eo,
12 quod cum d. ordinatio † non fuerit confirmata in
Capitulo generali ſubſequenti tanquam tempora-
nea expirauerit iuxta tertium ſtabilimẽtum de ver-
borum ſignific. vt tenuit *Rota in Meliten penſ. 10. Martij 1636. coram R. P. D. meo Ghiſilerio* vltra
quod d. ordinatio non decernit inualidas probatio-
nes factas in Aſſemblea, nec imponit aliquam pœ-
nam. Et quatenus dicatur ſaltem diſponere, quod
ſtante reiectione probationum illæ nullatenus de-
bent reſtitui prætendenti, reſponſum fuit, quod hoc
poſſet procedere, ſi reiectio facta fuiſſet à Capitulo
Prouinciali, prout ipſa ordinatio diſponit, ſed cum
ſecuta fuerit in Aſſemblea, ordinatio non applica-
tur, & tollitur omnino difficultas, dum probationes
13 fuerunt poſtea admiſſæ in Conuentu, & † nunc ad-
mittuntur in Rota, quæ eſt ſubrogata in tali cogni-
tione iuxta *Clem. Auditor de reſcript.*

Nec releuat, quod D. Bernardus non docet, ſe
14 vel eius patrem vel germanum † fratrem fuiſſe de-
ſcriptum pro nobili in libris Regijs, ſed tantum
reperiri deſcriptum proauum, quia dum fuit proba-
15 ta nobilitas magis antiqua, quæ deriuatur, † & cõ-
municatur in deſcendentes, videtur, quod pinguius
fuerit adimpletum, *l. 1. & l. Senator. C. de dignit. lib. 12.*

Vltra quod in hoc duæ adſunt ordinationes, vna
16 ſcilicet de anno 1558. & hæc cum non fuerit † cõ-
firmata in ſubſequenti Capitulo generali, non mi-
nus euanuit, quam alia, de qua ſupra dictum fuit, al-
tera vero ordinatio eſt de anno 1631. & hæc cum
17 emanauerit poſt cõpletas probationes, & ſit † noua
lex; non poteſt trahi ad præterita, *l. leges C. de legib. cap. fin. de conſtit. cum ſimil.*

Minus facit, quod in ſecundis probationibus à
D. Bernardo nõ fuerint præſentata inſignia patris,
& aui, quia præter quam quod etiam in ſecundo
proceſſu fuerunt præſentata inſignia, vt ad oculũ
apparet, ſufficit quod illa fuerint primo loco præ-
ſentata; nam licet factæ fuerint nouæ probationes,
attamẽ videtur bene ſuffragari poſſe deſcriptio ar-
morum prima vice facta, in qua non poteſt præten-
18 di aliqua nullitas; † iſta enim ſunt omnino diui-
dua, & vitiato vno, alterum non vitiatur *cap. ſi cõfirmationem. de Eccleſ. in 6.* præſertim quia cum
idem habeatur effectus ex prima deſcriptione, non
erat opus quod de nouo fieret. Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Dotis.

Die Veneris 27. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Dotis cauſa, cum ſit valdè priuilegiata, ideo fa-
cit contractus irreuocabiles. Et mulier obli-
gans ſe ex cauſa dotis, tenet eius obligatio,
etiam nullis adhibitis ſolemnitatibus ſtatu-
tarijs. Rei iudicatæ natura, quæ ſit. vide alia
in ſummarijs.

SVM-

SVMMARIVM.

1 *Obligatio Cameralis vbique locorum habet exe-cutionem paratam.*
2 *Dotis cauſa. contractus fiunt irreuocabiles.*
3 *in Mulierum contractibus ſi requiratur conſenſus eorum coniunctorum, quorum non interſit, intelligitur de intereſſe primario, non autem de ſecundario, & num. 4. & 5.*
6 *Mulier, ſi donet ob cauſam, tūc non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ.*
7 *Mulieris obligatio facta cauſa dotis ſubſtinetur, etiamſi non ſint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ.*
8 *pro Legatis non competit via executiua.*
9 *Rei iudicatæ natura eſt, vt quantocitius executioni demandetur.*
10 *Res iudicata generaliter habet executionem paratam.*
11 *Mors alicuius probatur ex partitis extractis ex libris mortuorum.*
12 *Agere, vt quis poſſit, ſatis eſt docere de eius intereſſe, ſtante clauſula, pro omnibus quorum intereſt.*
13 *Citatio contra plures hæredes non tenet, ſi ſit facta generaliter contra intereſſe. putantes abſque alia expreſſione.*
Sed ſecus eſt, ſi aliqui ſint expreſſi, & poſtea exprimatur reliquorum cognomen, maximè ſtante identitate familiæ.
14 *Mandatum præſumitur ex iurium productione, proſequutione iudicij &c.*
15 *Dotis creditum, licet conſiſtat in pecunia, tamen fauore ipſius matrimonij debentur fructus, non ſecus ac ſi creditum conſiſteret in prædijs.*
16 *Mandatum, ne reddatur nullum, & exceſſiuum, illius verba poſſunt impropriari.*

DECISIO CLXVIII.

AD retardandum proceſſum ad vlteriorem legitimam executionem mandati relaxati ab A.C. ad fauorem Excellentiſſimi Ducis Martinæ contra bona hæreditaria bon. mem. Flaminiæ Columnę Principiſſæ Bozzoli tàm vigore obligationis ipſius de ſoluēdo infra biennium à die celebrationis Inſtrumēti ſcuta decem millia pro reſiduo dotis promiſſæ eidem D. Duci, de qua in apocha matrimoniali confirmata in vim publici inſtrumenti, ad quod deuentum fuit cum Iudicis decreto, ac alijs ſolemnitatibus, quàm etiam vigore teſtamenti eiuſdem Principiſſæ, in quo ordinauit hæredibus ſolutionem iſtius debiti, plura opponebantur per Excellentiſſimos Dominos de Sabellis hæredes concernentia nullitatem, & iniuſtitiam dicti mandati, quæ tamen Domini cenſuerunt non obſtare, ſed eſſe procedēdum ad vlteriorem executionem.

Ratio reſolutionis fundatur in iuſtitia mandati, quæ reſultat tàm ex contractu inter viuos celebrato in cōſtitutione dotis ſcutorū quinquagintaquinque millium facta ab eadem Principiſſa, & ab Excellentiſſimo D. Camillo Columna, quàm ex teſtamento Principiſſæ, in quo mandauit Dominis hæredibus huiuſmodi debitum ſolui, ibi, *perciò ordiniamo è vogliamo che l'infraſcritti noſtri Signori heredi ſiano obligati di pagar tutto quello, che noi*
non haueremo pagato fin'al giorno della noſtra morte, ex quibus remanet iuſtificatum creditum
D. Ducis, & potuit executiuè procedi vigore obli-
1 gationis Cameralis, quæ † vbique locorum habet
exequutionem paratam, *Caſtr. conſ. 260. nu. 4. p. 1.*
& in l. poſt rem iudicatam in fin. ff. de re indic. Caſſad. dec. vnica num. 2. de mutuis petit. Seraph. dec.
1455. nu. 2. Rot. dec. 415. nu. 10. par. 1. recent. &
dec. 686. nu. 2. par. 2. vbi plura cumulantur, maxi-
2 mè cum verſemur in conſtitutione † dotis, cuius
cauſa contractus fiunt irreuocabiles, *Fontanell. de*
pact. nupt. clauſ. 4. gloſ. 9. par. 1. num. 34. Etiam ſi
pro parte DD. de Sabellis opponatur de nullitate
ex interuentu D. Camilli Columnæ vti coniuncti
habentis intereſſe, quia cum eius intereſſe non ſit
3 principale, & † immediatè, ſed ſecundariè, non inhabilitatur à ſtatuto requirēte huiuſmodi conſen-
ſum conſanguineorum, vt in puncto tenuit Rota
poſt alios quos refert in *Romana dotis 16. Febr.*
1611. coram bon. me. Penia impreſſa poſt Pic. ad
Statutum Vrbis deciſ. 25. nu. 1. & ſeq. Quia cum
D. Margarita haberet dotem iam ſibi conſtitutam
in primo matrimonio, D. Camillus non tenebatur
dotare ſororem, & in iſta quantitate ſcutorum decem millium promiſſa à Principiſſa de proprio, D.
Camillus nō habebat intereſſe, nec aliquod commodum conſequebatur ſaltem principale, ſicut ne-
4 ceſſario requiritur † ad effectum ipſum inhabilitandi ex forma ſtatuti requirentis principale non autem extrinſecum ac ſecundarium intereſſe. Et quàuis idem D. Camillus inſimul cum Principiſſa ſe
obligauerit, nihilominus non potuit reputari niſi
5 fideiuſſor D. Principiſſæ, † quæ tanquam principalis ſe obligauerat, vt poſt alios tradunt *Corn. conſ.*
124. ſub num. 1. verſ. tamen his non obſtan. lib. 1.
Crauett. conſ. 77. num. 3. verſ. hoc ita præſuppoſito
Mantic. de tacit. & ambig. lib. 16. tit. 6. num. 16.
Vnde colligitur D. Camillum tanquam proximiorem potuiſſe præſtare conſenſum pro validitate
obligationis Principiſſæ.
6 Quibus accedit quod huiuſmodi donatio, † vel
eſt acta ob cauſam, & tunc non requirit ſolemnitates ſtatuti, *Surd. de alim. tit. 8. priuil. 27. num. 4.*
Gabr. conſ. 6. nu. 1. & 10. lib. 2. Soccin. iun. conſ.
77. num. 152. lib. 1. Rota in Romana renunciationis de Melchioris 16. Maij 1620. coram bo. me. Buratto, & coram Reu. D. meo Decano deciſ. 433. n. 7.
7 Vel eſt facta à muliere ex cauſa dotis, † quo caſu
ſuſtinetur etiā ſi nō ſint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ, *l. promittendo. ff. de iur. dot. l. fin. C. ad Velleian. Bald. Nouell. in tract. dotis priuil. 17. & 18.*
Mareſcott. var. reſol. lib. 1. cap. 43. nu. 9. vbi plures refert *Caputaq. deciſ. 3. & 199. par. 3. Rota in*
terminis ſtatuti Vrbis d. dec. 433. num. 1. coram
Reu. D. meo Decano.

Non obſtat, quod quatenus obligatio eiuſdem
Principiſſæ non ſuſtineretur pariter nō poſſet ſuſtineri relaxatio mandati vigore teſtamenti, cum ſe-
8 cundum opinionem quam ſeruat † Rota pro legatis, nō cōpetat via exequutiua, vt fuit pluries reſolutū, & ſignanter in deciſionibus cumulatis à *R. P.*
D. Veroſpio in Romana quarti dotalis 15. Decembris 1634. quia cum mandatum A.C. tranſitum fecerit in iudicatum ob non interpoſitam in tempo-

re appellationem, & de natura rei † iudicatæ ſit,
quod exequutioni quanto citius demandetur, cum
10 generaliter etiam res iudicata † habeat paratam
exequutionem, *l.2. vbi Bart. & cæteri C.de exeq.
rei iud. Guidop. in l.ſi ſe non obtulit. §.ſi ex con-
uentione nu.1. ff.de re iudic. Veſtr. in prax. lib.8.
cap.vlt. nu.8. cum alijs adductis in Neapolitana
domus 14. Martij 1625. coram R.P.D. meo Piro-
uano.* talis exceptio non poteſt retardare exequu-
tionem mandati.

Nec prędicta exequutio retardari poteſt prætex-
tu nullitatum, quæ opponebantur contra manda-
tum, nam prima deducta ex eo, quod Dux Martinæ
non probauerit obitum vxoris cum filia ſuperſtite,
prout neceſſario tenebatur tanquam fundamētum
ſuæ intentionis ſtante conditione appoſita à Prin-
cipiſſa in ſua obligatione, quod dicta ſcuta decem
millia reuerterentur ad ipſam, vel eius hæredes in
caſum obitus D. Margaritæ ſine filijs, tollitur ex
11 partitis † extractis ex libris mortuorum, in quibus
conſtat prius deceſſiſſe matrem, *Imol. conſ.110.n.8.
Rot. in recent. dec.700. num.4. par.2. & coram
ſanct.mem.Greg.XV. dec.78. nu.2.* cum alijs quæ
paſſim allegantur, & ex fide obitus Iſabellæ filiæ
probatur, eam deceſſiſſe die 26. Ianuarij 1631. in
ætate 22. dierum, & ſic manifeſtè apparet, cum
D. Margarita obierit 5. Ianuarij eiuſdem, eam de-
ceſſiſſe relicta Iſabella filia.

Non obſtat ſecunda nullitas, quod Dux egerit
hæreditario nomine vxoris & filiæ, licet agere de-
buiſſet nomine proprio, cum dicta ſcuta decem mil-
lium ſibi & non vxori eſſent promiſſa, quia cum nō
ſe reſtrinxerit potius ad vnum titulū, quàm ad al-
12 terum, ſtante clauſula pro omnibus † quorum in-
tereſt, appoſita in inſtrumento, potuit agere prout
egit virtute illius inſtrumenti vel contractus docto
de intereſſe ipſius, *Gratian. diſcept.653.n.10. Corn.
conſ.139. nu.6. lib.3. Pariſ. conſ.8. nu.2. lib.1. Rot.
dec.728. nu.2. par.1. diuerſ.*

Tertia nullitas, quod ex quatuor hæredibus Prin
cipiſſæ, duo tantum fuerint nominatim citati, tolli-
tur ex facto, quia dum fuit expreſſum nomen Emi-
nentiſſimi D. Cardinalis Sabelli, ac bo.me. Excel-
lentiſſimi Principis, & cæterorum de Sabellis, fuit
ſatisfactum, & diſpoſitioni iuris, & reformationi
Pauli V. obiectum autem procederet, quando fuiſ-
ſet facta citatio abſque expreſſione cognominis, &
generaliter cōtra intereſſe habentes, quo caſu pro-
cedunt iura in contrariū allegata, ſecus vero quan-
13 do prout in præſenti fuit expreſſum nomen † duorū
hæredum & reliquorum cognomen, quia certo cō-
ſtat de perſona citata, maximè ſtāte idētitate fami-
liæ, coniunctione ſanguinis, & quod agebatur in
eadem cauſa, & de communi omnium intereſſe.

Quarta nullitas fundata in mandato procuræ
Pompeij Tomaſini remanet ſublata, dum ex publi-
co inſtrumēto celebrato die 25. Ianuarij 1628. ap-
paret dictum Pompeium fuiſſe conſtitutum Procu-
ratorem non ſolum à dicto Eminentiſſimo D. Car-
dinali, & defuncto Principe, tàm nomine ſuo pro-
prio, quàm etiam vice, & nomine D. Ducis Federi-
ci, pro quo de rato, ſed etiam ab Excellentiſſimo
D. Bernardino Principe viuente, & propterea quo-
ad nominatos, res caret difficultate. Quo vero ad
D. Abbatem, intrat mandatum præſumptum, dum
idem Pompeius Tomaſinus vti omnium procura-
tor adiuit Principiſſæ hæreditatem produxit teſta-
mentum, expediuit mandatum de immittendo, &
14 † poſſeſſionem fuit adeptus, ex quorum iurium
productione, proſequutione iudicij, pluries reſol-
uit Rota pro mandato. *Rot. deciſ.85. nu.3. par.2. re-
cent. Caputaq. deciſ.183. n.3. par.3. ſan.me. Greg.
XV. deciſ.44. nu.4. & dec.86. nu.2.* & in alijs, quæ
paſſim allegantur.

Demum non releuat, quod mandatum non po-
tuerit relaxari pro fructibus decurſis, & non ſolu-
tis ſtāte dilatione duorum annorū ad ſoluēdū do-
tē cū pacto quod ea ſoluatur ſine intereſſe, quia pe-
titio, & mādatum intelligi debet de decurſis poſt
huiuſmodi biennium, & pro tempore, quo durauit
matrimoniū nulla habita ratione, quod creditum
conſiſteret in pecunia, quoniam fauore ipſius ma-
15 trimonij debentur fructus, non ſecus ac ſi † credi-
tum cōſiſteret in prædijs, ex quibus promiſſor per-
ciperet fructus cum vtroque caſu militet eadem
ratio fauoris, *l.fin. §.præterea. C.de iur.dot. Ruin.
conſ.224. nu.13. lib.1. Surd. de aliment. tit.1. q.42.
16 nu.11.* & ad effectum ſuſtinendi mandatū, ne † red-
datur nullum ſeu exceſſiuum, illius verba poſſunt
impropriari, vt in iſtis terminis fuit dictum *in Bo-
nonien. fideicommiſſi de Cataneis 1. Febr. 1634.
coram R.P.D. meo Merlino.*

Et ex his Domini vtraque parte informante
cenſuerunt eſſe procedendum ad vlteriorem exe-
quutionem.

§ *In eadem cauſa habetur infra alia deciſio ſub die
1. Iulij 1637. coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.*

R. P. D. MERLINO.

Regien. Penſionis.

Die Veneris 27. Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

in Reſeruatione ſecundę penſionis, ſi Papæ non
fuit integraliter, ſed diminutè de prima pen-
ſione facta mentio, ſic etiam diminutè, &
pro rata expreſſæ primæ penſionis ſubſtineri
debet ſecunda. In reſeruatione ſecundæ pen-
ſionis, ſi non fiat mentio de prima, ipſo iure
ſecunda penſio euaneſcit.

SVMMARIVM.

1 *in Reſeruatione ſecundæ penſionis, ſi nulla eſt fa-
cta mentio primæ penſionis, non ſubſtinetur ſe-
cunda, ſed in totum corruit.*

2 *Et hoc quidem ipſo iure, non autem ope exceptio-
nis, adeo vt non reuiuiſcit ſi prima penſio ceſſet.*

3 *Quodq. procedit, etiam ſi penſio ſit reſeruata motu
proprio.*

4 *Papa non eſt præſumendum, quod voluerit Ec-
cleſiam duplici onere grauare.*

5 *in Reſeruatione ſecundæ penſionis, ſi non fuerit
facta mentio integraliter de prima penſione, ſed
diminutè fuit narrata, diminutè etiam, &
pro rata expreſsè primæ penſionis ſuſtineri debet
ſecunda penſio, & num.20.*

6 Partis

6 *Partis ad partem eadem eſt ratio, quæ totius ad totum.*
7 *Penſionis reductioni locus eſt, quotieſcumque non fuit expreſſum onus extenuans verum valorem beneficij.*
à Valore beneficij regulariter determinatur, & metitur quantitas penſionis. nu. 7.
8 *Penſiones ſunt diuiduæ, & eatenus ſubſtinentur, quatenus vera eſt expreſſio facta onerum, & valoris beneficij.*
9 *in Actu infirmitas ex vitio ſubreptionis eatenus datur, quatenus vitium ingreditur actum, & ſic vires infirmitatis in actu commenſurantur quantitati vitij, & eatenus infirmat, quatenus intrinſecatur in actu. & nu. 10.*
11 *Penſio quando in obulo eſt nulla, in totum eſt nulla. declara vt nu. 12. & 13.*
14 *Penſio ſecunda, vt ſubſtineatur, ſufficit, quod ſit facta mentio de penſione antiqua valida, & n. 19.*
15 *Penſionis reſeruatio ex volũtate Papæ perficitur. de poteſtate Papæ in beneficialibus non licet ambigere. num. 15.*
16 *in Fauore alicuius ea, quæ ſunt introducta, non debent in eius odium retorqueri.*
17 *in Negocio aliquo ea, quæ tendunt alium finem, non ſunt in illo iuſtificandi.*
18 *Confeſſio propria contra confitentem eſt omnium probationum optima.*

DECISIO CLXIX.

RESERVATA fuit penſio ſcutorum quinquaginta ad fauorem Io. Baptiſtæ ſuper fructibus
Canonicatus Regieñ conſentiente Stephano Titulari cum expreſſione, quod Canonicatus erat grauatus alia penſione ducatorum octuaginta, quæ tamen erat ducatorum centum; Geneſius ſucceſſor
in Canonicatu ab A.C. obtinuit pronunciari ſecundam hanc penſionem ſcutorum quinquaginta pro
viginti ducatis eſſe reducendam, in quam reſolutionem iuerunt etiam hodie Domini, & ſic ſententiam A.C. eſſe confirmandam.

Quemadmodum enim ſi in reſeruatione ſecundæ
penſionis ſcutorum quinquaginta, nulla facta fuiſ-
1 ſet mentio † primæ penſionis ducatorum centum,
non ſuſtineretur ſecunda penſio, ſed in totum corrueret *iux. Oldrad. conſ. 22. nu. 4. Caſſad. decis. 3. & 4. de penſion. Pariſ. de reſignat. lib. 6. quæſt. 2. n. 4. Garz. de benef. par. 1. cap. 5. nu. 56t. Lotber. de re benef. lib. 1. quæſt. 38. num. 58. & ſeqq. Rota apud Card. Mantic decis.* 111. *nu.* 3. Et quidem ipſo iure,
2 non autem ope exceptionis, adeo † vt nec reuiuiſceret, ſi prima penſio ceſſaret, vt probat *Caſſad. d. dec. 3. nu. 5. & dec. 4. num. 5. de penſion. Creſcen. dec. 1. nu. 1. & 3. de reb. Eccleſ. non alien. Lotber.*
3 *de re benef. d. quæſt. 38. nu. 59.* Quamuis etiam † ſecunda penſio motu proprio reſeruata fuiſſet *Caſſad. d. decis. 3. num. 4. de penſ. Gig. de penſ. quæſt. 29.*
4 *nu. 4.* quia non præſumitur, † quod Papa voluerit
Eccleſiam duplici onere grauare, *c. mandatum de reſcript. Oldrad. d. conſ. 22. nu. 4. Pariſ. conſ. 5. n. 134. lib. 4. Soccin. ſen. conſ. 260. num. 5. lib. 2. Rot. apud Caputaq. decis. 312. num. 3. & 4. par. 2. & in Caſaraug uſtana diſmembrationis 23. Iunij 1600. coram coram lo. me. Card. Pamphilio.*

Ita pari ratione dum non integraliter, ſed dimi-
5 nutè de prima penſione facta fuit mentio, † diminutè etiam, & pro rata expreſſæ primæ penſionis ſuſtineri debet ſecunda penſio, non autem pro rata, de qua non fuit facta mentio, quippe quod Papa non intellexit grauare beneficium maiori onere, quam ducatorum octuaginta, & ſcutorum quinquaginta; Vnde ſi præexiſtit penſio ducatorũ centum, ſecunda pẽſio ſcutorum quinquaginta pro vi-
6 ginti ducatis non ſubſiſtit, partis enim † ad partem eadem eſt ratio, quæ totius ad totum *l. quæ de tota, & ibi gloſ. & DD. ff. de rei vendic. Menocb. conſ. 671. num.* 8. Et reductioni penſionis locus eſt quo-
7 tieſcumque † non fuit expreſſum onus extenuans verum valorem beneficij, à quo valore regulariter determinatur & metitur quantitas penſionis, quæ
8 cum ſit diuidua, † eatenus ſuſtinetur, quatenus vera eſt expreſſio facta onerum, & valoris *iuxta tradita per Caſſad. decis. 4. nu. 4. de penſion. Gig. de penſ. quæſt. 35. nu. 8. Rot. apud Card. Mant. decis. 153. per tot. & decis. 173. in princ. & in Salamatina penſionis 26. May 1593. coram Gipſio, ac Monopolitana penſionis 17. Maij 1596. corã Orano;* & benè applicatur elegans doctrina *Butr. in c. ſuper litteris. nu. 10. de reſcript.* Quod eatenus
9 datur infirmitas in actu ex † vitio ſubreptionis, quatenus vitium ingreditur actum, & ſic vires infirmi-
10 tatis in actu, commenſurantur quantitati vitij, † & eatenus infirmat, quatenus intrinſecatur in actu, quam in his terminis reductionis penſionis ſequuta fuit *Rota in Lucana penſionis* 10. *Martij* 1624. *coram R.P.D. meo Pirouano.*

Neque obſtat obiectum à Titulari propoſitum
11 pro annullanda penſione in totum, ſcilicet † penſionem in obulo nullam, in totum eſſe nullam, vt reſpondit *Rota in decis. 626. num. 5. par. 1. diuerſ. & in Spoletana penſionis 24. Ianuarij 1622. coram bo. me. Vbaldo.*

Quoniam hoc intelligitur in reſeruatione pẽſio-
12 nis, cui † conditionaliter fuit conſenſum, vt puta in reſignatione cum clauſula non aliàs, aliter, &c. vel in penſione reſeruata cum clauſula dummodo remaneant centum &c. quo caſu ſi quantitas in conditione non verificatur in totum vſque ad ſummam expreſſam, penſio in nulla ſui parte ſubſiſtit, quia deficit conditio, ſub qua fuit reſeruata pen-
13 ſio, & ſic forma, ex cuius † defectu in totum corruit, perinde ac ſi reſeruatio facta non fuiſſet, ita benè explicauit *Rota coram fel. rec. Clem. VIII. in Bononien. translationis penſionis, quæ eſt dec. 446. num. 5. & 6. par. 1. diuerſ. & apud Card. Mant. interpretando d. decis. 626. par. 1. diuerſ. in decis. 173. num. 1. & in d. Lucana penſionis 10. Martij 1624. coram R.P.D. meo Pirouano, Lotber. de re benefic. par. 5. quæſt. 47. nu. 33. ad 37.* qui non eſt caſus præſentis controuerſiæ.

Quod vero obijciebat penſionarius pro ſubſti-
14 nenda integra † penſione, nempe faciendam eſſe ſolum mentionem de penſione antiqua valida, *Veral. decis. 301. nu. 1. & 2. par. 2. Rot. decis. 666. num. 2. par. 2. recent.* & ideo videatur incumbere onus Titulari probandi penſionem antiquam fuiſſe verè, & actualiter ſolutam, ſtante decreto, quod eſſet nulla, niſi realiter, & cum effectu perſolueretur, & ſic

Ee 3 non-

non fuerit neceſſaria illius expreſſio in ſecunda
reſeruatione, tollitur, quoniam ex litteris penſio-
nis ſatis videtur conſtare de validitate ipſius pen-
15 ſionis, cum ex illis appareat de voluntate † Papæ,
ex qua reſeruatio penſionis perficitur, nec de po-
teſtate ambigere liceat, & decretum illud, vt pen-
ſio realiter ſoluatur, aliàs ſit nulla, cum ſit appoſi-
tum ad excludendas fraudes, & in fauorem ſucceſ-
16 ſoris in beneficio, non † debet hodie in eius odium
retorqueri, & tanquam tendens ad alium effectum
17 non videtur fortaſſe † opus illam in caſu præſenti
iuſtificare, prout de clauſula dummodo remaneāt
centum pro Rectore in his terminis reſpondit *Rot.
in Valentina penſionis* 25. *Iunij* 1601. *coram bon.
mem. Card. Millino*; Sed quatenus atiam exigere-
tur iuſtificatio ſolutionum, ſatis ad effectum præ-
ſentis caſus de illis apparet ex confeſſione ipſiuſ-
met Io. Baptiſtæ penſionarij emanata in litteris re-
ſeruationis penſionis, vbi aſſeruit penſionem an-
18 nuatim ab eo percipi, quæ † eſt optima omnium
probationum contra confitentem, *l. cum precum
C. de liber. cauſ. l.* 1. *C. de confeſſ. Rot. deciſ.* 802. *n.* 1.
par. 1. *diuerſ. & coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ.*
200 *nu.* 2. *& deciſ.* 469. *nu.* 3. *& ſeqq.*

Minus obſtat ceſſare ſubreptionem, dum Papa
19 ſciuit † aliam extare penſionem; quia id verum eſt
reſpectu quantitatis expreſſæ, nempe ducatorum
octuaginta, non autem reſpectu quantitatis ducato-
rum viginti non expreſſæ, de qua Papa cogitare
20 non potuit, neque † pro hac rata intellexit Cano-
nicatum grauare *iux. præallegatam doctrinam
Butr. in c. ſuper litteris. nu.* 10. *de reſcript.*

Et ita vnaquaqua parte informante reſolutum
fuit &c.

R. P. D. PIROVANO,

Arimineñ Iuriſpatronatus.

Die Veneris 27. *Iunii* 1636.

ARGVMENTVM.

Teſtamentum patris ſubiacet vitio nullitatis, ſi filios præteriuerit, & quid iuris, ſi in teſtamento adſit clauſula codicillaris Iuſpatronatus ad fideicommiſſarium licet non tranſeat, tamen aliud eſt, ſi contraria mente Teſtatoris conſtet.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum eſt nullum ob præteritionem filiorum. & num.* 9.

2 *in Teſtamento, in quo filius eſt præteritus, ſi adſit clauſula codicillaris, tunc ab inteſtato ſuccedens cenſetur grauatus reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto abſque alia conditione. & nu.* 10. 12. *&* 13.

3 *Iuſpatronatus tanquam merè directum, & honorificum non tranſit ad fideicommiſſarium. declara vt nu* 5. *&* 6.

4 *Fideicommiſſarius ad ſucceſſionem venit per obliquum.*

6 *Iuſpatronatus ſtante ſic voluntate teſtatoris ad fideicommiſſarium tranſit. & nu.* 8.

7 *Diſpoſitio teſtatoris vbi eſt clara, non eſt dubitandum de eius voluntate.*

11 *Diſpoſitiones illæ, quæ non habent reſiſtentiam iuris, debent ſuum conſequi effectum.*

13 *Fideicommiſſarijs non eſt prohibitum à lege, relinquere iura directa.*

DECISIO CLXX.

CONCLVSVM fuit 16. Nouembris præteri-
ti, * Iuſpatronatus, de quo agitur, ſpectare
pro medietate ad filios Ludouici, & pro alia me-
dietate ad filios Franciſci Mariæ, votaq. eſſe paria,
& faciendum eſſe concurſum, niſi obſtet teſtamē-
tum Ludouici, de quo reſeruatum fuit particulari-
ter videre, effectus autem huius partis reſeruatę eo
tendebat, ſi teſtamantum ſupradictum ſuſtineba-
tur, inde filias Ludouici remanere excluſas ab illa
medietate Iuriſpatronatus, & beneficium eſſe ad-
iudicandum Franciſco Caſtaneo præſentato à filijs
Franciſci Mariæ hæredibus Ludouici.

Dixerunt igitur Domini, Teſtamentum Ludo-
uici ſuffragari filijs Franciſci Mariæ de Marcheſel-
1 lis, quod † & ſi videatur nullum ob præteritionem
filiarum, quæ nunc prætendunt concurrere ad præ-
ſentandum pro medietate; attamen cum in eo la-
gatur clauſula codicillaris ampliſſima ibi (quod
valere voluit iure teſtamenti nuncupatiui, & ſi di-
cto iure non valeret, valere voluit iure legati codi-
cillorum; donationis cauſa mortis &c.) ſemper ſu-
ſtinetur diſpoſitiua illa hæredum vocatio, ſi non iu-
2 re directo, obliquo tamen, itaut † Filius præteri-
tus ab inteſtato ſuccedēs cenſetur grauatus reſti-
tuere hæreditatem abſque alia conditione hæredi
ſcripto per *l. ex ea, ff. de teſtament. l. vltim. C. de
codicill. l. Titia, ff. de inoff. teſtament* & hanc con-
cluſionam à contrarij a vti veriorem defendunt, &
comprobant poſt infinitos ab eis allegatos *Gabr.
de clauſ concl.* 7. *Menoch. præſumpt.* 32. *n.* 2. *lib.* 4.
Fuſar. quæſt 569. *nu.* 1.

3 Neque hoc poſito obſtare videtur, † quod Iuſ-
patronatus tanquam merè directum, & honorificū
tranſire non poſſit ad fideicommiſſarios, prout ſunt
filij Franciſci Mariæ ex teſtamento Ludouici eorū
4 patrui, ad cuius † ſucceſſionem veniunt per obli-
quum, & tanquam fideicommiſſarij per *l. quia pe-
rinde, ff. ad Trebell. Rocch. de iurepatr. in verb. ip-
ſe velit quæſt.* 9. *num.* 20. *&* 21. *Couar. variar. lib.* 2.
cap. 18. *nu.* 2. *Peregr. de fideicomm. art* 6. *num.* 37.
Mantic de contract. lib. 4. *tit.* 12. *nu.* 6. *&* 15. *cum
alijs in ſupradicta deciſ.* 16. *Nouembris alleg.*

Quoniam vera eſt concluſio in prima deciſione
5 firmata, † vbi agitur de transferendo Iurepatrona-
tus ſub titulo vniuerſali fideicommiſſi, & implicita
teſtatoris voluntate, ſecus tamen quando, vt in
præſenti, conſtat de expreſſa voluntate Teſtatoris,
6 † quod voluerit iura directa, & honorifica tranſire
ad fideicommiſſarios, quia nō repugnat naturæ Iu-
riſpatronatus, quin poſſit transferri in ſecundum
7 hæradem, & vlteriorem vbi † certa eſt diſpoſitio,
nec dubitatur de voluntate teſtatoris, *Lambert. de
iurepatr. lib.* 1. *par.* 2. *quæſt.* 2. *art.* 35. *ad fin. Coſta
in l. ſi pater. num.* 6. *par.* 1. *verſ. vltimo ſi legata-
rius de teſtam. Couar. eod. lib.* 2. *cap.* 18. *nu.* 8. *Garz.
de beneſ. par.* 5. *cap.* 9. *nu.* 19. *Lother. de re beneſ.
quæſt.* 11.

Digitized by Google

queſt. 1 t. *nu* 37. & cum hac diſtinctione tranſiuit *Rota in Maceraten. Iuriſpatronatus, quæ eſt* 24. *apud Vinia. de iurepatr. in praxi*, nec ab ea diſſentiunt rationes deciſionis cauſæ 16. Nouembris ſupradictæ.

Conſtare autem videbatur de ſufficienti volun-
8 tate Ludouici Teſtatoris transferendi † Iuſpatro-
natus in Franciſcum Mariam fratrem, non autem
in proprias filias eo ipſo, quod illū directè inſtituit ſuū
hæredem, in quem per ſupradicta reſidere debebāt
9 iura merè directa, annullato teſtamento † ob præ-
teritionem filiarum per clauſulam codicillarem ſu-
ſtineri non poſſit, *l. verbis ciuilibus, l. ex pupillari,*
l. centurio, ff. de vulg. & teſtatoris voluntas, vt vo-
luit valere non poſſit, attamen quia ex ordinatio-
ne prædicta duo colliguntur; Vnum impoſſibile,
quod hæres per obliquum directè capiat, & alterū
poſſibile, quod iura integra hæreditaria ad eumdem
hæredem tranſeant, ſufficit teſtamentum ſuſtineri
10 ex clauſula codicillari, conuertendo † directam
vocationem in fideicommiſſariam, vt exinde diſpo-
ſitio poſſibilia, quoad iura honorifica, & merè dire-
cta, quæ non habent reſiſtentiā iuri a reſpectu trā-
11 ferentis † ſuum poſſit habere effectum, *Bart. in*
l. 1. quæſt. 1. *ff. de iur. codicill.* ita per hanc rationē
12 ad ſuſtinendum qualitates directæ vocationis, † ſed
per clauſulam codicillarem inſtauratæ quoad pro-
hibitionem detractionis Trebellianicę ex verbis di-
rectis reſultantem ex veriori tenuerunt *Alex. conſ.*
26. num. 4. lib. 1. 142. num. 6. lib. 2. Crauett. conſ.
242. num. 4. & 5. & 295. nu. 1. & ſeqq. Ruin. conſ.
146. nu. 8. vol. 3. Gabr. conſ. 113. nu. 4. lib. 1. Pret.
de vltim. volunt. fol. 367. Fuſar. quæſt. 569. nu. 46.
Modern. de legitim. lib. 5. tit. 2. quæſt. 4. nu. 2.

Neque obſtat, quod ex clauſula codicillari, & illius effectu potius colligatur contraria voluntas teſtatoria, dum inſtitutio ſi non iure directo valuit, ſed iure fideicommiſſi; Ideo teſtator conformando ſe cum diſpoſitione iuris; voluerit etiam filias hæredes retinere iura directa, & honorifica.

Quia tollitur iſta præſumptio ex diſtinctione ſu-
13 pradicta, quod relinquere † iura directa fideicom-
miſſarijs non eſt à lege prohibitum; ſed dari hære-
ditatem directè per fideicommiſſum, & in hac par-
te operatur tantummodo clauſula codicillaris cō-
14 uertendo inſtitutionem directā in † fideicommiſſa-
riam, non autem dando iura directa, & honorifica,
quæ ex voluntate expreſſa Teſtatoris poſſunt tran-
ſire ad fideicommiſſarium, quæ dicebatur colligi eo
ipſo, quod quantum ad ſe voluit, Franciſcum Ma-
riam eſſe hæredem. Et ita vtraque &c.

☞ * *Eſt deciſio 72. ſupra in hac eadem parte.*

§ *Et infra in eadem cauſa habetur alia deciſio ſub die 23. Martij 1637. coram Reuerendiſſ. P. D. Coccino Decano.*

REV.[mo] P. D. COCCINO DECANO,

Romana Cambiorum.

Die Veneris 4. Iulij 1636.

A R G V M E N T V M.

Cambia ex quibus iuſtificentur, Appellatio quoties detur à liquidatione.

S V M M A R I V M.

1 *Cambia iuſtificantur ex tranſmiſſione litterarum, & litteris redditus.*

2 *Mercatores ex ſtylo ſolent apponere in litteris apices nominum, & cognominum.*

3 *Perito electo ex officio ſtandum eſt.*

4 *à Liquidatione ſemel datur appellatio.*

5 *Et ideo, quando ab illa non appellatur, cenſetur pars illi acquieuiſſe, nec poteſt illam impugnare, ſi de nullo errore doceatur.*

D E C I S I O C L X X I.

AVDITOR Cameræ relaxauit duo mandata,
& Signatura reſcripſit cum clauſula ſi quid
exequendum. Quare poſt plures citationes in cō-
tumaciam partis propoſui dubium, An mandata
prædicta ſint exequenda, & reſolutio huius dubij
pendet ex duobus, primò vt videatur de iuſtitia
cambiorum, ſecundò de legitima liquidatione, &
1 quantum attinet † ad cambia, illa iuſtificantur ex
tranſmiſſione litterarum*, quæ ſatis probatur ex lit-
teris redditus, *Rot. deciſ. 951. lib. 3. par. 3. diuerſ.*
& fuit reſolutum in cauſa Romana pecuniaria, ſeu
Cambiorum 10. Iunij 1616. coram bo. mem. Card.
Sacrato, & in Romana cambiorum 13. Iun. 1629.
coram R. P. D. meo Motmanno, & in Romana di-
ſcuſſionis bonorum 26 Iunij 1630. coram me, in
qua quamplures deciſiones concordantes allegan-
tur, & coadiuuantur prædicta ex partitis librorum.

Neque obſtat, quod in dictis litteris non fuit ap-
poſitum nomen contrahentium, quia cum adſit in-
ſtrumentum contractus expreſſiua verbis inter Frā-
ciſcum Baleonum & Raphaelem Alemannum, &
in litteris adſint iſti Apices F.B, R.A. quæ denotāt
2 † nomina contrahentium, hæc ſufficiunt, vt ſerua-
ri ex ſtylo Mercatorum per atteſtationes ſtunc da-
tas, fuit reſolutum in dicta cauſa *Romana diſcuſſio-*
nis bonorum coram me, & facit Alex. in conſ. 146.
num. 26. lib. 5. & Rota dec. 63. poſt 1. volum. conſ.
Farinacij.

Quantum vero attinet ad ſecundum ſi licet ad liquidationem fuit electus Peritus Mercator primarius in Curia, qui habita ratione ad omnia illa, ex quibus iuſtitia cambij firmatur reſpectu pecuniæ cambiatæ ſuper banco Antonij Medicea, firmauit in duabus relationibus à die prima Iunij 1630. vſque ad diem 11. Iunij 1633. Baleonum eſſe debitorem in ſcutis auri in auro ſtamparum 2613. ſolid. 6. & denarijs quinque, Reſpectu vero quantitatis cambiatæ ſuper banco Dominorum de Acciaiolis, ac Martellis retulit debitum aſcendere ad ſcuta 949. 19. & 10. auri in auro.

Et quibus reſultat reſolutio dubij, quod manda-
ta A.C. ſint exequenda, conſtat enim de iuſtitia
cambiorum, & de eorum legitima liquidatione ex
3 relatione Periti electi ex officio, † cui propterea
eſt ſtandum *l. 2. C. de vſur. & fruct. leg. & ibi Bart.*
Pariſ. conſ. 89. nu. 5. & conſ. 96. nu. 32. lib. 1. Rot.
deciſ. 354. num. 1. par. 1. recent. & fuit dictum in
cauſa Romana Viridarij 1. Iulij 1622. coram bon.
mem. Franciſco Vbaldo. Nec in hoc caſu haben-
4 dum eſt in conſideratione, quod à liquidatione † ſe-
mel datur appellatio. Quia pars debitoris non
ap-

appellauit à dicta liquidatione, & ideo cenſetur illi acquieuiſſe, neque hodie poteſt illam impugnare,
5 † cum de nullo errore doceat, & fuit dictum *in cauſa Foroliuien. bonorum 10. Iunij 1622. coram R.P.D. meo Merlino.* Et ita concluſum &c.

REV.MO P.D. COCCINO DECANO.

Leodien̄ Caſtrorum.

Die Lunæ 10. Nouembris 1636.

A R G V M E N T V M.

Teſtamentum primum, vt reuocetur per ſecundum, vel per donationem, quid requiratur. Et plura circa materiam, quando mandatum reuocetur per mortem mandantis, & quando non. Et alia circa decretum Iudicis in contractibus minorum interponendum.

S V M M A R I V M.

1 *Donatio facta poſt teſtamentum, ſi ſit facta per vim, & metum, illud non cenſetur reuocatum ex defectu conſenſus.*
2 *Derogatio primi actus oritur ex coniecturata agentium voluntate, qui cum faciant actum primo contrarium, videtur à primo velle diſcedere.*
3 *Sed quando ſecundus actus non deſcendit à voluntate agentium, ceſſat coniecturata voluntas.*
4 *Nullum quod eſt, nullum producit effectum.*
5 *Teſtamentum ſecundum tollit primum.*
Teſtamentum ſecundum non tollit primum, quādo ſecundum eſt nullum, & inualidum. nu.5.
6 *Quod procedit etiam in ſecūdo teſtamento, ſi extet clauſula ceſſans, & annullans.*
7 *Conſenſus deficit in his, quæ fiunt per vim, & metum.*
8 *Moriens nō præſumitur immemor ſalutis æternæ.*
10 *de Metu illato mulieri, quando agitur, non propriè requiritur metus, qui poſſit cadere in conſtantem virum.*
11 *Et hoc præſertim, ſi mulier nunquam fuit in ſua plena libertate. & nu.9. amplia nu.12.*
13 *Mandatum morte mandantis re integra extinguitur.*
14 *Res nō dicitur integra reſpectu procuratoris actoris, quando ipſe fuit litem conteſtatus.*
15 *Res nō dicitur integra reſpectu procuratoris rei, quando in mandato adeſt clauſula releuans.*
Clauſula releuans importat ſatiſdationem. n.15.
16 *Mandatum procuratoris litis Domini effecti expirat lata ſententia.*
17 *Clauſula releuans poſita in mandato, operatur, vt nedum mandatum actoris non expiret poſt primam ſententiam, ſed nec etiam mandatum procuratoris rei.*
18 *Clauſula releuans poſita in mandato, operatur ſatiſdationem iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui*
19 *Mandati reuocatio, quæ fit per mortem, prouenit ex eo, quia deficit conſenſus, quia mors omnia ſoluit.*
20 *Mandatum per mortem principalis non expirat, quando ipſe promiſit iudicatum ſoluere pro procuratore ſciente.*
21 *L. ſi defunctus 15. ff. de procurat. qualiter ſit intelligenda.*
22 *Damni, id quod ſibi eſt, nemo præſumitur voluiſſe ſibi eligere.*
23 *Mandatum in quo adeſt clauſula releuans, vt nō expiret morte mandantis, opus eſt, quod procurator ſit præſens.*
24 *Sufficit tamen etiam ad hunc effectum, quod procurator conſentiat dicto mandato tacitè, vel expreſsè.*
25 *Satiſdatio pro procuratore conſentiente tacitè, vel expreſsè, duo facit.*
Primum, quod procurator poſſit compelli.
Secundum, quod morte non finiatur.
26 *Mandatum morte non expirat, ſi Dominus ſciente procuratore ſatiſdedit.*
27 *Procurator ſi ante mortem Domini acceptauit mandatum, illud non expirat per mortē Domini.*
28 *Procurator, ſi ſit conſtitutus cum ſatiſdatione, & non contradixit, non expirat mandatum per mortem Domini.*
29 *Teſtatoris perſona per hæredem repræſentatur.*
30 *Procuratorem ſi maior conſtituat, ſi per naturā poſſibile eſſet, quod efficeretur minor, mandatum reuocaretur.*
31 *Hæredum ætas non eſt conſiderabilis, quando à teſtatore maiori ſolemniter fuit conceſſum mandatum alicui.*
32 *Tutor, ſi conſtituat pupillo procuratorem, mortuo tutore, illud mandatum non expirat.*
33 *de Tutore, iura, quæ loquuntur, habent etiam locum in alijs, qui conſtituunt procuratorem.*
34 *Minoris bona an poſſint obligari ſine decreto Iudicis. vide diſtinctionem. nu. 35. 36. & 37.*
38 *Patris authoritas poteſt facere rem pupilli alienabilem, etiam ſine decreto.*
39 *Procurator conſtitui poteſt nedum pro minore, ſed etiam pro pupillo.*
40 *Minor, ſi conſentiente teſtatore promittit de bonis ipſius teſtatoris, & tandem illi ſuccedat, valet illa promiſſio, quia non nititur ſolo contractu minoris, ſed fundatur in contractu maioris.*
41 *Minoris contractus, ſi non recipiat principale robur à promiſſione ipſius, ſed à conſenſu maioris, tenet.*
42 *Tranſactio, ſi metu ſit facta, non poteſt dubitari de illius nullitate.*
43 *Metus, quando eſt ſemel illatus, durante eadem cauſa metus, ſemper præſumitur durare.*
44 *Quod procedit etiam ſi aliquis actus iucundo, & libero animo, & ex interuallo fuerit geſtus.*

D E C I S I O C L X X I I.

PAVLVS de Stoor, & Maria de Senſeille coniuges condito teſtamento inſtituerunt hæredem alterum Paulum de Berlo dictæ Mariæ ex ſorore nepotem: deceſſit Paulus, & Maria ſecundo loco nupſit Comiti Io. Iacobo, qui ab ea extorſit donationem, ac etiam teſtamentum inde fieri, & in eo ſe hæredem inſtitui curauit. Sequuto obitu dicti Comitis Io. Iacobi, & moto iudicio inter Comitem Ludouicum, & alios hæredes dicti Comitis

Digitized by Google

Io. Iacobi, & dictum Paulum in primo teſtamento
hæredem ſcriptum ſuper ſucceſſione in bonis dictæ
Mariæ, cauſaq. introducta in Rota, fuit dicto Paulo
ad probandum donationem, & teſtamentum fuiſ-
ſe facta per vim, & metum conceſſa remiſſoria, qua
reproducta, fuit reſolutum donationem, & teſta-
mentum fuiſſe facta per vim, & metum, & prop-
terea dandam eſſe immiſſionem dicto Paulo hære-
di ſcripto in primo teſtamento via ordinaria, & in-
de ſuper hoc lata ſententia. Quare dubitari an di-
cta ſententia eſſet confirmanda, & Domini affirma-
tiuè reſponderunt, quia dictus Paulus habet funda-
tam intentionem in teſtamento, vnde ei non poteſt
denegari immiſſio via ordinaria ex ponderatis co-
ram R.P.D. meo Mormanno. *

Nec obſtat donatio facta poſt primum teſtamē-
tum, neque ſecundum teſtamentum, quia cū fue-
1 rint facta † per vim, & metum, primum teſtamen-
tum non cenſetur reuocatum ex defectu conſenſus
*l. Lucius. §. fin. ff. de teſtam. milit. l. per errorem.
ff. de iuriſdictione omnium iudicum. Curt. iun. qui
benè declarat in l. pacta nouiſſima. nu. 6. verſ. ad-
de aliam. C. de pact.* & ratio eſt, quia derogatio pri-
2 mi † actus is itur ex coniecturata agentium volun-
tate, qui cum faciunt actum primo contrarium, vi-
dentur à primo velle diſcedere, vt dicunt *DD in
l. pacta nouiſſima. C. de pact.* ſed quando ſecundus
3 actus † non deſcendit à voluntate agentium, ceſſat
4 coniecturata voluntas, quia quod nullum eſt, † nul-
lum producit effectum, *c. non præſtat impedimen-
tum de regul iur. in 6* Vnde, & ſi ſecundum teſta-
mentum tollat primum, tamen fallit regula, ſi ſecū-
5 dum † teſtamentum ſit nullum, & inualidum, *l. ſi
iure ff. de legat. 3. §. poſterior. inſtit. quemadmo-
dum teſtam. infirment. l. hac cōſultiſſima. § ſi quis
autem in 2. reſp. C. de teſtam. l. 2. ff. de iniuſ. &
rupt. teſtam. l. ſi filius, qui in poteſtate. ff. de liber.
& poſthum. l. ſi quis eum in fine. ff. de vulgar. &
pupill. Bart. in d. l. ſi iure Alex. in l. ſi quis ante,
nu 8. ff. de acquirend. poſſeſſ. Pariſ. conſ. 46. nu. 27.
vol. 3. Couarr. in rubr. de teſtam. in 2. parte nu. 21.
Roland. conſ. 33. nu. 4.* qui dicit hanc concluſionem
procedere etiamſi in ſecundo teſtamento extaret
6 † clauſula caſſans, & annullans &c.

Quòd autem in donatione poſteriori, & in ſecū-
7 do teſtamento deficiat conſenſus, ſatis patet, † quia
fuerunt facta per vim, & metum, vt probatur ex to-
ta ſerie facti benè cōſiderata in dicta deciſione Do-
mini Mormanni. Primo enim venit conſiderandū,
quod Maria morti proxima, quæ propterea non
8 præſumitur voluiſſe mentiri, † ex quo moriens nō
præſumitur immemor ſalutis æternæ, *c. ſancimus
1. quæſt. 7. l. fin. C. ad l. Iul. repetund. Alciat. præ-
ſumpt. 4. in princ. reg. 3.* Schedulam proprio ſan-
guine conſcripſit, addito, quod vtebatur proprio
ſanguine pro atramento, quia ei erat ſublata facul-
tas aliquem alloquendi, in qua quidem ſchedula
declarauit reuocare dictas poſteriores diſpoſitio-
nes, cum per vim, & metum ſibi ab ipſo Comite
Io. Iacobo illatum, fuerint factæ; quæ ſchedula for-
miter recognita fuit, & ea vtitur Rota, non quia
habeat vim poſterioris diſpoſitionis, ſed tanquam
ſpecie probationis ſufficientis ad probandum vim,
& metum, & ad dilucidandum factum. Et quod di-
cta ſchedula contineat veritatem, ſuadetur ex eo,
quod dictus Comes Io. Iacobus miſſo Paulo hærede
9 in Italiam, † Mariam abduxit ad ſtatiua militum
Præſidiariorum, vbi ei interdixit allocutiones cum
omnibus, præterquam cum famula gibboſa & quo-
dam alio famulo, eamq. poſtea domeſtico, & pri-
uato carcere mācipauit ſub militum cuſtodia, ſub-
miniſtrando illi cibum, & potum longè infra ſuam
conditionem, ablata etiam facultate inuiſendi tem-
pla ſacra, ita quod cum ſemel templum adiuiſſet
multa acerba domeſticis comminatus fuerit, & cū
Maria de dictis diſpoſitionibus per vim, & metum
factis conquereretur, ipſe Comes Io. Iacobus cru-
deliter pileum ori eius obtruſit. Tandem dicta in-
felix mulier obijt nō ſine magna ſuſpicione veneni.

Ex quibus omnibus ſatis videtur probatus me-
tus, & vis, quia agitur de metu illato mulieri, &
10 ideo † propriè non requiritur metus, qui poſſet ca-
dere in conſtantem virum, addito maximè, quod
11 hæc mulier nunquam fuit in plena † libertate, vt
benè deponunt teſtes examinati vigore remiſſoriæ,
& latè fuit ponderatum in *deciſione Domini mei
Mormanni 7. Aprilis huius anni* in qua firmatur, ꝙ
metus præſumitur duraſſe vſque ad obitum, & re-
ſpondet alijs contrarijs, ad quam deciſionem habe-
ri debet plenior relatio, fruſtra enim eſſet ea om-
nia, quæ in dicta deciſione ponderantur, recenſere:
12 † accedat notoria terribilitas dicti Comitis Io. Ia-
cobi, qui erat ſolitus exequi minas, ſatis etiam cru-
deliter, vt in eadem deciſione fuſius ponderatur,
& benè probant teſtes.

Neque eſt verum, quod dicti teſtes fuerint nul-
liter examinati ex defectu mandati Comitis Fran-
ciſci, quia fuit motum iudicium contra Comitem
Ludouicum hæredem Comitis Io. Iacobi, qui in-
ſtituit hæredem dictum Comitem Franciſcum fra-
13 trem, & regula † eſt, quod mandatum morte mā-
dantis in re integra expirat, *l. ſi quis donationis.
C. de aſſion. & oblig. l. inter cauſas in princ. ff. mā-
dati. l. mandatum. C. eod.* Huic fundamento fuit
14 reſponſum, quod res non dicitur integra † reſpectu
procuratoris actoris, quando ipſe litem fuit conte-
15 ſtatus, & reſpectu rei, quando in mandato † adeſt
releuans, vt per importat ſatiſdationem, vt per *Au-
frer. ad deciſ. 491. Guidopap. in verb. integram Ce-
phal. conſ. 382. nu. 12. vol. 3.* Et quamuis poſſet di-
16 ci, quod mandatum procuratoris † Domini litis ef-
fecti expirat lata ſententia *Achill. deciſ. vltima de
procur. & fuit dictum in cauſa Reatina Caſtri Po-
ſtæ 5. Nouemb. 1586. coram Orano,* tamen ex hoc
non poteſt inferri, quòd hodie non adſit legitimus
procurator, itaut ſententia non poſſit confirmari,
quia nō agitur ſimpliciter de procuratore, qui fuit
litem conteſtatus, & ſic effectus Dominus litis, ſed
17 de procuratore rei, qui † habet clauſulā *releuans*,
quæ clauſula operatur, quod nedum mandatum
actoris non expiret poſt primam ſententiam, ſed
nec etiam mandatum procuratoris rei; iſta enim
18 clauſula operatur ſatiſdationem de iudicio † ſiſti, &
iudicatum ſoluendo, *Specul. in tit. de ſatiſdat. §. ex-
pedito nu. 2. Tavalin. in clem. 1. nu. 49. de procurat.
Seraph. deciſ. 1180. nu. 2. & fuit reſolutum in dicta
Reatina Caſtri poſta*, ideo per mortem dicti Co
mitis Ludouici non cenſetur reuocatum mandatū,
quia

Digitized by Google

mihi pro validitate eiuſdem donationis ex vnico
fundamento, ex quo crediderunt tolli poſſe vtram-
que exceptionem, quod ſcilicet pro huius dona-
tionis validitate non fuiſſet neceſſaria ea licentia
Cardinalis Legati.

Et quidem ex hoc fundamento reſponderi pote-
rat tàm primæ exceptioni reſpectu inhabilitatis
perſonæ Marchionis, quàm poſteriori circa neceſſi-
tatem nouę in ceſſione, quam dicebatur feciſſe Pom-
peus bonorum ſibi donatorum ad eiuſdem Mar-
chionis fauorem, quia cum illa non aliter cenſeri
deberet impetrata, quam ſi, aut quatenus ea opus
fuiſſet, excluſa illius neceſſitate ſublatum quoque
cenſeri debebat impedimentum, per quod, vel pro-
hibebatur Marchio bona ſibi donata recipere, vel
non potuiſſent illi cedi eadem bona à Pompeo ex
1 vulgata iuris regula, quod † nocere non ſoleant ea,
quæ adhibentur ſolùm pro abundantiori cautela,
de qua *in l. teſtamentum, C. de teſtam. & in l. pe-*
2 *nult. C. de euict.* & in terminis licentiæ obtentæ † in
caſu, quo illa non erat neceſſaria, hoc idem nota-
uit *Gabr. in conſ. 92. num. 7. lib. 1.* qui hoc tradit in
ſpecie licentiæ cōceſſæ ſuper alienatione bonorum
Dec. conſ. 197. num. 3. Surd. conſ. 321. num. 58. &
3 in terminis Beneplaciti Apoſtolici, † quod ſolet re-
gulariter requiri ad validitatem alienationis factæ
de bonis Eccleſiæ, ſcripſit idem *Gabr. in conſ. 82.*
num. 19. lib. 2. & tenuit Rota apud Card. Seraph.
deciſ. 1027. num. 7. & deciſ. 519. nu. 3. par. 1. diuerſ.
& deciſ. 404. nu. 6. par. 2. recent.

Quod verò potuiſſet ea licentia omitti, neque
fuiſſet neceſſaria pro validitate huius donationis, vi-
ſum fuit probari ex eiuſdem donationis qualitate,
etenim deducebatur hæc neceſſitas ex qualitate
bonorum, quæ Laurentius donare ſtatuerat ante-
quam eam licentiam impetraret propter vitium li-
tigioſi, quod dicebatur natum fuiſſe ſuper eiſdem
bonis occaſione litis, quæ mota fuit per eumdem
Laurentium donatorem, cum propter id vitium
non ſolum obſtare videretur Marchionis exceptio
potentiæ, quæ proponebatur cōtra illius perſonam,
& quæ ſola potuiſſet impedire eam donationem,
ſed neque videretur illi ſuffragari licentia obtenta
à Laurentio ex ratione ſuperius conſiderata, quod
facultas in ea conceſſa conſumpta fuiſſet in dona-
tione, quàm Laurentius fecit ad fauorem Pompei,
cui alia addi poterat, quod ea licentia conceſſa fue-
rat ſoli Laurentio, vt propterea non potuiſſet illa
vti Pompeus in tranſlatione bonorum, quæ ipſe an-
tea receperat ex donatione Laurentij.

Verùm duas rationes DD. conſiderarūt, ex qui-
bus non putarunt obſtare poſſe eidem donationi
hoc vitium litigioſi, aut quod ex ea lite, quæ pen-
dere dicebatur, impediri potuerit alienatio bono-
4 rum, † qui propriè erat effectus huius vitij, vt con-
ſiderauit *Innoc. in c. cum M. Ferrarien. num. 9. de*
conſtit. & ibi etiam Bellam. ſub nu. 14. Specul. in
tit. de appell. §. 11. num. 5. Et prima ratio fuit, quod
bona donata verè non poſſent dici eo vitio affecta
5 conſiderata natura ipſius actionis † ſuper qua lis
pendebat. Agebatur enim de nullitate tranſactio-
nis, quæ facta fuit ſuper eiſdem bonis inter Lauren-
tium donatorem, ac Hieronymum, & Philippum
de Ballatinis, & eiuſdem tranſactionis reſciſſionem
petebat Laurentius poſt renunciationem à ſe factā
iſtorum bonorum, quorum proprietatem voluit
tranſire in Pompeum, cui facta fuit donatio penden-
te lite ſuper nullitate huius tranſactionis. Ex qua
lite non potuit naſci hoc vitium ſuper ipſius bonis,
6 tāquam ea, quæ erat ſuper mera actione perſonali,
vt tradit, *Bart. in l. 1. C. de litig. & in l. 1. §. ſi inter*
num. 2. ff. eodem tit. Cyn. n autb. litigioſa num. 4.
C. eodem tit. per text. in l. quamquam. in §. Iu-
lianus, ff. de acq. pluu. arcen.

Neque potuit hunc effectum operari eadem
actio; quatenus in illa agebatur de recuperatione
ipſorum bonorum, quæ dicebantur nulliter fuiſſe
alienata per Laurentium, vt dum principalis con-
7 trouerſia erat ſuper ipſis bonis, ſatis eſſe † videre-
tur, vt illa eo vitio cenſeri deberent affecta ex ſen-
tentia eiuſdem *Bart. in l. 1. ff. de litig. quem ſe-*
cuti fuerunt Salicet. in l. 3. C. eod. tit. Fulgen. in
c. dilecta num. 8. de except. Iaſ. conſ. 43. nu. 2. lib. 1.
& alij qui referuntur per Couu. pract. quaſt. lib. 1.
8 *cap. 15. num. 6.* etenim contraria † opinio viſa fuit
magis communiter recepta, & primò illam tenuit
idem ipſe *Bart. in hoc ſibi contrarius in d. l. 1. C. eod.*
9 *tit.* vbi tanquam pro regula conſtituit, † vt nunquā
in actione perſonali res efficiatur litigioſa, & eam
etiam ſuper eadem *l. tenuerunt, Cyn. num. 3. Al-*
beric. num. 1. Bald. num. 2. Angel. in 2. col. Inno-
cent. in cap. cum M. Ferarien. num. 9. de conſtit.
& ibi etiam Io. Andr. num. 23. Abb. in c. Eccleſia
S. Mariæ num. 7. vt lit. pend. & ibi etiam Henric.
Boic. ſub num. 14. & 15. Rom. conſ. 270. num. 3.
qui atteſtatur de communi, prout etiam de ea atte-
ſtatur *Honded. conſ. 20. nu. 3. lib. 1. Aym. conſ. 179.*
num. 1. vbi acriter reprehendit *Iaſ. contrarium te-*
nentem Phaſet. conſ. 197. num. 2. Lancell. de attent.
cap. 4. in præfat. nu. 481. Oſaſcb. dec. Pedem. 144.
num. 7. quæ eſt facta in terminis donationis de bo-
nis litigioſis ad fauorem perſonæ potentioris. *In-*
10 *trigl. deciſ. 39. num. 9. lib. 1.* & hanc etiam † opi-
nionem ſequuta fuit Rota in pluribus cauſis nem-
pe *coram Card. Seraph. deciſ. 1134. & in Veneta*
donationis coram bo. mem. Buratt. 7. Nouembris
anni 1614. & 16. Nouembris anni 1615. & in Vi-
terbien. fideicomm. 4. Aprilis anni 1625. coram
R. P. D. meo Decano, neque eidem opinioni deerat
ſua ratio ſuper qua fundari videbatur tot Doctorū
11 authoritas, quia † cum à lege id præfinitum ſit, vt
tunc demum res aliqua hoc vitio affecta intelliga-
tur, cum contenditur de illius dominio, vt in dicta
authentica litigioſa, inde ſequi videbatur, quod nō
poterat hunc effectum operari ſola perſecutio rei,
dum illa fieri poterat citra inueſtigationem domi-
nij, vt contingit in actione exempto, ſiuè ex alio cō-
tractu, in quo aliquis petat tradi ſibi rem, vti debi-
12 tam ex eodem † contractu, quod propriè accedit
ad formam perſonalis acceſſionis, quā ponit *Imper.*
in §. omnium inſtit. de action. & in §. item ſi quis
in fraudem inſtit. eod. tit. & hinc ea diſtinctio cō-
muniter etiam adhiberi ſolet à Doctoribus ad effe-
13 ctum cognoſcendi vtrum † in actione intentata
actum fuerit de dominio ipſius rei, quod potuerit
deinde illam afficere an eadem res petita fuerit tan-
quam ſua, vel potius tanquam debita, *vt poſt In-*
nocent. trad. Compoſtell. in c. cum M. Ferarien.
num. 20.

Digitized by Google

num.20.de conſtit. quem ferè omnes ibi ſequuntur
Specul. in tit. de appell. §.11. num. 17. Bald. in d.
auth. litigioſa, C. de litig. ſub num.1. Rot. deciſ.3.
vt lit. pend. in nou. Imò in actione reali hoc vitiũ
ſortiuntur bona, ſi in ea non agatur de illorum do-
14 minio prout † accidit in actione hypothecaria, &
in actione confeſſaria, & negatoria, vt fuit ſenten-
tia *eiuſdem Bart. in d. l. 2. ff. de litig. vt in l. 1.*
C. eod. tit. vbi materiam diſtinguit, & admittunt fe-
rè omnes, vt tradit *Conu. pract. quæſt. lib.1. c.15.*
num.6. Papien. in prax. in form. libell. in actione
reali in verb. iuris de legitimis num.59.

Neque alienationi eorumdem bonorum obſtare
poterat, quod ſaltem ipſa actio videretur contra-
xiſſe hoc vitium, cum non potuiſſet illud in ea eui-
15 tari etiam in caſu, † quo bona cenſeri deberent li-
bera ab eodem vitio, vt tradit *idem Bart. in ſpecie*
propoſitæ actionis perſonalis in d. l. 1. C. de litig.
Bald. nu.1. & in l.1. num.6. C. comm. diuid. Cyn.
in auth. litigioſa num. 4. in fin. C. de litig. & alij
relati per Papien. in forma libell. ſuper dicta actio-
ne reali eod. num. 59. Lancell. de attent. parte 2. in
præfat. num. 482. Verum neque viſa fuit obſtare
poſſe hæc exceptio, quia prohibitio, quæ dicitur in-
ducta in lite ſaltem reſpectu ceſſionis ipſius actionis
non procedit in actore, ſed ſolum in reo, cum actor
transferendo actionem, non videatur facere poſſe
16 deteriorem † conditionem rei, ſicut ipſe reus red-
dere poteſt cõditionem actoris transferendo ſimul
cum actione etiam poſſeſſionem ipſam bonorum,
& ita iura in hac materia loquentia intelligenda
eſſe voluit *Rip. in conſil. 3. de reſtit. ſpol. ſub*
num.3. hanc differentiam inter actorem, & reum
pulchrè attingit *Iulia. Scarlatt. inter conſ. Bero.*
conſ.187. num.17. & 18. vol.1. quem ſequutus fuit
Lancell. de attent. lit. pend. par. 3. cap 22. nu.27.
& conſiderauit Rota in vna Camerinen. donationis
19. Decembris 1605. coram Cardinali Marquem.
& hac ratione reſponderi poterat ad diſpoſitio-
17 nem Statuti † Bonon. in quo prohibebantur ceſſio-
nes ſuper bonis, aut actione litigioſa ſine aliqua
diſtinctione actionis realis, aut perſonalis vt in
lib.2. eiuſdem Statuti. Quia illud non poterat ha-
bere locum in actore, vt in terminis ſimilis Statuti
Mediolaneñ huic ſimilis tradit *Carpan. in expoſi-*
tione illius Statuti cap. 68. num. 95. quod etiam
18 colligi poterat ex verbis † ipſius Statuti, cum ex
illius inſpectione appareret conceptum fuiſſe con-
tra reum, qui dolo poſſidere deſijſſet, & pro validi-
tate ceſſionis huius actionis poterat conſiderari ea
etiam ratio, qua vſus fuit *Rip. in dicto conſ. 3. de*
reſt. ſpol. quod cum ex natura actionis perſonalis
nõ poſſet conſiderari hoc vitium ſuper ipſis bonis,
& reſpectu proprietatis, illorumque ſola cedi po-
tuit ab actore, qui ea bona non poſſidebat, non ſo-
lum valida fuit ceſſio dictæ proprietatis, ſed etiam
19 actionis ad ea bona conſequenda, † cum illa non
fuerit ceſſa principaliter, ſed ſolum in conſequen-
tiam, ne eadẽ proprietas redderetur inutilis, quod
non potuit impediri ex lite mota, & *Rip. ſequutus*
fuit Menoch. in conſ.513. nu. 13. Cephal. conſ.64.
num.22. lib.1. & demum conſiderari poterat, quod
actio ceſſa per Laurentium non erat eadem cum ea,
quam ipſe habebat, & quæ ab ipſo deducta fuit in

litem, cum in ea ceſſione ſolum tranſlata fuerit in
20 Pompeum Donatarium actio vtilis, quæ † cum
cenſeatur orta in ipſo actu ceſſionis, ideo datiua
nominatur à *gloſ. in l. ex legato, C. de legat. in*
verb. vtilibus ad differentiam directæ, quæ natiua
appellatur ab eadem *gloſ. in l. vlt. C. quand. fiſc.*
vel priu. & in l. 1. ff. de act. & oblig. & hanc ra-
tionem conſiderauit *Guidop. quæſt. 479.* quem ſe-
quutus fuit *Aym. in conſ.279. num.1. & Rota in*
cauſa Veneta donationis 16. Nouembris 1615. &
27. Nouembris 1614 coram bon. me. Buratt. inter
recent. deciſ.665. & deciſ.764. par.2.

Et hæc fuit prima ratio, ex qua viſum fuit non
poſſe donationi eorum bonorum obſtare hoc vi-
21 tium litigioſi, quia ſcilicet nulla † fuiſſet lis motà
ſuper ipſis bonis. Altera ratio fuit, quod donatio
facta per Laurentiũ ad fauorem Pompei, & Pom-
pei ad fauorem Marchionis fuiſſet vniuerſalis, quæ
22 efficere poterat, † vt bona donata validè transferri
potuerint etiam in caſu, quo lis fuiſſet ſuper illis
principaliter intentata, vt tradit *Lancell. de attent.*
part. 2. cap. 4. in præfat. num. 470. & ſcripſerunt
Menoch. in conſ. 513. num. 14. Caphal. conſ. 64.
num.13. & 22. lib.1. Decian. conſ.109. nu.11. lib.3.
& in ſpecie donationis omnium bonorum voluit
Anton. Fabr. in ſuo Cod. lib.8. tit.25. definit.9. Io.
de Amic. in conſ.24. num.24. & reſpondit Rota in
deciſ. Camerinen. donationis ſuperius relata coram
Card. Marquemontio ſub die 19. Decembris 1605.
quod probatur ex ratione text. in l. modicis, ff. de
contrah. empt. in qua occaſione eorum, quæ in ea-
23 dem *l. traduntur,* ſuper venditione loci ſacri, † aut
Religioſi, vt ſcilicet ille ſolum accedere poſſet em-
ptioni maioris partis bonorum notat *gloſ.* quædã
24 tranſire † ſub vniuerſitate, quæ ex ſe non venirẽt,
& in terminis iuriſpatr. notant hoc paſſim DD. in
c. ex litteris de iurep. eod. tit. & ibi præcipuè *Abb.*
ſub num. 12. Innoc. & Io. Andr. num. 30. & alij
quos ſequuta fuit Rota coram Cardinali Seraphin.
deciſ.725. num.1. & deciſ. 339. num.3. par.2. recent.

Neque viſum fuit dubitari poſſe, quin eadem do-
natio dici deberet vniuerſalis, cum illa legeretur
25 facta de omnibus, † & quibuſcunque bonis, iuri-
bus, & actionibus tàm præſentibus, quàm futuris,
& quæ ad ipſum donatorem quomodocunque ſpe-
ctare, & pertinere poſſent cum ſola reſeruatione
certæ quantitatis pro cauſa teſtandi. Itaur nihil
26 amplius † deſiderari poſſit pro conſtituendo hoc
titulo vniuerſali *ex not. per DD. in l. Lucius 88.*
ff. de leg.2. & per Bart. ibi num.1. & in l. generali
§. vxori, ff. de vſufr. lega. & reſpondit Bero. in
conſ.44. num.5. lib.2. Soccin. Iun. conſ.89. num.10.
lib. 3. præſertim conſiderata natura illius reſerua-
tionis pro certa, ac determinata ſumma, quæ rectè
27 probare † poteſt tranſlationem aliorum bonorum,
quæ non fuerunt comprahenſa ſub ea reſeruatione,
vt voluit *Aym. in conſ.214. num.10. & Rota coram*
Greg. deciſ.569. num.2.

Non etiam viſum fuit obſtare generalitati eorũ
verborum, quod ijs viderentur contraria alia verba
eiuſdem donationis, in quibus facta fuit mentio ali-
quorum bonorum, quæ Laurentius ſpecialiter do-
nare voluit, nempè bona S. Auguſtini, & Galleriæ,
quaſi ex hoc dici poſſet principaliter conſiderata

19 quia tacita reuocatio, quæ fit per mortem, ex eo
pronenit, ex quo deficit conſenſus, cum mors om-
nia ſoluat, & licet, vbi res eſt integra, quia tunc nō
intereſt, neque Domini, neque procuratoris, quod reuo-
cetur mandatum per mortem, ſecus tamen eſt,
20 qnando Dominus † promiſit iudicatum ſoluere
pro procuratore ſciente, quia non eſt veriſimile,
nec coniecturandum, quod mandatum tunc reuo-
cetur; committeretur enim ſtipulatio iudicatum
ſolui contra hæredes Domini, & fideiuſſores, qui
fuiſſent dati, *Alber. in l. ſi defunctus 15. nu. 3. ff. de
procur.* qui etiam ſubdit, quod ita eſt intelligenda
21 dicta † lex ſi defunctus, cum non ſit veriſimile,
22 quod voluiſſet id, quod eſſet ſibi damni, & † elegiſ-
ſet viam damnoſam; ideoq. in hoc caſu non dicitur
res integra inter Dominum, & procuratorem, *Cre-
ſtent. deciſ. 11. num. 2. & 3. de ſent. & re iudic. Se-
raph. d. deciſ. 1180 nu. 2. & fuit reſolutum in dicta
Reatina Caſtri Poſtæ.*

Neque facit, quod in iſtis terminis ad effectum,
vt mandatum non expiret morte Domini, opus ſit,
23 † quod procurator ſit præſens, quando Dominus
dat mandatum cum dicta clauſula *releuans*, ſi enim
hoc mandatum fiat procuratore abſente, & igno-
rante per mortem Domini mandatum reuocatur
d. l. ſi defunctus vbi Bart. in ſumm. nu. 3. Nam
24 fuit reſponſum ſufficere etiam, quod † procurator
conſentiat dicto mandato expreſsè, vel tacitè *Ca-
ſtrenſ. in d. l. ſi defunctus in ſumm. num. 3.* vbi di-
25 cit, quod ſatiſdatio † pro procuratore conſentien-
te expreſsè, vel tacitè, duo facit. Vnum quod pro-
curator poteſt compelli, alterum quod mandatum
morte non finiatur, & idem dicit *Petrus de Bella-
pertica in repetitione d. l. ſi defunctus num. 1. & 2.
Card. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 7. tit. 23. n. 33.*
vbi quòd non expirat mandatum, ſi Dominus ſciē-
26 te † procuratore ſatiſdedit, imò ſufficit quod pro-
curator acceptauerit mandatum *Bart. in d. l. ſi de-
functus. nu. 3. verſ. nota ergo moraliter*, vbi ſi Do-
minus deceſſit, poſtquam procurator acceptauit
27 mandatum, † illud non expirat per mortem ipſius
Domini, *Odofred. num. 1. in princ.* vbi de accepta-
tione mandati cum ſatiſdatione verſ. aut ſatiſdedit
pro procuratore, & ſi fuit conſtitutus cum ſatiſda-
28 tione, † & non contradixit, non expirat mandatum
per mortem Domini; quæ vltima ſatis concurrunt
in hac facti ſpecie.

Minus obſtat, quod Comes Franciſcus frater, &
hæres Comitis Ludouici erat minor, & propterea
procurator Comitis Ludouici defuncti dicebatur
procurator ipſius Comitis Frāciſci, & non Comi-
29 tis Ludouici niſi fictione iuris, † quia ſcilicet eius
perſona per heredem repræſentatur *Authent. de iur.
iurand. à morient. præſtit. Soccin. ſen. conſ. 112.
nu 12. lib. 1.* ideoq. cum dictus Comes Franciſcus
eſſet inhabilis ad conſtituendum procuratorem,
mandatum datum ab auctore per illius mortem re-
30 uocatur, ſicuti reuocatur † quando per naturam
poſſibile eſſet, quod is, qui conſtituit procurato-
rem efficeretur minor; nam hoc caſu per mutatio-
nem ſtatus expirat mandatum *Soccin. d. conſ. 112.
num. 12.*

Quia reſpondetur, quod idem *Soccin. in conſ. 87.
num. 10. in fine verſ. nec videtur cōſiderabilis ætas
eod. vol. 1.* tenet contrarium, & dicit non videri cō-
31 ſiderabilem ætatem † hæredum, ex quo mandatū
fuit ſolemniter à maiore conceſſum, & benè facit,
quòd ſi Tutor conſtituat pro pupillo procuratorē,
32 † mortuo tutore illud mandatum non expirat, *Ce-
phal cōſ. 382. n. 6. & ſeqq.* qui dicit, quòd iura, quę
loquuntur de tutore, habent etiam locum in alijs,
qui conſtituunt procuratorem, *Rota deciſ. 225.
par. 3. diuerſ.*

Nec contrarium dicit *Creſcent. in d. deciſ. 11.
nu. 3. de re iud.* quia in caſu illo tranſiuit cum illo
fundamento, quòd agebatur de decimis, & ſic de
33 re ſpirituali; † quare ſufficiebat ætas 14. annorum
ad conſtituendum procuratorem, *c. cum annum
vbi Franc. nu. 1. de iudic. in 6. Rota deciſ. 2. de re
iudic. in nou. & ſic* Rota nec reſpuit nec affirmauit
Soccini ſenioris opinionem *in d. conſ. 112.*

Et prædicta confirmantur ex adductis per *Bald.
poſt Din. in l. 1. §. ſi minor. ff. de reb. eor.* vbi quæ-
34 rit † an res minoris poſſint obligari ſine decreto,
35 & diſtinguendo reſpondet, quod aliquando † do-
36 minium præcedit conuentionem, interdum † con-
uentio præcedit dominium, & interdum vnum nō
reperitur ſine alio, qui tertius eſt caſus noſter, & in
primo caſu, & in ſecundo non tenet obligatio ſine
37 decreto, † in tertio caſu tenet, quia nullo momē-
to temporis res fuit in dominio pupilli, ſed tran-
ſiuit cum illa affectione prout in caſu noſtro bona,
& iura transferunt in Comitem Franciſcum iure
hæreditario, & ſic cum iſto mandato, vt benè per
eundem *Bald. in d. l. 1. in princ. ff. de reb. eor.* vbi
38 dicit, quod authoritas patris † poteſt facere rem
pupilli alienabilem, & ideo ſi pater dat in ſuo te-
ſtamento facultatem tutoribus alienandi rem pu-
pilli, alienatio tenet etiam ſine decreto *Simoncell.
de decreto lib. 2. tit. 6. num. 108. cum ſeqq. Magon.
deciſ. Florent. 22. nu. 7.* Vnde apparet, quod poteſt
39 conſtitui procurator † nedum pro minore, ſed etiā
pro pupillo, & optimè idem *Bald. in l. fin. in fin.
C. de pact.* vbi ſi minor conſentiente teſtatore pro-
40 mittit † de bonis ipſius teſtatoris, & tandem illi
ſuccedat, dicit, quod valet illa promiſſio, quia non
nititur ſolo contractu minoris, ſed fundatur in con-
41 tractu maioris, promiſſio † enim minoris non re-
cipit principale robur à contractu ipſius, ſed à cō-
ſenſu maioris; quare cum conſenſus maioris ſit cau-
ſa coadiuuans contractum minoris, & ab eo con-
tractus minoris principaliter dependeat, ideo pro-
miſſio tenet, vt multa benè ad propoſitum deducit
Alex. in conſ. 215. nu. 1. & ſeqq. lib. 6.

Non obſtat, quòd poſt obitum Mariæ, Paulus
tranſegerit cum dicto Comite Io. Iacobo, & renū-
ciauerit ſucceſſioni in dicto Caſtro; quia dicta renū-
ciatio fuit ab eo facta ad euitandum periculum vi-
tæ, quod aliàs illi imminebat, vt deponunt teſtes,
qui etiam dicunt, quod ſi poſt dictam tranſactionē
42 initam † dictus Paulus præſumpſiſſet mouere litē
dicto Comiti Io. Iacobo, abſque vitæ periculo hoc
facere minimè potuiſſet, nec aliquis auſus fuiſſet
viuente dicto Comite examini ſe ſubijcere; nō pro-
teſt dubitari de illius nullitate, *vt eſt text. in l. in-
terpoſitas, & ibi gloſ. & communiter Doct. C. de
tranſact. & in l. ſi donationis. C. de his quæ vi me-
tuq. fiunt, Farinacc. in fragment. par. 2. in verſ. me-
tus.*

tus num. 36. & bis quoque fuit in iſta cauſa reſolutum 4. *Iulij* 1629. *&* 1. *Martij* 1630. *corā R.P.D. meo Motmanno*, cum enim eſſet jàm ſemel metus
43 † illatus, adhuc durare præſumebatur, ad congeſta per *Rotam coram Greg. XV. S. mem. in deciſ.* 392. *num.*1. maximè, quod durabat eadem cauſa metus *cap.*1. *cum gloſ. in verſ. poſtmodū de yi qua vi met. cauſ. fiunt. plenè Farinac. in fragm. in dicto verb. metus num.* 163. *Rota apud Manticam deciſ* 112. *ſub num.*13. *& coram eodem ſanctæ mem Gregor. dicta deciſ.*392. *num.*2. vbi pariter *num.*3. firmatur,
4 id ſimiliter procedere, quamuis † actus iucundo, & libero animo, ac ex interuallo fuerit geſtus, & tradit *idem Farinaccius vbi proximè in dicto verb. metus ſub num.* 165.

Et ita concluſum vna tantum parte informante, &c,

☞ * *Ideſt ſub die* 7. *Aprilis* 1636. *eſt deciſio* 115. *ſupra in hac parte.*

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien̄ Tranſactionis.

Die Veneris 14. *Nouembris* 1636.

ARGVMENTVM.

Bona, quando efficiantur litigioſa, & quando non. Bona litigioſa regulariter alienari non poſſunt, & quando iſta regula ceſſet declaratur,

SVMMARIVM.

1 *Nocere non ſolent ea, quæ fiunt pro abundantiori cautela.*
2 *Licentia obtenta ad aliquid peragendum, ſi ea non erat neceſſaria, nocere non debet.*
3 *Beneplacitum Apoſtolicum ſolet regulariter requiri ad validitatem alienationis facta de bonis Eccleſiæ.*
4 *Litigioſi vitij effectus eſt, vt res litigioſa donari non poſſit.*
5 *Litigioſa an dicātur bona, debet conſiderari natura actionis, quæ intentata fuit.*
6 *Litigioſum vitiū nō naſcitur ſuper bonis, ſi actio perſonalis fuerit intentata.*
7 *Actio perſonalis efficit etiam bona litigioſa, ſi principalis controuerſia eſt ſuper bonis, ſed contraria opinio eſt verior num.* 8.
9 *in Actione perſonali, res nunquam efficitur litigioſa, & iſta eſt communis opinio, quam etiam ſequitur Rota num.*10.
11 *à Lege, ſi aliquid ſit præfinitum, id ſequendum eſt.*
12 *Ad perſonalis acceſſionis formam, quæ propriè accedant.*
13 *in Actione attentata, quomodo cognoſcatur, an fuerit actum de dominio ipſius rei.*
14 *in Actione hypothecata, confeſſaria, & negatoria bona ſortiuntur vitium litigioſi ex actione reali, ſi in eaūm agatur de eorum dominio.*
15 *Actio perſonalis, quando dicatur contraxiſſe vitium litigioſum, etiamſi bona remaneant libera ab hoc vitio.*
16 *Actor transferendo lite pendente actionem, non videtur facere deteriorem conditionem rei, ſicuti reus reddere poteſt conditionem actoris. transferendo eum actione poſſeſſionem bonorū, & n.*18.
17 *Statut. Bonon. lib.*2. *declaratur.*
19 *Bona ſi ſint ceſſa, vt non reddantur inutilia, debent cedi etiam eorum actiones.*
20 *Actio vtilis naſcitur in ipſo actu alicuius ceſſionis, quæ natiua appellatur.*
21 *Bona non poſſunt dici litigioſa, ſi in eis nulla lis fuit mota.*
22 *Donatio vniuerſalis facta alicui effici poteſt, vt vt bona donata validè transferantur in eum, etiamſi illa eſſent litigioſa.*
23 *Venditio loci ſacri, aut religioſi accedere poteſt emptioni maioris partis bonorum.*
24 *ſub Vniuerſitate, quædam tranſeunt, quæ ex ſe venire non poſſent.*
25 *Donatio, quod ſit vniuerſalis, non poteſt dubitari, ſi legatur facta de omnibus bonis, iuribus, & actionibus, tàm præſentibus, quàm futiris.*
26 *pro Donatione niuerſali conſtituenda, quando nihil amplius poſſit deſiderari.*
27 *Donatio dicitur vniuerſalis. & omnia etiam non ſpecificata comprehendit, ſi donans ſ lum ſibi aliquid reſeruauit cauſa tellandi.*
28 *Iuſpatronatus, licet tranſeat cum vniuerſitate vendita, non poteſt tamen transferri in caſu, quo illud principaliter expreſſum fuerit in ipſa venditione vniuerſitatis. declara hanc materiam prout num.*29. 30. *&* 31.
33 *Verba, quæ apponuntur, gratia demonſtrationis, non reſtringunt diſpoſitionem.*
34 *Orationis particularis natura, quæ ſit.*
35 *Copula, &, quando eſt poſita inter genus, & ſpeciem, ſtat declaratiuè.*
36 *Copula natura non tàm eſt inſpicienda, quàm vis, & qualitas materia.*

DECISIO CLXXIII.

CVM ageretur in dubio, quod hodie propoſiti ſuper confirmatione deciſionis, quæ facta fuit ☞ in hac cauſa ſub die 26. Nouembris anni 1633.* Duæ exceptiones proponebantur pro parte D. Phil. Ballattini, qui eam deciſionem impugnabat ad effectum, vt non poſſet ſuſtineri donatio facta per Laurentium Salam, & cuius validitas declarata fuerat in eadem deciſione, & prima exceptio in eo conſiſtebat, quod in perſona Marchionis Facchenetti concurreret qualitas potentioris, quæ nominatim excepta fuerat in licentia, quam Sala obtinuit à Cardinali Legato pro facienda hac donatione, Secunda, quod vis, & vſus eius facultatis conceſſa in licentia obtenta à Cardinali Legato cōſumpta fuiſſent in donatione quam fecit Laurentius Pompeo Bonaccurſio, vt propterea non potuiſſet idem Pompeus cedere ea bona donata ad fauorem Marchionis, ſaltem non impetrata noua licentia, & ex hac poſteriori exceptione dicebatur non valere donationem in perſonam Marchionis. Etiam in caſu, quo illi non obſtaret qualitas potentioris, quæ in prima exceptione continebatur. Sed in noua propoſitione huius dubij non viſa fuit obſtare aliqua ex his exceptionibus, & reſponderunt Domini

mini pro validitate eiuſdem donationis ex vnico
fundamento, ex quo crediderũt tolli poſſe vtram-
que exceptionem, quod ſcilicet pro huius dona-
tionis validitate non fuiſſet neceſſaria ea licentia
Cardinalis Legati.

Et quidem ex hoc fundamento reſponderi pote-
rat tàm primæ exceptioni reſpectu inhabilitatis
perſonæ Marchionis, quàm poſteriori circa neceſſi-
tatem nouę in ceſſione, quam dicebatur feciſſe Pom-
peus bonorum ſibi donatorum ad eiuſdem Mar-
chionis fauorem, quia cum illa non aliter cenſeri
deberet impetrata, quam ſi, aut quatenus ea opus
fuiſſet, excluſa illius neceſſitate ſublatum quoque
cenſeri debebat impedimentum, per quod, vel pro-
hibebatur Marchio bona ſibi donata recipere, vel
non potuiſſent illi cedi eadem bona à Pompeo ex
1 vulgata iuris regula, quod † nocere non ſoleant ea,
quæ adhibentur ſolùm pro abundantiori cautela,
de qua *in l. teſtamentum, C. de teſtam. & in l. pe-*
2 *nult. C. de euict.* & in terminis licentiæ obtentæ † in
caſu, quo illa non erat neceſſaria, hoc idem nota-
uit *Gabr. in conſ. 92. num. 7. lib. 1.* qui hoc tradit in
ſpecie licentiæ cõceſſæ ſuper alienatione bonorum
Dec. conſ. 197. num. 3. Surd. conſ. 321. num. 58. &
3 in terminis Beneplaciti Apoſtolici, † quod ſolet re-
gulariter requiri ad validitatem alienationis factæ
de bonis Eccleſiæ, ſcripſit idem *Gabr. in conſ. 82.
num. 19. lib. 2. & tenuit Rota apud Card. Seraph.
deciſ. 1027. num. 7. & deciſ. 519. nu. 3. par. 1. diuerſ.
& deciſ. 404. nu. 6. par. 2. recent.*

Quod verò potuiſſet ea licentia omitti, neque
fuiſſet neceſſaria pro validitate huius donationis, vi-
ſum fuit probari ex eiuſdem donationis qualitate,
etenim deducebatur hæc neceſſitas ex qualitate
bonorum, quæ Laurentius donare ſtatuerat ante-
quam eam licentiam impetraret propter vitium li-
tigioſi, quod dicebatur natum fuiſſe ſuper eiſdem
bonis occaſione litis, quæ mota fuit per eundem
Laurentium donatorem, cum propter id vitium
non ſolum obſtare videretur Marchionis exceptio
potentiæ, quæ proponebatur cõtra illius perſonam,
& quæ ſola potuiſſet impedire eam donationem,
ſed neque videretur illi ſuffragari licentia obtenta
à Laurentio ex ratione ſuperius conſiderata, quod
facultas in ea conceſſa conſumpta fuiſſet in dona-
tione, quàm Laurentius fecit ad fauorem Pompei,
cui alia addi poterat, quod ea licentia conceſſa fue-
rat ſoli Laurentio, vt propterea non potuiſſet illa
vti Pompeus in tranſlatione bonorum, quæ ipſe an-
tea receperat ex donatione Laurentij.

Verùm duas rationes DD. conſiderarũt, ex qui-
bus non putarunt obſtare poſſe eidem donationi
hoc vitium litigioſi, aut quod ex ea lite, quæ pen-
dere dicebatur, impediri potuerit alienatio bono-
4 rum, † qui propriè erat effectus huius vitij, vt con-
ſiderauit *Innoc. in c. cum M. Ferrarien. num. 9. de
conſtit. & ibi etiam Bellam. ſub nu. 14. Specul. in
tit. de appell. §. 11. num. 5.* Et prima ratio fuit, quod
bona donata verè non poſſent dici eo vitio affecta
5 conſiderata natura ipſius actionis † ſuper qua lis
pendebat. Agebatur enim de nullitate tranſactio-
nis, quæ facta fuit ſuper eiſdem bonis inter Lauren-
tium donatorem, ac Hieronymum, & Philippum
de Ballatinis, & eiuſdem tranſactionis reſciſſionem
petebat Laurentius poſt renunciationem à ſe factã
iſtorum bonorum, quorum proprietatem voluit
tranſire in Pompeum, cui facta fuit donatio penden-
te lite ſuper nullitate huius tranſactionis. Ex qua
lite non potuit naſci hoc vitium ſuper ipſis bonis,
6 tãquam ea, quæ erat ſuper mera actione perſonali,
vt tradit, *Bart. in l. 1. C. de litig. & in l. 1. §. ſi inter
num. 2. ff. eodem tit. Cyn. in auth. litigioſa num. 4.
C. eodem tit. per text. in l. quamquam. in §. Iu-
lianus, ff. de acq. pluu. arcen.*

Neque potuit hunc effectum operari eadem
actio, quatenus in illa agebatur de recuperatione
ipſorum bonorum, quæ dicebantur nulliter fuiſſe
alienata per Laurentium, vt dum principalis con-
7 trouerſia erat ſuper ipſis bonis, ſatis eſſe † videre-
tur, vt illa eo vitio cenſeri deberent affecta ex ſen-
tentia eiuſdem *Bart. in l. 1. ff. de litig. quem ſe-
cuti fuerunt Salicet. in l. 3. C. eod. tit. Fulgen. in
c. dilecta num. 8. de except. Iaſ. conſ. 43. nu. 2. lib. 1.
& alij qui referuntur per Couu. pract. quaſt. lib. 1.*
8 *cap. 15. num. 6.* etenim contraria † opinio viſa fuit
magis communiter recepta, & primò illam tenuit
idem ipſe *Bart. in hoc ſibi contrarius in d. l. 1. C. eod.*
9 *tit.* vbi tanquam pro regula conſtituit, † vt nunquã
in actione perſonali res efficiatur litigioſa, & eam
etiam ſuper eadem *l. tenuerunt, Cyn. num. 3. Al-
beric. num. 1. Bald. num. 2. Angel. in 2. col. Inno-
cent. in cap. cum M. Ferarien. num. 9. de conſtit.
& ibi etiam Io. Andr. num. 23. Abb. in c. Eccleſia
S. Mariæ num. 7. vt lit. pend. & ibi etiam Henric.
Boic. ſub num. 14. & 15. Rom. conſ. 270. num. 3.*
qui atteſtatur de communi, prout etiam de ea atte-
ſtatur *Honded. conſ. 20. nu. 3. lib. 1. Aym. conſ. 179.
num. 1.* vbi acriter reprehendit *Iaſ. contrarium te-
nentem Phaſet. conſ. 197. num. 2. Lancell. de attent.
cap. 4. in præfat. nu. 481. Oſaſch. dec. Pedem. 144.
num. 7.* quæ eſt facta in terminis donationis de bo-
nis litigioſis ad fauorem perſonæ potentioris. *In-*
10 *trigl. deciſ. 39. num. 9. lib. 1.* & hanc etiam † opi-
nionem ſequuta fuit Rota in pluribus cauſis nem-
pe *coram Card. Seraph. deciſ. 1134. & in Veneta
donationis coram bo. mem. Buratt. 7. Nouembris
anni 1614. & 16. Nouembris anni 1615. & in Vl-
terbien. fideicomm. 4. Aprilis anni 1625. coram
R. P. D. meo Decano*, neque eidem opinioni deerat
ſua ratio ſuper qua fundari videbatur tot Doctorũ
11 authoritas, quia † cum à lege id præfinitum ſit, vt
tunc demum res aliqua hoc vitio affecta intelliga-
tur, cum contenditur de illius dominio, vt in dicta
authentica litigioſa, inde ſequi videbatur, quod nõ
poterat hunc effectum operari ſola perſecutio rei,
dum illa fieri poterat citra inueſtigationem domi-
nij, vt contingit in actione exempto, ſiuè ex alio cõ-
tractu, in quo aliquis petat tradi ſibi rem, vti debi-
12 tam ex eodem † contractu, quod propriè accedit
ad formam perſonalis acceſſionis, quã ponit *Imper.
in §. omnium inſtit. de action. & in §. item ſi quis
in fraudem inſtit. eod. tit.* & hinc ea diſtinctio cõ-
muniter etiam adhiberi ſolet à Doctoribus ad effe-
13 ctum cognoſcendi vtrum † in actione intentata
actum fuerit de dominio ipſius rei, quod potuerit
deinde illam afficere an eadem res petita fuerit tan-
quam ſua, vel potius tanquam debita, *vt poſt In-
nocent. trad. Compoſtell. in c. cum M. Ferarien.
num. 20.*

Digitized by Google

num.20.de conſtit. quem ferè omnes ibi ſequuntur
Specul. in tit. de appell. §.11. num. 17. Bald. in d.
auth. litigioſa, C. de litig. ſub num.1. Rot. deciſ.3.
vt lit. pend. in nou. Imò in actione reali hoc vitiũ
ſortiuntur bona, ſi in ea non agatur de illorum do-
14 minio prout † accidit in actione hypothecaria, &
in actione confeſſaria, & negatoria, vt fuit ſenten-
tia *eiuſdem Bart. in d. l. 2. ff. de litig. vt in l. 1.*
C. eod. tit. vbi materiam diſtinguit, & admittunt fe-
rè omnes, vt tradit *Couu. pract. quæſt. lib. 1. c. 15.*
num. 6. Papien. in prax. in form. libell. in actione
reali in verb. iuris de legitimis num. 59.

Neque alienationi eorumdem bonorum obſtare
poterat, quod ſaltem ipſa actio videretur contra-
xiſſe hoc vitium, cum non potuiſſet illud in ea eui-
15 tari etiam in caſu, † quo bona cenſeri deberent li-
bera ab eodem vitio, vt tradit *idem Bart. in ſpecie*
propoſitæ actionis perſonalis in d. l. 1. C. de litig.
Bald. nu. 1. & in l. 1. num. 6. C. comm. diuid. Cyn.
in auth. litigioſa num. 4. in fin. C. de litig. & alij
relati per Papien. in forma libell. ſuper dicta actio-
ne reali eod. num. 59. Lancell. de attent. parte 2. in
præfat. num. 482. Verum neque viſa fuit obſtare
poſſe hæc exceptio, quia prohibitio, quæ dicitur in-
ducta in lite ſaltem reſpectu ceſſionis ipſius actionis
non procedit in actore, ſed ſolum in reo, cum actor
transferendo actionem, non videatur facere poſſe
16 deteriorem † conditionem rei, ſicut ipſe reus red-
dere poteſt cõditionem actoris transferendo ſimul
cum actione etiam poſſeſſionem ipſam bonorum,
& ita iura in hac materia loquentia intelligenda
eſſe voluit *Rip. in conſil. 3. de reſtit. ſpol. ſub*
num. 3. hanc differentiam inter actorem, & reum
pulchrè attingit *Iulia. Scarlatt. inter conſ. Bero.*
conſ. 187. num. 17. & 18. vol. 1. quem ſequutus fuit
Lancell. de attent. lit. pend. par. 3. cap 22. nu. 27.
& conſiderauit Rota in vna Camerinen. donationis
19. Decembris 1605. coram Cardinali Marquem.
& hac ratione reſponderi poterat ad diſpoſitio-
17 nem Statuti † Bonon. in quo prohibebantur ceſſio-
nes ſuper bonis, aut actione litigioſa ſine aliqua
diſtinctione actionis realis, aut perſonalis vt in
lib. 2. eiuſdem Statuti. Quia illud non poterat ha-
bere locum in actore, vt in terminis ſimilis Statuti
Mediolanẽ huic ſimilis tradit *Carpan. in expoſi-*
tione illius Statuti cap. 68. num. 95. quod etiam
18 colligi poterat ex verbis † ipſius Statuti, cum ex
illius inſpectione appareret conceptum fuiſſe con-
tra reum, qui dolo poſſidere deſijſſet, & pro validi-
tate ceſſionis huius actionis poterat conſiderari ea
etiam ratio, qua vſus fuit *Rip. in dicto conſ. 3. de*
reſt. ſpol. quod cum ex natura actionis perſonalis
nõ poſſet conſiderari hoc vitium ſuper ipſis bonis,
& reſpectu proprietatis, illorumque ſola cedi po-
tuit ab actore, qui ea bona non poſſidebat, non ſo-
lum valida fuit ceſſio dictæ proprietatis, ſed etiam
19 actionis ad ea bona conſequenda, † cum illa non
fuerit ceſſa principaliter, ſed ſolum in conſequen-
tiam, ne eadẽ proprietas redderetur inutilis, quod
non potuit impediri ex lite mota, *& Rip. ſequutus*
fuit Menoch. in conſ. 513. nu. 13. Cephal. conſ. 64.
num. 22. lib. 1. & demum conſiderari poterat, quod
actio ceſſa per Laurentium non erat eadem cum ea,
quam ipſe habebat, & quæ ab ipſo deducta fuit in
litem, cum in ea ceſſione ſolum translata fuerit in
20 Pompeum Donatarium actio vtilis, quæ † cum
cenſeatur orta in ipſo actu ceſſionis, ideo datiua
nominatur à *gloſſ. in l. ex legato, C. de legat. in*
verb. vtilibus ad differentiam directæ, quæ natiua
appellatur ab eadem *gloſ. in l. vlt. C. quand. fiſc.*
vel priu. & in l. 1. ff. de act. & oblig. & hanc ra-
tionem conſiderauit *Guidop. quæſt.* 479. quem ſe-
quutus fuit *Aym. in conſ. 279. num. 1. & Rota in*
cauſa Veneta donationis 16. Nouembris 1615. &
27. Nouembris 1614 coram bon. me. Buratt. inter
recent. deciſ. 665. & deciſ. 764. par. 2.

Et hæc fuit prima ratio, ex qua viſum fuit non
poſſe donationi eorum bonorum obſtare hoc vi-
21 tium litigioſi, quia ſcilicet nulla † fuiſſet lis mota
ſuper ipſis bonis. Altera ratio fuit, quod donatio
facta per Laurentiũ ad fauorem Pompei, & Pom-
pei ad fauorem Marchionis fuiſſet vniuerſalis, quæ
22 efficere poterat, † vt bona donata validè transferri
potuerint etiam in caſu, quo lis fuiſſet ſuper illis
principaliter intentata, vt tradit *Lancell. de attent.*
part. 2. cap. 4. in præfat. num. 470. & ſcripſerunt
Menoch. in conſ. 513. num. 14. Cephal. conſ. 64.
num. 13. & 22. lib. 1. Decian. conſ. 109. nu. 11. lib. 3.
& in ſpecie donationis omnium bonorum voluit
Anton. Fabr. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 25. definit. 9. Io.
de Amic. in conſ. 24. num. 24. & reſpondit Rota in
deciſ. Camerinen. donationis ſuperius relata coram
Card. Marquemontio ſub die 19. Decembris 1605.
quod probatur ex ratione text. in l. modicis, ff. de
contrah. empt. in qua occaſione eorum, quæ in ea-
23 dem *l. traduntur*, ſuper venditione loci ſacri, † aut
Religioſi, vt ſcilicet ille ſolum accedere poſſet em-
ptioni maioris partis bonorum notat *gloſſ.* quædã
24 tranſire † ſub vniuerſitate, quæ ex ſe non venirẽt,
& in terminis iuriſpatr. notant hoc paſſim DD. in
c. ex litteris de iurep. eod. tit. & ibi præcipuè *Abb.*
ſub num. 12. Innoc. & Io. Andr. num. 30. & alij
quos ſequuta fuit Rota coram Cardinali Seraphin.
deciſ. 725. num. 1. & deciſ. 339. num. 3. par. 2. recent.

Neque viſum fuit dubitari poſſe, quin eadem do-
natio dici deberet vniuerſalis, cum illa legeretur
25 facta de omnibus, † & quibuſcunque bonis, iuri-
bus, & actionibus tàm præſentibus, quàm futuris,
& quæ ad ipſum donatorem quomodocunque ſpe-
ctare, & pertinere poſſent cum ſola reſeruatione
certæ quantitatis pro cauſa teſtandi. Itaut nihil
26 amplius † deſiderari poſſit pro conſtituendo hoc
titulo vniuerſali *ex not. per DD. in l. Lucius 88.*
ff. de leg. 2. & per Bart. ibi num. 1. & in l. generali
§. vxori, ff. de vſufr. lega. & reſpondit Bero. in
conſ. 44. num. 5. lib. 2. Soccin. Iun. conſ. 89. num. 10.
lib. 3. præſertim conſiderata natura illius reſerua-
tionis pro certa, ac determinata ſumma, quæ rectè
27 probare † poteſt translationem aliorum bonorum,
quæ non fuerunt comprehenſa ſub ea reſeruatione,
vt voluit *Aym. in conſ. 214. num. 10. & Rota coram*
Greg. deciſ. 569. num. 2.

Non etiam viſum fuit obſtare generalitati eorũ
verborum, quod ijs viderentur contraria alia verba
eiuſdem donationis, in quibus facta fuit mentio ali-
quorum bonorum, quæ Laurentius ſpecialiter do-
nare voluit, nempè bona S. Auguſtini, & Galleriæ,
quaſi ex hoc dici poſſet principaliter conſiderata

fuiſſe eadem bona non autem tanquã content ſub
vniuerſitate omnium bonorum Donatoris ad exẽ-
28 plum iuris patronatus,† quod licet tranſire ſoleat
ſub vniuerſitate vendita, non tamen transferri po-
teſt in caſu, quo illud principaliter expreſſum fuerit
in ipſa venditione vniuerſitatis, vt fuit opinio *Io.
Andr. in cap. 1. de Iurep. ſub num. 2. lib. 6.* quem
alij ſequuntur, ſi quidem non recedendo à terminis
propoſiti exempli reſponſum fuit hoc ſolum pro-
cedere, in caſu in quo ſuper expreſſum fuerit, tan-
29 quam† aliquid coniunctum ſiuè æque principaliter
cum ipſa vniuerſitate bonorum, non autem quando
expreſſio eiuſdem patronatus facta fuit cauſa ſolius
declarationis, vt fuit diſtinctio *Calder. quam refert
Gemin. in eodem c. de Iurep. lib. 6. ſub num. 5. &
Franch. ibidem num. 3. Felin. in c. quarto num. 3.
in fin. de Iudic. Lambert. de iurep. lib. 1. par. 2. q. 5.
art. 20 num. 15. Rocch. de Curt. eodem tract. in
verb. ipſe, vel ipſe à quo num. 47. vbi refert Bald.*
hoc idem tenentem in quodam ſuo conſilio, quam-
uis contrarium concludere videatur cum termi-
nis, illæ honorum, & honorantiarum, quæ venditæ
30 fuerunt, in caſu in quo Bald. conſuluit, non† poſſet
dici terminus vniuerſalis, ſub quo potuiſſet com-
præhendi etiã iuſpatronatus, vnde infert ibi Rocch.
aliud ſtatuendum eſſe ex mente Baldi, quando pa-
tronatus potuiſſet ſub eo termino contineri, & ita
etiam interpretatus fuit *dictũ conſilium Bald. Lam-
bertin. lib. 1. part. 2. quæſt. 5. art. 20. num. 21.* &
ratio diuerſitatis eſt manifeſta, quia in primo caſu,
31 in quo iuſpatronatus principaliter† expreſſum fue-
rit, ceſſat vis illa acceſſionis ad vniuerſitatem, cuius
ratione cenſetur iuſpatronatus conſideratum fuiſſe
ſimul cum eadem vniuerſitate, neque illius occaſio-
ne conſtitutam fuiſſe particularem ſiuè nouam ali-
quam venditionem, vt tradunt DD. in locis ſupe-
rius relatis, & in *auth. ingreſſ. C. de ſacroſ. Eccleſ.
& ibi Bart. in 1. lectura ſub nu. 14. & 15. & in 2.
num. 30. Iaſ. num. 39. & probat tex. in l. hæres meus,
§. duæ ſtatuæ d. l. 3. vbi hoc not. gloſ.* occaſione le-
gati facti de duabus ſtatuis, atque ita de omni mar-
more, & tradit *Lambertin. ead. quæſt. 5. lib. 1. p. 2.
art. 20. ſub nu. 8.* cum igitur in caſu propoſitæ do-
nationis facta fuerit expreſſio, ac mentio generalis
omnium bonorum, & iurium tàm præſentium,
quàm futurorum, aut quæ ad ipſum Donatorem ali-
quo modo ſpectare poſſent; expreſſio, quæ poſtea
facta fuit particularium bonorum ſub iis verbis, &
ſignanter bona S. Auguſtini, & Galleriæ, videtur
33 † adducta fuiſſe ad maiorem declarationem, & vt
ex iis ſignificaretur hanc etiam bonorum ſpeciem
compræhendi ſub eo genere, ac nota vniuerſali om-
nium bonorum, & iurium, quia hæc eſt natura ora-
34 tionis particularis, † in qua expreſſio ſpecierum fa-
cta fuit, poſtquam præceſſit vniuerſalis mentio ge-
neris, vt declarat *Bart. in l. quæſitum, §. ſi quis fun-
dum num. 4. ff. de fund. inſtr. & volunt Alexander
in conſ. 1. num. 30. lib. 3. Aym. conſ. 127. num. 9.* & in
terminis donationis hoc ipſum firmauit *Rot. in
deciſ. 366. num. 6. part. 1. diuerſ.* & procedunt hæc
etiam in caſu, quo expreſſio ſpecierum addita fuerit
copula, & cum illa etiam dicatur, ſtare declaratiuè,
35 quando eſt poſita inter genus, † & ſpeciem, vt
notabiliter declarat *gloſ. in rubr. ff. de ſeru. & aqu.
& in l. 1. in princ. ff. de pact. & in rubr. ff. vnde
legit. & tradit. Dec. in auth. ingreſſ. C. de ſacroſ.
Eccleſ.* vbi pro ratione conſiderat, quod non tam
36 inſpicien. ſit natura † pſius copulæ, quam vis, &
qualitas materiæ ſubiectæ, &c.

☞ * *Habetur iſta deciſio infra in Additione, prout in
Indice poſito in eius fine.*

§ *Adſunt etiam infra in hac cauſa alia deciſiones ideſt
ſub diebus 8. Aprilis 1637. & 28. Aprilis 1638.
coram eodem R. P. D. Veroſpio, & 25. Februarij
1639. & 13. Maij eiuſdem anni coram R. P. D.
Merlino, ſed iſtæ tres deciſiones erunt in ſequenti
volumine.*

R. P. D. BVCCABELLA.

* Feretrana Vnionis.

Die Veneris 20. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Literæ Apoſtolicæ etiamſi ſint iuſtificatæ, non ſunt exequendæ, dato fumo de non reſeruatione, ſi ſub illa conditione fuerint expeditę. Vniones, quando non cadant ſub regulis reuocatorijs vnionum.

SVMMARIVM.

1 *Breue, ac litera Apoſtolica, quando ſunt iuſtificata, ſunt exequenda.*

2 *Executio literarum Apoſtolicarum non impeditur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*

3 *Beneficium, ſi ſit impetratum vti reſeruatum, ſi detur fumus contra reſeruationem, ſuperſedendum eſt in executione.*

4 *Beneficium, quando eſt vnitum, cum non vacat, ſequitur apertè, quod non ſit reſeruatum, nec vti tale poteſt impetrari.*

5 *Vnio beneficiorum benè probatur ex literis Apoſtolicis, in quibus illa cum illius tenoris inſertione fuit confirmata.*

6 *Vnio reuocata, per regulas reuocatorias nullius eſt roboris.*

7 *Vnio facta per Epiſcopum in executionem Concil. Tridentin. ſeſſ. 24. cap. 15. non ſubiacet regulis reuocatorijs.*

8 *Vnio facta ob tenuitatem Canonicatuū, & vt decentius Canonici gradum ſuſtineant, & Eccleſiæ ſeruitium præſtare poſſint, non cadit ſub regulis reuocatorijs &c.*

9 *Vnio, quando iam habuit ſuum effectum, amplius non ſubiacet regulis reuocatorijs.*

10 *Beneficiorum vnio, vt dicatur ſortita effectum, ſufficit habuiſſe effectum in aliquibus.*

11 *Vnio, ſi non appareat iuſtificata, ſuffragari non videtur.*

12 *de Vnionis non iuſtificatione dari non poteſt, ſi in literis Apoſtolicis vnionis adſit clauſula ſublata, & decretum irritans.*

13 *per Decretum irritans, & clauſulam ſublatam, abſque oris aperitione tollitur facultas aliter iudicandi.*

14 *Iu-*

14 *Iuſtificationis præſumptio inducitur ex lapſu 30. annorum.*

DECISIO CLXXIV.

IMPETRATO Beneficio, de quo agitur per D.
Hieronymum vti vacante in menſe reſeruato,
& obtenta ab A. C. ſententia ſuper executione
Breuis, Capitulum Eccleſiæ Cathedralis Feretranæ
prætendens huiuſmodi beneficium eſſe vnitum, Si-
gnaturā adiuit, quæ reſcriben. cum clauſula *parito
Breui arbitrio Rotæ* mihi cauſam commiſit. Vnde
propoſito dubio, an intraret arbitrium; Domini di-
xerunt intrare pro retardatione. Nam quamuis
1 † Breue, ac literæ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtifi-
catæ, ſint exequendæ *cap. ſi capitulo*, vbi *gloſ. in
verb. exequatur, de conceſſ. præb. in 6. Mohed. de-
ciſ. 13. in fin. vt lit. pend. Cauall. deciſ. 23. num. 1.
& 278. num. 2. Rota deciſ. 605. num. 2. par. 2. recent.*
2 & earum executionem exceptiones † requirentes
altiorem indaginem non impediant, *Dec. in l. fin.
num. 19. C. de edict. Diu. Adr. tollen.* & fuit dictum
in cauſa *Salamantina Beneficij 31. Ianuarij 1596.
coram Corduba, & in Paeen. Parochialis 27. Iunij
1603. coram bon. me. Hieronymo Card. Pamphilio,
Rot. deciſ. 448. num. 1. part. 3. recent.* nihilominus
quando cauſa fuit commiſſa cum dicta clauſula *pa-
rito arbitrio Rotæ*, & beneficium fuit impetratum
3 vti † reſeruatum, prout hic, ſi detur fumus contra
reſeruationem, Rot. ſolet ſuperſedere in executione,
vt in cauſa *Neapolitana Rectoria 13. Februarij
1598. coram eodem Card. Pamphil.* & in cauſa *Ori-
tana Parochialis 18. Iunij 1598. coram eod. Cor-
duba, Greg. deciſ. 58. num. 1.*

Vnde cum in caſu propoſito appareat huiuſmodi
beneficium eſſe vnitum, & ſic non vacare, apertè
4 ſequitur illud † non eſſe reſeruatum, nec vti tale
impetrari potuiſſe *Clem. frequens, §. quidam etiā
Eccleſias, vbi gloſ. in verb. menſa, de exceſ. Prælat.
Sarn. in reg. de trienn. quæſt. 8. num. 2. & ſeq.
Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 3. §. 7. num. 20. Garz. de
benefic. part. 12. cap. 2. nu. 15. Greg. deciſ. 419. nu. 2.
Cauall. deciſ. 373. num. 3. & deciſ. 435. num. 2. Rota
deciſ. 196. num. 2. par. 2. recent.*

De vnione verò ſatis conſtare viſum fuit ex lite-
ris Apoſtolicis Clementis VIII. & Pauli V. quibus
5 illa cum † ipſius tenoris inſertione fuit confirmata,
*Abb. in cap. inter dilectas num. 9. verſ. & credo,
Felin. num. 7. verſ. & prædicta, de fid. inſtr. Ruin.
conſ. 31. num. 7. lib. 1. Surd. conſ. 419. nu. 21. Boer.
deciſ. 247. num. 3. verſ. fallit, Rot. deciſ. 36. num. 1.
par. 2. diuerſ.*

Neque obſtat, quòd dicta vnio tanquam reuoca-
6 ta per † regulas reuocatorias vnionum ſit nullius
roboris, & momenti, quoniam fuit reſponſum illā
non ſubiacere prædictis regulis. Tum quia fuit fa-
7 cta † per Epiſcopum in executionē Concilij Trid.
ſeſſ. 24. cap. 15. de reformat. ob Canonicatuum te-
nuitatem, & vt decentius Canonici gradum ſuſti-
8 nere, & Eccleſiæ † ſeruitium præſtare poſſent, *Se-
raphin. deciſ. 1078. num. 4. Caual. deciſ. 449. nu. 3.
Gregor. dicta deciſ. 419. num. 3.* Tum etiam, quia
9 iam † habuit ſuum effectum, *Garz. d. par. 12. cap. 2.
num. 283. Caual. deciſ. 408. num. 4.*

Nec releuat vnionem non fuiſſe ſortitam effectū
in ſpecie quoad beneficium, de quo agitur; nam
cum illa fuerit facta de pluribus beneficijs ſimul
10 † iunctis, ſufficit habuiſſe effectum in aliquibus,
*Garz. d. part. 12. cap. 2. nu. 294. Caual. d. dec. 449.
num. 6. & deciſ. 500. num. 5. Rota deciſ. 612. num. 4.
verſ. & licet, par. 2. recent. & in Gerunden. vnio-
nis 16. Decembris 1613. corā Eminentiſſ. Veroſpio.*

Neque obſtat, quòd vnio prædicta non appareat
11 iuſtificata † ac proinde ſuff. agari nō videatur, *Sera-
phin. deciſ. 867. nu. 2.* Quia ſtante decreto irritanti
clauſula *ſublata*, alijſque clauſulis efficaciſſimis in
12 literis appoſitis † de non iuſtificatione dari non
poteſt, *Ruin. conſ. 31. num. 6. Seraph. deciſ. 1043.
num. 10. Caualler. d. deciſ. 449. num. 5.* & ſine oris
13 apertione tollitur † facultas aliter iudicandi ex
notat. per *Card. in cap. quia diligentia, in tertia
oppoſit. de elect. Pariſ. conſ. 38. num. 7. lib. 4. Ruin.
conſ. 21. num. 15. & ſeqq. lib. 1. Caputaq. deciſ. 134.
num. 4. lib. 3. Put. deciſ. 48. num. 6. lib. 1. in correct.*
& fuit dictum in cauſa *Hiſpalen. beneficij 6. Decem-
bris 1602. coram Litta.*

Præſertim quia à data literarum Clementis VIII.
4. nonas Iulij 1607. vſque ad tempus motæ litis die
27. Iulij 1635. interceſſerunt anni 33. ex quorum
14 lapſu † inducitur iuſtificationis præſumptio, cum
ad hoc ſufficiat ſpatium triginta annorum iuxta
opinionem, quam ſeruat Rota, *Seraph. deciſ. 642.
num. 3. Rota deciſ. 534. par. 1. diuerſ. & deciſ. 122.
num. 5. & deciſ. 406. ſub num. 3. par. 1. recent.* cum
alijs per *Adden. ad deciſ. Greg. 431. num. 14.*

Et ita vtraque &c.

¶ *In eadem cauſa habetur infra alia deciſio ſub die
13. Februarij 1637. coram eodem bonæ memoriæ
Buccabella.*

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis de Zimenes.

Die Lunæ 16. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Pater, quando in teſtamento hæredes æqualiter inſtituit filios, & filias, tunc ceſſant ſtatuta excluſiua fœminarum, & plura circa Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. quando ſcilicet procedat, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. de ſucceſſionibus ab inteſtato, licet habeat locum etiam facto teſtamento, in quo dos filiabus non fuit relicta;*

2 *Tamen id procedit, quando filia fœmina venit impugnando teſtamentum, ſecus verò, quando venit ex teſtamento.*

3 *Statuta excluſiua fœminarum ab inteſtato non impediunt, quo minus ipſæ fœminæ poſſint inſtitui in teſtamento.*

4 *in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. tres ponuntur caſus excluſionis*

5 *Primus eſt obitus patris, vel aui ab inteſtato ſuperſtitibus filiabus maritatis, & dotatis.*

6 *Secundus eſt, quando filiabus fuit conſtituta dos à patre, vel auo in vltima voluntate.*

7 *Tertius eſt caſus, quando frater, vel patruus cum effectu paratus eſt dotare fœminas.*

8 *Pater, quando hæredem inſtituit filiam, iſta inſtitutio extinguit, & confundit ius dotationis.*

9 *Statut. Vrb. lib. 1. cap. 135. poſtrema pars continet exclusionem fœminarum etiam à ſucceſſione in bonis matris, & auiæ qualificatam &c.*

10 *Quam excluſionem Reformatores neceſſario addiderunt, quia alioquin filiæ fœminæ non cenſebãtur excluſæ, niſi ab hæreditate dotantis.*

11 *Relatio debet fieri ad proxima, & non ad remota.*

13 *Fœminæ vt dicantur excluſæ à ſucceſſione propter Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. duo copulatiuè requiruntur.*

14 *Primò; quod illæ ſint dotatæ ab aliquibus ex perſonis ibi nominatis.*

15 *Secundò, vt non ſemper, ſed ita demum excludantur, ſi adfuerint filij maſculi, vel nepotes ex filio maſculo.*

16 *Filij, & filia æqualiter de iure communi ſuccedũt in bonis maternis.*

17 *Pater, quando inſtituit hæredem filiam, cenſetur receſſiſſe ab excluſione ſtatuti eam non admittentis.*

18 *Contraria inter ſe duo valdè quis non præſumitur voluiſſe vno, eodemque tempore.*

19 *Admiſſio ad hæreditatem, & excluſio ab eadem, ſunt adeo inter ſe contraria, vt vna poſita alterum tollere neceſsè eſt.*

20 *Filia, ſi vigore Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non poſſit excludi ab hæreditate patris, neceſſario ſequitur, quod ceſſet etiam excluſio ab hæreditate matris, vide rationem num. 21. & 22.*

23 *Statuentes ſi aliquid voluiſſent, id ſciuiſſent diſponere.*

24 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 145. fauet agnationi.*

25 *in Statutis id, quod nõ legitur, pro omiſſo habetur.*

26 *Statuti caſus, quando ceſſat, ceſſare etiam debet Statuti diſpoſitio.*

Statuta excluſiua à ſucceſſione alicuius non habent locum, niſi in illis caſibus, qui oculis corporeis leguntur, & num. 26.

27 *Agnationis fauor non eſt adeo efficax, vt poſſit ampliare Statutorum diſpoſitionem.*

28 *Statuta intra ſuos caſus coercenda ſunt, & non ampliand.*

29 *Filia, ſi ſit dotata ab vno, qui non reperitur nominatus in Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non ex hoc habet locum excluſio.*

30 *Soror dotata ab auunculo, ex hoc non eſt excluſa à ſucceſſione in bonis patris, qui eam non dotauerat.*

31 *Dotem filiæ alicuius ſi quis dederit, etiam eius cõtemplatione hæc dotatio non poteſt magis operari, quam ſi ipſe pater dotaſſet.*

32 *Et ideo aliquid contra eius voluntatem operari nequaquam poteſt.*

DECISIO CLXXV.

PLACVIT Deciſio huius cauſæ; in qua ſub die 5. Martij præteriti * reſolutum fuit Dominæ Iuliæ æqualiter cum alijs fratribus, & ſororibus inſtitutæ in teſtamento patris, ac præterea petenti ſucceſſionem in bonis matris non obſtare Statutum Vrbis lib. 1. cap. 145. de ſucceſſionibus ab inteſtato; Dictum enim Statutum licet locum
1 habeat † etiam facto teſtamento, in quo dos filiabus fœminis non fuerit relicta, vt per doctrinam *Bart. in l. fin. col. 2. circa fin. ff. ad Sen. conſ. Tertull.* cenſuit *Rota in Romana ſupplemẽti legitimæ 8. Februarij 1593. coram Card. Arigonio, quæ eſt deciſio 36. apud Merlin. in tract. de legitim. & in Romana cenſus de Mutis 24. Maij 1619. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano*, Id tamen proce-
2 dit, quando filia fœmina venit † impugnando teſtamentum; ſecus verò, quando venit ex teſtamento, vt reſpondit *Alex. in conſ. 131. num. 2. verſ. vnde præterea vol. 1. ſequitur Pariſ. conſ. 53. nu. 79. vol. 3. & Rota in Ceſenaten. legati 20. Februarij 1595. coram Gypſio, ac in Romana dotis inter impreſſas Gregorij XV. deciſ. 538. num. 4.* vbi *Adden.* cumulat alias Rotæ auctoritates ad concluſionem, quod
3 ſtatuta excluſiua † fœminarum ab inteſtato non impediunt, quo minus ipſæ fœminæ poſſint inſtitui in teſtamento, *vt in Bononien. de Capacellis coram bo. me. Andrea*, quæ inter illius impreſſas *eſt deciſ. 58. & ibi ſub num. 16.*

4 Præterea in huiuſmodi Statuto tres † ponuntur caſus excluſionis fœminarum. Primus eſt obitus
5 patris, † vel aui ab inteſtato ſuperſtitibus filiabus maritatis, & dotatis, de quo hic non eſt agendum, cum pater Iuliæ obierit teſtatus, & ipſa ſuperſtes, non fuerit eo viuente nupta, ac dotata. Secundus
6 eſt † dotis conſtitutæ à patre, vel auo in vltima voluntate, qui caſus non applicatur dictæ Iuliæ, vt ſupra inſtitutæ in teſtamento patris ea ratione, quod in ea deficit qualitas excluſionis à bonis pa-
7 tris, & loco dotationis nõ ſuccedit † inſtitutio, quæ potius extingit, & confundit ius dotationis, vt per *Petr. Barboſ. in l. ſi cum dotem 23. §. ſi ſuper n. 17. in fin. & nu. 28. ff. ſolut. matrim.* nulla enim dos in huiuſmodi teſtamento à patre fuit Iuliæ relicta iuxta hũc caſum, in quo ad effectum excluſionis ſupponitur, quod dos ſit relicta à patre in teſtamento; ibi, *Quibus non eſt conſtituta dos per patrem, vel*
8 *auum in ſua vltima voluntate.* In tertio † deniq; caſu, quæ eſt fratris, ſeu patrui parati cum effectu dotare ſororẽ, ſeu neptem: Dominus Timotheus frater potuiſſet à ſucceſſione, de qua agitur excludere dictam Iuliam, ſi à patre hæres inſtituta non eſſet, & ipſe frater eam dotare paratus fuiſſet: Verum neque in hoc caſu viſum fuit Iuliam verſari; quia pater eam vnà cum fratribus hæredem inſtituit, & dictus frater eo ſub prætextu dotem tradere recuſauit, quod illam haberet aliunde. Poſtrema
9 † verò ſtatuti pars continet excluſionem fœminarũ, etiam à ſucceſſione in bonis matris, & auiæ qualificatam, & reſtrictã ad præcedẽtia, ibi, *Quæ filia, vel neptes ab vna ex prædictis perſonis dotata, vel ſiuna ex prædictis perſonis ſit parata eas dotare in caſibus ſupradictis, nec matri, nec auiæ ab inteſtato ſucce-*
10 *dant*, quam reformatores † Statutorum Vrbis neceſſariò addiderunt, quia alioquin filiæ fœminæ non cenſerentur excluſæ, niſi ab hæreditate dotantis, *Gloſ. & ibi Bald. & Paul. de Caſtr. in l. 1. C. de legit. hæred. Brun. in tract. de ſtatu. excluſ. fœmin. art. 8.*

Digitized by Google

art.8.quæſt.16.num.59. Gabr. de ſtatut.concluſ.5.
num.1. Theſaur. deciſ.62. in princ. Rota deciſ.321.
num.1. part.5. diuerſ. Et propterea ne id ſequere-
tur dicti Reformatores vlterius proceſſerunt ſpeci-
11 ficando†perſonas, à quarum hæreditate etiamſi nõ
dotauerint, fœminas excludere voluerunt, vt in
terminis huius Statuti fuit etiam conſideratum in
Romana vineæ de Corbinellis 15. Martij 1619. co-
ram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Et quamuis dicta pars ſtatuti in fine addita reſpi-
ciat excluſionem filiarum, vel neptum ab hæredi-
tate matris, & auiç in caſu dotationis ab vna ex per-
ſonis in alia parte nominatis, vel vna ex eis ſit para-
ta dotare, non tamen inde ſequitur, quod verba illa,
12 ibi, *in caſibus prædictis* (iuxta†regulã, quod relatio
fit ad proxima, & non ad remota) referri debeant
ad caſus dictæ partis in fine additæ, non autem ad
præcedentem diſpoſitionem, ſub eo prætextu, quod
in ea vnicus ſit poſitus caſus, quo filiæ, vel neptes
non ſuccedunt patri: Quoniam verius eſt, quod
verba *in caſibus prædictis* referantur ad præceden-
13 tem partem ſtatuti, cum in ea non vnum, ſed†duo
copulatiuè requirantur ad effectum, vt fœminæ di-
14 cantur excluſæ. Primum † ſcilicet, vt illæ ſint do-
tatæ ab aliquibus ex perſonis in ea parte nomina-
tis; Secundum, vt non ſemper, ſed ita demum ex-
15 cludantur, ſi adfuerint filij maſculi, † vel nepotes
ex filio maſculo, & in his duobus requiſitis patet
verba illa *in caſibus prædictis verificari*.

Iulia igitur in teſtamento patris cum alijs filijs
etiam maſculis æqualiter inſtituta, non autem do-
tata, & excluſa, & proinde exiſtens in caſu à ſta-
16 tuentibus omiſſo † ad æqualiter ſuccedendum in
bonis matris ab inteſtato debet admitti ex diſpoſi-
tione iuris communis *§. cæterum inſtit. de legit.*
agn. ſucceſſ. l. maximum vitium, C. de liber. præ-
ter. l. penult. C. de legit. hæred. auth. in ſucceſſio-
nem, C. de ſuis, & legit. §. ſi vero, verſ. nullam
authen. de hæred. ab inteſt. venien.

17 Dicti enim Teſtatoris voluntatẽ ita†debemus in-
terpretari, vt filiã inſtituẽdo cenſeatur receſſiſſe ab
18 excluſione ſtatuti, ne aliàs ſequatur, quod † vno,
eodemque tempore voluerit duo inter ſe valdè cõ-
traria, ideſt filiam cum maſculis æqualiter inſtitue-
re, & mediante huiuſmodi inſtitutione ita dotare,
vt eandem à dicta ſucceſſione ſtatim excluderet:
19 Admiſſio enim ad hæreditatem, & excluſio † ab
eadem adeo inter ſe pugnant, vt vna poſita alterũ
tolli neceſsè ſit, *ad textum in l. ſi inter, ff. de except.*
rei iud. gloſ. in l. ſed etſi, §. penult. in verb. ſi in-
ſtitutio, ff. de inſtit. act.

Et ceſſante dotatione, ac excluſione dictæ Iuliæ
ab hæreditate patris, ex eodem ſtatuto neceſſariò
20 † ſequitur, quod ceſſet etiam excluſio ab hæredi-
tate matris, quia pars ſtatuti, quæ excludit fœmi-
nas à ſucceſſione matris, vel auiæ ab inteſtato, eſt
relatiua ad caſus in ſuperiori parte expreſſos, ideſt
dotationis, ac excluſionis à bonis patris, & relatio
21 legitur facta pluribus dictionibus † eam inferenti-
bus, ac oratione continuata, vt ſenſus huiuſmodi
verborum ſit, eaſdem filias, vel neptes, quæ in ſu-
periori parte ſtatuti leguntur excluſæ à ſucceſſione
22 patris, † nec matris, nec auiæ ab inteſtato debere
ſuccedere, vt in terminis huius ſtatuti ſenſit Rota

in Romana ſucceſſionis coram R.P.D. meo Veroſpio,
quæ eſt deciſ.405. num.18. verſ. neque par.5. diuerſ.
23 Niſi enim ſtatuentes id voluiſſent, † ſatis erat
omiſſis verbis qualificatiuis, & relatiuis) ibi: *ab*
vna ex prædictis perſonis, & in caſibus ſupradictis
ſimpliciter addere, *& filiæ, vel neptes dotatæ nec*
auiæ ab inteſtato ſuccedant, vt per modum diſcur-
ſus *in d. Rom. vineæ de Corbinellis 6. Maij 1614.*
coram Reuerendiſſ. D. meus Decanus obſeruauit.

Non obſtat, quod dictum ſtatutum faueat agna-
24 tioni, † & quemadmodum excludit filiam, vel
neptem à ſucceſſione in bonis matris, & auiæ vbi
dos ei fuit relicta à patre, vel auo in eius vltima
voluntate, ita etiam propter eamdem rationem
agnationis debeat excludi filia, vel neptis, cui per
patrem, vel auum, mediante eius cum fratribus
æquali inſtitutione pinguius fuit in teſtamẽto pro-
uiſum, huic enim obiecto pluribus reſponſionibus
25 fuit ſatisfactum. Primo quia inter caſus † exclu-
ſionis in ſtatuto enumeratos non legitur huiuſmo-
di caſus pinguioris prouiſionis per inſtitutionem.
Secundò, quod ſemper verum ſit dicere in præſenti
caſu nullam à patre conſtitutam fuiſſe dotem Iuliæ
26 eius filiæ, & ſic ceſſare excluſionem limitatam†ad
caſus expreſſos, qui corporeis oculis leguntur, &
non ad alios, *Surd. conſ.230. num.24. & 25. cum*
allegatis in deciſione huius cauſæ emanata coram
me 5. Martij anni præteriti. Tertiò, quod fauor
27 agnationis non eſt † adeo efficax vt poſſit amplia-
re diſpoſitionem dicti Statuti, quod cum excludat
filiam ſimpliciter dotatam, non prohibet quominus
pater ita potuerit eam dotare, & per dotem minimè
excludatur, ſed illi reſeruetur ſucceſſio, vt in his fe-
rè terminis diſſerit *Surd. conſ.457. num. 47. verſ.*
ſed ad argumentum vol. 4. ſi enim pater mediante
dotatione voluerit excludere filiam à ſucceſſione
in bonis ſuis, illa debet quoque remanere excluſa
a ſucceſſione in bonis matris defunctæ ab inteſta-
to: ſi verò mediante inſtitutione voluerit filiam
reintegrare ad ſibi ſuccedendum, eadem filia erit
quoque reintegrata ad ſuccedendum matri, & ſtãte
huiuſmodi diſcretiua excluſione fauor agnationis
non poteſt ampliare diſpoſitionem ſtatuti contra
28 voluntatem patris, & mentem ſtatuentium, † ve-
rum debet coerceri intra caſus in eodem Statuto
expreſſos, *Alex. conſ.59. in fin. vol.3. Surd. dec.9.*
num.16. & Rota in Romana ſucceſſionis 14. Iunij
1630. coram R.P.D. meo Merlino, quæ eſt deciſ.
288. num.29. & 30. par.5. diuerſ.

Minus obſtat, quod Iuliæ fuerit conſtituta dos
trium millium ſcutorum à q. Thimoteo fratre pa-
29 truele † eius patris; quia dictum ſtatutum ita de-
mum excludit fœminam, ſi ab vna ex perſonis in
eo nominatis fuerit dotata, & inter huiuſmodi per-
ſonas frater patruelis non legitur nominatus, qua
ratione alias in præallegata *Romana vineæ de Cor-*
binellis 15. Martij 1619. coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano fuit reſolutũ, quod ſoror dotata ab auuncu-
30 lo non eſſet † excluſa à ſucceſſione in bonis patris,
qui eam non dotauerat.

Nec denique obſtat, quod dicta dos à q. Thimo-
teo patruele fuerit relicta Iuliæ contemplatione
eius patris, vt ſuper hac eadem diſpoſitione Thi-
mothei dixit Rota in alia cauſa, quæ eſt *Romana*

locorum Montium ſub die 3. Iulij 1634. coram R.P.D. meo Buccabella: Quoniam admiſſa etiam
31 huiuſmodi contemplatione † hæc dotatio non po-
teſt magis operari, quam ſi ipſemet pater dotaſſet;
cum vero data contemplatione dictus pater non
modo voluerit, quod Iulia haberet dotem, ſed præ-
terea vt æqualiter ſuccedret cũ filijs maſculis, hu-
32 iuſmodi dotatio † non poteſt contra eius volunta-
tem inducere excluſionem à ſucceſſione in bonis
patris, nec per conſequens in bonis matris.

Et ita vtraque parte informante.

☞ * *Eſt deciſio 108. ſupra in hac eadem parte, vbi in fine habentur aliæ deciſiones in hac cauſa.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononieñ Denegationis audientiæ.

Die Lunæ 24. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Sententia non poteſt dici nulla, tanquam lata pendente termino, ſi ante ſententiam d. terminus fuerit reuocatus. Maritus in bonis extra dotalibus nullum ius habet, neque ex perſona propria, neque filiorum.

SVMMARIVM.

1 *Dilatio doloſè dicitur extorta, ſi fuerit conceſſa ſub citatione ad dicen. contra iura.*

2 *Sententia non poteſt dici lata pendente dilatione, ſi d. dilatio tanquam nulliter extorta fuerit reuocata.*

3 *Articuli ſunt reijciendi, quando ſunt impertinentes, ſiue irreleuantes.*

4 *Maritus non poteſt impugnare tranſactionem factam ab vxore de bonis extra dotalibus, cum in his nullum habeat intereſſe.*

5 *Et hoc maximè procedit vxore id prohibente.*

6 *Filij viuente matre, nullum ius habent in bonis maternis.*

7 *Filij non poſſunt litem agere pro bonis parentum, eorum vita durante propter intereſſe ſperatæ ſucceſſionis.*

8 *à Iudicio debet expelli is, de cuius intereſſe non conſtat.*

9 *Agenti ad id, quod ſua non intereſt, denegatur audientia.*

10 *Audientia, vt non denegetur, ſufficit ſola poſſibilitas intereſſe etiam apparenter.*

11 *Intereſſe ſufficit ſemiplenè probari ad effectum admiſſionis ad cauſam.*

12 *Intereſſe in proſecutione iudicij debet plenè, & concludenter probari.*

DECISIO CLXXVI.

DE ANNO 1622. obijt in Ciuitate Bononieñ Cæſar de Stephanis inſignis fabricator Saponis alterati, relictis Magdalena ex prima coniuge, ac Domitilla & Cornelia ex Conſtantia ſecunda vxore; Poſtmodum dicta Conſtantia ſecundo nupſit Franciſco Fenicio, deinde obijt Domitilla; poſt cuius obitum Magdalena, & Cornelia, quæ fuerant nuptui traditæ, mouerunt litem contra dictã Conſtantiam earum matrem ſuper reſtitutione Capitalis & lucrorum negotij d. Saponis, & ſuper excluſione ipſius Conſtantiæ à ſucceſſione d. Domitillæ ob eius tranſitum ad ſecunda vota; dictaq. lite indeciſa pendente, fuerunt inter iſtas mulieres celebrata duo inſtrumenta, in quorum primo d. Conſtantia, reſeruata ſibi quarta parte lucrorum d negotij, & iure ſucceſſionis d. Domitillæ eius filiæ, reliquum pro vna tertia parte d Magdalenæ, & pro alia tertia cum dimidia alterius tertiæ d. Corneliæ liberè relaxauit; & in altero ipſi Conſtantiæ eius vita durãte fuit aſſignatus vſusfructus d. dimidiæ tertiæ partis, vna cum quarta parte vſusfructus librar. ſexdecim millium ad hæreditatem d. Domitillæ ſpectan., & denique pro dote d. Corneliæ Antonio Bartolotto eius viro fuerunt aſſignatæ libr. 45655. iſtis conuentionibus exequutioni demandatis; Fenicius maritus d. Conſtantiæ prætendens dd. inſtrumenta celebrata abſque eius ſciẽtia ceſſiſſe, & cedere in euidentem ſui, ſuorumq. ex dicta Conſtantia filiorum læſionem, mouit iudicium in partibus tàm ſuo quàm filiorum nomine, ſuper emendatione, correctione, & reductione dd. inſtrumentorum, in quo iudicio emanauit ſententia declarans petitionem Fenicij fuiſſe iniuſtam, eidemq. ſuper præmiſſis denegandam audientiam, dilationemq. ad probandum ei conceſſam fuiſſe extortam, cauſa per appellationem ad Rotam deuoluta, mihiq. commiſſa, dubitaui, an d. ſententia ſit confirmanda vel infirmanda, & DD. ſtante illius validitate & iuſtitia confirmandam eſſe reſponderunt.

De validitate ſiquidem illius conſtat ex reuolutione actorum, ex quibus apparet omnia requiſita interueniſſe.

Nec obſtant ea, quæ contra illam opponuntur,
& primo non obſtat, quod dicatur illam fuiſſe latã
pendente dilatione eidem Fenicio conceſſa, quia vl-
1 tra quod † hoc tollitur ex eo, quod huiuſmodi dila-
tio extorta fuit nulliter ſub citatione ad dicendum
2 contra iura, illa ante ſententiam † fuit reuocata,
& ſic aliquam nullitatem inducere non valet *Grat.
conſ. 77. nu. 17. lib. 2. Lancell. de attent. cap 7. n. 10.
Rot. deciſ. 192. nu. 16. par. 5. in recent.* eoq. magis,
quia fuit reuocata ex cauſa calumniæ vel irreleuã-
tiæ, *Rot. in rec. deciſ. 582. nu. 1 & 3. par. 1.* quæ qui-
dem calumnia & irreleuantia clarè patet ex infra
dicendis.

Secundò, Non obſtat quod illa fuerit lata non
viſis actis, quia contrarium conuincitur ex lectura
proceſſus, ex quo apparet omnia exaduerſo produ-
cta per Iudicem fuiſſe viſa, necnon depoſitiones te-
ſtium, & articulos pro parte Fenicij productos fuiſ-
ſe per eum examinatos, cum illos vti irreleuantes,
ac impertinentes reiecerit, quod iure merito fuit
3 peractum, cum † de d. irreleuantia ſatis DD. hodie
conſtare viſum fuerit propter quã dd. articuli erãt
reijciendi *Iaſ. in l. ſi duo patroni. §. idem Iulianus
num. 33. & 34. ff. de iureiur. Pariſ. conſ. 67. nu. 18.
lib. 4. & ſeqq. & fuit dictũ in Rom. cenſus ſcut. 10.
12. Ianuarij 1629. coram Eminẽtiſſ. Card. Vbaldo.*

De iuſtitia etiam d. ſententiæ ſatis apparet ſiue

illa

Digitized by Google

illa conſideretur in ea parte, in qua declarat petitionem Fenicij eſſe iniuſtam, ſiue in alia, in qua pronunciat eidem eſſe denegandam audientiam, nam quoad primam partem clara eſt iuſtitia, quia cum tranſactio ſeu concordia facta inter iſtas fœminas fuerit inita ſuper rebus, & iuribus extra dotalibus dictæ Conſtantiæ, non poterat impugnari per Fenicium eius virum, cũ maritus ex perſona pro-
4 pria † in bonis extra dotalibus vxoris nullum habeat intereſſe, *Alex.conſ.90. num.5. lib.2. Houded. conſ.66. num.88. lib.1.* præſertim vxore, prout hic,
5 † expreſſè prohibente, *l.hac lege. C. de pact. con-*
6 *uent.* nec etiam ex perſona † filiorum, cum & ipſi viuente matre, nullum ius habeant in bonis maternis *l.1.§.ſi impuberi. ff.de collat.bon. Rot.dec.* 708.
7 *num.3. par.1. recent.* & in terminis, quod filij † nõ poſſint litem agere pro bonis parentum eorum vita durãte propter intereſſe ſperatæ ſucceſſionis tenuerunt *Angel.de Peruſ.in l.ex conſenſu. §.filium familias. ff.de appell. Bart.in l. poſt emancipationẽ. §.illud.ff.de liber.legat. vbi etiam Alex.in ſecunda addit.Bald. conſ.304. nu.1. verſ. nam viuo patre. lib.4. Rot.d.deciſ.708. nu.3. par.1. recent.*

Et ex his patet irrelenantia d. dilationis obtentæ à Fenicio, necnon iuſtitia ſecundæ partis ſententiæ,
8 † in qua denegatur audientia Fenicio, quia cum nõ conſtaret de eius intereſſe, merito fuit à iudicio expulſus, enim agenti ad id, quod ſua non in-
9 tereſt † audientia denegetur, *Alex.in l. vbi pactum num.7. C.de tranſact. Surd.conſ.435. nu.18. Lapus alleg.50. num.10.*

Non obſtat, quod ad effectum vt audientia dene-
10 gari † non poſſit, ſufficiat ſola poſſibilitas intereſſe, etiam apparenter *Cancer. var. reſ. lib. 3. cap. 16. num.32. Bald. in l.ſi defunctus. nu.2. par.1. cum alijs allegatis.* Quia hoc verum, ſed procedit ad effectum admiſſionis ad cauſam, nam tunc ſufficit ſe-
11 miplenè probare † intereſſe, ſecus vero in proſecutione iudicij, nam hoc caſu intereſſe, debet plenè &
12 † concludenter probari, vt notant *DD. in cap. veniens, il ſecundo de teſtibus Adden.ad Alex.in l.ille à quo. §. ſi de teſtamento.ff.ad Trebell. Felin.in cap. cum ſuper. num.16. de re iud. Bald. in cap.veniens. num.3. & ſeq. de teſtibus,* & poſt eum proſequitur, *Gratian.diſcept. cap.439. nu.35. & ſeqq.*

Et ita concluſum vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana de Ghezzis.

Die Lunæ 1. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

In redditione adminiſtrationis rationum, quæ expenſæ ſint admittendæ, & alia circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Partita, quando ſunt conſueta, in calculis ſunt admittenda.*

2 *Item ſi ſint veriſimiles, & in hac materia ſufficit, quod ſint coniecturales arbitrio boni viri.*

3 *Super Expenſarum quantitate, poſtquam ſunt taxata, ille, qui eas fecit, explicitè tenetur ſuper illis iurare.*

4 *Alias dictæ taxationes non interueniente iuramento ſunt ipſo iure nullæ.*

5 *ſuper Expenſarum litis taxatione de ſtylo Curiæ non præſtatur apparenter iuramentum.*

6 *Expenſa non iuſtificata, & inueriſimiles ſunt reijcienda.*

7 *Creditores anteriores ſi conſenſerunt, vt creditor poſterior eis præferatur, hoc non præiudicat alijs creditoribus magis anterioribus, qui non conſenſerunt.*

8 *Creditor poſterior, qui adminiſtrauit bona debitoris, ſi in redditione rationis remanſerit debitor, non poteſt opponere compenſationem in præiudicium creditorum anteriorum.*

9 *Obligatio Cameralis continet obligationem pro omnibus, quibus intereſt.*

DECISIO CLXXVII.

SECVTA Decoctione Io. Baptiſtæ, ac aliorum fratrum de Ghezzijs, qui artem fundacariam exercebant, ab eorum creditoribus fuerunt procuratores inſolidum deputati, Franciſcus Rotella, & Franciſcus Leonius ad merces, quæ ſupererant vendendas, necnon ad exigendas quaſcumque pecunias, illaſq. deponendas in Sacro Mõte Pietatis, ad effectum ſatisfaciendi creditoribus, iuxta eorũ anterioritatem, & potioritatem. Verum cum Rotella ſpatio aliquorum annorum ſatis conſiderabilem pecuniarum quantitatem exegiſſet, eamq. nõniſi in parua ſumma penès d. Montem depoſuiſſet, Cæcilia, aliæq. ſorores illorum de Ghezzijs creditrices anteriores ſuarum dotium à Carolo patre in teſtamento ipſis relictarum, vt conſtat ex duabus deciſionibus coram me emanatis, inſteterũt vt Rotella compelleretur ad computa reddenda; vnde deputato in Peritum D. Thoma Bacello, cum ipſius calculo Rotella non acquieſceret, fuit de partium cõſenſu in Peritum electus D. Mauritius Giribaldus, qui omnes partitas, tàm debiti, quàm crediti accuratè perpendit, eaſq. ordinatè ſubiecit iudicio Dominorum.

Quare cum hodie ad inſtantiam D. Cæciliæ, ac ſororum diſputaretur, An, & pro qua ſumma relaxandum eſſet mandatum executiuum, pro faciliori huius articuli reſolutione, Domini iuxta calculum ſupradictum ante omnia firmarunt debitum Rotellę in ſcutis 2257.b.37. in cuius computum dixerunt eſſe admittendas omnes expenſas deſcriptas à D. Mauritio in ſumm.nu.2. quæ aſcendunt ad ſummã ſcutorum 707.b.93. Præterea voluerunt, quod illi accepto ferantur ſcuta 36.b.20. pro partitis poſitis in ſumm.nu.2. Vlterius mandarunt computari omnes partitas ſub num. 4. aſcendentes ad ſcuta 158. b.5. Ex partitis vero ſub nu.5. ſolum eſſe accepto ferẽda ſcuta 30. Et ex deſcriptis ſub num.9. ſolum eſſe excomputanda ſcuta 14. pro rebus ſericis datis D. Zagarellæ procuratori creditorum ad computum ſalarij; necnon partitam continentem nõnulla bona fundacaria tradita duobus miniſtris, qui venditioni præerant, quam tamen partitam ſcutorum 32. Domini reduxerunt ad 24. necnon ſub eodem num.9. admiſerunt partitam ſcutorum 9. pro

re-

recognitione tradita iuuenib. Procuratoris, ac No-
tarij, quæ omnes partitæ ſimul iniunctæ faciunt
ſummam ſcutorum 979. b. 18. Quæ quidem parti-
1 tæ viſæ ſunt admittendæ, tum † quia aliquæ ex illis
ſunt conſuetæ, *Federic. de Senis conſ. 119. nu. 4. &
5. Achill. deciſ. 22. de reſtit. ſpoliat. Rot. in recent.
dec. 283. ſub nu. 1. in fin. par. 1.* tum quia aliæ ſunt
2 veriſimiles, & in hac materia † ſufficit, quod ſint
coniecturales arbitrio boni viri, *Bald. in l. reſtituen.
in 2. notab. C. de petit. hared. Rot. dec. 219. ſub n. 1.
& dec. 569. ſub nu. 1. par. 4. rec.* Maximè cum
Rotella poſt hãc taxationem explicitè teneatur iu-
3 rare ſuper d. expenſarum † quantitate, attenta
praxi, quam in hac materia ſeruat Rota *iux. cap. cõ-
ſtitutus de Procuratoribus. Gloſſ. in cap. 1. de elect.
in 6. l. in actione. §. 1. ff. ad exhibend.* ibi Iudice
quantitate taxante, *vbi num. 17. Calder. conſ. 7. de
re iudic. Couar. pract. quaſt. cap. 27. in fine. verſ. 8.
Specul. de expenſis. §. poſtremo in princ. Afflict. de-
ciſ. 169. num. 9. Rot. dec. 219. in fin. verſ. & in om-
4 nem caſum*, nam aliàs dd. taxationes † non inter-
ueniente iuramento ſunt ipſo iure nullæ, *cap. cum
veniſſent de eo quod in poſſeſſ. Veſtr. in prax. lib. vlt.
cap. vlt. num. 15.* qui licet dicat, quod de ſtylo Cu-
5 riæ non præſtetur, apparenter, tamen † non loqui-
tur in iſtis terminis, ſed de expenſis litis.

Reliquas vero expenſas à Rotella exhibitas exi-
ſtimatum fuit eſſe reijciendas, tanquam non iuſtifi-
catas ac inueriſimiles, & potius de capite confictas
6 ad magis proprium † debitum extenuandum, quod
propterea cum ſupra firmatum fuerit eſſe ſcutorũ
2257. b. 37. detractis dd. ſcutis 979. & b. 18. remane-
bit in ſcutis 1278. & b. 19.

Verum quia ab ipſo allegabatur, quod vltra ex-
penſas exhibitas, ei ratione laborum concedi de-
bebat prælatio in credito ſcut 321. 28. quod habuit
cum Ghezzijs, prout præferri obtinuit in ſententia
A. C. de conſenſu maioris partis creditorum, necnõ
ſoluendum erat ſalarium, vt de more procuratori-
bus, ſeu exactoribus ſolui conſueuit, idcirco Do-
mini ponderabant, quod A. C. in d. ſententia gra-
duatoria, eum tantum prætulit in concurſu illorum
creditorum, qui conſenſerãt, quo vero ad illos, qui
non conſenſerant, reſeruauit ius probandi dd. la-
bores, eorumq. ratione ſe præferri faciendi, prout
iuris fuerit, & propterea d. prælationem dd. ſorori-
7 bus de Ghezzijs † tanquam anterioribus, quæque
non conſenſerunt, obeſſe non poſſe, niſi ratione di-
ctorum laborum pro quibus Domini exiſtimarunt
illi eſſe accepto ferenda ſcut. 330. in totum compre-
henſo d. eius credito, quod ſuperant, cum ex actis
liquidò conſtet ex annis quinque cum dimidio, in
quibus fuit exactor, in primis duobus tantum labo-
raſſe, in alijs vero parum feciſſe; ex quibus ſcutis
330. detractis ſcutis 73. 65. ab ipſo Rotella debitis
illis de Ghezzijs pro rebus habitis à fundaco, re-
manent ſcut. 256. 35.

Nec dubitarunt hoc eſſe præmium ſufficiens di-
ctorum laborum, quamuis in eo comprehenſum
ſit prædictum creditum, quia cum Rotella ſit inter
creditores Io: Baptiſtæ, & ſic abſque probabili ſpe
conſequendi ſuum creditum, cum non adſint bona
ſufficientia pro ſatisfactione omnium creditorum
Caroli, quibus prius debet ſatisfieri, nedum illorũ
Io. Baptiſtæ; certum eſt huiuſmodi prælationem
tanti valere, quantum eſt creditum ipſum, vel ferè
tanti, cum præſertim ea mediante, Rotella ſe exe-
merit à ſolutione dictorum ſcut. 73. 65. per ipſum
8 debitorum dd. de Ghezzijs, quæ † aliàs ſoluere co-
actus fuiſſet reiecta compenſatione, quam hodie op-
ponere non poſſet aduerſus creditores anteriores
ex deductis per *Rot. in Roman. de Cangijs 16. No-
uemb. 1615. coram Sacrato*, nec enim tantam quã-
titatem taxaſſent, niſi de d. credito, quale illud eſt,
rationem habuiſſent.

Quare de dd. ſcutis 1278. & b. 19. demptis dictis
ſcutis 256. b. 35. pro ſalario, debitum Rotellæ erit
ſcutorum 1021. b. 84. Pro quibus reſolutum fuit re-
laxandum eſſe mandatum contra ipſum, & Leoniũ,
cum ex prædictis vterque ſub obligatione Camera-
li inſolidum promiſerit reddere bonum, & fidele
9 computum, † tàm de rebus fundacalibus deſcriptis
in inuentario, quàm de pecunijs inde retrahendis,
alijsq. ab eis exigendis, *Rot. deciſ. 663. in princip.
par. 1. diu. & poſt Zacch. dec. 99. nu. 7. & dec. 397.
nu. 5. par. 5. rec.* Et ſic parte vtraque &c.

*§ Aliqua deciſiones in hac cauſa notantur ſupra in
hac parte ad deciſionem 17.*

R. P. D. PANZIROLO.

Camerinen. Spolij.

Die Veneris 5. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Ad reintegrationem agens, quid debeat proba-
re, Reintegratio, quando ceſſet, & quid in d.
iudicio attendatur. Tutor, quando perpe-
ram dicatur alienaſſe bona pupillorum.

SVMMARIVM.

1 *de Sententia validitate apparet ex reuolutione
actorum.*

2 *in Reintegrationis iudicio debet quis probare ſuã
antiquiorem poſſeſſionem, necnon recentem ad-
uerſarij.*

3 *Reintegratio non competit, quando quis cecidit à
poſſeſſione facto proprio.*

4 *in Reintegrationis iudicio magis attenditur, an
actor ſine iuſta cauſa à ſua poſſeſſione ceciderit,
quàm ſi reus poſſideat cum vitio, vel ſine.*

5 *Et ab iſta opinione non eſt recedendum in iudi-
cando, vel conſulendo.*

6 *Alienationis contractus nullitate, aut iniuſtitia
ſtante ſicuti quis non amittit poſſeſſionem rei, ita
validè poteſt agere ſpolio pro reintegratione rei
alienata.*

7 *Contractus mulierum, celebratus ſine ſolemnita-
tibus requiſitis à Conſtit. Marchia, & ſtatuti
loci, redditur manifeſtè nullus.*

8 *Emptor emens bona mulierum, grauatur probare
inſinuationem interueniſſe, iuxt. Conſtit. Mar-
chia, &c.*

9 *Sanatoria ſimplex non ſuffragatur, quando Papa
in ſanatione de omnibus non fuerit factus certus.*

10 *Et*

10 *Et hoc maximè procedit, ſi nullitas in iudicio antea fuerit deducta.*
11 *Tutor in ſuſceptione tutelæ, tenetur inuentarium, & alia ſolemnia facere.*
12 *Tutor, ſi omiſerit ſolemnia facere, non poteſt præiudicare pupillis.*
13 *Tutor non poteſt vendere domum paternam pupilli, ſi extant alia bona.*
14 *Tutor, & emptor bonorum pupilli, quando ambo dicantur in culpa, & in dolo. nu.15.*
16 *Minori ſuccurritur remedio reintegrationis, quãdo cauſa in contractu expreſſa apparet ſimulata.*
17 *Venditio bonorum pupilli, ſi fuerit facta pro ſoluendo ære alieno, emptor debet eſſe ſollicitus de verſione in cauſam dictam. & nu.18.*
19 *Quod multo magis procedit, quando ſolutio æris alieni, non ſolum fuit enunciatum per viam cauſæ, ſed vlterius in pactum deductum.*

DECISIO CLXXVIII.

DOMINICVS. Turcarellus inſtitutis ſibi hæ-
redibus Laninia, Mariana, Venantia, & Fe-
lice filiabus, dedit illis in tutores, & curatores An-
gelum Gulielmum, & Marcum Turcarellum; qui
Angelus poſtquam ſpatio duorum annorum, & vl-
tra ſe immiſcuerat in adminiſtratione d. tutelæ, &
curæ, coram Iudice onus prædictum repudiauit, &
ſucceſſiuè d. Marcus contutor petijt, & obtinuit ſe
in dictarum ſororum tutorem, & curatorem reſpe-
ctiuè confirmari. Poſt hæc autem Laninia, & Ma-
riana ætate minores, cum conſenſu dicti Marci cu-
ratoris, ac etiam Marcuſmet vti tutor dictarum
Venantiæ, & Felicis pupillarum, vendiderunt ſu-
prædicto Angelo Gulielmo domum paternam pro
pretio florenorum 1200. ad quorum computum,
ſtatim florenos 500. exburſauit; reliquos vero ſep-
tingentos certis ſucceſſiuis temporibus promiſit ſe
ſoluturum cum expreſſione, quod tàm pretium ſo-
lutum, quàm ſoluendum erogaretur in extinctionẽ
cenſuum, ac æris alieni hæreditatis paternæ, nec in
alium vſum conuerteretur, & ſi quid ex eo ſupereſ-
ſet, poneretur in tuto pro prædictis ſororibus; Cui
quidem contractui acceſſit decretum Iudicis, qui
mandauit pecunias tàm receptas, quàm recipien-
das erogari debere iuxta prædictas conuentiones.
Cum autem Laninia, & Venantia coram A. C.
iudicium ſpolij contra Angelum emptorem inten-
taſſent, necnon etiam contra Petrum Matthæum
Vgolinum, ac ſententiam fauorabilem obtinuiſſent,
in gradu appellationis coram me dubitatũ fuit ſu-
per illius confirmatione vel infirmatione. Et pro
confirmatione reſolutum fuit, tum quia de illius
1 validitate apparet † ex reuolutione actorum, *Ve-
rall. deciſ.269. par.2.* Tum quia de antiquiori poſ-
ſeſſione illarum minorum, ac de recenti *Angeli Gu-
lielmi plenè conſtitit ex ipſo Inſtrumento vendi-
2 tionis*, prout requiritur † in iudicio reintegrationis
*Dec. conſ.57. num.3. Surd. conſ.28. ſub num.24. &
ſeqq. Menoch. de recup. remed.15. nu.383.*
Nec obſtare viſum fuit, quod dictæ minores fa-
3 cto proprio à poſſeſſione † ceciderint, quo caſu non
competit reintegratio, *Put. deciſ.176. nu.1. lib.3. in
correctis Rota deciſ.628. nu.1. par.1. recent.* Quia
in hoc iudicio magis attenditur, an Actor ſinè iuſta
4 cauſa † à ſua poſſeſſione ceciderit, quã ſi reus poſ-
ſideat cum vitio, vel ſine, *Alexan. l. rem, quæ nobis,
num.19. ff. de acq. poſſ. vbi de magis communi, Soc-
cin. ſen. conſ.89. nu.21. lib.1. Dec. conſ.252. nu.4.
Alex. conſ.200. nu.2. lib.2. & conſ.92. nu.4. lib.5.
Socc. iun. conſ.34. nu.12. lib.3.* vbi dicit non eſſe
5 ab ea recedendum in iudicando, † vel conſulendo,
pleniſſimè *Surd. conſ.28. ſub nu.58. Afflict. deciſ.
361. num.33. & dixit Rota in Meſſanen. ſeu nul-
lius feudi 15. Februarij 1636. coram R.P.D. meo
Merlino.* Stante autem nullitate, aut iniuſtitia cõ-
6 tractus, ſicut mulieres iſtæ poſſeſſionem † domus,
nunquam amiſerunt, ita validè poterunt agere ſpo-
lio pro reintegratione rei alienatæ, *Bart. in l.1. §. ſi
vir vxori. num.3. & ibi Crot. nu.2. ff. de acq. poſſ.
Alex. conſ.33. num.7. lib.6. Becc. conſ.25. num.5.
Surd. conſ.49. num.17. Menoch. de recuper. remed.
17. num.17. Verall. dec.172. nu.1. & ſeqq. par.3.*
Nullitas autem euidenter apparet, ex quo iuxta
conſtitutiones Marchiæ, & Statutum loci in ſimili-
7 bus contractibus requiritur inſinuatio, † de qua cũ
non appareat, cõtractus redditur manifeſtè nullus,
*Rot. deciſ.385. num.1. par.2. recen. Greg. deciſ.260.
num.1. & 3.* & in terminis, quod emptor grauetur
8 probare, inſinuationem † interueniſſe, firmauit *Ro-
ta in Senogallien. prædij 7. Iunij 1619. coram R.P.
D. Pironano, & in Peruſina hæreditatis 10. Decem-
bris 1628. coram bo. me. Card. Verili.* Idq. procedit
non obſtãte quod huiuſmodi defectus fuerit poſtea
à Sanctiſſimo ſanatus, quia cum inſinuatio require-
retur nedum ex Statuto, & Conſtitutione Mar-
chiæ, ſed etiam ex ipſo Iudicis decreto, vt ſupradi-
9 ctum eſt, † debuit Papa in ſanatione de his omni-
bus eſſe certus, nam aliàs ſimplex ſanatoria non
ſufficit. *Nauiz. conſ.8. nu.23. Simoncell. de decret.
10 lib.3. tit.18. num.222.* maximè cum nullitas † fuiſ-
ſet antea in iudicium deducta optimè *Innoc. in c.1.
nu.1. verſ. plenior intellectus eſt, de confirmat. vtil.
vel inutil.*
Præterea apparet de nullitate, quia tutor qui cõ-
11 tractum celebrauit, † in ſuſceptione tutelæ tenebatur inuentarium, ac alia ſolemnia facere, *l. fin. C. de
arbitr. tutel. Bart. conſ.46. nu.2. lib.1. Montan. de
tutel. c.52. num.1. & regul.51. num.1. & 2. Gut-
tier. de tutel. par.2. cap.1. nu.1. & ſeqq.* Et ſic, cũ
12 hæc omnia omiſerit, non † potuit mediante hac
venditione pupillis præiudicare, *Bart. in l. ſi tutor
C. in quibus caſ. reſt. in integr. non eſt neceſſ. Hon-
ded. conſ.43. nu.48. & ſeqq. lib.2. Caputaq. deciſ.
324. nu.1. par.3. Greg. deciſ.350. nu.4. & ſeq.*
13 Vlterius conſtat de nullitate, quia † venditio fuit
facta de domo paterna, etiam quod extarent alia
bona, quæ poſtea vendita ſunt pro debitis extin-
guendis, *l. lex, quæ tutores verſ. ne domus, vbi Sa-
lic. verſ. item nota. C. de admitt. tut. Natt. conſ.162.
nu.10. Guttier. d. tract. par.2. c.5. nu.77. Rot. de-
ciſ.372. nu.5. par.1. recent.*
Demum nullitas nec minus viſa eſt reſultare ex
pacto appoſito in contractu, quod ſcilicet pretium
ſolueretur creditoribus hæreditarijs, & ſi quid ſu-
pereſſet poneretur in tuto ad commodum venden-
tium, & non aliàs, ſub qua expreſſione interceſſit
decretum Iudicis; vnde cum pars illa pretij, quæ
ab initio fuit ſoluta, remanſerit penes tutorem, &
al-

14 altera pars penès emptorem, † & per conſequens
debita extincta non fuerint, vterque ex illis dicitur
in culpa, *Gratian. forenſ. diſcept. 45. num. 2. & 3. Giurb. dec. 76. num. 46.* Et retinen. vterque pretium
15 † penès ſe, dicitur in dolo, *Rol. conſ. 49. nu. 26. lib. 1. latè Guttier. de tutel. par. 3. c. 1. nu. 55.* Et cauſa in
contractu expreſſa apparet ſimulata, ac vēditio do-
16 losè facta, † itaut meritò ſuccurrendum ſit mino-
ribus remedio reintegrationis, *Guttier. d. tract. p. 2. cap. 15. nu. 27.*

Non obſtat, quod venditio fuerit ex cauſa volū-
taria, ideoq. emptor nō tenetur probare, quod pretium fuerit erogatum in extinctionem æris alieni.
17 Quia cum venditio facta fuerit pro ſoluendo † ære
alieno, dicitur potius neceſſaria, & ſic emptor debuit eſſe ſollicitus de extinctione prædicta, *Adden. ad Gregor. deciſ. 521. n. 33. Rota poſt Modern. Peruſ. de cenſ. dec. 8. nu. 10. & ſeqq.* Vltra quod cum tām venditores, quām emptor in id precisè conue-
niſſent, & Iudex hac de cauſa ſuum decretum in-
18 terpoſuerit, vtique emptor tenebatur † eſſe ſollici-
tus de verſione in cauſam, propter quam fuit facta venditio, *Innoc. in c. 2. nu. 2. vbi Doct. de depoſ. Couar. var. lib. 2. cap. 17. num. 3. Gratian. forenſ. diſcept. 45. nu. 34. Rota poſt d. tract. de cenſib. deciſ.*
19 *287. nu. 4.* Extinctio enim æris alieni † non ſolum
fuit enunciata per viam cauſæ, ſed vlterius fuit in pactum, & in conditionem deducta, *Gratian. for. diſcept. 555. nu. 7. Seraph. dec. 1187. nu. 1.*

Et ſic parte vtraque &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Prædij.

Die Veneris 5. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Sententiæ, vt dicantur conformes, requiritur, quod ſint validæ, & iuſtæ. Emptor non poteſt agere de euictione contra venditorem, ſi tantum ſit auocata ei detentio vigore Saluiani.

SVMMARIVM.

1 *Statutum diſponens, quod duæ ſententiæ conformes habeant vim trium, intelligendum eſt de ſententijs iuſtis, & validis.*
2 *Sententiarum nullitate, & iniuſtitia ſtante, non eſt locus ſtatuto de duabus conformibus.*
3 *Sententia prolata à Iudice inferiori, poſtquam ei eſt inhibitum à Iudice ſuperiori, eſt nulla.*
4 *in Inhibitionibus emanatis à Curia, non fit diſtinctio, an ſint Canonicæ necne, ſed è ſtylo Curiæ ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ ſunt timendæ.*
5 *Iudex ſi inhibitus à Curia, procedat vigore commiſſionis ſibi factæ ab aliquo Superiore in partibus, dicitur attentare.*
6 *Inhibitio nulla, & iniuſta non cauſat attentata.*
7 *Cauſarum continentia non ſunt diuidenda.*
8 *Inhibitio, vt intret, ſufficit, vt ſententia lata in vna cauſa, pariat præiudicium in altera, & quod inhibitio afficiat etiam in cauſa connexa.*
9 *Euictioni non eſt locus, quando non eſt auocata poſſeſſio, ſed ſolum detentio vigore Saluiani interdicti.*
10 *Creditor immiſſus vigore Saluiani, non ſibi, ſed pro debitore dicitur poſſidere. amplia nu. 11.*
12 *Vſufructuarij poſſeſſio prodeſt Domino directo.*
13 *Saluianum datur ſolum creditori ad auocandam pignoris poſſeſſionem retinendam, donec de ſuo credito ſit integrè ſatisfactus.*
14 *Iudex non poteſt declarare factum eſſe locum euictioni ex immiſſione vigore Saluiani.*
15 *Creditor vigore Saluiani interdicti quid tantum poſſit prætendere in bonis debitoris.*
16 *Euictio, quando eſt promiſſa verbis generalibus, tunc ei ſit locus etiam per ſolam auocationem detentionis vigore Saluiani, declara prout nu. 17. & 18.*
19 *Euictioni, vt ſit locus ob auocatam detentionem vigore Saluiani debet id exprimi in inſtrumēto.*
20 *ante Euictionem non poteſt agi ad pretij reſtitutionem.*
21 *Detentatione auocata vigore Saluiani, emptor ad quid agere poſſit contra venditorem.*

DECISIO CLXXIX.

INTRODVCTO iudicio per Olimpiam Ceulam pro reſtitutione ſuæ dotis contra tertios poſſeſſores bonorum alienatorū ab Alphonſo Sabbatino viro, obtinuit aſſociari ad poſſeſſionem vnius prædij poſiti in Communi Bagnarolæ, donec ex fructibus de ſuo credito remaneret ſatisfacta. Domini de Ghellis poſſeſſores dicti prædij titulo emptionis à Marchione Fontana, prętendentes ſequutam fuiſſe euictionem dicti prædij, & Marchionem teneri, & obligatum eſſe ad omnia, & quæcumque damna, expenſas, & intereſſe per ipſos paſſa iuxta formam ſuæ obligationis, de qua in Inſtrumento inter ipſos celebrato 22. Decembris 1618. obtinuerunt ſententiam ab Auditore Generali Bononieñ, in qua fuit pronunciatum ſtante euictione prædij ſequuta eueniſſe caſum, in quem Marchio tenetur ad omnia damna, expenſas, & intereſſe liquidata in ſumma, & quantitate librarum 34. millia bononenorū, & vlterius condemnatur ad valorem fructuū perceptorum, & percipiēdorum per dictam Olimpiam, necnon confirmatur tenuta per dictos de Ghellis capta de bonis eiuſdem Marchionis, & quatenus opus ſit de nouo conceditur ad præiudicium ipſius Marchionis, ſiue ad effectum ſubhaſtādi, ſeu ad effectum pro ſe retinendi, donec &c. ſiue ad effectum inſolutum recipiendi, & prout eis magis videbitur, quæ ſententia ab Auditore Eminennentiſſ. Cardinalis Legati fuit in omnibus confirmata. Deinde cauſa ad Curiam deuoluta, & mihi de partium conſenſu commiſſa cum clauſula, conſtito de duabus conformibus, &c. dubitaui iuxta formam reſcripti ſignaturæ, an conſtaret de duabus conformibus, quæ eſſent exequendæ, & negatiuè fuit reſolutum, quia licet ſecunda confirmet primā, tamen cum ſtatutum intelligatur de ſententijs va-
1 lidis, † & iuſtis, non autem de nullis, aut iniuſtis, *vt fuit dictū in Bononien. de Ghellis 9. Iunij 1610. coram R.D. meo Decano* in terminis ſtatuti Bononiæ, de quo agitur in præſenti, & *coram Card. Seraph. deciſ. 988. nu. 5. & in recent. deciſ. 660. n. 3. par. 1.*

Digitized by Google

2 *par.* 1. Stante nullitate) † & iniuſtitia ſententiarum
non eſt locus ſtatuto de dnabua conſormibus.
Nullitas ſecundæ ſententiæ deducitur ex eo,
3 † quia fuit prolata poſt inhibitionem A.C. Iudici
inferiori intimatam, qua ſtante intrat nullitas ſen-
tentiæ poſtea latæ, cum in inhitionibus emanatis à
4 Curia † non fiat diſtinctio, an ſint Canonicæ vel ne,
ſed ex ſtylo Curiæ, ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ, ſint ti-
mendæ, *Rota deciſ.* 201. *nu.* 1. *par.* 2. *diuerſ. & fa-
ciunt in term. trad. per Lancellot. de attent. poſt
inhibitionem c.* 20. *ampliat.* 22. per totam, quod ſi
Iudex inhibitus procedat vigore commiſſionis ſi-
5 bi factæ † aliquo ſuperiore in partibus, dicitur attē-
tare ex rationibus ibi adductis, nec facit quod in-
6 hibitio nulla, & iniuſta non † cauſet nullitatem, ſeu
attentata ad *trad. per Surd. in conſ.* 424. *nu.* 32. *&
per Lancellot. vbi ſupra limit.* 1. *num.* 3. *& ſeqq.*
quia non applicatur, cum in iſto caſu conſtet de iu-
ſtitia inhibitionis ex pendentia litis coram A.C. le-
gitimè introductę inter Marchionem & Buſchettū,
à quo ſibi fuerat vēditum prædiū, de quo agitur, vn-
de potuit Marchio inhibitionē obtinere ſuper cau-
ſa connexa inter eum, & dictos Ghellos, & adire
7 A.C. ne † continentiæ cauſarum diuiderentur, *Rota
d. deciſ.* 201. *nu.* 5. *par.* 2. *diuerſ.* vbi quod vt intret
inhibitio in huiuſmodi cauſis, ſufficit, quod ſenten-
8 tia lata in vna cauſa poſſit parere † præiudicium in
altera, & quod inhibitio afficiat etiam in cauſa
connexa firmauit *Rota in Calagurritana beneficio-
rum* 19. *Aprilis* 1613. *coram bo. me. Card. Sacrato
penes Marcheſ. de Commiſſ. par.* 2. *fol.* 478. *nu.* 1.
De connexitate vero patet, quia exceptiones com-
petentes Buſchetto contra Fontanam competunt
Fontanæ contra Ghellos.

De notoria iniuſtitia ſententiarum cenſuerunt
DD. conſtare, quia in eis datur aſſociatio ad om-
nia bona Marchionis, & ad reſtitutionem lib. 34.
millia pro pretio ſub prætextu ſequutæ euictionis,
quæ non probatur, cum Olimpia fuerit immiſſa in
9 Saluiano, † per quod fuit auocata ſola detentio do-
nec fuerit ſatisfacta de credito, non autem auoca-
ta poſſeſſio, vt proinde nō erat locus euictioni *ad l. ſi
ei venditor ff. de euict. Bald. in l.* 1. *in fin. ff. de peric.
& commod. rei vend. & in d. l. ſi cum venditor in
princ. Bart. in l.* 3. *in princ. de act. empt. Gaſpar
Cabal. in tract. de euict. §.* 3. *q.* 17. *num.* 152. *&
10 ſeqq.* vbi latè *& §.* 5. *nu.* 44. quia creditor † immiſ-
ſus in vim Saluiani non ſibi, ſed pro debitore dici-
tur poſſidere, *Bart. in l. ab emptione. nu.* 8. *ff. de
pact. Iaſ. in l.* 1. *§. per ſeruum. num.* 8. *ff. de acquir.
poſſ. ff.* nulla habita ratione, quod creditor poſſideat
11 quidem ciuiliter, & naturaliter quia poſſidet † ad
vtilitatem debitoris, & debitor dicitur poſſidere
quoad omnes effectus, qui concernunt dominij, &
fructuum acquiſitionem, *Soccin. vbi ſup. num.* 9. *&
Bero. conſ.* 210. *nu.* 19. firmat debitorem verè poſ-
ſidere, *Natt. conſ.* 535. *nu.* 5. *Cephal. conſ.* 63. *n.* 21.
Ea ratione quia non poteſt creditor poſſidere, niſi
ex iure debitoris, ergo hæc poſſeſſio debitori pro-
12 deſſe debet, ſicut Domino † prodeſt poſſeſſio vſu-
fructuarij, atque ita cum Saluianum detur ſolum
creditori ad auocandam pignoris poſſeſſionem re-
13 tinendam, † donec de ſuo credito fuerit integrè ſa-
tisfactus iuxta *not. per Doct. in l.* 1. *de Saluian. in-
terd. Iaſ. in §. item ſeruian. nu.* 85. *vbi Bellon. n.* 4.
inſt. de act. non poterat ex iſta immiſſione per Iu-
14 dicē † declarari factū eſſe locū euictioni, vt tenuit
Rota coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 88. *vbi Adden.
num.* 12. *in Peruſina bonorum* 17. *Aprilis* 1617.
coram bo. me. Buratto in Romana ſpolij 10. *Decem-
bris* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino, & in Fir-
mana cenſus* 3. *Decembris* 1635. *coram eodem, &
in alijs deciſionibus*, quæ paſſim allegantur in hac
materia, nec per Ghellos repeti integrum pretium
quaſi prædium, de quo agitur, & eius poſſeſſio fue-
rit ſibi in perpetuum auocata, & euicta, quia hoc
nullibi in iure probatur, ſed ſolum per ipſos pote-
rat repeti, quod ipſis per auocationem detentionis
15 dicti prædij auferebatur, ſicq. ſolum valor, † qui ex
fructibus prædij ab Olimpia percipi poterat, vt in
iſtis terminis tenuit *Rota in Romana domus ad Sā-
ctum Honuphrium* 29. *Aprilis* 1626. *&* 15. *Martij*
1627. *coram Reuerendiſſ. Vrgellen.* Quibus non
obſtat, quod etiam per ſolam auocationem deten-
16 tionis vigore † Saluiani fiat locus euictioni pro-
miſſæ verbis vniuerſalibus, *vt in Romana Saluiani
coram R. P. D. meo Merlino* 20. *Nouembris* 1630.
nu. 6. *& ſeqq. inter impreſſ.* 5. *par. recent. deciſ.*
407. in qua videtur receſſum à Romana ſpolij ſu-
pra allegata eiuſdem D. mei Merlini, quia etiamſi
in Romana Saluiani fuerit reſolutum pro immiſſio-
ne ad fauorem D. Marchionis Aſdrubalis Matthæi,
tamē compatitur cum reſolutione in Romana ſpo-
lij eiuſdem Domini mei Merlini, quia in Roma-
17 na Saluiani in verbis expreſſis † appoſitis in In-
ſtrumento ad fauorem Marchionis Matthæi ex-
tabat obligatio, tàm auocata poſſeſſione, quàm
non auocata, & propterea cenſuerunt DD. in illo
caſu ad conſequendam euictionem, & releuationē,
non fuiſſe opus emptori, quod ei poſſeſſio fuiſſet
ablata, ſed ſufficere fuiſſe auocatam ſolam deten-
tionem, quia illa verba tàm auocata poſſeſſione,
18 † quàm non auocata, comprehendunt caſum auo-
cationis ſolius detentionis iuncto verbo vniuerſali
in omni iudicio poſſeſſorio, de quo in caſu vltimæ
deciſ. D. mei Merlini; talis autem obligatio non
poteſt conſiderari in cōtractu inito inter Marchio-
nem Fontanam. & Ghellos ex illis verbis, ibi, ſed
ipſam rem venditam legitimè defendere ab omni,
& quocumque iure, & ipſius rei, vt ſupra, venditę,
& cuiuslibet eius partis, & iuris poſſeſſionem, &
tem ipſam vacuam, & liberam eidem emptori tra-
dere, &c. quia non poſſunt comprehendere caſum
ſimplicis detentionis, vt in terminis deciſionis in
Romana Saluiani, quoniam, vt dicitur in illa deci-
ſione, prouidè D. Marchio Matthæus vſus fuit cau-
tela, † tàm auocata poſſeſſione, quàm non auocata,
& propterea clarè patet ex reſolutione in Rom.
Saluiani non fuiſſe receſſum à *dicta Romana ſpolij*
10. *Decembris* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino*,
cum vtraque reſolutio firma remaneat in ſuo pro-
prio caſu.

Non obſtat, quod ex prægnantia verborum, &
promiſſionum contentarum ſub pacto conſtituti in
inſtrumento venditionis adiectio etiam iſto caſu de-
beretur reſtitutio pretij loco intereſſe, quia in ex- 21
tenſione clauſulæ conſtituti nihil reperitur diſpoſi-
tum, quod cogat venditorem erga emptorem, niſi
in

in tantum in quantum fuerit ſequuta enictio, vel in poſſeſſorio, quæ in caſu noſtro nullatenus concurrit, & proinde ſi Marchio tenebatur ad defenſionem poſſeſſionis, ſuccedit intereſſe ob damnum paſſum in amiſſione fructuum, & pro tempore, quo illis Ghelli, vt fuit dictum ſupra, priuati remanebunt, & ſic cum promiſſiones quamuis amplæ hunc caſum non comprehendant, de eis non eſt agendum, & quatenus in eis extaret promiſſio liberandi à moleſtijs, tamen cum Ghelli non ita egerint, ſed ad reſtitutionem pretij, ſentẽtiæ in remedio diuerſo emanatæ non poſſunt ſubſtineri, cum ante euictionem
20 non poſſent † agere ad pretij reſtitutionem, ſed tantum pro liberatione à moleſtijs illatis ab Olimpia, quæ cum fuiſſet immiſſa ad tempus, donec de fructibus fundi eſſet ſatisfacta, & per conſequens dum intereſſe conſiſtebat in auocatione temporali fructuum, non erat locus reſtitutioni pecuniarum pro toto pretio fundi, ſed pro rata proportionata
21 fructuum † prædij, donec Olimpiæ immiſſæ eſſet ſatisfactum, vt tenuit Rota *in d. Romana domus 15. Martij 1627. coram Reuerendiſs. Vrgellen. deciſ. 49. par. 5. recent.*

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum nõ conſtare de duabus cõformibus exequẽdis, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Hiſpaleñ Decimarum de Almonte.

Die Veneris 5. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Inter actionem negatoriam, & confeſſoriam an adſit differentia. Parochus quãdo probauerit, quod decimæ alicuius loci ad eum ſpectent, & non ad Dominum loci vti decimæ temporales. Decimæ de quibus fructibus debeantur.

SVMMARIVM.

1 *Actiones confaſſoria, & negatoria ſunt inter ſe diuerſa. & nu. 2.*
3. *Actionum, & perſonarum diuerſitate ſtante, non poteſt argui de vna ad aliam.*
4 *Actiones confeſſoria, & negatoria nihil commune in ſe habent, etiamſi in eodem libello cumulentur, & in ſententia enunciata ſint.*
5 *Itaut ex inualiditate vnius ſententia remaneat inualida.*
6 *In cauſa citari illi debent, de quorum intereſſe principaliter agitur.*
7 *in Actionis negatoria proſecutione, qua requirantur.*
8 *Teſtes quando concludenter probent, quod aliquis locus exiſtat intra fines alicuius Parochiæ. Confines probantur etiam ſolis coniecturis. nu. 8.*
9 *Epiſcopus ſi habeat curam vniuerſalem omnium Eccleſiarum ſua Diœceſis, ei omnes debentur decima.*
11 *Parocho, quod debeantur decima, controuerti non poteſt, quod multo magis procedit, quando non agitur de maioribus, ſed de minutis.*
12 *Decima nedum de omnibus fructibus integra debentur, & de omni re fructuum reddente;*
13 *Sed etiam de quacumque alia re, ſcilicet piſcatione, venatione, aueupio, lapidicinis, opificio, negociatione, ac mercede.*
14 *Vnde excipientibus de conſuetudine, & tollerantia, incumbit onus probandi, & quidem legitimè præſcriptam.*
15 *Eccleſia Parochialis non poteſt pretendere illas decimas ad ſe ſpectare, quæ ſunt redditus merè prophani, & ſpectantes ad aliquem maioricatũ.*
16 *Eccleſia Parochialis non habet ſuper illis decimis ius, ſi ſpectet ad aliquem laicum ratione conſuetudinis immemorabilis, & priuilegij conceſſi per Summos Pontifices ante Concil. Lateranen. & num. 22.*
17 *Decimarum appellatione non veniũt redditus prophani, ſed benè ſecũdum iuris interpretationem, & verbi proprietatem veniunt decimæ ſpirituales. & num. 18.*
19 *Laicus nullum ius, nullamq. actionem habere poteſt ſuper decimis, poſt Concil. Lateranen.*
20 *Laicus decimarum temporalium eſt capax, & ideo in earum exactione impediri non poteſt.*
23 *Actori ſufficit fundaſſe actionem ſuam, ex quo reſultet non ius rei.*
24 *in Actione negatoria præcipuum eſt excludere nou ius rei.*
25 *de Decimarum materia quando controuertitur, multum vtile eſt ſcire, qua actione agitetur.*
26 *Decimarum exactionem Dominus loci Parocho impedire non poteſt, exceptione propriarum decimarum temporalium.*
27 *Decima ante omnia ſoluendæ ſunt Rectoribus.*
28 *Decimas ſpirituales, ſi Dominus loci perceperit, ad earum reſtitutionem tenetur. limita nu. 29.*
30 *Confeſſio à ſua qualitate ſeparari poteſt, ad aliquid ſubſtinendum.*
31 *Confeſſio qualificata ſeparari poteſt, quando contra qualitatem militat iuris præſumptio.*
32 *Pater ſi fuerit condemnatus ad aliquid reſtituendum, eo mortuo ad id filius non tenetur, quando non probatur, quod ſit eius hæres. limita n. 33.*
34 *Verba, quæ non ſint apta, ad declarandum aliquem eſſe hæredem.*
35 *Succeſſor quod ſit filius in domo, ſtatu, & maioricatu aliud eſt, & aliud, ſi ſit filius, & ſucceſſor in hæreditate.*

DECISIO CLXXX.

ITERATA diſputatione dixerunt Domini ſententiam Rotalem eſſe confirmandam.

Non enim dubitarunt de validitate ſententiæ propter omiſſam Incolarum cõdemnationem quoad onus præſtandi, & ſoluendi decimas Capitulo de fructibus controuerſis, quaſi non prius, quàm diſcuſſo eorum iure Dominus Dux iudicialiter conueniri potuerit ad reſtitutionem perceptarum decimarum, & inhiberi, ne audeat impedimenta præſtare Capitulo in exactione decimæ ad ipſum ſpectantis, ac declarari nullum ius, nullamq. actionem Domino Duci competere ſuper huiuſmodi iure decimandi, quoniam ex lectura petitionis Capituli colligitur, propoſitas fuiſſe duas actiones; Primam

mam contra Ducem Alphonſum ſuper non iure
decimaudi, & per conſequens non impediendi Ca-
pitulum in exactione ſuarum decimarum ſpiritua-
lium, & eo caſu ad reſtitutionem exactarum; Secũ-
dam vero contra incolas, & oppidanos, poſſeſſo-
reſq. fundorum decimaliũ ſuper iure Capituli de-
cimandi, & decimas ſpirituales percipiendi ex eo-
rum fundis ob Sacramentorum adminiſtrationem:
quæ actiones, prout ſunt negatoriæ, & confeſſoriæ,
dum aſſeritur in prima, nullum ius reo competere
in meo iure decimandi, in ſecunda vero ius mihi
1 competere decimandi in fundis Incolarum, † cum
ſint inter ſe diuerſæ, *l.2. in princ. ff. ſi ſeru. vend.
c. bona, il ſecondo, & ibi Innoc. num. 5. de poſtul.
Prælat. gloſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina, in verbo
quicquid iuris de cauſ. poſſ. & propriet. c. examina-
ta, vbi gloſ. in verbo poſſidebat, verſ. & confeſſoria
de iud. Seraph. deciſ. 1436. num. 4. Iaſ in §. æque.
num. 54. & ſeqq. & ibid. Angel. num. 3. & Faber.*
2 *inſtit. de act.* & in terminis decimarum † practicari
tanquam diuerſas dixerunt *Abb. in cap. tua. nu. 11.
de decimis, Rebuff. eod. tit q. 9. nu. 11. & ſeqq. Roſ-
fred. de libell. par. 4. ſub rubr. de action. confeſſ.* &
negat *Monet. de decimis q. 8. nu. 38.* meritò attenta
hac diuerſitate actionum, & perſonarum de vna
3 † ad aliam inferri non poteſt ad parandam proceſ-
ſus nullitatem, cum nil commune inter ſe habeât,
vt propterea quamuis in eodem libello, & petitio-
ne cumulatæ fuerint prædictæ actiones, & in ſen-
4 tentia Rotali enũciatæ, † & quoad incolas, & op-
5 pidanos deficiant validæ citationes, † non tamen
ſententia remaneat inualida quoad D. Ducem, qui
in reſcriptis commiſſionum fuit comprehenſus, &
ſemper legitimè citatus, & contra eum ſolum po-
tuit dirigi condemnatoria omiſſis oppidanis, con-
6 tra quos in actione diuerſa † Capitulum non tene-
batur proſequi iudicium per *l. de vnoquoque, cum
gloſ. in verbo quos cauſa. ff. de re iudicat. Dec. conſ.
564. num. 8. verſ. licet, & conſ. 700. in fin. Salycet.
l. 1. nu. 4. C. ſi adu. rem iud. Oſaſcb. deciſ. 157. n. 3.
Surd. conſ. 103. nu. 3.*

Nec pariter de iuſtitia eiuſdem ſentẽtiæ fuit hæ-
ſitatum, quia ex parte Capituli omnia requiſita,
7 quæ in † proſequutione actionis negatoriæ deſide-
rantur, & quæ ponuntur per *Rebuff. ead. quæſt. 9.
num. 12. de decim.* probata remanent, nempe præ-
dia decimatoria eſſe intra fines Parochiæ, agen-
temq. ad decimas eſſe Curatum: nam primo, & ſe-
cundo requiſito fuit ſatisfactũ in deciſionibus cau-
8 ſæ; quoniam exiſtentiam † intra fines concluden-
ter probant teſtes dati deponentes de certis limi-
tibus, & alijs coniecturis, quæ ſola ſufficerent,
*c. cum cauſam de probat. c. cum olim de cenſib.; Dec.
conſ. 164. nu. 114. Seraph. deciſ. 441. num. 3. Hier. à
Monte de fin. cap. 50. nu. 7. Rot. dec. 434. nu. 4. co-
ram Papa Greg. XV.* Agentes vero habere iura
parochialia benè iuſtificatur ex eo, quod in Diœc.
9 Hiſpaleñ non reperiuntur † diſtinctæ Parochiæ, ſed
cura animarum omnium Eccleſiarum exercetur
ab Archiepiſcopo, ſiue illius nomine per Vicarios
ab eodem pro tempore deputatos; cui proculdu-
10 bio vti vniuerſali Parocho decimæ † omnium præ-
diorum debentur *cap. fin. de Paroch. Rot. dec. 371.
num. 1. 677. nu. 2. par. 153. nu. 2. 214. nu. 1. par. 2.
recent.* & de hac Diœceſi in ſpecie fuit firmatum
*in Hiſpalen. iuris nominandi 29. Aprilis 1613. co-
ram D. Card. Pamphilio*, cuius Archiepiſcopi, &
Parochi vniuerſali iure hodie vtuntur Decanus, &
Capitulum tanquam generales, & perpetui admi-
niſtratores redditũum, & omnium decimarũ. Ar-
chiepiſcopatus, prout in deciſionibus cauſæ latè
fuit firmatum, nec ſuper hac probatione apud Do-
minos remanet difficultas.

Pertinentia autem decimarum controuerſarum
euitari non poteſt ex qualitate earumdem, dum
11 dicitur non agi de maioribus, ſed de minutis † nẽ-
pe olei, oliuarum, ficuum aridarum, & laterum,
quas colentes agros poſſunt retinere, & per con-
ſuetudinem in libertate tueri, *Rebuff. de decim. qu.
13. num. 51. Couar. var. lib. 1. cap. 17. num. 8. Mo-
net. de decimis quæſt. 1. cap. 5. nu. 93.*

Quoniam regulare eſt, & in deciſionibus fuit la-
12 tè reſponſum, decimam, † nedum de omnibus fru-
ctibus integram deberi, & de omni re fructũ red-
dente, *c. 1. §. has vero decimas, 16. quæſt. 17. cap.
quoniam, de decim. Rebuff. quæſt. 8. in princ. Monet.
eod. tit. cap. 4. q. 1. Rot. in Mediolanen. decimarum
S. Iuliani 18. Martij 1613. coram D. Card. Pam-*
13 *philio*, ſed, & de † quacumque alia re, venatione,
piſcatione, aucupio, lapidicinis, opificio, negocia-
tione, ac mercede, idem *Rebuff. d. quæſt. 8. num. 23.
Monet. d. cap. 4. quæſt. 1.* & cum alijs in prioribus
14 deciſionibus allegatis. Vnde † excipientibus de
conſuetudine, & tollerantia, incumbit onus pro-
bandi, & quidem legitimè præſcriptam, *c. fin. de
conſuet. cap. cum Eccleſia Sutrina de cauſ. poſſ. &
propr.* quæ hucuſque pro parte Ducum non fuit
probata;

Non obſtant exceptiones Ducis oppoſitæ peti-
tioni Capituli, ſuper qua tria determinãtur in ſen-
tentia Rotali; Primò, ſcilicet ius decimãdi, & per-
cipiendi integras decimas olei, oliuarum, ficuum
aridarum, & laterum in Oppidis, & Terris enun-
ciatis ſpectare, & pertinere ad Canonicos, Deca-
num, & Capitulum generales, & perpetuos Ad-
miniſtratores redditũum, & omnium decimarum
Ciuitatis, & Diœceſis Hiſpaleñ: Secundò, nullum
ius, nullamq. actionem in & ſuper huiuſmodi de-
cimis, earumq. iuribus eidem Duci, vel pro tem-
pore ſucceſſoribus competijſſe, minuſq. compete-
re: Tertiò, eumdem Ducem teneri ad reſtitutionẽ
omnium, & quarumcumque decimarum olei, oli-
uarum, ficuum aridarum, & laterum, tàm per ip-
ſum Ducem modernum, quam per eius prædeceſ-
ſores exactarum, & perceptarum in exequutione
ſententiæ liquidandarum.

Quoad primam, & ſecundam partem exceptio-
nes D. Ducis, quæ dantur, dicunt, quod decimæ,
quas prætendit pars aduerſa fuerunt, & ſunt red-
15 ditus † merè prophani, & ſpectantes ad maiorica-
tum Comitatus de Niebla, & caſu quo ſint decimæ,
16 ſpectant ſimiliter Duci ratione conſuetudinis † im-
memorabilis, & priuilegij Ducibus conceſſi per
Summos Pontifices, ante Concilium Lateranenſe.
Prima exceptio, quæ reſpicit non ius Capituli, eſt
omnino irreleuans, quoniam decimæ, quæ petun-
tur per Capitulum, & in quibus Dux nullum ius,
17 nullamq. actionem † habet ſunt verè decimæ, non

autem redditus prophani nedum iuris præſumptio-
ne, & verbi proprietate, *Alciat. conſ. 32. n. 2. lib. 1. Bald. conſ. 419. verſ. item, & decimæ, lib. 1. Rot. de-
ciſ. 485. num. 1. par. 1. recent. Bertaz. conſ. ciuil. 17. num. 15. & ſeqq. & in Albiganen. decimarum 25. Iunij 1627. coram bo. me. Card. Virili*, ſed etiam
quia tales per Capitulum probantur, à quo vendi-
18 cantur † ex iure vniuerſali Eccleſiarum Parochia-
lium Ciuitatis, & Diœceſis Hiſpaleñ & ita vigo-
re Canonis, *c. cum contingat, de decim. c. ad deci-
mas de reſtitut. ſpoliat. c. fin. de Paroch.* non autem
tanquam redditus conuentionales, aut regales. Se-
cunda vero exceptio concernens ius proprium ip-
ſius Ducis ratione conſuetudinis immemorabilis,
& priuilegij Apoſtolici, cum deficiat in probatio-
ne vt in deciſionibus cauſæ fuit firmatum, non ſuf-
fragatur, quia ſemper conuincitur, cum nullum
19 ius, nullamq. actionem haberet propter laici † in-
capacitatem poſt Concilium Lateranenſe obtinē-
di ius decimandi *ex Io. Andr. Felin. & alijs allega-
tis in Toletana decimarum de Capilla 4. Decemb. coram bo. me. Andrea, & latius in deciſionibus cau-
ſa comprobatis.*

Non obſtat, quod D. Dux non prætendat deci-
mas, quę verè ſunt ſpirituales, aut tales dici poſſint,
ſed temporales ratione dominij, & ſuperioritatis,
20 † quæ à Canone non prohibentur, ſed expreſsè ad-
mittuntur *in c. cum non ſit in homine de decim.* &
quatum laicus eſt capax, *Bald. eod. conſ. 419. vol. 1. Rot. deciſ. 303. nu. 3. & 313. num. 3. par. 1. recent. cum alijs adductis per Adden. ad deciſ. 404. coram
21 Papa Greg. XV.* vt propterea impediri † non poſ-
ſit in exactione earumdem.

Quia aliud eſt, quod Dux excipiat de non iure
Capituli, vt decimæ, quæ petuntur, non ſint veræ
decimæ, ſed redditus prophani ſpectantes ad ma-
ioricatum, & vlterius, quatenus ſint decimæ ſpiri-
22 tuales adhuc ad eum ſpectent † ratione conſue-
tudinis immemorabilis, & priuilegij Apoſtolici;
aliud vero quod ipſe habeat decimas temporales
ex contractu, vel ſuperioritate Principum proue-
nientes, nam de controuerſis in primo caſu eſt iu-
dicium per Capitulum motum ciuili actione nega-
toria, in cuius proſecutione Capitulum fūdauit in-
tentionem ſuam ſuper iure parochiali, & exiſten-
tia prædiorum intra limites, vt inde reportet de-
claratoriam non iuris ipſius Ducis, ac remotionem
impedimenti in exactione decimarum. De ſecun-
do vero caſu non eſt lis, nec controuerſia, nec prę-
tenſio, nec impedimentum ex parte Capituli, quin
D. Dux ſuas decimas, ſiue conuentionales, ſiue
regales percipiat ab incolis, & ex prædijs eorum,
23 ſi quas habet, & ſufficit † Capitulo fundaſſe inten-
tionem ſuam, ex qua reſultat non ius Ducis in de-
cimis ſpiritualibus, quod eſt præcipuum in actione
24 negatoria, vt aduertit idem *Rebuff. quæſt. 9. nu. 11.*
dicens multum vtile eſſe ſcire, qua actione expe-
25 riatur, † quamuis Canoniſtæ non multum curent
de his formulis, & quod non obſtante exceptione
propriæ decimæ temporalis nō poſſit impediri Pa-
26 rochus vniuerſalis † decimator in exactione deci-
mæ ſpiritualis *fuit reſolutum in Sabinen. decima-
rum coram Gypſio 12. Maij 1597.* propter priuile-
27 gium decimarum, † quæ ante omnia ſoluūtur Re-
ctoribus per ſupradictum *c. cum non ſit in homine
de decim.*

Supereſt tertia pars reſpiciēs condemnationem
omnium, & quarumcumque decimarum olei, oli-
uarum, ficuum aridarum, & laterum tàm per ipsū
Ducem modernum, quàm per eius anteceſſores
28 exactarum, & perceptarum, † quæ proculdubio ac-
cedere debet fundatæ intentioni Capituli, vt eaſdē
remedio rei vendicationis vendicare poſſit, *c. re-
uertimini, verſ. quia mihi non reddidiſtis 16. q. 1. Rebuff. de decim. quæſt. 9. nu. 6. Monet. eod. tit. c. 8. quæſt. 2. num. 33. Azor. inſtit. moral. par. 1. lib. 7. cap. 23. quæſt. 9. verſ. ſecunda opinio.*

Non obſtat quatenus probetur exacta hæc deci-
29 ma per Duces, cum prætendant † illam exigi tā-
quam temporalem, adhuc nihil venire reſtitueñ
Capitulo.

Quia, cum nunquam fuerit quæſtio inter Capi-
tulum, & Ducem ſuper tributis, vel alijs tempo-
ralibus decimis, ſed ſuper decimis prædiorum, de
quibus agitur, & Dux aſſerat percepiſſe vt ſuas,
negando dominium Capituli, meritò iuſtificata
30 pertinentia ex parte Capituli confeſſio † à ſua qua-
litate poteſt ſeparari ad ſuſtinendam condemnatio-
nem, *Bart. in l. Aurelius. §. idem quæſiuit. nu. 2. ff. de liber. leg. Crauet. conſ. 150. num. 5. Gaill. obſeru. 106. lib. 2. Burſatt. conſ. 53. nu. 19. Rot. deciſ.* 802. *num. 2. par. 1. diuerſ. Surd. prædictos allegās
deciſ.* 258. *nu.* 12. confirmans concluſionem, quando
31 vrget contraria † præſumptio aduerſus qualita-
tem, & multo magis quando, vt in præſenti, veritas
concludenter probata fuit, decimas ſupradictas
ſpectare ad Capitulum.

Denique non obſtat, quod ſaltem condemnatio
ſuſtineri non poſſit contra modernum Ducem,
32 † qui non probatur hæres mediatus, neque imme-
diatus Ducis Alphonſi patris, cum quo lis fuit in-
choata, quamuis ipſe ſit filius, & ſucceſſor in Du-
catu, & maioricatu.

Quia quoad modernum Ducem, & pro tempo-
re, quo ſucceſſit in Maioricatu, condemnatio ſem-
33 per ſuſtinetur † cum fuerit citatus, & procurato-
res conſtituerit, qui mandatum acceptarunt, &
cauſam defenderunt.

Quo verò ad Ducem Alphonſum, & pro tempo-
re, quo ille decimas percepit, dixerunt Domini
modernum Ducem, non teneri non probato ad-
huc, quod hæreditatē patris adierit, & in hac par-
te ſententiam Rotalem eſſe reformandam, quia
verba mandati dati pro defenſione cauſæ per eum-
dem modernum Ducem, & ex quibus deſumitur
34 aditio hæreditatis, † non ſunt apta illum declaran-
di hæredem quamuis fateatur Capitulum velle cō-
tra ſe, tanquam filium Ducis Alphonſi, & illius
ſucceſſorem in domo, ſtatu, & maioricatu agere
pro decimis controuerſis, cum aliud ſit ſucceſſor in
35 domo, † ſtatu, & maioricatu, & aliud ſit filius, &
ſucceſſor in hæreditate, *Molina de primogen. lib. 1. cap. 8. nu. 15. & cap. 10. nu. 29. & cap. 14. nu. 13.*

Et ita fuit concluſum vtraq; parte informante.

¶ *In eadem cauſa in ſequenti volumine habetur alia deciſio ſub die 20. Iunij 1639. coram eod. R. P. D. Pirouano.*

R.P.D.

R. P. D. PIROVANO.

Romana Cenſus.

Die Mercurii 10. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Vxor, licet habeat omnia bona viri obligata, pro reſtitutione dotis, & præferatur alteris, tamen id ceſſat, quando alij creditores ſunt anteriores, & habent expreſſam hypotecam. Poſſidens aliquid iure pignoris, non impedit eius executionem.

SVMMARIVM.

1 *Vxor habet obligata omnia bona ſui viri, pro conſequutione ſuæ dotis, & ideo ſi ea poſſideat, non poteſt contra eam, vti tertiã, agi via executiua.*

2 *Creditum dotale, quando eſt poſterior alteri credito, non habet priuilegium prælationis, ſuper bonis viri aduerſus creditores habentes expreſſam hypotecam.*

3 *Statutum Vrbis continuat poſſeſſionem bonorum patris in filios hæredes in inſtanti etiam temporis momento.*

4 *Poſſidens iure pignoris non poteſt impedire executionem mandatorum ſubhaſtationemq. ac vẽditionem, & adiudicationem ad effectum perfectæ exequutionis. & nu. 5.*

5 *Clauſula, conſtituti, effectus ceſſat mortuo conſtituente, dum ab alio poſſeſſio fuit occupata, & cõſtitutarij non curarunt apprehendere naturalem, quo caſu videntur vtramque amiſiſſe.*

6. *Sed vt hoc ceſſet, ſufficit, quod conſtitutarij ignorauerint occupationem tertij, vt non dicantur renunciaſſe iuri ſuo.*

7 *Ignorantia in dubio ſemper præſumitur.*

8 *in Voluntate alicuius, ea quæ ſolum dependent, penitus tertio ſunt incognita.*

9 *Statutum Vrb. de continuanda poſſeſſione in filios, deſiderat in eis qualitatem hæreditariam.*

10 *Filij cenſentur adiuiſſe hæreditatem patris, ſi eius mater tutorio nomine filiorum locauit domos, apothecas, &c. patris.*

11 *Filij, quod adiuerint hæreditatem patris, ſufficit hoc probare ex aſſertione matris tutricis.*

12 *Creditoribus non eſt prohibitum, ad excludendam poſſeſſionem alicuius probare, quod de eo tempore alius erat in poſſeſſione.*

DECISIO CLXXXI.

CAVSA repropoſita. & Domina Comitiſſa informante reſponſum fuit ſtandum eſſe in deciſis 4. Iulij præteriti * ſcilicet mandata exequutiua per A.C. relaxata contra bona hæreditaria Com. Iulij Cæſaris eſſe exequenda, quia de credito Darij conſtat ex inſtrumentis productis, & ceſſio Ferrantis ab eodem Dario obtẽta pariter ex inſtrumẽtis exhibitis iuſtificatur, quorum exequutio impediri non poteſt, ex perſona d. Comitiſſæ vigore iurium ſuarum dotalium, & ſe poſſidere
1 † prætendentis omnia bona ſui viri pro conſequutionẽ ſuæ dotis, & vti tertiam nõ poſſe via exequutiua moleſtari; quia prædictis fuit plenè reſponſum in deciſione quæ reuidetur, ex quo creditum, pro quo nunc agitur, anterius eſt credito dotali nõ ha-
2 bente priuilegium prælationis † ſuper bonis viri aduerſus creditores habentes expreſſam hypotecã, & poſſeſſionem d. Comitiſſæ non iuſtificari ſiue illa deducatur ex conſtituto, propter anterius conſtitutum in contractu cenſus appoſitum, ſiue noua allegetur poſt mortem viri iuris præſumptione mutata de cauſa familiaritatis in cauſam poſſeſſionis ratione ſuæ dotis obſtante ſtatuto Vrbis continuã-
3 te † poſſeſſionem in filios hæredes in inſtanti circumſcripto etiam temporis momento, per quod omnis actus nedum poſitiuus, ſed etiam voluntatis excluſus remanet.

Et hodie additur cum nõ allegetur poſſeſſio iu-
4 re dominij, ſed tantum iure pignoris † non poſſe impedire exequutionem mandatorum, ſubhaſtationemq., ac venditionem & adiudicationem ad effectum perfectæ exequutionis per *l. à Diuo Pio. §. quod ſi res fuerit. ff. de re iud. l. quamuis in princ. de pignor. acti. Auth. hoc ita. C. de pignor. & hipot. & idem comprobant Bart. in d. l. à Diuo Pio. §. ſed & illud vbi etiam Iaſ. & Alex. Grat. diſcept. 941. num. 3. & 4.*

Ex quibus patet nil referre, quod D. Comitiſſa faciat ſe tertium poſſidentem, cũ teneatur pati exequutionem contra bona hæreditaria ſui viri, dum
5 † poſſidet non iure dominij, ſed pignoris, & nihilominus iuuari non poteſt aſſerta ſua poſſeſſione ad euitandum effectum exequutionis, vt in deciſione cauſæ fuit plenè comprobatum.

Non obſtat, quod reſpectu anterioris conſtituti illius ceſſauerit mortuo conſtituente dum ab alio poſſeſſio fuit occupata; & nec Darius, nec Ferrantes curauerint apprehendere naturalem, quo caſu videatur vtramque amiſiſſe, *Rot. deciſ. 694. nu. 8. par. 1. recent. & in Camerinen. donationis 17. Apri-*
6 *lis 1631. coram Episcopo Vrgellen.* quia ſufficit † cõſtitutario ignoraſſe occupationem à tertio, vt iuri ſuo non dicatur renunciaſſe *Tiraq. de conſtit. poſſ.*
7 *par. 3. limit. 21. nu. 12.* & quæ † ignorantia in dubio præſumitur, & magis indubitanter in præſenti vbi deſumitur ex legis præſumptione poſita in volũtate poſſidentis ex alia cauſa nempe familiarita-
8 tis, quæ ſemper pendet à † declaratione vxoris penitus creditoribus incognita.

Demum non obſtat nouam poſſeſſionem mortuo viro per D. Comitiſſam iuris præſumptione ſuperueniente titulo dotis apprehenſam benè ſub-
9 ſiſtere, non obſtante † ſtatuto deſiderante qualitatem hæreditariam in filijs, de qua non docetur, & vlterius non licere tertio creditori excipere contra hæredem eſſe *ſaiſitum*, & ſeu à lege factum immediatum poſſeſſorem, ſed quidem hoc ſolum poſſe allegare ipſum hæredem contra turbãtes illius poſſeſſionem, *Tiraq. in tractatu le mort ſaiſit par. 7. declarat. 1. num. 1.*

Quia de qualitate hæreditaria filiorum Com. Iu-
10 lij Cæſaris ſufficienter conſtat † ex locationibus domorum, & apothecarum factis per eandem Comitiſſam tutorio nomine filiorum, & hæredũ Com. Iulij Cæſaris, quæ dantur, & ſic paternam hæredi-
11 tatem fuiſſe aditam ex aſſertione † eiuſdem matris,

quod inſicit *Marauta in l is poteſt nu.75. & ſeqq. de ac uir. poſſ ſſione, Crau. conſ. 837. n: m.7. Rot. deciſ. 7. coram Gregorio XV.* & de facultate excipiendi filios eſſe hæredes, & poſſeſſores immediatos ad excluſionem poſſeſſionis matris non videtur poſſe dubitari cum non contendatur contra filium, aut filios vt inuiti ſint hæredes patris, ſed ex eorũ aditione infertur ad excluſionem prætendentium
12 † poſſeſsionem, quod creditoribus non eſt prohibitum ex mente eiuſdẽ *Tiraq. par.7. decl.2. n.6. & 7.* Et ita &c.

☞ * *Vide hanc deciſionem infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito. Alia vero deciſiones in hac cauſa erunt in ſequenti parte.*

R. P. D. VEROSPIO.

Toletana Decimarum de Gapilla.
Die Lunæ 15. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Laicus aliquis ſi plenè, & concludenter probauerit, quod ad ipſum ſpectant decimæ, ſcilicet per teſtes deponentes tàm de fama priuilegij Apoſtolici, quàm de eius immemorabili perceptione, ſi pars aduerſa dictam probationem conquaſſare vult, quid debeat docere, & quæ ad hoc non ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Actor, poſtquam fundauit concludenter intentionem ſuam, ſi reus excipiat contra eam, fit actor in ſua exceptione, quam plenè, & concludenter probare tenetur, vt poſſit dici ſublata, vel in parte eliſa contraria probatio.*
2 *Teſtes benè probant immemorabilem, ſi deponant iuxta requiſita gloſ. in cap 1. de præſcript. in 6.*
3 *Probatio, quando eſt perfecta, & abſoluta, non poteſt tolli, niſi ex eadem, vel pari probatione.*
4 *Immemorabilis præſcriptio, vt excludatur, ſatis eſt, vt oſtendatur extare contrariam hominum memoriam.*
5 *Spirituale, quod eſt, cum ſit diſtinctum à dominio temporali, in eius conceſſione non venit.*
6 *Ius decimandi poteſt concedi ex priuilegio Apoſtolico independenter à dominio loci, cui competit tale ius.*
7 *Decimarum conceſſio eſt poſita in libero arbitrio Papæ, qui illas donare poteſt, non ſolum Regibus ſed etiam alijs perſonis.*
8 *Poſſeſſio immemorabilis, ſi fuerit concludenter probata, vt per alteram partem excludatur, debet etiam afferri concludens probatio.*
9 *Voluntas à poteſtate metienda eſt.*
10 *Decimæ ſpirituales inter Laicos non poſſunt permutari, aut vendi.*
11 *Decimæ, de quibus fit mentio in contractibus Laicorum, non aliter ſunt interpretanda, quàm de decimis temporalibus.*
12 *Dictio illa, & alijs &c. ſignificat ea, quæ non ſunt diſſimilia ab illis rebus, quæ ſunt ſpecificata.*
13 *Decimarum nomine ex vſu Hiſpaniæ nihil aliud ſignificatur, quam emolumenta debita Principi pro parte decima pretij omnium contractuum.*
14 *Decimæ, quæ ſoluuntur pro mercibus adductis in portubus maritimis, numerantur inter regalia Principis.*
15 *Decimæ maris, & vectigalium ſunt ſæculares.*
16 *Tertia Eccleſiaſtica ſolita erant concedi Regibus Caſtellæ à Sede Apoſtolica occaſione bellorum, quæ ſuſtinebant contra Mauros. vide num. 17. & 18.*
19 *Productione ſcripturarum, quis iuuari poteſt omni meliori modo.*
20 *Titulorum plurium concurſus admitti poteſt ad aliquid probandum.*
21 *Titulorum plurium concurſus, tunc facilius admittitur ad aliquid docẽdum, quando tituli ſunt inter ſe compatibiles, ſi vnus dicatur venire in confirmatione alterius.*
22 *Productio facta in vna cauſa, non poteſt nocere in diuerſa.*
23 *Succedens ex propria perſona; & non tamquam hæres, ei non obſtant, quæ per ſuum anteceſſorẽ fuerunt facta.*
24 *Laicus, vt ſit capax decimarum præter probationem immemorabilis probari debet fama priuilegij Apoſtolici.*
25 *Teſtes non probant famam, ſi de ea dubitatiuè, & per verbum credo, deponant.*
26 *Teſtes, vt probent famam, concludere debent, quod aliter eſſe non poſſet, quia ipſi id ſcirent.*
27 *Teſtes non poſſunt probare aliquid ante tempus motæ litis, ſi in eis deficiat ætas.*
28 *Famæ probatio de tempore poſt motam litem non releuat.*
29 *Teſtes deponentes ſuper affirmatiua, ſunt præferendi illis, qui ſuper negatiua deponunt.*
30 *Teſtes numero plures ſunt præferẽdi paucioribus, & maxime ſi illi plures deponant ſuper affirmatiua.*
31 *Teſtium inhabilitates ſupplentur ex numero.*
32 *Teſtium depoſitiones, ſi ſint fundatæ ſuper aliqua falſa ratione, non ſunt attendendæ.*
33 *Scriptura publica teſtium depoſitionibus præualere debent.*
34 *Teſtes, vt probent, omnes debent reddere vnam rationem.*
35 *Laici vt dicantur capaces decimarum præter immemorabilem, ſat eſt ſola probatio priuilegij in genere, nec opus eſt, vt appareat etiam de cauſa propter quam idem priuilegium dicatur conceſſum, & ſic DD. in hac materia loquuntur, & num. 36.*
37 *Teſtes, ſi deponant, quod aliquis in aliquo actu interuenit, ex hoc non dicitur probata negatiua, quod alij non interuenerunt.*
38 *Teſtes, qui magis ſpecificè deponunt, ſunt præferendi illis, qui in confuſo teſtificantur.*
39 *Teſtes in facto antiquiſſimo non poſſunt reddere congruam rationem.*

DECISIO CLXXXII.

CVM HAEC cauſa penderet coram bonæ mem. Card. Pamphilio, declaratum fuit ſub die 20. Martij anni 1600. quod conſtabat de immemo-

Digitized by Google

memorabili poſſeſſione Ducum de Bexar ſuper Iu-
re percipiendi decimas in ditione de Capilla: po-
ſtea de anno 1616. fuit firmatum coram bo.mem.
Andrea, quod conſtabat de fama priuilegij Apo-
ſtolici conceſſi eiſdem Ducibus ſuper dictis deci-
mis, vt patet ex illius deciſione inter recentiores
702. par. 1., & ab eo demum lata fuit ſententia
declaratoria huius iuris decimandi: Cum autem
ea ſententia diceretur feciſſe tranſitum in rem iudi-
catam ob non proſequutam appellationem, dubi-
tatum fuit coram me, An conſtaret de tali re iu-
dicata; & ſub die 2. Decembris anni 1630. reſolu-
tum fuit illam probari reſeruato tamen particula-
ri dubio, in quo videretur, An eſſet procedendum
ad eiuſdem ſententiæ exequutionē; vnde Agentes
Sereniſſimi Cardinalis Infantis Archiepiſcopi To-
letani nouas probationes fecerunt, quibus pro-
ductis diſputatum fuit, An conſtaret de illarum
releuantia, itaut procedi non poſſet ad exequutio-
nem eiuſdem ſententiæ, & rei iudicatæ: Quod du-
bium, cum pluries propoſitum fuiſſet, & nunquam
reſolutum, tandem hodie per DD. deciſum fuit,
& in eo reſponſum probationes Cardinalis non
releuare.

Etenim conſiderabant, quod Dux, qui hodie
proſequebatur hanc cauſam, ſuſtinebat in hoc iu-
dicio partes Actoris, & ità cum ille probaſſet ſuā
poſſeſſionem ab immemorabili tempore in perce-
ptione earumdem, decimarum vnà cum fama pri-
uilegij Apoſtolici ex atteſtationibus centum & vi-
ginti ſex teſtium, dū poſtea Sereniſſimus Cardina-
1 lis † excipiebat contra probationem Ducis, fie-
bat actor in ſua exceptione, quam plenè, & con-
cludenter probare tenebatur, vt poſſet dici ſublata,
vel in parte eliſa contraria probatio Ducis, vt eſt
*text. in l. 1. ff. de except. & in l. 1. C. de probat. &
in l. in exceptionibus, ff. eodem tit.* Neque poterat
Cardinali ſatis eſſe probatio ſemiplena propter
eamdem probationem Ducis, quia cum teſtes ab
eo adducti deponerēt tàm de fama priuilegij Apo-
ſtolici ſuper conceſſione earum Decimarum, quàm
2 de illarum † perceptione ab immemorabili tempo-
re iuxta formam traditam per *gloſ. in cap. 1. de
præſcript. lib. 6.* eadem probatio cenſeri debebat
3 perfecta, & abſoluta, † quæ non poterat tolli niſi ex
eadem, ſiue pari probatione iuxta doctrinam *Bar-
toli in l. admonendi num. 50. ff. de iur. iur.* quod
etiam tenuerunt *Iaſon. in l. non hoc, num. 15. C.
vnde legitimi in 10. limit. Dec. in cap. in præſentia
num. 48. de probat. Alex. in conſ. 134. nu. 1. lib. 2.
Rot. deciſ. 628. num 1. par. 1. diuerſ.*

Et quidem non viſum fuit ex probationibus ad-
ductis pro parte Cardinalis tolli immemorabilem
poſſeſſionem, quæ vnà cum fama priuilegij erat
fundamentum Ducis: Nam quod attinet ad ipſam
poſſeſſionem obijciebatur, quod ex duabus ſcrip-
turis, quæ nouiſsimè exhibitæ fuerunt, appareret
de vitio acquiſitionis harum decimarum, quia Op-
pidum de Capilla vſque ab anno 1408. ab Era Cæ-
ſaris, quod eſt 1370. à partu Virginis donatum
fuerat ab Henrico Secondo Rege Caſtellæ Ioanni
Nunez cum omnibus illius redditibus, portorijs,
tributis, decimis, atque alijs prouentibus, & poſt
duodecim annos, hoc eſt anno 1420. ab Era Cæ-
ſaris, & humanæ ſalutis, 1382. venditum fuerat
idem Oppidum à Ioanne Nunez Didaco Lopez de
Zuniga, à quo deſcendit Excellentiſſ. Dux de
Bexar, qui cauſam hodie proſequitur. Hinc verò
dicebatur excludi fundamentum eius poſſeſsionis,
4 † cum ad hunc effectum ſatis eſſet, vt oſtenderetur
extare contrariam hominum memoriam, vt tenuit
Rot. coram Put. deciſ. 426. lib. 2. & probat *text. in
l. 2. §. item labeo, ff. de aqu. pluuia arcen., & in
l. hoc iure, §. ductus aquæ, ff. de aqu. quotid. &
æſtiua,* & tradit *Aym. de antiq. temp. par. 4. §. ab-
ſolutis num 60. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 7.
num 64. in fin.*

Verùm huic obiectioni duobus modis reſponſū
fuit, & primò conſideratū fuit, quod aliud erat ini-
tium acquiſitionis ipſius Oppidi, ſiue illius iuriſdi-
ctionis tēporalis, & aliud principium Iuris deci-
5 mandi cum hoc tanquam ſpirituale, † ac proindè
diſtinctum à dominio temporali non potuiſſet ve-
nire ſub ea conceſſione Regis, vt eſt *text. in c. tua
& in cap. dudum de decimis, & notant ibi DD. in
§. cæterum, & in cap. 1. de religioſis domibus gloſ.
in Clem. ne Romani, in §. ſanè, in verb. diœceſim
de elect.* Vndè ex acquiſitione eiuſdem Oppidi,
quam ſimul cum omnibus illius Iuribus fecerunt
maiores Ducis, nihil deduci poterat, quod probare
videretur, vt eodem tempore conſequuti fuerint,
6 etiam hoc ius decimandi, præſertim cum † illud
potuiſſet concedi ex priuilegio Apoſtolico inde-
pendenter à dominio eiuſdem Oppidi, vt aduertit
*gloſ. in extrauag. 2. Ioannis XXII. in tit. de elect.
poteſt. in verb. decima, Anton. de Butrio in cap. à
nobis de decimis, num. 5.* vbi, quod conceſsio deci-
7 marum eſt poſita † in libero arbitrio Papæ, qui il-
las concedere poteſt, non ſolùm Regibus, ſed etiā
alijs perſonis, & ſcribit *Belluga in ſpeculo Princi-
pum, §. tractemus rubr. 13. num. 34.* Et ex hac ſola
poſsibilitate excludebatur neceſſitas probationis
Eccleſiæ, cum ad effectum, vt poſſit ex ea dici ſub-
8 lata poſſeſsio immemorabilis, † quæ fuit probata
ex parte Ducis, neceſsè eſſet, vt illa id plenè con-
cluderet iuxta regulam *l. neque natales, C. de pro-
bat. & l. ad probationem, C. eod. tit.* & expreſse
receptum eſt in materia decimarum, vt trad *Molin.
de primog. lib 2. cap. 6. num. 63. & tenuit Rota
deciſ 313. num. 3. part. 1. recent. & in Cauallicen.
feudi 26. Aprilis 1613. corā R.P.D. meo Pirouano.*

Neque huic reſponſioni obſtare poterat, quod
ex eiſdem ſcripturis, in quibus continebatur vendi-
tio facta Didaco de Zuniga, continerentur etiam
decimæ inter alia iura, quæ fuerunt ceſſa in vendi-
tione eius Oppidi. Nam illæ intelligi debebant de
9 decimis, ſeu reſponſionibus † temporalibus me-
tiendo voluntatem à poteſtate contrahentium,
cum inter eos tanquam laicos non potuiſſent hæ
10 decimæ † ſpirituales permutari aut vendi, iuxta
notata *in c. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Præ-
latis ſine concenſu Capituli, & ibi gloſ. in verb.
monendus, & per Bald. in conſ. 419. lib. 1.* & in his
terminis adeſt plena conſultatio *Bero. in conſ. 84.
num. 43. lib. 1.* vbi quod non aliter interpretandæ
11 ſunt † decimæ, quarum mentio habita ſit à contra-
ctibus factis inter laicos. Et quod ſuadebatur, tum
ex dictione illa, *& alijs prouentibus,* quæ ſequeba-

Digitized by Google

tur poſt factam mẽtionem earumdem decimarum,
12 cum ex ea ſignificari videretur † ſpecies decimarum non diſsimilis ab ea, quæ continebatur ſub dictione illa vniuerſali, vt probat *text. in l. ſi fugitiuis, C. de ſeru. fugitiu. & in l. quidam relegatus, ff. de reb. dub.* & notat ibi, *Bart. & in l. ſed, & ſi quis, §. quæſitum, num. 2. ff. ſi quis cautionibus:* Tum ex vſu, & conſuetudine Hiſpaniæ in qua frequens eſt mentio harum decimarum, & earum
13 nomine nihil aliud ſignificatur † quam reſponſiones, aut emolumenta debita Principi pro parte decima prætij omnium contractuum, vt teſtatur *Parlador. lib. 1. rer. quotid. cap. 3. §. 7. Guttier. de gabell. quæſt. 1. num. 13.* Et colligebatur id etiam ex legibus Hiſpaniæ ſub tit. 28. & 29. nouæ recopil. in quibus agebatur de decimis, quæ ſoluuntur pro
14 mercibus adductis in portubus maritimis † quæ etiam numerantur inter regalia Principis, vt tradit *Iſern. in cap. 1. in tit. quæ ſint regalia, in verbo portus, Capic. in Inueſtitura feudali, in tit. feudorum genera, col. 35. verſic. feudum decimarum.* Et demum hoc idem ſentiebant teſtes Cardinalis, ex quibus primus ſuper tertio, & ſextus ſuper quarto articulo expreſsè deponebant, quod hæ decimæ, quas dicebatur Rex conceſiſſe, non erant Eccle-
15 ſiaſticæ, ſed ſæculares, quales ſunt † decimæ maris, aut decimæ vectigalium. Neque ſub nomine earũ decimarum intelligi poterant tertiæ Eccleſiaſticæ, quæ erant ſpecies, ſiue portiones decimarum, & ſolitæ erant concedi Regibus Caſtellæ à Sede Apo-
16 ſtolica † occaſione, & in ſumptus bellorum, quæ ſubſtinebant contra Mauros; quia præter rationes ſuperius adductas viſa fuit etiam obſtare qualitas earumdem decimarum, vt non poſſent dici ceſſæ ſimul cum donatione huius Oppidi de Capilla, quæ facta fuit ab Henrico Secundo Rege Caſtellæ
17 ad fauorem Ioannis Nunez, cum ante † tempora Alexandri Sexti non ſolitæ eſſent eædem decimæ concedi niſi ad tempus, & prout cauſa, aut neceſſitas eorum bellorum ita ſuadebat, vt conſtat ex diplomate Martini Quinti octauo Idus Octobris anni 1421. in quo occaſione conceſſionis earumdem decimarum factæ ad fauorem Ioannis Regis Caſtellæ Secundi, ac poſtremi huius nominis, narratur illas non ſolitas fuiſſe alio modo à ſuperioribus Pontificibus concedi, quàm ad certum tempus, &
18 eidem Regi conceſſæ fuerunt durantibus † bellis, quæ tunc vigebant, & ſub ea lege, ac conditione expreſſa, vt occaſione eius conceſſionis non cenſeretur aliquod ius illi acquiſitum, ſiue eius ſucceſſoribus ſuper proprietate earumdem decimarũ.

Secundò reſponſum fuit, quod ea productio nõ poterat nocere Duci, qui cauſam hodie proſequitur, cum titulus acquiſitionis eiuſdem Oppidi non fuiſſet ab eo productus: Vnde ille iuuari poterat
19 non † ſolum omni alio meliori titulo, quem ei præbere videbatur poſſeſſio immemorabilis ex adductis per *gloſ. in cap. ſuper quibuſdam, in §. præterea de verb. ſignif. per Felin. in cap. cauſam, quæ de præſcript. num. 7. Gabriel. concluſ. 1. eod. tit.* ſed etiam priuilegio Apoſtolico, cuius famam expreſſe probauerat per teſtes, cum poſſet admitti concur-
20 ſus † plurium titulorum in caſu quo illi non obſtaret ea productio particularis tituli iuxta notata *Caſſador. deciſ. vltima de procurat. ſub num. 7. & in deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. num. 11. & fuit dictum in Cæſaraugustana Parochialis de Maella 8. Nouembris 1599. coram bo. me. Cardinali Pamphilio. & in Ianuen. Abbatia 13. Iunij 1633. coram R. P. D. Pirouano, & in Corduben. decimarum de Lucena 25 Iunij 1635. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.* Quod quidem facilius admitti ſolet, quãdo (prout hoc caſu contigit) plures tituli ſunt in-
21 ter ſe compatibiles † cum vnus dicatur venire ad confirmationem alterius, vt poſt alios declarat *Abb. in cap. Abbate num. 12. de verb. ſignificat. Dec. conſ. 271. num. 5. & 8 & tenuit Rota in Mutinen. Plebis 27. Iunij 1615. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in dicta Ianuen. Abbatiæ 13. Iunij 1633.* Et licet in caſu propoſito productæ fuiſſent eædem ſcripturæ à patre Ducis, qui hodie eſt in cauſa, in alio iudicio, tamen ea productio non
22 poterat ei nocere tanquam facta in † cauſa diuerſa ex not. per DD. *in l. 2. C. de eden. vbi Bald. n. 25. Dec. num. 64. Achill. deciſ. 2. num. 2. de confeſſ.* & fuit reſolutum in *Valentina decimarum de Gandia 19. Martij 1604. coram Cardinali Pamphilio, & in Pampilonen. decimarum de Gongora 14. Maij 1610. coram Gregor. inter impreſſ. deciſ. 467. n. 7.* Et poterat ſatis eſſe Duci, quod ille peteret hodie has decimas ex propria perſona, & ratione maio-
23 ratus, non autem tanquam † hæres ſui patris, à quo facta fuit ea productio ex not. *in l. ſæpè, ff. de re iudic. & per Alex. ibi num. 125. & fuit dictum in Hiſpalen. decimarum de Ayamonte 19. Ianuarij 1605. coram Gregor. inter impreſſ. deciſ. 205. & in Miranden. vnionis 27. Iunij 1629. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Probata fuit præterea à Duce fama priuilegij Apoſtolici, quæ neceſſaria erat præter probationẽ
24 immemorabilis † propter prohibitionem inductam à Concilio Lateraneñ, vt reſolutum fuit in hac eadem cauſa *coram bo. me. Andrea ſub die 4. Decembris 1615. & in Corduben. decimarum de Lucena 15. Iunij 1635. coram Reuerendiſſimo D. meo Decano, & not. DD. in c. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Prælatis ſine conſenſu Capituli, Couar. var. reſolut. lib. 1. cap. 17. num. 6. Rebuff. de decim. q. 13. num. 67.* Hæc verò probatio duplici ratione impugnabatur, primò ex contraria fama, quam dicebãtur concludere teſtes Eccleſiæ: Secundò quia non ſubſiſteret ratio, qua mouebantur teſtes Ducis: Verùm non viſi fuerunt teſtes Eccleſiæ aliquid afferre, quod euerteret probationem adductam a teſtibus Ducis; quia non ſolum deponebant de ea
25 fama dubitatiuè † & per verbum credo, ex quo non poterat dici firmata negatiua, quæ requirebatur, vt
26 probatio ab ijs adducta concluderet, itaut † aliter eſſe non poſſet, quin ipſi id ſcirent ex not. per *gloſ. in l. 1. in fin. ff. de itinere actuq. priuato, & in authen. de hæred. & falcid. § hinc nobis, vbi Angel. num. 37. Bald. in l. 1. num. 7. C. de bon. poſſeſſ. ſecund. tabul.* ſed neque percutiebant tempus ante
27 litem motam, cum vel deficeret in ijs ætas, † quam habere debuiſſent habita ratione temporis, quo eadem lis incepit, vel etiam deponerent de tempore
28 poſt introductam eandem litem, ex quo etiam † elidebatur probatio famæ, quam dicebantur ijdem

teſtes

teſtes firmare, vt eſt *text. in c. licet ex quadam de teſtibus, vt not. ibi Abbas nu. 3. Dec. conſ. 82. nu. 1. Rota coram Verall. deciſ. 9. par. 2. & coram Card. Seraph. deciſ. 469. & deciſ. 1450. num. 2.* Et tollebatur eadem probatio ex contraria probatione firmata per teſtes Ducis, quia, cum deponerent ſuper
29 affirmatiua, † eorum depoſitio præferenda erat teſtibus Eccleſiæ, qui ſuper negatiua deponebant iuxt. not. per *gloſ. in l. diem proferre, ff. de recept. arbitr. & in §. ſi plures, in fin. Bald. in l. data opera num. 44. ff. de his qui accuſare non poſſunt.* cum alijs relatis per *Gabriel. de teſtibus concluſ. 4. nu. 4.*
30 præſertim cum eſſent numero † plures, vt tradit idem *Gabriel. concl. 6. num. 1. eod. tit. gloſ. in l. ob carmen, ff. de teſtib. in §. ſi teſtes, & in c. in noſtra, eod. tit. & not. ibi Doct. & in c. licet cauſam, §. ex præmiſſis de probat.* Neque obſtare poterat teſtibus Ducis, quod dicebatur, vt eſſent eius Vaſſalli, quia aderant plures, in quibus non concurre-
31 bat hæc qualitas, † qui poterãt ſupplere hanc aliorum inhabilitatem, vt voluit *Gabr. ead. concluſ. 6. & concluſ. 5. num. 1.* & fuit reſolutum in hac cauſa *coram bon. me. Andrea ſub die 4. Decembris anni 1615. inter illius deciſiones impreſſ. deciſ. 45. nu. 8. & coram Card. Seraph. deciſ. 241. num. 2.*

Secundo impugnabatur ratio, qua mouebantur
32 teſtes Ducis, vt cauſa conceſſionis † eius priuilegij fuerit propter præclarè, & fortiter geſta maiorũ eiuſdem Ducis in expeditione belli ſuſcepti contra Mauros, & illorum expulſione ab Oppido de Capilla, quæ ratio dicebatur oſtendi falſa, vel ex teſti-
33 bus Card. vel ex publicis ſcripturis, † quæ teſtium depoſitionibus præualere debebãt: Nam, aut cauſa cõceſſionis earum decimarum fuit ereptio è manibus Maurorum, & non poterat id aliqua ratione ſubſiſtere, cũ ex ſcripturis ſuperius adductis oſtenſum fuerit, quod illud non ante poſſeſſum fuit à maioribus Ducis, quàm de anno 1382. quo à Ioanne Nunez venditum fuit Didaco de Zuniga, de quo tempore effluxerunt anni ſupra centũ & quinquaginta, quo ab eo fuerunt expulſi Mauri; Aut verò conceſſæ fuerunt illis eædem decimæ independenter à dominio eius Oppidi, cum ſemper illud poſſeſſum fuerit à Regibus Caſtellæ ab anno 1227. quo Mauri debellati fuerunt ſub Rege Ferdinando Tertio eius nominis, & nono Rege Caſtellæ vſque ad annum 1370. quo ab Henrico Secundo eius nominis donatum fuit Ioanni Nunez; Et id etiam negabatur ſubſiſtere, cum in Hiſtoria huius belli non fieret mentio alicuius perſonæ huius familiæ, quæ in eo præliata fuerit; imò felix illius exitus totus aſcriberetur virtuti Regis Ferdinandi, qui non ſolum in illo præſens fuit, ſed fortiter etiam in eo ſe geſſit, & hoc etiam aſſerebant plures teſtes inducti pro parte Eccleſiæ: qui præterea aliam rationem reddebant: vt id eſſe nõ poſſet, cum hæc familia Ducum Beſarenſium originem ſuam ducat à Regno Nauarræ, à quo non ante migrauit in Regnum Caſtellæ, quàm anno 1316. hoc eſt poſt annos octuaginta nouem ab expugnatione eius Oppidi.

Verum non viſa fuit ex hac ratione deſtrui fama ipſius priuilegij, quæ fuit probata ex parte Ducis, cum non vterentur ea ratione omnes teſtes, ſed ſo-
34 lùm quatuordicim ex duobus, & ſexaginta † à quibus illa probabatur; Vndè ſatis dici poterat conſtare de probatione eiuſdem famæ ex alijs, qui ſuperérant vſque ad numerum quadraginta & octo, prout illos ſolùm apparebat conſideratos fuiſſe in deciſione facta *coram bo. me. Andrea ſub die 11. Ianuarij 1616. inter recent. deciſ. 702. part. 1. num. 7.* Neque dubitari poterat quin ex ijs teſtibus probata eſſet fama, quamuis illi nulla ratione ad eam vterentur cum ſatis eſſet ſola probatio famæ ipſius pri-
35 uilegij in genere, † neque opus eſſet, vt appareret etiam de cauſa, propter quam idem priuilegium
36 diceretur conceſſum, ita enim † loquuntur *Doct.* in hac materia, dum volunt requiri probationem ipſius famæ præter probationem immemorabilis, vt patet ex relatis per *Felin. in c. cauſam, num. 3. de præſcript. & in c. ſi contingat, nu. 4. de for. compet* & in ſpecie neceſſitatem talis cauſæ reiecit *Rot. in Pampilonen. decimarũ de Gongora 29. Maij 1603. coram Card. Pamphilio, & in eadem cauſa 8. Martij 1613. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Præterea viſa fuit probari hæc cauſa auctoritate aliorum Hiſtoricorum, atque etiam ex depoſitione teſtium ipſius Cardinalis, ex quibus habebatur Iacobum de Zuniga ſtrenuè pugnaſſe in bello Toloſano ſub Rege Alphonſo Nono huius nominis, ità vt maxima pars victoriæ eius belli illius virtuti adſcripta fuerit, cum primus irrupiſſet in Caſtra Maurorum, & confregiſſet catenas, quibus illorum valla cingebantur, vnde ad huius rei memoriam addidit ſtemmati gentilitio octo anulos catenæ, quibus proceres huius familiæ ſemper deinde vſi fuerunt; Cum verò id bellum actũ fuiſſet anno 1212. ſatis veriſimile eſſe viſum fuit eumdem Iacobum interfuiſſe etiam expulſioni Maurorum ex Oppido de Capilla, quam ex teſtimonio eorumdem Hiſtoricorum, ac depoſitione teſtium conſtat ſucceſſiſſe poſt quindecim annos, hoc eſt anno humanæ ſalutis 1227. Et licet ijdem Authores dicant confectum fuiſſe id bellum præſentia, ac virtute Regis
37 Ferdinandi, qui Regi Alphonſo ſucceſſit, non tamen dici poteſt probata negatiua, quod alij in eo bello non interfuerint, vnde probatio, quæ ex ijs deſumebatur non poterat tollere fidem probationi
38 Ducis, quæ magis expreſsè, † & in ſpecie continebat geſta, & præclara facinorum ſuorum maiorum, ex tradit. per *Innoc. in c. auditis de præſcript. ſub num. 4. & per Iaſ. in l. 1. num. 3. ff. ſolut. matrim.* ſicut neque dici poterat probata à teſtibus negatiua ſuper diſceſſu huius familiæ à Regno Nauarræ ante annum 1316. tum quia agebatur de fa-
39 cto antiquiſſimo, in † quo non poterat ab ijs aſſerri congrua ratio propter latitudinem temporis, quod illa comprehendere debebat ex notat. per *gloſ. in l. actor. C. de probat.* & voluit ibi, *Bald. num. 13. & in c. cum Eccleſia Sutrina num. 8. de cauſ. poſſ. & propr. Rota coram Gregor. deciſ. 325. num. 9.* Tum quia id quod illi dicebant ſuper aduentu eiuſdem familiæ in Regnum Caſtellæ, intelligi debebat de mutatione loci originis, quam illi fecerunt animo illuc nunquam reuertendi, quod non concludit, vt alias ipſi non fuerint in eodem, aut alijs Regnis Hiſpaniæ occaſione bellorum, quæ in ijs geſta fuerunt, in quibus ſuam operam præſtiterint, quæ potuit eſſe cauſa conceſſionis eiuſdem priuilegij. Et ita vtraque &c.

R.P.D.

Digitized by Google

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Romana Societatis Lignorum.

Die Veneris 17. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Socius, ſi aliquid conducat, cenſetur contrahere nomine proprio, & non ſociorum, ſed id fallit ſtantibus adminiculis, & præſumptionibus in contrarium.

SVMMARIVM.

1 *Socius, ſi aliquid conducat, cenſetur nomine proprio conduxiſſe, etiam ſi pecunÿs ſocietatis negotiatus ſit.*

2 *Perſona extrinſeca in contractu non cenſetur comprehenſa.*

3 *Socius, quod aliquid contraxerit nomine proprio, & ſociorum, id ex coniecturis, & præſumptionibus elicitur.*

4 *Socius, quando non cenſeatur acquiſiuiſſe nomine proprio, ſed etiam ſociorum, ita ut ceſſet præſumptio, quod perſona extrinſeca in contractu non ſit comprehenſa.*

5 *in Contractu ſocietatis, quando perſona ſubintellecta non reddat contractum nullum.*

6 *Socius cenſetur contraxiſſe aliquid etiam nomine ſociorum, ſi id in libris ſocialibus fuerit annotatum. & nu. 7.*

8 *Frater, ſi acquirat multa bona cum pecunijs cõmunibus hereditarÿs cum alio fratre, quando cenſeantur quæſita communi nomine.*

9 *Illatio ad diuerſa non ſit.*

DECISIO CLXXXIII.

MARCVS Menicuccius vnus ex ſocijs primæ
ſocietatis adhuc illa durante 15. Iulij cõdû-
xit tenutam Puteoli nomine proprio, & illius affi-
ctus incipiebat in die S. Angeli de menſe Septem-
bris ſequentis, & ſic biduo poſtquam erat finita di-
cta prima ſocietas, quare dubitaui die 28. Aprilis
huius anni, An dictus affictus ſpectaret ad dictam
primam ſocietatem, & difficultatem faciebat, quia
1 Menicuccius dictam tenutam conduxit † nomine
proprio, prout etiam in dubio præſumeretur etiam
quod cum pecunijs ſocietatis negotiatus fuiſſet,
Bald. in l. ſi patruus ſub num. 5. C. commun. vtriuſque iudic. per text. in l. & magis. ff. de ſolution. & in l. Titium, & Meuium. §. profectus, & ibi Bart. ff. de adminiſtrat. tutor. Felicius de ſociet. c. 3. n. 43. & ſeqq. Franc. Anton. Coſta conſ. 34 nu. 35. & hoc
2 ea ratione † ne extrinſeca perſona in contractu cõ-
prehenſa dicatur *l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus. ff. de verb. oblig.*

Cæterum contrarium fuit reſolutum in caſu, de
3 quo agitur, quia ex coniecturis, † & præſumptio-
nibus de facili elicitur, quod communi nomine
actum fuerit *Bald. in d. l. ſi patruus nu. 5. C. commun. vtriuſq. iudic. & ibi etiam Bart. Felicius, d. cap. 3. n. 45. d. Franc. Ant. Coſta loco allegato n. 37.*
Coniecturæ autem, & præſumptiones euidentiſſi-
mè hic adſunt; nam etiam quod affictus inciperet
poſt biduum à ſocietate finita, attamen eſt aduer-
tendum, quod remanebant effectus ſocietatis, vi-
delicet ligna ſciſſa, quæ debebant vehi ad naues, &
ad hunc effectum neceſſaria erant animalia, quibus
concederentur paſcula, vt excomputarentur in ve-
cturis, vt conſtat ex libro ſociali, vt in ſumm. nu. 3.
4 Ex hoc enim ceſſat ratio, quod quis † cenſetur ac-
quiſiuiſſe nomine proprio, videlicet ne extrinſeca
perſona in contractu comprehenſa dicatur *d. l. ſi ita ſtipulatus §. Chryſogonus. ff. de verb. obligat. Bart. in d. l. ſi patruus, & in d. l. Titium, & Meuium. §. altero. Alex. conſ. 132. nu. 8. & conſ. 134. in fin. lib. 5. Petrus de Vbald. de ſociet. par 1. nu. 3. Menoch. præſumpt. 46. nu. 5. lib. 3. Felicius de ſociet. d. cap. 3. nu. 4. Franc. Ant. Coſta d. conſ. 34. n. 36.*
in hoc enim caſu non dicitur extrinſeca perſona
comprehenſa in contractu, imò ipſimet ſocij, qui
durabant tales quoad effectus ſocietatis etiam ea
5 finita, vnde † ceſſat ratio ſupradicta cum perſona
ſubintellecta non reddat hunc contractum nullum,
Bald. in l. ſi patruus. num. 5. Felicius loco allegato nu. 45. in fin. & nu. 46.
6 Secunda eſt euidens coniectura, quia iſte † affi-
ctus fuit annotatus in libris ſocialibus in eodem
computo paſculi creato ab initio contractæ ſocie-
tatis, & continuato vſque ad conſumationem effe-
ctuum pendentium in quo annotati ſunt affictus
herbarum conſimiles, & ipſemet Menicuccius in
eo annotari fecit retractum dictæ tenutæ, vt in ſum-
7 mar. num. 1. & 2. quare elicitur † euidens coniectu-
ra, quod conductio illius ſociali nomine fuerit fa-
cta *Bart. in d. l. ſi patruus.* vbi in quæſtione de facto
ſibi obuenta de quodam fratre maiore, qui acquiſi-
uerat multa bona cum pecunijs hæreditarijs com-
munibus cum fratre pupillo ad cognoſcendum, An
8 fuiſſent † acquiſita proprio, vel communi nomine,
refert feciſſe ſibi oſtendi librum rationum, & quia
in eo dicebatur, hic eſt liber Mercantiæ mei talis,
& mei fratris, determinaſſe dicit, ex hoc apparere
bona fuiſſe quæſita communi nomine *argum. leg. Neſennius ff. de negoc. geſt.* & hanc Bartoli deter-
minationem approbant etiam ibidem *Bald. & cæteri Alex. conſ. 132. ſub nu. 9. & nu. 12. lib. 1. Menoch. d. præſumpt. 46. nu. 7. lib. 3. Felicius loco ſupra allegato nu. 46. verſ. & ita tenet cum ſeqq.*

Nec obſtat, quod Rota reſoluit non eſſe compu-
tan̄ i ſocietate tres ſiluas emptas poſt diuiſionem,
quia quoad dictas ſiluas non concurrebant conie-
cturæ, quæ concurrunt in caſu iſto; ſunt enim nego-
cia noua, quæ nullam habent dependentiam à pri-
9 ſtina ſocietate, & propterea à prædictis † ſiluis ad
tenutam, de qua agitur, non eſt inferendum, *l. Papinianus. ff. de minor.*

Ex quibus vtraque parte audita Domini perſti-
terunt in reſolutis.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Bonorum.

Die Vener. 19. Decemb. 1636.

ARGVMENTVM.

Actorum tranſportatio in ſecunda inſtantia, quando non ſit neceſſaria, & quando ſecus. Clauſulæ, quam, & quas, & ſimiles, vt ſuos ope-

operentur effectus, quid ſit probandum, iden-
titas bonorum qualiter probetur.

SVMMARIVM.

1. *Actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, quan-
do quis poteſt agitare cauſam tanquam in prima
inſtantia.*
2. *Actorum neceſſitas tranſportandi ſolum exiſti-
matur neceſſaria in cauſis appellationis, ad effe-
ctum, vt poſſit cognoſci de illius iuſtitia.*
3. *ſuper Sententia tanquam ſuper materia apta
fundatur appellatio.*
4. *Clauſula, quam, & quas, effectus non poteſt con-
ſiderari in ordine ad tranſportationem actorum
probata exiſtentia decreti.*
5. *Clauſulæ, quam, & quas, & ſimiles, tunc ſolum
operantur, quando oſtenditur diuerſitas vtriuſ-
que cauſæ, nempe illius, à qua fuit appellatum, &
alterius, quam pars velit ſubſtinere tanquam in
prima,*
6. *ex Actis debet probari diuerſitas cauſæ, vt tunc
ſuccedere poſſit effectus clauſularum quam, &
quas, & ſimilium, vt liceat in cauſa procedere
tanquam in prima inſtantia.*
7. *Actorum tranſportatio ſemper eſt neceſſaria in
caſu, in quo reperitur commiſſa cauſa appellatio-
nis, vt ſcilicet ex ijs ſit probanda iuſtitia d. ap-
pellationis.*
8. *Actorum tranſportatio etiam requiritur, quando
cauſa auocata fuit ab alio Iudice.*
9. *Identitas bonorum ex quibus ſatis doceatur.*
10. *Identitas bonorum poteſt etiam probari ex ſola
expreſſione loci generalis, & vnius confinis.*
11. *ex Quantitatis diuerſitate non poteſt inferri ad
diuerſitatem rei, ſeu corporis bonorum.*
12. *Alex. in conſ. 8. ſub n. 2. lib. 4. quo caſu loquatur.*
13. *Quantitas non poteſt dici diuerſa, ſi prius de ea
non fuit facta mentio.*
14. *de Actionum identitate, quando non ſit dubitan-
dum, ſicuti nec etiam de identitate cauſarum.*

DECISIO CLXXXIV.

CVM hæc cauſa mihi commiſſa fuiſſet ad in-
ſtantiam Co. Neapolionis Maluaſiæ tanquam
in gradu appellationis à ſententia ſiue decreto diſ-
finitiuo, quod dicebatur tuliſſe Auditorem Genera-
lem Card. Legati in Ciuitate Bononiæ, dubitaui ad
inſtantiam Adminiſtratorum hæreditatis Sigiſmũ-
di, qui fuit frater Neapolionis, An ipſe proſequen-
do hanc cauſam, teneretur ante omnia tranſportare
acta, quę facta fuerunt in prima inſtantia coram eo-
dem Auditore, & propoſito dubio ſub die 27. Iunij
huius anni emanauit deciſio ad fauorem Neapolio-
nis, quod ipſe non teneretur ad tranſportationem
1 aliquorum actorum † dũ poterat agitare eã cauſam
tãquã in prima inſtantia, cuius quidem deciſionis
ea fuit ratio, quia non oſtendebatur tale decretum
Auditoris Card. Legati, vnde ſicut non exiſtente
ea ſententia aut decreto, non aderat cauſa grauami-
nis, à quo potuiſſet appellari, ita neque poterat cõ-
2 ſiderari hæc neceſſitas tranſportationis, † quæ ſo-
lum exiſtimatur neceſſaria in cauſis appellationis,
ad effectum, vt poſſit ex ijs cognoſci de illius iuſtitia
iuxta notata per *Doct. in l. hi qui ad ciuilia. C. de
appell. & in cap. Romana. §. ſi vero, & in §. quod
ſi obijciatur. eod. tit. lib 6. notat Abbas in cap. inter-
poſita, ſupra eod. tit. Gabr. de appell. concl. 5. nu. 15.*
Sed propoſito iterum eodem dubio, contrarium
Domini reſponderunt, cum pro parte Adminiſtra-
torum hæreditatis Sigiſmundi probatum fuiſſet nõ
deficere tale decretum, ſuper quo tanquam ſuper
3 materia † apta fundaretur appellatio Comitis. Vn-
de ex diuerſitate huius facti diuerſa etiam prodire
debebat deciſio iuxta notata per *gloſ. in l. ſi ex pla-
gis §. in cliuo Capitolino. ff. ad l. Aquil. & in l. vt
reſponſum. C. de tranſact.* & notat ibi *Alciat. ſub
nu. 10. Aegid. conſ. 48. nu. 15.* Neque poterant hoc
caſu Comiti ſuffragari clauſulæ, quam & quas, aut
aliæ, quæ poſitæ erant in ea commiſſione ad effectũ,
4 vt poſſit ſuſtineri tanquam in prima, quia non † po-
terat conſiderari aliquis effectus earum clauſularũ
in ordine ad hanc tranſportationem probata exi-
ſtentia eius decreti; nam cum illæ ſolum vim ſuam
operari poſſent in caſu, quo oſtenderetur diuerſitas
vtriuſq; cauſæ nempe illius, a qua appellatum fuit,
5 & alterius quam pars vellet ſuſtinere † tanquam in
prima non poterat de hac diuerſitate apparere an-
te d. tranſportationem actorum, itaut probata ex
6 ipſis actis ea diuerſitate, tunc demum † ſuccedere
poſſit effectus dd. clauſularum, vt liceat in cauſa
commiſſa procedere ac ſi illa eſſet in prima inſtan-
tia, vt Rota declarauit *in Valentina Parochialis de
Campanar 23. Ianuarij* 1580. *coram Card. Blan-
chetto, & in Placentina vſurarum 15. Iunij 1582.
coram Bubalo, & in Fauentina fideicommiſſi 5 Iu-
nij* 1589. *coram Litta.*

Quod igitur attinet ad exiſtentiam eius decreti,
oſtenſum illud fuit in hoc dubio pro parte Admini-
ſtratorum, quia data fuit copia vnius decreti facti
ab Auditore Card. Legati, in quo apparebat ſuſpẽ-
ſam ab eo fuiſſe immiſſionem, quam antea conceſſe-
rat ad fauorem Neapolionis ſuper aliquibus bonis
emphyteuticis, quæ ille aſſerebat ad ſe deuoluta
per mortem Sigiſmundi ſui fratris ſine filijs, cuius
ſuſpenſionis occaſione reuocata etiam fuerunt in
eo decreto omnia ſequeſtra, quæ ad eiuſdem Nea-
polionis inſtãtiã exequuta fuerunt ſuper ijs bonis,
ſuper quibus ipſe immiſſionem obtinuerat, & hãc
dicebant Adminiſtratores hæreditatis Sigiſmundi
eſſe cauſam, quæ hodie pendet per appellationem,
quam interpoſuit Neapolio ab eodem decreto, vt il-
li proſequenti eandẽ cauſam obſtaret defectus trãſ-
portationis dd. actorum cum illa ſit ſemper neceſ-
7 ſaria in caſu, quo reperitur cauſa † commiſſa per viã
appellationis ex ratione ſuperius conſiderata, quod
ſcilicet probãda ex ijs ſit iuſtitia ipſius appellatio-
nis, & declarauit Rota *in Romana vineæ 5. Iunij*
1610. *coram Card. Caualer. inter impreſſ. deciſ.* 119.
& notant *Addentes deciſ. Greg. 320. ſub num. 4.* ſi-
8 cut propterea eadem ratione requiritur † eadem
tranſportatio in caſu, quo fuerit cauſa auocata ab
alio Iudice, vt dixit Rota *in vna Anconitana pecu-
niaria 13. Februarij* 1609. *coram Card. Sacrato,
& in Bononien. Capellaniæ 24. Ianuarij* 1611. *co-
ram R. P. D. meo Pirouano, & coram Reuerendiſſ.
D. meo Decano in vna Roman. fideicommiſſi 27. Iu-
nij 1608. in impreſſ. dec. 424.*

Neque obſtare viſa ſunt in hoc dubio, quæ con-

derata

ſiderata fuerunt in prædicta deciſione, & hodie etiã
deducebantur pro parte Neapolionis ad effectum
probandi diuerſitatem tum bonorum, ſuper quibus
ipſe immiſſionem obtinuerat ante d.decretum, tum
actionis ab eo motæ in partibus cũ bonis, & actio-
ne, quam ſuper illis hodie proponit. Quia vtrum-
que hoc fundamẽtum viſum fuit tolli etiam ex fa-
cto; & primo excludebatur diuerſitas bonorum ex
collatione confinium, quos apparebant habere bo-
na petita in libello, qui fuit datus coram Auditore
Legati, cum confinibus bonorum, quæ legebantur
habere bona in inſtrumento inueſtituræ, cuius vigo-
re petitur à Neapolione immiſſio in hoc iudicio:
In eo enim libello petebat Neapolio ſibi concedi
immiſſionem ſuper parte terreni ſiti in communi
Creualcorij Bononienſis Comitatus in loco nun-
cupato li Ronchi, iuxta viam Ronchorum, iuxta
Pannarolum, & iuxta bona DD.de Caprarijs, aut
alios confines; bona verò conceſſa in inſtrumento
inueſtituræ poſita erãt in territorio Comitatus Bo-
noniæ, in quarterio Arboris, & ea ab vno latere
habebãt bona Vincẽtij & Nicolai Caprarij, ab alijs
lateribus viam Rõchorum ſeu Pannaroli, viam pu-
blicam; & bona Conſtantij patris Neapolionis, cui
hæc bona concedebantur in d.inſtrumento inueſti-
turæ, ex quibus apparet quod conueniebant inter
ſe tres cõfines in deſcriptione facta in libello, & in-
ſtrumento conceſſionis, nempe bona Caprariorũ,
9 viam Ronchorum, & Pannarolum, † qui ſatis eſſe
poterant ad oſtendendam eorum bonorum identi-
tatem, iuxta doctrinam *Bart.in l.demonſtratio fal-
ſa, nu.14.ff.de cond. & demonſtr. & per gloſ. in
l. forma.ff. de cenſib.* vbi etiam notant DD. & te-
nuit *Rot in deciſ.710.nu.2.par.1. diuerſ. & corã
Card.Seraph. deciſ.1209.nu.3. & in Montisfaliſci
fideicommiſſi 21. Iunij 1630. coram R.P.D. meo
Pirouano, & in Peruſina fideicommiſſi de Menico-
nibus 13 Febr.1632. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*
10 imò ſatis eſſe potuiſſet ſola expreſſio loci † gene-
ralis, & vnius confinis, vt etiam dixit *Rota in d.de-
ciſ.710.nu.3.par.1. diuerſ. & in Ciuitatis Caſtel-
li bonorum 27. Martij 1596. coram Card. Pam-
philio, & in Bononien. fideicommiſſi de Rubeis 3.
Martij 1607. coram Card.Lancellotto, & coram
Card. Caual. deciſ.146. nu.2.* Neque viſa fuit pro-
bari diuerſitas horum bonorum ex diuerſitate quã-
titatis terreni, quam dicebantur habere, quia ex
11 diuerſitate † quantitatis non poterat inferri ad di-
uerſitatem rei, ſeu corporis eorumdem bonorum,
vt latè probat *Oldrad.conſ.197. nu.3.* quem ſequu-
tus fuit *Ioan.Andr in add.ad ſpecul.in tit.de empt.
& vendit. in §.ſciẽdum in fin. Abb.in cap. per tuas
num 9. de donat.* & ibi etiam *Imol. num. 10. Dec.
conſ.500. nu.3.* Neque contrarium firmatum fuit
in deciſione, cum talis diuerſitas ſolum addita fue-
rit pro coniectura, cum præſuppoſito quod aliter
de ea identitate non appareret, prout in his termi-
12 nis loquebatur † *Alex.relatus in ead.deciſ. in conſ.
8. ſub nu.2. lib.4.* ſed tollebatur hæc coniectura
etiam ex facto cum non poſſet dici probata talis di-
uerſitas, eo quia non fuerit expreſſa in libello ali-
qua quantitas bonorum, quæ dici deberet diuerſa
ab ea, quæ fuit narrata in inſtrumento reſpectu bo-
norum, quæ in eo conceſſa fuerunt ab Eccleſia.

Hac eadem ratione viſa fuit oſtendi poſſe iden-
13 titas actionis nempe facta comparatione † eiuſdem
libelli, quem dedit Neapolio corã Auditore Card.
Legati cũ tenore commiſſionis, cuius vigore pro-
ceditur, quia narratum fuit per Neapolionem in
eo libello, quod per mortem Sigiſmundi ſui fratris
purificata fuerat conditio fideicommiſſi, quod Cõ-
ſtantius pater fecerat ad ſui ipſius fauorem, atque
etiam quod venerat caſus vocationis ad bona em-
phyteotica acquiſita per eundem Conſtantium pro
ſe, & filijs ab Eccleſia Nonantulæ, quæ omnia le-
gebantur narrata etiam fuiſſe in commiſſione,
quia in ea expoſitum fuit nomine Neapolionis,
quod ab Auditore Card. Legati lata fuerat ſenten-
tia ſiue decretum diffinitiuum, in quo declarabatur
hæreditatem Comitis Sigiſmundi ſpectare ad Ad-
miniſtratores eiuſdem hæreditatis, donec naſcere-
tur filius maſculus ex vno ex duobus filijs ipſius
Neapolionis, non obſtante fideicommiſſo Conſtan-
tij, & inueſtituris factis per Abbates Nonantulæ,
quorum vigore ipſe aſſerebat debitam ſibi eſſe ſuc-
ceſſionem ſuper eiſdem bonis. Vnde apparebat tã
de identitate originis, ex qua vtraque hæc actio na-
ſcebatur, quàm iuris & cauſæ earundem actionum,
14 ex quibus ſequebatur † etiam identitas harũ cau-
ſarum, vt probat textus *in l. cum quæritur, cum
duabus ſeqq. de ff. except. rei iudic. & in l. ſi mater
11. §.item Iulianus, & in §. eandem cauſam.ff.eod.
tit.* & dixit Rota in terminis *in Bononien. bonorũ
de Capacellis 18. Maij 1616. coram bo.me. Andrea
in deciſ.434. nu.2. par.2. recent.* Neque opus erat
videre, an actio intentata in partibus fuiſſet realis,
ſiue potius perſonalis, aut mixta, dum hæc eadem
actio continebatur etiam in commiſſione.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Fideicommiſſi de Cardellis.

Die Veneris 19. Decembris 1636.

ARGVMENTVM.

Poſiti in conditione cenſentur vocati vigore
Statut. Vrb.lib.1. cap.142. Cõſil. Oldrad.21.
quando non ſit locus. Teſtatòr, quando ap-
pareat deſideraſſe agnationis conſeruationẽ.

SVMMARIVM.

1 *Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ex diſpo-
ſitione Statut.Vrb.lib.1. cap.142.*

2 *Et perinde eſt, ac ſi Teſtator verbis diſpoſitiuis
vſus ſubſtituiſſet dictos poſitos in conditione.*

3 *Vocati ſucceſſiuè, quando plures ſunt, licet aliquis
caducetur gradus, adhuc tamen poſtea vocati ad-
mittuntur.*

4 *Teſtator, ſi hæredem inſtituerit ſub conditione
quod ſi filios non habuerit, teneatur reſtituere
hæreditatem alteri, & ſic etiam diſpoſuit de al-
teris ſubſtitutis, tunc vno decedente cum filijs,
expirat ſubſtitutio.*

5 *Teſtator, quando apparet, quod voluit abſolutum
fideicõmiſſum, tunc receditur à conſ.Oldrad.21.*

6 *Conſequens, qui vult, cenſetur velle etiam ante-
cedens neceſſarium.*

7 *Di-*

7 *Dictiones ſemper, & in perpetuum interpretantur ſine aliqua præfixione temporis.*

8 *Alienationis probibitio, quando non fuit facta per modum principalis, ac ſeparata diſpoſitionis, ſed conſequutiuè, tunc reſtringenda venit iuxta terminos præcedentis ſubſtitutionis.*

9 *Fideicommiſſum abſolutum reſultat ex dictionibus ſemper, & in perpetuum.*

10 *Teſtator apparet enixè deſideraſſe perpetuam ſuæ agnationis ac familiæ conſeruationem ex eo, quod vocauit maſculos excluſis fœminis, quas competenter dotari voluit.*

11 *Item ſi in defectum agnatorum vocauit alios, cum onere aſſumendi nomen, & inſignia ſua domus. & nn. 12. & 13.*

14 *Teſtatoris verba, quando habent tractum ſucceſſiuum, tunc receditur à conſil. Oldrad. 21.*

15 *ad Voluntatem teſtatoris indagandam tota teſtamenti ſeries, & coniecturæ inde reſultantes coniungendæ, & perpendendæ ſunt.*

DECISIO CLXXXV.

IVLIVS Cardellius hæredem inſtituit Fabritium filium naturalem legitimatum, qui ſemper, & quando moreretur ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſeu deſcendentibus illorum, & in defectum legitimorum, & naturalium, ſine naturalibus tantum maſculis excluſis fœminis, quas mandauit competenter dotari, ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum Alexandrum de Vrſinis eius ex filia nepotem, cum onere aſſumẽdi cognomẽ, & inſignia familiæ teſtatoris; & caſu quo d. Alexander nollet prædicta adimplere ſeu ſi decederet ſine filijs legitimis, & naturalibus maſculis ſubſtituit vulgariter, pupillariter, & per fideicommiſſum filium maſculum natu maiorem Sulpitiæ, & Iouiæ filiarum d. teſtatoris, cum conditione, quod debeat ſe cognominare de domo, & familia de Cardellis, eiuſq. Inſignijs vti.

Item prohibuit expreſsè dicto hæredi inſtituto, & ſubſtituto, & ſucceſſoribus eorum quamcumque alienationem largiſſimo ſumpto vocabulo quorũcumque bonorum ſtabilium; cum intentio teſtatoris eſſet, quod ſua bona remanerent ſemper, & in perpetuum in domo, & familia patris.

Defuncto ſupradicto teſtatore obijt Fabritius heres inſtitutus ſuperſtite tamen Iulio filio, cui ſine filijs decedẽti prædeceſſit d. Alexander relictis Scipione, & Mario filijs, qui hodie prætendunt fideicommiſſum eſſe ad ipſorum fauorem purificatum. Vnde dedi dubium; An de tali fideicommiſſo conſtaret, eoq. propoſito, Domini affirmatiuè reſponderunt. Nam quamuis Scipio, & Marius expreſsè ſubſtituti non legantur, nihilominus cum tãquam filij legitimi, & naturales maſculi d. Alexandri fue-
1 rint in † conditione poſiti ex diſpoſitione *Statuti Vrbis lib. 1. cap. 142.* cenſentur tacitè vocati, *Rota deciſ. 424. nu. 1. par. 2. & dec. 355. num. 11. par. 5. recent. Greg. deciſ. 575. nu. 1.* Ita ut perinde ſit, ac ſi teſtator verbis diſpoſitiuis vſus, ſubſtituiſſet Alexandrum, & ſi ipſe tempore mortis filios haberet,
2 expreſsè ſubſtituiſſet eius filios, † ſi vero non haberet, ſed ſine aliquibus filijs legitimis, & naturalibus maſculis decederet, ſubſtituiſſet filium maſculum natu maiorem dictarum Sulpitiæ, & Iouiæ vt ſupra, vt dicit *Gabr. in conſ. 115. nu. 11. lib. 1. Rota coram Greg. XV. dec. 315. num. 10.* Vnde quamuis d. Alexander eorum pater prædeceſſerit, & fideicommittentis bona conſequutus non fuerit, ſed
3 ſubſtitutio quoad ipſum fuerit caducata, † adhuc tamen illius filij tanquam ſucceſſiuè vocati admittendi veniunt *ad text. in l. 1. §. pro ſecundo. C. de caduc. toll. Bart. in l. quamdiu institutus. ff. de acquir. hæredit. Caſtr. conſ. 152. nu. 1. lib. 1. Soccin. conſ. 52. nu. 15. lib. 1. Curt. iun. conſ. 83. nu. 4. Iaſ. conſ. 148. nu. 15. lib. 1.* & in terminis *Gabr. d. conſ. 115. nu. 3. lib. 1. & Rota dec. 332. nu. 6. par. 2. rec.*

Nec viſum fuit obſtare, quod Fabritius hæres vt ſupra inſtitutus deceſſerit cum filijs, & conſequenter ſubſtitutio ad dicti Alexandri, & aliorum ſucceſ-
4 ſiuè vocatorum fauorem omnino † expiraſſe videatur, iuxta vulg. *conſ. Oldr. 21.* communiter receptũ, & in Rota pluries canonizatum, *vt in deciſ. 486. nu. 1. & dec. 519. nu. 2. & 7. par. 1. recent. & dec. 454. nu. 1. & 4. & dec. 577. nu. 1. & dec. 647. n. 2. coram Card. Caualerio,* Quoniam à conſilio prædi-
5 cto & regula in eo firmata paſſim receditur, † quãdo extant coniecturæ ſuadentes teſtatorem abſolutum fideicommiſſum omni caſu inducere voluiſſe, *Dec. conſ. 477. nu. 4. & conſ. 480. nu. 5. Curt. iun. conſ. 121. nu. 15. Gabr. de fideic. concl. 7. nu. 4. Rot. dec. 580. nu. 3. par. 4. recent. & dec. 1373. nu. 1. coram Card. Seraph. & dec. 463. nu. 6. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & in Romana fideicommiſſi de Cæſareis 21. Aprilis 1636. coram R. P. D. meo Motmanno.*

In propoſito verò teſtator expreſsè prohibuit hæredi inſtituto, & ſubſtituto, & ſucceſſoribus eorum, quamcumque alienationem etiam largiſſimo ſumpto vocabulo quorumcumque eius bonorum ſtabilium ex eo, quia eius intentio erat, quod illa remanerent ſemper, & in perpetuum in eius domo, & familia, ex qua prohibitione non quidem nuda, ac ſimplici, ſed veſtita ex ratione prædicta cenſuerunt Domini reſultare abſolutum fideicommiſſum omni caſu ad fauorem illorũ de agnatione, ac familia, cum enim ipſe motus fuerit ad alienationem prohibendam, vt bona ſemper, & in perpetuum in domo, & familia remanerent, & hoc fieri non poſſit niſi mediante abſoluto fideicommiſſo de vno in alium, neceſſariò dicendum eſt illud conſti-
6 tuere voluiſſe iuxta regulam, quod † qui vult cõſequens cenſetur etiam velle omne neceſſarium anteeedens, *Aym. conſ. 130. nu. 10. Curt. iun. conſ. 145. nu. 6. & 7. Rot. diuerſ. dec. 121. num. 2. & ſeq. par. 2. & d. dec. 1373. nu. 2. & 3. coram Card. Seraph & deciſ. 167. nu. 1. & 481. nu. 4. coram Card. Caualerio, & dec. 44. nu. 2. par. 1. & dec. 580. n. 5. par. 4. recent. & fuit dictum in Perusina de Bigazzinis 14. Nouemb. 1605. coram Litta, & in Bononien. fideicommiſſi de Seccadenarijs 11. Decembris 1623. & in Bononien. fideicomiſſi de Deſiderijs 26. Iunij 1626. coram R. P. D. meo Merlino.*

Præſertim ſtantibus dictionibus illis ſemper, &
7 in perpetuum, † quæ ſine aliqua temporis præfixione interpretantur, *l. iuriſperitus. ff. de excuſ. tut. Iaſ. in l. videamus. §. deferre. ff. de in lit. iur. nu. 8 & 9. cum alijs per Rot. d. deciſ. 121. nu. 4. par. 2. diuerſ.*

Digitized by Google

*uerſ.& dec.*10. *nu.*5. *par.*1. *& dec.*93. *num.*23. *&*
ſeq. par. 5. *recent. cum alijs congeſt. per Fuſar. in*
*quæſt.*688. *nu.*17. *& num.*21. *ad fin. verſ. non erit*
igitur.

Nec quicquam facit, quod prohibitio, quando
non fuit facta per modum principalis, ac ſeparatæ
8 diſpoſitionis, † ſed conſequutiuè, reſtringenda, ac
intelligenda veniat ſecundum terminos præceden-
tis ſubſtitutionis factæ ſub illa conditione, ſi ſine
liberis, iuxta *conſil. Dec.*636. Quoniam verba dictã
alienationis prohibitionem continentia viſa fuerũt
poſita non quidẽ cõſequutiuè, ſed principaliter de
per ſe, & per orationem ſeparatam, ac diſtinctam,
9 proindeq. ex illa ſtante generali † ratione cum di-
ctis dictionibus ſemper, & in perpetuum, reſultare
abſolutum fideicommiſſum, *Rota d. dec.*481. *nu.*6.
coram Card. Caualer. & in d. Bononien. fideicom.
de Deſiderijs 26. *Iunij* 1626. *corã R.P.D. meo Mer-*
lino, et in d. Romana fideicom. de Caſareis 21. *Apri-*
lis 1636. *coram R. P. D. meo Motmanno*, cum
alijs ſupra allegatis.

Et præmiſſa tanto magis Domini procedere cẽ-
ſuerunt. Quia apparet teſtatorem admodum eni-
xè deſideraſſe perpetuam ſuæ agnationis, ac fami-
liæ conſeruationem; tum ex eo, quod vocauit ma-
10 ſculos excluſis † fœminis, quas competenter do-
tari voluit, *Io. Andr. in addit. ad Specul. in rubric.*
de teſt. Alex. in l. venia. nu. 6. *C. de in ius voc. Soc-*
*cin. conſ.*73. *n.*11. *lib.* 4. *Soccin. iun. conſ.*119. *n.*35.
*Ruin. conſ.*101. *nu.*15. *& conſ.* 146. *nu.* 4. *lib.*2. *&*
*conſ.*139. *nu.*17. *lib.*3. *Natt. conſ.*128. *num.*2. *Me-*
*noch. conſ.*432. *ſub nu.*5. *Greg. dec.*464. *nu.*16. *Rot.*
dec. 390. *nu.* 4. *par.* 3. *recent.* tum etiam ex voca-
tione d. Alexandri ex filia nepotis cum onere aſ-
ſumendi nomen, & inſignia ſuæ domus, & familiæ
de Cardellis, & manendi in domo habitationis ip-
ſius teſtatoris, & ex ſimili ſucceſſiua vocatione fi-
11 lij maſculi natu† maioris dictarum Sulpitiæ, & Io-
uiæ eius filiarum, cum ſimili conditione, quod de-
beat ſe cognominare de domo, & familia de Car-
12 dellis, & † vti armis, & Inſignijs ipſius teſtatoris,
*Rip. in l.*1. *n.*10. *C. de pact. & in l. centurio. n.*164.
*ff. de vulg. Alciat. conſ.*482. *nu.*4. *& conſ.*573. *n.*7.
Pariſ. conſ 18. *nu.* 42. *& conſ.* 19. *num.* 32. *& ſeq.*
*lib.*2. *Menoch. conſ.*117. *nu.*23. *Mantic. de coniect.*
*vlt. vol. lib.*6. *c.*15. *nu.*15.

Qua enixa voluntate ſtante multo magis eſt di-
cendum per dictam alienãdi prohibitionem, & ra-
tionem illi adiectam perpetuum, & abſolutum fi-
deicommiſſum omni caſu inducere voluiſſe iuxta
ſuperius deducta, vltra quod concurrunt etiam aliæ
generales coniecturæ, quas Doctores in hac mate-
13 ria ponderare conſueuerunt, nempe proceſſus † ad
plures ſubſtitutionum gradus, *Soccin. conſ.*250. *n.*4.
lib 2. *Aym. conſ.*98. *nu.*3. *Grat. conſ.*5. *nu.*18. *lib.*2.
*Menoch. d. conſ.*117. *nu.*9. *&* 10. *Rot. d. deciſ.*580.
14 *nu.* 3. *par.*4. *recent.* & verba tractuum† ſucceſſiuum
habentia, *Ruin. conſ.*92. *nu.* 8. *& conſ.* 159. *nu.*22.
*lib.*2. *Aym. conſ.*22. *nu.*7. *Rot. dec.*579. *n.*10. *par.* 1.
*diuerſ. & d. dec.*580. *nu.*4. *par.* 4. *recent.* Quæ etiã
ſi de per ſe non ſufficerent ad effectum recedendi à
dicto *conſ. Oldr.* iunctæ tamen cum dicta alienatio-
nis prohibitione, & ratione per teſtatorem expreſ-
ſa, non parum operantur, cum ad hunc effectum
15 tota teſtamenti † ſeries, & coniecturæ inde reſul-
tantes ſint coniungendæ, & inſimul conſiderandæ
ad certius indagandam teſtatoris mentem, *Rot. de-*
*ciſ.*266. *nu.*19. *& dec.* 320. *nu.*16. *par.* 1. *& deciſ.*
355. *nu.*10. *par.*5. *recent. Seraph. dec.*1329. *nu.*13.

R. P. D. PIROVANO.

Regien. Prædij.

Die Veneris 9. *Ianuarij* 1637.

ARGVMENTVM.

in Iudicio poſſeſſorio ſpolij, vt obtineatur, quid
ſufficiat probari, & alia circa nullitatem alie-
nationis bonorum Eccleſiæ.

SVMMARIVM.

1 *in Spolij iudicio, probanda eſt poſſeſſio antiqua, &*
anterior Spoliati, & nouiſſima rei conuenti.
2 *Spoliati poſſeſſio anterior probari poteſt ex inſtru-*
mento conceſſionis in emphyteuſis.
3 *Et comprobari etiam poteſt per teſtes qui fuerunt*
coloni.
4 *Poſſeſſio rei conuenti nouiſſima in iudicio ſpolij*
ſatis docetur ex ſubſtentatione litis, iunctis ad-
miniculis.
5 *Alienatio bonorum Eccleſiæ, vt valeat, requiritur*
beneplacitum Apoſtolicum, & cauſa neceſſitatis,
aut vtilitatis.
6 *Beneplaciti Apoſtolici in alienatione bonorũ Ec-*
cleſiæ negatiua bene pbañ ex reuolutione actorũ.
7 *Eccleſia non poteſt dici vtilis contractus, quando*
maiorem vtilitatem percipere potuiſſet.
8 *Facultas conceſſa in vno caſu non extenditur ad*
alium.
9 *in Alienatione bonorum Eccleſiæ, ſi deficiat cauſa,*
non ſuppletur per beneplacitum Apoſtolicum.
10 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorũ*
Eccleſiæ ex lapſu 30. *annorum iuncta obſeruan-*
*tia præſumitur interueniſſe, & nu.*11.
12 *Reintegrandæ remedium non competit ei, qui ex*
voluntario contractu cecidit à poſſeſſione.
13 *Sed hoc non procedit, ſi nomine Eccleſiæ fuerit*
actum, quia ſemper agi poteſt remedio reinte-
grandæ, non obſtante contractu Prælati alienã-
*tis, & maximè à Prælato ſucceſſore, & nu.*14.

DECISIO CLXXXVI.

DVÆ emanarunt ſententiæ ad fauorem Pa-
truum Sancti Auguſtini ſuper reintegratione
ad poſſeſſionem prædij, de quo agitur, & nunc in
tertia inſtantia idem quæritur: An ſcilicet Monaſte-
rium ſit reintegrandum, quod affirmatiuè per Do-
minos fuit reſolutum.

Probantur enim requiſita in actione ſpolij intẽ-
1 tata nempè antiqua, & anterior Patruum † poſſeſ-
ſio, & nouiſſima Pauli Emilij rei conuenti, quæ sũt
neceſſaria huius iudicij poſſeſſorij, *cap. ad ſedem*
de reſtit. ſpoliat. Dec. in c. bona. nu. 23. *in fin. de*
appell. Menoch. in prælud. recuper. nu. 21. *Afflict.*
*deciſ.*327. *n.*2. *Seraph. deciſ.*31. *in princ. &* 1055. *n.*2.
2 Poſſeſſio Monaſterij anterior † cõcludenter pro-
batur

Digitized by Google

batur ex ipſo inſtrumento conceſſionis in emphy-
teuſi factæ cum fratribus poſſeſſoribus prædij con-
trouerſi, *l.quadam mulier.vbi Bald.per illum text.*
ff. de rei vend. Felin. in c. inter dilectos. nu.20. de
fid.inſtrum.Gabr. de loc. concluſ.4. nu.14. Rot.de-
ciſ.1. de fid. inſtrum. in antiq. 116. nu.3. corã Pa-
pa Greg.XV. & 314. nu.1. par. 1. diuerſ. quæ etiã
magis comprobatur per teſtes, qui fuerunt coloni
3 Monaſterij † concludentes de tempore 14. annorũ
antequam Viani intrarent in poſſeſſionem d. prædij.
Nouiſſima autem, & ſeu recens poſſeſſio Viani
4 ex ſola † litis ſubſtentatione probatur *Verall.deciſ.*
369. par. 2. 362. nu. 3. & 485. nu.1. coram Papa
Greg. XV.

Non obſtat titulus cõceſſionis in emphyteuſim,
longæua poſſeſſio ſupra triginta annos, ab anno
1593. quo ſtipulata fuit conceſſio, & voluntaria
patrum huius prædij poſſeſſionis in Vianos tranſ-
latio contraria iudicio reintegrationis.

Quoniam tituli ſupradicti nullitas eſt patens de-
5 ficiente beneplacito Apoſtolico, † & cauſa neceſſi-
tatis, aut vtilitatis, quæ inſimul concurrere debent
pro validitate alienationis, *cap.1. de reb. eccleſ. non*
alien. in 6. clem.1. eod.tit. Couar.var.lib.2.cap.17.
num.2. Garz.de benef.par.12. cap.3. num. 4. Rot.
1 *deciſ.160. nu.1. & 170. num.1. par.2. diuerſ.119.*
nu.12. par.1. recent. & 354. nu. 18. coram Papa
6 *Gregorio XV.* quæ beneplaciti negatiua, † ex re-
uolutione actorum bene probatur, & ipſa cauſa
neceſſitatis in ſupplicatione narrata nõ etiam pro-
batur, ſcilicet quod prædiũ indigebat meliori cul-
tura, quam monaſteriũ facere non poterat, & quod
fiebat pro ſoluendis debitis, & familiæ ſuſtentatio-
ne, quinimò ex teſtibus datis in Summ. num. 3. to-
tum contrarium probatur, ſcilicet nõ indigere ma-
iori cultura, ex quo non ſolum pro ſcutis quinqua-
ginta poſſet locari, ſed pro ſcutis 200. quorum at-
teſtationes manifeſtant damnum Eccleſiæ, & cau-
7 ſæ narratæ errorem, quoniam contractus † vtilis
Eccleſiæ dici non poteſt, vbi maiorem vtilitatem
monaſterium percipere potuiſſet, *Abb. in c. ad au-*
res, nu.4. de reb.Eccleſ.non alien. Caſ.de Graſſ.de-
ciſ.4. nu.7. eod. tit. & 360. nu. 5. par 1.diuerſ. Se-
raph.deciſ.413. nu.2.

Nec Viani contractum ſuſtinere poſſunt ex eo,
quod concurrat licentia alienandi conceſſa à Vica-
rio generali Religionis, cui licebat ex indulto Gre-
gor.XIII. tribuente facultatem eidem Vicario con-
ſentiendi ſimilibus alienationibus.

Quia vltra quod conſtitutio prędicta non conce-
8 dit facultatem † dandi bona in emphyteuſim per-
petuam, prout contingit in præſenti, ſed tantum-
modo ad ſecundam generationem, quæ ab anno
1593. prætenditur extincta quoad nominatos in
inueſtitura, non etiam ſufficeret authoritas Vicarij,
9 & licentia, & † deficiente cauſa, vt ſupra dictum eſt,
quæ per ſolemnitatem ſuppleri non poteſt.

Poſſeſſio autem ſupra triginta annos cum obſer-
10 uantia ex qua ſolet † præſumi beneplacitum Apo-
ſtolicum, *Gabr.conſ.82. nu.30. lib.2. Seraph.deciſ.*
1042. n.2. cum allegat. per addentes ad deciſ. 343.
num. 5. coram Papa Gregorio XV. clarè, & apertè
deficit à die inueſtituræ, quæ cõtigit de anno 1593.
vſque ad annum 1614. quo lis mota fuit nomine
11 monaſterij contra Vianos, † nec vltra, & poſt litẽ
motam deficiente obſeruantia computari poteſt,
Seraph. deciſ.381. nu.14. 594 nu.5. par. 1. recent.
52. nu. 2. coram Papa Gregorio XV.

Demum, & ſi vera ſit concluſio, quod ei non
12 † competat remedium reintegrandæ, qui ex volun-
tario contractu cecidit à poſſeſſione, *Soc. in l.rem*
que nobis, nu.8. ff.de acquir. poſſ. Afflict.deciſ.392.
num.27. cum alleg. per Surd. conſ.49. nu.3. & idem
tenuit *Rota in Albinganen. Capellæ 15. Maij 1592.*
coram Card. Arigonio, & in Beneuentana ſpolij
10. Martij, & 16. Iunij 1614. coram D. Card. Ve-
roſpio, attamen quando, vt in præſenti, fuit actum
13 nomine monaſterij, † & Eccleſiæ, ſemper agi po-
teſt remedio reintegrandæ, non obſtante contractu
Prælati alienantis, *Rot. deciſ.116. nu.1. & 5. coram*
14 *Papa Gregor. XV.* maximè à Prælato † ſucceſſore
vt in Nicien. nullitatis contractus 1. Iulij 1613. co-
ram D. meo Decano, & latiùs comprobatum etiam
ab eodem Prælato alienante *in Colimbrien. præſti-*
moniorum 10. Decembris 1631. coram D. meo Du-
nozet. Et ita monaſterio ſolum informante fuit
reſolutum.

R. P. D. PANZIROLO.

Ferrarieñ Bonorum.

Die Veneris 16. Ianuarii 1637.

ARGVMENTVM.

Aegidiana non intrat ſtante iniuſtitia notoria.
Sententia lata in ſpolio contra poſsidentes
auctore Prætore, quando ſit notoriè iniuſta.
Iudex, quod iniuſtè, & nulliter proceſſerit,
qualiter probandum ſit, &c.

SVMMARIVM.

1 *Aegidiana non intrat, quando iniuſtitia eſt no-*
toria.
2 *Sententia lata in ſpolio contra poſſidentes auctori-*
tate Prætoris abſque eo, quod doceatur, Iudi-
cem proceſſiſſe nulliter, & iniuſtè, eſt notoriè
iniuſta.
3 *Iudex, quod nulliter, & iniuſtè proceſſerit, id*
adeo clarè demonſtrari debet, vt nullo velamine
occultari poſſit.
4 *de Debiti quantitate dicitur clarè conſtare ex*
apoca manu ipſius debitoris ſubſcripta.
5 *Subſcribens fatetur expreſſè omnia in apoca con-*
tenta eſſe vera.
6 *Actio ſpolij, quando non poſſit intentari.*
7 *Spolij actio propter læſionem paſſam in venditione*
non competit, ſed remedium l. fin. C. de reſcind.
vendit.
8 *Læſio omnis præſumpta excluditur ex ſententia*
abſolutoria, quæ in iudicatum tranſiuit.
9 *Spolio agens tenetur plenè, & concludenter pro-*
bare ſuam poſſeſſionem.
10 *ex Bonorum aliquorum ſpecificatione non infer-*
tur ad non ſpecificata.
11 *Identitas bonorum probanda eſt ab eo, qui ſe*
fundat in inſtrumento ipſorum.

12 *Poſſeſſione bonorum, quis mediante adiudicatione alteri facta, priuatur,*

13 *Contractus, & ſcripturæ confectæ Ferrariæ non facta denunciatione Gabellarijs, nullius roboris ſunt, neque ex eis competit ius agendi, ſiue excipiendi.*

14 *Bona ſtabilia, vt Ferrariæ acquiri poſſint, quid in hoc diſponat Statut. d. Ciuitatis lib. 2. cap. 98. & num. 15. & 16,*

17 *in Spolis non ſit condemnatio ad fructus, niſi à die motæ litis conteſtata præter quam in ſpolio violento, & attentato.*

18 *ad Fructum acquiſitionem titulus nō requiritur, modo abſit mala fides,*

19 *Appellatio datur in poſſeſſorio ſtante mixtura,*

DECISIO CLXXXVII.

FIRMARVNT Domini non eſſe locum Aegidianæ, quia ſententia lata ad fauorem Comitis
Valerij Ruperelli contra Laurentium, & fratres
de Conſumatis apparet notoriè iniuſta, quo caſu
1 † Aegidianam non intrare tradit. *Put. deciſ. 4. de
Aegid. Gregor. deciſ. 491. num. 5. Seraph. dec. 603.
in princ. Rota apud Reuerendiſſimum D. meum
Coccinum Decanum deciſ. 416. num. 4. & in recent.
deciſ. 192. num. 4. & deciſ. 221. num. 7. par. 4.*
Iniuſtitia vero ſententiæ viſa eſt conſtare, quia
2 lata eſt in ſpolio contra dictos fratres † Iudicis authoritate poſſidentes, abſq; eo quod Comes Valerius docuerit, quod Iudex nulliter, aut iniuſtè
proceſſerit, eum tamen de hoc apparere deberet
3 † adeò clarè, vt nullo velamine offuſcari poſſet ſecundum opinionem, quam ſequitur *Rota, vt in
recent. deciſ. 608. num. 1. par. 3. Caualer. deciſ. 337.
num. 1. & ſeqq. cum alijs adductis per Gratian. diſcept. 912. num. 53. & ſeq.*
Quod autem in adiudicādo bona, de quibus agitur, Iudex ritè, & rectè proceſſerit viſum eſt
probari, quia Laurentius, & fratres egerunt coram
Eminentiſſimo tunc Ferrariæ Legato pro conſecutione duarum partitarum, cuius ſcilicet librarum
2489. 17. & 8. & alterius librarum 2649. occaſione mercium fundacalium venditarum Comiti Ioanni Ruparello, & ſer: ſer: obtinuerunt mandatum,
quod fuit executum ſuper bonis ſtabilibus, quæ
præuia ſubhaſtatione dictis fratribus, vti maioribus
oblatoribus fuerūt adiudicata pro concurrenti quātitate eorum crediti, *vt in Summ. num.* 2. cuius
adiudicationis vigore de anno 1607. adepti fuerunt
poſſeſſionem, & in ea pacificè permanſerunt, vſque
ad annum 1621. quo inſurrexit dictus Comes Valerius, vti eiſdem Comitis Ioannis donatarius eo
ſub prætextu, quod Laurentius, & fratres non eſſent in tanta ſumma creditores, & bona adiudicata
eſſent maioris valoris, in quo iudicio dicti fratres
ſententiam abſolutoriam reportarunt, cum de quā-
4 titate debiti † clarè appareret ex apocis manu ipſiuſmet Comitis Ioannis ſubſcriptis. *l. inſtrumenta
domeſtica cum ibi not. de probat.* ſubſcribens enim
5 fatetur expreſsè † omnia in apoca contenta eſſe
vera *l. emptor, §. Lucius, vbi Bart. num. 2. ff. de
pact. Caſtren, conſ. 209. n. 1. lib. 1. Tib. Decian. conſ.
29. n. 30. & firmauit Rota in Florentina Pecuniaria 10. Decemb. 1612. corā R. P. D. meo Pironano.*

Qua propter cum Comes Valerius ab hac ſententia non appellaſſet, perperam de anno 1625.
6 iudicium ſpolij contra dictos fratres intentauit † ac
reintegrationem ad dictorum bonorum poſſeſſionem obtinuit; ex quo illi actio ſpolij propter læ-
7 ſionem nullo modo † competere poterat, ſed tantum *remed. l. fin. C. de reſcind. vendit.* prout tradit
Pinell. tit. eod. par. 2. cap. 2. num. 25. vbi teſtatur
de veriori, *& recept. Rebuff. ad conſtit. Regias
tom. 2. tract. de reſcind. contract. gloſ. 15. num. 38.*
qui etiam teſtatur de communi; Præſertim cum
dicti fratres haberent ſententiam abſolutoriam ad
eorum fauorem, quæ tranſitum fecerat in iudica-
8 tum, † ob non interpoſitam appellationem, vt ſupra dictum eſt, ex qua videbatur excludi omnis
præſumpta læſio, vt ponderat *Caualer. deciſ. 516.
ſub num. 1. verſ. hac autem tanto magis.*
Secundò de iniuſtitia huius ſententiæ non fuit
9 dubitatum, quia Comes Valerius agens † ſpolio,
tenebatur plenè, & concludenter probare ſuam
poſſeſſionem, cum tamen illā non probauerit. *Rot.
diuerſ. deciſ. 165. num. 1. & deciſ. 337. in princ. &
in fin. part. 2. & deciſ. 543. num. 3. lib. 3. part. 3.* Et
quatenus ab ipſo prætendatur probata ex clauſula
Conſtituti contenta in donatione ſibi facta, id tamen viſum eſt non ſubſiſtere; Tum quia licet in
10 ea † legantur ſpecificata multa alia bona, non poteſt ex illis fieri illatio ad bona, de quibus agitur,
quæ in donatione non leguntur. *l. fin. ff. de calumn.
l. Papinianus exult. ff. de minor.* & identitas bono-
11 rum probanda eſt ab eo, † qui ſe fundat in inſtrumento conceſſionis ipſorum. *Surd. conſ. 139. n. 51.
Seraphin. deciſ. 1137. ſub num. 1. & 2.* Tum quia
quatenus etiam Comes Ioannes hæc bona poſſe-
12 diſſet de anno 1617. illis tamen † mediante adiudicatione priuatus fuiſſet ante donationem, quæ
emanauit de anno 1610. *Angel. in l. qui vniuerſitas, §. item cum Prætor. in fin. ff. de acquir. poſſeſſ.
Imol. in l. clam poſſidere. §. qui ad Nundinas. verſ.
ſi autem iuridicè, ff. eod. tit. Mohed. deciſ. 4. ſub
nu. 4. de reſtit. ſpoliat. Rota diuerſ. deciſ. 62. nu. 3.
& 4. part. 2.*
Tertiò de iniuſtitia viſum eſt euidenter conſtare,
ex quo in ſententia dicitur Comitem Valerium, vti
donatarium Comitis Ioannis, vt in inſtrumento in
actis exhibito, eſſe reintegrandum, cum tamen donatio appareat euidenter nulla, tàm ex eo, quod
non fuit denunciata Gabellarijs iuxta diſpoſitionē
Statutorum Gabellarum Ferrariæ rubr. 4. & 18. vbi
13 quod non facta denunciatione, † contractus, & ſcripturæ ſunt inefficaces nulliuſque valoris, neque ex
eis competit ius agendi, vel excipiendi, prout in
terminis dicti ſtatuti cōſuluerunt. *Laderch. conſ. 8.
num. 8. in fin. & ſeqq. per tot. Rimin. iun. conſ. 72.
ante num. 1. & num. 1. & 20. per tot.* vbi loquitur
in Ferrarieñ, qui extra territorium donauit bona
in territorio exiſtentia, vt in caſu præſenti, quàm
etiam ex eo, quod Comes Valerius eſt originarius
Ciuitatis, vel Diœceſis Cæſenaten. vbi facta eſt do-
14 natio, & ideò non † potuit acquirere bona ſtabilia, neque eorum poſſeſſionem in diſtrictu Ciuitatis Ferrariæ, cum huic acquiſitioni reſiſtat dictæ
Ciuitatis Statutum lib. 2. cap. 98 per quod forenſes reddūtur incapaces etiam reſpectu poſſeſſionis,
licet

licet eſſent nati ex ciuibus originarijs, niſi de tempore acquiſitionis, vel poſtea ſaltem per quinquennium in dicta Ciuitate, vel diſtrictu habitauerint, &
15 onera realia, & perſonalia ſubſtinuerint, & † agens
poſſeſſorio non auditur, niſi huiuſmodi qualitates probet, prout in terminis dictus *Rim. Iun. conſ. 352. num. 21. cum pluribus ſeqq. & ſignanter num. 28. & 30. & nu. 32. cum ſeq. Laderch. conſ. 133. nu. 11. & duobus ſeqq. & num. 20. verſ. ſed quando ſtatutum, & ſub num. 21. verſ. & in terminis.* Et quod hæc eadem donatio Comitis Ioannis ad fa-
16 uorem Comitis Valerij † ob reſiſtentiam dictorũ
Statutorum nulla ſit ad effectum excludendi ſpolium prætenſum latè firmauit. *Rota in Ferrarien. Spolij 25. Iunij 1635. coram R. P. D. meo Merlino*

Quartò. Nec minus probatur iniuſtitia ſententiæ, dum fratres prædicti condemnati fuerunt ad fructus perceptos à die adindicationum factarum de anno 1607. & ad eos imputandos in ſortem eorum crediti, cum tamen iudicium ſpolij cæptum fuerit ſolummodò de anno 1625. & receptior ſit
17 opinio, ac à Rota ſemper approbata, vt † in ſpolijs
non fiat condemnatio fructuum, niſi à die litis cõteſtatæ prætet quam in ſpolio violento, & attẽtato, *vt in deciſ. 439. num. 1. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, & latè in alleg. Ferrarien. Spolij 25. Iubij 1625. coram R. P. D. meo Merlino.* Ea nimirum ratione, quia ad acquiſitionem fru-
18 ctuum † titulus non requiritur modo abſit mala
fides. *l. quæſitum, ff. de acquir. rer. domin. Bald. conſil. 11. in fin. lib. 1. & conſil. 118. in fin. lib. 2. Curt. Sen. conſ. 72. col. 3. verſ. ſecunda concluſio. Menoch. conſ. 1173. & de recuper. remed. 14. num. 593.* cum alijs latè cumulatis *coram R. P. D. Pirouano in Auximana Spolij, quæ eſt deciſ. 320. ſub num. 1. & 2. part. 2. recent.*

Denique non eſſe locum Ægidianæ putarunt Domini, quia eo ipſo quod ſententia concedit reintegrationem Comiti Valerio, vti donatario Comitis Ioannis in vim donationis ab eo productæ in actis, manifeſtè continet mixturam, quia Iudex ſic pronunciando, videtur approbare titulum, qui re-
19 ſpicit petitorium. † Et propterea ſtante mixtura
ſententiæ, ab ea datur appellatio. *Bald. conſ. 141. ſub num. 6. verſ. ſed hoc tantum dico, & num. 7. cum ſeqq. lib. 1.* Quam opinionem in terminis Ægidianæ ſecuta eſt Rota apud *Put. deciſ. 700. tit. de Ægid. & apud diuerſ. deciſ. 263. par. 1. & in recent. deciſ. 221. num. 3. par. 4.*

Et ita ſolis fratribus de Conſumatis informantibus poſt plures dilationes Comiti Valerio datas deciſum fuit, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Viterbien Hæreditatis.

Die Veneris 16. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Manutentio data cum clauſula ſine præiudicio habentium iura meliora, & potiora, an ſit vera manutentio. Poſſeſſio vnius rei non ſuffragatur quo ad aliam.

Tom. III.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis eſt manutenibilis, ſi de alterius poſſeſſione non conſtet.*
2 *in Mandato de manutenendo, ſi adſint clauſulæ, ſine præiudicio habentium iura meliora, & potiora, & ſimiles, non ſuſpendunt immiſſionis effectum, ſed adhuc is, qui poſſeſſionem cœpit, verè poſſidere dicitur, & manutenendus eſt.*
3 *Hæreditatis aditio acquiſitionem poſſeſſionis non operatur, niſi illa effectualiter capta fuerit.*
4 *Poſſeſſio capta ſuper vno corpore particulari, non ſuffragatur quoad reliqua, quorum poſſeſſio effectualiter non fuerit capta.*
5 *Neptis eſt in æquali gradu, cum alijs patruis in ſucceſſione alterius patrui. & nu. 6.*
7 *Statutum non comprehendit bona ſita extra territorium ſtatuentium.*
8 *Statutum iuris communis correctoriũ debet ſtrictè interpretari, vt quanto minus poteſt, illud corrigat.*
9 *Exceptiones, quando ſunt turbidæ, ac dubiæ, & altiorem indaginem requirunt, non poſſunt retardare manutentionem.*
10 *ad Manutentionis effectum ſufficit ſola poſſeſſio de facto, ſiue ſola detentatio.*
11 *in Manutentionis iudicio non habentur in conſideratione ea, quæ ſunt diſcutienda in petitorio.*
12 *Proteſtatio aliqua ſi parti non fuerit intimata, ei nocere non debet.*

DECISIO CLXXXVIII.

RESOLVTVM fuit D. Hieronymæ dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione bonorum q. Poggij, de quibus in Inſtrumento captæ poſſeſſionis, vt in eius Summ. nu. 1. pro tertia parte, exceptis tamen nouem corporibus, de quibus in Summ. DD. Laurentij, & Franciſci n. 6.

Quoniam ex Inſtrumento prædicto clarè cõſtat de ipſa poſſeſſione per eam capta mediante perſona procuratoris ad id ſpeciale mãdatum habentis,
1 † quæ poſſeſſio licet inſtrumentalis, ſufficit ad effe-
ctum obtinendi manutentionem, cum nõ appareat alium de eo tempore poſſediſſe, *l. non idcirco. C. de fid. inſtrum. Rota deciſ. 106. nu. 4 par. 1. & deciſ. 496. nu. 1. par. 4. recent. & deciſ. 185. num. 4. & 5. coram Card. Caualer. & deciſ. 325. nu. 3. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Neque obſtat, quod in mandato de immittendo, in vim cuius poſſeſſio capta fuit, adſit clauſula ſine præiudicio habentium meliora, & potiora iura, & dummodo bona ſint vacãtia. Quia huiuſmodi clauſulæ operantur quidem quoad dicta nouem corpora, quorum poſſeſſio pro parte dd. DD. Laurentij, & Franciſci ſub die 19. Auguſti, & ſic per diem ante capta fuerat; proindeq. vacua non erat, non autem quoad reliqua corpora, quorum ipſius poſſeſſionem non cœperant, dictæ enim clauſulæ, quando de alterius poſſeſſione non docetur, immiſſionis
2 † effectum non ſuſpendunt, ſed adhuc is, qui poſſeſ-
ſionem cœpit, verè poſſidere dicitur, & manutendus venit, vt ſenſit *Bald. in l. fin. ſub num. 41. verſ. tamen Iudex. C. de edict. Diu. Adr. tollen. Honded. conſ. 86. nu. 51. & ſeq. lib. 2. Peregr. de fideic. art. 48.*

n u.18. verſ. & iterum. Seraphin. deciſ.877. num.2. Rota deciſ.513. nu. 3. par. 1. & deciſ.232. num.3. par. 4. recent. & fuit dictum in Maceraten. hæreditatis 27. Nouemb. 1589. & 4. Iunij 1590. coram bo.me Card. Pamphilio ſeniore, & in Sabinen. Caſtri Mompei 7. Februar. 1618. coram Eminentiſſ. D. Card. Veroſpio & in Peruſina fideicōmiſſi 12. Decembris 1625. coram R.P.D. meo Pirouano, & in Tudertina prædij coram Ortembergo impreſſ. penès Modern. Peruſ. poſt tract. de manute. dec. 119. n.6. & ſeqq.

Neque obſtat, quod dicti DD. Laurentius, & Franciſcus ante captam pro parte d. D. Hieronymæ poſſeſſionem, hæreditatem adiuerint, & dicto-
3 rum nouem corporum poſſeſſionē cœperint; † quoniam aditio acquiſitionem poſſeſſionis non operatur, niſi illa effectualiter capta fuerit, *l. cum hæredes 23. in princ. ff. de acq. poſſeſſ. Anchar. conſ. 318 ſub num.2 Afflict deciſ.167. nu. 3.* Et quidem cuiuſcumque corporis particularis, adeout poſſeſſio quo-
4 ad aliqua nullo modo ſuffragetur † quoad reliqua, quorum poſſeſſio effectualiter capta non fuerit *l. 1. §. veteres, & ibi gloſ. ff. de acquir. poſſeſſ. l. 3. & ibi Iaſ nu. 30. ff. eod. Pariſ. conſ. 37. n. 17. lib. 3. Rot. deciſ. 35. nu. 29. par. 5. recent. & in Maceraten. hæreditatis 11 Maij 1587. coram bo.me. Card. Pamphilio ſeniore.*

Nec viſum fuit obſtare, quod prætenderetur D. Hieronymam eſſe excluſam ex diſpoſitione Statuti Viterbien. ſub rubr. 81. Quia certum eſt, ipſam vti neptem, & in æquali gradu cum dd. Laurentio, & Franciſco exiſtentem habere intentionem fun-
5 datam † in iuris communis diſpoſitione, vt cum illis debeat æqualiter ad ſucceſſionem admitti, *§. ſi plures inſtit. de legit. agnat. ſucceſſ §. ſi autem plurium in Auth. de hær. ab inteſt Honded. conſ. 7. n. 9.*
6 *lib. 2.* Non obſtante, † quod ſit fœmina *l. maximum vitium, C. de liber. præt. Craſſ. in §. ſucceſſio ab inteſtato quæſt. 30. nu. 1. Rota deciſ. 196. nu. 1. & ſeq. par. 4. recent.* Statutum vero prędictum bona ſita extra territorium Viterbieñ, & ſic ſtatuentibus
7 † non ſubiecta, minimè comprehendit, *Bart. in l. cunctos populos nu. 33. & 41. C. de ſumm. Trinit. & fid Cathol.* cum aliis, quos ſequuta eſt *Rot. in Balneoregien. bonorum 7. Iunij 1591. & 11. Febr. 1594. coram Pamphilio ſeniore, & in deciſ. 255. nu. 1. coram Greg. XV, & in Narnien. ſucceſſionis 22. Maij 1628. coram R. P. D. meo Merlino.* Quo vero ad reliqua eſt ſaltem ſatis dubitale, An illud locum habeat, cum de hæreditate patrui, de qua nunc agitur, non loquatur, & tanquam iuris com-
8 munis correctorium † debeat ſtrictè interpretari, vt quanto minus poteſt, illud corrigat, *cap. cum dilectus iuncta gloſ. in verb. nec iuri de conſuet. & ibi Abb. nu. 21. l. 2. vbi Bart. C. de nox. act. Rot. deciſ. 359. nu. 5. par. 4. & deciſ. 247. n. 12. par. 5. recent.*

Vnde exceptio in eo fundata cum ſit ſatis turbi-
9 da, ac dubia, & altiorem requirat indaginem, † & petitorium reſpiciat manutentionem per dictam Hieronymam petitam, illā retardare non poteſt, *Caputaq. deciſ. 321. par. 1. Rota dec. 549. nu. 6. coram Greg. XV. & deciſ 589. nu. 5. coram Card. Caual.*
10 Ad hunc enim effectum † ſufficit ſola poſſeſſio, & detentatio de facto *Caſtr. in l, Aquilius ſub num. 5. de donat. Neuizz. conſ. 80. nu. 13. Seraph. deciſ. 582. nu. 5. Rota deciſ. 50. nu. 29. & deciſ. 64. nu. 2. par. 2. diuerſ. & deciſ. 93. nu 4. par. 4. recent.*

Et ex eadem ratione, nec etiam viſa fuerunt obſtare, quæ dicebantur de prætenſo fideicommiſſo Lucretiæ, quia illud quoque plures patitur difficul-
11 tates, quæ poſtea erunt diſcutiendæ, ideo non † ſūt admittendæ, nec habendæ in conſideratione in hoc ſummariſſimo manutentionis iudicio, *Rota deciſ. 408. nu. 5. par. 4. recent.*

Proteſtatio verò per procuratorem matris eorumdem DD. Laurentij, & Franciſci facta ante mortem Poggij minus viſa fuit releuare; quia cum
12 tunc lis non eſſet mota, † nec D. Hieronymæ proteſtatio fuerit intimata ei nocere non potuit; *l. ſed & ſocius. §. 1. ff. pro ſocio, & tenuit Rota in cauſa Romana ſocietatis officij 20. Octobris 1580. coram Card. Blanchetto.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum, &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenioneñ Fideicommiſſi.

Die Lunæ 19. Ianuarii 1637.

ARGVMENTVM.

Ad fructuum reſtitutionem, quis poſt motam litem tenetur reſtituere. Legatario, & fideicommiſſario, quando debeātur fructus etiam ante motam litem, & quando ſecus.

SVMMARIVM.

1 *Fructus percepti à die mota litis ſunt reſtituendi.*
2 *Litis conteſtatio adimit bonam fidem.*
in Fructuū acquiſitione requiritur bona fides. n. 2.
3 *Fori declinatoria non parit litem.*
4 *Actor, quando coram Iudice ſuam petitionem dedit, & reus ſe oppoſuit, ſatis dicitur lis conteſtata, etiam parte abſente.*
5 *Dominium rei legatæ ſtatim acquiritur legatario, etiam ante illius acceptationem, & nu. 21.*
Legatario etiam ignoranti acquiritur dominium rei legatæ. nu. 5.
6 *Legatario ſtatim poſt mortem teſtatoris debentur fructus rei legatæ, cum dominium ſequantur.*
7 *Fideicommiſſario regulariter debentur fructus, etiam ante motam litem, quando fideicommiſſum relictum eſt in certam diem fauore fideicommiſſarij & non hæredis.*
8 *Legatum factum alicui, qui nondum eſt natus, ſequuta natiuitate à dicto tempore debentur fructus legati, non autem à die litis conteſtatæ, cum tali caſu non obſtet bona fides grauati.*
9 *Titulus, quando eſt redactus ad non titulum, ſtatim omne ius adimitur ab eo, qui illum titulum habebat.*
10 *Titulus, quando eſt extinctus, non poteſt cauſare amplius bonam fidem ad acquiſitionem fructuū.*
11 *Hæres grauatus reſtituere in diem certam, ſi venerit, & non reſtituat, interim non acquirit fructus.*
12 *Infanti non poteſt aliqua negligentia imputari.*

In-

Infans non habet, nec velle, nec nolle. nu.12.
Infans, quicquid vidit, ignorat. nu.12.
13 *Ignorans non negligit.*
14 *Fideicommiſſario, ſeu legatario acquiritur fideicommiſſum, ſeu legatum etiam ignorantibus, ſed hoc procedit in fideicommiſſo, ſeu legato expreſſo.*
15 *Non autem in tacito, & reſultante ex interpretata voluntate teſtatoris, & vltra ſignificationem verborum.*
16 *Expreſſa non poſſunt dici ea, quæ ex mente, & coniecturis deducuntur.*
17 *in Teſtamento non niſi tacitè ea continentur, quæ oculis corporeis legi non poſſunt, ſed intellectu percipiuntur.*
18 *Hæres habet iuſtam cauſam ignorandi ea, quæ ſcripta non ſunt in teſtamento.*
19 *Legatum relictum filio maſculo, qui natus eſſet tempore mortis teſtatoris, debetur etiam ſi filius naſcatur poſt mortem dicti teſtatoris.*
20 *Legatum an debeatur alicui, quando eſt dubium, fructus dicti legati ab hærede non ſunt reſtituendi, niſi à die declarationis, quo fuit interpretata voluntas teſtatoris.*
21 *Legatum, quando eſt purum ipſo iure tranſit in legatarium, ſeu fideicommiſſarium, cum acquiſitione fructuum à die tranſitus.*
22 *Sed iſta regula non procedit, quando dominium rei legatæ in eos ipſo iure non tranſit, ſed opus eſt traditione, ſeu conſtitutione hæredis.*
23 *Hæres grauatus donec non tranſmittat, ſeu reſtituat fideicommiſſum fructus, ex eo prouenientes, in fideicommiſſarium non tranſeunt, ſed hoc non procedit, quando fideicommiſſum tranſit in fideicommiſſarium ipſo iure.*
24 *Legatum, quando non eſt expreſſum, ſed tacitum, non poteſt dici propriè legatũ, ſed fideicommiſſũ.*
25 *in Legato eſt ſpeciale, quod dominium rei legatæ trãſeat in legatarium ipſo iure, quod non procedit in fideicommiſſo.*
26 *Fideicommiſſaria diſpoſitio, quando non fit per verba expreſſa, ſed ſolum prouenit ex tacita voluntate, tunc ipſa diſpoſitio non dicitur legatum.*
27 *Legatum non inducitur ex tacita voluntate, ſed fideicommiſſum.*
28 *ad Fructuum acquiſitionem ſufficit titulus etiam iniuſtus.*
29 *ad Fructuũ acquiſitionẽ bona fides multũ operatᷣ.*

DECISIO CLXXXIX.

SVB die vigeſimaoctaua Nouembris præteriti * fuit dubitatum, An D. Diana teneretur
ad reſtitutionem fructuum à die natiuitatis D.Dominici,
vel potius à die litis conteſtatæ: Et de illorum
reſtitutione poſt litem cõteſtatam omnes Domini
fuerunt concordes, ſed de alijs fuit dictum
non liquere: Vnde cum hodie cauſam propoſuerim
ſuper vtroque articulo, Domini ſteterunt in deci-
1 ſis † quoad fructus à die motæ litis *iux. tex. in l.1.*
§ ex die. ff.de vi, & vi armat. l. quæſitum. §.hoc in-
terdicto de procur.l.3. vbi gloſ. Bart. & alij, ff.de
2 *interd.* nam litis † conteſtatio adimit bonam fidẽ,
quæ requiritur in acquiſitione fructuum, *l.1. & 2.in*
fin. & l. fin. C.de vſur. & fruct.leg. cum alijs in
deciſione allegatis.

Quibus viſum eſt non obſtare, quod in caſu præ-
ſenti lis non fuerit conteſtata, ex quo ſolum in par-
3 tibus D.Diana forum declinauit, † quæ declinato-
ria non parit litem, vt benè firmauit *Mantic.deciſ.*
204.ſub nu. 8. & ſeqq. Quia D. Diana non decli-
nauit propriè forum, ſed petijt iudicium Eminen-
tiſſ. D. Cardinalis Legati, coram quo cum partes
conueniſſent, fuit in iudicem deputatus R.P.D.
Vaius eius Auditor, cui poſtea placuit exquirere
4 votum Dominorum. Vnde cum actor † coram Iu-
dice ſuam petitionem dederit, & reus ſe oppoſue-
rit, ſatis lis dicitur conteſtata, etiam parte abſente,
ſecundum opinionem Rotæ, de qua *Abb. in cap.1.*
num.7.verſ. ſed contra vtrumque de lit.conteſt.

Tota igitur difficultas fuit reſtricta ad reſtitutio-
nem fructuum ante litem motam, quos aliqui ex
Dominis allegabant deberi.

Primò, quia dominium rei legatæ ſtatim acquiri-
5 tur legatario, † etiam ante illius acceptationem;
imò etiam ipſi legatario ignoranti, *l. cum pater. §.*
ſurdo. ff.de leg.2. Caſtrenſ.conſ.171. nu.1. & ſeqq.
lib.1. Surd.deciſ.25. nu.19. verſ. de particulari le-
6 *gato,* ergo ſtatim legatario fructus debentur, † cum
dominium ſequantur *Bart. in l. in fideicommiſſa-*
riam, vbi Rip.num.14. ff. ad Trebellian. Caph.conſ.
215.nu.49. & ſeqq. Peregr. de fideic. art.49. n.88.
& ſeqq. Mantic.de coniect.lib.7. tit.10.num.30 &
ſeqq. Fuſar. de ſubſtit. quæſt.626.nu.59. Gratian.
diſcept.256. nu.10.

Secundò, quia regulariter fructus debentur fi-
7 deicommiſſario † etiam ante motam litem, quando
fideicommiſſum relictum eſt in certam diem fauo-
re fideicommiſſarij ſiue legatarij, non hæredis, vt
diſtinguit *tex. in l. ſi ita relictum. §. Pegaſus. ff. de*
leg.2. Ergo cum legatum fuerit factum Dominico
8 ſequuta ipſius natiuitate, † videtur quod à dicto
tempore illi debeantur fructus, non autem à die li-
tis conteſtatæ, cum bona fides grauati tali caſu non
obſtet, *l. in fideicommiſſi. §. Polidius. ff. de vſur.*

Tertiò, dicebatur legatum deberi Dominico, nõ
ab hærede grauato, ſed à legatario, cuius titulus
9 cum redactus † fuerit ad non titulum, ſtante puri-
ficatione conditionis, ſcilicet natiuitatis Dominici,
idcirco legatum ſtatim ab ea die cenſetur ademptũ
l. ſicut adimi, & l.2. ff.de adim.leg Quia prior titu-
10 lus non poteſt amplius inducere bonã fidem † quo
ad fructuum acquiſitionem, vt per plura iura pro-
bat *Rom.conſ.454.nu.27. Natt.conſ.535.n.1. Rim.*
iun.conſ. 333. num.21. lib.3. Gratian. diſcept.824.
num.57. Oſaſc.deciſ.160.nu.2. Surd.deciſ.25. n.22.

Quartò, quia D. Diana grauata reſtituere lega-
tum, hoc medio tempore non acquiſiuit fructus iu-
11 dicio teſtatoris, † ſed tantum negligentia non pe-
tentis, vt dicit *tex. in l. mulier. §. ſi hæres, vbi Ca-*
ſtrenſis. ff. ad Trebell. Aym. conſ.316. nu.2. Man-
tic.de coniect. lib.7. tit.10. nu.27. ex quo Domini-
12 cus fuit infans, & non potuit illi aliqua † negligen-
tia imputari, debet conſequi fructus etiam ante mo-
tam litem, cum infans non habeat neque velle, ne-
13 que nolle, & † quicquid videt, ignoret: Ignorãs au-
tem non negligit, *l. mater decedens. ff. de teſtam.*
Mantic. vbi ſupra nu.27. verſ. pro pupillis. Bardel-
lon.conſ.25. ſub nu.48. Surd.deciſ.25. nu.30.

His tamen non obſtantibus pro maiori parte

Dominorum negatiuè reſolutum fuit,quia licet ve-
14 rum ſit, quod legatū acquiratur legatario,† etiam
ignoranti, id tamen intelligitur procedere in fidei-
15 commiſſo ſeu legato expreſſo, non † autem in ta-
cito, & reſultante ex interpretata voluntate teſta-
toris, præter & vltra ſignificationem verborum, vt
tenet *Bart. in l. ſeruum filij, §. fin. nu. 2. ff. de leg. 1.*
vbi Iaſ. nu. 10. & ſeqq & præſertim nu. 15. vbi de
communi *Torniell. in repet. l.* 1. *num.* 100. *& ſeqq.*
ff. eod & in l. à teſtatore nu. 37. *ff. de condit. & de-*
monſtr. Mantic. de coniect. lib. 5. tit. 4. nu. 7. late
Tiraquell. de legib. connub. gloſſ. 7. nu. 54. Duen.
207. *limit.* 1. Quæ enim ex mente & coniecturis
16 deducuntur, † non propriè expreſſa dici poſſunt,
ſed impropriè, vt Bartholi & aliorum auctoritate,
docet *Tiraquell. de leg. connub. gloſſ. 7. num* 174. &
ideo non niſi tacitè continentur in teſtamento,
17 † quia oculis corporeis legi non poſſunt, ſed intel-
lectu percipiuntur, *l. 1. in princ. verſ. legi autem. ff.*
de his quæ in teſtam. delen. Aſin. poſt Iaſ. & alios de
execut. §. 6. cap. 71. nu. 12. & ſeq. ceſſat igitur mala
18 fides ex parte D. Dianæ, † quæ habuit iuſtam cau-
ſam errandi ex ijs, quæ ſcripta erant in teſtamento,
l. de ætate. §. ex cauſa. ff. de interrogat. act. Bald.
conſ. 110. *col. 2. circa fin. verſ. præterea nulli du-*
bium eſt, lib. 1.

Quod autem in caſu præſenti relictum non ſit
expreſſum, ſed tacitū, viſum eſt clarè probari, quia
19 verba teſtamenti videntur † reſtricta ad filium ma-
ſculum, qui natus eſſet tempore mortis teſtatoris,
& tamen Rota cenſuit Dominicum fuiſſe vocatum
ad fideicommiſſum, etiā quod ſit natus poſt ipſius
teſtatoris obitum, *Aretin. in l. conſeruus, alias Af-*
fricanus, alias apud Iulianum 39. alias 40. §. ſi Ti-
tius, col. 2. verſ. quod quando in iſto legato, ff. de leg.
1. *Torniell. in repet. d. l. 1. num* 100. *verſ. probatur.*
ff. eod. Vbi dicit hanc opinionem abſque dubio eſſe
veram & indubitatam cōtra Aretin. Ruin. lex. &
alios tenentes contrarium, & ſub nu. 102. reſpon-
det omnibus eorum fundamentis, ex quibus patet,
quod cum reductio tituli D. Dianæ ad non titulum,
20 † ſolum fieri potuerit ex interpretatione volunta-
tis teſtatoris, non autem ipſo iure ex verbis legati;
Idcirco fructus ab ea tantum die debeantur, in qua
voluntas teſtatoris interpretata fuit, & ſic à die
motæ litis, *tex. in l. ſi quis ſolutioni in princ. ff. de*
vſur. & l. qui ſine dolo 64. vbi gloſſ ff. de reg. iur.

Secundò. Dicebatur, quod dato & non conceſſo,
quod verſaremur in legato ſeu fideicommiſſo parti-
21 culari, quod regulariter, quando † eſt purum, ſolet
ipſo iure trāſire in legatarium ſeu fideicommiſſa-
rium, cum acquiſitione fructuū à die tranſitus: ad-
huc illa regula ceſſat, quando dominium rei lega-
22 tæ non tranſit ipſo iure in † legatarium ſeu fideicō-
miſſarium, ſed traditione aut conſtitutione hæredis
opus eſt. ita *Bart. in d. l. 1. ff. de legat.* 1. Vbi Soccin.
dicens eſſe communem, *Rip. nu* 33. *Bolog. nu.* 207.
circa fin. ibiq. *Iaſ. nu.* 85. *& ſeqq.* eleganter *Tor-*
niell. in repet. d. l. 1. nu. 101. *& ſeqq. Viu. commun.*
lib. 1. verb. legatum, & inter commun. opin. Viu.
tom. 2. verb. de legatis tit. 26. nu. 7. Craſſ. de ſucceſſ.
§. legatum. quæſt. 69. num. 2. Petr. Duen. de reg. iur.
reg. 210. limit. 1. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 4. n. 7.
Soccin. conſ. 41. nu. 25. lib. 4. In præſenti vero caſu
clarè patet, quod D. Diana tenetur reſtituere fi-
23 deicommiſſum Dominico, & donec † ipſa non re-
ſtituat, ſeu dimittat, fructus ex eo prouenientes in
ipſum tranſire non poſſunt, vt ſunt *text. in l. Impe-*
rator. in princ. ff. de leg. 2. & in l. ſi legatarius ff. de
leg. 3. Bart. quem ſequuntur Doct. in d. l. 1 nu. 8. ff.
de leg. 1. & ibi Iaſ. num. 86. cum alijs relatis per
Petr. Duen. de reg. iur. d. reg. 110. *limit.* 7.

Tertiò deducebatur, quod quando legatum non
24 eſt expreſſum, † ſed tacitum, non poteſt propriè
dici legatum, ſed fideicommiſſum, & propterea do-
minium non poteſt tranſire ipſo iure in fideicom-
25 miſſarium, quia † hoc eſt ſpeciale in legato ita
Torniell. in d. l. 1. nu. 101 vbi aſſerit, quod licet *tex.*
in l. 2. C. commun. de legat. dicat, quod eadem ver-
ba ſignificant legatum, & fideicommiſſum, non ta-
men ſequitur, quod vbi diſpoſitio fideicommiſſaria,
26 non fit per verba expreſſa, † ſed ſolum prouenit ex
tacita voluntate, præter & vltra ſignificationem
verborum intelligatur ipſa diſpoſitio legatum, quia
hoc non dicitur in illa lege ſecunda, & ex tacita vo-
27 luntate non † inducitur legatum, ſed fideicōmiſſū.

Quartò ponderabatur, regulam illam, quod mi-
nori non petenti fructus nulla poteſt negligentia
imputari, nō applicari vllo modo huic caſui, in quo
D. Diana non fecit fructus ſuos, occaſione mortæ
ipſius minoris in petendo, ſed ex titulo putatiuo,
28 quod legatum eſſet caducatum, qui titulus † licet
iniuſtus ſufficit pro acquiſitione fructuum, *Bald.*
conſ. 118. *in fin. lib. 2. Curt. ſen. conſ. 72. col. 3. verſ.*
ſecunda concluſio. Crot. conſ. 62. nu. 20. lib. 1. Me-
noch. conſ. 1173. *n. 4. & de recup. remed. 15. n.* 593.
29 *Giurb. deciſ. 89. nu.* 16. in hac enim † materia bona
fides multum operatur, *Curt. iun. conſ. 28. num.* 6.
Bero. conſ. 60. nu. 53. lib. 2. late Becc. conſ. 95. n. 15.
Menoch. d. conſ. 1173. *nu* 9. *verſ. tertio reſpondeo.*
Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 3. nu. 8. Rot. deciſ. 320.
nu. 1. & ſeqq. par. 2. recent.

Et ſic parte vtraque informante ad fauorem D.
Dianæ reſponſum fuit quoad reſtitutionem fru-
ctuum ante motam litem &c.

☞ *Vide hanc deciſionem infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito.*

R. P. D. PANZIROLO.

Fauentina Legatorum.

Die Veneris 23. Ianuarij 1637.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi reliquerit facultatem hæredi mi-
nuendi, moderandi, adimendi in totum vel
in partem, cum cauſa, & ſine cauſa legata ab
eo alicui facta, donec dictus hæres viuet na-
turaliter, qualiter iſta facultas intelligatur
conceſſa, latè declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Legata minuendi, & adimendi facultas conceſſa hæredi, intelligitur reſtricta ad caſum diſpoſitionis inter viuos, non autem vltimæ voluntatis.*

2 Sed

2 Sed ab iſta regula receditur, ſtantibus coniecturis in contrarium.

3 *Teſtator, ſi eiſdem verbis, quibus vſus fuit in inſtitutione hæredis, relinquat etiam d. hæredi facultatem adimendi legata, tunc hæres etiam in vltima voluntate poteſt illa adimere. amplia. n 4.*

5 *Verba generaliſſima non poſſunt plus reſtringi ad vnum caſum, quàm ad alium.*

6 *Dictio, ideo, de ſui natura eſt reſtrictiua, & limitatiua.*

7 *Verba, quantumuis ampla, & vniuerſalia reſtringi debent ad ſpeciem adiectam.*

8 *Verbũ diſponere denotat vltimã voluntatẽ. et n. 9.*

10 *Diſponendi facultas, quando alicui datur de aliqua re inter viuos, intelligitur per actus inter viuos. amplia nu. 11. 12. & 13.*

14 *Clauſula, ſempre mai, quid operetur.*

15 *Copula, &, quando denotet diuerſitatem, & requirat concurſum copulatorum.*

16 *ex Conditione mortis, vel vitæ, non infertur ad conditionem viduitatis cum vna ſit ab altera valde diſſimilis.*

17 *de Tempore loqui, & de perſona loqui iſta ſunt multum inter ſe diuerſa.*

18 *Rationis diuerſitate concurrente de vna re ad aliam non licet arguere.*

19 *Legata adimendi facultas, eſt materia odioſa, & propterea ſtrictè venit interpretanda.*

20 *Dictio, alio, intelligenda eſt de modo ſimili expreſſo. & num. 21.*

22 *Relatiuum (quale) reſtringit diſpoſitionem, tàm in ſubſtantia, quàm in qualitate.*

23 *Clauſula, & omni meliori modo, non poteſt referri ad ſpeciem diuerſam, quando non fuit ſeruata forma præſcripta.*

24 *Verba, ſin che viuerà, important conditionem.*

25 *Forma non ſeruata, actus nullo modo ſubſtinetur.*

26 *Legata adimendi facultas conceſſa hæredi, intelligitur dummodo bona fide, & non malo animo fiat. & nu. 30.*

27 *Concordia inita cum aliquo, ſi prohibeatur à teſtatore, hoc præceptum eſt de per ſe malum, & contra bonos mores.*

28 *Odium præſumitur, quod quis habeat in alium, ex minis ab eo in illum factis.*

29 *Surd. in conſ. 50. nu. 50. quo caſu loquatur.*

31 *Plot. in conſ. 54 in quibus terminis procedat.*

32 *Legatum cenſetur ademptum per teſtatorem ipſum, quando ſuperuenit inimicitia ipſo viuente, etiamſi ab ipſo præceſſerit, quia præſumitur ipſum pænituiſſe.*

33 *Legata adimendi facultas data alteri, non intelligitur data etiam ex cauſa odij grauis prouenien-te ab eo, qui talem facultatem habet.*

DECISIO CXC.

DVBITAVI an ſit recedendum à deciſis ſub die 29. Februarij anni proximi præteriti*, & negatiuè reſponſum fuit, quia facultas data à Cæſare Nonio Bartholomeæ vxori minnendi, moderãdi, adimendi, in totum, vel in partem, cum cauſa, & ſine cauſa legata ab eo facta Ludouico Nonio, eius ex fratre patruele nepoti, ac illius deſcendentibus intelligitur reſtricta ad caſum diſpoſitionis
1 inter viuos, † non autem vltimæ voluntatis, per
illa verba, *ſin tanto però ch'eſſa viuerà naturalmente*, vt eſt Text. apertus *in l. pater filium 36. §. fundum Titianum. ff de legat. tertio*, & eſt celebre *Conſilium Bartoli 76. num. 7. verſ. me tamen ratio mouet. lib. 1. Rom. conſ. 476. per tot. Dec. conſ. 30. num. 3. Soc. ſen. conſ. 126. nu. 8. verſ. nec obſtat. lib. 3.* præter alios quamplurimos in deciſione relatos.

Veritas autem huius concluſionis non controuertebatur ab informantibus pro Societatibus Verecundorum, & Mortis; ſed ſolum allegabatur, ab
2 † hac regula eſſe recedendum ſtantibus coniectu-
ris in contrarium, vt tradit *Petrus Pecchius de teſtamentis coniug. c. 15. in fin.* Prætendebant autem, coniecturas poſſe deſumi ex eo, quod teſtator inſtituit hæredem Bartholomæam vxorem per hæc verba, *durante la ſua vita naturale ſin tanto, ch'eſſa viuerà, e conſeruerà le conditioni vedouili*. In facultate vero adimendi legata dixit, *ſin tanto però, ch'eſſa viuerà naturalmente, & ſeruerà le conditioni vedouili, come di ſopra.* Et propterea cum teſtator eiſdem verbis vſus fuerit in inſtitutione, & in facultate adimendi legata, ſicut Bartholomæa ex inſtitutione poterat vti ſuis rebus relictis, donec vixerit, & vitam viduilem ſeruauerit, ita dicta fa-
3 cultas adimendi legata intelligenda ſit, vt illi † cõ-
petat donec vixerit, & vitam viduilem ſeruauerit, nulla facta diſtinctione, An id fiat in vita, vel in vltima voluntate, vt aduertit *Iaſon. in conſ. 130. ſub nu. 5. verſ. ſed præmiſſ. non obſtante. lib. 4. Crauett. conſ. 227. nu. 13. & ſeqq. Surd. concl. 10. nu. 11. & ſeqq. & n. 28. & ſeqq. Gabr. de fideic. concl. 9. n. 14. & conſ 10. nu. 6. Rot. deciſ. 10. nu. 6. par. 1. recent.*
4 Stante præſertim ampliſſima † verborum generali-
tate, qua teſtator vſus eſt videlicet (*piena, ampla, & ſuprema autorità, facoltà ſopraintendenza, padronanza, come à lei più parerà, & piacerà*) ſæpius repetita, quæ de ſui natura important facultatem, & licentiam liberam & valde enixam teſtato-
5 ris voluntatem, quæ † propterea nullo modo re-
ſtringi poſſe videbatur ad caſum cõtractus inter viuos, non autem vltimæ voluntatis, vt poſt *Soccin. ſen. in conſ. 133. nu. 2. in fin. lib. 3 tradit Menoch. lib. 4. præſumpt. 188. nu. 8. Surd. d. conſ. 10. nu. 51. & ſeqq.*

Fuit enim reſponſum in præſenti caſu, quamcum-
6 que † ampliſſimam verborum prægnantiam debe-
re limitari ad actus inter viuos, ſtante illa clauſula (*ſin tanto però, ch'ella viuerà naturalmente*) præſertim ponderando dictionem (*però*) quæ ſui natu-
7 ra, † eſt reſtrictiua, & limitatiua, *Ruin. conſ. 1. n. 12.*
lib. 4. Rota apud Seraph. deciſ. 447. nu. 3. & in recent. deciſ. 140. ſub nu. 4. par. 3. Verba enim quã-
8 tumuis ampla, & vniuerſalia, † reſtringi debent ad
ſpeciem adiectam, *Surd. conſ. 151. nu. 33.* & in terminis noſtris, ponderat *Bart. in d. conſ. 76.* qui loquitur in caſu, in quo aderant verba, pro libito ſuæ voluntatis, *Natt. conſ. 118. nu. 2. ad finem*, vbi dicebatur, ea viuente poſſet diſponere ad libitum, & *ſub nu. 5. in fine, cum ſeq* vult, hoc procedere non
9 obſtante, quod verbum † diſponere denotet vltimã
voluntatem, quia quando datur alicui facultas di-
10 ſponendi † eo viuente, intelligitur per actus inter
viuos,

Digitized by Google

vinos, *Cagnol.in l. fin. num.246. poſt med. C. de pact.* vbi etiam ſi dicat, in vita poſſet diſponere,
11 † & quicquid ſibi placuerit facere, *Alb.conſ.559.* vbi dictum erat, poſſet pro arbitrio ſuæ voluntatis diſponere de bonis, *Crauett.conſ.426.in princ.iun-*
12 *cto nu.4. & ſeqq.* vbi teſtator dixerat, † quod vxor poſſet liberè diſponere prout ſibi placuerit, quoad vixerit, *& num.14 verſ. non obſtan.* inquit, poteſtatem liberè diſponendi, cenſeri reſtrictam, & limi-
13 tatam ad tempus vitæ, & ſic ad † actum inter viuos, & ob id non poſſe illud verbum liberè operari contra reſtrictionem expreſſam teſtatoris, *& num.24.* *Giouagn.conſ.38. nu.18. in fine lib.1.* vbi dictum erat poſſet in vita liberè facere velle ſuum in totũ, vel in parte, *Bertazz conſ.ciu.113. nu.4. ad med.* vbi reſeruata erat facultas diſponendi, dum vixerit, ſuo arbitrio; idq. viſum eſt procedere, non obſtañ, quod in facultate adſit clanſula, *tante volte, quante à lei più piacerà*, & clauſula (*ſempre mai*) cum
14 hæc verba rectè adaptentur † contractibus, in quibus non minus facultas moderandi, ac minuendi; verum etiam in totum legata reuocandi, ſemper, & toties, quoties poteſt exerceri, quando reuocãs ſibi talem poteſtatem reſeruat, vt tradunt *Pariſ. conſ.90. num 5. & ſeq. lib.3. Anton. Monach. dec. Bononien. 71. ſub nu.97. & ſeqq.*

Nec placuit, quod illa verba (*fin tanto però che viuerà naturalmente*) referri debeant ſolum ad viduitatem, quia potius viſum eſt, teſtatorem voluiſſe vtrumque copulatiuè concurrere, nempe, quod diſponeret per actum inter viuos, & quod ſeruaret viduitatem, dum dixit (*fin tanto però, ch'ella viuerà, & ſeruerà le conditioni vedouili*) in hoc enim
15 caſu copula (&) † videtur denotare diuerſitatem, & requirere concurſum copulatorum ſecundum *Pariſ.conſ.95.nu.6. & 7. lib. 1. Socc. iun. conſ.79. nu.13. in fine lib.2. Gabr. conſ.90.n.31.lib.1.Surd. deciſ.228.nu.3. Rot. diu. deciſ.115. nu. 8. par.1.* &
16 in ſpecie quod ex condirione mortis, † vel vitæ, non inferatur ad conditionem vidultatis, cum vna ſit multum ab altera diſſimilis, aduerrit *Socc. ſen. conſ.5. ſub n.4. verſ. iſta concluſio lib.3.* imò *Grauett.in d.conſ.426. num. 6.* loquitur in huiuſmodi conditione, quoad vixerit, adiecta vſufructuariæ, & tamen firmat reſtringere facultatem diſponendi ad actus inter viuos: Et ratio differentiæ videtur clara, quia verba illa (*fin tanto che viuerà naturalmente*) denotant tempus limitationis ipſius facultatis, alia vero (*& ſeruerà le conditioni vedouili*) ſolum denotant onus perſonæ adiectum, & ideo non po-
17 teſt ab vno ad aliud inferri, † cum diuerſa omnino ſint loqui de tempore, & loqui de perſona; nec viſum eſt releuare, quod in alijs partibus teſtamenti ſola conditio viduitatis fuerit conſiderata, quoniam ex illis caſibus longe diuerſis, ac diuerſas qualitates habentibus, non licet inferri ad iſtum, in quo te-
18 ſtator dedit facultatem vxori minuendi, † & adimendi legata in parte, vel in totum præſertim concurrrnte diuerſitate rationis, vt per *Menoch. conſ. 220.num.88. Honded. conſ.48. nu. 49. & 50. lib.2.* cum alijs adductis per *Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 11. num.3. & ſeqq.* Hic autem caſus minuendi, & adimendi legata non ſolum in qualitate ac ratione apparet diuerſus ab alijs caſibus in teſtamento contentis, ſed vlterius fuit ponderatum, quod facultas
19 prædicta adimendi legata † eſt admodum odioſa, & propterea ſtrictè venit interpretanda ex *Peregr. de fideicom.art 18.nu.29. verſ.& quia in hac materia. Vincent.de Franch.deciſ.169. nu.15.*

Nec obſtat, quod cum Bartholomæa in teſtamẽto vſa fuerit clauſula (& omni alio meliori modo;) ademptio legati, ſi non valuit in vim teſtamenti, ſubſtinenda veniat eo modo, quo ſubſtineri
20 debuit, fuit enim reſpõſum, illam dictionem † (alio) intelligendam eſſe de modo ſimili expreſſo, & ſic de diſpoſitione in vltima voluntate, vt bene per *Pedroch.conſ.24. nu.1. & 2. Surd. conſ.77. nu.27.* Atque hic ſenſus redditur indubitabilis, tum ex eo quod Bartholomæa manifeſtè credidit, ademptionem valere in vltima voluntate, & ſic clauſula (omni meliori modo) ſecundum ipſam non poteſt verificari de alio actu, quam vltimæ voluntatis, dum ipſa etiam poſt teſtamentum, in quo dicta clauſula
21 continebatur, † fecit aliam ademptionem per viã codicillorum, & non per actus inter viuos, *Surd. deciſ.7. nu.27. & 28. Menoch. conſ.415. num. 22.* Tum quia in teſtamento, non appoſuit ſimpliciter, & abſolutè clauſulam (omni alio meliori modo) ſed dixit (*e queſta dice eſſer la ſua vltima volontà la qual vuole, che vaglia per raggione di codicillo, dichiaratione, & in ogn'altro miglior modo*) & ſic voluit dictam vltimam volũtatem valere omni alio meliori modo, non autem per diſpoſitionem inter
22 viuos; † nam illud relatiuum (*quale*) reſtringit diſpoſitionem, tàm in ſubſtantia, quàm in qualitate, *Morot.conſ.5. nu.5.6.& 7. Ceph.conſ.636.num.5. & ſeqq. Menoch.conſ.177. num. 22. ad fin.* Vltra quod fuit etiam conſideratum clauſulam, (& omni
23 meliori modo) non poſſe referri † ad ſpeciem diuerſam, quando non fuit ſeruata forma præſcripta, *Gemin.in c.1. nu.3. de poſtulat. Prælat.in 6. Grat. conſ.70. nu.19. lib.1. Eugen. conſ.92. nu.25. lib.2. Bertazz.conſ ciuil.65. nu. 15. Scraph.de priu. iuram. priuil.98. num.4. Io.Griuell. dec. Dolan.126. num.26. ad finem*, & ideo cum Bartholomæa haberet limitatam facultatem diſponendi in contractibus, non autem in vltima voluntate, vt ſupra di-
24 ctum eſt, ex quo verba illa † (*fin che viuerà*) important conditionem, *Bertazzoll.conſ.ciu.113.n.6. & ſeqq. Cauagn.conſ.25.nu.1.lib.1.* & conditio re-
25 gulariter † formam inducat ex cumulatis à *Peregr.de fideic. art.16. nu.120. & ſeq.* Propterea forma non ſeruata actus nullo modo ſubſtinetur.

Secundò, principaliter viſum eſt ſubſiſtere aliud fundamẽtum deciſionis, quod ſcilicet facultas adi-
26 mendi legata, verbis quantumq; ampliſſimis † conceſſa intelligatur dummodo bona fide, & non malo animo fiat iuxta *conſil.Rom.476.nu.4.verſic.cæterum, vbi data erat ampliſſima & libera facultas. Pariſ.conſ.95.nu.73. & ſeqq lib.2. Corn. conſ.140. nu.8. & ſeqq.lib.2. Menoch. conſ.226. nu. 29.* cum alijs in deciſione relatis.

In caſu autem præſenti odium Bartholomææ viſum eſt euidenter patere, tàm ex prohibitione con-
27 cordiæ iniendæ cum Ludouico, quod eſt † præceptum per ſe malum, & contra bonos mores, *Soccin. iun.conſ.32. nu.13. lib.3.* Quàm etiam ex præcepto non locandi domum prædicto, eiuſq. filijs, etiam

ſi

Digitized by Google

ſi offerrent maiorem penſionem, quàm alij, ex quibus actibus mala voluntas Bartholomææ clarè detegitur; præſertim cum ex prædicta prohibitione damnum manifeſtum locis pijs reſultaret, vt in deciſione ponderabatur, de quo etiam Bartholomææ odio aduerſus Ludouicum, & filios, non minus vi-
28 ſum eſt conſtare ex teſtibus, † qui deponunt de
minis præcedentibus, *Gabr. conſ. 81. num. 11. lib. 2, Menoch. conſ. 226. num. 95. & ſeq.* Non obſtante, quod opponeretur. teſtes prædictos non percutere tempus ante teſtamentum, cum ex eorum depoſitione præſertim iunctis articulis conſtet de contrario & ſignanter dum deponunt de dicto odio ante matrimonium, quod celebratum fuit per aliquos menſes, priuſquam Bartholomæa conderet teſtamentum.

Nec prædictis viſum eſt contrariari auctoritas, *Surd. in conſ. 10. ſub nu. 50.* quia non loquitur in
29 terminis noſtris, † ſed de grauato reſtituere quicquid ſupererit tempore ſuæ mortis, & Surd. ibi dicit eidem reſeruari quartam pro fideicommiſſario, quod quidem nihil habet commune cum faculta-
30 te adimendi legata, † quæ tacitam habet conditionem, dummodo bona fide fiat. Minus autem videtur vigere authoritas *Ploti in conſ. 54.* quia clarè
31 † loquitur in legatario, qui intulit iniuriam vxori teſtatoris legantis, quæ iniuria nullatenus à Ludouico illata fuit Bartholomææ, nec de ea nullo modo docetur. Nec releuat *Card. Mantic. in tit. de coniect. lib. 12. tit. 5. num. 10.* Ibi enim dicit cenſeri ademptum legatum per teſtatorem ipſum, quan-
32 do ſuperuenit inimicitia † ipſo viuente, etiamſi ab ipſo præceſſerit, quia præſumitur eum pęnituiſſe, ſed non dicit, quod facultas data alteri adimendi le-
33 gata intelligatur data etiam ex cauſa odij † grauis proueniente ab eo, cui talis facultas conceſſa fuit, vt ſucceſſit in caſu noſtro.

Et ſic parte vtraque &c.

☞ * *Eſt deciſio 104. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. PANZIROLO.

Colonien. Occupationis bonorum.

Die Lunæ 26. Ianuarii 1637.

ARGVMENTVM.

in Spolio antiquo, qualiter ſufficiat, vt probetur primum extremum. Bona alicuius Eccleſiæ, licet incorporentur in eius Capitulũ, nihilominus requiruntur ſolemnitates neceſſariæ in eorum alienatione, &c.

SVMMARIVM.

1 *Spoliato eſt concedenda reintegratio, conſtito de eius antiqua poſſeſſione, & de recenti ſpoliantis.*

2 *Prælatus non ſolum nomine proprio poteſt intentare iudicium ſpolij contra occupantes Eccleſiæ bona ſed etiam nomine ipſius Eccleſiæ.*

3 *in Spolio antiquo primum extremum ſufficit, vt probetur per leuiores probationes.*

4 *in Spolio antiquo primum extremum probari poteſt per probationem præſumptiuam. vt n. 5. & 7.*

6 *Capellam, ſi teſtator mandauit conſtrui ab herede ſi poſtea conſtructa reperiatur, nec apparet à quo, præſumitur conſtructa ab herede in executionem voluntatis teſtatoris.*

8 *Confeſſio qualificata, quando pro parte poteſt acceptari,*

9 *in Spolio, ſecundum extremum probari poteſt, tàm ex confeſſione partis, quàm ex litis ſubſtentatione iunctis adminiculis.*

10 *Bonorum Eccleſiæ incorporatio facta Capitulo d. Eccleſiæ, non ſubſtinetur ſi non appareat factam eſſe cum debitis ſolemnitatibus.*

11 *Bona Eccleſiæ, ſi alienentur fauore alterius Eccleſiæ, nihilominus requiruntur ſolemnitates neceſſaria in alienatione dd. bonorum.*

12 *Eccleſiæ bona, licet alienentur inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ, nihilominus ſunt ſeruanda debita ſolemnitates, ne detur occaſio diſcooperiendi vnum altare, pro altero cooperiendo in diminutionem cultus Diuini.*

13 *Spolij iudicium non eſt retardandum per ea, quæ requirunt altiorem indaginem.*

14 *in Alienationibus rerum Eccleſiæ, & curſu temporis non præſumitur titulus, vnà cum ſolemnitatibus requiſitis.*

Præſumptionum plurium curſus non eſt inducendus. num. 14.

15 *in Alienatione bonorum Eccleſiæ, requiritur ad eius realitatem & titulus, & ſolemnitates.*

16 *Præſcriptio non poteſt induci ſublato titulo, & bona fide, etiamſi 1000. anni interceſſerint.*

17 *Iudicium ſpolij ſtante ſpatio 30. annorum impeditur.*

18 *Præſcriptio interrumpitur, ſi commiſſio fuerit obtenta, licet non fuerit reproducta.*

19 *Præſcriptio, vt interrumpatur, ſufficiunt etiam extraiudiciales moleſtationes.*

DECISIO CXCI.

DOMINI reſponderunt, eſſe concedendam reintegrationem Vicariæ ad bona, de quibus
1 agitur, quia conſtat de † antiqua illius poſſeſſione & de recenti Eccleſiæ S. Andreæ, ac ipſius Capituli, contra quod agitur *Abb. in c. cum ad ſedem n. 17. de reſtit. ſpol. Bald. in l. 3. nu. 15. verſ. & nota. C. ſi non compet. iud. Afflict. deciſ. 327. nu. 2. Rot. deciſ. 21. nu. 1. de reſtit. ſpol. in nou.* Præſertim dum Gerardus, non ſolum nomine proprio; verum
2 † etiam nomine eiuſdem Vicariæ, contra Capitulũ iudicium intentauit, *Rip. in c. ſæpè, nu. 14. de reſtit. ſpoliat. Caputaq. deciſ. 170. nu. 1. deciſ. 181. par. 3. Rot. deciſ. 473. nu. 2. par. 2. recent.* & fuit latè firmatum *in Colimbrien. præſtimoniorum 10. Decembris 1631. & 18. Iunij 1632. coram R.P.D. meo Dunozetto, & in eadem 27. Iunij 1633. & 28. Aprilis 1634. coram Reuerendiſſimo D. meo Coccino Decano, & in Meſſanen. ſeu nullius terrimenti 28. Iunij 1634. coram R P.D. meo Veroſpio.*

Quamuis autem in caſu præſenti, ad probandam poſſeſſionem reſpectu Vicariæ ſufficerent leuiores
3 probationes, † ex quo agitur de re ſatis antiqua, *Alex. conſ. 24. nu. 32. lib. 2. Seraph. deciſ. 763. n. 8. Greg. deciſ. 239. nu. 4.* & in terminis *Put. deciſ. 74. lib. 1.*

Digitized by Google

4 *lib.1. in correct.* Itaut ad probationem primi † ex-
tremi videatur ſatis eſſe præsũptiua probatio, *Put.*
deciſ.1. de reſtit. ſpoliat. & deciſ.74. lib.3. Rota
deciſ.394. nu.2. par.1. diuerſ. Attamen plura cõ-
currunt, ex quibus viſum eſt reſultare plenam, &
concludentem probationem: Apparet enim primò,
quòd in inſtrumento fundationis huius beneficij,
5 accedente conſenſu Archiepiſcopi, bona † de qui-
bus agitur, aſſignata fuerunt pro dote illius; vnde
cum poſtea appareat erectum in Vicariam, & quod
dotem habuerit, præſumitur, quod poſtea eadem
bona in dotem aſſignata verè poſſederit, vt in ſimi-
6 li dicitur de teſtatore, † qui mandauit ab hærede
conſtrui Capellam, nam ſi poſtea illa conſtructa
reperiatur, nec appareat à quo, præſumitur con-
ſtructa ab hærede in executionem voluntatis teſta-
toris, *Bart. in l. nomina. nu.3. in fin. C. arbitr. tut.*
Bald. in l. vnic. C. de alim. pup. præſt. Alex. in l. cum
ſeruus. nu.4. verſ. ex quo infertur, & ibi Iaſ. nu.5.
verſ. vnde infertur. ff. de verb. obligat. Abb. conſ.
54. in 2. dub. vol.1.

Secundò fuit ponderatum, quod in fundatione
bona prædicta fuerunt aſſignata ipſi Vicariæ cum
reſeruatione vſusfructus ad fauorẽ fundatoris, do-
nec vixerit; ex qua quidem temporali commodita-
7 tate fructuum ſatis † viſum eſt, quod poſſeſſio bo-
norum verè in dicti beneficij fundationem, ſeu ere-
ctionem translata fuerit, *gloſ. in l.3. verb. animo. ff.*
de acquir. poſſeſſ. Caſtren. conſ.171. num.1. lib.2.
Alex. conſ.117. nu.5. lib.2. Corn. conſ.113. in prin-
cip. & conſ.117. nu.1. lib.3.

Tertiò concurrit reſponſio Capituli ad vndeci-
mam poſitionem, in qua fatetur bona huiuſmodi
ſpectaſſe ad Vicariam, & licet poſtea ſubdat ea fuiſ-
8 ſe incorporata Capitulo, † poteſt tamen acceptari
confeſſio reſpectu aſſignationis bonorum, relicta
qualitate illi addita: ita *Bart. in l. Aurelius. § idem.*
ff. de lib. & poſthum. Greg. deciſ.458. n.4. & 5.

Reſpectu vero ſecundi extremi, poſſeſſio viſa eſt
9 probari tàm ex dictæ partis † confeſſione, quàm
ex litis ſuſtentatione, iunctis adminiculis iuxta *de-*
ciſ. Caputaq.369. nu.1. par.2. Greg. deciſ.15. nu.1.
& deciſ.209. nu.1.

Non obſtat, quòd prætendantur bona fuiſſe in-
corporata Capitulo ab ipſo Vicario pro tempo-
re exiſtente; quia vltra quod talis incorporatio
non exhibetur; in omnem caſum etiam exhibita
10 nihil releuaret, niſi facta † appareret cum ſolem-
nitatibus, quæ requiruntur à iure in alienatione
bonorum Eccleſiæ, cum ſolemnitates prædictæ nõ
11 ſolum † requirantur in alienatione facta ad fauorẽ
alterius Eccleſiæ, *Rot. deciſ.1. de reb. Eccleſ. non*
alien. in nou. & fuit dictum in Neapolitana ſpolij
3. Iunij 1601. coram bo. me. Lancelloto impreſſ. per
Marcheſ. de commiſſ. par.1. fol.103. & in Treuiren.
bonorum 15. Martij 1621. coram bo. me. Dunozet-
to. Verum etiam in conceſſione, ſeu alienatione,
12 † quæ fit inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ, ne detur
occaſio diſcooperiendi vnũ Altare, pro altero coo-
periendo in diminutionem diuini cultus, *Abb. in*
cap. ſicut noſtri. nu.4. de iure iur. Rodoan. de reb.
Eccleſ. non alien. quæſt.71. cap.18. nu.19. verſ. con-
trarium, & firmauit Rota *in Elnen. diſtributionum*
4. Decembris 1634. coram R.P.D. meo Buccabella.

Eoq. magis hæc exceptio viſa eſt non admittenda,
13 quo reſpicit petitorium, itaut † tanquam requirẽs
altiorem indaginem, non ſit apta retardare iudiciũ
ſpolij, *Mohed. deciſ.10. in fin. de reſtit. ſpoliat. Rot.*
deciſ.724. nu.5. par.2. recent.

Nec releuat prætenſa præſcriptio cum allegatio-
ne tituli perpetuæ locationis, & emphyteuſis: quo-
niam titulus emphyteoticus non exhibetur, & ex
14 † curſu temporis non præſumitur vnà cum ſolem-
nitatibus requiſitis in alienatione rerum Eccleſiæ,
ne inducatur concurſus plurium præſumptionum
15 actus, ſcilicet, geſti, & ſolemnitatum, † quæ requi-
rebantur ad realitatem eiuſdem, *Abb. in cap. per-*
uenit. num.3. in fin. de cenſib. plenè Ruin. conſ.75.
nu.8. lib.1. & conſ.29. lib.4. Natt. conſ.162. nu.24.
Honded. conſ.82. num.26. lib.1. Seraph. deciſ.1042.
num.4. & dixit Rota in allegata *Meſſanen. ſeu nul-*
lius feudi 22. Iunij 1635. coram R. P. D. meo Ve-
16 *roſpio.* Sublato autem titulo, & bona fide, † non
potuit induci præſcriptio, etiamſi ſpatium annorũ
mille interceſſiſſet, *Butr. in c. peruenit. de cenſib.*
Pariſ. conſ.27. nu.119. lib.1.

Minus obſtat, quod à tempore prætenſæ conceſ-
ſionis in emphyteuſim, de anno 1562. vſque ad
diem moti iudicij effluxerint pluſquam triginta
17 anni, † cuius temporis ſpatium impedit iudicium
ſpolij, *Crauett. conſ.124. nu.14. Bald. de præſcript.*
4. par. 4. part. princ. quæſt.24. tum quia talis con-
ceſſio non exhibetur, vt ſupra dictum eſt: tum etiã,
quia apparet, quod ante lapſum 30. annorum ob-
18 tenta † fuit commiſſio contra Capitulum, quæ li-
cet non appareat reproducta, attamen fuit apta
impedire curſum præſcriptionis, præſertim cum in-
ter Vicarium, & Capitulum lites interceſſerint, &
19 ad † impediendam præſcriptionem ſufficiant etiam
extraiudiciales moleſtationes, *Butr. in c. in grauis.*
in fin. de reſtit. ſpoliat. Abb. in cap. vt debitus. nu.
11. de appell. Dec. conſ.272. ſub nu.11. Rot. coram
Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano deciſ.362. n.2.
& deciſ.172. nu.6. Put. deciſ.385. ſub num.1. per
tot. lib.3. & latè firmauit *Rota in d. Meſſanen. feu-*
di coram R. P. D. meo Veroſpio, quæ poſtea fuit con-
firmata 15. Febr. 1636. corã R.P.D. meo Merlino.

Et ita vtraque parte informante fuit deciſũ, &c.

R. P. D. PIROVANO.

Tarraconen. Primitiarum.

Die Lunæ 26. Ianuarii 1637.

ARGVMENTVM.

Decimæ, & primitię debentur Monaſterio ha-
benti curam animarum, & non Rectori exer-
centi dictam curam à dicto Monaſterio depu-
tato. Cura animarum ex quibus probetur,
quod reſideat penes Monaſterium, & non
penes Rectorem.

SVMMARIVM.

1 *Primitiæ prout decimæ debentur Eccleſiæ Paro-*
chiali.
2 *Parochus in primitijs habet intentionem fundatã.*

3 *Pr-*

Digitized by Google

3 *Primitiæ debentur Monaſterio curam animarum habenti in proprietate, non autem Rectori actu habenti curam.*

4 *Verba vniuerſalia negatiua non patiuntur aliquam reſtrictionem.*

5 *Dominij, & poſſeſſionis translatio in aliquem qualiter probetur.*

6 *Cura animarum, quando probetur, quod reſideat penes Monaſterium, & non penes Parochum exercentem curam. & nu. 10. 12.*

7 *de Poſſeſſione præſenti, quando arguitur in præteritum.*

8 *Titulo antiquo ſtante, & nouiſſima poſſeſſione, facit, vt ille, qui eſt Dominus, fuerit etiã poſſeſſor.*

9 *Poſſeſſio quadragenaria eſt apta de per ſe probare primordialem effectuationem poſſeſſionis.*

1 *Rect or Parochialis deputatus à Monaſterio ad exercendam curam animarum vltra congruam nihil petere poteſt.*

13 *Indulta Apoſtolica ſi habeant datam vltra 100. annos, non egent recognitione.*

14 *Iudicis compulſoris authoritas ſcripturæ extractæ præbet fidem.*

15 *Archiuium priuatum Monaſterij non ſolet dare robur ſcripturis in præiudicium non ſubditorum Monaſterio.*

16 *Scripturæ propriæ poſſunt authoritate Iudicis compulſari, quando ex longinquis partibus ſunt extrahendæ propter periculum amiſſionis.*

17 *Archiuij fomento, nec ſubiacent ſolemnitati iuris in extractione illarum ſcripturarum, quæ habent formam publicam, & legalem, & ſunt extractæ à Notario rogato, vel eius ſucceſſore.*

18 *Scripturæ, quæ habent datam ſupra centum annos non egent recognitione, aut alio adminiculo.*

19 *Scripturas, quas quis produxit, non poteſt impugnare.*

20 *Laicus non habet dominium ſuper primitijs, aut decimis.*

21 *Priuilegia odioſa, & Eccleſiæ præiudicialia non ſunt multiplicanda.*

22 *Inuentario confecto de tempore non ſuſpecto, plurimum eſt deferendum, ad aliquid probandum.*

23 *de Inuentarij forma probanti quando multum dubitari poſſit.*

24 *Denunciationes in cataſtratione bonorum cuiuſcumque Ciuitatis nihil probant contra tertium non citatum.*

25 *Eccleſia, vt contra Eccleſiam præſcribat, requiritur quadragenaria poſſeſſio.*

26 *Teſtes recuſantes reſpondere interrogatorijs, gradum probationis non faciunt.*

DECISIO CXCII.

AGENTE Rectore Vimbodini contra Mona-
ſterium S. Mariæ Populeti pro vindicatione
omnium Primitiarum Eccleſiæ Parochiali debita-
rum, eo tantummodo informante, & præuia deci-
ſione emanauit ſententia Rotalis ad fauorem Re-
ctoris, de cuius validitate, & iuſtitia cum agatur in
iudicio reſtitutionis in integrũ, & hodie quæratur,
an conſtet de cauſis, affirmatiuè fuit reſponſum.
1 Nam etſi de iure primitiæ, † prout & decimæ
debeantur Eccleſiæ Parochiali, *cap. cum contingat.*
2 *cap. tua. de decim.* & in hoc Rector fundet † inten-
tionem ſuam, vt in deciſione cauſæ firmatur *Put.*
deciſ. 169. nu. 1. lib. 3. Rot. deciſ. 449. num. 1. coram
Papa Greg. XV, & 321. num. 4. par. 1. recent. Re-
buff. de decim. quæſt. 7. nu. 3.
Attamen, quia Eccleſia huiuſmodi de Vimbodi-
no eſt de menſa Monaſterij ſupradicti, inde ceſſat
præſumptio pertinentiæ primitiarum pro Rectore
3 allegata, ex quo debentur † Monaſterio curam ha-
benti in proprietate, non autem Rectori actu curã
exercenti, *Innoc. in cap. Paſtoralis. num. 1. de pri-*
uileg. vbi etiam *Abb. num. 7. Petrus de Vbaldis de*
vnio. cap. 2. num. 1. & 22. Garz. de benef. par. 12.
cap. 2. nu. 23. Rot. deciſ. 758. nu. 4. & 799. num. 1.
par. 1. diuerſ.
Probari autem de menſa Monaſterij de Popule-
to, & in proprietate ſpectare ad Abbatem, & Mo-
nachos viſum fuit; quoniam vſque de anno 1095.
Petro Hiſpaniarum Regi, & ſucceſſoribus in infi-
nitum ab Vrbano II. indultum fuit, vt Eccleſias
quas in Sarracenorum terris belli iure acquiſiue-
rint, vel in proprijs hæreditatibus fundauerint, li-
ceret eis cum primitijs, & decimis earũdem, quo-
rumlibet Monaſteriorum ditioni ſubdere: de anno
autem 1172. & 1183. Idelphonſus Rex ſucceſſor
donauit Monaſterio, & S. Mariæ de Populeto hãc
Villam de Vimbodino nuncupatam cum omni iu-
re Regi competenti nullo iure reſeruato, quæ ver-
4 ba † tanquam vniuerſalia negatiua, ſicuti non pa-
tiuntur aliquam reſtrictionem, *Bart. in l. ſi, qui du-*
centa. §. vltimo. ff. de reb. dub. Tiraq. in l. ſi vnquã
in verbo reuertatur. nu. 95. C. de reuoc. donat. Rot.
deciſ. 121. nu. 4. par. 5. diuerſ. & apta ſunt compre-
hendere abdicationem iurium & actionum perci-
piendi primitias, & decimas ex indulto Apoſtolico
acquiſitas, eodem modo probant earumdem domi-
5 nij, † & poſſeſſionis translationem in Monaſterium
ex donatione Regia prouenientem, *gloſ. & Abb.*
in cap. de Monacis. verſ. ſi vero. ex donat. de præ-
bend. idem Abb. in cap. cum te. num. 10. de ætate, &
qualitate. Felin. in cap. ex parte. nu. 1. de reſcript.
& per conſequens dominium Eccleſiæ Vimbodini
6 eſſe de menſa Monaſterij, † & curam habitu reſide-
re penes Monaſterium, non autem pertinere ad
Rectorem Vicarium. *Card. in clem. 1. num. 10. q. 9.*
de offic. Vicarij. gloſ. in clem. frequens. in verbo ad
menſam, & ibi Vital. n. 83. de exceſſ. Prælat. Creſc.
deciſ. 2. nu. 2. de decim. Mohed. eod. tit. deciſ. vltima,
& 102. num. 3. & 5. par. 1. recent. Nec dubitari
poſſe videbatur de effectuatione Regiæ donationis,
quoniam dantur quatuor teſtes pro Monaſterio af-
firmantes de poſſeſſione Monaſterij percipiẽdi de-
cimas, & primitias ab incolis, & particularibus Vim
bodini ſupra 40. annos, & ex teſtibus Rectoris dã-
tur alij quinque teſtes idem deponẽtes per 40. an-
nos, & vltra, quorum dicta iuncto titulo Regiæ do-
nationis, & indulti Vrbani II. ad alienandum de-
cimas, & primitias probant vſque ab initio donatio-
nem ſuum habuiſſe effectum in iure percipiẽdi pri-
7 mitias, ex quo benè arguitur de præſenti † poſſeſſio-
ne in præteritum, quod Monaſteriũ poſſederit con-
currente ratione, qua arguere poſſumus, quod etiã
olim poſſederit Monaſterium, vt dicit *Salic. in l. ex*
perſona. C. de probat. quæ ratio deſumitur ex anti-
quo

Digitized by Google

8 quo titulo dominij, & nouiſſima poſſeſſione, † vt
ſcilicet ille, qui eſt Dominus, fuerit etiam poſſeſſor
*Aleiat. de præſ. Reg. 2. præſ. 21. nu. 9. Menoch. eod.
tit. præſ. 65. lib. 6.* maximè quia non arguitur ex
momentanea, ſed longæua poſſeſſione quadraginta
9 annorum, quæ † de per ſe apta eſt probare primor-
dialem effectuationem in percipiendo primitias, &
decimas, *gloſ. in cap. cum Eccleſia Sutrina., de cauſ.
poſſ. & propr. & cap. final. de conſuet. Bece. conſ.*
101. *nu.* 49. *Menoch. conſ.* 276. *nu.* 10. *Honded. conſ.*
92. *num.* 27. *lib.* 1.

Prædictis omnibus accedit, quod ab anno 1172.
emanatæ Regiæ donationis vſque ad annum 1226.
quo Capella S. Saluatoris erecta fuit in Parochia-
lem ab Archiepiſcopo Tarraconeñ cum conſenſu
Capituli cum reparatione, & diuiſione primitiarũ,
nempè Abbati, & Conuentui Populeti medietas
ſpectaret; Deodato Capellano altera medietas iu-
re Parochialitatis pertineret, non probatur ſtatus
Parochialitatis ex parte Rectoris, interim autem
10 prout de iure proprietas, & habitus † curæ reman-
ſit penes Collegium, & Conuentum exercenda
per deputatum ab Abbate, & Conuentu tanquam
de menſa Monaſterij, *Put. deciſ.* 290. *lib.* 1. *Caſſad.
deciſ.* 11. *nu.* 3. *de preb. Lap. alleg.* 5. *nu.* 7. *Oldrad.
conſ.* 67. *nu.* 1. *Calder. conſ.* 18. *verſ. non obſtat, ſi
dicatur. Vital. in clem.* 7. *de off. Vicarij. Rot. deciſ.*
153. *nu.* 4. *&* 204. *nu.* 1. *par.* 2. *recent.* & ille, qui
11 habet † exercitium curæ, vltra congruam nihil pe-
tere poteſt, *Mohed. deciſ.* 5. *de decim. Creſc. deciſ.* 2.
nu. 3. *eod. tit. Verall. deciſ.* 139. *par.* 3. *&* 174. *nu.* 3.
coram Papa Greg. XV.

Quod ſi attendatur ſtatus huius Eccleſiæ ab ere-
ctione in Parochialem à dicto anno 1226. citra, &
quæ datur Summ. Abbatis num. 12. eo magis pro-
prietatem curæ eſſe penes Monaſterium probatur,
quia conſentire aſſignationi medietatis primitiatũ,
vt in ipſo actu 1226. & concedere linellos, & ter-
ras Rectori, vt in concordia anni 1292. quæ datur
Sum. num. 13. cum referenda ſit ad congruam ſuſtẽ-
12 tandam Rectori † curam exercenti, benè iuſtificant
proprietatem curæ eſſe penes Monaſterium, *gloſ. in
clem. unica in verb. ad menſam. vbi Imo. num.* 16.
Vital. nu. 82. *de exceſſ. Prælat. latè Rebuff. de cõgr.
nu.* 114. *Rot. deciſ.* 153. *num.* 5. *&* 204. *nu.* 2. *par.* 2.
recent.

Non obſtat, quod indultum Vrbani II. ſub an-
no 1095. datum, Regiæ donationes 1172. & 1183.
erectio Parochialis 1226. & aſſignatio doris 1297.
ſuper quibus Monaſterium fundat intentionem
ſuam ratione proprietatis curæ non ſint in forma
probanti.

Quia cum extractæ fuerint ex Archiuio vigore
litterarum compulſorialium Rotæ, & vnaquæque
habeat formam publicæ, & legalis ſcripturæ, nec
13 egeant recognitione, cum ſint datæ † ſupra centum
annos, de quo tempore non inueniuntur teſtes, qui
illas recognoſcant, ac donationes fuerint productę
etiam ab ipſo Rectore, ceſſare totaliter obiectum
14 viſum fuit, nam Iudicis † compulſoris authoritas
ſcripturæ extractæ præbet fidem *Rot. deciſ.* 43. *de
probat. in antiq. Seraph. deciſ.* 1028. *in princ. &* 18.
nu. 2. *&* 679. *nu.* 4. *par.* 2. *recent.* nec fides illa mi-
nui poteſt ex eo, quod Archiuium vnde ſcripturæ
fuerunt deſumptæ, non ſit publicum, ſed priuatum
15 ipſius Monaſterij, quod † non ſoleat dare robur in
præiudicium non ſubditorum Monaſterio, quia etiã
propriæ ſcripturæ poſsũt authoritate Iudicis com-
16 pulſari, quando vt hic, ex longinquis † partibus
ſunt extrahẽdæ propter periculum amiſſionis per
doctrinam *Bart. in l. prætor ait. §. quod ſi inſtru-
mentum. C. de edendo*, quam Rota in hac materia
compulſationis ſequuta eſt *in Toletana ſeu nullius
iuriſdictionis* 20. *Decemb.* 1621. *corã me*, & de qua
meminit *Add. ad deciſ.* 292. *Papæ Greg. XV. nu.* 5.
17 & nihilominus ſcripturæ † quæ habent formam
publicam, & legalem prout ſupradictæ, & à Nota-
rio rogato, vel eius ſucceſſore extractæ non egent
fomento Archiuij, nec ſubiacent ſolemnitati iuris
in ipſa extractione, *Felin. in c. cum P. Tabellio. n.* 3.
de fid. inſtrum. Couar. pract. qq. cap. 19. *nu.* 3. *Rot.
deciſ.* 1. *de fid. inſtrum. Caputaq. deciſ.* 170. *par.* 1.
& latè fuit firmatum *in Tarraconen. Capellarum*
18. *Febr. præteriti* 1636. *coram me.* Neque egent
18 recognitione, † aut alio adminiculo ad eundem ef-
fectum, cum habeant datam ſupra centum annos,
Put. deciſ. 12. *de fid. inſtrum. & deciſ.* 613. *num.* 3.
par. 2. *recent. Mediolanen. iuriſpatronatus* 13. *Fe-
bruar.* 1615. *& Mediolanen. decimarum de Variſio*
26. *Ianuarij* 1617. quæ allegantur per *Add. ad de-
ciſ.* 3. *num.* 5. *coram Papa Greg. XV.* ac demum ſuf-
ficit, quod Rector produxerit Regias donationes,
19 vt illas impugnare † non poſſit propter approba-
tionem ex ipſa productione reſultãtem, *l. cum pre-
tium. C. de lib. cauſ. cap. cum olim. de cenſ. cap. cum
venerabilis. de except. Surd. conſ.* 151. *nu.* 16. *Hon-
ded. conſ.* 79. *num.* 80. *lib.* 1. *Veſtr. in praxi lib.* 6.
cap. 1. *nu.* 4. *&* 5.

Neque hæſitandum videbatur ſuper donatione
Regia tanquam à laico emanata, dominium non
20 † habente ſuper primitijs, aut decimis, *cap. dudũ.
de decim. Rot. deciſ.* 702. *nu.* 1. *par.* 1. *recent.* quæ di-
cebatur iuuari non poſſe ex indulto Vrbani II. Pe-
tro Regi Hiſpaniarum: non autem Idelphonſo Re-
gi Aragonum conceſſo, à quo donationes huiuſmo-
21 di emanarunt, † ne multiplicẽtur priuilegia odio-
ſa, & Eccleſiæ præiudicialia contra text. *in cap. pri-
uilegia. diſt.* 3. *Dec. in rubr. de reſcrip. nu.* 4. *Surd. de-
ciſ.* 255. *nu.* 3. *&* 274. *nu.* 8.

Quoniam ex Genealogia dictorum Regum, quã
paſſim Hiſtorici Hiſpani referunt, ſufficienter pro-
batur Idelphonſus donator, Petri Regis Hiſpania-
rum ſucceſſor, & in donatione comprehenſus in
verbis ibi, Petro Hiſpaniarum Regi, eiuſq. ſucceſ-
ſoribus in perpetuum.

Et eo minus iura integra primitiæ per Rectorẽ
prætenſæ defendi poſſunt ex productione inuentarij
de anno 1475. vigore cõſtitutionum Concilij Pro-
uincialis Tarraconeñ editarum contra Rectores, &
Curatos, tunc de bonis, & iuribus earumdem Ec-
22 cleſiarum conficiendi, tanquam quod illi † pluri-
mũ ſit deferẽdum, quia in tẽpore non ſuſpecto con-
ditum fuit, *Genua de ſcript. priuata lib.* 5. *de libr.
Prælatorum. nu.* 1. *Rot. deciſ.* 673. *num.* 7. *par.* 2. *re-
cent.* quod quidem inuentarium continet primitias
controuerſas tanquam de iuribus Eccleſiæ Paro-
chialis Vimbodini.
23 Quia de forma probanti iſtius inuentarij † mul-
tum

Google

tum dubitari poteſt non conſtito ex illius inſpectione de ſignis, & coniecturis legalis, & authenticæ ſcripturæ, prout ſupra dictum fuit de iuribus per Monaſteriũ productis, quæ nec etiam iuuatur præſentia Iudicis compulſoris, nec à Cancellario actorum Cancellariæ fuit extracta, & nihilominus maior probatio haberi non poteſt in præiudicium Monaſterij non citati, quàm quæ ſolent inferre denũ-
24 ciationes † in cataſtratione bonorum cuiuſcumque Ciuitatis, quæ nihil probant contra tertium non citatum, *Afflict. deciſ.* 303. *in adnot. n.* 5. *Menoch. de arbitr. lib.* 2. *caſu* 110. *nu.* 26. *Burſatt. conſ.* 36. *num.* 17. *vol.* 1. & denique cauſa narrata recipiendi primitias in toto territorio loci de Vimbodino, nẽpe quia Eccleſia conſueuit recipere primitiam per totum territorium, non eſt releuans, cum non enũ-
25 cietur longæua ſupra 40. annos, † quæ ſola ſufficit, vt Eccleſia contra aliam Eccleſiam præſcribat, *cap. de quarta. de præſcript. cum alleg.* per informantes.

Non obſtat, quod inuentarium iuuetur probatione teſtium per Rectores examinatorum concludentium, quaſi poſſeſſioni Rectorum exigendi primitias cõtrouerſas intra fines territorij Vimbodini.

Quia vltra quod de nullitate, ob defectum citationis ad videndum iurare teſtes, quicquid dicant relatiuè ad articulum, ad interrogatoria tamen integræ primitiæ concludenter non reſpondent, quinimò ponderatis depoſitionibus ſingulorum teſtiũ, nullus eſt, qui concludat de perceptione integræ primitiæ, quorum dictum ſolet magis ex interrogatorijs iuſtificari, quàm ex confeſſione contento-
26 rum in articulis, vt † propterea recuſans reſpondere interrogatorijs, gradum probationis non facit, *Seraph. deciſ.* 836. *nu.* 2. 700. *nu.* 32. *par.* 2. *recent.* & 503. *nu.* 10. *coram Papa Greg. XV.* & cum prædicti teſtes in parte conueniant erectioni Parochialis (de qua agitur) continentis diuiſionem primitiarum, viſum fuit inhærendum dicto eorumdem in hac medietate, & ad fauorem Rectoris Vicarij.

Cæterum quia ſupererat altera quæſtio ſuper confinibus Vimbodini, & comprehenſione Villarũ intra eiuſdem limites in articulis Rectorũ expreſſarum, placuit Dominis ad aliam diem reſeruare hanc diſputationem. Et ita, &c.

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Cordubeñ Decimarum de Luccena.

Die Veneris 30. Ianuarii 1637.

ARGVMENTVM.

Agitur, an priuilegia ampliſſima conceſſa Ieſuitis circa exemptionem ſolutionis decimarum ſuffragentur aduerſus poſſeſſionem immemorabilem cum fama priuilegij eas percipiendi ad fauorem Excellentiſſ. D. Ducis de Cardona.

SVMMARIVM.

1 *Patribus Societatis IESV ſunt conceſſa ampliſſima priuilegia, & exemptiones.*
2 *Dictio, quibuſuis, habet vim amplificandi etiam vltra naturam rei, cui adijcitur, & ſemper auget vim verborum, & aliquid plus operatur.*
3 *Dictio, etiam, ſtat extenſiuè, augumentatiuè, & ampliatiuè.*
4 *Dictio, etiam, eſt ampliatiua, & exprimit caſum magis dubitabilem.*
5 *Cap. nuper. de decim. quid diſponat.*
6 *Conſtitut. cap. nuper de decim. cum ſit Concilij generalis, eget particulari derogatione.*
8 *Papa præſumitur habere notitiã de illis, ad quos ius decimandi ſpectat de iure communi, non autem de illis, ad quos tale ius ſpectat ex priuilegio.*
9 *à Decimarum ſolutione, ſi Papa aliquem eximat, hoc priuilegium præiudicat illis, ad quos ius decimandi ſpectat de iure communi, non autem quibus competit ex priuilegio, & quare.*
10 *Papa, ſi eximit aliquem à ſolutione decimarum, ſi verſemur in decimis antiquis, non eſt facienda mentio in priuilegio exemptionis, quod ad alium ſpectarent decimæ, ſiue de iure communi, ſiue de iure ſpeciali, ſcilicet ex priuilegio donationis, aut præſcriptionis.*
11 *Priuilegium de non ſoluenda quarta Canonica ſuffragatur fratribus etiam non facta mentione iuris, vel poſſeſſionis Capituli.*
12 *Religioni S. Ioannis Hieroſolymitani priuilegium conceſſum de non ſoluendo decimas ex terris d. Religionis, non dicitur ſubreptitium, licet Papæ non fuerit facta mentio, quod Milites S. Iacobi de Spata ab immemorabili erant in poſſeſſione exigendi.*
13 *Exemptionum priuilegia ſuffragantur etiã, quod præiudicent alicui qui habebat ius etiam ſpecialiter, & non de iure communi, cum id Papa poſſit cogitare, & huius opinionis fuit fel. recor. Clemens VIII.*
14 *Clemens VIII. non minus doctrina, quàm ſanctitate fuit conſpicuus.*
15 *Laico, ad effectum percipiendi decimas, non ſufficit ſola immemorabilis. & nu. 14.*
16 *Sed cum ea debet interuenire, vel fama priuilegij, vel recognitio feudalis, vel aliud æquipollens.*
17 *Laicus ad effectum percipiendi decimas, allegando immemorabilem cum fama priuilegij, non dicitur allegare meliorem titulum de mundo.*
18 *Laici ſunt incapaces decimarum cum ſint ſpirituales.*
19 *Laici tàm ante, quàm poſt Concil. Lateranenſe fuerunt incapaces decimarum.*
20 *Laici non poſſunt retinere, nec præſcribere decimas, niſi doceant in feudum, vel legitimam conceſſionem ab Eccleſia recepiſſe.*
21 *Incapax, quando quis eſt alicuius rei, illam per immemorabilem non poteſt acquirere.*
22 *Laici ante Concil. Lateranenſe erant capaces decimarum, ſed contraria opinio eſt verior.*
23 *Epiſcopi, & alij Prælati inferiores ante Concil. Lateranenſe poterant concedere decimas laicis.*
25 *Priuilegiatus non vtitur priuilegio cõtra pariter reſpectiuè priuilegiatum, & cum oppoſitione mutua in ordine ad actum eiuſdem priuilegij.*
26 *Vt ſi vnus habet priuilegium ad exigendum, & alius ad non ſoluendum.*
27 *Vel ſi vnus habet priuilegium, vt propter delicta*

*incarcerari, vel torqueri non poſſit, & alius ha-
beat priuilegium, vt quilibet contra ſe delinquēs
carceretur, & torqueatur.*

28 *Priuilegiorum oppoſitiones, ſeu conquaſſationes
non intrant, quando conſtat de voluntate Prin-
cipis concedentis, vt non habeant locum.*

DECISIO CXCIII.

FELICIS recordationis Paulus Tertius ampliſ-
ſima priuilegia, & exemptiones conceſſit Pa-
tribus Societatis IESV, quæ Pius IV. confirma-
uit addita clauſula, Et nihilominus pro potiori cau-
1 tela perpetuò liberamus, † & eximimus vniuersā
Societatem, & omnia & ſingula illius Domos Pro-
bationis, & Collegia vbilibet exiſtentia, præſentia,
& futura, eorumq. perſonas, fructus, redditus, pro-
uentus etiam bonorum Eccleſiaſticorum ſæculariū,
& regularium quorumcumque illis pro tempore
vnitorum, aliaſq. res, & bona quæcumq; à quibuſ-
uis decimis, etiam Papalibus, quartis, medietati-
bus, & alijs fructuum partibus, ſubſidijs charitati-
uis, , & alijs ordinarijs oneribus, etiam pro expe-
ditione contra infideles, defenſione patriæ, & aliàs
quomodolibet etiam ad Imperatorum. Regum,
Duoum, & aliorum Principum inſtantiam pro tem-
pore impoſitis, etiam ſi in illorum impoſitione ca-
ueatur, quod nulla prorſus exemptio cuiquam ad-
uerſus illa ſuffragetur, ita quod Societas, eiuſque
domus, Collegia, fructus, res, & bona præfata ſem-
per ab illis abſque declaratione deſuper facienda
excepta ſint, & eſſe cenſeantur.

Et ſic ex dicto cōtextu verborum apparet, quod
exemit Societatem à quibuſuis decimis prædiali-
bus, perſonalibus, &c. & ſic cuiuſuis naturæ illæ
2 ſint, cum illa dictio, † quibuſuis, habeat vim am-
plificandi etiam vltra naturam rei, cui adijcitur, &
ſemper auget vim verborum, & aliquid amplius
operatur *l. 1. cum gloſ. fin. & l. quicumque. C. de
ſeruis fugit. Alterius de cenſur. tom. 1. diſput. 15.
lib. 5. c. 1. littera E.* & diſponit etiam quod decimæ
3 eſſent Papales, quæ † dictio (*etiam*) ſtat extenſiuè,
augumentatiuè, & ampliatiuè, vt in *l. 2. C. de te-
ſtib. Archid. ac. in c. in illis, de præb. in 6. Gemin. cōſ.
125. nu. 10. & conſ. 131. in princ.* & eſt dictio am-
4 pliatiua, † & exprimit caſum magis dubitabilem,
*l. etiam. ff. de verb. ſignif. l. conuenticula. C. de Epi-
ſcop. & Cleric. l. etiam. C. de tutor. & curator. Surd.
conſ. 445. nu. 28. Seraph. deciſ. 530.*

Et tandem ſanct. me. Gregorius XIII. eadem
priuilegia confirmauit cum derogatione Concilij
generalis, de quo in *c. nuper de decimis* in quo di-
5 ſponitur, † quod Ciſtercienſes, Templarij, & Hoſ-
pitalarij, & alij Religioſi, qui gaudent ſimilibus pri-
legijs de fructibus poſſeſſionum, quas acquiſiuerūt
poſt d. Concilium generale decimas ſoluere teneā-
tur, ſi de illis poſſeſſionibus prius decimæ ſoluebā-
6 tur, quæ quidem conſtitutio † cum ſit Concilij ge-
neralis egebat expreſſa derogatione, quoad vtram-
que illius partem, *Rebuff. de decimis quæſt. 14. n. 56.
Rota deciſ. 122. & 123. par. 1. & fuit reſolutum
in cauſa Oriolen. decimarum 30. Maij, & 9. Iunij
1586. coram Orano, & in cauſa Valentina decima-
rum 9. Iunij 1597. coram bo. me. Hieronymo Card.
Pamphilio.*

Stante hac ſerie facti, dubitaui 27. Februarij ſu-
perioris anni, an priuilegia prædicta exemptionum
7 ſuffragarentur † aduerſus poſſeſſionem immemora-
bilem cum fama priuilegij Apoſtolici ad fauorem
Excellentiſſimi D. Ducis de Cardona, de qua con-
ſtare cenſuit *Rota coram me 14. Iunij 1635.* & Do-
mini affirmatiuè reſponderunt, & hodie repropo-
ſita cauſa ſuper eiſdem eadem ſentētia placuit Do-
minis. Nam & ſi aliàs Rota dixerit, quod ſimilia
priuilegia ſolum præiudicant illis, ad quos ius de-
8 cimandi ſpectat de iure communi, † cuius Papa præ-
ſumitur habere ſcientiam, *Caſſador. deciſ. 1. de pri-
uileg. num. 2.* Non autem illis, quibus tale ius com-
petit ex priuilegio, vel alio titulo particulari, quia
huic iuri nunquam cenſetur derogatum per ſecun-
dum priuilegium, niſi facta illius ſpeciali mentione
9 † propter præſumptam ignorantiam Papæ, *l. De-
curionibus. C. de ſilentiar. lib. 12. DD. in c. 1. de re-
ſcrip. Iaſon. in l. poſtquam liti. num. 15. & ſeqq.
C. de pactis. Put. deciſ. 93. num. 4. lib. 3. Roderi-
cus Suarez alleg. 28. nu. 9. cum ſeqq. & fuit reſolu-
tum in cauſa Toletana annatarum 23. Iunij 1589.
coram Orano. in cauſa Valentina decimarū 9. Iu-
nij 1597. corā bo. me. Hieronymo Card. Pamphilio.*

Tamen re poſtea melius conſiderata reſoluit cō-
trarium in deciſionibus ſtatim allegandis, & meri-
10 tò quidem, quia cum † verſemur in decimis anti-
quis, non eſt facienda mentio in priuilegio exemp-
tionis, quod ad aliquem ſpectaret, ſiue de iure cō-
muni ſiue ex priuilegio donationis, aut præſcrip-
tionis, *Caſſador deciſ. 1. de priuileg.* vbi quod priui-
11 legium de non ſoluenda quarta Canonica † ſuffra-
gatur fratribus etiam non facta mentione iuris, vel
poſſeſſionis Capituli, & mouetur ex eo, quod Pa-
pa ſciebat, vel cogitabat, quod illa ab aliquo perci-
piebatur, & ſic quod præiudicabat his, quibus de
iure communi, vel alias eſſet debita, *Verall. deciſ.
263. lib. 1. in manuſcript.* vbi quod priuilegium
conceſſum per Clementem VII. Religioni S. Ioan-
12 nis Hieroſolymitani † de non ſoluendo decimas
ex terris d. Religionis, non eſt ſubreptitium, licet
non fecerit mentionem, quod Milites S. Iacobi de
Spata fuerint ab immemorabili tempore in quaſi
poſſeſſione exigendi, & inter alias rationes de per
ſe conſideratas eam affert, quod Papa ſciebat, vel
cogitabat, quod decimæ ab aliquibus percipieban-
tur. & allegat *Caſſador. in d. deciſ. 1. nu. 2. de priui-
leg.* & nouiſſimè hanc ſententiam ſequitur Rota re-
cedendo à deciſionibus contrarijs *in cauſa Valen-
tina decimarum de Cotalua 10 Decembris 1605.
coram bo. me. Litta, quæ eſt deciſio 48. par. 1. recen.
& in cauſa Gerunden. decimarum 5. Iulij 1621. co-
ram bo. mem. Patriarcha Manzanedo*, & conſenſit
*coram me in cauſa Floren. Canonicatus 15. Decēb.
1614.* & corroboratur hæc ſententia, quia idem
ſeruatur generaliter in priuilegijs exemptionis,
13 † quæ ſuffragantur etiam quod præiudicent alicui,
qui habebat ius etiam ſpecialiter, & non de iure
communi, cum id poſſit Princeps cogitare, & ſan-
ctæ me. Clemens VIII. non minus doctrina, quam
14 † ſanctitate conſpicuus fuit huius ſentētiæ, & eam
tenent *Doctor. in cap. dudum. de priuileg. vbi Abb.
nu. 1. verſ. ſecus dicit, & Innoc. nu. 4. verſ. ſed de
proprietate. Hoſtien. nu. 6. verſ. nec obſtat. Ioan.
Andr.*

Andr. num 5. verſ. alij tamen dicunt. Anchar. n.3. verſ. ideo enim. Cardinal. col. 1. verſ. vbi quæro, quæ eſt ratio diuerſitatis. Butrius n.6. verſ. aliqui dicũt.
Et iſta procedũt etiam quod D. Dux habeat im-
memorabilem pro ſe cum fama priuilegij Apoſtoli-
15 ci, quia cum in hoc caſu ſola † immemorabilis non
ſufficiat laico, *Couar. var. reſolut. lib. 3. c. 17. nu. 6. verſ. 4. ab eadem radice. Curt. in c. fin. de conſuetudin. ſect. 4. nu. 33. Arnulphus Ruzæus in tract. iur. regalia 4. parte præfat. nu. 7. Rebuff. de decimis quæſt. 13. num. 67. & 68.* & de magis communi
Rota deciſ. 215. nu. 2. & 3. par. 2. diuerſ. ſed cum
16 ea debet concurrere, vel fama † priuilegii, vel re-
cognitio feudalis, vel aliud æquipollens debet pro-
bari, *Io. Andr. & alij in cap. cum Apoſtolica de his, quæ fiunt à Prælat. Felin. in c. cauſam. num. 3. de præſcript. & in c. cum contingat. nu. 4. verſ. ſi tamen de for. compet. Rebuff. de decimis d. quæſt. 131. num. 69. & ſeqq.* vbi declarat *Balbus de præſcript. par. 1. quinta partis principalis quæſt. 7. num. 19. verſ. 1. cum ſeqq. Guidobon. deciſ. 61. & 62. & fuit dictum in cauſa Toletana iuris decimãdi 27. Aprilis, & 7. Nouembris 1584. coram bo. me. Card. Blãchetto, & coram bo. me. Hieronymo Card. Pamphilio in cauſa Calaguritana oblationum 21. Octob. 1588. & in alia Comen. decimarũ 10. April. 1595. corã Orano, & in cauſa Burgen. decimarũ 5. Iun. 1591. corã eodem.* Ideo D. Dux allegando imme-
morabilem cũ fama priuilegij non dicitur allegare
17 meliorem titulum de † mũdo, ſed titulum ex pri-
uilegio, de quo extat fama, & cui ſatis fuit deroga-
tum, cum Papa ſciret has decimas antiquas de iu-
re communi, vel ſpeciali ad aliquem ſpectare, vt
ſupra dictum fuit.
Et meritò quidem non ſufficit ſola immemora-
18 bilis, quia cum laici ſint incapaces † decimarum
cum ſint ſpirituales, *c. 1. & 2. de decimis. c. cauſam quæ, vbi Abbas. Felin. & alij de præſcript. Rebuff. de decimis quæſt. 1. & 2. & d. q. 13. nu. 64. & 65. & 78. Balbus de præſcript. d. quæſt. 7. n. 14. & ſeqq. S. Thomas 2. 2. quæſt. 87. art. 3. Guidob. d. deciſ. 61.*
19 vbi quod omni tempore tàm ante † quàm poſt Cõ-
cilium Lateranenſe laici fuerunt incapaces deci-
marum, & propterea nullo tempore poſſunt eas
20 retinere, neque præſcribere, niſi doceãt † in feudũ
vel legitimam conceſſionem ab Eccleſia recepiſſe,
& fuit pluries reſolutum; Ideo cum laici ſint inca-
21 paces iuris decimandi, illud † per immemorabilem
non potuerunt acquirere, quod eſt regulare in om-
ni incapace. *gloſ. in c. nobis. verbo iuriſdictione de iurepatronatus. Abb. & Curt. in d. c. fin. de conſuetud. ſect. 4. num. 32. & 33. latè Couar. d. lib. 1. var. cap. 17. nu. 10. Anaſtaſius Germon. de ſacr. immun. lib. 3. cap. 19. num. 6. & ſeqq. Peregr. de iure fiſci. lib. 6. tit. 8. nu. 18. & ſeqq. Henriquez in ſumma lib. 7. cap. 17. nu. 2.* & latiſſimè *Anguianus de legib. lib. 1. controuerſ. 20. c. 20. nu. 5. & ſeqq.*
Non obſtat, quod ante Concilium Lateranen.
22 laici non erant † incapaces decimarum, quia cõ-
trarium eſt verius ex ſupra deductis. Poterat be-
23 ne Epiſcopus, † & alij Prælati inferiores illis deci-
mas concedere, *c. cum Apoſtolica de his quæ fiunt à Prælato*: ſed cum hodie non conſtet de recognitio-
ne feudali, vel aliquo æquipollente, vnde inferatur
24 infeudatio facta ante Concilium Lateranenſe; † &
ſola immemorabilis non ſufficiat, vt ſupra dictum
fuit, & tenet *Ripa in c. 2 nu. 75. verſ & ex his bene infertur de iudicijs vbi quod requiritur ſaltim fama infeudationis*, fruſtra allegatur, quod priuile-
gia Societatis non tollant infeudationes ex Ioan.
Andr. & alijs allegatis in dicta Valentina, quia de
infeudatione nullibi conſtat, nec ea probatur.
Nec denique obſtat, quod priuilegiatus non vti-
25 tur priuilegio † contra pariter reſpectiuè priuile-
giatum, & cum oppoſitione mutua in ordine ad
26 actum eiuſdem priuilegij, † vt ſi vnus habet priui-
legium ad exigendum, & alius ad non ſoluendum,
vel ſi vnus habet priuilegium, vt propter delictũ
27 incarcerari, † aut torqueri non poſſit, & alius ha-
beat priuilegium, vt quilibet contra ſe delinquẽs
carceretur, & torqueatur, *Suarez de ll. lib. 8. c. 13. num. 2. iuncto nu. 5* Nam fuit reſponſum quod hu-
iuſmodi oppoſitio non militat in caſu iſto, cum cõ-
28 ſtet de † voluntate Summorum Pontificum exi-
mendi Societatem à decimis etiam quod de iure
ſpeciali debeantur alicui, & ſic etiam quod debeã-
tur priuilegiato, vt per *Couar. in regul. poſſeſſor. par. 2. §. 2 n. 4. verſ non quidem ex eo de præſcript.*
Et ita concluſum vtraque parte informante.

§ *Plures deciſiones in hac cauſa annotaui ſupra ad deciſionem 41.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Alimentorum.

Die Veneris 30. Ianuarii 1637.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione firmatur, quod patruus nepotem, & è conuerſo nepos patruum alere tenetur, & demonſtratur quod hoc ſancitum non ſolum eſt de iure Cæſareo, ſed etiam Põtificio, quinimo iure etiam Diuino. Grauiter, & doctiſſimè materia iſta hic declaratur à tàm celeberrimo, & clariſſimo Auditore, Iuris fonte vberrimo.

SVMMARIVM.

1 *Alimenta præſtandi onus in linea collaterali non excedit primum gradum.*
2 *Patruus nepotem, & è contra nepos patruum alere non tenetur, & hoc ea ratione, quia id nullo iure cauetur nu. 3. contrarium vide nu. 44.*
4 *Patruus nepotem, & è conuerſo nepos patruum egentem alere tenetur.*
5 *Et iſta opinio eſt iuri, & æquitati conſentanea, & eſt verior, & æquior, immò æquiſſima, vt nu. 6. & 7. & ita varia ſuprema Tribunalia tenuerunt, vt num. 8. 9. 10. 11. 12. & 13. atque pluribus teſtibus fulcitur nu. 14.*
15 *in L. ſi quis à liberis ff. de liber. agnoſcend. verbũ illud (parentes) omnino referri videtur ad patruum, & vide nu. 25.*
16 *Verbum (cæteroſq.) alias perſonas præter expreſſas includit.*

17 *Abauue, vel atauus, atque abnepos vel atnepos, impoſſibile videtur quod ſuperuiuant.*
18 *Pronepos proauo viuente naſci, ſeu coneipi non ſolet.*
19 *Patruo nomen illud parentis optimè adaptatur.*
20 *Nepos parricidium dicitur perpetraſſe, pœnaque parricidij punitur, ſi patruum occidat.*
21 *Parentis uomen tripliciter ſumitur, primò ſtrictiſſimè, & ſub eo veniunt tantum aſcendentes, vſque ad tritauum, ſecundò ſtrictè, & comprehendit agnatos.*
Tertiò largè, & veniunt agnatos, & cognatos.
22 *Parentis uomen iu collateralibus conſanguineis verificatur.*
23 *Parentis nomen etiam ad conſanguineos, & cæteros coniunctos refertur.*
24 *in Alimentis præſtandis Iudex perpendere debet vota ſingulorum, iu quibus æquitas, & charitas concurrit.*
26 *Ratio legis, quando eſt generalior dicto, illud ſemper extendit, & ampliat.*
27 *Ampliatio ex generalitate rationis admittitur etiã in odioſis, & exorbitantibus.*
28 *Alimentorum materia fauorabilis eſt, et ideo in ea eſt admittenda ampliatio.*
29 *in Alimentorum materia potius eſt admittenda ſuperfluitas, quàm quod quis debitis priuetur alimentis, etiam quod interpretatio contra ius fuerit.*
30 *Alimentorum legatum relictum alicui, quoad cũ aliquo moratus fuerit, debetur etiam mortuo eo, cum quo legatarius morari tenebatur.*
31 *Alimenta à nepote eius patruo, et è conuerſo debentur ex diſpoſitione iuris Canonici.*
32 *Clericorum bona pauperum eſſe dicuntur.*
33 *Clericus alimẽta præſtare tenetur ſuæ amitæ pauperi, non quidem ex eo, quod bona clericorum ſint pauperum, ſed ratione propinquitatis, et ſanguinis coniunctionis.*
34 *Coniuncti ad vitæ ſubſidia inter ſe præſtanda tenentur.*
35 *Proximi ſanguinis proprij non ſunt deſpiciendi, ſi egere cognoſcatur.*
36 *Coniunctis melius eſt, vt quis ſubueniat, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis.*
37 *Nepos patruo alimenta etiam in foro conſcientiæ præſtare tenetur.*
38 *in Alimentorum materia etiam in foro ciuili, et in terris Imperij Ius Canonicum ſeruandũ eſt.*
Egeno cuilibet eſt ſubueniendum. nu. 38.
39 *ex Familia ſua nato qui non ſubuenit, fidem negat, ac infideli deterior efficitur.*
40 *Patruus, eſt perſona valde coniuncta.*
41 *Patruus in ſacris litteris ſæpiſſimè ſub nomine fratris nuncupatur. et nu. 43.*
42 *Soror etiam dicitur, quæ eſt filia fratris.*
45 *Lex, ſi in aliquo caſu non proſpexiſſet, tunc ratio naturalis, ipſaq; rei æquitas vim legis habet, ac pro lege allegari poteſt.*
46 *in Iudicando magis æqua eſt tenenda ſententia, quamuis contraria ſit magis communis.*
47 *Rota ex inueterato ſtylo in opinionum conflictu æquiorem ſolet amplecti ſententiam.*
48 *Nepos, à quo alimenta petuntur, ſi ſit Comes, vel Marchio, tunc enim ne patruus in Comitatus, ſeu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta ſunt omnino concernẽda. & n. 61.*
49 *Perſonis legitimatis iura minus fauent, quam legitimis.*
50 *in Succeſſionis materia legitimus naturali præfertur.*
in Alimentorum materia illegitimus non differt à legitimo. num. 50.
51 *Patruo etiam naturali debentur alimenta, & hoc præcipuè, quãdo procedit ex nobili proſapia. n. 52*
53 *Patruus non tenetur dotare neptem, ſed iſta opinio eſt admodum controuerſa.*
54 *Alimentorum materia eſt magis priuilegiata, & vrgentior, quàm cauſa dotis.*
55 *Dos cui non debeatur, multæ ſunt perſonæ, & tamen debentur alimenta.*
56 *Filius non tenetur dotare matrem.*
57 *Filius matri tenetur præſtare alimenta.*
58 *Dotare tenetur, ergo tenetur alere, hoc argumentum ſic affirmatiuè ſumptum validum eſt, ſed ſecus, ſi negatiuè concipiatur, veluti non tenetur dotare, ergo nec tenetur alere.*
59 *Opinio eorum Doctorum contra quos ſtat verior, æquior, & receptior ſententia, non eſt attendẽda.*
60 *Doctores, qui aſſerunt, quod patruus alimenta nepoti præſtare nõ tenetur, & è cõuerſo. reijciũtur.*
62 *Alimenta nepoti, quod non debeantur à patruo, fuit deciſum Bononiæ.*
63 *Siluan. in conſil. 33. reijcitur.*
64 *Exemplis non eſt iudicandum.*
65 *Alendi onus tranſit ad hæredem, & quemcumque poſſeſſorem bonorum.*
66 *ob Alimentorum ſpecialem fauorem ſola triennalis præſtatio obligat ad eadem alimenta in futurum præſtanda.*
67 *Alimenta, quando quis alicui tenetur præſtare, non eſt curandum vnde bona prouenerunt.*
68 *Alimenta, quando ſunt præſtanda non attenditur, an quis aliquo exercitio poſſit ſibi victum quærere, & hoc propter fragilitatem humanæ potẽtia.*
Sed videndum eſt, an habeat tot in bonis, ex quibus decenter viuere poſſit. nu. 68.
69 *Alere, quando quis aliquem tenetur, Iudex poteſt illum condemnare ad aſſignanda bona, ex quorum redditibus alimenta ille percipiat.*
70 *in Alimentorum quantitate taxanda, quid ſit conſiderandum.*

DECISIO CXCIV.

CVM aliâs Dominus Marcus Bonellus egiſſet coram A. C. contra Dominum Antoninũ Pium Marchionem Caſſani prædefunctũ eius germanum fratrem pro alimentorum præſtatione, obtinuit ea decerni ad menſtrua ſcuta duodecim, ſed in gradu appellationis ſententiam Rotalem reportauit, qua Dominus Marchio fuit condemnatus ad præſtandum ſibi dicta alimenta ad rationem ſcutorum viginti menſtruorum, quæ ſententia vti in iudicatum tranſacta, fuit etiam coram me exequutioni demandata pro alimentis decurſis vſque ad obitum eiuſdem Marchionis.

Cumq. Dominus Marcus inſtaret ſibi aſſignari

ali-

aliquod corpus pro dictorum alimentorum conſe-
quutione, verſaq. vice modernus Marchio filius,
& hæres dicti q. Marchionis Antonini prædictæ aſ-
ſignationi ſe opponeret, quinimò contenderet ſe
ad præſtationem dictorum alimentorum non tene-
ri, dubitaui, an, & ad quam ſummam eſſet facien-
dum dictum aſſignamentum.

Et quoad primam inſpectionem attinet, Domi-
ni præmittebant dictum modernum Marchionem
teneri præſtare alimenta dicto Marco eius patruo;
nam licet iuxta quorundam Doctorum ſententiam
1 onus præſtandi alimenta in † linea collaterali prę-
tendatur non excedere primum gradum, ſicq. pa-
2 truus nepotem, & è cõuerſo † nepos patruum ale-
re non teneatur prout tenuerunt *Odofred. in l. 2.
nn. 2. poſt med. verſic. ſed inter collatarales, C. de
alen. liber. Cordub. in l. ſi quis à liberis. §. idem
reſcripſit. nn.*108. *& ſeqq.* vbi de patruo erga fi-
lios fratris prædefuncti, *& num.* 125. *verſ. ex ſupe-
riori, & nu.* 126. vbi de filiis fratris erga patruum.
*ff. de liber. agnoſc. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 2.
cap. 15. nu. 67. iuncto verſic. ſed quamuis Emanuel
à Coſta ſelect. interpr. lib. 2. cap. 25. nn. 2. Garz. de
expenſ. & melior. cap. 3. num. 35. verſic. ſed verius.
Barboſ. in l. 1. quaſt. 4. num. 142. verſ quinimo. ff.
ſol. matrim. Silnan conſ. 33. nn. 12. verſ quidquid
tamen ſit. Riminald inn. conſ. 777. nu. 15. verſ. præ-
dictis tamen non obſtantibus. vol. 7. Vincent. de
Franch. deciſ. 178. à num. 2. vſque in finem. Mari-
lian. deciſ. 99. nu 2. et 3. Maſtrill. deciſ. 85. n. 29.
et 30. Io. Bapt. Larre deciſ. Granaten. diſput. 47.
num. 15. et ſeq.* qui omnes eo præcipuo mouentur
3 fundamento, † quod nulla lege cautum reperiatur,
quòd patruus nepotem, & è conuerſo nepos pa-
truum alere cogatur, eamq. ſequuta fuiſſe videtur
Rota in Romana domus 20. *Nouemb.* 1630. *coram
R. P. D. meo Ghiſilerio, quæ eſt deciſio* 408. *nu.* 12.
verſ. quia contrarium par. 5. *recentior.*

Contrariam tamen ſententiam, egregiè defen-
ſam à Domino Aduocato Euſebio de Euſebiis vna-
nimiter à Dominis commendato, vti veriorem
æquiorem, ac magis receptam, nimirum, quod pa-
4 truus † nepotem, & è conuerſo nepos patruum
egentem alere teneatur, Domini abſque difficulta-
te amplexi fuerunt, quam communiter ſequuntur
Crot. in l. filiusfamilias. §. Diui nu. 30. *in fin. ff. de
legat.* 1. *Rip. ibid. num.* 4. *Ferdinand. Loaz. ibidem
num.* 96. *Bolognett. in l.* 1. *nu.* 134 *in fin. ff. ſol. ma-
tr. Honded. conſ.* 79. *nn.* 25. vbi etiam veriorem te-
ſtatur, *et nu.* 27. *lib.* 2. *Mareambr. conſ.* 110. *nu.* 62.
Pontan. de aliment. cap. 10. *n.* 2. *in fin. verſ. eadem-
que de cauſa. Coler. eod. tract. de alim. lib.* 1. *cap.* 9.
nu 28. *et ſeq.* vbi ſex efficacibus comprobat ratio-
5 nibus, & *nu.* 30. iuri, † & æquitati conſentaneam
ſententiam appellat. *Surd. pariter de alim. tit.* 1.
quæſt. 18. *nn.* 1. *et* 6. *propè fin.* veriorem teſtatur *et
num. ſeqq. vſque ad finem quæſtionis. Roderic. Al-
uarad. de coniect. ment. defunct. lib.* 2. *cap.* 2. §. 1.
ſub nn. 73. *verſ. moueor etiam*, idemq. *ſentit lib.* 3.
cap. 1. *nu.* 2. vbi etiam in foro animæ, ipſum teneri
comprobãt. *Facbine. contron. iur. lib.* 12. *cap.* 61. *à
6 verſic. contrariam ſententiam*, vbi etiam hanc † æ-
quiſſimam appellat ſententiam, ad obiectaq. con-
trariæ opinionis reſpondet. *Io. Bapt. Coſta de remed.
ſubſid. remed.* 66. *nn.* 4. *in fin. à verſ. qui verè lo-
quitur. Affiict. ſuper* 3. *libr. feud. rubr.* 28. *de na-
tura ſucceſſ. feud. ſub n.* 40. *circa med. ſub verſ. itē
ſi iure Francorum, et ſub verſ. nec obſtat, quod di-
ctum eſt ſupra. Odd. de fideicomm. et prohibit. alie-
nat. quæſt.* 39 *num.* 23. *Caſtill. quotid. controuerſ.
lib.* 4. *par.* 4. *de coniect. vlt. vol. cap.* 61. *nn.* 52. *et*
53. *vſque ad verſ. quoad quartum verò.* vbi latiſſi-
mè comprobat, & ad obiecta partis aduerſæ reſpõ-
7 det, ac veriorem, † & æquiorem affirmat *Mart. de
iuriſd* 4. *par. caſu* 23. *nn.* 22. *et ſeq. Ioſeph Ludouic.
deciſ. Lucen.* 62. *num.* 36. *par.* 1. *Martin. Monter. à
Cueua deciſ. Aragon.* 16. *à nu.* 6. *verſ. ſecundo pro
hac ſententia, et pluribus num. ſeqq. et ferè per tot.
deciſ. Giurb. deciſ.* 5. *nu.* 14. *et ſeqq.* vbi pluribus ra-
tionibus, & auctoritatibus confirmat, ac veriorem
teſtatur, idemq. ſentiunt *Aloyſ. Ricc. in Addit. ad
Vinc. de Franch. d. deciſ.* 178 *ante verſ. ex ſupradi-
ctis igitur in verb. et nota quod non tantum, et in
fine additionis. Angel. in auth. res quæ. ſub num.* 2.
verſ. et ideo non mirum. C. comm. de legat.

8 Et pro hac ſententia pluries iudicatum † fuiſſe
in variis Tribunalibus, vt in ſupremo Caſtellæ cõ-
uentu teſtatur *Monter. à Cueu. d. deciſ.* 16. *nn.* 11. *in
fine, et nu* 12. *Giurb. d. deciſ.* 5. *nu.* 14. *Molin. de
primog. Hiſpan. d. lib.* 2. *cap.* 15. *nu.* 72.

9 In alio ſupremo Caſtellæ Senatu † iudicatum af-
firmat *Caſtill. de coniect. vltim. volunt. d. cap.* 61.
ſub num. 53.

10 In Regia Aragoneñ Audientia † teſtantur *Mon-
ter. à Cueu. d. deciſ.* 16. *nu.* 11. *et* 12. *et Caſtill. de
coniect. d. cap.* 61. *ſub nn.* 53. *à verſ. quæ Senatus
illius*,

11 In ſupremo Conciſtorio Regni Siciliæ † omnium
voto deciſum teſtatur *Giurb. d. deciſ.* 5. *num* 14. *et
in fine deciſ.*

12 In Sacro Conſilio Neapolitano † deciſum ex re-
ſcripto Cæſareæ Maieſtatis affirmat *Mart. de iu-
riſd.* 4. *part. caſu* 23. *nu.* 22. *et ſeqq.*

Et hanc ſententiam fuit amplexum hoc Sacrum
13 † Tribunal, & ſignanter *in Romana alimentorum*
13. *Iuny* 1613. *coram bo. me. Patriarcha Manza-
nedo, et nouiſſimè in Romana dotis* 14. *Martij*
1635. *coram R. P. D. meo Merlino.*

14 Quæ ſententia pluribus quoque fulcitur † texti-
bus tàm iuris ciuilis, quàm Canonici iuris ſiquidē
ciuilis, *in l. ſi quis à liberis. ſub verſ vtrum autem.
ff. de liber. agnoſc.* ibi, *cæteroſq. virilis ſexus paren-
tes alere cogatur*, quod verbum, *parentes*, ad pa-
15 truum † omnino referri viſum fuit, quādoquidem
Domini aduertebant, Imperatorem de patre, auo,
vel proauo ibi non intellexiſſe, ex quo illos nomi-
natim expreſſerat; vltra quod verbum illud, cæte-
16 roſq., † alias perſonas præter expreſſas includit, ad
abauum vero, & atauum referri minimè poſſe, quia
17 impoſſibilis videtur caſus, quòd abauus, † vel ata-
uus, atque abnepos, vel atnepos eodem tempore
ſuperuiuãt, vt in minus fortioribus terminis, quod
18 nec quidem pronepos proauo viuente † naſci, ſeu
concipi ſoleat, benè conſiderat *Soccin. ſen. conſ.* 10.
ſub num. 10. *et* 11 *vol.* 3.

Vnde perneceſſe ad patruum referri debet, præ-
19 ſertim cum patruo † illud nomen parentis optimè
adaptetur, vt eſt textus clarus *in l. ſororis pronep-
tem*,

ideo non obſtat. Caſtill de conieƈt. vlt. vol. cap.6t. ſub num. 53. ſub verſ. & non obſtare quod lex, & ſub verſ. enins etiam rationem. Surd. de alim. d. tit.1. q.28. nu. 7. & ſeqq. Monter. à Cueu. d. deciſ. 16. nu.9. & ſub num.12. & ſeqq. Giurb. d.deciſ.5. num.16. & nu.23. & alijs omiſſis Rota in d. Romana dotis coram D. meo Merlino.

Quaproter ab hac ſententia non minus iuribus fulcita, quam rationibus à prædiƈtis Doƈtoribus, ſignanter à Colerio relatis, quamne Doctores cõmuniter, & inter alios Pontanus, Colerius, & Surdus, qui ex profeſſo hanc materiam alimentorum tractarunt, vti veriorem & æquiorem ſequuntur, & iuxta quam tot ſuprema Tribunalia iudicarunt, vi-
46 ſum fuit non eſſe recedendum, maximè † cum in iudicando magis æquà ſit tenenda ſententia, quãuis contraria eſſet magis communis, *Honded. conſ. 59. nu.67. lib.1. Port.Imol. conſ.42. nu. 3. Cavbal. conſ.93. nu.6. lib.1. & conſ.766. nu.17. lib.2. Lancelt Gall. conſ.122. nu.10.*

Tãto magis in hoc Sacro Rotæ Auditorio, quod
47 ex inueterato ſtylo in opinionum confliƈtu † æquiorem ſolet ampleƈti ſententiam, vt dixit *Rota in Arimin. legitima de Scarponibus 5. Maij 1627. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Additur ex abundanti, multo magis præfatam opinionem recipiendam, quando vt in huiuſmodi caſu nepos à quo alimenta petuntur, eſt Comes,
48 vel Marchio, tunc enim † ne patruus in Comitatus, ſeu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta eſſe omnino decernenda admittũt, etiam contrariæ opinionis ſequaces, vt in ſpecie declarat *Caſtill. de conieƈt. vlt. vol. d.cap. 61. ſub n.53. verſ. ſtatim tamen*, vbi idem ſenſiſſe teſtatur *Cordub. de Lar. in d. l. ſi quis à liberis. §. ſi mater. nu.53. de liber. agnoſc.* & idem ex contrariæ partis ſequacibus *Larre d. deciſ. Granaten. 47. ſub nu.23. poſt med. verſ. nec habeat adiunƈtam dignitatem, & 50. in fine, & Maſtrill. d. deciſ. 85. num. 35. & ſeqq. lib.1.* vbi etiam quod Conciſtorium determinauit patruo naturali annua ſcuta trecenta, & vlterius quod reſolutio ab vtraque parte fuit approbata.

Et ſic non obſtat, quod verſemur in patruo na-
49 turali legitimato, cui † iura minus fauere ſolent, quàm legitimo, quoniam omiſſo, quod iura, & Doƈtores ſupra allegati indiſtinƈtè loquuntur, fuit reſponſum, id procedere in materia ſucceſſionis, in
50 qua † legitimus naturali præfertur, ſecus autem in materia alimentorum, in qua naturalis à legitimo non differt, *Lup. de illeg. & natur reſtit. liber. comment. 2. §. 1. nu.8. & ſub nu.28. Fontanell. de paƈt. nupt. clauſ.5. gloſ. 8. pa.1. num.77. Surd. de alim. tit.1. q.25. nu.31. ad finem, & tit.7. q. 9. n. 3. Paleott. de noth. & ſpur. cap.38. in fine, Gratian. diſcept. 567. nu. 26. tom.3.* & in ſpecie, quòd etiam
51 patruo † naturali debeantur alimenta firmat *Maſtrill. d. deciſ.85. nu.35. & ſeq. lib.1. & fuit reſolutum in d. Romana alimentorum 15. Iunij 1613. coram Patriarcha Manzanedo.* Præcipuè quando
52 prout † hic patruus ex nobili proſapia deſcendit, vt ponderat idem *Maſtrill. d. deciſ.85. num.35. & ſeqq. vbi ſub nu. 79.* ait idem procedere ex maxima æquitate.

Minus obſtant Doƈtores in contrarium allegati, nempe *Alex. in l.1. num.20. verſ. quid de patruo. R.p. ibidem poſt Angel. & Imol. nu.86. ff. ſolut. matrim. Affliƈt. in conſtit. Regni lib.3. de ſucceſſ. nobil. rubr.24. nu.39. Bald. Nouell. de dot. 6. part. princ. 16. ſpecial nu.5. verſ. quid autem in patruo. Campeg de dot. part.1. quæſt.29. Pariſ. conſ.16. num.79. lib.2.* Quia prædiƈti non loquuntur in caſu alimentorum, ſed in caſu dotis, ex quo aſſerunt, quod pa-
53 truus non tenetur dotare † neptem, quæ concluſio vltra quod eſt admodum controuerſa, cum non deſint contrarium ſentientes, vt ſignanter *Bolognett. in d.l. num 134. in fine ff. ſolut. matrim. & alij*, ac tanquam talis à Rota nõ admiſſa *in d. Romana dotis coram D. meo Merlino & in alia Romana dotis 16 Iunij 1635. coram D. meo Pirouano.*

Ex ea malè infertur ad caſum alimẽtorum, quo-
54 rum † cauſa magis priuilegiata eſt, & vrgentior, quàm in cauſa dotis, *Peregrin. de fideicomm. art.42. n.87 Dec. in l. ſi certis annis. n.8. C. de paƈt. Natt. conſ.410. nu.15. Gratian. diſcept.832. n.33 Giurb. d. deciſ.5. ſub nu.40. verſ. ſed diuerſa. Monter. à Cueu. d. deciſ.16. nu.16.*

Et argumentum de alimentis ad dotem, quo diƈti Doƈtores contrariæ opinionis ſequaces vtuntur, multis confunditur exemplis, nec ſemper conclu-
55 dit, cum † multæ ſint perſonæ, quibus non debetur dos, & tamen debentur alimenta; filius enim non
56 tenetur † dotare matrem, *l.1. §. præterea. ff. de tutel. & ration. diſtrah. l. tutor. ſecundum. §. fin. de adminiſtr. tutor. Iaſ. in authen. res quæ. num.9. C. comm. de legat. Surd. de alim. tit.1. quæſt.28. n.9. in fin. & num.10. Monter. à Cueu. d. deciſ. 16. ſub*
57 *nu.20.* Eam tamen † tenetur alere *d. l. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſc. l. tutor. §. fin. ff. de adminiſtr. & pericul. tutor.* cum alijs ſimilibus caſibus, qui per diƈtum D. Aduocatum afferebantur.

Propterea licet valeat argumentum affirmatiuè
58 ſumptum, tenetur dotare, † ergo tenetur etiam alere, non tamen valet negatiuè ſumptum, videlicet non tenetur dotare, ergo nec alere, vt in terminis affirmant *Fachine. controuerſ. iur. lib.12. cap. 61. in fin. Surd. de alim. tit.1. quæſt. 28. ſub nu.9. à verſ. ſecundo reſpondeo. Ioan. Bapt. Coſta de remed. ſubſid. remed.66. num.5. Monter. à Cueu. d. deciſ. 16. nu.11. & 20. Giurb. deciſ. 5. nu.42.*

Et ſic minus releuant cæteri prædiƈti Doƈtores;
59 tum quia contra ipſos ſtat verior, magis æqua, † & magis recepta ſententia, vt ex prædiƈtis apparet; tum quia mouẽtur ea non ſubſiſtenti ratione, quod non reperiatur iure cautum patruo alimenta à nepote, & è conuerſo deberi, cuius contrarium liquet ex deduƈtis, vel mouentur auƈtoritate prædiƈtorum, qui in terminis dotis loquebãtur, non autem alimentorum, quæ vrgentiora ſunt, & magis priuilegiata; tum demum cũ illi communiter reij-
60 ciantur, nam † Odofredus vltra quod perfunƈtoriè loquitur, & ſolum tangit ius alendi, etiam inter Collaterales primi gradus procedere, nec aliud aſſerit, communiter reijcitur à Colerio, Surdo, Fachineo, Giurba, Monterio ſupracitatis. Emanuel à Çoſta confutatur à Colerio *de alim. lib.1. cap.9. num.27. & à Giurba deciſ.5. nu. 21. Molina de primogen. reijcitur à Roderico Aluarado de conie-*

ƈtur.

truo eiuſdem Marci, quamuis enim dicta alimenta fuerint aliàs eidem D. Marco taxata ad rationem ſcutorum viginti menſtruorum. Nihilominus quia
70 ex dicto Marchione prædefuncto, † cuius hæreditas prætenditur non leuiter diminuta, extant hodie quinque filij legitimi, nempe tres maſculi, inter quos adeſt dictus modernus Marchio, ac duæ fœminæ, ſtatus vero bonorum moderni Marchionis, qui poſſidet omnia bona tàm hereditaria Marchionis Antonini, & Marchionis Hieronymi, quà primogenituræ dictæ clar. mem. Card. Alexandrini adhuc hodie non liquet; ideo Domini pro nunc arbitrati ſunt dictum aſſignamentum eſſe faciendũ iuxta modum ſuperius expreſſum ad prædictam rationem ſcutorum duodecim menſtruorum.

Et ita reſolutum vtraque, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Auenionen Vſusfructus.

Die Mercurij 4. Februarii 1637.

ARGVMENTVM.

Subſtitutio exemplaris, quando non ſubſtineatur. Teſtamentum impugnãs, quando priuetur omni eius commodo. Fideicommiſſum, vt dicatur agnitum, quid ſufficiat. Vſusfructus & vendi, & alienari poteſt.

SVMMARIVM.

1 *Subſtitutio exemplaris eſt nulla ob præteritionem filiorum. & nu. 6.*
2 *Donatarius repræſentat perſonam donantis.*
3 *ad Vitæ tempus, ſi quid alicui fuerit relictum, importat vſumfructum.*
4 *Diſpoſitio purificata, perinde ac de pura iudicanda eſt.*
5 *Teſtamentum impugnans, priuandus eſt omni cõmodo, ex d. teſtamento ei relicto. limita nu. 7.*
8 *Pater faciendo ſubſtitutionem exemplarem filijs mente captis in ſuo teſtamento, reputantur duo teſtamenta, vnum patris, & alterum filiorum, & conſequenter duo patrimonia ſeparata.*
9 *Teſtamentum impugnans, cum clauſula, ſine præiudicio iurium ſibi in eo cõpeten. quid operetur.*
10 *Fideicommiſſum tranſmitti non poteſt ſine agnitione.*
11 *Fideicommiſſi agnitio reſultat ex eius petitione iudiciali.*
12 *Voluntatis declaratio ſufficit ad agnitionem fideicommiſſi.*
13 *Vſusfructus poteſt vendi, alienari, & donari.*
14 *Vſusfructus an poſſit cedi extraneo, cõtrouerſũ eſt.*
15 *Vſusfructus, dum dicitur, quod non poteſt cedi, intelligi debet ad effectum, vt ius, ſiue commoditas reguletur à vita vſufructuarij.*
16 *Vſusfructus morte vſufructuarij extinguitur.*
17 *Teſtator, ſi aliquid alicui reliquerit, ſi filios maſculos non habuerit, ſi habeat, nepotem ex filia, an deficiat conditio.*
18 *de Vſusfructus ſubſtantia eſt dare, ſeu offerre cautionem, ſi quis illam prætendat.*
19 *Rem melius eſt habere, quã fideiuſſorem.*
20 *Teſtator, ſi alicui reliquerit vſumfructum, ſi non valet præſtare cautionem hæredi, conſulitur vtrique parti per dimiſſionem rei penes hæredem, qui præſtet vſumfructum.*

DECISIO CXCV.

De Anno 1624. ſub die 10. Iunij* fuit in hac cauſa reſolutum coram bo. me. Buratto ſubſtitutionem exemplarem factam per q. Nicolaũ de Tertulijs, Bartholomæo, & Antonio eius filiis maſculis mentecaptis ad fauorem Franciſci, & Hectoris eiuſdem Nicolai ex filiabus nepotum eſſe
1 † nullam ob præteritionem earumdem filiarũ contra formã. *l. humanitatis. C. de impub. & ali. ſubſtit.* quæ deciſio deinde ſub die 29 Nouemb. 1627. * fuit confirmata coram Eminẽtiſſ. D. Card. Vbaldo ſub rogato Buratti defuncti; & vlterius in hac deciſione fuit firmatum intrare ſubſtitutionem fideicommiſſariam ad fauorem eorũdem nepotum exemplariter ſubſtitutorum quoad bona, ſcilicet d. Nicolai teſtatoris: poſt quas reſolutiones Franciſcus & Catharina nepotes donatarij & hæredes Gabrielliæ vnius ex d. teſtatoris filiabus petierunt ab inteſtato immiſſionem in bonis dd. mentecaptorũ, & per duas deciſiones primam ſub die 18. Nouembris 1635. * ſecundam ſub die 3. Martij 1636. * proponente R. P. D. meo Buccabella ſubrogato in locum Eminentiſſ. Card. Vbaldi fuit reſolutum ipſis dandam eſſe immiſſionem pro tertia parte bonorũ in eorum mentecaptorum hæreditate repertorum,
2 ſicuti ipſi Gabrieliæ † cuius perſonam repræſentãt, dari debebat ex interdicto quorum bonorum iuxta tradita per *Menoch. de adipiſc. rem. 1. num. 33. & rem. 4. num. 236.* cum alijs allegatis in deciſionibus, iuxta quarum tenorem D. meus Buccabella ſuam protulit ſentẽtiam, quæ exequutioni fuit demandata: Sed quia vltra dd. bona compreh. nſa in ſententia dd. donatarij prætendebant etiam vſumfructum bonorum fideicommiſſo Nicolai ſubiectorum, contigit dubitari, an dictus vſusfructus deberetur, & hodie propoſito à me ſupradicto dubio fuit reſolutum d. vſumfructum deberi.

Nam clara eſt Nicolai teſtatoris diſpoſitio, quod in euentum, in quem aliqua ex ſuis filiabus nullum haberet filium maſculum, habeat ſua vita durante partem ſuorum bonorum, quam habuiſſent eius li-
3 beri maſculi ſi in rerum natura extitiſſent, † quod relictum ad tempus vitæ vſumfructum importat ſecundum communem opinionem, à qua non recedendum eſſe teſtatur *Menoch. præſumpt. 133. n. 12. lib. 4. & conſ. 352. nu. 17. Mantic. de coniect. lib. 9. tit. 2. n. 29. Caſtill. de vſufr. cap. 30. n. 13.* & fuit in hac cauſa *d. die 19. Iunij 1617. coram bo. me. Buratto;* Vnde cum d. Gabrielia, à qua donatarij cauſam habent, nullos ſuſceperit filios maſculos, vt in confeſſo eſt apud partes; & firmatur in d. deciſ. Buratti, conſequenter eidem Gabrieliæ, ſeu eius hæredibus & donatarijs debetur vſusfructus tertiæ partis bonorum ipſius teſtatoris, ſicuti cum proprietate fuiſſet debitus filijs ipſius vigore ſubſtitutionis factæ ad illarum fauorem à Nicolao teſtatore, vt pariter firmatur in d. deciſ. Buratti, cum etiam
4 † conditio huic legato vſusfructus adiecta ſit purificata,

ficata, idem eſt ac ſi diſpoſitio pura fuiſſet, *l. vbi*
pura. ff. ad Trebell. l. cum quidam, la ſeconda. ff. de
legat. 1. l. ſi dies in fin. ff. quand. dies legat. ced. &
fuit dictum in altera Auenionen. fideic. 5. Decemb.
1635. coram R.P.D. meo Panzirolo.

Non obſtat, quod Gabrielia in partibus petierit
immiſſionem totius hæreditatis vti hæres vniuer-
ſalis Nicolai, & ſic impugnauerit illius teſtamen-
5 tum, propter quod † venit priuãda omni commo-
do ei ex d. teſtamento relicto, *l. Papinianus, §. me-*
miniſſe. ff. de inoff. teſtam. l. poſt legatum. ff. de his
quib. vt indig. Bartol. in Auth. ex cauſa. num. 19. C.
de liber. preter. Quia fuit reſponſum, quod licet d.
Gabrielia petierit dictã immiſſionem ſub prętextu,
quod careret filijs maſculis, & quod ſubſtitutio e-
6 xemplaris non potuerit fieri, † niſi de ſe vti ſola
ſuperſtite ex ſororibus mẽtecaptorum iuxta diſpo-
ſitionem *d. l. humanitatis*, non propterea impugna-
7 uit teſtamentum paternum, cum ipſa diuiſerit † pa-
trimonia mentecaptorum & patris, vt fecit etiam
Rota in hac cauſa ſub die 29. Nouembris coram
Eminentiſſ. Card. Vbaldo in qua firmatur nullam
fuiſſe ſubſtitutionem exemplarem, validam vero
8 ſubſtitutionem fideicommiſſariam, quia duo † re-
putantur teſtamenta, nempe vnum patris, & alte-
rum filij, & conſequẽter duo patrimonia diſtincta,
& ſeparata ad tradita per *Caſtr. 222. ſub n. 2. lib. 2.*
cũ alijs in decif. allegat. Quapropter petitio & adi-
tio hæreditatis facta per procuratores Gabrieliæ ad
hoc ſpecialiter conſtitutos in partibus de Anno
1614. fuit de ſucceſſione ſibi per ſubſtitutionem
9 exemplarem delata, † idq. citra præiudicium vſuſ-
fructus ſibi competentis ex ſubſtitutione fideicom-
miſſaria, per quam clauſulam cenſetur omnia iura
ſibi competentia ex teſtamento paterno reſeruaſſe,
l. ſi debitor. §. 1. iuncta gloſſ. ff. quib. mod. pign. vel
hypot. ſolu. Pariſ. conſ. 23. & 142. lib. 1. Caſtr. conſ.
312. nu. 2. lib. 1.

Non obſtat, quod donatio Gabrieliæ ſit reſtricta
ad iura competentia ex ſubſtitutione exemplari de
bonis & iuribus mentecaptorum, & quod propte-
rea non poſſit dici agnitum fideicommiſſum pater-
10 num, † ſine qua agnitione non potuit transferri ad
donatarios, *Peregr. de fideic. art. 2. nu. 63. Fuſar. de*
ſubſt. q. 486. per tot. Quia vltra quod ceſſat ex fa-
cto, ex quo in donatione ſunt comprehenſa omnia,
& quæcumque iura competentia ſuper hæreditate
11 Nicolai, reſpondetur agnitionem probari † ex pe-
titione iudiciali, in qua expreſsè Gabrielia ſibi re-
ſeruauit ius conſequendi vſumfructum, quæ decla-
12 ratio † voluntatis ſufficit ad agnitionem fideicom-
miſſi, *argum. l. legatum. ff. de legat. 2. Peregr. de fi-*
deic. art. 2. nu. 63. & fuit dictum in Viterbien. Ca-
ſtrorum 2. Iunii 1623. coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano.

Nec obſtat, quod in d. donatione non fuerit ceſ-
ſa commoditas, ſed vſusfructus, qui non poteſt cedi,
quia imò verior & communior eſt ſententia poſſe
13 † alienari, vendi, & donari, vt per innumeros cõ-
geſtos per *Caſtill. de vſufr. q. 69. nu. 6. & ſeq.* & li-
14 cet ſit controuerſum an † poſſit cedi extraneo, vt
per eundem *Caſtil. d. cap. 69. nu. 20.* tamen hic agi-
tur de donatione, quæ eſt permiſſa, & dum aliqui
15 Doctores tradunt non poſſe cedi † debent intelligi
ad effectum, vt ius ſiue commoditas reguletur à vi-
16 ta vſufructuarij, per cuius obitum † vſusfructus fi-
nitur *l. ſi Socrus. ff. de iur. dot. Bald. in l. vſufructu.*
verſ. ſecundo præmitto, & Imol. nu. 15. & 10. ff.
ſolut. matr. Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 3. nu. 11. &
19. Caſtill. de vſufr. d. cap. 69. nu. 13.

Non obſtat, quod legatum d. vſusfructus nõ fue-
rit purum, ſed conditionale, nempe in euentum
quod aliqua ex dd. filiabus nullum haberet maſcu-
17 lum, quæ conditio non debet dici purificata, † ex
quo Gabrielia habuit ex Franciſca filia Henricum
nepotem, quia fuit reſponſum teſtatorem intelle-
xiſſe de maſculis primi gradus non autem de nepo-
tibus ad tex. *in l. in fin. & l. immunitates. ff. de iur.*
immun. cum alijs per Fuſarium cumulatis qu. 404.
num. 1. & ſeqq.

Non obſtat, quod Gabrielia nunquam dederit,
18 neque † obtulerit cautionem, quæ eſt de ſubſtantia
vſusfructus, *Ruin. conſ. 91. n. 10. & conſ. 202. n. 7.*
lib. 2. Fulgoſ. 92. ad fin. Surd. dec. 57. nu. 12. Quia
d. cautio non fuit oblata propter litem, quæ diu fuit
agitata ſuper validitate, vel inualiditate teſtamen-
ti, nec illa erat neceſſaria, ex quo hæredes ſemper
habuerunt proprietatem & vſumfructum in mani-
19 bus, plus † enim eſt rem habere, quàm fideiuſſorẽ;
vnde fit quod quando cautio haberi non valet, con-
ſulitur vtrique parti per dimiſſionem rei penes hæ-
20 redem, qui præſtet vſumfructum, vt poſt *Bellon. &*
alios Surd. dec. 141. nu. 14. Siluan. conſ. 37. nu. 8.

* *Eſt deciſio 802. inter eius impreſſ.*
* *Eſt deciſio 112. par. 5. recent.*
* *Sunt deciſiones 74. & 105. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. BVCCABELLA:

Feretrana Vnionis.

Die Veneris 13. Februarii 1637.

ARGVMENTVM.

De validitate vnionis beneficiorum, quando non poſſit dubitari. Gratia quando egeat iuſtificatione, & quando non. Vnio beneficiorum quando dicatur vnica, & non plures. Vnio beneficij facta ſine præiudicio poſſidẽtis, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Vnio beneficij, quando non fuit facta Præbendis diſtributiuè, ſed menſæ capitulari, ſubſtineri non poteſt.*
2 *Sed hoc procedit, quando vnio fuit facta per Ordinarium ſine auctoritate Papæ, quia tunc corruit ex defectu poteſtatis.*
3 *de Papæ poteſtate circa vnionem beneficiorum nõ eſt dubitandum, ideo vnio qualitercumque fiat, ſubſtinetur. amplia nu. 4.*
5 *Gratia, ſi non emanauerit motu proprio, ſed ad inſtantiam partis, indiget iuſtificatione.*
6 *Gratia non indiget iuſtificatione, licet fuerit facta ad inſtantiam partis, ſtante fluxu 30. annorum.*

7 Quod

7 *Quod intellige, quando adeſt etiam obſeruantia, & effectuatio concurrat,*
8 *Vnio beneficiorum, ſi quo ad vnã partem habuerit effectum, ſufficit ad præſumendam effectuationem etiam quoad aliam partem.*
9 *Vnio beneficiorum, quando ſunt plures, & diſtinctæ, tunc per effectuationem vnius non infertur ad effectuationem alterius.*
10 *Vnio beneficiorum tantum vnica dicitur, & non plures, ſi appareat diſpoſitionem vnica oratione, ac verborum ſtructura factam fuiſſe.*
11 *Vnio beneficiorum dicitur vnica, & non plures, ſi valor eorum in vnam tãtum ſummam ſuit coacernatus.*
12 *Vnio beneficij facta ſine præiudicio poſſidentis illud, non habet effectum, niſi illud per ceſſum, vel deceſſum &c. illius vacauerit.*
13 *Vnio beneficij facta cum clauſula ſine præiudicio poſſidentis, non ſuſpendit vnionis perfectionem, ſed illius tantum executionem protrahit in tempus obitus beneficiati, & ipſius beneficij vacationis.*

DECISIO CXCVI.

QVÆ pro parte D. Hieronymi obijciebantur contra deciſionem, coram me in hac cauſa factam ſub die 14. Nouembris præt.* Domini cenſuerunt non obſtare, proindeq; à deciſis recedendum non eſſe.

Non enim obſtat, quod vnio facta nõ fuerit Præ-
1 bendis diſtributiuè, † ſed menſæ capitulari & conſequenter ſuſtineri non videatur, vt per *Gonzal ſupra regul. 8. gloſ. 37. n. 25. & Rot. deciſ. 565. par. 2. recent.* Nam placuit reſponſio, quod hoc procedit,
2 quãdo † vnio facta fuit per Ordinarium ſine authoritate Papæ, quia tũc corruit ex defectu poteſtatis, iuxta *gloſ. in clem fin. in verb. menſ. de reb. Eccl. non alien. cum alijs in d. deciſ. 565. adduct.* Secus verò
3 quando † Papæ authoritas interuenit, tunc enim cum de poteſtate dubitari non poſſit vnio ipſa ſine dubio ſuſtinetur, vt probat *gloſ. in ead. clem. 1. in verb. menſa in fin. de reb. Eccl. non alien. vbi Abb. nu. 6. & Zabarell. nu. 5. Oldr. conſ. 262. nu. 5. Gabriel. conſ. 188. ſub nu. 7. lib. 2. Garz. de beneſic. par. 12. cap. 2. §. 2. nu. 168. verſ. & ideo.*

In propoſito verò vt patet ex litteris *Clem. viij, de quibus in ſumm. capit. num.* 1. præuia narratione
4 vnionis † ex iuſtis, ac rationalibus cauſis etiam inhærendo decretis Sacr. Concil. Trid. per Epiſcopum factæ Papa Apoſtolica authoritate perpetuò vniuit, & incorporauit.

Nec etiam fuit viſum obſtare, quod cum litteræ
5 prædictæ non emanauerint † motu proprio, ſed ad partis inſtantiam indigeant verificatione, iuxta *deciſ. Seraphin 877. nu. 2.* Quoniam fuit reſponſum, quod cum à data dd. litterarum effluxerint anni 33.
6 omnia in illis expreſſa † verificata præſumũtur, nec hodie alia iuſtificatio requiritur, *Garz. de beneſic. par. 1. cap. 5. nu. 478. Greg. deciſ. 57. vbi add. nu. 6. Rot. deciſ. 7. nu. 1, & 287. nu. 16. par. 5. recen.*

Nec quicquam facit, quod ad effectum vt intret
7 huiuſmodi iuſtificationis † præſumptio non ſufficiat ſolus lapſus temporis, niſi etiam obſeruantia, & effectuatio concurrat. Quia cum de effectuatione
8 quoad alia † beneficia dubitari nõ poſſit, ſufficit ad effectum vt vnio ipſa etiam quoad beneficium de quo agitur effectuata dicatur *Cau. deciſ. 408. nu. 6. Add. ad deciſ. Greg. 557. num. 9. cum alijs alleg. in præd. deciſ. in hac cauſa.*

Nec ſubſiſtit quod facta nõ fuerit vnica vnio omnium beneficiorum, ſed plures ac diſtinctè, & cõ-
9 ſequenter per † effectuationem vnius inferri non poſſit ad effectuationem alterius, vt per *Gonzal. ſup. reg. 8. gloſ. 5. §. 9. num. 59.* Quia ex lectura dd. litterarum clarè conſtat vnicam tantum vnionem non autem plures contineri, cum appareat diſpoſitionem vnica oratione, ac verborum ſtructura pẽ-
10 dentem ab eodem verbo † vnimus, annectimus, & incorporamus in fine ipſius orationis appoſito factam fuiſſe, ad tradit. *per Bald. in l. liber homo 59. §. Titius nu. 2. poſt med. verſ. item nota quod diuerſitas ff. de her. inſtit. & in conſ. 151. nu. 1. lib. 5. Rot. deciſ. 308. nu 1, in fin. par. 2. rec.* Quod apertius etiam confirmatur ex eo, quia valor ipſorum beneficiorum non fuit diſtinctè, ac ſeparatim expreſſus, ſed inſimul, & in confuſo in vnam ſummã
11 coaceruatus, † quod clarè probat vnicam tantum vnionem non tamen plures, ac diſtinctas factas fuiſſe prout alias conſiderauit *Rot. coram Caual. d. deciſ. 408. nu. 6. verſ. tamen, & deciſ. 449. nu. 7. & deciſ. 500. num. 5.*

Nec refragatur, quod in litteris prædictis quoad beneficium. de quo agitur, tunc poſſeſſum à Ioãne Andrea fuerit adiecta clauſula ſine præiudicio d. Io. Andreæ, itaut præſens vnio quoad Eccleſiam, ſeu Cappellam B. MARIAE de Cella prædictam
12 non ſit, neque cenſeatur ſortita effectum, † niſi poſt quã illa per ceſſum vel deceſſum, aut alias ex perſona d. Io. Andreæ vacauerit, & conſequenter quoad illud effectuatio ſuffragari poſſe non videatur. Quia fuit reſponſum clauſulam prædictam non ſuſ-
13 pendere vnionis perfectionem, ſed illius † tantum executionem protrahere in tempus obitus beneficiati, & ipſius beneficij vacationis, iuxt. *tradit. per Oldr. conſ. 223. nu. 8. & conſ. 257. n. 15. & 19. Modern. de re beneſ. lib. 1. queſt. 29. nu. 36.*

Et ita vtraq; parte informante reſolutũ fuit &c.

☞ * *Eſt deciſio 174. ſupra in hac eadem.*

REV.^{MO} P. D. PIROVANO DECANO.

Anconitana Prædij.

Die Veneris 13. Februarii 1637.

ARGVMENTVM.

Emens aliquam rem pro alio, licet nomine proprio contractum perficiat, nihilominus ei ad reſtitutionem tenetur. Teſtes, quando ſunt varij, & contrarij, quando multo minus attendantur, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *Dominium nobis per alium acquiri poteſt.*
2 *Res pro alio empta, etiamſi emptio ſit facta nomine proprio, nihilominus eam rem ei tenetur reſtituere, pro quo emit.*

3 *Teſtes*

3 *Teſtes, quando ſunt varij, & contrarij, nulla fi-*
des certe eſt adhibenda eis, & hoc maximè ad
reſoluendum aliquid, de quo conſtat per publi-
cum inſtrumentum.

4 *Teſtes, ſiue ſint tres, vel duo in quocumque nego-*
cio pro plena, ſeu ſufficienti probatione ſufficiũt.

5 *Teſtes duo, vel tres contra quoſcumque magnos*
Principes etiam ſufficiunt.

6 *Teſtes, quando ſunt ſingulares loco, & tempore*
ſingularitate obſtitiua, non probant, & nu.8.

7 *in Teſtes, vt contrarietas euitetur, debet capi*
omnis interpretatio.

9 *Prandendi tempus vnum omnibus non eſt, vt*
Dominus Noſter iuſſit turbam illuc diſcumbere.

10 *Teſtes ſi ſint ſingulares loco, temporeq. non pro-*
bant confeſſionem.

11 *Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte, ſe-*
miplenè probat.

12 *Probationes minus perfectæ coniungi poſſunt ad*
conſtituendam veram probationem.

13 *Procurator, ſi mandatum ſuſceperit ad aliquid*
pro alio emendum, cogi poteſt ad declarandum
ſe pro illo emiſſe, & rem reſtituere.

DECISIO CXCVII.

DICTVM fuit ſententiam Rotalem eſſe con-
firmandam, quia eius validitas non contro-
uertirur, & iuſtitia probatur ex ſerie facti per te-
ſtes de ſubhaſtatione prædij concludentes, de mã-
dato Franciſci, cui domininm ex perſona Ianuarij
1 oblatoris fuit quæſitum, † & potuit quæri per ea,
quæ dicit *Bald. in l. multum intereſt. nu.3. C. ſi quis*
alteri vel ſibi. Dec. conſ.143. nu.18. Rot. deciſ.806.
num.3. par.1. diuerſ. cum alleg. in deciſ. cauſæ, &
attenta ſuſceptione mandati ad licitãdum tenetur,
2 † rem etiam proprio nomine emptam conſtituen-
ti reſtituere, *l. ſi procuratorem. §. final. ff. mandati.*
Surd. dec.304. nu.11.

Non obſtat, quod cum huiuſmodi mandatum ex
parte Gaſparis prætẽdatur probari ex teſtibus vl-
timo loco examinatis nullatenus contractum vi-
deatur, ſiue tractatum, ſiue exequutionem tracta-
tus, ſiue Ianuarij confeſſionem ſubſequentem at-
tendamus, ex quo teſtes omnes ſingulares ſingu-
3 laritate obſtatiua, varij, † & contrarij, quibus fi-
des adhiberi nullo modo poteſt ad reſoluendum
dominium per Ianuarium acquiſitum in iudicio
huius prædij ſubhaſtationis, de quo per Inſtrumẽ-
tum concludẽs probatio datur *gloſ. in l. final. verſ.*
manifeſtum. C. de reb. cred. Surd. conſ.192. num.13.
& conſ.321. nu.1. coram Papa Greg. XV.

Quia de mãdato ſuſcepto, & de præcedenti tra-
ctatu per Ianuarium ad offerendum, & licitandum
prõ Franciſco deponunt ſecundus, & quintus teſtis
ſuper tertio conteſtes, & de conſignatione pecuniæ
in ſacculo eidem Ianuario per Franciſcum facta
deponunt tertius, & quartus teſtis ſuper tertio, ac
demum de effectuatione ſubhaſtationis, & delibe-
rationis prædij pro Franciſco ex ore Ianuarij de-
ponunt ſecundus teſtis de certa ſcientia, quartus,
& quintus de auditu, qui reſpectiuè teſtes, ſiue
4 † duo, ſiue tres in quocumque negotio pro plena,
& concludenti probatione ſufficiunt, *l. vbi nume-*
rus. ff. de teſtib. cap. omni negocio. cap. licet eod. tit.
Dec. conſ.342. in princ. & Surd. conſ.12. nu.32. di-
5 cens etiam ſufficere contra † quoſcumque magnos
Principes.

Non obſtat, quod ſecundus, & quintus ex quo-
rum depoſitionibus Ianuarius conuincitur mãda-
tum acceptaſſe ad offerendum in ſubhaſtatione præ-
dij controuerſi pro Franciſco, ſint ſingulares loco,
6 & tempore ſingularitate † obſtatiua, dum aſſeritur
ſecundum dixiſſe tractatum ſupradictum concluſũ
fuiſſe in apotheca Petrobelli, quintum vero in apo-
theca Ianuarij, neminem probare propter contra-
rietatem, & repugnantiam, *l. teſtium. C. de teſtib.*
Anchar. conſ.147. num.2. Crau. de antiq. tempor.
par.4. verſ. ſed enim. nu.2. Rot. deciſ.390. num.4.
coram Papa Greg. XV.

Quia pro reſponſione aduerterunt Domini ad
vtramque tàm ſecundi quàm quinti teſtis depoſi-
tionem, quæ nullam continent contrarietatem, aut
diuerſitatem, ſecundus enim iuxta 15. tria dicit, pri-
mo fuiſſe requiſitum à Franciſco Petrobello, vt of-
ferret prædio equitis Bartholomæi Fanelli, quod
tunc ſubhaſtabatur ſubdens. *e me lo richieſe in*
Bottega ſua, ſecundo quod ipſe teſtis recuſauit.
Tertio ob recuſationem ſtatim vocaſſe Ianuarium,
requirens eum in præſentia iſtius teſtis quatenus
vellet offerre pro emendo dicto prædio, qui Ianua-
rius accedere ad offerendum promiſit, & acceſſit,
hucuſque de concluſione tractatus, aut mandati
magis in vna apotheca quam in altera nullũ verbũ,
ſed tantummodo de loco recuſationis mandati in
apotheca Petrobelli. Quintus vero teſtis ſuper ter-
tio concludit tractatum, & ſuſceptionem mandati
ex parte Ianuarij, ſecundo dicit eumdem Ianuariũ,
ſi parti di Bottega dicendo al fratello, che voleua
andare à far detta offerta, qui diſceſſus ex apothe-
ca propria, neque reſponſio ad interrogatorium in
cauſa ſcientiæ, ſcilicet prædicta ſcire per ea, quæ ſu-
pra depoſuit, & quia præſens fuit, audiuit à d. Frã-
ciſco, & dicto Ianuario, & de loco in apotheca di-
cti Ianuarij Zanolæ, vllam prorſus continent con-
trarietatem cum depoſitione ſecundi teſtis, qui de
loco in quo Ianuarius fuit à Franciſco requiſitus
nullum verbum, ſed tantummodo de loco, in quo
ipſe teſtis ad offerendum fuit requiſitus, ibi, *me lo*
richieſe in Bottega ſua, & cum hæc ſint inter ſe di-
uerſa, requirere teſtem, vel requirere Ianuarium
ad concludendum contrarietatem, non poteſt de
7 vno ad alterum inferri, ſed † ad illum excludendũ
ſumenda eſt omnis interpretatio, *Caſ. de Graff. de-*
ciſ.4. num.5. de teſtib. Caputaq. deciſ.270. num.7.
par.3. & 309. nu.2. coram Papa Greg. XV.

Neque ſupradictæ diſtinctioni repugnare vidẽtur
dicta eiuſdem ſecundi teſtis, dum iuxta 16. reſpõ-
dit, ibi, *e fu in queſta Bottega di Pietrobelli*, quia
interrogatorium, & reſponſio ſecundi teſtis reſpi-
ciunt diuerſum actum ab ipſa cõcluſione tractatus,
& mandati ſuſcepti per Ianuarium, nempe in quo
loco Frãciſcus poſt relationem acquiſitionis præ-
dij per oblationem Ianuarij conſignauerit pecuniã
cum ſacculo pro ſoluẽdo integro pretio ipſius præ-
dij, vt non mirum ſi concluſio tractatus facta fue-
rit in apotheca Zanoli, & conſignatio pecuniæ ex
interuallo in apotheca Petrobelli.

Quo vero ad exequutionem tractatus, & manda-
ti

ti de qua deponunt idem ſecundus teſtis iuxta 16.
& quattus teſtis nominatus *il Paron. Giorgio*, &
datus in conteſtem per Franciſcum Mariam Mancinum ſecundum teſtem affirmantes Ianuarium
ex ore ipſius obtuliſſe, & rediſſe ad Franciſcum,
qui illi conſignaret pecuniam pro pretio ſoluendo.
8 Similiter non obſtat, quod ſint ſingulares † obſta-
tiua ſingularitate reſpectu temporis, dum ſecundus
dicit conſignationem contigiſſe de mane, quartus
vero teſtis dicat poſt prandium.

Quia deciſio cauſæ tollit obiectum, quod cum
non ſit omnibus habitantibus in Ciuitate Anconæ
9 † prandendi tempus præſcriptum, & prout in de-
ſerto Dominus noſter iuſſit turbam illuc diſcum-
bere, facile vnus hora ſexta erit ieiunus, & alter ho-
ra nona refectus.

Et prædicta eo magis veroſimiliora redduntur, &
comprobantur ex confeſſione ipſius Ianuarij, de
qua deponunt octauus, & nonus teſtes primi exa-
minis. Primus, tertius, quintus, ſextus, ſeptimus,
octauus, & nonus ſecundi examinis dicentes audi-
uiſſe ab eodem Ianuario ipſum emiſſe prædium pro
Franciſco, & ſcuta 600. recepiſſe, qui teſtes, & ſi
10 ſint † ſingulares loco, & tempore in referendo con-
feſſionem Ianuarij, attamen quia illorum ſingula-
ritas non eſt obſtatiua. dum non repugnat, quod
quis ſæpius faſſus fuerit debitum, vel mandati exe-
quutionem in diuerſis locis, & diuerſo tempore,
neque diuerſificatiua, ex quo depoſitio de diuerſis
confeſſionibus non infert plura debita, aut manda-
ta ad licitandum pro acquiſitione prædij, ſed verè
ſit ſingularitas accumulatiua, & tunc non prohi-
bentur coniungi iſtæ probationes, & plenè probēt,
11 † nempe hæc ſemiplena de confeſſione extraiudi-
ciali abſente parte, *l. certum. ſi quis abſente. ff. de
confeſſ. Iaſ in l. admonendi num.* 158. *ff. de iur. iur.
Gabr de confeſſ. concl* 1. *nu.* 52. *Menoch. præſ.* 41.
nu. 2. *lib.* 1. *Surd. conſ.* 60. *nu.* 10. & prima de veri-
tate tractatus, & illius exequutione quatenus de
12 per ſe perfecta dici non poſſet, † quam tamen Do-
mini ſufficere exiſtimarunt, vt exinde plenam cō-
ſtituant probationem ſecundum veriorem, de qua
in his terminis per *Crau. eod. tract. de antiq. tem-
por. par.* 4. *verſ. ſed enim. nu.* 9. *& ſeqq.*

Quibus maximè conuenit declaratio eiuſdem
Ianuarij, de qua deponunt teſtes ſecundi nominis,
primus ab eodem Ianuario audiuiſſe, quod debe-
bat declarationem facere ſe pro Franciſco emiſſe
prædium, & duodecimus ipſum non negaſſe facere
declarationem, ſed prius inter eos ineunda eſſe
computa, ex qua videbatur ſatis aperta rei veritas,
13 & ſeries facti correſpectiua † ad mandatum ſuſce-
ptum per Ianuarium bene probata, per quod de
iure cogi poteſt ad declarandum ſe emiſſe pro Frā-
ciſco, & prædium reſtituere per *d. l. ſi procurato-
rem. § final. ff. mandati.*

Et his ſtantibus non eſt neceſſarium quærere de
veritate dominij iſtius prædij acquiſiti per Ianua-
rium per inſtrumentum deliberationis, & deſcri-
ptionis ad extimum ſolutionis mercedis Notarij
rogati, & poſſeſſionis, & locationis, cum omnia
tendant ad firmandum dominium prædij contra
promiſſionem, & mandatum ſuſceptum, quod non

impugnat factum, ſed excipitur nihilominus teneri ad reſtitutionem prædij.

Et quæ dicebantur de ſatisfactione crediti Franciſci per aſſignationem fructuum eiuſdem prædij ſatisfacit deciſio cauſæ, cum qua Domini tranſierūt.

Et ita &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononieñ Pecuniaria.

Die Lunæ 16. Februarii 1637.

ARGVMENTVM.

Hæredi grauato, niſi offeratur ab hærede fideicommiſſario ſatiſdatio ſuorum creditorum, non poteſt cogi ad hæreditatem reſtituendā. Hæres grauatus ſoluendo debita teſtatoris, quibus remedijs vti poſſit ad conſequendam ſatisfactionem, Legitima filio ex quibus bonis debeatur, & in quo ei ſit aſſignanda.

SVMMARIVM.

1 *Hæres, ſi fuerit bona fidei poſſeſſor, non ante cogi poteſt reſtituere hæreditatem, quàm ſibi offeratur ab hærede fideicommiſſario ſatiſdatio ſuorum creditorum.*

2 *Et ita ſubueniendum eſt hæredi ad effectum, vt ipſe ſit tutus ab omni damno.*

3 *Hæres grauatus adeundo hæreditatem poteſt ſibi applicare certam illius portionem, ex qua conſequi deinde poſſit ſatisfactionem ſui crediti. limita hoc nu. 4. & 5.*

6 *in Hæreditate cenſetur extare illud minus, quod cedere debet in extinctionem crediti hæredis, dū adeundo hæreditatem applicauit ſibi certā portionem, vt ſolueret debita teſtatoris, & quando hoc habeat locum. vide n. 7. & quare id fiat. n. 8.*

9 *Inducta in fauorem alicuius non debent in eius odium retorqueri.*

10 *Hæres grauatus dum ſoluit debita teſtatoris, poteſt vti detractionis ſui crediti remedio, vel retinere totam hæreditatem, antequam conſequatur ſatisfactionem ab hærede fideicommiſſario.*

11 *ad Iudicis officium ſpectat partem condemnare, vel abſoluere ab expenſis.*

12 *Iudex reſeruando aliquid in ſententia, videtur partem grauaſſe.*

13 *Iudex in ſententia poteſt reſeruare liquidationem expenſarum.*

14 *Iudex, quando reſeruat liquidationem expenſarum cui de iure, illa cenſetur remiſſa Iudici appellationis ad quem ſimul cū negotio principali.*

15 *in Fideicommiſſi reſtitutione non veniunt ea, quæ hæres grauatus retinet titulo emptionis.*

16 *Legitima, licet debeatur ex ſingulis corporibus hæreditarijs, cum ſit portio bonorum, quæ quis habiturus eſt ab inteſtato. & nu. 21.*

17 *Tamen ne contingat ſcindi ſubſtantiam vniuerſi patrimonij, poteſt illa aſſignari etiam in vno, vel pluribus corporibus hæreditarijs.*

18 *Legitima, quando aſſignatur filio non debent eligē*

 viliora

viliora corpora hæreditaria, ſed poteſt filius, vel quæcumque alia perſona, cui illa debita ſit, etiam vnum ex melioribus corporibus hæreditarijs, dummodo aliud ſimile in hæreditate remaneat.
19 *Legitima aſſignatio non debet fieri auctoritate Iudicis, & eo maximè, quando ille, cui ea debebatur, illam vendidit bona fide, ſubſtineri debet alienatio, nec poteſt à fideicõmiſſarijs retractari.*
20 *Legitima quantitas an ſit minuenda habita ratione æris alieni.*

DECISIO CXCVIII.

IN ſententia A.C. plura declarata fuerunt ad fa-
uorem Commendatoris Hieronymi Bolognini
hæredis grauati in teſtamento Ioannis Ludouici.
Primò enim in ea firmatum fuit creditum Hiero-
nymi aduerſus eandem hæreditatem in libris ſexa-
gies mille atque vna, & ſexaginta, & bononenis
decem. Secundò dictum fuit, quod occaſione eius
crediti competebat illi retentio omnium bonorum
dictæ hæreditatis, quouſque ſatisfactum eſſet de eo-
dem credito. Tertiò reſeruata fuerunt eadem iu-
ra ſuper liquidatione aliorum creditorum, quæ ha-
bebat aduerſus eandem hæreditatem, tùm occa-
ſione melioramentorum, quæ dicebat à ſe facta in
bonis hæreditarijs, quàm occaſione expenſarum,
quæ etiam ab eo factæ fuerunt, vel in litibus pro de-
fenſione eorumdem bonorum, vel occaſione fune-
ris teſtatoris, quæ credita ex proceſſu compulſo-
riali facto in hac ſecunda inſtantia coram me com-
perta fuerunt aſcendere ad libras quatuor mille, &
ſeptingentas ac viginti duas. Quartò demum di-
ctum fuit, quod ſpectabat ad Hieronymum tertia
pars Molendini, quòd repertum fuerat in eadem
hæreditate, ita vt ſuper eo nullum ius competeret
hæredibus fideicommiſſarijs Ioannis Ludouici, de
iuſtitia huius ſententiæ quæſitum fuit in dubio co-
ram me propoſito; & cum inter partes non con-
trouerteretur quantitas librarum, in qua firmatũ
fuit in p. illius capite conſiſtere creditum Hierony-
mi, viſa fuit probari iuſtitia eiuſdem ſententiæ etiã
in alijs capitibus, & ideo DD. reſponderunt illam
eſſe confirmandam cum eius validitas non contro-
uerteretur à partibus.

Et primò viſa fuit probari iuſtitia eiuſdem ſen-
tentiæ in ſecundo illius capite, in quo concedebat
Hieronymo retentionem bonorũ hæreditatis Ioã-
1 nis Ludouici, quia ille tanquam bonæ † fidei poſſeſ-
ſor non ante cogi poterat reſtituere eandem hære-
ditatem, quàm ſibi offerretur ab hærede fideicom.
ſatisfactio ſuorum creditorum, vt probat text. *in
l. quominus. C. ſi antiquior creditor*, & in terminis
petitionis hæreditatis *in l. vlt. §. ſin autem ex cõ-
tractibus. C. de petitione hæreditatis, & in l. quid
ſi poſſeſſor. ff. eod. tit.* vbi quod ita ſubuenien. eſt hæ-
2 redi ad effectum, vt † ille ſit tutus ab omni damno,
& notauit *Gloſſ. ſuper eadem lege in verb. ſenten-
tiam Bart. & Caſtr. ſub num. 1. Roman. conſ. 276.
num. 2. Boer. deciſ. 44. nu. 14.*

Neque obſtare viſum fuit, quod Hieronymus
adeundo hæreditatem Ioãnis Ludouici potuiſſet ſi-
3 bi applicare † certam illius portionem, ex qua cõ-
ſequi deinde potuerit ſatisfactionem ſui crediti, vt
probat text. *in l. creditores. ff. de diſtract. pignor.
& in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad S.C. Trebell* &
voluit *in l. 1. §. in comput. C. de iur. delib. num. 4.
& in l. debitori tuo. nu. 4. C. de pact.* Quia non ha-
bebat Hieronymus de tempore, quo illi delata fuit
4 hæreditas Ioannis Ludouici aliquod creditum † cu-
ius cauſa potuiſſet detrahere portionem, cum ſolũ
effectus fuiſſet illius creditor occaſione aliquarum
ſolutionum, quas fecit creditoribus hæreditarijs
poſt aditam eandem hæreditatem, vnde deficiebat
cauſa æris alieni propter quã potuiſſet fieri detra-
ctio eius portionis, neque dici poterat ortam fuiſ-
ſe eandem cauſam cum factæ fuerunt ſolutiones,
5 quaſi videretur Hieronymus voluiſſe † tunc emere
tot bona vſque ad valorem earumdem ſolutionum,
cum potuiſſet illa vendere, vt ſatisfaceret eiſdem
creditoribus, quibus de ſuo ære ſoluit ex notat. *in
l. poſtulante. ff. ad S.C. Trebell. & in l filius famil.
§. Diui. ff. de legat. 1.* & voluit *Menoch. in conſ. 183.
nu. 36. Peregr. de fideicom. art. 35. nu. 12.* Etenim
hoc priuilegium erat ſolius aditionis, cum in ea ſo-
lum habere poſſet locum ratio, propter quam cen-
ſetur à l. conceſſa ea ſolutio, nempe vt euitetur
confuſio actionum, quæ videtur inducta in ipſa adi-
tione itaut ex præſumptione iuris ſtatim cenſeatur
6 facta ea ſolutio, & in hæreditate dicatur † extare il-
lud minus, quod cedere debet in extinctionem cre-
diti hæredis, & probat text. *in l. debitori C. de pact.
& in l. ſi ei cui. §. 1. ff. de euict.* & notat ibi *Bart.
& in lege ſtichum. §. aditio. ff. de ſolut.* & ita de-
clarauit Rota in terminis crediti, quòd hæredi ſu-
peruenerit poſt aditam hæreditatem *in vna Bono-
nien. fideicom. de S. Petro coram Card. Blanchet-
to ſub die 29. Aprilis, & 27. Nouembr. anni* 1587.
7 quòd ſcilicet † ea præſumptio non habeat locum in
hoc caſu, ſed ſolum in eo, qui ſuo debitori hæres ex-
titerit, & velit ſuum creditum deducere ante adi-
tionem hæreditatis, & eandem opinionem ſequuta
fuit *coram Card. Caualerio in Bononien. fideicom.
de Bonſignoribus 26. Nouembris* 1615. in qua re-
uocata fuit deciſio contraria facta in eadem cauſa
ſub die 15. *Decembris anni.* 1610. Præterea præ-
8 ſumptio † eius ſolutionis erat inducta ad fauorem
hæredis grauati ad effectum, vt ille nõ teneretur ad
reſtitutionem fructuum, quos percepit pendente
conditione fideicomm. quaſi illi viderentur ab eo
percepti ex re propria, vt voluit *Gloſſ. in l mulier.
§. cum proponeretur. ff. ad S.C. Trebell.* & notat
ibi *Bart. nu. 4. Alex. nu.* 12. vnde non poterat ea
9 præſumptio † conuerti in illius præiudicium, prout
illa conuerteretur, ſi ipſe hæres cogeretur inuitus
capere tot bona hæreditaria, neq. poſſet conſequi ſa-
tisfactionem ſui crediti in pecunia, & ita eſſe de-
clarauit *Rota in vna Romana fideicom. de Incoro-
natis coram Clemente VIII. inter impreſſ. in 1. par.
diuerſ. deciſ.* 680. *& in S. Seuerini dotis 4. Maij*
1620. *coram bo. mem. Vbaldo*, & tradit *Bart. in l. ſi
hæres 21. §. cum fideiuſſor. ff. de fideiuſſoribus, & in
in l. ſi ſocer. nu. 2. ff. ſolut. matrim.* Et quod hæres
10 vtroque † remedio vti poſſet, vel detractione ſui
crediti, vel retinere totam hæreditatem antequam
conſequatur ſatisfactionem ab hærede fideicom. vo-
luit *Roman. in conſ. 276. nu. 2.* vbi hoc plurium iu-
rium

Digitized by Google

rum auctoritate confirmat; & quod retentionis
commodo vti poſſit, voluit *Gloſſ. in d. l. Stichum.
ff. de ſolut. in §. aditio in verb. retinet, & in l. po-
ſtulante. ff. ad S.C. Trebell. in verb. petere Bart. &
Caſtr. in l. quid ſi poſſeſſor. ff. de petit. hæreditatis.*

In tertio capite ſententiæ reſeruatæ fuerunt ex-
penſæ, quas dicebatur feciſſe Hieronymus pro de-
fenſione bonorum hæreditariorum, aut funeris te-
ſtatoris; quæ viſa fuit etiam in hac parte iuſta.
11 Quamuis enim † ad officiũ iudicantis ſpectare de-
buiſſet partem condemnare, aut abſoluere ab eis
expenſis vt notant *DD in l. terminato. C. de fru-
ctibus, & litium expenſis, & in l. 4. C. depoſiti.* Adeo
12 vt † reſeruãdo aliquid in ſententia videatur partem
grauaſſe, vt voluit *Bald. in conſ. 153. num. 2. lib. 1.
arg. text. in l. non diſtinguemus. §. de officio. ff. de
arbitris.* tamen non deficiebat ea cõdemnatio, qui-
nimò illius occaſione cõceſſa fuit Hieronymo re-
tentio bonorum hæreditariorum, ſed ſolum reſerua-
ta fuit in ſententia liquidatio earum impenſarum,
13 quod † rectè facere potuit Iudex, vt tradit *Gloſſ. ſu-
per eadem l. terminato in verb. competere.*, & nota-
runt ibidem *Cinus nu. 3. Bald. nu. 2. & in Authen.
generaliter num. 13. C. de Epiſc. & Cleric.* præſer-
14 tim † cum ipſe Iudex non ſolum ſibi reſeruaſſet eã
liquidationem, ſed cui de iure, vnde illa cenſebatur
remiſſa Iudici appellationis ad quem, ſimul cum
neg. principali deducta fuit cognitio quantitatis
earundem impenſarum, quod etiam notauit *Gloſſ.
in d. l. terminato in verb. præſtetur. Bart. num. 8.
in l. ab executione. nu. 12. ff. de appellat. Iaſ. in l. 1.
nu. 1. Alex. nu. 7. C. de iudic. & tenuit Rota in de-
ciſ. 4. de reſtit. ſpoliat. in nouis.*

Viſa fuit etiam iuſta ſententia in poſtrema illius
parte, in qua dictum fuit, quod ad Hieronymum
ſpectabat tertia pars Molendini hæreditarij, itaut
ſuper eo nullum ius competeret hæredibus fidei-
commiſſarijs Ioannis Ludouici. Hæc enim por-
tio aſſignata fuerat Victoriæ matri eiuſdem Ioannis
Ludouici pro ſua legitima, in qua ipſe hæres inſti-
tituta fuerat ſimul cum Hieronymo, cum vero
portio eius Molendini deinde vendita fuiſſet à Vi-
ctoria Hieronymo, non poterat dici comprehenſa
in hæreditate Ioannis Ludouici, aut quod inde ſe-
quitur ſubiecta reſtitutioni, cum Hieronymus illã
15 retineret ex † eo titulo venditionis, & potuiſſet
alienari à Victoria in cauſam ſuę legitimæ ex notat.
*per DD in l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad S.C. Tre-
bell.* & tradit ibi *Bart. nu. 2. Ripa in l. quarta. nu.
120. ff. ad l. Falcid. Craff. in §. legitima. q. 17. nu. 4.*

Neque viſæ ſunt obſtare duæ exceptiones, quæ
adducebantur contra eam aſſignationem. Et pri-
ma in qua dicebatur, vt non potuiſſet ea legitima
conſtitui ſuper hoc Molendino, quod erat ex me-
16 lioribus corporibus hæreditatis, quia licet † legi-
tima debeatur ex ſingulis corporibus hæreditatis,
cum ſit portio bonorum, quæ quis habiturus eſſet
ab inteſtato, vt probat *text. in l. Papinianus. §. quo-
niam quarta. ff. de inoff. teſtam. & in l. parentibus.
C. eod. tit.* & notant *DD. in l. filium. ff. famil. erciſ.*
17 *Craff. in §. legitima quæſt. 16. n. 1.* contingat † ſemi-
di ſubſtantiam vniuerſi patrimonij, poteſt illa aſſi-
gnari etiam in vno, vel pluribus corporibus hære-
ditarijs, vt tradit *Bald. in d. l. filium. nu. 28. Salicet.*

nu. 11. & tenuit Rota *coram Puteo deciſ. 29. nu. 6.
lib. 2. & in Romana legitimæ 18. Martij 1616. co-
ram Eminentiſſ. D. meo Card. Verospio*, & ad hunc
18 effectum non debent eligi viliora † corpora hære-
ditatis, ſed poteſt filius, ſiue quęcumque alia per-
ſona, cui illa debita ſit, eligere etiam vnum ex me-
lioribus corporibus, dummodo aliud ſimile in hæ-
reditate maneat, *vt reſolutum fuit in eadem Ro-
mana legitimæ*, & tradit *Ripa in d. l. quartam. nu.
128. ff. ad l. Falcid. Alex. n. 13. Rim. ſen. conſ. 160.
num. 11. Gabr. de legitim. concl. 4. nu. 16. Peregr. de
fideic. art. 39. nu. 11.* Neque ad hunc effectum re-
quirebatur, quod ea aſſignatio facta fuiſſet auctori-
19 tate Iudicis, † quia cum vendita fuiſſet à Victoria
pars eius Molendini bona fide, ſuſtineri debet alie-
natio tanquam facta in cauſa eiuſdem legitimæ, ne-
que poterit à fideicom. retractari, vt tradit *Caſtr.
in d. l. Marcellus. §. res quæ. ff. ad Trebell. num. 3.
Bald. in l. iubemus. nu. 3. ff. eod. tit.* & voluit *Hon-
ded in conſ. 58. nu. 64. Gabr. de legitim. concl. 3. n. 9.*
quamuis neque dici poterat deeſſe hoc caſu aucto-
ritas Iudicis, quia Victoria primum immiſſa fuerat
in poſſeſſionem tertiæ partis omnium bonorum
hæreditatis Ioannis Ludouici, & deinde obtinue-
rat manutẽtionem in poſſeſſionem eiuſdem partis,
citatis fideicommiſſarijs, qui hodie hanc aſſigna-
tionem impugnant.

Secundò non viſa fuit obſtare alia exceptio, vt
aſſignatio facta Victoriæ eſſet exceſſiua, deduceba-
tur enim hic exceſſus eo quia in ea aſſignatione nõ
20 fuiſſet habita ratio æris alieni, quo grauata † eſſet
hæreditas Ioannis Ludouici, ex quo minui potuiſ-
ſet quantitas eiuſdem legitimæ ex notatis per *DD.
in l. ex facto, & in l. quoties. ff. de hæred. inſtit.* &
probatur *in l. Papinianus. §. 4. ff. de inoff. teſtam.*
ſed non viſus fuit probari hic exceſſus, quia portio
eius Molendini non fuit electa à Victoria pro ſatiſ-
factione totius legitimæ, ſed ſolum tanquam tertia
pars, quæ ſibi erat debita ſuper eo corpore tam vi-
gore ſententiæ, quàm ex diſpoſitione iuris; vnde
non ſolum videbatur excludi hic exceſſus, dum Vi-
21 ctoriæ debebatur legitima etiam † ſuper aliis cor-
poribus, in quibus haberi poterit ratio eius æris
alieni hæreditatis, ſed cum neque doceretur à fidei-
commiſſarijs, vt valor eius tertiæ partis excederet
quantitatem, cuius illa erat creditrix occaſione ſuę
legitimæ, quod illi probare debuiſſent ex liquida-
tione valoris, ac ſtatus totius hæreditatis.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Lauretana Prædij.

Die Lunæ 16. Februarij 1637.

ARGVMENTVM.

Poſſidenti authoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis debetur manutentio; & quando malè proceſſit, vt non manuteneatur, quid requiratur. Et alia circa fructuum acquiſitionem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor, ſi appareat, quod poſſideat authoritate Prætoris, manutenendus venit.*

2 *Iudex ritè, & rectè procedendo priuat poſſeſſorem tàm ciuili, quàm naturali poſſeſſione.*

3 *Iudex, quod ritè, & rectè proceſſerit, bene colligitur ex reuolutione actorum.*

4 *Emptor fundi, ſi promiſit extinguere cenſus ſuper eo impoſitos, ſtante vrgentia habentium cenſus, & c. præuia ceſſione iurium cogi poteſt extinguere cenſus de proprijs pecunijs.*

5 *Dominij reſeruatio quid operetur.*

7 *Liquidatio fructuum, & expenſarum, quando adſunt plures creditores, ſi non fiat omnibus citatis, non valet.*

8 *Fructus perceptos poſt motam litem quis tenetur reſtituere.*

9 *Poſſeſſor, dũ nõ fuit in mala fide, fecit fructus ſuos.*

10 *ad Fructuum acquiſitionem titulus non requiritur, dummodo abſit mala fides.*

11 *ad Fructuum acquiſitionem bona fides cauſari poteſt ex iuſtis, & temerarijs titulis.*

12 *aduerſus Poſſidentem authoritate Iudicis, vt competat manutentio, iniuſtitia debet eſſe adeo clara, vt nullo velamine offuſcari poſſit.*

DECISIO CXCIX.

CVM Flauius Barbarubeus obtinuiſſet mandatum de Aſſociando, illudq. executioni iam demandaſſet contra prædium Aneti, cœpit prætendere Marcolinus d. prædij poſſeſſor, quod contra ipſum nulliter, & iniuſtè fuerit proceſſum; Et propterea in gradu recurſus coram me quæſitum fuit, cuinam eſſet concedenda manutentio, & Dominis
1 viſum eſt, quod ſit manutenendus † Flauius cum ipſe appareat prædium ſupradictum authoritate Iudicis poſſidere, *c. in præſentia de renunciat. l. iuſtè poſſidet. ff. de acqu. poſſ. Greg. dec. 203. in princ. & nu. 1 & dec. 336. nu. 14. & deciſ. 582. num. 1. & 2. Rota in rec. dec. 173. num. 1. par. 1.* & paſſim alibi,
2 Iudex enim ritè, & rectè † procedendo Marcolinum tàm ciuili, quàm naturali poſſeſſione priuauit *Angel. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas nu. 2. in fin. Roman. nu. 3. Alex. nu. 2. ff. de acq. poſſ. Rota dec. 141. nu. 2. & dec. 802. num. 6. par. 1. diuerſ. Seraph. dec. 1325. nu. 1. Greg. dec. 582. nu. 4. & 5. vbi adden. nu. 8. Rota in recent. dec. 173. nu. 2. par. 1.*

Quod autem Iudex ritè, & rectè proceſſerit, di-
3 cebatur clarè † conſtare ex reuolutione actorum, iuxta *deciſ. Caputaq. 160. par. 2.*

Et de iuſtitia viſum eſt manifeſtè apparere, quia Achilles Barbarubeus Flauij ſupradicti pater de anno 1626. compermutauit cum Iulio Cæſare de Angelis quoddam prædium in Contrata Caſanouę, pro quo Achilles ei tradidit alia duo prædia à ſe poſſeſſa, vnum videlicet in Contrata Fontis Spini Grugnaleti, & Mortulæ, alterum vero in Contrata d. Aneti, & quia d. prædium Iulij Cæſaris erat maioris valoris, d. Achilles pro adæquatione, ſeu vt in Inſtrumento dicitur per giunta, & ricompenſa, promiſit ſoluere ſcuta 1248 in hunc modum, ſtatim ſcilicet ſcuta centũ in manibus ipſius Iulij Cæſaris, alia ſcuta quingenta illius creditoribus pro fructibus decurſis, & non ſolutis, reliqua vero ſcuta 648. in die Sanctiſſ. Natiuitatis ann. 1627. Et caſu quo idem Achilles prædictam quantitatem prõptam non haberet, promiſit in ſe accollare tot cenſus anteriores, illoſq. in termino trium annorum extinguere cum facultate, quod Iulius Cæſar d. duo prædia ab Achille in compermutationem accepta vendere poſſet, pacto appoſito, quod pretiũ ex illis detrahendum deponi deberet penes idoneã perſonam ad effectum, vt in termino decem dierũ poſt ſecutam venditionem extinguerentur tot debita anteriora ipſius Iulij Cæſaris, ſub pœna nullitatis venditionis, quatenus aliter fieret, cum expreſſa demum reſeruatione dominij in euentum in quem aliquis eorũ ſuper dictis poſſeſſionibus permutatis moleſtaretur; Quare cum Achilles poſtquam omnia in inſtrumento contenta adimpleuiſſet, moleſtias paſſus fuerit ab Honorio Galeotto creditore d. Iulij Cæſaris pro annuo cenſu contracto de anno 1611. à Capitoſto pro alio cenſu vendito de anno 1613 & denique pro altero cenſu impoſito ad fauorem quorũdam de Compagnonibus, qui poſtea creditum ceſſerunt Giardinis, inſtè petijt aſſociari ad poſſeſſionem d. prædij Aneti, in qua antea exiſtebat, tàm pro rata fructuum ſolutorum, quam etiam pro ſorte principali cenſus illorum de Compagnonibus, qui cum inſtarent pro renoua-
4 tione fideiuſſoris, ad hoc euitandum † præuia reportatione ceſſionis iurium coactus fuit cenſum extinguere de proprijs pecunijs, *Bald. in l. creditores. nu. 18. & ſeq. C. de pignor. Menoch. de adipiſc. remed. 5. nu. 77. & fuit reſolutum in Bononien. de Zaualiis 13. Iunij 1611. & 4. Iulij 1612. coram bo. mem. Vbaldo*; Quod remedium pariter Achilli
5 competebat in vim † reſeruationis dominij in eodẽ permutationis inſtrumẽto contentæ iuxta tradita per *Bald. in l. Titius in princ. & in addit. ff. de ſeru. aſport. Faber in §. vendita inſtit. de rerum diuiſ. Neguſan. de pignor. par. 5. memb. 2. num. 18. verſ. & etiam facit, Gratian. diſcept. 730. n. 7. 17. 18.*

Nec viſum eſt obſtare, quod Marcolinus habuerit dictum prædium ab Auguſtino de Angelis, qui illud in ſolutum accepit ab ipſo Iulio Cæſare pro ſcutis 370. quia creditum Auguſtini viſum eſt pati multas difficultates, & pro reſolutione huius obiecti ſciendum eſt in facto, quod Iulius Cæſar prædictus, ac Pertus Antonius eius frater de anno 1599. per apocam priuatam, quæ poſtea de anno 1601. mediante inſtrumento in publicam formam redacta fuit, ceſſerunt quaſdam eorum terras Nicolao de Angelis, & Alexandro, ac Franciſco eius filijs, ac dictorum eius filiorum filijs ipſis tantum ſpecificè nominatis nulla alia perſona; neque etiam illorum hæredibus expreſſis; cum pacto inter cætera, quod dd. Iulius Cæſar, & Petrus Antonius poſſent ſuccedere in eiſdem terris, per hæc verba, *quando della predetta terza generatione mancaſſe la linea maſculina del detto Miſer Nicola, & non altrimente:* Vnde cum de anno 1609. Nicolaus prædictus, ac Alexander, & Franciſcus in d. inſtrumento nominati obijſſent ſine filijs, credentes Iulius Cæſar, ac Petrus Antonius, quod eſſet factus locus ſupradicto pacto ad eorum fauorem, dictarum terrarum poſſeſſionem cœperunt, & in ea pacificè permanſerunt

ferunt

ferunt vſque ad annum 1629. de menſe Auguſti, de
quo tempore Iulius Cæſar conuentus fuit in Curia
Maceratẽ ab Auguſtino de Angelis dicti Nicolai
ceſſionarij filio pro reſtitutione fructuum percep-
torum ſpatio annorum 19. eo quia licet ipſe Augu-
ſtinus nõ eſſet expreſſè nominatus in apoca ceſſio-
nis, ex quo nondum erat natus, nihilominus ſatis
eſſet, quod comprehenderetur in inueſtitura facta
ad fauorem Alexandri aui vſque ad tertiam gene-
rationem. Vltra quod etiam prætendebat ſe in apo-
ca fuiſſe comprehenſum ex quo dum in ea contra-
hentes paciſcuntur, quod durante ceſſione tenerẽ-
tur ceſſionarij tradere Iulio Cæſari, ac Petro An-
tonio quolibet anno vnam ſalmam frumẽti, appro-
bãt ſucceſſionem ad fauorem omnium vocatorum
in inueſtitura facta prædicto Alexandro auo, ibi, *da
ſeguitarſi di anno in anno, ſin tanto che durerà la
terza Generatione, come nell'Inſtrumento, e ſcrit-
ture ſatte dal detto Aleſſandro auo &c.* cuius Ale-
xandri cum nõ dubitaretur, quod ipſe Auguſtinus
eſſet nepos, Iulius Cæſar non expectata termina-
tione litis, ſed liquidatis fructibus ab ipſis medio
tempore perceptis in ſcutis 342. illiſq. additis alijs
ſcutis 28. pro expenſis ab Auguſtino in lite factis,
pro dicta quãtitate prædium controuerſum ei tra-
didit inſolutum, quod poſtea idem Auguſtinus pro
eo lem pretio vendidit Ludouico Marcolino, qui
hodie ex iure Auguſtini venditoris prætendit Bar-
barubeum non poſſe agere contra ipſum ratione
moleſtiarum ei illatarum occaſione trium ſupradi-
ctorum cenſuum; Ea præcipuè ratione, quia cum
Achilles in contractu permutationis ſe obligaſſet
pro rata ſcutorum 648. extinguere tot credita an-
teriorã, non poterat in præiudicium Auguſtini, qui
vigore apocæ erat creditor de anno 1601. extin-
guere debita cõtracta à Iulio Cęſare de anno 1608.
& 1609.

Verum pro parte Flauij fuit replicatum obiectũ
prædictum nihil releuare, quia licet prætẽſum cre-
ditum Auguſtini originem ſumat ab apoca confecta
de anno 1597. & in publ. Inſtrumentum redacta de
anno 1601. attamen cum dicti fructus percepti à
Iulio Cæſare non fuerint liquidati, niſi de anno
1629. vtique Achilles validè extinxit cenſus, quos
ante liquidationem in ſe accollauerat, & cum iura-
mento, & Camerali obligatione nominatim extin-
guere promiſerat, & de quorum certitudine de
tempore extinctionis dubitari non poterat ad text.
*in l. nomen debitoris, cum ibi not. G. quæ res pign.
oblig. poſſunt. Bart. in l. fin. §. ſi præfatã, vbi Ca-
ſtren nu. 4. C. de iure delib. Greg. deciſ. 311. num. 17.
& ſeqq.*

Addebat etiam Flauius, quod iſta liquidatio fru-
ctuum & expenſarum in ſcutis 370. non potuit fie-
7 ri à Iulio Cæſare † in præiudicium aliorum credito-
rum ipſis non citatis, *l. nam ita Diuus. ff. de adopt.
c. cum ex litteris de in integr. reſtit. c. Paſtoralis de
re iud. Afin. in praxi. §. 1. nu. 26.*

Præterea dicebat, quod in omni caſu liquidatio
apparebat manifeſtè erronea, dum Iulius Cæſar
voluit teneri ad fructuum reſtitutionem ab anno
1609. quo cœpit prædium poſſidere, cum tamen
8 ſolum teneretur † illos reſtituere à die motæ litis,
& ſic ab anno 1629. iuxta text. *in l. 1. §. ex die. ff. de
vi, & vi armata. l. quæſitum §. hot interdicto de
procurat.* Dum enim Iulius Cæſar poſſedit dictas
terras, quia per mortem Nicolai, & ipſius filiorum
ſine filijs putauit eſſe factum locum pacto ad eius
9 fauorem † non fuit malæ fidei poſſeſſor, & potuit
facere fructus ſuos, *l. 4. §. fin. ff. fin. regund.* cum
10 ad acquiſitionem fructuum titulus † nõ requiratur,
modo abſit mala fides, *l. quæſitum. ff. de acqu. rer.
domin. Bald. conſ. 11. in fine lib. 1. & conſ. 118. in
fine lib. 2. Curt. ſen. conſ. 72. col. 3. verſ. ſecunda
concluſio. Menoch. conſ. 1173. de recuper. remed. 14.
num. 593. latè Rota in recent. par. 2. deciſ. 320. ſub
num 1. & 2.* vbi dicit, quod quamuis adſit titulus
inualidus, & putatiuus modo à iure non reproba-
tus, vt puta rei furtiuæ, vel inuaſæ, ſed cauſatus ab
errore iuris, vel facti, non oberit poſſeſſori ad cau-
11 ſandum bonam fidem, quæ † poteſt cauſari ex inſtis
& temerarijs titulis per *tex. in l. ſed & ſi lege. §. ſi-
ue. ff. de petit. hæred. & fuit reſolutum coram me
in Auenionen. fideicommiſſi 12. Ianuarij curren-
tis anni.*

Ex quibus & alijs, quæ pro eiuſdem Flauij par-
te dicebantur, viſum fuit dictum prętenſum credi-
tum Auguſtini reddi adeo incertum, vt ex eo nul-
lo modo poſſet apparere de iniuſtitia mandati de
12 aſſociando, cum illa, † vt aduerſus Iudicis autho-
ritate poſſidentem competat manutentio, deboat eſ-
ſe adeo patens, & notoria, vt nullo velamine poſſit
offuſcari, *Felin. in c. Eccleſia S. Mariæ, nu 23. vbi
DD. de conſtitut. Mantic. dec. 44. ſub num. vlt. Ca-
ual. dec. 337. nu. 1. & 2. Rota dec. 95. nu. 19. & ſeq.
& dec. 96. nu. 4. & 9. poſt Modern. de ſubbaſt.*

Et ſic parte vtraque informante pro manuten-
tione Flauij deciſum fuit &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononiẽ ſupplementi legitimæ.

Die Lunæ 2. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Fillus naturalis ſi ſit ampliſſimè diſpenſatus, ni-
hilominus ſi adſit conditio in legitimatione,
quod ipſe poſſit ſuccedere ex diſpoſitione
paterna, ſi pater ei nihil reliquerit, ipſe ni-
hil poterit prætendere, & quid ſi pater mo-
riatur ab inteſtato.

SVMMARIVM.

1 *à Papa, verbum legitimamus, prolatum abſter-
git omnem maculam natalium in legitimato.*

2 *Filius naturalis, ſi ſit legitimatus cum cõditione
quod ipſe poſſit ſuccedere ex diſpoſitione paterna,
tunc nec ipſe, nec eius hæredes nihil prætendere
poſſunt præter relictum ab eo.*

3 *Legitimatio plena dari poteſt, quæ tamen habeat
effectum ſucceſſionis limitatum.*

4 *in Legitimatione eſt ſpeciale, vt declaretur à ver-
bis eiuſdem petitionis, adeo vt ſolum haberi poſ-
ſit ratio formæ, amplia nu. 5.*

6 *Succeſſio ab inteſtato non continetur ſub teſta-
mentis, codicillis, ſubſtitutionibus, legatis, dona-
tionibus &c.*

7 *Succedens ab inteſtato non dicitur habere titulum à defuncto, ſed à lege.*
8 *Succedens ab inteſtato titulum ei delatum à lege fundatur in præſumpta voluntate defuncti, quã lex videtur interpretari in vocatione agnatorũ.*
9 *Succedens ab inteſtato alicui, dicitur permiſſiuè admiſſus, non autem per veram diſpoſitionem.*
10 *in Voluntate permiſſiua ſolum conſtat de cauſa efficienti, in voluntate vero diſpoſitiua vltra cauſam efficientem, apparet etiam cauſa formalis, & materialis.*
11 *Legitimatio, ſi conceſſa fuerit ad effectum, vt filius ſuccedere poſſit ex voluntate patris, non competit illi querela inofficioſi, ſeu ius petendi ſupplementum legitimæ, & nu. 13.*
12 *Legitima eſt portio ſucceſſionis debita ab inteſtato.*
14 *Dictio, alijs, ſolum referri debet ad res ſimiles expreſſis, & indicat cæteros modos expreſſæ diſpoſitionis.*
15 *Dictio, alijs, etiamſi ſit coniuncta cum dictione quibuſcumque, aut alia vniuerſali, nihilominus ad res tantum ſimiles expreſſis referri, & non vltra poteſt.*
16 *Dictiones, alijs, & quibuſcumque, &c. declarantur ex alijs, quæ poſtea ſequuntur, & nu. 17.*
18 *Clauſula, ſine præiudicio venientium ab inteſtato, poſita in legitimatione, ſi ſimpliciter conſideretur, eſt nullius efficaciæ in caſu, in quo non fuerunt inſtituti venientes ab inteſtato. limita num. 19.*
20 *Clauſula, ad effectum præmiſſum, de ſui natura, habet vim reſtrictiuam.*

DECISIO CC.

QVÆSITVM fuit in dubio, quod hodie propo-
ſui, An deberetur ſupplementum legitimæ
hæredibus Antonij Mariæ, qui fuit filius al-
terius Antonij Mariæ eidem natus ex fœmina ſo-
luta poſtquam reperiebatur cõſtitutus in ſacris Or-
dinibus, vt narratur in gratia illi conceſſa ſuper fa-
cultate teſtandi ex indulto Gregorij XV. cuius du-
bij deciſio viſa fuit pendere ex declaratione eiuſdẽ
indulti. Quia in gratia conceſſa Antonio Mariæ
patri ſuper facultate diſponendi de ſuis bonis, quæ
illi acquiſita eſſent ex redditibus bonorum Eccle-
ſiaſticorum, ſiue ex alia quacumque cauſa, ob quã
ad Cameram Apoſtolicam deuolui debuiſſent, hoc
etiam illi indulgebatur, vt poſſet de ijs bonis diſpo-
nere etiam ad fauorem perſonarum, quæ eſſent ſuæ
ſucceſſionis ex iuris diſpoſitione incapaces, & in
ſpecie ad fauorem ſui filij, ad quem effectum fuit
idem filius in d. indulto habilitatus ad ſucceſſionẽ
patris cum iuribus plenæ legitimationis, & reſpõ-
derunt DD. non deberi hoc ſupplementum; quia
licet gratia legitimationis conceſſa Antonio Mariæ
filio eſſet ampliſſimè concepta in ordine ad abſter-
gendam omnem maculam natalium, & illa talis
etiam dici deberet inſpecta poteſtate Papæ conce-
1 dentis. Cum † vel vnum verbum, legitimamus, ab
eo prolatum poſſit hunc effectum operari vt notãt
DD. in cap. per venerabilem, qui filij ſint legitimi,
vbi Butrius nu. 10. in 4. col. Io. Andr. nu. 30. Aretin. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum nu. 24. ff. de lib. & poſthum. Conar. de Sponſalib. 2. par. cap. 8.
§. 8. num. 1. Tamen illa erat limitata ad effectum
vt potuiſſet ipſe Antonius Maria ſuccedere ex diſ-
2 poſitione paterna. Vnde † non poterat vel ipſe vel
ex eius perſona illius hæredes aliquid cõſequi præ-
ter voluntatem patris, & vltra quam illi relictum
fuiſſet in eiuſdem teſtamento, vt voluit *Soccin. in d. l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 20. in 4 limit. ff. de lib. & poſthum. Iaſ. in rubr. eiuſdem tit. n. 16. Alex. in conſ. 30. nu. 4. lib. 4. Dec. in conſ. 264. nu. 3. in 2. col. Rip. in conſ. 19. de ſubſtit. ſub nu. 17. in 2.*
3 *par.* qui omnes præterea notant dari † plenam legi-
timationem, quæ tamen habeat effectum ſucceſſio-
nis limitatum, quod etiam voluit idem *Dec. in d. conſ. 264. & in conſ. 258. nu. 10 in fin. Ruin. conſ. 75. nu. 11. lib. 3. & tenuit Rota apud Caſ. de Graſſ. in deciſ. 2. qui filij ſint legitimi, & coram Gregorio deciſ. 201. nu. 7. & in Romana de Bonellis 24. Ianuarij 1635. coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Quod vero in hoc caſu legitimatio cõceſſa An-
tonio Mariæ filio non comprehenderet aliam ſpe-
ciem ſucceſſionis quam eã, quæ proueniret ex te-
ſtamento ſiue alia patris diſpoſitione expreſſa, viſũ
fuit probari maniſeſtiſſimè conſiderato toto tenore
eius indulti; etenim in proœmio referuntur preces
Antonij Mariæ patris pro obtinenda ea facultate
teſtandi, & in ijs narratur ea ſola cauſa conceſſionis
eiuſdem facultatis, quod ipſe diem extremum ſuæ
peregrinationis teſtamentaria diſpoſitione præue-
nire cupiebat, vt ſunt expreſſa verba eiuſdem in-
dulti. Vnde ad preces eas referri debebat tum fa-
cultas, quæ poſtea legitur in eodem Breui fuiſſe illi
conceſſa, tum iura legitimationis conceſſa illius fi-
4 lio, quinimò † erat hoc ſpeciale in legitimatione,
vt declararetur à verbis eiuſdem petitionis, adeout
ſolum haberi poſſit ratio formæ, quæ in ea contine-
5 batur etiam in caſu, † quo ipſa legitimatio fuiſſet
conceſſa purè, ac liberè in parte diſpoſitiua Inſtru-
menti, vt in terminis tradit idem *Dec. in conſ. 698. nu. 1. Pariſ. in conſ. 6. & conſ. 9. nu. 42. lib. 2.* quem
ſequuti fuerunt *Cephal. conſ. 117. num. 1. Decian. conſ. 19. nu. 46. lib. 1. & conſ. 40. nu. 4. lib. 3.* & pro-
bat *text. in l. 1. C. de diuerſ. reſcript. & cap. inter dilectos de fid. inſtrum.*

Hoc idem continebatur in parte diſpoſitiua ip-
ſius Breuis, quia in gratia in eo conceſſa facultatis
diſponendi ſolum exprimebantur ſpecies expreſſæ
6 diſpoſitionis, vt ſunt teſtamenta, † codicilli, ſubſti-
tutiones, fideicommiſſa, legata, & donationes, ſub
quibus nõ poterat contineri ſucceſſio ab inteſtato,
7 cum ita ſuccedens non dicatur habere titulum † à
defuncto, ſed à lege, vt probat *tex. in l. obuenire. ff. de verbor. ſignif. & in l. conficiuntur. ff. de iur. codicillorum. gloſ. in l. ſi quis cum nullum. ff. eod. tit.* Neque poterat idem titulus ſuffragari, eo quia
licet à lege delatus tamen fundaretur in præſump-
8 ta voluntate † defuncti, quam lex videtur interpre-
tari in vocatione agnatorum, vt notant *DD. in d. l. conficiuntur,* quorum auctoritates referuntur à
Menoch. lib. 4 præſumpt. præſumpt. 27. quia ea vo-
9 luntas ſolum poterat dici permiſſiua, † non autem
quod contineret verã diſpoſitionem, qualis requi-
ſita fuit in conceſſione eiuſdem facultatis, vt voluit
Cuman. in repetit. eiuſ. legis in fine. Bald. in l. ſi emancipati. num. 15. de collat. vbi conſiderat diſcri-
men

Digitized by Google

men vtriuſque huius voluntatis,& in volũtate per-
10 miſſiua ſolum † conſtet de cauſa efficienti; in vo-
luntate vero diſpoſitiua vltra cauſam efficientem
apparet etiam cauſa formalis, & materialis, vt in
terminis legitimationis tenuit *Iaſ. in rub ff. de lib. & poſthum. ſub nu.*18. vbi dicit, quod ſi legitima-
tio conceſſa fuerit ad effectum, vt filius ſuccedere
11 poſſit ex voluntate patris, non competit † illi que-
rela inofficioſi, ſiue ius petendi ſupplementum le-
gitimæ, quia cum illa ſit portio ſucceſſionis debi-
12 tæ ab inteſtato, non poteſt † competere aliqua actio
eius occaſione ad fauorem eiuſdẽ filij, ſi ille ex te-
nore, aut forma legitimationis non reperiatur legi-
timatus, niſi ad ſolam ſucceſſionem ex teſtamento,
& voluit *Dec. in adducto conſ.*264. *nu.*3. *in fin. pe-
nult. colum.* vbi amplius dicit nõ eſſe hoc caſu que-
rendum, an idem filius dici debet legitimatus ſiue
13 potius diſpenſatus, cum ſatis ſit vt reſtrictus fue-
rit effectus ipſius legitimationis, itaut nõ poſſit il-
lius vigore ſuccedi ab inteſtato, & *Dec. ſequutus fuit in hoc articul. Gabr. in conſ.*24. *num.*11. *lib.*2. *Peregr. conſ.*18. *nu.*2. *lib.*4. *& in tract. de fideicom. art.* 36. *nu.*8.

Neque contrarium ſignificare poterant ea ver-
ba, & alijs quibuſcumque modis, & titulis, que
poſt enumeratas ſpecies plurium diſpoſitionum le-
14 gebantur in indulto. Quia dictio illa, † alijs, ſolum
referri poterat ad titulos ſimiles ſuperioribus, at-
que ita indicare ceteros modos expreſſæ diſpoſitio-
nis, vt declarat *Bart. in l. quidam relegatus in princ. ff. de rebus dub. Dec. in l. quicumque in* 2. *le-*
15 *cture C. qui admitti nu.*15. etiam † quod illa con-
iuncta eſſet cum dictione quibuſcumque, aut alia
vniuerſali, & voluit idem *Decius in d. l. quicumque,* & ibi etiam *Iaſ. ſub num.* 3. *Bald. in l. ſi fugitiui. nu.*6. *C. de ſer. diſfug. Oldrad. conſ.* 297 *num.*5. *& conſ.*8. *num.*2. Præſertim cum vtraque hæc dictio
16 declaretur etiam † ex alijs, quæ poſtea ſequebãtur,
in quibus generalitatem eorum verborum appa-
rebat extendi ad alias diſpoſitiones, quæ fieri con-
tingerent ab eod Antonio Maria, ſolo verbo ſiue
cum ſcriptura minus ſolemni, aut imperfecta; Vn-
de neque ea generalitas remanere dicebatur ſine
effectu propter extenſionẽ, quã recipiebat ad alias
diſpoſitiones, quæ licet facta ab ipſo Antonio Ma-
ria potuiſſent tamen non valere ex defectu ſolem-
nitatum, quæ ad earum validitatem requirerentur.
17 Et † hæc interpretatio etiam admitti poteſt pro de-
claratione eorumdem verborum, vt tradit idem
Bart. in l. generali. §. vxori. ff. ad Senat. Conſul. Trebel. poſt gloſ. ibi in §. ſi de teſtamento in verbo verba fideicommiſſi, & tenuit Rota in deciſ. 533. *num* 3. *in fin. par.* 1. *diuerſ.* confirmari poterat ea-
dem interpretatio ex alia clauſula ſine tamen præ-
iudicio venientium ab inteſtato, aut alia valida diſ-
poſitione, ſub qua apparebat conceſſam fuiſſe An-
tonio Mariæ eam facultatem diſponendi ad fauo-
18 rem ſui filij, quia licet clauſula † ſine præiudicio
venientium ab inteſtato ſimpliciter conſiderata vi-
deretur dici poſſe nullius efficaciæ in caſu in quo nõ
fuerũt inſtituti ij, qui alias ab inteſtato ſucceſſiſſet,
vt cenſuit *Rota apud Cæſar de Graſſ. in dec.*2. *&* 3. *qui filij ſint legitimi,* & tradit *Socc. ſen. in l. Gallus §. & quid ſi tantum. nu.*2. *in fin. ff. de lib. & poſt-
hum. Gabr. in tit. de legit. concluſ.* 8. *nu.*6. tamen
contrarium oſtendebatur ex clauſula ſequenti, aut
alia valida diſpoſitione, per quam apparebat legi-
19 timationem huius † filij reſtrictam fuiſſe ad ſolam
diſpoſitionem patris, vt conſiderauit *Rota coram eodem Cæſar. de Graſſ. in deciſ.*4. *eod. tit. qui filij ſint legitimi ſub nu.*16. & plenè declarat *Caſtill. de coniect. vlt. volunt. lib.*4. *cap.*22. *nu.*158. Quod cla-
20 rius etiam probabatur ex alia clauſula ad † effectũ
præmiſſum poſitum in conceſſione ipſius legitima-
tionis, cum illa non ſolum haberet hanc vim ex ſui
natura reſtringendi eandem cõceſſionem quatenus
per eam cenſebantur relati ſolum ij modi, aut titu-
li, qui fuerunt ſuperius expreſſi, vt probat text. *in l. qui liberi. ff. de vulg. & in l. ſi pluribus. ff. de verbor. obligat.* & notat ibi *Angel. in princ. Bart. in l.* 1. *§. hoc edicto. ff. de poſtul.* ſed appareret expreſ-
ſe poſita ad eum ſolum effectum, vt ex illa declara-
retur eadem conceſſio. Et ita, &c.

R. P. D. DVNOZETTO.

Rauennaten Emphyteuſis,

Die Veneris 6. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Emphyteuſi Eccleſiaſtica finita, ſi Eccleſia eã pro ſe retinere nolit, tunc in noua inueſtitura proximiores defuncti ſunt præferendi extraneis, & quando conſtet Eccleſiam nolle pro ſe eam retinere. Et alia plura circa conceſſionem emphyteuſis cum conditione, vt poſſit reuocari ad beneplacitum, & libitum concedentis.

SVMMARIVM.

1 *Emphyteuſi Eccleſiaſtica finita, ſi Prælatus inueſtiat extraneum, oritur declaratio ſufficiens ipſum noluiſſe retinere pro Eccleſia.*
2 *Proprietarius finita emphyteuſi debet conſanguineos, & hæredes vltimi poſſeſſoris in inueſtitura præferre agnatis.*
3 *Pacta irreleuantia non ſunt attendenda.*
4 *Pactum in inueſtitura poſitum, quod ea poſſit reſolui ad libitum concedentis, non poteſt poni in voluntate reſolutiua vnius, & nu.*28. *declara num.* 29.
5 *Contractus eſſentia, ſicuti non poteſt poni in alterius voluntate contrahentis, ita nec eſſentia diſtractus, vel reſolutionis propter identitatem rationis.*
6 *Eccleſia, ſi ſtatim finita emphyteuſi declarat nolle pro ſe retinere inueſtiendo extraneum, ſtatim acquiritur ius prælationis proximioribus, & num.* 26.
7 *Itaut dicatur eis debita inueſtitura cum eiſdem pactis contentis in antiqua inueſtitura, & iuxta illius formam, & nu.* 31. *&* 32.
8 *Pactum in contractu appoſitum in præiudicium tertij non ſubſiſtit.*
9 *Proprietarius, quod voluerit emphyteutam perpe-
tuo*

Digitized by Google

tuo inueſtire de bonis ei datis in emphyteuſim, ex quibus appareat. & num. 11 & nu. 37. & 39.

10 in Contractu pactum in præiudicio tertij appoſitum pro non appoſito habetur.

12 Pacta inſolita appoſita in contractibus arguunt fraudem.

13 Pactum in cõtractu emphyteuſis appoſitum, quod poſſit reuocari ad libitum concedentis, debet intelligi, ſi iuſta & legitima cauſa ſuperuenerit.

14 Sumptum de ſumpto regulariter non probat.

15 Eccleſia, finita emphyteuſi, poteſt illam pro ſe retinere, vel illam precario, vel alio pacto reuerſiuo alicui concedere ad beneplacitum, & ſic quãdocumque illam ita conceſſam pro ſe reuocare poteſt.

16 Conuentio, quæ voluntatem concedentis reſpicit, ex ipſa ſola poteſt reuocari.

17 Eccleſia, ſi velit pro ſe retinere emphyteuſim finitam, non tenetur proximiores inueſtire, & n. 20.

18 Emphyteuſis cõceſſio facta cum eiſdem pactis appoſitis in antiqua inueſtitura, non dicitur noua conceſſio, ſed renouatio prioris inueſtituræ.

19 Emphyteuſis renouatio, ſi prouenerit ex mera liberalitate concedentis pro nouo titulo habetur, licet ſit facta cum eiſdem pactis.

21 Emphyteutici contractus à conuentione partium recipiunt formam, cum à iure nulla eis præſcripta forma ſit, itaut quæcumque pacta etiam inſolita poſſunt apponi in eis.

22 Feudum, & emphyteuſis poſſunt concedi ad tempus concedenti bene viſo. Et hoc pactum non aduerſatur regulis iuris nu. 23.

24 Feuda antiquitus concedebantur cum pacto, vt eſſent ad beneplacitum reuocabilia.

25 Feuda hodie vaſallis auferri poſſunt ad beneplacitum Dominorum, niſi adſit tale pactum.

27 Eccleſia, tunc finita emphyteuſi inueſtiendo extraneum, dicitur declarare nolle pro ſe retinere, quando ſumus in conceſſione pura, & ſimplici, ſed ſecus in præcario conceſſa.

29 Contractus emphyteutici nullam habent à iure præſcriptam formam.

30 ex Conſenſus defectu vtile per inutile vitiatur.

32 Emphyteuſi finita, ſi Eccleſia extraneum inueſtiat, ſi agnati illius, ob cuius mortem fuit finita emphyteuſis, prætendant, ſe eſſe inueſtiendos, tũc iuxta pacta illius extranei inueſtitis, non autem iuxta tenorem antiquæ inueſtituræ eſt eis concedenda emphyteuſis.

33 Eccleſiæ conditio non eſt deterior efficienda.

34 Prælatus conditionem Eccleſiæ meliorem facere debet.

35 Conceſſio aliqua ſi ſit reuocata, dicuntur reuocati quoque omnes effectus ab ea prouenientes, perinde ac ſi facta non fuiſſet.

36 Eccleſia, emphyteuſi finita, poteſt à principio totaliter proximioribus præiudicare, retinendo eam pro ſe.

38 in Scriptura eadem non datur prius, vel poſterius.

40 Actus ſubſecutus, qualitatem voluntatis primordialis demonſtrat.

41 Voluntas declarata in concurſu eſt potius attendenda, quàm præſumpta ad excludendam ſimulationem.

42 Simulationis ſuſpicio, vt excludatur ex pacto inſolito ſatis eſt, vt ſit permiſſum à iure.

43 Prælatis imperatur, vt vtilitatem Eccleſiæ perquirant.

44 Prælatus celebrans contractum pro Eccleſia, tunc ex pactis inſolitis in illo appoſitis ceſſat omnis ſuſpicio ſimulationis, ſi ea vtilitatem Eccleſiæ reſpiciunt, & conueniant iuris diſpoſitioni.

45 Prælatus præſumendum eſt vtilitati Eccleſiæ voluiſſe proſpicere.

46 Conceſſio, quando fuit facta præcario, poteſt reuocari abſque cauſa. amplia nu. 47.

48 Menoch. conſ. 804. nu 42. & alij declarantur.

49 Feudorum conceſſiones ex conuentionibus partium declarantur, ſeu legem accipiunt.

50 Feudum conceſſum ad beneplacitum poteſt ſine cauſa reuocari. amplia nu. 53.

51 Contractus ex conuentione legem accipiunt.

52 Beneficia, & officia conceſſa à Principe, ſine iuſta cauſa non poſſunt reuocari.

54 Feudi conceſſio facta pro libito voluntatis, vt reuocetur, ſufficit ſimplex animi motus.

55 Clauſula, pro libito voluntatis latius patet, quàm clauſula ad beneplacitum.

Clauſula, pro libito voluntatis, importat liberum, & abſolutum arbitrium nulla iuris regula limitatum. num. 55.

56 in Contractibus, nec etiam ſillaba debet eſſe fruſtratoria.

57 Emphyteuſis, tunc multo magis poteſt reuocari, ſi ſit conceſſa pro libito voluntatis, quando adeſt iuſta cauſa.

58 Inſtrumenti ſumptum, quando fuit extractum ab Archiuio, & ab illius Præfecto, dicitur in forma probanti.

DECISIO CCI.

CVM per obitum Comitis Franciſci Mariæ Manzoli abſque filijs maſculis deuolutum eſſet Caſtrum Tuderani cum illius Territorio, & Villis annexis eidem Comiti in Emphyteuſim ad tertiam generationem maſculinam à mẽſa Archiepiſcopali Rauennaten̄ conceſſum, Eminentiſſimus Cardinalis Capponius eiuſdem Eccleſiæ Archiepiſcopus infra annum de dicto Caſtro, & Territorio Marchionem Philippum Capponium eius fratrem inueſtiuit, in corpore cuius inueſtituræ declarauit, ac pacto expreſſo conuenit ſub his verbis. Volens experimento cognoſcere vtrum melius regantur populi per huiuſmodi infeudationem, aut melius à ſe per ſuos Miniſtros immediatè gubernentur, pacto expreſſo conuenit, & declarauit, quod præſens conceſſio, aut infeudatio ſit, atque intelligatur reuocabilis ad beneplacitum ſuæ dominationis Eminentiſſimæ; itaut ſi pro bono ipſius Archiepiſcopatus, vel Vaſſallorum ſibi videbitur dictum Caſtrũ, & Villas, ac alia ſupra conceſſa ad ſuam Rauennaten̄ Eccleſiam reuocare, & incorporare ipſum Caſtrum, Villas, &c. poſſit liberè, & ex ſui animi diſpoſitione reuocare, applicare, & incorporare prædictæ ſuæ Rauennaten̄ Eccleſiæ, &c. abſque aliqua contradictione, & ſine aliqua obligatione reddendi cauſam huiuſmodi reuocationis, & applicationis; Volens liberè, & ſine aliquo impedimento ſibi hoc

facere

facere licitum eſſe de facto, declarans tamen huiuſmodi facultatem durare ad ipſius vitam tantum, & non aliàs. aliter, nec alio modo.

A qua quidem inueſtitura D. Duciſſa, & ſorores filiæ antedicti D. Comitis Franciſci reclamarunt, & infra legitima tempora ab eodem Eminentiſſimo Archiepiſcopo renouationem tanquam proximioribus ſibi de iure debitam petierunt, & deinde ab illius denegatione appellarunt. Interim Eminentiſſimus prædictus experiendo facultatem ſibi in prædicta inueſtitura reſeruatam, declarauit Caſtrũ prædictum cum ſuis pertinentiis velle pro ſe, & eius Eccleſia retinere, illudq. Menſæ Archiepiſcopali vniuit, & incorporauit poſſeſſione ſubſequuta.

Hinc propterea introducta cauſa iactationis in Rota mihi commiſſa. Propoſui dubium, An dd. Sorores de Manzolis eſſent inueſtiendæ.

Pro cuius affirmatiua reſolutione informantes pro ſororibus in eo principaliter inſiſtebant quod cum Eminentiſſimus Archiepiſcopus Caſtrũ prædictum Marchioni Capponio fratri cõceſſerit cum
1 poſſeſſione ſubſequuta, ex quo † oritur declaratio ſufficiens ipſum noluiſſe retinere pro Eccleſia, *Rip. in l. 1. nu. 10 in fin. ff. de priuil. credit. Marescot. var. reſol. lib. 1. cap. 3. nu. 11. in fin. Mantic. deciſ. 10. ſub nu. 9.* tenebatur D. Duciſſam, & So-
2 rores vti filias, & hæredes † vltimi poſſeſſoris de æquitate prædicto Marchioni Capponio præferre, iuxta doctrinam *Bart. in l. 1. §. permittitur. ff. de æqu. quotid. & æſtiu.*

Nec obſtare aſſerebant, quod dicta inueſtitura fuerat conceſſa cum pacto reſolutiuo ad beneplacitum concedentis. Quia pactum prædictum tan-
3 quam irreleuans † iidem informantes dicebant non eſſe attendendum.

Pro irreleuantia plura allegabantur. Primò, quia tale pactum videtur contra ſubſtantiam, & eſſentiam infeudationis, quæ licet contineat obliga-
4 tionem reciprocam ex parte † inueſtitorum, non tamen poni poteſt in voluntate reſolutiua vnius, ſecundum *Bald. in l. inuendentis. nu. 10. verſ. præterea. C. de contrah. empt. Salicet. ibid. num. 2. poſt med. verſ. præterea.* Vbi quod ſicuti eſſentia, vel in-
5 eſſentia contractus † nõ poteſt poni in alterius voluntate; ita nec eſſentia diſtractus, vel reſolutionis propter identitatem rationis, idque confirmat *Surd. conſ. 136. num. 22. in fin. verſ. vtique cum ſeq. lib. 1.*

Secundò, quia ſtatim atq; Eccleſia declarat nol-
6 le pro ſe retinere inueſtiendo † extraneum, ſtatim acquiritur ius prælationis proximioribus, *Abb. in cap. bona. il 2. nu. 28. de poſt. prælat. Caputaq. deciſ. 303. par. 1. Mantic. deciſ. 10. nu. 6. in fin.*
7 Adeo vt dicatur eis debita inueſtitura † cum eiſdem pactis contẽtis in antiqua inueſtitura, & iuxta illius formam, & non alio modo, *Calder. de renou. emphyt. lib. 1. quæſt. 3. n. 7. Mareſcott. variar. reſol. lib. 1. cap. 3. num. 6. Rot. deciſ. 176. num. 29. par. 5. recept.*

Aliàs ſi Prælatus vigore dicti pacti poſſet ad ſui libitum inueſtituram reuocare, eſſet in poteſtate illius tollere ius conſequendi renouationem pro-
8 ximioribus, † in quorum præiudicium pactum prædictum ſubſiſtere nõ debet ad text. in *l. id quod noſtrum. ff. de reg. iur. Tiraquel. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 7. nu. 20. Bald. in l. ſi conſtante 19. nu. 3. in fin. & nu. 4. C. de donat. ant. nupt.*

Tertiò pariter allegabatur, quod in corpore dictæ inueſtituræ apparet conceſſionem fuiſſe perpetuam ad tertiam generationem vt colligitur ex verbis ibi, *Volens Caſtrum prædictum, & emphyteuſim concedere, hinc eſt, &c. ſponte, &c. in feudũ, & emphyteuſim, & titulo feudi, & perpetuæ emphyteuſis, &c. dedit, &c. D. Philippo Capponio, &c. de Primogenito in Primogenitum vſq. ad tertium ipſius Aloyſij generationem maſculinam incluſiuè finitam, & completam, &c.* quæ verba vi-
9 dentur demonſtrare animum † Eminentiſſimi fuiſſe concedere inueſtituram perpetuam, pactumq. reſolutiuum addidiſſe ſolum ad excludendos proximiores, in caſu quo huic inueſtituræ contradixiſſent, & renouationem, ac prælationem petiiſſent,
10 quapropter † pactum prædictum in præiudicium dd. Sororum pro non appoſito haberi debet, vt in ſimilibus, *Anchar. conſ. 160. ſub num. 4. poſt med. verſ. contrarium ſentio. Afflict. de iur. poſth. §. 4. ſub nu. 15. Corn. conſ. 29. nu. 23. lib. 3. Capic. deciſ. 38 in fin. Carp. ad Stat. Mediolan. par. 1. cap. 417. num 384. & ſeq.*

Prædictamq. voluntatem concedendi inueſtitu-
11 ram perpetuam, non autem reſolutiuam † ad beneplacitum comprobant coniecturæ deſumptæ, tũ ex cauſa impulſiua benemerentię conſiderata in perſona DD. Philippi & Aloyſij de Capponibus, ac narrata in Chirographo obtento à Sanctiſſimo, vigore cuius emanauit conceſſio. Tum etiam ex erectione prædicti Caſtri in titulum Marchionatus ad fauorem eiuſdem Capponij. Tum denique ex notabili impenſa facta pro obtinẽdo dictum titulũ.

Conſiderato præſertim, quod pactum prædictum tanquam inſolitum prætendebatur inducere præ-
12 ſumptionem, † quod fuerit appoſitum ad præiudicandum dd. Sororibus, *Bald. conſ. 75. nu. 5. lib 2. Curt. iun. conſ. 178. nu. 12. Menoch. conſ. 260. n. 40. & ſeq. Rot. in recent. deciſ. 452. nu. 7. par. 3. & deciſ. 3. nu. 8. par. 5.*

Quartò allegabatur, quod data etiam validitate pacti reſolutiui, non ideo potuit Eminentiſſimus pacto prædicto vti, ſuumq. beneplacitum reuocare
13 † abſque iuſta, & legitima cauſa, de qua dicebatur non conſtare, vt in terminis dicti beneplaciti tenent *Menoch. conſ. 804. in 4. dub. ſub num. 62. & ſeq. vol. 2. poſt Iſern. Capic. Bolognet.*

Pro quinto, & vltimo fundamẽto dicebatur pactum prædictum non iuſtificari, quia ſcriptura vnde
14 ſumitur † eſt informis, cum ſit ſumptum de ſumpto, quod regulariter non probat *l. 3. cũ ibi notat. C. de diuerſ. reſcript. Dec in Auth. ſi quis in aliquo. nu. 30. C. de eden. Alex. conſ. 138. n. 4. lib. 1. Greg. XV. deciſ. 432. nu. 1.*

Prædictis tamen minimè obſtan. cõtrarium DD. reſoluerunt, prædictas ſcilicet ſorores non eſſe inueſtiendas. Et ratio reſolutionis fuit, quia cum Eccleſia, & pro ea Eminentiſſimus Archiepiſcopus
15 ante † cõceſſam dictam inueſtituram potuerit Caſtrum pro ſe retinere, vel illud precario, vel alio pacto reuerſiuo ad beneplacitum concedere, ſequitur ipſum ſemper, & quandocumque illam ita

con-

conceſſam reuocare potuiſſe, iuxta doctr. *Bald. in l. qui ſe patris num. 33. verſ. & ſcias. C. vnd. liber. arg. l. Lucius. ff. de donat. Intrigl. de feud. cent. 1. quæſt. 18. nu. 24. & 25. Ludou. de Caſanat. conſ. 43. num. 54. lib. 1.* & facit etiam quod conuentio,
16 quæ † voluntatem concedentis reſpicit, ex ea ſola poſſit reuocari, *l. 1. cum ſimil. ff. de præcar.* Adeo vt per reuocationem cum incorporatione, & poſſeſſione ſubſequutis dicitur vtile cum directo dominio irreuocabiliter conſolidatum. Taliter quod Eccleſia, ſeu Prælatus non tenetur amplius vnquã inueſtituram concedere ex communi Doct. opinio-
17 ne iuxta † quam Eccleſia ſi velit pro ſe retinere, non tenetur proximiores inueſtire, vt in terminis firmant *Valaſcb. de iur. emphyt. quæſt. 2. n. 7. Add. ad Rom. conſ. 22. ſub littera K. verſ. quintò limita.* vbi de magis communi latiſſimè *Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 3. Gratian. diſcept. for. cap. 477. n. 17. & cap. 813. nu. 35. Afflict. decis. 238. num. 3. verſ. fuit ergo concluſum. Benintend. deciſ. 19. per tot.* & hanc opinionem ſequuta fuit *Rot. coram Caputaq. deciſ. 303. & 304. nu. 1. par. 1.* & in puncto de Eccleſia Rauennaten. adeſt Magiſtralis deciſio *in Rauennaten. bonorum coram Mantic. inter impreſſ. deciſ. 10. per tot.*

Quod autem Eccleſia concedendo inueſtituram extraneo, potuerit illam præcario, & cum pacto reſolutino ad beneplacitum concedere, pariter viſum fuit DD. de iure ſubſiſtere.

Nam quidquid ſit, ſi iſta cõceſſio prouenïſſet ex aliqua cauſa impulſiua, vel neceſſaria quo caſu nõ aliter fieri potuiſſet quam iuxta tenorem, & cum iiſdem pactis appoſitis in antiqua inueſtitura ea
18 ratione, quia † non fuiſſet noua conceſſio, vel nouus titulus, ſed renouatio, ſiue continuatio prioris inueſtituræ, *Valaſcb. de iur. emphyt. quæſt. 11. n. 15. verſ. ſeptimus caſus, iuncto verſ. nec etiam renouatio. Caldaſ. de renou. emphyt. quæſt. 3. num. 1. vſque ad 6. lib. 1. Gratian. diſcept. for. cap. 913. nu. 21.*

Verumtamen cum illa non prouenerit ex aliqua
19 cauſa neceſſaria, ſed ex mera liberalitate † concedentis pro nouo titulo, & noua conceſſione habetur, *Menocb. conſ. 439. nu. 18.* cum pluribus quos refert & ſequitur *Gratian. diſcept. for. cap. 724. n. 3. & 4. & ſeq. & cap. 913. nu. 20.*

Eaque propterea potuit præcario concedi, vel quodcumque pactum concedenti bene viſum in illa apponi. Quoniam ſi Eccleſia potuit à principio
20 pro ſe retinere, & ſic totaliter † præiudicare proximioribus, multo magis potuit inueſtituram extraneis concedere, & præcarium, vel pactum adiicere de reuocando quandocumque, & poſtea reuocare; nec tale pactum, ſeu præcarium naturæ contractus reſiſtit, cum nulla in iſto contractu reperia-
21 tur à iure præſcripta forma, ſed illã † à conuentione partium recipiat, taliter quod poſſunt quæcumque pacta etiam inſolita, & à communi natura ſimilium conceſſionum exorbitantia apponi; *cap. 1. de feud. non habent. propr. natur. feudi. Menocb. conſ. 1. nu. 34. Rolan. à Vall. conſ. 16. nu. 8. lib. 3. Mantica de tacit. lib. 23. tit. 21. nu. 8. vſque ad 19. Gratian. diſcept. for. cap. 719. nu. 20. Surd. deciſ. 95. nu. 16. & 17. Valaſcb. de iur. emphyt. quæſt. 11. nu. 16. in princ. & circa fin. verſ. vnde ſequitur.* & quod feu-
22 dum, & emphyteuſis † poſſint concedi ad tẽpus concedenti bene viſum tenent, *Bald. in tit. de feud. guard. §. 1. nu. 5. Iacob. de Ardiz. ſuper vſib. feud. in Sum. cap. 34. verſ. item poteſt ad certum tempus. argum. l. 2. C. de donat. quæ ſub mod. Andr. Iſern. tit. de feud. ſine culpa. num. 9. verſ. feudum etiam datur ad diem firmat de Amit. in repet. cap. de his. Q. quod feud. dar. poſſ. nu. 3. fol. mihi 83. Feder. Schen. in repet. cap. 1. de feud. guard. nu. 2. & in cap. 1. de feud. pignor. dat. §. 2. nu. 1.* & in indiuis
23 duo tale pactum non † aduerſare regulis iuris communis, & ob id validiſſimum eſſe dixerunt. *Zaz. in Epithom. de feud. par. 2. nu. 23. Card. Mantic. de tacit. lib. 23. tit. 22. nu. 31.* Quinimò conuenit in antiquis ipſis feudorum legibus, cum nonniſi cum hoc ipſo facto (vt eſſent ad beneplacitum reuoca-
24 bilia) † concedi conſueuiſſent, vt eſt text. *in cap. 1. §. & quia vidimus de his quæ feud. dar. poſſ.* vbi propterea *Bald. nu. 1. verſ. nota,* poſtquam dixit quod hodie non eſt in poteſtate Dominorum reuo-
25 care feuda, & Vaſſallis auferre, † prout olim fiebat, ſingulariter ſubdit, niſi feudum fuiſſet conceſſum ad beneplacitum, quem ibi ſequuntur *Add. in litera B. & Modern. Neap. tract. de clauſ. par. 2. clauſ. 1. num. 1. & num. 8.*

Nec obſtare cenſuerunt DD. præcipuum fundamentum in contrarium allegatum, quod ſcilicet
26 Eccleſia ſtatim atque declarat † nolle pro ſe retinere inueſtiendo extraneũ, quæratur ius prælationis proximioribus, iuxta doctr. *Bart.* ab omnibus approbatã *in l. 1. §. permittitur. ff. de aq. quotid. æſtiu.*

Quia concluſio benè procedit in conceſſione pura, & ſimplici, ſecus in præcario conceſſa, quæ
27 ſemper, & † quandocumque poteſt à concedente reuocari vt præter ſuperius allegatos in terminis feudi reuocabiliter conceſſi tenuit *Bald. in l. qui ſe Patris. num. 35. verſ. & ſcias. C. vnd. liber. in conſ. 345. num. 6. verſ. ſed fine vllo lib. 1. Aleman. conſ. 160. n. 5. lib. 2. Raim. conſ. 1. n. ... lib. 1.* vbi ait hoc caſu nõ procedere doctr. *Bald. ... ſupra citatam.*

Pariter nec viſa fuerunt obſtare allegata contra dictum præcarium, ſeu pactum reuerſiuum, quod non poſſit fieri conceſſio poſita tantum ad voluntatem
28 alterius, cum ſit contra ſubſtantiam † conceſſionis, quæ debet eſſe reciproca, iuxta opinionem *Bald. Salic. Surd. & aliorum.* Quia prædicta poſſunt procedere in contractibus emptionis, & venditionis, & alijs merè, vltrocitroque obligatorijs; Secus verò in conceſſionibus gratuitis, & in con-
29 tractibus † emphyteuticis, qui nullam habent à iure præſcriptam formam, ſed ex mera voluntate concedentis dependent, vt ſupra firmatum fuit.

Quamuis admiſſa etiã nullitate, nihil releuaret, quia tamen conceſſio emanaſſet ſub illius correſpectiuitate. Ideò totus contractus annullaretur, quo-
30 niam in hac materia † vtile per inutile vitiatur ex defectu conſenſus, iuxta allegatur *L. ap. 80. per tot. Conar. var. reſol. lib. 2. cap. 16. nu. 5. verſ. tandem. Afflict. deciſ. 107. Rota in Rauennaten. emphyteuſis coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 126. nu. 4. par. 5. recent.*

Prout non releuat aſſerendum, quod per inueſtitu-
31 ram conceſſam extraneo ſtatim quæratur ius † proximioribus petendi renouationem cum iiſdem pactis,

ctis, & conuentionibus comprehenſis in antiqua
inueſtitura Quia obiectum poteſt ſibi locum ven-
dicare in conceſſione neceſſaria, nempè in renoua-
tione antiquæ inueſtituræ, quando ſcilicet Eccleſia
non potuiſſet pro ſe retinere; Secus verò in noua
conceſſione, quando prout hic, Eccleſia potuit pro
ſe retinere. & conceſſionem non facere, tunc enim
32 etiamſi proximioribus debita eſſet inueſtitura, † ea
tamen concedi deberet iuxta tenorem inueſtituræ,
& cum eodem pacto reſolutiuo, quo fuit conceſſa
Capponio, non autem iuxta tenorem antiquæ in-
ueſtituræ, vt in terminis firmant *Rip. in l. 1. col. 3.
poſt princ nu. 13. verſ. quinto intellige. ff. de priuil.
credit. Gabr. de iur. emphyt. concl. 1. num 28. Surd.
conſ. 181. nu. 9. Alex. conſ. 9. nu. 2. lib. 3. Mareſc.
var. reſol. lib. 1. cap. 3. nu. 24. Gratian. diſcept. for.
cap 88. nu 36. cap. 358. nu. 18. cap. 813. nu. 36. &
cap. 913. nu. 8. Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. num. 1. & per
tot de reb. Eccleſ. non alien. Seraph. deciſ. 610. nu.*
33 *11. & deciſ. 630. nu. 4.* Ne aliàs deterior † fiat cõ-
ditio Eccleſiæ, vt poſt alios optimè cõcludit *Hon-
ded conſ. 51. nu. 59. lib. 1.* & in feudo Eccleſiæ ite-
rum concedendo non debet Prælatus attẽdere for-
34 mam antiquæ conceſſionis, † ſed meliorem facere
Eccleſiæ conditionem, ſecundum text *in extrauag.
ambitioſa. de reb. Eccleſ. non alien. & in cap. ex par-
te. de feud.* & latè tradit *Rot. dec. 360. per tot. par. 1.
nouiſſ & deciſ. 193. nu. 9. verſ deinde dictum Clar.
par. 2. rec. Redoan. de reb. Eccleſ. nõ alien quæſt. 51.
cap. 6. num. 16. & 22.* & ideo ne ex vſu huiuſmodi
inutilis reddatur inueſtitura exaduerſo petita, vi-
detur illa ad circuitos vitandos deneganda.

Præterquam quod renouatio cum pactis initis
cum Capponio, tunc demum concedi debuiſſet; ſi
Eminentiſſimus adhuc non declaraſſet velle pro ſe
retinere. Cæterum cum per dictam declarationem
res deuenerit ad caſum, à quo incipere non poteſt,
& Eccleſia pro ſe retineat, non eſt amplius locus
35 nouæ conceſſioni, quia reuocata, † vel reſoluta
conceſſione, dicuntur quoque reuocati, & reſoluti
omnes effectus ab ipſa conceſſione reuocata pro-
uenientes, perinde ac ſi facta non fuiſſet, *Aldouin.
conſ. 4. nu. 28. Franc. Aret. Coſt. conſ. 66. num. 75.
Dec. conſ. 108. per tot. Giurb. deciſ. 24. num. 11. &
deciſ. 55. nu. 19. Albigan. deciſ. Mareb. 35. nu. 63.*

Nec aſficit, quod ſi Eccleſia poſſet conceſſionẽ
reuocare, eſſet in poteſtate illius tollere ius conſe-
36 quendi renouationem proximioribus. Quia † cum
Eccleſia potuerit à principio totaliter proximiori-
bus præiudicare, retinendo Caſtrum pro ſe, non vi-
detur per conceſſionem factam reuocabiliter, &
per ſubſequutam renouationem maius præiudiciũ
intuliſſe, quã ſi à principio Caſtrũ pro ſe retinuiſſet.

Ad tertium obiectum, quod ex lectura inueſti-
turæ appareat illam fuiſſe primò conceſſam ad ter-
37 tiam generationem completam, † & deinde addi-
tum pactum reſolutiuum, fuit reſponſum non inde
ſequi, quod conceſſio poſſit per ſe ſolam ſine dicto
pacto ſubſiſtere; Quia immò pactum prædictum to-
tam conceſſionem qualificat, etiam quod non à
principio, ſed in fine conceſſionis ſit appoſitum.
Sat enim eſt, quod omnia ſint comprehenſa in eodẽ
38 inſtrumento, † vel ſcriptura, in qua nõ datur prius,
vel poſterius, *l. 2. §. per ius cum ibi notat. ff. de
vulg. & pupill. Iaſ. in l. fin. poſt nu. 3. ff. quod quiſ-
que iur. Socc. iun. conſ. 78 num. 38. lib. 3. Gratian.
diſcept. for. cap. 646. nu. 18. lib. 4.*

Ad id autem quod dicebatur Eminentiſsimum
39 Archiepiſcopum habuiſſe animum cõcedendi † in-
ueſtituram perpetuam, non autem reſolubilem,
fuit reſponſum hoc nullibi iuſtificari; immò cõtra-
rium manifeſtè apparere ex veritate cauſæ in inſtru
mento expreſſa, ſcilicet maioris Eccleſiæ vtilita-
tis. Iuncta præſertim reuocatione ſubſequuta, quæ
demonſtrat Eminentiſſimum eamdem voluntatem
40 habuiſſe vſque à principio; actus enim † ſubſequu-
tus qualitatem volũtatis primordialis demonſtrat,
*Menoch. præſumpt. 35. nu. 20. & ſeqq. lib. 6. Card.
Mantic. de tacit. lib. 1. tit. 17. n 40. & dec. 313. n. 7.*

Nec releuant coniecturæ ponderatæ ad demon-
ſtrandum dictum pactum ſimulatè fuiſſe appoſitũ.
Quia nec repugnant conceſſioni reſolubili ad tem-
41 pus, nec concludunt ſimulationem, & † in concur-
ſu potius attendi debet voluntas expreſsè declara-
ta, quàm præſumpta, vt ad excludendam ſimulatio-
nem latè *Becc. conſ. 52. nu. 1. & plurib. ſeqq. Bar-
dellon. conſ. 34 nu. 21. lib. 1.*

Prout nec aliqua ſuſpicio ſimulationis oriri po-
teſt ex eo, quod pactum reſolutiuum ſit inſolitum.
42 Quia ſat eſt, † quod ſit permiſſum à iure, vt ſuſpi-
cio excludatur *l. qui autem in princ. ff. de his, quæ
in fraud. credit. Gregor. XV. deciſ. 195. n. 10. cum
ſeq. & deciſ. 459. nu. 9. & aliàs ſæpè.* & à iure non
43 ſolum eſt licitum, ſed etiã imperatur Prælato † per-
quirere vtilitatem Eccleſiæ iuxta *d. extrauag. am-
bitioſæ*. Vnde ceſſat omnis ſuſpicio ſimulationis,
44 cum pactum ſit ad vtilitatem † Eccleſiæ appoſi-
tum, & conueniat iuris diſpoſitioni.

Et ceſſare videbatur omnis ſuſpicio ex qualitate
tanti Præſulis, qui dum inueſtituram cum dicto pa-
cto reſolutiuo conceſſit, non aliam à principio ha-
45 buiſſe voluntatem præſumendum eſt, † quàm ſuæ
Eccleſiæ vtilitati proſpicere, quod exitus compro-
bauit, dum comperto quod Eccleſiæ expediret Ca-
ſtrum, & alia annexa pro Eccleſia retinere, illud à
proprio fratre adhuc viuente auocauit, menſæque
Archiepiſcopali vniuit, & incorporauit.

Neque ſubſiſtere putarũt DD. quod dictus Emi-
nentiſsimus non potuerit dictam conceſſionem
ſuumq. beneplacitum reuocare ſine legitima cau-
ſa, iuxta doctr. *Menoch. conſ. 804. num. 74.* Quia
46 † contrarium eſt verius, quando conceſſio fuit fa-
cta precariò, tunc enim abſque cauſa reuocari po-
teſt, vt in terminis tenent *Bald. in l. qui ſe patris.
nu 33. verſ. & ſcias. C vnd. lib.* quem ſequitur *In-
trigl. de feud. cent. 1. q. 18. nu. 24. & 25. Ludouic.
Caſanat. conſ. 34. nu. 54. lib. 1. & alij ſupra citati.*
47 Præſertim quando † intercedit aliquod temporis
Interuallum, iuxta *Molin. de contract. diſp. 298. n. 3.
Valaſcb. de iur. emphyt. quæſt. 34. nu. 1.*

Nec obſtat *Menoch. d. conſ. 804. nu. 72.* cum ibi
48 allegatis, nempè *Iſern. Capic. & Bolognet.* † quia
dd. Doct. non loquuntur in contractibus, ſed in
conceſſione officiorum *Iſern.* enim loquitur de iu-
riſdictione ad vniuerſitatem cauſarum *Capic.* loqui-
tur de officio præceptoris in Aprutio. *Bolognet.* lo-
quitur de cohorte 60. militum conceſſa ad bene-
placitum Regiæ Maieſtatis, & propterea non ap-
pli-

plicatur contra ctibus, qui, vt hic, ex conuentione
50 legẽ accipiunt, vt in terminis † de cõceſſione feudi
facta ad beneplacitũ eſt *conſ. Bald. 345. nu. 6. verſ.*
ſed ſine vlla cauſa lib. 1. vbi quod ſine cauſa feudũ
conceſſum ad beneplacitum poteſt reuocari. Et
ratio differentiæ eſt inter contractus, & beneficia
51 conceſſa à Principe, quia † contractus, vt dixi, ex
conuentione legem accipiunt, officia autem, & ſi-
52 milia beneficia non poſſunt † reuocari ſine iuſta
cauſa, vt conſiderat *Bald. in l. iuriſperitos. ff. de*
excuſat. tutor. & in cap. 1. qui ſucceſſ. teneant.
Et quando in facultate reuocandi conceſſionem
feudalem adeſt clauſula non tantum pro benepla-
53 cito; † ſed etiam pro libito voluntatis, vt in hoc
caſu, ceſſant tradita per *Menoch.* & alios, quia
54 nulla requiritur cauſa, ſed ſimplex motus † animi
ſufficit, vt in terminis tradit *Modern. Neap. de clau-*
ſul. d. par. 2. clauſ. 1. nu. 12. Cum clauſula pro libi-
to voluntatis latius pateat, quam clauſula ad bene-
placitum, & importet liberum, & abſolutum arbi-
55 trium † nulla iuris regula limitatum, *Gabr. conſ.*
143. nu. 10. lib. 1. Surd. deciſ. 272. nu. 15. Modern.
Luſitan. de clauſ. clauſ. 6. nu. 1. & clauſ. 3. nu. 8.
Vltra quod in propoſito ceſſare viſum fuit obie-
ctum. Tum quia in prædicta inueſtitura legitur re-
ſeruata facultas reuocandi conceſſionem, abſque
aliqua obligatione reddendi cauſam reuocationis,
quæ verba eſſent penitus fruſtratoria, ſi Eminen-
tiſſimus aliquam cauſam deducere debuiſſet, quod
56 † non eſt dicendum, cum in contractibus etiam
ſillabæ debeant aliquid operari, *Alex conſ. 36. n. 5.*
lib. 2. Dec. conſ. 48. nu. 4. Pariſ. conſ. 21. num. 58.
lib. 4. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 2. tit. 12. n. 1.
& 2. Tum etiam quia in præſenti caſu concurrit le-
57 gitima cauſa, † quæ eſt vtilitas Eccleſiæ, cum ex-
perimento compertum fuerit, quod plures, ac ma-
iores redditus percipiuntur ex Caſtro immediatè
poſſeſſo, quam ex Canone.
Quintum denique & vltimum obiectum, quod
ſcriptura continens dictum pactum non ſit in for-
58 ma probanti, † tollitur ex eo, quod ſumptum fuit
extractum ex Archiuio, & ab illius Præfecto, *Iaſ. in*
l. admonendi in 2. lect. nu. 355. verſ. intellige tamen
ff. de iur. iur. & fuit deciſum in Romana iuriſpa-
tronatus 6. Nouembris 1598. coram Orano.
Et ita vtraque, &c.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Regieñ Prædij.

Die Veneris 6. Martii 1637.

ARGVMENTVM.

Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum quando ſubſtineri non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *in Alienatione bonorum Eccleſiæ requiritur & ſolemnitas & cauſa. & nu. 4.*

2 *Iudicium, quando agitur contra infantem citandus eſt eius tutor, coniuncti, & affines.*

3 *Reintegratio dari poteſt tanquam in prima, ſi in reſcripto appellationis adſit clauſula, quam, & quas.*

5 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorũ Eccleſiæ ſpatio 30. annorum præſumitur interueniſſe.*

6 *in Alienatione bonorum Eccleſiæ materia vtile per inutile vitiatur.*

7 *Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorũ Eccleſiæ ex lapſu 30. annorum tunc præſumitur, quando adfuit obſeruantia, ſecus vero ſi ceſſauit.*

8 *Qua obſeruantia deficit, ſi intra tempus 30. annorum fuerit reclamatum, & ad hoc ſufficit qualibet contradictio, & reclamatio etiam extraiudicialis. nu. 9.*

10 *Bona Eccleſiaſtica, quando ſunt alienata ſine ſolemnitatibus, non eſt opus videre, an cauſa ſubſiſtat propter neceſſitatem ſimultanei concurſus. & num. 16.*

11 *Emptores bonorum Eccleſiaſticorũ poſſunt iuuari præſumptione iuſta cauſa poſt obtentum beneplacitum, & executorum ſententiam ſuper euidenti vtilitate.*

12 *Itaut excipienti contra beneplacitum, & rem iudicatam incumbit onus probandi contrarium.*

13 *Venditio bonorum Eccleſiaſticorum annullari poteſt per Eccleſiam, niſi emptores probent requiſita ſolemnitatis, & cauſa interueniſſe.*

14 *Vtilitatis, & neceſſitatis enunciatiua poſita in inſtrumento conceſſionis emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, ſolent apponi ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum, non autem ad illud iuſtificandum, ſuper qua iuſtificatione probationes ſũt facienda.*

15 *Et hoc caſu non ſtatur aſſertioni alienantis, qui non poteſt fungi officio executoris in approbando contractum.*

DECISIO CCII.

CENSVERVNT Domini ſtandum eſſe in
deciſis 9. Ianuarij currentis anni 1637.*
quia requiſita in actione ſpolij intentati conclu-
denter probantur, & nullitas tituli emptionis præ-
dij per Vianos exhibiti eſt patens deficiente ſolem-
1 nitate, & cauſa, quæ regulariter † deſiderantur in
alienatione bonorum Eccleſiæ ex *Cõſtit. Pauli II.*
de reb. Eccleſ. non alien. Clem. 1. eod. tit. Seraph. de-
ciſ. 508. nu. 1. cũ alijs alleg. in deciſ. quæ reuidetur.
Neque dubitari poteſt de validitate ſententiarũ
ex eo, quod proceſſus, ſuper quo emanarunt ſentẽ-
tiæ de partibus nulliter peractus fuerit contra in-
fantem citatum ad comparendum deputato cura-
2 tore, † non autem tutore, citatis tantum vicinis, &
omiſſis coniunctis, & affinibus illius prout de iure
requirebatur, *Maranta in praxi par. 4. diſt. 16. nu.*
56. Afflict. deciſ. 262. nu. 2. Neuiz. conſ. 17. nu. 21.
Quia iudicium per patres inchoatum de anno
1614. & proſequutum de anno 1628. vnicum eſt
indicium, & non duo iudicia, quod patet, quia in
proſequutione iudicij de dicto anno 1628. non fuit
datus nouus libellus, ſed repetitus cum alijs actis
cõtra Paulum Emilium Vianum filium Chriſantis,
filij alterius Pauli Emilij, vnius ex primis acqui-
rentibus, vt in ſumm. Pauli Emilij nu. 7. Vnde cum
in primo iudicio fuerit citatus Alexander Vianus

ex

ex primis acquirentibus inſolidum pro ſe, & pro
Paulo Emilio Viano eius fratre, qui fuit pater
Chriſantis, & iſte pater Pauli Emilij nunc poſſeſ-
ſoris conuenti fruſtra contenditur de validitate iu-
dicij, quod ſuſtinet contra Alexandrum primum
acquirentem inſolidum cum eius fratre Paulo Emi-
lio, & contra poſſeſſores continuatum, & nihilo-
minus eum hodie non agatur de confirmatione
ſententiarum, ſed de reintegratione, quæ dari po-
3 teſt etiam tanquam † in prima propter clauſulam,
quam, & quas. in reſcripto appellationis contentã
*Seraph.deciſ.*1241.*nu.*2.*&* 546.*nu.*1.*&* 781.*n.*5.
*par.*2.*recent.* viſum fuit non eſſe immorandum ſu-
per diſcuſſione nullitatis oppoſitæ, ſed agendum
de validitate tituli conceſſionis in emphyteuſim,
qui dicebatur in prima deciſ. inualidus deficiente
probatione beneplaciti Apoſtolici, & ſic ſolemnita-
4 tis, † & etiam cauſa vtilitatis, aut neceſſitatis co-
pulatiuè requiſitis in alienatione rerum Eccleſiæ.

Non obſtant igitur, quæ replicantur ad proban-
dum ſolemnitatem in huiuſmodi contractu inter-
ueniſſe tàm vigore conſenſus, & approbationis Vi-
carij Generalis Ordinis vigore Bullæ Greg. XIII.
9. in Bullario antiquo authoritatem indulgentis,
5 quàm † ex beneplacito Apoſtolico ex decurſu 30.
annorum, & vltra præſumpto.

Quia quoad indultum impertiendi licẽtiam Mo-
ſterijs ſuæ Religionis cum in §.2. legatur limitatã
ad duas generationes, vel nominationes, conceſſio
vero facta fuerit Alexandro, & Paulo Emilio fratri-
bus Vianis pro ipſis, & eorum filijs maſculis, & le-
gitimis, & deſcendentibus, ac ſucceſſoribus in per-
petuum ſatis patet non intrare approbationem
perpetuam defectu poteſtatis, & eo minus ſuſtine-
ri licentiam intra duas generationes permiſſas in
6 indulto, quia in hac † materia vtile per inutile vi-
tiatur ſecundum opinionem, quam ſeruat Rota
quicquid alij tenuerint, vt in *Brixien. locationis* 5.
*Decemb.*1590. *quæ eſt* 30. *par.* 1. *recent.* *&* *in Co-
men. locationis* 20. *Martij* 1600. *coram Card. Hie-
ronymo Pamph. en Terracinen. affictus* 27. *Iunij*
1627. *coram me, & comprobant Garz. de benef.
par.*2. *cap.*1. *num.*55. *Grat. diſcept.* 905. *nu.* 10.

De præſumpto autem beneplacito Apoſtolico
7 ex ſolo temporis decurſu 30. annorum † conſtare
non videtur niſi concurrat inſimul obſeruantia
*Seraph.*381.*nu.*14.694.*nu.*5.*par.*1.*recent.*52.*n.*2.
coram Papa Greg. XV. quæ obſeruantia defecit ex
8 quo intra tempus 30. annorum, nempè † à die alie-
nationis, quæ cõtigit de anno 1593. de anno 1614.
patres litem conteſtati ſunt contra Vianos, & de
inualida, & læſiua prædij alienatione reclamarunt.

Neque obſtant quæ deducuntur contra validam
litis conteſtationem, & quod eadem ſiluerit vſq.
ad annum 1628. quia hodie non eſt neceſſaria ſcru-
puloſa indagatio ſuper validitate conteſtationis li-
9 tis cum ſufficiat † quælibet contradictio, aut re-
clamatio, etiam extraiudicialis ad tollendam ob-
ſeruantiam, & acquieſcentiam, ex qua oritur præ-
ſumptio beneplaciti, vt plenè fuit firmatum in de-
ciſionibus *Meſſanen. tenimenti, ſeu feudi primò co-
ram D. meo Veroſpio* 22. *Iunij* 1635. *& deinde co-
ram D. meo Merlino* 15. *Febr.* 1636.

Et prædictis attentis quamuis neceſſarium non
ſit ingredi ſecundam diſputationem ſuper iuſtitia
cauſæ alienationis deficiente probatione ſolemni-
10 tatis propter † neceſſitatem ſimultanei concurſus,
vt ſupra dictum fuit, attamen viſum etiam fuit ceſ-
ſare probationem cauſæ vtilitatis, aut neceſſitatis
alienationis prædij controuerſi.

Nam & ſi emptores iuuari poſſint præſumptio-
11 ne iuſtæ cauſæ poſt obtentum beneplacitum, † &
executorum ſententiam ſuper euidenti vtilitate
Seraph. deciſ. 671 *nu.* 1. *Mant. deciſ.* 101. *nu.* 2. 694.
nu. 5. *par.* 1. 684. *num.* 1. *par.* 2. *recent.* itaut exci-
12 pienti contra beneplacitum, † & rem iudicatam
executorum incumbat onus probandi contrarium
circumſcripto tamen beneplacito, & re iudicata
ſufficit Eccleſiæ ſe fundare in Conſtitutione Pauli
13 Secundi annullante ſimiles † venditiones, niſi re-
quiſita ſolemnitatis, & cauſæ per emptores probẽ-
tur, quæ probatio ex parte Viani concludi non po-
teſt ex ſola patruum aſſertione, & Vicarij Genera-
lis conſenſu, & auctoritate deſumptis ex ipſo in-
ſtrumento emphyt. niſi in actis iuſtificẽtur, ex quo
14 † nunciatiuæ vtilitatis & neceſſitatis ſolent appo-
ni ad obtinendum beneplacitum, non autem ad il-
lud iuſtificãdum, ſuper qua iuſtificatione probatio-
nes ſunt faciendæ, vt benè reſpondit *Rota deciſ.* 65.
nu. 16 *&* 160. *nu* 7. *par.* 2. *diuerſ* *&* 215. *num.* 4.
corã bo. me. Card Caual. nec ſtatur aſſertioni alie-
15 nantis, qui non poteſt fungi officio † executoris in
approbando contractum *Redoan. de reb. Eccleſ. non
alienan. q.*23. *num.* 13. & teſtes pro patribus exa-
minati qui dati fuerũt totaliter contradicunt aſſer-
tioni prædictæ; & læſionem, ac damnum Eccleſiæ
concludunt, quamuis ſufficiat Monaſterio, Vianos
16 deficere in † probatione beneplaciti, & in proba-
tione cauſæ abſque eo quod ſe fundet in propria
probatione læſionis, & modicitate pretij locatio-
nis. Et ita &c.

☞ * *Eſt deciſio* 186. *ſupra in hac eadem parte.*

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Sancti Angeli Lambardorum Iuriſdictionis.

Die Veneris 6. Martii 1637.

ARGVMENTVM.

Monaſteriũ aliquod ex quibus probetur, quod ſit extra Diœceſim alicuius Epiſcopatus, & habeat ſtatum nullius Diœceſis.

SVMMARIVM.

1 *Ordinario ad effectum exercendi iuriſdictionem, canones vltra fines non aſſiſtunt,*
2 *Confines deſcribendi modus qualis dicatur indubitatus.*
3 *Teſti vaſſallo, & amico non eſt multum credẽdũ.*
4 *ad Confines probandos, teſtes debent reddere ſufficientem rationem.*
5 *Confines licet oculis ſubijciantur tamen illorum diſtinctio non per ſenſum viſus, ſed per actum intellectus haberi debet, & ideo teſtes ſuper eis deponentibus debent reddere rationem.*
6 *ad Confines probandos ſola teſtsum ſcientia non*

ſufficit, niſi rationem ſcientia concludant.

7 *Eccleſiarum finium diſtinctio, ſi eſſet poſita in ſola ſcientia teſtium, fruſtra ageretur de diuiſione facta per Dionyſium Papam.*

9 *Enunciatiuæ dum contigit dubitari ſuper enunciato, nec plenam, nec ſemiplenam probationem faciunt:*

10 *Abbas Generalis ſuæ Eccleſiæ, et Ordini ſiue ignoranter, ſiue ſcienter non poteſt præiudicare.*

11 *Præſumptiones tolluntur ex contrarijs probationibus.*

12 *Probationes validiores in concurſu ſemper præferuntur alijs debilioribus.*

13 *Territorium, quod ſit ſeparatum à iuriſdictione Epiſcopi, ex quo doceatur.*

14 *Licentia audiendi confeſſiones ab aliquo Monaſterio petita Ordinario, & acceſſio ad publicas ſupplicationes citra ius, & nomen ſubiectionis contingere non poſſunt.*

15 *Teſtibus vilibus, iunctis alijs exceptionibus multo minus eſt credendum.*

16 *Teſtes non probant id, quod deponunt ſi poſt eorum atteſtationem, referant ſe ad alium teſtem, qui abſolutè id negat.*

17 *Prælati confeſſio expreſſa ſi non præiudicat Eccleſiæ, multo magis præiudicabit tacita.*

18 *Monaſteria etiam exempta, ſi parum diſtent à Ciuitate, poſſunt compelli per Ordinarium ad accedendum ad publicas ſupplicationes.*

19 *Sententia reſpicientes ſtatum, ſi tranſiuerit in iudicatum facit ius quo ad omnes.*

20 *Subiectio, & ſuperioritas iudicatur ex ſolutione Canonis.*

21 *Teſtis, qui deponit ſe aliquid feciſſe, & aſſerat ſe neſcire, quare id fecerit, non releuat.*

22 *Teſtes ſingulares loco, & tempore nihil probant, cum pro vno teſte reputentur.*

23 *Teſtes redduntur ſingulares ex diuerſitate loci, & temporis.*

24 *Iudicium cœptum, ſi remanſerit indefinitum, non eſt habendum in conſideratione.*

DECISIO CCIII.

OMISSA diſcuſſione actuum iuriſdictionaliũ in ſummariſſimo retinendæ, quippe qui pẽdeant, vel à ſtatu nullius Diœceſis huius Abbatiæ S. Guilielmi, vel à ſtatu exempto; nam primo caſu ſemper ceſſat totalis iuriſdictio Ordinarij in Monachos, & Monaſteria exiſtentia extra illius limites. Secundo caſu in multis Ordinarij habent iuriſdictionem in exemptos; propterea ſequendo mẽtem Dominorum ex integro dubium propoſui, an Abbatia S. Guilielmi ſit nullius Diœceſis, & Domini cauſa maturè diſcuſſa cenſuerunt, Abbatiam eſſe nullius.

Nam quicquid ſit de fundamentis, & rationibus deciſionis 14. Martij 1635. in qua dictum fuit Monaſterium prędictum eſſe intra fines Diœceſis Sancti Angeli, & dandum eſſe mandatũ de manutenendo D. Epiſcopo in quaſi poſſeſſione approbandi cõfeſſarios, hodie ex nouo proceſſu remiſſoriali, & alijs deductis pro Monaſterio, clarè patet Abbatiã eſſe extra fines Diœceſis S. Angeli, & ab omni ſubiectione liberam probari.

Dantur enim quinq; teſtes formiter examinati vigore litterarum remiſſorialium Rotæ, & duo in Curia recepti, & poſtremi ſuper ſexto deponunt de ſituatione Monaſterij inter Diœceſim S. Angeli, & Diœceſim Nuſcanam, & primus illorum eſt Vicarius Epiſcopi Nuſcani, & cum prædictis concordãt teſtes de partibus in ſituatione, primus, & ſecũdus, qui eſt Boccutus Vicarius Epiſcopi S. Angeli, ac tertius, & omnes inſimul concludunt Caſale, & Monaſterium S. Guilielmi nunquam fuiſſe ſuppoſitum iuriſdictioni S. Angeli, nec de præſenti eſſe, Ordinariumq. nunquam viſitaſſe Monaſterium nec Parochos in concernentibus curam animarum, nec aliquam iuriſdictionem exercuiſſe in Parochianos, Monachos autem nunquam acceſſiſſe ad Epiſcopũ S. Angeli pro licentia audiendi confeſſiones, nec ad proceſſiones, & ſynodum per Epiſcopos celebratas, & è conuerſo Abbatem Generalem Montis Vriginis eſſe Diœceſanum Monaſterij S. Guilielmi, omnimodamq. iuriſdictionem in Monaſterium, & Parochianos exercuiſſe, Viſitationes feciſſe, licentias audiendi confeſſiones Monacis conceſſiſſe, Synodum tenuiſſe, iura quaſi Epiſcopalia habere, & in omnibus locis Cõgregationi ſubiectis omnimodam iuriſdictionem priuatiuè quoad Ordinarios pro tempore S. Angeli exercuiſſe.

Quoad ſituationem, & ſeparationem dicta eorũdem teſtium benè comprobantur ex inuentario antiquiſſimo continente ſcripturas Ordinarij Mõtis Virginis conſeruatas in Archiuio Sanctiſſimæ Annuntiatæ Neapolis, in quo ſunt diſtincti confines Monaſterij S. Guilielmi à Territorio, & Diœceſi S. Angeli, & aliorum Epiſcopatuum, & concordat Martirologium Romanum, in quo dicitur Monaſterium S. Guilielmi habere territorium ſeparatũ, & declaratio Caroli Secundi, & Roberti eius primogeniti, Monaſterium S. Guilielmi non eſſe de iuriſdictione S. Angeli, ſed immediatè ſuppoſitum Sedi Apoſtolicæ.

Similiter quo ad Viſitationes bene iuſtificantur dicta teſtium, quoniam dantur plures factæ per Abbatem Generalem ab anno 1588. vſque in præſens, & Synodi celebratæ per Abbatem Generalem dãtur vſque de anno 1593. ex quibus veritas depoſitionum vndique conuincitur, & infertur.

Primò ex ſituatione intra fines non probata per Epiſcopũ, & extra limites eiuſdem probata per Monachos deficere fundamentum iuriſdictionis Epiſco-
1 pi, † cui vltra confines non aſſiſtunt Canones, *cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. cap. conquærente de off. Ordinarij. Abb. in cap. cum olim. nu. 2. de cenſ. Ancharan. conſ. 310. nu. 5. Caputaq. dec. 306. par. 1. 145. nu. 6. par. 2. diuerſ. & 491. nu. 2. par. 1. recent. Seraph. dec. 1278. & 1449. num. 1. & coram Papa Greg. XV. 312. nu. 4.*

Non obſtãt tres teſtes pro D. Epiſcopo examinati ſuper ſituatione, & comprehenſione Monaſterij S. Guilielmi intra fines Sancti Angeli, quorum ſecundus, & tertius aſſignant certos, & diſtinctos confines diœceſi prædictæ, nempè ab oriente attingere diœceſes Biſcicianen. & Laudonien., à meridie ſe extendere vltra flumen Olfantem, ab occaſu pertingere diœceſim Nuſcanam, & ab Aquilone adhærere alijs diœceſibus ſcilicet Montemarano, &

Tre-

2 Treuico, qui modus deſcribendi † confines diceba-
tur indubitatus ad probandum exiſtentiã inter eoſ-
dem *cap. cum olim vbi Innoc. in princ. de cenſ. Dec.*
in c. cum cauſam quæ. nu. 7. & 8. circa finem de
probat.

Quia vltra exceptiones, quæ dantur contra per-
ſonas dictorum teſtium, & ex propria illorum con-
3 feſſione deſumuntur; Primus eſt vaſſallus, † & ami-
cus Domini Epiſcopi, ſecundus eſt villicus, & ope-
rarius, tertius ad opus Teſtrinum intentus. Rur-
ſus ſuper interrogatorijs reſpondent multa neſci-
re, quæ pertinent ad cõfinium diſtinctionem, & ni-
hilominus circa confines ab eiſdem allegatos in
4 cauſa ſcientiæ † nihil concludunt, dum ſufficiẽtem
rationem non aſſignant prout requiritur ad probã-
dum limites, qui & ſi oculis ſubijciantur, cum ta-
5 men illorum diſtinctio † non per ſenſum viſus, ſed
per actum intellectus haberi debet, ſuffragari non
poſſunt abſque redditione concludentis rationis,
Bald. conſ. 286. nu. 3. lib. 2. Dec. conſ. 220. num. 15.
Crau. conſ. 61. nu. 5. & in his terminis idem fuit di-
ctum *in Aprutina iuriſdictionis* 10. *Martij* 1624.
coram bo. me. Seleucien. cui ſatisfacere non poſſunt
verba teſtium vno, & eodem ſermone deponentiũ,
(*e queſto lo ſo per la longa prattica, che hò hauuta,*
& hò di quel paeſe, & per la publica voce, e fama,)
6 quoniam in hac † materia ſola teſtium ſcientia non
ſufficit, niſi rationes ſcientiæ illam concludãt, pro-
ut in ſupradicta Aprutina iuriſdictionis teſtes con-
cludebant, ſcilicet Epiſcopum peragraſſe totã pro-
uinciam, & finitima loca viſitaſſe, iuriſdictionem
7 exercuiſſe; alias ſi in ſola ſcientia teſtium poſita † eſ-
ſet diſtinctio finium Eccleſiarum, fruſtra eſſet agen-
dum de diuiſione facta per Dionyſium Papam, de
qua *in c. 1. par. 1. & gloſ. in c. 1. verbo ante Chri-*
ſti aduentum in fin. verſ. ſed diœceſes 99. diſtinct. &
8 tamen in curſu ferè † quingentorum annorum non
dantur actus, qui per ſcripturam poſſint dici indu-
bitati ad hanc probationem ſuſtinendam.

Neque dicta eorũdem teſtium ratione carentiũ
adminiculari, aut ſuppleri poſſunt ex littera Abba-
tis Generalis directa Epiſcopo, aut ex Breue San-
ctiſſimi Domini Noſtri, & enunciatiuis, quæ dãtur.

Quoniam enunciatiua in Breue trãſportationis
Reliquiarum de anno 1628. & aliæ ex litteris Leo-
nis X. & demum ex hiſtoria vitæ S. Guilielmi cum
incidenter, & propter aliud fuerint emiſſæ, & ab-
9 ſentibus Monacis, & † contingat ſuper enuncia-
to diſputari, neque plenam, neq; ſemiplenam pro-
bationem faciunt ſecundum veriorem. de qua per
Crau. de antiq. tempor. par. 1. ſectione propoſitum
noſtrum principale. nu. 24. & ſeqq. Seraph. deciſ.
1278. nu. 2. Rota dec. 31. de probat. in antiq. & 380.
nu. 26. par. 5. diuerſ. Altera vero enunciatiua litte-
10 ræ Abbatis Generalis † prouenit ab eo, qui ſuæ Ec-
cleſiæ, & Ordini ſiue ignoranter, ſiue ſcienter præ-
iudicare non poteſt, *Calder. conſ. 5. nu. 1. de confeſſ.*
Caſtr. conſ. 338. nu. 3. lib. 1. Rot. dec. 480. nu. 4. p. 1.
recent. & ſimili litteræ Abbatis reſpondet *Seraph.*
d. deciſ. 1278. nu. 3. & quatenus ex prædictis orire-
tur aliqua præſumptio, illa benè tollitur ex contra-
11 rijs † probationibus Monachorũ in maiori nume-
ro teſtium, qui magis qualificati ſunt reſpectu per-
ſonarum Boccutij, & Auliſæ, qui reſpectiuè officio
Vicarij fungebantur in Diœceſi S. Angeli, & Nu-
ſcana, & concurrentibus adminiculis Inuentarij,
Martyrologij, ac declarationis Caroli II. & Ro-
12 berti eius primogeniti ſupra ponderatis; † ſemper
præualere debent in concurſu *Crau. eod. tract. &*
ſect. nu. 34. Rot. dec. 24. nu. 9. par. 4. recent. & in
Adrien. ſeu nullius iuriſdict. 28. May 1612. & 27.
Martij 1613. coram bo. me. Franciſco Vbaldo.

Secũdò principaliter infertur ex eadem teſtium
depoſitione, Abbatem Generalem Montis Virginis
eſſe diœceſanum Monaſterij S. Guilielmi viſitare,
licentias confeſſiones audiendi concedere, Synodũ
congregare, beneficia conferre, iura quaſi Epiſco-
palia habere, & prædicta in locis Congregationi ſu-
13 bjectis exercere, † quæ omnia concludunt territoriũ
S. Guilielmi eſſe ſeparatum, & perinde haberi ex-
tra diœceſim Epiſcopi in omnibus & per omnia
gloſ. in clem. 1. §. volumus verbo Diœceſanis, vbi
Card. Abb. Vitalin. & Imol. de foro compet. Feder.
de Senis conſ. 14. nu. 4. Rot. dec. 207. in fin. par. 2.
diuerſ. Seraph. d. deciſ. 1278. num. 4. & in Squilla-
cen. iuriſdictionis coram Andrea, quæ eſt 54. in
eius impreſſ. in Adrien. ſeu nullius iuriſdictionis 28.
Maij 1612. & 15. Nouemb. 1613. coram bon. mem.
Vbaldo, & in nullius ſeu Fanen. iuriſdictionis 27.
Octob. 1617. coram D. meo Decano, Marſicen. iu-
riſdictionis 11. Ianuar. 1621. coram bon. mem. Eu-
ratto, & in Pampilonen. iuriſdictionis 15. Decem-
bris 1623. coram D. meo Merlino.

Neque in quolibet actu ſupra per teſtes enuncia-
to deficiunt ſcripturæ, & documenta publica com-
probantia veritatem depoſitionum; nam ſummario
Monachorum num. 8. dantur viſitationes, & quidẽ
plures factæ in Monaſterio S. Guilielmi per Abba-
tem Generalẽ, & Viſitatores ab eo deputatos con-
tinuatæ ab anno 1588. citra. Similiter ſub num. 9.
dantur Synodi celebratæ in Monaſterio Mõtis Vir-
ginis, in quibus interuenerunt omnes Parochi, &
Rectores Eccleſiarum Parochialium tàm ſæculariũ,
quàm Regularium, & ſignanter Abbas S. Guiliel-
mi, qui inibi curam animarum exercet, & num. 8.
Sum. ſupradicti datur collatio beneficij per Abba-
tem Generalem, vti Ordinarium, & Diœceſanum
S. Guilielmi de anno 1608. & de licentijs audiendi
confeſſiones ſufficit, quod duo Vicarij Nuſcanus,
& S. Angeli, concludant affirmatiuam. Demum
de iuribus quaſi Epiſcopalibus dantur Summorum
Pontificum priuilegia ſupra enunciata.

Neque obſtant depoſitiones ſupradictorum te-
ſtium pro D. Epiſcopo aſſerentium, Abbatem pro
tempore recognouiſſe Epiſcopum, & illius ſupe-
14 rioritatem † petendo licentias audiendi confeſſio-
nes, & accedendo ad publicas ſupplicationes, quæ
citra ius, & nomen ſubiectionis contingere non
poterant.

Quia de licentia audiendi confeſſiones non dan-
tur documenta publica, ſed ex tribus teſtibus da-
15 tis. † duo ſunt viles perſonæ quæ non verſabantur
in palatio Epiſcopali, aut in illius Cancellaria, vn-
de ſolent ſimilia decreta emanare, quibus parum
differendum eſt, & eo minus cum ſe referant ad Vi-
16 carium † Boccutum, qui abſolutè negat hanc ſub-
iectionem. Et de acceſſu ad publicas ſupplicatio-
nes nihil refert ad fundamentum ſubiectionis, quia

17 ſicuti † expreſſa confeſſio Prælati non præiudicat
ſuæ Eccleſiæ *Calder. conſ. 5. n. 1. de Confeſſ. Seraph.*
dec. 2781. nu. 3. cum aliis ſupra alleg. multo minus
tacita, quæ reſultat ex prædicto acceſſu maximè
in actu merè voluntario, vt in præſenti, in quo
18 non † etiam ſubiecti abſque controuerſia ob loci
diſtantiam medij milliaris ab ipſa Ciuitate poſſunt
compelli, vt ſæpius *Sacra Congreg. Concilij declarauit 5. Maij 1592. & 9. Martii 1597.*

Tertiò denique principaliter infertur ex depoſitionibus teſtium Monachorum, Abbatem Generalem Ordinis Montis Virginis exercere omnimodam iuriſdictionem in omnibus locis Cōgregationi ſubiectis priuatiuè quoad Epiſcopū S. Angeli, quorum depoſitiones bene iuſtificantur ex obſeruantia à die, quo emanarunt Bullæ, & priuilegia Celeſtini, Alexandri, Vrbani, & Clementis ſupracitata, in quibus iura quaſi Epiſcopalia dicto Abbati Generali conceduntur, & contra Epiſcopū Auellinum eadem priuilegia fuerunt canonizata, in cuius Diœceſis erat ſitum Monaſterium Montis Virginis, dum per tres ſententias pronunciatū fuit, eſſe nullius, & territorium ſeparatum, quæ ſententiæ tanquàm facientes rem iudicatam, & ſi inter
19 alios, faciunt † tamen ius quo ad monaſteria ſubiecta, cum reſpiciant ſtatum *Mohed. dec. 8. de ſent. & Re Iudic. Seraph. dec. 1422. n. 8.* & firmatur in his terminis in *alleg. deciſ. Squillacen. Iuriſd. 234. par. 4. recent.*

Non obſtant actus contrarii totali iuriſdictioni abdicatæ, ex quo teſtes Domini Epiſcopi, qui dātur Sum. nu. 10. deponunt de ſolutione carolenorum 24. ratione fontis Baptiſmalis Eccleſiæ Parochialis S. Guilielmi, & ex eadem cauſa dentur ſequeſtra contra affictuarios Abbatiæ prædictæ ſub
20 nu. 11. & 12. ex quibus † iudicatur reſpectiuè ſuperioritas, & ſubiectio *cap. cum olim vbi Abb. nu. 3. de cenſ. cap. 1. cum gloſ. & ibid. Abb. nu. 5. de relig. domibus. Caſſan. conſ. 16. nu. 7. & ſeqq.*

Quia quoad teſtes, primus deponit ſe exegiſſe tāquàm procurator Archipresbyteri Vallatæ eius patrui à procuratore S. Guilielmi 24. vel 25. caro-
21 lenos cauſam exactionis neſciens, † ſed illam audiſſe referens, ab Archipresbytero Zona admodū ſene, qui tenebat libros introitus Epiſcopi, ſcilicet carolenos 24. ſolui *(per il Ius, che haueua detto Monſignore in detto Monaſtero del Fonte Battiſmale)* & tamen neque locum, diem, menſem, aut annum exactionis exprimit, neque nomen procuratoris S. Guilielmi; nec etiam exhibentur libri Archipresbyteri Zonæ, qui fuit Vicarius S. Angeli pro iuſtificatione cauſæ per teſtem narratæ, ſecundus verò teſtis deponit de viſu in actu ſolutionis per dominum Mercuriū procuratorem S. Guilielmi factæ Archipresbytero Zonæ exprimendo locum, & tacendo tempus, & cauſam exprimendo pro fonte Baptiſmali, tertius verò de auditu tantū deponit, quorum depoſitiones vltrà exceptiones
22 contra perſonas, & in concurſu inferioris fidei, † cum ſint ſingulares loco, & tempore, nihil probant, cū pro vno teſte reputentur. *Bald. in l. Iuſiurandi nu. 19. C. de Teſtibus. Menoch. conſ. 96. n. 12. Rol. conſ. 95. nu. 10. vol. 4. idem Bald. conſ. 39. nu. 4. vol. 3.* dicens non eſſe dubitandum quin ex diuerſi-
23 tate loci, † & temporis teſtes reddantur ſingulares, quorum ſingularitas nec poteſt adminiculari, ex ſequeſtro & actis in illo iudicio factis pro exigendis dictis carolenis 24. quoniam ex eiſdem actis datis Sum. 11. & 12. contrarium colligitur, dū Monaci nunquam comparuerunt, & per conſequens ſubiectionem non agnouerunt conſentiendo in iuriſdictionem Epiſcopi, neque verè caroleni
24 exacti fuerunt, † dum iudicium quo ad ſubhaſtationem frumenti ſequeſtrati remanſit indefinitum.

Et ex prædictis ſufficienter viſum fuit probari, Monaſterium S. Guilielmi eſſe extra fines Diœceſis S. Angeli, & habere ſtatum nullius Diœceſis.

Et ità vtraque &c.

R. P. D. V E R O S P I O.

Bononieñ Bonorum.

Die Mercurii 10. Martii 1637.

A R G V M E N T V M.

Inſtrumentum inueſtituræ habens pro ſe petere poteſt, vt ſibi actualis poſſeſſio tradatur, maximè ſi in eo adſit clauſula conſtituti. Inueſtituræ inſtrumētum quid operetur, & quam vim habeat.

S V M M A R I V M.

1 *Bona aliqua, ſi tanquam libera fuerunt ceſſa, ſi poſtea reperiatur, quod non erant libera, ſi impedimentū ſubmoueatur, perinde eſt ac ſi à principio fuiſſent liberè tradita, & illa poſſeſſio capta tunc ſuffragatur.*

2 *Dominus directus ratione dominij directi ſolum habet ius impugnandi translationem eius poſſeſſionis.*

3 *Poſſeſſio corporalis veræ traditionis deficit in poſſeſſione ceſſa ex vi clauſulæ conſtituti.*

4 *Poſſeſſori licitum eſt adire Iudicem, vt ſibi actualem poſſeſſionem confirmet, & defendat.*

5 *Clauſula, conſtituti, extenſa ſecundum formam traditam à Statut. Bononieñ. ibi ſuffragatur pro omni interdicto poſſeſſorio.*

6 *Emphyteuſis inueſtitura ſuffragatur inueſtito non ſolum reſpectu acquiſitionis dominij, ſed etiā reſpectu poſſeſſionis.*

7 *Inueſtituræ inſtrumentum, ſi non habeat aliquod vitium viſibile, quid operetur.*

8 *Adipiſcendæ remedium eſt paratum ita ad fauorem habentis inſtrumentum inueſtituræ, ſicut habet remedium Conſtitut. Diu. Adriani.*

9 *Inſtrumentum inueſtituræ non gaudet minori priuilegio, quam petitio hæreditatis vigore teſtamenti. amplia nu. 10. 11. & 12.*

13 *Actorum aliquorum defectus tranſportationis negatiua eſt plenè probanda.*

14 *Actorum tranſportatio præſumitur integrè facta.*

15 *Notarij atteſtationi, quod omnia acta in aliqua inſtantia facta fuerunt integrè tranſportata, multum deferri ſolet.*

16 *Acta, ſi non ſint facta corā Iudice primæ Inſtantiæ, ſed coram diuerſo, vt coram Iudice criminali*

Digitized by Google

nali non ſunt tranſportanda.
17 *Acta, quæ non ſunt facta inter eaſdem perſonas non ſunt tranſportanda.*
18 *Acta, quæ ad cauſam non ſuffragantur, non ſunt tranſportanda.*

DECISIO CCIIII.

RESPONDERVNT DD. quod concedenda erat immiſſio Comiti Neapulioni Maluaſiæ ſuper bonis, quæ per eũ in hoc dubio petebantur. Etenim obtinuerat ille ceſſionem horum bonorũ ab Emilio de Bologninis, atque alijs eiuſdem Emilij fratribus, quorum antea fuiſſe dicebantur reſpectu vtilis dominij, & conſenſum ab Eccleſia, ad quam ſpectabat proprietas ſiue directum dominium eorundem bonorum, ex quibus titulis vterque viſus fuit pleniſſimè illi ſuffragari in hoc iudicio & interdicto poſſeſſorio. Et primo viſum fuit poſſe Neapulionẽ ad hunc effectum vti titulo ceſſionis, quam apparebat illum habuiſſe occaſione tranſactionis factæ ſuper his bonis inter Emilium, & alios illius fratres, ac Sigiſmundum Maluaſiam fratrem ipſius Neapulionis; Nam cum ea bona antea vendita fuiſſent Conſtantio Patri Neapulionis, & Sigiſmundi, repetebat Emilius ab eo hæc bona tanquam malè alienata ſine conſenſu Eccleſiæ.. Cùm verò Sigiſmundus peteret condemnari Emilium ad reſtitutionem omnium damnorum, quæ paſſus fuerat ob traditionem rei non liberæ, & ad duplum pretij ſoluti in venditione, inde nata fuit occaſio eius tranſactionis, in qua conuentum fuit, vt cum Bologninii iterum tradere ſtatuiſſent hęc bona Sigiſmundo, illa cederent Neapulioni, qui inde impetrare deberet conſenſum ab Eccleſia, & ea ceſſio facta fuit cum expreſſo conſenſu Sigiſmundi, & in ea addita fuit ad fauorem Neapulionis clauſula Conſtituti, quæ, ſecuta inueſtitura, quam ille poſtea ab Eccle-
1 ſia obtinuit, poterat eidem † ſuffragari reſpectu acquiſitionis poſſeſſionis non ſecus, ac ſi ea bona eſſent libera, vt tradit *Gugliel. de Benedict. in c. Raynutius de teſtam. in verbo & uxorem nomine Adelaſiam dec. 2. nu. 2. & dec. 4 nu. 6. Caſſan. conſ. 7. nu. 35. & conſ. 8. nu. 36. Tiraquell. de iure conſtit. poſſ. p. 3. lim. 3. nu. 1.* Præſertim cum nulla daretur contradictio Eccleſiæ, cui ſolum ratione ſui
2 dominij directi † competere poterat hoc ius impugnandi tranſlationem eius poſſeſſionis, vt poſt *Oldrad. in conſ. 139 nu. 8. & in conſ. 247. nu. 3. firmat Tiraquell. d. limit. 3. nu. 3.* vnde rectè petebat hodie Neapulio immiſſionem, vel corporalem
3 poſſeſſionem facti reſpectu veræ traditionis, quæ † deficiebat in poſſeſſione ceſſa ex vi d. clauſulæ Cõſtituti, vt declarat *Bald. in l. ab emptione ſub nu. 1. ff. de pact. ex mente gloſ. in l. Iulianus §. ex vendito ff. de actio. empt.* & notarunt ſuper eadem *l. ab emptione Angel. nu. 4. Caſtren. nu. 20.* & ante eos *Cynus in l. 2. nu. 7. C. quando lic. ab empt. diſced.*; vel etiam ad maiorem confirmationem eiuſdem poſſeſſionis actualis, quam fortè ante aſſecutus fuiſſet,
4 cum & † hoc caſu licitum ſit poſſeſſori adire Iudicem, vt ſibi eandem poſſeſſionem confirmet, ac defendat, vt tradit *Cyn. in l. vlt. nu. 28. C. de edict. Diu. Adr. tollen. & in l. 1 nu. 8. in fin. C. de Carbon. Edict.* & notarunt ſuper eadem *l. vltima Alberic. nu 16. Dec nu. 44. Curt iun. nu. 85. Tiraquell* qui alios refert in *tract. mort. inueſt. viuum par. 6. declar. 1. nu. 8. Menoch. de adipiſc. poſſ. rem. 4. n. 348.* & hoc præcipuè dicendum videbatur inſpecta di-
5 ſpoſitione ſtatuti Bononienſis, cum ea clauſula † extenſa ſecundum formam traditam in eodem ſtatuto ſuffragaretur pro omni interdicto poſſeſſorio, vt fuit reſolutum in *Bononien. de Gozzadinis 26. Iunij 1613. coram bo me. Remboldo,* & in *Bononien. Saluiani 17. Maij, & 13. Nouembris 1624. coram bo. mem. Cardinali Virili.*

Suffragabatur etiam Neapulioni ad effectum huius interdicti titulus inueſtituræ, quam oſtendebat ſe obtinuiſſe ab Eccleſia iuxta formam conuentionis firmatæ in tranſactione, cum ea inueſtitura non
6 ſolum ſuffragetur † inueſtito reſpectu acquiſitionis dominij, ſed etiam reſpectu poſſeſſionis, vt tradit *Aluarot. in cap. 1. de controuerſia inueſtituræ in princ.* adeout apertum illi cenſeatur ius reſpectu huius poſſeſſorij ſtatim atque in inſtrumento ipſius inueſtituræ non oſtendatur vitium aliquod viſibile, & eatenus impediri poſſit immiſſio petita
7 illius occaſione; quatenus † id vitium apertè appareat in ipſo inſtrumento, non autem ſi illud non ſit patens, aut altiorem requirat indaginem, ſicuti determinat *Bald. in c. 1. §. inſuper n. 3. de prohibit. feud. alienat. per Federic.* & ibi etiam *Iſern. n. 60.*
8 *Aluarot. nu. 4.* & hinc notant fæudiſtæ † ita paratum eſſe hoc remedium adipiſcendæ ad fauorem habentis inſtrumentum inueſtituræ, vt in eo procedatur exemplo conſtitutionis D. Adriani, cum nõ gaudeat minori priuilegio hæc immiſſio, quàm
9 ea quæ petitur † occaſione teſtamenti, & voluit præ ceteris *Iſern. in d. cap. de probib. feud. alienat. per Federic. Afflict. in cap. 1. §. 1. nu. 19. de feud. cognit. Scrader. de feud. par. 7. cap. 7. nu. 23. Roſent. eod. tract. cap. 7. quæſt. 10. Roland. conſ. 1. num. 51. lib. 1. Surd. conſ. 571. nu. 5.* & tenuit *Rot. in Aſſiſien. bonorum emphyteoticorum 17. Aprilis 1600. coram Card. Sacrato,* & in *Iſpalen. dimidia portionis 17. Decembris 1635. coram Reuerendiſſ. D. meo Deca-*
10 *no,* & hæc etiam procedunt tàm ſi Vaſſallus † non ſit in poſſeſſione, quàm ſi velit ſibi confirmari à Iudice poſſeſſionem, quam antea conſecutus fuiſſet, vt animaduertit *Bald in d. cap. 1. in §. inſuper ſub eodem nu. 3.* quatenus ibi notat dari hoc poſſeſſo-
11 rium † tam pro adipiſcenda, quàm pro confirmanda poſſeſſione *Bart. in l. vti frui in § vtrum ff. ſi*
12 *vſusfructus petatur ſub nu. 2.* vbi quod † Comes poſſeſſor Caſtri rectè agit, vt declaretur Comes ad ſuæ poſſeſſionis confirmationem, quam Bart. doctrinam ſecutus fuit *Menoch. in add. remed. 4. de adipiſcen. poſſ. nu. 349. Tiraquell. in tract. mortuus inueſt. viuum par. 6. declar. 1. nu. 9.*

Et ex his DD. reſponderunt quod concedenda erat immiſſio Neapulioni ſuper his bonis, neque viſa fuerunt obſtare quæ ad eandem immiſſionem impediendam deducebantur pro parte adminiſtratorum hæreditatis Sigiſmundi, vt non eſſent integra acta prioris inſtantiæ, quæ nouiſſimè tranſpor-
13 tata fuerunt à Neapulione, † quia non probabatur ab ijs hæc negatiua, quæ tamen debuiſſet plenè probari, dum ad fauorem Neapulionis aderat non

14 ſolum præſumptio, † vt tranſportatio eorumdem
actorum eſſet integra iuxta doctrinam *Bar. in rub.*
ff. de nou. oper. nunc. quam ſępiſſimè *Rota* ſequuta
fuit in his terminis, vt in *Pampilonen. Abbatia* 31.
Ianuarij 1600. *coram Penia*, & in *Bononien. bonorum Ephyteoticorum* 24. *Ianuarij* 1600. *coram*
eodem, ſed etiam contraria fides Notarij actuarij
in qua ille aſſerebat, quod in proceſſu qui poſtea
productus fuit à Neapulione, aderant omnia & integra & acta & iura, quæ vel facta vel producta
fuerunt, dum cauſa pendebat in prima inſtantia,
15 cuius † atteſtationi plurimum etiã in hac materia
deferri ſolet, vt in eadem deciſione *Pampilonen.*
Abbatiæ 31. *Ianuarij* 1600. *coram Penia*, & in
Bracharen. Parrochialis 15. *Decemb.* 1606. *corã*
Card. Sacrato, & in *Piſtorien. beneficij* 13. *Ianuarij* 1617. *coram bo. me. Buratto*; & licet pro parte
Adminiſtratorum hæreditatis Sigiſmundi daretur
alia fides Notarij criminalis ſuper exiſtentia cuiuſdam proceſſus facti contra eundem Neapulionem
occaſione huius prædij, cum ille diceretur eius
poſſeſſionem propria auctoritate inuaſiſſe; & ſuper
ea inuaſione data fuiſſet contra illum querela coram Iudice criminali; tamen hæc nihil conferre
poterant ad probandam deficientiam eorũ Actorum, quę producta fuerunt à Neapulione in hoc iudicio, cum acta eius proceſſus non poſſent dici
16 acta † huius cauſæ, dum illa non erant facta coram
Iudice primæ inſtantiæ, ſed coram Iudice diuerſo
nempe coram Iudice criminali, vt reſpondit *Rot. in*
eadem deciſ. Bononien. bonorum coram Penia, & in
Bononien. bonorum de Budriolis 21. *Nouembris*,
1568. *coram Card. Seraphino inter impreſſ. deciſ.*
377. *nu.* 6. & in *deciſ.* 564. *nu.* 3. *par.* 2. *recent.* imò
17 neque ea † acta dici poterant facta inter eaſdem
perſonas, cum Iudicium, cuius acta omiſſa dicebantur, motum fuiſſet contra Neapulionem à Procuratore fiſcali, ex quo etiam excludi poterat neceſſitas tranſportationis, eo quia probatio quæ de-
18 ſumi debebat † ex actis eius Iudicij non poſſet ſuffragari niſi ijs perſonis, cum quibus illa facta fuerunt, & hoc etiam conſiderauit *Rota* in adducta deciſione *Bononien. coram Card. Seraphino ſub n.* 6.
& eſt doctrina *gloſſ. in l.* 2. *C. de edendo*, quam ſequuti fuerunt ibi *Bart. ſub nu.* 12 *in* 2 *lect. Bald. nu.* 18.
Dec. nu. 44. *Felin. in cap. cauſam quæ* 11. *nu.* 18. *de teſtib. & atteſt.*

Et ita vna tantum &c.

In hac cauſa habetur infra alia deciſio *ſub die*
1. *Iulij* 1637. *coram eodem R. P. D. Veroſpio*.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Saluiani de Caffarellis.

Die Veneris 13. *Martii* 1637.

ARGVMENTVM.

Super fundo, quem quis cum alio indiuiſè poſſidet, ſi ſemel oriatur hypoteca, per eius diuiſionem factam cum illo, non extinguitur hypoteca, etiam facta auctoritate Iudicis, niſi habens tale ius in ea interuenerit, vel fuerit citatus.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in vim Saluiani quibus concurrentibus non ſit deneganda.*
2 *Saluianum non datur ſine hypoteca.*
3 *Hypoteca, ſi ſemel orta ſit ſuper fundo, quem quis cum alio pro indiuiſo poſſidet, per diuiſionem, quæ poſtea ſequitur, nullo modo extinguitur, ſed adhuc fundus remanet pro indiuiſo hypotecatus, prout ante diuiſionem. amplia nu.* 4.
5 *Diuidentes bona, non poſſunt præiudicare creditoribus, & hoc maximè, ſi habeãt cauſam ab eis.*
6 *Iudicis factum reputatur factum partis.*
7 *Bonorum diuiſioni facta inter ſocios auctoritate Iudicis, ſi non interuenerint creditores, & nec fuerunt citati, ea diuiſio eis nullum damnum facit, nec præiudicat.*
8 *in Legatis conditionalibus certæ quantitatis, purificata conditione hypoteca non retrotrahitur ad diem conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris.*
9 *Caſtr. opinio in conſ.* 446. *n.* 1. *lib.* 2. *reiicitur.*
10 *Creditum acquiſitum per contractum irreuocabilem inter viuos cum expreſſa hypoteca, data illius effectuatione per purificationem conditionis ob aliquem defectum, hypoteca retrotrahitur ad tempus celebrati contractus.*

DECISIO CCV.

BERNARDINVS Caffarellius Caſalia Ardeæ, quæ communiter cum Ioanne Petro poſſidebat Mario Nepoti donauit, & inter eius deſcendentes maſculos perpetuum, & abſolutum fideicommiſsũ conſtituit, deinde vero in defectum lineæ maſculinæ diſpoſuit, & ordinauit, quod Herſilia, & Philippa ipſius d. Bernardini Sorores, ſi tunc viuerent, ſin autem earum filij, & deſcendentes maſculi per ſtirpes, & non per capita habere debeant ſuper dictis Caſalibus Ardeæ ſcuta 4 mill. monetæ pro qualibet ipſarum Sororum, & ſi non viuerent, illa habere debeant earum, & cuiuslibet ipſarum reſpectiuè deſcendentes per ſtirpes, & non per capita vt ſupra; Cum autem Marius iunior filius Maximiliani deſcendentis Bernardini donatoris deceſſerit ſine filijs, dd. Marius Mellinus ex Arſilia, & Octauius, & alij de Mutis ex Philippa deſcendentes pro conſequutione dictorũ ſcutor. 4. mill. iuxta formam diſpoſitionis prædictæ Iudicium Saluiani inſtituerant contra d. Marchionem Caffarellum vti poſſeſſorem Caſalis Ardeæ, quod antea poſſidebatur per dictum Bernardinum vna cum Ioanne Petro authore ipſius Marchionis; Vndè præſuppoſitis legitimatione perſonarum, & identitate bonorum; nec non monitorio, ſeu prouocatione iudiciali ad diuidendum facta ad inſtantiam qq. Proſperi, & Ioannis Petri de Caffarellis contra q. Maximilianum Caffarellum, & eius Tutorem de anno 1576. de deputatione peritorũ facta per Iudicem, eorumq. relatione ſubſcripta, & medio iuramento in actis data, in qua Caſale, de quo agitur, fuit aſſignatum in partem Dominis Proſpero, & Ioanni Petro, & demum præſuppoſita poſſeſſione Caſalis de quibus agitur, per dictum Bernardinum inſimul cum Ioanne Petro dum vixit, & ſucceſſiuè per ipſos diuidentes, eorumq. hæredes, & ſucceſſores reſpecti-

ſpectiuè abindè citrà vſque in præſens tenenta, de-
di dubium, An dictis Dominis de Mellinis, & Mu-
tis eſſet danda immiſſio, eoq. propoſito. Domini
affirmatiuè reſponderunt. Quia conſtat de omni-
bus ad illam obtinendam requiſitis. Creditū enim
cum hypotheca probatur ex publico Inſtrumento
donationis Camerali obligatione munito, & cum
ſpeciali, & indiuidua obligatione dictorum Caſaliū
Ardeæ, ex quibus ſunt detrahēda dicta ſcuta 4. mil.
iuxta diſpoſitionem donantis, & generali etiam
omnium bonorum prædictæ donationis obſeruan-
tia, poſſeſſio vero dicti Bernardini donātis, & Mar-
1 chionis non controuertitur, ſed præſupponitur vt †
ſupra, quibus concurrentibus immiſſio in vim Sal-
uiani non eſt deneganda, *l. 1. & ibi gloſ. G. de Pret. & Salu. interd. Gabr. conſ. 141. nu. 7. & conſ. 46. nu. 2. lib. 1. Menoch. de adipiſc. remed. 3. nu. 17. Put. deciſ. 201. nu. 2. lib. 1. in correct. & in terminis donationis. Rot. deciſ. 539. nu. 1. & ſeqq. p. 4. & deciſ. 308. nu. 2. p. 5. recent.*

Neque obſtare viſum fuit, quod iam Caſale, de
quo agitur, per diuiſionem factam inter Maximilia-
num deſcendentem Bernardini, & Io. Petrum ob-
uenerit in portionem ipſius Io. Petri, videatur re-
manſiſſe liberum, & exemptum ab omni hypothe-
2 ca per dictum † Bernardinum contracta, ſine qua
Saluianum nō datur *l. ſi ex duobus §. ſed hac Marcellus ff. de in diem addict. l. lex vectigali ff. de Pignor. Seraph. dec. 693. nu. 5.* Quia placuit reſponſio,
quod quando hypotheca fuit ſemel orta ſuper fun-
3 do, quem quis cū altero † pro indiuiſo poſſidebat,
per diuiſionem, quæ poſtea ſubſequitur nullo mo-
do extinguitur, ſed adhuc fundus remanet pro in-
diuiſo hypothecatus prout ante diuiſionē *§. ſi quis putans, §. ſi fundus, & ibi gloſ. in verb. creditori manebit. Bart. nu. 1. & 4 ff. comm. diuid. l. 9. §. fin. vbi Bart. nu. 1. ff. qui pot. in pig. hab. l. ex quibuſdam ff. de vſufruct. leg. l. ſi conſenſit, § fin. & ibi Doct. ff. quib. mod. pign. vel hypoth. ſolu. Sacrin. conſ. 75. n. 1. lib. 1. Neguſ. de Pign. 3. membr. 2. part. quæſt. 5. nu. 37. & 43. cum alijs alleg. in Ariminen. Saluiani 18. Iunii 1631. coram R. P. D. meo Motmanno, & in Romana Officii Notariatus 20. Nouembris 1634. coram R. P. D. meo Dunozet.*

Nec releuat, quod dicta diuiſio facta fuerit au-
4 thoritate Iudicis; Quia non † propterea præiudi-
cat hypothecæ. Quemadmodum enim diuidentes
Creditoribus præſertim, qui non habebant cauſam
5 ab ipſis, per ſe non poterant huiuſmodi † præiudi-
cium inferre, vt fuit dictum in *Bononien. de Lucia 1. Martij, & 9. Nouemb. 1619. coram bo. me. Card. Sacrato*, & ſenſit Bart. & alij in locis ſupra allega-
6 tis, Ita nec Iudex potuit, nam † illius factum repu-
tatur factum partis, & illos, ad quorum fauorem
fuerat prædictum Caſale pro indiuiſo hypotheca-
7 tum, cum diuiſioni non interuenerint, nec citati †
vllo modo fuerint, afficere, aut eis quoquomodo
præiudicare non poteſt, *iuxta doctr. Bart. in l. qui Romæ §. duo fratres nu. 22. in fin. & nu. 23. ff. de verb. oblig.* & fuit dictum in *Romana Cenſus 18. mill. 5. Maij 1603. coram bo. mem. Card. Millino, & in alleg. Ariminen. Saluiani 14. Iunij 1631. coram R. P. D. meo Motmanno.*

Nec quiquam facit, quod in legatis conditiona-
libus certæ quantitatis purificata conditione hy-
8 potheca † non retrotrahatur ad diem conditi te-
ſtamenti vel mortis Teſtatoris iuxta opinionem
Caſtr. conſ. 446. nu. 1. lib. 2. & conſequenter diui-
ſio intermedio tempore facta benè videatur potuiſ-
ſe præiudicare, cum conditio adiecta adhuc pende-
ret, & nondum purificata fuiſſet, quoniam ommiſ-
9 ſo, quod † contra Caſtr. tenuerunt plures alij alleg.
in Bononien. legati ſeu Palatij 17. Iunij 1633. coram R. P. D. meo Ghiſlerio, quicquid ſit de hoc, vi-
ſum fuit nos eſſe extra hanc difficultatem, cum non
agatur de legato, ſed de credito acquiſito per do-
nationem irreuocabilem inter viuos, ideò expreſſa
10 hypotheca ipſius donationis † inſtrumento adie-
cta, & illius effectus purificata conditione prædicta
ob lineæ Marij defectum retrotrahitur ad tempus
celebrationis contractus, *l. ſub conditione, ff. de ſol. l. potior, & l. qui Balneum, ff. qui pot. in pig. hab. l. filius familias, in princ. vbi Bart. & alij ff. de verb. Crauett. conſ. 493. nu. 7. vol. 3. Parſ. conſ. 21. nu. 62. & ſeqq. lib. 1. Mantic. de tacit. & ambig. lib. 14. tit. 46. nu. 1. 2. & 5. Goſt. de retrotract. cap. 8. caſ. 31. nu. 9. & 10 Neguſ. de pignor. par. 5. memb. 1. n. 12. Rot. dec. 960. nu. 6. in fin. par. 2. recent.*

Et ita vtraque parte informante &c.

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Ariminen. Iurispatronatus.

Die Lunæ 23. Martii 1637.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus, quando hęreditas venit reſtituen-
da, non tranſit in fideicommiſſarium, ſed re-
manet penes hæredem grauatum, & quare.
Limita tamen ſi conſtet de voluntate teſta-
toris, vt illud in fideicommiſſarium transfe-
ratur.

SVMMARIVM.

1 *Teſtamentum patris eſt nullum ob præteritionem filiorum.*

2 *Teſtamentum patris tunc eſt nullum ob præteritionem filiorum, quando filij dederunt de nullitate.*

3 *Sed iſta eſt opinio gloſ. quæ non eſt recepta, ſed eſt communiter reprobata.*

4 *Teſtamentum, quando eſt nullum, ſi habeat clauſulam codicillarem, licet non ſubſiſtat iure directo, tamen hæres ab inteſtato per viam fideicommiſſi hæreditatem tenetur reſtituere hæredi ſcripto. & nu. 17.*

5 *Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium. & nu. 14.*

6 *Hæreditate reſtituta, iura ſepulchrorum apud hæredem remanent.*

7 *Hæres, ſi quis fuit, & hæreditas ablata ſit ei, quaſi indigno, penes eum iura ſepulchrorum manent.*

8 *Iuſpatronatus liberorum remanet penes hæredem grauatum, & non tranſit ad fideicommiſſarium.*

9 *in Fideicommiſſarium tranſeunt ea tantum, quæ commo-*

commodum pecuniarium continent. vide n.25.
10 *Iuſpatronatus eſt quid religioſum, & commodũ pecuniarum non reſpicit, ſicut ius ſepulchrorum.*
Iuſpatronatus nõ eſt de corpore hæreditatis n.10.
11 *Hæres grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, non propriè hæreditatem reſtituit, ſed bona per hæreditatem accepta.*
12 *Hæres grauatus non facit hæredem fideicommiſſarium.*
13 *Subſtitutus ab inteſtato ex clauſula codicillari plus conſequi non poteſt, quàm fuiſſet conſecutus, ſi alio hærede inſtituto ad ſui fauorem fuiſſet factum fideicommiſſum. vide nu.24.*
15 *Fideicommiſſum tranſit in fideicommiſſarium, quando conſtat de voluntate teſtatoris.*
16 *in Hæreditate ſuccedens conſequitur iuſpatronatus hæreditarium, ſiue ſit conſanguineus, ſiue extraneus.*
18 *Voluntas durare præſumitur, niſi contrarium probetur. & iſta eſt regula. & nu.19.& 26.*
19 *Voluntas nulla à principio propter aliquem defectum, illo ceſſante conualeſcit aliquando, quia voluntas præſumitur.*
20 *Sponſalia contracta inter infantes licet ſint nulla, tamen ſi non diſſentiunt effecti maiores ſeptennio, conualeſcunt, quia præſumitur durare voluntas.*
21 *Teſtator, quando aliquem hæredem inſtituit, voluit etiam, vt in eum tranſeat iuſpatronatus. amplia vt hic.*
22 *Clauſula codicillaris in teſtamento cenſetur appoſita de voluntate teſtatoris. & iſta eſt verior, & communior opinio.*
23 *Voluntas ex actu nullo declaratur.*
26 *Teſtatoris voluntas non præſumitur mutata.*
27 *Iuſpatronatus quando transfertur cum vniuerſitate bonorum, conſenſus Epiſcopi non eſt neceſſarius.*
28 *Iuſpatronatus, quando transfertur in compatronum, non requiritur conſenſus Epiſcopi.*

DECISIO CCVI.

HOC Iuſpatronatus peruenit ad Ludouicum, & Franciſcum Mariam Marcheſellos; Ludouicus obijt inſtituto hærede dicto Franciſco Maria fratre, præteritis duabus filiabus fœminis, deceſſit etiam prædictus Franciſcus Maria inſtitutis hæredibus tribus filijs maſculis. Adueniente vacatione dicti Iuriſpatronatus, prædicti filij maſculi Franciſci Mariæ præſentarunt Franciſcum Caſtaneam, dictæ autem filiæ fœminæ Ludouici Marcum Antonium Cecium; qui obtinuit gratiã Apoſtolicam cum derogatione medietatis Iuriſpatronatus, & cum fuerint latæ duæ ſententiæ Rotales, in quibus fuit pronunciatum, dictam gratiam non ſuffragari prædicto Marco Antonio; Dubitaui, An dictæ ſententiæ eſſent confirmandæ, vel infirmandæ.

Et pro infirmatione dicebatur, duo eſſe præſup-
1 ponenda; Primum, quod teſtamentum † Ludouici
erat nullum ob præteritionem filiarum. *l. fin. ff. de
liber. & poſthum. §. aliud quoque Capitulum Auth.
vt cum de appell. cognoſc. & licet gloſ. in d. l. filio præ-
terito in verb. tuebitur ff. de inoffic. teſtam.*
2 teneat hoc demum procedere, ſi filius dederit † de
nullitate, & hanc eſſe communem opinionem
dicit *Iaſ. in l. poſthumo nu. 23. C. de bonor. poſſeſſ.
contra tabul.* tamen gloſ. communiter reprobari di-
cit *Gomez variar. tom. 1. cap. 12. verſ. prima eſt*, &
opinionem contra gloſam communem eſſe pariter
dicit *Alex. in l. poſthumo nu. 16. in fin. & Dec. ibi-*
3 *dem nu. 9.* teſtatur de veriori, eamque † veram, &
communem opinionem dicit *Angel. in d. l. filio præ-
terito nu. 5. verſ. prima eſt, & dixit Rota in cauſa
Romana de Mareſcottis 14. Decembris 1615. corã
bo. me. Cardin. Sacrato, quæ eſt deciſ. 770. num. 2.
par. 2. recentior.*

Secundum præſupponendum erat, quod cum
4 teſtamentũ eſſet nullum, quamuis haberet † clau-
ſulam codicillarem; nihilominus non ſuſtinebatur
iure directo, ſed hæres ab inteſtato per viam fidei-
commiſſi tenebatur reſtituere hæredi ſcripto, *Bart.*
& alij communiter in *Auth. ex cauſa C. de liber.
præter. Bald. conſ. 35. proponitur quod, nu. 3. verſ.
modò quæritur lib. 3. Alexand. conſ. 26. nu. 5. lib. 1.
vbi Apoſtilla dat concordantes, Roland. conſ. 71.
nu. 57. & ſeqq. lib. 2.* vbi de communi, & idem dicit
Gabr. de clauſ. lib. 6. concluſ. 8. n. 9. cum alijs quam-
pluribus, qui poſſent allegari;

Hinc inferebatur, quod cum Franciſcus Maria
habuerit hæreditatem non iure directo, ſed per fi-
5 deicommiſſum, † Iuſpatronatus non tranſiuerit in
ipſum, cum illud non tranſeat in fideicommiſſariũ,
vt deſumitur ex *l. quia perinde §. reſtituta ff. ad
Trebell.*, vbi reſtituta hæreditate, iura ſepulchro-
6 rum † apud hæredem remanent, & ex *l. ſi quis fuit
hæres ff. de Religioſ. & ſumpt. funer.*, vbi ſi quis fuit
hæres, & hæreditas ablata ſit ei, quaſi indigno,
7 penes eum iura † ſepulchrorũ manent; ergo idem
dicendum eſt de Iurepatronatus *l. ſi Patroni filius
ff. ad Trebell.* vbi Iuſpatronatus liberorum remanet
8 penes † hæredem grauatum, & non tranſit ad fi-
deicommiſſarium, quod ampliatur ex eo, quod in
fideicommiſſarium tranſeunt ea tantùm, quæ com-
9 modum † pecuniarium continent, ſed Iuſpatro-
natus eſt quid religioſum, & commodum pecu-
niarium non reſpicit, ſicut Ius ſepulchrorum, nec
10 eſt de † corpore hæreditatis, *Rocch. de Iurepatro-
natus in ver. ipſe, vel is nu. 20. & 21.* vbi poſt *Imol.*
reſpondet contrarijs, *Bero. in rubr. de Iurepatr.*
11 *nu. 5.* quia hæres grauatus † reſtituere hæredita-
tem fideicommiſſario, non propriè hæreditatem
reſtituit, ſed bona per hæreditatem accepta, non
12 enim fideicommiſſarium † hæredem facit, ita no-
uiſſimè arguit *Ferdinand. à Caſtro Palao de Relig.
par. 2. tract. 13. diſput. 2. punct. 4. nu. 5.* & propte-
reà dictus Franciſcus Maria ab inteſtato ſubſtitu-
tus ex clauſula codicillari plus conſequi non po-
13 terat, † quàm fuiſſet conſecutus, ſi alio hærede in-
ſtituto, ad ſui fauorem fuiſſet factum fideicommiſ-
ſum *Bald. conſ. 170. nu. 10. lib. 5. Dec. in l. precibus
nu. 18. C. de impuber. alijs & ſubſtitut.*
14 Et iſta ſententia eſt cõmunis, eamq. † tenuerunt
quamplures DD. allegati in deciſione in hac cauſa
facta 16. Nouembris 1635. * coram R.P.D. meo
Pirouano, quibus addo *Gulielm. de Benedictis in
c. Raimutius de teſtam. par. 2. in tract. compendioſ.
ſubſtitut. nu. 24. fol. mihi 56. Anton. Gomez variar
tom. 1.*

Digitized by Google

*tom.1. cap.5. n.29. Didacus Perez in Ordinat. Re-
gni lib.1. tit.6. lib.1. pag 139. col.2. verſ. eſt, &
alia quæſtio. Facchin. controuerſ. iur. lib.10. q.94.
verſ. mihi verior, vbi de veriori Coualt. in ſpecul.
commun. opin. quæſt.717 n.4. Ferdinand. à Caſtro
Palao loco ſupra citato nu.4.* vbi de communi *Au-
guſtin. Barboſ. de poteſt. Epiſcop. par. 3. alleg. 71. n.9.*

Cæterum in hac facti ſpecie contrarium, Domi-
ni cenſuerunt, ſcilicet Iuſpatronatus tranſiuiſſe in
dictum Franciſcum Mariam. Et ratio DD. fuit,
quia Iuſpatronatus trãſit etiam in fideicommiſſa-
15 rium, † quando conſtat de voluntate teſtatoris,
prout conſtat in caſu iſto, *Emanuel Coſta in c. ſi
pater ver. Trebellianica nu. 6. par. 2. verſ. vltimo
ſubinfertur de teſtam. Couar. variar. lib.2. cap.18.
nu.6. Garz. de benef. par.5. cap.9. nu.19. Lambert.
de iurepatr. lib.1. par.2. art.35. ad finem. Modern.
de re benef. quæſt.11. num.37. lib.2. Rota apud Vi-
uian. de iurepatr. deciſ. 24. & fuit dictum in hac
cauſa 27. Iunij ſuperioris anni* coram R. P. D,
meo Pirouano,*

Quod autem in hoc caſu conſtet de voluntate
teſtatoris, quod iuſpatronatus tranſeat in fratrem
fideicommiſſarium, ſatis patet, quia dictus frater
fuit inſtitutus hæres, quare certum eſt, quod ſi te-
ſtamentum potuiſſet ſuſtineri, quod iuſpatronatus
16 tranſibat cum hæreditate, qui † enim ſuccedit in
hæreditate, conſequitur etiam iuſpatronatus hære-
ditarium, ſiue ſit conſanguineus, ſiue extraneus,
quia iuſpatronatus tranſit cum hæreditate, *c. cum
ſæculum de iurepatr. clemen. plures eod. tit. Abb. in
c.1. pariter eod. tit. Azor. inſtit. moral. par.2. lib.6.
cap. 20. quæſt 19. in medio Ferdinan. de Caſtro
Palao loco ſupra allegato nu.* 2. & propterea, licet
teſtamentum non ſuſtineatur ex præteritione filia-
rum, vt dictum eſt, & dictæ filiæ ex clauſula codi-
17 cillari † per fideicõmiſſum teneantur reſtituere hę-
redi ſcripto, nõ præſumitur tamen mutata volũtas
teſtatoris, vt fideicommiſſarius, qui capit per obli-
quum habeat iuſpatronatus, quod habuiſſet, ſi cœ-
18 piſſet iure directo, vt dixi, voluntas † enim durare
præſumitur, niſi contrarium probetur *Signorol.
conſ.20. nu.7.* vbi dicit hanc eſſe regulam, & allegat
*tex. in l. eum qui, ff. de probat. Decia. conſ.61. n.31.
lib.2.* qui loquitur in teſtatore, & ſtatuentibus, *&
conſ.15. nu.8. lib. 3.* & bene faciunt *Federic. de
Sen. conſ.194. in princ. iuncto verſ. item cum vt di-
ctum eſt. Calder. conſ.1. de ſponſal.* vbi quod volũ-
19 tas à principio nulla propter aliquẽ defectũ, † illo
ceſſante, conualeſcit aliquando, quia præſumitur
durare, & dat exemplum in ſponſalibus contractis
20 inter infantes, quæ licet † ſint nulla, tamen ſi non
diſſentiunt contrahẽtes effecti maiores ſeptennio,
conualeſcunt, quia cenſetur durare voluntas, quod
bene facit ad propoſitum noſtrum; nam teſta-
tor inſtituendo fratrem hæredem, voluit etiam in
21 illum tranſire iuſpatronatus, & quamuis iſta † vo-
luntas fuerit nulla iure directo, ex quo præterijt fi-
lias, tamen durauit per obliquum ex clauſula co-
22 dicillari, † quæ cẽſetur adiecta ex voluntate teſtato-
ris, *Theſaur. deciſ.141. nu.2.* vbi de communi *Card.
Mantic. de coniect. vltim. volunt. tit.10. num.2.* vbi
alios allegat, & de magis communi teſtatur *Hon-
ded. conſ.74. nu.43. lib.1.* vbi de veriori, & magis
communi *Turret. de clauſ. codicillari. quæſt.4. n.3.
& 4.* vbi de magis communi, vltra quod etiam ex
23 actu † nullo declaratur voluntas, vt notum eſt.

Non obſtat igitur, quod ſubſtitutus ex clauſula
codicillari non poteſt plus conſequi, quàm conſe-
queretur, ſi fideicommiſſum ex teſtamento fuiſſet
24 relictum, quia hoc regulariter † eſt verum, ſed in
caſu iſto conſtat, teſtatorem voluiſſe iuſpatronatus
tranſire in hæredem à ſe inſtitutum, licèt iſte capiat
per fideicommiſſum, vt ſupra probatum eſt, & ſic
ceſſat obiectum,

Et hac reſponſione tolluntur etiam alia funda-
menta, videlicet, quod iuſpatronatus ex eo non
tranſit in fideicommiſſarium, quia in eum tranſeũt
tantum ea, quæ concernunt commodum pecunia-
rium, & quod hæres grauatus reſtituere hæredita-
tem, non cenſeatur grauatus reſtituere ipſam hæ-
25 reditatem, ſed bona, quæ ſunt in hæreditate, † quia
iſta ſunt vera, ceſſante voluntate teſtatoris; in hoc
autem caſu conſtat de voluntate illius, quod,
ſcilicet reſtituatur etiam iuſpatronatus, quia quan-
tum in ſe fuit, vſque ab initio, inſtituendo fratrem,
illi iuſpatronatus etiam reliquit, & quamuis inſti-
tutio iure directo non valuerit ob præteritionem fi-
26 liarum, † nihilominus voluntas teſtatoris mutata
non præſumitur, vt deduxi.

Neque obſtat, quod in huiuſmodi relicto non
27 interuenerit conſenſus Epiſcopi, quia † cum fuerit
translatum iuſpatronatus vna cum vniuerſitate
bonorum, conſenſus Epiſcopi nõ fuit neceſſarius,
vt colligitur *ex c. ex litteris, & c. cum ſæculum de
iurepatr. Lambert. de iurepatr. lib.1. par.2. quæſt.
1. art.2. Abb. in d. c. ex litteris. Sanchez conſ. mo-
28 ral. tom.1. lib.2. c.3. dub.76. nu.2.* vltra quod † cũ
fuerit relictum compatrono, conſenſus Epiſcopi
non erat neceſſarius, vt per *Rot. apud Viuian. deciſ.
110. nu.14.* cum ibi allegatis.

Et ita concluſum vtraque parte informante &c.

* *Eſt deciſio 72. ſupra in hac eadem parte.*

* *Eſt deciſio 170. pariter ſupra.*

R. P. D, MOTMANNO.

Goanẽ Caſtrorum.

Die Veneris 27. Martij 1637.

ARGVMENTVM.

Ad ſcripturæ exhibitionem, vt quis cogi poſ-
ſit, quid requiratur, & ex quibus præſuma-
tur, quod aliqua ſcriptura ſit penes aliquem,
& ex quo contrarium arguatur.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in poſſeſſione Caſtrorum non eſt conce-
denda, ſi non conſtet de inueſtitura, & ſimplex
copia priuilegij abſque originali non ſufficit.*

2 *Inueſtituræ littera, licet non appareant origina-
les, adminiculis tamen concurrentibus ſuffra-
gantur.*

3 *Scripturæ non originali, ſtantibus pluribus ad-
miniculis, an ſit adhibenda fides in odium nolen-
tis producere ſcripturam originalem.*

4 *Scri-*

4 *Scriptura data concurrentibus adminiculis probat antiquitatem.*

5 *Teſtis, licet ſit examinatus ad perpetuam rei memoriam, ſi tamen deponat de facto proprio, magnum veritatis præbet adminiculum.*

6 *Fama in antiquis, & obſcuris vrgentem producit coniecturam.*

7 *Scriptura exemplata ſumit adminiculum, ſi contineat nomen Principis, annum eius, diem, & locum.*

8 *Confeſſio extraiudicialis probat de æquitate Canonica.*

9 *Scriptura, quæ familiæ decorem concernunt, præſumuntur exiſtere penes primogenitum.*

10 *Scriptura præſumitur exiſtere penes eum, cui intereſt, ne ea reperiatur.*

11 *Scriptura exemplata ſumit adminiculum, ſtante nobilitate producentis.*

12 *ad Scripturæ exhibitionem, vt quis condemnetur, debet probari penes eum exiſtentia illius.*

13 *Confeſſio dubia, & incerta non præiudicat, nec vllum producit effectum.*

14 *Confeſſio extraiudicialis non probatur per teſtes ſingulares.*

15 *Teſtis depoſitio, ſi non percutiat id, quod quæritur, non releuat.*

16 *Teſtis, ſi dicat, quod id, de quo quæritur, non auderet aſſerere, ne alterutri ex collitigantibus afferret præiudicium non probat.*

17 *Priuilegiorum ſcriptura præſumendum eſt, quod peruenerint ad hæredem vnà cum hæreditate.*

18 *Teſtis, qui nihil concludere noluit, non eſt attendendus.*

19 *Præſumptio ſola exiſtentiæ ſcripturæ penes aliquẽ tollitur ſolo iuramento negantis, ſe amplius eam non habere, nec dolo deſiiſſe poſſidere.*

20 *Data ſcripturæ, ſublatis adminiculis, non probat antiquitatem, cum ſit poſſibile nouam ſcripturã confectam eſſe ſub data temporis antiquioris loci, anni, & Imperatoris quantumuis antiqui.*

21 *Teſtes non probant, ſi nullam dicti ſui reddant rationem ſcientiæ.*

22 *Teſtes conteſtes debent præferri alijs teſtibus ſingularibus.*

23 *ad Scripturæ exhibitionem, vt quis cogi poſſit, debet probari exiſtentia de tempore motæ litis.*

DECISIO CCVII.

CVM pro parte D. Petri Otterij peteretur
immiſſio in poſſeſſionem Caſtrorum, de qui-
bus agitur, vigore priuilegij ſeu inueſtituræ conceſ-
ſæ ex pacto, & prouidentia Othonis Imperatoris,
Rota cenſuit non eſſe ea ratione concedendam,
1 quia non conſtabat † de allegata inueſtitura, &
ſimplex copia priuilegij abſque originali non ſuffi-
ciebat, vt in *deciſione 14. Iunij* 1628. * *emanata*
coram Eminentiſſ. D. Card. Vbaldo tũc Rotæ Au-
ditore, & huius cauſæ Iudice.

Deinde coram me in dicti Domini Cardinalis
locum ſubrogato ſuſcepta diſputatione ſuper du-
bio, an medietas Caſtrorum huiuſmodi D. Petro
deberetur, die 14. Martij 1634. * capta fuit reſo-
lutio affirmatiua eo ſub fundamento, quod ex plu-
ribus tunc deductis præſumerentur feudalia ex pa-
cto, & prouidentia concedentis pro primo acqui-
tente, & eius filijs maſculis in infinitum. Quam
præſumptionem augerent litteræ Othonis Primi
2 Imperatoris † quæ licet non apparerent originali-
ter, alijs tamen concurrentibus ſuffragarentur.

Verum quia fuit poſtremo loco dubitatum, an
exemplo dicti priuilegii, ſeu inueſtituræ Othonis
Imperatoris tanquam pluribus adminiculis ſuffultæ
eſſet fides adhibenda in odium D. Bartholomei
3 † fratris non exhibentis ſcripturam originalem,
quæ penès eum vti natu maiorem dicitur exiſtere.
Iterum propoſui cauſam ſuper dubio, an eſſet re-
cedendum à deciſis coram Eminentiſſimo D. Car-
dinale Vbaldo, & Dominis placuit, vt particulari-
ter videretur, an ex depoſitionibus trium teſtium
examinatorum pro parte D. Petri, & ex alijs in
hac cauſa allegatis conſtet de tali exiſtentia ſcrip-
turæ, de qua quæritur, penès dictum D. Bartholo-
mæum, vt teneatur ad illius exhibitionem, & con-
ſequenter recedi poſſit à ſupradicta deciſione.

Plura enim videbantur ſuadere huiuſmodi exi-
ſtentiam penès D. Bartholomæum. Primò data
ſcripturæ ſub anno Dominicæ Incarnationis 962.
4 & ſic ante ſeptingentos annos, † quæ data concur-
rentibus adminiculis probat antiquitatem, *Put. de-*
ciſ. 9. de fid. inſtrum. Rota deciſ. 18. *circa fin. par. 2.*
recent.

Secundò, depoſitio vnius teſtis ad perpetuam
rei memoriam examinati, qui cum atteſtetur ſe ad
effectum conficiendi librum Genealogiæ habuiſſe
5 ſcripturam originalem, † quæ conueniebat cum
exemplo, magnum veritatis præbet adminiculum,
Aret. conſ. 13. *nu. 9. Caputaqu. deciſ.* 208. *num.* 10.
par. 1. præſertim iunctis alijs teſtibus deponenti-
bus de publica voce, & fama conceſſionis Caſtro-
6 rum in feudum ab Imperatore, † fama enim in ob-
ſcuris, & antiquis vrgentem quoque producit cõ-
iecturam, *cap. illud. §. verum de præſumpt. gloſ. in*
l. atqui natura. §. cum me abſente. ff. de neg. geſt.
& in terminis qualitatis feudalis *Bald. in cap. 1. §.*
vaſſallus. nu. 9. ſi de feud. fuer. controuerſ. in vſib.
feud. Alciat. de præſumpt. reg. 2. præſ. 3. cum alijs
cumulatis per Duen. reg. 299. nu. 3.

Tertio loco, ex eo dicta ſcriptura exemplata ſu-
7 mit adminiculum, quod † continet nomen Impe-
ratoris, annum Imperij, diem, & locum iuxta *gloſ.*
in l. generali, in verbo ſeruituti in fine. C. *de Tabu-*
lar. lib. 10.

Quartò, ex eo adminiculum deducitur, quod te-
ſtes deponant de exiſtentia penes D. Bartholomæũ
8 ex eius confeſſione, † quæ licet ſit extraiudicialis,
tamen de æquitate canonica operatur, *gloſ. in cap.*
quoties, il primo, quæſt. 7. Felin. in cap. ſi cautio.
nu. 27. de fid. inſtrum.

Quintò, quod penès eundem D. Bartholomæũ
9 fratrem primogenitum præſumitur exiſtere † ſcri-
pturam originalem, quæ familiæ decorem concer-
nit, *gloſ. in c. ſi Epiſcopum. 16. quæſt. 6. Menoch. de*
præſ. lib. 6. præſ. 61. num. 11. Gratian. diſcept. 736.
num. 16.

Sexto loco, ſuccedit præſumptio, quod dicti D.
Bartholomæi innitentis primogenituræ interſit, ne
10 reperiatur ſcriptura originalis inueſtituræ, † quæ
fauet D. Petro eius fratri, & hoc iudicium expen-
dit.

Digitized by Google

dit, *Bart.in l.vltim.ſub nu.5. ff.de quæſt.Maſcard.*
*de probat.concl.*831. *nu.* 12 *Giurb. deciſ.*29. *nu.*10.
Rota deciſ 418. *nu.*5. *par.*2. *recent.*
Septimo & vltimo loco adminiculatur nobili-
11 tas D. Petri, qui produxit † exemplum, quam in
his terminis pro adminiculo probationis admiſit,
*Rota coram Puteo deciſ.*349.*nu.*1. *lib.* 2. *& poſt* 2.
*vol.conſ.Farin.deciſ.*120. *nu.*4.
His tamen non obſtantibus viſum fuit Dominis
non conſtare de exiſtentia præfatæ ſcripturæ penès
D. Bartholomæum ad effectum, vt eam exhibere te-
neatur. Quia tres teſtes inducti ad id probandum
ex confeſſione extraiudiciali ipſius D. Bartholo-
mæi non affirmant, ſe vidiſſe ſcripturam originalẽ,
ſiquidem primus deponit per hæc verba, *Hò inteſo*
dire dal Signore Bartholomeo, che in vna carta
grande fuſſe vna Bolla, ò Inueſtitura d'Ottone Im-
peratore, ſed non addit eam eſſe penès D. Bartho-
12 lomæum, qnod eſt † maximè probandum ad hoc,
vt ad illius exhibitiouem condemnetur, *l.*3. *§. ſcit-*
dum, & ibi gloſ. in verb. ſummatim in fine. ff. ad
13 *exhib.* alias confeſſio tanquam † dubia, & incerta
non præiudicat, nec vllum producit effectum, *l.cer-*
*tum de confeſſ. Rota deciſ.*685. *nu.* 3. *par.* 1. *diuerſ.*
Alter etiam teſtis qnamuis magis explicitè depo-
nat de prædicta confeſſione D. Bartholomæi ſub
his verbis: *Mi diſſe, è vero, che hò vna patente, ò*
priuilegio dell'Imperatore Ottone della conceſſione
de' Caſtelli nominati di ſopra, ma diſſe, che non
ſeruiua per non hauer ſigillo, nullam tamen facit
probationem, tum quia de confeſſione, quod D.
14 Bartholomæus † haberet priuilegium eſt ſingula-
ris, *cap. licet vniuerſis, cum gloſ. de teſtib.* tum
etiam quia eius depoſitio non percutit priuilegiũ
15 † authenticum, de quo eſt controuerſia, & cui nõ
poſſunt conuenire illa verba, *Che non ſeruiua per*
non hauer ſigillo.
Similiter tertius teſtis, qni fuit antea ad perpe-
tuam rei memoriam examinatus, nullum facit gra-
dum probationis, quia repetitus deponit ſe ex ſcri-
pturis ſolis traditis compoſuiſſe librum Genealo-
giæ illorum de Otterijs, nnnquam tamen vidiſſe
originalia, ſed ſimplices copias eorundem, quarũ
fruſtratoria eſſet exhibitio, & in priori examine
ſcripturam ſibi traditam appellaſſe originalem re-
16 ſpectu libri Genealogiæ, † non audere tamen talẽ
aſſerere, ne alterutri fratrum collitigantium præ-
iudicinm afferat, vel ſuffragetur, & præterea con-
cludit exiſtentiam illius penès Petrum his verbis:
l'vltima volta, che io reſtituij detto priuilegio, lo
reſtituij inſieme co'l libro della Genealogia, e chi hà
hauuto il libro, ha hauuto anco il priuilegio, quod
confirmauit ipſe D. Petrus, dum Rotæ oſtendit li-
brum, vnde attenta huius depoſitione ſequitur, ꝙ
ſcriptura priuilegij reperiatur penès ipſum D. Pe-
trum, qui librum oſtendit, vel quod copia, quam
produxit, ſit eadem, quam teſtis deponit ſe vnà cũ
libro reddidiſſe, idemq. magis cõfirmat ipſe teſtis,
dum de libro deponit ſuper 5. art. ſub alijs verbis
videlicet. *Et vltimamente mi ricordo d'hauerlo ve-*
duto in caſa della Signora Panta dell Atti madre
di queſti Signori. Quia cum hæreditas materna
peruenerit ad D. Petrum ſolum, non verò ad alte-
17 rum fratrem, inde inſurgit præſumptio, † quod ſcri-
ptura priuilegij peruenerit ad eundem cum hære-
ditate, vt per *Menoch.d. præſumpt.*61. *nu.*6.*lib.*6.
*cum alijs allegatis per Adden.ad Greg.dec.*129.*n.*7.
Et quamuis idem teſtis ſuper d.5.art.antequam
protuliſſet verba vltimo loco ponderata dixerit: *il*
libro io lo diedi al Sig. Bartholomeo, & deinde iux-
ta ſeptimum interrogatorium in fine addidit eum
habuiſſe priuilegium, qui habuit, & librum ab ipſo
teſte Genealogiſta vtrumque reſtituente, inde ta-
men inferri non poteſt, quod D. Bartholomæus ha-
buerit ſcripturam priuilegij, quoniam perlecta to-
ta depoſitione ſuper 5.art. alius lõgè diuerſus ſen-
ſus elicitur, ſiquidem poſtquam depoſuit ſe dediſſe
librum D. Bartholomæo, ſubdit ſequentia: *dopoi mi*
fu reſo, che vi aggiunſi alcune coſe, & queſto è ſta-
to più volte, vltimamente mi ricordo hauerlo viſto
in caſa della Signora Panta dell' Atti madre di
queſti Signori, doue anco erano preſenti il Sig. Bar-
tholomeo, & il Signor Pietro, de' quali chi l'hebbe
io non mi ricordo, quæ depoſitio tantum abeſt, vt
probet vltimam exiſtentiam penès D. Bartholo-
18 mæum, † quin potius inde euincitur teſtem nihil
ſuper hoc voluiſſe firmare.
Non obſtat præſumptio, quod ſcriptura perue
nerit potius ad D. Bartholomæum vti maiorem
natu, quia ex depoſitione einſdem vltimi teſtis de-
prehenditur alios habuiſſe penès ſe priuilegium
præter ipſum D. Bartholomæum, dum iuxta dictũ
ſeptimum interrogatorium reſpondit: *Il medeſimo*
mi è ſtato dato più volte in mano da perſone della
caſa di queſti Signori, & in particolare per le man
del Sig. Tancredo Petrucci altre volte da Reſo Ce-
ſi, e da ſeruitori di caſa &c. Vnde conſtat de pro
miſcua detentione priuilegij excluſiua cõtinuatio-
nis penès D. Bartholomæum, cuius præſumptionẽ
19 poſſe tolli † ſolo iuramento negantis ſe amplius
habere, neque dolo deſijſſe habere cenſuit *Rota co-*
ram me in Romana legati 26. *Iunij* 1634. in qua
ea ratione à prioribus deciſionibus fuit receſſum,
quod præſumptio continuationis in illis ponderata
ceſſaret ex probationibus de promiſcua retentione
localium penès virum, & relictam vxorem; dictus
itaque vltimus teſtis Genealogiſta inſuper deſtruit
adminicula, vt ſupra deſumpta ex antiquitate datę,
& contentis in ſcriptura, & ex teſtibus de publica
voce, & fama feudalitatis, & alijs, data enim pri-
20 uilegij † ſublatis adminiculis, non probat antiqui-
quitatem, cum ſit poſſibile nouam ſcripturam cõ-
fectam eſſe ſub data temporis antiquioris loci, &
anni, & Imperatoris quantumuis antiqui, *Put. de-*
*ciſ.*186. *nu.*2. *lib.*3.
Neque ad effectum probandi exiſtentiam ſuffra-
gantur teſtes deponentes de publica voce & fama,
quod Caſtra, de quibus in ſcriptura ſint feudalia ex
21 conceſſione Imperiali; † dum nullam reddũt cau-
ſam ſcientiæ, vt requiritur iuxta *Afflict. deciſ.*277.
*nu.*4. *&* 361. *etiam nu.* 4. & etiam conquaſſantur
ex teſtibus pro parte D. Bartholomæi examinatis
deponentibus de allodialitate, & conſequenter de
non feudalitate, qui cum deponant de actibus ſpe-
22 cialibus inferẽtibus qualitatem allodialitatis, † &
ſint conteſtes, debent præferri alijs teſtibus exami-
natis pro parte D. Petri, *Rota deciſ.*24. *num.*14. *&*
*deciſ.*245. *nu.*5. *ante fin. par.*1. *recent.*

Nullus

Nullus præterea dictorum teſtium probat exi-
23 ſtentiam Priuilegij originalis † de tempore motæ
huius litis, vt etiam requiritur *iuxta tex. in l. ſi-
gni, §. fin. ff. ad exhib.* cum nõ incidenter, ſed prin-
cipaliter agatur ad effectum fundandi intẽtionem
ſuper feudalitate Caſtrorum, quam D. Petrus in-
tendit deducere ex Priuilegio Othonis; quod ea
de cauſa petit exhiberi, quia in Iudicio principali
petitæ immiſſionis vigore dicti Priuilegij per ipſum
24 intentato † ideo non obtinuit, quod copia illius nõ
faceret probationem, vt in dicta deciſione Emmẽ-
tiſſimi D. Cardinalis Vbaldi.

Demùm adminiculo deducto ex nobilitate D.
25 Petri producentis, † & grauati onere probandi
huiuſmodi exiſtentiam, obijcitur par nobilitas D.
Bartholomæi eius fratris, qui negat.

Et ita vtraque parte informante &c.

* *Eſt deciſio 187. par. 5. recent.*

* *Habetur iſta deciſio infra in Additione, prout in Indice in eius fine poſito.*

REV.^MO^ P.D. PIROVANO DECANO.

Fauentina Iuriſpatronatus.

Die Veneris 27. Martii 1637.

ARGVMENTVM.

Ad Iuſpatronatus mixtum non ſunt admittendi ad præſentandum illi, qui ſunt de diuerſa familia; & quando iuſpatronatus dicatur mixtum. Iuſpatronatus quando non ſit in eſſe deductum.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus quando eſt mixtum nempe gentilitium cum qualitate hæreditaria, tunc illi, in quibus deficit qualitas gentilitia, non admittũtur ad præſentandum.*

2 *Familia, quod fuerit vocata ad præſentandum, ex quo inferatur.*

3 *Præſentatio ad iuſpatronatus, ſi ſit facienda ab vno de familia, non conuenit ei, qui eſt de diuerſa familia.*

4 *Scriptura referens, maiora, quàm in ſcriptura relata continere non poteſt.*

5 *Iuſpatronatus non dicitur in eſſe deductum, ſi non adſit conſenſus Ordinarij, & erectio.*

6 *Verba, iuxta diſpoſitionem, propriè pertinent ad vltimam voluntatem.*

7 *Copula, &, de ſui natura ſolet copulare diſpoſitiones.*

8 *Copula, &, natura eſt potius ampliare, quam reſtringere diſpoſitiones.*

DECISIO CCVIII.

VACANTE Capella, de qua agitur, Lucretia tamquàm de familia de Scardauis præſentauit Iacobum Caſſanum; Smeralda autem de diuerſa familia, nempè de Venturinis præſentauit Io. Paulum Caſtellinum, qui obtinuit gratiam Apoſtolicam ſuper prælatione, cum derogatione medietatis Iuriſpatronatus, quam non eſſe iuſtificatam, Iacobo tantummodo informante, fuit reſolutum 23. Ianuarij 1636. * & conſequenter dictum Iacobo adiudicandum beneficium; Cauſa iterum diſcuſſa, vtraque parte informante, Domini ſub die 16. Maij præteriti * receſſerunt à deciſis, exiſtimantes Patronatum eſſe hæreditarium, & Smeraldæ pro medietate ius præſentandi cum Lucretia vti hæredis Andreæ vltimi Maſculi de familia de Scardauis ſpectare: Cæterũ articulo ſuper qualitate Iuriſpatronatus iterum examinato, & maturè diſcuſſo placuit Dominis, recedendo ab vltima deciſione, firmare, patronatum eſſe mixtum, nẽpè
gentilitium cũ qualitate hæreditaria, in quo Sme-
1 ralda tamquam † de familia de Venturinis cõcur-
rere non poteſt ad præſentandum deficiente in ea
qualitate gentilitia. *l. ſi hæredi plures. ff de cond.
Inſtit. Card. conſ. 48 nu. 9. & ſeqq. lib. 4. Gabr. conſ.
195. nu. 3. lib 1. Anchar. cap. 1. nu. 3. & Franc. nu. 4.
de Iur. patr. Couar. var. lib. 2. cap. 18 nu. 7.* & idem
fuit dictum *in Mediolanen. Iuriſpatronatus. 247.
nu. 5. part. 3. recent.*

Et de mixtura ſcilicet qualitatis gentilitiæ cum
qualitate hæreditaria, viſum fuit non poſſe dubita-
ri, quoniam in teſtamento Martini ſub die 23. Fe-
bruarij 1529. legitur, ipſum teſtatorem mandaſſe
ſuis hæredibus, quod Capella S. Martini, quam de
ſuis bonis patrimonialibus dotauit per inſtrumen-
tum rogatum manu ſer Nicolai Viarana poſt mor-
tem ipſius erigatur in Beneficium intentione con-
ſequendi Iuſpatronatus, in ea eligendo ex tunc,
prout ex nunc Bartholomæum ipſius Teſtatoris
Nepotem, præſentandum per hæredem Antiquio-
rem de domo ſua, & deinceps ad hæredes ſuos in-
fraſcriptos ſpectet, & quod antiquior de domo ſẽ-
per habeat eligere, & præſentare ſine contradi-
2 ctione aliorum cohæredum, ex † hac enim præla-
tione antiquioris de domo, ſatis infertur familiam
de Scardauis fuiſſe vocatam ad præſentandum.
*Bart. in l. pronunciatio. §. familiæ. ff. de verb. ſignif.
Peregr. de fideic. art. 22. nu. 27. Mantic. de coniect.
lib. 8 tit. 12. nu. 12 Surd conſ. 279. nu. 17.* nec con-
3 uenire Smeraldæ, † quæ eſt de familia de Ventu-
rinis diuerſa ab agnatione, & domo de Scardauis.
*Bald. in l. quoties. nu. 6. C. de ſuis, & leg. Curt. Iun.
conſ. 49. nu. 7. Rot. deciſ. 293. nu. 19. coram Papa
Gregorio XV.*

Neque obſtat reſponſio data in deciſione, quæ
reuidetur, ſcilicet non eſſe attendendam ſcriptu-
ram ſupradicti teſtamenti in determinanda quali-
tate iſtius patronatus, ſed habendam eſſe ſolum-
modo rationem ſcripturæ dotationis illius Capel-
læ, quæ contigit de Anno 1525. die 10 Maij, &
erectionis factæ à Vicario Fauentino 6. Octobris
1529 in qua dotatione Iuſpatronatus reſeruatur
pro deſcendentibus maſculis, per lineam maſculi-
nam deſcendentibus, & eorum maiori natu, ere-
ctionemq. eſſe relatiuam ad eamdem dotationem
manu ſer Nicolai ſtipulatam, quæ maiora, quàm
4 in ſcriptura relata continere non poteſt, † quibus
maſculis deficientibus, prout verè defecerunt vo-
cationem non poſſe ſuſtineri pro omnibus de fa-
milia. *Surd. conſ. 448. nu. 23. & in Ianuen. Iuriſpa-
tronatus 23. Ianuar. 1612. corã D. Card. Pãphilio.*

Quia

Digitized by Google

Quia ſcriptura dotationis non eſt perfecta dotatio, ſed promiſſio de dotando, & ornando Capellam petitam, quatenus à Canonicis aſſignetur, & dummodo dos eidem Capellæ per pręfatum Martinum in eius vltima voluntate, vel poſt eius mortem conſtituatur, quæ promiſſa fuerunt per Martinum tempore ſuæ mortis eidem Capellæ relinquere, ſeu per hęredes ſuos aſſignari facere pro dote ipſius Capellæ, & altaris; ſuperueniente autem teſtamento eiuſdem Martini, in quo dotem confirmauit, & erigi facere mandauit Capellam in Beneficium, & tempore quo adhuc Iuſpatronatus abſque conſenſu Ordinarij, & erectione, dici non
5 poterat † in eſſe deductum. *Lambert. de Iurepatr. 5. art. 2. quaſt. princ. 1. part. primi lib. in princ. Roeb. eod. tract. verbo pro eo, quod de Diœceſani conſenſu. nu. 1. & 2. Cald. conſ. 4. eod. tit. Garz. de Benef. par. 5. cap. 9. nu. 68. & deciſ. 29. nu. 8. par. 4. recent.* cui dubium qui teſtator, & ſeu fundator potuerit declarare, & mutare pertinentiam Iuriſpatronatus reſeruandi in erectione.

Scriptura autem erectionis tantum abeſt, quod excludat diſpoſitionem teſtamentariam, quin potius illi inhæreat, ponderando narratiuam in petitione hæredem Martini factam coram Vicario pro erectione Capellæ in beneficium, & diſpoſitionem Vicarij in erectione factam.

Narrauerũt enim Vicario cõtenta in prima ſcriptura dotationis, & diſpoſita in ſcriptura teſtamẽti, deinde ſubiecerunt volẽtes mortuo Martino exequi, & exequutioni demandare piam voluntatem eiuſdem Martini, & promiſſa per eũ in prima ſcriptura Prępoſito, & Canonicis obſeruare, petierunt Capellam erigi in beneficium, & ius præſentandi Rectorem ſibi reſeruari iuxta diſpoſitionẽ q. Martini, & iuxta tenorem, & formam inſtrumenti ſer Nicolai, ex quibus patet per diſcretiuam locutionem eoſdem hęredes noluiſſe ſeparare teſtamen-
6 tariam † diſpoſitionem ab ipſo inſtrumento dotationis, & prout indicant illa verba iuxta diſpoſitionem, quæ proprie pertinet ad vltimam voluntatem *Ruin. conſ. 214. nu. 14. lib. 1. Gabr. conſ. 125. nu. 17. lib. 1. Rot. deciſ. 79. nu. 1. par. 4. diuerſ.* & co-
7 pula, Et, quæ de ſui natura copulat † vtramque diſpoſitionem, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos. *l. ea tamen adiectio. ff. de legat. 1. Anch. conſ. 154. nu. 4. Rot. deciſ. 33. nu. 6. par. 1. recent.*

Vicarius denique in erigendo Capellam in beneficium, & reſeruando Iuſpatronatus ad vtramque ſcripturam, tàm donationis, quàm teſtamenti, rationem habuit, dum dixit audita, & intellecta dicta diſpoſitione, & ſibi conſtito de contentis in inſtrumento ſer Nicolai, Capellaniam ac altare ſub vocabulo S. Martini in beneficium ſine cura erexit, & ſucceſſiuè prefatis de Scardauis, & eorũ hæredibus per rectam lineam maſculinam deſcendentibus, maiori natu eorum, & ſanæ mentis Iuſpatronatus, & præſentandi reſeruauit, quæ familia in
8 † duabus illis ſcripturis dotationis ſcilicet, & teſtamenti fuerunt contemplata vnà cum eorum deſcendentia, cum qualitate maſculinitatis demõſtrata, & ex eis maiori natu, quæ propriè cõtinent, & familiam, & hæredes ad mixturam pertinentia, vt ſupra dictum eſt, nec verba in fine ſcripturæ erectionis, ibi, & iuxta tenorem, & formam inſtrumẽti dicti ſer Nicolai limitant, aut reſtringunt reſeruationem pro familia de Scardauis, ſed ampliant, & coniungunt vtramque ſcripturam per copulam,
9 &, † cuius naturam eſſe magis ampliare quàm reſtringere diſpoſitionem, ſupra dictum eſt.

Et ita, &c.

☞ * *Eſt deciſio 87. ſupra in hac eadem parte.*

☞ * *Videatur iſta deciſio infra in Additione, prout in Indice poſito in eius fine.*

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Hæreditatis de Zaccaria.

Die Veneris 27. Martii 1637.

ARGVMENTVM.

Immiſsionem petens fatetur aduerſarium poſſidere. Sententia ſuper immiſsione in poſſeſſionem, quando non ſit attendenda. Teſtator, quando dicatur voluiſſe vocare prolem propriam, & non illam hæredis.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſionem petens contra aliquem, fatetur ſe non poſſidere, ſed poſſeſſionem eſſe penes eum, contra quem petit immiſſionem.*

2 *Sententia ſuper immiſſione in poſſeſſionem, ſi non conſtet, quod fuerit executioni demandata, dici non poteſt, quod per illam ſit acquiſita poſſeſſio. amplia nu. 3.*

4 *Filia venit appellatione prolis.*

5 *Fideicommiſſi conditio non poteſt dici purificata ad fauorem alicuius, ſi etiam adſunt ex vocatis ante eum.*

6 *Teſtator, quando ſubſtituit prolem, ex quo colligatur, quod voluerit ſubſtituere prolem ſuam, non autem hæredis.*

7 *Singularis numerus ad illum, qui eſt vnus, referri debet.*

8 *Teſtator, quando vocauit prolem, ſi ſimus in dubio præſumitur potius intellexiſſe de prole propria, quàm grauati.*

9 *Sororem non præſumitur teſtator voluiſſe anteponere propria filiæ.*

DECISIO CCIX.

DOMINI dixerunt Magdalenæ non eſſe dandũ mandatum de manutenendo. Quia tantũ abeſt, quòd de eius poſſeſſione conſtet, vt potius ex ipſiuſmet confeſſione appareat de contrario, cùm enim petierit contra Catharinam immiſſionem,
1 † faſſa fuit ſe non poſſidere, ſed poſſeſſionem eſſe penes Catharinam. *Innoc. in c. cum veniſſent, n. 2. & ibi Imol. nu. 21. de reſt. in integr. Greg. dec. 46. num. 3. & deciſ. 200. num. 3. Rot. deciſ. 561. num. 2. par. 1. recent.*

Neque obſtat ſententia ſuper immiſſione poſtea lata ad ipſius Magdalenæ fauorem, quia cùm non conſtet fuiſſe executioni demandatam, dici non
2 poteſt, † quòd per illam fuerit ipſi Magdalenæ ac-

quiſita poſſeſſio. *Caſſ.ad.deciſ.7.nu.2.de cauſ. poſſeſſ.& propriet.Greg.deciſ.546.nu.9.*

Et Domini petitam manutentionem eo facilius
denegandam eſſe cenſuerunt, quia clarè conſtat de
3 dictæ † ſententiæ iniuſtitia, & non de iure ipſius
Magdalenæ, cum Franciſcus, qui tanquam Ioannis
Baptiſtæ filius, & hæres bona de quibus agitur, poſ-
ſidebat, ſine filijs deceſſerit, ſuperſtite Catharina
eius ſorore germana, quam etiam in teſtamento
vniuerſalem hæredem inſtituit, & quæ propterea
habet ſine dubio intentionem fundatam, quod ad
ipſam fuerit delata ſucceſſio, itaut ſibi, non autem
Magdalenæ dari debuiſſet immiſſio, ſi per eam an-
tea non fuiſſet capta poſſeſſio.

Neque viſum fuit obſtare, quod teſtator inſtitu-
tis hæredibus dicto Franciſco filio, & poſthumo, ſeu
poſthumis ex ventre prægnãte naſcituris ſi maſculi
eſſent, ſin verò fœminæ, mandauerit illas dotari, &
deficientibus dictis Franciſco, & poſthumo, ſeu
poſthumis ſine filijs legitimis, & naturalibus, ſub-
ſtituerit Magdalenam ſororem, & conſequenter
cum Franciſcus obierit ſine filijs, & ex ventre ſit
orta dicta Catharina fœmina, videatur factus locus
fideicommiſſo ad ipſius Magdalenæ fauorem. Quia
placuit reſponſio, quòd teſtator nõ ſimpliciter vo-
cauit Magdalenam ſororem in defectum aliorum
maſculorum tantum, ſed in defectum prolis ipſius,
vt patet ex illis verbis Teſtamenti: (*omnibus verò
morientibus ſine filijs, itaut nulla proles legitima,
& naturalis in eius hæreditate, & ſucceſſione, ac
domo, & familia ipſius minimè reperiatur, tunc &
eo caſu teſtator prædictus ſubſtituit, ac ſuccedere
voluit in tota, & integra eius hæreditate, & ſuc-
ceſſione, ac domo, & familia, Magdalenã eius ger-
manam ſororem, ac eius filios, tàm fœminas, quàm
maſculos*) vnde cum hodie extet, ac reperiatur Ca-
4 tharina ipſius teſtatoris filia, quæ † venit prolis ap-
pellatione, *Bald.conſ.221. nu.1. lib.1. ex text. in
authent. licet in princip. Cod. de natural.lib. Dec.
conſ.495.num.6. Boer.deciſ.336. Peregr. de fideic.
art.22. nu.22. Caual. deciſ.125. num.* 2. non poteſt
5 dici † purificata conditio, ſub qua fuit vocata
Magdalena.

Neq; dici poteſt teſtatorem intellexiſſe de prole
Franciſci eius filij, & hæredis, non autem ipſius;
quoniam ex teſtamenti lecturâ, ac contextu mani-
feſtè probatur oppoſitum. Teſtator enim non in-
ſtituit hæredem Franciſcum tantum, ſed etiã poſt-
humum, ſeu poſthumos, & vlterius eorum filios
6 † ſubſtituit, ac proinde ſi de hæredum prole intel-
lexiſſet, vtique dixiſſet ipſorum in plurali; cum
plures eſſent illi qui fuerunt inſtituti, & ſubſtitu-
ti, non autem vſus fuiſſet illa dictione ipſius, quæ
7 tãquam † ſingularis numeri ad alium, quàm ad ip-
ſummet teſtatorem referri nequit, *Bart. in l. fin.
nu.2. ff. ad Trebell. Greg. deciſ.453.nu.7.*

Præterea etiam ſi verba eſſent dubia, adhuc ta-
8 men potius referri deberent ad † teſtatorem, quàm
ad grauatũ, *gloſ. in l. ex facto, in verbo ſua, & Rip.
nu.1. & 7 ff. ad Treb. Bart. in l. peto 71. §. fratre.
nu.1. ff. de leg.2. Ruin.conſ.103. nu.15. lib.2. Me-
noch.conſ.281. nu.25. & ſeqq. lib. 3. Seraph. deciſ.
553. num.6. & ſeqq.* Præſertim, quia ſi aliter dice-
9 retur, eſſet antepoſita † ſoror propriæ filiæ, quòd
non eſt præſumendum, *Seraph. deciſ. 939. num. 11.
& deciſ. 1438. num.9.*

Et ita &c. vtraque &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Tiburtina Pratorum.

Die Veneris 24. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM.

Ex confeſſione aduerſarij bene probatur poſſeſ-
ſio alterius partis ad effectum manutentio-
nis. Saluiani fundamentum eſt creditum.
Copiæ ſimplici non creditur. Sententia la-
ta ſine probationibus eſt nulla.

SVMMARIVM.

1. *Pars ſi appellat aduerſarium detentorem, occu-
patorem &c. ex hac eius confeſſione ſatis proba-
tur illius poſſeſſio ad effectum manutentionis.*
2. *Iudex iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem
ſua poſſeſſione, ſed adhuc ipſe non obſtante ad-
uerſarij immiſſione eſt manutenendus.*
3. *Saluiani fundamentum eſt creditum, ideo ad ef-
fectum in eo obtinendi, de eo eſt docendum, aliàs
iniuſtè proceditur.*
4. *Copia ſimplex probationem non facit.*
5. *Sententia lata ſine probationibus eſt verè notoriè
iniuſta.*
6. *Fœmina ſtantibus maſculis non ſuccedunt ſtante
Statut. Vrb. lib.1. cap.145.*
7. *Hæres non poteſt agere, niſi pro ea parte, pro qua
eſt hæres.*
8. *Exceſſus ſententiam ipſam, & illius executionem
in totum vitiat, & inualidam reddit.*

DECISIO CCX.

RESOLVTVM fuit mandatum de manutenẽ-
do dandum eſſe Dominis de Leoninis; de ip-
ſorum enim poſſeſſione de tempore motæ litis cõ-
ſtat tàm ex teſtium depoſitionibus, quàm etiam ex
ipſiuſmet D. Victoriæ confeſſione facta in monito-
rio, in quo ipſos de Leoninis detentores, & occu-
patores appellauit, & deinde ſententiam ſuper im-
1 miſſione ipſis à poſſeſſione amotis obtinuit; † quæ
confeſſio hoc modo emiſſa poſſeſſionem ipſam ad
manutentionis effectum ſufficienter probat, *Rot.
deciſ.561. nu.2. par.1. recent. & dec.402. num.1.
& deciſ.458. nu.2. coram Greg. XV. & deciſ. 106.
nu.1. coram Card. Caualer. & in Firmana prædij
27. Iunij 1636. coram me.*

Neq; obſtat, quod Victoria in vim dictæ ſentẽtiæ
A. C. in poſſeſſionem immiſſa fuerit. Quia cum Iu-
2 dex iniuſtè proceſſerit, non priuauit dictos de Leo-
ninis † eorum poſſeſſione, ſed ipſi adhuc in ea ma-
nutenendi veniunt tali immiſſione non obſtante,
vt per *DD. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas.
ff. de acquiren. poſſeſſ. Rot. deciſ.339. num.5. par.3.
recent. & deciſ.233. nu.2. & deciſ.366. nu.1. & 2.
deciſ.427. nu.2. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Iniuſtitia autem viſa eſt ſatis clara, ac notoria.
Quia fuit actum in iudicio Saluiani, & nihilominus

modo

de prætenſo credito occaſione fructuum cenſus,
3 † quod eſt fundamentum ſaluiani doctum non fuit, prout doceri debebat, *l.* 1. *G. de prae. & ſalni. Rot. deciſ.* 123. *nu.* 1. *& deciſ.* 743. *nn.* 9. *par.* 3. *recent. & deciſ.* 609. *nu.* 1. *par.* 4. *& deciſ.* 308. *n.* 1. *par.* 5. *recen eum alijs alleg. per Statil. Pacific. de ſalnia. inſpect.* 1. *cap.* 5. *nn.* 1. *& ſeqq.* Si quidem prætenſi cenſus inſtrumentum productum non fuit, ſed facta dumtaxat repetitio illius, quod aliàs productum dicebatur ſub die 15. Ianuarij contra Sogliardos,
4 quod tamen non eſt inſtrumẽtum, ſed ſimplex † copia etiam abſque nomine Notarij, quæ probationẽ non facit. *Auth. ſi quis in aliquo. G. de eden. e.* 1. *& ibi gloſ. in fin. de fid. inſtrnm. Rot. deciſ.* 90. *num.* 6. *par.* 4. *& deciſ.* 77. *nu.* 13. *& deciſ.* 187. *nu.* 2 *&* 3. *par.* 5. *recent. & deciſ.* 85. *nu.* 6. *coram Reuerendiſſ.*
5 *D. meo Decano.* Adeout ſentẽtia lata † appareat fine probationibus, & ſic verè fuerit notoriè iniuſta, *Pariſ. conſ.* 54. *n.* 2. *lib.* 4. *Caſ. de Graff. deciſ.* 13. *de ſent. & re iudic. Rot. dec.* 689. *n.* 2. *par.* 1. *& dec.* 173. *n.* 2. *p.* 3. *rec. & d. dec.* 417. *n.* 7. *corã Reu. D. meo Decano.*

Præterea cum ex dictæ copiæ lectura appareat cenſum, de quo in ea fit mentio, fuiſſe emptum ab Adriano pro ſe, & Violante eius vxore, illeq. vltra ipſam Victoriam eius filiam reliquerit etiam tres filios maſculos, Tiiberium ſcilicet, Andream, & Vincentium, qui illius hæreditatem adiuerunt, & hodie etiam bona hæreditaria poſſident, vt probatur ex teſtium depoſitionibus; vel ipſa Victoria
6 propter illorum exiſtentiam in totum † excluſa remanſit ab ipſius Adriani patris ſucceſſione ex diſpoſitione *Statuti Vrbis cap.* 145 *lib.* 1. vel in om-
7 nem caſum fuit dumtaxat hæres † pro quarta parte, & pro ea tantum agere potuit, iuxta *text. in l.* 2. *ff. ſi pars har. pet. Theſ. deciſ.* 4. *nn.* 8. *Surd. cõſ.* 415. *nu.* 19. *Caual deciſ.* 346. *nu.* 7. Vnde cum egerit inſolidum, & ſententiam ſuper immiſſione pro omnibus prædicti cẽſus fructibus reportauerit, ma-
8 nifeſtè conſtat † de exceſſu; qui ſententiam ipſam, & illius exequutionem in totum vitiat, & inualidã reddit, *Bart. & alij in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. ff. de condit. indebit. Rot. deciſ.* 135. *nn.* 9. *&* 10. *& deciſ.* 359. *in fin. par.* 1. *& deciſ.* 630. *num.* 2. *&* 3. *deciſ.* 690. *nu.* 4. *par.* 2. *&* 411. *nu.* 4. *par.* 5. *recent.* Et ita vtraque parte informante.

R. P. D. MERLINO.

Gerundenſ. Iuriſdictionis.

Die Veneris 24. *Aprilis* 1637.

ARGVMENTVM.

Præceptum, quando non eſt poſitiuum, ſed negatiuum, vt ei dicatur ſufficienter paritum, quid ſufficiat. Appellatio datur ab exceſſiua taxatione expenſarum. Et quando à tertia ſententia appellatur, cenſetur appellatum ab exceſſiua taxatione expenſarum, & non à dicta ſententia, cum id fieri non poſſit.

SVMMARIVM.

1 *Præcepto negatiuo quis dicitur ſufficienter paruiſſe, præſtando patientiam.*

2 *Præceptis Iudicis, ſi quis parendo, reſeruet ſibi ius &c. ex hoc non dicitur impugnare obedientiam.*
3 *Ius ſuum ſponte deferere nemo cogitur.*
4 *Ab Expenſarum exceſſiua taxatione regulariter licitum eſt appellare.*
5 *Sententia per appellationem dicitur ſuſpenſa, & quodammodo tunc extinctum iudicatum, itant paritionem ſiue exequutionem non mereatur.*
6 *Contumacia, vbi non eſt concludenter probata non eſt locus cenſuris.*
7 *A Sententia tertia non eſt licitum appellare.*
8 *Condemnatio ad expenſas eſt pars ſententiæ.*
9 *Clauſula, omni meliori modo operatur, vt actꝰ ſubſiſteat eo modo, quo validius ſubſiſtere poteſt.*
10 *Appellatio in vim clauſulæ, omni meliori modo, eſt interpratanda eo modo, quo magis, & melius appellanti expedit.*
Voluntas à poteſtate eſt metienda. nu. 10.
11 *A Sententia tertia ſuper negotio principali non eſt permiſſum appellare, ideo ſi ſit appellatum, cenſendum eſt ab exceſſiua taxatione expenſarum fuiſſe appellatum.*
12 *Appellatio interpoſita ab omnibus grauaminibus, ſub eis, & liquidatio expenſarũ cõprehẽdi poteſt.*
13 *Appellationis ſpecifica vim habet forma commiſſionis obtenta à Principe.*
14 *Clauſula reſtitutionis in integrum aduerſus quæcumque præiudicialia appoſita in commiſſione quid operetur.*
15 *A non Paritione ſententiæ ob ſuſpenſum iudicatum quis excuſatur, & nu.* 16.
17 *Fructus, vt quis faciat ſuos, non requiritur bona fides, ſed ſat eſt, quod abſit mala.*

DECISIO CCXI.

CENSVERVNT Domini conſtare de ſufficienti paritione; quoniam ſententiæ Rotales & litteræ exequutoriales contra Beneficiatos Eccleſiæ S. Fœlicis relaxatæ duo capita continebant.

Primum non licere Beneficiatis ſe congregare, neque ius ſtatuendi illis competere, ſed priuatiuè ad Capitulum ſpectare, & cum hoc ſit præceptum
1 † negatiuum, non autem poſitiuum, præſtando patientiam, nullaſq. Capitulo turbationes, aut moleſtias inferendo, Beneficiati ſufficienter paruiſſe dicuntur, iuxta diſtinctionem deſumptam ex *Mobed. deciſ.* 9. *de re iudic. & in recent deciſ.* 319. *nu.* 1. *par.* 2. latè comprobatam *in Leodien. Canonicatus S. Pauli* 8. *Aprilis* 1622. *coram me*, & in hac eadẽ cauſa *ſub die* 22. *Iunij* 1633. *itidem coram me*, ac ſæpè in alijs, & nuper *in Cæſar auguſtana diſtributionum* 28. *Ianuarij* 1636. *coram Reuerendiſſ. D. D. meo Decano.* Quamuis etiam in verbali paritio-
2 nis oblatione Beneficiati ſibi ius reſeruauerint † tã in poſſeſſorio, quàm in petitorio, per quam cautelam non impugnari obedientiam mandatis Rota-
3 libus debitam, cum nemo cogatur † ius proprium ſponte deferere, cenſuit *Rot. in Cæſar auguſtana Canonicatus* 15. *Martij* 1610. *coram R. P. D. meo Pirouano, & in recent. deciſ.* 319. *nn.* 1. *ad fin. p.* 2. *atque in Vicen. Canonicatus* 10. *Nouembris* 1623. *coram me.*

Alterum vero caput erat, eoſdem Beneficiatos teneri ad refectionem expenſarum, & licet hoc fit

Digitized by Google

præceptum verè poſitiuum, actus poſitiuos ad ſui
implementum requirens, tamen cũ ab exceſſiua
4 † expenſarum taxatione fuerit appellatum, prout
regulariter fieri poteſt, *Clem. appellanti. de appel-
lat. Rot. decis. 636. ſub nu. 5. par. 2. recent.* vtique
5 ſuſpenſa dicitur ſententia, & quodammodo † tunc
extinctum iudicatũ; adeo vt paritionem, ſiue exe-
quutionem non mereatur, *l. 1. §. fin. vbi Bart. n. 1.
ff. ad Turpillian. cap. paſtoralis. §. præterea. de of-
fic. delegat. Lancellott. de attent. in præfat. nu. 108.
Rot. deciſ. 23. num. 2. de re iudic. in nou. & deciſ. 65.
ad med. verſ. ſed vt ponitur. de appellat. in nou.* &
6 conſequenter ceſſat contumacia, † quæ vbi non eſt
concludenter probata, non eſt locus cenſuris, *cap.
nemo Epiſcoporum. cap. certum. 11. quæſt. 3. Couar.
in cap. alma mater. par. 1. §. 9. nu. 1. Auila de cen-
ſur. par. 2. cap. 5. diſp. 1. dub. 8. Caſſad. deciſ. 12. ſub
nu. 2. de reſcript. cum alijs.*

Neque obſtare viſum fuit, quòd ſolum fuerit ap-
7 pellatum à tertia ſententia Rotali, † contra diſpo-
ſitionem totius tt. C. *ne liceat tertio prouocare*,
non autem fuerit expreſsè appellatum ab exceſſi-
ua taxatione expenſarum.

Quoniam cum in eadem ſententia contineatur
8 condemnatio ad expenſas, & ſic hæc † ſit pars ſen-
tentiæ, vtique ad hanc partem referri debet appel-
9 pellatio in vim clauſulæ omni meliori modo, † quæ
operatur vt actus ſuſtineatur eo modo, quo vali-
dius ſuſtineri poteſt, *Felin. in c. cum ſuper. num. 11.
de offic. delegat. Dec. conſ. 11. nu. 20 Rot. deciſ. 229.
nu. 9. & deciſ. 342. nu. 13. par. 5. recent.* & in ter-
minis appellationis quod in vim dictæ clauſulæ ſie
10 interpretanda † eo modo, quo magis, & melius ap-
pellanti expedit, ſcripſit *Neguſ. iun. reſponſ. 135.
nu. 106.* metiendo etiam voluntatem à poteſtate,
cum enim à tertia ſententia ſuper negotio princi-
11 pali non eſſet permiſſum appellare, † ſolum ab ex-
ceſſiua taxatione expẽſarum Beneficiatos prouo-
care voluiſſe cenſendum eſt, *argum. gloſ. in l. peto.
in princ. ff. de leg. 2. Crauett. conſ. 76. nu. 4 cum
alijs per Surd. conſ. 431. nu. 41. & ſeqq.* Præſertim
attenta generalitate verborum, qua fuit appellatũ,
12 nempè ab omnibus grauaminibus, ſub quibus, † &
liquidatio expenſarum rectè comprehendi potuit,
ex trad. per *Crauett. conſ. 308. num. 6. Surd. deciſ.
265. nu. 30. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 6. nu. 30.* Et ip-
ſa commiſſio expedita ſuper hac taxatione expen-
13 ſarum, atque recurſus ad Principem habitus † in
hoc caſu vicem ſpecificæ appellationis ſubſtinere
videtur, *Bald. in cap. ſancimus. ſub nu. 3. tit. quo
tempor. mil. inueſtit. pet. deb. Scacc. de appellat.
quæſt. 17. remed. 3. nu. 30. & 33. & fuit dictum
in Senen. Canonicatus 15. Martij 1624. coram
bo. me. Vbaldo.* Atque in omnem caſum ſuffraga-
tur clauſula reſtitutionis in integrũ aduerſus quæ-
cumque præiudicialia appoſita in dicta commiſſio-
14 ne, quæ † eam vim habet, vt commiſſio ſuſtinea-
tur, & inhibitio afficiat, donec cognoſcatur de iu-
ſtitia ſententiæ, *l. vnica. C. de in integr. reſtit. po-
ſtul. Lancellott. de attent. reſtit. in integr. pend.
ampl. 2. nu. 22. Rot. apud Caſ. de Graſ. deciſ. 1. n. 3.
de reſtit. in integr.*

Minus obſtat, quod deinde ſignatura reſcripſe-
rit pro moderatione inhibitionis in vim dictæ ap-
pellationis obtentæ. Quia ſat eſt de tempore inti-
matæ declaratoriæ Beneficiatis, appellationem,
atque inhibitionem quoad taxationem expenſarũ
15 in ſuo robore permanſiſſe, † itaut à paritione ob
ſuſpenſum iudicatum excuſarentur, quia propter
inhibitionem erat ab exequutione abſtinendum,
iuxta tradita per *Lancellott. de attent. poſt inhibit.
ampl. 6. nu. 2. Rot. coram ſanct. mem. Greg. XV. de-
ciſ. 435. nu. 6.* Vnde tunc non poterat conſiderari
contumacia, ſeu non paritionis defectus; & ſaltem
16 non poteſt negari † quin ipſi Beneficiati habuerint
aliquam cauſam coloratæ excuſationis non paren-
di, dum exequutorialia erat ſuſpẽſa per commiſſio-
nem, & inhibitionem ſubſequutam, maximè ad ef-
17 fectum faciendi fructus ſuos, † pro quibus non re-
quiritur bona fides, ſed ſat eſt abeſſe malam.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

§ *Plures Deciſiones in hac cauſa annotaui ſupra ad
deciſionem 32.*

REV.^{MO} P. D. PIROVANO DECANO.

Tarraconeñ Primitiarum.

Die Lunæ 27. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM.

Quæritur, an donatio Villæ Vimbodini facta
Monaſterio S. Mariæ de Populeto ab Alphõ-
ſo Rege &c. valida fuerit, itaut ei debeantur
primitiæ &c.

SVMMARIVM.

1 *Monaſterio habenti curam animarum primitiæ
debentur, non autem Rectori curam actu exer-
centi, vti Vicario.*
2 *Priuilegia vltra expreſſa, ſtante reſtrictiua ver-
ba conceſſionum non ſuffragantur.*
3 *Dominij tranſlatio, quibus iunctis ſumatur.*
4 *in Eccleſiam dominium rei donatæ trãſit ipſo iure.*
5 *Indulti verba ſunt inſpicienda.*
6 *Priuilegia Principum latiſſimè ſunt extendenda.*
7 *Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat etiam ipſum pri-
uilegium.*
8 *Hiſtorijs in antiquis ſolet fides adhiberi.*
9 *Tempus longiſſimum eſt potens probare titulum
cum ſuis qualitatibus.*
10 *Alienatio rerum Eccleſiæ ex curſu temporis 30.
annorum, habet in ſe præſumptionem benepla-
citi Apoſtolici cum qualitate validitatis, &
vtilitatis.*
11 *in Donatione Villæ non comprehenduntur iura
Spiritualia, quæ non ſunt de iuribus, aut perti-
nentibus Villæ.*
12 *Limita hoc ſtantibus ampliſſimis verbis donatio-
nis, & poteſtate de eis diſponere.*

DECISIO CCXII.

CENSVERVNT Domini ſtandum eſſe in
deciſis 26. Ianuarij præteriti, * quia Eccle-
ſia de Vimbodino ex Regia donatione Idelphonſi,
de anno 1172. & 1183. Sede Apoſtolica permittẽ-
te, ex indultis *Alex. II. Greg. VII. & Vrbani II.*
pro-

probatur de menſa Monaſterij † Sanctæ Mariæ de Populeto, cui primitiæ controuerſæ debentur vti curam habenti in proprietate, non autem Rectori, curam actu exercenti, vti Vicario, *Innoc. in cap. Paſtoralis, il primo de priuil. vbi etiam Abb. nu. 7. Petrus de Vbald. de vnio. cap. 2. nu. 1. & 22. Garz. de benef. par. 12. nu. 23. Rot. deciſ. 758. n. 4. & 799. nu. 1. par. 1. diuerſ.*

Non obſtat, quod prædicta indulta legantur cōceſſa Sanctio Regi, per Alex. II. Greg. VII. de anno 1073. & poſtmodum Petro Regi illius filio de anno 1095. pro Regno ſuo, & quoad Eccleſias, quas in Sarracenorum terris iure belli acquiſiuiſſet, & eas, quas in Regno ſuo ædificare feciſſet, vel in proprijs hæreditatibus fundaſſet, in quem voluiſſet diſtribuere liceret, qui Reges, cum de tempore indulti non eſſent Domini Comitatus Barchinonen̄ neque Principatus Cathaloniæ, intra cuius limites reperitur Villa Vimbodini, & Parochialis, de qua agitur, inde dicebatur ad validam huius Eccleſiæ translationem in Monaſterium S. Mariæ
2 Populeti ſuffragari non poſſe propter verba † reſtrictiua conceſſionum, quo ad Regnum, & proprias hæreditates, *Socc. conſ. 55. nu. 1. lib. 1. Natt. conſ. 388. nu. 1. Rot. deciſ. 271. nu. 1. par. 4. recent.*

Quoniam, quidquid ſit genealogia Comitum Barchinonen̄, & Principatus Cathaloniæ ad effectū tamen de quo agitur, ſufficit quod tempore donationis factæ Monaſterio de Populeto Idelphonſus donator eſſet tunc ſucceſſor Sanctij, aut Petri Regum Aragoniæ, ad quorum inſtantiam, prædicta indulta conceſſa fuere, nedum ipſis, ſed ſucceſſoribus eorumdem in perpetuum, de qua Idelphonſi ſucceſſione ante donationem non dubitatur. Siquidem Raymundus Berengarius huius nominis IIII. Comes Barchinonen̄ vſque de anno 1173. cōtraxit matrimonium cum Petronilla filia Ramiri Regis Aragonum, quæ ſucceſſit in Regno patris, & hic Ramirus fuit filius Idelphonſi fratris Petri, in indulto Vrbani nominati, & ille filius Sanctij in indulto Gregorij enunciati; ex Petronilla autem & Raymundo prodijt alter Idelphonſus cui (tunc annorum 13. de anno 1136.) Petronilla mater Regnum, & omnia iura Regalia, & ſibi competentia iure belli renunciauit, prout prædicta apud nationales hiſtoricos indubitata ſunt, & ſignanter ponuntur per Zuritam, & recenſentur in initio conſtitutionum Regni Cathaloniæ, & exaduerſo in hac parte non impugnantur, vnde cum hic Idelphonſus regnauerit vſque ad annum 1196. vt teſtantur ſupradicti, & donatio emananerit ab eodem Idelphonſo de anno 1172. & confirmata fuerit de anno 1183. dubitari non poteſt, quin à Rege regnāte, & Domino Villæ Vimbodini, donatio validè facta fuerit reſpectiuè ad dominium ex paterna Raymundi patris ſucceſſione acquiſitum, intra cuius limites ſituata reperitur Villa Vimbodini, ad Regnum per matrimonium cum Petronilla, & Raymundo patre, & renunciatione matris incorporatum, cui eſt annexa facultas diſtribuendi decimas, & primitias, ex Vrbani indulto; quibus iunctis inde
3 ſumitur dominij † translatio, concludenter probari tanquam ab eo proueniens, qui ante erat Dominus Villæ, & primitiarum, *Specul. de emphyteuſi. §. nunc aliqua. num. 71. verſ. certi ſunt modi dominium probandi, Bart. in l. cum res. nu. 5. C. de probat. Afflict. deciſ. 23. nu. 4. & 40. num. 3. Crauett. ad veſtr. lib. 5. cap. 14. in fine*, quòd eo faci-
4 lius ſuſtinetur fauore Eccleſiæ, † in quam dominiſi rei donatæ tranſit ipſo iure, *Bart. in l. 1. in 6. quaſt. quinta quaſt. princ. C. de ſacroſ. Eccleſ. Tiraq. de priuil. piæ cauſæ priuil. 39. Menoch. de arbitr. iudic. caſu 256. nu. 28. Burſatt. conſ. 55. nu. 30.*

Neque vt dicebatur, neceſſaria eſt diſcuſſio Genealogiæ Raymundi Berengarij huius nominis IV. ad oſtendendum, quod tempore indulti Vrbani II. de anno 1095. anteceſſores illius tanquam Comites Barchinonen̄, & Prouinciæ Cathaloniæ poſſidebant Villam Vimbodini, non autem tanquam Reges Aragoniæ, quę Regna non prius tranſierūt in Berengarios Comites Barchinonen̄, & Prouinciæ Cathaloniæ, quam de anno 1163. per renunciationem Petronillæ.

Quia in hoc non diſſentit Monaſterium, ſed ſuſtinet, & probat Idelphonſum dicti Raymundi filium ex Petronilla Regina de tempore donationis Villæ Vimbodini, quæ contigit de anno 1172. & 1183. fuiſſe, & Comitem Barchinonen̄, & Regem Aragoniæ, vigore renunciationis Petronillæ matris ſequutæ de anno 1163.

Quod ſi replicetur indultum Vrbani II. emanaſſe. pro Regno & Eccleſijs, quæ intra limites Regni Aragonum ſituatæ reperiebantur; non autem pro Eccleſijs alterius dominij, Raymundi ſcilicet Comitis Barchinonen̄, ad euitandam extenſionem Eccleſię prçiudicialem quo ad dominia Regnorum in futurum acquirenda.

5 Adhuc reſpondetur, attendenda eſſe † verba indulti, quæ continent facultatem diſtribuendi decimas & primitias Regi ſupplicanti, & ſucceſſoribus ritè ſubſtituendis in perpetuum, de Eccleſijs Villarum, quæ in Sarracenorum terris capere potuerint, vel eis quę in proprijs hæreditatibus fundauerint, nedum proprijs Capellis, ſed & Monaſterijs quibus diſtribuere voluerint; vnde cum tempore donationis Idelphonſus eſſet ſucceſſor ritè ſubſtitutus. & Monaſterium de Populeto eſſet intra fines hæreditatum Regis ſupplicantis propter ſucceſſionem in Comitatu Barchinonen̄ Raymundi patris, nulla verborum poteſt conſiderari extēſio. ſed proprietas; loquendo de Monaſterijs beneuiſis indefinitè prolatis quæ non debent reſtringi ad tempus
6 emanati indulti, † ſed latiſſimè interpretanda tanquam Principis priuilegium, *l. beneficium. ff. de Conſ. Princ. c. cum dilecti. de donat. Silu. conſ. 65. nu. 23. Ruin. conſ. 161. nu. 8. lib. 5. Natta conſ. 159. nu. 9. & 10. & 464 nu. 12.*

Neque obſtat, quod ſaltem debent probari qualitates indulti requirentis, quod Eccleſiæ quibus decimæ & primitiæ debentur, & de quibus data
7 eſt facultas diſtribuendi, † ſint recuperatæ de tyrannide Maurorum, vel in proprijs hæreditatibus fundatæ, *Socc. conſ. 55. nu. 1. lib. 1. Natta conſ. 388. nu. 1. Rot. dec. 271. nu. 1. par. 4. recent.* quas non probari aſſerebatur, ſed potius contrarium ex hi-
8 ſtorijs, quibus † in antiquis fides ſolet adhiberi, *Caputaq. dec. 190. par. 2. cum alleg.*

Quoniam huiuſmodi rigoroſa probatio ſupple-

tur ex obſeruantia effectuatæ regiæ donationis,
9 ſupra quadringentos annos, quæ potens † eſt probare titulum cum ſuis qualitatis, prout dicitur de alienatione rerum Eccleſiæ, quæ ex decurſu tem-
10 poris 30. annorum habet in ſe præſumptionem † beneplaciti Apoſtolici cum qualitate validitatis, & vtilitatis. *Mantic. dec.* 101. *Seraph. dec.* 1125. *n.* 3. *&* 1307. *nu.* 7. *Rota deciſ.* 52. *nu.* 3. *&* 343. *num.* 4. *coram Papa Greg. XV.*

Quæ obſeruantia, eo magis probatur ex diuiſione primitiarum cū Capellano, dum Capella S. Saluatoris, hodie Parochialis, vſque de anno 1226. erecta fuit in Curatam, remanente proprietate penes Monaſterium, vt in prima deciſione fuit firmatum.

11 Demum non etiam releuat, quod in † donatione Villæ Vimbodini, non comprehendantur iura ſpiritualia, quæ non ſunt de iuribus, aut pertinentijs Villæ. *Innoc. in C. ex litteris.* & ibi *Butr. & Card. de Iurepatr. Rot. dec.* 399. *nu.* 1. *p.* 2. *recent.*

Quia huic obiecto, fuit plene ſatisfactum in pri-
12 ma deciſione, ex ampliſſimis verbis donationis, † nihil penitus pro ſe retento, quæ ſunt apta comprehendere ſpiritualia, de quibus Idelphonſus vigore indulti Vrbani II. poterat diſponere.

Et ita deciſum eſt.

☞ * *Eſt deciſio* 192. *ſupra in hac eadem parte.*

§. *In eadem cauſa habes alias deciſiones ſub diebus* 11. *Maij* 1637. *&* 2. *Decembris eiuſdem anni coram* R.P.D. *Carillo.*

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fructuum Cenſus.

Die Lunæ 27. *Aprilis* 1637.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſor, ad hoc vt faciat fructus ſuos, quid ſufficiat, ita vt ad eorum reſtitutionem non teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor iniuſtus, quando quis eſt, deſtituitur omni iure, & titulo, qui potuiſſet illi præbere legitimam cauſam ad acquiſitionem fructuum.*

2 *Poſſeſſor non tenetur ad fructuum reſtitutionem, ſi in eo non poteſt conſiderari mala fides.*

ex Litis conteſtatione, quis conſtituitur in mala fide. nu. 2.

3 *Poſſeſſor, ſi habeat iuſtiſſimam cauſam poſſeſſionis, non tenetur ad fructuum reſtitutionem.*

4 *Fructus, vt quis faciat ſuos non requiritur aliquis titulus, qui ſit coniunctus cum poſſeſſione, ſed ſat eſt ſola bona fides.*

5 *Titulus ad dominij cauſam ſpectat.*

6 *ad Fructuum acquiſitionem non requiritur, quod conſtet poſitiuè de bona fide, ſed ſat eſt, quod deſit mala.*

7 *ad Fructuum acquiſitionem ſat eſt id medium, quod conſtituitur inter bonam, & malam fidem.*

8 *Errantes in facto alieno, habent iuſtiſſimam cauſam erroris.*

9 *Errantes etiam in facto proprio, habent iuſtam cauſam erroris, dummodo error emanauerit ad perſuaſionem partis.*

10 *Iudicis auctoritas præbet iuſtam cauſam erroris.*

11 *Iuris error non poteſt excuſare à mala fide, ſi titulus, cuius cauſa aliquis eſt in poſſeſſione, eſt nullus & à iure reprobatus.*

12 *Sed iſta ſunt intelligenda, ſi ius illi expreſsè reſiſtat, non autem, ſi ei ſolum non aſſiſtat.*

13 *Alienationi rerum minorum facta ſine debitis ſolemnitatibus ius non aſſiſtit.*

14 *Poſſidens rem prohibitam alienari, tunc ſolum cenſetur excluſus ab acquiſitione fructuum, ſi illius alienatio prohibita erat propter vitium, quod inerat in ipſa re.*

15 *Sed ſecus ſi alienatio diceretur nulla propter defectum certarum ſolemnitatum.*

16 *cum Iuris errore ſi allegetur error facti, excuſat à mala fide.*

17 *cum Minore contrahens deceptus tutoris falſa authoritate, non dicitur in mala fide, ſi non ſit id, quod dicit tutor.*

* DECISIO CCXIII.

POSTQVAM declarata fuit nullitas huius cenſus tanquam impoſiti ex falſa cauſa per Virginiam tutricem ſuorum filiorum, & hæredum quondam Tiberij de Citara, Dubitatum fuit, an illis deberentur fructus, quos perceperant Capitulum, & Canonici Eccleſiæ S. Marci emptores eiuſdem cenſus, & à quo tempore: Quo dubio hodie per me propoſito DD. reſponderunt Canonicos teneri ad reſtitutionem eorumdem fructuum à die motæ litis, cum ab eo tempore conſtituti fuiſſent in mala
1 fide, & ideo tanquam iniuſti † poſſeſſores deſtituti fuerūt omni iure, ac titulo, qui potuiſſent illis præbere legitimam cauſam ſuper acquiſitione eorumdem fructuum, vt habetur in *l. ſed & ſi lege* §. *ſcire ff. de petit. hæredit. & in l. certum C. de rei vendic.* & notant ibi DD. & in § *ſi quis à non domino. Inſtit. de rerum diuiſ. gloſ. in cap. grauis. de reſtit. ſpoliat. & ibi Abbas nu.* 7. *Rota deciſ.* 4. *eodem tit. in nouis.*

Non idem dici poterat de tempore ante litem motam, quo Canonici perceperunt fructus eiuſdē cenſus, qui fuerunt illis ſoluti à Virginia, aut à filijs
2 Tiberij, cum pro eo † tempore non poſſet in ijs conſiderari ea mala fides, quæ poſtea inducta fuit ex litis conteſtatione, vnde rectè illis ſoluti fuerūt
3 ijdem fructus ex contraria ratione, quia ſcilicet † poſſeſſio, quam habebant, erat iuſtiſſima cauſa illos acquirendi, vt notant DD *in d.* §. *ſi quis à non domino. Inſtit. de rerum diuiſ.*, & probat *text. in l. bona fidei, ff. de acquiren. rer. dominio.* Neque ad
4 hunc effectum requirebatur aliquis titulus, † qui eſſet coniunctus cum eadem poſſeſſione, ſed ſatis erat ſola bona fides, vt declarat *Bart. in d. l. ſed, & ſi lege* §. *ſcire ſub nu.* 2. *ff de petit. hæred.* quaſi idem
5 titulus potius † ad dominij cauſam ſpectare videretur, & notauit etiam *gloſ. in d. l. bonæ fidei, ff. de acquirēdo rerum dominio in verbo poſſideat. Bald. in l. irritam nu.* 2. *C. de vſucapione pro donato.* Imò neque requirebatur, quod conſtaret poſitiuè
6 de bona fide, † ſed ſatis erat, vt deeſſet mala, cum

ad

Digitized by Google

ad hunc effectum acquiſitionis fructuum poſſet ſa-
7 tis eſſe id medium, quod † conſtituitur inter
vtramque; nempè bonam, & malam fidem, vt vo-
luit idem *Bart. in d. §. ſcire nu. 4.* quem ſequuti fue-
runt *Berous in cap. grauis de reſtit. ſpoliat. nu. 21, Felin. in cap de quarta nu 31. in fine de præſcript. Oſaſcus deciſ. 160. num* 8. & tenuit *Rota in addit. deciſ. 320. nu. 1. p. 2. recent.* & coram *Card. Seraphino dec. 1006. nu. 2. Caſſad. deciſ. 6 de præbendis nu. 9.* Quod verò non poſſet in Canonicis conſiderari aliqua mala fides pro tempore, quo perceperunt fructus, antequam fuiſſet contra eos mota lis, viſum fuit eſſe extra omnem controuerſiam, quia nullitas huius cenſus deducebatur ex falſitate cauſæ, quæ ſuppoſita fuit à tutrice, nempè vt æs alienum, pro quo diſſoluendo hic cenſus impoſitus fuit, eſſet debitum pupillorũ, quod poſtea compertum fuit ad alios ſpectare, inde enim ſequebatur,
8 † quod illi errauerint in facto alieno, quod iuſtiſſimam cauſam erroris prębere putauit *gloſ. in l. error C. de iuris, & facti ignorantia. Bart. in l. non fatetur nu. 6. ff de confeſsis. poſt gloſ ibi in verbo, qui errat, & in l. Celſus nu. 4 ff de vſucapionibus;* Imò
9 idem † eſſet, ſi ille error fuiſſet in facto proprio, dummodo tamen emanauerit ad perſuaſionem partis, vt tradit idem *Bart. in d. l. non fatetur, & inde l. Celſus. Caſtrenſ. in l. error C. de Iuris, & facti ignorantia.* Et in caſu propoſito accedebat au-
10 thoritas † Iudicis, qui eam cauſam æris alieni tanquam veram ſuo decreto confirmauit, quod etiam ex ſe poterat præſtare iuſtam cauſam erroris, vt colligitur ex ſingulari doctrina *gloſ. in l. Titio fundus ff. de condit. & demonſtrat.* quam ſequutus fuit *Bald. in l. inditia nu. 5. C. de rei vendic. Angel. in l. 1. ff. de eo per quem factum erit,* & ibi etiam *Iaſon n. 18. Aymon conſ. 377. n. 1. & conſ. 319. n. 14.*

Prętereà deberentur etiam fructus poſſeſſori, ſi
11 allegaretur error Iuris, quia licet idem error † excuſare non poſſit à mala fide, ſi titulus, cuius cauſa aliquis eſt in poſſeſſione, ſit nullus, aut à lege reprobatus, vt probat *tex. in l. quemadmodum C. de agricolis, & cenſitis lib. 11. & in cap. qui contra de reg. Iuris lib. 6.* Tamen intelligenda hęc ſunt, ſi ius
12 † illi expreſsè reſiſtat, non autem ſi ei ſolum non aſſiſtat, vt fuit ſententia *Bart ſuper eadem l. ſed & ſi lege §. ſcire ff. de petit. hæredit.* quem ſequuti fuerunt *Felin. in cap. de quarta n. 31. de præſcrip. & in cap. cum cauſa nu. 27 de re iudicata, Berous in cap. grauis de reſtit. ſpoliat. nu.* 21. Surdus qui pluribus hanc illius declarationem comprobat *in conſ.* 115. *nu. 21.* & alij relati per *Couar. variar. reſolut.*
13 *lib. 1. cap. 3. nu.* 8. Et contrarium † in alienatione rerum minoris tenuit expreſsè *Rota in add. deciſ. 320. p. 2. recent.* ſequendo declarationem eiuſdem Bartoli, & voluit *gloſ. in l. 2. C ſi quis ignorans rem minoris eſſe,* quæ tamen aliam rationem huius rei conſiderauit, quia ſcilicet poſſidens rem alienari
14 † prohibitam, tunc ſolum cenſetur excluſus ab acquiſitione fructuum, ſi illius alienatio prohibita erat propter vitium, quod ineſſet in ipſa
15 re, ſecus ſi ea alienatio diceretur nulla † propter defectum certarum ſolemnitatum, & eam gloſam ſequutus fuit ibi Bald., qui illam appellat ſingularem; *& in cap. quoniam frequenter §. in alijs nu. 6. vt lite non conteſtata. Iaſon in l 1. §. ſi vir vxori nu. 22. ff de acquirenda poſſeſſione. Io. de Platea in l. 1. C. de prædijs decurionum n. 2. lib. 10.*
Et viſa fuit hoc caſu ceſſare omnis difficultas, dum
16 ſimul † cum errore iuris allegabatur error facti, vt voluit *Felin. in d. c. cum cauſa nu. 7. de re iudicata, & in cap. de quarta nu. 25. de præſcriptione.* cuius rei exemplum ibi ponit in eo, qui contra-
17 xit † cum minore deceptus falſa tutoris authoritate, & voluit *Angel. in l. quicumque ff. de publiciana in rem actione,* & tradit *gloſ ſuper eadem lege. Curt. ſen. conſ. 71. num. 14. in fine. Oſaſcb. deciſ. 160 num. 9.* Et ita &c.

R. P. D. CARRILLO.

Leodien. Caſtri de Monbech.

Die Mercurij 29. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM.

Manutentio, vt concedatur, quid ſufficiat. Litis inſtantia iam incepta tranſit ad hæredes. Clauſula, ſine præiudicio iudicij poſſeſſorij, poſita in Commiſsione, quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *ad Manutentionis conceſſionis effectum, ſicuti ſi aduerſarius inſtiterit, vt altera pars remoueatur à poſſeſſione, & mandatum obtinuit.*

2 *Poſſeſsio regulariter non tranſit in ſucceſſores ſine apprehenſione.*

3 *Sed hoc non procedit, quando aliqua lis antea fuit conteſtata, & inſtantia continuata fuit per ſucceſſores.*

4 *Clauſula, ſine præiudicio iudicij poſſeſſorij, poſita in Commiſsione, quid operetur.*

5 *Clauſula, ſine præiudicio iudicij poſſeſſorij, poſita in Commiſſione non impedit, quo minus iudex ad quem poſſit manutentionem concedere detecta nullitate, & iniuſtitia ſententiæ. amplia n. 6.*

7 *Fœmina etiam admittuntur in Feudis Leodien. ex conſuetudine loci.*

8 *Fœmina tunc multo magis poſſunt admitti ad feuda, ſi in eis nullum ſeruitium perſonale requiratur, aut tale, quod per fœminas poſsit minimè præſtari. amplia nu. 9.*

10 *ad Manutentionem impediendam non admittitur exceptio de iure tertij.*

11 *in Manutentionis iudicio non admittuntur exceptiones turbidæ, aut requirentes altiorem indaginem.*

12 *Actorum tranſportatio, quod non fuerit integra, alleganti incumbit onus probandi.*

13 *Tertius admiſſus ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quo cauſa reperitur, non poteſt impedire cauſæ expeditionem.*

14 *Inueſtituræ inſtrumentum ſi quis habeat eius vigore non ſolum poteſt petere manutentionem, ſed etiam immiſsionem pro confirmanda eius poſſeſsione.*

15 *Mater de iure communi ſuccedit filio decedenti ab inteſtato.*

16 *Poſ-*

16 *Poſſeſſor ſuperueniente nouo titulo, præſumitur mutaſſe cauſam poſſeſsionis abſque alia declaratione.*
17 *Poſſeſsio titulata in concurſu eſt præferenda, & manutenenda.*
18 *Conſuetudo allegata non releuat, ſi non probetur.*
19 *Conſuetudo de vno loco ad aliū non ſuffragatur.*
20 *Conſuetudo debet iuſtificari in eodem loco, & in ſpecie caſus controuerſi.*

DECISIO CCXIV.

EXPEDITO mandato de manutenendo ad fauorem D. Franciſcæ hæredis Cęciliæ in poſſeſſione Caſtri & bonorum, de quibus agitur, die 1. Decembris anni præteriti coram R.P.D. meo Buccabella, ac reuocata per eundem ſententia de partibus contra dictam Cæciliam lata, fuit pro parte Godefridi, & litis conſortium interpoſita appellatio, cauſaque mihi commiſſa cum facultate manutenendi quem de iure, dubitaui, Cui ſit dandum mandatum de manutenendo; Et Domini pro D. Franciſca hærede Cæciliæ reſponderunt.

Poſſeſſio enim d. Cæciliæ plenè probatur, tam ex confeſſione expreſſa Godefridi facta in libello, & poſitionibus, in quibus petit dictam Cæciliam debere cogi ad euacuandam poſſeſſionem bonorum, de quibus agitur, quàm ex mandato de euacuan-
1 do in executionem eiuſdem petitionis, † & libelli
obtento; quæ duo etiam ſeparatim ſufficiunt ad effectum manutentionis. *Rot. deciſ.* 802. *nu.* 1. *par.* 1. *diuerſ. Caual. deciſ.* 432. *nu.* 1. *Greg. deciſ.* 200. *nu.* 2. & fuit dictum in hac eadem cauſa *coram R. P. D. Buccabella ſub die 9. Maij anni præteriti.*

Qua quidem poſſeſſione Cæciliæ ſtante, quæ litem introduxit in Rota ſuper petitorio, & poſſeſſorio mediante commiſſione cum facultate manutenendi, poſſunt eius hæredes, & ſucceſſores ſine
2 apprehenſione, petere manutentionem; nam † licet regulariter poſſeſſio non tranſeat in ſucceſſores ſine apprehenſione ex *l. cum heredes ff. de acquir. poſſ.* hoc tamen non procedit, quando prout hic,
3 per litem antea introductam, † inſtantia continuata fuit. *Menoch. de retin. remed.* 3. *nu.* 62. *Rot. deciſ.* 315. *par.* 4. *diuerſ.* & apud *Pacific. deciſ.* 141. *nu.* 3. *ac in recent. deciſ.* 411. *nu.* 17. *par.* 5. *& in Recanaten. prædij* 14. *Maij* 1635. *coram me*, & benè firmatur in d. deciſione R.P.D. mei Buccabellæ, quæ optimè etiam reſpondet obiectioni deductæ ex
4 clauſula † ſine pręiudicio iudicij poſſeſſorij appoſita in commiſſione huius cauſæ per Nuntium Coloniæ, quia quamuis prędicta clauſula operetur, quod Iudex à quo poſſit procedere ad exe-
5 cutionem ſuæ ſententiæ, non † tamen impedit quominus Iudex ad quem poſſit manutentionem concedere detecta nullitate, vel iniu-
6 ſtitia ſententiæ; maximè † ſuperueniente particulari commiſſione Signaturæ Iuſtitiæ cum facultate manutenendi. *Rot. deciſ.* 91. *nu.* 11. *coram Gregor. XV. & ibidem Adden. num.* 13. *ad fin.* & fuit etiam dictum in *Romana Vinea* 13. *Iunij* 1634. *coram R.P.D. meo Merlino.*

Nec prædicta manutentio impediri poteſt ex perſona D. Epiſcopi & Principis Leodieñ ex bene ponderatis in d. deciſione R.P.D. mei Buccabellæ.
7 Quoniam in feudis Leodieñ † admittuntur etiam fœminæ ex conſuetudine loci, de qua & in ſpecie Caſtri, de quo agitur, teſtantur pares Curiæ feudalis eiuſdem Principis Sum. nu. 10. & fuit quoque à Rota canonizatum coram *Caual. deciſ.* 172. *nu.* 2.
8 *& 3. & deciſ.* 362. *nu.* 2. *par.* 2. *recent.* Præſertim †
cum in huiuſmodi feudis nullum requiratur ſeruitium perſonale, aut tale, quod per fœminas præſtari non poſſit. *Ruin. conſ.* 18. *nu.* 17. *lib.* 1. *Pariſ. conſ.* 4. *nu.* 18. *lib.* 1. *Corn. conſ.* 18. *nu.* 9. *lib.* 1. Et tollitur
9 difficultas ſtante inueſtitura conceſſa † D. Franciſcæ ab eodem Principe Epiſcopo Leodieñ, ſeu eius Curia feudali Sum. nu. 9. quæ quo ad Godefridum
10 operatur, vt minus poſſit admitti exceptio de † iure tertij ad impediendam manutentionem. *Surd. conſ.* 557. *num.* 2. *Rot. dec.* 131. *nu.* 10 *par.* 2. *diuerſ.* Tanto magis cum in hoc iudicio ſummariſſimo
11 manutentionis † non admittantur exceptiones turbidæ, & altiorem indaginem requirentes. *Rota coram Greg. XV. deciſ.* 549. *nu.* 2. *par.* 3. *recent.*

Ex quibus reſponderunt Domini pro manutentione D. Franciſcæ hęredis Cęciliæ non obſtantibus exceptionibus oppoſitis in memoriali dato pro parte Epiſcopi, & Godefridi ad obtinendam dilationem, ſcilicet de non integra tranſportatione actorum, & de intereſſe eiuſdem Principis. Etenim
12 prima ceſſat ex † quo non probatur deficientia actorum. Secunda verò de intereſſe eiuſdem Principis Epiſcopi non poteſt retardare expeditionem,
13 † cum ipſe Princeps fuerit ad cauſam admiſſus in ſtatu & terminis, nouamque inueſtituram eidem D. Franciſcæ hæredi conceſſit, vt in inſtrumento quod datur in d. eius Summ. nu. 9. cuius vigore bene
14 poteſt petere non modo manutentionem, † ſed etiam immiſſionem pro confirmanda eius poſſeſſione. ex doctrina *Bald. in c.* 1. *§. inſuper. nu.* 3. *de probib. feud. alienat. Bart. in l. vti frui. §. vtrum. ff. ſi vſusfruct. petat. Menoch. de adipiſc. poſſ. remed.* 4. *nu.* 349. *Tiraq. in retract. le mort. par.* 6. *declarat.* 1. *num.* 2. 8. *&* 9.

Præſertim cum vt firmatur in eadem huius cauſæ deciſione coram R.P.D. meo Buccabella, non ſit dubium, quod ipſa Cæcilia à qua cauſam habet D. Franciſca præter vſumfructum, quem habebat, etiā
15 deinde ſucceſſerit filijs præmortuis ab inteſtato †
in proprietate vtilis dominij ex diſpoſitione iuris communis de qua in *Auth. defuncto. C. ad Tertull. & in §. ſi igitur defunctus. in Authen. de hæred. ab inteſt.* Atque proinde ex hoc etiam ſuperuenienti
16 nouo titulo mutaſſe cenſeatur eius † poſſeſſionem
reſpectu pariter iſtius vtilis dominij etiam abſque alia declaratione. *Dec. conſ.* 400. *nu.* 5. *cum alijs adductis per Rotam deciſ.* 97. *nu.* 4. *cum ſeqq. & deciſ.* 108. *nu.* 2. *par.* 5. *recent.* Ita vt hæc poſſeſſio iudi-
17 cari ſimiliter debeat titulata † tàm reſpectu vſusfructus quàm acquiſitionis proprietatis, ſeu vtilis dominij, ſicque multò magis etiam in concurſu manutenenda, & præferenda. *Menoch. poſt alios de retin. d. remed.* 3. *nu.* 374. *Rota deciſ.* 412. *nu.* 2. *coram Greg. XV. & poſt Modern. Perſinu. in tract. mandat. de manutenend. deciſ.* 164. *nu.* 17.

Neque contrarium prætendi poteſt ex aſſerta conſuetudine Comitatus Loſſenſis diſponere prætendentis filios in ætate pupillari morientes non

Digitized by Google

tranſmittere hæreditatem, ſeu bona ad eorum hæ-
18 redes ab inteſtato; quia adhuc † illa probata non
reperitur, & probata non releuaret, cum Caſtrum
de quo agitur, ſitum ſit ſub diuerſo Comitatu ſci-
19 licet de Corthesem, in quo talis † non viget con-
ſuetudo, quæ non ſuffragatur de vno loco ad aliũ,
20 ſed iuſtificari debeat in eodem loco, ac in † ſpecie
caſus controuerſi, ex relatis per *Rotam d.dec.* 172.
nu. 5. *& deciſ* 205. *nu* 8. *coram Cauall. quæ eſt etiã in recent. deciſ* 42? *ſub nu.* 13. *par.* 1.

Et ita decisum D. Franciſca hærede tantum informante, altera parte pluries citata, & informare recuſante.

☞ *Eſt deciſio* 132. *ſupra in hac parte.*

REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.

Tarraconen. Primitiarum.

Die Lunæ 11. *Maij* 1637.

ARGVMENTVM.

Terminorum, ſeu confinium probatio ex quibus ſatis, ſuperque remaneat iuſtificata & maximè ſi verſemur in re antiqua.

SVMMARIVM.

1 *Confines concludentes probantur ex ſcripturis productis, & maximè ſi concurrant etiam depoſitiones teſtium.*
2 *Confinium probatio, quæ fit per inſtrumenta continentia confinium expreſſionem, eſt ad hoc vera, & ſufficiens probatio.*
3 *Et hoc maximè procedit, quãdo confines ſunt ſpecificati in inſtrumẽtis conceſſionum Principum, quorum erat abſoluta poteſtas.*
4 *Confines ſi ſemel probatum fuerit, quod fuerunt diſtincti, præſumuntur poſtea etiam in eodem ſtatu durare, niſi aliud ex aduerſo doceatur.*
5 *ad Confines probandos conuenit etiã obſeruantia.*
6 *Teſtium examen, quando eſt nullum, & inualidum, non eſt attendendum.*
7 *Teſtes non probant confines, ſi nullam ſui dicti rationem afferant, & eam reddere debent etiam non interrogati, cum ſimus in his, quæ ſolo corporis ſenſu non percipiantur.*
8 *Probatio per documenta publica, quando ſumus in antiquis, ſẽper præualet depoſitionibus teſtiũ.*
9 *pro Termino, ſeu confine, quod datur, non comprehenditur intra fines, ſed adiacet finibus rei, ſeu fundi demonſtrati.*
10 *Articuli quando ſunt impertinentes ad cauſam, de qua agitur, non eſt habenda ratio.*

DECISIO CCXV.

☞ RESOLVTO ſub die 26. Ianuarij, * & 27. Aprilis præteriti, * Eccleſiam de Vimbodino eſſe de Menſa Monaſterij de Populeto, hodie quæritur de parte reſeruata, qui ſint confines dicti Oppidi de Vimbolino, & eius Eccleſiæ; & eſſe in præſenti, fuit dictum, eoſdemmet, qui fuerunt de anno 1172. & 1183. iuxta deſcriptionem in regijs donationibus de dictis annis factam; nempe ab Oriente in termino de Eſpulga ſicut deſcendit per Serram de Ximenelis, vſque ad riuum de Milanis, & vſque ad terminum veſtrum intelligẽdo de Monaſterio, & pertinentijs Populeti, & ſicut vadit per ipſam Parelladam, quę vocatur de Eſcoba, per Vallem fontis de Cudos, a Meridie in termino veſtro intelligendo, vt ſupra, ab Occidente in termino de Vinaxa, à Circio, & ſeu Aquilone in Quadras Subiranas, quomodo aqua vergit vſque in terminum de Terres, qui confines cũ ſpecificentur in ſupradictis regijs donationibus, & in petitione Rectoris de anno 1277. & etiam conueniant cum enunciatis in ſcriptura modernis temporibus per Rectorem producta, ac etiam verificentur ex depoſitio-
1 ne teſtium Monaſterij; † abſque dubio concludenter videntur probati. *C. cum cauſam*, vbi etiam *Felin. nu.* 1. *cum ſeqq. de probat. Bald. conſ.* 286. *n.* 2. *vol.* 2. dicens veram, & ſufficientem eſſe probatio-
2 nem, † quæ fit per inſtrumenta continentia confiniũ expreſſionem, quam concluſionem plenè comprobant relati per *Modern. de probat. conc.* 401. maximè quando confines ſunt ſpecificati in inſtrumen-
3 tis † conceſſionum Principum, quorum erat abſoluta poteſtas, vt in præſenti, diſtinguendi confines, & in re propria reſtringendi, vel ampliandi. *Hier. de Monte de finibus Regund. cap* 21. *nu.* 3. *Curt. ſen. conſ.* 56. *num.* 13. *Pariſ. conſ.* 27. *num.* 1. *&* 3. *lib.* 1. *Seraph. dec.* 437. *nu.* 2. *&* 434. *nu.* 7. *coram Papa Gregorio XV.* & hinc bene inferri poteſt iuris etiã
4 præſumptione, eamdem cõfinium † diſtinctionem vſque in hunc diem continuaſſe niſi ex aduerſo cõtrarium probatum fuerit. *Felin in c. cum cauſam nu.* 12. *de probat. Ruin. conſ.* 50. *nu.* 15. *lib.* 1. *Decian. conſ.* 44. *nu.* 20. *vol.* 1. *Menoch. præſumpt.* 46. *nu.* 1 *lib.* 6. Et eo maximè quia in deciſionibus cauſæ firmatum fuit, donationes regias vſque ab initio effectum habuiſſe, & de illarum forma probanti cõ-
5 ſtare, quæ obſeruantia † æquè conuenit confinibus prout conuenit ſubſtantiæ donationis, quarum reſpectu ſeparatur ſiue à parte, prout partes per incluſionem intra fines ſe declarant, ſiue à totalitate aliorum bonorum. *Bald. in rubr. quæſt.* 22 *nu.* 43. *C. de contr. empt Decius conſ.* 347. *num.* 1. *Crauet. conſ.* 105 *nu.* 1.

Non obſtant igitur contrariæ probationes, quæ afferuntur pro parte Rectoris ſuper primo & ſecũdo articulis datis, ex quibus alterantur ab omni parte confines.

Quoniam quo ad primum articulum, & teſtes
6 ſuper eo examinatos, vltra † quod examen nullũ eſt, & inualidum, & teſtes in diſtinctione confiniũ, nullam eorum dicti reddunt rationem, prout ne-
7 ceſſarium eſt, etiam † non interrogati in his, quæ ſolo corporis ſenſu diſtingui non poſſunt. *Bald. conſ.* 286. *nu* 3. *vol.* 2. *Alex. conſ.* 57. *nu.* 7. *lib.* 7. &
8 dum verſamur in antiquis † ſemper præualet probatio per documenta publica teſtibus nouiſſimè examinatis. *Bald. in d. cap. cum cauſam nu.* 3. *de Probat.* vbi etiam *Fel. n. num.* 5. *Deci. conſ.* 146. *nu.* 14. *Alba. conſ.* 243. *nu* 19. ibi, & idem fuit firmatum; & coram me in *Cauallicen. ſeudi* 17. *Decembris* 1612. cum omnes ſe referant ad articulum, deponendo articulum eſſe verum, & in eo

noui

Digitized by Google

noui confines ſpecificati non excludant exiſten-
tiam antiquorum, neque expreſsè, neque tacitè
per incomparibilitatem, nihil prohibet quin de
antiquis ſit habenda ratio; propterea non obſtat,
quod in donationibus Regijs detur à meridie pro
confine Monaſterium, & ſeu pertinentiæ Populeti,
& in articulo ponatur à meridie iuxta Heremito-
ria Populeti vel illorum terminum, qui ſecundum
antiquam traditionem eſt Grangia Mediana, vel
S. Georgij, quia dum prædicta ſunt de pertinenti-
bus ad Monaſterium Populeti, & demonſtrationes
ſupradictæ non includantur intra fines Vimbodini,
neque Heremitorium, neque Grangia Mediana,
neque Eccleſia S. Georgij, quandoquidem quod
datur pro termino aut confine, non comprehendi-
9 tur † intra fines, ſed adiacet finibus rei aut fundi de-
monſtrati, *Siluan. conſ. 57. nu. 12. lib. 1 Rim. iun.
conſ. 421. nu. 67. 448. nu. 75. lib. 4. & 619 n. 118.
lib. 6.* benè conueniunt fines inter ſe, non autem
probantur diuerſi, cum tendant ad probãdum adia-
centiam Monaſterij, vel locorum Populeti, quam-
uis per diuerſas demonſtrationes.

De ſecundo autem articulo, & teſtibus ſuper eo
10 examinatis, non eſt habenda ratio † tanquam de
impertinente ad probationem confinium Vimbodi-
ni, de quibus eſt diſputatio, non de terris & partitis
intra fines Vimbodini ſituatis; & tunc erit agendũ,
quando de intereſſe aliorum Rectorum tractabitur
in concurſu ſuper pertinentia Parochianorum, re-
ſpectiuè ad eoſdem Rectores pertinentium.

Et ita deciſum eſt.

☞ * *Sunt Deciſiones 192. & 212. ſupra in hac ea-
dem parte.*

§ *Et infra in eadem cauſa adeſt alia deciſio ſub die
2. Decembris 1637. coram R.P.D. Carillo.*

R. P. D. CARRILLO.

Venuſina Archipresbyteratus.

Die Lunæ 18. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Eccleſia aliqua, quando non dicatur Collegia-
ta, licet plurima ſigna concurrant ad proban-
dam eius Collegialitatem.

SVMMARIVM.

1 *Reſeruatio eſt plenè, & concludenter probanda,
quando agitur contra prouiſum ab Ordinario.*

2 *Collegialitas in aliqua Eccleſia arguitur, ſi in ea
adſint diſtributiones quotidianæ, maſſa commu-
nis, miſſæ conuentuales, diuina officia in choro
recitata, Archiuium, Sigillum &c.*

3 *Eccleſia non dicitur Collegiata, liceat habeat ali-
qua ſigna Collegialitatis, ſi non ſit numerata, ſed
receptitia, itaut quilibet Clericus ad illius ſerui-
tium admittatur.*

4 *Collegialitatis ſigna æquiuoca non inferunt Ec-
cleſiam eſſe Collegiatam.*

5 *Sigillum dicitur priuatum Eccleſiæ, non autem
Collegiatæ, ſi contineat tantum Imaginem San-
cti, vel Sanctæ, Eccleſiæ.*

6 *Probationes æquiuocæ, & illæ, quæ conquaſſantur
à contrarijs probationibus, non attenduntur.*

7 *Cura animarum non poteſt dici, quod ſit tantum
penes Curatum, ſi indiſtinctè ab omnibus Eccle-
ſiæ dignitatibus exerceatur abſque eius licentia,
& nu. 8. 9.*

10 *Cura animarum dicitur adeſſe tantum penes Ar-
chipresbyteratum, licet adſint alij presbyterij,
qui de eius ordine eum adiuuent.*

11 *Archipresbyter abſque alia ſpeciali approbatio-
ne, & licentia habet facultatem adminiſtrandi
Sacramenta.*

12 *Cura animarum dicitur ſpectare ad Archipresby-
terum, ſi ipſe ſolus faciat id, quod ſpectat ad illa-
rum curam.*

13 *Canonicatus poſſeſſio, vt valeat, debet accipi capi-
tulariter.*

14 *de Parochiali ſimplici prouiſus, conſequenter tan-
quam de tali, debet poſſeſſionem accipere.*

DECISIO CCXVI.

☞ DOMINI ſteterunt in deciſis coram me ſub
die 6 Iunij anni preteriti, * quia reſeruatio
1 huius Archipresbyteratus non fuit plenè, † & cõ-
cludenter probata, prout probari debet, quando
agitur contra prouiſum ab Ordinario, & conſtat de
ſtatu parochialitatis præſcripto per ſpatium 70.
annorum vt latius in ipſa deciſione, quæ reuidetur
§. quia, & §. concurrunt.

Non obſtant, quæ de nouo inculcantur ad pro-
bandam Collegialitatem, videlicet quod in hac Ec-
2 cleſia † adſunt diſtributiones quotidianæ, maſſa
communis, miſſæ conuentuales, diuina officia in
communi choro recitata, Archiuium, & ſigillum,
quæ ſunt ſigna influentia ad Collegialitatem; quia
ex illis neceſſariò non infertur ad Collegialitatem
3 cum ex teſtibus, qui dantur, probetur † Eccleſiam
iſtam non eſſe numeratam, ſed receptitiam, & quẽ-
libet Clericum ad illius ſeruitium admitti, & ob id
Archipresbyteratum pro tempore vacantem fuiſſe
ab Ordinario collatum, vt in Summario aliàs dato
num. 10. Ideoq. prædicta ſigna redduntur æquiuo-
4 ca, poſſunt † enim conuenire ſimplici Confraterni-
tati & Congregationi, vt ſatis fuit ponderatum in
d. deciſione coram me §. non obſtant, & §. ſecundo
vbi plenè prædicta obiecta tolluntur; Archiuium
vero tanquam de recenti erectum admittit eandẽ
5 reſponſionem, & ſigillum cenſetur † priuatum ip-
ſius Eccleſiæ, non autem Collegiatæ, cum ſolũ con-
tineat Imaginem Sancti Petri, & ſic cum ſimiliter
6 ſint æquiuoca, & de recenti non † probant, vel cõ-
quaſſantur ex alijs probationibus Nuntij, *Caual.
deciſ. 266. nu. 4. & 5. Greg. deciſ. 387. nu 14. Rota
in Nolana Primiceriatus 21. Maij 1614. coram
Eminentiſſ. D. Veroſpio.*

Non etiam obſtat nouum obiectum, quod ani-
marum cura exerceatur indiſtinctè ab omnibus Ec-
cleſiæ dignitatibus abſque licentia Archipresby-
7 teri, & ideo † non poſſit dici ipſe ſolus Curatus, dũ
cura exiſtit penes plures *arg. text. in c. ſtatutum
de elect. in 6. Oldrad. conſ. 67. Gonzal. gloſ. 6. n. 158.*
nam teſtes pro parte Gaſparini in eius ſumm. nu. 3.
non probant, quod exercitium curæ ſit ita commu-
ne omnibus alijs Presbyteris, vt non habeant ali-

quam

Digitized by Google

8 quam dependentiam † ab Archipresbytero prout
neceſſe eſt, ad effectum vt dici poſſit etiam penes
ipſos reſidere curam animarum, quo caſu haberẽt
locum doctrinæ nuper allegatæ, ſed potius actus
illi adminiſtrationis Sacramentorum relati per dd.
teſtes, potuerunt ab ipſis Presbyteris exerceri de
9 ordine eiuſdem † Archipresbyteri ac tanquam ab
eo deputatis vt in caſu *text. cap. cum ob Eccleſiarū
de offic. ord. Rot. deciſ. 52. num. 26. par. 2. diuerſ. &
latius in Camerinen. parochialis ſeu prioratus 27.
Martij præteriti coram me.*

Quod autem d. actus poſſint dici facti ab ipſis
Presbyteris tanquam dependentibus, & deputatis
ab eodem Archipresbytero, cōſtat ex datis in ſum-
mario Nuntij nu. 4. & 6. vbi apparet collationem
baptiſmi factam fuiſſe de ordine ipſius Archipreſ-
byteri, & recenſentur nomina mortuorum, quibus
adminiſtrata fuerunt Sacramenta Confeſſionis, &
Sanctiſſ. Euchariſtiæ à diuerſis Presbyteris huius
10 Eccleſiæ † tanquam Coadiutoribus Archipresby-
teri; necnon adſunt plores licentiæ datæ ab Epiſco-
po audiendi confeſſiones in quarum conceſſione
Epiſcopus facultatem illis tribuit, vt Sacramenta
adminiſtrare poſſint de licentia tamen Archipreſ-
byteri; vnde eo magis infertur ad excludendam re-
ſidentiam curæ penes dictos Presbyteros vti Col-
legium, & quod ab eis exerceatur nomine proprio;
ſiquidem ſi ipſi eſſent Curati, non indigerent parti-
culari approbatione ad audien. confeſſiones, ſed re-
quireretur inſtitutio autorizabilis Ordinarij pro
eorum adminiſtratione in iſta Eccleſia, & eo ipſo
haberent facultatem adminiſtrandi Sacramenta
11 prout habet Archipresbyter † abſque alia ſpeciali
approbatione & licentia, tam attenta diſpoſitione
iuris communis, vt per *Socc. in c. cum, & planta-
re nu. 8. & 23. de priuil.* quam etiam ex *diſpoſitio-
ne Sac. Conc. Trid. ſeſſ. 23. c. 15. de reformat. Sua-
rez de Sacram. pœnit. diſp. 28. ſect. 4. nu. 21.* cum
aliis adductis per *Modern. in collect. ad Trid. n. 18.*

Quibus accedit, quod ſolus Archipresbyter tē-
pore Paſchatis diſtribuit, & colligit bullettinos im-
preſſos cum ſuo nomine, contrahit matrimonia,
deſcribit baptizatorum, & mortuorum nomina;
12 quæ omnia probant ad illum non ad Presbyteros
animarum curam ſpectare, *gloſ. in clem. dudum
verb. impediant de ſepultur. Abb. in c. dudum il 2.
nu. 7. de elect. Rot. deciſ. 32. nu. 10. par. 2. diu.*

Minus releuat, quod Molfeſius anteceſſor, &
Nuntius modernus Archipresbyteri poſſeſſionem
acceperint huius Archipresbyteratus per ſtallum
in choro cum aliis Presbyteris, etenim nullibi cō-
13 ſtat quod prædicta † poſſeſſio fuerit capta capitu-
lariter, & tanquam de prima dignitate in Collegia-
ta prout erat neceſſarium, immò apparet prædi-
ctos fuiſſe prouiſos tanquam de ſimplici parochia-
14 li, † & ſic conſequenter tanquam de tali poſſeſſio-
nem accepiſſe, *Greg. deciſ. 92. nu. 5.*

Et ita vtraq; parte informāte reſolutum fuit &c.

☞ * *Eſt deciſio 143. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. GHISILERIO.

Gadiceñ Decimarum.

Die Lunæ 25. Maii 1637.

ARGVMENTVM.

Remiſſoriæ petitio reijcitur, ſi probatio fieri
poſſit per ſcripturas, vel ſi petatur contra
deciſiones, & ſententias Rotales in iudica-
tum tranſactas, vel ſi adſit irreleuantia arti-
culorum &c.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur ad probandum id, cuius con-
trarium conſtat per ſcripturas.*
2 *Remiſſoria non datur contra deciſiones, & ſen-
tentias Rotales in iudicatum tranſactas.*
3 *Remiſſoria non datur ſtante irreleuantia articu-
lorum, quæ reſultat ex impoſſibilitate probandi
contenta in articulis.*
4 *Sententiæ, & litteræ executoriales obſtant om-
nibus, qui habent ius æquale in cauſa, & n. 5.*
6 *Decreto irritanti, & clauſula ſublata ſi adſit in
aliqua conſtitutione, non poteſt dari de non vſu
illius.*
7 *Remiſſoria non datur ad probandam conſuetudi-
nem contrariam contra priuilegia per ſententias
in iudicatum tranſactas.*
8 *Remiſſoria ad probandum non vſum denegatur, ſi
detur ſufficiens fumus de tali vſu.*
9 *Remiſſoria ſine dubio denegatur non ſolū ſi mate-
ria ſit irreleuās ſed multò magis ſi ſit impoſſibilis.*

DECISIO CCXVII.

PRÆTENDENTE Capitulo Eccleſiæ Gadi-
ceñ remiſſoriam ad probandum immemorabi-
lem circa non vſum priuilegiorum Apoſtolicorum
vniuerſo Ordini Carthuſiano conceſſorum de non
ſoluendis decimis, quādo per Monaſterium, & Mo-
nachos Oppidi de Xerez de la Frontera d. Ordinis
Prouinciæ Hiſpaleñ locantur prædia, non autem
illa proprijs manibus excoluntur, examinatis arti-
culis in Rota productis, negatiuè fuit reſolutum
1 eo quod remiſſoria † non datur ad probandum id,
cuius contrarium conſtat per ſcripturas, *Aegid. de-
ciſ. 9. num. 2. Seraph. deciſ. 1460. num. 3.* nec datur
2 contra deciſiones, & ſententias Rotales † tranſa-
ctas in rem iudicatam, *Rot. deciſ. 39. nu. 11. par. 2.
diuerſ. in recent. deciſ. 136. par. 2. & deciſ. 246. n. 1.
3 par. 2.* maximè concurrente † irreleuantia articu-
lorum, quæ reſultat ex impoſſibilitate probandi
contenta in articulis.

Nec dubitarunt Domini, quin ſupradictæ regulæ
concurrant in iſto caſu ſtantibus priuilegijs conceſ-
ſis à Clemente IV. Honorio IV. Ioanne XXII.
Innocentio VI. Martino V. Pio II. Sixto IV. Gre-
gorio XIV. & Sixto V. pluries per Rotam cano-
nizatis ſignanter in Granateñ decimarum coram
bo. me. Bubalo inter Conuentum Carthuſianorum
Ciuitatis Granateñ, & Abbatem, & Rectorem
Eccleſiæ Matricis de Alcala per ſententiam, quæ
tranſitum fecit in iudicatum terminata, vbi ex copia

ſen-

4 ſentcutiæ, & litterarum executorialium, † quæ ob-
ſtat alijs æquale ius habentibus, *Mantic.dec.350.*
Rot deciſ.312. nu.9. par.1. recent. & in iſtis ter-
minis fuit reſolutum *in Ciuitatis Caſtelli decima-*
rum 25. Iunij 1629. coram me, vbi ſtantibus priui-
legijs conceſſis Societati IESV, ſæpius per deci-
ſiones, ſententias Rotales, ac res iudicatas confir-
matis in iudicio contradictorio fuit reſolutum, non
eſſe dandã manutentionem Rectoribus Parochia-
lium Eccleſiarũ Ciuitatis Caſtelli in quaſi poſſeſ-
5 ſione percipiendi† decimas ex omnibus bonis exi-
ſtẽtibus intra fines ſuarum Eccleſiarum Parochia-
lium à quibuſcumque perſonis, *in Adrien. decima-*
rum 14. Decembris 1607. coram bo. mem. Manza-
6 *nedo*, in qua fuit dictum, † ſtante decreto irritanti,
& clauſula ſublata appoſita in dd. priuilegijs Car-
thuſianorum non poſſe dari de non vſu, *Abb. in*
cap. vlt. nu.4. verſ. vnde ibi de tregua, & pace, Fe-
lin. in cap.2. nu. 6. verſ. lex noua eod. tit. & ita
pluries tenuit *Rota*, atque ita cum ex ſupradicta
ſententia Rotali, *& deciſione bon. mem. Manzane-*
di probentur priuilegia Carthuſianorum per Rotã
7 canonizata, & impetrata, non datur remiſſoria † ad
probandum conſuetudinem contrariam ex allega-
tis *in Valentin. iuris ſedendi 15. Decembris 1634.*
& 16. Martij 1636. coram me, & deinde *in Mele-*
uitana antianitatis 16. Nouemb. 1635. coram Illu-
ſtriſſ. D. meo Decano.

Et talis non vſus excluditur ex teſtibus depo-
nentibus de poſſeſſione Carthuſianorum in perce-
ptione decimarum à colonis, qui prædia Monaſte-
rij conducebant, qui licet non ſint formiter exami-
8 nati, dant tamen † ſufficientem fumum pro denega-
tione remiſſoriæ, *Rot. deciſ. 491. nu 5. par.2. rec.*
dictorumq. teſtium depoſitiones adminiculantur
ex inſtrumentis locationum, in quibus præter alias
reſponſiones, quas ijdem conductores ſoluere de-
beant Monaſterio, apparet expreſsè conuentum
fuiſſe etiam ſuper his decimis, quibus omnibus ſi-
mul iunctis, clarè patet, probationem facien per
9 Capitulum per teſtes, † non ſolum irreleuantem,
ſed etiam impoſſibilem, cum ex probationibus ad-
ductis pro Monaſterio conſtet de contrario illius,
quod probare deberent teſtes examinãdi pro par-
te Capituli. Vnde cum materia articulata ſit con-
traria reſolutionibus, & ſententiæ Rotali, remiſſo-
riam eſſe denegandam reſoluerunt Domini.

R. P. D. GHISILERIO.

Legionen Decimarum.

Die Veneris 29. Maij 1637.

ARGVMENTVM.

Pacta, & tranſactiones initæ cum perſonis Ec-
cleſiaſticis ſuper decimis pro bono pacis va-
lidæ ſunt, & veniunt obſeruandę etiam per
ſucceſſores, licet non ſint roboratæ à Sede
Apoſtolica. Beneplacitum Apoſtolicum pe-
titum ſuper contractu inito ab Eccleſia ali-
qua, quando anteaquam obtineatur, licitum
eſt recedere à dicto contractu, & quando nõ.

SVMMARIVM.

1 *Tranſactio eſt exceptio litis finita, quæ impedit litis ingreſſum, & regreſſum ad eam.*
2 *de Tranſactionis natura eſt, vt lis totaliter finiatur.*
Tranſactionem ſi quis inierit, eam obſeruare tenetur. nu.2.
3 *ſuper Decimis inter perſonas Eccleſiaſticas licet paciſci pro bono pacis, etiam ſine beneplacito Apoſtolico.*
4 *Pacta, & conuentiones celebrata cum Abbatibus, Rectoribus, & Parochis ſuper rebus ad Parochialitatem ſpectantibus ſubſiſtunt, & ligant ſucceſſores, quantumuis huiuſmodi pactiones, neque à Superioribus, neque à Sede Apoſtolica ſint roborata.*
5 *Sed hoc intellige in pactis, & pactionibus initis cum perſonis Eccleſiaſticis, ſecus ſi fierent cum laicis ſuper alijs iuribus.*
7 *Papæ gratia ſolo verbo dicitur perfecta.*
8 *Supplicatio ſola ſuffragatur, etiamſi non exhibeantur litteræ expeditæ, ſi non agatur de canonizando aliquid.*
9 *Obſeruantia poſitiua probatur per teſtes.*
10 *Obſeruantia bene declarat, quod aliquis contractus non ſit perſonalis, ſed trãſitorius ad hæredes.*
11 *Tranſactiones ſuper decimis, tunc multò magis veniunt attendendæ, ſi ſint vtiles, & validæ.*
12 *Res, adhuc integra, quis poteſt pœnitere, & à contractu recedere.*
13 *Beneplacitum Apoſtolicum, antequam obtineatur ſuper contractu inito ſuper bonis Eccleſiaſticis, quando liceat ab eo contractu recedere, itaut res dicatur integra & nu.15.*
14 *Beneplacitum Apoſtolicum, ſi ſuper aliquo contractu inito per Eccleſiam ex abundanti requiratur, tunc ab eo contractu non licet recedere, licet adhuc dictum beneplacitum non fuerit habitum, vel expeditum.*
16 *Obſeruantia longa probat conſenſum.*
17 *Mandatum ſpeciale requiritur ad declarandam mentem mandantis, & ad proteſtandum.*
18 *Nuncij atteſtationi ſtatur, ſi conſiſtat in relatione, ſe citaſſe aliquem hoc modo, vel alio, non autem an ſcriptura intimata ſit ſcripta, vel ſubſcripta ab aliquo.*
19 *Atteſtationi eius, circa aliud factum, quod ei non fuit commiſſum, non ſtatur.*
20 *Nuncij, vel Notarij atteſtatio de actu præterito non attenditur.*
21 *Proteſtatio non poteſt deſeruire pro reuocatione mandati, ſi procuratori non fuerit intimata dicta reuocatio.*
22. *Mandati reuocatio, ſi non conſtet, quod validè fuerit facta, non obſtat.*
23 *Concordiæ tot ſunt, quot ſunt perſonæ, quæ vti ſingulæ tranſigunt.*
24 *Conſortes plures litis, ſi conſentiant, poſſunt vnico libello agere.*
25 *Tranſactio inita contra rem iudicatam nõ tenet, nec ſubſtinetur.*
Res iudicata in aliqua cauſa non poteſt dici, quod ſit, ſi lis adhuc pendeat. nu. 25.

26 *Res*

26 *Res iudicata, ad hoc vt concordia dicatur nulla, ſi ſit inita contra eam, debet eſſe clara, & indubitata.*

DECISIO CCXVIII.

LITE pendente inter Abbatem S. Facundi, & Rectores octo Parrochiarũ loci de Sahaguñ Prouinciç Compoſtellañ ſuper iure decimandi de anno 1572. deputatis quatuor perſonis ad taxandũ cõgruam neceſſariam ſingulis Rectoribus, fuit inita concordia, in qua ſub beneplacito Apoſtolico ab Abbate etiam nomine Rectorum intra biennium expediendo fuit conuentum, quod pro congrua Rectorum Sancti Laurentij, & Sancti Tirſi darentur ducati 50. in pecunia, vnà cum decimis minoribus, & oblationibus taxatis ad alios ducatos 50. pro congrua Rectoris Eccleſiæ Sanctæ Trinitatis darentur ducati 100. in euentum quod Rector nollet percipere decimas minores, & oblationes pro congrua Rectorum Sancti Martini, Sancti Petri, & Sanctæ Mariæ Nouæ daretur portio ducat. 30. in pecunia vnà cum decimis minoribus, & oblationibus ad ſummam ducator. 50. taxatis; Rectoribus verò Eccleſiarum S. Iacobi, & Sanctæ Crucis daretur portio 45. ducatorum in pecunia vnà cum decimis minoribus, & oblationibus taxatis in ſumma ducat. 25. pro qualibet Eccleſia. quæ deinde auctoritate Apoſtolica fuit confirmata ad preces Abbatis Conuentus, & Rectorum, prout in litteris Apoſtolicis in forma gratioſa, ſub dat. Kal. Maij Pontificatus Greg. XIII. anno ſecundo. Et quia Rectoribus reaſſumpta antiqua controuerſia pro parte Abbatis, fuit oppoſitum de ſupradicta concordia, placuit Dominis de ea particulariter videre, & cauſa pluries propoſita fuit reſolutum dictam concordiam obſtare, quia illa cum ſit valida,
1 † eſt exceptio litis finitæ, quæ impedit litis ingreſſum, & regreſſum ad eam, *l. 1. ff. de tranſact. l. ſi profundo. l. fratris, & l. cauſas C. eod. Corn. conſ. 167. nu. 15. lib. 2. Roland. conſ. 28. num. 16. lib. 4.*
2 Cum igitur † de natura tranſactionis ſit, quod lis totaliter finiatur, ſequitur quod tranſactioni ſtare debeant Rectores, & quod eam obſeruare teneãtur.

Quod autem ſit valida, ſatis patet, cum ſit facta ſuper decimis in iudicium deductis, ſuper quibus
3 inter † perſonas Eccleſiaſticas licet paciſci pro bono pacis, etiam ſine beneplacito Apoſtolico *ad text. in cap. 1. & cap. fin. de pact. in 6. vbi DD. communiter cap. ex multiplici de decimis cap. 2. de tranſact.* quia eſt ſpeciale, quod pacta, & conuentiones celebratæ cum præfatis Abbatibus, Rectori-
4 bus, † & Parochis ſuper rebus ad Parochialitatẽ pertinentibus ſubſiſtant, & afficiant ſucceſſores quantumuis huiuſmodi pactiones, neq; à Superioribus, neque à Sede Apoſtolica ſint roboratæ, vt benè per *Anchar. in d. cap. fin. de pact. in 6. num. 1. & per tot. & in fine dicti nu. 1. verſ. tertiò nota, Franch. ibidem, & ſignanter num. 2.* vbi concludit
5 *d. tex.* procedere in pactis, † & conuentionibus factis cum perſonis Eccleſiaſticis, ſecus verò ſi fierent cum laicis ſuper alijs iuribus argumentando à contrarijs iuribus illius textus, & multò magis dicta concordia ligat ſucceſſores, cum ſit confir-
6 mata † authoritate Apoſtolica, cuius vigore conuentio merè perſonalis efficitur realis, & per eam ſucceſſores remanent obligati *cap. veniens, verſ. niſi præfati Monaci, & ibi gloſ. in verbo confirmatum, vbi Butr. nu. 15. Hoſt. nu. 3. & 4. de tranſaction. Abb. in cap. 2. num. 1. poſt med. eod. tit. Gemin. conſ. 87. nu. 1. Rum. conſ. 63. lib. 1.* & ad docendum de confirmatione ſufficit ſola ſupplicatio,
7 † quia ſolo verbo Papæ gratia eſt perfecta, *c. quidem, & ibi Butr. nu. 10. Imol. nu. 8. de renunciat. Caſſad. deciſ. 1. eod. tit. nu. 6. verſ. ſi prius. Caputaq. deciſ. 80. par. 3. Put. deciſ. 54 nu. 2. lib. 2. Sarnen. in reg. de infirm. q. 18.* præſertim cum non agatur de obtinenda canonizatione, ſed deducatur ſupplicatio per viam exceptionis ad impediendum
8 vlteriorem progreſſum in lite, quo † caſu ſola ſupplicatio ſuffragatur, etiam quod non exhibeantur litteræ expeditæ, *Caſſad. deciſ. 8. num. 14. de reſtit. ſpoliat. Mohed. deciſ. 2. in fin. de priuileg.* & ſupradicta eo facilius procedunt, quia concurrit efficacia, & obſeruantia cum lapſu tanti temporis à
9 die initæ concordiæ vſque ad præſens, † quæ obſeruantia poſitiua probatur per teſtes *Rot. in Cuſent. praecedentiae 6. Iunij 1610. coram bo. me. Seleucien.* iſta enim obſeruantia benè declaratur, & concor-
10 cordiam † non eſſe perſonalem, ſed tranſitoriam ad ſucceſſores, *Honded. conſ. 92. nu. 27. vol. 1. Rot. diuerſ. deciſ. 256. in fin. par. 2.* hoc enim ſuffragatur, vt facilius veniat attendenda tanquam vtilis,
11 † & valida *Mantic. deciſ. 101 Seraph. deciſ. 1123. nu. 3. & 1307. nu. 7. Rot. in recent. deciſ. 689. nu. 1. par. 2.*

Non obſtat, quod dicta concordia fuerit reuocata à tribus Rectoribus ante confirmationem Apoſtolicam per reuocationem conſenſus, & diſſensũ Rectorum Abbati intimatum, quo caſu cum res
12 † eſſet adhuc integra, Rectores potuerunt pœnitere, & à tranſactione recedere iuxta opinionem, quã Rota perpetuò approbauit, quia procedit obiectũ, & poteſt recedi ant beneplacitum Apoſtolicum,
13 quando † pro forma requiritur, & ſub conditione non aliàs, aliter, nec alio modo, & ſunt factæ diligentiæ pro obtinen. beneplacito, nec potuit obtineri, vt declarauit Rota *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 374. num. 5. & in recent. deciſ. 585. nu. 3. par. 1.* Non autem in caſu, in quo non adeſt talis clauſula quia tunc cenſetur requiſitum, quatenus opus ſit, in quo caſu ante obtẽtum benepla-
14 citum recedi non poteſt, † dum illud ex ſuperabundanti fuit requiſitum, & de iure non requiritur prout in iſto caſu, *Gabr. conſ. 97. nu. 7. Put. dec. 42. lib. 2. Seraph. deciſ. 1027. num. 7. Rot. diuerſ. 519. num. 3. par. 1.* & adhuc durabant diligẽtiæ pro obtinen. beneplacito, prout ſtatim fuit obtentum, &
15 allegata in contrarium procedunt, † quando de iure beneplacitum Apoſtolicum requiritur, vel adeſt expreſſa conuentio partium cum clauſula non aliàs. Vltra quod eo ipſo quod omnes tàm Abbas, quàm Rectores ſunt poſiti pro oratoribus in ſupplicatione, à dicta proteſtatione cenſetur receſſum, & ſupplicatio ſignata ad inſtantiam omnium iũcta
16 obſeruantia † tanti temporis probàt conſenſum, indeq. ſequitur fieri poſſe fundamentum in dicta confirmatione illamq. dediſſe robur concordiæ, dũ ante beneplacitũ Apoſtolicum nõ potuit reuocari.

Sed ex eo cenſuerunt Domini remoueri omnem
difficultatem, quod actus reuocationis fuit factus
à Roderico Lopez procuratore, de cuius mandato
17 non cõſtat, cum tamen ſpeciale requiratur † ad de-
clarandam mentem mandantis, & ad proteſtandũ,
ad trad. per Pariſ. conſ. 108. *nu.* 48. *lib.* 4. *Surd. de-*
ciſ. 181. *nu.* 16. *Rota in recent. deciſ.* 68. *nu.* 1. *p.* 2.
& deciſ. 188. *nu.* 10. *&* 312. *nu.* 12. *par.* 5. & licet
dicta ſcriptura reuocationis appareat ſubſcripta à
tribus Rectoribus, nihil tamen operatur, quia at-
teſtatio Nuncij in relatione, quod proteſtatio, &
declaratio prædicta fuerit ſubſcripta à tribus Re-
18 ctoribus, non probat, † cum non ſit de concernen-
tibus ad officium Nũcij, cuius officium conſiſtit in
referendo ſe citaſſe hoc modo, vel alio, non autem,
An ſcriptura intimata ſit ſcripta, vel ſubſcripta ab
hoc, vel ab illo, quia id non dependet ab eius po-
teſtate, & voluntate, ſed à facto tertij, quod factũ
19 † non fuit illi commiſſum, ideoq. dicta fides Nun-
cij probat ſcripturã fuiſſe intimatã Abbati, ſed non
probat, ꝙ ſcriptura fuerit ſubſcripta à Rectoribuſ-
met, quia ad hunc effectũ requireretur, quod Nota-
rius ſe rogaſſet de ſubſcriptione Rectorum, & hinc
eſt, quod cum non agatur de re ſpectante ad officiũ
20 Nuncij, & agatur † de actu præterito, nec Nũcio,
nec procuratori creditur *Aegid. deciſ.* 61. *Rot. deciſ.*
285. *par.* 2. *diuerſ. & coram Seraph. deciſ.* 1430.
nu. 4. Nec dicta proteſtatio potuit deſeruire pro re-
21 uocatione mandati, cum † non fuerit intimata pro-
curatori in Curia conſtituto ad obtinen. dictã con-
firmationem *Caſt. in l. ſi procuratores. ff. de procur.*
Salic. in l. 1. *nu.* 3. *C. de ſatiſd. cum alijs per Rotam*
dec. 410. *par.* 1. *diuerſ.*

Non obſtant, quæ dicuntur de ſubreptione ſub
prætextu, quod confirmatio Apoſtolica emanaue-
rit ſub narratiua conſenſus omnium Rectorum, cũ
22 iam tres reclamaſſent, quia non conſtat † de vali-
da reuocatione ex defectu mãdati illius, qui reuo-
cationem intimauit, nec omnes Rectores reuoca-
runt, quod ſufficit, vt ſubſiſtat confirmatio, quæ
nullam habet difficultatem quoad alios quinque,
qui nunquam recuſarunt obſeruare concordiam,
nec aliquem actum fecerunt in cõtrarium, & pro-
pterea, cum materia ſit diuidua, ex quo iſti Recto-
res non faciunt Collegium, nec vnum corpus, &
veniunt penitus ex iure ſeparato, nec vllatenus cõ-
nexo, & taxatio fuit facta diuerſimodè reſpectu v-
23 niuſcuiuſque, tot † ſunt concordiæ, quot ſunt per-
ſonæ, ex quo tranſigerunt, vt ſinguli iuxta Theo-
ticam *Abb. in c. dilecta in fin. de exceſſ. Prælat.* ad
omne petus ſubſiſteret, quoad alios qui perſeuera-
uerunt in contractu, quia Rectores inſimul conſen-
ſiſſe præſumuntur, ne tot expedirentur confirma-
24 tiones, quot erant perſonæ intereſſatæ † ad inſtar
plurium conſortium litis, qui ſi conſentiant, poſ-
ſunt vnico libello agere.

Neque facit, quod non agatur de decimis, &
quod materia decimarum expreſsè excipiatur à
concordia, quia fuerunt exceptuatæ tantum deci-
mæ maiores, & concordia legitur reſtricta ad de-
cimas minores, & ſimiles oblationes, vnde ſequi-
25 tur non ſubſiſtere, quod tranſactio † eſſet contra
rem iudicatam, quia non adeſt alias res iudicata,
ex quo cauſa adhuc pendebat in Rota, & ſolum
etat datum mandatum per modum prouiſionis, &
26 tamen res iudicata ad effectum, † vt concordia ſit
nulla debet eſſe clara, & indubitata iuxta *deciſ.*
396. *&* 491. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Ex quibus omnibus concordiam obſtare vtra-
que parte informante reſoluerunt Domini &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Penſionis.

Die Veneris 29. *Maii* 1637.

ARGVMENTVM.

Confirmatio quid operetur. Tractatur quis
poſſit imponere penſiones ſuper Prioratibus
Cõmendis &c. Religionis Hieroſolymitanę.

SVMMARIVM.

1 *Confirmatio confirmat rem ſecundũ eius naturã.*
2 *in Papa non admittitur quæſtio poteſtatis, ſed be-*
nè defectus voluntatis, & nu. 6.
3 *Statuta à Papa confirmata remanent ſecundum*
eorum naturam.
4 *Religionis Hieroſolymitanæ Capitulum generale*
poteſt condere ſtatuta, & ordinationes, vigore
ſtatutorum à Papa confirmatorum.
5 *Statuta facta auctoritate Apoſtolica, non egent*
confirmatione.
7 *Perſonæ dicuntur nominatim expreſſæ, dum red-*
duntur certæ per dignitatem & qualitatem.
8 *Facultas conceſſa vigore alicuius ſtatuti dicitur*
ſatis conceſſa ſpecialiter, & nominatim, quam-
uis fuerit conceſſa generi.
9 *Nominatim id fit, quod verbis generalibus fit,*
quibus omnia comprehenduntur.
10 *ad Cautelam maiorem multa fiunt, quæ tamen*
non ſunt neceſſaria.

DECISIO CCXIX.

OCCASIONE reſolutionis coram me factę 9.
Iunij 1636. in qua fuit dictum penſionem de
conſenſu Prioris Cathaloniæ tunc exiſtentis reſer-
uatam per eius procuratorem ad fauorẽ Equ. Ra-
phaelis Cotonet eſſe nullã à principio ex defectu
poteſtatis, & non potuiſſe conualidari à Magno
Magiſtro ex eo, quod Priores non habeant faculta-
tem imponendi penſiones, ſed ſolus Magnus Ma-
giſter. Placuit Dominis ſuper hoc particulariter
audire Religionem in iuribus ſuis, & diſcuſſo arti-
culo, recedendo à ſupradicta deciſione, fuit reſolu-
tum penſionem, de qua agitur, potuiſſe reſeruari, re-
iecta ad alteram diſputationem inſpectione con-
ſenſus titularis, & incapacitatis d. Equitis Raphae-
lis Cotoner.

Ratio reſolutionis fuit, quia conſtat de auctori-
tate Magni Magiſtri ex priuilegio Apoſtolico, de
quo in Conſtitutione nona fel. rec. Pij IV. ædita an-
no 1560. & ex Statuto 49. de Commendis, in quo
diſponitur, quod ſolus Magnus Magiſter poſſit pen-
ſiones reſeruare, & illi, quibus nominatim, & ſpe-
cialiter conceſſa fuit facultas huiuſmodi per Capi-
tulum generale, quod ſtatutum fuit deinde confir-
matum,

matum, nedum per Sixtum V. ſed etiam per Paulum V. in confirmatione Capituli generalis anni 1603. ex certa ſcientia facta.

Pariter conſtat de poteſtate Priorum imponendi pēſiones ſuper ſuis Prioratibus ex ordinatione 13. de Commendis ædita in comitijs generalibus anni 1612. in qua vt commodius indigentijs Equitum poſſet ſubueniri, fuit Prioribus, Baiuliuis, & Commendatarijs reſtituta authoritas & facultas imponendi penſiones ſuper eorum Prioratibus, Baiuliuatibus, & Commendis ad fauorem quorumcumq; capacium; nec poteſt dubitari de validitate d. ordinationis, cum fuerit facta à Capitulo generali mediantibus ſexdecim Capitularibus repræſentātibus Capitulum generale, ex quo omnes linguæ in eoſdem 16. Capitulares compromittunt, vt in ſtabilimento 1. & 13. de Capitulo. Vnde ſequitur conſtare de valida reſeruatione penſionis, de qua agitur, per Priorem Cathaloniæ facta.

Non obſtat, quod cum d. ordinatio 13. ſit contraria ſtabilimentis, & interpretationi eiuſdem Capituli generalis, nec ſit confirmata à Papa, nō poſſit tollere antecedentem ordinationem 10. de Cōmendis, in qua de anno 1603. fuit reuocata facultas antea data Prinribus reſeruandi ſimiles penſiones, quam ad relationem Cardinalium Platti, Blāchetti, Arigonij, Tuſci, & Pamphilij auctoritate Apnſtolica confirmauit ſan. me. Paulus V. quia cū iſtæ ordinationes de ſui natura non ſint perpetuæ, ſed temporales vſque ad ſequens Capitulum generale, nec trahantut vltra, niſi rurſus in nouis comitijs confirmentur, confirmatio Apoſtolica non
1 facit illas perpetuas, nec illas immutat, † ſed illis dat robur ſecundum naturam ſuam, *l. Aurelius. §. 1. ff de liber. legat. Surd. poſt alios conſ. 330. num. 18.*
2 *vol. 3.* non ex defectn poteſtatis Papæ, † ſed ex defectu voluntatis, *Peregr. conſ. 63. nu. 6. lib. 1. Crot. conſ. 65. nu. 17. Rot. deciſ. 429. nu. 1. & 555. num. 2. par. 2. recent. coram ſan. me. Greg XV. dec. 267. n. 1. & ibi adden. & dec. 175. num. 7. & 8. par. 5. rec.* & propterea d. ordinatio ſic confirmata remanſit in
3 eodem ſtatu, † quo erat antea, & ſic reuocabilis iuxta ſuam naturam, & alia ſtatuta cōfirmata à Sede Apoſtolica; & dum ex ſtatutis confirmatis à Pa-
4 pa Capitulum generale poteſt † condere ſtatuta, & ordinationes, *vt in c. de Capitulo ordinat.* 13. de-
5 bet † cenſeri facta auctoritate Apoſtolica, & ſic non egere tali confirmatione.

Vltra quod d. ordinatio 10. præcedentis Capituli generalis nihil facit, ſtante clauſula donec per alia futura Capitula generalia immutatæ, reformatæ, ſeu abrogatæ non fuerint iuxta diſpoſitionem ſtatutorum eiuſdem Hoſpitalis, &c. quæ operatur, vt cōſtitutio temporalis vſq; in noua comitia generalia non tranſeat in perpetuum vigore dictæ confirmationis, ſed adhuc duret temporalis iuxta naturam ſimilium ordinationum propter prædictam præſeruatiuam in confirmatione conſtitutam, ex quibus infertur, quod cum in ordinatione anni 1612. fuerit hæc facultas imponendi penſiones reſtituta Prioribus, Baiuliuis, & Commēdatarijs pro Equitibus capacibus, iſte dicatur caſus limitationis cōpræhenſæ in ſtabilimento 49. de Commendis, in quo non tantum datur facultas Magno Magiſtro reſeruandi penſiones, ſed etiam illis, quibus nominatim, & ſpecialiter conceſſum fuerit per Capitulū generale, & propterea dum Capitulum generale de anno 1612. conceſſit hāc facultatem Prioribus, nihil fecit contrarium ſtatutis, ſed potius in executionem auctoritatis ſibi per ſtatuta conceſſæ, quorum confirmatio non ſuſtulit hanc facultatem, ex quo Papa confirmando non fecit ordinationem anni
6 1603. perpetuam non ex defectu † poteſtatis, ſed voluntatis, vt fuit dictum ſupra, & ex his apparet ordinationem 31. anni 1612. non eſſe contrariam ſtatuto 49. cū in eo diſponatur poſſe reſeruari penſiones ab illis, quibus à Capitulo generali ſpecialiter, & nominatim fuerit conceſſum, nec ordinationi æditæ anno 1603. quia non durabat amplius.

Nec cenſuerunt Domini ſubſiſtere quod concedere, ſeu reſtituere hanc facultatem reſeruandi pēſiones omnibus Prioribus, Baiuliuis, & Commendatarijs, non ſit dare facultatem Prioribus nominatim, & ſpecialiter ad formam d. ſtatuti 49. de Commendis, ſed ſit eam dare generaliter & vniuerſaliter contra d. ſtatutum, quod Sixtus V. & Paulus V. voluerunt inuiolabiliter obſeruari debere, decernentes ſtatuta Religionis firma, & in ſuo robore ſemper, & perpetuo eſſe, & permanere debere, quia placuit reſponſio, quod d. verba nominatim, & ſpecialiter non ſunt intelligenda de perſona ſpecifica particulariter, & in indiuiduo expreſſa, ſed ſufficit quod ordinatio conceſſerit facultatem
7 Prioribus; quia in iſto caſu † dicitur conceſſa facultas nominatim, cum ſatis dicantur nominatæ perſonæ, dum redduntur certę per dignitatem, & qualitatem expreſſam, *l. ſi cognatis, vbi Bart. in fin. & Socc. nu. 7. ff. de reb. dub. Pariſ. conſ. vlt. in fin. vol. 3. cum alijs per Mantic. de coniect. vlt. volunt. lib. 8.*
8 *tit. 4.* & cum verſemur in caſu ſtatuti, ſatis † dicitur conceſſa ſpecialiter, & nominatim, quamuis fuerit conceſſa generi, *Gloſ. in l. hæres ſeruum in verb. nominatim. ff. de euict. & in cap. conſtitutioni in verb. nominatim de ſenten excommunicat. in 6. Menoch. conſ. 3. num. 27.* vbi admittit id nominatim fieri,
9 † quod fit verbis generalibus, quibus omnia comprehenduntur.

Nec obſtant, quę latè deducuntur ad probādum, quod ſtatuta confirmata à Papa non poſſunt reuocari, quia non applicantur, ex quo omnia geruntur auctoritate Apoſtolica, & vigore auctoritatis conceſſæ à Sede Apoſtolica, quod benè comprobatur ex obſeruantia ſubſecuta, dum vigore d. ordinationis 19. de Commendis ſemper fuerunt reſeruatæ penſiones; vnde dicendum eſt, quod confirmationes ſimilium penſionum à Sede Apoſtolica emana-
10 natæ fuerint petitæ † ad maiorem cautelam, cum non ſit nouum, quod multoties etiam ſi confirmatio Apoſtolica non ſit neceſſaria, illa petatur.

Et ita pro validitate penſionis ex capite poteſtatis Prioris reſeruantis fuit reſolutum &c.

R. P. D. BVCCABELLA.

Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ.
Die Veneris 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

De voluntate Papæ aliquid concedentis, non eſt controuertendum, quando verba ſunt clara, de poteſtate vero nefas eſt dubitare. Condemnatoriæ ſententiæ qualiter ſint intelligendæ.

SVMMARIVM.

1 *de Sententia validitate conſtare dicitur ex reuolutione actorum.*
2 *Verba, quando ſunt clara, de defectu intentionis, & voluntatis diſponentis dari non poteſt.*
3 *de Papæ poteſtate dubitare nefas, et ſacrilegũ eſt.*
4 *Filijs debetur legitima in bonis matris.*
5 *Fideicommiſſario non eſt deneganda immiſſio in bonis fideicommiſſarijs propter exceptionem ſupplementi legitimæ, ſi hoc ſit omninò incertum, & illiquidum.*
6 *Fideicommiſſario, ſi ſit conceſſa immiſſio etiam ſuper bonis mobilibus fideicommittentis, intelligitur quatenus bona extent, ſecus vero ſi non extent.*
7 *ad Fructuum reſtitutionem condemnatio debet intelligi prout de iure.*
8 *ad Fructuum reſtitutionem ſi quis condemnetur à die motæ litis, debet intelligi à die motæ litis ab eo, ad cuius fauorem ſententia lata emanauit, nõ autem ab initio litis motæ ab alio.*

DECISIO CCXX.

FVIT reſolutum, cauſa per omnes Dominos viſa, ſententiam Rotalem eſſe confirmandam,
1 de illius enim validitate † conſtat ex actorum re-
uolutione iuxta *deciſ. Caputaq. 260. par. 2.* de iu-
ſtitia vero ex deciſionibus coram R P. D. meo Pi-
rouano in hac cauſa factis, & quoad habilitatem
perſonæ ad effectum ſuccedendi ſecundum Angelæ
fideicommittentis diſpoſitionem vltra reſponſio-
nes alias datas in deciſione facta ſub die 10. De-
cembris 1625. difficultas penitus ceſſare viſa fuit
ex ampliſſima diſpoſitione Sanctiſſimi, de qua in
2 Summ. num. 5. † cuius verba ſunt adeo clara, vt de
voluntatis, & intentionis defectu dari non poſſit,
3 † de poteſtate vero nefas, ac ſacrilegum eſt dubita-
re, *l. 2. C. de crimen. ſacrileg. cap. ſi quis ſuadente, §. qui autem. 17. quaeſt. 4. Lambert. de iur. patron. lib. 1. par. 1. quaeſt. 8. artic. 4. num. 1. Gonz. ad 8. regul. gloſ. 9. §. 1. nu. 70.*

Nec viſum fuit obſtare exceptionem retẽtionis, quam ſibi competere prætẽdebat D. Iulius occaſione legitimæ debitæ Beatrici dictæ Angelę filiæ, à qua ipſe fuit in teſtamento vniuerſalis hæres inſtitutus, ac etiam legitimæ Iulij ſenioris; nam quoad prætenſam legitimam Iulij Dominis placuerunt reſpõſiones datæ in dictis deciſionibus in hac cauſa ſub die 23. Ianuarij, * & 17. Maij 1630. * & 13. Iunij 1631. Quo vero ad prætenſam legitimam Beatricis vltra firmata in deciſione coram R. P. D. Pirouano die 30. Aprilis 1632. * & alis, quæ deducebant informantes pro Reuerendiſſ. D. Franciſco circa illius excluſionẽ propter dotem ex diſpõſitione *ſtat. Ciuitatis Caſtelli lib. 2. cap. 46.* ac deciſa coram Cardinale Lancellotto ſub die 18. Aprilis 1611. & ſententiam bo. me. Patriarchæ Mãzanedi latam de anno 1620 & die 3. menſis Iulij ad fauorem D. Lutij citato D. Iulio.

Placuit Dominis ineuitabile fundamentum,
quod licet dictæ Beatrici, & illius hæredibus, &
4 ſucceſſoribus, & ſic ipſi D. Iulio † debita fuiſſet
legitima in bonis Angelæ matris adhuc ſubſiſteret
alia reſponſio data in dicta deciſione in hac cauſa
ſub die 30. Aprilis 1632. quod ſcilicet non proba-
tur Beatricem bona hæreditaria Angelæ matris vn-
quam poſſediſſe, & quod conſtat tàm ipſum D. Iu-
lium, quàm etiam Clementem eius patruum plu-
ra ex bonis dictæ Angelæ conſequutos fuiſſe, vt la-
tè deducebant informantes pro Reuerendiſſimo
D. Franciſco etiam vſque ad conſumptionem v-
triuſque legitimæ, itaut hodie nullo modo agi poſ-
ſit de integra legitima, ſed ad ſummum de illius
5 ſupplemento, quod eſt omninò incertum, † & illi-
quidum, & conſequenter ſub illius prætextu immiſ-
ſio Reuerendiſſimo D. Franciſco fideicommiſſario
retardari non poteſt, *Bart. in l. 2. nu. 4. C. quando, & quibus quarta pars lib. 10. Gratian. diſcept. 198. num. 20. Rota deciſ. 184. num. 1. 2. & ſeqq. par. 4. diuerſ. & deciſ. 11. poſt Merlin. de legitim. & in Peruſina fideicommiſſi de Cineije 19. Aprilis 1630. coram R. P. D. meo Dunozetto, & in Romana de Guidis 13. Ianuarij 1631. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Neque poteſt primæ ſententiæ Rotalis iniuſtitia
deduci ex eo, quod dat immiſſionem etiã in bonis mo-
bilibus dictæ Angelæ fideicommittentis, & con-
demnat ad reſtitutionem fructuum quartæ partis
bonorum hæreditariorum eiuſdem Angelæ à die
motæ litis, quia cum abſolutè non condemnet D.
Iulium ad ipſorum bonorum mobilium reſtitutio-
nem, vel reddendam de illis rationem, non eſt vllo
modo contraria reſolutioni in hac cauſa factæ 11.
6 Maij 1618. coram bo. mem. Manzanedo, † & im-
miſſio erit concedenda quatenus mobilia extent,
quatenus vero non extent, ſententia in hac parte
7 remanebit ſine effectu; condemnatio autem † ad
reſtitutionem fructuum eſt intelligenda prout de
iure *Gregor. 176. num. 3. & 4.* & ſic à die motæ li-
tis ab ipſo Reuerendiſſimo D. Franciſco, ad cuius
fauorem ſententia lata fuit, non autem ab initio
8 † litis motæ ab alio, vt in ſpecie fuit dictum *in Romana nullitatis obligationis 6 Iunij 1618. coram bon. mem. Remboldo, & in Cluſina Poſſæ 18. eiuſdem menſis, & anni coram bo. me. Buratto.*

Et ita deciſum vtraque parte &c.

* *Sunt deciſiones 340. & 376. in prima parte, & 47. & 121. in præcedenti parte.*

§ *Et in ſequenti parte in eadem cauſa adeſt alia deciſio ſub die 23. Martij 1640. coram R. P. D. Merlino.*

R. P. D. PANZIROLO.

Foroliuien Iuriſpatronatus.

Die Lunæ 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

Beneficium, quod ſit de Iurepatronatus Laicorum, ex quo probari poſſit, Beneficium de Iurepatronatus impetrans cum narratiua, quod patroni intra quadrimeſtre non præſentarunt, quid probare debeat. Patronis currit tempus præſentandi à die ſcientiæ.

SVMMARIVM.

1 *Iuſpatronatus benè probari poteſt ex confeſſione partis aduerſæ, & maximè ſi fuerit geminata.*

2 *Iuriſpatronatus confeſſiones, quando non agitur de canonizatione iuriſpatronatus contra libertatem Eccleſiæ, bene probant ipſius exiſtentiam in præiudicium confitentis.*

3 *Iuriſpatronatus aſſiſtentia ex quibus bene doceatur.*

4 *de Præſentationum effectuatione quando non liceat dubitari.*

5 *Beneficium præſumitur de iurepatronatus, ſi fuerit præſtitus conſenſus à patronis pro tempore, in reſignatione illius beneficij.*

6 *Beneficium quando de vltimo ſtatu dicatur de iurepatronatus.*

7 *Beneficium de iurepatronatus, quod pertineat ad aliquos, ex quo dicatur benè probatum.*

8 *Patroni, ſi non præſentent intra tempus quadrimeſtre, expirat eorum auctoritas.*

9 *Patronis tempus quadrimeſtre ad præſentandum incipit currere à die habitæ notitiæ.*

10 *Beneficium de iurepatronatus, ſi quis impetret ſub prætextu, quod patroni intra quadrimeſtre non præſentarunt, debet plenè probare, quod habuerunt ſcientiam vacationis.*

11 *Beneficij iuriſpatronatus poſſeſſor ſi non in loco beneficij, ſed in longinquis partibus deceſſerit, tunc facilius præſumitur ignorantia in patronis, quàm negligentia ad præſentandum.*

12 *Iura extracta à Notario actuario, non eſt opus aliqua partis citatione ad hoc, vt dicantur validè extracta.*

13 *Iura, quæ nondum ſunt effecta de actis Notarij actuarij, tunc in illorum extractione requiruntur ſolemnitates neceſſariæ.*

14 *Iura poſtquam ſunt in actis producta, dicuntur effecta propria illius Notarij, & ſic ab eo extrahi poſſunt abſque alia ſolemnitate, ſicut omnia alia inſtrumenta ſuorum anteceſſorum.*

15 *ad Iuſpatronatus præſentatus non requiritur, quod ſit Sacerdos, ſi ea qualitas in fundatione non legatur.*

16 *Præſentatus ad iuſpatronatus, quando non requiratur, quod ſit actu Sacerdos.*

DECISIO CCXXI.

DEFVNCTO Thoma ab Aſtis vltimo poſſeſſore perpetui ſimplicis beneficij ſub inuocatione S. Bartholomæi in Eccleſia S. Mercurialis Foroliuij de Iurepatronatus eorumdemmet ab Aſtis; Hieronymus Vandinus narrans Sanctiſſimo huiuſmodi Collationem fuiſſe ad Sedem Apoſtolicam deuolutam, propter lapſum temporis ad præſentandum dictum beneficium impetrauit, & litteris expeditis, ac Foroliuij Vicario præſentatis, in ipſius poſſeſſionem fuit immiſſus. Verum ad Patronorum notitiam obitu dicti Thomæ perueniente, ſtatim coram Abbate S. Mercurialis dicti beneficij inſtitutores, & confirmatores Hieronymum Fachineum præſentarunt, qui ab eodem Abbate in poſſeſſionem dicti beneficij admitti obtinuit, quibus per Vandinum auditis, commiſſionem iactationis impetrando, cauſa fuit mihi commiſſa, & hodie reſolutũ fuit beneficium non eſſe adiudicandum Vandino, cum tàm de exiſtentia iuriſpatronatus, quàm de illius pertinentia ad præſentantes Fachineum non dubitetur.

Exiſtentia enim viſa eſt clarè deduci, Primò ex
1 geminata † confeſſione ipſius Vandini altera emanata in commiſſione. *Gratian. diſcept. forenſ. c. 502. nu. 5. & dixit Rota coram Gregor. deciſ. 555. nu. 9. & in Anconitana cenſuum 22. Iunij 1629. coram Durano inter impreſſ. in ordine* 212 *nu.* 25. altera in literis Apoſtolicis, cum in vtraque ſcriptum legatur, beneficium eſſe de Iurepatronatus laicorũ
2 ab Aſtis, quæ quidem confeſſiones, cum † non agatur de canonizatione Iuriſpatronatus contra libertatem Eccleſiæ, benè probant ipſius exiſtentiam in præiudicium Vandini cõfitentis. *Mantic. dec. 318. nu. 3. Rot. in recent. dec. 697 nu. 2. par. 1. & dec. 274. nu. 1. & deciſ. 738. nu. 2. par. 2. & deciſ. 172. nu 1. par. 3. & coram S. mem. Greg. deciſ. 452. nu. 2. & ibi adden. nu. 22.*

Secundò probatur euidenter, ex teſtamento q. Ioannis Baptiſtæ ab Aſtis anni 1431. qui fundauit, ac dotauit beneficium, de quo agitur de proprijs bonis, & Mutium ab Aſtis, ac eius hæredes in Patronos nominauit, illiq. ac ſuis hæredibus ius præ-
3 ſentandi reſeruauit, † qui modus benè probat aſſiſtentiam iuriſpatronatus iuxta diſpoſitionem *S. Cõcilij Trident. ſeſſ. 25. cap. 9. de reform. gloſ. in cap. Pigmentis 16. q. 7. Gonz. ad reg. 8 gloſ. 18. num. 32. Seraph. dec. 1232. nu. 1. & ſeq. & poſt Modern. de Iurepatronatus deciſ. 13. nu. 1. & deciſ. 17. num. 1. Rot. in recent. deciſ. 615. nu. 2. par. 1. & deciſ. 176. nu. 1. p. 4. & coram Durano deciſ. 100. nu. 2. & deciſ. 179. num. 1.*

Tertiò concurrunt præſentationes factæ à de-
4 ſcendentibus † fundatoris, & ſignanter de anno 1517. 1569. & 1621. de quarum effectuatione non dubitatur. *Rot. in recent. deciſ. 312. nu. 7. & deciſ. 224. nu. 7. & 8. p. 1. & coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 386. num. 1.*

5 Quartò adeſt conſenſus præſtitus à patronis † pro tempore in reſignatione iſtius beneficij. *Rot. deciſ. 792. nu. 8. p. 1. diuerſ. & poſt d. Modern. in praxi de Iurepatronatus deciſ. 84. nu. 1.* & demum concurrit vltimus ſtatus vti de iurepatronatus, cũ
6 vacauerit per mortem Thomæ ab Aſtis, † qui fuit vltimo loco præſentatus à ſupradictis patronis *ad trad. per Oldrad. conſ. 229. nu. 2. & ſeq.*

Nec fuit dubitatum de pertinentia iſtius bene-

7 ficij ad illos, qui Fachineum præſentarunt; cum †
probent eorum deſcendentiam ab ipſo fundatore,
cum titulo hæreditario. *Rot. deciſ. 146. nu. 2. par. 2.
& deciſ. 152. nu. 4. p. 5. recent.*
Non obſtat quod d. Patroni non præſentauerint
8 infra † tempus quatuor menſium, & propterea
ipſorum auctoritas expirauerit. *c. 1. de Iurepat. in 6.
Campani. diuer. Iur. Canon. dub. 11. cap. 13. n. 392.
Mandel. Alb. conſ. 790. nu. 11. Caualer. deciſ. 489.
nu. 1. Rot. deciſ. 15 nu. 2. p. 5. recent.* Quia computa-
9 tio quatuor menſium in præiudicium † patrono-
rum attenditur à die habitæ notitiæ per patronos
*c. licet de ſupplen. neglig. prælat. c. quia diuerſita-
tem de conceſſ. præben. Rebuff. in prax. rubr. de de-
uolut. nu. 10 Rocch. de Iurepatr. in verb. honorificũ
nu. 85. Garz. de benefic. p. 10 cap 2. nu. 15. Lap. alleg.
78. nu. 12. Gabr. conſ. 185. nu. 6. & ſeq. lib. 2. Verall.
deciſ. 248. p. 3. Mantic. dec. 260. nu. 3. Rot. dec. 421.
p. 1. diuerſ.* Vnde pro parte Vandini impetrantis
10 beneficium tamquam deuolutum, † probanda erat
vera ſcientia patronorum intra quadrimeſtre tam-
quam fundamentum ſuæ gratiæ. *Garz. de benefic.
cap. 3. nu. 37. & ſeq. Caſſad. deciſ. 5. nu. 3. de præben.
Mohed deciſ. 17. de præbend. Mantic. dec. 260. n. 1.*
Quinimò cum Thomas vltimus poſſeſſor bene-
ficij in longinquis partibus obierit, & non in loco
11 beneficij facilius præſumitur ignorantia † in pa-
tronis, quàm negligentia, & ideò impetrans tene-
tur probare ſcientiam certam, ac indubitatam *ad
tex. in clem. cauſam, verſ. plena, & certa de elect.
Lap. d. alleg. 78. nu. 12. Caualer. deciſ. 489. n. 2. in fin.*
Non obſtat, quòd iura ex quibus Fachineus iu-
ſtificauit, tàm exiſtentiam iuriſpatronatus, quàm
pertinentiam ad patronos, à quibus fuit præſenta-
tus, fuerint extracta parte non citata, quia cum
12 fuerint † extracta à Notario actuario, nõ erat opus
aliqua partis citatione. *Dec. in auth. ſi quis in ali-
quo nu 26. C. de eden. Rot. dec. 1. de fid. inſtrum. in
nou. & dec. 4. poſt princ. in antiquis eod. tit. Verall.
dec. 170. p. 1. Rot. dec. 50. nu 1. p. 2. & dec. 230. nu. 4.
p. 5.* & ſic nõ applicatur deciſio in *Foroliuien. bene-
ficij 30. Octobris 1591. coram bo. mem. Penia*, quia
13 in ea † agebatur de extractione iurium nondum
effecta de actis Notarij actuarij, & ſic pro illorum
extractione opus erat citatione, in iſto autem caſu
14 cum iura fuerunt † in actis producta, dicuntur ef-
fecta propria illius Notarij, & ſic ab eo extrahi po-
tuerunt, ſicut omnia alia inſtrumenta ſuorum an-
teceſſorum ſine aliqua ſolemnitate. *Gregor. deciſ.
38. num. 2.*
Demum non obſtat, quod Fachineus non fuerit
actu Sacerdos de tempore præſentationis, quia
cum in fundatione non legatur, quod præſentatus
15 debeat per ſe † ipſum celebrare, ſed potius adſit
expreſſa facultas, vt Miſſæ quæ in Cappella funda-
toris celebrari debent, poſſint ab alijs celebrari, vi-
16 ſum eſt nõ requiri, † quod præſentatus fuiſſet actu
Sacerdos. *Lap. alleg. 35. nu. 2. & ſeq. quem paſſim
Rota ſequitur Gratian. diſcept. 133. nu. 10. Rot. dec.
719 nu. 2. p. 2. recent.* & fuit reſolutum in *Bonon.
Iuriſpatronatus 9. Decembris 1630. coram R. P. D.
meo Grifilerio.*
Et ita vtraque &c.

R. P. D. MERLINO.

Neapolitana Pœnitentiariæ.

Die Veneris 4. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

In hac magiſtrali deciſione concluditur, quod
erectio Pœnitentiariæ facta in Eccleſia Me-
tropolitana Neapolitana ab Eminẽtiſs. Card.
Boncompagno valida fuit, & ſeruari debet
ex rationibus, & cauſis in deciſione adductis.

SVMMARIVM.

*1 Ordinario ſpectat deputare viros idoneos pro fide-
lium confeſſionibus excipiendis, & iniungendis
pœnitentijs, quibus peccata ſalubriter curentur.*

*2 Ordinarijs per Concil. Trident. iuncta eſt cura
deputandi Sacerdotes, apud quos Chriſtifideles
dolenter confitentes, conſcientiæ diſcuſſionem fa-
ciant, & ſalutarem medelam pro quibuſcumque
culpis exquirant.*

*3 Pœnitentiariæ ſacrum officium ab ipſis primitiuæ
Eccleſiæ temporibus regebatur à viris integrita-
te vitæ, & ſcientia conſpicuis, non ſine magna
auctoritate & veneratione.*

*4 Pœnitentiariæ ſacrũ officiũ Romæ tempore Mar-
celli I. per quindecim Cardinales exercebatur.*

*5 Pœnitentiæ ſacramentum inter ſancta diuinæ
bonitatis præſidia, ordinata ad obtinendam
Dei indulgentiam maximè neceſſarium eſt.*

*6 per Pœnitentiæ ſacramentum ſpes vitæ reparatur
æternæ, & violatum regenerationis donum re-
ſarcitur.*

*7 Sacerdotes plurimos extare multum intereſt, à
quibus expiatio omnium culparum, etiam reſer-
uatarum excipiatur, & pœnitentes ſalubri ſa-
tisfactione purgentur.*

*8 Miniſtrorũ Eccleſiæ numerus debet ſtatui ſecun-
dum multitudinem perſonarum.*

*9 Eccleſia, quæ magis frequentatur à populo ad di-
uina audienda, decet maiori miniſtrorum, & ope-
rariorum numero repleri.*

*10 Confirmatio Apoſtolica ſupplet omnem defectum,
ſi quis adſit.*

*11 in Pœnitentiariæ erectione, ſi conſenſus Capituli
neceſſarius fuiſſet, is defectus dicitur ablatus per
confirmationem Apoſtolicam.*

*12 Confirmatio, ſi emanauerit in forma ſpecifica,
perinde eſt, ac ſi res fuiſſet à Principe facta, &
de nouo conceſſa. & nu. 13.*

*14 in Eccleſia Cathedrali debet adeſſe vnus Pœni-
tentiarius.*

*15 Ciuitas Neapolitana eſt inter celebriores Italiæ,
ac populo frequentiores, ideo non eſt incongruũ,
vt in ea adſint plures Pœnitentiarij.*

*16 Fidelibus multum intereſt, non ab vno tantum,
ſed à pluribus Pœnitentiarijs facilè, & expeditè
pro eorum culpis veniam conſequi poſſe.*

*17 Pœnitentiarius electus iuxta formam Cõcil. Tri-
dent, non habet ex ſola vi ſui officij facultatem
abſoluendi à caſibus reſeruatis, niſi fuerit ſibi
ſpecialiter commiſſa.*

18 *Dole-*

18 *Doleri quis non debet de eo, quod abſque aliquo eius incommodo, vel onere eſt factum.*

19 *Pietas, & munificentia alicuius zelantis Paſtoris omninò fouenda videtur.*

20 *Regulares indecorum eſt, quod ſe immiſceant cum presbyteris ſecularibus, & in eadem Eccleſia miniſtrent.*

21 *Homines diſparis conditionis, ac profeſſionis non decet, vt in eodem officio aſſocientur.*

22 *Exemplum principalium Eccleſiarum Vrbis ſequi non debet dedignari qualibet alia Eccleſia.*

23 *Subreptio non intrat ex taciturnitate eius, quod Papam non reddiſſet difficiliorem ad gratiam concedendam.*

24 *Idoneitas perſonarum in magna Ciuitate regulariter præſumitur.*

25 *pro Subreptione euitanda ſufficit, quod id, quod non fuit expreſſum, Papam potuiſſe in genere cogitare.*

26 *Clauſula, ſine præiudicio, debet intelligi de alio præiudicio, quàm expreſſo.*

27 *Contradictio, ne incontinenti ſequatur, facienda eſt interpretatio.*

Actus non debent remanere inutiles. nu. 27.

28 *Clauſula præſeruatiuæ nihil de nouo concedunt.*

29 *Epiſcoporum ordinationes, ſtatuta, &c. ſtante auctoritate, & confirmatione Apoſtolica, ſiunt perpetuæ, & afficiunt etiam ſucceſſores, licet ſint in eorum præiudicium.*

DECISIO CCXXII.

EMINENTISSIMVS D. Cardinalis Boncōpagnus Archiepiſcopus Neapolitanus, pro ſua, & auita pietate, ac pro paſtorali ſuo munere ſollicitus circa curam animarum, & diuini cultus augmentum in Cathedrali Eccleſia metropolitana Pœnitentiariam erexit pro abſolutione impertienda à culpis, ſeu caſibus Ordinario ſpecialiter reſeruatis, illiuſque miniſterium PP. Barnabitis Clericis Regularibus Congregationis S. Pauli commiſit, eamque muniri confirmatione Apoſtolica obtinuit, ſuper quo orta controuerſia inter DD. Canonicos Cathedralia, & ipſos PP. Barnabitas, & ad Rotā delata, hodie me proponente, reſolutum fuit, dictam Pœnitentiariæ erectionem ſuſtineri.

Poteſtas enim concurrit, & iuſta cauſa, in quibus validitas erectionis conſiſtit. Nam ex debito officij Ordinariorum nedum Archiepiſcopus potuit,
1 † ſed & præcipuum illius munus fuit, deputare viros idoneos pro fidelium confeſſionibus excipiē-
dis, & iniungendis pœnitentijs, quibus peccata ſalubriter curentur, prout cautum eſt in *c. inter cætera §. vnde præcipimus de offic. ordin.* & notant Summiſtæ, vt *Silueſter in verbo Epiſcopus nu. 11. & Tabien. eodem verbo Epiſcopus num. 17.* Et ſacroſancta Synodus Tridentina curam hanc deputandi Sacerdotes, apud quos Chriſtifideles dolen-
2 ter † confitentes, conſcientiæ diſcuſſionem faciant, & ſalutarem medelam pro quibuſcumque culpis exquirant, diſtrictè iniunxit Epiſcopis, tàm in *ſeſſ. 23. c. 15.* quàm in *ſeſſ. 24. c. 6. & c. 8.* Imò & vſque ab ipſis primitiuæ Eccleſiæ temporibus conſtat,
3 † in hoc Sanctorum Antiſtitum poteſtatem, & curam multum vigilaſſe, vt ſacrum Pœnitentiariæ officium regeretur à viris integritate vitæ, ac ſcientia conſpicuis, non ſine magna authoritate, ac veneratione, vt teſtatum reliquit poſt *Sozomen. Socr. & Caſſiodor. Gomeſ. qui Romanæ Pœnitentiariæ fuit Regens in proœm. ad reg. Cancellar. n. 14. & 15.* vbi etiam obſeruat, tempore Marcelli Papæ I. hic
4 Romæ † quindecim Cardinales ſacrum hoc officium exercuiſſe.

Iuſtior autem, & vrgentior eſſe non potuit cauſa pro erectione dictæ Pœnitentiariæ, quam quæ exprimitur in litteris erectionis, nimirum zelus ſalutis animarum & incrementi cultus diuini, cum
5 inter Sancta † diuinæ bonitatis præſidia ordinata pro obtinenda Dei indulgentia, maximè neceſſarium ſit Sacramentum Pœnitentiæ, per quam ſpes
6 vitæ reparatur æternæ, & † violatum regenerationis donum reſarcitur; vt habetur in *c. multiplex de pœnit. diſtinct. 1.* Plurimumq; expedit multos exta-
7 re Sacerdotes, à quibus † expiatio omnium culparum etiam reſeruatarum recipiatur, & pœnitentes ſalubri ſatisfactione purgentur, iuxta tradita per *Vitalin. in Clem. dudum §. extra ciuitates nu. 9. & ſeqq. de ſepult.* vbi quod numerus miniſtrorum de-
8 bet ſtatui † ſecundum multitudinem perſonarum; Et Eccleſias inſigniores, qualis eſt Cathedralis Neapolitana, in quibus ad diuina audienda frequē-
9 tius congregantur fideles, vtique † decet maiori miniſtrorum, & operariorū numero repleri ad tradita per *Archidiac. in c. clericis nu. 4. 21. q. 1. Innocent. in c. fin. nu. 1. poſt med. de cleric. non reſident. Gonzal. ad reg. 8 gloſſ. 37. nu. 45.* Vnde & ex iuſtitia cauſæ, & ex poteſtate Ordinarij benè validitas dictæ erectionis Pœnitentiariæ iuſtificatur.

Sed & in controuerſiam dictam erectionem reuocari minimè poſſe viſum fuit Dominis, cum
10 † Apoſtolica fuerit auctoritate roborata, per quam ſublatus fuit, ſi quis aderat defectus ad *tex. in cap. primo & 2. de confirmat. vtil. vel inutil. Abb. conſ. 62 nu. 4. verſ. 2. principaliter lib. primo. Gabr. conſ. 183. nu. 12. lib. 2. Card. Seraphin. deciſ. 1080. nu. 6. & in rec. deciſ. 606. nu. 2. par. 3. & deciſ. 292. nu. 3. par. 5.* Et ſignanter ſuppletus fuit defectus conſen-
11 ſus Capituli, quatenus in dictæ † Pœnitentiariæ erectione fuiſſet neceſſarius, vt per *Capic. deciſ. 162. n. 5. in fin. & ſeq. Rota apud Card. Seraph. dec. 1025. nu. 8. & apud bon. mem. Andr. deciſ. 54. nu. 17. & in Vicen. capellæ 24. Martij 1634. coram R. P. D. meo Pirouano.* Attenta præſertim clauſula, *ſup-*
12 *plentes*, &c. & quod confirmatio † emanauit in forma ſpecifica, dum totus litterarum erectionis tenor in ipſa confirmatione fuit inſertus iuxta *gloſ. in c. paſtoralis §. præterea, verbo ex certa ſcientia de offic. deleg. Roman. conſ. 327. nu. 7. in fin. Gabr. conſ. 183. nu. 13. lib. 2. Rot. deciſ. 192. nu. 3. par. 1. & deciſ. 166. nu. 3. par. 5. recent.* ita vt perinde ſit, ac
13 ſi à Papa facta † fuiſſet erectio, ac de nouo conceſſa *c. ſi Apoſtolica de præben. in 6. Curt. Iun. conſ. 342. n. 20. Gozadin. conſ. 62. n. 15 Gratian. diſcept. forenſ. c. 992. n. 10. Rota in recent. dec. 192. n. 1. p. 1.*

Non obſtat, quod in eadem Cathedrali Eccle-
14 ſia † extet iam Pœnitentiarius iuxta præſcriptum *S. Conc. Trid. ſeſſ. 24. cap. 8. de reformat.* deputatus, & ſic minus neceſſaria videatur nouæ Pœnitentiariæ erectio.

Digitized by Google

15 Quoniam pro Ciuitate Neapolitana, quæ † eſt
inter celebriores Italiæ, ac populo frequentiores,
non eſt incongruum, vt plures adſint, qui Pœniten-
tiarij munus exerceant; cũ præſertim aduenæ plu-
rimi, ac peregrini terraque, marique, ad eam Vr-
bem confluant; quorum intereſt, non ab vno tan-
16 tum, ſed à pluribus † Pœnitentiarijs facilè, & ex-
peditè pro eorum culpis veniam conſequi poſſe.
Imò opportuna omninò fuit Pœnitentiarię erectio,
17 quia † Pœnitentiarius ad formam Concilij electus
non habet ex ſola vi ſui officij facultatem abſol-
uendi à caſibus reſeruatis, niſi ſibi fuerit ſpeciali-
ter commiſſa, vt cõſuluit *Nauor. conſ. 50. de pœnit.*
& poſt alios *Barboſ. de Canon. & dignit. c. 26. n. 12.*
Pœnitentiarij autem iſti per Eminentiſs. D. Card.
Archiepiſcopum deputati ſignanter habent iuriſ-
dictionem abſoluendi à caſibus reſeruatis. Neque
poteſt conqueri Reuerendus Canonicus Pœniten-
18 tiarius, & Capitulum † de huiuſmodi Pœnitentia-
riæ erectione, dum non indè grauatur vllo onere
Eccleſia, & Ordinarius prouidet de proprio, & in
adiutorium DD. Canonicorum ſine commodi par-
ticipatione PP. Barnabitas deputauit, vt in his ter-
minis monuit *Ricc. deciſ. Neapol. 115. in fin. par. 4.*
19 vndè pietas, & munificentia zelantis Præſulis om-
ninò fouenda videtur.

Minus aduerſatur, quod indecorum ſit, Regula-
20 res ſe immiſceri cum † Presbyteris ſecularibus, &
in eadem Eccleſia miniſtrare ad *tex. in c. cum cau-
ſam poſt med. vbi gloſ. verbo aſino de elect.* quoniam
id procedit, vbi ad vniuerſale regimen totius Ec-
cleſiæ ſecularis Pręſes deputaretur regularis, vnà
cum ſeculari; cum non deceat homines diſparis or-
21 dinis, ac profeſſionis † in eodem officio ſociari, vt
habetur in *d. c. cum cauſam*, & ita attenta diſpoſi-
tione *S. Concilij Trident. explicat Sanchez ſuper
decalog. lib. 7. cap. 29. nu. 71. 72. & 73. in fin.* In caſu
autem præſenti per Pœnitentiariæ erectionem nul-
la regularibus in DD. Canonicos ſeculares datur
pręlatio, nullauè dignitas, titulus, aut participatio
iuriſdictionis tribuitur in Capitulum, ſed in partē
oneris & miniſterij pœntiẽtiæ largiẽdæ tantũmodo
fuerũt aſſumpti, & hic Romæ in Vaticana Baſilica
S. Petri, atque in Lateranenſi, ac S. Mariæ Maioris,
in quibus degunt Canonici ſeculares, compertum
22 eſt regulares Pœnitentiariæ præeſſe, ita † vt exem-
plum hoc ſequi quælibet alia Eccleſia non debeat
dedignari, prout in ſimili fuit ponderatum *in Va-
lentina iuriſſedendi 12. Iunij 1634. coram me.*

Nec ſubſiſtit obreptio deſumpta ex eo, quod
Papæ non fuit narratum in Ciuitate Neapolitana
extare Sacerdotes ſeculares Theologos, qui mu-
nus hoc Pœnitẽtiariæ æquè benè potuiſſent obire.
Quoniam non inde Pontifex difficilior fuiſſet in
23 concedenda † Pœnitentiaria regularibus; cum &
in Vrbe non deſint Sacerdotes ſeculares huic mu-
neri apti, & tamen miniſterium hoc ſolis regulari-
bus aſſignatur, vnde ceſſat obreptio *cap. cum in lit-
teris vbi Felin. nu. 8. de reſcript. Caſſad. decif. 12.
nu. 14. de præbend. Rot. deciſ. 418. nu. 1. par. 1. rec.
cum alijs.* Potuitque Papa de hoc facillimè cogi-
24 tare; nam perſonarum † idoneitas in magna Ciui-
tate regulariter præſumitur *Menoch. de præſumpt.
lib. 6. præſumpt. 91. nu. 9.* Et lucubrationes, ac ope-
ra in Theologia, ac omni diſciplina à Canonicis
Neapolitanis ſcientia præclaris in lucem edita, &
S. D. N. apprimè nota id ipſum abundè teſtantur,
25 ſufficitq. † Papam de hoc potuiſſe cogitare in ge-
nere pro ſubreptione euitanda *Felin. in c. nonnulli
nu. 18. de reſcript. Put. deciſ. 38. nu. 3. & deciſ. 210.
nu. 5. par. 1. recent. & in Mantuana penſionis 4. De-
cembris 1626. coram me.*

Nec releuat clauſula *ſine alicuius præiudicio* &c.
26 in Confirmatione Apoſtolica inſerta &c. quia †
debet intelligi de alio pręiudicio quàm de expreſ-
ſo deputationis regularium pro Pœnitentiaria ad-
miniſtranda, ne incontinenti detur contradictio,
27 † & actus Confirmationis remaneat inutilis, vt
ſcripſit *Port Imol. conſ. 33. nu 57. verſ. reſpondeo.
Card. Seraph. deciſ. 1445. nu. 4. Gratian. diſcept. fo-
renſ. cap. 992. n. 8.* & fuit dictum in *Vicen. capellæ
24. Mart. 1634. coram* R. P. D. *meo Pirouano*, &
cum, vt ſupra fuit oſtenſum Capitulum, nullum ius
28 circa dictam Pœnitentiariæ erectionem habeat, †
non poteſt in vim clauſulæ præſeruatiuæ quidquam
prætendere *Becc. conſ. 74. nu. 16. & 34. & in d. Vi-
cen. capellæ coram* R. P. D. *meo Pirouano*.

Demum nec aduerſatur, quod huiuſmodi Pœ-
nitentiaria non videatur ſuſtineri poſſe in præiudi-
cium ſucceſſorum in Archiepiſcopatu, quoniam
29 † auctoritas, & confirmatio Apoſtolica facit illam
perpetuam, & quod ſucceſſores etiam afficiat *cap.
veniens, vbi gloſſ. & DD. de tranſact. Ferret. conſ.
230. nu. 2.* & fuit dictum in *Algaren. diſmembra-
tionis 14. Nouembris 1616. coram bon. mem. Rem-
boldo.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Vineæ.

Die Veneris 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

Sententia contra ſententiam lata eſt nulla, con-
contraria non reuocatá. Impugnari non po-
teſt id, quod ſemel fuit approbatum. Contra
immiſſum vigore Saluiani, licet competat
actio ſpolij, ſi percipiat fructus plus de ſuo
credito, tamen quando id non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Sententia contra ſententiam vt valeat, debet in poſteriori prima reuocari.*

2 *Et hoc præſertim, ſi eadem prima ſententia in iudicatum tranſiuerit.*

3 *Sententiæ nullitas producit eandem exceptionem, etiam in vltima, per quam illa confirmatur.*

4 *Nullitates tunc multo magis ſunt tollendæ, quando pars de eis opponit.*

5 *Spolij actio non poteſt intentari contra eum, qui authore Prætore poſſidet.*

6 *Poſſeſſio capta nulla præcedente intimatione eſt inualida, cum ſit neceſſaria ante executionem decreti.*

7 *Notarij relationi, quod ad aliquem actum præceſſerit*

Digitized by Google

ceſſerit intimatio, non ſtatur.

8 *pro Actus validitate præſumendum eſt, ſtante lapſu longiſſimi temporis, etiam quod ſeruatæ non fuiſſent omnes ſolemnitates neceſſariæ.*

9 *Approbatum quando aliquid eſt, tanquam ritè factum, poſtea non poteſt impugnari.*

10 *Spolij actio intrat etiam contra immiſſum in poſſeſſionem ex Saluiano, ſi vltra quantitatem ſui crediti fructus percipiat.*

11 *Venditio non præſumitur habuiſſe effectum, ſi poſtea vendens cõtinuauerit in illius poſſeſſionẽ.*

12 *Fructus percepti propter expenſas factas in melioramentis, dicitur quis eos percipere ex re propria.*

13 *Melioramentorum fructus non debentur melioranti, ſi ea mala fide fecerit.*

14 *Tempus, quando eſt fundamentum intentionis alicuius, eſt præciſè ab eo probandum.*

15 *Melioramenta facta, dum non ſunt ſolum vtilia, ſed etiam neceſſaria, ſemper ſunt reficienda, non obſtante an ſint facta mala fide.*

16 *Sententiam, quando quis impugnare non poſſit.*

17 *in Contractibus ſimulatis deficit cõſenſus vtriuſque partis.*

18 *Confeſſionis acceptatio etiam facta in alio iudicio, obſtat etiam in diuerſo, ita vt dicta acceptatio amplius reuocari non poſſit.*

19 *in Inſtrumento aliquo quis non poteſt ſe fundare, ſi illud impugnauerit, & in ſua impugnatione obtinuit.*

DECISIO CCXXIII.

CONFIRMARVNT Domini in dubio, quod hodie propoſui, deciſiones factas in hac cauſa coram R. P. D. Merlino ſub die 14. Iunij anni 1628.* & 25. Iunij anni 1629.* In ijs enim firmatum fuit, quod reuocandæ erant ſententiæ, in quibus concedebatur Paulo reintegratio ad poſſeſſionem vineæ propter nullitatem, & iniuſtitiam earumdem ſententiarum, quæ nullitas viſa fuit etiam ſubſiſtere in hoc dubio, cum non tolleretur ex datis pro parte Pauli, prout neque ab eo excludebatur caput iniuſtitiæ.

Primò viſa fuit obſtare nullitas reintegrationis quæ in ea ſententia conceſſa fuit Paulo, quia cum in penultima ſententia non facta fuiſſet mentio alterius ſententiæ latæ ad fauorem Partemiæ matris Margaritæ, à qua poſſidebatur hæc vinea, non poterat euitari contrarietas duarum harum ſententiarũ
1 cuius occaſione neceſſarium fuiſſet, † quod in poſteriori prima reuocaretur, vt notatur in *cap. inter Monaſterium de ſent. & re iudicat.* & notat ibi *Abb. ſub n. 16. poſt gloſ. in verbo confirmantes. Caſſad. deciſ. 1. nu. 4. de ſequeſtrat. poſſeſſ. & fruct.* præ-
2 ſertim cum eadem ſententia tranſitum † feciſſet in iudicatum, vt habetur *in l. 1. C. quand prouoc. non eſt neceſ.* & notant ibi etiam Doct. & nullitas eius
3 ſententiæ † producebat eandem exceptionem etiam in vltima, per quam illa confirmabatur, vt not. *Bart. in l. ſi vt proponis nu. 6. in fin. C. quomod. & quand. Iudex & in l. cum quærebatur 62. nu. 4. ff. de re Iud, Bald. in l. tale pactum §. qui prouocauit nu. 25. ff. de pactis*, maximè ſtante oppoſitione al-
4 terius partis, † quæ ante vltimam ſententiam proteſtata fuit de hac nullitate, vt conſiderauit idẽ *Bart. in d. l. ſi vt proponis n. 6 in fin. Alex. conſ. 111. nu. 4 lib. 4. & tenuit Rota apud Cæſar. de Graſſ deciſ. 11, nu. 3. de ſent. & re iudic. & deciſ. 9. nu. 8. de cauſ poſſ. & propriet.*

Viſa fuit ſecundo loco obſtare iniuſtitia, quia cũ Partemia obtinuiſſet hanc vineam authoritate iu-
5 dicis, † non poterat contra Margaritam illius hæredem intentari ea actio ſpolij iuxtà notata in *l. iuſte poſſidet ff. de acquir. poſſeſſ. & in l. qui vniuerſas §. Item cum Prætor ff. eodem tit. Mohed. deciſ. 4. de reſtit. ſpoliat.* Neque viſum fuit ſaltem dici poſſe vitioſam poſſeſſionem Margaritæ, eo quia ab illa
6 capta fuiſſet nulla præcedente intimatione, † quæ neceſſaria erat ante executionem decreti etiam ex forma in eo data, vt fuit reſolutum coram *Puteo deciſ. 168 lib. 1. & deciſ. 725. nu. 8 par. 2. recent.* adeout
7 in hac parte non poſſet ſtari relationi Notarij † qui in mandato aſſerebat præceſſiſſe eam intimationem ex notat in *authent. ſi qui in aliquo C. de eden.* & tenuit *Rota in deciſ. 55. nu. 1. par. 1. diuerſ.* & in *Anconitana cenſuum 24 Maij 1613. coram bo. me. Vbaldo*. Etenim ad hanc obiectionem reſponſum fuit, quod cum à die immiſſionis conceſſæ Parte-
8 miæ lapſi fuiſſent quadraginta anni, † præſumi poterat pro validitate eius actus, etiam quod ſeruatæ non fuiſſent omnes ſolemnitates neceſſariæ ex not. *in l. ſi filius fam. C. de petit. hæred.* & per *Bald. in l. ſciendum nu. 1. ff. de verb. obligat.* & in terminis ſẽtentiæ tradit *Aym de antiq. temp. par. 2. num. 52.* Secundò reſponſum fuit, quod ipſemet Paulus ap-
9 probauerat hanc immiſſionem tanquam † ritè cõceſſam; cum in iudicio ab eo moto de anno 1604, cõtra Partemiam repetijſſet inter alia iura mandatum de immittendo conceſſum Partemiæ ad effectum probandi illius ſatisfactionem, eo quia dictam immiſſionem obtinuiſſet vſque ad anno 1595. ex remedio, & interdicto poſſeſſorio Saluiani.

Non etiam obſtare viſum fuit, quod idem titulus Saluiani extinctus fuiſſet propter fructus, quos dicebatur eandem Partemiam percipiſſe ex hac vinea vltra quantitatem ſui crediti, ex quo etiam ca-
10 pite † intrare potuiſſet hæc actio ſpolij, vt in terminis huius interdicti tenuit *Rota coram Gregorio deciſ. 254. n. 2.* & in *Romana vineæ de Brunis 4. Decembris 1594. coram Cardinali Blanchetto*, & in *Romana domorum 4. Martij 1616. coram bo. mem. Buratto*. Deducebatur enim hæc ſatisfactio ex Inſtrumento venditionis, quam illa fecerat huius vineæ, cum loco pretij, quod fuit ſcutorum 350. promiſſi illi fuiſſent fructus recompenſatiui, quos etiam dicebatur percepiſſe; Sed reſponſum fuit vel non
11 probari, quod ea venditio † habuiſſet effectũ, cum poſtea Partemia continuauerit in poſſeſſione eiuſdem vineæ, vel quod obſtare non poterat quando etiam illa probaretur, cum ij fructus debiti fuiſſent Partemiæ ratione melioramentorum, quæ fecerat in hac vinea, quia cum illi percepti fuiſſent propter
12 expenſas † eorumdem melioramentorũ, dicebantur percepti ex re propria, & tanquam tales poterat eos lucrari Partemia, à qua fuerunt factæ expenſæ dictorum melioramentorum, vt *Rota firmauit coram Puteo deciſ. 275. lib. 3. & in deciſ. 435. nu. 15. par. 1. recent. authorit. text. in l. cæterum §. improbo ff. de rei vendic.* & præter relatos in deciſione præ-

terita

terita voluit *Afflict. dec. 87. n. 6. Vincent. de Franch. deciſ. 191. nu. 11.* Neque huic reſponſioni viſa fuit
obſtare replicatio facta à Paulo, quod non poſſent
13 dici debiti Partemiæ fructus eorum † melioramẽ-
torum, eo quia facta ab ea fuiſſent mala fide ex no-
tat *in l. domum C. de rei vendic. & per Menoch. de
recuper. poſſeſſ. remed. 15. nu. 540.* Non enim viſa
fuit probati hæc mala fides, nam illa deducebatur
ex tempore litis, quo dicebantur facta fuiſſe ea me-
lioramenta, & nunquam probata fuit qualitas hu-
14 ius † temporis, quæ tamen neceſſariò probanda
erat, dum in ea conſiſtebat fundamentum huius
exceptionis, præterea non poterat obſtare ea mala
15 fides, dum dicta melioramenta erant † non ſolùm
vtilia, ſed etiam neceſſaria, quæ ſemper reſtitui de-
bent poſſeſſori, vt tradit *Menoch. eod. remed. 15.
nu. 537. Bart. in l. in fundo nu. 11. ff. de rei vendic.
& in d. l. domum C. eod. tit. nu. 1.* & tenuit *Rota corã
Cardinali Seraphin. deciſ. 898. nu. 3.* & in *Romana
melioramentorum 5. Iulij 1632. coram R. P. D. meo
Dunozetto.* Imò hæc exceptio neque videbatur
allegari poſſe à Paulo, cum enim ea melioramenta
expreſsè reſeruata fuiſſent Margaritæ in poſteriori
ſententia lata ad fauorem ipſius Pauli, cuius vigo-
re recuperauit poſſeſſionem huius vineæ, non po-
16 terat † hodie amplius eam ſententiam impugnare
*arg. text. in l. Pomponius ff. de neg. geſt. & in cap.
quod ſemel de reg. iur. lib. 6.*

Dedocebatur etiam ſatisfactio Partemiæ ex alio
capite, cum poſt immiſſionem, quam obtinuit ſu-
per hac vinea, diceretur tranſegiſſe cum Paulo eiuſ-
dem vineæ Domino, qui ſe conſtituit illius debi-
torem vnius annui cenſus ſcutorum 200. quem
ſuper eadem vinea impoſuit, ex quo etiam potuit
ſatisfieri Partemiæ de ſuo credito, ſed non viſus
fuit poſſe obſtare hic titulus, cum ex declaratio-
ne ipſiuſmet Pauli probaretur contractum eius
cenſus fuiſſe ſimulatum, qui propterea non potuit
17 producere eum effectum ſatisfactionis † cum de-
ficere in eo videretur conſenſus vtriuſque contra-
hentis *arg. text. in l. emptione C. plus valere quod
agitur & l. ab Anaſtaſio C. mandati, & notat ibi
Bald. nu. 3. Bart. in l. nemo poteſt nu. 11. ff. de leg. 1.*
& fuit latè comprobatum *in Auenionen. ſimulatio-
nis 29. Iunii 1635. coram R. P. D. meo Panzirolo.*
Neque viſum fuit obſtare quod ea confeſſio ema-
nauerit in alio iudicio, quod Margarita intenta-
uit pro conſecutione fructuum eiuſdem cenſus,
18 quia non ſolũ ea confeſſio † acceptata fuit à Mar-
garita, quæ acceptatio obſtare videbatur Paulo, ne
ille hodie poſſet amplius eam reuocare *arg. text. in
l. ſicut C. de action. & obligat. & in l. contract. C. de
fid. Inſtrum. notat Alexand. in l. quicquid adſtrin-
gen. nu. 10. ff. de verb. oblig.* & ibi etiam *Iaſ. nu. 11.
& in l. errore nu. 3. C. de Iur. & fact. ignor.* ſed iu-
dicatum fuerat pro ea confeſſione, cum declaratum
fuiſſet nullum Inſtrumentum eiuſdem cenſus, quæ
quidem ratio efficere poterat, vt non poſſet hodie
19 Paulus in eo inſtrumento ſe fundare † poſtquam
conatus fuit illud impugnare, & in ſua impugna-
tione obtinuit *ex reg. text. in l. Papinianus §. ſi ex
cauſa ff. de inoffic. teſtam.* & notant ibi *Doct. & in
cap. Capitulum de reſcript. Gabr. de reg. Iur. con-
cluſ. 1. nu. 44.* & tenuit *Rota coram Cardinali Se-
raph. deciſ. 260. nu. 5. & deciſ. 974. nu. 6.*

Et ita vtraque parte informante &c.

* *Sunt deciſiones 188. & 312. ſupra in prima parte.*

R. P. D. GHISILERIO.

Valentina Iuris ſedendi.

Die Veneris 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

In Eccleſia Collegiata, quando adeſt Conſtitutio Capitularis, quod in ſedibus primi Chori admittantur dignitates, & Canonici, ſi ibi ſint erecti Præpoſiti cum eiſdem prærogatiuis Canonicorum, poterunt occupare ſedes vacuas Canonicorum non intereſſentium dicti Præpoſiti.

SVMMARIVM.

1 *Aequiparatio quid operetur.*

2 *Præpoſiti, qui habent eaſdem prærogatiuas, quibus gaudent Canonici, ſi habeant ius ſedendi immediatè in Choro poſt eos, illis licet occupare ſedes vacantes Canonicorum choro non interuenientium. & nu. 6.*

3 *Præpoſitis, ſi liceat ſedere ratione ſeſſionis immediatè poſt perſonas Canonicorum, hoc illis non contingeret, ſi non poſſent occupare ſedes vacuas Canonicorum non interuenientium.*

4 *Sedes dignitatum abſentium non poſſunt ab alijs occupari tanquam propriæ, & diſtinctæ.*

5 *Sed hoc intellige in concurſu cum dignitatibus, ſecus vero, quando dignitates non extant.*

7 *Sedes Canonicorum, quando non conſiderentur tamquam ſedes dignitatum, ſed tanquam ſedes Canonicales.*

8 *Perſonæ plures ſi habeant eaſdem prærogatiuas, diuerſo iure cenſeri non debent.*

9 *Exceptio bene firmat regulam in caſibus exceptuatis.*

10 *Teſtes nulliter examinati ſine iuriſdictione, & citatione ad viden. iurare teſtes, non probant.*

11 *Teſtes non concludunt negatiuam, ſi illam non coarctent.*

12 *Conſenſus alicuius non requiritur, quando res aliqua de per ſe venit in conſequentiam.*

DECISIO CCXXIV.

CVM vigore particularis commiſſionis dubitaretur, An liceret Præpoſitis Eccleſiæ Valentinæ ſedere ſuper ſedibus vacuis dignitatum, propoſito per me dubio in Rota ad fauorem Præpoſitorum fuit reſolutum, quia cum Canonici poſſint ſedere in ſedibus vacuis dignitatum ex Conſtitutione Capitulari Apoſtolica auctoritate confirmata, in qua ſtatuitur, quod ſuper ſedibus primi Chori admittantur dignitates & Canonici, inde ſequitur hoc etiam eſſe permiſſum Præpoſitis, quibus in litteris Apoſtolicis erectionis Præpoſituram fel. record. Sixti V. conceduntur omnes præheminentiæ,

Digitized by Google

tiæ, prærogatiuæ, & priuilegia Canonicorum ex-
ceptis tamen Capitularibus, ſiue competant de
iure communi, ſiue ex Conſtitutionibus Eccleſiæ,
vt in deciſionibus in prima inſtantia factis coram
☞ R.P.D. meo Merlino 16. Decembris 1633.* &
& 12. Iunij 1634 * & in ſecunda inſtantia coram
me 15. Decembris 1634. & 16. Martij 1635.* &
27. Iunij eiuſdem anni, * & ita per ſententias Ro-
1 tales fuit pronunciatum, talis æquiparatio † ope-
ratur perinde, ac ſi in ſpecie hoc ius ſedendi in ſe-
dibus vacuis competens Canonicis eſſet conceſ-
ſum Præpoſitis. *Pariſ. conſ. 22. nu. 5. lib. 4. Natta
conſ. 432. nu. 9. lib. 1. Creſcent. deciſ. 9. nu. 5. par. 2.
Secundò quia de priuileg. Rot. diuerſ. deciſ. 8. nu. 5.
part. 2.* ſuppoſitis igitur ſententijs Rotalibus, in
quibus fuit pronunciatum Præpoſitos habere ius
2 † ſedendi in Choro immediatè poſt perſonas Ca-
nonicorum Choro aſſiſtentium, eiſque licere occu-
pare ſedes vacuas Canonicorum Choro non inter-
uenientium iuxta ſupradictas deciſiones Præpoſiti
poſſunt occupare ſedes vacuas dignitatum, vt ſit il-
lis immediata ſeſſio, vt vnum, & idem ſit corpus
continuatiuè ex eo, quod dum Canonici poſſunt
ſedere ſuper ſedibus vacuis dignitatum, ita etiam
Præpoſitis licet ſedere ratione ſeſſionis immedia-
tæ, quam ipſi habent poſt perſonas Canonicorum,
3 † quod illis non contingeret, ſi occupare non poſ-
ſent ſedes vacuas dignitatum, quia de facili dare-
tur caſus, vt inter Canonicos, & Præpoſitos inter-
poneretur de medio ſedes vacua alicuius dignita-
tis non occupata à Canonicis, qui ſuper illam ſe-
derent.

4 Non obſtat, quod ſedes dignitatum † abſentium
non poſſint ab alijs occupari tamquam propriæ, &
diſtinctæ, vt in ſupradictis deciſionibus coram
D. meo Merlino, & coram me, quia id verum eſt
5 in concurſu cum dignitatibus. † ſecus verò quan-
do dignitates non extant, & ſi Canonici ſedent in
iſtis ſedibus, ita etiam poſſunt ſedere Præpoſiti, qui
6 gaudere debent omnibus † prærogatiuis, & præ-
heminentijs competentibus Canonicis, quo caſu
dictæ ſedes iuxta trad. per *Io. Andr. in cap. cum in
illis. § fin. in fine. de præbend. in 6.* non conſideran-
7 tur † tamquam ſedes dignitatum, ſed tamquam ſe-
des Canonicales. Vndè non poſſunt dici ſemper ſe-
des fixæ, ſed ſtrictæ ad tempus, dum Choro inter-
ſunt dignitates, & propterea cum illis abſentibus
conſueuerint occupari per Canonicos, nequeunt
8 diuerſo iure cenſeri quoad Præpoſitos † habentes
æqualem cum Canonicis & immediatam poſt eo-
rum perſonas in ſedendo prærogatiuam, vt latè in
ſupradictis deciſionibus. Neque verum eſt, quod
æquiparatio ſit facta in aliquibus tantum, quia ex
iam dictis apparet facta in omnibus præheminen-
9 tijs exceptis tamen actibus capitularibus. † itaut
exceptio benè firmet regulam in caſibus exce-
ptuatis.

Neque cenſuerunt DD obſtare teſtes examina-
tos ad perpetuam rei memoriam, ad probandum
quod Præpoſiti numquam ſederunt ſuper ſedibus
vacuis dignitatum. Quia vltra quod ſunt nulliter
10 † examinati ſine iuriſdictione, & citatione ad vi-
dendum iurare teſtes, quo caſu non probant. *Cre-
ſcent. deciſ. 1. de teſtib. Rota in recent. deciſ. 521.
11 nu. 2. par. 1.* non concludunt † negatiuam cum
illam non coarctent. *Alex. conſ. 65. nu. 3. in fin.
lib. 1. Rota coram ſanct. mem. Greg. XV deciſ. 41.
nu. 5. & 510 nu. 1 coram eodem, & deciſ. 163. nu. 9.
par. 1. diuerſ.* Nec etiam conſtat de obſeruantia in
contrarium, quinimo datur ſtatutum in fauorem
Præpoſitorum, vbi conceditur Canonicis facultas
ſedendi in ſedibus dignitatum, vt dum in dicto ſta-
tuto firmatur, quod nullus admittatur ad ſedendum
ſuper ſedibus primi Chori, niſi de conſenſu Capitu-
li, non requiritur conſenſus dignitatum, niſi quate-
nus ſint de Capitulo, quo caſu conſenſus eorum re-
12 quiritur tamquam de Capitulo, † & conſenſus hu-
iuſmodi non requiritur, quia eo ipſo quod Canonici
ſedent in cõſequentiam Præpoſitis habentibus ſeſ-
ſionem immediatam ſuper illis ſedere licet, & dum
dignitates abſunt, non agitur de aliquo illarum præ-
iudicio, quod ſedes vacuæ occupentur ab alijs.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutũ, &c.

☞ * *Sunt deciſiones 252. & 288. & 319. in prace-
denti parte, aliæ vero ſunt deciſiones 31. & 66.
ſupra in hac eadem parte.*

¶ *In eadem cauſa infra in ſequenti parte adſunt aliæ
deciſiones ſcilicet ſub diebus 15. Martij 1638. co-
ram R.P.D. Parzirolo, & 22. Iunij 1640. & 19.
Nouemb. eiuſdem anni coram bo. mem. Reueren-
diſs. Coccino Decano.*

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Valentina Decanatus, & Canonicatus,

Die Veneris 5. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Gratia, quando eſt conceſſa motu proprio, non
eſt, quid iuſtificetur, ſed habet ex ſe paratam
executionem. Beneficia ſubcollectorum di-
cuntur affecta. Prouiſus ab Ordinario quan-
do dicatur legitimus contradictor contra
ſubrogatum gratioſè, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Gratiæ quando non ſunt contraria, quis poteſt
vtraque vti.*
2 *Gratia motu proprio emanata non eget iuſtifica-
tione, quia nititur ſolo verbo Papæ.*
3 *Gratia motu proprio facta habet executionem
paratam.*
4 *Motus proprij robur non ceſſat, etiam ſi aliquan-
do in gratia dicatur, vt accepimus.*
5 *Gratia, licet ſit facta motu proprio, tamen poteſt
dari de defectu intentionis Papæ.*
6 *Beneficia vacantia per obitum ſubcollectorum
ſunt reſeruata, & ad hoc vt intret reſeruatio,
debet eſſe vnicus, ſed declara vt nu. 7.*
8 *Papa, dum prouidet de beneficio, cum clauſula.
Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat,
operatur, vt Papa non intelligatur voluiſſe
prouidere, niſi beneficium ſit reſeruatum.*
9 *Subcollectorum quod quis fuerit, non poteſt du-
bitari.*

bitari, ſi de illius deputatione facta per Papam conſtet ex litteris patentibus, & ex depoſitionibus teſtium.

10 *Beneficia ſubcollectorum, vt dicantur reſeruata, an ſit neceſſaria acceptatio d. officij ſubcollectoriæ.*

12 *Papa vbi manus appoſuit, alius non poteſt in eo ſe intromittere.*

13 *Subcollectorum beneficia, vt dicantur reſeruata, ſufficit, quod illa obtinuerit, vel durante officio, vel ante officium, licet de tempore obitus defunctus non eſſet ſubcollector.*

14 *Beneficium ſemel affectũ ſemper remanet affectũ.*

15 *Subcollectorem non fuiſſe vnicum, incumbit onus probandi dicenti contrarium.*

16 *Subrogato gratioſæ, quibus concurrentibus non poſſit denegari immiſſio, & nu.17.*

18 *ab Ordinario prouiſus, ſi ſit in poſſeſſione, tanquã legitimus contradictor poteſt impedire proceſſum executiuum.*

19 *Beneficium, quando non eſt reſeruatum, vel aliàs affectum, vel litigioſum, ſi prouiſus ab Ordinario poſſideat cum titulo, regulariter eſt legitimus contradictor ad impediendum proceſſum executiuum.*

20 *Ordinarij ceſſantibus reſeruationibus habent parem poteſtatem cum Papa conferendi, & Papa prouiſos ab eis agnoſcit pro legitimis contradictoribus.*

21 *Sed hoc intelligendum eſt, ſi prouiſus exhibeat titulum talem, ex quo ſi non eſſet poſſeſſor ex dicto titulo in concurſu cum prouiſo à Papa ei daretur immiſſio alias ſecus nu.22.*

22 *Immiſſio ſubrogato gratioſè non eſt retardanda, ſi clarè conſtet de reſeruatione.*

24 *Immiſſionem gratioſam, ſi quis iam obtinuerit, non attenditur ſi poſtea contradictor exhibeat titulum, amplia nu.25.*

DECISIO CCXXV.

VACANTE Decanatu, & Canonicatu Eccleſiæ Metropolitanæ Valentinæ, S.D.N.
de illis prouidit R.P.D. m. Rojam, qui etiam expediuit
ſubrogationem gratioſam; vnde dubitaui, an
ei eſſet danda immiſſio, & Domini affirmatiuè reſponderunt
ex vtraque gratia, quibus poteſt vti, nõ
obſtante diſpoſitione, *cap. vt quis duas de elect. in*
1 *6.* quia dictæ gratiæ ſunt diuerſæ, † non autem contrariæ,
vt in iſtis terminis dixit *Rota coram me in
cauſa Cæſarauguſtana de Maella 27. Iunij 1621.*
& quidem reſpectu gratiæ principalis, cum illa ſit
2 facta motu proprio, † iuſtificatione non indiget,
quia innititur ſolo verbo Papæ, *Achil. deciſ.10. de
prob. Put. dec. 101. lib 3. in correct.* & propterea ha-
3 bet † executionem paratam, *Seraph. deciſ. 1484.
num. 10. & deciſ. 1498. num. 1.* & fuit latè deductum
*in cauſa Caſalen. Beneficiorum 10. Decemb.
1627. coram R.P.D. Merlino, quæ eſt deciſio 119.*
4 *par. 5. recent.* nec dicti motus proprij robur † ceſſat,
etiam quod aliquando in gratia dicatur, vt accepimus,
*Achil. d. deciſ. 10. nu. 1. de prob. Put. d. deciſ. 101. & fuit dictum in cauſa Meten. Monaſterij 11. Februarij 1600. coram bo. mem. Litta apud Marcheſ. par. 2. fol. 517. repetita in deciſ. 24. par. 2.
recent. & in Gienten. beneficij de Anduxar 21. Iunij 1628. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano nunc Epiſcopo Vrgellen. quæ eſt deciſio 196. part. 5. rec.*

Neque obſtat, quod licet gratia ſit motu pro-
5 prio, † tamen poteſt dari de defectu intẽtionis Papæ,
Caſſad. deciſ. 4. verſ. non tamen de penſion. Bellam. deciſ. 392. cum alijs pluribus cumulatis in dicta
cauſa *Caſalen. beneficiorum coram R. P. D.
meo Merlino nu. 3.* in hoc autem caſu datur de defectu
intentionis, quia Papa prouidit tanquam de
6 reſeruato per obitum Gaſparis Viues † ſubcollectoris,
& tamẽ ad effectum, vt intret reſeruatio debuit
eſſe vnicus, quia verba regulæ hodie quintæ
loquuntur de vnicis ſubcollectoribus, ad quos re-
7 fertur verbum illud *vnicorum*, † nam poſt verbũ,
Collectorum, debet fieri punctus, vt cõſiderat Alphonſus
Soto gloſſator antiquus ſuper eadem regula,
quæ tunc erat quarta in principio, *Rota deciſ. 12. de præb. in nou. & deciſ. 11. eod. tit. in antiq.
Bellencinus de charit. ſubſid. quæſt. 124. Ioan. à
Kocchier ſuper hac regula nu. 14* At Gaſpar Viues
non fuit vnicus ſubcollector, cum alius fuerit deputatus,
& dictus intentionis defectus eo magis
8 augetur, quod Papa appoſuit clauſulam: † dummodo
collatio ad vos hac vice pertineat, quæ operatur,
vt Papa non intelligatur voluiſſe prouidere
niſi beneficium ſit reſeruatum, *Panuinus de poteſt.
& off. Capituli ſede vacãte in ſeptimo præludio ſub
num. 19. Simonet. de reſeruat. quæſt 61. nu. 3. & fuit
dictum in cauſa Taurinen. Cantoriæ 14. Octobris
1569. coram Oradino, & in cauſa Romana Clericatus
S. Petri 27 Nouemb. 1602. coram bo. mem.
Hieronymo Card. Pamphilio.*

Huic enim fundamento fuit reſponſum, nõ poſſe
dubitari, quin Gaſpar Viues fuerit ſubcollector,
9 cum de illius deputatione † facta per Papam, conſtet
ex litteris patentibus, & ex depoſitionibus teſtium,
qui ſunt modi probandi talem deputationẽ
ex adductis per *Ioan. à Kocchier ſuper hac regula
num. 6. Ferdin. à Caſtro Palao in ſuo opere morali
par. 2. tract 13. diſput. 2. dub. 20. nu. 6.* nec eſt in
10 hac facti ſpecie diſputandum, † an requiratur acceptatio,
cum illa adſit, & non ſit neceſſaria, quicquid
dixerit *Ferdinan. à Caſtro Palao loco citato
num. 5. Rot. deciſ. 11. de præb. in nou. Mandoſ. ſuper
hac regula quæſt. 4. Garcias de benefic. par. 5.
cap. 1. nu. 347. Barboſ. alleg. 57. nu. 216. Simonet.
de reſeruat. quæſt. 33. nu. 8. Caput. deciſ. 76. nu. 4.
par. 3.* Neque etiam ex dicta appoſitione clauſulæ,
dummodo collatio ad nos hac vice pertineat, dicendum
eſt, Papam dubitaſſe, an beneficia vnicorum
ſubcollectorum ſint reſeruata, quia non cenſetur
appoſita reſpectu iſtius reſeruationis expreſsè,
ſed reſpectu clauſula generalis, ſiue præmiſſo, ſiue
11 alio quouis modo vacet, itaut † non poſſit ex illa
clauſula generali capi vacatio, niſi collatio ſpectet
ad Papam ex illa vacatione, quę deſumitur ex clauſulis
generalibus, *Hieron. Paul. in praxi Cancellariæ
in notis ſuper vacantibus reſeruatis clauſula,
dummodo eius diſpoſitio &c. fol. mihi* 453. ſecundum
magnam impreſſionem cum praxi Rebuffi,
Seraph. deciſ. 755. nu. 4.

Remanet igitur ſolum reſpondendum, quod nõ
conſtet de defectu intentionis Papæ ex eo, quod

pio.

Digitized by Google

probatur alium ſubcollectorum fuiſſe deputatum,
& multipliciter fuit reſponſum. Primò, quod ip-
ſemet Papa deputauit prædictum Gaſparem Viues
in vnicum ſubcollectorem, & ideo non potuit in-
ferior alium ſubcollectorem deputare, cum pote-
ſtas inferioris dependeat ab ipſomet Papa, nec
12 † inferior poſſit ſe ingerere, vbi Papa manus appo-
ſuit, *cap. cum inferior de maior. & obed. cap. 2. de*
off. legat. Sbroz. de off. Vicar. quæſt. 39. nu. 2. lib. 2.
Fuſeb. de viſitat. lib. 2. cap. 20. num. 2. Monct. de
commut. vlt. vol. cap. 8. nu. 486. Alex. per illam
text. in l. 1. §. ſublata. nu. 1. ff. ad Trebell. id. A-
lex. in l. Gallus. §. & quid ſi tantum. nu. 21. verſ.
ſecundo limita. ff. de liber & poſth. Afflict. deciſ.
361. num. 18. Secundò fuit reſponſum quod ad ef-
fectum vt beneficia ſubcollectorum ſint reſeruata,
13 † ſufficit quod illa obtinuerint, vel ante officium,
vel durante officio, licet de tempore obitus defun-
ctus non eſſet ſubcollector, *Simonet. de reſer. dict.*
quæſt. 33. nu. 17. Garz. de benef. par. 5. cap. 1. nu.
365. Barboſ. de off. & pot. Epiſcopi d. alleg. 57. nu.
14 *123. Rot. deciſ. 255. nu. 6. par. 5. recent.* quia † be-
neficium ſemel affectum ſemper durat affectum,
Rot. deciſ. 10. & 12. circa princ. de præb. in nou &
deciſ. 13. & 14. eod. tit. in antiq. Felin. in cap. in
veſtra. nu 20. in 2. corrolario. Eneas de Falcon.
de reſeruat. quæſt. 3. num. 16. ad fin. verſic. ſubdit.
Gaſpar de Peruſio de reſeruat. §. quare autem.
nu. 13. verſ. veniunt etiam. In hoc autem caſu cla-
rè probatur, quod d. Gaſpar Viues obtinuit Deca-
natum, & Canonicatum, dum erat ſubcollector.

Tertiò fuit reſponſum, quod non ſufficit proba-
re, alium ſubcollectorem fuiſſe deputatum, niſi
etiam probaretur, quod de tempore, quo Gaſpar
Viues obtinuit dicta beneficia, non erat vnicus ſub-
15 collector, † onus enim probandi, ſubcollectorem
non fuiſſe vnicum, incumbit dicenti contrarium,
Mandoſ. ſuper hac regula quæſt. 1. num. 3. vbi re-
fert ita fuiſſe reſolutum in *cauſa Calaguritana de*
Logrogno 31. Maij 1546. coram Antonio Auguſti-
no, & fuit dictum in cauſa Salamantina penſionis
25. Iunij 1582. coram bo. me. Card. Blanchetto.

Reſpectu etiam ſecundæ gratiæ, ſcilicet ſubro-
gationis gratioſæ debetur immiſſio, quia ſufficit
16 docere † de reſeruatione, prout clarè docetur ex
prædictis. De clericatu, prout docetur ex litteris
patentibus iuxta *deciſ. 68. ſan. me. Gregorij*, & de
obitu dicti Gaſparis Viues in poſſeſſione, qui bene
probatur ex teſtibus in cauſa examinatis ſuper pri-
17 mo articulo, † & hiſce tribus probatis immiſſio
non poteſt denegari gratioſè ſubrogato, vt in cau-
ſa *Miranden. Parochialis 17. Maij 1600. coram*
bo. me. Franciſco Penia, quæ habetur apud *Garz.*
par. 6. cap. 4. nu. 32. Caualer. deciſ. 450. num. 5. &
deciſ. 559. nu. 1. Rot. deciſ. 570. nu. 1. par. 1. recent.
& fuit nuper dictum *in Pampilonen. beneficij 4.*
Aprilis ſuperioris anni coram me.

Neque obſtat, quod D. Franciſcus de Borgia
tanquam prouiſus ab Ordinario eſt in poſſeſſione,
18 † & propterea tanquam legitimus contradictor
poſſit impedire proceſſum executiuum.

Quia fuit reſponſum, quod licet quando benefi-
19 cium † non eſt reſeruatum, vel alias affectum, vel
litigioſum, prouiſus ab Ordinario, ſi poſſideat cum
titulo, regulariter eſt legitimus contradictor ad
impediendum proceſſum executiuum, *Put. deciſ.*
120. lib. 1. in correct. per doctr. Bart. in l. fin. nu.
21. verſ. aut compareat aliquis. C. de edict. Diu.
Adr. toll. & ratio eſt, quia ceſſantibus reſeruatio-
20 nibus Ordinarij † habent parem poteſtatem con-
ferendi, & Papa prouiſos ab Ordinarijs agnoſcit
pro legitimis contradictoribus, *cap. ſi à ſede de*
præb. in 6. Put. deciſ. 4. eod tit. Sarnen. deciſ. 32. in-
cipiente ſi à ſede, & fuit reſolutum in cauſa Eluen.
beneficij S. Saluatoris 16. Decembris 1602. coram
bo. me. Penia, in qua deciſione in hac parte fuit re-
ceſſum ab alia deciſione facta in eadem cauſa 16.
Nouẽbris eiuſdẽ anni. Hoc tamen eſt intelligendũ,
21 ſi prouiſus exhibeat titulum talem, † ex quo ſi non
eſſet poſſeſſor ex dicto titulo in concurſu cum pro-
uiſo à Papa, ei deberetur immiſſio, *Zuccard. in l.*
fin. nu. 346. C. de edict. Diu. Adr. tollen. vbi decla-
rat materiam, & allegando Zuccardum ita reſoluit
Rota in noſtris terminis apud *Verall. in deciſ. 346.*
num. 4. lib. 2. & eſt deciſio in cauſa Eluen. prace-
ptoriæ 10 Iunij 1611. coram bo. me. Card. Mareo-
montio. Alias ſufficit quod audiatur poſſeſſor, &
diſcutiatur eius titulus in iudicio executiuo, qui ſi
non erit talis, vt ex eo poſſit in concurſu tituli Pa-
22 pæ obtinere immiſſionem, † non erit ſub prætextu
appellationis deneganda immiſſio prouiſo Apoſto-
lico, prout fuit ſeruatum in dicta cauſa *Eluen. bene-*
ficij S. Saluatoris 16. Decembris 1602. & 17. No-
uembris 1603. coram Penia.

Ex quibus cum D. Franciſcus, dato etiam quod
ſit poſſeſſor, nullum exhibeat titulum, & ſi exhi-
23 beret, non poteſt eſſe talis, vt impediret † immiſſio-
nem R. P. D. Rojas, quia clarè conſtat de reſerua-
24 tione, immiſſio prædicta non eſt retardanda. † Ac-
cedat ex abundanti, quod nec ſufficeret, ſi poſt im-
miſſionem dictus D. Franciſcus exhiberet titulum,
Bart. in d. l. fin. nu. 21. C. de edict. Diu. Adr. toll.
& in iſtis terminis *fuit dictum in cauſa Pientina*
beneficij 18. Aprilis 1587. coram bo. me. Card. Se-
raph. quæ eſt deciſio impreſſa 357. & in d. cauſa
Eluen. beneficij 16. Decemb. 1602. coram Penia,
quod procedit in hoc caſu de plano; nam ſtante
25 clara reſeruatione, etiam † ſi hodie exhiberetur ti-
tulus, nullatenus poſſet ſuffragari.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

In eadem cauſa infra in ſequenti parte habentur aliæ deciſiones ſub diebus 28 Ianuarij 1639. & 25. Februarij eiuſdem anni coram R. P. D. Carrillo.

R. P. D. GHISILERIO.

Comen̄ Iuris conferendi.

Die Lunæ 8. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

Ius eligendi Canonicos in Eccleſijs Collegiatis regulariter ſpectat ad Capitulum, & Canonicos, & non ad Epiſcopum, & ſi ipſe contrarium prætendat, quid probare debeat, & quæ probationes ad hunc effectum nequaquam ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *ad Capitulum, & Canonicos ſpectat ius eligendi Canonicos in Collegiatis.*

2 *ad Epiſcopum ſpectat ius inſtituendi Canonicos.*

3 *ad Epiſcopum ſpectat ius eligendi Canonicos in Collegiata, ſi ipſe in limine fundationis dederit dotem de bonis ſuis.*

4 *Epiſcopus ſi aſſerat, ſe dediſſe dotem de bonis proprijs pro erectione Canonicatuum, id debet plenè, & concludenter probari.*

5 *Canonicatuum dotatio præſumitur facta de bonis Eccleſiæ, non autem Epiſcopi.*

6 *Beneficia præſumuntur dotata de bonis ipſius Eccleſiæ.*

7 *Epiſcopus habet poteſtatem in præordinatione, & protectione Eccleſiarum ſuæ Diœceſis.*

8 *Atteſtationibus de recenti ſtandum non eſt.*

9 *ex Decimatione vnius loci non bene infertur ad decimationem alterius loci ſeparati.*

10 *Præſumptiones non poſſunt elidere probationem fundatam in aſſiſtentia iuris communis.*

11 *Beneficia Eccleſiæ Collegiatæ præſumuntur dotata ex bonis ipſius Eccleſiæ.*

12 *Rector de iure fundat intētionem ad decimas exiſtentes intra ſuos limites etiam contra Epiſcopū. ad quem non ſpectant niſi illæ decimæ, quæ ſunt in Diœceſi, nec ſunt intra limites alicuius Parochiæ.*

Epiſcopus habet intentionem fundatam in quarta decimarum ei tangen. nu. 12.

13 *Eccleſia, quod ſit plebana, bene probatur ex eius erectione.*

14 *Priuilegij tenor eſt attēdendus, & maximè ſi priuilegiū ſit confirmatū à Papa, cū decreto irritāti.*

15 *Papæ poteſtas, ſemper intelligitur præſeruata.*

16 *Diſpoſitio quantumuis generalis ad vnum tantum etiam referri poteſt, ſi alijs conueniri non poſſit.*

17 *Apoſtilla inſtrumenti, quando eſt de manu Notarij, non eſt neceſſe illius approbatio.*

18 *Scripturam, quando quis allegat pro fundamento ſuæ intentionis abſque declaratione, vel proteſtatione, cenſetur illam in totum approbare, prout reperitur.*

19 *Papæ aſſerenti, ſe vidiſſe aliquam ſcripturam authenticam, credendum eſt.*

20 *Papa, ſi in confirmatione narret tenorem actus confirmati, probat actum confirmatum, abſque eo, quod exhibeatur actus confirmatus.*

Siue confirmatio ſit facta motu proprio, ſiue ad partis inſtantiam. nu 20.

21 *Papa, ſi narret in confirmatione actum confirmatum, præſumitur de eo informatus.*

22 *Confirmatio ex certa ſcientia facta à Papa, ſi in ea fuit expreſſa ſubſtantia, probat abſque eo, quod doceatur de confirmato.*

23 *Papæ confirmatio non releuat, ſi nullam habeat ſubſcriptionem, & careat anno Domini, & Pōtificatus Papæ concedentis.*

24 *Confirmatio Papæ ſi emanauerit ad inſtantiam partis, nil plus tribuit quàm actus confirmatus.*

25 *in Litteris Apoſtolicis ſubſcriptio non requiritur, ſi ſint plumbatæ.*

26 *in Bullarum plica non eſt neceſſarium, quod adſit annus.*

27 *pro Gratiæ Apoſtolicæ validitate ſufficit, quod adſit nomen Pontificis, & dies.*

28 *Conſtitutiones plures diuerſorum Summorum Pontificum in Bullario leguntur ſine anno, & Pontificatu, de quarum fide nefas eſt dubitare.*

29 *Obſeruantia antiquiſſima eſt ſufficiens interpretari verba ſtatutorum dubia.*

30 *Ius eligendi acquiri poteſt ex præſcriptione.*

31 *Iura etiam informia probant data obſeruantia.*

32 *Actus, qui ſunt nulli, & infecti non releuant.*

33 *Præſcriptio in iuribus incorporalibus, & negatiuis non incipit currere niſi à die prohibitionis, & acquieſcentiæ. amplia nu. 34.*

35 *Enunciatiuæ ſimplices, dum contigit dubitari de enunciato, non attenduntur.*

36 *Vicarius de iure non habet facultatem conferendi beneficia.*

37 *Præſcriptio in iuribus negatiuis non currit, niſi adſint debita requiſita.*

38 *Inualidum quod eſt, nullum poteſt præſtare impedimentum.*

39 *Collatio Canonicatus facta per Epiſcopum, quod habuerit effectum, aliud eſt, & aliud, quod dicta collatio præiudicet Capitulo ad effectum, vt Epiſcopus præſcribat.*

40 *Beneficij collatio non poteſt dici, quod fuerit effectuata, ſi ſuper ea litigetur.*

41 *Liber priuatus, licet eſſet recognitus non, probat.*

Liber priuatus contra tertium non probat, n. 41.

42 *Præſcriptio, quando eſt interrupta, eſt denuo inchoanda.*

43 *Præſcriptio interrupta non poteſt continuari.*

44 *Collatio beneficij ſi inualidè fuerit facta, perinde eſt, ac ſi non eſſet facta.*

45 *Iuris conferendi quaſi poſſeſſionem, vt quis acquirat, inter alia requiritur, quod ipſe credat vti iure ſuo.*

46 *Epiſcopi collatio facta de beneficio, cum clauſula, dummodò collatio ad eum ſpectet, ex ea apparet, voluiſſe conſeruare ius aliorum, ad quos ſpectat.*

47 *Præſcriptio vt interrumpatur, ſufficit actus extraiudicialis.*

48 *Præſcriptionis tota vis conſiſtit in vltimo momēto*

49 *Tempus de momento ad momentum admittitur in rebus odioſis, & præiudicialibus.*

Præſcriptio eſt res odioſa, & præiudicialis. n. 49.

50 *pro Iuris conſeruatione ſumēda eſt interpretatio.*

51 *Actus quilibet, aut contrarius, aut permiſſus etiā minimus eſt ſufficiens ad impediendam præſcriptionem, & ad euitandam negligentiam.*

52 *ex Negligentia deſumitur præſcriptio.*

DECISIO CCXXVI.

IN hac tertia inſtantia fuit reſolutum confirmandas eſſe ſententias Rotales, in quibus fuit definitiuè declaratum ius eligendi Canonicos in Collegiata Eccleſiæ S. Euphemiæ de Iuſula Comen̄ Diœceſis ſpectare ad Capitulum d. Collegiatæ, & propterea in futuris vacationibus Canonicatuum d. Collegiatæ Canonicos fore, & eſſe eligendos per d. Capitulum, cum intentio Capituli nitatur in diſpoſitione iuris communis, & in ſtatuto fundamen-

mentali cum præſcriptione iuris eligẽdi per mul-
tiplicatas electiones, de quibus latè in deciſioni-
bus in cauſa factis coram R.P.D. meo Pirouano,*
& R.P.D. meo Macchiauello,* in quibus opti-
timè firmatur d. ius eligendi non ſpectare ad Epi-
ſcopum, ſed ad Capitulum.

1 Nam de iure communi ius eligẽdi † Canonicos
in Collegiatis ſpectat ad Capitulum, & Canonicos:
2 ius vero † inſtituendi ſpectat ad Epiſcopum *c.1. de
elect. c. & noſcitur de his quæ ſiunt à Prælatis. ita
tenuit Ioannes de Lignano in cap. cum Ecclesia
Vulterrana de elect. vbi Abb. num.8. & alij relati
per Garz. de benef. par.5. cap.4. nu.64. Caſſad. de-
ciſ.22. de præbend. nu.3.* dicens hanc eſſe opinionẽ
communem, & vti talem eam ſequutam eſſe *Rotã
vt in Gerunden. Iuris cõferen. 24. Nouemb. 1631.
coram D. Queippo coram Seraph. deciſ. 1021. & co-
ram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 283. nu.1.*

Et quamuis diſpoſitio iuris communis recipiat
3 limitationem, quando Epiſcopus in limine † fun-
dationis dedit dotem de bonis ſuis, videlicet men-
ſæ Epiſcopalis; attamen in præſenti caſu non poteſt
Epiſcopus allegare talem donationem, quæ tollat
aſſiſtentiam iuris communis, in qua intentio Ca-
pituli, & Canonicorum eſt fundata; quia limitatio
procedit quotieſcumque Epiſcopus dotauit de bo-
nis menſæ propriæ, ipſiq. alleganti hoc tale feciſſe
4 † ex bonis proprijs, incumbit onus probãdi plenè,
& concludenter, vt benè firmatum eſt in dd. deci-
ſionibus in prima, & ſecunda inſtantia factis. In
iſto autem caſu non probatur, quod decimæ, ex qui-
bus fuerunt dotati Canonicatus, ſpectarent ad Epi-
ſcopum; quinimo cum decimæ, ex quibus fuerunt
dotati Canonicatus, ſpectarent ad Eccleſiam Pa-
5 rochialem iam dotatam, † dotatio præſumitur fa-
cta ex bonis Eccleſiæ non autem Epiſcopi ad tex.
*in cap. cum contingat, cap. cum in tua de decimis.
Rot. coram bo. me. Card. Caual. deciſ. 203. nu.1. &
in Placentina decimarum 10. May 1628. coram
6 Reuerendiſſ. D. Decano*, eo quia beneficia † præſu-
muntur dotata de bonis proprijs eiuſdem Eccle-
ſiæ *Abb. in d. cap. cum Eccleſia Vulterrana. nu.8.
de elect. cum alijs alleg.*

Nec Epiſcopus affirmauit in fundatione decimas
ſpectare ad ipſum, & dotaſſe de bonis proprijs; quia
verba illa, decimam vobis in integrũ concedo &c.
non probant, quod decima eſſet propria Epiſcopi,
vel quod ſpectaret ad ipſum: ideo ſunt potius refe-
ren ad poteſtatem Epiſcopi in præordinatione, &
7 † protectione Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, de qua in
cap. omnes Baſilicæ 16. quæſt. 7. quæ protectio, &
præordinatio reſpicit officium proprium. Et licet
dentur atteſtationes, quibus probatur Epiſcopum
percipere decimas intra limites aliarum Collegia-
tarum ad effectum præſumendi de præſenti in præ-
8 teritum; attamen cum ſint atteſtationes † de re-
centi, obiectum non procedit in ijs, quæ tempore
poſſunt mutari: quoniam poteſt eſſe, quod Epiſco-
pi ſucceſſores poſtea acquiſiuerint, quo caſu dictã
concluſionem non habere locum dixit *Rota corã
Mant. deciſ. 169. nu.3.* nec ex decimatione vnius
9 loci rectè infertur ad decimationem † alterius ſe-
parati: ideo ſtandum eſt præſumptioni iuris, quod
decimæ ſpectent ad Eccleſiam, & quod dotatio fue-
rit facta de bonis Eccleſiæ, quia præſumptiones
10 † non poſſunt elidere probationem fundatam in
aſſiſtentia iuris communis, *Egid. deciſ. 563. Seraph.
deciſ. 332. nu.2. Rota in Cæſaraugustana Came-
raria 9. Maij 1633. coram R.P.D. meo Pirouano,*
11 vbi quod beneficia Eccleſiæ † Collegiatæ præſu-
muntur dotata de bonis proprijs ipſius Eccleſiæ,
ex *Abb. in cap. cum Eccleſia. nu.8. de elect. & alijs
alleg.* Vnde cenſuerũt DD. decimas illius Eccleſiæ
Plebanæ, quæ fuerunt applicatæ pro dote non ſpe-
ctare ad Epiſcopum, ſed ad Rectorem illius Eccle-
cleſiæ, qui de iure fundat intentionem ad decimas
12 intra † limites ſuæ Parochiæ etiam contra Epiſco-
pum, ad quem non ſpectant niſi decimæ illæ, quæ
ſunt in Diœceſi, nec ſunt intra limites alicuius Pa-
rochiæ; excepta quarta decimarum, in qua ſola
Epiſcopus habet fundatam intentionem, *vt firma-
uit Rota in illis Nouarien. decimarum 7. Maij, &
17. Decemb. 1627. 12. Ian. 19. Febr. & 5. Decemb.
1629. & 11. Martij 1630. coram R.P.D. meo Piro-
13 uano.* Et ex ipſamet erectione iuſtificatur, † quod
iſta Eccleſia erat Plebana, & quia commorantes
ſub d. Plebe non ſoluebant decimas, ibi, quod ibi-
dem eſſent homines diabolica ſuaſione decepti,
nulli vnquam decimam dantes &c. & inferius, de-
cimam, quam modo comperij diabolica fraude te-
neri, vobis in integrum concedo, & non tantum
ipſam, ſed etiam de cæteris omnibus hominibus de
ipſa plebe decimam non dantibus vobis plena be-
neuolentia do, & trado &c. & infra ibi, quaprop-
ter ſupradictam decimam, quam modo inuenimus
Epiſcopus aſſignauit ius decimandi Canonicis. Ex
quibus apparet ceſſare fundamentum, quod Cano-
nicatus fuerint dotati de bonis menſæ Epiſcopalis.

Subſiſtit etiam aliud fundamentum deductum
ex diſpoſitione ſtatuti conditi in limine erectionis
Collegiatæ, de qua agitur vbi diſponitur, quod ne-
mo poſſit intrare in Canonicam abſque electione
fratrum: quod cum fuerit poſtmodum confirmatũ
14 ab Alex III. cum decreto irritanti, † eius tenor
venit attenden. *c. porro de priuileg. Peregr. conſ. 33.
num.12. vol.1. cum alij per Rotam in recent. deciſ.
155. nu.1. par.1.* & ſtante confirmatione Apoſtoli-
ca iux. *tex. in cap. veniens cum ibi notatis de tranſ.
Epiſc. ſucceſſorib.* auffertur facultas eligendi firma
remanente poteſtate confirman. *iux. trad. in c.1.
de elect.* illa enim verba, nullus ingrediatur in Ca-
nonicam ſine electione fratrum, intelliguntur pri-
uatiuè reſpectu Epiſcopi, cum nequeant intelligi
15 priuatiuè ad Papam, cuius † auctoritas ſemper cẽ-
ſetur præſeruata, & cum nullus alius poſſet prætẽ-
dere ius cõferendi in Diœceſi Comeñ præter Epi-
ſcopum, diſpoſitio quantumuis generalis non po-
16 teſt † intelligi niſi de ipſo, & perinde eſt, ac ſi de
Epiſcopo fuiſſet expreſſum, *Surd. conſ. 73. nu.8. &
conſ. 277. nu. 28. Gabr. de verb. ſignif. concluſ. 9.
num.7. Rimin. iun. conſ. 507. n.33. Menoch. conſ. 2.
nu.78. & præſumpt. 44. nu.26.*

Non obſtat, quod prohibitio ne quis intrare præ-
ſumat in hanc Canonicam abſque fratrum electio-
ne, fuerit appoſita in margine abſque approbatio-
17 ne Notarij. Tum quia apoſtilla † eſt eius manus,
qualis eſt ipſa ſcriptura fundationis: quo caſu non
requiritur approbatio Notarij, *Rota coram Card.*

*Caual.deciſ.*122. *nu* 26. tum quia ſtante aſſiſtentia
communis pro Canonicis, & Capitulo ſuper iure
eligendi, Epiſcopus dum nititur hac ſcriptura fun-
18 dationis, † eam allegando pro fundamento ſuæ in-
tentionis abſque declaratione, vel proteſtatione,
tenetur illam in totum approbare prout reperitur;
tanto magis concurrente ſupradicta confirmatio-
ne Apoſtolica Alex.III. in qua narratur tenor fun-
dationis etiam in ſpecie illius partis, in qua dicitur
quod nullus intret in Canonicā ſine electione fra-
trum ; hæc ſola confirmatio de per ſe ſufficeret ad
probandum fundationem cum dicta aſſignatione,
19 & prohibitione. Tum quia Papæ aſſerenti † vidiſ-
ſe authenticum fundationis, ſtandum eſt iuxta tex.
in clem. 1. *de probat.* vbi aſſerenti de facto proprio,
*Rota deciſ.*405. *nu.*1. *par.* 1. *recent.* & *deciſ.* 224.
*par.*3. *in Palentina Abbatia de Beneuiuere* 14. *De-
cembris* 1618. *coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*
Tum quia cònfirmatio, in qua Papa narrat tenorē
20 † actus confirmati quotieſcumque in confirmante
ſubſtantia confirmati plena narratur, probat actum
confirmatum abſque eo, quod exhibeatur actus cō-
firmatus, ſiue confirmatio ſit facta motu proprio ſi-
21 ue ad partis inſtantiam, quia † ſemper præſumitur
Princeps informatus iux. *conſ.Bellam.*35. *ſub n.*7.
verſ.hoc non puto verum. Eſt enim regulare, quod
confirmatio ex certa ſcientia qualis eſt iſta, vbi fuit
22 expreſſa ſubſtantia, † probat abſque eo, quod do-
ceatur de confirmato. latè *Rota diuerſ. deciſ.* 36.
*num.*1. & *ſeq. par.*2. & *in recent. deciſ.*92. *num.* 3.
par. 1. & 399. *nu.*4. *par.* 2.

23 Nec releuat, quod † iſta confirmatio nullam
habeat ſubſcriptionē, careat anno Domini, & Pon-
tificatus Papæ concedentis : quæ propterea cum
24 emanauerit ad poſtulationem partis, nil † plus tri-
buit, quàm actus cōfirmatus. Tum quia quoad da-
tam, in ea adeſt ibi, Datum Romæ apud S. Petrū
10. Kal. Maij: & quoad ſubſcriptionem, illa non re-
25 quiritur, cum ſufficiat, quod litteræ † Apoſtolicæ
ſint plumbatæ, prout ſunt litteræ confirmationis,
de qua agitur : quæ licet careant anno, hoc tamen
26 nō adimit fidē, quia non eſt neceſſarium, † quod in
plica bullarum adſit annus, *Felin.in cap.*2. *nu.*18.
*de reſcript. Iaſ.in l. ſi qua beneficia. num.*3. *C. de
diu. reſcript. Rom.conſ.*340. *nu.*1. & 2. & pro vali-
27 ditate † gratiæ ſufficit nomen Pontificis, & dies
iuxta tex. *in l. ſi qua beneficia. C. de diuerſ. reſcript.*
& ex lectura Bullarum, & conſtitutionum diuerſo-
28 rum Summorum Pontificum collectarum † per
Laertium Cherubinum infinitæ legūtur ſine anno,
& Pōtificatu, de quarum fide nefas eſſet dubitare.

Supradictis duobus fundamentis accedit obſer-
uantia ſubſequuta centum annorum, & vltra, quæ
non ſolum poſſet ſuffragari pro interpretatione di-
29 cti ſtatuti † fundamentalis, etiamſi verba eſſent
dubia, *Rot.diuerſ deciſ.*256. *in fine par.*2. ſed etiam
ex ea eſſet inducta præſcriptio ex qua etiam acqui-
30 ritur † ius eligendi, *Io.Andr. Butr. Hoſtien. Abb.
Anchar. Ripa,* & *alij communiter in cap. cum Ec-
cleſia Sutrina de cauſ. poſſeſſ.* & *propriet. Balb. de
præſcript. par.*1. 5. *part. principalis in* 8. *quæſt. ſub
nu.*1. & benè firmatur in deciſionibus in hac cau-
31 ſa factis: quo caſu † etiam iura informia probant,
*Bald.conſ.*400. *nu.*5. *lib.*4. *Aym. conſ.*10. *nu.*4. &
*conſ.*158. *nu.* 1. *Molin. de primog. Hiſpan. lib.* 3.
*cap.*13. *num.*49.

Nec præſcriptio ad fauorem Capituli tollitur ex
duplici præſcriptione Epiſcopi in contrarium iuris
liberè conferendi, nempè ab anno 1453. vſque ad
annum 1536. & ab anno 1564. citra. Nam reſpe-
ctu primæ præſcriptionis ab anno 1453. vſque ad
annum 1538. illa non iuſtificatur ex collationibus
pro parte Epiſcopi deductis, quia non probatur
quod ſint factæ ſine electione Capituli, & nonnul-
læ fuerunt factæ in menſibus reſeruatis, & itā tan-
32 quam nullæ, & infectæ † propter decretum irritās
non releuant. Aliæ verò ſunt factæ ſine ſcientia,
& patientia Capituli, & non probantur effectuatæ
ſciente, & contradicente, & deinde acquieſcente
33 Capitulo, vt in iuribus † incorporalibus, & nega-
tiuis requiritur iuxta *deciſ. Guidopap.*631. *num.*2.
præſcriptio enim in iuribus incorporalibus, & ne-
gatiuis non currit niſi à die prohibitionis, & ac-
quieſcentiæ, *l. quoties. vbi Bart. ff. de ſeruit. gloſ. in
l. qui luminibus. ff. de ſeruit. Vrb. præd. l. ſequitur.
§. ſi viam. ff. de vſucap. Rota deciſ.* 536. *par.* 2. *re-
cent.* & *deciſ* 265. *nu.* 36. *par.*5. quinimò non pro-
34 bata prohibitione, & acquieſcentia, † cenſetur
præſeruatum ius Canonicorum, itaut nec in mini-
mo illis fuerit præiudicatum, *Rot. dec.*396. & 713.
*nu.*6. *par.*1. *diuerſ. cum alijs in deciſ.*213. *num.*4.
*par.*4. *recent.* Aliæ verò ſunt ſimplices enunciati-
35 uæ, † quæ non probant vbi principaliter agitur de
enunciato, *auth. ſi quis in aliq. C. de eden. Rimin.
ſen. conſ.*480. *nu.*12. *lib.*3. *Caph. conſ.* 540. *nu.*34.
*Gabr. conſ.*40. *nu.* 20. *lib.*1. Aliæ emanarunt à Vi-
36 cario, † qui de iure non habet facultatem confe-
rendi, *cap. vlt. de offic. Vicar. in* 6. *Rota coram bon.
me. Card. Caual. dec.*28. *nu.*5. & *in Cæſarauguſta-
na Cameraria* 26. *Nouemb.* 1632. *coram R.P.D.
meo Pirouano.*

Nec poteſt iuuari Epiſcopus alia præſcriptione
cœpta ab anno 1564. citra. Tum quia nec quoad
37 hanc præſcriptionem † concurrunt ſupradicta re-
quiſita in præſcriptione iuris negatiui. Tum quia
cōſtat de pluribus interruptionibus, vt latè firma-
tur in deciſionibus DD. meorū Pirouani, & Mac-
chiauelli, & præſertim in deciſione R.P.D. mei Pi-
rouani, vbi firmatur electio Capituli facta de Pom-
peo Campatio non obſtante præcedenti collatione
Epiſcopi, quæ contigit de anno 1581. quæ non po-
38 teſt dici inualida, & † quod propterea nullum præ-
ſtet impedimentum, cum non fuerit facta à maiori
parte Capituli: quia ſubſiſtit reſponſio data in de-
ciſione D. mei Pirouani *in §. quia ex actu*, vbi ex
mandatis tollitur prætenſa inualiditas electionis
Campatij factæ à Capitulo, & benè iuſtificatur ex
copia electionis data in ſummario.

Nec facit quicquam declaratio facta per dictum
Campatium in viſitatione facta per Epiſcopum
de anno 1593. quod habuerit Canonicatū ab Epi-
39 ſcopo, cum aliud ſit quod † collatio facta per Epi-
ſcopum habuerit effectum: aliud quod præiudicet
Capitulo ad effectum, vt Epiſcopus præſcripſerit,
quia ſuffieit ſola contradictio facta per Capitulum,
& quod non adſit illius patientia, quæ requiritur ad
præſcribendum, vt fuit dictum ſupra. Nec ex lite
mota per Campatium ſuper immiſſione in poſſeſ-
ſionem

Digitized by Google

ſionem domus Canonicalis.poteſt inferri,quod an-
te electionem Capituli collatio Epiſcopi ad ſauo-
40 rem ipſius fuerit effectuata: quia † ex tali lite ſe-
quitur collationem Epiſcopi non habuiſſe effectum,
ex quo hac de cauſa litigabatur, cum prætenderet
ius vigore prouiſionis Epiſcopi, quæ deducebatur
in controuerſiam. Quibus non obſtat liber anti-
quus patrui dicti Campatij,in quo ipſe notauit ex-
plicitè,quod cœpit poſſeſſionem Canonicatus 26.
Iunij 1581.& ſic ante electionem de ipſo factam à
41 Capitulo; quia talis liber † non eſt recognitus pro
libro domus Campatij,& ſi eſſet recognitus,nihil
probaret, quia liber priuati non probat contra
tertium.
Interrupta autem præſcriptione, ea de nouo
42 † eſſet inchoanda, & ita excluditur præſcriptio in-
choata ab anno 1586. quia de anno 1612. Capi-
tulum contulit, & ſic de nouo fuit interrupta præ-
43 ſcriptio, † nec potuit continuari: & collatio facta
de anno 1593. ab Epiſcopo habet clauſulam, dum-
modo collatio ad ipſum ſpectaret:& ideo cum col-
latio non ſpectaret liberè ad Epiſcopum, ſed electio
ſpectaret ad Capitulum, vt fuit dictum ſupra,& fir-
44 matur in aliis deciſionibus, habetur † perinde, ac
ſi non eſſet facta, *Aym.conſ.150. nu.8. Rol.conſ.58.
vol 3. Card. conſ.157. num. 8. & ſeqq.* & tamen
ad effectum acquirendi iſtam quaſi poſſeſſionem
45 conferendi, † inter alia requiſita per *Gonzal. ſu-
per regul 8. nu.34. & 35.* neceſſe eſt, quod proui-
dentes, eligentes,ſeu præſentantes credant vti iu-
re ſuo, & iure proprio faciant *gloſ. in verb.vocem.
verſ.hoc enim non ſufficit. in cap. cum Eccleſia
Sutrina de cauſ. poſſ. & propriet. Calder. in conſ.
vlt. eod. tit. Lambert. de iurepatronatus lib.2.p.1.
quæſt.3.art.10. num.6. & 7.* In hoc autem caſu,
ſtante expreſſa proteſtatione, quòd Epiſcopus cō-
ferebat, dummodo ad ipſum ſpectaret collatio,
46 † apparet ipſum noluiſſe conferre ſine electione
Capituli.& voluiſſe conſeruare ius Capituli, vt de-
clarauit *Rot.deciſ.391. par.1.diuerſ.* & præſcriptio
ſi deſumatur ab anno 1593.non ſolum remanet in-
terrupta per electionem factam à Capitulo, cum
47 † ad ipſum effectum ſufficiat actus extraiudicialis,
ſed etiam per litem motam de anno 1631. *Abb.in
cap.illud. nu.4. de præſcript. Dec. conſ.212. nu.11.
Put.deciſ.385. num.1. lib.3. Rota coram Reueren-
diſſ.D.meo Decano deciſ.362 nu.2.* & ita cum de-
trahendum ſit tempus motæ litis, *Bart in l.Celſus
Hugo nu.27. vbi Bald. ff. de vſucap. Ancb. in cap.
licet cauſa.nu.14. de probat.* non remanet quadra-
48 genaria, & tamen tota † vis præſcriptionis perfici-
tur in vltimo temporis momento, *Iaſ.in l.3. §.ha-
beo. nu.15. ff. de acqu.poſſ.ff.* ex quo in præiudicia-
49 libus, & odioſis, qualis eſt præſcriptio, † compu-
tatio temporis etiam de momento ad momentum
admittitur, vt benè *Alciat. in l. anniculus. ff. de
verb.ſignific. Cuiac. in l.3.§. minorem. ff.de mino-
rib. & l. qua ætate. ff. qui teſtamentum facere
poſſunt.*
Supradicta autem facilius cenſuerunt DD. ap-
50 licari huic caſui, cum non † agatur de acquirendo
iure conferen. ſed de iam quæſito Capitulo confer-
51 uan. Quo caſu ſufficit quilibet actus, † aut contra-
rius, vel permiſſus etiam minimus, ad impedien.
curſum 40. annorum, & euitan. negligentiam Ca-
52 pituli, ex qua † deſumitur præſcriptio, ex allega-
tis *in d. deciſ. R. P. D. mei Pirouani in §. quia
omiſſa.*

Ex quibus DD. vtraque parte informante, cum non dubitaretur de validitate ſententiarum Rotalium, & iuſtitia benè probetur, pro illarum confirmatione reſoluerunt, &c.

☞ * *Ideſt ſub diebus 19. Decembris 1635. & 9. Maij 1636. ſunt deciſiones 71. & 133. ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. MERLINO.

Romana ſeu Spoletana nullitatis donationis,

Die Lunæ 8. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Iudici ſi ſit commiſſa ſuper iactationibus, & moleſtationibus cauſa, an validè pronunciet in petitorio. Contumax, quando habeat priuilegium appellandi intra decem dies à die habitæ notitiæ, & quando non. Donatio non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutorum nō tenet.

SVMMARIVM.

1 *Sententia tranſit in iudicatum, ſi in tempore à iure præſcripto non appelletur.*

2 *Sententia poſtquam tranſiuit in iudicatum, eſt omninò executioni demandanda.*

3 *Sentētia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, ſi cauſa fuerit commiſſa in poſſeſſorio, & poſtea reperiatur pronuntiatum in petitorio.*

4 *Iudex poteſt pronunciare ſuper annexis, & connexis iudicij introducti.*

5 *in Diffamationis iudicio quis ſemper poteſt obtinere declarari ius ſuum, & non ius diffamantis, illiq. ſilentium imponi.*

6 *Verbum, moleſtare, eſt aptum comprehendere tàm petitorium, quàm poſſeſſorium.*

7 *Cauſarum diuerſitas ceſſat, dum id, de quo quæritur, eſt ſequela iudicij inter eaſdem perſonas.*

8 *Donatio, quando declaratur inualida, perinde eſt, ac ſi non eſſet facta.*

9 *Sententia, quando eſt lata per contradictas, tunc, is, contra quem eſt lata, permiſſum eſt appellare intra decem dies à die habitæ notitiæ.*

10 *Contumax verus, & realis quis dicitur, ſi à principio fuit perſonaliter citatus.*

11 *Contumaci ficto, & præſumpto indultum eſt, vel vbi ſolum procurator eſt verus contumax, indultum eſt ex quadam æquitate poſſit appellare intra decem dies à die habitæ notitia.*

12 *Donatio facta non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutorum loci eſt nulla.*

13 *Statut Nurſiæ lib.3. rub.70 exigit in donationibus interuentum duorum Notariorum, quorum alter inſtrumenti rogitum excipiat, alter vero confectum inſtrumentum ſubſcribat.*

14 *Inſtrumenti ſubſcriptio facta per Sacerdotem, nō ſupplet defectum ſubſcriptionis Notarij rogati.*

15 *Sacerdotibus inhibitum eſt officium Tabellionis.*

Digitized by Google

16 *Scriptura à Sacerdote facta, vti priuata fides non facit fidem.*

17 *Stylus, quando eſt contra ius, vt ſuffragetur, debet probari conſuetudo ſpatio 40. annorum legitimè præſcripta.*

18 *Sacerdotibus, ſi conſuetudo aliquis tribueret facultatem exercendi officium Tabellionatus, non releuaret, & tanquam contra honeſtatem Eccleſiæ eſſet nulla.*

19 *Inſtrumentorum reualidatio rogatorum per Notarium ſuſpenſum ab officio, vt ſit valida, quid requiratur.*

20 *Notarius ad effectum reualidatoriæ inſtrumentorum ab eo rogatorum, debet probare ſe eſſe creatum à perſonis habentibus poteſtatem eum admittendi.*

21 *Statutorum confirmatio, ſi ſiat contra ius, requiritur, quod fiat mentio de hoc ſpecialiter à Principe.*

22 *Statutum, ſi habeat fomentum rationis, & publicæ vtilitatis, vt ſcilicet fraudibus obuietur, eſt ſeruandum licet contra, vel præter ius ſit, ſtante cõfirmatione Principis licet in forma cõmunis*

23 *Donationum materia ſuſpecta eſt, & deceptionibus multum obnoxia.*

24 *Statuta laicalia non poſſunt diſponere ſuper iuramento. vide nu. 25.*

DECISIO CCXXVII.

SENTENTIA Rotali pronunciatum fuit, donationem factam per D. Robertum Pauonium
Dionyſio, eſſe nullam, & irritam; ideoq reuocandam, à qua eum intra legitima tempora appellatũ
non fuerit, commiſſa mihi fuit exequutio rei iudicatæ, & cum hodie dubitauerim, An conſtet de re
iudicata, quæ ſit exequenda, poſt tertiam diſputationem fuit affirmatiuè reſponſum.

Validitas enim ſententiæ Rotalis ex reuolutione actorum, iuſtitia autem ex deciſionibus ſatis apparere viſa fuit, & conſtat ſententiam latam fuiſſe ſub
die 4. Februarij, appellationem verò interpoſitã
ſub die 24. eiuſdem menſis, & ſic longè poſt decennium ad appellandum à iure præſcriptum; vnde
1 † abſque dubio tranſiuit in iudicatum, *auth. hodie C. de appellat. c. quoad conſultationem de ſent. & re iudic. Rota decif. 5. de ſent. excom. in nou. & coram ſan. me. Greg. XV. decif. 492 nu. 2. & in Fer-*
2 *rarien. ſpolij 4. Iulij 1631. coram me*, eſtq. † omninò exequutioni demandanda, *l. ſi non obtulit. §. ſi ea conuentione. ff. de re iudic. l. 2. C. de execut. rei iudic.*

Non obſtat defectus iuriſdictionis contra ſentẽtiam Rotalem obiectus ex eo, quod R. P. D. meo
3 Rojas commiſſa † fuerit cauſa ſuper iactationibus, & moleſtationibus in poſſeſſorio, & tamen ſuper nullitate donationis in petitorio fuerit pronũciatũ.

Quoniam placuit reſponſio, quod eum moleſtationum, quas patiebatur D. Robertus, potiſſima cauſa eſſet donatio, qua nixus Dionyſius bona ad ſe ſpectare, non autem ad D. Robertum contendebat, conſequenter pro remouendis moleſtijs iactatis à Dionyſio, & pro confouendo Roberto in ſua poſſeſſione, neceſſe fuit ſuper huiuſmodi do-
4 nationis inualiditate † pronunciare, tanquam ſuper
connexis, & conſequentibus iudicij introducti *ex l. diffamari. C. de ingen. & manumiſſ.* In quo dif-
5 famatus ſemper poteſt obtinere declarari ius † ſuũ, & non ius diffamantis, illiq. ſilentium imponi, vt tradunt *Soccin. in c. propoſuiſti num. 26. poſt med. verſ. & aduerte de foro compet. Ferret. conſ. 39. nu. 2. & ſeqq lib. 1. cum alijs*, & de eius natura eſſe videtur, vt poſſit etiam proferri ſententia ſuper
6 petitorio, cum verbum † moleſtare aptum ſit comprehendere tãm petitorium, quàm poſſeſſorium, vt in terminis animaduertit *Marcheſan. de commiſſ. par. 3. c. 1. §. 1. nu. 17. & 18* Ceſſatq. motiuum
7 diuerſitatis † cauſarum, dum cauſa ſuper validitate donationis erat ſequela iudicij ſuper iactationibus inter eaſdem perſonas, ſuper iiſdem bonis coram Iudice introduci, firmato enim, & canonizato do-
8 nationem † fuiſſe inualidam illicò ceſſabant prætenſiones iactatæ à Dionyſio, & Robertus in ſua poſſeſſione muniebatur.

Minus obſtat, quod Dionyſio permiſſum fuerit appellare infra decem dies à die habitæ notitiæ,
9 † dum lata fuit ſententia per contradictas iuxta *Rot. decif. 22. in fin. de appellat. in nou.* indeq. excludatur res iudicata.

10 Quia dum Dionyſius fuit à principio perſonaliter citatus, & ſic realiter, & cum effectu eſt verus contumax iuxta doctrinam *Alex. in l. properandũ. §. ſin autem nu 10. C. de iudic. Marant. in ſpecul. par. 6. verſ. & quandoque appellatur. n. 285. Scacc. de appellat. q. 17. limit. 5. nu. 3.* Vtique non licuit illi appellare poſt decem dies à die habitæ notitiæ
11 ſententiæ, quod ſolum ex æquitate † quadam indultum eſt ficto, & præſumpto contumaci, vel vbi ſolum procurator eſt verus contumax, ſed debebat appellare intra decem dies à die latæ ſententiæ, *ex trad. per Rot. decif. 16. de dol. & contum. in nou. Felin. in cap. 1. ſub nu. 7. verſ. vnum etiam ſcias, vt lit. non conteſt. Milit. in repertorio verbo appellare non poteſt, Caputaq dec. 114. incipien. verus contumax in manuſcrip. lib. 1. Scacc. de apellat. q. 17. limit. 3. nu. 1. & 12.* & ita procedit *d. decif. 22. de appellat. in nou.*

Quo verò ad iuſtitiam ſententiæ ſuper nullitate donationis latæ, ſubſiſtere illam viſum fuit, irrita
12 enim fuit donatio, dum † non fuerunt adhibitæ ſolemnitates à *Statuto Nurſiæ lib. 3. rub. 70.* exigitæ, nempe interuentus duorum Notariorum, quo-
13 rum alter inſtrumenti † rogitum excipiat, alter verò confectum inſtrumentum ſubſcribat, vt per *Rot. apud Card. Seraph. decif. 113. nu. 1.* & hic vtrumque requiſitum deficit.

Non obſtat reſpectu ſubſcriptionis, quod inſtrumentum fuerit ſubſcriptum per Rutilium Sacerdotem, quem Notarij vicem ſubſtinuiſſe prætenditũr ex ſtylo Nurſiæ deducto ex pluribus inſtrumẽtorum ſubſcriptionibus ab eodem Rutilio factis, vt
14 in ſummario Dionyſij num. 7. Quia imò † Sacerdotis ſubſcriptionem non ſupplere defectum Notarij rogati ad validitatem inſtrumenti requiſiti in terminis ſimilis *Statuti Veronen. conſuluit Cepol. conſ. ciu. 64. num. 35. vſque ad fin. lib. 2.* Prohibitũ
15 eſt enim † à iure Sacerdotibus Tabellionatus officium *cap. vt officium. §. ad conſcribendas de hæretic. in 6. cap. ſicut extra ne cleric. vel Monac.* &

ſcrip-

16 ſcriptura à Sacerdote facta † vti priuata fides, non
facit fidem, *Capr. conſ.57. num. 3. Couar.pract.
quæſtionum cap.19.num.8.ſub verſ.quod ſi Sacer-
dos in fin. Honded. conſ.26. nu. 8. lib.2.* Nec alle-
gatus ſtylus ſuffragatur, quia cum ſit contra ius,
17 opus † eſſet probare conſuetudinem per ſpatium
40 annorum legitimæ præſcriptam iuxta opinionẽ,
quam ſeruat Rot. & tradunt *Abb.in cap. fin. n.11.
verſ. aut conſuetudo de conſuetud. Alex conſ.123.
num. 1. lib.5. Rota coram bon.mem. Card.Caual.
deciſ.419. nu.5. & deciſ. 649. nu 4.* Quæ probatio
hic deficit, & datur contraria atteſtatio Curialium
Nurſiæ ſuper obſeruantia ſtatuti in ſumm. d. Ro-
berti num.6. imò neque huiuſmodi conſuetudinẽ
18 tribuentem † Sacerdoti facultatem exercendi of-
ficium Tabellionatus releuare, & tanquam cõtra
honeſtatem Eccleſiæ eſſe nullam, opinatus eſt *Abb.
in cap.ſicut. num.18. ne Cleric. vel Mon.ac.* & ſe-
quutus eſt *Carolus Graſſ.eff.ct.Cleric. effect.8. nu.
24 Grileſon.conſ.170. ſub num.1.*

Reſpectu vero Notarij requiſiti ab eodem ſta-
tuto Nurſiæ pro excipiendo inſtrumento, non ob-
ſtat, quod Franciſcus qui rogitum inſtrumenti do-
nationis excepit, quamuis de illo eſſet priuatus, &
ſuſpenſus exercitio officij Tabellionatus, ex Con-
ſtitutione Sanctiſſimi D.N. ob non initum examen
ab eadem præſcriptum, tamen fuerit deinde reinte-
gratus à Præfecto Archiuij, ſiue ab Eminentiſſimo
Camerario, & reualidata inſtrumenta per eum fa-
19 cta. Quoniam reualidatio † prædicta ſuffragaretur,
ſi Franciſcus creatus fuiſſet Notarius per Guber-
natorem, vel Præſidem Prouinciæ, ſecus verò dum
per alium priuatum, ad quem non ſe extendit fa-
cultas conceſſa Præfecto Archiuij reſtricta ad No-
tarios dumtaxat creatos per Præſidem vel Guber-
20 natorem, vt colligitur ex prohemio † dictæ reuali-
datoriæ, vnde Franciſcus tenetur probare ſe ab il-
lis creatum, vt per *Alex.conſ.95. num.3. ad fin. &
4. lib. 1.*

Neque aduerſatur quod prædictum ſtatutum, tã-
21 quam contra ius, ſine ſpeciali † cõfirmatione Prin-
cipis non ſubſiſtat, quia vltra quod poſſet fortaſſe
dici ſtatutum huiuſmodi eſſe ſolummodo præter
ius, cum nullibi cautum reperiatur duos Notarios
pro inſtrumentis excipiendis non poſſe adhiberi;
22 hoc ſtatutum habet fomentum rationis, † & publi-
cæ vtilitatis, vt ſcilicet fraudibus obuietur. & pu-
blica documenta eo ſint tutiora, & maiori fide di-
23 gna, materia enim donationum ſuſpecta eſt, † &
deceptionibus multum obnoxia, vnde illud ſtatu-
tum tanquam rationabile, & honeſtum, cum ſit
munitum confirmatione fel recor. Pauli V. in for-
mà communi, ſuſtinetur omninò, & eſt ſeruandum
iuxta *Rot.deciſ.510. nu.9.par.4. diuerſ. & in re-
cent.deciſ.51. nu.10. verſ. qua confirmatio par.1.
& in Bonon. ſucceſſionis 1. Decemb. 1632. coram
bon.mem. Vbaldo,* atque *in Vrbeuetana hæred.25.
Maij 1622. coram Reuerendiſſ.Vrgellen.*

Demum non officit quod idem ſtatutum tanquã
24 laicale non comprehẽdat inſtrumẽta iurata, † quo-
niam dum non diſponit ſuper iuramento, ſed fidem
tantummodo adimit ſcripturæ, ſicq. probationem
ipſã reſpicit ex motiuo publicæ vtilitatis pro eui-
tandis fraudibus, vtique locum ſibi vindicat etiam
25 in contractibus, † & inſtrumentis iuratis, quia iu-
ramentum illud non probatur, nec ideo tangitur à
ſtatuto, ſed ſola probatio, ita *Caſtr.in conſ.61.n.2.
lib 2.* quem ſequuntur *Rol.conſ.43. nu 2.in fin.&
3.lib.3.* qui loquitur de ſimili ſtatuto interuentum
duorum Notariorum exigente, & alij per *Gian.agn.
conſ.83. nu 31. lib.1. Sanchez ſuper decalog.lib.3.
cap.22. nu.10. Barboſ.in l.1. num. 75. verſ. quod ſi
lex, ff. ſol.matr. Gabal. conſ.180. num 38. & ſeqq.
lib.1.* & amplexa fuit *Rota in deciſ.104. nu. 2. p.2.
diuerſ. & in Romana ſeu Florentina donationis 3.
Iulij 1628. coram R.P.D. meo Dunozetto.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Tranſactionis.

Die Lunæ 8. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

Alienatio rerum litigioſarum cum ſit prohibita à iure, ideo ſi fiat, non tenet, ſed hoc non procedit, quando quis generaliter omnia ſua bona alicui donauit, quia tunc ſub ea donatione veniunt etiam dicta bona. Donatio, quando dicitur vniuerſalis. Singularis eſt deciſio tanquam extenſa à tàm celeberrimo Auditore maximi quidem nominis, & fœlicis, fœcundiq. ingenij nato.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio rerum lite pendente ad fauorem perſonarum potentium, eſt probibita.*

2 *Licentia obtenta ad maiorem cautelam non poteſt inualidare actũ aliàs ex ſui natura validũ.*

3 *Bonorum translatio impeditur ex aliquo eorum vitio reali.*

4 *Donationis cauſa, quando eſt vniuerſalis, tùc ſub ea vniuerſalitate veniunt etiam bona litigioſa.*

5 *Donatio rectè poteſt vocari vniuerſalis, ſi contineat omnia bona donantis.*

6 *Donatio, vt dicatur vniuerſalis, ſatis non eſt ſola generalitas verborum, ſed requiritur corpus aliquod vniuerſale.*

7 *Dictiones, quantumuis vniuerſales effici non poſſunt, quin ſingulæ ſpecies certarum rerum diſtinctè conſiderentur in ſuas ſingularitates.*

8 *Deciſ. in cauſa Lucana iuriſpatronatus 9. Iunii 1598. coram Litta, qualiter ſit intelligenda.*

9 *Donatio non poteſt dici vniuerſalis, ſi ſit reſtricta ad aliquem locum.*

10 *Expreſſio vnius rei excludit ea, quæ ſub dicta re non circumſcribuntur.*

11 *in Donatione omnium bonorum, nomen bonorum ſtante deſignatione certi loci eſt aptum comprehẽdere ſeu de ſui natura ſignificare vniuerſitatẽ.*

12 *Innocent. dictum in cap. ex litteris de iurep. non recipitur.*

13 *Iuſpatronatus, cum ſit ſpirituale, ideo probibitũ eſt regulariter alienari, & hac de cauſa cedi non poteſt principaliter, ſed ſolum cum vno ex ijs corporibus quibus eſt annexum.*

14 *Alie-*

14 *Alienatio rei litigioſæ ſolum eſt probibita à lege, vt occurratur fraudibus; aut machinationibus litigantium.*

15 *Alienationis rei litigioſæ probibitio non afficit rē ipſam, ſed perſonas collitigantium.*

16 *Alienatio bonorum litigioſorum ſi fiat à tertio, qui non eſt in lite, valet.*

17 *Alienatio bonorum litigioſorum facta lite pendē-te valet, ſi illa fuerint ceſſa in donatione omnium bonorum.*

18 *Collitigans nemo præſumitur ita demens, vt donet omnia ſua bona alicui, ad hoc vt noceat alteri collitiganti.*

19 *Bonorum litigioſorum alienatio eſt probibita ſtante dolo, & fraude alienantis.*

20 *Iuſpatronatus tranſit ſub venditione omnium bonorum.*

21 *Creditum aliquod, quando non poſſit dici modici valoris.*

22 *Alienatio bonorum litigioſorum non poteſt dici, quod ſit facta in perſonam potentiorem, ſi is non habeat aliquod officium, cuius occaſione dici poſſit illi ſubdita perſona collitigantis.*

23 *Ceſſio bonorum litigioſorum facta in Eccleſiam, non poteſt dici, quod ſit facta in potentiorem, ſi illa non babeat poteſtatem in collitigantem.*

24 *Licentiam ad aliquid alienandum, ſi quis obtinuerit, dicitur conſumpta in actu alienationis.*

25 *Actus, non poteſt dici conſummatus, ſi adhuc non ſit perfectus.*

26 *Donandi licentiam aliquid certa perſonæ ſi quis obtinuerit, non poteſt mutare perſonam. declara prout num 27.*

28 *Alienatio bonorum feudalium facta ſine conſenſu Domini directi non tenet.*

29 *Alienatio bonorum ſi ſit probibita ob aliquam cauſam, ceſſante dicta cauſa alienatio poteſt in quamcumque perſonam fieri.*

30 *Ratio alicuius rei ceſſat ſtante diuerſitate perſonarum.*

31 *Alienatio rei ſeudalis factæ perſonæ non nominatæ tenet, ſi conſenſus præſtitus à Domino, non reſpiciebat perſonam, cui debebat fieri alienatio, & vide nu. 32. & 33.*

DECISIO CCXXVIII.

DVBITATVM fuit in hac cauſa, an eſſet valida donatio, quam Marchio Facchenettus
obtinuit à Laurentio Sala ſuper bonis, quæ idem
Laurentius antea renunciauerat Hieronymo, &
Philippo de Ballattinis poſtquam ille iudicialiter
impugnare cœpit eandem donationem à ſe factā,
cum autem duæ exceptiones proponerentur contra
validitatem donationis factæ ad fauorem Marchionis;
actum fuit de prima exceptione ſub die
26. Nouembris anni 1633. * & concluſum illam
non obſtare, eo quia non concurreret in Marchione
qualitas potentioris, ob quam dicebatur
eam donationem valere non poſſe tum ex diſpoſi-
1 tione iuris, † quæ prohibebat fieri alienationem
lite pendente ad fauorem ſimilium perſonarum,
quæ prohibitio habetur *in l. 1. & tot. tit. C. ne liceat
petent. & in l. 1. & 2. ff. de alienat. iud. mut. fact.*
tum ex licentia Cardinalis Legati, quæ impetrata
fuit à Laurentio ante ipſam donationem, cum conceſſa
illi fuiſſet ſub hac conditione expreſſa dummodo
nō fieret in potentiorem. Actum deinde fuit
de altera exceptione ſub die 14. Nouembris anni
præteriti, * & cum illa contineret, quod non potuiſſet
Marchioni ſuffragari licentia cōceſſa Laurentio,
dum ille eadem bona donauit Pompeio Bonacurſio,
qui poſtea ea ceſſit Marchioni, reſponſum
fuit non obſtare tàm hanc, quàm etiam primam
exceptionem, eo quia non fuiſſet ea licentia neceſ-
ſaria, cum potuiſſent à Laurentio valide donari eadem
bona non obſtante lite, vnde ea licentia vide-
2 batur ſolum obtenta pro † maiori cautela donatoris,
quæ non potuiſſet efficere, vt donatio non ſubſiſteret,
dum illa eſſet ex ſui natura valida, & hoc
fundamentum comprobatum fuit in deciſione tunc
facta. Primò ex qualitate actionis deducta in iudicio,
quod motum fuit à Laurentio, quia cum illa
eſſet merè perſonalis, non poterat afficere bona
3 renunciata † aliquo vitio reali ex quo impediretur
illorum translatio *ex doctr. Bart. in l. 1. §. ſi inter.
ff. de litig. & in l. 1. C. eod. tit. quam etiam tenuit
Cyn. in auth. litigioſa. nu. 4. Bald. n. 2. C. eod.
tit. & alij relati per Couarr. pract. q. cap. 15. n. 6.*
Secundò ex qualitate ipſius donationis eo quia illa
fuiſſet vniuerſalis ſub qua in conſequentia veni-
4 re potuiſſent, † etiam bona litigioſa, vt tradit *in
gloſ. d. auth. litigioſa. §. 1. in verb. diuiſio authoritate
eius text. & in l. in modicis. ff. de cōtrah. empt.*

Verum ad tollendam vim huius fundamenti impugnabatur
à Ballattinis poſterior hæc ratio ſuper
generalitate ipſius donationis, eo quia non haberet
Laurentius, quando eam donationem fecit alia
bona præter bona donata, & ideo petita fuit ab illis
remiſſoria, in qua probarent, quod omnia bona
poſſeſſa à Laurentio reſtringebantur ad bona, quæ
erant ſub lite, & ab eo donata fuerunt Marchioni,
ſed cum proponeretur dubium ſuper conceſſione
eius remiſſoriæ, placuit DD. in diſputatione habita
ſub die 15. Maij præteriti, vt iterum diſputaretur
dubium ſuper deciſione vltimo loco facta. Quo
dubio hodie propoſito DD. confirmarunt eandem
deciſionem, tum ex eo fundamento, tum etiam ex
alio, quod approbatum fuerat in prima deciſione,
vt potuiſſent donari Marchioni ea bona etiam in
caſu quo illorum alienationi obſtaret lis mota per
Laurentium.

Et ſuper primo fundamento, de quo actum fuit
in vltima deciſione, conſiderarunt DD. habuiſſe
Laurentium hanc facultatem liberè transferēdi ea
5 bona præcipuè ex qualitate ipſius donationis, † cū
illa verè fuiſſet vniuerſalis, ad quem effectum extimarunt
ſatis eſſe generalitatem ipſius donationis,
& quod illa contineret omnia bona donatoris *arg.
tex. in l. bonorum 208. ff. de verb. ſignif. & in l. quoties.
§. vniuerſorum. ff. de vſufr. & quemadm. quis
vtatur tradit Bart. in l. ſi quis ſeruum. §. ſi cui certam.
nu. 2. ff. de leg. 2. Dec. conſ. 237. nu. 4.*

Neq; obſtare viſum fuit, quod contra hanc qualitatem
eiuſdem donationis opponebatur, vt non
poſſet ad eam ſatis eſſe ſola generalitas verborum,
6 ſed requireretur † corpus aliquod vniuerſale, ſub
quo bona donata continerētur, cum propter quaſcumque
dictiones licet vniuerſales effici non vide-

retur

7 retur quin † ſingulæ ſpecies eorumdem bonorum
non poſſent diſtinctè conſiderari, ſiue ea generali-
tas reſolui, vt dicitur, in ſuas ſingularitates arg. tex.
in l. ſi eborus. ff. de leg. 3. & notant DD. in termi-
nis iuriſpatronatus in c. ex litteris eod. tit. vbi hoc
tenuit Innoc. quem ſequuti fuerunt Io. Andr. n. 3.
Hoſtienſ. nu. 5. Butr. nu. 6. & alij relati per Couar.
var. reſol. lib. 2. cap. 55. nu. 10. & tenuit Rota in
Lucana iuriſpatronatus 6. Iunij 1598. corā Litta.
8 Ea enim deciſio † intelligenda erat in caſu, quo do-
narentur bona, aut iura reſtricta ad aliquem certū
locum prout in his terminis loquebatur etiam In-
noc. & Io. Andr. in d. cap. ex litteris, quia propter
9 commemorationem eiuſdem loci non poterat † eo
caſu donatio dici vniuerſalis, vt declarat Crot. in
d. c. p. ex litteris. nu. 31. & 32. Bero. nu. 60. Lam-
bertin. de iurepatr. lib. 1. par. 2. q. 5. artic. 14. in 6.
conſiderat. ſub nu. 7. & 10. ſicut etiam propter ex-
10 preſſionem factam eiuſdem loci non poterant † in
ea contineri iura, & actiones, quæ loco non circū-
ſcribuntur arg. tex. in l. Caius. ff. de legat. 2. & in l. ſi
fideicommiſſum. §. tractatum. ff. de iudic. & tenuit
Bald. in l. 1. nu. 4. ff. de ſtat. homin. Iaſ. in l. cun-
ctos populos in 2. lectura. nu. 92. cap. de ſumm. Tri-
nit. & fid. Cathol. & in §. item ſeruiana nu. 42. in-
ſtit. de action. Verum in generali donatione om-
nium bonorum contrarium verius erat cum, ſeclu-
11 ſa ea reſtrictione ex deſignatione † certi loci ipsū
nomen bonorum aptum eſſet ſui natura ſignificare
eam vniuerſitatem, vt probat text. in l. bonorum
208. ff. de verb. ſignif. & hanc opinionem in iiſdem
terminis iuriſpatronatus tenuit Abb. in d. c. ex litte
ris. n. 12. & in q. 5. cuius initiū eſt augerio, & ante
eum. Rofred. in libell. iur. patron. quem refert Io.
Andr. adductus pro contraria opinione ſub num. 3.
Dec. conſ. 127. num. 3. vbi illam dicit communem
Ferret. conſ. 179 nu. 2. Rocch. de iur. patr. in verb.
ipſe, vel ipſe à quo in 23. q. Lambertin. eod. art. 14.
quæſt. 5. num. 10. & hanc opinionem amplexa fuit
Rota coram Puteo deciſ. 241. lib. 2. & coram Card.
12 Seraph. deciſ. 725. reiecta † contraria opinione In-
nocentij, quam etiam dicit communiter reprobari,
& in Pampilonen. beneficij 10. Maij 1595. coram
Iuſto.

Præterea in alienatione, aut donatione iuriſpa-
tronatus poterat etiam conſiderari ratio aliqua
particularis ad effectum, vt transferri non poſſet,
niſi ſub ea forma, quæ ratio non videbatur conue-
nire alienationi bonorum litigioſorum, quia illud
13 † tanquam ſpirituale, ac propterea prohibitum
alienari, non poterat principaliter cedi, ſed ſolum
cum vno ex iis corporibus quibus eſſet annexum,
hoc verò non poterat dici de alienatione bonorum
litigioſorum, cum prohibitio, vt eadem bona alie-
nari non poſſint, non ſit generalis, aut perpetua,
ſed ſolum à iure inducta ad certum effectum, vt oc-
14 curratur † occultis fraudibus, aut machinationi-
bus collitigantium, vt ſunt expreſſa verba text. in
l. cenſemus C. de litig. & notauit Cuiac. ſuper eod.
tit. Bart. in l. qui petitorio nu. 3. ff. de re vendic. &
15 hinc eſt quod eadem prohibitio non † cenſetur
afficere rem ipſam, ſed ſolum perſonas collitigan-
16 tium, & ideo valet alienatio bonorum † litigioſo-
rum, ſi illa facta fuerit à tertio, qui non ſit in lite, vt
probat text. in l. 1. ff. de litig. in 2. reſponſ. & notat
ibi gloſ. in verbo non poterat Angel. in auth. de li-
tig. num. 3. & plures etiam ſunt caſus, in quibus
cēſetur à iure permiſſa alienatio eorumdem bono-
rum, qui referuntur in d. l. cenſemus, & in ſpecie,
17 † quod † valeat alienatio bonorum facta lite pen-
dente, ſi illa ceſſa fuerint in donatione vniuerſali, vt
voluit Ant. Fab. in ſuo Cod. lib. 8. tit. 5. definit. 9.
quaſi videatur hoc caſu ceſſare omnis ſuſpicio frau-
dis, aut doli, cum reperiri non poſſit perſona ita
18 demens, † quæ donet omnia bona ſua ſolum, vt
noceat collitiganti, & idem etiam voluit Cephal.
in conſ. 64. nu. 17. & num. 22. quem ſequutus fuit
Menoch. conſ. 516. num. 14. Lancell. de attent. lit.
pend. limit. 7. nu. 4. & tenuit Rota in Camerinen.
donationis 19. Decembris 1605. coram Card. Mar-
quemontio.

Neque generalitas eius donationis poterat ex-
cludi, eo quia Laurentius non haberet alia bona
præter ea quæ erant in lite, quod erat præcipuum
fundamentum illorum de Ballattinis; vnde titulus
ille vniuerſalis dicebatur cōſiſtere in ſola genera-
19 litate verborum, ex quo non potuiſſet tolli † ſuſpi-
cio fraudis, aut doli, propter quam prohibita erat à
iure alienatio eorumdem bonorū, & tradunt DD.
in terminis propoſiti exempli iuriſpatronatus in
d. cap. ex litteris, & ibi Butr. nu. 6. in fin. Io. Andr.
nu. 3. Rocch. de iurepatr. in verbo ipſe vel is à quo
ead. q. 23. nu. 42. vbi ita limitat opinionem, quam
20 ibi ſequutus fuit, vt poſſit iuſpatronatus † tranſire
ſub venditione omnium bonorum, etenim hæc ex-
ceptio tollebatur ex facto, quia probatum fuit ha-
buiſſe Laurentium alia bona præter bona donata,
& primo oſtenſum fuit, ad eum ſpectare aliqua lo-
ca montium, quæ illi ceſſa fuerunt à Marchione
occaſione permutationis, quam cum eo fecit alio-
rum bonorum, quæ ipſe Laurentius antea poſſide-
bat; Secundò probatum fuit ad eum ſpectaſſe cre-
ditum librarum quatuor mille, & tercentum occa-
ſione venditionis vnius domus factæ Hieronymo
Suigo, à quo poſtea Marchio illam redemit; Ter-
tiò habuiſſe aliud creditum librarum quinque mil-
lium occaſione ſucceſſionis illi debitæ in hæreditate
Lucretiæ amitæ ex diſpoſitione ſtatuti Bononieñ,
neque hęc duo poſteriora credita dici poterant eſ-
21 ſe modica, † ſiue etiam nullius extimationis: quia
vtrumque apparebat comprehenſum fuiſſe ſub ea
donatione, & primum excomputatum fuit Sui-
go in redemptione eius domus, quam fecit Mar-
chio, vti donatarius Laurentij, alterum vero ſolu-
tum fuit ab hæredibus Lucretiæ poſt illius mortē
Pōpeio Bonacurſio, cui primò facta fuit ea donatio.

Et hæc DD. conſiderarunt ſuper ſecundo funda-
mento vltimæ deciſionis, vt propter vniuerſalita-
tem ipſius donationis rectè translata fuerint in
Marchionem ea bona, quæ ceſſa illi fuerunt à Lau-
rentio non obſtante lite, quæ dicebatur ſuper iis in-
troducta, verum viſum fuit ſubſiſtere etiam aliud
fundamentum, quod conſideratum fuit in prima
deciſione, vt eidem Marchioni non obſtaret quali-
tas potentioris, quæ excepta fuit in licentia Cardi-
nalis Legati, & ſuper qua etiam fundabatur prohi-
bitio legis; etenim ea donatio non ſolum apparebat
facta à Laurentio bona fide, ſed neque poterat in-

per-

22 perſona Marchionis conſiderari ea qualitas,† dum
non aderat in eo aliquod officium, cuius occaſione dici poſſet illi ſubdita perſona Ballattini, vt in terminis huius edicti, ac prohibitionis à lege inductæ ſuper alienatione bonorum litigioſorum tenuit *Rota in Ariminen. bonorum* 28. *Aprilis* 1589. *coram Platto*, & tradit *Socc. in l.*1.*C.ne liceat potentioribus. Specul.in tit.de ceſſ. act.* §. 1. *Roman.cōſ.* 518. vbi dixit hoc procedere etiam in ceſſione fa-
23 cta † ad fauorem Eccleſiæ, dummodo illa non habeat poteſtatem in collitigantem, & communem opinionem eſſe teſtatur *Sarnen. ad regul. de ſubrog.collitig. q.* 1. *nu.*2.

Neq; huic fundamento viſum fuit obſtare, quod licentia conceſſa Laurentio habuiſſet ſuum effectū ex donatione, quam ille fecit ad fauorem Pompeij, vnde dicebatur opus fuiſſe noua licentia pro donatione, quam Pompeius fecit ad fauorem Marchionis eorumdem bonorum, quæ illi donata fuerunt à
24 Laurentio, cum ius † eius licentiæ conſumpta fuiſſet in actu primæ donationis, *arg.text. in l. cum pater certam.ff.deleg.*2. *& in l. boues.§.hoc ſermone. ff.de verb. ſignif.* & in terminis licentiæ obtētæ ſuper re prohibita alienari tenuit *Rota in deciſ.* 465.*nu.*5. *par.*2. *recent.* Hæc enim exceptio viſa fuit tolli ex facto, quia donatio, quā Marchio obtinuit à Pompeio, non fuit noua donatio, ſed declaratio primæ donationis, quam ipſe Pompeius receperat à Laurentio, quod ille facere potuit vigore
25 primæ licentiæ, † cum actus eius primæ donationis non fuiſſet perfectus, vt probatur *ex text. in l. hac conditio* 10. *ff. de condit.& demonſtr.& l.*1. *§. hac autem. ff. quod quiſque iur. & tradit Tiraqu.d.l. boues. limit.*6. vbi ita limitat regul. eius legis *Felin.in c.*2. *num.*5. *in* 5. *limit. de treg. & pac. Iaſ.in l.ſi quis ex argentarijs. §. prætor ait nu.*10. *ff.de eden.* Neque huic reſponſioni obſtare poterat noua exceptio, vt non potuiſſet mutari perſona, cui
26 eadem donatio † fieret, cum à Laurentio obtenta fuiſſet licentia nominatim, vt donaret Pompeio, vt in terminis eiuſdem licentiæ conceſſæ ſuper facultate alienandi tenuit *gloſ.in c.imperialem de probib. feud. alienat. per Federic.* & notauit Camerarius *fol.*44. *col.*1. *in* 2. *concluſ. Iſern. num.* 4. *& voluit Dec.in conſ.*395 *nu.* 2. *Roſental. de feud. cap.*9. 1. *membr.concl.*33. Nam hæc exceptio viſa fuit procedere poſſe in terminis, in quib' loquebantur DD.
27 relati, nempe quotieſcumque ſubeſſe poteſt † alterius præiudicium in mutatione nouæ perſonæ, vt contingit in alienatione bonorum feudalium prop-
28 ter ſeruitium, quod ratione eorumdem † bonorum eſt debitum Domino directo à vaſſallo, cuius ratione non valent alienari ſine illius conſenſu, *vt in d.cap.Imperialem*, ſed in caſu, quo prohibitio alienationis eorumdem bonorum eſt fundata ſuper aliqua cauſa particulari, ſatis eſt ſi ea cauſa deficiat,
29 † neque videtur illa reſtringi poſſe ad certam perſonam, vt conſiderauit *Tiraq. ſuper ead. l.boues in* 10.*limit. Bald.in l. fideicommiſſa* 10. *§.ſi quis alicui. ff.deleg.*3.& hanc differentiam inter alienationem bonorum feudalium & aliorum, in quibus nō
30 † poſſit conſiderari hæc ratio ex diuerſitate perſonæ, benè explicauit *Molin.de primog.lib.*4.*cap.*5.*n.*32. quem ſequutus fuit alter *Molin. in tract.de iuſt. & iur.tract.*2. *diſputat.*652. *nu.*3. *auth. text. in l. cū ſeruo ff.de contrah. empt.* iuxta declarationem allatam ibi per gloſ. in verbo quod iuſſerit, imò etiā in terminis rei feudalis valet alienatio facta perſonæ diuerſæ ab ea, pro qua impetratus fuit conſenſus
31 à Domino, ſi idem conſenſus † non reſpiciat perſonam, cui debet fieri alienatio, ſed vel obligationem, vel actum ipſius donationis, vt tradit *Camer. in d.c.Imperialem fol.*44 *ead.* 2. *concluſ. ſub lit. S.*
32 itaut ſi expreſſum ſit nomen vnius perſonæ † non cenſeatur additum, vt reſtringatur cōceſſio, ſed ſolum gratia frequentioris vſus, & idem voluit *fol.*52. *col.*3. *verſ.hinc quoque videmus, & notauit Liparul.in addit. ad Iſern. in d. cap. Imperialem. col.*6.
33 *verſ.Sempronio*, & in caſu, quo † alienatio ſit facta perſonæ ſimilis qualitatis expreſſæ in cōſenſu, idem tenuit *Scrader.in tract. de feud. par.*8. *cap.*4.*n.*21.*
Et ita &c.

☞ * *Habetur infra hac deciſio in Additione prout in Indice poſito in eius fine.*

☞ * *Eſt deciſio* 173. *ſupra in hac eadem parte.*

§ *In eadem cauſa in ſequenti parte adſunt aliæ deciſiones, ideſt ſub diebus* 28. *Aprilis* 1638. *coram eodem R.P.D. Veroſpio, &* 25. *Februarij* 1639. *&* 13. *Maij eiuſdem anni coram R.P.D. Merlino.*

R. P. D. GHISILERIO.

Hortana Spolij.

Die Mercurii 10. *Iunii* 1637.

ARGVMENTVM.

Spolium quibus probatis intret, & qualiter benè probetur primum extremum. Iudex procedens iuris ordine non ſeruato, dicitur ſpoliare. De obligando aliquem, quando agitur, requiritur, quod ipſe id certò ſciat, & alia circa nullitatem deliberationis.

SVMMARIVM.

1 *in Spolio primum extremum benè probatur ex mandato, ſubbaſtatione, & deliberatione contra ſpoliatum facta.*

2 *ad Poſſeſſionem probandam, nulla melior probatio dari poteſt, quàm propria confeſſio aduerſarij.*

3 *Confeſſio non ſolum probat contra confitentem, ſed etiam contra habentes cauſam ab eo.*

4 *in Spolio ſecundum extremum probatur ex litis ſubbaſtatione iunctis adminiculis.*

5 *in Spolio ſecundum extremum probatur leuioribus probationibus.*

6 *Iudex ritè, & rectè procedens, priuat poſſeſſorem omni, & quacumque poſſeſſione.*

7 *Iudex, quando nulliter, & iniuſtè procedit, aut aliàs non ſeruato iuris ordine, intrat Spolium.*

8 *Debitū prouenient ex falſa cauſa nō ſubſtinetur.*

9 *Obligatio mulieris, ſi ſit ex falſa cauſa in parte, redditur nulla in totum propter decreti Iudicis indiuiduitatem.*

10 *Creditor, quando accipit pecunias ſub vſuris ex eo, quod debitor ei ſuum creditum non ſoluit, requi-*

Digitized by Google

quiritur citatio perſonalis, nec ſufficit citatio dimiſſa copia domi.

11 *Cum requiratur, quod debitor certò ſciat, ſe grauari vſuris, ad effectum vt deliberet, quid velit facere.*

12 *de Obligando aliquem, quando agitur, tractatur de re valde praiudiciali.*

13 *Mandatum relaxatum, & executum plus debito, executio eſt nulla, & per conſequens deliberatio illius vigore facta, tanquam procedens ex radice infecta pariter nulla eſt.*

14 *Reintegrationi vt ſit locus, ſufficit exceſſus etiam in minimo.*

15 *Iudex non poteſt relaxare mandatum contra non obligatum.*

16 *Pignoris diſtractio magni valoris non debet fieri, quando adſunt alia minora, in quibus bene creditum ſolui poteſt.*

17 *Executio, quando fit ſuper melioramentis factis ſub bonis emphyteoticis, non poteſt de facto occupari etiam vtile dominium, & ius emphyteoticū.*

18 *in Subhaſtatione, & deliberatione nomine melioramentorum, intelligitur etiam ius emphyteoticum, limita nu. 20.*

19 *Verba vniuerſalia, ob eorum vniuerſalitatem omnia comprehendūt, & nihil penitus excludūt.*

21 *in Subhaſtatione nomine melioramentorum comprehenditur ſola melioramenta, ſi pretium oblatum correſpondeat.*

22 *ex Pretij qualitate dignoſcitur, quid veniat in venditione.*

23 *Emphyteuſis à melioratione differt.*

24 *Emphyteuta alijs ſuas meliorationes, vel ius emphyteoticum poteſt transferre.*

25 *Dictio, vel, ponitur inter diuerſa.*

26 *Emphyteoticū ius poteſt ſtare ſine melioramētis.*

27 *Melioramenta, quæ fiunt in re emphyteotica, ex pacto poſſunt remanere penes emphyteotam, vel eius heredes, finita conceſſione.*

DECISIO CCXXIX.

COMMISSA mihi vti Prelato, & extra Rotā, cauſa appellationis interpoſitæ à Diamante de Rubeis à ſententia lata ad fauorem Capituli, & Canonicorum Hortañ, reuocatoria duarum ſatarū in ſpolio ad fauorem d. Diamantis; conſului Dominos, An conſtaret de ſpolio commiſſo occaſione mandati exequutiui relaxati à Prætore Hortano contra Michaelem & Diamantem coniuges. In quo dubio affirmatiuè fuit reſolutum, quia neceſſaria extrema in hoc iudicio cōcludenter probātur.

Nam primum extremum anterioris poſſeſſionis
1 Diamantis & Michaelis, † probatur primò ex mandato, ſubhaſtatione & deliberatione contra ipſos coniuges facta, ex firmatis in *Bononien. Portonis 29. Februarij 1608. coram bo. me. Card. Marquemontio. in Peruſina ſocietatis 31 Iunij 1624. coram bo. me. Vbaldo, Rota coram ſan. me. Greg. XV. deciſ. 362. in princ. & deciſ. 402.* & ex inſtrumento conceſſionis terreni, de quo agitur, factæ à Capitulo ad fauorem illorum de Baſtianellis, vbi legitur conceſſum fuiſſe prædium, quod olim poſſi-
2 debant dd. Diamantes & Michael coniuges: † qua confeſſione nulla melior probatio, vt in puncto poſſeſſionis ſic narratæ tenuit *Rota in Camerien. præcedentiæ 9. Iunij 1627. coram Eminētiſſ. Card. Vbaldo*: illaq. plenè probat poſſeſſionem illorum nedum contra Capitulum concedentem ſub hac
3 confeſſione, † ſed etiam contra Baſtianellos & litis conſortes recipientes predium cum tali aſſertione, ad trad. per *Caſtr. in l. cum falſa. num. 4. C. de iur. vel fact. ignor. cum alijs alleg.*

Secundum autem extremum, videlicet iunior, & moderna poſſeſſio illorum de Baſtianellis, vltra
4 quod non controuertitur, ex ſola † litis ſuſtentatione iunctis adminiculis, de quibus in facto, plenè probatur *Caputaq decis. 369. par. 2. Rot. deciſ.*
5 *119. par. 1. recent.* Licet † ſufficiant leuiores probationes, *Rot. deciſ. 8. de reſtit. ſpol. in nou. & in Romana ſiluæ 3. Iunij 1626. coram Reuerendiſſ. Vrgellen.*

Non obſtat titulus deductus ex emptione, præ-
6 uia adiudicatione & mandato Iudicis, † qui ritè & rectè procedendo, priuauit omni, & quacumque poſſeſſione, *l. iuſtè poſſidet. ff. de acq. poſſ. Ang. in l. clam poſſidere. §. qui ad nundinas nu 2. ff eod. ſan. mem. Greg XV. dec. 362. nu. 4. & 5.* Quia cum Iu-
7 dex nulliter & iniuſtè, † aut aliàs non ſeruato iuris ordine proceſſerit, non ideo minus intrat ſpolium, *l. meminerit. C. vnde vi. Abb. in cap. cum cauſa in 4. not. de offic. deleg. Caputaq dec. 186. par. 3. Caſ. de Graſſ. deciſ. 1. nu. 4 de conſtit.*

Quòd autem Iudex nulliter & iniuſtè proceſſerit, patet ex eo, quòd data etiam validitate obligationis Diamantis p ſcutis centū, pro alijs reſultantibus ex intereſſe ſocietatis officij, vti nō erat obligatus Michael ipſius vir, ita non tenebatur obligare ſe mulier pro illorum ſolutione: & ſic iſtud de-
8 bitum, † vti proueniens ex falſa cauſa, non ſuſtinetur, cum deficiat conſenſus mulieris ſe obligantis: illius enim obligatio, tanquam ex falſa cauſa in
9 parte, † redditur nulla in totum propter decreti Iudicis indiuiduitatem, vt in puncto obligationis mulierum fuit reſolutum *in Romana cenſus 13. Februarij 1632. coram R. P. D. meo Merlino*, & benè applicantur allegata per *Gratian. diſcept. 691. nu. 32. & ſeqq.*

Nec facit, quòd pro ſoluendis dictis ſcutis centum, fideiuſſores Michaelis acceperint ad ſocietatem ſcuta centum auri iul. 11. pro ſcuto, deindeq.
10 † pro ſoluenda hac ſocietate acceperint ſcuta centum auri iul. 12. quia dicti fideiuſſores non poterant accipere pecunias ſub vſuris, niſi præuia citatione perſonali, cum pro hoc non ſufficiat citatio domi di-
11 miſſa copia: ſed requiratur, † quòd debitor certò ſciat ſe grauari vſuris, ad effectum vt deliberet; an velit ſe ab ipſis eximere, & certò ſciat, ſub cuius
12 periculo vitæ ſocietas contracta fuerit, † cum agatur de materia valde præiudiciali, vt reſoluit Rota *coram Eminentiſſ. Card. Pamphilio in Romana fructuum, & intereſſe 10. Decembris 1619. impreſſa per Zacch. de ſociet. deciſ. 7.* plura congerit *Gratian. diſcept. 829. per tot. & 987. num. 8. cum ſeqq.*
Ex quibus omnibus apparet, Michaelem non fuiſſe debitorem niſi ſcutorum centum, neque potuiſſe compelli ad fructus ſocietatis. Quapropter cum mandatum contra Diamantem fuiſſet relaxatum,
13 & exequutum † pro plus debito, executio eſt nulla,

is, & per conſequens deliberatio illius vigore facta,
tanquam procedens à radice infecta; qui exceſſus
etiam in minimo † attenditur, vt locus ſit reinte-
grationi, *Iaſ. in l. ſi non ſortem. §. ſi centum. nu. 2.*
ff. de cond. indeb. Afflict. deciſ. 358. nu. 7. cum alijs
alleg. Rot. *in Romana ſpolij domorum 21. Februa-*
rij 1600. *coram Iuſto; penes Marcheſ. de commiſſ.*
par. 3. fol. 45. & deciſ. 630. num. 2. & 3. par. 1. rec.
Accedit quod Iudex relaxauit etiam mandatum
contra Michaelem, cum tamen Michael in con-
15 cordia non † ſe obligaſſet, ſed ſolum ipſius mulier,
ideoq. non poterat condemnari à Iudice.
Vlterius exequutio appàret facta ſuper meliora-
mentis, canapa, & alijs fructibus in prædio exiſtē-
tibus, & ſuper omnibus alijs iuribus ad d. Michae
lem & Diamantem pertinentibus: ſubhaſtatio ve-
rò, & deliberatio fuit reſtricta ad melioramenta
pro ſcutis 193. monetæ, nulla facta mentione cana-
parum & aliorum iurium: quæ ſcuta 193. cum ſuf-
16 ficerent pro credito, † non debebat fieri diſtractio
pignoris, nimirum prædij, quod erat magni valoris,
l. magis puto. §. ne paſſim. ff. de reb. eor. cum alijs
per *Rot. coram bo. me. Card. Caual. deciſ.* 58. & in-
17 de ſequitur eſſe locum ſpolio, cum † non potuerit
de facto occupari etiam vtile dominium, & ius em-
phyteoticum, vt tenuit *Rota in Ariminen. Spolij*
1. *Iunij* 1627. *coram R. P. D. meo Merlino, & de-*
ciſ. 105. *nu. 2. par. 4. diuerſ.* & antea *in Romana*
ſpolij bonorum 21. Februarij 1600. *coram Iuſto.*
Venditis autem ſolum melioramentis, poſſeſſio
prædij remanſit penes Michaelem, & Diamantem
coniuges debitores.
Non obſtat, quod in ſubhaſtatione & delibera-
18 tione, † nomine melioramentorum intelligatur
ius emphyteoticum, præſertim ponderando vim
illorum verborum in inſtrumento executionis, *vna*
cum ſuis iuribus, membris, & pertinentijs vniuer-
ſis ad dictos Michaelem & Diamantem ſpectanti-
19 *bus*: quæ ob ſui vniuerſalitatem † omnia iura com-
prehendunt, & nihil penitus excludunt, *l. Iulianus,*
& l. teſtatorem in princ. ff. de legat. 3. l. hoc articulo
ff. de hæred. inſtit. quia hoc non procedit in iſto ca-
20 ſu, † in quo melioramenta fuerunt dumtaxat deli-
berata pro ſcu. 193. & ex inſtrumento conceſſionis
prædij per Capitulum factæ Baſtianellis poſt ſub-
haſtationem, conſtat ſola melioramenta ſeparata
à iure emphyteotico fuiſſe illis vendita pro ſcutis
21 250. Vnde neceſſariò dicendum, † in ſubhaſtatio-
ne nomine melioramentorum comprehendi ſola
melioramenta, quibus pretium oblatum correſpō-
22 det: quia ex pretij qualitate † dignoſcitur illud
quod venditur *gloſ. in l. 1. vbi Bart. nu. 43. ff. de*
ſuperfic.
23 Differre autem emphyteuſim † à melioratione,
patet *ex cap. vlt. de locato, & l. fin. C. de iur. emphyt.*
vbi diſponitur poſſe emphyteotam alijs ſuas melio-
24 tiones, † vel ius emphyteoticum transferre: quia
25 dictio, vel, ponitur † inter diuerſa, *Bald. in l. fin.*
num. 5. C. fam. herciſc. Menoch. conſ. 416. nu. 17.
Poteſt enim ius emphyteoticum ſtare ſine melio-
26 ramentis, † quæ poſſunt etiam ex pacto remanere
27 apud emphyteotam, vel eius † hæredes, finita con-
ceſſione, vt tradunt *Bald. Ang. & Alex. in l. Sena-*
tus. §. Marcellus, in fin. ff. de legat. 2. Ruin. conſ.
135. *num. 16. cum alijs per Menoch. conſ. 689.*
num. 12. lib. 7.

Ex quibus vtraque parte informante fuit reſo-
lutum conſtare de ſpolio.

R. P. D. MOTMANNO.

Fauentina Bonorum.

Die Lunæ 15. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi mandauerit, quod hæres non adiret hęreditatem, niſi certum opus ab eo deſtinatum perficeret in totum, ſi mortuo teſtatore conſtet de mente hæredis voluntatem teſtatoris adimplendi, quamuis id non ſit perfectum, nihilominus poteſt adire hæreditatem & percipere fructus.

SVMMARIVM.

1 *de Hæredis mente, quando conſtet ad effectum adimplendi mentem teſtatoris.*
2 *Factum quod non eſt, poteſt ad perfectionem perduci, dum ceſſat mora.*
3 *ſine Mora non committitur pœna.*
4 *Decretum ad aliquid perficiendum, ſi emanauerit abſente parte, non conſtituit eam in mora, niſi probetur, quod ad eius notitiam peruenerit.*
5 *Caducitatj non eſt locus, ſi teſtator in caſu moræ, non appareat alios vocaſſe.*
6 *Voluntati teſtatoris non dicitur quis contrauenire, ſi actu illam adimpleat.*
7 *Deuolutio non incurritur ſine dolo.*
8 *Deuolutio cenſetur appoſita in pœnam contrauentionis.*
9 *Pœna ſine dolo non incurritur.*

DECISIO CCXXX.

INSTITVTIS à Bernardo Fecho hæredibus Presbyteris Regularibus Boni Ieſus Ciuitatis Rauennaten. idem teſtator illis iniunxit onus ædificandi Eccleſiam cum Conuentu in domo ſuæ ſolitæ habitationis loci Mutilianæ Fauentin. diœceſis ibique tenendi quatuor Sacerdotes cum alijs ſibi beneuiſis.

Vbi verò dicti hæredes nollent, vel non poſſent ibidem habitare, vel Eccleſiam cum Cōuentu nollent ædificare, tunc & eo caſu, teſtator prædictus voluit de bonis ſuis ita diſponi, vt ex ijs erigeretur Canonica Presbyterorum eiuſdem loci Mutilianæ, qui tenerentur præmiſſa adimplere, ſed quia teſtator in codicillis prohibuit ne dicti Regulares adirent hæreditatem illiuſq. fructibus gauderent, niſi perfecta prius in totum Eccleſia. Dubitaui an ex eo, quod defuncto ipſo teſtatore dicti Presbyteri cœperunt poſſeſſionem bonorum huiuſmodi hæreditatis conſtet de tali contrauentione, quæ illis obſtet ad effectum, vt ſit locus deuolutioni, de qua ſupra, & Dominis viſum fuit de ea non conſtare.

Quoniam prædicti hæredes habitarunt, & habitant in loco per teſtatorem deſignato ibidemque fundarunt Eccleſiam, & conſequenter conſtat de

mente

Digitized by Google

1 † mente ipſorum hæredum adimplendi voluntatem
teſtatoris. Et quamuis nondum perfecta Eccleſia
adiuerint hæreditatem, illiuſq. fructus perceperint,
non tamen adeo contrauenerunt præcepto teſtato-
ris, vt poſſit dici eueniſſe caſum deuolutionis. Nul-
libi enim ipſe teſtator determinauit tempus perfi-
ciendi fabricam Eccleſiæ. Vnde quod factum non
2 eſt † poteſt ad perfectionem perduci dũ ceſſat mo-
3 ra, ſine qua pœna non † committitur, vt à contra-
rio ſenſu probat *text. in l. magnam cum ibi not. per Doct. C. de contrah. & commit. ſtipul. & dixit Cephal. in conſ. 497. nu. 6. cum ſeqq.*

Nec nocent verba decreti facti in viſitatione,
quibus Epiſcopus mandauit adhiberi diligentiam
in Eccleſiæ conſtructione, quia cum decretum
4 † emanauerit abſentibus Patribus regularibus di-
cta verba non poſſunt importare interpellationem,
quæ conſtituat in mora eos ad quorum notitiam
non probatur illud perueniſſe *reg. text. & gl. cum ibi not in l. item veniunt. §. ponamus. ff. de petit. hared.*

Neque ex teſtamento vel ex codicillis apparet
5 † de vocatione aliorum Presbyterorum in caſu de-
fectus perfectionis fabricæ, fructus verò percepti
fuerunt à Presbytero regulari executore teſtamẽ-
tario, quem ex depoſitionibus teſtium conſtat ſum-
mam non exiguam de proprio impẽdiſſe in huiuſ-
modi fabricam, & ſoluiſſe legata relicta ab ipſo te-
ſtatore, ac etiam debita hæreditaria, & præterea
duos ex Presbyteris regularibus in Eccleſia in-
6 choata fuiſſe retentos, † vt miſſas ibi celebrarent
iiſq. alimenta præſtari debuerunt, quæ omnia po-
tuerunt retardare Eccleſiæ perfectionem, dum ipſi
executori licuit ſibi de bonis hæreditariis ſatiſ-
facere.

7 Inſuper Domini conſiderabant in hoc caſu † ab-
eſſe dolum, ſine quo non incurritur deuolutio *gl. in l. ſi ſeruum prætor. in verb. non videri. ff. de acquir. hæredit. Abb. conſ. 97. nu. 35. Deci. in conſ. 9. nu. 27. volum. 2. Rota in Maceraten. hæreditatis 3. Iunij 1619. coram bon. mem. Franciſco Vbaldo*, quia de-
8 uolutio cenſetur † appoſita in pœnam contrauen-
tionis, *l. vnic. C. de his qua pœn. nomini Ang. Aretin. in l. 4. §. Cato nu. 22. ff. de verb. oblig. Seraph.*
9 *dec. 794. nu. 23.* & pœnam ſine dolo † non incurri
eſt *textus in l. ſancimus. C. de pœn. l. aliud fraus. ff. de verb. ſignif. & l. non ſolum. §. 1. de alienat. iudic. mutand. cauſ. fact. cum aliis allegatis in d. Maceraten. caducitatis coram bo. me. Vbaldo.*

Et ita informantibus ſolum Patribus Regularibus Boni Ieſus fuit reſolutum.

R. P. D. MERLINO.

Fauentina Legatorum.

Die Lunæ 15. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi dederit facultatem hæredi circa ademptionem legatorum, quoad naturaliter vixerit, qualiter intelligatur data iſta facultas declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Verba generaliſſima coarctantur ex verbis ſpecialibus infra poſita.*

2 *Legata adimẽdi facultas, ſi ſit relicta hæredi, quoad naturaliter vixerit, intelligitur data facultas, ſi diſponat inter viuos, ſecus ſi in vltima voluntate.*

3 *Vendere, donare, vel pignorari fundum, ſi hæres fuerit prohibitus, quoad viueret, iſta prohibitio operatur, vt in vita non poſſit diſponere, ſed ſecus in vltima voluntate.*

4 *Dictio, però, eſt taxatiua, demonſtratiua, limitatiua, & aduerſatiua caſui ſupra expreſſo.*

Dictio, però, inducit cõditionem, & formam. n. 4.

5 *Verba in diſpoſitionibus non debent remanere abſque aliqua virtute, & effectu.*

6 *Verba prohibitiua ad inſtar negatiuæ diſpoſitionis, magis, & potentius operantur, quàm verba affirmatiua.*

7 *Facultas diſponendi in vita, ſeu quoad vixerit, intelligitur tantum de actu facto inter viuos, nõ autem porrigitur ad vltimam voluntatem.*

8 *Textum in aliquo caſu ſi habeamus, pro omnibus Doctoribus idem affirmantibus, ſufficit, quod ille allegetur.*

9 *Conditiones debent aliquid plus operari, quàm ſi diſpoſitio eſſet facta ſimpliciter. & nu. 10. & 11.*

11 *Iaſ. in conſ. 130. nu. 5 lib. 4. reprobatur.*

12 *Teſtamentum non recipit robur, nec ſortitur effectum, niſi poſt mortem teſtatoris.*

Diſpoſitiones recipiunt robur de tempore perfectionis. num. 12.

Interpratatio textuum deſtructiua non eſt recipienda. num. 12.

13 *Mortuus non poteſt diſponere, nec in contractu, nec in vltima voluntate.*

14 *Teſtamẽti vna pars declaratur ab altera.*

15 *Verbum vnum, & idem in eadem diſpoſitione diuerſimodè non debet recipi.*

16 *Hæredi, ſi teſtator dederit facultatem adimendi legata, qualiter intelligatur data.*

17 *Ira, & odio, quod quis aliquid fecerit, ex quo colligatur.*

18 *Voluntariè non dicitur, quis aliquid feciſſe, ſi ex neceſſitate id fecerit.*

DECISIO CCXXXI.

VERBA Teſtamenti Cæſaris Nonij (*Eſſa Signora Bartolomea, fin tanto però che viuerà naturalmente, e ſeruarà le conditioni viduali, habbia piena, ampla, e ſuprema auttorità, facoltà, e ſopraintendenza, cioè di diminuire, moderare, e leuare in tutto, o in parte ad ogni, e qualunque per-*
1 *ſona, e luogo pio*) licèt ſint † generaliſſima, tamen
coarctantur ab illis verbis (*fin tanto però ch eſſa viuerà naturalmente, e ſeruarà le conditioni viduali*) & ſic cenſetur data facultas, ſi diſponat in-
2 ter viuos, † non autem in vltima voluntate, vt eſt
textus *in l. pater filium. 36. §. fundum Titianum. ff. de leg. 3.* Vbi quis fundum Titianum, quoad vi-
ueret, vetuit venũdari, donari, pignorari, & I.C.
3 declarauit illa verba, † *quoad viueret* operari, vt in
vita non poſſet diſponere, poſſet autem in vltima
volun-

Digitized by Google

voluntate. Et optimè inter ſe ad vnguem reſpondent hæc verba (*ſin tanto che eſſa viuerà naturalmente*) & verba textus *quoad viueret*; Immò vrgentiora videntur verba teſtamenti, de quo agitur, ſi ponderetur primò illa dictio (*però*) quæ ſignificat quandam animaduerſionem teſtatoris admonẽtis, tunc demũ voluiſſe valere diſpoſitionem, ſi ſiat
4 in vita, importat † enim taxatiuam reſtrictionem, & limitationem, eſtq. aduerſatiua caſui ſupra expreſſo, ac conditionem, & formam inducit ad *l. pro hærede. §. quod ſi tamen. ff. de acquir. hered. Bald. conſ.195. nu.11. & 12. lib.2. Pariſ. conſ.38. n.75. lib.3. Iaſ. in l. poſſideri. §. ex contrario. nu.4. ff. de acquir. poſſeſſ. Rimin. iun. conſ. 240. num. 14. & ſeqq. Surd. conſ.475. nu. 39. Barz. deciſ.97. nu.4. Oſaſch. deciſ. 128. num. 16. Aldobrand. conſ. 89. num.4. lib.1.*

Secundò, quòd in teſtamento, de quo agitur, adeſt etiam illud verbum (*naturalmente*,) quod deficit in *d. §. fundum Titianum. ff. de leg.3.* & hoc
5 verbum † non debet eſſe ſine aliqua virtute, & effectu iuxta regulam, *l.1. §. hæc verba, & ibi Bart. ff. quod quiſque iuris. cap. ſi Ciuitas. de ſent. excommunic. in 6. Rota deciſ.242. nu.9. par.5. recent.*

Tertiò demum, quod nos verſamur in diſpoſitione affirmatiua, ibi, (*habbia piena auttorità, come le piacerà di ſminuire*) &c. verba autem *§. fundum Titianum*, ſunt prohibitiua, ibi, *quoad viueret vetuit venundari*, &c. & tamen certum eſt,
6 † verba prohibitiua ad inſtar negatiuæ diſpoſitionis magis, & potentius operari, quàm verba affirmatiua, *l. hoc genus. ff. de condit. & demõſtr. Dec. in l.1. nu.13. C. de pact. & conſ.490. nu.6. Crauet. conſ.294. num.5. Mantic. de coniect. lib.11. tit.10. nu.11.* vnde ſi prohibitio *d. §. fundum Titianum* temperatur, vt non intelligatur prohibita diſpoſitio, & alienatio in vltima voluntate propter illa verba *quoad viueret*, multò magis facultas à Cæſare data Bartholomææ alterandi, & communicandi legata, reſtringenda eſt ad actus inter viuos, ſtãtibus illis verbis (*ſin tanto però che viuerà naturalmente.*) Et in hoc receptiſſima eſt opinio, *Bart. conſ.76. num.4. verſ. me mouet ratio lib.1.* quod
7 † facultas diſponendi *in vita*, ſeu *quoad vixerit*, intelligitur ſolum de actu inter viuos, non autem porrigitur ad vltimam voluntatem, & Bartholum ſequuntur innumeri ferè Doctores diligenter congeſti in vtraque deciſione * R.P.D. mei Panziroli, quorum multi loquuntur in his terminis, *quoad vixerit, &c.* quibus addi poſſunt *Stracc. ad Crauett. conſ.222. nu.10. poſt med. Phanuc. in tract. de moment. tempor. cap.5. nu.26. ad med. verſ. hinc etiam. Gratian. diſcept. forenſ. cap.539. nu.9.* qui dicit hanc eſſe communem Doctorum opinionem *Marcell. Marcian. conſ.52 num.3.* qui pariter de communi teſtatur; ſed pro omnibus ſufficit *text.*
8 † *in d. §. fundum Titianum.* & ratio etiam euidẽs, quæ ſtat pro opinione Bartholi, quia ſi facultas diſponendi *in vita* traheretur ad diſpoſitionem per
9 vltimam voluntatem, illa † verba (*ſin tanto però che viuerà*) nihil penitus operarentur, & ſatis fuiſſet concedere ſimpliciter facultatem diſponendi.

Nec ſubſiſtit reſponſio, *Iaſ. conſ.130. ſub nu. 5. verſ. nec obſtat fundamentum lib. 4.* quod ſcilicet dicta verba *quoad vixerit*, ſeu *in vita ſua* operarẽtur, ſi habens huiuſmodi facultatem deceſſiſſet ab inteſtato, quoniam hic in caſu inteſtati legata relicta à Cæſare ſubſtitiſſent non ex vi verborum (*ſin tanto però, che viuerà*) ſed quia eatenus legata fa-
10 cta à Cæſare ſubſtinebantur, † quatenus contraria diſpoſitio, vel ademptio non emanaſſet à Bartholomæa, & ſic effectus validitatis legatorum referẽdus fuiſſet ad non vſum facultatis diſponendi Bartholomeæ, non autem ad limitationem, & reſtrictionem reſultantem ex illis verbis (*ſin tanto però,*
11 *che viuerà naturalmente*,) † quæ propterea ſemper remanerẽt ſine effectu, & *Iaſ. d. conſ.130. lib.4.* ſignanter reprobatur *per Crauett. conſ 426. nu.6. Monteſperell. conſ.119. n.3. ad med. & ſeqq. Petr. Pech. de teſtam. coniug. lib.1. cap.15. ſub num. 6. verſ. ego ſanè. Peregr. de fideicom. art.40. num.62. Gratian. diſcept. forenſ. cap.539. nu.7.* vbi etiam animaduertit *Iaſ. ſibi eſſe contrarium. Gionagnon. conſ.38. nu.18. in fin. & nu. 21. lib. 1. Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 549. nu.10.*

Non obſtat, quod Bartholomæa per multos annos vixerit poſt teſtamentum, & ſic dicatur ademiſſe legata in vita, & dum verè naturaliter viue-
12 bat; quoniam cum teſtamentum † non recipiat robur, nec ſortiatur effectum, niſi poſt mortem teſtatoris, de illo tempore tantum dicitur facta diſpoſitio, quo recipit perfectionem, non autem in vita diſponentis, ſiq. aliter intelligeremus, deſtrueretur concluſio deſumpta ex *d. §. fundum Titianum, & theorica Bartholi conſ.76. lib.1.* Et ſemper remanerent ſine efficacia verba illa (*ſin tanto però che viuerà naturalmente poſſa diſporre,*) quia certum
13 eſt, † quod mortuus non poteſt diſponere, nec in contractu, nec in vltima voluntate.

Quæ & eo facilius procedere videntur ponderando, quod in eodem teſtamento Cæſar vſus fuit iiſdem verbis reſtrictiuis, dum inſtituit hæredem Bartholomæam vxorem in vſufructu, prout vſus fuit in facultate data eidem Bartholomææ de mutandis, & adimendis legatis; vnde quemadmodum verba inſtitutionis coarctant ius vxoris, vt ſolum in vita poſſet percipere vſumfructum, & nihil ad hæ-
14 redes tranſmittere, ita † pari ratione eadem verba appoſita in facultate adimendi legata eandem recipere debent interpretationem, vt ſcilicet Bartholomæa poſſet adimere in vita, id eſt per actum, qui in vita eiuſdem Bartholomeæ eſſet perfectus, & abſolutus, non autem per diſpoſitionem vltimæ voluntatis, quæ ſuum capit effectum poſt mortem, cum
15 vnum, & idem † verbum in eadem diſpoſitione poſitum diuerſimodè non ſit accipiendum iuxta tradita per *Ruin. conſ.168. nu.15. lib.3. Surd. conſ.53. nu.12. & conſ.152. nu.39. Rota deciſ.247. nu. 20. par.5. recent.*

Ad generalitatem verborum, & ad clauſulam (*omni meliori modo,*) &c. optimè reſpondebat D. Aduocatus Ronconius, & amplexa etiam fuit Rota in duabus deciſionibus coram R.P.D. meo Pãzirolo emanatis, quæ hodie pariter Dominis placuerunt.

Quibus etiam placuit motiuum, quod ademptio facta à Bartholomæa non erat attendenda, quia & & ex teſtibus, & ex toto diſpoſitionis contextu apparet,

Digitized by Google

paret, non bona fide*, ſed malo animo, & ex odio,
quo Bartholomæa contra Ludouicum,& eius filios
legatarios exardebat proceſſiſſe dictam ademptio-
nem, facultatẽ autem datam à Cæſare marito Bar-
16 tholomeæ vxori ſemper † intelligẽdam eſſe, dum-
modo fiat ex bona fide, & non ex odio, vt aduerte-
runt *Roman. conſ.476. nu.4. verſ. cæterum aduer-
tendum. Menoch.conſ.226.nu.29. Bertazzol conſ.
ciu.68. nu.9. cum alijs.* Prohibuit enim Bartholo-
mæa concordiam inter loca pia,& dictum Ludoui-
cum, atque vt diſſidia perpetua eſſent, in caſu con-
cordiæ vocauit alia loca pia, noluitq. vt eidem Lu-
douico, eiuſque deſcendentibus locaretur domus
etiam ſi maior penſio ab eis offerretur, & tamen
teſtator iuſſerat ipſum præferri minori, etiam cum
penſione, quæ omnia iunctis depoſitionibus teſtiũ
17 benè † inferunt mulierem illam ira, & odio agi-
tatam fuiſſe. dum hæc legata ademit Ludouico ex
fratre patruele nepoti dicti teſtatoris, qui & ab in-
teſtato erat ſucceſſurus.

Nec excuſari poſſe videtur hæc mulier ab odio,
eo quod vocauerit piam cauſam; quia electio hu-
18 iuſmodi piæ † cauſæ non emanauit à voluntate
eiuſdem mulieris, ſed à iuſſu teſtatoris, intulitque
potius præiudicium piæ cauſæ, dum concordiam
vetuit, & locationem domus, etiam pro maiori pẽ-
ſione eidem Ludouico, & filijs fieri prohibuit, vt
appoſitè conſideratur in vtraque deciſione R.P.D.
mei Panziroli.

Ex quibus Domini dixerunt ſententiam Rota-
lem eſſe confirmandam.

* *Prima eſt ſub die* 12. *Februarij* 1635. *altera vero eſt ſub die* 29. *Februarij* 1636. *& ſunt deciſiones* 18. *&* 104. *ſupra in hac eadem parte.*

R. P. D. CARRILLO.

Rheginen Communiæ.

Die Lunæ 22. *Iunij* 1637.

ARGVMENTVM.

Beneficij fundator poteſt imponere eam legem, vt illud conferatur certo generi perſonarum veluti oriundis illius loci &c. & ea lex eſt ſeruanda.

SVMMARIVM.

1 *Citationis defectus non aduerſatur ſententiæ, ſi non fuerint citati illi, qui non erant in cauſa.*
2 *Iudex ſi poteſt audire aliquos extraiudicialiter, non eſt neceſſaria citatio.*
3 *Conſuetud. poteſt vigere, quod quis antequam admittatur ad cauſam, teneatur probare ſe eſſe originarium loci, quæ probatio fieri poteſt abſque citatione.*
4 *Conſuetudo immemorabilis qualiter probetur.*
5 *Conſuetudini ſtandum eſt, ſi verſemur in caſu, in quo ius non reſiſtit.*
6 *Beneficij fundator poteſt apponere eam legem, vt beneficium conferatur certo generi perſonarum, vel oriundis ex certo loco, Regno, Communitate &c. & non alienigenis &c.*

7 *Et hoc tàm de iure Diuino, quàm iure Canonico. nu.8. & de iure Ciuili. nu.9.*
10 *Concil.Trident. mandat ſeruari in collatione beneficiorum qualitates, conditiones, vel conſuetudines, quæ ſecundum aliquas conſtitutiones requiruntur.*
Et hoc adeo verum eſt, vt Pontifex intendat vnicuique in ſua patria prouidere, & quod prouiſio facta extero, non facta mentione originis ſit irrita, & ſubreptitia.
11 *Statuta, ſeu conſuetudines, quod ad beneficia admittantur tantum illi, qui ſunt illius loci, optima ratione ſunt fundata, & bono Reipublicæ regimine.*
Quia extranei communiter non reſident corruptis alienæ Prouinciæ moribus, vel parum aptis naturales inficiunt.
Et Parochiani non ita affecti admittent eorum doctrinam. nu. 11.
12 *Beneficij fundatoris voluntas defraudaretur, ſi bona de ſuo patrimonio aſſignata ſuis oriundis, & naturalibus ad extraneos tranſmitterentur.*
13 *in Beneficij collatione ſemper ſunt præferendi hi, ex quorum bonis ſunt fundata beneficia.*
14 *Eccleſijs, Sacerdotijs, ac diuino cultui ſanctius, & diligentius exhiberetur miniſterium ſi ad beneficia admitterentur tantum oriundi, & naturales, vbi dicta beneficia ſita ſunt.*
15 *Conſuetudo irrationabilis nũquam præſcribitur.*
16 *Conſuetudo, quod ab beneficia tantum admittantur oriundi, & naturales loci, eſt rationabilis, iuſta, & ſancta, & tanquã talis eſt admittenda.*
17 *in Beneficiorum collatione attendenda eſt conſuetudo.*
18 *Alteri per alterum non debet fieri iniqua cõditio.*

DECISIO CCXXXII.

FRANCISCVM Firmianum eſſe admittẽdum
in Cappellanum, & ad percipiendos fructus,
ſeu diſtributiones quotidianas Eccleſiæ titulo Im-
maculatæ Conceptionis nuncupatæ Communiæ
Terræ Fluminis Morum Rheginen Diœceſ. & in
hoc ſententiam Ordinarij eſſe confirmandam tan-
quam validam, & iuſtam cenſuerunt Domini.

Validitas reſultat ex reuolutione actorum, cui
1 non aduerſatur defectus citationis † ad ſententiam
contra Archipresbyterum, & alios Presbyteros,
*l.de vnoquoque. ff.de re iudic. clem. paſtoralis eod.
tit. Gabr.de citat concl* 1. *Marant. in prax. par.6.
verb.citatio.* Quia licet in decreto manutentionis
Firmiano conceſſæ per Vicarium Epiſcopi aſſera-
tur in hac cauſa audiuiſſe Archipresbyterum, ta-
men in ſummario nullibi conſtat, quod Archipreſ-
byter, & alij Presbyteri fuerint in cauſa, & ideo
2 cum † potuerit illos audire extraiudicialiter, non
erat neceſſaria citatio, nam poterat vigere conſue-
tudo, quod antequam Firmianus admitteretur,
3 † teneretur probare ſe eſſe originarium Terræ Flu-
minis, quæ probatio poſſet fieri coram Ordinario
abſque aliqua citatione *adnot. in c. quoniã frequẽ-
ter. §. ſunt, & alij, vbi Abb. vt lite non conteſtat.
Craſſ commun.to.1. lib.4. tit.10. nu.305.*

Iuſtitia verò probatur ex immemorabili con-
ſuetudine Vniuerſitatis, quæ requirit duo copula-

tluè ad hoc, vt quis admittatur in Cappellanum,
& ad participationem fructuum eiuſdem Eccleſiæ.
Primum quod ſit oriūdus ex Terra Fluminis Mo-
rum, & alterum quod parentes ipſius ſuſtinuerint
onera realia, & patrimonialia eiuſdem Vniuerſita-
tis, quæ immemorabilis conſuetudo probatur per
teſtes remiſſoriales, vt in *ſumm. num.1. cum ſeqq.*
deponentes de viſu, & certa ſcientia per 40. annos
ante motam litem, & de audita à maioribus refe-
rentes plures fuiſſe excluſos, & incluſos in contra-
4 dictorio iudicio vigore, & iuxta formam d. † con-
ſuetudinis, & ita ſemper obſeruatam, concurrenti-
bus alijs requiſitis per *gloſ. in verb. memoriæ c.1.*
de præſcript.in 6. Molin. de primog. Hiſpan. lib.2.
cap.6. nu.39. & ibi adden. & nouiſſimè Caſtill. de
tertijs Reg. Hiſp. c.26. & 27. per tot. Rota in Ca-
uallicen. feudi 17. Decemb. 1612. coram R. P. D.
meo Pirouano.

Cui quidem conſuetudini ſtandum eſt, enim ver-
5 ſemur in his, quibus † ius non reſiſtit; quinimò
permiſſum eſt fundatoribus poſſe in fundatione
6 hanc legem apponere, vt beneficia † conferantur
certo generi perſonarum, vel oriūdis ex certo Re-
gno, loco, Communitate, ſeu Republica, & non
7 alienigenis, tàm de iure diuino † *Deuteron. cap 17.*
ibi non poteris alterius gentis hominem facere Regẽ,
& in cap. 18. ibi Prophetam de gente tua, quàm de
8 † iure Canonico, *cap. bonæ il 2. de poſtulat. Prælat.*
§. quia verò ibi non poteramus ſalua conſcientia
eidem Eccleſiæ de perſona alterius Regni prouidere
c. nec pro defectu de elect. c. nec è meritis, c. nullus
61. diſtinct. c. final. de cleric. peregrinant. c. Alpho-
9 *reſus 98. diſt. c. neminem 70. diſt.* † de iure Ciuili,
l. in Eccleſia ibi in vico natus. C. de Epiſc. & Cleric.
l. vna C. non licere habit. lib. 11. ſacr. Concil. Trid.
ſeſſ.25. c.5. de reform. vbi iubetur ſeruari qualita-
tates, conditiones, vel conſuetudines, quæ ſecun-
10 dum aliquas † conſtitutiones requiruntur in con-
ferendis beneficiis, quod adeo verum eſt, vt Pon-
tifex intendat vnicuique in ſua patria prouidere, &
quod prouiſio facta extero, non facta mentione ori-
ginis ſit irrita, & ſubreptitia ex iuribus adductis, vt
optimè docet *Rebuff. in prax. benef. tit. de reſcript.*
mixt. reg. 20. gloſ. de pacif. poſſeſſ. num. 217. Perez,
lib. 1. ordinamen. tit. 3. lib. 18. verſ. que ningun. Gre-
gor. Lopez in l. 13. tit. 15. verſ. deachel. Selu. de be-
nef. 3. p. q. 26. Spin. de teſtam. gloſ. 3. nu. 34.

Quæ ſtatuta, ſeu conſuetudines fundantur etiam
optima ratione, & bono Reipublicæ regimine; quia
extranei communiter non reſident, corruptis alie-
11 næ Prouinciæ moribus, † vel parum aptis natura-
les inficiunt, & Parochiani non ita affecti admittẽt
eorum doctrinam, & quia cum beneficia ſint funda-
ta ex redditibus illius Regni, Reipublicæ, Ciuita-
tis, ſeu loci. fraudarentur etiam fundatores eorum
12 vltima voluntate, ſi bona illa de proprio † patrimo-
nio aſſignata oriundis, & naturalibus, *Gonzal. in*
reg. 8. gloſ. 9. §. 1, nu. 8. ad extraneos transferren-
13 tur. Maximè quia ſemper hi præferendi † ſunt, ex
quorum bonis ſunt fundata beneficia, & ſic huiuſ-
modi conſuetudinem, ſeu ſtatutum tanquam lau-
dabilem admittunt vltra ſupra relati, *Innoc. in cap.*
quia diuerſitatem de conceſſ. præben. Panorm. in
c. ad decorem de inſtit. Dec. conſ. 541. num. 14. 695.

num. 23. Parci. conſ. 38. nu. 13. & 14. lib 4. Couar.
in pract. cap 35. num. 5. Azebed. lib. 1. nou. recopil.
tit. 3. lib. 14. optimè & latiſſimè *Mandoſ. in regul.*
16. Cancell. quæſt. 39. Duennas regul. 202. in fin.
Guttier. lib. 2. Canon. c. 11. nu. 29. Gonzal. in reg. 8.
gloſ. 9. §. 1. per tot. ex theolog. Diu. Tho. 22. qu. 63.
art. 2. ad 4. vbi dicit, quod vtinam vbique locorũ
14 fieret, † quia Eccleſijs, Sacerdotijs, ac diuino cul-
tui ſanctius, & diligentius exhiberetur miniſteriũ,
Sot de iuſt. & iur. lib. 3. quæſt. 6. art. 2. Salon. 2. 2.
quæſt. 63. art. controu. 3. cum alijs.

Vnde non obſtat, quod dicebatur de prædicta
conſuetudine, ſcilicet quod eſſet irrationabilis, quæ
15 † nunquam præſcribitur *ex cap. fin. de conſuetud.*
Quia ex ſupra ponderatis, ſatis ſuperq. conſtat cõ-
ſuetudinem eſſe rationabilem, imò iuſtam, & ſan-
16 ctam, ac † vti talem eſſe admittendam, vt per *San-*
ch. moral. tom. 1. lib. 2. cap. 1. dub 8. nu. 1. & 2.

Nec releuat Bulla Leonis X. de qua fit mentio
in ſententia Vicarij Rhegineñ, quam exhibere Do-
mini manderunt, quoniam ex eius lectura ceſſauit
dubitatio, in ea enim nihil ſtatuitur ſuper dicta Ec-
cleſia in ordine ad conſuetudinem, de qua agitur,
ſed ſolum continet vnionem alterius Eccleſię rura-
lis S. Prophoniæ factam huic Eccleſiæ Immacula-
tæ Conceptionis, quæ cum aſſeratur eſſe de iurepa-
tronatus laicorum, Pontifex diſponit, quod nemo
poſſit admitti ad Archipresbyteratum, niſi ſit ori-
ginarius illius loci, quo verò ad alios Presbyteros,
nihil diſponit, quia eorum receptio ad Communiã,
non pendet à nominatione Patronorum, ſed à con-
17 ſuetudine, † quæ potuit facere legem, vt nemo re-
cipiatur ad participationem emolumentorum, niſi
habeat vtramque qualitatem originis ſcilicet, &
quod parentes ſoluerint onera.

Nec obſtat, quod Firmianus non habeat ambo
requiſita iuxta conſuetudinem prædictam, cum de
præſenti non doceatur eius parentes ſuſtinere one-
ra Vniuerſitatis, quia ſufficit, quod ſoluerint aliquo
tempore, dũ morati ſunt in d. Terra Fluminis Mo-
rum, & in hoc caſu dixerunt Domini ſtatutum eſſe
temperandum. Nam ſi poſtea ob diſceſſum paren-
tum onera prædicta ſoluta non fuerunt, hoc non
poteſt præiudicium inferre Firmiano, qui cum ſit
verè originarius, debet ad Communiam admitti, li-
cet in præſenti non habeat parentes, qui dicta one-
18 ra ſuſtineant, † per ipſum enim non ſtetit, quin
ſolutio facta fuerit *adnot. in reg. iur. ex l. non debet*
7. de regul. iur. l. tranſactione matris 26. de tranſa-
ction. Et ita deciſum vna tantum &c.

§ *Habetur in eadem cauſa infra in ſequenti parte*
alia deciſio ſub die 10. Maij coram eodem R. P. D.
Carrillo.

R. P. D. CARRILLO.

Tiburtina Hæreditatis.

Die Lunæ 22. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

De re iudicata, quæ veniat exequenda, quan-
do dicatur conſtare. Teſtamentum, ſi quis
tanquam nullum velit impugnare, quia te-
ſtator

Digitized by Google

ſtator non erat mentis compos, quid probare debeat, & quæ probationes ad hoc non ſufficiant.

SVMMARIVM.

1 *Appellans, ſi intra terminum iuris non rediſt pro Apoſtolis, nec cauſa reperitur commiſſa infra d. terminum, ſententia tranſit in iudicatum.*

2 *Appellationis cauſa, quando infra annum, & ex cauſa infra biennium non fuerit proſecuta, ſententia tranſit in iudicatum.*

3 *Fatalia omnia, quin ſint lapſa, & cauſa deſerta remanſerit, quando non poſſit dubitari.*

4 *Reſtitutionis in integrum cauſa peti, & terminari debet intra quadriennium à tempore quo lapſus fuit annus, vel biennium datum ad proſequendam appellationem.*

5 *Appellationis cauſa, quando nou fuit proſecuta tunc res iudicata venit omninò exequenda, nou ſecus ac ſi à principio non fuiſſet appellatum.*

6 *Sententia validitas colligitur ex reuolutione actorum.*

7 *Procurator conſtitutus ad aliquam litem, quando reuocatur, debet intimari reuocatio parti, & procuratori conſtituto, aliàs ſi tanquam talis citetur, ſubſtinetur citatio in præiudicium conſtituentis. num. 8.*

9 *Citatio facta ad primam diem cadit ſub prima die iuridica.*

10 *Citatio facta ad hodie per totam, tenet ſtante citatione perſonali.*

11 *Sententia, ſi ſit lata eadem die, qua fuit præſentata Iudici inhibitio, vt actus ſubſtineatur, præſumendum eſt inhibitionem ſententia fuiſſe ſubſecutam.*

12 *Termini non debent confundi, ſed ſingula ſingulis referri.*

13 *Commiſſio ſi ſit directa alicui cum præciſo reſcripto, vt quandã certã perſonam ſubſtituat, tunc pro eius deputatione nõ requiritur aliqua citatio.*

14 *Procurator, quod acceptauerit mandatum, quando dubitari non poſſit. amplia nu. 15.*

16 *in Commiſſione, quando adeſt clauſula, quam, & quas, tunc pronuuciatio optimè ſubſtinetur prout in prima.*

17 *Cauſæ merita non ſunt amplius controuertenda ſtante ſententia, & re iudicata.*

18 *Mentis ſanæ quilibet præſumitur ex præſumptione iuris.*

Mentis compotem quemcumque cenſeri, naturale eſt. num. 18.

19 *Teſtator præſumitur ſanæ mentis, niſi cõtrarium probetur, & allegantí fauorem de tempore teſtamenti vel alterius actus, incumbit onus probandi, & quidem concludentiſſimè.*

20 *contra Præſumptionem iuris naturalis requiritur exactiſſima probatio.*

21 *Teſtes examinati in iudicio criminali, non probant in ciuili.*

22 *Teſtes examinati in iudicio criminali, vt probẽt in ciuili, debẽt in eo repeti cum interrogatorijs.*

23 *Ingenium imbecille vt quis habeat, vel imaginationem læſam, aut actus faciat non omninò conuenientes homini ſanæ mentis, & nihilominus quod non ſit in ſtatu dementiæ, iſta ſimul ſtare poſſunt. vide rationem nu. 24.*

24 *Homines ſanæ mentis, etiam ſi ex accidenti faciant aliqua leuia, non reputantur dementes.*

25 *Teſtatoris demẽtia nõ releuat, niſi fuerit probata de tempore teſtamenti, & quidem concludenter.*

26 *Teſtes qui deponunt ſuper furore teſtatoris debẽt interrogari, quæ ſigna, quos motus, vel actus fecerit teſtator, vt ex illis percipi poſſit furor teſtatoris.*

27 *Teſtator an fuerit furioſus, id percipi non poteſt ex momento temporis, ſed ex quodam diſcurſu, & multitudine actuum.*

28 *Teſtibus deponentibus de dementia alicuius non creditur, niſi aſſignent rationem, licet non fuerint interrogati.*

29 *Teſtator præſumendum eſt, quod fuerit ſanæ mẽtis, ſi fecerit teſtamentum prudenter, & bene ordinatum.*

30 *Et hoc ſufficit ad eius validitatem, etiam ſi fuiſſet factum ab eo, qui aliquando habuit dilucida interualla.*

31 *Teſtator, quod fuerit mentis ſanæ nulla maior coniectura dari poteſt, quam ea, quæ deſumitur ex qualitate teſtamentariæ diſpoſitionis.*

32 *Notario aſſerenti teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, ſtandum eſt, quando ſigna, & actus ſani iudicij præceſſerint.*

33 *Teſtamentum, quando eſt validum, cum omnibus ſolemnitatibus iuris conditum, conſequenter hæredem in eo inſtitutum dicitur fuiſſe validè, & ritè inſtitutum.*

DECISIO CCXXXIII.

POSTQVAM Ioan. Baptiſta Zacconius ſub die 5. Aprilis 1610. ſuum vltimum condiderat teſtamẽtum, in quo hæredem vniuerſalem inſtituerat Petrum Paulum de Angelis, Franciſcus Crucius, & alij venientes ab inteſtato præuia porrectione querelæ coram A. C obtinuerunt condemnari Notarium tanquam culpabilem, & de iure punibilem, teſtamentumq. ab eo ſtipulatum eſſe falſum, ac vti tali nullam fidem in iudicio, nec extra eſſe adhibendam, ſed interpoſita appellatione ab iſta ſententia per dictum D. Paulum hæredem inſtitutum, fuit cauſa commiſſa D. Cardinali Vicario, & Vicemgerens ab eo deputatus Notariũ abſoluit à crimine falſi, ac teſtamentum validum declarauit, vt in ſententia ab eo prolata. ſumm n. 4. A qua licet fuerit pro parte Crucij, & aliorum appellatum, & per Iudicem fuerit terminus iuris aſſignatus, tamen nihil fuit poſtea in cauſa actum niſi de anno 1634. de quo tempore fuit cauſa commiſſa in Rota ſuper intereſſe ciuili dumtaxat. Quare cum pro parte Petri Pauli fuerit obtenta alia commiſſio mihi directa ſuper præfixione termini ad docendum de appellatione, eiusq. legitima proſequutione propoſui dubium. An conſtaret de re iudicata, quæ veniret exequenda, & DD. affirmatiuè reſponderunt.

Ratio reſolutionis fuit; tum quia fuit appellatum à ſententia lata ſuper validitate teſtamenti, & ap-
1 pellãtes intra terminum aſſignatum, † ſcilicet 30.

 dierum

dierum non redierunt pro Apoſtolis, nec cauſam
appellationis committi curarunt, *cap. ab eo in prin-
cip. vbi gloſ. de appell. in 6. clem. quamuis. §. ſimili-
ter. eod. tit. Rot. deciſ. 57. num. 4. de appell. in nou.
verſ. moueor. Mantic. deciſ. 92. nu. 1. Creſcent. de-
ciſ. 2. nu. 1. de appellat.*

Tum etiam quia cauſam appellationis non fue-
2 runt proſequuti intra † legitima tempora, hoc eſt
intra annum, & ex cauſa intra biennium. Nam 10.
Iulij 1611. appellarunt, & de anno 1634. commi-
ſerunt cauſam in Rota quoad intereſſe ciuile, itaut
per 20. circiter annos ſiluerint. Vnde non poteſt
3 dubitari, † quin ſint lapſa omnia fatalia, & cauſa
deſerta remanſerit, *Auth. ei qui. C. de tempor. &
reparat. appell. cap. perſonas. cap. cum ſit Romana.
de appellat. Clem. ſicut. eod. tit. Alexan. conſ. 164.
nu. 2. lib. 2. Surd. conſ. 139. Veſtr. de ſtil. Cur. lib. 7.
cap. fin. num. 8. Mantic. deciſ. 276. num. 2.* Immò
quod fuerit lapſum omne tempus reſtitutionis in
integrum aduerſus lapſum terminũ ad proſequen-
4 dam appellationem, † quia reſtitutio peti, & ter-
minari debet intra quadriennium à tempore, quo
lapſus fuit annus, vel biennium, *l. fin. C. de temp.
in integr. reſtit. Clem. 1. de reſtit. in integr. gloſ. in
cap. 1. verb. quadriennij. eod. tit. in 6. Morl. de in-
tegr. reſtit. in præl ud. num. 15. & 16. cum ſeqq.
Oſaſcb. conſ. 30. nu. 62. Rota deciſ. 13. nu. 2. par. 2.
recent.*

5 Ex quibus res iudicata venit † omninò exequē-
da, non ſecus, ac ſi ab initio prouocatum non
fuiſſet, *ex d. cap. cum ſit Romana. l. 1. poſt rem iu-
dicatam. ff. de re iudic. l. 2. C. de execut. rei iudic.
Parlador. lib. 2. rer. quotid. cap. fin. par. 1. §. 1. n. 6.
Mauſon. de execut. lib. 1. ampliat. 35 per tot. Boer.
deciſ. 295. nu. 8. in fin.* maximè cum proueniat ex
ſententia valida & iuſta.

6 Validitas detegitur ex reuolutione actorum, † in
quibus apparet concurrere omnia, quæ ad hunc ef-
fectum requirit, *Rot. apud Caputaq. vulg. deciſ. 260.
par. 2. & deciſ. 204. par. 1. recent.* non obſtantibus
nullitatibus exaduerſo oppoſitis.

Non obſtat prima nullitas deducta ex eo, quod
fuerit citatus Barattanus, quem prætendebatur
nunquam acceptaſſe mandatum procuræ, immò
quod fuiſſet reuocatum quia acceptatio mandati
procuræ clarè apparet in comparitione facta in
actis cauſæ per ipſum Barattanum procuratorem
conſtitutum, vt ex fide publica Notarij data in re-
7 ſponſionibus pro Petro Paulo, cui non † officit
reuocatio, cum non fuerit ſibi, nec procuratori cō-
ſtituto intimata, prout requirebatur, *cap. inſinua-
tione. 3. C. mandat. 13. de procur. Gonzal. in reg. 8.
gloſ. 63. n. 51. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 18. n. 37.
Ximen. Toletan. in concordan. vtriuſq. iur. par. 1.
& 2. in tit. de procur. Vant. de nullit. tit. ex defect.
8 mandat.* & citatio † in præiudicium conſtituentiũ
ſuſtinetur. *Felin. in cap. ex parte Decani. nu. 24. de
reſcript.*

Nec obſtat ſecunda principalis nullitas deſum-
ta ex citatione ad ſententiam exequuta ad hodie
per totam ſub prima Iulij cum expreſſione ad p. d.
& nihilominus ſententia fuerit prolata ſub eadem
die 1. Iulij. Quia ex lectura ipſius citationis data
in ſummario Crucij nu. 3. tollitur obiectum. Ete-
nim curſor in pede eiuſdem citationis retulit illam
fuiſſe exequutam contra fiſcum ſub die 28. Iunij ad
9 p. d. & ſic ad oculũ patet, quod illa cadebat ſub † die
prima Iulij, quæ fuit prima dies iuridica ob feſta
SS. Apoſtolorum Petri & Pauli, & Commemora-
tionis S. Pauli præcedentia. Vnde contra eum vti
in cauſa principalem non poteſt dubitari, quin
ſententia fuerit ritè, & rectè prolata; reſpectu verò
fiſco adhærentium curſor retulit citationem fuiſſe
10 exequutam ſub eadem die prima Iulij per tot. † ſi-
cut fieri potuit, ſtante executione perſonali, *Sera-
ph. deciſ. 1115.* in qua deciſione licet dubitaretur de
validitate ſententiæ ex alio capite. ſcilicet quia fue-
11 rat lata eadem die, † qua Iudici erat præſentata in-
hibitio, & Rota reſoluit pro ſuſtinendo actus præſu-
mendum eſſe inhibitionem fuiſſe ſententiæ ſubſe-
quutā, tamen neq; negari poteſt, quin in caſu d. de-
ciſionis ſententia fuiſſet lata vigore citationis exe-
quutæ ad hodie per totam, & Rota pro eius vali-
ditate reſpondit, *vt ibi ſub nu. 2. verſ. maximè cum
12 citatio.* ideo prædicti † termini citationum non de-
bent confundi, ſed ſingulis ſingula referri, *gloſ. in
l. ſi negotium. verb. geſtorũ. C. de negot. geſt. Surd.
conſ. 376. nu. 20. Rot. deciſ. 750. nu. 1. par. 1. diuerſ.*

Minus releuat tertia nullitas ex defectu citatio-
nis pro deputatione Vicemgerentis, ex quo inferri
prætenditur non adfuiſſe iuriſdictionem, quia cum
13 cōmiſſio † fuiſſet directa D. Cardinali Vicario cũ
præciſo reſcripto, vt Vicemgerētem deputaret, nul-
la alia requirebatur citatio, Vicarius enim fuit in
hoc merus exequutor, *Rot. deciſ. 191. nu. 7. par. 2.
recent.* & in omnem euētum prædicti defectus tol-
lerentur per ſeruationem terminorum ſubſtantia-
lium poſtea factam citatis alijs procuratoribus à
14 Crucijs, & litis conſortibus conſtitutis, † de quo-
rum acceptatione nō dubitatur ex traditis per *Rot.
in Toletana penſionis* 10. *Nouemb.* 1628. *coram
R. P. D. meo Dunozet,* maximè cum non fuerint p-
15 ducta iura de † nouo, *Rot. coram Reuerendiſſ. D.
meo Decano deciſ. 319. nu. 8. & in Bracharen. de
Garſei 27. Nouemb. 1600. coram Sacrato.*

Prout etiam potuit Vicemgerens pronunciare
ſuper validitate teſtamenti, eiuſq. executione, tum
quia ſententia lata in prima declarauit teſtamento
nullam fidem eſſe adhibendam, tum etiam quia in
16 commiſſione aderat † clauſula quam, & quas, quo
caſu optimè ſuſtinetur pronunciatio, prout in pri-
ma, *Rot. deciſ. 23. de reſcript. in nou. Mart. de clauſ.
par. 1. clauſ. 120. nu. 2. Marcheſ. de commiſſ. par. 2.
& par. 1. pag. 200. num. 59. pag. 62.* vbi deciſiones
Rotales refert *Seraph. deciſ. 1241. n. 2. & 3. Achill.
deciſ. 14. nu. 1. & ſeqq. de reſcript.* & ex his dixe-
runt DD. nullitates prædictas non obſtare.

Iuſtitia verò conſtat ex teſtamento nuncupatiuo
facto à publico Notario rogato coram Vicario, &
ſeptem teſtibus, & alijs ſolemnitatibus iuris, cu-
ius validitas non poteſt amplius controuerti ſtan-
17 te † dicta ſententia, & re iudicata non obſtante
prætenſa dementia teſtatoris, quia de ea non con-
18 ſtat, & regula ſtat in contrarium, vt quilibet † præ-
ſumatur ſanæ mentis ex præſumptione iuris, ſiqui-
dem naturale eſt vnumquemque cenſeri mentis
compotem, *l. nec codicillos. C. de codicill. Dec. in
l. furioſam. nu. 30. C. qui teſtam. fac. poſſ. Honded.
conſ.*

Digitized by Google

conſ.78. nu.53. lib.2. Menoch. præſumpt. 181.*nu.7.*
*lib.*1. *Caual.deciſ.366. nu. 3. & fuit dictum in*
Meliten. teſtamenti 17.*Februarij* 1612. *coram*
bo.me. Manzanedo, vbi Rota firmat pro indubita-
19 to teſtatorem ſanæ mentis præſumi, † niſi contra-
rium probetur, & alleganti furorem de tempore
teſtamenti, vel alterius actus, incumbit onus pro-
bandi, & quidem concludentiſſimè. Nam contra
20 præſumptionem iuris † naturalis requiritur exactiſ-
ſima probatio, *l. fin. C.de teſtam. d.l.nec codicillos.*
C.de codicill. gloſ. in c. cum dilectus de ſucceſſ. ab
inteſtat. Bald.in l. furioſum.C.qui teſtam. fac. poſſ.
Spin. de teſtam. gloſ. 10. *in rubr. nu.*9.10. *&* 11.
*Anton.Gomez.in l.3.tauri num.*7. *&* 8. *Rot. deciſ.*
525. *nu.*1.*par.*4. *recent. & coram Reuerendiſſimo*
*D.meo Decano deciſ.*178. *nu.*8. *in fin.& nu.*9.

Nec releuant teſtes in iudicio criminali exami-
21 nati, quia vltra † quod tanquam examinati in iudi-
cio criminali non probant in ciuili, *Bald. in l.2.*
nu.23. Alex.nu.26. C.de eden. Felin. in cap.cauſā-
quæ. il 1. *nu.4. de teſtib*, nec ſubſiſtit in facto, quod
fuerint ritè, & rectè examinati, ſed potius ſaluis
exceptionibus contra eorum dicta, & perſona ad-
22 ducendis, † animo eos repetendi cum interroga-
torijs, prout de iure debebat, *Caual.in punct.d.de-*
*ciſ.366. nu.*5. euacuatur eorum fides, ex quo benè
23 poſſunt ſtare ſimul, vt quis habeat † ingenium im-
cille, vel imaginationem læſam, aut actus faciat nō
omninò conuenientes homini ſanæ mentis, & ni-
hilominus quod non ſit in ſtatu dementiæ, vt ex
auctoritate *Galeni lib.3. de loc. affect.* firmat *Me-*
noch. conſ.683. nu 14. *ad fin.* & ratio eſt, quia præ-
24 dicta omnia non excludunt vſum rationis, † ſeu
intellectum, nec mentis alienationem inducunt,
quandoque viri ſanæ mentis, etiamſi ex accidenti
faciant aliqua leuia, nō reputantur dementes, *Rot.*
*d.deciſ.*525.*nu.*5.*par.*4. *recent.& deciſ.*178.*n.*18.
19.*&* 21.*coram Reuerendiſſ.D.meo Decano.*

25 Et vlterius probatio dementiæ non releuat, † ni-
ſi probata concludenter de tempore teſtamenti, vt
ſuperius dixi, nec ſuffragatur aliqua probatio per-
cutiens tēpus antea, vel poſt teſtamentū, quoniam
teſtis deponēs ſuper furore debet interrogari quid
26 vidit, † quæ ſigna, quos motus, vel actus fecerit
teſtator, vt ex illis percipi poſſit furor, & demen-
tia teſtantis. nam hæc accidentia non poſſunt per-
27 cipi ex momento † temporis, ſed ex quodam diſ-
curſu, & multitudine actuum, *Bald.in cap.cauſam-*
*que. de teſtib. Aretin.in l.*1. *ſi cert.pet.col.*3. Immò
teſtibus de dementia deponentibus non creditur,
28 † niſi aſſignent rationem eorum dicti, licet non
fuerint interrogati, *Rot.deciſ.*107.*n.*4.*par.*2.*diuerſ.*
vbi plures DD. refert, *& d.deciſ.*525.*nu.*3.*par.*4.
recent. & coram Reuerendiſſ. D.meo Decano d.de-
*ciſ.*178. *nu.*10.

Vnde cum ex qualitate teſtamenti reſultent ſi-
gna, & actus ſanæ mentis, ex quo teſtator reliquit
plura legata locis, & cauſis pijs, omnes nepotes
venientes ab inteſtato inſtitutionibus particulari-
bus, & legatis honorauerit dictumq. D. Petrum
Paulum hæredem inſtitutū de ſua familia de Zac-
conibus vocari mandauerit, abſque dubio præſu-
29 mendum eſt teſtatorem fuiſſe ſanæ † mentis cum
fecerit teſtamentum prudenter, & rectè ordinatū,
vt patet ex eius lectura ſumm. Petri Pauli num. 1.
quod ſufficit ad eius validitatem, etiamſi fuiſſet fa-
30 ctum ab eo, † qui aliquando habuiſſet dilucida in-
terualla, quia nulla maior ſanæ mentis coniectura
datur, quàm illa quæ deſumitur ex qualitate teſta-
31 mentariæ † diſpoſitionis, *l. patronus. §. fin. ff. de-*
legat.3. Bart. in l.2. de bonor. poſſeſſ furioſ. & in-
fant. delat. Bald. in l. furioſum. C. qui teſtam. fac.
poſſ. Ant.Gom. in d.l.3. tauri num.8. deguin. text.
in l.Titia.in fin. ff. de legat.3. Rota coram Caual.
d.deciſ.366. nu.7. & d.deciſ.525.num.7.par.4. &
recent. & in terminis *in Romana hæreditatis de*
Gracchis 5.Decemb.1618. coram bo.me.Remboldo.
32 Maximè quia Tabellioni aſſerēti teſtatorem † fuiſ-
ſe ſanæ mentis, prout hic, ſtandum eſt, cum prædi-
cta ſigna & āctus ſani iudicij præceſſerint, *Spin. de*
*ſtam. in d. gloſ.*10.*in rubr.nu.*11.

Ex quibus vtraque parte informante responde-
runt DD. pro re iudicata quoad partem ſententiæ,
quæ fuit in Rota commiſſa ſuper negocio ciuili,
33 quia teſtamentum eſt validum † cum omnibus ſo-
lemnitatibus iuris conditum, & conſequenter hæ-
dem in eo inſtitutum fuiſſe ritè, & rectè inſtitutū.

§ *Aliæ deciſiones in eadem cauſa habentur in ſequenti parte, ideſt ſub diebus 15. Martij 1639. & 16. Maij eiuſdem anni coram eodem R.P.D. Carrillo.*

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Domus.

Die Lunæ 22. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

De dominio domus alicuius quando dicatur conſtare ad effectum, vt ille ſua inſignia ſuper dicta domo apponere queat. Præſumptiones, & coniecturæ quando dicantur veræ probationes.

SVMMARIVM.

1 *Dominium bonorum emphyteoticorum, quando ſumus in antiquiſſimis, nedum probatur per inſtrumenta locationum, & perpetua emphyteuſis.*
2 *Sed etiam per coniecturas, & præſumptiones.*
Coniecturæ, & præſumptiones dicuntur veræ probationes, quando à iure ſunt approbatæ. num.2.
3 *Canonum ſolutiones ſolæ ſufficiunt, ſi ſint ſupra 30. annos ad probandum directum dominium in vim præſcriptionis.*
4 *Libris per Miniſtros legales tentis, & in Archiuijs conſeruatis ſtandum eſt.*
5 *Laudemij ſolutio confert ad probandum directū dominium eius, cui ſoluitur.*
6 *Confeſſio emanata à poſſeſſore probat nedum contra confitentem, ſed etiam contra habentem cauſam ab eo.*
7 *Teſtis vnicus deſeruire poteſt pro adminiculo, ſicuti & alia imperfecta probatio, quando admittuntur coniecturæ, & præſumptiones.*
8 *ex Signi appoſitione an oriatur concludens probatio dominij, & num.10.*
9 *ad Deuolutionis, & rei vindicationis effectum probatio concludens requiritur.*

10 *ex*

Digitized by Google

10 *ex Signi probatione non oritur concludens probatio ad effectum deuolutionis, & rei vindicationis.*

11 *Signa apponuntur pro coniectura ad probandam identitatem domus.*

12 *Signa in rebus ſolent apponi ad effectum recognoſcendi rem propriam, non autem probandi.*

13 *Probatio præſumptiua ad quemcumque etiam effectum admittitur, quando coniectura ſunt à iure approbata.*

14 *Identitatis probatio eſt neceſſaria ad effectum tàm recognitionis, quàm vindicationis.*

15 *Idētitas domus ſatis probatur ex ſituatione eiuſdem domus inter alias, quas conſtat eſſe emphyteoticas eiuſdem Domini, & ex ſolutione laudemij &c.*

16 *Domus ſi in eodem ſitu conſtructa, & eleuata fuerint, non poſſunt diuerſo iure cenſeri.*

17 *in Confinium probationis materia multum ſolet deſerri congruentia, & vereſimilitudini.*

DECISIO CCXXXIV.

QVÆSITVM fuit, An conſtet de dominio
Eccleſiæ S. Iacobi Hiſpanorum reſpectu domus
controuerſæ ad effectum apponēdi inſignia
eiuſdē Eccleſiæ, & affirmatiuè fuit reſpōſū.

Quia cum huiuſmodi Canon prætenſus per Ec-
cleſiam S. Iacobi deſumatur ex acquiſitione facta
per Petrum de Mengibar vſque de anno 1515. ab
Alexio de Creſcentijs, qui dicto Petro vēdidit pro-
prietatem & dominium directum cuiuſdam Horti
ſiti in Regione Campi Martij, quem ille prius con-
ceſſerat in locationem, & emphyteuſim perpetuam
ſeptem perſonis reſpondētibus annuatim ducatos
25, de carolenis, & exinde idem Petrus de anno
1527. aſſerens in dicto ſitu fabricatas fuiſſe quaſdā
domos dictam proprietatem, & reſponſionem reli-
querit in teſtamento, cum quo deceſſit, eidem Ec-
cleſiæ S. Iacobi, indubitatum eſt nos verſari in tē-
pore antiquiſſimo ſupra centum annos, in quo ne-
1 dum † admittuntur probationes dominij per in-
ſtrumenta locationum, & perpetuæ emphyteuſis
2 ſed etiam per coniecturas, † & præſumptiones, cū
& illæ dicantur veræ probationes, quando ſunt à
iure approbatæ *l. licet Imperator. ff. de leg. 3. Me-
noeb. de præſumpt. lib. 1. præſumpt. 36. nu. 3. & de
arbitr. caſ. 42. nu. 5.* & in his terminis ſemper fue-
runt admiſſæ, *vt in deciſ. 81. nu. 12. & 262. nu. 9.
par. 5. diuerſ. & in Romana deuolutionis domus
28. Maij 1625. coram me.*

Primò igitur accedunt dictæ acquiſitioni, & te-
ſtamentariæ diſpoſitioni ſolutiones Canonum ab
anno 1529. vſque ad annum 1611. factæ à poſſeſ-
3 ſoribus domorum, † quæ ſolæ ſufficerent etiam ſu-
pra 30. annos ad probandum directum dominium
in vim præſcriptionis, *Alex. conſ. 4. nu. 2. vol. 2. &
conſ. 8. nu. 2. vol. 7. Seraph. deciſ. 869. num. 3. 290.
nu. 4. par. 1. 315. num. 3. par. 3. recen. cum alleg. in
ſupradicta Romana deuolutionis domus verſ. tertia
accedit,* & quamuis pro dictis ſolutionibus nō den-
tur quietantiæ originales, attamen ſufficienter iu-
4 ſtificantur ad hunc effectum † ex libris eiuſdem Ec-
cleſiæ S. Iacobi per miniſtros legales bene tentis,
& in Archiuijs conſeruatis, *Felin. in cap. ad audien-
tiam nu. 16. de præſcript. Roman. conſ. 127. num. 1.
Dec. conſ. 146. nu. 14. Crau. conſ. 146. n. 4. & 434.
nu. 14. Rot. ead. deciſ. 290. nu. 5. par. 1. & 325. n. 3.
par. 3. recent.*

Secundò concurrit ſolutio laudemij facta per
Alexandrum Peanum mandatarium Gubernatoris
Vrbis, qui hanc domum emit ab Antonio Pace ſu-
tore de conſenſu eiuſdem Eccleſiæ S. Iacobi vſque
5 de anno 1529. quæ bene † confert ad probandum
directum dominium eius, cui ſoluitur *Bart. in l. fi-
nal. nu. 2. C. de præd. decur. lib. 11. Mantic. de con-
tract. lib. 22. tit. 3. nu. 16. deciſ. 400. nu. 8. & 420.
num. 3. par. recent.*

Tertiò dantur reuelationes Franciſci de Peanis
filij & hæredis Alexandri factæ penes Secretarium
fabricæ S. Petri in executionem Motus proprij Pij
Quinti, qui fatetur domum per ipſum poſſeſſam
eſſe ſubiectam ratione directi dominij Eccleſiæ Sā-
cti Iacobi Hiſpanorum, & ſoluere iulios ſexdecim
& baiochos quatuor cum dimidio, quæ confeſſio
6 † tanquam à poſſeſſore facta probat nedum contra
confitentem, ſed etiam contra habentem cauſam
ab eo, *Ruin. conſ. 50. nu. 11. vol. 1. Rota deciſ. 776.
nu. 1. par. 1. diuerſ. 246. nu. 4. & d. deciſ. 290. n. 2.
par. 1. recent.*

Quartò adeſt vnius teſtis depoſitio de auditu à
Virginia poſſeditrice huius domus, quæ à ſupradi-
cto Franciſco de Peanis, & deinde ſuffragium ab ip-
ſa cauſam habet, quod ſemper dicta domus fuit tē-
ta, & habita de pro prietate Eccleſiæ S. Iacobi Hi-
7 ſpanorum, qui licet † vnicus, attamen pro admi-
niculo deſeruire poteſt, ſicuti & alia imperfecta
probatio ad hunc effectum ſolet admitti, *Bart. in
l. 2. nu. 3. ff. de appellat. recep. Caputaq. deciſ. 206.
num. 6. & ſeqq. par. 2.*

Non obſtat, quod prædicta ſit præſumptiua, non
8 autem vera probatio pro appoſitione † ſigni neceſ-
ſaria, ex quo oritur concludens probatio dominij,
Afflict. deciſ. 23. nu. 4. & ſufficeret ad effectum de-
9 uolutionis, & rei vindicationis † pro qua conclu-
dens probatio requiritur, *Rot. deciſ. 181. nu. 1. p. 4.
recent. cum allegat.*

Quoniam etſi vera ſit concluſio ad effectum ca-
ducitatis, & vindicationis requiri concludentem
10 † probationem dominij, non tamen ex probatione
ſigni oriri hanc probationem concludit *Afflict. in
11 alleg. deciſ. 23. nu. 4.* ſed ponitur † pro coniectura
ad probandam identitatem domus, quinimò ſigna
huiuſmodi ſolere apponi ad effectum recognoſcen-
12 di rem propriam † non autem probandi reſpondit
*Rota deciſ. 69. nu. 8. par. 5. diuerſ. & 279. num. 1.
par. 4. recent.* & nihilominus præſumptiua proba-
tio ad quemcumque etiam effectum admittitur vt
13 ſupra firmatum fuit, quando † coniecturæ, vt in
præſenti, ſunt à iure approbatæ, & plenè compro-
batur in *alleg. deciſ. 81. nu. 12. par. 5. diuerſ.*

Demum non obſtat defectus probationis identi-
14 tatis domus ſignandæ omninò † neceſſariæ ad effe-
ctum tàm recognitionis quàm vindicationis.

Quia ſufficienter probatur ex ſituatione eiuſdem
15 domus inter alias, quas conſtat † eſſe emphyteoti-
cas eiuſdem Eccleſiæ, ex conſenſu in earum aliena-
tionibus præſtito cum receptione laudemij, & re-
cognitionibus poſſeſſorum, & appoſitione lapidū,

quæ

quæ cum in eodem ſitu conſtructæ, & eleuatæ fue-
16 rint † non poſſunt diuerſo iure cenſeri, *Menoch. præſumpt.*101. *nu.*11. *lib.*2. *Rot. deciſ.*262. *num.*8.
*par.*5. *recent.* & in hac materia probationis confi-
17 nium multum † ſolet deferri congruentiæ, & vere-
ſimilitudini, *Decian.conſ.*20. *nu.*17. *lib.*3. *Rot. deciſ.*334. *nu.*2. *par.*2. *recent. Grat.diſcept.*883.*n.*6.
quæ eo magis certificatur ex quo Frãciſcus ex quo
cauſam Virginia, & ſuffragium habuerunt, faſſus
fuit eſſe eãdem domum Canoni ſubiectam Eccle-
ſiæ S. Iacobi Hiſpanorum. Et ita vtraque &c.

¶ *In ſequenti parte in hac cauſa adſunt aliæ deciſiones, ideſt ſub diebus* 10. *Maij* 1638. *&* 12. *Nouembris eiuſdem anni, &* 8. *Aprilis* 1639. *coram R.P.D. Carrillo.*

R. P. D. MOTMANNO.

Narnieñ Bonorum.

Die Veneris 26. Iunii 1637.

ARGVMENTVM.

Cenſus an conſtituat tertiam ſpeciem bonorũ diſtinctam à bonis mobilibus, vel immobilibus declaratur, & concluſio eſt negatiua.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus eſt quoddam ius percipiendi annuam reſponſionem ex rebus immobilibus.*

2 *Cenſus non ſunt res immobiles, neque mobiles, ſed quamdam tertiam ſpeciem bonorum à mobilibus, vel immobilibus diſtinctam conſtituen. vide n.*3.

4 *Cenſus connumerantur inter bona immobilia, & veniunt ſub appellatione immobilium.*

5 *Cenſus numquam conſtituunt tertiam ſpeciem bonorum, ſed habentur pro immobilibus.*

6 *Præſtationes, quæ renaſcuntur, & pullulant, ſunt in fructu.*

7 *in Fructu omne id, quod eſt, poſſidetur, vel quaſi poſſidetur.*

8 *Cenſus eſſentia non conſiſtit in ſolo, & in ſimplici iure exigendi reſponſionem, ſed verius in emptione rei fructiferæ pro libitu venditoris.*
Cenſus conſiſtit in fructu ſingulis annis redeunte. num. 8.

9 *Ius ex quo naſcitur, & renaſcitur fructus, eſt quid diuerſum ab actione, qua exigitur annua pecunia.*
Cenſus eſt quaſi ſeruitus, & ipſius rei, in qua eſt impoſitus, pars inſeparabilis. nu. 9.

10 *Cenſus ſtatim euaneſcit, perempta, vel deſtructa re, ſeu domo, cui cohæret, & neque ſubſtinetur, ſi domus, vel prædium reædificetur.*

11 *Cenſus ſi ſit impoſitus ſuper aliquo molendino, & illud deſtruatur, non ſubſtinetur ſuper molendino reædificato.*

12 *Quia molendinum de nouo ſtructum, cũ ſit aliud ab antiquo, non poteſt eſſe obnoxium oneri ſolutionis impoſito ſuper alio diuerſo ædificio.*

DECISIO CCXXXV.

POST captam reſolutionem quòd in generali
donatione Talphiniæ comprehendantur bona
hæreditaria Nicolai Arcæ eius fratris, cum adhuc
quæreretur, An eadem donatio comprehenderet
cenſus ab ipſa poſt factam huiuſmodi donationem
acquiſitos, denuò propoſui cauſam ſuper ijſdem. &
Domini cenſuerunt quoad cenſus, vt ſupra, acquiſi-
tos recedendum eſſe à poſteriori huius cauſæ deci-
ſione ſub die 7. Martij præteriti emanatæ. *

Nam licet poſt donationem bonorum immobi-
lium vbique locorum exiſtentium addita ſit in eo-
dem inſtrumento donatio bonorum mobilium, ac
iurium, & actionum pertinentium, & competen-
tium in futurum, eaq. ratione cenſus poſtea acqui-
ſiti inter iura in futurum competentia viderentur
1 debere connumerari, eo quod cenſus † eſt quod-
dam ius percipiendi annuam reſpõſionem ex rebus
immobilibus, vt definit *Cenc. in tract. de cenſ. p.*1.
*cap.*1. *quæſt.*3. *art.*2. *in princ.* & attenta huiuſmo-
di definitione, ac verbi proprietate cenſus non ſunt
2 res immobiles, † neque mobiles, ſed quandam ter-
tiam ſpeciem bonorum à mobilibus, & immobili-
bus diſtinctam conſtitueñ, vt per *Bart. in l. mouentium. ff. de verb. ſign. Abb. in cap. nulli nu.*9. *&* 10.
de reb. Eccleſ. non alienan. & in cap. relatum il 2.
*de teſtam. Bald. in l. iubemus. nu.*4. *C. de ſacroſanct. Eccleſ. Roman. in l. nam quod. §. & ſi quis nu.*2. *ff. ad Trebell. Tiraq. de retract. lignag. §.* 1. *gloſ.* 6.
num 3. *& fuit dictum in deciſionibus Rotæ* 3. 81. *&*
82. *apud Cenc. in d. tract. de cenſ. per textus, quos allegant prædicti Doctores in l. quam Tuberonis. §. in peculio. ff. de pecul. l à Diu. Pio. §. venditione ff. de re iud. & in l. vlt. in fine. C. de præſcrip. long.*
3 *temp.* quod tum demum procedere, † quando iura
huiuſmodi per ſe poſſunt cõſiſtere declarant *Bald. in conſ.*232. *nu.*2. *circa fin. vol.*2. *Alex. in d. l. à Diuo Pio. §. in venditione num.*2. *verſ. addo quod conſueuit. ff. de re iud. & in conſ.* 125. *num.* 4. *vol.*1.
*Guidopap. conſ.*52. *nu.*1. *verſ. vbi vero non ſubeſt talis neceſſitas. Nat. in conſ.*146. *nu.* 13. & addunt
ita debere intelligi dictum *Bart. in l.*1. *C. ſi aduerſus tranſact. in d. l. mouentium. ff. de verb. ſignif.*
ac aliorum Doctorum, qui ad hoc ſolent allegari.

Nihilominus quia cenſus, de quibus agitur, alio
modo conſiſtere non poſſunt, quàm ſuper re immo-
bili, & cõſequenter neceſſe eſt, vt rei immobili co-
4 hæreat ideo indiſtinctè connumerantur, † inter
immobilia, & veniunt ſub donatione immobilium,
ita *Abb. in d. cap. nulli. nu.*10. *verſ. ſed tamen diſtingue de rebus Eccleſ. non alienan. Tiraq. de retract. lignag. §.*32. *gloſ. vnico nu.*84 *verſ. ex quib. Gabr. conſ.*141. *nu.*17. *vol.*2. qui per dictam ratio-
nem cohærentiæ ibi firmat huiuſmodi cenſus nun-
5 quam conſtituere ſpeciem, † ſed haberi pro rebus
immobilibus, idem dixit *Rota coram Card. Seraphin. deciſ.*224. *n.*4. *& tenent Iaſon. in l. ſciendum. num.*23. *ff. qui ſatiſdare cogantur. Pariſ. conſ.*86.
*nu.*6. *vol.*3. *Ruin. conſ.*82. *nu.* 5. *vol.* 2. *& alij Doctores cumulati per Surd. deciſ.*204. *nu.*1. *Cenc. in d. tract. de cenſ. par.*1. *cap.*3. *quæſt.* 1. *art.*2. *nu.*6.
*& Valaſc. de iur. emphyt. quæſt.*12. *num.*5 *per Clementinam exiui. §. eumq. annui redditus de verb. ſignif. & tex. cum gloſ. in l. iubemus nulli vbi Bald. nu.*2. *C. de ſacroſ. Eccleſ. l. fin. C. de vend. rebus Ciuitat. lib.*11. *Authen. de non alienan. §. ſed hæc ergo vbi Aretinus nu.*3. *& in Authen. vt ij, qui oblig.*
hab.

Digitized by Google

*hab. §. ſi vero habeat redditus. idem Bald. in l.etiã. num.*8. *C.de execut. rei iud.* vbi pro ratione huius
6 concluſionis tradit, quod præſtationes, quæ † renaſcuntur, & pullulant, ſunt in fructu, & omne id
quod eſt in fructu, poſſidetur, vel quaſi poſſidetur.
Niſi ſint cenſus eius generis, qui ſola actione perſonali debentur, cum tamen alij cenſus quales sũt
7 ij, de quibus agitur rei † cohærentes actione reali,
vel mixta debeantur, vt in conſ.prælleg.diſtinguit,
& comprobat *Gabr.num.*19. & ſequitur *Gratian. diſcept.*29. *nu.*1. quam differentiam interpoſitam
fecit etiam *Bart.in l. fin. ff quorum bonorum*, vt
obſeruauit *Ruin.conſ.*82 *nu.*5. *vol.*2.

Alia etiam ratione probatur cenſus eſſentiam
non conſiſtere in ſolo & ſimplici iure exigendi re-
8 ſponſionem, † ſed verius in emptione partis rei fru-
ctiferæ redimibilis pro libito venditoris, quia cen-
ſus conſiſtit in fructu ſingulis annis redeũte, & ius
9 ex quo naſcitur † & renaſcitur fructus, eſt quid di-
uerſum ab actione, qua exigitur annua pecunia, vt
inquit idem *Gabr.conſ.*148.*in vol.*3.immò eſt quaſi
ſeruitus, & ipſins rei pars inſeparabilis, adeout pe-
10 rempta, vel deſtructa re, † ſeu domo, cui inhæret,
ſtatim cenſus ipſe euaneſcat, neque ſuſtineatur e-
tiamſi domus vel prædium reædificetur, vt de cen-
ſu conſtituto ſuper molendino poſt impoſitionem
deſtructo, quod non ſuſtineatur ſuper molendino
11 † reædificato ex *Nauar. de vſur. quæſt.*25.*n.*118.
*dixit Rota coram Card. Seraph. deciſ.*1418. *nu.*4.
quia molendinum de nouo ſtructum, cum ſit aliud
12 ab antiquo, non † poteſt eſſe obnoxium oneri ſo-
lutionis impoſito ſuper alio diuerſo ædificio, vt
plurium recentiorum auctoritatibus comprobat
*Cenc.in d.tract.de cenſ.par.*3. *c.* 1. *quæſt.*1. *art.*3.
*nu.*6. *per text. in l. quid tamen.* §.1.*ff.quib. mod. vſufr.vel res amitt.& in l.ſi ita legatur.*§.*fin ff de legat.*1. quas leges adducũt in his terminis, *Azor. inſtit.moral. par.*3.*lib.* 10. *cap* 16. *ſub littera D, & Ludou.Auedan.in tract. de cenſ.Hiſpanorum cap.*60. *num.*14.

Quod autem cenſus, de quibus agitur, non comprehẽdãtur ſub dicta douatione, ex eo etiam maximè conſtat, quod Talphinia ſuam in tres partes ad inuicem diſtinctas diuiſit diſpoſitionem. Primò enim donanit quæcumque bona immobilia. Secundò mobilia, tertio etiam loco iura & actiones, & ſic tertiam conſtituit ſpeciem bonorum diſtinctam à mobilibus, & immobilibus, & denique in iſtis bonis immobilibus dum ſe reſtrinxit ad bona præſentia, non cenſetur voluiſſe comprehendere bona futura, & cnnſequenter cenſus, vt ſupra poſt donationem acquiſitos. Et ita vtraque &c.

☞ * *Habetur iſta deciſio infra in Additione, prout in Indice in eius fine poſito.*

R. P. D. VEROSPIO.

Arianeñ Archidiaconatus.

Die Veneris 26. *Iunii* 1637.

ARGVMENTVM.

Ordinarius, ſi conferat dignitatem maiorem poſt Pontificalem vacantem in Eccleſia Metropolitana, aut Cathedrali, vel in alijs Collegiatis, nulliter confert, cum ea ſint reſeruata per regul.4.Cancell. Item quando ad effectum d. reſeruationis requiratur redditus decem florenorum annuorum, & quando nõ.

SVMMARIVM.

1 *Dignitates vacantes in Eccleſijs Metropolitanis, aut Collegiatis, ſi ſint maiores poſt Pontificalem dignitatem ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ in vim regul.*4.
*Regul.Cancell.*4. *vt habeat locum, non ſolum requiritur qualitas dignitatis, ſed etiam vt illius redditus excedat annuum valorem* 10. *florenorum, nu.*1. *&* 14.
2 *Obitus beneficiati in poſſeſſione beneficij non poteſt dubitari, ſi ambo litigantes veniant ex eadem vacatione.*
3 *Beneficij valor quando non poſſit dici mutatus.*
4 *Ordinarius ſolet prouidere Eccleſiæ non autem perſonæ.*
5 *Negatiua exceſſus, ſi ſit fundamentum gratiæ, eſt concludenter probanda.*
6 *Beneficij valor vt iuſtificetur, ſufficit quæcumque probatio, etiamſi ſit minor quàm ſemiplena.*
7 *Ordinarius præſumitur habere notitiam beneficiorum ſuæ Diœceſis.*
8 *Prouiſiones quando dicantur effectum ſortitæ.*
9 *Dignitas aliqua, quod ſit ſolita conferri cum Canonicatu, probari poteſt ex conſuetudine inducta per diuturnam poſſeſſionem.*
10 *Protbonotariatus qualitas probari poteſt ex litteris, vel inſtrumento collationis.*
11 *Doctoratus qualitas probari poteſt ex inſtrumento doctoratus.*
12 *ad Beneficium aliquod quod quis ſit idoneus, probari poteſt ex atteſtatione eius, cui fuit commiſſa executio litterarum.*
13 *Ordinarij collationis nullitas probatur, ſi beneficium collatum ſit reſeruatum Sedi Apoſtolicæ.*
15 *Valoris qualitas ad hoc, vt ſit locus regul.*4. *Cancell. eſt neceſſaria in dignitatibus vacantibus in Eccleſijs Collegiatis, non autem in Metropolitanis. & nu.*16. *&* 19.
17 *Dictionis, ac, natura eſt coniungere, & copulare.*
18 *Qualitas in fine narrata debet referri ad rem, quæ vltimo loco eſt narrata.*
19 *Cancellaria in dignitatibus vacantibus in Eccleſiis Cathedralibus, aut Metropolitanis, nunquam requirit expreſſionem valoris, ſed ſecus in Collegiatis. vide rationem nu.*20.

DECISIO CCXXXVI.

RESPONDERVNT DD. in hoc dubio, quod erat iuſtificata gratia Iacobi, cum viſa fuiſſent probari ſingula, quæ ab eo narrata fuerunt, Primò enim narratum fuit, quod dignitas Archidiaconatus, qui in eadem gratia petebatur, erat maior poſt Pontificalem, quod illa vacabat per mortem Leandri, & quod illius fructus non excedebant annuum valorem vigintiquatuor ducatorum auri de Camera, quæ omnia narrata fuerunt in conceſſione eiuſdem dignitatis facta alteri parti ab Ordinario Arianenſi,

Digitized by Google

nenſi, quia apparebat illam factam fuiſſe cum eo-
dem ſuppoſito, quod hæc dignitas vacaret per obi-
tum eiuſdem Leandri, & fundamentum eius colla-
tionis erat, quod eadem dignitas non haberet ali-
quos fructus, ſeu redditus, itaut licet illa eſſet ma-
ior in Eccleſia poſt Pontificalem dignitatem, atq;
ita videretur reſeruata diſpoſitioni Sedis Apoſto-
1 licæ in vim regulæ † quartæ, non tamen poſſet ha-
bere locum eadem reſeruatio, dum ex diſpoſitione
ipſius regulæ, non ſatis erat ſola qualitas, quam
hęc dignitas habebat, vt eſſet prima in Eccleſia poſt
dignitatem Pontificalem, ſed prætcrea requireba-
tur, vt illius redditus excederent annuum valorem
decem florenorum: neque videtur dubitandum,
quin ex ea dici poſſet iuſtificata gratia Iacobi re-
2 ſpectu † obitus vltimi poſſeſſoris, dum tam ipſe Ia-
cobus, quam prouiſus ab Ordinario veniebant ex
ex eadem vacatione iuxta notat. per *Egid. in deciſ.
590. & fuit reſolutum in Pacen. Canonicatus* 10.
Febr. 1612. *coram Penia, &* 11. *Decembris* 1613.
coram R.P.D. meo Pirouano, & in alijs pluribus
relatis *per Garz. de benef. par.* 10 *cap.* 1. *num.* 74.
Prout etiam in confeſſione contẽta in eadem gra-
tia dici poterat probata ea negatiua, quod fructus
huius dignitatis non excederent annuum valorem
vigintiquatuor ducatorum, cum inter collationem
factam ab Ordinario, & gratiam Iacobi non inter-
cedebat ſpatium duorum menſium, quia prouiſio
Ordinarij apparebat facta vltima die menſis De-
cembris anni 1633. gratia vero Iacobi habebat da-
tam ſub nonis Kalen. *Martij* anni 1633. quæ erat
dies 21. Februarij ſequentis anni 1634. à Natiuita-
te; vnde ab eo tempore prouiſionis Ordinarij non
3 poteſt dici † mutatus valor huius dignitatis, vt cõ-
ſiderant DD. ad effectum probationis eiuſdem va-
loris, & in terminis valoris narrati à parte conſi-
deratum fuit in *deciſ. Verall.* 330. *par.* 3. & decla-
rauit *Rota in Iſpalen. benef.* 1. *Maij* 1590. *coram
Bubalo*, relata per eumdem *Garz. par.* 5. *cap.* 3.
nu. 304 *& in Tiraſonen. Cappellania* 28. *Nouem-
bris* 1605. *coram Card. Pamphilio*. Neque huic
probationi obſtare poterat, quod ea gratia con-
4 ceſſa fuiſſet ab Ordinario, † qui ſolet prouidere
Eccleſiæ, non autem perſonæ, quia cum prouiſus ab
Ordinario velit excludere reſeruationem, eò quia
beneficium non excedat annuum valorem decem
florenorum, qualis dicebatur requiſitus ex diſpoſi-
5 tione eiuſdem regulæ quartæ. Negatiua † eius ex-
ceſſus dicebatur eſſe fundamentum gratiæ, quam
idem obtinuit ab Ordinario, vnde cenſebatur fate-
ri omnia contenta in eadem gratia, vt fuit reſolutũ
coram eodem *Verallo in deciſ.* 186. *inter manu-
ſcript. par.* 1. & tradit *Garz. de benef. d. par.* 5. *cap.* 3.
num. 203.

Secundò, narratus fuit valor aliorum beneficio-
rum, quæ Iacobus obtinebat, cum verò pro iuſtifi-
catione valoris eorumdem beneficiorum ſatis eſſe
6 poſſet † quæcumque probatio etiam quod illa eſſet
minor ſemiplena iuxta notat. *per Egid. in deciſ.*
683. *& coram Card. Seraph. dec.* 1199. *num.* 2. &
tradit idem *Garz. par.* 6. *cap.* 2. *num.* 266. data fuit
probatio ſuper valore vnius beneficij in Eccleſia
Parochiali S. Stephani Ciuitatis Ariani ex inuen-
tario bonorum, & redditυum Cappellæ, in qua fi-
tum erat id beneficium, quod inuentarium appa-
rebat factum occaſione viſitationis habitæ ab Or-
dinario ſuper hac Cappella cuius atteſtationi plu-
7 rimum deferendum † erat propter notitiam, quam
cenſebatur habere beneficiorum ſuę Diœceſis iux-
ta notata per *DD. in clement.* 2. *d. officio Ordin. ubi
Card. num.* 13 *Felin. in cap. ad aures. nu.* 15. *de
reſcript.* Reſpectu vero Canonicatus, quem etiam
ipſe Iacobus obtinebat in eadem Eccleſia Ariani,
quod ille non excederet 24. ducatos auri de Came-
ra, ſicut de eo narratum fuit, viſum fuit probari ex
pluribus prouiſionibus factis, tum de hoc Canoni-
catu, tum de alijs Canonicatibus huius Eccleſiæ,
cum hac narratiua, & expreſſione eiuſdem valoris.
Et ex ijs prouiſionibus etiam apparebat, quod cum
dd. Canonicatibus erat compatibilis dignitas Ar-
chidiaconatus, quæ fuit altera qualitas narrata in
gratia cũ eæ prouiſiones inciperent ab anno 1582.
8 & † omnes fuiſſent hoc modo conceptæ, atque e-
tiam probarentur effectum ſortitæ ex ſucceſſione
vnius in hac dignitate per obitum alterius, ex qui-
9 bus rectè dici poterat probata ea qualitas. † cum
ad hunc effectum potuiſſet ſatis eſſe conſuetudo in-
ducta ex diuturna poſſeſſione, vt notant *DD. in
cap.* 1. *de conſuetud. lib.* 6. *poſt gloſ. ibi in verb. vni-
cum, & in cap. eam te. de reſcript. Put. deciſ.* 189.
lib. 3. *Garz. de benef. par.* 11. *cap.* 5 *nu.* 246.

Narrata fuit tertiò in gratia qualitas perſonę Ia-
cobi, quod ſcilicet erat Doctor, & Prothonotarius
Apoſtolicus, & demum idoneus ad obtinendam
dignitatem huius Archidiaconatus, de quibus non
10 viſum fuit poſſe dubitari, cum † qualitas Doctora-
tus, ac Prothonotariatus probaretur ex litteris vel
inſtrumento collationis eidem factæ vtriuſque hu-
11 ius dignitatis, vt de inſtrum. Doctoratus notant
DD. in l. ſi ſolemnibus C. de fid. inſtrum. & ibi *Bald.
num.* 1. *Salycet. nu.* 2. *Alex. conſ.* 107. *num.* 2. *vol.* 7.
& de litteris collationis tradit *Abb. in cap. noſtri.
num.* 4. *& in cap. qualiter. nu.* 1. *de elect. Pariſ. de
reſignat. benef. lib.* 8. *quaſt.* 2. *num.* 7. de illius vero
habilitate conſtaret ex atteſtatione Epiſcopi Auel-
12 lini, cui commiſſa fuit † executio litterarum, quæ
etiam admitti ſolet ad earum iuſtificationem, vt te-
nuit *Rota coram Put. deciſ.* 356. *nu.* 4. *lib.* 1. *& de-
ciſ.* 140. *nu.* 2. *lib.* 2. *& in Conuerſanen. Cappella*
14. *Decemb.* 1592. *coram Mantic. inter impreſſ. de-
ciſ.* 208. *nu.* 4. & voluit *Abb. in conſ.* 41. *nu.* 21. *lib.* 2.
Io. Andr. in cap. ſicut. nu. 11. *de re iudic.*

Quartò demum narratum fuit, quod hæc digni-
tas nulliter collata fuiſſet per Epiſcopum Arianeñ
& in hac parte etiam remanebat iuſtificata gratia,
cum nullitas collationis factæ ab Ordinario pro-
13 baretur † ex reſeruatione eiuſdem dignitatis indu-
cta ex regula quarta Cancellariæ, in qua diſpoſitio-
ni Sedis Apoſtolicæ reſeruantur omnes dignitates
quæ ſint in Eccleſijs Cathedralibus, & Metropoli-
14 tanis † maiores poſt Pontificales, aut principales
in Collegiatis, & valorem decem florenorum auri
communi æſtimatione excedant. Neque exclude-
batur reſeruatio eo, quia non probarentur fructus
huius dignitatis excedere valorem decem floreno-
rum, cum imò nulli eſſent illius redditus, vt con-
ſtat ex tribus prouiſionibus factis huius dignitatis
ante vltimam illius vacationem. Quia hæc quali-
tas

Digitized by Google

tas valoris ſolum erat neceſſatia in dignitatibus va-
15 cantibus † in Eccleſijs Collegiatis, non autem in Cathedralibus, aut Metropolitanis. Et hoc quidem viſum fuit probari ex verbis eiuſdem regulæ, quia apparebat factam fuiſſe in ea hanc diſtinctionem inter has duas Eccleſias vt in Metropolitanis & Cathedralibus, quæ primo loco nominatæ fuerunt, ſatis eſſet ſola qualitas maioris dignitatis poſt
16 Pontificalem, in † Collegiatis verò præter qualitatem primæ dignitatis neceſſaria eſſet etiam alia qualitas valoris, prout hoc oſtendebat clauſula, ſub qua nominatæ fuerunt dignitates, quæ vacarent in hoc vltimo genere Eccleſiarum, *necnon valorem 10. florenorum auri communi æſtimatione excedētes principales in Collegiatis.* Quæ clauſula videbatur ita concepta ad tollendam habitationem, quæ ſuper ea eſſe poterat ſecundum verba regulæ antiquæ à tempore Iulij III cum in illa 1. geretur poſita hæc qualitas valoris poſt expreſſionem factam omnium, Eccleſ. quæ etiam nominabantur cum
17 † dictione *ac*, cuius natura eſt coniungere, & copulare, vt probat text. in *l.2.§.& cum placuiſſet. ff. de origin. iuris*, & notant ibi *DD.& in l.2. ff. de ſtat. homin. Io. Andr. in cap. cum acceſſiſſent. num. de conſtit.* Quamuis in ea etiam videretur contrarium dicendum eo, quia qualitas illa valoris ſolum
18 † referri poſſit ad Eccleſias Collegiatas, quæ vltimo loco nominatæ fuerunt, vt tenet *Felin. in cap. ex parte nu.38. circa fin. de reſcript. ſequen. deciſ. Faſtol.46.* quos refert *Mandoſ. ſuper hac regul.3. quæſt.6. nu.3.* & licet idem Mandoſ. contrariam ſententiam ſequatur ſecundum verba regulæ antiquæ, tamen priorem opinionem tenet *Alphonſus antiquus gloſator ſuper eadem regula*, & eam etiā ſeruat Cancellaria, quæ in dignitatibus exiſtentibus in Eccleſijs Cathedralibus, aut Metropolitanis
19 † nunquam requirit hanc expreſſionem valoris, vt conſtabat ex atteſtatione plurium expeditorum, quorum fidem ſequuta fuit *Rota in vna Salernitana Monaſterij 19. Iunij 1598 coram Card. Lancellotto.* & videbatur hoc etiam ſuaderi ex ratione differentiæ, quæ poterat aſſignari inter eaſdem Ec-
20 cleſias propter † maiorem præeminentiam, quam habent dignitates Eccleſiæ Cathedralis, vt tradit *Staph. de litteris gratiæ, de modo, & forma impetrandi in tit. quando dignitates includantur in litteris beneficialibus ſub nu.6.* & notat *Anchar. in cap. de liberatione. nu.1. de offic. legat. lib.6.*

Et ita &c.

§ *Infra in eadem cauſa habetur alia deciſio ſub die 4. Decemb. 1637. coram* R.P.D. *Motmanno.*

R. P. D. MŌTMANNO.

Gerundeñ Coadiutoriæ.
Die Veneris 26. Iunij 1637.

ARGVMENTVM.

Affectio ex appoſitione manus Papæ, dum conceſſit aliquam coadiutoriam, ſi in ſubrogatione habeat vim collationis, cum ſit fundamētum gratiæ ad effectum obtinendi immiſſionem, ideo eſt concludenter probanda.

SVMMARIVM.

1 *in Subrogatione gratioſa habente vim collationis tertium requiſitum probandum ad effectum obtinendi immiſſionem, eſt affectio ex appoſitione manus Papæ.*
2 *Affectio ſuper beneficio ex appoſitione manus Papæ pendet à validitate gratiæ, & à iuſtificatione cauſæ, qua Papa motus fuit ad concedendum quatenus conſtat de veritate narratorum.*
3 *Papa non eſt præſumendum, quod voluerit præiudicare Collatoribus Ordinarijs, nec illos præuenire circa collationem beneficiorum, nec inficere prouiſionem ex futura vacatione.*
4 *Beneficium non afficit decretum latum ex falſa cauſa.*
5 *Gratia cauſa ceſſante, ceſſat etiam ipſa gratia.*
6 *Coadiutoriam ſi quis impetrauerit ſub narratiua, quod aliquis Canonicus non poteſt amplius in choro propter aduerſam valetudinem inſeruire, id concludenter debet probare.*
7 *Teſtes reddentes optimam cauſam ſui dicti, benè probant eorum teſtificationes.*
8 *Infirmitas ad effectum Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, debet præſtare perpetuum impedimentum.*
9 *Narrata in gratia ad effectum, vt gratia non ſubſtineatur, ſufficit, quod per aduerſarium probetur, quod res ita non ſeſe habet.*
10 *Teſtes conciliantur, ſi alij deponant, quod aliquid eſt factum, alij vero dicunt, quod id debuit fieri.*

DECISIO CCXXXVII.

VACANTIBVS de menſe Iunij anni 1623. Canonicatu, & Præbenda, ac Beneficio Sanctæ Anaſtaſiæ, cum Præpoſitura Eleemoſynæ panis Eccleſiæ Gerundeñ per obitum q. Franciſci Ballæ, Epiſcopus, & Capitulum, ac Sacriſta maior dictæ Eccleſiæ eorumdem Canonicatus, & Præbendæ, ac Beneficij & Præpoſituræ ordinarij Collatores reſpectiuè Ioanni Canonicatum, & præbendam, Hieronymo verò Beneficium cum dicta Præpoſitura ſimiliter contulerunt.

Verum quia Ioſephus Balla de menſe Martij præcedentis obtinuerat ſe in dicti Frācīſci Coadiutorem cum futura ſucceſſione, quoad Canonicatū, & Præbendam ac Præpoſituram auctoritate Apoſtolica deputari, ac ad ius, & poſſeſſionem Coadiuti gratioſè ſubrogari, cuius ſubrogationis vigore petebat ſe in illorum poſſeſſionem immitti. Dubitaui, an dicto Ioſepho eſſet danda immiſſio, & Domini eam denegandam eſſe cenſuerunt.

Nam licet de Clericatu ſubrogati, ac de obitu Coadiuti in poſſeſſione nulla ſit inter partes controuerſia, non tamen probata eſt affectio ex appoſitione manus Papæ, dum coadiutoriam conceſſit,
1 quod in ſubrogatione † habente vim collationis, vt hic eſt tertium requiſitum, immò fundamentū gratiæ ad effectum obtinendi immiſſionem, & idcirco concludenter probari debet, vt dicit *Rota in Burgen. de Pancoruo 28. Nouembris 1588. coram Gypſio.*

Cum enim à validitate gratiæ, & à iuſtificatione cauſæ, qua Pontifex motus fuit ad concedendum, pen-

2 † pendeat affectio eatenus cenſetur Papa appoſuiſ-
ſe manum, quatenus conſtat de veritate narrato-
3 rum, ſine qua ipſe non prætendit † Collatoribus or-
dinarijs præiudicare, nec illos præuenire *Gonz. ad
reg. 8. gloſ. 52 n. 45. cum ſeqq.* neque inficere pro-
4 uiſionem ex alia futura vacatione, vt de † decreto
lato ex falſa cauſa, quod non afficiat Beneficium
reſpondit *Roman. conſ. 335. num. 11. not. Prob. ad
Monach. in cap. ſibi qui. nu. 20. de reſcript. & di-
xit Rota deciſ. 12. de conceſſ. preb. in antiq. & in
Elnen. Canonicatus 6 Iunij 1631. coram R. P. D.
meo Ghiſilerio*, vti exornatur concluſio, quod ceſ-
5 ſante † cauſa gratiæ, ceſſat & gratia, vt per *Tiraq.
in tract. ceſſante cauſ. nu. 116.*

In hoc autem caſu narratum fuit, quod Franci-
ſcus aduerſa valetudine teneretur, quodq. ſubinde,
6 † & præſertim poſt quamcumque corporis exerci-
tationem ſanguinem expueret, ac inſuper Choro,
officijsq. diurnis, & nocturnis intereſſe, atque elee-
moſynis, quæ ex officio Præpoſito incumbunt, ad-
miniſtrare non poſſet. Et nihilominus ex teſtibus
conſtat prædictum Franciſcum de menſibus Ia-
nuarij, Februarij, Martij, & Aprilis, ac etiam an-
te, & poſt vſque ad feſtum S. Barnabæ d. anni, &
ſic de tempore datæ gratiæ comparuiſſe in Choro,
& Horis Canonicis diurnis, pariter ac nocturnis
interfuiſſe, miſſaſq. in eadem Eccleſia celebraſſe.
7 Qui teſtes † optimam ſcientiæ cauſam reddunt, quia
ipſimet viderunt, & de dicto tempore ſuam ibidem
reſidentiam fecerunt; immò is, qui fuit deputatus
officialis ad notandum nomina celebrantis, refert
ipſum Franciſcum de dicto menſe Ianuarij ter, &
vigeſies celebraſſe, de menſe verò Februarij quo-
tidie, de menſe Martij ſemel, & vigeſies, ac de mē-
ſe Aprilis vigeſies octies, adeo vt controuerti ne-
queat, quin excludant veritatem cauſæ, vt ſupra
narratæ, quod ſcilicet Franciſcus, adeo infirmæ eſ-
ſet valetudinis, vt Choro, & Diuinis officijs inte-
8 reſſe non poſſet, talis † enim infirmitas ad effectum
Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione perpetuum
debet præſtare impedimentum, *Caputaqu. deciſ.
140. nu. 2 par. 1 Gonz. ad reg. 8. gloſ. 5. §. 9. n. 89.
Rota in Giennen Theſauraria 24. Nouemb. 1634.
coram R. P. D. meo Verospio.*

Et quamuis replicetur Franciſcum ſupradicta
ſaltem feciſſe non ſine detrimento valetudinis, at-
tamen ſufficit ad excluſionem cauſæ, quod ſimpli-
9 citer † fuerit expreſſum nō poſſe officijs diurnis in-
tereſſe, & non fuerit additum ſine periculo ſanita-
tis, de quo periculo deponunt Medici vti teſtes exa-
minati pro parte dicti Coadiutoris, ſed non con-
cludunt, quod propterea Franciſcus omitteret re-
ſidere, & alia non poſſet facere, vt Papæ fuit nar-
ratum.

Verumtamen teſtes prædicti optimè concilian-
10 tur, dum alij deponunt de eo, † quod eſt factum,
alij verò de eo, quod Franciſcus iuxta Medicorum
conſilium facere non debuiſſet.

Et ita vtraque &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenioneñ Vſusfructus.

Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM.

Teſtatoris mens ex illius verbis eſt colligenda. Hæres, quando non dicatur impugnaſſe mentem teſtatoris ad hoc, vt illius commodo priuetur. Vſusfructus ſi alicui ſit relictus, vt faciat fructus ſuos, debet offerre cautionem de bene vtendo.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorum.*
2 *Teſtatoris mens ex illius verbis potiſſimum eſt colligenda.*
3 *Teſtator ſi diſpoſuerit, quod quis aliqua re gaudeat eius vita durante, iſta verba nihil aliud importare videntur niſi vſumfructum.*
4 *Mentecaptis quis veniat ſubſtituendus.*
5 *ad Sorores etiam extenditur l. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit.*
6 *Hæres nullum commodum ſentire debet ex teſtatoris voluntate, ſi eam impugnauit. limita nu. 9.*
7 *Subſtitutio exemplaris facta à patre filijs mentecaptis non reputatur teſtamentum patris, ſed filiorum.*
8 *Subſtitutio exemplaris euaneſcit, ceſſante filiorum dementia.*
10 *Vſusfructus ſi alicui fuerit relictus, debet dare cautionē de vtendo, & fruēdo arbitrio boni viri, aliàs ſi eam non obtulerit, non facit fructus ſuos, limita hoc ſi res remanſit ſemper penes hæredem.*
11 *Rem plus eſt habere, quam fideiuſſorem.*
12 *Vſumfructum, quis bene poteſt donare pro tempore ſuæ vitæ.*
13 *Fructus poſſunt locari ad vitam vſufructuarij.*

DECISIO CCXXXVIII.

CENSVERVNT Domini ſententiam R. P. D.
Dunozetti eſſe confirmandam, vti iuſtam, &
1 validam, validitas enim † illius apparet ex reuolu-
tione proceſſus, in quo omnia neceſſaria interue-
nerunt *Caputaq. dec. 260. par. 2.*

Iuſtitia verò clarè detegitur ex deciſione ema-
nata ſuper hac eadem cauſa 4. Febr. præteriti, in
qua fuit firmatum DD. Franciſco, & Catherinæ
de Granolliacs competere vſumfructū tertiæ par-
tis bonorum fideicommiſſo Nicolai de Tertullijs
ſubiectorum, vti Donatarijs Gabriellæ ipſius Ni-
colai filię ea ratione, quia Nicolaus in ſua diſpoſi-
tione ſub qua deceſſit, hæredes vniuerſales inſtituit
DD. Antonium, & Bartholomæum eius filios mē-
tecaptos; illoſq. reciprocè ſubſtituit, eiſdemq. ſine
filijs legitimis decedentibus ſubſtituit vulgariter,
exemplariter, & per fideicommiſſum primos libe-
ros maſculos Gilettæ, Ludouicæ, & Gabriellæ ip-
ſius teſtatoris filiarum, & caſu, quo aliqua ex di-
ctis filiabus nullum haberet maſculum, diſpoſuit,
quod d. filia tunc gauderet eius vita durante illa

Digitized by Google

durante illa parte, & portione bonorum, quam
eius liberi maſculi conſecuti fuiſſent, ſi in rerum
natura extitiſſent. Quare mortuis Antonio, &
Bartholomæo, ſuperſtitibus ex Giletta Hectore,
& ex Ludouica Franciſco; viſum fuit non poſſe du-
bitari, quin factus fuerit locus vſufructui d. tertiæ
partis bonorum Nicolai, ad fauorem Gabrielliæ,
2 quæ nunquam filios maſculos ſuſcepit, † prout nõ
controuertitur ſtante clara mẽte teſtatoris, quæ ex
illius verbis potiſſimum eligenda eſt, *l. labeo. §. idẽ
Tubero. ff. de ſuppellect. leg. Fuſar. de ſubſtit. quaſt.
257. num 21. Rot. deciſ. 130. nu. 3. par. 1. recent.*
quæ verba nihil aliud videtur importare niſi vſum-
3 fructum, † dum dicitur, quod filia gaudeat eius vi-
ta durante illa portione bonorum, quam eius filij
maſculi, ſi tales ipſa habuiſſet conſecuti fuiſſent, vt
per *Ceph. conſ. 158. nu. 5. Card. Mantic. de coniect.
vltim. volunt. lib. 9. tit. 2. nu. 29.* & fuit firmatum
*in hac cauſa die 19. Iunij 1617. coram bo. me. Bu-
ratto*, & repetitum *4. Febr. prædicti coram R. P. D.
meo Dunozetto.* *

Nec poteſt dici, quod Gabriellia contrauene-
rit paterno teſtamẽto, dum impugnauit ſubſtitutio-
nem exemplarem, quam teſtator Bartholomæo, &
Antonio filijs mentecaptis fecerat ad fauorẽ Fran-
4 ciſci, & Hectoris eius nepotũ ſub prætextu, † quod
ipſa vti ſoror mẽtecaptorum debuerit ſubſtitui iux-
ta diſpoſit. *l. humanitatis C. de impub. & alijs ſub-
5 ſtit.* quæ extenditur etiam † ad ſorores *Ripa in l. ex
facto nu. 9. ff. de pupill. & exempl.* & latè compro-
bat *Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 189. nu. 2.* & ſic nullũ
6 potuiſſe ſentire commodum † ex paterna volunta-
te, quam impugnauit *Roman. conſ. 116. nu. 11.* Nã
fuit ponderatum Gabrielliam non impugnaſſe pa-
ternum teſtamentum in ea parte, in qua ea ſubſti-
7 tutio continebatur, ſed potius fraternum, † quia
ſubſtitutio exemplaris facta per patrem filijs men-
tecaptis reputatur filiorum teſtamentum, *Rip. in
l. ex facto nu. 5. ff. de vulg. & pupill.* & ceſſante
8 dementia, ceſſat etiam † exemplaris ſubſtitutio, vt
latè per *Fuſar. de ſubſtit. quaſt. 199. nu. 1.* Vnde
cum Nicolaus duplicem fecerit ſubſtitutionem,
vnam exemplarem, alteram fideicommiſſariam,
duo reputatur feciſſe teſtamenta, vnum pro filijs,
alterum pro ſe, & conſequenter duo patrimonia
diſtinxiſſe, & ideo cum Gabriellia diuiſerit in ſua
petitione vtramque hæreditatem, & illam ſuorum
fratrum petierit vigore exemplaris, illam vero pa-
9 tris in vim fideicommiſſariæ ſubſtitutionis † vide-
tur approbaſſe paternum teſtamentum, & ſic non
debuit priuari vſufructu illius vigore ſibi delato, vt
latè fuit ponderatum in hac cauſa *4. Febr. coram
R. P. D. meo Dunozetto.*

Nec viſum fuit obſtare, quòd cum Gabriellia
10 nunquam dederit, neque obtulerit cautionem † de
vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, non potuerit
facere fructus ſuos, ex *Fulgoſ. conſ. 52. ad finem, &
Ruin. conſ. 91. nu. 10. & conſ. 202. nu. 7. lib. 2. Dec.
conſ. 607. nu. 3. & conſ. 608. nu. 2. Ruin. ſibi con-
trarius conſ. 88. nu. 9. lib. 5.* & poſt eos *Gabr. de
vſufruct. concl. 1. n. 40. verſ. contrarium, & n. 49.
Caroc. de locat. & conduct. in verbo vſusfructus
quaſt. 10 fol. 83. Surd. deciſ. 57.* Nam Dominis pla-
cuit reſponſio data coram R. P. D. meo Dunozetto,
quod cum dicta bona fuerint ſemper penes Hecto-
rem, & Franciſcum, d. cautio non erat neceſſaria,
11 cum plus ſit † habere rem, quàm fideiuſſorem, &
propterea benè potuit Gabriellia donare dictum
vſumfructum DD. Franciſco, & Catharinæ eius ne-
potibus pro tempore, quo vixit *l. non vtitur, & ibi
gloſſ. in verb. donatus. ff. de vſufruct. Caſtill. de
vſufruct. quaſt. 69. n. 6. & ſeqq.* vt in ſimili, quod
12 fructus † poſſint locari ad vitam vſusfructuarij di-
xit *Borgnin. deciſ. 25. nu. 8. verſ. cum igitur lib. 2.
Mantic. de tacit. lib. 5. tit. 3. nu. 11.*

Et ſic vna tantum parte &c.

* *Eſt deciſio 195. ſupra in hac parte, & infra in eadem cauſa adeſt altera deciſio ſub die 11. Decembris 1637. coram R. P. D. Ghiſilerio, & in ſequenti parte habetur alia ſub die 18. Martij 1639. coram eodem R. P. D. Ghiſilerio.*

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Legati.

Die Mercurij 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM.

Teſtator ſi mandauerit, vt ſolueretur vxori omnis ea ſumma pecuniarum, cuius ipſa aſſereret, ſe eſſe illius creditricem, iubens vt in hoc ſtaretur ſoli illius declarationi, qualiter ſit intelligendum hoc legatum, declaratur.

SVMMARIVM.

1 *Creditor poteſt ſequi fidem eius debitoris circa declarationem ab eo factam de ſuo credito.*
2 *Teſtator mandare poteſt, vt ſtetur declarationi ſui creditoris circa id, quod ei debet.*
3 *Pecuniæ nomen de ſui natura aptum eſt comprehendere omnem ſpeciem debiti.*
4 *Legatum quando venit interpretandum, attendi debet communis vſus loquendi.*
5 *Pecuniæ appellatione ſecundum communem vſum loquendi venit tantum pecunia numerata.*
6 *in Legatis ſemper ſumenda eſt ea interpretatio, quæ ſit cõtra legatarios, & minus noceat hæredi.*
7 *Facultas conceſſa ſub verbis ampliſſimis, & generaliſſimis, non debet reſtringi ad vnam tantum ſpeciem rei.*
8 *Verba, quomodolibet, vel quomodocumque non recipiunt aliquam reſtrictionem.*
9 *in Interpretatione vltimarum voluntatum particularis vſus, ſeu conſuetudo teſtatoris præferendus venit communi vſui, ſeu conſuetudini.*
10 *Legatum non ſtrictè interpretandum ſtante coniunctione, quæ intercedit inter legatarium, & teſtatorem.*
11 *Legatum eſt latè interpretandum ſtantibus pluribus argumentis beneuolentiæ, quæ teſtator legatario oſtendit in teſtamento.*
Maritus, ſi relinquat aliquod legatum vxori, non eſt ſtrictè interpretandum. nu. 11.
12 *Maritus ſi leget aliquid vxori, non habet locum illa regula, quod interpretatio legati ſit facienda*

in

Digitized by Google

in dubio ad fauorem hæredis contra legatarios.
13 *Creditor, ſi vigore facultatis à teſtatore ei conceſ-*
ſa poteſt declarare quantitatem ſui crediti, tūc
illius cauſa debet conſtare ex alijs probationi-
bus. limita nu. 15. & 16.
14 *Statuto ſi caueatur, vt ſtetur iuramento dam-*
num paſſi, circa d. damnum paſſum, debet prius
probari damnum fuiſſe datum, & poſtea eſt ad-
mittendus ad iurandum ſuper extimatione
damni paſſi.
17 *Creditor dicitur amiſiſſe facultatem ei relictam*
à teſtatore circa declarationem ſui crediti, ſi do-
loſè dictam declarationem fecerit.
18 *Conuentio facta inter contrahentes de ſtando iu-*
ramento, ſiue ſimplici declarationi alterius par-
tis, ceſſat ſupradicta conuentio, ſtante dolo iu-
rantis, ſiue declarantis.
19 *in Arbitrij cuiuſuis conceſſione, quamuis liberi, &*
pleni ſemper cenſetur exceptus dolus illius, cui
disitur dictum arbitrium conceſſum.
20 *Procuratoris dolus nō debet imputari principali.*
21 *Procuratoris doloſa declaratio non poteſt dici fa-*
cta à principali, præſertim vt illi aſcribi debeat
aliquis dolus.
22 *Crediti generalis petitio facta cum proteſtatione*
detrahendi quamcumque ſummam antea ſolutā,
remouet omnem ſuſpicionem doli, cum eius effe-
ctus ſit, vt non intelligatur facta ea petitio, niſi
pro vero credito.
23 *Error eſt excuſabilis, ſi conſiſtat in facto alieno.*

DECISIO CCXXXIX.

EX Teſtamento Hieronymi relicta fuerūt He-
lenæ ſuæ vxori duo legata, in primo manda-
uit teſtator, vt illi ſolueretur omnis ea ſumma pe-
cuniarum, cuius ipſa aſſereret ſe eſſe illius credi-
tricem, iubens vt in hoc ſtaretur ſoli illius declara-
tioni addita ratione, quia notam habebat illius in-
tegritatem in ſecundo legato, quod tamen relictū
fuit in codicillis, voluit idem teſtator, vt ipſi Hele-
næ ſoluerentur lib. 1200. ſub ea tamen conditio-
ne, quod traderet ſuo hæredi partem vnius domus,
quam illa de ſuo ære emerat, & quædam bona mo-
bilia, quæ reperiebantur in domo ſui ipſius & per-
tinebant ad hæreditatem Benedicti fratris eiuſdem
ſuæ vxoris. Has ſummas cum Helena conſequi
vellet, declarauit ſe eſſe creditricem occaſione pri-
mi legati in certa pecuniarum quantitate, & obti-
nuit condemnari hæredem ad illius ſolutionem vi-
gore duarum ſententiarum, ex quibus vltima mo-
derata fuit condemnationem factam in prima, cum
ante eam præceſſiſſet noua illius declaratio, in qua
confeſſa fuit ſuum creditum aſcendere ad ſolam
eam quantitatem, quæ poſtea ei conceſſa fuit vigo-
re vltimæ ſententiæ, vnde dubitatum fuit coram me,
an deberetur Helenæ legatum pro ſumma conten-
ta in eadem ſententia. Et DD. propoſito hodie
dubio reſponderunt deberi.

Et verò non controuertebatur, an valere poſſet
ea declaratio Helenæ, dum illa eam fecit vigore li-
1 centiæ, quæ fuit eidem conceſſa † à Hieronymo
ſuo debitore, qui potuit, in hoc ſequi illius fidem,
notant DD. *in l. Theopompus ff. de dote præallega-*
ta, & in l. vlt. ff. de prætorijs ſtipulat. Speculator.
in tit. de probat. §. viden. nu. 7. & in terminis legati
2 facti à debitore in teſtamento † in quo idem man-
dauerit, quod ſtari deberet declarationi creditoris
voluit *Alex. in conſ. 54. lib. 2 arguendo de cōtract.*
ad vltimas voluntates. Io. Crotus in repetitione
l. nemo poteſt. nu. 6. ff. de leg. 1. Peregr. de fideicom.
art. 33. nu. 59. & latè diſcuſſo articulo tenuit *Rota*
in vna Romana legati coram bo. mem. Andrea ſub
die 22. Iunij. & 15. Decembris anni 1616. ſolum
dubitatum fuit de ea declaratione propter aliquas
exceptiones, quæ contra illam opponebantur, ex
quibus fieri videbatur, vel quod ea facultas non
fuiſſet Helenæ ita liberè conceſſa, vel ſaltem, quod
ipſa amiſiſſet eam poteſtatem. Et prima exceptio
conſiſtebat in declaratione eius facultatis, quæ di-
cebatur complecti ſolam ſpeciem pecuniæ nume-
ratæ, cuius verè debitor fuiſſet Hieronymus; & hæc
exceptio dicebatur probari ex eiuſdem teſtamēto,
quia cum legata fuiſſet Helenæ omnis ſumma pe-
cuniarum, cuius illa declaraſſet ſe eſſe creditricem,
negabatur potuiſſe illam vti eadem facultate etiā
reſpectu aliorum credituum, quæ habebat ad-
uerſus teſtatorem petendo, vt fecit, tum plura bo-
na mobilia, quæ ab eodem teſtatore alienata fue-
rant, & ad ſe ſpectabant ex hæreditate Benedicti
ſui fratris, tum quædam bona immobilia pertinē-
tia ad eamdem hæreditatem, ac demum fructus,
quos dicebatur teſtator percepiſſe ex eiſdē bonis.
3 Et verò licèt nomen † pecuniæ ſui natura aptum
ſit comprehendere omnem ſpeciem debiti, vt pro-
bat *text. in l. pecuniæ appellatione. ff. de verb. ſigni-*
ficat. & in l. pecun. verbum. ff. eod. tit. notant DD.
in l. 1. §. creditum. ff. ſi cert. petat. & poſt gloſ. ibi
in verbo pecunia. Tamen dicebatur non poſſe illam
hoc caſu complecti eas ſpecies, quia cum ageretur
4 de † interpretatione legati, attendi debebat com-
munis vſus loquendi, ſecundum quem nomine ip-
5 ſius † pecuniæ intelligebatur ſola pecunia numera-
ta, vt tradit *Bart. in l. talis ſcriptura. n 2. ff. de leg. 1.*
& ibi etiam *Iaſ. nu. 22. Rebuff. in d. l. pecuniæ appel-*
latione 4. ff. de verb. ſignificat. Franciſcus Curt. in
tract. de ſequeſtro quæſt. 1. nu. 2. Et hoc etiam ſua-
deri videbatur, eo quia contraria interpretatio re-
6 dundare poterat in præiudicium hæredis, † vnde
eſt, quod in legatis ſemper ſumitur ea interpreta-
tio, quæ ſit contra legatarios, & minus noceat hæ-
redi, vt probat *text. in l. ſi ita ſit ſcriptum 14. ff. de*
leg. 1. & in l. numis. ff. de leg. 3. tradit Dec. in l. ſem-
per in obſcuris. nu. 2. ff. de reg. iur. & in conſ. 46.
nu. 2, Mant. de coniect. vlt. volunt. lib. 6. tit. 1. n. 30.

Verum hæc exceptio viſa fuit ceſſare conſidera-
tis verbis eiuſdem legati propter plures dictiones
vniuerſales, ex quibus apparebat teſtatorem vo-
luiſſe ſolui vxori ſuæ omnem ſummam pecuniarū,
cuius illa declaraſſet ſe eſſe *quomodolibet, aut quo-*
modocumque creditricem, quia natura harum di-
ctionum non patiebatur, vt facultas ei conceſſa
7 reſtringi deberet † intra terminos ſolius pecuniæ
numeratæ, ſed complectebatur omnem ſpeciem
debiti, quæ conſiſteret in pondere, numero, aut
menſura, vt notant DD. *in l. talis ſcriptura. ff. de*
leg. 1. & ibi Bart. nu. 1. & in l. generali. §. vxori.
ff. de vſufruct. legato vbi idem Bart. nu 4. & vo-
luit *Ang. conſ. 331. nu. 1. Rolan. conſ. 87. n. 9. vol. 2.*

Natta conſ. 160. *nu.* 29. & eas dictiones quomo-
8 dolibet. † aut quomodocumque in his terminis
ponderauit *Ang.d.conſ.*331. *Alex. conſ.*155. *nu.*3.
*lib.*2. *Rota coram Card.Seraph. deciſ.*317. *num.*3.
*& deciſ.*350. *nu.*2. *gloſ.in l. Baliſta. ff. ad Trebel-
lianum*, & probatur auctoritate eius textus. Ne-
que huic interpretationi dici poterat obſtare com-
munis vſus loquendi, quia præterquam ille proba-
tus non fuit, præterea ei præferri debebat particu-
9 laris † vſus ſiue conſuetudo teſtatoris, ex qua ap-
parebat eum ſolitum fuiſſe redigere ſua credita,
quæ conſiſterent in certa ſpecie ad æſtimationem
pecuniæ, & probatur id etiam expreſsè ex *tex. in
l. ſi ſeruus plurium* 53. *§. ſi numerus. ff.de leg.*1. *&
in l. numis. ff.de leg.*3. *notant DD. in l. hæredes pa-
lam. ff. de teſtam* & ibi *Caſtrenſ.in §.* 1. *nu.* 5. *A-
ret. num.*9. *Rom.nu.*7. *Card.Mant. de coniect.vlt.
volunt.lib.*3. *tit.*9. *num.*1. *& lib.*6. *tit.*12. *num.*2.
Præterea ſuadetur hæc interpretatio ex qualitate
perſonæ, cui idem legatum factum fuit, quia pote-
rat in eo recipi hæc extenſio tàm propter coniun-
10 ctionem, quæ intercedebat † inter eam, & teſta-
torem, quàm etiam propter plura argumenta be-
11 neuolentiæ, quæ ille eidem † oſtendit in teſtamen-
to, vt in terminis declarationis legati facti ad fauo-
rem vxoris tenuit *Rota coram Card. Seraph. deciſ.*
240. *nu.*5. & voluit *Surd.in conſ.*446. *nu.*27. *The-
ſaur. dec.*168. *nu.*7. *Alciat. conſ.*121. *nu.*10. *lib.*9.
12 vbi dicit hoc caſu non habere † regulam contra-
riam, vt interpretatio legati facienda ſit in dubio
ad fauorem hæredis ac contra legatarios.

Secunda exceptio reſpiciebat etiam interpreta-
tionem eiuſdem facultatis, quia negabatur illam
intelligi debere de declaratione, quam Helena fa-
cere potuiſſet ſuper ſubſtantia ſui crediti, ſed ſolū
reſpectu quantitatis, itaut in probatione cauſæ
13 eiuſdem crediti reqnireretur, † quod de eo conſta-
ret ex alijs probationibus, & declarationi Helenæ
ſolum commiſſa fuerit quantitas, cuius (probato
ipſo credito) illa aſſereret ſe eſſe creditricem, vt vo-
luit *Bart. in l. diuus. ff. de militari teſtamento n.*2.
*& in l. ſi quando nu*4. *C. vnde vi*, vbi quod ſi ex
14 diſpoſitione ſtatuti conceſſum ſit, vt ſtetur † iu-
ramento damnum paſſi, debeat prius probari datū
fuiſſe damnum, & poſtea admitti illius iuramentū
ſuper æſtimatione eiuſdem damni, & idem tradit
*Cinus in d.l. ſi quando num.*4. & ibi etiam *Bald.
Dec. conſ.*83. *nu.* 3. Sed hæc exceptio viſa fuit tol-
li ex verbis eiuſdem teſtamenti cum ex ijs appare-
ret voluiſſe teſtatorem, vt ad vxorem ſuam pertine-
15 re deberet declaratio eius crediti, † tàm reſpectu
quantitatis, quàm reſpectu ſubſtantiæ ſiue cauſæ il-
lius, & hoc viſæ ſunt ſignificare eædem dictiones,
quomodolibet, & quomodocumque, quibus dictum
fuit habere debere locum declarationem ab ea fa-
ciendam, cum illæ non poſſent intelligi de ſola
quantitate crediti, quod illa haberet contra hære-
ditatem teſtatoris. Et viſa fuit hæc exceptio tolli
poſſe etiam ex facto, quia datæ fuerūt ſingulæ cau-
16 ſæ, † ex quibus deſcendebat id creditum Helenæ,
& reſpectu bonorum immobilium, quæ poſſeſſa fue-
runt à teſtatore ex hæreditate Benedicti, ac reſpe-
ctu fructuum, quos ille percepit ex illius bonis da-
tæ fuerunt primò probationes ex inſtrumentis ac-
quiſitionum omnium eorumdem bonorum, ſecun-
dò ex teſtibus, qui deponebant de fructibus perce-
ptis à Hieronymo, tertiò demum ex inuentario
hæreditatis Benedicti. quod ille confecerat tanquā
procurator ſuæ vxoris in quo deſcripta erant tàm
ſingula corpora eorū bonorum, quàm etiam plu-
rium bonorum mobilium pertinentium ad eam-
dem hæreditatem.

Adducebatur etiam tertia exceptio, & in ea di-
cebatur amiſiſſe Helenam eam facultatem, quæ illi
conceſſa fuerat à teſtatore. Hæc vero exceptio
conſiſtebat in dolo, qui videbatur conſiderari poſſe
ſuper prima declaratione ab ea facta, quia cum in
illa petita fuiſſent plura bona, quorum ipſa non
17 erat creditrix, & probabatur † ex eiuſdem confeſ-
ſione in ſecunda declaratione nō poterat amplius
recipi ea declaratio, vt in terminis tradit *Crotus in
in d. l. nemo poteſt. ff. de legat.* 1. *nu.* 61. & in ter-
18 minis conuentionis factæ † inter contrahentes de
ſtando iuramento, ſiue ſimplici declarationi alte-
rius partis voluit *Angel. in l. vlt. ff. de prætorijs ſti-
pulat. nu.*3. & ibi etiam *Imol. nu.* 3. *in fine, Cuma-
nus nu.*2. *Iaſon. in l. iuſiurandum, quod ex conuē-
tione. nu.*2. *ff. de iureiurando in* 2. *limitat. Plotus
de in litem iurando. §.*48. *nu.*4. cuius rei ea vide-
batur eſſe ratio, quia in conceſſione cuiuſcumque
19 arbitrij quamuis † pleni, & liberi ſemper cenſetur
exceptus dolus illius, cui dicitur idem arbitrium
conceſſum fuiſſe, vt notāt *DD. in l. creditur. §. Lu-
cius. ff. mandati, & ibi Bart. nu.*2. *Bald. nu.*1. *Al-
bericus nu.*5. *Bart. in d. l. vltima. nu.* 3. *in fine. ff. de
prætorijs ſtipulat. & in l. fideicommiſſum. nu.* 5.
*ff. de legat.*3.

Verum huic exceptioni reſponſum fuit etiam
ex facto. Nam ex duobus dicebatur probari hic
dolus primum ex petitione pretij bonorum mobi-
lium, quæ dicebantur poſſideri ab eadem Helena;
ſecundò ex petitione fructuum prædij nuncupati
de Boſchi per ſpatium duorum annorum, quos illa
confeſſa fuit in ſecūda declaratione fuiſſe à ſe per-
ceptos. Sed non viſus fuit probari aliquis dolus
20 reſpectu petitionis † bonorum mobilium, cum in
in prima declaratione non petita fuiſſent omnia
bona mobilia, ſed ſolum ea deficiebant ex hære-
tate Benedicti, vt conſtabat ex eadem declaratio-
ne, in qua apparebat Helenam ſe reſtrinxiſſe ad ſo-
lum valorem eorum bonorum, quæ à Hieronymo
alienata fuerunt: quod verò attinet ad fructus bo-
norum mobilium viſus fuit hic dolus ex pluribus
excuſari poſſe, quia ea petitio facta fuit ab illius
procuratore, & quidem cum expreſſa proteſtatione
detrahendi quamcumque ſummam, quæ antea ſo-
luta fuiſſet ſuæ principali; vnde non ſolum ea
21 declaratio nō poterat dici facta ab Helena, † præ-
ſertim ad effectum, vt illi adſcribi deberet hic do-
lus, ſed per eam clauſulam, quæ fuit addita in de-
22 claratione facta ab eodem procuratore † remoue-
batur omnis ſuſpicio doli, cum eius effectus eſſet
vt non intelligeretur facta ea petitio, niſi pro vero
debito, vt voluit *gloſſ. in §. ſed hæc quidem inſtitut.
de actionib.* & notauit. ibi *Iaſon. num.* 3. *& in §. ſi
agens. nu.*2. *inſtit. eod. tit. Speculat. in tit. de libell.
concept. §. nunc oſtendamus. nu.* 12. Præterea dicti
fructus non percepti fuerunt ab Helena, ſed à con-

ductore

Digitized by Google

23 ductore eius prædij, vnde † ex hoc etiam capite poterat excuſari error commiſſus in eorum quantitate tanquam conſiſtens in facto alieno, ex notatis per *gloſ. in l. error. C de iuris, & facti ignorantia, & in l. vlt. ff. pro ſoc. not. Bart. in d. l. error. & in l. non fatetur nu. 6. ff. de confeſſis*, & in terminis tenuit *Rota coram Greg. deciſ. 439. nu. 11.*

Et ita &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Pictauen̄ Commendæ.

Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM.

Mandatum de manutenendo in concurſu, cui ſit concedendum. Ob recurſum habitum ad Iudices laicos, quando quis non dicatur incidiſſe in excommunicationem.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione, eſt manutenibilis.*

2 *Poſſeſſio comprobari poteſt ex locatione rei.*

3 *Poſſeſſio tanto eſt iuſtior, quanto eſt à proprietate cauſata.*

4 *Collatio alicuius rei facta alicui tribuit ius.*

5 *Titulus non requiritur in iudicio manutentionis*

6 *Poſſeſſio antiquior eſt manutenenda, non autem recentior, cum præſumatur iniuſta.*

7 *Sententia tranſit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem.*

8 *Beneficia Ordinis Hieroſolymitani non dantur, niſi verè profeſſis in eadem religione.*

9 *Rota non attendit ſententias de partibus, niſi quatenus ſint iuſtæ.*

10 *Titulus oppoſitus vigore ſententiæ, de qua pendet cauſa appellationis, & reſtitutionis in integrū aduerſus eam, redditur valde turbidus.*

11 *Reſtitutionis in integrum iudicio pendente, non poteſt denegari manutentio anteriori poſſeſſori.*

12 *Sententia quæ non fuit effectuata, nō attenditur.*

13 *Sententiæ, quando plura obſtant, non eſt executioni demandanda.*

14 *Recurſus ad Iudices laicos ad effectum, vt quis dicatur incidiſſe in excommunicationem ſunt probandi.*

15 *Recurſus ad Iudices laicos, non dicitur habitus ab eo, qui coactus fuit comparere coram Iudice laico ad hoc, vt deſiſteret à cognitione cauſæ pendentis in Rota.*

Bulla in Cœna Domini prohibens recurſum ad Iudices laicos, & cap. quoniā de Immun. Eccleſ. in 6. ſunt reſtricti ad illos, qui impediunt iuriſdictionem Eccleſiaſticam. nu. 15.

16 *Inhabilitatem ad aliquid obtinendum, vel continuandum, ſi quis alicui opponat, vt eum faciat inhabilem ad id conſequendum, vel continuandum in ſua poſſeſſione debet eius inhabilitas per tres ſententias declarari.*

DECISIO CCXL.

PRÆTENDENTIBVS tām Commendatario
Petro de Vounes de Fontenay, quàm Equite
Franciſco le Petit de la Haquiniere manuteneri in
poſſeſſione Commendæ de Moulins & Loudum
intra limites Prioratus Aquitaniæ Ordinis Hiero-
ſolymitani, fuit dubitatum in Rota, eui dandum
eſſet mandatum de manutenendo, quod concedē-
dum eſſe Equiti Franciſco le Petit fuit reſolutum,
quia de illius anteriori poſſeſſione cōſtat ex publi-
co Inſtrumento adeptæ poſſeſſionis Commendæ,
1 de qua † agitur, quæ poſſeſſio alio non poſſidente
eſt manutenibilis, *l. prædia, vbi Bart. ff de acquir.
poſſeſſ. l. non idcirco, vbi Bald. C. de fid. inſtrum. Ro-
ta deciſ. 102. nu. 3. par. 1. diuerſ. & deciſ. 92. nu. 1.
par. 1. recent.*
Et illa comprobatur ex locatione bonorum
2 † Commendæ *Gabr. concluſ. 4. nu. 2. de locat. Me-
noch. de retinend. remed. 3. nu* 572. & in his termi-
nis *Modern. Roman. de ſaluian. inſpect. 1. cap. 6. nu.
11. Rota coram bon. mem. Greg. XV. deciſ. 18. nu. 2.*
Idq eo magis cum ex abundanti conſtet de titulo
ex litteris antianitatis eū collatione facta ex nunc
prout ex tunc, ac iure quæſito ad Commendam
3 vacaturam, † quo caſu tanto iuſtior eſt poſſeſſio,
quanto eſt à proprietate cauſata, vt pro manuten-
tione ponderat *Rota coram bon. mem. Greg. XV.*
4 *deciſ. 323. vbi Add. n. 7.* quæ collatio † ius tribuit,
vt tenuit *Rota in Campanien. Prioratus 18. Maij*
1618. *coram bon. mem. Archiepiſcopo Dunozet-
to*, quæ ſunt ex abundanti, cum in iudicio manutē-
5 tionis † non requiratur titulus, *Rota diuerſ. deciſ.
595. nu. 8. par. 1. & coram ſan. mem. Greg. XV. de-
ciſ. 307. nu. 2.*
Non obſtat prætenſa poſſeſſio Commendatoris
Petri de Vounes, quia fuit poſterior, cum Eques
Franciſcus adeptus fuerit poſſeſſionē die 24 Mar-
tij 1626. Petrus autem die 28. Auguſti 1627. vnde
6 poſſeſſio Equitis Franciſci † vti antiquior eſt ma-
nutenenda, non autem poſſeſſio Commendatoris
Petri recentior, quæ ideo præſumitur iniuſta, *cap.
licet cauſam, vbi Bald. de probat. Bart. in l. ſi duo
ſub nu. 4. ff. vti poſſidetis, Rota in Lunen. Sarzanen.
beneficij 13. Iunij 1625. corā Reuerēdiſſ. Vrgellen.*
Neque obſtat, quod cum Eques Franciſcus in-
ſteterit & obtinuerit per diffinitiuam ſententiam,
7 quæ fecit tranſitum in iudicatum † ob non inter-
poſitam appellationem declarari nullam & inuali-
dam profeſſionem ab eo factam, illumq. ſecularem
haberi, fuerit effectus incapax ad aſſequendum, &
retinendum Commendam, tām ex diſpoſitione iu-
ris communis, quàm Statuti 63. de Commēdis ex-
8 plicitè † prohibentis, quòd beneficia huiuſmodi
Religionis non dentur niſi verè profeſſis in eadem
9 Religione: quia cum Rota non † attendat ſenten-
tias de partibus, niſi quatenus ſint iuſtæ, *Guid. p.
deciſ. 215. nu. 9. & 362. nu. 1. Put. deciſ. 407. nu. 1.
Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. num. 12. & ſeqq.* de re iudi-
cata, & alibi ſæpius, & pendeat cauſa appellationis
10 & reſtitutionis in integrum † aduerſus dictam ſen-
tentiam ex reſcripto Sanctiſſimi, redditur turbida
exceptio inualiditatis tituli oppoſita per Commē-
datorem, & per conſequens pendente iudicio re-

11 iſtitutionis in integrum, non poteſt denegari † manutenentio anteriori poſſeſſori iuxta opinionem, quam ſeruat Rota coram *Caſ. de Graſſ. deciſ. 4. in fine, de cauſ. poſſeſſ. & propriet. deciſ. 38. par. 1. diuerſ. deciſ.* 144. inter impreſſas penes *Cinc. de cenſib. deciſ.* 111. *nu.* 8. *par.* 1. *recent.* & in alijs allegatis *coram ſan. mem Greg. XV. deciſ.* 458. *nu.* 8. tanto magis, quia dicta ſententia non fuit in aliquo
12 effectuata, † cum Eques Franciſcus ſemper habitus, & tractatus fuerit vti Eques Religionis tum in Aſſembleis, tum in Conuentu Melitæ, tum per litteras à Magnis Magiſtris ſcriptas, & propterea ſi hodie illi denegaretur manutentio, nihil aliud
13 eſſet, quàm executioni † demandare ſententiam alterius Tribunalis, contra quam ſupra deducta obſtant.

Pariter cenſuerunt Domini manutentionem nō poſſe impediri prætextu recurſuum ad Iudices
14 † laicos, quia non probantur tales recurſus, propter quos ſit incurſa excommunicatio, & ex expreſſa proteſtatione pendentiæ litis in Rota nullus poteſt conſiderari recurſus prohibitus in Bulla Cœnæ Domini, *c. quoniam de Immunitate Eccleſiæ in* 6. quorum diſpoſitio cum ſit reſtricta ad illos, qui
15 impediunt iuriſdictionem Eccleſiaſticam, † non procedit in iſtis terminis, in quibus Eques Franciſcus fuit coactus comparere coram Iudice laico, ad hoc, vt deſiſteret à cognitione cauſæ pendentis in Rota, & ſic potius vrget contra Commendatorem Petrum, quàm contra Equitem Franciſcum, qui commiſit cauſam appellationis in Rota, & propterea cum Eques le Petit ſit reus, & poſſeſſor,
16 & ſolum † veniat excipiendo contra Commendatarium venientem pro conſequenda poſſeſſione, nō poteſt ex recurſibus iudicari inhabilis ad continuandam poſſeſſionem Commendæ, niſi prius per tres ſententias ipſius inhabilitas declaretur.

Et ita vtraque parte informāte fuit reſolutum.

R. P. D. GHISILERIO.

Romana Dotis.

Die Mercurij 1. Iulij 1637.

ARGVMENTVM.

Dotis promiſſio facta per mulierem valet, & ſubſtinetur, etiamſi in eius obligatione non interuenerint ſolemnitates ſtatutariæ, quod procedit, ſiue mulier dotare teneatur, ſiue non, quæ concluſio ſolum limitatur, quando mulier eſt minor &c.

SVMMARIVM.

1 *Mulieris obligatio facta de ſoluendo dotem alicui, valet, & tenet, licet non ſint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ.*

2 *Dotis promiſſioni factæ à muliere ſine ſolemnitatibus lex fauet, ne ſcilicet mulier indotata, & ſine viro remaneat.*

3 *Dotis augumentum, quando eſt promiſſum à muliere poſt matrimonium iam contractum, tunc in eius obligatione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ.*

4 *Contractus promiſſionis dotis perficitur cōſenſu, & pro eo non requiritur ſcriptura, niſi ad maiorem probationem.*

5 *Contractus ineſt in alio ſtante relatione vnius ad alium.*

6 *Mulieris confeſſio, ſi ſit adminiculata ex multis ſcripturis, & inſtrumentis, ei præiudicat etiam ſine ſolemnitatibus.*

7 *Mulier extranea, quando promittit dotem alicui, tunc in eius obligatione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ, ſed Rota ſemper reiecit iſtam opinionem. nu. 8.*

9 *Dos reperitur ſpecialiter priuilegiata; vt mulier poſſit ſe pro dote obligare. & nu. 16.*

10 *Mulieres omnes abſq; alia diſtinctione, ſi promittant dotem, omninò compellendæ ſunt ad obſeruandam promiſſionem.*

11 *Mulier, quando eſt minor, tunc in promiſſione dotis tenetur obſeruare ſolemnitates ſtatutarias, ſi obligatio dotis ſit voluntaria. & n. 14.*

12 *Mulier promittendo dotem, ſi ſit maior, obligatur indiſtinctè, ſiue ex voluntate, ſiue ex neceſſitate promittat.*

13 *Mulier, dum ſe obligat, ex cauſa neceſſaria, tunc ſolemnitates ſtatutariæ non requiruntur.*

15 *Mulier, dum voluntariè ſe obligat, requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ in obligatione, ſecus verò ſi neceſſariè.*

17 *Mulier minor non reperitur ſpecialiter priuilegiata, circa promiſſionem dotis, adeo in eius promiſſione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ.*

18 *Clauſula, facultatiua, procedendi ad vlteriorem exequutionem, intelligi debet ex eiſdem actis, non autem de nouo deducendis.*

19 *Sed iſta concluſio non procedit, quando reus deducit aliquid noui coram Iudice appellationis, quo caſu licitum eſt etiam actori noua deducere ad eludendum ea, quæ nouiter à reo excipiuntur.*

20 *Obligatio mulieris, non tenet, ſi vnus ex duobus proximioribus requiſitis à ſtatuto, in eius contractu interuenit, & nullo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu erat coniunctus.*

21 *Mulier, quando obligatur, proximiores, qui interueniunt ex forma ſtatuti in eius contractu, in eo non debent habere intereſſe.*

22 *Teſtes, ſi deponāt de actu facto certa die poſt decennium, niſi reddant aliquam ſpecificam rationem; non concludunt in dicto.*

23 *Teſtes, ſi deponant inueriſimilia, non ſunt habendi in conſideratione.*

24 *Teſtes, vt excludant conſanguinitatem alicuius cum alio, vt probent, qualiter deponere debeant.*

25 *Mulieris obligatio non inualidatur ex eo, quod proximiores, qui ex forma ſtatutorum in eius contractu interuenerunt, habebant in eo intereſſe, ſi illud non primarium, ſed ſecūdariū erat.*

26 *Subſcriptio ex Statut. Vrb. lib. 1. cap. 149. requiritur etiam in donatione, quæ fit contemplatione matrimonij contrahendi, quando non proceſſit ex cauſa neceſſaria, vel non contineat aliquod commodum donantis.*

27 *Donatio, quando nō eſt mera, & ſimplex, ſed im-*

propria

propria donatio, tunc non ſubiacet diſpoſitioni ſtatutorum requirentium certas ſolemnitates in ea. ampl.a. num. 28.

29 *Teſtator, ſi erat debitor alicuius, & mandet hæredi, quod ſoluat debitum, tunc eius voluntas ſeruanda eſt non in vim legati, vel teſtamentariæ diſpoſitionis, ſed in vim præcedentis obligationis, quam dum voluit ſeruari, re ipſa cenſetur adempta facultas dandi de illius nullitate.*

30 *Et hæres ſic adeũdo hæreditatem, dicitur ſe obligaſſe ad dictum præceptum.*

31 *Teſtator, ſi mandet hæredi, vt ſoluat aliquod debitum, ſi conſtet de eius promiſſione, cenſendum eſt, quod voluit id obſeruari, & adimpleri, quoquomodo ſe obligauerit.*

Cum validitas, vel inualiditas pendeat ab eius voluntate, & potuit ſic præcipere.

32 *Scripturarum productio poteſt fieri, etiam poſt relaxationem mandati pro eo conualidando, & executione ſubſtinenda.*

33 *poſt Mandati relaxationem tunc multo magis poteſt fieri ſcripturarum productio, ſi fiat per viam replicationis ad tollendas exceptiones.*

34 *pro Legatis conſequendis non competit via executiua.*

35 *Legatum, nullo modo poteſt appellari præceptum teſtatoris tendens ad implendam obligationem iam ab eo contractam.*

DECISIO CCXLI.

IN deciſione in hac cauſa facta 27. Iunij ſuperioris anni coram me * reſolutum fuit attenta
clauſula reſcripti appellationis procedendum eſſe
ad vlteriorem executionem mandati ab A.C. relaxati ad fauorem Excellentiſſimi Ducis Martinæ
contra bona hæreditaria bo. me. Flaminiæ Columnæ Principiſſæ Bozzoli tàm ex capite validitatis,
quàm ex capite iuſtitiæ d. mandati, quæ deducebatur ex eo, quod Principiſſa in apoca matrimoniali
redacta poſtea in publicum Inſtrumentum ſe obligauerat ſoluere ſcuta 10000. pro reſiduo dotis D.
Margaritæ eius neptis promiſſæ eidem D. Duci,
quam obligationem dictum fuit eſſe validam, cum
ad eam deuentum fuerit cum Iudicis decreto, &
alijs ſolemnitatibus requiſitis ex *Statuto Vrbis*
cap. 151. Quæ ſolemnitates ſtatutariæ, quando nõ
1 fuiſſent ſeruatæ, nihilominus † dictum fuit ſuſtineri eam obligationem tanquam factam ex cauſa dotis iuxta *text. in l. promittendo. ff. de iur. dot. & in*
l. fin. C. ad Velleianum. Hodie verò informantes
pro Excellentiſſimis DD. Sabellis hæredibus D.
Principiſſæ inſtant potiſſimum ſuper nullitate obligationis ad effectum retardandi exequutionem
mandati, quia talis obligatio legitur facta poſtquã
matrimonium fuerat iam contractum per menſem
antea per verba de præſenti, & pro augumẽto dotis D. Margaritæ, quæ erat dotata in ſcutis 45000.
vltra dicta ſcuta 10000. à D. Principiſſa promiſſa,
vnde ceſſabat cauſa, propter quam fauetur promiſ-
2 ſioni dotis, † ne ſcilicet mulier indotata & ſine viro remaneat, qui ſunt proprij termini *l. fin. C. de*
Velleia. Et ideo cum promiſſio facta fuerit pro dotis augumento poſt matrimonium iam contractum
3 præſumitur † in fraudem ſtatuti, & in ea ſeruandæ
ſunt ſolemnitates requiſitæ à ſtatuto iuxta *conſ. 10.*
Gabr. lib. 1. quem ſequuta fuit *Rota deciſ. 433. n. 3.*
& 479. nu. 1. 4. & ſeqq. coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano, & in cauſa Romana augumenti dotis 13.
Nouembris 1619. coram bo. me. Buratto. His tamen
non obſtantibus cauſa pluries propoſita, & ab omnibus Dominis diſcuſſa iterum fuit dictum conſtare de validitate, & iuſtitia mandati relaxati ab A.
C. & eſſe procedendũ ad vlteriorem exequutionẽ.

Conſiderãdo primò ſeriem totius negotij, quia
4 ſicut contractus perficitur conſenſu, † & pro eo
nõ requiritur ſcriptura, niſi ad maiorem probationem, ita recurrẽdum eſt ad totam huius facti ſeriẽ,
ex qua apparet, quod præceſſit primò apoca Capitulorum matrimonialium inter D. Ducem Martinæ, & D. Margaritam, in quibus in conſtitutione
dotis, & iurium dotalium aſſignantur Duci ſcuta
10000. promiſſa per apocam à D. Principiſſa, quæ
promiſſio legitur expreſſa etiam in mandato procuræ facto in perſonam R.P.D. Caraccioli ad cõtrahendum matrimonium, in quo clarè dicitur quod
intendit contrahere cum hac expreſſa conditione
cum relatione ad Capitula, & demum tertiò in inſtrumento contractus matrimonij apparet repetita; vnde licet inſtrumentum promiſſionis fuerit
ſolemniter poſtea factum à Principiſſa Bozzoli de
tempore contracti matrimonij, tamen cenſetur factum in exequutionem præcedentis conuentionis,
5 † & reputari debet ac ſi ab initio factum fuiſſet ante celebrationem matrimonij, in quo apparet realiter facta d. promiſſio, vt fuit dictum *in Romana*
quarti dotalis 15. Martij 1624. coram bo. me. Buratto, & in Bononien. dotis 3. Iulij 1624. coram
eodem. Nec facit quod dicitur, vt hæ ſcripturæ, &
confeſſiones Principiſſæ non ſint attendendæ tanquam factæ ſine ſolemnitatibus, quæ requiruntur,
quia cum hæc confeſſio & narratiua inſtrumẽti vltimi, in quo dicitur promiſſionem factam fuiſſe an-
6 te celebrationem matrimonij, † ſit adminiculata
ex tot ſcripturis, & inſtrumentis, præiudicat mulieri etiam ſine ſolemnitatibus, vt per *Achill. dec. 1.*
de confeſſ. Seraph. dec. 1134. nu. 3. & 1443. nu. 1.

Non obſtat replicatio, quæ fit per DD. de Sabellis, quod quãdo etiam illa promiſſio dotis facta
fuiſſet ante contractum matrimonium, nihilominus neceſſariæ fuiſſent ſolemnitates ſtatuti, ex quo
7 Principiſſa erat extranea † D. Margaritæ, eamque
nõ tenebatur dotare, quo caſu neceſſarias eſſe huiuſmodi ſolemnitates dixit *Rota deciſ. 22. num. 7.*
poſt Pic. ad Statut. Vrbis, quia hæc diſtinctio inter
8 cauſam voluntariam & cauſam neceſſariam † in
conſtitutione dotis fuit ſemper reiecta à Rota in
muliere maiori obligante ſe pro dote ea ratione,
9 quia ſcilicet in iſto † caſu dos reperitur ſpecialiter
priuilegiata, vt mulier poſſit ſe pro dote obligare
d. l. fin. C. ad Velleian. ibi, *vel ſpopõderit pro qualibet muliere, cum qua matrimonium licitum eſt,*
omninò compellatur ſuam confeſſionem adimplere,
&c. Quæ verba non ſunt reſtricta ad eas tantum
10 mulieres quæ neceſſariò dotantur, ſed omnes † generaliter comprehenduntur, & in his terminis tenuit *Rota in Romana dotis 29. Maij 1602. coram*
Ortembergo penes Pacific. de ſaluian. in poſtrema
editione deciſ. 103. num. 4. & 5. vbi firmatur, quod

cauſa

cauſa voluntaria diſtinguatur à neceſſaria in mulie-
11 re minore, † quæ voluntariam obligationem dota-
lem non facit ſine ſolemnitatibus, quæ ratio non
militat in muliere maiori, quæ indiſtinctè obligatur
12 † ſiue ex voluntate ſiue ex neceſſitate, ita etiam
diſtinxit *Rota in Bononien. cenſus 20. Februarij 1609. coram Marquemontio deciſ. 177. num. 11. par. 1. recent.* ea ratione, quia in hoc non eſſet ma-
gis priuilegiata cauſa dotis, quàm ſit quælibet alia
13 cauſa neceſſaria, † quæ per ſe non indiget ſolem-
nitatibus in ſua obligatione, cũ tamen dos ſit pri-
14 uilegiata, & pro ea ſe obligans † poſſit ſine vlla
diſtinctione maior viginti quinque annis ſiue ma-
ſculus, ſiue fœmina, dotem pollicitus pro quali-
bet muliere, vt ſunt præciſa verba *d. tex. in l. fin. C. ad Velleian.*

Neque cenſuerunt Domini obſtare, quod *Rota* vltimò in *Romana liberationis 17. Iunij 1635. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, probauerit opi-
nionem pro ſolemnitatibus in voluntaria obliga-
15 tione, & in ſola neceſſaria † cenſuerit eam ſuſtine-
ri ſine ſolemnitatibus, quia dicta deciſio procedit
in muliere prohibita contrahere, & ſic non poteſt
intelligi de muliere maiori, in qua contrarium
16 † fuit expreſsè firmatum in dicto *text. l. fin. C. ad Velleian.* ideo refertur ad mulierem minorem, quæ
cum non ſit ſpecialiter priuilegiata etiam in dota-
17 libus prohibetur contrahere † ſine ſolemnitatibus
ſtatutarijs, cum qua diſtinctione conciliantur om-
nia, quæ in contrarium poſſent adduci.

Et in omnẽ caſum extat ſecunda obligatio Prin-
cipiſſæ cum ſolemnitatibus ſtatutarijs ſtipulata
27. Maij 1627. nempè cum præſentia duorum pro-
pinquorum, decreto Iudicis, & narrata cauſa dotis
ad formam ſtatuti; contra quam non obſtat primò
quod non ſit in actis, & de actis, quo poſito non
poſſit de nouo in actis poni, & fieri de actis, quo-
18 niam † clauſula facultatiua procedendi ad vlterio-
rem exequutionem intelligi debet ex eiſdẽ actis
non autem ex de nouo deducendis, vt ſæpè firma-
uit *Rota in Tudertina officij Cancellariæ 19. Ianuarij 1598. coram Lancellotto quæ eſt 53. in prima editione. Statil. de ſaluian. & deciſ. 173. nu. 1. coram bo. me. Card. Caualer.* Quia dicta concluſio
19 non procedit, quando reus deducit † aliquid noui
coram Iudice appellationis, quo caſu licitum eſt
etiam actori noua deducere ad elidendum ea, quæ
nouiter à reo excipiuntur, vt fuit dictum in *Anconitana bonorum 21. Maij 1603. coram bo. mem. Iuſto, & in Romana pretij fundaci 1. Iunij 1607. coram bo. me. Patriarcha Manzanedo*, faciũt tra-
dita *in deciſ. Caſ. de Graſſ. 2. nu. 7. de iudic.* vnde
cum in hoc iudicio executiuo DD. de Sabellis fe-
cerint nouas probationes in Rota examinãdo plu-
res teſtes, potuit etiam D. Dux Martinæ produce-
re ſecundum inſtrumentum obligationis ad tollẽ-
dam exceptionem de nouo deductam contra exe-
quutionem.

Non obſtat, quod mandatum A. C. non poſſit
ſuſtineri in vim ſecũdæ obligationis, cum pro vno
20 † ex duobus proximioribus requiſitis à ſtatuto in-
teruenerit Marchio à Balneo, nullo conſanguini-
tatis, vel affinitatis gradu coniunctus, vt ex teſti-
bus in Rota examinatis pro DD. de Sabellis, pro
21 alio verò D. Camillus Columna, cui ſummè † in-
tererat quod d. Principiſſa validè ſe obligaſſet, ne
ipſe vti correus obligatus inſolidũ pro dd. ſc. 10000.
in apoca matrimoniali remaneret ſine ſpe releua-
tionis, ſi cogeretur ſoluere, nã reſpectu Marchio
nis à Balneo, licet teſtes examinati deponant tot
die 27. Maij 1627. ſub qua ſtipulatum fuit ſecun-
dum inſtrumentum, extitiſſe in Vrbe Eminentiſſi-
mum Cardinalem Sabellum, & bo. me. Principem
Paulum, necnon Excellentiſſimum Principem
Bernardinum filium Pauli proximiores d. Princi-
piſſæ, eoſq. commodè illius ſtipulationi potuiſſe in-
22 teruenire, ſi fuiſſent vocati, cum deponant † de
actu facto certa die poſt decennium, niſi reddant
aliquam ſpecificam rationem, non concludunt in
dicto, & potius dicuntur deponere inueriſimilia;
23 teſtis autem deponens inueriſimilia, † non habe-
tur in conſideratione, & in omnem caſum non
probant concludenter, quod Marchio à Balneo nõ
ſit conſanguineus, cum non excludant illius pa-
24 rentelam, & proximioritatem † per gradus diſtin-
ctos prout neceſſariò requiritur, cum agatur de
fundamento intentionis DD. de Sabellis.

Quod verò D. Camillus pro altero proximiori
adhibitus non potuerit validè hoc præſtare, ex quo
habebat intereſſe, ceſſat, cum illius intereſſe, vt fuit
25 dictum in deciſione, quæ reuidetur, † ſit ſecunda-
rium, non autem principale, quia licet tàm ipſe,
quã Principiſſa ſe obligauerint vti principales prin-
cipaliter, & inſolidum, tamen quoad ipſos DD. Ca-
millum & Principiſſam, D. Camillus dicitur fide-
iuſſor, quia Principiſſa declarauit ſcuta 10000. eſſe
ſoluẽda de ſuis proprijs pecunijs, & agnoſceñ obli-
gationem D. Camilli eſſe fideiuſſoriam, ſtipulata
eſt reuerſionem dd. ſcutorum 10000. in caſu obi-
tus Margaritæ ſine filijs ad ſui fauorem eiuſq. hære-
dum, vnde negari non poteſt quin iſtud negocium
re, & veritate pertineret ad ſolam Principiſſam, &
quin D. Camillus eſſet merus fideiuſſor, & conſe-
quenter agatur de eius intereſſe ſecundariò ex al-
legatis in alia deciſione.

26 Non obſtat, quod deficiat ſubſcriptio † requiſita
ex Statut. Vrbis lib. 1. cap. 149. etiam in donatione,
quæ fit contemplatione matrimonij contrahendi,
quando non proceſſit ex cauſa neceſſaria, vel non
continet aliquod commodum donantis, quia cum
ille contractus habeat ſuam correſpectiuitatem, &
cauſam, nempe dotis, & fuerit appoſitum onus pa-
cti reuerſiui in caſum in quem. Margarita decede-
27 ret ſine filijs, † non poteſt conſiderari vti mera, &
ſimplex, ſed impropria donatio, quæ non ſubiacet
diſpoſitioni ſtatuti Vrbis certas ſolemnitates re-
quirentis, vt in puncto poſt *Bart. probat Ruin. conſ. 126. nu. 19. lib. 3.* cum alijs latè deductis per
Rotam in Romana viridarij 19. Februarij 1590. coram Orano, & in Camerinen. bonorum de Octonibus 17. Februarij 1623. coram bo. me. Remboldo,
28 etiam ſi onus huiuſmodi concernat † commodum
ſolius donatarij vt per *Natt. conſ. 609. nu. 29.*

Supradictis accedit teſtamentum eiuſdem Prin-
cipiſſæ Flaminiæ, in quo enunciata propria obliga-
tione ſoluendi ſcut. 10000. mandauit ſuis hæredi-
bus, vt ſoluerent eandem ſummam, ſeu totum id,
quod per ipſam teſtatricem non fuiſſet ſolutum

vſ-

29 vſque ad diem ſui obitus. † quæ voluntas ſeruanda
eſt non in vim legati, vel teſtamenrariæ diſpoſitio-
nis, ſed in vim præcedentium promiſſionum, quas
dum voluit ſeruari re ipſa cenſetur hæredibus ade-
miſſe facultatem dandi de earum nullitate, & ad-
30 eundo hæreditatem, dicuntur † ſe obligaſſe ad ob-
ſeruationem d. præcepti, quod non poteſt ceſſare
ex eo, quod Principiſſa ignorauerit nullitatem
obligationis, quia verè aderat eius promiſſio, quam
31 voluit † per hæredes obſeruari, & adimpleri quo-
quomodo ſe obligauerit, vt per *Alb. conſ. 109. n. 2. & ſeqq.* & cum validitas, vel inualiditas pende-
ret ab eius voluntate, potuit ſic præcipere *Alb. d. conſ. 109. nu. 23. Surd. deciſ. 269. nu.* 14. Nec fa-
cit, quod poſt cauſam commiſſam in Rota fuerit
quoque productum teſtamentum, cum talis produ-
32 ctio † potuerit fieri etiam poſt relaxationem man-
dati pro eo conualidando, & executione ſubſtinen-
da *Seraph. deciſ. 701. nu. 3. Caputaq. deciſ. 114. & 332. par* 3. vbi quod ita ſeruatur in Rota, præſer-
33 tim cum ſit facta productio † per viam replicatio-
nis ad tollendas exceptiones, quo caſu poteſt pro-
ductio quandocumque fieri, etiam pro ſuſtinenda
exequutione, vt tenuit *Rota coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 36. nu. 5.*

Non obſtat, quod pro Legatis non competat via
34 † exequutiua, quia non agitur de legato, nec præ-
tenditur à Duce Martinæ vigore legati; legatum
enim diceretur ſi teſtatrix reliquiſſet ſcuta 10000.
D. Margaritæ, & iſtud debuiſſet compenſari cum
dote promiſſa, ſed forma & circumſtantiæ facti de-
35 monſtrant præceptum † teſtatricis tendens ad ad-
implendam obligationem iam contractam nullo
modo poſſe appellari legatum, & ſic non applica-
ri quod pro legatis non competat via exequutiua.

Et ex his partibus auditis pro confirmatione ſupradictæ deciſionis fuit reſolutum, &c.

☞ * *Eſt deciſio 168. ſupra in hac parte.*

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien̄ Bonorum.

Die Mercurÿ 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM.

Clauſula, conſtituti, cum contineat fictum modum traditionis, ideo eam pro ſe habens, rectè poteſt petere, vt actualis poſſeſſio tradatur. In iudicijs executiuis, aut poſſeſſorijs, quādo cōcedatur, vel denegetur remiſſoria.

SVMMARIVM.

1 *in Ceſſione, quando adeſt clauſula, conſtituti, rectè agi poteſt ad traditionem ipſius actualis poſſeſſionis.*

2 *Clauſula, conſtituti, dicitur continere fictum modum traditionis.*

3 *Inueſtitura inſtrumentum habet executionem paratam ad formam l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*

4 *Ceſſio, ſtante ſtipulatione ei adiecta dicitur habere naturam contractus nominati.*

5 *in Contractibus nominatis altero deficiente in promiſſione cogi poteſt ab alio ad eamdem promiſſionem implendam, antequam contractus reſcindatur.*

6 *Inueſtitura inſtrumentum cum habeat paratam executionem, non impeditur eius effectus, niſi per exceptionem probatam, vel incontinenti probandam.*

7 *in Iudicijs executiuis, aut poſſeſſorijs, quare remiſſoria non concedatur.*

8 *Remiſſoria conceditur etiam in iudicijs executiuis ad fundandam replicationem rei contra exceptionem actoris.*

9 *in Iudicijs executiuis non datur remiſſoria ad fundandam intentionem rei, quæ conſiſtit in exceptione, quam ille facit contra petitionem actoris.*

10 *Remiſſoria in iudicijs poſſeſſorijs nō aliter datur, niſi cum clauſula ſine præiudicio retardationis, &c. etiam in caſu, quo conſtet de releuantia articulorum.*

DECISIO CCXLII.

ACTVM fuit in hoc dubio de confirmatione deciſionis factæ in hac cauſa ſub die 10. Martij proximè præteriti. * cum verò in ea conceſſa fuiſſet immiſſio Co. Neapulioni ſuper bonis emphyteoticis, quæ eidem ceſſa fuerunt à Bologninis cum conſenſu Sigiſmundi ſui fratris, adminiſtratores hæreditatis Sigiſmundi petebant remiſſoriam, in qua probare volebant non habuiſſe effectum ea duo inſtrumenta facta ad fauorem Neapulionis nēpè ceſſionis, quam ille obtinuit à Bologninis, & conſenſus, quem ſuper ea ceſſione dicebatur præſtitiſſe Sigiſmundus, ſed nō viſum fuit Dominis propter hac exceptionem impediri poſſe immiſſionem conceſſam Neapulioni, & ideo reſponderūt in hoc dubio confirmandam eſſe deciſionem præteritam, ſed quia viſa fuit eſſe poſſe in aliqua parte releuās probatio facienda per adminiſtratores d. hæreditatis, dixerunt illis concedendam eſſe remiſſoriam ſine retardatione eiuſdem immiſſionis & proceſſus exequutiui ſuper ea faciendi.

Et ratio primæ partis huius deciſionis viſa fuit
eſſe eadem, quæ conſiderata fuit in deciſione præ-
terita, quod cum in eo inſtrumento ceſſionis adeſ-
1 ſet clauſula, † conſtituti, rectè ex ea agere poterat
Neapulio ad traditionem ipſius poſſeſſionis actua-
lis, quæ non fuerat in eum tranſlata ex vi eiuſdem
2 clauſulæ propter fictum † modum traditionis, quem
illa dicitur continere, vt notatur *in l. quod meo. ff. de acquir. poſſ. ff.* & tradit ibi *Bart nu. 10. & in l. interdum. ff eod. tit.* & in terminis eius clauſulæ tradit *Alex. in conſ. 28. nu. 7. lib. 2. Corn. conſ. 344. nu. 2. lib. 1. Menoch. de adipiſcen. poſſeſſ. remed. 5. nu. 36. Tiraquell. de iur. conſt. poſſeſſ. par. 1. n.* 10.
& hoc præcipuè viſum fuit dici poſſe, dum Eccleſia,
ſub cuius dominio erant ea bona, quæ ceſſa fuerūt,
non ſolum non ſe opponebat huic immiſſioni, ſed
nouam inueſtituram conceſſerat Neapulioni, cuius
occaſione poterat ille etiam immiſſionem obtine-
3 re ſuper eiſdem bonis, dum † & ipſum inſtrumen-
tum inueſtituræ habebat exequutionem paratam
ad formam, *l. vlt. C. de edict. D. Adr. tollen.* tenuit

Bald.

Bald. in cap.1. §.inſuper. de probib. feud. alien. per Federic. ſub nu.3. & ibi etiam *Iſern. nu.60. Aluarot. nu.4. Roſental. de feud. cap.7. quæſt.20.*

Neque obſtare viſa ſunt ea quæ obijciebãtur ab
adminiſtratoribus hæreditatis Sigiſmundi, quod
non habuiſſent effectum hæc duo inſtrumenta, eo
quia non fuiſſet à Neapulione impletum pactum,
quod dicebatur inter partes ſolo conſenſu ſtipula-
tum fuiſſe, vt ipſe Co. Neapulio promittere deberet
euictionem nonnullorum bonorum, quæ Sigiſmũ-
dus vendere ſtatuerat, quod quidem ex pluribus
obſtare non poterat. Nam non ſolum contrarium
oſtendebatur à Neapulione ex conceſſione, quæ il-
li poſtea facta fuit ab Eccleſia cum conſenſu Sigiſ-
mundi, & ex ſolutionibus Canonum plurium an-
norum, quos etiam oſtendebat à ſe factas, ſed ne-
que propter hãc exceptionem non adimplementi
potuiſſet impediri effectus eius ceſſionis, quia cũ
4 propter ſtipulationem † in ea adiectam videretur
illam habere naturam contractus nominati, nõ po-
tuiſſet ab ea recedi, niſi mutuo ſui, & fratris con-
ſenſu, adeout eorum altero deficiente in ſua pro-
5 miſſione † cogi poſſet ab alio ad eamdem promiſ-
ſionem implendam antequam contractus reſcinde-
retur, vt not. *in l.inciuile. C. de re vindic. & in l. ſicut. C.de act. & oblig.* & notat ibi *Bart. & in l.2. nu.7. C.de cond. ob cauſam. Card. Mant. de tac. & ambig. conuent. lib.1. tit. 8. nu. 12.* & obſtare
poterat etiam adminiſtratoribus, quod ea exceptio
probata non fuiſſet, quia propter exequutionem,
6 † quæ debita erat ijs inſtrumentis, non potuiſſet il-
la impediri, niſi ex ea exceptione, quæ vel probata
fuiſſet, vel poſſet incontinenti probari, vt notant
Doct. ſuper eadem l.vltima C.de edict. D.Adr toll. & ibi *Bart. nu.2. Bald. nu.16. Menoch. de adipiſc. poſſeſſ. remed.4. num.8.* & in terminis immiſſionis
debitæ occaſione inueſtituræ, tradit *Iſern. in d. §. inſuper ſub nu.60. Oſaſcb. deciſ. Pedem.26. nu.15.*
7 & ideo cautum eſt, vt non † detur remiſſoria in his
iudicijs poſſeſſorijs, aut alijs in quibus exequutiuè
proceditur, vt fuit reſolutum coram *Verallo deciſ. 262. par. 1. & coram Card. Seraph. deciſ.294. n.1. & deciſ.1364. nu.1.* & licet remiſſoria concedatur
8 etiam in iudicijs † exequutiuis ad fundandam re-
plicationem rei contra exceptionem actoris, vt fuit
dictum in *Bononien. fideicommiſſi de Maluezzis 2. Iunij anni 1628. coram Card. Virili*. Non tamen
9 illa admittitur ad probandam intẽtionem rei, † quæ
propterea conſiſtit in exceptione, quam ille facit
contra petitionem actoris iuxta notat. *in l.2. §.illud. ff.de except. & in l.non except. C.eod.tit.*

Et ex his DD. dixerunt dandam eſſe immiſſio-
nem Neapulioni, & ſine illius retardatione remiſ-
ſoriam adminiſtratoribus cum non alia ratione illa
10 † concedatur in iudicijs poſſeſſorijs etiam in caſu,
quo conſtet de releuãtia articulorum, vt dixit *Rota coram Card. Seraph. in adducta deciſ. 294. & in Hiſpalen. dimidia portionis 14. Ianuarij 1636. coram Reuerendiſſ. D. Decano.*

Et ita, &c.

☞ * *Eſt deciſio 204. ſupra in hac parte.*

R. P. D. MERLINO.

Gerundeñ Scribaniæ.

Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM.

Bona Eccleſiaſtica, vt alicui poſſint concedi ex cauſa meritorum, quid requiratur, bona Eccleſiaſtica vt alienari poſſint ſine ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico, quia ſunt ſolita alienari, quid debeat interuenire.

SVMMARIVM.

1 *Bona Eccleſiaſtica alienari ſolita poſſunt abſque ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico concedi.*

2 *Remiſſoria probatio indulgenda non eſt, quando aliquid probari poteſt per ſcripturas, & inſtrumenta.*

3 *Meritorum motiuum ſolet eſſe cauſa ſufficiẽs pro conceſſione bonorum Eccleſiæ, vt inuitentur homines ad benefaciendum Eccleſijs.*

4 *Patroni cauſarum præſumuntur ſatisfacti pro operis ab eis nauatis in præteritum, ſtante curſu longi temporis.*

5 *Vtilitas in alienatione bonorum Eccleſiæ debet eſſe certa, & euidens non autem turbida, itaut conditio Eccleſiæ patenter melior fiat & locupletior.*

6 *Merita gratis impenſa, & beneficia in Eccleſiam collata, quatenus ſint cauſa ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ.*

7 *Aduerte tamen, quod non ſufficit, quod ſint colorata, & in occaſionem ſumpta, ſed debent eſſe vrgentia, & inſignia.*

8 *Beneficia ſi non præſtent ius aliquid agendi, & beneficiatum nedum ex antidorali obligatione, ſed & ciuili, vel ſaltem officio Iudicis compellãt ad remunerandum, ſi ei fiat aliqua donatio dicitur liberalis, & gratuita, non autem propriè remuneratoria.*

9 *in Conceſſione bonorum Eccleſiæ ſemper requiritur euidens vtilitas.*

10 *Prælatus, quod ob benemerita poſſit concedere, vel alterare conceſſiones bonorum Eccleſiaſticorum, in puncto iuris iſta opinio valde periculoſa eſt.*

11 *Remiſſoria non eſt danda, quando materia articulota apparet irreleuans.*

Remiſſoria non eſt danda ad probandum id, quod probatum non releuat, & potius diſpendium, quàm commodum adfert litigantibus. nu.11.

12 *in Alienatione bonorum Eccleſiæ nõ ſuffragatur cauſa tantum, ſed & ſolemnitas, hoc eſt beneplacitum Apoſtolicum copulatiuè requiritur.*

13 *in Locatione bonorum Eccleſiæ non requiritur beneplacitum Apoſtolicum, quando ea ſunt ſolita locari.*

14 *Sed hoc non procedit, quando ſolitum alteratur, quoniam alteratio eſt noua alienatio.*

15 *in Conceſſione rei Eccleſiaſticæ ſolitæ alienari debet eſſe euidens vtilitas Eccleſiæ etiam inſpecto tempore præſenti, quo fit renouatio, non autem tem-*

tempore, quo res cœpit alienari, ſeu in emphyteu-
ſim concedi primo loco.
16 *Quæ vtilitas deſiſit, vbi ſolitum alteratur in præ-*
iudicium Eccleſiæ, & res conceditur vni pro mi-
nori pretio. & cum deterioribus conditionibus,
quàm antea fuit conceſſa, vel tunc poſſit concedi
alteri.
17 *Bona Eccleſiaſtica, vt poſſint concedi ſine ſolem-*
nitatibus, quæ ſint ſolita alienari, requiritur,
vt duret eadem cauſa primæ conceſſionis, & res
perſeueret in ſtatu primo, neque ſit mutata, ſecus
verò ſi ceſſauerit, & fuerit mutata.
18 *Bona Eccleſiaſtica ſolita alienari, ſi fuerint appli-*
cata, & incorporata menſæ Prælati, tunc ſine
ſolemnitate amplius concedi non poſſunt.

DECISIO CCXLIII.

INSIGNI Iuriſconſulto D. Ioanni Petro Fon-
tanellæ, per Abbatem S. Petri Biſulduni Or-
dinis S. Benedicti de anno 1614. conceſſa fuit in
emphyteuſim Scribania, de qua agitur pro annua
penſione librarum 70. quam conceſſionem cum
impugnaret modernus Abbas; pro iuſtificanda
illius validitate ab eodem Fontanella petita fuit
remiſſoria, & DD. hodie denegandam cenſuerunt
huiuſmodi remiſſoriam.

Quo enim ad articulos, in quibus aſſeritur Scri-
baniam iſtam ab annis 40. & vltra ſolitam fuiſſe
locari pro libris annuis 70. indeq. tanquam rem
1 ſolitam † alienari, potuiſſe abſque ſolemnitate, &
beneplacito Apoſtolico concedi. *Caſ. Graſſ. deciſ.*
3. nu. 14 & deciſ. 4. nu. 8. de reb. Eccleſ. non alien.
cum alijs. Viſum fuit DD. non eſſe dandam remiſ-
ſoriam, quia ſolitum huiuſmodi poteſt probari per
2 ſcripturas, & inſtrumenta † conceſſionum, vnde
non eſt indulgenda probatio remiſſoriæ per teſtes,
Rot. apud Card. Seraph. deciſ. 1466. nu. 3. & in
recent. deciſ. 314. num. 1. par. 1. & apud Card. Ca-
ualer. deciſ. 87. nu. 1. & in terminis ſoliti, ſeu con-
ſuetudinis ſimilis *fuit dictum in Leodien. vſusfru-*
ctus 28. Ianuarij 1628. coram Reuerendiſſ. Vrgel-
len. & in Romana ſeu Spoletana ſucceſſionis 30
Maij 1631. coram me.

Quo verò ad alios articulos, in quibus explicā-
tur merita laboris impenſi, & patrocinij præſtiti
per ipſum Fontanellam in cauſis Eccleſiæ, necnon
obligatio eiuſdem Fontanellæ, & ſucceſſorum ſe-
dulam nauandi operam in futurum, pro tuendis
iuribus in cauſis Eccleſiæ ſine vlla mercedis ſpe,
3 † quorum meritorum motiuum eſſe ſolet cauſa
ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ, vt in-
uitentur homines ad benefaciendum Eccleſijs,
Alex. conſ. 55. nu. 6. lib. 1. Redoan. de reb. Eccleſ. non
alien. quæſt. 22. nu. 23. & 24.

Exiſtimarunt DD. merita expreſſa non eſſe æ-
quiualentia, & coæqualia conceſſioni inueſtituræ,
& damno inde reſultanti ipſi Eccleſiæ, cum Scri-
bania aliàs ante hanc conceſſionem fuerit locata
pro libris annuis 150. & Fontanella eam receperit
ſolum pro annua penſione librarum 70. & ſic cum
damno Eccleſiæ vltra dimidiam antiquæ penſionis,
labor autem, & aduocatio impenſa in cauſis eiuſ-
dem Eccleſiæ patrocinandis non tanti facienda vi-
dentur, vt dictam iacturam reſarcire valeant, cum
4 præſertim pro operis in præteritum nauatis † pa-
tronus præſumi poſſit ſatisfactus, ſtāte curſu quin-
decim annorum, per quod tempus præſtitum fuerat
patrocinium, vt aſſeritur in inueſtitura facta D.
Fontanellæ de anno 1614.

Quo verò ad patrocinium pollicitū pro cauſis
in futurum, cum fieri poſſit Eccleſiam impoſterum
nullas paſſuram eſſe forenſes controuerſias, & ſic
aduocatione promiſſa non egere, ſequitur omninò
incertam, & euentualem eſſe huiuſmodi vtilitatem.
5 † quæ tamen, vt ſuffragetur pro alienatione bono-
rum Eccleſiæ, debet eſſe clara, & euidens, non au-
tem dubia, itaut conditio Eccleſiæ patenter me-
lior fiat, & locupletior, vt per *Abb. in cap. ad aures*
nu. 4. de reb. Eccleſ. non alien. Rot. apud Caeſ. Graſſ.
deciſ. 4. nu. 7. de reb. Eccleſ. non alien. & diuerſ. de-
ciſ. 65. nu. 4. 20. & 23. & deciſ. 367. num 5. & 7.
par. 5. recent. Merita autem gratis impenſa, & be-
neficia in Eccleſiam collata, eatenus ſunt cauſa
ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ, qua-
6 tenus † ſunt ad eam commenſurata, & correſpō-
dentia; illorumq. reſpectu adhuc Eccleſia, non ob-
ſtante tali conceſſione, ſeu alienatione remaneat
cum lucro, & vtilitate euidenti iuxta tradita per
Oldrad. conſ. 126. nu. 8. Ioan. Lop. in repet. rub. de
donat. int. vir & uxor. §. 50. nu. 28. & benè expli-
cat *Molin. de iuſt. & iur. diſput. 145 verſ. de remu-*
neratorijs. & verſ. de moderatis. Nec enim ſufficit,
7 ſi beneficia ſint colorata, † & in occaſionem ſump-
ta, ſed debent eſſe vrgentia, & inſignia, vt monuit
Io. An. Andr. in addit. ad Speculat. in rub. de reb. Ec-
cleſ. non alien. Oldrad. d. conſ. 126. nu. 6. Ioan. Lop. d.
§. 50. nu. 31. Monach. conſ. 112. nu. 11. verſ. & iſta
Sanch. de matrim. lib. 6. diſput. 6. nu. 5. Adeout ali-
qui auctores exiſtimauerint, ſi beneficia non præ-
ſtent ius aliquod agendi, & beneficiatum nedum
8 ex antidorali obligatione, ſed & ciuili, † vel ſaltem
officio Iudicis, compellant ad remunerandum, cō-
ceſſionem remanere liberalem, & gratuitam do-
nationem, non autem propriè remuneratoriam, ita
Pinel. in l. 1. par. 3. n. 60. verſ. mihi ſemper placuit.
C. de bon. matern. Ceual. com. cont. com. quæſt. 237.
nu. 22. Coſt. de portio. rat. quæſt. 52. nu. 8. Giurb. ad
conſuetud. Meſſan. par. 1. cap. 10. nu. 12. Quæ opi-
nio, vbi agitur de conceſſione facta per Eccleſiam,
9 in † qua ſemper requiritur euidens vtilitas, videtur
multum rationabilis, & benè ſcripſit *Natt. conſ.*
295. ſub nu. 4. quod tunc Prælatus remunerare
poteſt, ſi habeat tantundem, prudenterq. etiam
monuit *Roſental. de feud. cap. 4. concl. 39. num. 4.*
10 concluſionem illam, † vt Prælatus ob benemerita
poſſit concedere, vel alterare, in puncto iuris peri-
culoſum eſſe. Quæ magnitudo & qualitas merito-
rum, & proportio cum alteratione penſionis à li-
bris 150. ad 70. in caſu præſenti nullo modo con-
ſiderari poteſt ex ſupradictis, ſed inde apparet eui-
dens damnum ipſius Eccleſiæ vltra dimidium. Et
propterea materia articulata apparet irrelevans. &
11 ſic non eſt danda remiſſoria, † ad probandum id,
quod probatum non confert ad cauſam, & diſpen-
dium potius, quàm commodum adfert litigantibus
Menoch. deciſ. 5. num. 6. de probat. Caſſad. deciſ. 21.
num. 1. de dilatio. Caputaq. deciſ. 54. num. 3. & de-
ciſ. 66. nu. 3. & fuit dictum in Romana ſeu Spole-
tana

tana ſucceſſionis 30. Maij 1631. coram me.

Præſertim, quia data, ſine veri præiudicio, etiam
meritorum vrgentia, adhuc illa ſola non ſuffraga-
12 tur, cum non cauſa tãtum, ſed † & ſolemnitas, hoc
eſt beneplacitum Apoſtolicum copulatiuè exiga-
tur in alienationibus bonorum Eccleſiæ, *Rot. apud
Card. Seraph. deciſ. 508. num. 1. & in recent. deciſ.
430. nu. 4. par. 2. & deciſ. 367. num. 1. par. 5.* quæ
ſolemnitas hic deficit. vt ſupra fuit deductum.

Neque dicatur, quod vbi probatum fuerit Scri-
baniam eſſe ſolitam locari, tunc non ſit neceſſaria
ſolemnitas beneplaciti Apoſtolici. Quoniam omiſ-
ſo, quod pro facienda hac probatione, remiſſoria
13 non eſt opus, † cum per inſtrumenta fieri poſſit,
vt ſupra dictum eſt, quatenus etiam id legitimè
probaretur, non releuaret, tum quia vbi ſolitum al-
teratur, prout factum fuit in caſu præſenti à libris
14 annuis 150. ad 70. nõ poteſt adhuc res in emphy-
teuſim concedi ſine beneplacito Apoſtolico iuxta
doctrinam *Dec. in authen qui rem. num. 22. & ibi-
dem Cagnol. nu. 58. Cod. de ſacroſ. Eccleſ. Curt. iun.
de feu. par. 2. quæſt. 6.* & ſequuta fuit *Rota in Ra-
uennaten. emphyteuſis 22. Maij 1628. coram Reue-
rendiſſ. D. meo Decano, quæ eſt deciſ. 176. nu. 42. &
ſeq. par. 5. recent.* Alteratio quippe eſt noua aliena-
tio, vt poſt alios aduertit *Ferdin. à Caſtro Palao de
religio. tom. 2. tracta. 11. §. 4. nu. 4.* & in conceſſio-
ne rei ſolitæ alienari debet adeſſe euidens vtilitas
Eccleſiæ etiam inſpecto tempore præſenti, quo fit
15 renouatio, † non autem tempore, quo res cœpit
alienari, ſeu in emphyteuſim concedi primo loco
per *tex. in extrauag. ambitioſæ*, ibi, *tunc Eccleſia-
rum euidenti vtilitate de reb. Eccleſ. non alien.* &
tradunt *Honded. conſ. 51. nu. 60. & 61. lib. 1. Bor-
gnin deciſ. 30. nu. 15. & 79. par. 2. Molin. de iuſt. &
iur. diſput. 468. nu. 17. Gratian. diſcept. forenſ. cap.
813. nu. 37. & 41. Ferdinan. à Caſtro Palao d. §. 4.
nu. 4. verſ. ſecunda cõditio. Rot. apud Caſ. Graſſ. de-
ciſ. 3. nu. 16. & deciſ. 4. per tot. de reb. Eccleſ. non
alienan. & deciſ. 582. ante nu. 1. & deciſ. 607. n. 1.
par. 1. diuerſ. & in Romana domus 29 Nouemb.
1587. coram Blanchetto, & in Vlixbonen. prædij
14. Ianuarij 1603. coram Ortembergo*, & nuper
*in Aeſina bonorum 27. Martij præteriti coram
R. P. D. meo Buccabella*, quæ vtilitas deficit, vbi ſo-
16 litum alteratur † in præiudicium Eccleſiæ, & res
conceditur vni pro minori pretio, & cum deterio-
ribus conditionibus, quàm antea fuit conceſſa, vel
tunc poſſit concedi alteri, vt per *Gabr. de iur. em-
phyt. concl. 1. nu. 28. Honded. d. conſ. 51. n. 59. lib. 1.
Trentacinq. var. reſol. lib. 3. tit. 1. reſol. 5. num. 8.
Mareſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 3. nu. 24. Gratian. di-
ſcept. forenſ. cap. 88. nu. 36. & 37. Roſental. de feud.
par. 7. concl. 24. nu. 19. vbi adden. litt X. Ferdin. à
Caſtro Palao d. §. 4. ſub nu. 4. Rot. deciſ. 195. nu. 9.
par. 2. diuerſ.*

Tum etiã quia ad hoc vt res ſolita alienari poſ-
ſit ſine ſolemnitate concedi, requiritur, vt duret
17 † eadem cauſa primæ conceſſionis, & res perſe-
ueret in ſtatu primo, neque ſit mutata, ſecus autem
ſi ceſſauerit, & fuerit mutata, vt per *Abb. in cap.
vt ſuper num. 11. verſ. ego crederem de reb. Eccleſ.
non alien. Rebuf. eod. tract. nu. 33. Borgnin. deciſ.
30. nu. 8. & 10. nu. 48. & 53. & n. 85. & deciſ. 31.
nu. 113. & ſeq. Schrader. de feu. par. 4. cap. 2. nu.
20. Rot. apud Caſ. Graſſ. deciſ. 4. nu. 17. de reb. Ec-
cleſ. non alien. & coram Card. Seraph deciſ. 1490.
num. 7. & in Mediolanen. bonorum 23. Ianuarij
1593. coram Orano*, quod requiſitum neque fuit ar-
ticulatum in caſu præſenti.

18 Et demum quia quando res ſolita † concedi fuit
applicata, & incorporata menſæ Prælati, tunc ſi-
ne ſolemnitate amplius concedi non poteſt iuxta
*Guidopap. deciſ. 154. Clar. in §. feudum quæſt. 13.
verſ. bene verum. Schad. de feud. par. 4. cap. 2. n. 24.
Roſental. de feud. cap 8. concl. 33. per tot. Ferdin.
à Caſtro Palao d. §. 4. n. 3. & ſub nu. 4. verſ. tertia
conditio.*

Ex quibus vtraque parte informante reſolutum
fuit denegandam eſſe remiſſoriam.

§ *Infra in hac parte habetur alia deciſio in hac cauſa
ſub die 27. Nouembris 1637. Et in ſequenti parte
adſunt duæ aliæ, & quidem ſingulares, & magi-
ſtrales ſub diebus 26. Februarij 1638. & 21. Maij
eiuſdem anni coram eodem R. P. D. meo Merlino.*

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommiſſi.

Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM.

Fideicommiſſi exiſtentia illius purificatione,
& identitate bonorum probata, non poteſt
denegari immiſſio fideicommiſſario, & quã-
do d. immiſſio non impediatur propter de-
bita teſtatoris ſoluta ab hærede grauato.

SVMMARIVM.

1 *Fideicommiſſario, quibus probatis non poſſit de-
negari immiſſio ſaltem in vim ſaluiani, etiam
quod agatur de fideicommiſſo particulari.*
2 *Fideicommiſſario non poteſt impediri immiſſio ex
eo, quod grauatus prætendat bona retinere ob
credita hæreditaria ab eo ſoluta cum ceſſione
iurium.
Quando iſta debita erant in modica quantitate,
ſi potuerint compenſari cum fructibus ab eo per-
ceptis ex bonis fideicommiſſariis.*
3 *Dotis creditum, mulier grauata reſtituere bona
hæreditaria, non poteſt prætendere illud ex dd.
bonis extrahere, ſi cum fructibus ab ea perceptis
de dd. bonis, potuerit compenſari.*
4 *Hæres grauatus reſtituere, ſi ſoluat debita hære-
ditaria, & reportet iurium ceſſionem, iſta ceſſio
iurium nihil operatur, ſed tantum habet vim li-
berationis, & quietationis.*
5 *Funeris impenſæ ſunt compenſandæ cum rebus,
quæ probantur remanſiſſe penes hæredem graua-
tum de tempore obitus teſtatoris.*
6 *Authorizare ad ſui fauorem aliquod factum ne-
mo valet.*
7 *Filius non tenetur pro debito patris, & ideo non
contra eum eſt dirigenda actio, ſed contra patrem
debitorem.*

DE-

Digitized by Google

DECISIO* CCXLIV.

PROSEQEENTES diſputationem ſuper te-
ſeruatis in deciſione emanata ſub die 11.
Maij proximi præteriti.* Hodie Domini reſpon-
deruut dandam eſſe immiſſionem D. Dominico
de Caſtellana in bonis qu. Gaſpardi de Brancaſſio
poſſeſſis à D. Diana de Gerardis, reſeruato tamen
eidem D. Dianæ certo corpore pro ſc. 1000. & ra-
tiò reſolutionis fuit, quia cum iam per tres deciſio-
nes reſolutum fuit de exiſtentia fideicommiſſi, il-
liusq. purificatione ad fauorem D. Dominici, ac
1 demum † de identitate bonorum, nô poteſt ei de-
negari immiſſio ſaltem in vim ſaluiani, etiam quod
agatur de fideicommiſſo particulari, *Gabr. conſ. 44.
num. 2. & 3. lib. 2. latè Surd. deciſ. 76. num. 6. Se-
raph. dec. 828. nu. 1. Rot deciſ. 368. num. 1. par. 5.
rec. & poſt Peregr. de fideic. art. 45. num. 49. tradit
Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 611. nu. 2.*

Nec viſum eſt obſtare, quod D. Dianæ compe-
petat retẽtio ſaltem ob credita hæreditaria per ip-
2 ſam ſoluta cum ceſſione iurium, † quia cum iſta
conſiſtant in modica quantitate, reſponſum fuit eſ-
ſe compenſanda cum fructibus ab ea perceptis in
multa maiori quantitate ex bonis fideicommiſſo
3 ſubiectis, † vt in fortiori de credito dotis probat
*Text. in l. mulier, la prima. §. cum proponeretur,
verſ. quod ſi tantos fructus. ff. ad Trebell. Caſtr. A-
lex. & alij in l. quod de bonis. §. quod auus. ff. ad l.
Falcid. Rip. in l. in fideicommiſſariam. nu. 19. ff. ad
Trebell. Pariſ. conſ. 25. n. 65. lib. 2. Socc. iun. conſ. 57.
num. 13. lib. 3. Natt. conſ. 321. num. 4.* & ſic ceſſio
4 † iurium nihil operatur, ſed tantum habet vim li-
berationis ſeu quietationis, *Peregr. de fideic. art. 52.
num. 34. Rot. in rec. deciſ. 426. nu. 3. par. 2.*

Nec releuant impenſæ funeris, quia etiam iſtæ
5 viſæ ſunt compenſandæ † cum animalibus, alijsq.
fructibus, qui in magna quantitate remãſerunt pe-
nes D. Dianam de tempore obitus teſtatoris, *Pe-
regr. conſ. 38. nu. 17. verſ. propoſitio eſt veriſſima
poſt med. lib. 4. Fuſar. de ſubſtit quæſt. 670. num. 3.
& faciunt tradit per Rot. in deciſ. 399. nu. 18. par. 5.
rec.* ſed tollitur omnis difficultas, dũ cautius pro-
uidendo indemnitati ipſius D. Dianæ pro omni-
bus ſupradictis creditis, ac expenſis, relinquitur ei
certum corpus ſcut. 1000. vt ſupra dictum fuit.

Minus releuant ſcut. 500. ſoluta Io. Iacobo ſub
prætextu, quod ei hanc ſummam oretenus reli-
querit D. Friai Auctor d. q. Gaſpardi, quia de tali
legato, ſeu mente teſtatoris aliunde non conſtat,
quàm ex propria declaratione recipientis, quod
6 † non valet authorizare factum ad ſui commodum
ad *Text. in l. omnibus. C. de teſt. Alex. conſ. 90. ſub
num. 13. lib. 6. Seraph. deciſ. 289. nu. 4. Ludouic. de-
ciſ. 42. num. 2.*

Demum non obſtant ſcut. 700. quæ dicunt ſolu-
ta à D. Diana ipſi D. d'Ampus, quia iſta nihil ha-
bent commune cum D. Dominico fideicommiſſa-
7 rio, † qui non tenetur pro debito ſui patris, ſed eſt
dirigenda actio contra ipſum D. d'Ampus, vt *tot.
tit. C. ne filius pro patre.*

Et ſic D. Dominico tantum informante reſolu-
tum fuit.

Habetur hæc deciſio infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito.

¶ *Et in eadem cauſa adſunt ſupra alia deciſiones, ideſt ſub diebus 5. Decemb. 1635. & 10. Maij 1636. & 6. Iunij 1636. & 19. Ianuarij 1637. ſunt deciſiones 77. 134. 142. & 189. & infra pariter in hac parte habetur alia deciſio ſub die 16. Decemb. 1637. coram eodem R. P. D. Panzirolo.*

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Romana Pecuniaria.

Die Veneris 6. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Patruus, ſi de nepte multum confidens, plura bona ſub eius nomine emerit, ſi ea agnoſcens bonam fidem erga patruum, & pro exoneratione conſcientiæ declarauerit cum debitis ſolemnitatibus, quod d. bona non ſpectant ad eam, ſed ad patruum, an ſubſtineatur d. declaratio, & ei præiudicet. In confeſſione mulieris quando non requirantur ſolemnitates ſtatutariæ.

SVMMARIVM.

1 *in Confeſſione etiam habet locum Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151.*

2 *Probatio per viam confeſſionis eſt efficacior alijs.*

3 *in Inſtrumento ſi quis exprimat, aliquid nomine alicuius emiſſe, & ille nominatus fateatur, quod in veritate alius fuit emptor, & ipſe ſolum de nudo nomine deſeruiuit, hoc caſu ſtatur eius aſſertioni, & non inſtrumento.*

4 *Confeſſio confitenti præiudicat.*

5 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 151. requirit perſonam patris in contractu celebrando per filium, non ſolum ad authorizandam eius perſonam, ſed etiam pro intereſſe ipſius, ſi agatur de bonis, in quibus pater habet vſumfructum.*

Filij contractus celebratus ſine præſentia patris à Statuto Vrb. lib. 1. cap. 151. requiſita, non annullatur, ſi filius expreſſit, ſe non bene conuenire cum patre nu. 5. & pater idẽ etiã declarauit. n. 7.

6 *pro Decreto Iudicis præſumitur.*

8 *Iudicis authoritas ſupplet præſentiam patris requiſitam in contractu filij, quando d. filius non bene ſe habet cum patre, prout ſupplet, quando pater eſt abſens.*

9 *in Confeſſione mulieris, quando eſt ſimplex, tunc requiruntur ſolẽnitates Statut. Vrb. lib. 1. c. 151.*

10 *in Confeſſione mulieris tunc non requiruntur ſolemnitates Statut. lib. 1. cap. 151. quando eſt adminiculata, vel ſi habeat aliquas præſumptiones pro ſe.*

11 *in Confeſſione mulieris requiruntur ſolemnitates Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. quando ipſi Statuto poteſt fieri fraus.*

Fraudis ſuſpicio tollitur ex contrarijs præſumptionibus. num. 11.

12 *Mariti confeſſio de receptione dotis probat concurrentibus adminiculis.*

13 *Procuratoris confeſſio probat concurrentibus adminiculis, quæ tamen aliàs non probat.*

14 *Procurator non poteſt voluntariè confiteri.*

15 *Procurator aliquid confitendo non poteſt efficere, vt Dominus in pœnas incidat.*

16 *Fraudare quis non præſumitur voluiſſe eum, quem vnicè diligebat.*

17 *Mulier, ſi ſit pauper, & non ſit induſtrioſa, non eſt veriſimile, quod ipſa acquiſiuerit notabilem ſummam pecuniarum.*

18 *in Probationibus Iudex debet amplecti veriſimilitudinem.*

19 *Veriſimilitudo dicitur cognata naturæ.*

20 *à Veriſimilitudine argumentum valet tanquam à ratione naturali.*

21 *Bona aliqua ſi quis ex proprijs pecunijs emiſſet, non eſt veriſimile, quod ipſe ſemper tacuiſſet, ſi alius fructus illorum percepiſſet.*

22 *Veriſimilitudo iuncta cum alijs adminiculis facit plenam probationem.*

23 *Veriſimili vno applicato pluribus veriſimilibus facit plenam probationem.*

24 *Confeſſio quando fuit facta ad exonerandam conſcientiam, aſſimilatur, & æquiparatur diſpoſitioni ad fauorem animæ, & piæ cauſæ.*

25 *Confeſſio mulieris facta ad piam cauſam, tunc in ea non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ.*

26 *Mulier non iuuatur Velleiano, ſi promiſit ſoluere debita viri præmortui pro exoneranda illius conſcientia.*

27 *Legatum factum à muliere ſecundo viro, vt pro eius anima illud diſtribuat, validum eſt, & non debet iudicari in fraudem.*

28 *in Legato pio facto à muliere ceſſat omnis ſuſpicio fraudis.*

29 *Legatum annuum à marito vxori factum diſtribuendum pro exoneratione illius conſcientiæ, validum eſt abſque fraudis ſuſpicione.*

30 *Pia cauſa in generali prohibitione nõ continetur.*

DECISIO CCXLV.

MARCVS ANTONIVS Incaſatus Imperiã filiã Coſmi fratris ſui, qui ſe abdicauerat omnia bona, aluit penès ſe, & matrimonio collocauit Iulio primo viro cum dote ſcutor. 4000. multumque illi confidens, plura bona emit ſub nomine dictæ Imperiæ, quæ de anno 1615. exiſtens vidua, agnouit bonam fidem erga patruum, & pro exoneratione ſuæ conſcientiæ declarauit mediante publico, & ſolemni, ac iurato Inſtrumento cum decreto Iudicis, & auctoritate ſpecialis curatoris ad hoc deputati in defectum proximiorum iuxta formam Statuti Vrbis dictas acquiſitiones ſuo nomine factas, tàm viuente dicto Iulio primo viro, quàm tempore viduitatis ſpectare ad prædictum Marcum Antonium patruum, quia de illius proprijs pecunijs fuerunt factæ, ipſamq. habuiſſe in eis tantum nudum nomen. Iterum poſtea nupſit dicta Imperia D. Fabio cum dote ſcutorum 10. millium traditã ab eodem Marco Antonio, qui demũ obijt de anno 1629. relicto hærede Lelio filio dictæ Imperiæ ex primo viro, qui obtinuit in Rota committi cauſas iactationis, & iactationum *ſuper hæreditate dicti Marci Antony contra Imperiam, quæ citata oppoſuit de pendẽtia litis in Foro Capitolino, in quo cum ſolum penderet iudicium particulare ſuper certo corpore, de quo non agitur in Rota.*
Hodie dubitaui, an dicta declaratio ſuffragetur Le-
lio hæredi prædicti Marci Antonij.

Et Domini affirmatiuè reſponderunt, quia cum
iſta declaratio fuerit ab Imperia facta cum ſolem-
1 nitatibus Statuti Vrbis c. 151. lib. 1. quod † regu-
lariter habet locum etiam in confeſſione, *Creſcen.*
deciſ. 2. de confeſſ. Put. dec. 7. & 55. lib. 3. ſuffragatur
2 Lælio, nam iſta eſt probatio † efficacior alijs, *l. cum*
te, C. de tranſact. vbi latè *Iaſ. Alex. conſ. 13. in princ.*
lib. 1. vbi apoſtilla in verbo confeſſio, & in puncto,
3 quod ſi quis exprimat † in inſtrumento emiſſe no-
mine alicuius, & ille nominatus fateatur, quod in
veritate alius fuit emptor, & ipſe ſolum de nudo
nomine inſeruiuit, ſtetur tali confeſſioni, & non in-
ſtrumento dicit *Soccin. iun. conſ. 228. in cauſa Ga-*
4 *brielis lib. 2.* quia † confeſſio confitenti præiudicat,
l. cum præſum. C. de liber. cauſ.

Neque obſtat, quod in hac confeſſione Imperiæ
non interuenit præſentia patris, quæ vltra proxi-
miores requiritur à ſtatuto, & quæ videtur requi-
5 ri, † nedum ad integrandam perſonam filiæ, ſed etiã
pro intereſſe patris, ſi agatur de bonis, in quibus
pater habet vſumfructum ex adductis per *Picum*
ad iſtud Statut. gloſ. 18. Nam fuit reſponſum, quod
Imperia expreſſit, ſe non benè conuenire cum pa-
tre, & ſuper hoc Iudex præſumitur ſe informaſſe,
6 † cum præſumitur pro decreto Iudicis, *Caſtrenſ.*
conſ. 432. nu. 2. lib. 1. Alex. conſ. 80. num. 1. vol. 5.
ſanct. mem. Greg. deciſ. 406. nu. 7. verſ. præſumitur.
Rota deciſ. 316. num. 1. par. 1. diuerſ. & in recent.
deciſ. 545. ſub nu. 4. par. 4. ead. Rota apud Picum
deciſ. 11. nu. 11. quod maximè procedit, quia Coſ-
mus pater declarauit, quod de dicto anno 1615.
quo fuit facta dicta confeſſio, non benè ſe habebat
7 cum filia, † hæc enim declaratio multum facit, vt
innuit *Rota d. deciſ. 11. nu. 11. in fine. verſ. maxi-*
mè cum in hoc iudicio, quare dicendum eſt, quod
8 auctoritas Iudicis ſuppleuit præſentiam † patris,
prout ſupplet, quando pater eſt abſens, *Carpan. ad*
Statut. Mediolan. par. 1. c. 416. nu. 126.

Et ceſſat difficultas, quia licet, vt ſupra dictum
fuit, regulariter in confeſſione mulieris requirantur
9 ſolemnitates dicti Statuti cap. 151. lib. 1. Hæc † ta-
men regula procedit in ſimplici confeſſione, & ita
ſunt intelligendæ *deciſiones Puteı 7. & 55. lib. 3.* ſu-
pra allegatæ, ſecus autem in confeſſione adminicu-
10 lata, vel quæ habet aliquas † præſumptiones pro
ſe, prout eſt in caſu noſtro, ſicuti infra dicemus, &
ita declarauit *Rota apud Acchill. deciſ. 1. de confeſſ.*
quam Rota pluries ſequuta fuit *Seraph. deciſ. 617.*
num. 11. & deciſ. 1134. nu. 3. & deciſ. 1443. nu. 1.
& coram bo. me. Epiſcopo Attrebaten. in cauſa
Romana ſocietatis 9. Febr. 1607. apud Zacchiam de
ſociet. offic. deciſ. 24. num. 5. Rot. diuerſ. deciſ. 177.
nu. 6. par. 2. coram ſanct. me. Clem. VIII. & in
recen. deciſ. 771. nu. 4. verſ. ceſſare, & alias deciſio-
nes allegant *Addentes ad dec. 188. ſan. mem. Greg.*
num. 11. verſ. tamen, & tenent *Gabr. conſ. 51. n. 15.*
vol. 2. Boccac. ad conſtit. Piceni gloſ. 8. nu. 24. verſ.
quas

Digitized by Google

quas deciſiones, vbi etiam quod *Rota in d.deciſ. apud Acchillem*, ita intellexit deciſiones Putei, *Pic. ad dictum Statut.gloſ 7. nu.* 42. & verè iuxta *deciſ.Acchill.* eſt quoque intelligenda *deciſ. Creſc.* 1.
11 *de confeſſ.* vbi dicit ſtatutum habere † locum etiam
in confeſſione, quãdo ipſi ſtatuto poteſt fieri fraus,
hoc enim ceſſat, dum in contrarium adſunt præſumptiones, quæ tollunt ſuſpicionem fraudis, *cap. litteras de reſtit. Spoliat. l. Dinus. ff de reſtit. in integr.* Hinc videmus in ſimili, quod confeſſio mariti
12 † de receptione dotis probat concurrentibus coniecturis, *Gabr. de iure dot. concl. 4. nu. 4. Mohed. deciſ. 2. de confeſſ.* & idem in confeſſione procurato-
13 ris, † quæ probat cõcurrentibus adminiculis, *Put. deciſ 416. lib. 3.* quæ tamen aliàs non probaret, quia
14 † procurator non poteſt voluntariè confiteri. *Doctores in c. 1. vt lite non conteſt.* neque efficere
15 confitendo, vt Dominus † incidat in pœnas, *Alex. conſ. 73. nu. 8. lib. 6. Roland. conſ. 71. in fin. lib.* 2. ita Boccacius loco citato, vbi quod ſic vidit ſeruari per Dominos.

Adminicula in hoc caſu ſunt clariſſima, quia cõſiderata perſona Marci Antonij patrui, nulla adeſſe videtur cauſa, cur voluerit, extorquendo ſimilem confeſſionem à nepte, illam fraudare, dum ipſe non habebat filios, neque filias, ſed iſtam neptem vnicè diligebat, cum illam in propria domo receperit,
16 aluerit, ac dotauerit, † vnde redditur inueriſimile,
quòd illam fraudare voluerit, & ſic nõ credendum, *Aym. conſ 40. num. 3. vbi latè Rimin. iun conſ 362. num. 15. & 16. lib. 4.*

Secundum adminiculum eſt ex qualitate ipſius Imperiæ, quæ pauper erat, dum Coſmus illius pater omnia bona diſtraxerat, & reſeruauerit ſolùm ſibi
17 ſcuta 22. menſtrua, quare eſt † inueriſimile, quod
mulier pauper, nec taliter induſtrioſa poſſet acquirere tot pecunias, vt dicta bona emeret. Iudex
18 enim in † probationibus debet veriſimilitudinem
amplecti, *Aretin. conſ. 9. vol 2. Aym. conſ. 61. nu. 9. & conſ 32. nu. 5. & conſ. 75. num. 4. & conſ. 135.*
19 *num. 33.* quia veriſimilitudo dicitur † cognata na-
turæ, *Aym. d. conſ. 61. nu. 9. Oſaſch deciſ. 170 nu. 8. & ſeqq.* & valet argumentum à veriſimilitudine
20 tanquam † à ratione naturali, *Riminald iun. d. cõſ.*
362. nu. 18. lib. 4. Oſaſch. loco allegato.

Tertium adminiculum eſt, quod ab anno 1615. quo fuit facta declaratio vſq; ad annum 1629. quo obijt Marcus Antonius, Imperia ſemper tacuit, & Marcus Antonius percepit fructus dd bonorum,
21 non enim veriſimile eſt, quod † ſi dicta bona fuiſ-
ſent empta ex proprijs Imperiæ pecunijs, ipſa tacuiſſet, maximè quod habebat virum D. Fabium I.C. vigilantiſſimum, & hæc tertia inueriſimilitu-
22 do iuncta, † cum alijs facit plenam probationem,
vt per *Dec. conſ. 596. n. 9. Marſil. ſingul. 396. Ay-*
23 *mon. conſ. 258.* vbi loquitur de vno † veriſimili ap-
plicatio pluribus veriſimilibus, quod faciat plenam probationem.

Et prædicta adminicula, & coniecturæ eo magis caſu noſtro operantur, vt d. confeſſio etiam ſine ſo-
24 lemnitatibus ſtatutarijs probet, † quod fuit facta
ad exonerandam conſcientiam, & ſic aſſimilatur, & æquiparatur diſpoſitioni factę ad fauorem animæ, &
25 cauſæ piæ, in † qua ſolemnitates non ſunt neceſſa-
rias, vt in ſpecie concludit *Francus deciſ. 237. n. 2. & 4. & notat Tiraquell. de pia cauſ. in præfat. col. 2. in princ. verſ. item relictum poſt gloſ. in l. ſi quis. Titio. ff delegat. 2. Bart. in l. Lutius. ff. de alim. & cibar. legat Corneus conſ 322. nu. 6 col. 3. verſ. & maximè lib. 3 Bald. in Auth. ſimiliter. n. 2. vbi Roman. num. 2. col. 1. C. ad l. Falcid. Gratian. diſcept. 831. nu. 1. & diſcept 878. nu. 21. & 22 & dixit Rota in cauſa Romana molendini 4. Martij, & 27. Iunij 1633. coram R.P.D. meo Pirouano*, & hinc
26 eſt, quod mulier non iuuatur Velleiano, ſi † promi-
ſit ſoluere debita viri præmortui pro exoneranda illius conſcientia, *Franc. d. deciſ. 237. nu. 2 & ſeqq. Caball. conſ. ciuili 2. per tot. vol. 1. Paſchal de virib. patriæ poteſt. par. 3. c. 5. nu. 18. verſ. multo magis*, & alij relati *per Thor. in compend. deciſ. Neapolit. par. 1. verſ. mulier vidua fol.* 344. & hinc eſt etiã,
27 quod legatum † factum à muliere ſecundo viro, vt
pro eius anima diſtribuat illud validum eſt, & non iudicari in fraudem, *l. hac editali. C. de ſecund. nupt.*
28 quia eſt legatũ pium, † & in ipſa cauſa omnis frau-
dis ſuſpicio ceſſat *Io. Baptiſta Hodierna in repetit. d. l. hac editali quaeſt. 37 nu. 1. & 2.* & legatum annuum à marito vxori factum diſtribuendum pro
29 exoneratione illius conſcientiæ † validum eſt abſ-
que fraudis ſuſpicione, cum pia cauſa in generali
30 prohibitione † non contineatur *gloſ. in c 2. de reb.*
Eccleſ. non alien. Tiraquell. de priuil. piæ cauſæ in præfat. circa finem. Caball. reſol. crimin. caſu 232 nu. 34. & alia exempla adducit Hodierna loco cit nu. 5. cum plurib ſeqq.

Et ita concluſum articulo maturè diſcuſſo, licèt ſolus Lelius informauerit &c.

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Veneris 6. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Ratificatio licet equiparetur mandato, tamen quando non retrotrahatur. Supplicatio ſol quando non attendatur, & quando probet.

SVMMARIVM.

1 *Succeſſor poteſt petere manutentionem à ſuo anteceſſore petitam.*
2 *Ratificatio mandato æquiparatur.*
3 *Ratificatio non retrotrahitur, ſi agatur de præiudicio tertij.*
4 *Coadiutoria dicitur effectuata, ſi coadiutor poſſideat.*
5 *Iudicandum non eſt iuxta formam ſupplicationis. Et hoc intellige verum ad commodum ſupplicãtis.*
6 *Supplicatio probat, quando tantum agitur ad probandam impetrationem, et præcedentẽ vacationẽ*

DECISIO CCXLVI.

FVERAT reſolutum ſub die 7. Nouembris ſuperioris anni * ſex Portionarios, de quibus agitur, eſſe manutenendos in poſſeſſione exigendi tria regalia; Cum autem dubitaretur à qua die inci-

ciperet huiuſmodi manutentio, Domini cenſue-
runt, quod reſpectu Ludouici, Hieronymi, Thomæ,
& Hiacynthi ſit dandum dictum mandatum à die
prouiſionis, & qua cœperunt inſeruire, quia con-
ſtat illos eſſe ſucceſſores quatuor ex illis viginti-
nouem, à quibus ab initio litis fuit petitum man-
datum de manutenendo, & cum Portionatus ſit,
1 qui poſſidet, Portionarius † ſucceſſor in illo po-
teſt petere manutentionem, vt abundè fuit dictum
in deciſione facta 13. Iunij 1636.* quæ concluſio
non fuit impugnata in deciſione facta 7. Nouem-
bris ſuperioris anni, quæ reuidetur, nec poteſt im-
pugnari. Quo verò ad alios duos nempè Michae-
lem Portionarium, & Ioannem Beneficiatum, de
quorum ſucceſſione non benè conſtat, cenſuerunt
Domini dadũ eſſe mãdatũ à die ratificationis litis,
2 ratificatio † enim æquiparatur mandato, non ta-
3 men in hoc caſu trahitur retro, cum agatur † de
præiudicio Capituli, *Pariſ. conſ. 14. in princip. n. 3.
lib. 1. Dec. conſ. 247. nu. 5. verſ. ſexto & vltimo,
Rimin. iun. conſ. 203. nu. 55. & ſeqq.*

De ſucceſſione verò Ludouici conſtat, quia ip-
ſe fuit prouiſus per obitum Ioannis Hurtado, qui
fuit coadiutor cum futura ſucceſſione Antonij Iu-
ſte, qui eſt nominatus inter illos viginti nouem
Portionarios, qui ab initio petierũt manutẽtionẽ.

Et de ſucceſſione Hieronymi conſtat, quia fuit
coadiutor Auguſtini Lopez nominati in dicta pri-
ma petitione mandati de manutenendo, quæ coa-
4 diutoria † præſumitur effectuata ex quo d. Hiero-
nymus poſſidet iuxta *conſ. Oldradi* 229.

Succeſſio Thomæ probatur, quia ipſi reſignauit
Nicolaus Perez, qui habuit coadiutoriam Ioan-
nis Martialis nominati in prima petitione ſupra-
dicta.

Et tandem de ſucceſſione Hiacynthi cõſtat, quia
ipſe permutauit cum Andrea Alonſo, qui ſucceſſe-
rat Martino Caſtellon vni ex nominatis vt ſupra.

Neque obſtat, quòd iſta ſucceſſio probetur ſolũ
5 per ſupplicationes † ſignatas, & ideo refragetur
regula de non iudicando iuxta formam ſupplica-
tionis, quia hoc eſt verum ad commodum impe-
6 trantis, ſed cum hodie agatur ſolum † ad proban-
dam impetrationem, & præcedẽtem vacationem,
ſupplicatio probat, & attenditur, *Vuameſius conſ.
222. nu. 5. vol. 1. & conſ. 340. n. 11. vol. 2.* qui mo-
uetur auctoritate *Rotæ deciſione 27. de reſcript. in
nou.* & hoc dictum ſequitur *Cochier. ſuper regul.
de non iudicando num. 33. verſ. ſeptimo ſtabitur ſi-
gnaturæ, & dicto nu. 33. per tot.* ponit alias limi-
tationes, quarum aliquæ benè poſſunt applicari ad
hunc caſum *Caſſador. deciſ. 8. de reſtit. ſpoliat. Se-
raph. deciſ. 538. ſan. mem. Greg. deciſ. 540. nu. 6.*

Et ita concluſum vtraque parte informante.

** Habentur iſtæ deciſiones infra in Additione pro-
ut in Indice in eius fine poſito. Alias deciſiones in
hac cauſa annotaui ſupra ad deciſionem 20. quibus
adde aliam deciſionem ſub die 3. Decembris 1640.
coram R.P.D. Panzirolo.*

R. P. D. CARRILLO.

Elboren. Iuris conferendi.

Die Veneris 13. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Præſentandi quaſi poſſeſſionem ad certa bene-ficia alicuius Diœceſis, ſi quis prętendat habere, id quidem concludenter probare tenetur, cum Ordinarij habeãt intentionem fundatam in iure, circa collationem omnium beneficiorum exiſtentium intra fines ſuæ Diœceſis &c.

SVMMARIVM.

1 *Ordinarius habet intentionem fundatam de iure communi ſuper collatione omnium beneficiorum exiſtentium intra fines ſuæ Diœceſis. & nu. 6.*

2 *Itaut alleganti contrarium, incumbit onus plenè, & quidem concludenter probandi, & hoc maximè, ſi repugnet vltimus ſtatus.*

3 *Iuriſpatronatus donatio, vt ſuffragetur, quid ſit probandum.*

4 *Iuſpatronatus, quando eſt ſuſpectum de vſurpatione, ad illud probandum, requiritur immemorabilis ante Concil.*

5 *Poſt vero Concilium immemorabilis cum præſentationibus continuatis ſpatio 50. annorum.*

6 *Donatio alicuius rei, ſi ſit facta ſub illis verbis, quod iura ſibi competentia ſine præiudicio iuris alterius donat, ex hoc conuincitur, quod alius in ea re habet intereſſe.*

7 *Obſeruantia deſeruit pro interpretatione diſpoſitionum.*

8 *Eccleſia donata ex diſpoſitione iuris non veniunt beneficia in ea exiſtentia.*

9 *Eccleſia aliud eſt, & aliud beneficium in Eccleſia.*

10 *Epiſcopus non poteſt ſubijcere beneficia libera ad iuſpatronatus, nec etiam cum cõſenſu Capituli.*

11 *Succeſſori quis per donationem non poteſt præiudicare.*

12 *Præſentandi ius ex priuilegio ſublatum eſt vigore Concil. Trident.*

13 *Præſentationes, ſi non appareant continuatæ, nec effectum ſortitæ, non ſuffragantur.*

14 *Sententia non præiudicat iuribus non citati.*

15 *ex Sententijs nullis non probatur aliqua poſſeſſio.*

16 *Præſentandi quaſi poſſeſſionem, vt quis acquirat, quid requiratur.*

17 *in Beneficijs ſemper vltimus ſtatus attenditur, dũ non conſtat de vltimo ſtatu antecedenti.*

18 *Teſtes, qui ſimpliciter deponunt de auditu, non releuant.*

19 *Teſtes, qui coadiuuantur ex præſumptione iuris, ſunt alijs præferendi.*

DECISIO CCXLVII.

PRÆTENDEBAT Religio de Auis antiquitus fuiſſe in quaſi poſſeſſione præſentandi ad beneficia exiſtentia in Eccleſijs Sanctæ Mariæ de

Beja

Digitized by Google

Beja, & Sancti Ioannis de Coruche Elboreñ Diœc.
vigore donationum de prædictis Eccleſijs factarum
ipſius Religionis Magiſtro, & ſucceſſoribus ab Al-
phonſo Portugalliæ Rege ſub diebus 2. Nouemb.
1286. & 20. Maij 1308. & ideo de anno 1571. iu-
dicium ſuper ſpolio intentauit coram Religionis
Conſeruatore contra Archiepiſcopum Elboreñ, sẽ-
tentiamq. reintegratoriam reportauit, quæ in gra-
du appellationis fuit per Franciſcum Rabello con-
firmata: vnde introducta cauſa in Rota variæ ema-
narunt deciſiones circa nullitates dd. ſententiarũ
coram R.P.D. Corduba, & Patriarcha Manzane-
do, in cuius locum ſubrogatus dubitaui, an ſenté-
tiæ de partibus eſſent iuſtæ, & Domini poſt quar-
tam dubij propoſitionem eas eſſe iniuſtas reſpon-
derunt.

Ea moti præcipuè ratione, quia ſententiæ latæ
1 fuerunt contra Ordinarium, qui habet † intentio-
nem fundatam de iure communi ſuper collatione
omnium beneficiorum exiſtentium intra fines ſuæ
Diœceſis, *c. regenda 10. quæſt. 1. c. omnes Baſilicæ
16. quæſt. 7. c. ex frequentibus de inſtit. Gonzal. in
regul. 8. §. 1. in proœm. nu. 21. & gloſ. 11. nu. 38.
Rot. deciſ. 416. nu. 1. par. 2. recen. etiam ſi beneficia
exiſterent in Eccleſia Regulari c. Abbat. vbi Abb.
n. 3. de verb. ſignif. Vital. in clem. vnic. nu. 16. de
ſupplen. neglig. Prælatorum Gonzal. ſup. regul. 8.
gloſ. 23. nu. 22. Rot. in Vrbeuetana beneficij 15. De-
cembris 1625. & 9. Iunij 1627. coram Reueren-
diſs. Vrgellen.* alleganti autem contrarium incum-
2 bit † onus plenè, & quidem concludenter proban-
di maximè quando repugnat vltimus ſtatus, de
quo infra *Seraph. deciſ. 1120. nu. 1.*

Quæ concludens probatio in præſenti deſumi
minimè poteſt ex dd. donationibus Regis Alphõſi
datis in ſumm. Religionis num. 5. & 32. quia ex il-
3 lis non † probatur iuſpatronatus competijſſe Regi
donanti, prout probari debet ad effectum vt dona-
tio ſuffragetur, *l. quod in venditione, & l. quod ſic
ff. de hær. vel act. vendit. ſpeculat. in tit. de emphyteu-
tico. §. nunc aliqua. verſ. 58. Bart. in l. ſi ſic. §. 1. vlt.
quæſt. ff. de legat. 1. cum alijs allegat. ibi per Alex.
Natt. conſ. 10. num. 7.* & requiritur, prout in caſu
4 præſumpto † vſurpationis probatio per immemo-
rabilem ante Conc. *Acchill. deciſ. 4. de iure patron.*
& poſt Conc. p immemorabilem cũ pręſentationi-
5 bus † continuatis ſpatio 50. annorum vt in termi-
nis Imperatoris eſt *deciſ. Put. 369. nu. 1. lib. 2. &
in terminis donationis Regiæ Mobedan. dec. 10. n. 2.
de iure patron. ac in terminis donationum Regum
Portugalliæ. Rot. in Bracharen. iurisſpatronatus de
Ganſei 5. Iunij 1606. coram Sacrato, & in Bra-
charen. Parochialis 30. Ianuarij præt. coram R. P.
D. meo Veroſpio.*

Et in omnem euentum cum in dd. donationibus
nulla fiat mentio de huiuſmodi beneficijs, immò
potius quodammodo excipiantur, vt ex verbis do-
nationis Eccleſię S. Mariæ de Beja *ibi ſe donare iu-
ra ſibi competentia ſine præiudicio iuris alieni &c.*
Ex quibus apertè conuincitur, quod alius in dicta
Eccleſia haberet ius, quod non poteſt conſiderari,
6 niſi reſpectu Archiepiſcopi, † qui habet ius confe-
rẽdi beneficia intra ſuam Diœc. donationes intel-
ligendæ ſunt de Prioratibus, & Præceptorijs dd.

Eccleſiarum prout obſeruantia docuit, quæ bene
7 deſeruit pro interpretatione, † vt comprehendan-
tur beneficia exiſtentia in Eccleſia donata, *Corn.
conſ. 188. nu. 10. lib. 4. Becc. conſ. 101. nu. 49 Hon-
ded. conſ. 92. nu. 27. vol. 1. Rot. deciſ. 256 in fin. p. 2.
8 diuerſ.* & eo magis, quia ex diſpoſitione iuris † do-
nata Eccleſia non veniunt beneficia in ea exiſtẽtia,
9 ſiquidem aliud eſt Eccleſia, & † aliud beneficium
in Eccleſia *Card. in c. final. de iurepatronatus, vbi
Abb. nu. 1. verb. in cæpta Calderin. conſ. 18. in
princip. eod. tit. Caſſad. deciſ. 21. de præben.*

Nec prædictum iuſpatronatus iuuari poteſt ex
concordijs, ſeu potius donationibus Religioni fa-
ctis de annis 1293. & 1318 vt in ſum. nu. 6. & 43.
in quibus Epiſcopi d. temporis vltra iuſpatronatus
Religioni donatum per Regem Alphonſum dona-
runt etiam ipſi ius præſentandi ad beneficia ſim-
plicia, de quibus agitur, quoniam prædictæ dona-
tiones Religioni ſuffragari non poſſunt, tum quia
10 deficiebat poteſtas in Epiſcopis, † qui non potue-
runt ſubijcere iuripatronatus beneficia libera, nec
etiam cum Capitulo, *Abb. in conſ. 106. lib. 2. Bero.
conſ. 44. nu. 33. lib. 1. Garz. de benef. par. 5. cap. 9.
nu. 128. & ſeqq. Calder. conſ. vlt. de iurepatr. Rot.
deciſ. 318 num. 7. par. 5.* tum quia huiuſmodi do-
11 nationes non egrediuntur † ſuos Auctores, & ita
non potuerunt præiudicare ſucceſſoribus *cap. ve-
niens. de tranſact. Abb. in cap. cum olim. nu. 4. de
priuileg. Calderin. conſ. 12. de reb. Eccleſ. non alien.
Dec. conſ. 152. Rot deciſ. 715. par. 4. diuerſ.* tum &
12 etiam quia tale ius præſentãdi † ex priuilegio fuit
ſublatum ex diſpoſitione *Sacr. Conc. Trid. in cap. 6.
ſeſſ. 25. de reform. Rot. deciſ. 658. nu. 3. par. 1. recen.
Seraph. dec. 1395. nu. 4.*

Neque poteſt prædicta Religio fouere ſuum ius
ex præſentationibus factis à Priore, & Beneficiatis
13 ad iſta beneficia, quia † cum non appareant con-
tinuatæ, nec effectum ſortitæ, non ſuffragantur *Ol-
drad. conſ. 229. nu. 2. Rocch. de Curte de iurepatr.
verb. competens. nu. 37. Ioan. de Selua de benef. 2.
par. quæſt. 7. nu 7. Gonzal. ſup. regul. 8. gloſ. 45.
§. 2. nu. 37. Calderin. conſ. 12. de iurepatr. Put. de-
ciſ. 136. num 3. lib. 3.* nam quoad Eccleſiam Sanctæ
Mariæ de Beja dantur duæ ſententiæ latæ de anno
1453. & 1491. ad fauorem aliquorum, qui dicun-
tur prouiſi à Priore & Beneficiatis, ſed cum non
fuerint latæ inter eos, quorum vnus prætenderet
habere beneficium vti liberum, & alter vti de iu-
14 repatr. † non poſſunt præiudicare iuribus Archie-
piſcopi, qui non fuit citatus ad tradit. *per Mobed.
deciſ. 8. in fine de ſent. & re iud. præſertim cum
appareant latæ à Iudice inferiori, & non ab ordi-
nario Rot. deciſ. 172. nu. 2. par. 3. recent.* & ideo ex
15 his non probatur aliqua poſſeſſio † ſeu effectuatio,
*Alex. conſ. 4. nu. 4. vol. 5. Rot. deciſ. 3. nu. 6. & 7. de
reſtit. ſpoliat. in nou. & coram Reuerendiſſ. D. meo
Decano deciſ. 185. nu. 2.* prout nec etiam † releuant
litteræ patentes Archiepiſcopi permutationis de
anno 1459. cum non appareat de præſentatione
16 ſeu conſenſu partis, ac de effectuatione † prout re-
quiritur ad effectum acquirendi poſſeſſionem, *Go-
mez. in regul. de annal. quæſt. 47. & in regul. trien.
quæſt. 60. Calder. conſ. 6. de cauſ. poſſeſſ. Caputaq.
deciſ. 337. 338. 339. & 418. par. 2.*

Digitized by Google

Quo verò ad Eccleſiam de Coruche licet dētur
prouiſiones beneficiorum in ea exiſtentium ſactæ
ab Archiepiſcopis vti de deuolutis, & plures cōfir-
mationes, in quibus enunciatur, quod fiebant de
præſentatis à Priore & Beneficiatis, tamen cū nul-
la ex dd. prouiſionibus oſtendatur ſuum habuiſſe
effectum præter inſtitutionem Baptiſtæ Cottæ, qui
poſtea beneficium reſignauit vti liberum. Viſum
fuit Dominis nō releuare ex ſupracitatis maximè
contra Ordinarium, pro cuius parte datur vltimus
ſtatus iſtorum beneficiorum vti de libera collatio-
ne, quod probatur etiam ex ſententijs reintegra-
torijs ad poſſeſſionem præſentandi ad fauorem Re-
ligionis obtentis, & omnes collationes Archiepi-
ſcopi ſuum ſunt effectum ſortitæ, quòd nec à parte
negatur, & ſic intrat concluſio, quod dum non cō-
17 ſtat † de valido ſtatu antecedenti ſemper in bene-
ficijs vltimus ſtatus attendatur *Calderin. conſ.23.
ſub nu.1. ad fin. verſ. & hæc videntur de præben. Si-
monet. de reſeruat. quæſt. 170. Lotter. de re benef.
quæſt.34. num.26. & ſeqq. cum alijs cumulat. per
adden. ad Greg. XV. deciſ.77. num.12. & benè di-
ſtinguit Rot. deciſ.229. par.1. recen.*

Non obſtant teſtes examinati pro parte Reli-
gionis, etenim vltra alias exceptiones ſunt de ſim-
18 plici auditu, † & non deponunt à quibus id audi-
uerint de tempore reſtricto ante motā litem pro-
ut requiritur *Anchar. in cap. licet cauſam. nu.14. de
probat. Put. dec.348. nu.1. lib.2.* & pro parte Ar-
chiepiſcopi dantur alij teſtes, qui deponūt Archie-
piſcopum fuiſſe, & eſſe in pacifica poſſeſſione libe-
rè conferendi omnia beneficia pro tempore vacā-
tia in ſuis menſibus exiſtentia in dd. Eccleſijs ſciē-
tibus, & patientibus Prioribus, & Beneficiatis, qui
tradiderunt poſſeſſionem, quæ depoſitio teſtium
19 coadiuuatur ex præſumptione iuris † quam habet
Archiepiſcopus ſuper iure conferendi in dd. Ec-
cleſijs, & ideo attendenda & præferenda eſt ad tra-
dit. *per tex. in l.3. ff. de teſtib. & benè gloſ. ſingu-
lar. in cap.1. de præſcript. lib.6. Abb. in cap. licet.
cauſam de probat. nu.9. & in cap. auditis. de præ-
ſcript. nu.15. Felin. & Imol. in cap. in noſtra de
teſtib. Bald. in l. ob carmen. ff. de teſtib. Pariſ. conſ.
88. vol.3. Aretin. conſ.44. Gabr. concluſ.4. lib.1. de
teſtib. nu.23. Greg. deciſ.325. nu.16. & 17. &c.*

Ex quibus dixerunt Domini ſentētias eſſe iniu-
ſtas, ſiue illæ fuerint latæ ſuper ſpolio, ſiue ſuper
proprietate. Vtraque parte informante &c.

§ *In hac cauſa in ſequenti parte aderunt alia deci-
ſiones, ſcilicet ſub diebus 1. Martij 1638. & 1. Iu-
nij 1640. & 4. Iulij pariter 1640. coram eodem
R.P.D. Carrillo, & ſub die 5. Decembris etiam
1640. coram R.P.D. Panzirolo.*

REV.MO P.D. PIROVANO DECANO.

Rómana Fideicommiſſi de Incoronatis.

Die Veneris 13. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Filij in conditione poſiti, vigore ſtatuti Vrb.
lib.1. cap.142. cenſentur vocati, quod ſta-
tutum habet locum non tantum in deſcen-
dentibus, ſed etiam in tranſuerſalibus. Ol-
drad. conſil.21. quando ſit inhærendum, &
quando non.

SVMMARIVM.

1 *Filij in conditione poſiti habent expreſſam voca-
tionem ex Statuto Vrbis lib.1. cap.142.*
2 *Statut. Vrb. lib.1. cap.142. non ſolum habet locū
in deſcendentibus, ſed etiam in tranſuerſalibus.*
3 *Nepotes, & pronepotes alicuius, ſi in infinitum
ſint vocati ex mente, & verbis teſtatoris, pari-
ter grauati ſunt reſtituere poſt obitum eorum
alijs à teſtatore vocatis.*
4 *in Conditione poſiti, ſicuti non differunt in voca-
tione ab eis, qui directè ſunt nominati, ita in re-
ferente omnes comprehenduntur, ſi ſupradicti
ſint certi, & ſub dictione vniuerſali.*
5 *Verbum, ſupradicti, aut ſupranominati ad quid
ſit referendum.*
6 *Fideicommiſſum ex quibus coniecturis ad infini-
tum, & in perpetuum præſumatur à teſtatore
præordinatum. nu.7.*
8 *Conditio, ſi omnes deceſſerint ſine filijs, deficit, ſi
vnus moriatur cum filijs.*
9 *Oldrad. conſ.21. tunc inhærendum eſt, quando te-
ſtator iniunxit grauamen tantummodo filijs ad
inuicem, vel reſpectiuè ad alios.*
10 *Secus vero, quando idem grauamen iniunctum
eſt filijs filiorum in infinitum vel expreſſè, vel
per coniecturas. & vide nu.11. vſque ad finem.*

DECISIO CCXLVIII.

MARCELLVS de Incoronatis vſque de an-
no 1563. teſtamentum condidit, cum quo
deceſſit inſtitutis hæredibus, Cæſare, Io. Baptiſta,
Coronato, Camillo, & Franciſco eius filijs, quos
ad inuicem ſubſtituit, vulgariter, pupillariter, &
per fideicommiſſum quandocumq; deceſſerint ſi-
ne filijs, nepotibus, vel pronepotibus, & ex eiſdem
deſcendentibus in infinitum, legitimis, & naturali-
bus maſculis, fœminis omninò excluſis.

Et caſu quo omnes ſupradicti decederent ſine
filijs, vel nepotibus, aut pronepotibus ex eiſdem
deſcendentibus in infinitum legitimis, & naturali-
bus maſculis, vltimo morienti ſubſtituit Paulum
de Incoronatis eiuſdem teſtatoris nepotem, ſi ſu-
peruixerit, ſin autem eiuſdem filios, ſiue nepotes
maſculos legitimos, & naturales ex eiſdem deſcen-
dentes maſculos, vt ſupra in infinitum.

Deceſſerunt omnes filij teſtatoris ſuperextanti-
bus ex Franciſco duobus maſculis iam profeſſis in
Dominicana Religione, & ſimiliter ex Paulo vo-
cato, & multis ab hinc annis defuncto ſuperextat
D. Angelus, qui habuit in patrem Marcum Anto-
nium progenitum à Paulo, nominatim per Mar-
cellum primo loco ſubſtituto; vnde cum prætende-
retur lineam Marcelli fuiſſe extinctam, & locum
factum lineæ Pauli, quæſitum fuit, an conſtet de fi-
deicommiſſo, quod ſuffragetur D. Angelo, & Do-
mini affirmatiuè reſponderunt.

Quoniam nedum filij Marcelli ſunt vocati, &
inuicem ſubſtituti, ſed & eius nepotes, & prone-
potes in infinitum, tanquam in conditione poſiti,
ha-

1 habent expreſſam vocationem † ex Statuto Vrbis
142.lib.1. itaut in actiua, & ſucceſſiua vocatione
inter ſe non differant diſpoſitiuè nominati ab alijs
in conditione poſitis, *Gabr.conſ.115. nu.11. lib.1.
Peregr.art.28. num. 2. & 25. Bellon.iun. conſ.86.
nu.30. Peregr.conſ.55. nu.'. lib.4. Rot. deciſ 403.
nu.3.424. nu.1. par.2. recent. & 575. nu.2. coram*
2 *Papa Gregor XV.* & hanc ex ſtatuto† vocationem,
non ſolum habere locum in deſcendentibus, ſed
etism in tranſuerſalibus reſolutum fuit *in Albaneñ
fideicommiſſi 13. Ianuarij 1606. in Romana domus
ad Pereginum 11. Martij 1629. coram D.meo Decano, & in Romana fideicommiſſi de Surdis 27. Febr. 1617. coram bo.me. Franciſco Vbaldo.*

Quod ſi nepotes, & pronepotes Marcelli in infi-
3 nitum ſunt vocati, † ex mente, & verbis eiuſdem
teſtatoris, pariter grauati ſunt reſtituere poſt obitum profeſſorum deſcendentibus ex linea Pauli.

Ex verbis namque colligitur vltimum morientem, grauatum eſſe reſtituere lineæ Pauli, ibi & caſu, quo ſupradicti omnes decederēt ſine filijs, nepotibus, aut pronepotibus ex eiſdem deſcendentibus in infinitum legitimis, & naturalibus maſculis vltimo morienti ſubſtituit Paulum, ſi ſupranixerit, ſin autem eiuſdē filios, ſiue nepotes maſculos in infinitum, illa enim verba, & caſu quo ſupradicti omnes, ſicuti poſiti in conditione, non differunt in vocatione ab eis, qui directè ſunt nominati. ita in referente omnes comprehenduntur.
4 † quia ſupradicti ſunt certi, & ſub dictione vniuerſali ex proprietate ſermonis comprehenſi, prout Rota ſimilia verba ponderando reſoluit *in deciſ. 315. nu.11. coram Papa Gregorio XV. & in Spoletana fideicommiſſi, quæ eſt 269. num.6. par.5. diuerſ.* poſtea confirmata 14. *Februarij 1633. corā D.meo Ghiſilerio*, & idem reſpondit declarando ſimilia verba *Menoch. conſ.334. num.8. Grat.conſ.5. nu 59. Corneus conſ.146. num. 13. vol.2. Decian.*
5 *reſponſio. 84. nu.13. vol.3.* & in ſpecie, quod †verbum ſupradicti, aut ſupranominati ſit referendum ad filios in conditione poſitos, latè comprobat *Giriac. controu.96. nu.48.*

Senſumq. ad mentem teſtatoris proximum ma-
6 ximè etiam ſuadent coniecturæ, † & præſumptiones ex eodem teſtamento deſumptæ, & per informantes pro D. Angelo ponderatæ, & ſignanter digreſſio ad plures gradus ſubſtitutionum, qualitas maſculinitatis, iuncta temporis perpetuitate, ex verbis in infinitum, & fœminarum excluſione, ac formula eadem ſuccedendi inter deſcendē tes Pauli, quæ indicant teſtatorem cogitaſſe, nedum deficientem filiorum hæredum, qui poterant breui tempore deficere, ſed & aliorum deſcendentium ad commodum lineæ Pauli, per quam fideicommiſſum ad remotiſſimum tempus erat protrahendum, quod videtur ex toto contextu teſtatoris præcipuū ppoſitū, vt ad infinitum fideicommiſſi ſubordinatio deſeruiret, & hanc perpetuitatis præſumptio-
7 nem, & ad remotiſſimum tempus directam, †ſemper Domini in pluribus cauſis magni fecerunt, vt *in deciſ.231. nu.4. par.2. deciſ.6. nu. 16. 21. nu.3. 180. nu.8. 216. nu.13. par. 5. diuerſ. & in Bononien. fideicommiſſi de Scadinarijs 11. Decembris 1623. coram D.meo Merlino, & in Viterbien. Caſtrorum coram D.meo Decano, quæ eſt 194. nu.7. eadem par.5. diuerſ.*

Neque obſtat, quod cum defecerit conditio, ſi omnes deceſſerint ſine filijs, ſub qua vtraque linea fuit vocata, ex quo Franciſcus alter ex filijs Marcelli inſtitutis deceſſit relictis duobus filijs maſcu-
8 lis, † ſemper intrat conſilium Oldradi 21. paſſim receptum ad fideicommiſſi excluſionem, *Couar.in c. Rainaldus num. 3. verſ. ſed & illud. de teſtam. Mantic. de coniect. lib.11. tit.6. num.8. Surd. cōſ. 446. num 11. Rot. deciſ. 486. nu.1. par. 1. & 125. nu.1. par.3. recent.*

Quia tunc inhærendum eſt rationibus Oldradi,
9 quando teſtatōr † iniunxit grauamen tantummodo filijs ad inuicem, vel reſpectiuè ad alios, ſecus autem quando idem grauamen iniunctum eſt filijs filiorum in infinitum, vel expreſsè per illa verba, & caſu quo omnes ſupradicti, vel per coniecturas
10 † mentem declarantes, vt in præſenti per ſupradicta, quia tunc fideicommiſſum inducitur, & ab opinione Oldradi receditur *Grat. conſ.5. num.58. & 85. Pariſ.conſ.7. nu.37. lib.3. Decia.conſ.84. n.26. lib.3. Peregr. de fideic. art. 29. num. 41. Menoch. conſ.334. nu.18.* & cum hac declaratione tranſiuit *Rota coram Mantica deciſ.375. nu. 7. & in Spoletana fideicommiſſi 269. nu.2. par.5. diuerſ.*

Nec mouit Dominos, quod verba illa caſu quo
11 omnes ſupradicti decederent ſine filijs, † ſint referenda ad teſtatoris filios, non autem ad alios in conditione poſitos, *Rum.conſ.96. nu.11. lib.2. Cephal. conſ.17. num.15. & 30. Bellon iun. conſ.43.*
12 *num* 14. qui omnes videntur loqui in † terminis clauſulæ, ſi omnes, & idem dicebatur firmatum in *deciſ.486. nu.4. par.1. recent.*

Quia retenta opinione, quod deſcendentes in infinitum, ab illis quinque filijs Marcelli teſtatoris, ſint expreſsè vocati, prout alij nominatim ſubſtituti, auctoritates prædictæ bene ſe ipſas declarant, dum præſupponunt in conditione poſitos non eſſe vocatos, & tunc illorum opinio rectè proce-
13 deret, † quia relatio ad non vocatos fieri nō poteſt.

Et quæ replicantur, quod filij vltimi decedentis non ſint in conditione poſiti, & per cōſequens, neque vocati, & grauati, ſed ſoli illi præcedentium bene euitatur ex verbis expreſſis teſtamenti, ibi quos ad inuicem ſubſtituit quandocumq; deceſſerint ſine filijs, nepotibus, aut pronepotibus. Vnde
14 patet omnes † deſcendentes, ſub conditione eſſe comprehenſos, grauamen vero ad fauorem lineæ Pauli, eſſe iniunctum tantummodo vltimo morienti. Et ita &c.

§ *In ſequenti parte in hac cauſa aderunt aliæ deciſiones, ideſt ſub diebus 13. Maij 1639. & 5. Nouembris eiuſdem anni, & 5. Martij 1640. coram eodem Reuerendiſſ. P. D. Pirouano Decano.*

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO,

Bononieñ Fidecommiſsi,

Die Veneris 27. Nouemb. 1637.

AR-

ARGVMENTVM.

Fœminæ, quando, & ex quibus verbis colligi poteſt, quod etiam à teſtatore ſint vocatæ ad primogenituram.

SVMMARIVM.

1 *Fœmina in primogenitura, quando etiam intelligantur comprebenſæ.*

2 *in Primogenitura, quod ſœminæ ſint vocatæ facienda eſt interpretatio, niſi aliud in eius inſtitutione ſit cautum.*

3 *Progeniei appellatione comprebenduntur ſœminæ ceſſante ratione conſeruandæ agnationis.*

4 *Proximior vltimo poſſeſſori decedenti præferendus eſt in primogenituræ ſucceſſione.*

5 *in Primogenitura remotiores excluduntur, dum in linea, in qua manet primogenitura adſunt capaces.*

6 *de Voluntate eius, qui primogeniturã inſtituit, ſi conſtet, quod voluerit excludere fœminas, tunc maſculi alterius lineæ remotiores excludunt fœminas, & quando dicatur de ea voluntate conſtare. nu.7. & 8.*

9 *Teſtatoris verba adiectiuè prolata, directè ad caſum ab eo non prauiſum deſeruire non poſſunt.*

10 *Extenſio contra grauatum non fit de caſu ad caſum, de perſona ad perſonã, de tempore ad tẽpus.*

11 *Extenſio de linea ad lineam certè non fit contra grauatum, quando lineam vocati eſt ingreſſum fideicommiſſum, & de linea extant deſcendẽtes.*

12 *Verba contra vocatum, quando conſtituant regulam. & nu.13.*

14 *Verba aliqua, ſi babuerunt ſuum effectum, non ſunt vlterius trabenda ad totam diſpoſitionem.*

15 *Argumentum à perpetuitate deſumptum quando euitetur.*

16 *Teſtatoris verba (intendendo ſempre) qualificãt totam diſpoſitionem, quando in principio, vel fine teſtamenti independenter, & de per ſe principaliter ponuntur.*

17 *Verba, quæ poſſunt babere ſuum effectum, non ſunt vlterius extendenda.*

18 *Argumentũ ab euitanda ſuperfluitate validũ eſt.*

19 *Dictio (ſemper) perpetuitatẽ indicat, & infert ad omne tempus, & ad omnes caſus diſpoſitio eſt intelligenda.*

20 *Argumentum ab euitanda ſuperfluitate eſt valde leue.*

21 *Superfluitas ſaluatur, ſi aliquid fuerit prolatum ad maiorem ipſius diſpoſitionis declarationem.*

22 *Teſtator non præſumitur voluiſſe ordinem à lege determinatum in ſuccedendo primogenituræ alterare, ſcilicet donec de eadem linea extant deſcendentes ad aliam non fiat tranſitus.*

DECISIO CCXLIX.

CAVSA de nouo propoſita, & ſæpius examinata, hodieq. ab omnibus Dominis maturè diſcuſſa, conclusũ fuit recedendum eſſe à deciſis 20. Iunij 1636. & ita de fideicommiſſo conſtare ad fauorem fœminarum lineæ Ioannis Pauli, filij primogeniti Cæſaris, filij Iſabellæ.

Fœminæ enim deſcendentes ex primogenito
Iſabellæ, qui fuit Cæſar, proculdubio vocatæ dicũ-
tur poſt maſculos eiuſdem lineæ, & gradus ex illis
verbis, *& morendo la detta mia figliuola* (loquen-
do de Iſabella) *voglio che la mia facoltà vada al
primogenito di detta mia figliuola, e così di proge-
nie, in progenie, alli primogeniti de figliuoli, nepo-
ti, e pronepoti in infinito di detta mia figliuola*,
1 quorum natura, & proprietas † eſt, quamuis lati-
nè prolata comprehẽdere fœminas, *Bald. in l. mul-
tis. nu.1. ff. de ſtatu hom. & conſ.275. num.6. cum
ſeqq. lib.2. Couar. variar. reſol. lib.3. cap. 5. nu.5.
verſic. rurſus ſeptimo dicens. quamuis Tiraquel. de
primog. quæſt.10. nu.13.* de hac opinione Baldi du-
2 bitauerit; attamen pro fœmina inhærendum, † niſi
aliud cautum expreſsè fuerit in prima primoge-
niorũ inſtitutione, *Lup. in rubr. de donat. inter vir.
& vxor. §.69. nu.26. Molina de primogenijs lib.3.
cap.4. nu.4.* & maximè in occurrenti caſu, per ex-
3 preſſionem † de progenie in progeniem, quæ com-
prehendit fœminas, ceſſante ratione conſeruandæ
agnationis, vt in præſenti *Craſſ. in §. fideicommiſ-
ſum quæſt.15. nu.5.* & concluſionem latiſſimè cõ-
probat *Menoch. conſ.926. nu.24. Parlador. de ſub-
ſtit. poſt Sexquicent. quæſt.5. nu.5. Fuſar. quæſt.
385. nu.12.* & dum ſupereſt ex Paulo primogenito
Cæſaris Comitiſſa Iulia, ſemper eſt præferenda
Comiti Lucretio filio alterius Comitis Lucretij
4 ſecũdogeniti Cæſaris, † vti proximior vltimo poſ-
ſeſſori decedenti; in cuius Pauli lineam, ſicuti pri-
mo ingreſſa eſt ſucceſſio, ita cæteri remotiores ex-
5 cluduntur, donec † capaces in eadem reperiuntur,
*Molin. de primog. lib.3. cap. 6. nu. 29. Guttier. ca-
non. qq. lib.2. cap.14. Peregr. de fideic. art.27. nu.
14. Fuſar. quæſt 387. nu.55.* cum alijs plenè dedu-
ctis *per Giurbam de ſucceſſ. feud. §.2. gloſ.10. n.21.
& ſeqq.*

Non obſtat, ſi dicatur quando conſtat de contra-
ria voluntate excludẽdi fœminas eius, qui primo-
6 genituram inſtituit, † tunc maſculi alterius lineæ
remotiores excludunt fœminas, *Rimin. iun. conſ.
544. nu.97. Pariſ. conſ.72. num.95. lib.4. Burſat.
conſ.229. nu.112. Menoch. conſ.1006. nu.8. Grati.
diſcept.621. nu.4. & ſeqq.* & de voluntate teſtato-
ris excludendi fœminas, dicebatur ſufficienter cõ-
ſtare ex verbis eiuſdem teſtamenti, ibi, *e mancan-
do lei* (loquendo de Iſabella) *ſenza figliuoli, intẽ-
dendo ſempre de maſchi, voglio che ſucceda la ſecõ-
da genita*, cuius dictionis ſenſus, & virtus tendit ad
7 excluſionem fœminarum, † in quocumque tem-
pore, & caſuum diuerſitate, & in omnibus æqua-
lem reddit teſtatoris diſpoſitionem, *l.1. in verbo
ſemper, vbi glo. & Bart. ff. ſol. matr. Pancir. conſ.
91. nu.2. Peregr. de fideic. art.27. nu.2. Decia. conſ.
1. nu.258.* dicens, teſtatorem per illa verba, *intẽ-
dendo ſempre de maſchi*, conſideraſſe perpetuum
8 quoddam † tempus, per quod voluit fideicommiſ-
ſum durare, & idem declarando ſequitur *Grati. di-
ſcept.621. nu.18. & Caſanat. conſ.47. nu.122. Mo-
lin. de primog. lib.3. cap.5. nu.62. Fuſar. quæſt.403.
num.37.*

Quoniam aduerterunt Domini, caſum à teſtato-
re præordinatum non eueniſſe, dum Iſabella dece-
dens reliquit Cæſarem maſculum, & ab eo Cæſare
pro-

Digitized by Google

progeniti fuerunt Paulus primogenitus, & Lucre-
tius ſecundogenitus, qui Paulus pater eſt Comitiſ-
ſæ Iuliæ, Lucretius verò alterius Lucretij genitor,
vt propterea verba illa, *intendendo ſempre de maſ-
chi*, tanquam adiectiuè prolata, ad caſum deficiē-
tiæ Iſabellæ ſine maſculis, directæ ad caſum à teſta-
9 tore non præuiſum † deſeruire non poſſunt, ſcilicet
quādo Iſabella maſculos ſuſcepiſſet, & deinde ma-
ſculus progenitus fœminam tantum reliquiſſet, ex-
tenſiuè autem omnes Regulæ iuris contradicunt,
dum non fuit habita ratio conſeruandę agnationis,
10 nec aliæ coniecturæ vrgent, † nam de caſu ad caſū,
de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus nō
fit extenſio contra grauatum, *Oldrad.cōſ.21.Surd.
conſ.55.nu.24.& 96.nu.8. lib.1. Mantic. de con-
iect.lib.3. tit.19. nu.8. Peregr. de fideic.art.1. nu.
36. Fuſar. latiſſ. quaſt.460. num.1. & ſeqq.* & eo
minus in tranſitu de linea ad lineam, quando lineā
11 vocati † eſt ingreſſum fideicommiſſum, & de linea
extant deſcendentes, *Molin.de primog.lib.3.cap.6.
num.29. & ſeqq. Peregr. de fideic. art.27 num* 14.
*Fuſar.quaſt.*387.*nu.*55. cum alijs ſupra adductis.

Nec dicatur, quod eadem verba, *intendēdo ſem-
pre*, prolata fuerint à teſtatore per modum regulæ,
& declarationis ad vniuerſam diſpoſitionem ex-
cludendo fœminas in quocumque caſu, & gradu,
aut linea, maſculis exiſtentibus, & concurrētibus.

Quia tàm allegati in prima deciſione pro ma-
ſculis, quàm adducti pro Comitiſſa Iulia conue-
niunt in ſupradicta concluſione, quando per mo-
dum regulæ teſtator ſe declarat ad excluſionem
12 fœminarum, ſed in applicatione diſcordant, † quā-
do ſcilicet talia verba regulam conſtituant contra
fœminas, & tunc regulam conſtituere voluerunt,
Caſanat. conſil. 47. 50. & 53. *Caſtil. lib. 2. con-
trou.cap.*71. & 72. *Ramon.conſ.vlt. nu.*73.494. &
50.*addent.ad Molin.de primog. lib.3. cap. 5. n.*50.
13 *& ſeqq.* quando † talia verba legūtur in initio di-
ſpoſitionis, vel in fine independenter apponuntur,
non autem quando adiectiuè, & acceſſoriè, & in
medio orationis ad caſum præordinatum ſub con-
ditione ſi ſine filijs, quoniam tunc cum habeant
ſuum effectum in diſtinguendo prælationem ma-
ſculorum ab ipſis fœminis, & qualificando condi-
14 tionem, cui adijcitur, † abſque eo quod trahatur
ad totam diſpoſitionem vlterius non ſunt extendē-
da, *Bart.in l. final. verſic. ſi enim illa clauſula ff de
reb.dub. Bald.conſ.*412.*nu.*4. *lib.*3. *Rot. dec.*257.
num.2. par.5. diuerſ. & ſecundum hanc diſtinctio-
nem ponderatis auctoritatibus in deciſione, quæ
reuidetur allatis, & in hac eadem poſitione addi-
15 tis, † benè euitatur argumentum à perpetuitate
deſumptum.

Nam omnes nempè *Pancir.conſ.91. nu.20. Pe-
regr.art 27. num.2. Menoch. conſ 838. in fin. De-
cian.conſ.1. n.258. vol.1. Caſanat. conſ.47. n.122.
Grati.diſcept.621. nu.18. & 19. Molin. de primog.
lib.3. cap.5. nu. 62. Parlad. quaſt.1. ex addicēdis
Sexquicent. num.5. Becc. conſ.128. num.9. Fuſar.
quaſt.403.nu.37. Muta deciſ.57. num.4.* omnes,
inquam, in caſibus ab eis propoſitis determinant
16 verba illa qualificare † totam diſpoſitionem, quā-
do in principio, vel fine teſtamenti independenter,
& de per ſe principaliter ponuntur: de clauſula
autem in medio orationis poſita, & adiecta condi-
tioni, & declarationi deſeruiens, non fuit de illorū
intentione quæſtionem definire, quæ propterea
17 † cum poſſit habere ſuum effectum, vt dictum fuit,
non ſunt vlterius extendenda.

Nec mouit Dominos argumentum ab euitanda
18 ſuperfluitate, dum † ſufficiebat dicere *intendendo
de maſchi*, abſque eo, quod adderetur dictio, *ſempre*,
19 perpetuitatem indicans, & inferens † ad omne
tempus: & ad omnes caſus diſpoſitionem eſſe in-
telligendam.

Quoniam vltra quod argumentum ab euitanda
20 ſuperfluitate, † eſt admodum leue, vt dicunt *Al-
ciat. in l.3. num. 3. ff. de lega.3. Mantic.de coniect.
lib.3. tit.6. nu.8. Peregr.de fideic. art.* 14. *num.*21.
*Surd.conſ.*325.*nu.*14. attamen viſum fuit non ca-
rere ſua cauſa & effectu, dum teſtator expreſsè vo-
luit primogenituram incipere à maſculo, non au-
tem à fœmina; propterea ſi Iſabella non reliquiſſet
maſculos, & à proprijs fœminis incipere non po-
terat propter ſubſequentem ſubſtitutionem de ſo-
rore ſecundogenita, & eius filijs maſculis, meritò
poterat dubitari abſque dictione, ſemper; quod à
fœminis prouenientibus ex ſorore ſecundogenita,
incipere poſſit primogenitura in præiudicium ma-
ſculorum ſororis tertiogenitæ, dum eſſet prouiſum
tantummodo in caſum, in quem Iſabella deceſſiſſet
ſine filijs maſculis, & addi poteſt, quod teſtator, in
pluribus partibus teſtamenti, repetijt eadem verba,
intendendo ſempre, quæ prolata cernuntur ad ma-
21 iorem ipſius diſpoſitionis declarationem † cū qua
declaratione ſaluatur ſuperfluitas. *Alexan.conſ.*32.
*num.*5. *lib.*1. cum alijs plenè adductis per *Surd.
conſ.*325.*nu.*14.

Cæterum vbi primogenitura cępit habere ſuum
effectum, intrādo lineam Cæſaris maſculi, filij Iſa-
bellæ, vt in præſenti non voluit, neque cogitauit te-
22 ſtator, ordinem primogenituræ † in ſuccedendo, à
lege determinatum alterare; ſcilicet donec de ea-
dem linea extant deſcendentes, ad aliam non fiat
tranſitus, vt ſupra firmatum fuit. Et ita &c.

*In eadem cauſa in ſequenti parte habentur alia deci-
ſiones coram eodem Reuerendiſſ.P.D.Pirouano De-
cano ſub die* 18 *Iunij* 1638. & *coram R.P.D. Rojas
ſub diebus* 27. *Iunij* 1638. & 30. *Ianuarij* 1640.

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Virduneñ Monaſterij.

Die Veneris 27. *Nouembris* 1637.

ARGVMENTVM.

Arbitrium pro cumulatione petitorij cum poſ-
ſeſſorio, quando intret. Papa quando dica-
tur prouidere de beneficio tanquam reſerua-
to, & quando non, & plura circa naturam
clauſularum poſitarum in beneficiorum pro-
uiſionibus.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium intelligitur datum prout de iure.*
2 *Arbitrium valde minuit de rigore iuris, & ope-
ratur, vt relicto vtroque extremo rigoroſo, ſer-
tur æquitas.*

3 *Poſ-*

3 *Poſſeſſorij cumulatio cum petitorio de æquitate intrat, quando poſſeſſorium pendet à petitorio.*

4 *Reſeruationes, ſeu affectiones Apoſtolicæ inficiũt titulum, & poſſeſſionem.*

5 *Regul. ſecundæ Cancellariæ excluſio quando intret, & quando ceſſet nu. 6.*

7 *Priuilegiorum derogatio contenta in regula octaua non trahitur ad regulas antecedentes.*

8 *in Beneficij prouiſione facta à Papa tanquam de reſeruato ſolet apponi clauſula, dummodo collatio ad nos &c.*

9 *Clauſula, dudum &c. ſolet apponi in prouiſione beneficij, quando Papa prouidet ratione vacationis in menſe reſeruato, & regulariter ſolet apponi in alijs reſeruationibus, & nu. 10.*

11 *Clauſula, dummodo de tempore datæ præſentium, beneficium non ſit prouiſum æquipollet clauſulæ, dummodo de tempore datæ præſentium nõ ſit alterius ius quæſitum.*

12 *Clauſula, dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum, ſolet apponi in prouiſione beneficij facta à Papa, quando concurrit cum Ordinario in beneficio non reſeruato.*

13 *Papa, quando præſumitur voluiſſe conferre beneficium, etiamſi non fuiſſet reſeruatum.*

14 *Beneficium per appoſitionem manus Papæ, adeo remanet affectum, vt de illo, niſi ipſe Papa poteſt diſponere. amplia nu. 15.*

15 *Papa, quando dat adminiſtratorem, vel Commẽdatarium alicui Prælaturæ, ſi poſtea Capitulum eligat Prælatum, non tenet electio.*

16 *Papa dando adminiſtratorem alicui Eccleſiæ, prouiſionem ſibi reſeruare videtur, itaut quicquid ab alio fiat, irritum eſt.*

17 *Monaſterium, quando reperitur taxatum in libris Cameræ vltra florenos 200. auri intrat reſeruatio 2. reg. etiam quod agatur de Monaſterio habente Conuentũ, ſi ſit ſolitũ cõmendari. et n. 18.*

19 *Monaſteria, quæ ſunt ſolita commendari, cum æquiparentur Epiſcopatibus prouidentur in Conciſtorio.*

20 *Menſis Februarij eſt reſeruatus.*

21 *Matrimonij contractus inducit vacationem beneficiorum, etiam quod nulliter fuerit contractum, præterquam ex defectu conſenſus.*
Matrimonium, qui contrahit contra Canones, nõ debet eſſe melioris conditionis, quam qui ſecundum Canones contrahit. nu. 21.

22 *Reſeruatio regulæ octauæ habet etiam locum in ceſſatione Commendæ in menſe reſeruato.*

23 *Regul. 8. Cancell. nedum tollit omnia priuilegia, quantumuis ampliſſima, ſed etiam habet decretum irritant.*

24 *Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem. & num. 33.*

25 *Reſeruatio, quando eſt notoria, tunc ſi aliquis ab alio, quàm à Papa prouidetur de beneficio reſeruato, eius titulus, & poſſeſſio eſt infecta, licet in reſeruatione in corpore iuris clauſa, non adſit decretum irritans, vel aliàs ſuper certo corpore beneficij.*

26 *Decretum irritans, quando non eſt iuſtificatum, non tollit inſiſtentiam facti limita nu. 27.*

28 *ſub Concordatis Germaniæ non comprehenditur Ciuitas Virdunen.*

29 *Concordata Germaniæ à Leone X. non ſimpliciter fuit extenſa ad Ciuitatem Virdunen. ſed fauore Capituli quoad alternatiuam menſium tantum.*

30 *Extenſio limitata, vltra eam nihil operatur.*

31 *Regul. 15. Cancell reuocat facultates conferendi beneficia reſeruata, ſeu affecta, & nu. 34.*

32 *Regul 15. Cancell licet non legatur inter regulas Innocentij VIII. attamen à cæteris ab eo Pontificibus ad noſtra vſque tempora approbata, & inter regulas ſemper inſerta reperitur.*

35 *in Confirmationibus non veniunt ea, quæ ſunt inſolita, neque ea quæ de facili concedi non conſueuerunt.*

36 *Confirmatio dicitur continere inſolita, & ea, quæ de facili concedi non ſolent, ſi agatur de maximo præiudicio Sedis Apoſtolicæ.*

37 *Clauſula, in omnibus, & per omnia, quando non reducat omnia ad æqualitatem, & nu. 38.*

39 *in Collatione beneficij reſeruati, licet à Papa non fuerit appoſita clauſula, dũmodo collatio ad nos hac vice pertineat, non tamen ſequitur, quod Papa noluerit.*

40 *Clauſula, dummodo collatio &c. non ſolet apponi in gratia cõceſſionis beneficij facta motuproprio.*

41 *in Beneficij prouiſione facta à Papa motuproprio, tanquam de reſeruato, veluti ex capite Prothonotariatus, tunc prouiſus Apoſtolicus, etiam concurrente alterius partis iuſtificatione, quoad gratiam propriam non tenetur iuſtificare prothonotariatum, à quo reſultat reſeruatio, ſed alia pars tenetur probare contrarium. nu. 42.*

43 *Clauſula, dummodo &c. ponitur quando Papa prouidet ſimpliciter de reſeruato, vel ratione mẽſis, vel ex alia reſeruatione particulari, ſecus autem, quando prouidet principaliter de affecto.*

44 *Clauſula, dummodo de tempore datæ præſentium &c. in gratijs ſubintelligitur, ſi non adſit.*

45 *Et quando iſta clauſula ponitur in reſeruatis non operatur, quod Papa noluerit prouidere tãquam de non reſeruatis, & nu. 46.*

47 *Clauſulæ præſeruatiuæ iuris tertij poſitæ in gratiis Papæ, ſunt intelligendæ quod præſeruẽt, quatenus illud, quod præſeruatur, ſit canonicum, & validum, non autem inualidum.*

48 *Poſſeſſio ſolo animo amittitur.*

DECISIO CCL.

SANCTISSIMVS D. N. reſcripſit in hac cau-
ſa, vt in petitorio, & poſſeſſorio, etiam ſum-
marijſſimo ſimul & ſemel procedatur arbitrio Ro-
1 tæ, & quamuis † arbitrium intelligatur, prout de
iure, nihilominus valde minuit de rigore iuris, &
2 † operatur, vt relicto vtroque extremo rigoro-
ſo, ſeruetur æquitas, *Bald. conſ. 177. num. 4. lib. 1.*
prout DD. & deciſionibus Rotalibus fusè relatis
firmat *Ludouicus Poſtius in ſuo tract. mandati de
manuten. obſeruat. 7. num. 66. & ſeqq. Greg. deciſ.
326 num. 50.* ideo indubitatum erat apud partes,
3 quod attenta æquitate, † intrat pro dicta cumula-
tione arbitrium, quando poſſeſſorium pendet à pe-
titorio iuxta *Caſtrenſ. in conſ. 43 incipiens, videtur
dicendum, in princ. & nu. 2. verſ. ſed in caſu no-
ſtro lib. 1.* vel quando poſſeſſio eſt turbida *Lancell.*

de

Digitized by Google

de attent. par.3. cap. 29. quæſt. 19. num.4. & ſeqq.
Verall. deciſ. 200. par. 2. Rot. deciſ. 265. num. 11. &
deciſ. 476. nu.7. & deciſ. 557. num.3. par.1. recent.
quæ eſt apud Caualer. deciſ. 284. nu. 1. & 4. prout
etiam *deciſ. 507. nu.3. apud eundem cum alijs alle-*
gatis in deciſ. 542. nu.2. par.2. recent.

Quantum attinet ad primum, vt excluderetur
dependentia poſſeſſorij, plura deducebantur ad ex-
4 cludendas quoque reſeruationes, † ſeu affectiones
Apoſtolicas, in quibus velut inficientibus titulum,
& poſſeſſionem tota conſiſtebat difficultas.

Primò enim dicebatur, quod cum Capitulum
iſtius Monaſterij elegerit, prout expreſsè declara-
uit in actu electionis, Abbatem vigore concorda-
torum Germaniæ, in quibus diſponitur in hæc ver-
ba. Item placet nobis, quod in Metropolitanis,
& Cathedralibus, etiam non immediatè ſubiectis
Sedi Apoſtolicæ fiant electiones canonicæ, quæ ad
dictam Sedem pro obtinenda confirmatione defe-
rantur intra tempus conſtitutum per Conſtitutio-
5 nem Nicolai Tertij &c. † intrabat excluſio regu-
læ ſecundæ Cancellariæ, *Cocchier. ſuper d. reg. nu.*
16. Lotter. de re benefic. lib.2. quæſt. 34 nu. 17. Cũ
huiuſmodi concordata per Leonem Decimum Põ-
tificem fuerint extenſa ad Ciuitatem Virdunen.
Put. deciſ. 45. in princ. lib.1. correct. & fuit dictũ
in cauſa Virdunen. electionis Epiſcopatus 15. No-
uembris 1593. & 23. Maij 1594. coram bo.me. Hie-
ronymo Card. Pamphilio, & 23. Martij 1595 co-
ram Litta, & in alia Virdunen. Canonicatus 13.
Februar. 1617. coram Andrea, quæ in illius im-
preſſis eſt deciſ. 100. Lotterius vbi ſupra lib.2. quæſt.
28. num.63.

Secundo deducebantur litteræ Paſchalis Secun-
di, in quibus decreuit, vt Religioſi iſtius Monaſte-
rij à nemine moleſtari debeant in electione Abba-
tis, prout addebatur etiam confirmatio Eugenij
Tertij, qui diſpoſuit, vt obeũte Abbate huius Mo-
naſterij pro tempore, nullus ibi qualibet ſubrep-
tionis aſtutia, ſeu violentia præponatur, niſi quem
fratres communi conſenſu, aut pars Capituli ſanio-
ris, ſecundum Dei timorem & Diui Benedicti Re-
gulam prouiderint eligendum. Et denique affere-
batur etiam conceſſio ſanct. mem. Clem. VIII. fa-
cta Congregationi in illis partibus erectæ, & ſub
qua prætenditur eſſe Monaſterium, de quo agitur,
qui quidem Summus Põtifex prædictæ Congrega-
tioni communicauit omnia, & ſingula, priuilegia,
gratias, indulgentias, immunitates, exemptiones,
libertates, fauores, & indulta Monaſterio Caſſinẽſi,
ſeu Sanctæ Iuſtinæ de Padua, illiusq. ſingulis Mo
naſterijs per quoſcumque Romanos Pontifices, &
Sedem Apoſtolicam, aut aliàs quomodolibet con-
ceſſa, & in futurum concedenda, quam cõmunica-
tionem cõfirmauit etiam ſanct. mem. Paulus Quin-
tus. Vnde inferebatur, quod cum Congregatio Caſ-
ſinenſis habeat priuilegia Eugenij Quarti, vt quo-
tieſcumque Monaſteria vacauerint etiam apud Se-
dem, & qualitercumque vacare contigerit, etiamſi
ſpeciales, vel generales reſeruationes adſint, ele-
ctio ſpectet ad Capitulum, ſi tunc celebrabitur, vel
ad Præſidentem; ideo ſtantibus dictis priuilegijs,
6 Monaſterium iſtud † non comprehẽditur ſub dicta
regula ſecunda, *Garzias de benef. par.5. cap.1. nu.*
219. eaq. eſt ratio, quia derogatio priuilegiorum
7 contenta in regula octaua † non trahitur ad regu-
las antecedentes, *Rot. deciſ. 767. nu.3. & 4. par.2.*
recent. & fuit dictum in cauſa Vrgellen. optionis
10. Ianuarij 1622. coram Remboldo.

Tertiò, ac tandem ponderabatur etiam, quod in
gratia, de qua agitur, conceſſa Eminentiſſimo, &
Reuerendiſſimo D. Cardinali Bichio, videtur San-
ctiſſ. D.N. habuiſſe ſenſum prouidendi de non re-
ſeruato, vt poteſt colligi ex pluribus, & primò dũ
8 non appoſuit in dicta prouiſione clauſulam, † dum-
modo collatio ad nos hac vice pertineat, quæ ſolet
apponi, quando Papa prouidet de reſeruato, *Pan-*
uin. de offic. & poteſt. Capituli ſede vacant. in 7.
prælud. ſub nu.19. Simonet. de reſeruat. quæſt. 61.
num.3. & fuit dictum in cauſa Taurinen. Canto-
ria 14. Octobris 1569. coram Oradino; & in cauſa
Romana Clericatus S. Petri 27. Nouembris 1601.
coram bo.me. Hieron. Card. Pamphilio. Secundò, dũ
pariter omiſit clauſulam, dudum &c. quæ ſimiliter
9 apponitur † quando Papa prouidet ratione vaca-
tionis in menſe reſeruato, vt fuit dictum in cauſa
Romana Cappellaniæ 9. Decembris 1602. coram
bo.me. Card. Millino, prout etiam regulariter poni
10 conſueuit † in alijs reſeruationibus, vt notat *Hie-*
ronymus Paulus in praxi Cancellariæ in notabili-
bus ſuper vacantibus reſeruatis poſt practicam Re-
buff. nouiter impreſſam fol. mihi 454. verſic. nota
quando vacat dignitas principalis. Tertiò denique,
quod Sanctiſſimus D. N. habuerit dictum ſenſum
prouidendi de non reſeruato; ſed ſimpliciter con-
currendi, videtur ſatis deprehendi ex eo, quod ap-
ſuit in hac eadem prouiſione clauſula, dummodo
de tempore datæ præſentium eidem Monaſterio de
Abbate prouiſum, aut illud alteri commendatum
11 canonicè non exiſtat, † quæ clauſula videtur æqui-
pollere clauſulæ, dummodo de tempore datæ præ-
ſentium non ſit alterius ius quæſitum, apponi ſoli-
12 tæ, quando Papa concurrit cum † Ordinario in be-
neficio non reſeruato, *Sarnen. ſuper reg. de iure*
quæſit. non tollen. quæſt.1. in princ. cum allegatis
in Padebornen. Canonicatus 29. Martij 1620. co-
ram me, & notat etiam *Hieronymus Paulus loco*
præcit. poſt princ. fol. mihi 458.

Verum iſtis minimè obſtantibus Domini vna-
nimiter cenſuerunt intrare arbitrium pro cumula-
tione poſſeſſorij cum petitorio, & moti ſunt, quia
cum Sanctiſſ. D. N. præuia narratiua, quod Com-
menda per dimiſſionem factam in manibus Sancti-
tatis Suæ à Nicolao Franciſco, vel per contractum
ab ipſo matrimonium de menſe Februarij, ceſſabat
in iſto Monaſterio, ſubdens. verum, & vltimum
13 vacationis modum per verba, † & ſi ex illo quæ-
uis generalis reſeruatio, & in corpore iuris clauſa
reſultet &c. pro expreſſo habentes &c. motu pro-
prio præfato Eminentiſſ. & Reuerendiſſ D. Cardin.
Bichio dictum Monaſterium commendauerit, per
ſupradicta verba idem Sanctiſſimus declarauit, non
ſolum prouidere ex affectione propter Commen-
dam, ſed ex quacumque alia reſeruatione. Et pri-
mò quantum attinet ad affectionem, certũ eſt, quod
huiuſmodi Monaſterium ceſſante in eo Commen-
14 da per contractum matrimonij, † per appoſitionẽ
manus Papæ adeo affectum remanebat, vt de eo

nullus

nullus alius præter S.D.N. diſponere poſſet, quo-
uſque aliquis de illo in titulum prouideretur, *Ro-
man.conſ.*350. *nu.* 11. *& ibi Addentes in littera
M*, qui allegant concordantes *Mobed.deciſ.9. n.4.
de præb.Creſcent.deciſ.2.de Paroch.* & alios cumu-
lat *Gonzal. ad reg. 8 gloſ.*12. in quo caſu non erat
15 neceſſaria † alia inhibitio, nec decretum, *Gaſpar.
de Peruſ.de reſeruat.quæſt. 10. per tot. Gabr. conſ.
166.num.6. lib.1. Gonzal. vbi ſupra gloſ.52. nu.6.
& 7.* vbi docet quibus iuribus nitatur affectio, &
in terminis electionis, *Roman. d.conſ.*350.*num.*12.
ſubiungens, quod quando Papa dat adminiſtrato-
16 rem, vel Commendatarium † alicui Prælaturæ, ſi
pòſtea Capitulum eligat Prælatum, non tenet ele-
ctio, quia Papa Adminiſtratorem, ſeu Commenda-
17 tarium dãdo, illius Eccleſiæ prouiſionem † ſibi re-
ſeruaſſe videtur, itaut quicquid per Capitulum agi-
tur circa electionem, ſit irritum, *Compoſtell. in
c cum nobis.num.12.de elect.* nec dici poteſt, quod
in Commenda conceſſa præfato Nicolao Franci-
ſco nunc Duci Papa diſpoſuerit, quod illo cedente,
vel decedente, non amplius fieret Commenda, ſed
prouideretur tanquam de Regulari, quia decretũ
iſtud non refertur ad Monaſterium, de quo agitur,
ſed ad alia beneficia, quæ inſimul prædicto Nicolao
Franciſco fuerant commendata, vt clarè patet ex
lectura dictæ prouiſionis.

Secundò, cum Monaſterium iſtud reperiatur ta-
18 xatum in libris Cameræ, † vltra florenos 200. au-
ri, intrat reſeruatio regulæ ſecundæ, etiam quod
agatur de Monaſterio habente Conuentum, cum
ſit ſolitum commendari, *Sarnen.de ſubrogam.col-
litig. quæſt.15.in fin. Mãdoſ. ſuper hac reg.quæſt.
3.nu.3. Anaſtaſ.Germon.de indult.Cardinal.§ re-
gularia nu.7. & nouiſſimè Ioannes Cochier ſuper
hac reg.nu.20. & fuit dictum in cauſa Aſtoricen.
Prioratus 14.Iunij 1599. coram bon. mem. Card.
Millino, Seraph.deciſ.*1305. *num.6. & deciſ.*1498.
19 *pariter nu.6.* huiuſmodi enim Monaſteria † cum
æquiparentur Epiſcopatibus, prouidentur in Con-
ſiſtorio, *Lap. alleg.*84. *nu.*11. *verſ & de illis*.

Tertiò, conſiderarunt etiam Domini, quod ceſ-
ſauit Commenda in menſe Februarij, qui eſt reſer-
20 tus, † quando non eſt locus alternatiuæ, per con-
tractum matrimonij, quod inducit vacationem be-
neficiorum, & ceſſationem Commendæ etiã quod
21 nulliter fuerit contractum, præterquam † ex defe-
ctu conſenſus, ne ſit melioris conditionis ille, qui
contra Canones, quàm qui ſecundũ Canones con-
trahit, *cap.cum qui de præb.in 6. Abb.in cap.1. n.7.
de Cleric. coniug. latiſſimè Gonzal. ad reg. 8. gloſ.
15. in princ. nu.4. in 4. modo vacandi, & gloſ.57.
num.44. & 46.* & ſic intrat reſeruatio regulæ octa-
22 uæ, quæ habet locum etiam in ceſſatione † Com-
mendæ in menſe reſeruato, vt bis diſcuſſo articulo,
*fuit reſolutum in Compſana Iuriſpatronatus 12.
Nouembris 1607. & 20.Iunij 1609. coram bo.me.
Franciſco Penia Rotæ Decano, quæ deciſiones ha-
bentur impreſſæ in recent.par.1. deciſ.141. & 194.*
quæ quidem regula 8. nedum tollit omnia priuile-
23 gia † quantumuis ampliſſima, ſed vt videre eſt ex
illius inſpectione, & ex deductis latè per *Gonzal.
gloſ.35. per tot. gloſ.40. & gloſ.67.* habet decretũ
24 irritans, † quod inficit titulum, & poſſeſſionem,
vt per *Gonzal.d.gloſ 67. Rot.deciſ.3. de reſtit.ſpo-
liat.in nou. & deciſ.2. eod.tit.in antiq.Caſſador.de-
ciſ.1.eod. tit. Mobed deciſ.15. de cauſ.poſſeſſ. &
propr.* quod procedit, etiam quod decretum non
ſit poſitum in reſeruatione in corpore iuris clauſa,
25 vel aliàs ſuper certo † corpore beneficij, eadem
enim militat ratio, vbi reſeruatio eſt notoria, *Put.
deciſ.190. num.5. lib.3. in antiq. & deciſ. 196.eod.
lib.3. in correct. Simonett. de reſeruat. quæſt.40. &
fuit reſolutum coram me in cauſa Beneuentana
beneficij 14.Decemb.1601.*

Nec dicatur hoc eſſe verum, quando decretum
26 eſt iuſtificatum, † quia aliàs non tollit inſiſtentiã
facti ex deciſionibus allegatis in cauſa *Militen.Pa-
rochialis 1604. 17.Iunij coram me*, quia in hoc ca-
ſu eſt iuſtificatũ, vt patet ex prædictis, & hoc pro-
27 cedit quamuis reſeruatio † requirat aliquam diſ-
cuſſionem, ſi de facili poteſt iuſtificari, *Put.d. deciſ.
190.nu.5. lib.3. in antiq.*

His ergo firmatis non officiunt in contrarium
deducta; non primò quidem concordata Germaniæ,
quia quicquid dicẽdum eſſet in terminis dictorum
concordatorum, de quo articulo non eſt diſputan-
28 dum, Ciuitas † Virdunẽ ſub illis non comprehẽ-
ditur, vt ſunt plures deciſiones antiquæ, & fuit di-
ctum in præfata *Virdunen. electionis Epiſcopatus
corã bo me. Hieronymo Card.Pamphilio, & in alia
Virdunen.Canonicatus 3. Martij 1600. coram bo.
me. Iuſto.* Et quamuis Leo Decimus extenderit
29 huiuſmodi concordata ad Ciuitatem † Virdunẽ
iſta tamen extẽſio non fuit ſimpliciter facta, ſed fa-
uore Capituli, quoad alternatiuam menſium tan-
tùm *Ioan.Paul.deciſ.85. quæ eſt deciſ. 840. par.3.
lib. 2. diuerſ. & eſt eadem cum deciſ. Putei 45.
lib.1. in corr. Anton. Auguſtin.in tit.de indult.nu.
22. & fuit dictum in Virdunen. Canonicatus 10.
Aprilis 1581. coram bo.me. Card. Seraphino in il-
lius impreſſis deciſ.510. & in præcitatis Virdunẽ
electionis Epiſcopatus, & Virdunen. Canonicatus.*
Ac proinde cum in caſu iſto non agatur de alterna-
30 tiua conceſſa Capitulo, Leonis Decimi † extenſio
ad prædictam alternatiuam limitata nihil opera-
tur, *l.in agris. ff.de acqu.rer. domin. l. cancellaue-
rat. ff.de his quæ, in teſtam.delentur. l. cum ſeruus.
in princ. vbi Bald. ff. de contrab. empt. latè Tiraq.
in tract.ceſſan. cauſa par.1. nu.142.*

Secundò, non officiunt priuilegia, nam quantũ
attinet ad priuilegium Paſchalis Secundi.& Euge-
nij Tertij, quatenus illa ſint in forma probanti,
quod tamen pro parte dicti Eminentiſſimi D.Car-
dinalis negatur, in omnem euentum cenſerentur
reuocata per regulam decimamquintam, ex qua
31 † reuocantur facultates conferendi beneficia reſer-
uata, ſeu affecta, prout eſt iſtud Monaſterium ex
ſupra deductis, quæ quidem regula, licet non lega-
32 tur inter regulas Innocentij † Octaui, attamen à
cæteris ab eo Pontificibus, ad noſtra vſque tempo-
ra approbata, & inter regulas ſemper inſerta
reperitur, vt dicit *Cochier ſuper ead.reg.in princ.*
& habet pariter decretum irritans, quod inficit, vt
33 dictum eſt † titulum, & poſſeſſionem. Quo verò
ad priuilegium Eugenij Quarti cõceſſum Congre-
gationi Caſſinenſi reſponſum fuit, dictum priuile-
gium non loqui quando Monaſterium eſt ſolitum,
prout

prout in caſu iſto commendari, & quatenus etiam
loqueretur de Monaſterijs ſolitis cõmendari, cen-
34 ſeretur † reuocatum per dictam regul. 15. & in
omnem caſum communicatio dictorũ priuilegio-
rum per Clementem Octauum conceſſa, & Pau-
lum V. confirmata non ſuffragatur, quia in ea non
35 veniunt inſolita, neque ea, quæ de facili † concedi
non conſueuerunt, niſi illorum ſit facta mẽtio ſpe-
cialis. *Butr. conſ. 19. num. 6. Rot. deciſ. 55. num. 14.*
par. 2. diuerſ. & fuit reſolutum in Valentina deci-
marum 28. *Nouemb.* 1603. *& in Carthaginen. de-*
cimarum 29. *Martij* 1604. *coram bon. me. Penia.*
contenta in priuilegio Eugenij Quarti contineant
inſolita, & ea, quæ de facili concedi non ſolent pa-
36 tet † ad ſenſum, cum agatur de maximo præiudicio
Sedis Apoſtolicæ. Nec ſuffragatur clauſula in cõ-
37 municatione poſita † ibi, in omnibus, & per om-
nia, quæ licet ea omnia inter ſe reducat ad æqualita-
tem, iſta tamen æqualitas, ſiue adæquatio non por-
38 rigitur ad ea, † quæ de facili Princeps non ſolet
concedere, prout hæc ad inſolita, *Iaſ. in l. 1. nu. 21.*
delegat. 1. *Butr. in d. conſ. 19. nu. 10. Riminald. iun.*
conſ. 46. *nu.* 100. *vol.* 1. *Natt. conſ.* 4. *nu.* 6. *vol.* 1.
& ad alia obiecta, quæ fieri poſſent, reſpondent ap-
poſitè prædictæ deciſiones.

Tertiò, ac denique non officit Papam videri ſen-
ſiſſe prouidere tanquam de non reſeruato, nam
quantum attinet ad clauſulam, dummodo collatio
ad nos hac vice pertineat, licet omiſſa fuerit, non
39 propterea ſequitur, † quod Papa noluerit prouide-
re tanquam de affecto, & reſeruato, vt in puncto
dixit *Rota in Romana Clericatus S. Petri* 21. *Maij*
1603. *coram bo. me. Card. Pamphilio*, nec in gratia,
qualis eſt iſta, facta motu proprio tanquam de re-
40 ſeruato, ſolet apponi huiuſmodi clauſula, † dum-
modo collatio, &c. prout nec repetitur appoſita
in gratia Commendæ motu proprio facta *in Faue-*
tina Monaſterij coram Seraphino, quæ eſt d. deciſ.
1484. *num.* 12. *&* 14. *in illius impreſſis*, prout nec
etiam reperitur in alia ſimili gratia motu proprio
facta de Præpoſitura Comeñ, vt conſtat ex *deciſ. in*
cauſa Comen. Præpoſituræ 21. *Iun.* 1611. *coram*
R. P. D. meo Pirouano, in qua fuit propterea con-
ſideratum, quod cum gratia eſſet facta motu pro-
41 prio, tanquam † de reſeruato ex capite Prothono-
tariatus, prouiſus Apoſtolicus etiam concurrente
42 alterius partis iuſtificatione, quoad gratiam † pro-
priam non tenebatur iuſtificare Prothonotariatũ,
à quo reſultabat reſeruatio, ſed alia pars teneba-
tur probare contrarium iuxta *gloſ. in clem.* 1. *in*
verb. fuiſſe narratum de prob. Acebil. dec. 1. *eod. tit.*
Quo verò ad clauſulam, dudum &c. licet fuerit miſ-
ſa non inde reſultat, quod Papa voluerit prouide-
re de non reſeruato, quia animaduertendum eſt,
43 † quod huiuſmodi clauſula apponitur, quãdo Pa-
pa prouidet ſimpliciter de reſeruato, vel ratione
menſis, vel ex alia reſeruatione particulari, ſecus
autem quãdo prouidet principaliter de affecto, *Re-*
buff. in prax. in forma declarat. nouæ prouiſionis
num. 10 Tandem quantum attinet ad clauſulam,
dummodo de tempore datæ præsẽtium eidem Mo-
naſterio de Abbate prouiſum, vel alteri commẽda-
tum canonicè non exiſtat, licet Papa illam in iſta
prouiſione appoſuerit, non ideo tamen inferri po-
teſt, quod Papa noluerit prouidere tanquam de re-
ſeruato; nam primò conſiderarunt Domini, quod
44 huiuſmodi clauſula, † etiam ſi expreſſa non foret,
adhuc tamen intelligeretur, nõ ſolum vi regulæ de
non tollen. iure quæſit. ſed etiam vigore diſpoſitio-
nis iuris communis, *Felin in cap. capitulum. n.* 16.
verſ. adducitur ratio de reſcript. Sarnen. in d. reg.
de iure quæſit. non toll. quæſt. 1. *nu.* 1. *& ibi Man-*
doſ quæſt. 2. *nu.* 5. *& dixit Rota in cauſa Calagu-*
ritana beneficij de Fuemazor 21. *Maij* 1614. *corã*
bo. me. Buratto, quæ eſt deciſ. 579. *nu.* 1. *par.* 3. *re-*
cent. & propterea hæc clauſula quando apponitur
in reſeruatis, non operatur, quod Papa noluerit
45 prouidere, † tanquam de reſeruatis, maximè põ-
derando etiam quod clauſula, dummodo collatio
ad nos hac vice pertineat, non ponitur reſpectu re-
ſeruationis expreſſæ, quam Papa non ignorat, ſed
reſpectu clauſulæ, ſiue præmiſſo, ſiue alio quouis
modo, itaut pars non poſſit ex clauſulis generali-
bus capere vacationem, niſi beneficium ſit reſer-
46 uatum, immò † non apponitur, quando Papa pro-
uidet ſimpliciter de reſeruato abſque clauſula ſiue
præmiſſo &c. *Hieronym. Paul in prax. Cancellariæ*
in notabilibus ſuper vacantibus reſeruatis, clauſu-
la dummodo, fol. mihi 453. *ſecundum nouam im-*
preſſ. poſt praxim Rebuff. Seraph. deciſ. 755. *num* 4.
& allegando d. deciſionem Comen. bene declarat.
Lotter. de re benef. lib 2. *quæſt.* 51. *num.* 5. *& ſeqq.*
Secundò fuit etiam reſponſum, quod licet per hu-
iuſmodi clauſulam ius Monachorum fuerit præſer-
uatum, id tamen venit intelligendum, quatenus di-
47 ctum ius fuiſſet canonicum, & validum, † non au-
tem inualidum, prout in caſu iſto, vt patet ex præ-
dictis, ita in terminis huius clauſulæ poſitæ in gra-
tia ſimilis Commẽdæ dixit *Rota in præcitata Fa-*
uentina Monaſterij coram bo. me. Card. Seraphino,
quæ eſt d. deciſ. 1484. *nu.* 12. *&* 14. & rurſus in
eadem cauſa 17. *Maij* 1604. *pariter impreſſa* 1498.
nu. 4. Ac proinde cũ Papa intellexerit de iure ca-
nonico, & valido excludente reſeruationes, non
poteſt inferri, quod voluerit potius concurrere,
quàm prouidere de reſeruato.

Quantum denique attinet ad ſecundum caput
principale, quod cumulatio poſſeſſorij cum petito-
rio intret ex poſſeſſione turbida, id non poteſt con-
trouerti, cum ex deductis poſſeſſio prætenſi electi
in Abbatem reddatur nedum turbida, ſed immò
nulla, prout eandem nullitatem agnouit ipſemet
electus in ſuo mandato procuræ, in quo ſatis decla-
48 rauit, ſe ipſum habuiſſe pro ſpoliato † cum poſſeſ-
ſio ſolo animo amittatur, *Butr. in c. cum ad ſedem.*
nu. 25. *de reſtit. ſpoliatum vulgar.*

Et ita concluſum vtraque parte informante &c.

§ *In hac cauſa infra in ſequenti parte habetur alia de-*
ciſio ſub die 28. *Februarij* 1638. *coram eodem*
bo. me. Coccino.

R. P. D. MOTMANNO.

Calaritana Primatus.

Die Veneris 27. *Nouembris* 1637.

ARGVMENTVM.

Calaritana Eccleſia eſt prima Metropolis, & an-

tiquior

tiquior Sardiniæ, quod probatur ex pluribus monumentis veterum Scriptorum, & Conciliorum, reiecta intentione Archiepiſcopi Turritañ, & Arboreñ.

SVMMARIVM.

1 *Probationes, quæ ad propoſiti articuli deciſionem non faciunt, ſunt reiicienda.*

2 *S. Clemens Papa ante adeptum Pontificatum fuit primus Epiſcopus Sardiniæ, & in Ciuitate Calaritana primam ſedem Epiſcopalem fixit.*

3 *in Calaritana Eccleſia à tempore cuius initij memoria non extat, dies S. Clementi Papæ, & martyri feſtus quotãnis ſolemni ritu celebratur.*

4 *Tenendũ eſt indubitanter, quod omnes opinãtur.*

5 *S. Clemens Epiſcopus Sardiniæ &c. in ordine diſcipulorum Domini eſt quinquageſimus ſecũdus.*

6 *S. Petrus poſt ſtabilitam Romæ ſedem diſcipulos, quos ſibi adſciuerat, ad diſſeminandum Chriſti Euangelium ad cæteras Orbis Orientalis partes ablegauit, & nu. 7.*

8 *Sardinia ponitur inter Inſulas maris Mediterranei, quod ad occaſum vergit.*

9 *S. Petrus Aſiam, & cæteras Orientis regiones peregit, & populos, qui ex circumciſione erant, Euangelicæ prædicationis legibus imbuit.*

10 *S. Clemens comitatus fuit S. Petrum progredientem ad ſedem primam Romæ ſtabiliendam.*

11 *SS. Clemens, Ignatius, & Papias fuerunt S. Petri Apoſtoli diſcipuli.*

12 *Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus ſectator fuit eius diſcipuli, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit.*

13 *S. Clemẽs Principis Apoſtolorũ familiaris extitit.*

14 *Apoſtolorum conſuetudo erat, unicuique Ciuitati, eum creandi in Epiſcopum, quem illic ad prædicandum mittebant,*

15 *Eccleſiarum traditiones ſunt ſeruandæ, & cuſtodiendæ, ac in rebus, ac factis vetuſtiſſimis communi maiorum opinione receptis, ſtandum eſt fidiſſimæ antiquitati.*

16 *Eccleſiaſticæ traditiones ita obſeruandæ, vt à maioribus traditæ ſunt ac veluti leges Apoſtolicæ, ob reuerentiam eorum, qui illis ab initio præfuerunt, ac ſucceſſorum qui inualerunt.*

17 *pro Eccleſiæ Calaritanæ antiquitate firmanda, quid plurimi faciat.*

18 *Concil. Nicænum primum fuit celebratum anno Domini 325. cum interuẽtu 318. Epiſcoporum.*

19 *Ciuitas Sardicen. quatenus intelligatur de Ciuitate Sardis, non eſt Prouinciæ Daciæ, ſed Lydiæ in Aſia minori.*

20 *Concilium Sardicen. vbi fuit celebratum, Ciuitas illa non in Dacia, neque in Lydia, ſed in Thracia, ſeu in Illyrico manet.*

21 *Protogenes, quod fuerit Epiſcopus Calaritanus, ex quo deducatur.*

22 *Turritana Ciuitas præclara eſt, & fuit antiquiſſima Romanorum colonia.*

23 *Turritana Ciuitas habuit SS. Prothum Presbyterum, & Ianuarium Diaconum Fidei Chriſtianæ Prædicatores à S. Caio Papa miſſos. anno ſalutis 290.*

24 *S. Clemens Papa ducentorum ferè annorum ſpatio S. Caium Papam præceſſit.*

25 *Antiquius dicitur, quod tempore præcedit.*

26 *Iura antiquiora, & monumenta facientia mentionem de vna re & poſteriora facientia mentionem de altera, expendi poſſunt ad probandum qualis res ſit antiquior.*

27 *Ius Metropolis reſpicit habere ſuffraganeos.*

28 *Epiſcopo Calaritano, æquè ac Turritano fuerunt aſſignati plures ſuffraganei. & nu. 29.*

30 *ex Epiſcopatus ſuffraganei antiquitate. vt poſſit argui ad antiquitatem Epiſcopatus Metropolitani, quid requiratur.*

31 *Enunciatiuæ, quæ inuicem ſe conquaſſantur, non ſunt habendæ in conſideratione.*

DECISIO CCLI.

FVIT aliàs commiſſa bo. me. Horatio Cardinali Lancellotto tunc Rotæ Auditori cauſa, quæ vertitur ſuper primatu Inſulæ, & Regni Sardiniæ inter Calaritañ, Turritañ, & Arboreñ eiuſdem Regni Archiepiſcopos: Et hodie coram me in dicti Cardinalis Lancellotti locum poſt Eminentiſſimũ D. Cardinalem Veroſpium ſuffecto, dubitaui, An ſedes Calaritana ſit prima Metropolis, & antiquior Sardiniæ? Quo dubio propoſito, ac pluribus ex veterum ſcriptorum, & Conciliorum monumẽtis vtrinque prolatis appellationibus, nuncupationibus, ſubſcriptionibus, & enunciatiuis, iiſq. partim admiſſis, & partim reiectis, vti æquiuocis, aut
1 parum, aut nihil ad huius articuli † deciſionem facientibus; viſum fuit Dominis probari, quod ſedes Calaritana ſit antiquior, reſeruato, vt de reliquis ad Iuris Metropolitici cognitionem ſpectantibus particulariter videatur.

Nam ſedis Calaritanæ antiquitatem primò loco demonſtrat illius Eccleſiæ celebris traditio, quod
2 Beatus † Clemens ante adeptum Summum Pontificatum fuerit primus Epiſcopus Sardiniæ, & in Ciuitate Calaritana primam ſedem Epiſcopalem fixerit; vnde Capitulum eiuſdem Eccleſiæ, & Clerus tàm Ciuitatis, quàm Diœceſis à tempore, cuius initij hominum memoria non extat, diem Sancto Clementi Papæ, & Martyri feſtum † quotannis
3 ſolemni ritu cum proceſſione miſſa, cantu, & Concione celebrare conſueuerunt.

Dictæ traditioni, & conſuetudini teſtimonium medio iuramento perhibuerunt viri Eccleſiaſtici Calaritani affirmantes inſuper Altare maius dictæ Eccleſiæ dicatum eſſe Beato Clementi, ac Beato Saturnino etiam Martyri Calaritano. Qui teſtes, cum deponant de communi reputatione ſine contraditione à tempore immemorabili plenè probãt,
4 quia † indubitanter eſt tenẽdum, quod omnes opinantur, *Innoc. & alij Can. in cap. veniens. num. 6. verſ. indubitanter de verb. ſignific. Dec. in c. cum cauſam. nu. 10. de probat. & DD. communiter in l. ſi arbiter. ff. eod. tit.*

Cui traditioni conſenſit Hiſtoria Eccleſiaſtica de Diſcipulis à Beato Petro Apoſtolo miſſis ad diuerſas Eccleſias inſtituẽdas, quos ordinauerat Epiſcopos, & inter illos fuiſſe Sanctum Clementem confirmant omnes tàm antiqui, quàm recentiores

qui

qui Diſcipulorum Domini cathalogum ediderunt;
Præſertim vero primus Cabillonenſis Epiſcopus in
cathalogo edito poſt Topographiam Sanctorum
Martyrum quæ extat in Martyrologio Franciſci
Maurobyci Abbatis Meſſanenſis, & Petrus Su-
bertus Epiſcopus Sancti Papuli Prouinciæ Tholo-
ſanæ *in tract. de cultu Vineæ Domini par. 7. cap. 3.*
5 vbi ponit Clementem Epiſcopum† Sardiniæ quin-
quageſimum ſecundum in ordine Diſcipulorum,
& Ioannes Chappius, tàm in epiſtola dicti libri de-
dicatoria ad Franciſcum Rothomagēſem Archie-
piſcopum, quàm in calce operis profitetur ſe exē-
plar eius cenſuræ, & limæ ſuppoſitum quàm dili-
gentiſſimè reuoluiſſe, in quo nulla ademiſſe, aliqua
verò addidiſſe affirmat. Quorum auctorum hic ni-
mirum Subertus obijt anno 1405. Alter verò nē-
pe Epiſcopus Cabillonenſis ſcripſit anno 1450. cu-
ius dictum debet intelligi de Beato Clemente Epi-
ſcopo non Sardis, vt in eius cathalogo legitur, quæ
Ciuitas eſt Lydiæ in Aſis minori, ſed Sardiniæ, quē-
admodum ſcripſit Petrus Subertus, & intellexit
illius operis eculgator accuratiſſimus Ioannes
Chappius in cathalogo Diſcipulorum Chriſti edi-
to in quarta parte Theſauri Sacerdotalis fol. 6. &
annotauit Franciſcus Samarinus Eccleſiæ Latera-
nenſis Beneficiatus, vt conueniat cum Hiſtoria
Eccleſiaſtica Cardinalis Baron annal. tom. 1. pag.
343. editionis Vaticanæ, in qua habetur quod an-
6 no à Chriſti natiuitate 46. Sanctus † Petrus poſt
ſtabilitam Romæ Sedem Diſcipulos, quos ſibi ad-
ſciuerat ad diſſeminandum Chriſti Euangelium ad
cæteras orbis Occidentalis partes ablegauit, ideſt
vt dicitur *in c. quis neſciat 11. diſtinct.* ad omnem
7 Italiam, & Galliam, Hiſpaniam, † & Africam, In-
ſulaſq. interiacentes, & ſic Sardiniam, quæ à *Pō-
pon. Mela de ſit. Orb. lib. 2. c. vlt* ponitur inter In-
8 ſulas Maris †Mediterranei, quod ad occaſum ver-
git vt idem *Auctor ſcribit lib. 1. cap. 1.* cum antea
ex *S. Leone Papa ſermone 1. natal. SS. Apoſtolorū
tradit Baron. Annal. d. tom. 1. anno 44. fol. 309.*
Idem S. Petrus Aſiam, & cæteras Orientis Regio-
9 nes peragraſſet & populos † qui ex circumciſione
erant, Euangelicæ prædicationis legibus imbuiſſet;
Et ex ijs Presbyteris qui eum ſequebantur ſingu-
lis Ciuitatibus, quas pertranſibat, dediſſet Epiſco-
pos, & quod Clemen eundem Beatum Apoſtolum
vlterius progredientem ad Sedem primam Romæ
10 ſtabiliendam † comitatus fuerit, non obſcurè iudi-
cat *Niceph. hiſtor. Eccleſ. lib. 3. cap. 18.* vbi quod
11 SS. Clemens, Ignatius, & Papias † fuerunt Beati
Petri Apoſtol diſcipuli: Polycarpus verò Smyrnæ
Epiſcopus, quæ Ciuitas Aſiæ minoris eſt, ſectator
12 fuit † eius Diſcipuli, qui ſupra pectus Domini in
Cœna recubuit, ſubdens paulò inferius, quod idem
13 Clemens † Principis Apoſtolorum familiaris ex-
titerit.

Vnde cum in Cathalogis Archiepiſcoporum
Turritanorum & Arborenſium non reperiatur in-
ter illarum Eccleſiarum Præſules adſcriptus San-
ctus Clemens, magis confirmatur antiqua, & con-
ſtans traditio, quod ipſe fuerit primus, qui in Sardi-
nia præfuit Eccleſiæ Calaritanæ iuxta Apoſtolorum
14 conſuetudinem vnicuique Ciuitati † eum præfi-
ciendi in Epiſcopum, quem ad prædicandum mit-
tebant, vt ex Tertull. Irenæo, & alijs rerum Eccle-
ſiaſticarum auctoribus obſeruauit *Rota in Cæſa-
rauguſtana Cathedralitatis coram Reuerēdiſſ. D.
meo Decano, quæ eſt deciſio 353. inter impreſſas p. 5.
recent.* Eccleſiarum autem traditiones eſſe ſeruan-
das, & cuſtodiendas, ac in rebus & factis vetuſtiſ-
15 ſimis communi maiorum opinione† receptis reti-
nendum eſſe morem fideliſſimæ antiquitatis ad ef-
fectum firmandi primæuum Cathedralis Eccleſiæ
ſtatum, probauit Rota in eadem Cæſarauguſtana
Cathedralitatis primò coram Reuerendiſſimo D.
meo Decano in deciſione impreſſa vt ſupra, & de-
inde coram me vti vlterioris inſtantiæ Iudice ſub
die 14. Ianuarij 1637. *per text. in cap. ridiculum, &
cap. illam 12. diſtinct. & in l. teſtamenta. C. de te-
ſtam. Bart. & alijque Doct. in l. more. ff. de iuriſd.
omn. iudic.* ita idem *Card. Baron. d. tom. 1. annal.
ſub anno 57. pag. 474. & 493. ex S. Hieronymi epi-
ſtola 28 ad Lucin.* ſcribit traditiones Eccleſiarum,
16 † ita obſeruandas vt à maioribus traditæ ſunt, ac
veluti leges Apoſtolicas, ob reuerentiam eorum
illis ab initio præfuerunt, ac ſucceſſorū qui inualue-
runt, vt ex *Nicephor. hiſt.* meminit *Petr. Tholoſ. de
Repub. lib. 12. cap. 9. in fin.*

Maximum verò fundamentum pro firmanda an-
17 tiquitate ſedis Calaritanæ fecerunt Domini † in
ſubſcriptionibus Epiſcoporum, qui anno Domini
314. Concilio Arelatenſi primo interfuerunt, in
quo conſtat Quintium aliàs Quintianum, vt rerum
Sardiniæ ſcriptores promiſcuè nuncupant, ſub his
verbis ſubſcripſiſſe videlicet. Ex prouincia Sardi-
niæ ciuitate Calari Quintius Epiſcopus cum ante
hæc tempora nulla adferatur ſimilis probatio ex
parte Turritañ, & Arboreñ Archiepiſcoporum.

Aliud præterea antiquitatis Eccleſiæ Calaritanæ
argumentum, ſeu veſtigium educitur ex Concilio
18 generali Niceno † primo anno Domini 325. cele-
brato cum interuentu 318. Epiſcoporū inter quos
ſubſcripſit Protogenes tanquam Sardiniæ Epiſco-
pus, vt ex Illeſca in vita Iulij Papæ Primi recolit
*Ioannes Franciſcus Fara de reb. Sardin. lib. 1. pag.
79* vbi corrigit ſubſcriptionem in eo, quod loco
Sardiniæ apponitur Sardiceñ Prouinciç Daciç, quia
19 Eccleſia Sardiceñ † quatenus intelligatur de Ci-
uitate Sardis, non eſt Prouinciæ Daciæ, ſed Lydiæ
in Aſiæ minori cuius Epiſcopus tūc Artemidorus
eodem Concilio ſubſcripſit primus in ordine Epi-
ſcoporum Prouinciæ Lydiæ his verbis: Artemido-
rus Sardeñ. Quatenus verò dicta denominatio de-
20 riuetur à Sardica, vbi Concilium†Sardiceñ fuit ce-
lebratum, Ciuitas illa non in Dacia, neque in Ly-
dia, ſed in Thracia, ſiue in Illyrico, vt in relatione
dicti Concilij inquit *Niceph. hiſt. Eccleſ. lib. 9. c. 12.*
Vnde licet ſuſpicari errorem Codicis in dicta ſub-
ſcriptione, vt animaduertit idem Ioannes Franci-
ſcus Fara de rebus Sardin. in loco prææallegato. Di-
21 ctum verò Protogenem † fuiſſe Epiſcopum Cala-
ritanum ex eo deducitur, quod quemadmodū Bea-
tus Clemēs ab antiquis ſcriptoribus fuit denomi-
natus Epiſcopus Sardiniæ, ita Protogenes non
abs re in prædicto Concilio antonomaſticè nuncu-
pauerit ſe talem.

His itaque vt ſupra firmatis non obſtat, quod
22 Ciuitas Turritañ præclara † itidem, & antiquiſſi-

ma Romanorum colonia habuit SS. Prothum Pre-
ſbyterum, & Ianuarium Diaconum fidei Chriſtia-
23 næ † Prædicatores à B. Caio ſummo Pontifice
miſſos anno ſalutis 290. vt ex hiſtoria Magiſtri Gri
baldi recolit *Fara d. lib. 1. de reb. Sardin. pag. 75.*
Quia dictorum Sanctorum miſſio non excludit ſe-
dis Calaritanæ initium à B. Clemente deductum,
24 † qui ducentorum ferè annorum ſpatio B. Caium
anteceſſit. Id verò antiquius dicitur, quod tempo-
25 re † præcedit, quo argumento in cauſa præceden-
tiæ inter Canonicos Regulares S. Auguſtini Con-
gregationis Lateranen, & Monachos D. Benedicti
Congregationis S. Iuſtinæ de Padua vſi fuerũt Pro-
feſſores Collegiorum Bononien, Paduan, & Fer-
rarien, necnon Io. Baptiſta Caccialupo expendẽ-
26 tes † antiquiora iura, & monumenta facientia
mentionem de vna Religione, & poſteriora facien-
tia mentionem de altera, quorum Doctorum Cõ-
cilia extant impreſſa poſt vol. conſ. Card. Zabarelli.

Neque viſum fuit quicquam detrahi poſſe anti-
quitati ſedis Calaritanæ ex eo, quod careat ſuffra-
27 ganeis, cum † id ius Metropolis reſpiciat, cuius
articuli cognitio ad aliam diſputationem reiecta
eſt, vltra quod videtur poſſe ſolui obiectũ ex Pro-
uinciali poſt *pract. Cancell. Apoſt. Hieronymi Pauli
& prax. benefic. Rebuff. edito*, ac ex notitia Epiſco-
patuum totius orbis Chriſtiani per Aubertũ Mi-
ræum Antuerpien Eccleſiæ Canonicum collecta,
28 in quibus legitur Calaritano, † æquè ac Turritano
aſſignatos eſſe plures Suffraganeos, & non diſſen-
tit *Abb. Ioachim ſuper Iſaiam Prophet.* in deſcrip-
tione † Sardiniæ, dũ ſub Arbore inſcripta Sardinia
29 collocat † Calaritanum cum tribus alijs Epiſco-
patibus, deinde ſub Turritano Ampurienſem, &
reliquos.

Minus dictæ antiquitati detrahere poſſe viſum
fuit, quod in hiſtoria S. Simplicij Epiſcopi Pauſa-
niæ Ciuitatis Sardiniæ, de qua in Martyrologio Ro-
mano ſub die 15. Maij legatur eum fuiſſe paſſum
martyrium anno ſalutis 300. ſub Diocletiano Im-
peratore, & ſic antequam Cõcilium Arelaten pri-
mum ſub Conſtantino celebraretur. Vnde Domi-
nus Modernus Archiepiſcopus Turritan infert, ꝙ
cum Epiſcopatus Pauſaniæ, vti Ampurien vnitus,
recenſeatur inter Eccleſias Metropolis Turritanæ
ſuffraganeas, conſequenter ſedes Turritan ſit anti-
quior Calaritana, cuius mentio in d. Concilio Are-
latenſi primo facta ſub anno Domini 314. eſt po-
ſterior præfato martyrio.

Quoniam quicquid ſit de antiquitate Epiſcopa-
tus Pauſaniæ, ab eo nõ poteſt rectè inferri antiqui-
30 quitas ſedis Turritan ex iure Metropolico, † niſi
ſimul doceatur, quod huiuſmodi ius eidem Eccle-
ſiæ Turritanæ fuerit conceſſum, quo tempore San-
ctus Simplicius Epiſcopus coronam martyrij ac-
cepit, & nihilominus ex *Baronio in annotatione
ad Martyrolog. ſub die 30. Maij litt. B.* conſtat ve-
tera Eccleſiæ Turritan monumenta in Codice anti-
quo Sardico idiomate deſcripta reſtari, quod anno
Domini 517. die 4. Maij, & ſic longè poſt marty-
rium S. Simplicij facta fuit Dedicatio illius Eccle-
ſiæ, cuius dedicationis ſub eodem anno, & die etiam
meminit *Io. Area de Sanctis Sardiniæ lib. 2. fol. 27.*

Reliquas verò denominationes, & enunciatiuas
pro parte Domini Archiepiſcopi Turritani dedu-
31 ctas, cum non ſint antiquiores & collatæ cũ alijs
enunciatiuis Calaritani inuicem cõquaſſentur, vi-
ſum fuit ad hunc effectum non eſſe habendas in
conſideratione. Et ita vtraque &c.

§ *In hac cauſa in ſequenti parte habentur aliæ de-
ciſiones coram R. P. D. Ghiſilerio, ideſt ſub diebus
14. Iunij 1638. & 10. Decembris eiuſdem anni, &
27. Aprilis 1640.*

R. P. D. MERLINO.

Gerunden Scribaniæ.

Die Veneris 27. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Probatio per inſtrumenta quando fieri poteſt, teſtes non ſunt admittendi, & ſic denegatur remiſſoria, & vide plura ad hoc, vt conceſſio bonorum Eccleſiæ in emphyteuſim valeat, quæ requirantur.

SVMMARIVM.

1 *Remiſſoria non datur ad probandum per teſtes id, quod per ſcripturas doceri poteſt.*

2 *Probatio per inſtrumenta cum ſit ſincerior, expeditior, & magis tuta, fruſtra recurritur ad teſtes, qui vel obliuione, vel alio defectu labi poſſũt.*

3 *Inſtrumentis lux veritatis aſſiſtit.*

4 *Teſtes non admittuntur, & ſic denegatur remiſſoria, vbi articulus non reſpicit factum, quod ſubiaceat oculis, ſeu notitiæ teſtium.*

5 *Articulus, quando eſt iuris, & pendet à iudicio, tunc Iudex ex ſua peritia, & ex diſpoſitione iuris depromit expeditionem cauſæ non ex teſtium opinione, vel credulitate.*

6 *Remiſſoria non datur, quando materia articulata eſt irreleuans, conteritur enim tempus, & litigantes vexantur tedio, & expenſis, dum ad inanes probationes conuertuntur.*

7 *Emphyteuſis requirit ſcripturam, nec aliter probari poteſt ſecundum communem ſententiam.*

8 *Inueſtituræ, & publica inſtrumenta ex conſuetudine generali vbique locorum receptum eſt, vt fiant ſuper emphyteuticis conceſſionibus, & præſertim in his, quæ ab Eccleſia recipiuntur.*

9 *in Alienatione bonorum Eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur, & ſolemnitas nempè beneplacitum Apoſtolicum, & cauſa, ſeu vtilitas euidens, & indubitata.*

10 *Beneplacitum Apoſtolicum nõ requiritur in locatione bonorum Eccleſiæ, quotieſcumque docetur de vna locatione ſolemni ac legitimè facta nempè cum beneplacito Apoſtolico.*
Vel de duabus non ſolemnibus, per quadraginta annos effectum ſortitis.

11 *Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in locatione bonorum Eccleſiæ, etiamſi ipſa res materialis ſit ſolita aliàs concedi, ſi in conditione, vel alio modo fuerit alteratum, tunc enim dicitur noua conceſſio, & nu. 12.*

13 in

13 *in Conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ dicitur ſolitum alteratum ex facultate nominandi conceſſa vltimo inueſtito, quæ in antiquis cōceſſionibus non legebatur.*
14 *Deciſ. 622. lib. 3. par. 3. diuerſ. & ſimiles declarantur.*
15 *Conductor non præſumitur voluiſſe iacturam facere ſuper re conducta, etiamſi locatio ſit ad breue tempus.*
16 *Vtilitas in conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ cōſideratur de tempore vltima cōceſſionis.*
17 *Vtilitas etiam requiritur in cōceſſione rei Eccleſiæ ſolita concedi in emphyteuſim.*
18 *Satisfactionis præſumptio quando intret.*
19 *in Cōceſſione bonorum Eccleſiæ color quæſitus ad hoc, vt appareat vtilit, non attenditur.*
20 *Sanguinis coniunctio parit oſcitantiam in ſcrutanda Eccleſiæ vtilitate, & ſolet inducere ſuſpicionem circa conceſſionem.*
21 *Bonorum Eccleſiæ ad hoc vt dicatur vtilis, non ſtatur aſſertioni contrahentium.*
22 *Incertitudo tollit vtilitatem requiſitam in alienationibus bonorum Eccleſiæ.*
23 *Vtilitas in alienatione bonorum Eccleſiæ de tempore contractus debet eſſe euidens & certa, itaut non ſufficiat Eccleſiam remanere ſine damno. Sed opus eſt ipſam fieri locupletiorem, & lucrum conſequi à conceſſione.*

DECISIO CCLII.

DOMINI ſteterunt in deciſis * ſcilicet denegandam eſſe remiſſoriam, & præmittebant tres concluſiones in iure veriſſimas, & paſſim à Rota receptas.

Prima eſt concluſio, quod non datur remiſſoria
1 ad probandum per teſtes, † quod poteſt probari
per ſcripturas *Bellamer. deciſ. 9.* vbi teſtatur de ſtylo Palatij, & Romanæ Curiæ. *Felin. in cap. 1. nu. 4. de appellat. Rot. deciſ. 271. num. 2. par. 5. recent. & apud ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 253. nu. 2. & coram Reuerendiſſ. Vrg. illen. deciſ. 131. nu. 13.* præter allegatos in alia deciſione huius cauſæ, cum enim probatio per inſtrumenta ſit ſincerior, expeditior,
2 & magis tuta, fruſtra recurrimus † ad teſtes, qui
vel obliuione, vel alio defectu labi poſſunt, & ideo incertior redditur eorum depoſitio, & minus ſecura probatio, vt per *Bellam. d. deciſ. 9. & Bald. conſ.*
3 *109 in princ. lib. 4* vbi quod † inſtrumentis lux
veritatis aſſiſtit, *Crauet conſ. 54. nu. 15. cum aliis.*

Secundam præmittebant concluſionum, quod non admittuntur teſtes, & ſic denegatur remiſſoria,
4 † vbi articulus non reſpicit factum, quod ſubiaceat
oculis, ſeu notitiæ teſtium, ſi enim ſit articulus iuris & pendeat à iudicio, tunc Iudex ex ſua peritia & ex diſpoſitione iuris depromit determinatio-
5 nem cauſæ, non autem ex teſtium † opinione, vel
credulitate, vt fuit dictum *in Corduben. redecimarum 26. Martij 1607. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, in Toletana Canonicatus 13. Nouemb. 1609. coram Card. Lancellotto, in Viterbien. bonorum 10. Decembris 1613. coram bo. mem. Patriarcha Manzanedo, in Hiſpalen. præeminentiarum 15. Nouembr. 1617. coram bo. me. Andrea, quæ eſt deciſ. 593. nu. 1. & 8. par. 4. recent. & in Valentina iuris ſedendi 15. Decemb. 1634. & 16. Martij 1635. coram R. P. D. meo Ghiſilerio*

Tertia concluſio eſt, quòd non datur remiſſoria, quando materia articulata eſt irreleuans, conteritur enim tempus, & litigantes vexantur tædio, &
6 expenſis, dum ad † inanes probationes conuertū-
tur, *Rot deciſ. 126 nu. 2 & deciſ. 503. nu. 2 par. 2. ac deciſ. 250. nu. 1. & deciſ. 129. num. 1. par. 5. recent. & in d. Valentina iuris ſedendi coram R. P. D. meo Ghiſilerio.*

Ex his poſtea Domini inferebant, non eſſe dandam in caſu præſenti remiſſoriā, quia ſi reſpicimus primos articulos, illi continent, quod res ſolita fuit locari, & quod de hac Scribania factæ fuerunt plures conceſſiones, pro annua penſione librarum 70. ex quibus deducunt informantes pro D. Fontanella potuiſſe etiam illi concedi pro eadem penſione abſque alia ſolemnitate. Verum cum emphy-
7 teuſis, † de ſui natura requirat ſcripturam, nec ali-
ter probari poſſit, ſecundum communiorem ſententiam, de qua teſtatur *Soccin. ſen. conſ. 120. nu. 24. lib. 4. Rolan. conſ. 87. nu. 9. & 10. Surd. deciſ. 10. nu. 1. Valaſck. de iur. emphyt. quæſt. 7. num. 2. & 7. Molin. de contract. diſput. 447. num. 4. & ſeq. Gratian. diſcep. foren. cap. 188. n. 1. & 2. & dixit Rot. apud Card. Seraph. deciſ. 627. num. 1. & in recent. deciſ. 400. nu. 10. & deciſ. 630. nu. 6. par. 1.* & conſuetudine vniuerſali vbiq; locorum receptum eſt,
8 vt fiant inueſtituræ, & publica documenta † ſuper
emphyteoticis conceſſionibus, præſertim in his, quæ ab Eccleſia recipiuntur, proptcrea ſi de articulatis per D. Fontanellam conceſſionibus extant ſcripturæ, debent illæ in actis exhiberi, ad effectum probandi ſolitum, nō autē ſuper hoc teſtes induci.

Quo verò ad articulos, qui concernūt valorem meritorum patrocinij præſtiti à D. Fontanella, & periculū, quod ſubire poterit monaſterium in futuris litibus, quas defendere promiſit idem Fontanella, indeq; etiam an requiratur beneplacitum Apoſtolicum, & an adſit vtilitas, benè intrat ſecūda concluſio vt Rota hæc omnia debeat diffinire ex iuris principiis, & iuxta Doctorum axiomata, non autem depromere reſolutiones ex iudicio, & opinionibus teſtium.

Circa alios autem articulos intrat tertia con-
9 cluſio de irreleuantia, quæ eſt patens ex eo, † quod
in alienationibus bonorum eccleſiaſticorū requiruntur duo copulatiuè, & ſolemnitas nempè beneplacitum Apoſtolicum & cauſa nempè neceſſitas, ſeu vtilitas euidens, ac indubitata, vt colligitur *ex c. 1. de reb. Eccl. non alien. in 6. ex clem. 1. necnon ex extrauag. ambitioſæ eod tit. Dec. cōſ. 142. nu. 4. Surd. conſ. 181. nu. 14. Rot. deciſ. 160. nu. 1. & deciſ. 178. n. 1. & 10. par. 2. diuerſ. & in recent. deciſ. 430. nu. 1. & 4. par. 2. & deciſ. 367. num. 1 par. 5.* & fuit firmatum in 1. deciſ. & præter ibi allegatos ex recentior. comprobāt *Donat. Anton. Marin. quotid. reſol. cap. 6. per tot. Ferdinan. à Caſtro Palao tract. 11. diſput. vni. §. 2. nu. 1. & ſeq.*

Hic autē deficit vtrūque, ſolemnitas quidē de-
10 ficit, quia licet ea nō requiratur in re ſolita locari, †
quotieſcūq; docetur de vna locatione ſolemni, ac legitimè facta, nempe cum beneplacito Apoſtolico, vel de duabus non ſolemnibus per 40. annis

effectum ſortitis, iuxta doct in am *Alex. in conſ. 9.*
nu.6. lib.3. & conſ.189. num. 19. lib.2. Rota apud
Card.Seraph. deciſ.434. nu.5. & in rec. deciſ.367.
num.18. & 19. par.5. & in Nucerina prædij 24.
Maij 1624.coram me, & in præſenti caſu duæ qui-
dem exhibeantur conceſſiones, prima de anno
1570. & altera de anno 1590. vſque ad 1614.

11 Tamen huiuſmodi ſolitum nō ſuffragatur, † quia
dictæ inueſtituræ antecedentes nō ſunt conformes
huic poſtremæ inueſtituræ receptæ de anno 1614.
per D. Fontanellam, vna enim ex dictis antiquis
conceſſionibus facta fuit ad vitam vnius tantum
perſonæ, altera verò eſt facta ad vitam vnius, & il-
lius dumtaxat ſucceſſoris, poſtrema autem hæc in-
ueſtitura D. Fontanellæ eſt ad tertiam generatio-
nem, cum facultate nominandi attributa tàm ipſi
D. Fontanellæ, quàm eius filio, ſeu nominando, vt
in proceſſu compulſoriali fol. 23. Et ſic non leuis
12 adeſt alteratio, ac proinde intrat concluſio, † quod
expediendum erat beneplacitum Apoſtolicum,
etiamſi res ipſa materialis ſolita fuerit aliàs conce-
di, ſi in conditionibus, vel alio modo fuerit altera-
tum, tunc enim dicitur noua conceſſio, & noua
alienatio, *Dec. in authen. qui rem. n. 122. C. de ſa-*
croſ. Eccleſ. Clar. in §. emphyteuſis. quæſt. 6. verſ.
ſcias tamen benè, Vrſil. ad Afflict. deciſ. 305. nu. 8.
verſ. primo quod iſta, & nu. 9. verſ. & ſecundo Ca-
uagnol. ad Menoch. conſ. 79. nu. 2. & 3. & fuit fir-
matum in alia deciſ. atque etiam *in Imolen. bono-*
rum 21. Maij 1593. coram bo. me. Card. Pamphilio,
& in terminis alterationis huiuſmodi reſultantis ex
13 † facultate nominandi conceſſa vltimo inueſtito,
quæ in antiquis conceſſionibus non legebatur, eſt
Card. Seraph. deciſ. 1490. nu. 7. & Rot. dec. 367. nu.
20. par. 5. recent.

Neque applicantur *deciſ. 622. lib. 3. par. 3. diuerſ.*
& in Cæſaraugustana officij notariatus 27. No-
uemb. 1620. atque *in Turritana Scribaniæ 1. Iulij*
1633. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano. Quia illæ
14 † deciſiones emanarunt in caſu quo conceſſiones
factæ fuerant ad vitam vnius tantum, hæc vero D.
Fontanellæ eſt in tertiam generationem, & in de-
fectum generationum ipſe poterat tàm in contra-
ctu, quàm in vltima voluntate, etiam in articulo
mortis nominare, & primo nominatus poterat eo-
dem modo quandocumque alium nominare, vnde
non poteſt negari, quin hic agatur de maiori præiu-
dicio Eccleſiæ, quæ diuturniori tempore erit pri-
uata vtili dominio ſcribaniæ, quod non cadebat in
caſu dd deciſ.

Vtilitas etiam deficit, immò euidens eſt damnũ
Eccleſiæ, conceſſa enim fuit hæc Scribania D. Fõ-
tanellæ pro libris annuis 70. vt in proceſſu cõpul-
ſoriali fol. 22. & ſeq. & tamen anno antecedenti lo-
cata fuerat pro annuis libris 150. dict. proceſſu fol.
21. Quæ locatio licet eſſet ad triennium, tamen
15 nec in huiuſmodi locatione † ad breue tempus præ-
ſumitur, quod conductor voluerit iacturam facere,
& concurrit etiam, quod D. Fontanella ſtatim ſub-
locauit per duo triennia, immò continuauit ab an-
no 1615. vſque ad annum 1628. ſemper pro annuis
libris 150. vt in proceſſu cõpulſoriali fol. 32. fac. 1.
& fol. 34. fac. 2. & fol 36. fac. 2. & fol. 66. fac. 2. &
fol. 79. fac. 1. ex quibus locationibus excluditur
vtilitas, immò probatur damnum Eccleſiæ, quia ſi
& ipſa locaſſet temporaliter, nõ autem in emphy-
teuſim conceſſiſſet; longè duplo plus percepiſſet,
quàm perceperit ex hac conceſſione emphyteoti-
ca, & vtilitas ad hunc effectum debet conſiderari à
16 † de tempore renouationis, ſiue vltimæ conceſſio-
nis factæ D. Fontanellæ, vt in verbis diſpoſitum eſt
in extrauag. ambitioſæ de reb. Eccleſ. non alien. ibi
tunc Eccleſiarum euidenti vtilitate. Rot. apud Caſ.
Graſſ. deciſ. 4. per tot. eod. tit. Gratian. diſcep. forenſ.
cap. 379. nu. 22. & 23. & fuit in alia deciſ. firmatum
necnon etiam *in Bononien. deuolutionis 15. Decemb.*
1621. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano, & huiuſ-
17 modi vtilitas requiritur † etiam in conceſſione
rei ſolitæ in emphyteuſim cõcedi, vt poſt alios ad-
uertit *Honded. conſ. 51. nu. 62. lib. 1. & conſ. 37. nu.*
12. lib. 2. Gratian. diſcep. forenſ. c. 415. n. 5. & 6.

Nec dicatur patrocinium D. Fõtanellæ æquipol-
lere annuæ illi præſtationi libr. 150. & ſic excludi
damnum, & læſionem Eccleſiæ. Quoniã ſi pro tem-
pore præterito cõſideratur patrocinium, poteſt in-
trare præſumptio ſatisfactionis, non eſt enim veri-
18 ſimile, quod D. Fontanella per † ſpatium quinde-
cim annorum poſt tot impenſos labores, vt aſſeri-
tur in inueſtitura, & obtentas in cauſis monaſterij
fauorabiles ſententias, nuſquam ſalarium exegerit,
19 & hic potius videtur color † quæſitus pro cohone-
ſtanda conceſſione emphyteotica facta à patruo,
qualis erat ille Abbas monaſterij in fauorem D.
Fontanellæ nepotis ipſius Abbatis, quæ ſanguinis
20 coniũctio oſcitantiam † in ſcrutanda Eccleſiæ vti-
litate ſolet inducere, & ſuſpicionem cõceſſionis, vt
notant *Doctores in authen. quibuſcumq; C. de ſacroſ.*
Eccleſ. Alciat. de præſumpt. reg. 1. præſump. 29. n. 1.
& ſeq. Rot. deciſ. 181. nu. 1. & deciſ. 360. nu. 16. p. 1.
& deciſ. 18. nu. 5. et deciſ. 65. nu. 18 par. 2. diuerſ.
et poſt Cinc. de cenſ. deciſ. 8. nu. 9. et deciſ. 36. nu. 11.
21 Nec aſſertio † contrahentium in hoc attenditur,
vt benè in his terminis per *Iaſon. conſ. 73. per tot.*
lib. 3. Federic. de Sen. conſ. 143. et Rolan. conſ. 25.
nu. 19. lib. 1. Rot. deciſ. 27. nu. 4. et deciſ. 28. nu. 1. et
deciſ. 36. nu. 9. et deciſ. 37. nu. 6. et 7. poſt Cinc. de
cenſ. et deciſ. 160. nu. 4. par. 2. diuerſ.

Pro futuro autem tempore patrocinium erat om-
ninò incertum, & an D. Fontanella eſſet ſuperui-
cturus, & an monaſterium paſſurum eſſet vexatio-
nes forenſes, itaut opus fuerit pollicito patrocinio,
22 quæ † incertitudo tollit vtilitatem requiſitam pro
alienationibus bonorum Eccleſiæ, quæ vtilitas de
tempore contractus debet eſſe certa, & euidens,
adeout nõ ſufficiat Eccleſiam remanere ſine dam-
23 no, ſed opus ſit † ipſam fieri euidenter locupletio-
rem, & lucrum conſequi à conceſſione ex traditis
per *Archidiacon. in cap. ſine exceptione. nu. 15. Bel-*
lam. nu. 6. et 12. quæſt. 2. Rot. deciſ. 65. nu. 4. p. 2. di-
uerſ. Card. Seraph. deciſ. 433. num. 2. et deciſ. 508.
n. 12. et in d. Bononien. deuolutionis 15. Nouemb.
1621. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano. Sẽperq;
obſtat defectus ſolemnitatis, nempè beneplaciti
Apoſtolici, quod vt ſupra † fuit oſtenſum, require-
batur propter alterationem; Et demum quatenus
cõcurreret vtilitas, hoc pẽdet à iudicio Rotæ pro-
ferendo, ſecundum iuris concluſiones, non autem
ab aſſertionibus teſtium.

Et

Digitized by Google

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit ſtandum eſſe in deciſis.

** Id eſt ſub die 1. Iulij 1637. & deciſio 253. ſupra in hac parte.*

5 Et in ſequenti parte aderunt alia, videlicet ſub die 26. Februarij 1638. & 21. Maij eiuſdem anni coram eodem R.P.D. Merlino.

R. P. D. MATTHEIO VIARVM PRAESIDE.

Romana Eleuationis Muri.

Die Veneris 27. Nouembris 1637.

ARGVMENTVM.

Murum proprium quis ad quamcũque magnitudinem poteſt eleuare. Et plura adducuntur ad probandum, quod proprietas alicuius muri ad aliquem ſpectet. & ad hoc etiam perpenduntur nonnulla ſigna, & adminicula, ex quibus poteſt indagari, quod murus licet poſitus inter duo Curtilia non ſit communis, ſed ad aliquem iure dominij ſpectet. Et aliqua habentur circa interpretationem Statuti Vrb. lib. 1. cap. 107.

SVMMARIVM.

1 *Murus proprius quis extollere poteſt vſque ad cœlum.*
2 *Opus præſumitur eius, cuius expenſis fuit factum.*
3 *Factum aliquod ſi requirat impenſam, is feciſſe præſumitur, qui ad id tenebatur.*
4 *Seruitus non præſumitur.*
5 *Impenſæ præſumptio ceſſat, ceſſante neceſſitate.*
6 *Iactatio rerum ſuarum non eſt præſumenda.*
7 *Damnum infectum peti poteſt propter iuſtum metum ruinæ.*
8 *Neceſſitas cauſatiua ſufficit, vt quis dicatur cogi, licet non inferatur præciſa neceſſitas.*
9 *Ratio duplex, ſeu vinculum fortius ſtringit.*
10 *Murus dicitur deſtinatus ad altius tollendum, ſi ſint in eo relicta morſa ad colligandum murum altius tollen.*
11 *Morſa relicta in muro, apto vocabulo dicuntur dentes.*
12 *Muri diuiſorij communia ſigna quæ ſint.*
13 *Expenſam aliquam non præſumitur quis feciſſe in re ſibi præiudiciali.*
14 *Error in factis hominum non eſt accõmodandus.*
15 *Murus præſumitur cõſtructus ab eo, qui reliquos etiam parietes vniformes conſtruxit. & nu. 16.*
17 *Coniectura eſt ſumenda ex veriſimili, & non ex diſſimili.*
18 *Murus aliquis an ſit de recenti conſtructus, ex quibus perpendatur.*
19 *Muri proprietas ex quibus ſignis dignoſcatur.*
20 *Signa poſita in muro eodem tempore quo fuit conſtructus, non poſſunt dici clam poſita.*
21 *Stillicidij quanta ſit vis, ad præſumendam proprietatem muri.*
22 *Dubia non poteſt dici res, quæ conſtat ex pluribus actibus, veriſimilibus coniecturis, & ſignis.*
23 *Dominium eſt difficilis probationis.*
24 *Singula, quæ non proſunt iuncta iuuant.*
25 *Confeſſio emanata, quia pars noluit reſpondere potius, quando dicatur certa, & indubitata.*
26 *Iudex non poteſt tollere ius quæſitum parti.*
27 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 68. concernit formam actus, & reſpicit iuris rigorem.*
28 *Appellatio datur à repoſitione decreti facti, quod poſitiones haberentur pro confeſſatis.*
29 *Appellatio datur à pronuncia, de habendo poſitiones pro confeſſatis.*
30 *Murus præſumitur communis, ſi ſit poſitus inter duo curtilia. & nu. 31.*
31 *Murus tunc præſumitur communis, ſi ſit poſitus inter duo curtilia, quando ſumus in dubio, aliud in contrarium non apparens.*
32 *Præſumptio procedit ſolum in caſu dubio, ideo ceſſat reperta veritate.*
33 *Murus præſumitur eius, cuius domus non poteſt ſtare ſine dicto muro, & tota in eo recumbit. & num. 47.*
34 *Murus præſumitur eius, cuius tecto eſt coopertus. & vide nu. 35. & 36.*
37 *Murus præſumitur eius cuius parietes eum colligant, cum talis colligatio arguat proprietatem.*
38 *Factum præſumitur ab eo geſtum, de cuius vtilitate agitur.*
39 *Signa proprietatis muri, quæ præualere debeant.*
40 *Murus aliquis ſi totus ſpectet ad aliquem, ad eundem etiam ſpectabit murus illi coniunctus, ſi ſit in eadem magnitudine, quæ graſſities appellatur.*
41 *Muri dominium anterius ſi quis probauerit, omnia ſigna ex aduerſo in eo probata inferentia communionem præſumuntur extare in pariete iure ſeruitutis, vel liberalis conceſſionis.*
42 *Donatio in dubio non præſumitur.*
43 *Seruitus interdum potius eſt præſumenda, quàm donatio.*
44 *Murus ſi ſit indagandum, an ſit communis, vel proprius ex ſolis ſignis, inclinandum eſt pro eo, qui plura, & vrgentiora ſigna inducit. amplia num. 45.*
46 *Præſumptio fortior præualet, & confundit aliam.*
48 *Puteus non arguit dominium, nec communionem muri, quia poteſt fodi prope fundum vicini etiã nullo ſpatio relicto, quod tamen intellige, ſi vicinus damnum non patiatur. nu. 49.*
50 *Muri communio non probatur per ſigna æquiuoca, & poſſibilia tantum, cum non veniant attendenda.*
51 *Teſtis ratio non probat, quando eſt æquiuoca.*
52 *Non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe.*
53 *Probatio debet concludere perneceſſe.*
54 *Teſtis deponens per verbum, videtur, non probat.*
55 *Murus ſi fuerit probatum, quod ad aliquem iure dominij ſpectat, ſi vicinus aliquid faciat in eo, quod arguat communionem, præſumitur id factum iure familiaritatis, vel per factum illicitum. num. 56.*
Interpretatio omnis eſt facienda, vt excludatur donatio, num. 55.

57 *Mu-*

Digitized by Google

57 *Murus, quod fuerit factus in ſolo alicuius, ex quo bene dignoſcatur.*
58 *Murum proprium, quis poteſt eleuare, quamuis diu ſteterit, illum eleuandum cum hoc ſit meræ facultatis.*
Actus facultatiui nec etiam per mille annos præſcribuntur. num. 58.
59 *in Seruitutibus negatiuis non incipit currere præſcriptio, niſi à die probibitionis.*
60 *Domus plures, ſi à diuerſis poſſideantur communiter, quando deuenitur ad earum diuiſionem, cẽſetur conſtituta ſeruitus luminibus nõ officiẽdi.*
61 *contra Seruitutem ne luminibus officiatur, quando quis non dicatur veniſſe.*
62 *Muri eleuatio ſi fiat ad æmulationem, probibenda eſt, etiamſi fiat in muro proprio, & ex quo cognoſcatur, quod fiat ad æmulationem.*
63 *Aemulatio non eſt præſumenda in viro nobili.*
64 *Aemulatio in ædificando non intrat ex eo, quod damnum inferatur vicino.*
65 *Libertas eſt res ineſtimabilis.*
66 *Domum ſuam, vt quis ſecuram reddat, ſi ædificet, non dicitur ædificare ad æmulationem.*
67 *Murus præſumitur in dubio cõmunis pro diuiſo.*
68 *Murum communem ſocius eleuare poteſt pro ſua medietate.*
69 *Socius poteſt eleuare murum communem etiam inuito ſocio ad vſum deſtinatum.*
70 *Quod procedit etiamſi probibenti noceret in diminutione luminum.*
71 *Et ratio eſt, quia in pariete ordinato ad eleuandum non conſideratur offenſio probibentis, ſed tantum vtilitas facientis.*
72 *Luminum offenſio conſideranda eſt tantum in muro diuiſorio.*
73 *Statutum Vrbis lib. 1. cap. 107. concedit eleuationem muri communis, & referuntur verba.*
74 *Statuti determinatio, quando eſt clara, non eſt vlterius inueſtigandum.*
75 *Statutum Vrb. lib. 1. cap. 107. declaratur, & n. 84.*
76 *Statutum ſi ſimpliciter, & indiſtinctè loquatur, intelligendum eſt ſimpliciter, & indiſtinctè.*
77 *Muri eleuatio, ſi poteſt fieri ad plures, & diuerſos vſus, non eſt reſtringenda ad vnum tantum, & num. 78.*
79 *Conſtitutio aliqua ſi loquatur per ſeparatas diſpoſitiones hoc caſu vltima diſpoſitio dicitur pẽdere à prima, nec repetere qualitates primæ. & n. 80.*
81 *Statuta non ſunt ita interpretanda, vt ſint ſuperflua, & nihil operentur.*
82 *Conſtitutio de iure congrui concedit pro ampliãdis ædificijs, nedum vſum muri communis, ſed etiam alieni.*
83 *in Superfluitatem ne incidamus, omnis intellectus capi debet, etiam in materia ſtricta & odioſa.*
85 *Bero. Burſat. & alij in quibus terminis loquantur.*

DECISIO CCLIII.

MVRVS, de quo agitur, totus ſpectat iure dominij ad D. Chriſtophorum, proinde po-
1 teſt eleuari, nec † dum ad altitudinem ſeptem pal-
morum, verum etiam ad vlteriorem, *l. altius cum*
ibi not. C. de ſeruit. & aqu. non. ff. Rota in Gerun-
den. altius non tollen. 24. Nouembris 1636. coram
D. Decano.

Fundamentum eſt, quia totus apparet conſtru-
ctus per illius Auctores, & eorum expenſis; ſiuè
attendatur dicti Muri neceſſaria natura; ſiuè qua-
litas eiuſdem; ſiue etiam attendantur ſigna, & cõ-
2 iecturæ, vno † enim ex his modis probatur cuius
expenſis factum ſit opus controuerſum, *iux. theor.*
Bald in l. fin. §. in computatione. num. 2. C. de iur.
delib. multo igitur magis ſi omnes concurrant, vt
in præſenti caſu.

Et primò quidem ſi attenditur neceſſaria natura
parietis, cum iſte paries ſuſtẽtet onus terreni cur-
tilis D. Chriſtophori, præſumitur factum ab eius
anteceſſoribus, ad quos ſpectabat dicti oneris ſu-
3 ſtentatio, † quia vbi factum requirit impenſam, is
feciſſe præſumitur, qui ad id tenebatur *Bart. in l.*
fin. C. de alim. pupill. præſtan. in l. cum ſeruus. ff.
de verb. oblig. Bald. in l. 1. verſ. penult. C. de fruct.
& lit. expenſ. Surd. conſ. 181. nu. 45. qui alios re-
fert *Menoch. præſumpt. 11. lib. 6. Coſt. de fact. ſcien.*
& ignoran. inſpect. 35. Rot. apud Gregor. XV. deciſ.
250. num. 7. & in terminis Muri, *Cæpol. de ſeruit.*
Vrb. præd. cap. 40. nu. 50. & inter conſilia Ciuilia
conſ. 35. nu. 12. lib. 1.

Et licet eſſet vtilis etiam domui D. Seraphini di-
cti terreni ſuſtentatio, tamen non aderat ex eius
parte neceſſitas, nec ad illam cogi poterant eius
4 auctores citra ius ſeruitutis oneris ferendi, † quæ
non præſumitur, *l. ſi in ædibus. C. de ſeruit. & aqua.*
5 qua neceſſitate † ceſſante, ceſſat omnis præſump-
6 tio impenſæ, alias † daretur iactatio rerum ſuarum
contra text. *l. cum de indebit. ff. de probat.*

Quemadmodum cogi poterant anteceſſores D.
Chriſtophori ſaltẽ cauſatiuè petita ab eis cautione
7 de damno infecto, † quæ ſine dubio peti poterat pro-
pter iuſtum metum ruinæ dicti terreni, *l. hoc am-*
plius. verſ. integra autem re. ff. de damn. infect. l. in
hac ſtipulatione. ff. eod. & neceſſitas cauſatiua ſuf-
8 ficit, vt † quis dicatur cogi, licet non inferatur ne-
ceſſitas præciſa, *Bald. in l. ſi quis inſtituatur. §. ſed*
ſi bonorum. nu. 2. ff. de hæred. inſtitut.

Quod fortius admittendum videtur, quia curtile
D. Chriſtophori abſque vallo dicti parietis non po-
terat manuteneri in altitudine quatuordecim pal-
morum ſupra curtile D. Seraphini ſine graui, &
quotidiano diſpendio propter continuum terræ de-
lapſum, & ita duplici inſtante neceſſitate vehemẽ-
tior vrget præſumptio; quod fuerit conſtructus ab
9 eius anteceſſoribus argumento eorum, † quæ di-
cuntur de duplici ratione, & vinculo *cap. 1. de treg.*
& pac. l. penult. §. ſi verò. C. de adoption.

Si verò ſpectatur qualitas parietis, ex quo dictus
10 paries eſt deſtinatus ad altius eleuandum, † vt in-
dicant morſæ relictæ ad eum colligandum in caſu
maioris eleuationis, *Honded. conſ. 80. nu. 25. & 30.*
11 *Surd. conſ. 126. nu. 25.* vbi tales morſas † apto vo-
cabulo vocat dentes. Altitudo, groſſities, apta &
conſiſtens materia eiuſdem Muri abſque merlis,
12 corona, tecto, & ſuperficie ad dorſum aſini, † quæ
ſunt ſigna communia parietis diuiſorij tantum, vt
per *Theſaur. deciſ. 41. nu. 24. Menoch. conſ. 1237.*
nu. 27. 43. & 44. Stante inquam tali deſtinatione
nullo modo veriſimile eſt auctores D. Seraphini
13 aliquid † expendiſſe in opere ipſis præiudiciali,

non

nũ pro ſola clauſura minor altitudo, & minor groſ-
ſities ſufficiebat, vt eſt in arte notiſſimum, & nimis
14 ſanè egiſſent expendendo † in eo, in quo nemo
ſanæ mentis expendiſſet, vnde iſte error accommo-
dari non poteſt actibus hominum, vt inquit *Bald.
in l. quoties. nu. 2. ff. de hered. inſtitut.*

Præterea dictus paries eſt vniformis alijs parie-
tibus curtilis D. Chriſtophori eiuſdem ſtructuræ,
vetuſtatis, & groſſitiei, & vnà cum ipſis integrat, &
in quadrum conſtituit dictum curtile, vt cognitum
fuit ex loci inſpectione, proinde valde veriſimile eſt
15 fuiſſe conſtructum ab eiſdem auctoribus, † qui reli-
quos etiam parietes vniformes conſtrui fecerant,
Theſaur. deciſ. 219. nu. 3. Nec releuat dicere dictum
murum conſtituere etiam curtile dicti D. Sera-
phini, quia non conſtituit illud in eam formam, nec
16 cum ea vniformi, & ſimili concurrentia † parietũ,
quæ res oculis ſubiecta apertè teſtificatur ad fauo-
rem D. Chriſtophori, *argum. l. lex, quæ tutores. §
ſed ſi parens. verſ. teſtificatione operis. C. de admi-
niſtrat. tutor. l. ſi irruptione. §. fin. verſ. oculiſque
17 ſuis ſubiectis locis ff. fin. regund.* coniectura † enim
ſumitur ex ſimilibus, non ex diſſimilibus, *Bald. in
l. pactum eius. nu. 8. ff. de hered. inſtitut.*

Accedit pro maiori euidentia huius rei, quod cur-
tile D. Seraphini fuit in eſſe conſtitutum poſt cõ-
ſtructionem dicti parietis, nam murus in quo adeſt
fons, & qui claudit aream, eſt recentior muro cõ-
trouerſo, & muro portæ curtilis D. Chriſtophori,
cum quo connectitur id, quod facies loci clarè o-
18 ſtendit, quæ eſt † ſufficiens probatio in hac materia
ad cognoſcendum, an aliquod opus ſit de recenti
factum, vt poſt *Bald. Afflict. & Nott.* voluit *Surd.
deciſ. 300. nu. 13.* & generaliter de viſione oculari,
ponit *Burſat. conſ. 111. nu. 12.* vbi inquit ſuperare
quamcumque aliam probationem.

Denique ſi attendantur coniecturæ, & ſigna ex
parte D. Chriſtophori extant plura ſigna longa ſe-
rie congeſta in folio ad partes, quorum aliqua ſunt
cõtemporanea ipſi parieti, & taliter in pariete poſi-
ta, vt nullo modo poni potuerint eo modo quo ex-
tant, niſi ab ipſis fabris murarijs in ipſo actu ædifi-
19 cationis, † eiuſmodi ſunt canale in fundo ſcalæ re-
cipiens aquas pluuias, & illas tranſmittens in cur-
tile D. Seraphini, murelli, vt dicitur, à caſſetta, ſeu
de per totam longitudinem parietis, & iuxta eos
quædam vaſchetta deſeruiens pro tranſportandis
aquis in ciſternam, ſex anuli ferrei pro ſuſtinendis
viribus, & alijs oneribus, quæ omnia, vt conſtat ex
aſpectu, ſunt infixa in præfato muro abſq; ruptura,
ſeu vt dicitur ſquarcio, abſque gypſo, vel alio ſimili
glutino, & ita ceſſat ratio clandeſtinitatis ex aduerſo
adducta, nam ſi prædicta ſigna fuerunt poſita eodẽ
20 tempore † cum ipſo muro, non potuerunt clam
poni à D. Chriſtophoro, ſeu à ſuis auctoribus, ita
argumentantur *Surd. d. conſ. 126. nu. 25.*

Licet ad demonſtrandum ſupradictam proprie-
tatem ſufficeret D. Chriſtophoro ſolum ſtillicidium
21 ſui tecti caſſitans ſupra murum cõtrouerſum, † cu-
ius ſtillicidij quanta ſit vis, & efficacia ad hunc effe-
ctum ponde. *Florian. in l. ſeruitutes. §. Lutius Ti-
tius ff. de ſeruit. vrb. prad. Franc. Marc. deciſ. 499.
par. 1. Surd. conſ. 74. nu. 8.*

Ex his omnibus ſimul iunctis ſufficienter proba-
tur murum, de quo agitur, eſſe proprium D. Chri-
ſtophori, id quod etiam plures periti extra iudiciũ
aſſumpti firmiter atteſtati ſunt, neq; enim dici po-
22 teſt res dubia, † quæ conſtat per tot actus veriſimi-
les, coniecturas, & ſigna, *l. vbi eſt verborum, & ibi
Soccin. in 3. notab. ff. de rebus dubijs. Aymon. conſ.
23 269. nu. 4.* maximè in re difficili s † probationis ſi-
cut eſt dominium, *Surd.* qui plures congerit *deciſ.
10. num. 5.* ad cuius probationem habet locum illa
24 regula, quæ non proſunt ſingula, † vnita iuuant,
Caualer. deciſ. 42. nu. 10. et deciſ. 202. nu. 1. & mul-
tò magis in re antiquiſſima, prout eſt murus in hoc
caſu, *Bald. in l. cum ſuper. num. 2. C. de rei vendic.
Caſſad. deciſ. 2. nu. 3. de probat.*

Quod ſi addatur etiam confeſsio D. Seraphini in
poſitionibus habitis pro confeſſatis, res redditur
omninò certa, & indubitata ſtante ſtatuto Vrbis
25 cap. 68. cuius † forma ad vnguem fuit obſeruata,
& proinde debet attendi eius diſpoſitio *Rota in
Romana quarti doti 27. Iunij 1625. coram Bu-
ratto, quæ eſt deciſio 881. in ordine inter impreſ-
ſas ſub nu. 5.* & licet D. Aſſeſſor repoſuerit à dicta
pronuncia, non eſt habenda ratio dictæ repoſitio-
26 nis, † quia non potuit tollere ius parti quæſitum
ex ſtatuto, *Innocent. in cap. quod ſuper his de voto,
Abb. in cap. ex parte il 3. in 2. notab. de decim. Fe-
lin. in cap Capitulum colum. 17. de reſcriptis*, præ-
27 ſertim cum ſtatutum † concernat formam actus, &
reſpiciat iuris rigorem, *Vſaſtb. deciſ. 81. num. 6.* &
28 ideo ab eiuſmodi repoſitionibus regulariter † datur
appellatio, *Scacc. de appellat. quæſt. 17. limit. 47.
membr. 1. nu. 64.* qui alios referens teſtatur de cõ-
muni; nouiſſimè *Fenzon. in annot. ad ſtatutum
29 cap. 68. nu. 107.* ſicuti datur † etiam à pronuncia
de habendo poſitiones pro confeſſatis, *Bald. in
l. 1. C. quorum appellat. non recip. Franc. in cap. fin.
ad finem de confeſſ. in 6.* quos citat *Lucas Pet. in ſua
prax. lib. 2. nu. 16.*

Quibus ita firmatis.

30 Non obſtat, quod paries præſumi debeat † com-
munis, & conſequenter non eleuandus inuito D.
Seraphino, *vulg. l. Sabinus. ff. de comm. diuid.* ex quo
31 eſt poſitus † inter duo curtilia *ad Bart. in l. inter
quos. ff. de damn. infect.* quia hoc procedit in dubio
alijs in contrarium non apparentibus, *Soccin. ſen.
conſ. 44. col. 2. verſ. poſtremo etiã lib. 6. Menoch.
præſumpt. 73. nu. 22. lib. 6. & d. conſ. 1237. num. 11*
32 præſumptio enim † procedit ſolum in caſu dubio,
*gloſ. in l. ouiea. §. accedit. verb. præſumatur. C. de
rei vindicat.* ideo ceſſat reperta veritate, *l. fin. quod
met. cauſ. l. nuptura. in fin. ff. de iur. dot. Surd. conſ.
181. num. 2.*

Minus obſtat, quod dictus paries contingatur
muro morſarum, qui propter tubam camini ex-
cedentem dimidiam, ſoliam illi inhærentem, & lo-
culum ſtatuæ, vt vulgo dicitur la nicchia prætcn-
ditur communis. Quia immò murus morſarum
eſt proprius D. Chriſtophori, & ita retorquetur
33 obiectum, tum quia eſt pars integralis † eius do-
mus, quæ non poteſt ſtare ſine dicto pariete, & to-
ta in eo recumbit, vt patet ad oculum, *Corn. conſ.
227. nu. 1. verſ. & tanquam pars ſuæ domus, The-
ſaur. deciſ. cit. 219. num. 3.* tum quia eſt coopertus
34 † tecto D. Chriſtophori, *Bero. conſ. 132. nu. 1. verſ.
ſuper*

ſuper illo pariete. lib. 3. Aldobran. poſt Corneum ab
eo citatum conſ. 77. *nu.*20. *lib.* 2. tum etiam quia
35 eſt altior, † & antiquior lodiæ, & domus D. Sera-
phini, idem *Corn. vbi ſupra.* quem refert, & ſequi-
tur *Aldobrand. conſ. cit. nu.* 17. *lib.* 2. Præterea ex-
36 tat in eo † caminus longè antiquior alio D. Sera-
phini, & in parte inferiori latrina, *Grammat. conſ.*
164 *nu.* 4. *poſt Capol. cap.* 40. *nu.* 21. eſt colligatus
37 cũ duobus parietibus† proprijs eiuſdem D. Chri-
ſtophori, quæ colligatio arguit proprietatem, *Gra-*
tian. diſcept. 263. *nu.* 6. & 7. Demum adſunt mor-
ſæ, quæ præſumuntur relictæ ab auctoribus d. D.
Chriſtophori, quibus vtilis erat futura dicti muri
intermedij eleuatio cum dictis ſignis colligandi,
38 † factum enim præſumitur ab eo, de cuius vtilita-
te agitur, *l.* 2. *§. idem labeo. ff. ne quid in loco publi-*
co. Coſt. de fact. ſcient. & ignor. inſpect. 34 quæ ſi-
39 gna præualere debent in concurſu,† vt infra proxi-
mè demonſtrabitur, præſertim quia caminus D.
Seraphini, in quo ſit magna vis eſt recentiſſimus, vt
viſio ſufficienter probat ex *Surd. vbi ſupra*, ex quo
igitur paries morſarum totus, & integer ſpectat ad
D. Chriſtophorum, totus etiam paries controuer-
40 ſus ad eũdem ſpectabit, cum ſit illi coniunctus † in
eadem magnitudine, quam groſſitiem appellant, vt
concludit *Crot. conſ. citat. nu.* 17. & 18. *lib.* 2. *Me-*
noch præſumpt. cit. 73. *nu.* 18. *verſ.* 12. *eſt ſignum.*
lib. 6. *Gratian. d. diſcept.* 263. *nu.* 6.

Similiter non videntur obſtare ſigna oppoſita
ex parte D. Seraphini, ſcilicet lodiola, foramina,
puteus, & retentio vaſorum, quæ ſaltem arguunt
communionem, vt dicebatur. Nam in primis re-
ſpondetur, ex quo conſtat de dominio, & anteriori
poſſeſſione D. Chriſtophori vſque ab initio, omnia
41 ſigna exaduerſo tãquam † poſteriora præſumi ex-
tare in pariete iure ſeruitutis, vel liberalis conceſ-
ſionis, ita declarant *Capol de ſeruit. vrb. præd. cap.*
40. *nu.* 30. *Ruin. conſ.* 55. *nu.* 5. & 6. *lib.* 4. *Corn. d.*
conſ. 227. *nu* 2. *verſ. non obſtat. Grammat. d. conſ.*
164. *nu.* 4. & *ſeq. Maſcard. de probat. concl.* 1144.
nu 6. *verſ. quando prius. vnus eſſet in poſſeſſione to-*
tius parietis. Honded. d. conſ. 80. *n.* 30. *Surd d. conſ.*
126. *nu.* 30. *verſ. quando non conſtat, quod à prin-*
cipio paries fuit vicini, & comprobatur hoc ea ra-
42 tione, quia ſi præſumeretur communio, eſſet † do-
natio dimidiæ, quæ in dubio non præſumitur, ita
Capol. & *Grammat. loc. cit.* & confert ad hoc do-
ctrina *Bald. in conſ.* 223. *in fin. volum.* 1. vbi vult
43 interdum † magis præſumi debere ſeruitutem,
quàm donationem, quando ſic præſumendo minus
vertitur præiudicium partiũ, vt in propoſito caſu.

Deinde reſpõdetur licet poſſet eſſe aliquod du-
bium, an murus ſit proprius, vel communis, & in-
44 daganda eſſet ex ſolis ſignis facti † veritas, adhuc
inclinandum eſſet pro D. Chriſtophoro, qui plu-
ra, & vrgentiora ſigna allegat, *Crot. d. conſ.* 153.
nu. 23. *Cagnol. in l. vbi repugnantia. nu.* 5. *ff. de re-*
gul. iur. Theſaur. deciſ. cit. 219. *num.* 4. *Menoch. d.*
conſ. 1237. *nu.* 12. & *ſeq.* & *d. præſumpt.* 73. *n.* 19.
Aldobrand. conſ. cit 77 *num.* 17. *Burſat. conſ.* 211.
nu. 19. & hanc eandem opinionem amplexa eſt,
Rota in Romana feneſtrarum 30. *Octobris* 1617.
45 *coram Vbaldo.* præſertim cum† non appareat fuiſ-
ſe ſolutum pretium correſpondens communioni
totius parietis, vt poſt *Capol.* & alios firmat *Rot.*
46 *prox cit.* & ratio eſt, quia † fortior præſumptio
præualet, & confudit aliam, ita in terminis, *Ruin.*
conſ. 55. *num* 6. & plures, ac vrgentiores conjectu-
ræ ſemper vincut, *l. Diuus. ff. de reſt. in integ.*, *Dec.*
conſ. 470. *nu.* 10. *Rot. deciſ.* 64. *par.* 1. & *deciſ.* 258.
nu. 20. *par.* 5. *diuerſ. in poſthum. deciſ.* 41. *nu* 16.

Et hæc reſponſio certior euadit, quia ſigna D.
Seraphini nullius, vel leuis momenti ſunt, vt pa-
tet diſcutiendo ſingula.

Nam in primis lodiola, vltra quod eſt recẽtior,
vt in viſione iudiciali notatum eſt, nõ incumbit pa-
47 rieti, nec ſuper eo † requieſcit, cum habeat ſuſtẽ-
taculum per ſe ipſam, *Bald in l. fiſtulam. ff. de ſer-*
48 *uit. vrb. præd.* puteus nullum arguit† dominium,
nec communionem, quia poteſt fodi propè fundum
vicini, etiam nullo ſpatio relicto, vt tradit *Capol.*
cap. 45. *num* 8. & *cap.* 47. *nu.* 12. Vbi teſtatur de
49 obſeruantia, dummodo † vicinus damnum nõ pa-
tiatur, prout non patitur in caſu noſtro, attento
quod ſuperficies aquæ eſt infra fundamentum pa-
rietis, vt pariter in viſione iudiciali animaduerſum
fuit.

Foramina, quæ deſeruire poſſunt pro trabibus
50 pontium† ſunt ſigna æquiuoca, & poſſibilia tantũ
proinde non attendenda, *Rot. deciſ.* 268. *num. fin.*
51 *p.* 5. *diuerſ.* ſicuti dicitur de teſte, cuius ratio † non
probat, quando eſt æquiuoca, *Bald in l. hæredes*
palam. nu. 3. *ff. de teſtam.* potuerunt enim fieri ab
vtraque parte, & in his terminis intrat regula, non
52 probat † hoc eſſe, quod ab hoc contingit abeſſe,
de qua per *Bald. d. conſ.* 223. *Capol. conſ.* 35. *nu.* 16.
53 *verſic. nam ad hoc reſpondetur*, & probatio † debet
neceſſariò concludere, vt in ſpecie communionis
muri dicit *Corn. conſ.* 227. *num.* 2. *Honded. conſ.* 80.
num 37. *lib.* 1.

Retẽtio vaſorum per totam longitudinem muri
non probatur concludenter, quia primus teſtis de-
54 ponit † per verbum videtur, *l. teſtium. C. de teſt.*
& quatenus eſſet probata, nõ releuat, quia per mo-
dicum tempus, & de recenti longè poſt conſtru-
ctionem parietis, vnde præſumi debent dicta vaſa
55 retenta, vel iure familiaritatis, † vel ex tolleran-
tia ad excludendam quantum fieri poteſt donatio-
nem, vt per *Capol.* & *Grammat. locis citatis*, ſeu
56 etiam † illicitum factum, quod admittit, *Ruin. d.*
conſil. 55.

Neque etiam aduerſatur, quod murus ſit funda-
tus in ſolo inferiori D. Seraphini. Quia immò fun-
datus eſt in ſolo D. Chriſtophori, nam ſi ducatur
recta linea, prout à perito fuit ducta in ſecunda lo-
57 ci inſpectione iudicialiter facta † ab extremitate
muri portæ ſpectantis ad D. Chriſtophorum, rema-
net paries iſte etiam cum ſcarpa intra dictam lineã
& conſequenter in ſolo D. Chriſtophori, vt in
puncto dicit *Bero. conſ.* 132. *nu.* 1. *lib.* 3. quod tan-
to magis comprobatur, quia intra eandem lineam
relinquitur etiam murus morſarum, cui coniungi-
tur ad filum paries, de quo eſt contentio.

Minus reſiſtit, quod hic murus diu ſteterit, &
per multos annos in ea forma; quia nihilominus
58 poteſt eleuari, † cũ iſtud ſit meræ facultatis, cui nõ
præſcribitur, quamuis per mille annos non fuerit
eleuatus, niſi præcedente prohibitione, & legitima
ac-

acquieſcentia, ita in terminis eleuationis muri
Theſaur. d. deciſ. 24. nu 4. Honded. d. conſ. 80. n. 35.
59 & regulare eſt † in ſeruitutibus negatiuis, vt non
acquirantur, niſi præcedente prohibitione, *Gloſ.*
celebris, & communiter recepta in *l. qui lumini-*
bus. ff. de ſeruit. vrb. præd. Rip. in cap. cum Eccle-
ſia Sutrina. nu. 50. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Rot.
deciſ. 265. num. 36. par. 5. diuerſ.

Minus iuuat dicere domum D. Seraphini, &
aliam D. Chriſtophori fuiſſe olim communes inter
60 DD. de Cincijs, & in earum diuiſione † cenſeri
conſtitutam ſeruitutem luminibus non officiendi,
vt per *Burſat. conſ. 57. num. 11. & ſeq.* Quia non
probatur iſta communio domorum, cum ſint plu-
res familiæ de Cincijs, & quælibet in domo ſua
habitauerit, ita in ſpecie ad ſimile obiectum re-
ſpondet *Honded. cit. conſ. 80. num. 38.* ſed poſito
etiam quod eſſet conſtituta ſeruitus, ne luminibus
officiatur, adhuc non obſtaret prætenſæ eleuationi,
quia nihilominus videretur tāta pars Cæli in qua-
cumque parte plani nobilis poſt eleuationem ſep-
tem palmorum, quanta de præſenti conſpicitur, vt
in demonſtratione ad partes data, quod ſufficit, vt
61 † non dicatur fieri contra impoſitam ſeruitutem,
ne luminibus officiatur, vt benè explicat *Capol.*
cap. 36. nu. 2. verſ. ſed tunc ſecundo quæritur. Io-
annes Coppen obſeruat. 78. nu. 11.

Denique non ſubſiſtit, quod prætenſa eleuatio
fiat ad æmulationem, ex quo valdè nocet lumini-
bus D. Seraphini, & nihil, vel parum prodeſt D.
62 Chriſtophoro, † quo caſu prohibenda eſt etiam in
proprio pariete, *l. opus nouum. ff. de operibus pu-*
63 *blic.* quia vltra quod in viro nobili † ceſſat omnis
æmulationis præſumptio ad ea, quæ tradit *Cra-*
uet. conſ. 244. num. 6. Maſcard. de probat concl.
1046. nu. 1. & 2. non verificatur, quod dicitur de
graui damno D. Seraphini propter offuſcationem
luminum, immò ei nullum, vel leue damnum af-
fertur, quia eleuatio ſeptem palmorum non impe-
dit ſolem, neque aeris benignitatem, neque flatum
ventorum, vt benè dignoſcitur ex planta, & profi-
lo, deinde admiſſo etiam, quod aliquod damnum
inferretur reſpectu luminum, non tamen intraret
64 † æmulatio concurrente etiam vtilitate D. Chri-
ſtophori, vt plenè fuit deciſum in *d. Gerunden. al-*
tius non tollendi, præſertim quia vtilitas D. Chri-
ſtophori eſt multum conſiderabilis, & non parua,
65 † cum intendat in ſuo curtili conſequi libertatē,
quæ eſt res inæſtimabilis, *l. libertas. ff. de reg. iur.* &
66 ſecuram † reddere ſuam, & vicini domum ſublata
facultate deſcenſus è lodiola in curtile, & è con-
tra, quam vtilitatem conſiderat *Capol. conſ. cit. 35.*
num. 9.

Verum ex abundanti, & ad tollendam penitus
omnem difficultatem dato etiam quod murus eſſet
communis, adhuc poſſet attolli; aut enim eſt com-
67 munis † pro diuiſo, vt in dubio præſumitur ſecun-
dum *Corn.* & alios relatos per *Menoch. præſumpt.*
cit. 73. num. 26. & certum eſt D. Chriſtophoro nō
68 poſſe prohiberi † eleuationem pro ſua medietate,
Dec. conſ. 388. vbi ampliat etiam ſi murus eſſet pro
clauſura deſtinatus, *Socc. d. conſ. 44. col. 1. lib. 4.* di-
cens communem, *Theſaur. d. deciſ. 41. num. 21.*
Menoch. d. conſ. 1237. n. 17. aut eſt communis pro
indiuiſo, & idem eſt dicendum, tām attento iure
communi, quām ſtatuto Vrb. cap. 107. nam de iu-
69 re † ſocius poteſt inuito ſocio eleuare parietem ad
hunc vſum deſtinatum, vt latè tradendo regulam
firmat *Theſaur. d. deciſ. 41. nu. 1.* ſequitur *Menoch.*
d. conſ. 1237. nu. 18. quæ regula procedit, etiam
70 † ſi prohibenti noceret in diminutione luminum,
ita in terminis *Iaſ. conſ. 99. col. 1. lib. 1.* cum alijs
adductis per *Theſaur. vbi ſupra nu. 2.* & ratio eſt,
71 quia in pariete † ordinato ad eleuandum non cō-
ſideratur offenſio prohibentis, ſed tantum vtilitas
facientis, vt inquit idem *Theſaur. d. deciſ. 24. n. 5.*
72 vbi vult † offenſionem luminum conſiderandam
eſſe in muro diuiſorio tantum; atqui paries, de quo
in cauſa, eſt deſtinatus ad altius tollendum, vt ſu-
pra dictum eſt.

73 Statutum verò Vrbis cap. 107. † expreſsè con-
cedit eleuationem muri communis per hæc verba,
ſi aliquis paries ſit inter aliquos communis, liceat
vnicuique trabem, ſeu lignum in eo immittere, &
ex eo vtilitatē capere, & (etiam ſi luminibus vici-
74 ni officiatur) altius tollere, vnde cum † habeamus
claram ſtatuti determinationem, non eſt vlterius
inueſtigandum ſecundum *Bald. in l. Gallus. § ſi eius*
ff. de liber. & poſthum. Neque poteſt dici ſtatutum
75 † reſtringi ad vſum fabricæ propter mentionem fa-
ctā in principio de immiſſione trabium; quia mul-
tipliciter reſpondetur, primum quod trabes, & li-
gna poſſunt immitti extra vſum fabricæ, vt de ſe
76 patet; ſecundò ſtatutum ſimpliciter, † & indiſtin-
ctè loquitur de eleuatione, proinde ſimpliciter, &
indiſtinctè debet intelligi, *l. 1. §. generaliter. ff. de*
77 *legat. præſtand.* & eleuatio, quæ poteſt fieri † ad
plures, & diuerſos vſus non eſt reſtringenda ad
vnum tantum ex adductis per *Honded. conſ. 4. nu.*
69. & aliquando maior eſt vtilitas in eleuatione
78 † ad alios fines, quam in ordine ad fabricam.

Tertiò. Pro reſponſione conſiderandū eſt, quod
ſtatutū non loquitur conſequutiuè, ſed per expreſ-
ſas, & ſeparatas diſpoſitiones, vt patet ex contex-
79 tu verborum, † quo caſu vltima diſpoſitio non di-
citur pendere à prima, nec repetere qualitates pri-
mæ, *Pariſ. conſ. 40. num 27. vol. 2. Gabr. conſ. 111.*
81 *nu. 21. lib. 1. Rot. deciſ. 80. nu. 11. par. 5. diuerſ.* &
ideo eleuatio conceſſa in vltima diſpoſitione non
80 eſt intelligenda cum immiſſione † trabium ad vſū
fabricæ, nec ad illum vſum reſtringenda, vt in pro-
poſito euitandæ reſtrictionis dixit *Rot. deciſ. 75. n. 7.*
par 5. diuerſ. Deniq; ſi admitteretur talis reſtri-
81 ctio ſtatutum eſſet ſuperfluum, † & nihil operare-
tur tum quia de iure communi permittitur eleua-
tio, etiam cum præiudicio luminum, vt dictum eſt,
82 tum quia † conſtitutio de iure congrui paulo ante
ſtatutum ædita concedit pro ampliandis ædificijs,
nedum vſum muri communis, ſed etiam alieni, &
83 tamen † omnis intellectus capi debet, ne incida-
mus in ſuperfluitatem, etiam in materia ſtricta, &
odioſa, *Surd. conſ. 127. nu. 9. & deciſ. 195. nu. 1.*

84 Sufficit ergo ſtatuto, quod † murus altius tollē-
dus, ſit deſtinatus, & aptus ad id, & non factus tā-
tum ad claudendū prout eſt murus de quo eſt quæ-
ſtio, altitudinis trigintaquinque palmorum, latitu-
dinis duorum aptæ, & conſiſtentis materiæ, non co-
ronatus, neque vllo alio modo terminatus, & ſciſ-
ſuræ,

Digitized by Google

ſuræ, quę videntur non procedunt ab intrinſeco extenuitate, vel debilitate, & ità ceſſant adducta per
85 *Bero.* † *Burſat.* & *alios in locis ex aduerſo allegatis*, quia procedunt in terminis muri diuiſorij tantum, nec deſtinati, nec apti ad altius eleuandum ob tenuitatem, & parum aptam materiam.

Quare ſublatis omnibus in contrarium deductis, & re in tanta luce conſtituta conſtanter pronunciandum eſt pro eleuatione, vt pronunciatum fuit ad fauorem D. Chriſtophori.

R. P. D. CARRILLO.

Tarraconeñ Primitiarum.

Die Mercurij 2. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Donatio alicuius loci facta Eccleſiæ per verba vniuerſalia, nullum ius donanti præſeruant, & ſic proculdubio comprehendit etiam iura ſpiritualia, & ſic ius percipiendi primitias, & & decimas, ſi donans de eis ad libitum poterat diſponere. Cura animarum quando dicatur habitu remanſiſſe penes Monaſterium.

SVMMARIVM.

1 *Donationis verba, quando ſunt vniuerſalia negatiua, nullam reſtrictionem patiuntur.*
2 *Donatio vniuerſalis rei comprehendit dominium cum poſſeſſione.*
3 *Monaſterium, ſi habeat curam animarum, ea habitu reſidet penes Monaſterium, non autem pertinet ad* Rectorem *Vicarium.*
4 Rector *quando non poſſit prætendere ius ſuper primitijs, & decimis.*
5 *Primitiæ, & decimæ debentur Monaſterio, ſi curam animarum habeat in proprietate, non autem* Rectori *actu curam exercenti, vti Vicario.*
6 *Obſeruãtia ſubſecuta eſt de per ſe ſola ſufficiens ad præſumendam effectuationem eius vſque ab initio.*
7 *Cura animarum habitus, quando dicatur remanſiſſe penes Monaſterium, exercitium verò penes* Rectorem *deputatum ab Abbate, vti de menſa Monaſterij.*
8 Rectori *quando à Monaſterio fuit aſſignata congrua pro exercitio curæ, id ſignificat, quod proprietas d. curæ pertinet ad Monaſterium.*
9 *Iudicis compulſorialis auctoritas fidem præbet ſcripturis extractis.*
10 *Scripturæ propriæ, etiam compulſari poſſunt authoritate Iudicis, quando ex longinquis partibus ſunt extrahendæ, propter periculum amiſſionis. nu. 11.*
12 *Archiuij fomento non egent ſcripturæ, ſi habeant publicam formam, & legalem, & ſint extractæ à Notario rogato, vel eius ſucceſſore.*
13 *Scripturæ non egent recognitione, aut alio adminiculo adiuuari, ſi ſint antiquiſſimæ.*
14 *in Donatione alicuius loci facta à Laico, non comprehenditur acquiſitio primitiarũ, & decimarũ.*
15 *in Donatione alicuius villæ non veniunt primitiæ, & decimæ, cum eæ non ſint de iuribus, & pertinentijs ipſius Villæ.*
16 *Donationis verba, quando ſunt vniuerſalia, nullum ius donanti præſeruant, & ſic. ſine dubio ſũt apta comprehendere iura ſpiritualia, ſi donans de eis poterat diſponere ad libitum.*
17 *Inuentarium non probat contra tertium, ſi eo non citato fuerit confectum.*
18 *Denunciatio facta in æſtimo bonorum cuiuſuis Ciuitatis non præiudicat tertio non citato.*
19 *contra Eccleſiã, vt præſcribatur, quid requiratur.*
20 *Teſtes ſunt nulliter examinati ex defectu citationis ad videndum eos iurare.*
21 *Indultum conceſſum alicui, vt poſſit aliquid ad libitum donare &c. non debet extendi extrà limites rei conceſſæ.*
22 *Dominium diſtribuendi aliquid in illum tranſit, qui prouenit ab eo, qui antea Dominus erat.*
23 *Eccleſia dominium rei donatæ acquiritur ipſo iure.*
24 *Priuilegij verba latiſſimè veniunt interpretanda, quando dictum priuilegium prouenit à Principe.*
25 *Obſeruantia longiſsima eſt apta probare titulum cum ſuis qualitatibus.*
26 *Alienatio rei Eccleſiæ ex decurſu 30. annorum includit in ſe beneplacitum Apoſtolicum cum qualitatibus validitatis, & vtilitatis.*
27 *Confines concludenter probari poſſunt per teſtes.*
28 *Confinium probatio benè corroboratur ex expreſſionibus factis in inſtrumentis conceſſionis Principum, quorum abſoluta erat poteſtas confines diſtinguendi, reſtringendi, & ampliandi.*
29 *Confines ſemel probati, præſumuntur continuati, niſi contrarium appareat.*
30 *Obſeruantia aliqua, ſi conueniat ſubſtantiæ rei principalis, ita etiam conuenire poteſt eius acceſſorijs.*
31 *Teſtes deponentes circa confiniũ diſtinctionem, etiam non interrogati debent reddere rationem.*
32 *Teſtes, qui patiũtur plures defectus non ſunt præferendi probationi reſultanti ex publicis inſtrumentis, maximè ſi verſemur in facto antiquo.*

DECISIO CCLIV.

Reſponderunt Domini pro confirmatione ſententiæ rotalis, qua pronunciatum fuit Eccleſiam parrochialem villæ de Vimbodino eſſe de mẽſa Abbatis, & Monaſterij S. Mariæ de Populeto, eidemq. Abbati, & Monaſterio propterea deberi primitias omnium fructuum, qui in dictæ villæ diſtrictu colliguntur, ſalua medietate Rectori aſſignata pro curæ exercitio, attenta eius validitate, & iuſtitia.

Validitas ſententię ex reuolutione actorum, iuſtitia verò ex tribus deciſionibus * longa ſerie, & eruditè per R.P.D.m. Pirouanum extenſis ſatis apparere viſa fuit; ſiquidem conſtat Vrbanũ Secũdum conceſſiſſe Petro Hiſpaniarum Regi, illiuſq. in regno ſucceſſoribus facultatem (ſunt verba Indulti) vt poſſint *Eccleſias, quas in Saracenorum terris belli iure acquiſierint, vel in proprijs hæreditatibus fundauerint, ſibi ſuiſque hæredibus cum primitijs, & decimis propriarum, vel quarumlibet alia-*

aliorum Eccleſiarum quorumlibet Monaſteriorũ
ditioni ſubdere vt in ſum.antiq. Monaſterij nu. 5.
Et huius indulti vigore ſimiliter conſtat, Ildephõ-
ſum Regem Petri ſucceſſorem donaſſe territorium,
ſeu diſtrictum villę de Vimbodino prædicto Mona-
ſterio de Populeto cum tranſlatione omnium iuriũ
competentium, & competiturorum nihil penitus
ſibi reſeruato, *vt in eod.ſum.nu* 4.
1 Vnde ſequitur quod ſicut verba † donationis sũt
adeò vniuerſalia negatiua, vt nullam patiantur re-
ſtrictionem. *Tiraq.in l.ſi vnquam verb reuertatur*
*nu.*93.*C.de reuocan.donat.* Rot. *deciſ.*121 *num.*4.
*par.*5.*diuerſ.*, ita benè probent in donatione ipſa
eſſe comprehenſa omnia iura, & actiones perci-
piendi primitias, & decimas ex indulto Apoſtoli-
co acquiſitas eodem modo, quo ipſe Rex donator
2 habebat, † earumque dominium cum poſſeſſione
fuiſſe tranſlatum in Monaſterium *gloſ.& Abb. in*
cap.de Monachis verſ.ſi verò de præben. Felin in
cap.ex parte nu 1.*de reſcript.*, & conſequenter do-
miniũ Eccleſiæ de Vimbodino eſſe de menſa ipſius
3 Monaſterij donatarij, † penes quod reſidet habitu
cura animarum, non antem pertinere ad Rectorem
Vicarium *cap. extirpandæ* §. *qui verò, vbi Abb.*
verſ.nota ibi congruentem de præben. Creſcen. de-
*ciſ.*2 *de decim* Rot.*deciſ.*102. *nu.*3. *&* 5.*par.*1.*rec.*
4 & ſic ceſſat præſumptio † iuris, quam Rector habet
ſuper primitijs, & decimis *ex cap. cum conting. &*
cap.cum tua de decim cum in præſenti debeantur
Monaſterio tamquam curam habenti in proprieta-
5 te, † non autem Rectori actu curam exercenti vti
Vicario *Innoc. in cap paſtoralis nu.* 1 *de priuileg.*
*vbi Abb nu.*7.*Garz.de beneſ par.*12. *cap.*2 *nu.*23.
Rot.*deciſ.*7:8.*nu* 1.*&* 799 *nu* 1 *par.*1 *diuerſ.*
Maximè ſtante effectuatione prædictæ regiæ do-
nationis, de qua deponũt teſtes ab vtraq. parte exa-
minati, probãtes monaſteriũ percepiſſe decimas, &
primitias dictæ villę de Vimbodino per ſpatium 40.
annorum, & vltra quæ depoſitiones iuncto titulo
regiæ donationis, & indulti Apoſtolici benè con-
cludunt donationem ipſam ab initio ſuum habuiſſe
effectum, arguendo non à momentanea, ſed à lon-
6 gæua poſſeſſione 40 annorum. & vltra, quæ † ob-
ſeruantia ſubſequuta de per ſe ſola ſufficeret ad in-
ducendam effectuationem ab initio in percipiendis
decimis, & primitijs ad tradit per *Honded.conſ.*92.
*nu.*27.*lib* 1.*Menoch.conſ* 276.*nu.*10.
Quod clarius patet ex eo, quod ab anno 1172.
tempore donationis vſque ad annum 1226. quo
cappella S. Saluatoris fuit in parrocchialem erecta,
nullus parrochialitatis ſtatus pro parte Rectoris
fuit oſtenſus. & ſic cum erectio prædicta facta fue-
rit cum conſenſu Abbatis, & Capituli, cum aſſi-
gnatione medietatis primitiarum, & conceſſione li-
7 uellorum, † ac terrarum pro congrua Rectoris,
manifeſtè denotat habitum curę remanſiſſe penes
collegium, & conuentum, exercitium verò penes
deputatum ab Abbate vti de menſa Monaſterij *Vi-*
*talin.in clem.*1.*nu.*7 *de offic. Vicar. Calderin. conſ.*
18.*verſ.non obſtat. Oldrad.conſ.*67. *nu.*1. Rot. *de-*
ciſ 153.*nu.*4.*& deciſ.*204.*nu.*1.*par.*2. *recent.* Prę-
dicta enim aſſignatio medietatis primitiarum cum
conceſſione liuellorum, & terrarum pro conſti-
8 tuenda † congrua Rectori pro exercitio curæ pariter
verificat proprietatem ad Monaſterium pertinere
cap.de Monachis, cap. auaritiæ de præben latè Re-
*buff. de congrua nu.*114. Rot. *d. deciſ.*53. *num.* 5.
& 204. *num.* 2. *par.*2. *recent*
Quibus non aduerſatur obiectum, quod ſcriptu-
ræ monaſterij non ſint in forma probanti; quia cõ-
trarium viſum fuit apparere, ex quo indultum Vr-
bani Secundi datum de anno 1095. Regiæ donatio-
tiones 1172. & 1183. Erectio parrochialis, & aſſi-
gatio dotis 1297. ſuper quibus Monaſterium fun-
dat ſuam intentionem, fuerunt omnia extracta
ex archiuio vigore compulſorialium rotalium ſer-
9 uatis de iure ſeruandis, † Iudicis autem compul-
ſoris auctoritas fidem præbet ſcripturis extractis
ad not. *in cap. cum P. tabellio de fid. inſtrum.* Rot.
deciſ 43.*de probat. in antiq. Seraph. deciſ.*1028. *in*
princip. Quę fides illis diminui minimè poteſt ex
eo quod Archiuium non ſit publicum, ſed priuatũ
ipſius Monaſterij, quoniam auctoritate Iudicis etiã
10 † ſcripturæ propriæ compulſari poſſunt, quando
(prout hic) ex longinquis partibus ſunt extrahen-
11 dæ † propter periculum amiſſionis ex doctr. Bart.
quã paſſim ſequitur Rot in hac materia, vt in *deciſ.*
292. *nu.*5.*coram Papa Greg. XV. ibique adden.* Et
vlterius prędictæ ſcripturæ, quia habent formam
publicam, & legalem, & ſunt extractę à Notario
12 † rogato, vel eius ſucceſſore, non egent fomento
Archiuij. *Couarr.in pract cap* 19 *nu.*3.Rot.*deciſ.*1.
de fid inſtrum. in nou. nec debent recognitione,
13 aut alio † adminiculo coadiuuari, cum ſint anti-
quę, & ſupra centum annos. *Put. deciſ.*12. *de fid.*
*inſtrum. Adden.ad Gregor.XV.deciſ.*3. *nu.*5. & la-
tius *in prima deciſ.huius cauſæ,* §.*quia cum.*
Pro vt nec releuat, quod in donatione regia
14 tamquam à laico facta comprehendi nequeat † ac-
quiſitio primitiarum, & decimarum. *ex cap. dudum*
de decim. Rot.*deciſ.*702 *nu.*1. *par.*1. *recent.* & do-
nata villa de Vimbodino non intelligantur donatæ
15 primitię, & decimę, cum † eæ non ſint de Iuribus,
& pertinentijs ipſius villę. *Rota deciſ* 399.*par.*2.
recent. Quia ceſſat obiectum ex verbis indulti Vr-
bani Secundi ibi, *Petro Hiſpaniarum Regi, eiuſ-*
que ſucceſſoribus in perpetuum. & ex verbis gene-
ralibus *Ildephonſi donantis nihil ſibi penitus reſer-*
uato; Vnde cum Ildephonſus Rex donator ſit legi-
timus ſucceſſor Petri Regis ſupplicantis, & verba
16 ipſius donationis ſint vniuerſalia nullum ius † do-
nanti pręſeruantia, & proculdubio ſint apta ad cõ-
prehendendum etiam iura ſpiritualia, benè potuit
de illis vigore indulti ad libitum diſponere.
Minus nocet inuentarium pro Rectore datum
continens primitias de quibus agitur, tamquam
de iuribus parrochialibus Eccleſię de Vimbodino,
nam vltra quod dubitatum fuit de eius forma pro-
17 banti, in omnem euentum nullum † gradum pro-
bationis faceret contra Monaſterium non citatũ,
cum reputetur tamquam denunciatio facta in æſti-
18 mo † bonorum cuiuſuis Ciuitatis, quę non pręiu-
dicat tertio non citato *Afflict. deciſ.*303.*in ad not.*
*nu.*5.*Menoch.de arbitrar. lib.*2 *caſ.*110. *num.*26.
conſuetudo autem recipiendi primitias in toto di-
ſtrictu Villę Vimbodini non ſuffragatur, cum non
19 † appareat longęua ſupra 40. annos, vt requiritur
in *cap. de quarta de præſcript.* quę conſuetudo

Digitized by Google

hand iuuari poteſt ex teſtibus pro Rectore exami-
natis ſuper quaſi poſſeſſione exigendi primitias in-
tra fines territorij Vimbodini, apparent enim nul-
20 liter † examinati ex defectu citationis ad viden-
dum iurare teſtes, & nullus eorum reſpondet con-
cludenter interrogatorijs ſuper integra perceptio-
ne primitiarum, & ideo eorum dicta conſideratum
fuit poſſe verificari in medietate primitiarum aſſi-
gnata Rectori in erectione Cappellę S. Saluatoris
in parrochialem pro cura exercenda.

Nec obſtat, quod indulta conceſſa Sanctio Regi
per Alexandrum Secundũ, & Gregorium Septimũ
de anno 1073. & poſtea Petro Regi Sanctij filio per
Vrbanum Secundũ de anno 1095. vt poſſint Eccle-
ſias, quas ędificauerint proprijs hęreditatibus, vel
acquiſierint ex Saracenorum terris iure belli, do-
21 nare, & diſtribuere ad libitum, † debeant intelligi
tantùm quoad Eccleſias, & Villas ſuorum Regno-
rum, non autem quo ad Comitatum Barchinonen̄,
& Principatum Cathalonię intra cuius limites re-
peritur villa de Vimbodino.

Quia quicquid ſit de genealogia Comitum Bar-
chinonen̄, & Principatus Cathalonię, de qua latè
Zurita, Marian̄, & alij relati per R. P. D. *meum*
Pirouanum in 2. deciſ. § quoniam, ad effectum, de
quo agitur ſufficit, quod de tempore donationis
Ildephonſus donator eſſet ſucceſſor Sanctij, aut Pe-
tri Aragonię Regum, quibus, & eorum ſucceſſori-
bus in perpetuum priuilegia, ſeu indulta prędicta
conceſſa fuerunt. Quod autem dictus Ildephonſus
fuerit eorumdem ſucceſſor patet; Etenim Raymũ-
dus Berengarius huius nominis Quartus, Barchi-
nonen̄ Comes cõtraxit matrimoniũ de anno 1137.
cum Petronilla filia Ramiri Regis Aragonum, quæ
ſucceſſit in Regno patris; ille autem Ramirus fuit
filius Ildephonſi fratris Petri in indulto Vrbani no-
minati, & Petrus fuit filius Sãctij in indulto Grego-
rij enũciati; Ex prędicto matrimonio cõtracto inter
Petronillam, & Raymundũ natus fuit alter Ildephõ-
ſus, cui Petronilla mater Regnũ, iura omnia Rega-
lia, ſibique competentia iure belli renunciauit, pro-
ut recenſetur in initio Conſtitutionum Regni Ca-
thaloniæ, & inter partes non controuertitur.

Ex quo infertur, quod cum Ildephõſus regnaue-
rit vſque ad annum 1196. & donatio emanauerit ab
eodem de anno 1172. & confirmata de anno 1183.
dubitari non poſſit quin à Rege regnante, & Do-
mino villæ Vimbodini facta fuerit, & quod in ea
comprehendatur dominium ex paterna Raymundi
Patris ſucceſſione acquiſitum intra cuius limites
ſita eſt villa Vimbodini, & conſequenter ratione in-
dulti Vrbani Secundi fuiſſe translatum in ipſum
22 dominium † diſtribuendi decimas, & primitias
tamquam proueniens ab eo, qui antea erat Domi-
nus villæ, & primitiarum. *Bart. in l. cum res, nu. 5.*
C. de probat. Afflict. deciſ. 23. nu. 4. & deciſ. 40. n. 3.

Quod facilius ſuſtinetur fauore Eccleſiæ mona-
23 ſterij cui dominiũ rei † donatæ ipſo iure acquiritur.
Tiraq. de priuileg. piæ cauſæ priuileg. 39. Menoch.
de arbitrar. caſ. 256. nu. 28. & licèt indultum Vrba-
ni Secundi dicatur emanaſſe pro Regno, & Eccle-
ſijs ſitis intra limites regni Aragoniæ non autem
pro Eccleſijs alterius dominij prouenientis ex
Raymundo Comite Barchinonen̄, adhuc tamen
conſiderata facultate diſtribuendi decimas, & pri-
mitijs Regi ſupplicanti, & ſucceſſoribus in perpe-
tuum conceſſ de Eccleſijs, quæ in Saracenorum
terris recuperauerint. vel quas in proprijs hęredi-
tatibus fundauerint, ex proprietate verborum
comprehenderetur prędictum Monaſterium S. Ma-
riæ de Populeto tamquam ſitum intra fines hære-
ditatum Regis ſupplicantis propter ſucceſſionem
in comitatu Barchinonen ex perſona Raymundi
24 patris; Verba enim † indulti non debent reſtringi
ad tempus conceſſionis, ſed latiſſimè tamquam pri-
uilegia Principum ſunt interprętanda *ex l. beneficium*
ff. de conſtit. Princip. cap. cum dilecti de donat. Rum.
conſ. 161. nu. 8. lib. 5. cum alijs. ſtante præſertim ob-
25 ſeruantia † effectuatæ regiæ donationis ſupra 400.
annos, quæ ſufficiens eſt ad probandum titulum
cum ſuis qualitatibus, prout dicitur de alienatione
26 † rerum Eccleſiæ, quæ ex decurſu 30. ânnorum in-
cludit in ſe benèplacitum Apoſtolicum cum quali-
tatibus validitatis, & vtilitatis *gloſ. in cap. peruenit.*
vbi Imol nu. 10. de empt. & vendit. Mantic. deciſ.
101. *Rot. coram Greg. deciſ. 52 nu 3. & 343. nu. 4.*

Denique non obſtat, quod opponebatur circa iden-
titatem confinium d. villæ de Vimbodino; quia vt
in tertia deciſione probatur, confines ſunt ijdem-
met, qui fuerunt ſpecificati de annis 1172. & 1183.
in donationibus regijs, cum igitur illi conueniant
cum enunciatis in petitione Rectoris facta de an-
no 1277. ac cum enunciatis in alia ſcriptura de re-
centi per Rectorem producta, & ex abundanti fue-
rint verificati pèr teſtes pro monaſterio exâmina-
27 tos, dubitari † non poteſt, quin appareant conclu-
denter probati *cap. cum cauſam vbi Felin. nu. 1.*
Bald. conſ. 286. nu. 2. vol. 2. quod corroboratur ex
eorum expreſſione facta in inſtrumentis conceſſio-
28 num Principum, † quorum abſoluta erat poteſtas
confines diſtinguendi, reſtringendi, & ampliandi.
Hier. de monte fin. regun. cap. 21. nu. 3. Pariſ. conſ.
27. nu. 1. & 3. lib. 1. Curt. ſen. conſ. 56. n. 33. Seraph.
deciſ. 437. nu. 1. & 434. nu. 1. coram Greg. XV. &
29 ſic de iure præſumuntur † continuati vſque in prę-
ſentem diem, dummodo contrarium non appareat
Menoch. præſumpt. 46. nu. 1. lib 6. Accedente præ-
cipuè effectuatione dd. donationum Regum, quæ
30 obſeruantia † ſicut conuenit ſubſtantiæ donatio-
nis, ità etiam conuenit cõfinibus ex doctrina *Bald.*
quæſt. 22. nu. 43. C. de contrab. empt.

Teſtes verò Rectoris licèt alterent confines prę-
31 dictos in primo & 2. articulis, tamen † vltra quod
ſunt nulliter examinati, nullamque reddant ratio-
nem eorum dicti circa diſtinctionem confinium, vt
debebant etiam non interrogati *Bald. conſ. 286. n. 3.*
32 *vol. 3.* non ſunt pręferendi † probationi reſultanti
ex publicis documentis dum verſamur in facto an-
tiquo *Bald. in d. cap. cum cauſam nu. 3. de probat.*
vbi Felin. nu 5. Dec. conſ. 146. num. 14. Alban. conſ.
244. nu. 16. Rot. in Cauallicen. feudi 17. Decembris
1612. coram R. P. D. m. Pirouano.

Et ita deciſum vna tantum parte informante, al-
tera pluries citata, & nunquam comparente &c.

☞ * *Ideſt ſub diebus 26. Ianuarij 1637. & 27. Apri-*
lis. etiam 1637. & 11. Maij eiuſdem anni, & ſunt
deciſ. 192. 212. & 215. ſupra in hac eadem parte.

R.P.D,

Digitized by Google

R P. D. VEROSPIO.

Gerundeñ Canonicatus, & Sacriſtiæ.

Die Veneris 4. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Conſenſus ſuper aliqua re præſumitur præſtitus ſtante antiquitate temporis. Et plura circa iuſtificationem narratorum in gratia.

SVMMARIVM.

1 *Qualitas aliqua, ſi ſit narrata in gratia, eſt neceſſaria illius iuſtificatio ad effectum validitatis dictæ gratiæ.*

2 *Conſenſus circa aliquam rem præſumitur præſtitus ex antiquitate temporis. & nu. 3.*

Solemnitates extrinſecæ omnes præſumuntur interueniſſe ad validitatem actus geſti. nu. 2.

4 *Viſitatores, ſi deſcripſerint in ſuis libris, quod cura animarũ ſpectabat ad aliquem, ex hoc oritur præſumptio, vt d. Viſitatores vidiſſent qualitatẽ tituli, cuius occaſione cura geritur. & n. 5.*

6 *Qualitas aliqua ſi de facto narrata ſit, ſufficit etiam, vt ſic iuſtificetur.*

7 *Qualitas aliqua ſufficit, quod de facto iuſtificetur, ſi gratia principaliter non fundetur ſuper ea.*

8 *Coadiutoriæ cauſa conceſſionis, requiritur vt ſubſiſtat, & ſit probata, ad effectum vt inducta ſit affectio, cuius occaſione erepta ſit Ordinario poteſtas conferendi. declara nu. 9.*

10 *in Gratia quacumque illud debet plenè, & concludenter probari, in quo ipſa gratia fundatur, reliqua verò, quæ dicuntur pars gratiæ, ſufficit, quod ſemiplenè probentur, etiam ex fama. n. 11.*

12 *Cauſa probata, cẽſetur etiam adeſſe eius effectus.*

13 *Vacationis vna ſpecies, ſi fuerit narrata Papæ, ſi ea non ſubſiſtat, an liberæ remaneant manus Ordinarij circa collationem, & quid ſi plures ſint narratæ cauſæ. nu. 14.*

15 *de Beneficio alicui indigno ſi fuerit mandatum, vt prouideretur, poterunt inferiores collatores, ad quos ſpectat collatio, de eodem beneficio prouidere, ſicut ſi mandatum fuiſſet prouideri ſub certa conditione, quæ deficeret.*

Secus vero ſi mandata fuiſſet prouiſio pro perſona, cui non poteſt ſine diſpenſatione prouideri. vide rationem nu. 16. & nu. 17.

18 *Papa, ſi mandet beneficium ſimpliciter conferri, non facta alicuius mentione, videtur potius habuiſſe rationem neceſſitatis Eccleſiæ, quàm eius perſonæ, cui poſtea fuit facta collatio.*

19 *in Coadiutoria gratia potius tractatur de neceſſitate Eccleſiæ, quàm de vtilitate prouiſi.*

20 *in Coadiutoria gratia quid potiſſimum attẽdatur.*

21 *Coadiutoriæ effectus non tollitur ex ſola inhabilitate perſonæ, cui commiſſa fuit cura, & adminiſtratio Eccleſiæ propter inhabilitatem Coadiuti.*

DECISIO CCLV.

CONTRA gratiam conceſſam Ioanni Auguſtino tria opponebantur in hoc dubio. Primò, quòd non eſſet probata infirmitas Petri vltimi poſſeſſoris, cuius occaſione deputatus fuerat illi coadiutor in eadem gratia. Secundò, quod deficeret probatio curæ annexæ huic Sacriſtiæ, quæ dicebatur ſecunda, ſeu media, & à Petro poſſidebatur ſimul cum Canonicatu. Tertiò, quòd non eſſet probatus valor eiuſdem Canonicatus, & aliorũ beneficiorum, quæ obtinebat Ioannes Auguſtinus de tempore gratiæ, quæ omnia ſimul cum qualitate curæ narrata ab eo fuerunt in eadem gratia. Sed non viſæ fuerunt DD. obſtare eæ exceptiones, & reſponderunt pro confirmatione deciſ. *factæ ſub die 18. Maij proximè præteriti*, in qua reſolutum fuit ad fauorem eiuſdem Ioannis Auguſtini, quod iuſtificata erat gratia ab eo obtenta, & quòd illa obſtabat prouiſioni conceſſæ Ioſepho ab Ordinario ſuper eodem Canonicatu, & Sacriſtia; & primò viſa fuit probari infirmitas, de qua deponebant plures teſtes, & inter eos quatuor quorum depoſitiones præcipuæ conſideratæ fuerunt in præterita deciſione propter notitiam, quam poterant habere eius valetudinis Petri Coadiuti, quia vnus erat illius frater qui in eadem domo cum eo morabatur, alter Aromatarius, qui ad eum cõtinuò accedebat occaſione medicamentorum, quæ illi parabat ex ſua officina, reliqui duo nempè Medicus, & Chirurgus illum ſemper curauerant in ea valetudine, & deponebant de illius qualitate, & cauſis, atque etiam de eiuſdem proceſſu vſque ad obitum; ex eorum verò depoſitionibus conſtabat, quod erat ea valetudo diſtillatio cerebri in vẽtriculum, & alias corporis partes ex qua ſuccedebãt plura, & diuerſa ſinthomata & morbi etiam grauiores, quia excepta ſuperiori ventriculo pręter difficilem concoctionem cibi cauſabat illi propter connexionem, quàm habet idem ventriculus cũ cerebro magnas vertigines, & alienationem à ſenſibus, deſcendens verò ad pectus, & interiora thoracis eum penè ad tabem redegerat, cuius rei indicia erant expuitiones, & excrementa ex ore peſſimi odoris, ac mixta ſanguine, quæ oſtendebant exulcerationem pulmonum, à qua deinde ſuccedunt excreationes purulentæ, ac liquor & tabes in toto corpore.

Neq; obſtare viſum fuit quod ij teſtes in ſua depoſitione non aſſererent, vt ea valetudo Petri fuiſ-
1 ſet continua, quæ qualitas † dicebatur etiam neceſſaria ad validitatem gratiæ, dum fuit in illa narrata iux. *not. per Aeged. in deciſ. 116. & deciſ. 76.* & in terminis ſimilis gratiæ tenuit *Rota apud Verall. deciſ. 128. 129. & 130. par. 1. & coram Puteo deciſ. 63. lib. 2.* Quia contrarium colligebatur ex eorum depoſitionibus cũ omnes ferè in hoc conuenirent, quòd cœpit hic morbus ingraueſcere de menſe Martij anni 1630. hoc eſt per ſex menſes ante impetrationem gratiæ, & quod ille terminauit cum morte Coadiuti, & licet decimus ſextus teſtis, qui eſt medicus ſuper quarto articulo diceret, quod ceſſauit ea diſtillatio, cum fuiſſet Petro adhibitum cauterium in brachio ſiniſtro, tamen ſubdit, quod facta fuit maior irruptio humorum, qui in epilepſiam, ac deinde in apoplexiam terminarunt, ex qua tandem ille occubuit.

Secundò impugnabatur qualitas curæ animarũ, quæ narrata fuit tanquam annexa huic Sacriſtiæ, cũ verò ad probationem huius qualitatis adductum fuiſſet in deciſione præterita inſtrumentum confectum anno 1338. in quo apparebat reſtitutam fuiſ-

ſe eidem Sacriſtiæ curam animarum ſublato officio
Vicariatus, cui ante illa commiſſa fuerat oppone-
bat Ioſeph, quòd non conſtabat ex eo inſtrumento
de hac qualitate, dum non probabatur conſenſus
Sacriſtæ maioris, qui eſt patronus huius mediæ Sa-
criſtię. Sed non viſa fuit obſtare hæc exceptio, quia
idem conſenſus præſumi poterat ex antiquitate
2 † temporis, prout aliæ omnes ſolemnitates ex-
trinſecæ, quæ requiſitæ fuiſſent ad validitatem eius
actus *argum. tex. in l. qui in aliena. ff. de acquir. hæ-
redit. & in l. ſi filius familias. C. de petit. hæredit. &
notant ibi DD. & in l. ſciendum. ff. de verb. oblig.
Felin. in cap. ſicut. nu. 29. de ſent. & re iudic.* ete-
nim conſtabat ex depoſitionibus plurium teſtium,
atque etiam ex libris viſitationum, quod ea cura
ſemper poſtea adminiſtrata fuit à ſecũdo Sacriſta,
3 vnde rectè † poterat ex curſu totius eius tempo-
ris, quod interceſſit à ſuppreſſione Vicariatus præ-
ſumi conſenſus Sacriſtæ maioris, vt tradit idem *Fe-
lin. in terminis de eo, qui diu tenuit aliquam Ec-
cleſiam tanquam Rector in dicto cap. ſicut de ſent.
& re iudic. eod. num. 29. & in cap. illud. num 5 in
fine de præſump.* & voluit ibi etiam *Abb. nu. 7. An-
charan. in cap. 1 num. 10. de reg. iur. lib. 6.* & hunc
effectum præcipuè operari poterat probatio, quæ
4 colligebatur ex libris † viſitationum circa admi-
niſtrationem eius curæ, apud ſecundum Sacriſtam,
cum oriretur ex ijs præſumptio, vt Viſitatores vi-
diſſent qualitatem tituli, cuius occaſione eadem
cura regebatur, vt tradit ibidem *Abb. nu. 8.* docens
5 contrarium obſeruari debere, quando † aut propter
negligentiam Superiorum, aut ex alia cauſa conſta-
ret non fuiſſe Eccleſiam, aut Beneficium viſitatum,
& idem voluit *Felin. ſequen. Abb. in d. cap. ſicut de
re iud. nu. 31. & in cap. illud. nu. 8. de præſumpt.*
6 & ſatis præterea erat eam qualitatem † de facto pro-
baſſe, tum quia illa ita fuit narrata iux. *notat. per
Aegid. in adducta deciſ. 116. in fine, & in deciſ. 9.
nu. 10. par. 2. diuerſ. & fuit dictum in Tullen. re-
formationis 30. Maij 1629. coram R. P. D. meo Du-
nozetto, & in Lucana Abbatia 18. Maij 1612. co-
ram Card. Caual. inter impreſſ. deciſ. 202. num. 3.*
7 tum quia gratia non fundabatur † principaliter ſu-
per qualitate eius curæ, vt fuit dictum *in eadem
cauſa Tullen.* & tradit *Garz. de benef. par. 6. cap. 2.
num. 206. Gonzal. ad reg. 8. gloſ. 15. §. 1. nu. 50.*

Super probatione valoris, quæ erat vltima ex-
ceptio Ioſephi DD. reſponderunt, quòd non pote-
rat illius omiſſio nocere Ioanni Auguſtino, cum
non poſſet ex ea effici, vt eſſet nulla gratia coadiu-
toriæ, in qua ipſe fundabat tàm validitatẽ ſuæ gra-
tiæ reſpectu ſucceſſionis in hoc beneficio, quã nul-
litatem prouiſionis Ioſephi, quamuis enim require-
8 retur, vt eſſet probata, † & ſubſiſteret cauſa con-
ceſſionis coadiutoriæ ad hoc, vt ex ea inducta eſſet
affectio cuius occaſione erepta fuerit Ordinario po-
teſtas conferendi, vt fuit ſententia *Romani in conſ.
335. nu. 11. & Rot. antiqua in deciſ. 12. de conceſſ.
præben.* quam refert *Probus in addit. ad Monac. in
cap. tibi de reſcript. lib. 6. nu. 19 in fine,* & latè diſ-
cuſſo articulo decidit *Rot. coram bon. me. Buratto
in Oxomen. Archidiaconatus 19. Nouemb. 1614.*
reuocata deciſione facta in eadẽ cauſa *ſub die 10.
Martij eiuſdem anni*, in qua contrarium reſolutũ
fuerat, tamen intelligenda hæc erant de ijs quæ po-
terant eſſe cauſa immediata conceſſionis eiuſdem
9 coadiutoriæ, qualis erat infirmitas Coadiuti, † aut
neceſſitas, ſiuè vtilitas Eccleſiæ, non autem ſi alia
fuiſſent narrata in gratia, quæ non pertinerent ad
validitatem eiuſdem conceſſionis, prout in his ter-
minis loquitur *Roman. in d. conſ. 335.* & declarauit
*Rot. in vna Toletana Cappellaniæ 1. Decemb. 1606.
coram Card. Sacrato inter recent. deciſ. 187. par. 2.
Aeneas de Falcon. in tractat. de reſeruat. par. 4.
principali in 19. effectu reſeruationis nu. 1.* & in
ſpecie de omiſſione probationis reſpectu valoris
tradit *Gonzal. ſuper reg. 8. gloſ. 52. nu. 48.* & eſt ge-
10 nerale in quacumque gratia, † vt debeant proba-
ri plenè, & concludenter ea, ſuper quibus gratia
fundatur, vt ſunt reſeruatio ratione menſis perti-
nentia collationis ex qualitate beneficij, & alia
quæ vera ſunt cauſa conceſſionis; reliqua verò quæ
11 dicuntur pars gratiæ, eo quia in ea narrata † ſunt,
ſufficiat probaſſe ſemiplenè, & ex fama, vt fuit re-
ſolutum *coram Puteo in deciſ. 265. lib. 3. & in de-
ciſ. 45. par. 2. & deciſ. 268. par. 1. diuerſ.* & ea vi-
detur afferri poſſe ratio reſpectu huius gratiæ, quæ
colligitur ex eiuſdem qualitate, quia illa tanquã
ſui natura præuentiua non videtur indigere alia
probatione, quam ea quæ reſpiciat cauſam conceſ-
12 ſionis ipſius coadiutoriæ, † vt probata eadem cau-
ſa poſſit etiam eſſe locus futuræ ſucceſſioni, quę eſt
illius effectus, *argum. tex. in leg. ſi pater. ff. de hæ-
red. inſtituen. & in leg. adigere. §. quamuis. ff. de
iurepatr.* & in terminis tradiderunt *Gemin. in cap.
ſi tibi abſenti. num. 18. de præbend. lib. 6. Franc.
n. 14.* & hinc eſt quod licet in caſu quo fuerit nar-
13 rata ſpecies † vna vacationis liberæ ſint manus Or-
dinarij, ea non exiſtente in caſu quo noua vacatio
ſucceſſerit, tamen contrarium procedit, quotieſ-
14 cumque gratia conceſſa non eſt fundata † in ea ſo-
la cauſa, aut etiam ſi vacatio narrata eſt neceſſariò
extitura, *vt notauit idem Franc. Gemin. ſuper eo-
dem cap. & in conſ. 135. n. 11. & probatur ex tex.
in cap. inter dilectos de exceſſ. Prælat.* cum ijs, quę
notant ibi *DD. & inter cæteros Hoſtien. num. 14.
Ioan. Andr. nu. 16.* vbi quod ſi mandatum fuerit, vt
prouideretur de beneficio alicui indigno, poterunt
inferiores collatores, ad quos ſpectat ex iuris diſ-
poſitione collatio de eodem beneficio prouidere,
15 † ſicut ſi mandatum fuiſſet prouideri ſub certa
conditione, quæ deficeret, ſecus verò ſi mandata
fuiſſet prouiſio pro perſona, cui non poſſet ſine di-
ſpenſatione prouideri, & ratio diuerſitatis aſſigna-
tur per *Hoſtien. quia in primo caſu*, videtur gra-
tia conceſſa, ſub certa conditione, cuius defectus
16 debet † illam reddere nullam, contra quam con-
tingat; in ſecundo caſu cum conceſſa gratia princi-
pali videatur etiam conceſſa altera gratia, vt poſ-
ſit cum perſona nominata diſpenſari, & notauit
ibidem *Ioan. Adr. d. nu. 16. Butr. nu. 18.* & ita etiã
tradunt in collatione facta, quæ valere non potue-
rit ſiue propter indignitatem perſonæ, ſiue prop-
ter ſubreptionem, quæ fortè erat in litteris, quia
licet in caſu quo mandatum fuerit, vt conferretur
17 beneficium certæ perſonæ † redire debeat ad Or-
dinarium poteſtas conferendi ſi gratia ſuum effe-
ctum habere non potuerit ob aliquam ex rationi-
bus

bus ſupradictis, tamen contrarium eſt, ſi commiſſa
fuit collatio beneficij non facta mentione alicuius
perſonæ, cui illud conferri deberet, *vt not Abb. ſu-
per eod. cap. inter dilect. nu. 10. Compoſtellan. in
cap Capitulum nu. 57. de reſcript. Anchar. in cap.
ſi beneficio. de præben. lib. 6. ante num. 1. in primo
notabili, & in conſ. 58. colum. 2. Felin. in cap il-
lud. num 40. de præſumpt.* & ratio deciſ. ſecundæ
huius partis ea videtur eſſe, quam ponit *Anchar. d.*
18 *conſ. 58.* quia Papa mandando † ſimpliciter bene-
ficium conferri, & non facta alicuius mentione vi-
detur potius habuiſſe rationem neceſſitatis Eccle-
ſiæ, quam eius perſonæ, cui poſtea facta fuit colla-
tio, vnde dici non poteſt quòd propter illius inha-
bilitatem defecerit etiam vacatio beneficij, quæ
benè videntur conuenire terminis huius gratiæ
19 coadiutoriæ, cum in † ea agatur potius de neceſ-
ſitate Eccleſiæ, quàm de vtilitate prouiſi, itaut ex
quacumque illius inhabilitate nunquam dici poſſit
quòd Papa ipſi Eccleſiæ de coadiutore non proui-
20 diſſet, † quamuis fortè non conceſſiſſet tali perſo-
næ curam eiuſdem Eccleſiæ, ſine ipſi conceſſiſſet
gratiam coadiutoriæ, vt conſideratum fuit in addu-
*cta deciſ. Toletana Cappellaniæ coram Card. Sa-
crato, & in prima deciſ. facta in cauſa Oxomen.
Archidiaconatus corã bo. me. Buratto ſub die 10.
Martij anni* 1614 quæ deciſio non fuit in hac par-
te reuocata ex ſecunda facta 19 *Nouembris eiuſ-
dem anni*, cum in ea deficeret penitus cauſa proui-
dendi Eccleſiæ, eo quia non probaretur illius ne-
ceſſitas, ob quam Papa motus fuit ad eam gratiam
concedendam, immò admittitur in eadem deciſio-
21 ne, vt non poſſit tolli effectus † huius gratiæ ex
ſola inhabilitate perſonæ cui commiſſa fuit cura,
& adminiſtratio Eccleſiæ propter inhabilitatem
coadiuti. Et ita vtraque parte &c.

** Habetur iſta deciſio infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito.*

¶ In eadem cauſa infra in ſequenti parte habetur alia deciſio ſub die 15. Martij 1638. coram R.P.D. Merlino,

R. P. D. MOTMANNO,

Arianen. Archidiaconatus,

Die Vener. 4. Decemb. 1637.

ARGVMENTVM.

Clauſulæ poſitæ in commiſſione, ſi reſpiciant fauorem partis, impediunt, eis non iuſtificatis, ne procedatur ad vlteriora, intellige ſi pars opponat, ſecus è contra. Clauſula ex integro, poſita in commiſſione quid operetur, alia vide in ſummario.

SVMMARIVM.

1 *Commiſſio, ſi emanauerit cũ clauſula refectis expenſis, ſi pars fecerit quietationem generalem, ex hoc reſultat, quod noluit vti dicta clauſula, quo caſu poteſt procedi in negocio principali. Clauſula in commiſſione ſi reſpiciat vtilitatem partis, impedit parte opponẽte, ſecus è cõtra. n. 1.*

2 *Commiſſio, quando emanauit cum clauſula, ex integro importat nouam inſtantiam, & qualiter id debeat intelligi.*

3 *Iura producta, ſi quis repetierit cum partis citatione, dicuntur effecta de actis nouæ inſtantiæ.*

4 *Iura per repetitionem æquè fiunt de actis, ac per productionem.*

5 *pro Examine alteri commiſſo ſuper idoneitate ad obtinendam dignitatem, vel beneficia non eſt opus aliqua citatione.*

6 *Canonicatus obtineri poteſt cum Archidiaconatu abſque diſpenſatione, ſtante ſic conſuetudine.*

7 *Conſuetudo induci poteſt obtinendi præbendam cum dignitate abſque diſpenſatione.*

8 *Narratiua, quod dignitas ſimul cum Canonicatu conſueuit obtineri abſque diſpenſatione Apoſtolica iuſtificari poteſt ex pluribus prouiſionibus.*

9 *Regul. Cancell. 4. requirit, quòd dignitas non modo ſit maior poſt Põtificalem, ſed etiam quod excedat valorem 10. florenorum.*

10 *Dictio, necnon, reſoluitur in copulatiuam.*

11 *Regul. 4. Cancell. facit diſtinctionem inter dignitates maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus & dignitates principales in Collegiatis, & vnde ſumatur iſta diſtinctio vide hic.*

12 *Dictio, omnis, eſt latiſſima.*

13 *Dignitas Cathedralis maior poſt Pontificalem etiam ſine fructibus magis æſtimatur, quàm principalis Collegiata 10. florenorum auri valorem non excedens reſpectu maioris præeminentia.*

14 *Aetas maior requiritur ab obtinendum Canonicatum in Cathedrali, quam in Collegiata.*

15 *Canonicis Cathedralibus, & non alijs committitur cauſa per litteras Apoſtolicas aut legatorũ.*

16 *Prouiſiones dignitatum Eccleſiarum Cathedralium in Cancellaria Apoſtolica expediuntur ſine expreſſione valoris, ſecus verò in prouiſionibus de alijs.*

17 *Rotæ auctoritas, & ratio ſine qua nihil deiudicare ſolet, præualet auctoritatibus Doctorum aliter ſentientium.*

18 *Determinatio non eſt inconueniens, quod aliqua inæqualiter determinet, ſtante eorum diuerſa natura, & ratione.*

DECISIO CCLVI.

RESPONSVM fuit pro confirmatione ſententiæ latæ per R.P.D meum Veroſpium, qua fuit declaratum litteras Apoſtolicas prouiſionis Archidiaconatus Eccleſiæ Arianen. ad fauorem Iacobi expeditas eſſe iuſtificatas, eidemq. prouiſo conferendum eſſe Archidiaconatum, & concedendam immiſſionem in illius poſſeſſionem. Quia ex reuolutione actorum apparet interueniſſe omnia ad ſententiæ validitatem requiſita, & iuſtitia ſatis comprobata fuit per deciſionem * R.P.D. mei Veroſpij.

Non obſtat validitati, quod dicta ſententia lata fuerit vigore commiſſionis cum reſcripto, quòd procederet prout in prima, refectis expenſis, cui reſcripto antequam ſententia proferretur, non fuerit integrè ſatisfactum quoad expenſas ſaltem in

ſumma ſcutor. 24. quia ex quietantia, de qua Notarius ſe rogauit, conſtat de ſolutione facta procuratori alterius partis pro expenſis liquidatis, & quibuſuis alijs, iuxta formam dicti reſcripti reficiendis: Vnde reſultat, quod pars poſt quietationem
1 generalem noluit amplius † vti dicta clauſula, quo caſu potuit procedi in negocio principali, ad not. *per Paul. de Caſtr. & latè per Iaſon. in l. vniuerſa vbi commendat gl vlt. C. de precib. Imp. offeren. quia dicta clauſula cum reſpiciat vtilitatem partis, impedit parte opponente, ſecus ſi non oppoſuerit Acchil. deciſ. 12. nu. 3. de reſcript. Reuerendiſſimus D. meus Decanus deciſ. 47. n. 15. inter impr. Mart. de clauſ. par. 1. in hac clauſ. nu. 3.*

Nec obſtat, quod attenta forma in eodem reſcripto tradita quod iudex procederet *ex integro*, ſententia minus valide lata fuerit ſuper probatio-
2 nibus antea factis. Nā clauſula *ex integro* † importat quidem nouā inſtātiam, ſed tamē debet eo modo intelligi, quo intellexit *gl. in l. ſi expreſſim. ff. de appell. vbi verbum ab initio* explicat ideſt quaſi re integra ab initio quoad ſententiam ex eiſdem actis, vt per aliam *gloſ. in l. ſi vt proponis la prima in verb. denuo. C. quomodo, & quand. iud. tradit Franciſc. Curt. in repet. l. ſi diuerſa nu. 14. C. de tranſact. & in his terminis reſpondit Rot. in Segobien. penſionis 24. Aprilis 1606. coram Iuſto.*

Dicto autem reſcripto per actorum prioris inſtantiæ repetitionem fuiſſe abundè ſatisfactum ex eo, patet, quod prouiſus renunciauit immiſſioni ei conceſſæ per exequutorem abſque alterius partis poſſidentis citatione, ac ſequeſtro tanquam attentatis, iura verò producta repetijt cum partis cita-
3 tione † per quam fuerunt effecta de actis nouæ inſtantiæ iuxta cautelam traditam per *Feder. de Sen. conſ. 160. nu. 2. & per Marſil. in ſingul. 170. nu. 1.*
4 & iura per † repetitionem æquè fieri de actis, ac per productionem dixit *Rot. coram Greg. XV. deciſ. 508. nu. 4 & 6.*

Et ſimiliter ceſſat alia oppoſitio, quod ſcilicet inter cætera iura fuerit repetita atteſtatio de idoneitate perſonæ dicti Iacobi prouiſi facta ab eodē exequutore ſine citatione partis, quia pro examine alteri commiſſo ſuper idoneitate ad obtinē-
5 dam † dignitatem, vel beneficia, non eſt opus aliqua citatione, vt ex auctoritate Innoc. & aliorum probat *Tiraq. in tract. res inter al. act. nu. 34. & Roman. in ſingul. 369. verſ. quarto limita.*

Quæ verò concernunt iuſtitiam, etiam ſubſiſtūt ex deductis *in ead. deciſione R. P. D. mei Veroſpij* circa iuſtificationem narratiuæ, quod Archidiaconatus per vnū ex eiuſdem Eccleſiæ Canonicis, qualis eſt *dictus Iacobus* abſque diſpenſatione Apoſtolica obtineri conſueuit, non obſtante quod diſpenſatio potuerit obtineri & adhuc ignorari, quod fuerit obtenta. Quoniam obiectum procederet, ſi probaretur eſſe neceſſarium illam obtinere, & nihilominus ex quatuor anteceſſorum prouiſionibus de huiuſmodi dignitate ſucceſſiuè factis, ac effectum ſortitis, conſtat eos, qui ſub ſimili narratiua obtinuerunt Archidiaconatum, noluiſſe expedire, ſeu obtinere diſpenſationem, quia ſi eam obtinuiſſent, non fuiſſet opus narrare, quod abſque diſpenſatione Apoſtolica dicta dignitas per vnum ex Canonicis obtineri conſueuit, & ſi indiguiſſent diſpenſatione, executores litterarum non canonizaſſent prouiſiones, quemadmodum e contra non indigētibus diſpenſatione, non fuit opus probare negatiuam diſpenſationis, ſed ſatisfecit Eccleſiæ con-
6 ſuetudo à SS. Canonibus approbata, vt de † Canonicatu obtento cum Archidiaconatu eſt textus expreſſus in *cap. eam te. de reſcript. & conſuetudine*
7 obtinendi præbendam † cum dignitate abſque diſpenſatione probat *gl. in cap. gratia in verb. iure teneri de reſcript. in 6. & gl. in cap. ſuper eo in verb. diſpenſatio de præb. eod. lib. 6.* cui conſuetudini per decretum *Concilij Trid. cap. 17. ſeſſ. 24. de reform.* non fuiſſe derogatum, cenſuit Cong DD. Card. eiuſdem Concilij interpretum 13. Ianuarij
8 1594. & narratiuam, † quod dignitas ſimul cum Canonicatu conſueuit obtineri abſque diſpenſatione Apoſtolica iuſtificari ex pluribus prouiſionibus inquit *Modern. de re benef. lib. 3. q. 8. num. 113. et dixit Rota in Taurinen. Theſauraria 25. Iunij. 1621. coram bo. me. Buratto.*

Non obſtat, quod Archidiaconatus prædictus careat redditibus, & ea ratione non ſubſiſtat deciſio R. P. D. mei Veroſpij, dum firmat illius reſerua-
9 tionē regulæ quartæ † Cancellariæ, quæ ad hunc effectum requirit, quod dignitas non modo ſit maior poſt Pontificalem, ſed etiam quod excedat valorem 10. florenorum auri, vt intellexerunt *Sarn. in tract. de expectat nu. 45. verſ. ſed iſtud. et Staphil. in ſimil. tract. in ſecunda forma. nu. 10.* quos ſequitur *Mandoſ. ſuper hac reg. q. 6.* & idem ſentit *Gonzal ſuper reg. 8. gl. 51. nu. 55.* quorum ſententiā videtur ſuadere ſtructura orationis, quæ ſub vnico verbo, *reſeruauit*, appoſito in principio regulæ, comprehendit dignitates maiores poſt Pontificales in Cathed. ac principales in Collegiatis & inter vtraſque interponit illa verba, necnon valorem
10 10. florenorum auri excedentes, † quæ dictio, *necnon*, reſoluitur in copulatiuam iuxta *gloſ. in Clement. 1. de off. iud. deleg. et Rota deciſ. 791. num. 2. par. 1. diu.*

Quoniam tàm verba, quàm ratio regulæ probāt debere diſtingui; quoad verba, patet ex eo, quod reſeruantur omnes dignitates maiores poſt Pon-
11 tificalem in Cathed. † & deinde volens Papa ſimiliter reſeruare dignitates principal. in Collegiatis, non vtitur verbo vniuerſali, *omnes*, ſed addit ſolūmodo qualitatem exceſſus 10. florenorum, nam ſi aliàs voluiſſet eam qualitatem requiri etiam in dignitatibus ſuperius expreſſis, non fuiſſet opus in
12 reſeruatione illarum addere, † *omnes*, quæ dictio eſt latiſſima.

Quo verò ad rationem non eſt dubium, quin dignitas Cathed. maior poſt Pontificalem etiam ſine
13 fructibus magis † æſtimetur, quàm principalis Collegiatæ 10. florenorum auri valorem non excedens reſpectu maioris præeminentiæ, quæ differentia in-
14 re comprobatur, quia maior ætas requiritur † ad obtinen. Canonicatum in Cathed. quàm in Collegiata, & Canonicis Cathed. & non alijs commit-
15 tūtur cauſæ per litteras Apoſtolicas, † aut legatorum, vt habetur in *cap. ſtatutum §. 1. de reſcript.* Et ceſſat difficultas ex obſeruantia Cancell. Apo-
16 ſtolicæ in qua prouiſiones † de dignitatibus Eccle-

ſiarum

ſiarum Cathed. expediuntur ſine expreſſione valoris, ſecus verò in prouiſionibus de alijs, vt atteſtantur eiuſdem Cancell. expeditores, deponentes de communi curſu huiuſmodi expeditionum, vt de ſimili obſeruantia pluries dixit *Rota in deciſionib. allegatis per Mart. Andr. deciſ. vlt. num. 6 in qua*
17 *num. 24.* addit Rota † auctoritatem, & rationem, ſine qua nihil deiudicare ſolet, præualere auctoritatibus Doctorum aliter ſentientium, ſiquidem auctores ſuperius allegati ſupponunt nullam ſubeſſe rationem, quare magis ad vnum Capitulum orationis quã ad aliud referatur dicta clauſula interpoſita, quod motiuum ceſſat ex ſupradictis.

Et quamuis verbũ reſeruauit poſitum in principio, determinet vtrumque, ea tamen determinatio reſpicit quodlibet determinatum cum ſua qua-
18 litate † non enim eſt inconueniens quod illa inæqualiter determinet propter diuerſam vtriuſque naturam, vel diuerſam rationem, ita *Aret in §. hinc nobis nu. 37. in fin. Auth. de hered. & Falcid. Pariſ. conſ. vlt. num. 15. vol. 3. & fuit dictum in Interamnen. hereditatis de Paradiſis 6. Martij 1606. coram Eminentiſſ. D. Card. Pamph.* Denique quod dicta dignitas ſit maior poſt Pontificalem in Eccleſia Arianẽ, quodque narratiua valoris per non exceſſum 24 ducatorũ verificetur etiamſi nullos fructus habeat, nullus remanſit dubitationi locus, cum hæc omnia, prout & valor beneficiorum obtentorum fuerint iuſtificata, ex deductis in dicta deciſione R. P. D. mei Veroſpij.

Et ita vtraque &c.

* *Ideſt ſub die 26. Iunij 1637. eſt deciſio 236. ſupra in hac parte.*

R. P. D. PANZIROLO.

Aueniońẽ Fideicommiſſi.

Die Mercurij 9. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Maritus, ex quibus præſumatur, quod voluit, vt eius vxor dotem ſuam prætendere non poſſet, ſi ei reliquerit aliquod legatum, itaut eius mens fuerit, vt intraret compenſatio. Quę materia egregiè declaratur, prout eſt ſolemne tàm præſtantiſſimi Auditoris profundiſſimæ ſcientiæ, & eminentiſſimi ingenij.

SVMMARIVM.

1 *Verba vniuerſalia omnia comprehendunt.*
2 *Teſtes, licet non probent confeſſionem, ſi non ſint conteſtes de loco, & tempore, faciunt tamen adminiculum ad faciendam plenam probationem.*
3 *Hæreditatis appellatione omnia credita actiuè, & paſſiuè comprehenduntur.*
4 *Aes alienum licet non ſit in bonis teſtatoris, eſt tamen in illius hæreditate.*
5 *Compenſandi voluntas in teſtatore ex quibus verbis arguatur.*
6 *Teſtator, ſi purè, & ſimpliciter prohibuerit legatario, ne aliud præter legatum petere poſſit, ſi aliquid petat, non auditur.*
7 *de Teſtatoris noua diſpoſitione probanda, quando agitur, neceſſaria eſt depoſitio ſeptem, vel ſaltem quinque teſtium conteſtium.*
8 *de Teſtatoris voluntate declaranda quando agitur, quatenus verba ſint dubia ſufficiunt teſtes ſingulares, nu. 9. & ſufficiunt duo teſtes conteſtes etiam mulieres, & aliàs minus idonei, n. 10.*
11 *Teſtes deponentes de facto proprio pluſquam ſemiplenè probant.*
12 *Teſtes deponentes de facto proprio iunctis adminiculis plenè probant.*
13 *Valor alicuius rei ex quo plenè remaneat probatus.*
14 *Fideicommiſſum, quando eſt ſub conditione, poteſt euenire, & non euenire.*
15 *Fructus percepti ab hæreditate viri ſolent cum dote compenſari ab vxore.*

DECISIO CCLVII.

CVM D. Diana oppoſuiſſet ſe immiſſioni petitę à D. Dominico de Caſtellana in bonis q. Gaſpardi de Brancaſſio prætendẽs, quod ante omnia ex hæreditate ipſius eſſet detrahenda dos ſibi debita vnà cum nonnullis alijs creditis, placuit DD. ſub die 10. Maij præteriti * firmare exceptionem dotis immiſſioni non obſtare, reſeruato quod de alijs videretur, cum autẽ ſub die 13. Nouembris dubitauerint, an eſſet ſtandum in deciſis, fuit dilata reſolutio, & ordinatum, vt ſtrictè informaretur ſuper voluntate teſtatoris deſumenda ex teſtibus, & ſuper quantitate legati in euentum fideicommiſſi, hodie autem repropoſita cauſa DD. ſteterunt in deciſis: Quia quando etiam coniecturæ in deciſione deductæ de per ſe non inducerent perneceſſe compenſationem cum dote, prout ſcribentes pro D. Diana probare conabãtur, attamen viſa eſt tolli omnis difficultas tàm ex teſtibus, quã ex quantitate relicta D. Dianæ: Primus enim teſtis deponit ſe audiuiſſe teſtatorem dicentem, quod remuneratus fuerat eius vxorem mediante legato, quod ei reliquerat, quod erant vaſa argentea, anuli, argentum ſignatum, & non ſignatum, & propterea volebat, quod eſſet contenta, & nihil aliud prætendere poſſet: vnde cum hæc verba ſint vni-
1 uerſalia, † viſa ſunt comprehendere omnem debiti ſpeciem, ac etiam debitum dotis, vt reſpondent *Ruin. conſ. 60. nu. 6. & conſ. 79. nu. 8. & conſ. 81 nu. 7. lib. 2. Aym. conſ. 149. nu. 3. Abb. conſ. 81. n. 2. in fin. par. 1. Menoch. conſ. 56. nu. 36. verſ. 10. Afflict. deciſ. 44. ſub nu. 16. verſ. enim ſi ergo verba generalia.* Hic autem primus teſtis vocat in conteſtem Dominũ de Maſſarquis, qui pariter deponit ſe audiuiſſe tribus diuerſis vicibus à teſtatore loquente de legato, quod fecerat vxori, quod conſiſtebat in vaſis argenteis, auro, & argento ſignato, & non ſignato, lapidibus pretioſis, anulis, iocalibus, & indumentis, quod volebat ipſam eſſe contentam, & ſatisfactam remanere dicto legato, & quod non poſſet prætendere rem vllã ſuper ſuis bonis, & hæreditate pro quauis cauſa, & occaſione: his etiam accedit depoſitio tertij, & quarti teſtis, qui licet non ſint conteſtes de loco, & tempore, attamen deponunt ipſos hunc eundem ſer-
2 monem audiuiſſe à teſtatore, † & ſic negari non po-

poteſt, quin ſaltem eorum dictũ deſeruiat pro ad-
miniculo ad faciendam plenam probationem *Ca-
ſtr.conſ.281. num.10. ad fin. verſ. item non obſtat
lib.1. Aym.conſ.35. nu.15. & conſ.73. num 35. &
conſ 178. nu.8. Cephal.conſ.141. num. 12. Surd.
conſ.94. nu.66. Cacheran.dec.Pedemont.99.nu.29.
Greg.decis.374. nu.22.* Accedente præſertim dicto
alterius teſtis, qui deponit de auditu ab alijs, quàm
à teſtatore.

Præterea DD. ponderabant, quod ſecundus, ter-
tius, & quartus teſtis deponunt, quod teſtator vl-
tra legatum nolebat vxorem debere conſequi ali-
quid de ipſius hæreditate, per quæ verba videtur
magis probari animus compenſandi cum credito
3 dotali, quia † appellatione hæreditatis omnia cre-
dita actiua, & paſſiua comprehenduntur, vt firmat
*Bart.in l.liberti libertaq sub nu.24. verſ.autem
dixit relinquo centum C de oper. libert. Mantic.de
coniect. lib.10. tit.2. num. 23. verſ.ſed rurſus eſt
aduertendum. Seraph deciſ.451. nu.50. Rot. deciſ.
527.nu 4.par.1.diu.* licet enim æs alienum non
4 ſit † in bonis teſtatoris, eſt tamen in illius hæredi-
tate, *l. pro hæreditarijs.C.de hæreditar.act.l.hære-
ditas. ff. de reg.iur.* & quintus teſtis deponit teſta-
tores illi pluries dixiſſe volũtatem ſuam eſſe, quod
reliquiæ ſuorum bonorum illius fideicommiſſarijs
5 integrè redderentur, † ex quibus verbis clarè etiã
colligitur voluntas compenſandi ad *tex.in l.nomen
debitoris. §.fin.ff. de leg.3. l.1. §. cum dicitur ff.ſi
cui plus quã per legem Falcid. Peregr. de fideicom.
art.3. nu.90.* & ſic ſumus omninò extra caſum,
6 in quo teſtator purè, † & ſimpliciter dixit ſe nolle
D. Dianam aliquid petere de bonis ſuis, itaut pe-
tendo dotem, videatur petere id, quod eſt extra
bona viri per ea, quæ tradit idem *Bald.vbi ſupra
ſub nu.34. Surd.conſ.112. ſub nu. 81. & ſeq. Se-
raph.deciſ. 451.ſub nu.1. & 2.* quia verſamur in
terminis longè diuerſis, vt ſupra dictum eſt.

Nec Dominis viſum eſt, quod pro parte Domi-
nici agatur de probanda noua diſpoſitione teſtato-
7 ris, † quo caſu neceſſaria eſſet depoſitio ſeptem,
vel ſaltem quinque teſtium, qui eſſent inter ſe cõ-
teſtes, *l. hæredes palam. §. ſi quid poſt, vbi DD. ff.
de teſtam. Mantic.de coniect. lib.12. tit.16. n.10.
in fin. Natta conſ.366. nu.16. & 19. verſ.opus eſt
igitur, Seraph. deciſ.1302. nu.5.* quia fuit conſi-
deratum hic non agi de probanda noua diſpoſitio-
ne, ſeu de ademptione legati, ſed ſolum de decla-
8 randa voluntate † teſtatoris, quatenus verba teſta-
menti remaneant dubia, vt benè declarat *Afflict.
d.deciſ.44. nu.27. verſ. teſtator dixit, & num.29.
verſ ex quo probatur, Mantic.de coniect. lib.3. tit.
1.nu.2. Rot.deciſ.761. nu. 13.par.3. rec.* ad quem
9 effectum ſufficiũt † teſtes etiam ſingulares *Caſtr.
conſ. 395. nu.1. verſ. iſti quidem teſtes, poſt med.
lib.2. Aym.conſ.73. nu.33. & conſ. 714. num. 16.
Socein. iun.conſ.178. nu 6, et ſeq. lib. 2. Rot. deciſ.
765.nu.7. par.2. rec. Seraph. d.deciſ.1302. nu.1.* &
10 quod ſufficiant duo teſtes † conteſtes etiam mu-
lieres, & aliàs minus idonei, tradit *Signorol. conſ.*
188 *nu.15. Mandell.conſ.529. nu. 2. vbi de com-
muni, Surd. conſ.129. num.28. in fin. et conſ. 356.
nu.12. Mantic.de coniect. lib. 12. tit. 16. ſub nu.2.
& ſeq. Caual.dec.381. nu.6. et ſeq.*

Præterea quod hæc fuerit volũtas teſtatoris, vi-
ſum eſt coadiuuari ex ipſa quantitate legati, quod
aſcendere ad ſcuta 30. mill probant ſemper teſtes,
11 quorum primus deponit de facto proprio, † quia
ſcilicet fuit appretiator, ſeu æſtimator bonorum
& ſic plus quàm ſemiplenè probat *Rot coram Se-
raph.dec.889. nu.3. et in rec. dec. 252. nu.2. par.2.
et deciſ.113. nu.11. par.5.* & accedentibus admi-
12 niculis † plenè probare tradit *Rot. apud Reueren-
diſſ. D.Coccin.Decan.deciſ.19.n.2. & deciſ.95. n.1.
et deciſ. 473. nu.1. et ſeq.* pro adminiculis autem
optimè viſi ſunt deſeruire alij ſeptem teſtes depo-
nentes de auditu à teſtatore, & communiter ab
13 alijs, † ex quibus valor remanet plenè probatus,
*Pinell.in l.2. par.3. cap. fin. num. 17. C.de reſcind.
vendit. Natta conſ.331.nu.2.cum alijs per Rot. in
rec.dec.481. nu.4. par.3.*

Sed vltra hanc quantitatem fuit etiam conſide-
ratum, quod D. Diana vigore Capitulorum Matri-
monialium debet conſequi ſcuta duo millia auri,
& præter hæc vigore teſtamenti alia ſcuta 200. au-
ri ipſius vita durante.

Vlterius viſa eſt magna conſideratione digna
euentualitas fideicommiſſi, quod cum eſſet ſub cõ-
14 ditione, † quæ poterat non euenire, D. Diana om-
nia bona conſequebatur, vt in propoſito caſu con-
ſiderat *Decius in auth. præterea nu.12. in 3. limit.
C.vnde vir, et vxor, et Tiraquell. in l.ſi vnquam
in verb.ſuſceperit liberos nu.173.ad med. C. de re-
uoc. donat. Menoch.præſumpt.109.nu.35.verſ.cæ-
terũ ſolet ambigi lib.4.Honded.cõſ.50.n.35. lib.2.*

Accedit inſuper quod D. Diana percepit fructus
bonorum fideicõmiſſo ſubiectorũ per annos treſ-
decim, qui dicuntur aſcendere circiter ad alia ſcu-
15 ta 30.mill. † quos fructus ſolere cum dote com-
penſari dicit *tex.in l.mulier. la prima. §.cum pro-
poneretur, verſ. quod ſi tantos fructus. ff. ad Tre-
bell.DD.in l. quod de bonis is, §. quod autem. ff. ad
l.Falcid. Rip.in l. fideicommiſſariam. nu.19. ff. ad
Trebell.Pariſ.conſ.25.nu.65.lib.2.Natta conſ.321.
ſub num.4.*

Et ſic parte vtraque informãte viſum eſt iterum
eſſe decidendum, exceptionem dotis non obſtare.

☞ * *Vide hanc deciſionem infra in Additione prout
in Indice in eius fine poſito. Plures alias deciſio-
nes in hac cauſa annotaui ſupra ad deciſionem 77.*

R. P. D. CARRILLO.

Meleuitana Erectionis Collegiatæ.

Die Mercurij 9. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicæ, circa concẽſſionẽ petitam,
vt aliqua Eccleſia erigeretur in Collegiatam,
ex quibus benè dicantur iuſtificatæ, itaut
veniant exequendæ. Papa ex quibus moue-
ri præſumitur, vt Eccleſia aliqua erigatur in
Collegiatam.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Gratia, quando fuit iuſtificata, conſequenter eſt executioni demandanda.*

2 *Sententia, quando tranſiuit in iudicatum, ſuper cauſa nulla remanet controuerſia.*

3 *Populi frequentia eſt apta inducere Papam ad concedendum, ut aliqua Eccleſia in Collegiatam erigatur.*

4 *Populi frequentia facit locum, et Eccleſiam inſigniorem per augumentum cultus diuini.*

5 *Teſtes duo regulariter in omni materia concludenter probant.*

6 *Doctores, Clerici, Equites, Milites, Scholares, Notarij, et diuites non cõnumerãtur inter plebeios.*

7 *Eccleſia aliqua, et locus ex quibus reddatur inſignis.*

8 *Narratiua, quod aliqua Eccleſia ſit inſignis, ex quibus benè dicatur iuſtificata.*

9 *Populi frequentia, et certa aſſignatio dotis, hæc ſunt ſufficientes ad inducendum Papam ad concedendum, vt Eccleſia aliqua erigatur in Collegiatam.*

10 *in Gratia narrata omnia non egent iuſtificatione, ſed tantum ea, quæ in iure ſunt expreſſa, et quæ poſſunt mouere Papam ad gratiam concedendam. nu. 11.*

12 *Teſtes, qui non ſunt informati de re, ſuper qua deponunt, non releuant.*

13 *Teſtes, ſi non reddant rationem, nec concludunt negatiuam coarctatam, non veniunt attendendi.*

14 *Teſtes numero plures ſunt præferendi paucioribus.*

15 *Teſtes, qui magis diſtinctè deponunt, ſunt præferendi illis, qui in confuſe deponunt.*

16 *Teſtes vniuerſitatis pro ea probant, ſi ex eorum depoſitionibus non reſultet aliquod intereſſe ipſis, vti ſingulis.*

17 *Gratiam alicui factam, quis non poteſt impugnare, ſi eſſet eius præiudicium.*

18 *in Gratia non ſunt narranda, niſi ea quæ de iure veniunt exprimenda, nec eſt curandum, an Papa ſi ſciuiſſet, difficilius conceſſiſſet.*

19 *Cappas in Collegiata, ſi petatur deferri, non eſt in iure cautum, quod narretur Papæ, quod illa non deferuntur in Cathedrali.*

20 *Narrata in gratia, quando iuſtificata ſunt, non eſt curandum de eis qualitatibus, quæ non erant de iure exprimendæ, ſi non fuerint expreſſæ, ſed gratia eſt executioni demandanda.*

21 *per Solutionem componendæ quaſi contrahitur inter impetrantem, & Papam.*

22 *Dictio, vt infra, repetit omnes qualitates inferius expreſſas, ac ſi eſſent ſpecialiter ibi expreſſæ.*

23 *Cultus diuini augumentum magis præponderat, quàm ratio præiudicij, quod aliquibus poteſt deferri circa diminutionem honoris, ſeu decoris.*

24 *Papa ſolet voluntati fundatorum rerum ſpectãtium ad cultum Diuinũ adhærere, vt alij quoque imitentur, & ita dictus cultus Diuinus augeatur.*

25 *Gratia eſt indiuidua.*

26 *Papa, non eſt præſumendum quod voluerit concedere alicui Oppido exemptionem ab Ordinario, cum hæc ſit valde ei præiudicialis, & Cathedrali Eccleſiæ oneroſa.*

27 *Et hoc maximè, ſi ſit parua diſtantia inter Oppidum, & Ciuitatem, quod eſſet cauſa, vt quotidie orirētur plurima diſſidia inter Ordinarium, & exemptos.*

28 *Papa, per exemptionem non præſumitur voluiſſe præiudicare Ordinario.*

29 *Exemptionem realem, & perſonalem ab iuriſdictione Ordinarij Papa petentibus ſolet concedere, cõſtito de eius ſæuitia atroci in ſubditos, aut vexationibus iniuſtis, aut de aliqua tyrãnia, &c.*

DECISIO CCLVIII.

SENTENTIAM Rotalem, qua pronũciatum fuit litteras Apoſtolicas non eſſe iuſtificatas, nec exequendas quoad delationem capparum, & exemptionem, hodie dixerunt Domini eſſe reformandam quoad delationem capparum, in alijs verò confirmandam, attentis nouis probationibus, quibus clariùs conſtat narratiuam gratiæ de aſſignatione dotis annui redditus, de numero focula-riorum 500. circiter, de frequentia populi, de Doctorum, ingenuorum, & diuitum copia, agrorũq.
1 fertilitate † eſſe iuſtificatam, & conſequenter executioni mandandam *cap. ſi capitulo, vbi gloſ. verb. exequatur de conceſſ. praben. in 6. Rot. deciſ. 506. nu. 1. par. 1. recent.*

Etenim aſſignatio dotis annui redditus narrata pro erigenda Parochiali in Collegiatam, & pro Præpoſitura, Canonicatibus, & Præbendis ad diuini cultus augumentum fundatis ſatis comprobatur ex eius aſſignatione facta tutè, ſecurè, validè, & perpetuò ex latè deductis tàm in prima, * quã in ſecunda * deciſione R.P.D. Pirouani, lata deſuper ſententia tanquam in prima inſtantia, quæ
2 tranſiuit † in iudicatũ, & ideo ſuper hoc hodie nulla remanet controuerſia.

Frequentia verò populi ex numero 500. focula-
3 riorum circiter, † quæ in materia erectionis Collegiatę apta eſt inducere Pontificem ad concedendũ,
4 cum faciat locũ, & † Eccleſiam inſignem per augmentum cultus diuini *Vital. in clem. grauis de ſent. excomm. nu. 56. in puncto, Rot. deciſ. 29. n. 8. & 11. par. 2. diuerſ.* probatur tàm ex libro Parochiali ſtatus animarum Oppidi ſumm. Philippi n. 6. quàm ex quatuor teſtibus corã executore, & duobus in Curia ſumm. addit. nu. 1. & quinque nouiter examinatis ſumm. num. 9 & 10. vigore remiſſoriæ Rotalis, qui ſent natiui, & oriundi ex eodem loco,
5 & benè informati, & † concludenter probant etiã ſi fuerint numero pauciores ad not. *in cap. in omni negocio cap. licet de teſtibus cum vulgat.*

Narratiua Doctorum, opulentorum, ingenuorum, incolarum, & fertilitatis agrorũ pariter etiam iuſtificatur ex d. nota ſtatus Parochiæ, in qua deſcripti ſunt 10. Doctores, inter quos ſeptem iuris ciuilis, & tres Theologi, 19. Presbyteri, 32. Clerici, 56. Scholares, duo Notarij, 9. Officiales vniuerſitatis loci, 43. Milites ſtipendiati, 88. Agricolæ diuites ſoluentes decimas, & primitias eodem ſumm. num. 6. quod etiam comprobatur ex teſtibus nouiter examinatis deponentibus de nomine, & cognomine prædictorum in narratiua enunciatorum d. ſumm. nu. 9. & 10. referentibus etiam territoriũ

eſſe

eſſe fertile, & plures originarios de Bircarcara eſ-
ſe condecoratos habitu Militiæ Hieroſolymitanæ
ſumm.nu.11.& quod omnes incolæ tàm viri, quàm
mulieres ſunt 2500. quorum 1959. ſunt capaces
Sacramētorum, & licèt de incolis prædictis aliqui
ſint plebei, attamen omnes ſunt ingenui, non autē
ſeruilis conditionis d. ſumm. num.7. & Doctores,
6 † Clerici, Equites, Milites, Scholares, Notarij,
diuites non connumerantur inter plebeos, *Tiraq. de nobil. cap.8. nu.1. cap.9. nu.1. cap. 32. nu.2.* &
ſic locus cenſetur numeroſior.

Qualitas autem inſignitatis loci iuſtificatur ex
antiquitate, & ex quo huic Oppido ſubiecta ſunt
alia quinque ſcilicet Attardi, Alliæ, Bordi, Almari, & Balzani d. ſumm. num. 12. quæ loca, præter
Balzani, quamuis fuerint poſtea diſmembrata de
iuriſdictione loci Bircarcaræ quoad ſpiritualia, remanent tamen adhuc ſubiecta iuriſdictioni militari
Capitanei, & Officialium eiuſdem Bircarcaræ in
d.ſumm.nu 14. & vlterius teſtes deponunt dictum
Oppidum eſſe ornatum pluribus turribus lapideis,
necnon Eccleſijs, & quod continuò ad illud accedit multitudo populi, & cōfluentia ex Oppidis vicinis d.ſumm.nu.13. & quod in eo reſidet Capitaneus Armorum, & Officiales, tàm ſuper regimine populi quàm ſuper re militari d.ſum.n.6. & 14.

Quibus accedit inſignitas Eccleſiæ, cum ſit matrix duarum Parochialium Attardi, & Allię, & aliarum 35. Eccleſiarum, ſatis capax, & ampla in ſuis
ſtructuris, & ædificijs; commoda, & organo, alijſque neceſſarijs ad diuinum cultum in ea celebrandum ornata, ob cuius antiquitatem præcedit omnes alias Parochiales, excepta Cathedrali ſumm.
7 num.6.& 7. quæ omnia, † & maximè frequentia
populi faciunt locum, & Eccleſiam inſignem; *DD. in cap. ſtatutum nu. 23. de reſcript. in 6. Card. in clem.1. nu.28. vbi Vitalin. num.2. de foro compet. Lotter. de re benefic. lib.1. q.15. nu.5.* & in terminis Collegiatæ conſiderauit *Rota deciſ.29. n.4.& 5. par.2. diuerſ.* vnde ex his, & alijs deductis in ſummario Philippi conſtat, quod Bircarcara ſit Clericis, Equitibus, Militibus, Doctoribus, Scholaribus, Agricolis, Diuitibus, & alijs Incolis inſignita, Eccleſijs, ſeu Templis decorata, platea, & vicis, hortis, campis, ac ædificijs vrbanis, & ruſticis,
culta, frugibus, ſegetibus, arboribus, vineiſque
abundans, mercatorum commercijs, & mecanicis
artibus numero ſufficienti repleta, ambitu, & ſitu
magna, caput aliorum locorum, & conſequenter
8 ſatis † remanet iuſtificata prædicta narratiua tàm
ex teſtibus, & libro Parochiali ſtatus animarum,
quàm *ex hiſtoria Religionis Hieroſolymitanæ de anno 1590. par.3. lib.1. d. ſumm. nu.12* quæ probat *Caputaq. deciſ.160. par.2.* Immò etſi non fuiſſent iuſtificata omnia in gratia narrata, ſed ſolum
9 frequentia populi, & certa aſſignatio † dotis, quæ
ſufficientes fuiſſent mouere Papam ad concedendum,
adhuc erectio ſuſtineretur, & gratia in totum eſſet
10 executioni demandanda. Omnia † enim in gratia
narrata iuſtificatione non indigent, vt docet *Rot. coram Seraph. deciſ.330.* ſed tantum ea, quæ in iu-
11 re expreſſa † ſunt, & quæ Papam mouere poſſunt
ad conceſſionem.

Nō obſtat depoſitio quatuor Equitum Ordinis
Hieroſolymitani nationis Florentinæ aſſerentium
prædictum locū eſſe ruſticum, & ſiluestrem, quia,
vltra quod ſunt exteri, & non ſunt verè informati
de qualitate loci, & perſonarum, cum deponant
12 eos † tranſiuiſſe ſemel, aut bis per illum locum
ſumm.nu.18. & ita non probant *Rot. dec.256.n.4. poſt 2. vol. Farinac.* & patiuntur alias exceptiones, de quibus in facto non reddunt rationem,
13 † nec cōcludunt negatiuam coarctatam, & ſic eorum depoſitio infringitur, *Crauett. conſ.2. num.4. Rot. deciſ.380. nu. 18. par.5. recen.* ex quo præferendi ſunt teſtes examinati pro inſignitate Eccle-
14 ſiæ, & loci, quia ſunt † numero plures, *c. licet cauſam de probat.* & deponunt de affirmatiua, *Gabriel. concl.4. nu.1. & 5. de teſtibus, Rot. deciſ.56. num.8. coram Andrea* & quia ſunt magis verſati in
15 loco, & melius informati, & deponunt magis † diſtinctè tàm circa habitationes, quàm circa perſonas, & earum veſtimenta, & qualitates ex nuper
adduct. etiam ſi ſint de vniuerſitate eiuſdem loci
16 Bircarcaræ, cum † ex eorum depoſitionibus non
reſultet aliquod commodum ipſis vti ſingulis, *cap. inſuper de teſtib. Curt. in tract. de teſt. concl.3.n.1. Couar. practic. cap.18. nu.4. Rot. deciſ.136. nu.1. par.1. & deciſ.330. nu.3. & 4. par.2. rec.*

Nec etiam obſtat cōſideratio facta in 3. deciſione huius cauſæ ſuper inueriſimilitudine mētis Pōtificis circa conceſſionem ad deferendum cappas
ex eo, quia cum Cathedralis Meleuitana non haberet talem prærogatiuam, non ſit præſumēdum,
quod Papa illam voluerit concedere Collegiatæ:
quoniam vltra quod ceſſat obiectum, ex quo etiam
ipſa Cathedralis vtitur ſimili indulto non ſolum
cappis, & rocchetto, ſed etiam mozzetta violacea,
vt in ſumm.nu.19. & ſumm. nouo nu. 1. & 2. & ſic
17 † cum maiori prærogatiua, vnde ceſſat eius præiudicium, *Card. Mantic. deciſ.331. in fin.* Reſpondetur etiam quod gratia non poteſt dici ſubreptitia, vel obreptitia ob non factam expreſſionem,
quod Canonici Cathedralis nō vtebantur cappis,
18 quia † in gratia non ſunt narranda, niſi ea quæ de
iure veniunt exprimenda, nec eſt curandum, an
Papa ſi ſciuiſſet, difficiliùs conceſſiſſet, *Calderin. conſ.6. ante fin. verſ. per prædicta de præben. Felin. in cap. poſtulaſti. nu.1. col.4. in fin. verſ. declara etiam notabiliter de reſcript. Rot. dec.100. num.23. par.5. recent.* & in iure non eſt cautum, vt requi-
19 ratur ad effectum deferendi cappas † in Collegiata,
narrare, quod non deferuntur in Cathedrali, & ita
non poteſt corruere narratiua ex hoc capite, cum
20 remaneant † iuſtificatæ ceteræ qualitates narratæ,
Rot. d. deciſ.29. nu.8. par.2. diuerſ. maximè quia
pro obtinenda iſta gratia ſoluti fuerunt à fundatore pro componenda 420. ducati in ſum. nu.5. hincque præſumitur faciliùs cōceſſa eodem modo, quo
21 fuit petita, cum per ſolutionem † componendæ
quaſi contrahatur inter impetrantem, & Papam,
Caſſad. deciſ.1. de pact. Gonzal. in reg. 8. gloſ. 28 nu.27. & 28. cum ſeqq.

Præterea indultum deferendi cappas, fuit conceſſum in eadem gratia erectionis ſecundum intentionem, & petitionem Philippi fundatoris, qui ita,
& non aliàs voluit dotare Eccleſiam, eamq. erigere in Collegiatam, vt patet ex procemio gratiæ per
illam

Digitized by Google

22 illam dictionẽ (vt infrà) † quæ repetit omnes qua-
litates inferius expreſſas, ac ſi eſſent ſpecialiter ibi
expreſſa ſecundum *text. in l. ſi teſtamento in 6. de*
inſtit. & ſubſtit & ideo præſumi debet, quod etiam
ſi Papa ſciuiſſet Canonicos Cathedralis cappis nõ
decorari, nihilominus illas conceſſiſſet Collegia-
tæ, ne Philippus retraheretur ab erectione, cum
23 magis præponderet ratio † augmenti cultus diui-
ni, quod ſequitur per erectionem quàm ratio præ-
iudicij, quod inferri poteſt Canonicis Cathedralis
circa diminutionem honoris, ſeu decoris, vt per
24 *Seraph. dec. 847. nu. 3.* nam Papa † ſolet voluntati
fundatorum adhærere, vt alij quoque inuitentur, &
ita cultus diuinus augeatur, *Lambert. de iurepatr.*
lib. 1. ar. 1. q. 9. princ. nu. 82. cum ſeqq.

Quo verò ad exemptionem cenſuerunt Domini
in hac parte ſententiam eſſe confirmandam, nec ad-
25 uerſatur obiectum, quod cum gratia † ſit indiui-
dua, cenſeatur etiam narratiua iuſtificata quoad
exemptionem: Nam vltra quod negatur obiectum
ex deciſionibus R. P. D. mei Pirouani, & ex duabus
ſententijs diſiunctim & ſeparatim ab eodem prola-
tis, ex quibus apparet gratiam eſſe diuiduam, dictũ
fuit quod ex veriſimili mente Pontificis apparet
26 † noluiſſe concedere exemptionem tanquam val-
de præiudicialem Ordinario & Cathedrali Eccle-
ſiæ onerosam. *Federic. de Sen. conſ. 247. nu. 2. Lot-*
ter. de re benef. lib. 1. q. 24. nu. 184. attenta parua
diſtantia inter Oppidum & Ciuitatem, quod eſſet
27 cauſa † vt quotidie orirentur plurima diſſidia, &
contẽtiones inter Epiſcopum, & taliter exemptos,
Bellam. conſ. 20. in princ. Quibus conſideratis cer-
tum eſt quod veriſimiliter Pontifex huiuſmodi e-
28 xemptionem non conceſſiſſet, † cum non præſu-
matur voluiſſe inferre tale præiudicium Ordinario,
Bellam. d. conſ. 20 nu. 9 Pariſ. de reſignat. benef. lib.
3. q. 11. num. 6. Mandoſ. in tract. de ſignat. grat.
verb. exemptionem, & verb. erectiones. cap manda-
to vbi gloſ. verb. non fuit de reſcript. Rot. deciſ. 21.
nu. 5. de præben. in nou. maximè deficientibus cau-
ſis ex parte Epiſcopi occaſione ſæuitiæ atrocis in
29 ſubditos, aut vexationum iniuſtarum, † aut tyran-
nidis, quibus, ſeu alijs motus Pontifex potuiſſet
præſumi concedere voluiſſe huiuſmodi exemptio-
nem realem, & perſonalem, *Roland. conſ. 18. nu. 8.*
lib. 3. & conſ. 40. nu. 32. lib. 4 Guidopap. deciſ. 62.
vbi adden. verb. atrociter Lotter. vbi ſupra d. quæſt.
24 à nu. 30. vſque ad nu. 112. cum ſeqq. Caſſad. de-
ciſ. vlt. de priuil. nu 4.

Et ita deciſum ter cauſa propoſita vtraque parte audita.

☞ * *Ideſt ſub diebus 12. Decembris 1633. & 10. Februarij 1634. habentur iſtæ deciſiones infra in Additione prout in Indice in eius fine poſito,*

R. P. D. GHISILERIO.

Auenionen Vſusfructus.

Die Veneris 11. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Teſtator, ſi alicui reliquerit vſumfructum alicuius rei, ille vſufructuarius nõ facit fructus ſuos, niſi ab eo, vel ab alio eius nomine percipiantur, nec dicto vſufructuatio datur actio, vel petitio vſusfructus priuſquam ſatiſdederit, & interim hæres lucratur fructus, nec eos tenetur reſtituere.

SVMMARIVM.

1 *Vſufructuarius rem poſſidens facit fructus ſuos etiam ante cautionem, tàm de reſtituenda re, quàm de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri.*

2 *Et iſta eſt communis opinio.*

3 *Vſufructuarius ſi poſſidente proprietario cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, fructus ſuos non facit, cum non poſſideat, nec adimpleat.*

4 *Itaut hoc caſu vſufructuarius non poteſt petere fructus, nec proprietarius tenetur illos reſtituere, & hæc eſt receptiſſima & menti tenenda concluſio.*

5 *Fructus percepti per hæredem, antequam vſufructuarius præſtet cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, vſufructuario non debentur.*

6 *Quia hæres non tenetur ante cautionem ſibi præſtitam vſufructuario dimittere res, quarũ vſusfructus eſt relictus, nec fructus ex eis perceptos.*

7 *Et hæredi imputari non potuit ſi dictam cautionem non petijt, quia illam vſufructuarius, et iã non petitam debuit offerre alias non potuit hæres in mala fide conſtitui.*

8 *Vſufructuarius, ſi non ſatiſdet etiam hærede non petente non facit fructus ſuos; ſed interim hæres eos lucratur. nec tenetur eos reſtituere, & 21.*

9 *Et ratio eſt, quia fructus non acquiruntur vſufructuario, niſi ab eo, vel ab alio eius nomine percipiantur, vel à ſolo ſeparentur. & num. 20.*

10 *Nec vſufructuario datur actio, vel petitio vſusfructus antequam ſatiſdederit ſe arbitrio boni viri fruiturum, vſurum, &c. & nu. 11.*

12 *de Vſusfructus ſubſtantia licet cautio de vtendo arbitrio boni viri non ſit, cum ſæpè ſine ea detur vſusfructus.*

13 *Eſt tamen de ſubſtantia illum petendi, itaut ante hanc oblationem vſufructuario fructus minimè debeantur.*

14 *Hæres non dicitur conſtitutus in mora, nec in mala fide, ſi ille cui debetur vſusfructus, illum non petijt, nec præſtitit cautionẽ, & n. 15. & 24.*

16 *Text. in l. ſi vſusfructus C. comm. deleg. & alij in quo caſu loquuntur.*

17 *Hæres non tenetur reſtituere fructus ab eo perceptos vſufructuario ante cautionem præſtitam.*

18 *Intercedente verò mora ipſius hæredis in eo punitur, quod condemnatur ad fructus perceptos à die mota litis, quamuis non præſtiterit cautionẽ.*

19 *Rem habere plus eſt, quàm fideiuſſorem.*

22 *Vſufructuarius inopia laborans, ratione impotentiæ, lex ſibi dimiſſionem præſtandi cautionem indulget, ſecus verò inopia ceſſante.*

Et in primo caſu bona debent remanere penes hæredem, vel alium extraneum, qui tenetur aliquid annuum ei præſtare.

23 *Vſu-*

Digitized by Google

23 *Vſufructuarius ſi propter inopiam non poteſt inuenire fideiuſſorem de bene vtendo &c. debet petere vſumfructum, & vlterius probare inopiã, vel allegari & iurare non poſſe inuenire fideiuſſorem.*

25 *ex Litibus diuerſis, quæ nihil habent inter ſe commune, non debet inferri de vna ad aliam.*

26 *Hæres, vt conſtituatur in mora, ad tradendum vſumfructum vſufructuario, copulatiuè requiritur & petitio, & oblatio fideiuſſoris, & an quis excuſetur ex dubietate. nu.27.*

28 *Iuris ignorantia præſumitur in muliere ob ſexus fragilitatem. & vide nu.29.*

30 *Vſufructuarius vt acquirat fructus, poſſeſſio legitima ſufficit etiam ante cautionem proprietario præſtitam, poſt verò petitam cautionem non ſufficit poſſeſſio, cum iam vitioſa eſſe incipiat.*

DECISIO CCLIX.

CVM in gradu appellationis coram me Iudice deputato per Eminentiſſ. Cardinalem Legatum, Domini dubitauerint de iuſtitia duarum ſententiarum, in quibus fuit pronunciatum Dominis Franciſco, & Catherinæ de Granullias nepotibus donatarijs, & hæredibus Gabriellię vnius ex filiabus Nicolai de Tertullijs teſtatoris deberi vſumfructum tertię partis bonorum ipſius teſtatoris fideicommiſſo ſubiectorum, hac die illas cenſuerunt reuocandas.

1 Quia licet regula ſit, vſufructuarium † rem poſſidentem facere fructus ſuos etiam ante cautionem tàm de reſtituenda re, quàm de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri ſecundum Azonem, quem ſequuntur *Bart. & Fulgoſ. in l. ſi emus. ff. de vſufruct. Bart. Alberic. in l.4. C. de vſufr. Bald. in l.1. num.15. & Salic. nu.6. Cod eodem Bart. in l. ſi homo. nu.3 ff. de vſucapion. Imol. in cap. fin. nu.19. de pign. & ibi Panorm. ad fin. Ang. Aret. in princ. nu.4. inſtit. de vſufruct. Socc. conſ. 131. ad fin. lib.1. Corn. conſ. 137. n.8 lib.3. Caſſan. cõſuetud Burgũdiæ rubr. 4. §.6. gloſ. & Seratenete nu.3. fol. 613. col.1. Beltran. conſ.40. num. 6. lib.2. Soccin. iun. conſ. 72. num. 8. lib.2. vbi latè Ang. Aret. de teſt. gloſ.93. nu.2. Alex. conſ 120. num. 5. lib.6.* tradit omnes ita tenere *Io. Sicard. in d.l.4. C. de vſufr. n.7. Dec. conſ.607. nu.3. Ruin. conſ.60. nu.2. vol.2.* cum alijs innumeris relatis per *Caſtill. in tract. de vſufruct. cap.16. nu.9. & per Pinel.2. par. l.1. C. de bon. mat. nu.77. & ſeqq.* vbi concludit hanc eſſe
2 magis communem † opinionem, & cauendum à gloſ. in multis locis, magiſq. ab ijs, qui contradicunt putantes hoc receptum non eſſe; attamen ſtante limitatione dictæ regulæ, quod ſi vſufructua-
3 rius † poſſidente proprietario cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, fructus ſuos nõ faciat, cum non poſſideat, nec prædicta adimpleat, inde ſequitur in iſto caſu, in quo non controuertitur vſumfructum nunquam fuiſſe à Gabriellia vſufructuaria, nec à Franciſco, & Catherina eius ceſſionarijs petitum, nullamq. fuiſſe vnquam eius nomine præſtitam, vel oblatam cautionem de vtẽdo, & fruendo arbitrio boni viri, ſed Hectorẽ, & Franciſcum de Tertullijs hæredes proprietarios, qui ſẽper à die obitus Antonij vltimò defuncti vnius ex filijs dicti Nicolai, hæredibus inſtitutis bona poſſiderunt ad reſtitutionem tertiæ partis fructuum condemnari non potuiſſe cum in tali caſu receptiſ-
4 ſimum ſit, † fructus ab vſuf ructuario peti non poſſe, nec proprietarios teneri illos reſtituere, *Odofred. in l.1. in fin. verſ. ſed in quæſt. C. de vſufr.* benè diſtinguit *Bart. in l. vxori ſub nu. 1. ff. de vſufr. leg.* vbi in fine dicit teneñ menti. & ſic de facto conſuluiſſe pluries *Bald. in d.l.1. nu. 15. verſ. ſed ſi alius. C. de vſufr. & conſ. 163. lib. 1. Ruin. conſ.50. nu.11.* vbi concludit ſecundum *Bart. in d. l. vxori*, fructus perceptos per hæredem, ante-
5 quam † vſufructuarius præſtet cautionem de vtẽdo, & fruendo arbitrio boni viri, vſufructuario non deberi, idem concludit *conſ.202. nu. 5. in fine lib.2.* quia hæres nõ tenetur ante cautionem ſibi præſtitam vſufructuario dimittere res, quarum vſusfru-
6 ctus † eſt relictus, nec fructus ex eis perceptos ex regula, de qua *in l. Iulianus. §. offerri de act. empt.* per quem textũ patet, quod hæredi imputari non
7 potuit, ſi dictam cautionem non petijt, † quia illam etiam debuit non petitam offerre, aliàs non potuit hæres in mala fide conſtitui *Pinel. in d.l.1. C. de bon. mat. par.2. ſub d. nu.77. verſ nec obſtat, & verſ. ſed hæc regula,* vbi de communi. Ad hoc faciunt tradita per *Caual. can. de vſufr. mulier. relict. nu.13. & 9.* vbi quod ſi vſufructuarius non
8 ſatiſdet, † etiam hærede non petente, non facit fructus ſuos, ſed interim hæres eos lucratur, nec tenetur reſtituere, *Surd. d. deciſ.57. nu.12.* & hanc opinionem tenuit Rota coram *Mantic. deciſ.43. num.4.* Ratio autem, qua mouentur Doctores eſt,
9 quia fructus † non acquiruntur vſufructuario, niſi ab eo, vel ab alio eius nomine percipiantur, vel à ſolo ſeparentur ad text. *in l. ſi fur. vbi gloſ in verb. percipiantur. ff. de vſufr. & l. ſi vſufructuarius verſ. Iulianus ait. ff. quib. mod. vſuſfruct.*
10 *amitt.* nec vſufructuario datur † prius actio, vel petitio vſusfructus, quàm ſatiſdederit, *l. ſi vſusfructus. ff. de vſufr. in princ.* ibi ſi vſusfructus legatus ſit, non prius dandam actionem vſufructuario, quã
11 ſatiſdederit, ſe boni † viri arbitrio vſurum, fruiturum &c. Quia licet cautio iſta de vtendo arbitrio boni viri non dicatur de ſubſtantia vſusfructus,
12 † cum ſæpè ſine ea detur vſusfructus, vt eſt *gloſ. communiter approbata inſtit. de vſufr. in verb. ſalua rerum ſubſtantia, vbi Io. de Platea, Aretin. & alij ſcribentes, & alia gloſ. in l. ſi vſusfructus. §. plane in verb. hanc cautionem. ff. vſufr quem-*
13 *ad. cau.* eſt tamen de ſubſtantia petendi, † ita quod ante hanc oblationem vſufructuario fructus minime debeantur, *Bald. conſ.163. num.1. verſ. & iſta videtur mihi lib.1. & conſ.454. per tot. lib.5. Ruin. conſ.91. nu.10. & conſ.202. nu.7. lib.2. Caſtil. d. tract. de vſufr. cap.8. nu.17. & 18.* atque ita cum Hector & Franciſcus proprietarij perceperint fructus, & non fuerint interpellati per Gabrielliam, ſiue per Franciſcum, & Catherinam ceſſionarios petendo vſumfructum, & præſtando cautionem
14 † non poſſunt dici conſtituti in mora, nec in mala fide itaut teneantur reſtituere fructus.

Non obſtat, quòd ex declaratione in actis facta in Tribunali Auenioneñ per procuratores Gabriellię ab ea conſtitutos vſque de anno 1614. ad

adeun-

Digitized by Google

adeundam hæreditatem Antonij, & Bartholomæi
de Tertullijs probetur petitum fuiſſe vſumfructum
conſiſtentem in ſubſtitutione fideicommiſſaria Ni-
colai, dum declararunt nomine Gabriellię velle
adire hæreditatem delatam vigore exemplaris ſub-
ſtitutionis, vel alio quouis titulo citrà præiudiciũ
vſusfructus eidem exponenti competentis, inſtan-
do tolli inhibitiones per Tertullios hæredes pro-
prietarios obtentas, ex quibus prætendunt infor-
mantes negari non poſſe, quin fuerint in mora, cum
vſque ab eo tempore litem ſuſtinuerint, & recuſa-
uerint ſoluere vſumfructum. Quia Domini cen-
ſuerunt, non ſubſiſtere in facto, quod hæredes pro-
prietarij negauerint vſumfructum Gabriellię, ſed
ſolum inualiditatem exemplaris, cum voluerint ſu-
ſtinere validitatem fideicommiſſariæ, quod ſatis
patet, cum acceptauerint teſtamentum, & ſe obli-
gauerint ad ſolutionem legatorũ in eodem teſta-
mento contentorum, & inhibitiones fuerunt vigo-
re illius ne de facto moleſtarentur vigore exem-
plaris. Vnde cum inhibitiones non fuerint ad ef-
fectum euitandi præſtationem legati vſusfructus,
ſed ad ſe. eorumq. poſſeſſionem hæreditario nomi-
ne retentam tuendum, & conſeruandum, nullo pa-
15 cto dici poſſunt † conſtituti in mora, itaut occa-
ſione moræ poſſint condemnari ad fructus percep-
tos. *Nec textus in l. ſi vſusfructus mihi in bienniũ & tradita per Bald. qui dicit ita ſe conſuluiſſe in l. 2. nu. 11. C. comm. de leg. & in l. 1. nu. 23. ff. de vſur. & fruct. &c. nec Angel. in conſ. 356. nu. 7.*
& alij in contrarium allegati applicãtur huic ca-
16 ſui, cum † procedant data mora ipſius hæredis. Vn-
de nulla intercedente mora hæredis, vt in iſto ca-
ſu ex ſupra deductis, iuxta magis communem fru-
17 ctus ante † præſtitam cautionem ab eo percepti
non debẽt vſufructuario reſtitui iuxta ſupradictam
doctrin. *Bart. in l. vxori* cum alijs ſupra allegatis,
18 intercedente enim mora ipſius hæredis, † in eo pu-
nitur, quod condemnatur ad fructus perceptos à
die moræ litis, quamuis vſufructuarius nullam
præſtiterit cautionem de vtendo, & fruendo arbi-
trio boni viri, iuxta *text. in d. l. 1. ff. vſufr. quem-
ad. cau.*

Et ex his cenſuerunt Domini corruere reſpon-
ſionem datam in deciſionibus *Dominorum meorũ
Dunozetti 4. Februarij 1637.* * *& Panziroli 1.
Iulij eiuſdem anni*, * quod dicta citatio non eſſet
neceſſaria in hoc caſu, cũ bona ſemper fuerint de-
tenta penès Hectorem, & Franciſcum de Tertul-
lijs hæredes, & proprietarios ex regula quòd plus
19 † ſit habere rem, quàm fideiuſſorem. Quoniam
in his terminis quando proprietarij poſſident, &
percipiunt fructus ante oblatam cautionẽ, intrat
communis ſententia ſupra relata, vt non reſtituan-
tur fructus vſufructuario, qui debeat ad effectum
conſequendi bona relicta offerre cautionem licet
non petitam, quia ex iuribus, & auctoritatibus ſu-
20 pra allegatis, fructus † non aliter fiunt vſufructua-
rij, quàm ſi ab eo, vel alio eius nomine percipian-
tur, nec vſufructuario datur actio, vel petitio vſus-
fructus priuſquam ſatiſdederit. Vnde infertur, vt
explicat *Rum. d. conſ. 50. lib. 2* qui alios conſonan-
tes refert. illũq. ſequitur *Mantic. d. deciſ. 43.* etiam
21 hæredes non eſſe in mora, & interim † fructus bo-
... Tom. III.

na fide percipere, nec proinde debere reſtitui, nec
Surd. deciſ. 141. nu. 14. & Siluan. conſ 37. num. 8.
relati in deciſionibus DD. meorum tollunt reſpon-
22 ſionem, quia procedunt ſolum in caſu, quo † vſu-
fructuarius inopia laborat, ita quod ratione impo-
tentię lex ſibi dimiſſionem prædictam indulgeat, ſe-
cus verò inopia ceſſante, quia in primo caſu bona
remanere debent penès hæredem, vel alium extra-
neum, qui tenetur præſtare aliquid annuũ pro vſu-
fructu, ideoq. illorum dicta non applicantur in hoc
23 caſu in quo hæc via non fuit electa, † cum debuiſ-
ſet peti vſusfructus, & vlterius probari inopia, vel
allegari & iurare non poſſe inuenire fideiuſſorem,
Surd. deciſ. 141. nu. 2. 10. & 11. cũ alijs per *Grat.
diſcept. 901. nu. 12. & 13.* & ita cum nulla petitio
vſusfructus interuenerit, nullaq. cautionis oblatio,
probatio paupertatis, vel alia, certum eſt nos ver-
ſari in terminis iuris communis, ſecundum quod
fructus iure proprio percepti ab hæredibus non
24 interpellatis, † nec conſtitutis in mora, non ſunt
reſtituendi vſufructuario, qui non petiit, neque
cautionem præſtitit.

Minus cenſuerunt Domini obſtare quod Ga-
briellia ex cuius perſona agunt Franciſcus, & Ca-
therina ceſſionarij excuſari debeat à prędicta obla
tione, & præſtatione cautionis propter litem, quæ
diu fuit agitata ſuper validitate, vel inualiditate
teſtamenti, vt dicitur in dicta deciſione Domini
mei Dunozetti, quia cum lis nunquam fuerit agi-
tata ante primam ſententiam ſuper vſufructu, ſed
ſuper exemplari, ſuper qua Hector, & Franciſcus
iam acquieuerant, & ſuper fideicommiſſaria, ſuper
25 qua Gabriellia ſuccubuit, † lites iſtæ diuerſæ nihil
habentes commune cũ vſufructu, non poſſunt con-
ſtituere Franciſcum, & Catherinam ceſſionarios
Gabriellię in ſtatu melioris conditionis *ad l. non
ſolet. ff. de reg. iur.* Debebat enim Gabriellia vſu-
fructuaria petere vſumfructum cum oblatione cau-
tionis, nulla habita ratione reſeruationis factæ in
aditione hæreditatis per ſuos procuratores, quia
reſeruatio, de qua in aditione non eſt petitio, nec
eſt oblatio cautionis, quæ copulatiuè requiruntur
26 contra proprietarium poſſidentem, vt conſtituа-
tur in mora reſtituendi fructus ante præſtitam cau-
tionem perceptos ex ſupra allegatis.

Demum non obſtat, quod Gabriellia iuris igna-
ra non potuerit certò ſcire, an verè ſibi debitus
eſſet vſusfructus, cum ab initio venerit ad cauſam
Henricus nepos ex filia prætendẽs excludere Ga-
27 brielliam † auiam tãquam primus filius maſculus,
ideoq. iſta dubietas ſufficiat ad excuſandam mu-
lierem à nõn præſtita cautione, in qua propter ſe-
28 xus fragilitatem † præſumitur ignorantia, *l. regu-
la in princ. ibi quod, & fœminis. ff. de iur. & fact.
ignor.* facit *text. in l. cum de indebito. §. 1. ff. de
probat. Cyn. in l. 3. verſ. tertiò quæro. C. de vſufr.
Salyc. in l. 1. ſub nu. 6. vol. 2. C. eodem Alberic. in
d. l. 3. in fine*, cũ alijs cumulatis per *Simon de Prat.
de interpret. vlt vol. lib. 4. dubit. 10. ſub num. 80.
verſ. hoc præcipuè.* Quia omnes in contrarium alle-
gati expreſsè loquuntur, quando mulier ante præ-
ſtitam cautionem percepit fructus, & fuit in poſ-
29 ſeſſione, nam aliàs ſine poſſeſſione, † etiam quod
ſit mulier, non excuſatur ex allegatis per *Surd. de-*

Vu *ciſ.*

Digitized by Google

ciſ. 281. nu. 5. ita diſtinguunt *Soccin. iun. conſ. 72. nu. 23. & 24. idem Surd. vbi ſupra Caſtr. conſ. 357. in fin. vol. 2. Bero. conſ. 60. num. 51. & ſeqq. vol. 2.* idemq. ex alijs obſeruat, & optimè comprobat *Pinell. d. 2. par. l. 1. C. de bon. mat. nu. 79. Caſtill. in d. tract. de vſufr. d. cap. 16. nu. 13.* data tamen adeptione poſſeſſionis ſine vitio, & cum in iſto caſu Tertullij non Gabriellia poſſederint bona ſubiecta fideicommiſſo, clarè patet iura, & auctoritates in contrarium allegatas non applicari & quãuis poſ-
30 ſeſſio † legitima ad lucrandos fructus ſufficiat etiã ante cautionem], poſt petitam tamen cautionem non ſufficiat poſſeſſio, quia iam vitioſa eſſe incipit ſic poſt *gloſ. Bart. Fulgoſ. Imol. Panorm. Alex. Soccin. Bald. & Salic. reſoluit Pinel. d. l. 1. par. 2. C. de bon. matern. d. nu. 77. in fin.* & idem probarunt *Io. Sicard. in d. l. 4. C. de vſufr. nu. 7. Florian. expreſſim in l. ſi cuius nu. 6. in verſ. aut fuit petita, & nõ præſtita. ff. de vſufr. Pariſ. conſ. 61. num. 5. vol. 3. Crauett. conſ. 300. nu. 2.*

Ex quibus omiſſis ijs, quæ deducebantur ex capite inualiditatis dictarum ſententiarum, ſentẽtias pro Franciſco, & Catherina ceſſionarijs latas, Domini cenſuerunt eſſe reuocandas.

☞ * *Prima eſt deciſio 195. altera vero eſt deciſio 238. ſupra in hac parte. Et in ſequenti parte coram eodem R. P. D. Ghiſilerio in hac eadem cauſa habetur alia deciſio ſub die 18. Martij 1639.*

REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.

Oſceñ Iuriſdictionis.

Veneris 11. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Ordinarij, cum habeant intentionem fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua Diœceſi, quouſque eis non ſit inhibendum. Ordinarij non habent iuriſdictionem contra Regulares &c.

SVMMARIVM.

1 *contra Ordinarios, cum habeant intentionem fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua Diœceſi non eſt inhibẽdũ, donec cognoſcatur de iuribus prætendentium exemptionem, aut præſcriptionem, nu. 2.*
3 *in Viſitationis, & executionis piarum voluntatum materia, plura in iure ſancita ſunt.*
4 *Regulis non ſemper, & indiſtinctè inhærendũ eſt.*
5 *Ordinarijs circa iuriſdictionem non aſſiſtit ius contra Regulares, quod procedit etiam ſi Ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ delegati. nu. 6.*
6 *Regulares ſuperiorum vigilantiæ relinquuntur.*
7 *Titulus vigore priuilegij allegari poteſt.*
8 *in Poſſeſſione ſua quis turbari non debet, dum cognoſcitur de eius releuantia.*
9 *Concilio Tridentino cenſetur derogatum, licet de Tridentino non ſit facta mentio, ſtante derogatione Conciliorum.*
10 *Ordinarius, quando dicatur proceſſiſſe vti piæ operis executor in caſibus à iure conceſſis.*
11 *Ordinarij tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati in caſibus à iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos ſunt executores.*
12 *Ordinarius ceſſante negligentia non poteſt priuare exequutores teſtamentarios ſuis facultatibus.*
13 *Appellatio de iure ſemper datur ad vtrumque effectum, ſcilicet deuolutiuum & ſuſpenſiuum.*
14 *Iudex pro ſua iuriſdictione tuenda, & partium ſecuritate, debet inhibere partibus inſtantibus.*

DECISIO CCLX.

PATRES Societatis prætendentes ſe eſſe granatos ex proceſſu, & ſententia Ordinarij Oſceñ, appellarunt, & cauſa ad Rotam delata cum facultate inhibendi cauſa cognita hodie fuit dubitatum, an eſſet inhibendum, & Domini affirmatiuè reſponderunt.

Nàm etſi vera ſit concluſio, & per Rotam ſæpè
1 recepta contra Ordinarios † nedum de iure communi habentes fundatam intentionem in exercitio eorum iuriſdictionis, *c. conquerente de off. Ordinarij, c. cum perſonæ. de priuil in 6. c. cum venerabilis, c. cum de Xenodochijs de relig. domibus;* ſed etiam ex decretorum *Tridentini diſpoſitione c. 8. ſeſſ. 21. cap. 8. ſeſſ. 22. cap. 20. ſeſſ. 25.* non eſſe
2 inhibendum, donec † cognoſcatur de iuribus prætendentium exemptionem, aut præſcriptionem, *Caput 19. deciſ. 201. par. 2. Toletana iuriſdictionis, quæ eſt 396. par. 1. & in eadem 493. par. 2. recent. & Theatina iuriſdictionis 501. ead. par. 2. & 525. par. 3. recent.*

Attamen quia tàm in materia viſitationis, quàm
3 † executionis piarum voluntatum, vtroq; iure plura ſancita fuerunt, *c. tua nobis de teſtam. clem. 1. & vnica eod. tit. clem. 2. de relig. domib. & cap. 8. ſeſſ. 21. cap. 8. ſeſſ. 22.* non ſemper, & indiſtinctè re-
4 gulæ † inhærendum eſt, ſed videndum quo iure Ordinarius proceſſit contra Rectorem, & alios executores, vel tanquam piæ operis exequutor, vel tanquam Viſitator.

Si de hac poſtrema parte materiam viſitationis tangente ageretur, & qui non eſt caſus, nec Ordinarius, & ſeu eius Vicarius ex tenore monitorij tranſmiſſi intendit viſitare Collegium Patrum quoad regimen & regularem diſciplinam, aut bonorum Eccleſiaſticorum conſeruationem, tunc in-
5 diſtinctè eſſet inhibendum, quoniam ius † non aſſiſtit Ordinarijs contra Regulares quinimò in decretis ſupradictis excipiuntur propter regularem obſeruantiam, quæ in eorum Monaſterijs viget,
6 quorum † Superiorum vigilantiæ relinquitur, & de iure competit etiam quod Ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ delegati. *clem. 2. vbi gloſ. in verbo alia. & ibi Vitalin. in §. hoc igitur. nu. 4. & ſeq. de ſtatu Monac. & in clem. quia contigit. nu. 73. de relig. domib.* quæ iuris aſſiſtentia eo minus Ordinarijs deſeruire poſſet contra Patres Societatis, habentes priuilegia Pauli Tertij, Pij Quarti, & Gregorij Decimitertij, cum clauſulis ampliſſimis exemptionis ab omni ſuperioritate, exemptione, & viſitatione quorumcumque Ordinariorum, cum ſuſceptione
7 ſub protectione Sedis Apoſtolicæ cũ † quibus poſſunt allegare titulum, & à die datæ illorum obſer-

uantiam,

Digitized by Google

uantiam, & dum cognoſcitur de releuantia in eo-
8 rum libertatis,† & exemptionis poſſeſſione turbari non poſſunt, *c.eum perſona,in fine de priuil. in 6.* & comprobant *Ancbar.ibid.num.12. Gemin.nu.3. & 4.Franc. nu.2.* Hancq. declarationem ſequnta eſt *Rota decif.491. num.4. & 5. 685.nu 2.par.1. 382.nu.5.par.2. recent. Seraph.deciſ.595.nu.3.& 1279. in fine,* & idem fuit firmatum *in Lauretana iuriſdictionis 12. Maij 1631.coram Epiſcopo Vrgellen.* & ſeruari debet, cũ priuilegia Patrum poſt Concilium Tridentinum ſuperuenerint cum dero-
9 gationibus † Conciliorum, quæ ſufficiunt etiam, quod de Tridentino in indiuiduo mentio facta nõ fu rit, vt in cauſa *Sancti Angeli penſionis 16. Decembris 1594.coram Card. Hieronymo Pamphilio 179. num.6. par.2. recent. & in Alerien. penſionis 20. Martij 1626.coram D. meo Decano.*

Rectius igitur exiſtimarũt Domini inſpecto te-
10 nore monitorij dici poſſe Ordinarium † proceſſiſſe vti piæ operis exequutorem in caſibus à iure conceſſis, *cap.tua nobis,de teſtam.clem.vnica, eod.tit. cap.quia contigit de relig. domib.* ad quæ iura *Concilium Tridentinum* ſe remiſit *in cap.8. ſeſſ.22.* ibi Epiſcopi etiam, tãquam Sedis Apoſtolicæ delegati
11 in caſibus à iure conceſſis † omnium piarum diſpoſitionum tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos ſint exequutores.

Cæterum quia iura prædicta prouidẽt in caſum negligentiæ abuſus diſſipationis, & dilapidationis bonorum quicquid ſit, an etiam in hoc ſecundo caſu intrent priuilegia Societatis; attamen de negligentia Rectoris Collegij adhuc non conſtat, & eo minus aliorum exequutorum, qui nominati fuerũt
12 in teſtamento Ludouici, quos † Ordinarius ſuis facultatibus priuare non poteſt, *Bald.conſ.39. n.2. lib.5. Caſtr.conſ.456. nu. 1. lib.2. Alex.conſ. 106. nu.6.lib.6.* meritò ceſſante cauſa, & culpa aliorũ exequutorum ius in hac parte non aſſiſtit Ordinarijs, ad ſuſtinendum inordinatum proceſſum, & grauamen diſſimulari non poteſt propter, quod de
13 iure ſemper datur appellatio † ad vtrumque effectum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum, *c.non ſolum, c. Romana §. ſi autem de appell in 6. l.appellatione, C.eod.tit.* & iudex pro ſua iuriſdictione tuẽda,
14 & partium ſecuritate † ne aliquid innouetur poteſt, & debet inhibere partibus inſtantibus, *Lancell. de attent. cap.4. ampl.10. nu.2. & cap.20.n.7. & ſeqq. Menoch. conſ.35. nu.14. lib.1.*

Et ita concluſum fuit.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Fideicommiſſi de Ramundinis.

Die Lunæ 14. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Bona, quod ſint fideicõmmiſſaria, ex quibus doceri poſſit. Fideicommiſſi derogatio, quãdo dicatur nulliter obtenta. Aſſignatio, quãdo fuit conditionalis, deficiente conditione, reſoluitur dicta aſſignatio.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quod ſint fideicommiſſaria, doceri poteſt ex inſtrumento diuiſionis factæ inter cohæredes, vbi aſſeritur, quod bona erant fideicommiſſaria. & num. 4.*
2 *Dominium non probatur ex ſolo titulo.*
3 *Dominium probatur ex confeſſione.*
5 *Fideicommiſſi ſubſtantia ſi fuerit probata per cõfeſſionem, ipſa etiam bona probari poſſunt per cõfeſſionem, quod ſint fideicommiſſaria.*
6 *Inuentarium plenè probat contra conficientem.*
7 *Confeſſio non ſolum probat contra confitẽtem, ſed etiam contra habentes cauſam ab eo, vt ipſi non poſſint illam impugnare, nec illi contrauenire.*
8 *Forma, & conditione data ſuper aliquo actu, ſi non adimpleatur actus habetur pro non facto.*
9 *Gratia, quando laborat vitio ſubreptionis, vel obreptionis, non poteſt ſubſtineri.*
10 *Principali deficiente corruit acceſſorium.*
11 *Antecedenti deſtructo, corruit id, quod ex eo ſequitur.*
12 *Breue quando eſt commiſſarium, qualiter ſit procedendum.*
13 *Fideicommiſſi derogatio nulliter executa, & ſubreptiè obtenta non impedit immiſſionem.*
14 *Identitas vt probetur ſufficit, quod verificentur duo confines.*
15 *Clauſula, conſtituti, operatur tranſlationem poſſeſſionis naturalis, et ciuilis.*
16 *Aſſignatio, quando fuit temporalis, deficiente cauſa propter quã fuit facta, reſoluitur d. aſſignatio. Clauſula, conſtituti importat tranſlationem dominij, et dationem inſolutum.*
17 *Datio inſolutum quando non dicatur facta, ſed potius pignoris conſtitutio.*
18 *Bona, ſi fuiſſent data inſolutum, non fuiſſet conuentum, vt illa reſtituerentur.*
19 *Datio inſolutum eſt ſui natura perpetua, et tranſlatiua dominij.*
20 *Clauſula, conſtituti, debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam.*
21 *Teſtatoris probibitio non poteſt impedire ius creditorum.*
22 *Bona hypotecata, et obligata tranſeunt cum ſuo onere.*
23 *Bona omnia deſcripta in inuentario ex quibus præſumatur, quod ſint vltimi defuncti.*
24 *Hæres, ſi quis ſit relictus ad certum tempus, non poteſt alienare proprietatem bonorum. Vxori vigore iurium dotalium competit tantum ius pignoris, et hypotecæ in bonis mariti defuncti. num. 24.*
25 *ad Errorem confeſſionis probandum requiruntur probationes exactiſſimæ, et indubitatæ.*
26 *Error ex quibus excludatur*

DECISIO CCLXI.

COMMISSA mihi cauſa appellationis interpoſitæ à ſententia Rotali latá ad fauorem Ioannis Baptiſtæ Ramundini, aliàs Antonij Mariæ Belioſſi ſuper immiſſione in poſſeſſionẽ prædij Cadriani poſſeſſi à DD. de Lucarellis; & admiſſio ad cauſam Comite Franciſco de Pepulis vti neceſſa-

ciſ. 281. nu. 5. ita diſtinguunt *Soccin. iun. conſ. 72. nu. 23. & 24. idem Surd. vbi ſupra Caſtr. conſ. 357. in fin. vol. 2. Bero. conſ. 60. num. 51. & ſeqq. vol. 2.* idemq. ex alijs obſeruae, & optimè comprobat *Pinell. d. 2. par. l. 1. C. de bon. mat. nu. 79. Caſtill. in d. tract. de vſufr. d. cap. 16. nu. 13.* data tamen adeptione poſſeſſionis ſine vitio, & cum in iſto caſu Tertullij non Gabriellia poſſederint bona ſubiecta fideicommiſſo, clarè patet iura, & auctoritates in contrarium allegatas non applicari & quãuis poſ-
30 ſeſſio † legitima ad lucrandos fructus ſufficiat etiã ante cautionem, poſt petitam tamen cautionem non ſufficiat poſſeſſio, quia iam vitioſa eſſe incipit ſic poſt *gloſ. Bart. Fulgoſ. Imol. Panorm. Alex. Soccin. Bald. & Salic. reſoluit Pinel. d. l. 1. par. 2. C. de bon. matern. d. nu. 77. in fin.* & idem probarunt *Io. Sicard. in d. l. 4. C. de vſufr. nu. 7. Florian. expreſſim in l. ſi cuius nu. 6. in verſ. aut fuit petita, & nõ præſtita. ff. de vſufr. Pariſ. conſ. 61. num. 5. vol. 3. Crauett. conſ. 300. nu. 2.*

Ex quibus omiſſis ijs, quæ deducebantur ex capite inualiditatis dictarum ſententiarum, ſentẽtias pro Franciſco, & Catherina ceſſionarijs latas, Domini cenſuerunt eſſe reuocandas.

☞ * *Prima eſt deciſio 195. altera vero eſt deciſio 238. ſupra in hac parte. Et in ſequenti parte coram eodem R. P. D. Ghiſlerio in hac eadem cauſa habetur alia deciſio ſub die 18. Martij 1639.*

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Oſceñ Iuriſdictionis.

Veneris 11. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Ordinarij, cum habeant intentionem fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua Diœceſi, quouſque eis non ſit inhibendum. Ordinarij non habent iuriſdictionem contra Regulares &c.

SVMMARIVM.

1 *contra Ordinarios, cum habeant intentionem fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua Diœceſi non eſt inhibẽdũ, donec cognoſcatur de iuribus prætendentium exemptionem, aut præſcriptionem, nu. 2.*
3 *in Viſitationis, & executionis piarum voluntatum materia, plura in iure ſancita ſunt.*
4 *Regulis non ſemper, & indiſtinctè inhærendũ eſt.*
5 *Ordinarijs circa iuriſdictionem non aſſiſtit ius contra Regulares, quod procedit etiam ſi Ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ delegati. nu. 6.*
6 *Regulares ſuperiorum vigilantiæ relinquuntur.*
7 *Titulus vigore priuilegij allegari poteſt.*
8 *in Poſſeſſione ſua, quis turbari non debet, dum cognoſcitur de eius releuantia.*
9 *Concilio Tridentino cenſetur derogatum, licet de Tridentino non ſit facta mentio, ſtante derogatione Conciliorum.*
10 *Ordinarius, quando dicatur proceſſiſſe vti piæ operis executor in caſibus à iure conceſſis.*
11 *Ordinarij tanquam Sedis Apoſtolicæ delegati in caſibus à iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tàm in vltima voluntate, quàm inter viuos ſunt executores.*
12 *Ordinarius ceſſante negligentia non poteſt priuare exequutores teſtamẽtarios ſuis facultatibus.*
13 *Appellatio de iure ſemper datur ad vtrumque effectum, ſcilicet deuolutiuum & ſuſpenſiuum.*
14 *Iudex pro ſua iuriſdictione tuenda, & partium ſecuritate, debet inhibere partibus inſtantibus.*

DECISIO CCLX.

PATRES Societatis prætendentes ſe eſſe granatos ex proceſſu, & ſententia Ordinarij Oſceñ, appellarunt, & cauſa ad Rotam delata cum facultate inhibendi cauſa cognita hodie fuit dubitatum, an eſſet inhibendum, & Domini affirmatiuè reſponderunt.

Nàm etſi vera ſit concluſio, & per Rotam ſæpè
1 recepta contra Ordinarios † nedum de iure communi habentes fundatam intentionem in exercitio eorum iuriſdictionis, *c. conquerente de off. Ordinarij, c. cum perſonæ. de priuil in 6. c. cum venerabilis, c. cum de Xenodochijs de relig. domibus;* ſed etiam ex decretorum *Tridentini diſpoſitione c. 8. ſeſſ. 21. cap. 8. ſeſſ. 22. cap. 20. ſeſſ.* 25. non eſſe
2 inhibendum, donec † cognoſcatur de iuribus prætendentium exemptionem, aut præſcriptionem, *Caput aq. deciſ. 201. par. 2. Toletana iuriſdictionis, quæ eſt 396. par. 1. & in eadem 493. par. 2. recent. & Theatina iuriſdictionis 501. ead. par. 2. & 525. par. 3. recent.*

Attamen quia tàm in materia viſitationis, quàm
3 † executionis piarum voluntatum, vtroq; iure plura ſancita fuerunt, *c. tua nobis. de teſtam clem. 1. & vnica eod tit. clem. 2. de relig. domib. & cap. 8. ſeſſ. 21. cap. 8. ſeſſ. 22.* non ſemper, & indiſtinctè re-
4 gulæ † inhærendum eſt, ſed videndum quo iure Ordinarius proceſſit contra Rectorem, & alios executores, vel tanquam piæ operis exequutor, vel tanquam Viſitator.

Si de hac poſtrema parte materiam viſitationis tangente ageretur, & qui non eſt caſus, nec Ordinarius, & ſeu eius Vicarius ex tenore monitorij tranſmiſſi intendit viſitare Collegium Patrum quoad regimen & regularem diſciplinam, aut bonorum Eccleſiaſticorum conſeruationem, tunc in-
5 diſtinctè eſſet inhibendum, quoniam ius † non aſſiſtit Ordinarijs contra Regulares quinimò in decretis ſupradictis excipiuntur propter regularem obſeruantiam, quæ in eorum Monaſterijs viget,
6 quorum † Superiorum vigilantiæ relinquitur, & de iure competit etiam quod Ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ delegati *clem. 2. vbi gloſ. in verbo alia & ibi Vitalin. in §. hoc igitur. nu. 4. & ſeq. de ſtatu Monac. & in clem. quia contigit. nu. 73. de relig. domib.* quæ iuris aſſiſtentia eo minus Ordinarijs deſeruire poſſet contra Patres Societatis, habentes priuilegia Pauli Tertij, Pij Quarti, & Gregorij Decimitertij, cum clauſulis ampliſſimis exemptionis ab omni ſuperioritate, exemptione, & viſitatione quorumcumque Ordinariorum, cum ſuſceptione
7 ſub protectione Sedis Apoſtolicæ cũ † quibus poſſunt allegare titulum, & à die datæ illorum obſeruantiam,

uantiam, & dum cognoſcitur de releuantia in eo-
8 rum libertatis,† & exemptionis poſſeſſione turba-
ri non poſſunt, *c.cum perſona,in fine de priuil. in 6.*
& comprobant *Anchar.ibid.num.12. Gemin.nu.3.*
& 4.Franc. nu.2. Hancq. declarationem ſequuta
eſt *Rota deciſ.491. num.4. & 5. 685. nu 2.par.1.*
382.nu.5.par.2. recent. Seraph.deciſ.595.nu.3.&
1279. in fine, & idem fuit firmatum *in Lauretana*
iuriſdictionis 12. Maij 1631. coram Epiſcopo Vr-
gellen. & ſeruari debet, cũ priuilegia Patrum poſt
Concilium Tridentinum ſuperuenerint eum dero-
9 gationibus † Conciliorum, quæ ſufficiunt etiam,
quod de Tridentino in indiuiduo mentio facta nõ
fu rit, vt in cauſa *Sancti Angeli penſionis 16. De-*
cembris 1594.coram Card. Hieronymo Pamphilio
179. num.6. par.2. recent. & in Alerien. penſionis
20. Martij 1626.coram D. meo Decano.

Rectius igitur exiſtimarũt Domini inſpecto te-
10 nore monitorij dici poſſe Ordinarium † proceſſiſſe
vti piæ operis exequutorem in caſibus à iure con-
ceſſis, *cap.tua nobis,de teſtam.clem.vnica, eod.tit.*
*cap.quia contigit de relig. domib.*ad quæ iura *Con-*
cilium Tridentinum ſe remiſit *in cap.8. ſeſſ.22.* ibi
Epiſcopi etiam, tãquam Sedis Apoſtolicæ delegati
11 in caſibus à iure conceſſis † omnium piarum diſ-
poſitionum tàm in vltima voluntate, quàm inter
viuos ſint exequutores.

Cæterum quia iura prædicta prouidẽt in caſum
negligentiæ abuſus diſſipationis, & dilapidationis
bonorum quicquid ſit,an etiam in hoc ſecundo ca-
ſu intrent priuilegia Societatis; attamen de negli-
gentia Rectoris Collegij adhuc non conſtat, & eo
minus aliorum exequutorum, qui nominati fuerũt
12 in teſtamento Ludouici, quos † Ordinarius ſuis
facultatibus priuare non poteſt, *Bald.conſ.39. n.2.*
lib.5. Caſtr.conſ.456. nu.1. lib.2. Alex. conſ. 106.
nu.6.lib.6. meritò ceſſante cauſa, & culpa aliorũ
exequutorum ius in hac parte non aſſiſtit Ordina-
riis, ad ſuſtinendum inordinatum proceſſum, &
grauamen diſſimulari non poteſt propter, quod de
13 iure ſemper datur appellatio † ad vtrumque effe-
ctum deuolutiuum, & ſuſpenſiuum,*c.non ſolum,*
c. Romana §. ſi autem de appell in 6. l.appellatio-
ne, C.eod.tit. & Iudex pro ſua iuriſdictione tuẽda,
14 & partium ſecuritate † ne aliquid innouetur po-
teſt, & debet inhibere partibus inſtantibus, *Lan-*
cell. de attent. cap.4. ampl.10. nu.2. & cap.20.n.7.
& ſeqq. Menoch. conſ.35. nu.14. lib.1.

Et ita concluſum fuit.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononieñ Fideicommiſſi de Ramundinis.

Die Lunæ 14. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Bona, quod ſint fideicommiſſaria, ex quibus
doceri poſſit. Fideicommiſſi derogatio, quã-
do dicatur nulliter obtenta. Aſſignatio, quã-
do fuit conditionalis, deficiente conditione,
reſoluitur dicta aſſignatio.

SVMMARIVM.

1 *Bona, quod ſint fideicommiſſaria, doceri poteſt ex*
inſtrumento diuiſionis factæ inter cohæredes, vbi
aſſeritur, quod bona erant fideicommiſſaria,
& num. 4.
2 *Dominium non probatur ex ſolo titulo.*
3 *Dominium probatur ex confeſſione.*
5 *Fideicommiſſi ſubſtantia ſi fuerit probata per cõ-*
feſſionem, ipſa etiam bona probari poſſunt per cõ-
feſſionem, quod ſint fideicommiſſaria.
6 *Inuentarium plenè probat contra conficientem.*
7 *Confeſſio non ſolum probat contra confitẽtem, ſed*
etiam contra habentes cauſam ab eo, vt ipſi non
poſſint illam impugnare, nec illi contrauenire.
8 *Forma, & conditione data ſuper aliquo actu, ſi*
non adimpleatur actus habetur pro non facto.
9 *Gratia, quando laborat vitio ſubreptionis, vel ob-*
reptionis, non poteſt ſubſtineri.
10 *Principali deficiente corruit acceſſorium.*
11 *Antecedenti deſtructo, corruit id, quod ex eo ſe-*
quitur.
12 *Breue quando eſt commiſſarium, qualiter ſit pro-*
cedeudum.
13 *Fideicommiſſi derogatio nulliter executa, & ſub-*
reptiè obtenta non impedit immiſſionem.
14 *Identitas vt probetur ſufficit, quod verificentur*
duo confines.
15 *Clauſula, conſtituti, operatur tranſlationem poſ-*
ſeſſionis naturalis, et ciuilis.
16 *Aſſignatio, quando fuit temporalis, deficiente cau-*
ſa propter quã fuit facta, reſoluitur d. aſſignatio.
Clauſula, conſtituti importat tranſlationem do-
miny, et dationem inſolutum.
17 *Datio inſolutum quando non dicatur facta, ſed*
potius pignoris conſtitutio.
18 *Bona, ſi fuiſſent data inſolutum, non fuiſſet con-*
uentum, vt illa reſtituerentur.
19 *Datio inſolutum eſt ſui natura perpetua, et tranſ-*
latiua dominij.
20 *Clauſula, conſtituti, debet intelligi ſecundum ſu-*
biectam materiam.
21 *Teſtatoris prohibitio non poteſt impedire ius cre-*
ditorum.
22 *Bona hypotecata, et obligata tranſeunt cum ſuo*
onere.
23 *Bona omnia deſcripta in inuentario ex quibus*
præſumatur, quod ſint vltimi defuncti.
24 *Hæres, ſi quis ſit relictus ad certum tempus, non*
poteſt alienare proprietatem bonorum.
Vxori vigore iurium dotalium competit tantum
ius pignoris, et hypoteca in bonis mariti defun-
cti. num. 24.
25 *ad Errorem confeſſionis probandum requiruntur*
probationes exactiſſimæ, et indubitatæ.
26 *Error ex quibus excludatur*

DECISIO CCLXI.

COMMISSA mihi cauſa appellationis inter-
poſitæ à ſententia Rotali lata ad fauorem
Ioannis Baptiſtæ Ramundini, aliàs Antonij Mariæ
Beliosſi ſuper immiſſione in poſſeſſionẽ prædij Ca-
driani poſſeſſi à DD. de Lucarellis; & admiſſio ad
cauſam Comite Franciſco de Pepulis vti neceſſa-

rio defenſore Comitis Hieronymi Ranuccij, dedi
dubium, An dicta ſententia eſſet confirmanda,
quod fuit affirmatiuè reſolutum, quia de validitate
non eſt ambigendum, cum ſit lata ſeruatis ſeruan-
dis, & iuſtitia eſt clara, & patens *ex deciſionibus*
in hac cauſa factis coram R.P.D. meo Dunozetto
15. Februarij, * *& 9. May 1636.* *

Fundamentum reſolutionis fuit, quia Domi-
nis viſum fuit ex benè deductis in dictis deciſioni-
bus probari prædium, de quo agitur, fuiſſe in hære-
ditate Ioannis Baptiſtæ Ramundini fideicommit-
tentis de tempore obitus. Primò ex inſtrumento
diuiſionis factæ inter ipſum fideicommittentem
1 & Melchiorem † eius ex fratre nepotem, in qua
prædium Cadriani, de quo agitur, pro ſua portione
fuit aſſignatum fideicommittenti *Fuſar. de ſubſtit.*
q. 618. nu. 17. Maſcard. de prob. concl. 778. *nu.* 21.
2 & licet ex ſolo † titulo non probetur dominium
3 *l. cum res. C. de prob.* probatur tamen † ex confeſ-
ſione, de qua in inſtrumento diuiſionis, vt notatur
in l. cum te. C. de tranſact & in l. cum precibus. C.
de prob. Tiber. Decian. reſp. 76. nu. 9. lib. 3. quia
cum bona fuerint diuiſa tanquam communia, &
propria, vterque tàm Ioannes Baptiſta fideicom-
4 mittens, † quàm Melchior faſſi ſunt dicta bona eſſe
eorum, *Ruin. conſ. 40. nu. 3. lib. 4.* & ſicut ſubſtan-
tia ipſius fideicommiſſi probatur per inſtrumenta
diuiſionum, in quibus fit mentio fideicommiſſi, ita
5 quoque & ipſa bona quod † ſint fideicommiſſo ſu-
biecta, probatur per confeſſiones auctorum, *l. non*
intelligitur. §. tacitè iuncta gloſ. in verb. probatio-
nibus. ff. de iur. fiſc. vbi etiam *Bart. Soccin. iun. cõſ.*
181. *nu.* 34. *lib.* 2. Secundò ex inuentario facto per
Ludouicam hæredem grauatã, in quo apparet de-
ſcriptum huiuſmodi prædium tanquam hæredita-
6 rium Ioannis Baptiſtæ † fideicommittentis, quod
pariter plenè probat *l. fin. C. arbitr. tut. l. fin. C. de*
iur. delib. Rota diuerſ. deciſ. 800 *nu. 23. par. 1. &*
deciſ. 407. nu. 2. par. 2. & coram ſan. me. Greg. XV.
deciſ. 575. nu. 3. vbi addent. Quæ omnia benè com-
probantur ex lectura duorum Breuium Clementis
Octaui, & Pauli Quinti, in quibus hæres grauatus
pro eximendo prædium, de quo agitur, ab onere fi-
deicommiſſi, fatetur illud fuiſſe ſubiectum fideicõ-
miſſo per dictum Ioannem Baptiſtam teſtatorẽ fa-
7 cto, quam confeſſionem Lucatelli † habentes cau-
ſam ab eo non poſſunt impugnare, neque illi con-
trauenire, vt in ſpecie tradit *Soccin. in d. conſ.* 181.
& probat text. *in l. cum à matre. C. de rei vindic.*
prout nec etiam iuuari poſſunt derogationibus ob-
tentis à ſupradictis Summis Pontificibus, cum re-
ſpectu Breuis Clementis Octaui non fuerit ſeruata
forma in dicto Breui præſcripta, vnde ſequitur, quod
8 conditione, † & forma non impleta, derogatio exe-
cutoris deputati habeatur pro non facta. Reſpectu
verò Breuis Pauli Quinti, nec illud quicquam facit,
9 cum ſit manifeſtè ſubreptitium, & † obreptitium,
ex quo fuit narratum vigore Breuis Clementis non
inueniri emptorem, dum inueſtimentum fieri de-
bebat in locis Montium in Vrbe, & tamen fuerat
antea facta vẽditio vigore Breuis Clemẽtis Octa-
ui, & ita deficiente fundamento ſecundi Breuis, &
10 † ſecundæ derogationis, corruit etiam ipſum Bre-
ue, & derogatio in eo contenta, *cap. cum Paulus*
1. q. 1. l. fluminum. §. vitium. verſ. idem ſeruius.
11 *ff. de damn. infect.* quia antecedenti deſtructo † cor-
ruit etiam id quod ex eo ſequitur *l. apud antiquos,*
& ibi Bald. C. de furt. l. ſi ſponſus. §. 1. ff. de donat.
int. vir. & vxor. Vltra quod dictum Breue nunquã
fuit præſentatum exequutori, vt ex deductis *in de-*
ciſione R.P.D. mei Dunozetti 9. May 1636. in
hac cauſa, prout neceſſariò requirebatur, quia Pa-
pa non derogauit fideicommiſſo, ſed conceſſit gra-
tiam pro derogatione in forma Commiſſaria, ideo-
que cum Breue eſſet Commiſſarium, & eſſet con-
12 cedenda † licentia per executorem, debebat præ-
cedere ſententia illius, & ſeruari forma Breuis,
c. dilecta. de reſcrip. Abb. conſ. 41. par. 1. Rota in
recent. deciſ. 614. nu. 2. par. 1. & 676. nu. 5. par. 2.
in Romana domus 10. *Aprilis* 1630. *coram Reue-*
rendiſſ. Vrgellen. & in Meſſanen. ſeu nullius feudi
15. Februarij 1636. coram R. P. D. meo Merlino.
13 Vnde cum derogatio † fideicommiſſi nulliter exe-
cuta, & ſubreptitiè obtẽta non impediat immiſſio-
nem, vt tenuit *Rota in Romana Caſalis Palazzet-*
ti 10. Iuny 1615. coram bo. me. Patriarcha Mã-
zanedo inter recent. deciſ. 718. num. 6. ad med. p. 2.
meritò fuit reſolutum *in d. deciſ. R.P.D. mei Duno-*
zetti non obſtare Breuia Clemẽtis Octaui, & Pauli
Quinti obtenta à dicto Franciſco Aloyſio vltimo
hærede grauato pro derogatione fideicommiſſi.

Et ex inſtrumento diuiſionis, inuentario, & de-
rogationibus fideicõmiſſi remanet probata identi-
tas, quia eadem confinia enunciata in petitione
conueniunt cum dicto inſtrumento diuiſionis, in-
uentario, & derogatione fideicommiſſi, tàm cir-
ca denominationem, quàm circa loci qualitatem,
& quoad confinia, & numerum tornaturarum, li-
14 cet † ad iſtum effectum ſufficiat, quod verificen-
tur duo confines iuxta doctrinam *Bart. in l. demon-*
ſtratio falſa. nu. 10. ff. de condit. & demonſtr. Aym.
conſ. 57. nu. 7. Menoch. conſ. 21. nu. 33. Rota in re-
cent. deciſ. 131. num. 5. & ſeqq. par. 1. & in Bono-
nien. fideicommiſſi de Deſiderys 14, Iunij 1627. co-
ram R.P.D. meo Merlino.

Supradictis non obſtat, quod Ioannes Baptiſta
fideicommittens de anno 1564. aſſignauerit om-
nia bona ſua ſuis creditoribus, & in ſpecie prædium
Cadriani, de quo agitur, cum clauſula conſtituti, vt
apparet ex inſtrumento aſſignationis, quæ clauſula
15 operatur † tranſlationem poſſeſſionis naturalis, &
ciuilis, *l. quod meo. vbi Bart. nu. 3. ff. de acquir. poſſ.*
cum alijs adductis per *Tiraquell. de verb. conſti-*
tut. in princ. nu. 1. quia cum hæc aſſignatio fuerit
temporalis, donec ſcilicet ipſi creditores fuiſſent
de credito ſatisfacti, ſequuta ſatisfactione, aſſigna-
16 tio fuit † reſoluta cum reuerſione bonorum ad ip-
ſum fideicommittentem, & ideo clauſula conſtitu-
ti importans tranſlationem dominij, & dationem
inſolutum, non applicatur huic caſui, in quo ex ip-
ſo inſtrumento apparet bona non fuiſſe data inſolu-
tum, ſed ad vtendum, & fruendum, donec imple-
retur ſatisfactio, obligatis creditoribus de cuſto-
diendo, & conſeruando bona aſſignata, fidele com-
putum reddendo, & retrocedendo omnia prædicta
bona ſtabilia, & credita Montium, &c. Ex quibus
17 verbis apparet dictam aſſignationem † non fuiſſe
dationem inſolutum, ſed conſtitutionem pignoris,
vt

vt in terminis *Surd. conſ.243. lib.2. nu.2. & ſeqq.*
18 quia ſi bona fuiſſent data inſolutum, non † fuiſſet conuentum de illis reſtituendis, vt benè conſiderat *d.conſ.nu.m.5. in fine*, & in omnem caſum quatenus etiam aſſignatio prædicta non fuiſſet conſtitutio pignoris, ſed datio inſolutum ſui natura per-
19 petua, & translatiua † dominij, adhuc ceſſat difficultas, dum ex pacto conſtat illam fuiſſe reſolubilem, atque ita conſulendum eſt, vt tenuit *Menoch. conſ.201. num.41. lib.3.* hanc cenſeri inſolutum dationem reſolubilem tamen ſequuta ſatisfactione
20 creditorum, & ſic clauſula † conſtituti, & alia, quæ important translationem dominij, ac dationem inſolutum ita debere intelligi, vt cum ſubiecta materia conueniant, ſcilicet ad ſatisfaciendum creditoribus, & poſt ſatisfactionem recuperandi bona ad eum finem aſſignata, ne ſequatur repugnantia, vel abſonus intellectus, & dum diuiſio inter fideicommittentem, & nepotem, annotatio in inuentario, & ceſſio facta in precibus porrectis pro alienatione prædij cum derogatione fideicõmiſſi ſunt poſteriora aſſignatione prædicta, euentus probauit prædium fuiſſe aſſignanti reſtitutum, & ſic intrat præſumptio ſecutæ ſatisfactionis, aliàs creditores non acquieuiſſent alienationi factæ per heredem, niſi ipſi fuiſſent antea ſatisfacti de eorum credito.

Nec obſtat, quod fideicommiſſum non comprehendat bona ab ipſomet teſtatore obligata cũ pro-
21 hibitio † teſtatoris non poſſit impedire ius creditoris, quia hæc obligatio teſtatoris non tollit quin prædium, de quo agitur, non remanſerit in eius bonis non ſequuta aliter alienatione, & bona inte-
22 rim † hypotecata, vel obligata remanent, & tranſeunt cum ſuo onere, *Caſtr. & alij in l. Iulianus. §. idem Celſus. ff de act. empt. Rota in Ariminen. ſaluiani 18 Iunij 1631. coram R. P. D. meo Motmanno, in Romana domus 10. Februarij 1636. coram R.P.D. meo Veroſpio, & in Romana ſaluiani de Caffarellis 13. Martij præteriti coram R.P.D. meo Buccabella*, & vigore dictæ obligationis prædium fuit eidem fideicommittenti in ſua portione in inſtrumento diuiſionis aſſignatum.

Minus obſtat, quod inuentariũ non probet iſtud prædium fuiſſe in hæreditate Ioãnis Baptiſtæ fideicommittentis tanquam factum per Ludouicam vxorem teſtatoris hæredem inſtitutam, addita proteſtatione, quod non intendebat fateri aliqua bona eſſe in hæreditate Ioannis Baptiſtæ, quia etiam ſi dictum inuentarium non ſit factũ à Franciſco Aloyſio, ſed à Ludouica, attamen ex eo apparet, quod Ludouica ſucceſſit in hoc prædio vti poſſeſſo per
23 teſtatorem, & ſic intrat præſumptio, † quod omnia bona in inuentario deſcripta ſint vltimi defuncti, *Aym. conſ.127. num.7. Dec. conſ.74. num. 16. Surd. conſ.310. num. 15.* & dicta clauſula præſeruatiua non operatur niſi caſum, in quem aliunde conſtaret, quod bona non eſſent hæreditaria.

Nec quidquã facit, quod eadẽ Ludouica hæres, eadẽ bona inuentariata renũciauerit, quia talis renũciatio nõ importat dominij translationẽ, nõ ſo-
24 lũ, quia in teſtamento fuit tantũ relicta † hæres ad certũ tẽpus, & propterea non potuit alienare proprietatẽ, ſed etiã quia vigore iurium dotalium ipſi competebat tantum ius pignoris, & hypotecæ, ad

tradita per *Rotam in S. Seuerini dotis 16. Decembris 1616. & 1. Iulij 1620. coram bo.me. Vbaldo*, & dum poſt obitum Ludouicæ, iuxta formam diſpoſitionis fideicommittentis poſſeſſio fuit reſtituta Franciſco Aloyſio fideicommiſſario, inde ſequitur ceſſionem ſuorum iurium, ſuper bonis hæreditatis Ioannis Baptiſtæ factam per prædictam Ludouicã ad fauorem Pompei de Floranantibus non præiudicaſſe vocatis ad fideicommiſſum.

Quæ dicuntur de errore confeſſionis Franciſci Aloyſij in precibus porrectis Clementi Octauo, & Paulo Quinto, Dominis viſa fuerunt non releuare, cum ad probandum errorem requiratur probatio-
25 nes † exactiſſimæ, & indubitatæ, maximè cũ agatur de hærede informato, qui millies ſaſſus fuit prædiũ, de quo agitur, ad ſe ſpectare vigore fideicommiſſi q. Ioannis Baptiſtæ Ramundini, in precibus porrectis Clementi Octauo, in iuſtificatione gratię coram Vicario Curiæ Archiepiſcopalis Bononiæ, in inſtrumento venditionis in vim prædictæ derogationis factæ Capitaneo Proteſilao de Sauigna-
26 nis, † in quo pro reintegratione fideicommiſſi iuxta formam Breuis ſe obligauit facere reinueſtimentum ad commodum vocatorum, in nouis precibus porrectis Paulo V. ad effectum deueniẽdi ad nouam alienationem, in inſtrumento alienationis factæ per eundem Comiti Franciſco Ranuccio, in quo pro validitate actus, & ad docendum quod non obſtante fideicommiſſo poſſet deuenire ad venditionem dicti prædii, præinſertum fuit Breue derogationis Clementis Octaui, ſententia Vicarij Bononieñ, & Breue Pauli Quinti, & demum dictus emptor ſe obligauit ad reinueſtimentum ad fauorem fideicommiſſariorum, ex quibus penitus excluditur error.

Quare ex ſupradictis Domini pro confirmatione ſententiæ Rotalis reſoluerunt.

Sunt Deciſiones 93. & 191. ſupra in hac parte. Et in ſequenti parte adſunt aliæ deciſiones in hac cauſa, ideſt ſub diebus 15. Martij 1638. coram eodem R.P.D. Ghiſlerio, & 19. Nouembris eiuſdem anni coram R.P.D. Veroſpio.

R. P. D. MERLINO.

Interamneñ Succeſſionis.

Die Lunæ 14. Decembris 1637.

ARGVMENTVM.

Inter partes contrahentes de fideicommiſſo conuentionali, ſi fuerit conuentum, vt ſi quis eorum decederet ſine filijs &c. deberet eligere vnum de eorum domo, ſeu familia, ſi ille non fecerit dictam electionem, ad quem dicatur deuoluta facultas illa eligendi.

SVMMARIVM.

1 *ex Declaratione inſurgit confeſſio, qua nulla maior eſt probatio.*
2 *in Arbitrio alicuius id, quod potius non eſt, adimplendum venit.*

3 *Fideicommiſſi conuentionalis vigore, in quo adeſt hypoteca, competit fideicommiſſario particulari ſaluianum.*

4 *Electio de familia alicuius, ſi facienda ſit ab aliquo vigore pacti ad hoc, vt electus ſuccedat in bonis, ſi ille nunquam elegerit, apertum eſt ius illis de familia, perinde ac ſi electio facta fuiſſet.*

5 *Electio vnius de familia, ſi ad hæredem ſpectet, ſi ipſe non elegerit, electio tranſit ad hæredem eiuſdem.*

6 *Sed melius in hoc diſtingue: Aut emolumentum proueniens ex electione ſpectat ad hæredem, & tūc ipſa etiam electio ſpectabit ad eius hæredem. Quando vero electionis facultas non venit in conſequentiam iuris præambuli, & emolumenti tranſmiſſibilis, nec iure proprio, competentis ad hæredem, tunc nec eidem hæredi competit electio. num. 8.*

7 *L. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. st. loquitur vbi res eligenda tranſmiſſibilis eſt ad hæredem.*

9 *Electio facienda vnius de familia per hæredem, quando facta non eſt, tunc omnibus eiuſdem familiæ ius competit, & actio datur nulla habita ratione proximitatis gradus.*

10 *Electio facienda per hæredem de vno de familia, ſi non fiat, tunc non omnes de familia, ſed proximior tantum, vel pares in gradu veniunt.*

11 *Illegitimi, ſeu naturales non ſunt de agnatione, nec de familia, & hoc procedit de rigore iuris. num. 16.*

12 *Ius non petentis tertius allegare non poteſt.*

13 *Electio vnius de familia, ſi per aliquem erat facienda, quando non fuit facta, Iudex poteſt comparenti omnia bona ſpectantia ad eligendum aſſignare, communicaturus poſtea cæteris eorum ratam, ſi & poſtquam prodierint in iudicium.*

14 *Et ſi non prodierint, quod extent alij proximiores excipientibus, & non actori incumbit onus probandi.*

15 *Et nec Iudex tenetur inquirere an alij adeſſent.*

17 *de Contractus interpretatione, quando agitur, magis ſtandum eſt opinioni partium, & quid ipſi ſenſerint, quam quid generaliter in abſtracto, & de rigore iuris ſit ſtatuendum.*

18 *Spurius vt non poſſit dici de domo, ſeu familia, quando iſte rigor poſſit relaxari, & qualiter poſſit probari, quod ſit de domo. nu 19.*

20 *Solutio præſumitur facta de pecunijs eius proprijs ad quem vigore præambuli contractus ſpectabat debitum.*

21 *Anteceſſores, ſi expreſſè non poſſunt præiudicare ſucceſſoribus, id nec etiam poterunt facere per pactum iuratum cum ſtipulatione Notarij vallatum.*

22 *Taciti vis, & poteſtas non debet eſſe maior, quàm expreſſi.*

23 *Indirectè non eſt faciendum id, quod directè fieri non poteſt.*

24 *in Transactionis fine, ſi partes ſpeciali remedio ſibi prouiderunt, vt non poſſit recedi ab ipſa tranſactione, & nolens poſſit cogi ad obſeruantiam, tunc data inobſeruantia, alijs tranſigentibus ſolum remanet ius agendi ad adimplementum. Nō autē agendi ad reſolutionem cōtractus. n. 24.*

DECISIO CCLXII.

CONVENTVM fuit in tranſactione, *Che de gl'altri dui terzi. morendo M. Fabio ſenza figli legitimi, e naturali, vna parte ne venga à M. Galeazzo, & l'altra parte ad vno di Caſa di Nucula ad elettione di detto M. Fabio. & l'altra parte à Liuia, & Dionora &c.*

Obijt Fabius ſine filijs inſtitutis hæredibus RR. Canonicis Cathedralis Eccleſiæ Interamneñ, nulla facta electione, cui ex familia Nucula illa tertia pars deferenda eſſet; Et cum in d. tranſactionis inſtrumento adeſſet obligatio, & ampliſſima hypoteca omnium bonorum pro obſeruantia coram Aud. C. intentauit Ioannes Nucula ſaluianum pro hac tertia parte, & ſententiam immiſſionis in ſaluiano obtinuit; quam hodie Domini dixerunt eſſe confirmandam; validitas enim illius benè deſumitur ex lectura proceſſus, iuſtitia autem ex eo, quòd omnia requiſita ſaluiani ſunt iuſtificata.

Poſſeſſio antiqua Fabij ex pluribus, & ſignanter ex inſtrumento apprehenſionis poſſeſſionis ipſorum Canonicorum poſt mortem Fabij, qui declararunt dicta bona à Fabio eorum auctore fuiſſe
1 poſſeſſa; Ex qua † declaratione inſurgit confeſſio,
qua nulla maior eſt probatio.

Poſſeſſio verò recens reorum conuentorum, nedum ex litis ſuſtentatione, ſed etiam optimè iuſtificatur ex eodem inſtrumento apprehenſionis.

Creditum cum hypoteca apparet ex ipſa concordia, quæ continet fideicommiſſum conuentionale ad fauorem vnius de familia, etiam ſi Fabius
2 non elegerit, † in illius enim arbitrio poſitum non
erat, an omninò velit reſtituere, ſed potius, cui reſtituat, *l. vtrum 8. §. cum quidam. ff. de reb. dub. Peregr. de fideicomm. art. 33. num. 17. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 503. num. 94.* & vigore talis fideicommiſſi conuentionalis, in quo adeſt hypoteca
3 † competit fideicommiſſario particulari ſaluianum,
Gabr. conſ. 44. num. 1. lib. 2. Rota apud Seraph. deciſ. 828. num. 3. & apud bon. mem. Buratt. deciſ. 693. num. 1. & quamuis electio vnius de familia Nucula facienda eſſet ab ipſo Fabio, ibi, *Ad elet-*
4 *tione di eſſo Fabio*, attamen cum ipſe † nunquam
elegerit, apertum eſt ius illis de familia perinde ac ſi electio facta fuiſſet, *l. vnum ex familia, in princ. l. cum pater. §. hæreditatem. ff. de legat. 2. l. fideicommiſſaria. §. fin. ff. de fideicomm. libert.* cum alijs.

Neque obſtat, quòd electio iſtius de familia
5 † tranſiuerit ad hæredes eiuſdem Fabij ad *l. ſi ita*
ſtipulatus fuerim 76 ff. de verb. oblig. Abb. conſil. 80. num. 1. lib. 2. Theſ. quæſt. forenſ. cap. 49. p. 1. Quoniam DD. placuit diſtinctio, quod aut emo-
6 lumentum proueniens † ex electione, ſpectat ad hæ-
redem, & tunc ipſa etiam electio ad hæredem, vt ſpectet, neceſſe eſt, vt eidem hæredi detur actio neceſſaria pro conſecutione ſibi debiti emolu-
7 menti, & in his terminis loquitur † *d. l. ſi ſtipu-*
latus fuerim, quia ibi res eligenda erat tranſmiſſibilis ad hæredem, & in his etiam terminis debent intelligi quotquot ab informantibus pro Canonicis allegabantur, quoties vero electionis facultas

non

Digitized by Google

conveniit in conſequentiam iuris præambuli, &
8 emolumenti tranſmiſſibilis, nec iure proprio † competentis ad hæredem, tūc nec eidem hæredi competit electio, ita egregiè, *Caſtren. in d. l. ſi ſtipulatus fuerim. ff. de verb. oblig. nu. 1. in fin. Molin. de primogenit. Hiſpan. lib. 2. cap. 4. num. 62. Gomez. var. reſol. lib. 2. cap. 11. nu. 41. verſ. quod iterum. Caſtill. quotidian. controuerſ. lib. 5. c. 87. nu. 25. verſ. tertium quod competat, & facit Gamma deciſ 18. num. 1. in fin.* verſamur autem, in hoc ſecundo caſu, quia tertia hæc pars reſeruata in concordia pro vno de familia Nucula non ſpectabat, nec iure proprio erat tranſmiſſibilis ad hæredes Fabij, ſed ad familiam Nuculam.

Non obſtat dilemma propoſitum ab informantibus, pro iiſdem Canonicis, quod aut amplecti-
9 mur ſententiam illorum, qui dixerunt non † facta electione vnius de familia omnibus eiuſdem familiæ ius competere, & actionem dari nulla habita ratione proximitatis gradus, quam tenuerunt poſt alios *Alex. conſ. 13. num. 3. lib. 4. Molin. de primogen. lib. 2. cap. 4. num 41. Surd. conſ. 168. nu. 6. & conſ. 268 num. 32. Fuſar. de ſubſtit. quæſt. 505. num. 1. & ſeqq. Peralta in d. l. vnum ex familia. §. rogo. nu. 1415. 16. & ſeqq. Seſſ. deciſ. 436. in fin. Fontanell. de pact. nuptial. clauſ. 7. gloſ. 1. par. 3. num. 39.* Et tecuta hac opinione iniuſta eſſet ſententia pro Ioanne tantum lata; cum ſolùm pro eius rata danda ei eſſet immiſſio, & cæteris cōſortibus eiuſdem familiæ itidem debita fuiſſet eorum rata.

Aut verò retinemus ſententiam, quod non om-
10 nes de familia, ſed proximior tantùm, † vel pares in gradu veniant non facta electione per Fabium, quam amplexi ſunt, *gloſ. in d. l. vnum ex familia, §. ſi falcidia. in verb. neceſſaria. verſ. quia ſi non eligat Imol. ibidem num. 10. Padill num. 6. verſ. & gloſ. ibidem.* vbi teſtatur de communi *Simon. de Præt. de interpr. vltim. vol. fol. 329. num. 74. Gabr. conſ. 132. quæſt. 11. num 1. lib. 1. & alij.* Et huic etiam ſententiæ fauere videntur *tex. in l. peto Luci. §. ſi atre herede. l. cum ita. §. in fideicommiſſo. ff. de leg. 2. l. fin. C. de verb. ſignific.* & tunc etiam iniuſta appareat d. ſententia pro Ioanne lata, tum
11 quia cum ipſe Fabius eſſet naturalis † non erat de agnatione, & conſequenter nec habebat proximiorem. *l. 4. ff. vnd. cognat. §. filium. auth. quib. mod. nat. effic. ſui. Rim. conſ. 9. num. 1. 2. 4. & ſeqq. lib. 4.* Et ita nec Ioannes erat illius agnatus, & multò minus dici poteſt proximior, tum etiam quia ſi proximiori ſolùm deuoluebatur hæc electio, cum plures perſonæ extent in hac familia Nucula, erat per gradus indaganda proximitas, quod fuit omiſſum à Iudice.

Quoniam neutra opinio obſtaret, & dilemma benè euitatur, ſi retinemus primam opinionem, quòd omnes admittantur, hoc non ſuffragatur Ca-
12 nonicis, qui † non poſſunt allegare ius non petentium, & cùm alij non comparuerint, Iudex comparenti Ioanni potuit totam tertiam partem aſſi-
13 gnare communicaturo † poſtea cæteris eorum ratam, & & poſt quam prodierint in iudicium, in puncto eſt *Gloſ in d. l. vnum ex familia. §. rogo. in verb. ſed omnes. ff. de legat. 2.* & faciunt tradita per *Surd. conſ. 141. num. 26. Peregr. de fideicomm. art. 43. num. 60. Rot. deciſ. 693. nu. 2. par. 2. & deciſ. 134. n. 2. p. 5. recent. in Romana fideicommiſſi de Gueds 25. Iunij 1629. & 28. Iunij 1630. coram R. P. D. meo Verospio.* Et quod extent alij proxi-
14 miores † incumbebat excipientibus Canonicis, non autem Ioanni actori, *Rota apud Card. Seraph. deciſ. 1219. num 1.*

Si verò retinemus aliam opinionem, quod ſolùm admittatur proximior, ſat eſt pro iuſtificatione
15 ſententiæ, quod nemo † comparuerit præter Ioannem, nec Iudex tenebatur inquirere, an alij adeſſent, tuncque ſolùm facienda fuiſſet computatio, & diſtinctio graduum, ſi cauſa fuiſſet acta in concurſu plurium de familia.

Ad id autem, quod dicebatur Fabium, † quam
16 illegitimum † non fuiſſe de agnatione, nec familia Nucula, reſponſum fuit procedere de iuris rigore, ſed cum tranſigentes eum habuerint pro agnato, & agatur de interpretatione eiuſdem tranſa-
17 ctionis, † magis ſtandum eſt opinioni partium, & quid ipſi ſenſerint, quàm quid generaliter in abſtracto, & de rigore iuris ſit ſtatuendum, *l. vlt. ff. quæ res pignor. oblig. poſſ. l. in conuentionibus. ff. de verb. ſignific. Alexan. in l. ſi tibi. num. 3. ff. ſi cert. pet. cum alijs per Card. Mant. de tacit. & ambig. conuent. lib. 2. tit. 7. num. 2. & ſeqq.* & in omnem caſum ſi proximitas reſpectu Fabij tanquam illegitimi non poſſet conſiderari, ſufficeret Ioanni eſſe agnatum reſpectu cæterorum eiuſdem familiæ Nuculæ, qui ſunt legitimi, neque hic ratio vrget
18 aliqua, quæ illegitimos excludat; vnde † relaxari poteſt rigor ille, vt ſpurius non poſſit dici de domo Nucula ex notat. *per Card. Paleott. de ſpurijs cap. 50. nu. 3. & 4. & ſeqq.*

Nec obſtat, quod Ioannes non probet ſe eſſe de domo Nucula, quia nedum hoc probatur ex tra-
19 ctatu eiuſdem Fabij vltra epiſtolas, † quæ ſolæ non ſufficerent, *l. non epiſtolis 13. l. nudis 14. C. de probat.* ſed etiam ex teſtibus probauit, & ex teſtamento, & alijs inſtrumentis.

Tandem non obſtat, quod tranſactio non fuerit adimpleta, immò fuerit impugnata ab anteceſſoribus de familia Nucula, quoniam hoc non adimplementum vſque adhuc non fuit probatum, & Fabius retinuit hæc bona in vim tranſactionis, & ſolutiones factæ de ſcutis 705. ad fauorem R. C. A.
20 præſumuntur factæ † de pecunijs proprijs Galeatij, ad quem vigore præambuli contractus tranſactionis ſpectabat hoc debitum; ex traditis per *Bart. in l. triticum. ff. de verb. oblig. Crauett. conſ. 91. num. 3. & conſ. 198. num. 13. Corn. conſ. 22. nu. 5. circa med. lib. 1. ſanct. mem. Greg. XV. deciſ. 468. num. 5. & deciſ. 511. num. 2.* & benè hanc difficultatem tollit D. Saxus in reſponſione facti, quæ etiam tolli videtur, quia ſi anteceſſores iſtius familiæ expreſsè non potuerunt præiudicare ſucceſſoribus in eadem familia, quominus ipſi admitte-
21 rentur ad hanc tertiam partem, † nec pactum iuratum cum ſtipulatione Notarij vallatum reuocare, *Bart. in l. qui Romæ. §. Flauius, ff. de verb. oblig. & ibi Alex. num. 9. Iaſ. num. 19. & 20. Couar. var. reſol. lib. 1. cap. 14. num. 10. & 11. Card. Mant. de tacit. lib. 13. tit. 48. num. 12. & 13. Gratian.*

tian. diſcept. forenſ. cap 575. *num.* 13. *verſ. additur*, & 14. multò minus potuerunt non adimplendo, vel contraueniendo, vel alio modo indirecto auferre ius illud iam quæſitum per inſtrumen-
22 tum, & ſtipulationem, † aliàs maior vis, & poteſtas eſſet taciti, quàm expreſſi, vt in ſimili arguebat *Surd. conſ* 301. *num.*57. & indirectè feciſſent,
23 quod directè facere † non potuerunt, quod eſt iuri abſonum, & cum partes in fine tranſactionis ſpeciali remedio ſibi prouiderint, vt non poſſet recedi ab ipſa tranſactione, & nolens poſſet ſemper cogi
24 ad obſeruantiam, hodie ſolùm remaneret † ius tranſigentibus agendi pro adimplemento, non autem agendi ad reſolutionem contractus, *Bero. conſ.* 53. *num.*5. & *ſeqq. lib.* 3. *Honded. conſ.*34. *num.*8. *in fin. lib.*2. *Ciriac. controuerſ.* 129. *nu.*28.

Et eadem reſponſione tollitur, quod Fabius declarauerit in quadam ſchedula non teneri reſtituere vni ex familia, quia hoc non erat in eius arbitrio, nec potuit vocatis præiudicare.

Et ita vtraque parte informante &c.

SEQVVNTVR NONNVLLÆ DECISIONES SACRÆ ROTÆ ROMANÆ NON DVM IMPRESSAE

Quæ in ſuprà relatis Deciſionibus allegantur in eiſdem cauſis, factæ.

R. P. D. VBALDO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Veneris 23. *Iunij* 1623.

ARGVMENTVM.

Valor beneficij ad effectum regreſſus qualiter benè probetur. Fructuum liquidationis materia eſt probatio difficilis, & ideo leuioribus contentatur probationibus.

SVMMARIVM.

1 *Probatio maior non datur, quàm propria cõfeſſio. Confeſſio præualet etiã probationi inſtrumẽtariæ.*
2 *Confeſſioni tunc multo magis eſt ſtandum, quando valde veriſimilis redditur.*
3 *Pater præſumitur capere bonum conſiliũ pro filio.*
4 *Locationes, licet non probent verum valorem rei, tamen probant, quòd tantum ex fructibus d. rei percipiebatur.*
5 *Pro Affictu nemo præſumitur velle ſoluere eam ſummam, niſi illam, quam ex fructibus percepturus eſt.*
6 *Veriſimilitudo multum attenditur in probationum materia.*
7 *Damnum, quod quis ſua culpa ſentit, ſibi, & non alijs debet imputare.*
8 *Confeſſio adminiculata fortius probat.*
9 *Confeſſio partis, præſertim iurata, præualet quibuſcumque teſtibus.*
10 *Confeſſio minoris in quibus caſibus attendi ſoleat.*
11 *Teſtes, vt probent negatiuam, debent eam coarctare.*
12 *Teſtes de auditu, & de proprio iudicio non probãt.*
13 *Fructuum liquidatio reputatur materia difficilis, & ideo probatur leuioribus probationibus. declara vt nu.*14. & 15.

Allegatur iſta deciſio infra in deciſione 266. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 23. Maij 1625. coram eodem bo. me. Vbaldo.

DECISIO CCLXIII.

RESERVATA penſione ſcutorum 2100. auri in auro ſuper fructibus Prioratus, de quo agitur ad fauorem D. Epiſcopi reſignãtis, cum narratiua, quod fructus aſcenderẽt ad ſummam annuam ſcutorum 2200. auri in auro, fuit ad inſtantiam D. Hieronymi reſignatarij commiſſa cauſa reductionis dictæ penſionis A.C. qui etiam pro reductione penſionis ad valorem fructuũ pronun-

nūciauit,& in gradu appellationis cū clauſula, ſine
retardatione ſolutionis penſionis, & ſolutis pluri-
bus terminis penſionis ad ſummam expreſſam.
Dubitatū, ad quam ſummam aſcendat valor Prio-
ratus, in caſu, & ad effectum, de quo agitur; & cū
effectus prætendatur duplex, ſi declaretur, fructus
non aſcendere ad tantam ſummam, alter ad eui-
tandum regreſſum reſignanti reſeruatum in caſi-
bus expreſſis in litteris Apoſtolicis; alter ad repe-
tendum, quod ſolutum prætenditur D. Epiſcopo
vltra fructus, Domini. re maturè diſcuſſa, cenſue-
runt, ad effectum regreſſus, fructus Prioratus aſ-
cendere ad valorem narratum, ad effectum verò re-
ſtitutionis coadiuuandum eſſe probationes pro D.
Hieronymo, mouebantur ex confeſſione ipſius D.
Hieronymi in litteris Apoſtolicis reſignationis ad
fauorem ſuum, & reſeruationis penſionis ad fauo-
rem ſuum, & reſeruationis penſionis ad fauorem
Epiſcopi, quod valor Prioratus aſcendebat ad ſum-
mam ſcutorum 2200. de quo D. Hieronymus ſe
eſſe benè informatum. & pleniſſimam notitiam
habere aſſeruit; quæ confeſſio fuit ratificata per
eundem D. Hieronymum, cum in publico inſtru-
mento promiſit eandem penſionem ſoluere in
eadem ſumma, in ſupplicatione, & litteris expreſ-
ſa, cum eiſdem clauſulis, & decretis, & modo, &
forma in eadem ſupplicatione, & reſeruatione con-
tentis, cum iuramento & obligatione Camerali, &
cum fideiuſſione, & præſentia Excellentiſſ. D. Co-
meſtabilis patris ſui, ideo ad effectum regreſſus cu-
ius decretum habetur in eiſdem litteris, huic con-
1 feſſioni † videtur ſtandum, cum non detur maior
probatio, *l. cum te. C. de tranſ. cum alijs plenè per
Surd. conſ. 60. nu. 1. & ferè per tot. lib. 1. Rota in
Siracuſana fideicommiſſi coram me, quæ eſt deciſ.
436. nu. 2. par. 1. recent.* & præualet probationi e-
tiam inſtrumentariæ *Aym. conſ. 61. num. 3. cum
alijs per Rot. deciſ. 98. nu. 1. & 2. par. 2. diuerſ.* &
2 tanto magis huic confeſſioni † videtur ſtandum.
Quia valdè veriſimilis redditur, tum ex acceſſione
facta per Excellentiſſ. D. Philippum patrem D.
Hieronymi, qui pro ſoluenda tanta penſione fide-
iuſſit, cum non ſit veriſimile, voluiſſe fideiubere
pro ſolutione dictæ penſionis, niſi verè ſciuiſſet, va-
lorem narratum eſſe verum, nèc aliter paſſus fuiſ-
3 ſet filium obligari, cū pater † præſumatur bonū ca-
pere cōſiliū pro filio, *l. patre furioſo. ff. de his qui ſūt
ſui vel alien. iur. cum alijs per Surd. conſ. 451. nu.
29. lib. 3.* tum ex duabus locationibus bonorum
Prioratus factis ad nouennium tempore nō ſuſpe-
cto pro dicta ſumma ſcutorum 2200. auri, altera
de anno 1603. altera de anno 1615. ante factam,
4 vel tractatam reſignationem. Quæ locationes † li-
cet non probent valorem rei, tamen probant, quod
tantum ex fructibus Prioratus percipiebatur, *Rota
deciſ. 65. nu. 24. & ſeq. par. 2. diuerſ. quam ſecuta
eſt Rota in Nouarien. bonorum coram Pema, quæ
eſt deciſ. 725. nu. 2. par. 4. diuerſ.* cum non ſit ve-
5 riſimile, quemquam † voluiſſe tantam ſummam ſol-
uere pro affictu', niſi eam eſſet ex fructibus perce-
6 pturus, quæ veriſimilitudo † multum attenditur in
materia probationum. *Rota coram Sanctiſſ. deciſ.
245. num. 3. & deciſ. 273. num. 6. & ſeqq.* & in ter-
minis locationis fuit dictum in *Mediolanen. pen-
ſionis 23. Maij 1607. coram Illuſtriſſ. Sacrato, &
alias referunt Addentes ad deciſ. 101. nu. 5. coram
Sanctiſſ.* vnde cum potuerit D. Hieronymus con-
tinuare in vltima locatione, quæ durabat vſque ad
7 annum 1624. ſibi debet imputare, † ſi minores fru-
ctus ex Prioratu percepit, *l. ſi hæredis in fin. ff. de
leg. 1. gloſ. in l. pen. in verbo non nocet. ff. ſi quis
aliq. teſt. prohib. c. damnum. de reg. iur. in 6. cum
alijs per Surd. deciſ. 94. nu. 6.* Vnde Domini ex ſu-
pradictis concludebant ad effectum regreſſus de
quo in decreto Papæ ſupra expreſſo fructus aſcen-
dere ad valorem narratum, & confeſſatum per par-
8 tes, quæ confeſſio † adminiculata vt ſupra, efficit,
vt eo fortior, & durior in contrarium probatio à ti-
tulari exigatur, vt in his terminis fuit dictum *in
Pennen. penſionis 20. Decembr. 1613. coram me,
quæ eſt deciſ. 550. nu. 2. in fin. par. 1. recent.*

Non obſtāt igitur teſtes examinati pro D. Hie-
ronymo, qui deponunt de quantitate fructuum
Prioratus, quod non aſcendat ad ſummam articu-
latam ſcutorū 1890. de quibus latè in ſummario.
Quia omiſſo, An dicti teſtes ſint validè examinati,
quod tamen controuertitur pro parte Epiſcopi, re-
ſpondebatur in primis præualere confeſſionem par-
9 tis, † præſertim iuratam, quibuſcumque teſtibus,
*Bald. conſ. 192. ſub num. 8. lib. 2. Aym. d. conſ. 61. ſub
num. 3.* adeout nec reduci poſſint ad concordiam
*Doct. in l 2. §. creditum, vbi Dec. ſub num. 6. ff. ſi
cert. pet. Aym. conſ. 171. nu. 10. Caput. deciſ. 283.
num. 7. par. 3.*

Neque facit, quod ſit confeſſio minoris, quia
hunc defectum ſupplet iuramentum, præſentia pa-
10 tris, & † adminicula locationum, & veriſimilitu-
do, de quibus ſupra dictum eſt, quibus caſibus cō-
feſſio etiam minoris ſolet attendi ad *deciſ. Acchill.
primam de confeſſ. ſæpè canonizatam*.

Præterea reſpondebatur, dictos teſtes deponen-
tes de quantitate terrarum Prioratus, non tamen
bene coarctare negatiuam, quod ſcilicet eſſe non
11 poſſit, vt Eccleſia habeat alia † bona, iura & red-
ditus, quin ipſi ſcirent, prout requiritur ad iſtum
effectum, *Gabr. de teſtib. concl. 4. num 6. & ſeqq.
cum alijs per Farinac. eod. tract. quæſt. 65. n. 228.
vbi de communi, Rota deciſ. 325. nu. 5. & 6.* vbi re-
ſpondetur ad id, quod teſtes ſint veriſimiliter infor-
mati, *& deciſ. 510. num. 1. coram Sanctiſſ. & deciſ.
550. nu. 3. circa fin. par. 1. recent. in Salamantina
Parochialis 21. Iunij 1595. coram Orano, & in
Lunen. Sarzanen. Parochialis 3 Iunij 1605. coram
Litta, quæ fuerunt datæ*.

Et addebatur, quod iidem teſtes ſuper quantita-
12 te fructuum deponunt † pleriq. de auditu, & de
proprio iudicio, & ideo non probant, *Rota d. deciſ.
550. nu. 3. in fin.* & conuincuntur ex locationibus
& alijs ſupra adductis.

Non obſtat, quod materia liquidationis fructuū
reputetur difficilis probationis, & ideo ſufficiāt le-
13 uiores † probationes ex deciſ. 245. coram Sanctiſſ.
cum alijs allegatis. Quia non procedit, ſtantibus
14 tot præſumptionibus, † & propria confeſſione in
contrarium, quo caſu requiritur plenior, & exa-
ctior probatio, vt *d. deciſ. 550. par. 1. recent.* & fuit
ſupra deductum. Et ita etiam reſpondetur ad pro-
palationes factas per colonos, & maſſarios; vltra
quod

quod continent tantum quantitatem fructuum, nõ autem valorẽ. Et addebat vnus ex Dominis, quod à propalationibus licet quidem ſumere argumen-
15 tum affirmatiuè, quod tantum † fuerit recollectũ, quantum fuit propalatum, *vt in alia Cremonen. penſionis coram R.P.D. Caualerio* exaduerſo allegata, ſed non negatiuè, vt non fuerit plus collectum, prout in præſenti intenditur probari.

Concluſerunt ergo Domini, coadiuuandũ probationes, ſi D. Hieronymus prætendit ſe plus ſoluiſſe, quam reuera collegerit ex fructibus Prioratus ad effectum repetendi, licet ad effectum regreſſus cenſuerint, fructus aſcendere ad valorem narratum ex ſupra deductis.

Et ita fuit deciſum.

§ *Supra in hac parte in eadem cauſa habetur alia deciſio ſatis magiſtralis ſub die 4. Maij 1635. coram bo.me. Reuerẽdiſſ. Coccino q̃ eſt in ordine deciſio 41. & infra plures aliæ adsũt, id eſt ſub diebus 23. Maij 1625. coram eodem bon. mem. Vbaldo, & 15. Maij 1626. & 27. Ianuarij, & 18. Iunij, & 19. Nouẽb. 1627. & 29. Maij 1628. & 14. Ianuarij 1630. coram eodem Coccino. ſunt in ordine deciſ. 266. 267. 268. 269. 270. 272. & 277.*

R. P. D. VBALDO.

Barbaſtreñ Decimarum.

Die Veneris 10. *Nouembris* 1623.

ARGVMENTVM.

Arbitrium, an intret ad reuocandam executionem rei iudicatæ iam conſumatam, vel inceptam. Executio ſententiæ, quando dicatur facta, vel cœpta.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium regulatur à iure.*
2 *In executione ſententiæ, & rei iudicatæ non ſuperſedetur, poſtquam eſt conſumata, vel ſaltem incæpta.*
3 *Reſtitutio in integrum non datur poſt executionem incœptam vigore rei iudicatæ.*
4 *Immò, & ſufficit, quod ſolum ſit petita executio, ſecundum ſtylum Rotæ.*
5 *De executione ſententiæ, quando non poſſit dubitari.*
6 *Sententiæ dicitur quis acquieuiſſe non appellando, ſaltem intra tempus.*
7 *Sententiæ dicitur quis acquieuiſſe, ſi paſſus ſit illius executionem.*
8 *Sententiæ executio, vt reuocetur, non eſt agendum per viam arbitrij.*
9 *Arbitrium datur ad executionem ſuperſedẽdam, non autem ad retractandam iam factam.*
10 *Clauſula, arbitrio, remittit aliquid de rigore iuris.*
11 *Tranſumpto Iudex fidem adhibere poteſt, ſi pars hoc non opponat.*
12 *Via executiua ſpatio 30. annorum præſcribitur.*
13 *In praſtationibus annuis tot præſcriptiones requiruntur, quot ſunt anni.*
14 *In iudicio iactationum, eſt probanda poſſeſſio.*
15 *Deciſ. 801. nu. 1. par. 1. diuerſ. declaratur.*
16 *Sententiæ tenor in parte diſpoſitiua, & principali attenditur.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 21. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 2. Martij 1635. coram bon. mem. Reuerendiſſ. Coccino Decano, & infra in deciſione ſub die 14. Iunij 1624. corã eodẽ bo. me. Vbaldo, quæ eſt ſequens.

DECISIO CCLXIV.

LATA ſententia per Auditorem Cameræ pro executione litterarum Apoſtolicarum ſel. record. Pauli Tertij, quæ emanarunt vſque de anno 1544. ſuper erectione Eccleſiæ Parochialis S. Petri Oppidi de Boltania tunc Oſceñ, & nunc Barbaſtreñ Diœceſis in Collegiatam, cum tranſlatione curæ Animarum, & creatione vnius Prioris, & octo Portionariorũ, quibus applicauit omnes fructus, redditus prouentus, iura, & emolumenta certarum Eccleſiarum ibi expreſſarum, quæ ſententia dicitur tranſitum feciſſe in iudicatum ob non interpoſitam appellationem ſaltem in tempore, Signatura commiſit cauſam in Rota cum clauſula, parito litteris, arbitrio Rotæ, ideo propoſito de more dubio ſuper arbitrio, illud non intrare. Domini cẽ-
1 ſuerunt; arbitrium † enim regulatur à iure, *Cæſ de Graſſ. deciſ. 7. num. 6. & 7. & deciſ. 8. in princ. de ſent. & re iud. Rota deciſ. 365. nu. 1. par. 1. recent. & deciſ. 698. nu. 1. par. 2.* & ſæpiſſimè in alijs, de iure autem eſt, vt non ſuperſedeatur in vlteriori
2 executione ſententiæ, † & rei iudicatæ, poſtquam eſt conſummata, vel ſaltem incœpta, *Rota deciſ. 64. nu 1. & deciſ. 201. nu. 1. par. 2. recent. fuit dictum in Mutinen. Canonicatus 23. Maij 1612. coram me*, quæ deciſio loquitur de executione iam cœpta, non retardañ vigore clauſulæ, arbitrio, ſi-
3 cut etiam † reſtitutio non datur poſt executionẽ incœptam vigore rei iudicatæ *Put. deciſ. 285. lib. 2. Rot. apud Cæſ. de Graſſ deciſ 1. nu. 14. de reſt. in integr. quæ eſt deciſ. 346. nu. 6. par. 1. diuerſ. & in dicta Mutinen.* immò ſufficeret ſolum eſſe petitam
4 † executionem ſecundum ſtylum Rotæ, *Alex. cõſ. 223. nu. 6. lib. 6. Ripa in l. 4. § condemnatum. n. 30. in fin. ff. de re iud. Put. deciſ. 10. de reſtit. in integr. Rota d. deciſ 346. nu. 6. par. 1. diuerſ.*

Quod autem facta, vel cœpta fuerit executio, ſententiæ A.C. apparet, quia ſicuti monitorium A.C. ſuper executione litterarum Apoſtolicarum necnon ſolutione omnium fructuum, & emolumẽtorum facienda Priori, & Portionarijs, fuit ad eorum inſtantiam executum, tàm contra homines in conſilio congregatos dicti Oppidi de Boltania, quàm contra Decanum Barbaſtreñ, vt in ſummar. num. 6. in ſententia eiuſdem A.C. ſuper dicta executione, & conſignatione dictorum emolumentorum, cum impoſitione perpetui ſilentij ipſi Decano, fuit intimata dictis hominibus, qui ſe obtulerunt paratos ſoluere omnes fructus, & præſertim decimas iuxta tenorem dictæ ſentẽtiæ, obligañ ſe in forma Cameræ, prout etiam fuit ſecuta

&

realis, & actualis ſolutio vt in dicto ſummario n.9.
5 & conſequenter quoad illos nō poteſt dubitari † de exe-
cutione ſententiæ, vt in fortioribus terminis tradit
Rota in Burgen. præeminentiarum coram Reuerē-
diſſ. Patriarcha, quæ eſt deciſ. 138. nu. 3. par. 2. rec.
Quo verò ad Decanum Barbaſtrē non ſolùm
6 videtur acquieuiſſe † ſententiæ non appellan. ſal-
tem intra tempus iuxta *l. fin. vbi gloſ. & Doct. C.*
7 *de ſent. quæ ſin. cert. quant.* ſed etiam paſſus † eſt
executionem ſoluen. impenſas, ad quas fuit per d.
ſententiam condemnatus, ad tradita per *Alexan.*
conſ. 136. in cauſa, & lite nu. 2. lib. 2. ad quem ſe
remittit Felin. in c. cum inter num. 2. in fin. de ſent.
& re iud.
Nec obſtare videntur, quæ obijciūtur circa nul-
litatem, & iniuſtitiam d. ſententiæ, quia aut dedu
8 cuntur ad reuocan. † executionem iam factam, &
hoc fieri non poteſt per viam arbitrij, ſed alia via
eſſet agendum, vt per *Rot. d. deciſ. 64. & d. deciſ.*
201. *par. 2. recent.* Vbi quod arbitrium datur ad
9 executionem † ſuſpendendam, non autem ad re-
tractan. iam factam, & idem fuit dictum *in Aquila-*
na beneficiorum 19 *Decembris* 1608 *coram Reue-*
rēdiſſ. Patriarcha, & in Tuden Parochialis 3. De-
cembris 1601 *coram bo. mem. Card. Sacrato apud*
Modern. de commiſſion. fol. 433. & 437. par. 1. aut
ad effectum, vt ſuperſedeatur in vlteriori executio-
10 ne, præſertim ſtan. clauſula, arbitrio, † quæ re-
mittit aliquid de rigore iuris, iuxta *deciſ. Creſcen.*
quartam de teſtibus, & reſpondebatur, dictas nul-
litates, & iniuſtitiam poſſe vitari.
Prima enim nullitas allegatur ex productione
tantum tranſumpti litterarum Apoſtolicarum co-
ram A. C. non exhibitis litteris originalibus, ſed
11 fuit reſponſum, fuiſſe productum † tranſumptum,
cui, parte præſertim non opponen. potuit Iudex
adhibere fidem, *Felin. in c. quoniam contra nu. 13.*
de prob. Pit. deciſ. 245. nu. 3. lib. 3. in nou.
Secunda nullitas ex eo deducebatur, quod fuit
actum de executione litterarum Apoſtolicarum,
quæ emanarunt de anno 1544. quæ ſi eo tempore
fuerunt executæ, expirauit officium executoris, ſi
non fuerunt executæ, fuit præſcripta via executiua
ſpatio pluſquam ſexaginta annorum cum tamen
12 † triginta ſufficerent, *Sarnen. in compend. vtr. ſi-*
gnat. circa fin. verſic. præterea eſt aduerten. Rota
poſt allegatos *in Callien. fructuum* 12. *Nouemb.*
1615. *coram bo. me. Andrea, quæ eſt deciſ. 689. n. 5.*
par. 1. recent. Sed fuit reſponſum, quod in dictis
litteris datur facultas A. C. vbi, & quando expe-
dierit, & pro parte Iuratorum, & Conſiliariorum,
ac Vniuerſitatis, necnon Prioris dictæ erectæ Ec-
cleſiæ pro tempore exiſten. & Capituli, ſeu alicu-
ius eorum fuerit requiſitus, faciat dictas litteras, &
in eis contenta firmiter obſeruari, & dicto Priori,
& Capitulo de applicatis Vicariarum fructibus,
redditibus, & prouentibus, iuribus, & obuentioni-
bus vniuerſis integrè reſponderi, contradictores
per cenſuras compeſcen. Ex quibus apparet, fa-
cultatem executori conceſſam fuiſſe ſucceſſiuam
quoad effectum compeſcēdi ſe opponentes diſpo-
ſitioni dictarum litterarum, & remouendi impedi-
menta, vnde cum litteræ continerent, vt reſpon-
deretur Priori, & Capitulo de fructibus annuatim
poterat quotannis peti executio, & remotio mo-
13 leſtiarum, non obſtan. præſcriptione, cum in † an-
nuis præſtationibus, tot præſcriptiones requiran-
tur, quot ſunt anni, *l. cum acutiſſimi. §. in ijs etiam*
vbi gloſ. & Doct. C. de præſcript. 30. vel 40. ann.
Myſing. de communi cent. tertia obſeru. 13. Guido-
pap. deciſ. 406. in fin. Gaill. lib. 2. obſer. 73. nu. 1. &
ſeqq. cum alijs adductis in Vormatien. cenſus 23.
Iunij 1614. *coram me, quæ eſt deciſ. 304. poſt tra-*
ctat. de cenſibus.
Similiter nec alia nullitas viſa fuit releuans, quod
14 † actum fuerit iudicio iactationum non probata
poſſeſſione Capituli, *iuxta deciſ. Rot. 801. par. 1.*
diuerſ. quia immò ſufficit docere de iure, ſeu in-
tereſſe, *Aret. conſ. 68. num. 6. verſ. item non eſt du-*
15 *bium*, & ita loquitur *dicta* † *deciſ. 801. num. 1. &*
Gabr. de action. concluſ. 6. nu. 37. in fin. prout Ca-
pitulum docuit ex dictis litteris Apoſtolicis ere-
ctionis Collegiatæ, cū aſſignatione omnium fru-
ctuum, quæ etiam fuerunt effectum ſortitæ vt pro-
batur ex collatione Prioratus ſecuta de ann. 1555.
& ſic ante erectionem Eccleſiæ Cathedralis Bar-
baſtrē, vt in ſumm. num. 2.
Alia verò nullitas ex eo, quod fuerit actum in
iudicio iactationum, non ſuper executione littera-
rum, ſed ſuper bonis, & ideo via ordinaria eſſet
agendum in partibus ex allegatis per informātes,
vel quatenus fuiſſet expedien. in Curia, debuerint
ſeruari termini ſubſtantiales, ceſſare videbatur ex
ipſo facto, ex quo monitorium A. C. emanauit cum
inſertione litterarum Apoſtolicarum, & in eo con-
cluditur, vt Decanus Barbaſtrē, & alij in execu-
cutione nominandi debeāt ſupradictas litteras A-
poſtolicas, & contenta in eis quæcumque inuiola-
biliter obſeruare, & adimpleuiſſe, & debitæ exe-
cutioni demandaſſe; & ſententia pariter expreſsè
in diſpoſitiua loquitur de fructibus conſignan. &
traden. Priori, & Portionarijs iuxta formam & te-
norem dictarum litterarū, neque obſtat, quod ſen-
tentia declaret, moleſtationes per Decanum illa-
tas Priori, & Portionarijs fuiſſe illicitas, cum im-
poſitione perpetui ſilentij, tamen illæ ſunt clauſu-
læ acceſſoriæ, & ſolitæ apponi, & tamen certum
16 eſt, attendi † tenorem ſententiæ in parte diſpoſi-
tiua, & principali ad conſilium *Dec. 28. nu. 38. Ro-*
ta deciſ. 263. num. 1. par. 1. diuerſ. cum alijs allega-
tis in Romana melioramentorum 24. Nouembris
1617. *coram me*,
Quæ tanto magis videbantur amplecten. ſtan.
iuſtitia dictæ ſententiæ circa fructus, quos manda-
uit tradi, & conſignari Priori, & Portionarijs cum
Decanus Barbaſtren. nihil aliud prætendere poſſe
videatur, quàm partem, quam in Oppido de Bolta-
nia habebat Decanus Oſceñ, quæ conſiſtebat in
pecunia, & aſcendebat ad ſcuta centum quinqua-
ginta, vt in ſumm. num. 3. itaut nihil aliud in dictis
fructibus, ſiue iuribus, & alijs obuentionibus dictæ
Collegiatæ applicatis habere poſſit Decanus Bar-
baſtrē, in quem ſunt tranſlata iura Decani Oſceñ
poſt erectionē Cathedralis Barbaſtrē factæ à ſan-
ctæ memoriæ Pio Quinto, de anno 1571. Vnde iu-
re optimo fuit pronunciatum, moleſtias à Decano
Bar-

Barbaſtreñ ſuper dictis fructibus illatas, fuiſſe illicitas, vt ſupra dictum eſt.

Et ita fuit decisum.

5 *Infra in ſequenti parte in eadem cauſa habetur alia deciſio ſub die 25. Iunij 1640. corā R.P.D. Carillo.*

R. P. D. VBALDO.

Barbaſtreñ Decimarum.

Die Veneris 14. Iunis 1624.

ARGVMENTVM.

Tranſumpto Litterarum Apoſtolicarum quibus concurrentibus Iudex, ſeu executor fidem habere poſſit, itaur ſit certus de ſua iuriſdictione. Execuror poſtquam functus eſt officio ſuo, non poteſt amplius in noua executione ſe intromittere, & quando id non procedat.

SVMMARIVM.

1 *Arbitrium non intrat poſt executionem ſactam.*
2 *Arbitrium operari poteſt, vt ſuperſedeatur in vlteriori executione, quando Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſit.*
3 *Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione.*
4 *Tranſumptum non poteſt dici mera copia, ſi habeat ſubſcriptionem, & ſignum Notarij.*
5 *Iudex parte non opponente poteſt adhibere fidem ſcriptura etiam informi.*
6 *Litterarum Apoſtolicarum ſumpto authētico extracto ex Palatio Apoſtolico omninò eſt fidee adhibenda.*
7 *Litterarum Apoſtolicarum defectus originalis quando opponitur, ſufficit producere ſumptum authenticum extractum ex Palatio Apoſtolico.*
8 *Copia impreſſa litterarum Apoſtolicarum ſufficit ad firmandam iuriſdictionem.*
9 *Put. deciſ. 245. nu. 3. lib. 3. & Accbill. deciſ. 2. n. 6. & 7. de offic. delegat. declaratur.*
10 *Penſionis tranſlatio eſt nulla ob non productas litteras originales ſacultatis, trāſferendi coram executore, ſed tantum exemplum, ſed declara vt hic.*
11 *Opinio illa eſt æquior, quæ eſt pro validitate actus.*
12 *Executor poſtquam functus eſt ſuo officio, ceſſat eius iuriſdictio.*
13 *Iudex poſtquam plenè functus eſt officio ſuo, ſi interueniat noua turbatio, non poteſt ſe intromittere, tanquam functus officio ſuo.*
14 *Executor, ex quibus appareat, quod non ſit deputatus tantum quoad primam executionem, ſed etiam ad vlteriores, ſi moleſtiæ ſuperueniāt.*
15 *Executio non dicitur perfecta, ſi executor functus non ſit officio ſuo.*
16 *Clauſula, inducentes, & inductum defendentes, non facit, quin poſtquam executor induxit in poſſeſſionem expiret eius iuriſdictio, cum non duret poſt annum. nu. 17.*
18 *Executor ſaltem ex æquitate poteſt iterum defendere, & manutenere, ſi moleſtiæ proueniant ex cauſa antiqua.*
19 *Executori, quando dicatur data ſucceſſiua, & non terminata facultas exequendi.*
20 *In Fructibus quæ annuatim debentur, vt præſcribantur, tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni.*
21 *Animarum curā exercentibus ius commune aſſiſtit ſi per perceptione decimarum.*
22 *Sententiæ ſunt ſtricti iuris.*
23 *Iura extracta lite pendente, & ſine citatione partis non probant.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 21. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 2 Martij 1635. coram bo. me. Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCLXV.

DOMINI ſteterunt in deciſis in hac cauſa 10. Nouembris præteriti, arbitrium enim
1 non † intrat poſt executionem factam, vt per *Rot. deciſ. 64. nu. 1. par. 2. in recent. cum alijs in deciſione allegatis*. Et licet operetur, vt ſuperſedeatur
2 † in vlteriori executione, quando Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſit. vt in *Celſonen. Præceptoriæ coram R.P.D. meo Decano, quæ eſt deciſ. 177. nu. 2. in eius impreſſ.* Tamen in hoc caſu Domini cenſebant, non adeſſe nullitatem vel iniuſtitiam ſententiæ A. C. qui conceſſit executionem litteris Apoſtolicis, & poſtea fuit commiſſa cauſa in Rota, cum clauſula. Parito litteris arbitrio Rotæ, & quantum pertinet ad nullitates, ad eas fuit ſatisfactum in deciſione. Primò enim opponebatur, quod coram A.C. non fuerit productum originale litterarum
3 Apoſtolicarum, † ſed tranſumptum, quod non videtur ſufficere, cum Iudex debeat eſſe certus de ſua iuriſdictione, *Rota deciſ. 23. de conceſſ. præb. in nou. Ferrett. conſ. 85. n. 4. Put. dec. 245. lib. 3. in nou. quæ eſt eadem deciſ. cum deciſ. 2. Accbill. de offic. deleg. & latè Rota deciſ. 143. par. 2. in recent.* Sed fuit reſponſum in primis, illud tranſumptum
4 non fuiſſe † meram copiam, cum habeat ſubſcriptionem, & ſignum Notarij, ad notata *in c. 1. de fid. inſtrum.*

Præterea placuit etiā reſponſio deciſionis, quod
5 Iudex parte non opponen. poteſt † adhibere fidem ſcripturæ etiam informi, & ſufficit, quod hodie exhibeatur tranſumptum authenticum extractum ex
6 Palatio Apoſtolico, prout extractum, † & productum fuit, cui omninò eſt fides adhibenda, *Rota deciſ. 28. de probat. in antiq. cum alijs per Rot. in cauſa Burgen. Abbatiæ 14. Martij 1612. coram*
7 *me*. Et quod ſufficiat † producere tranſumptum authenticum, quando pars opponit tradit *Put. d. deciſ. 245. nu. 3. & Accbill. d. deciſ. 2. nu. 6. & 7. de*
8 *offic. deleg.* & quod ſufficiat † copia impreſſa etiam ad firman. iuriſdictionem, *Rota deciſ. 689. in fin. par. 4. diuerſ. allegan. Put. in d. deciſ. 245. & fuit firmatū in cauſa Bononien. penſionis 1. Iunij 1616. coram R.P.D. meo Pamphilio, ubi etiam allegatur alia Bononien. tranſlationis penſionis 20. Iunij 1601.*

1601. *coram Illuſtriß. Card. Millino, & fuit reſo-
lutum in cauſa Neapolitana trãslationis* 22. *Maij*
1623. *coram R.P.D. meo Caualerio*.

Nec ſubſiſtit, quod in caſu Put. & Acchill. Ro-
ta fuerit mota ex auctoritate proceſſus fulminati,
in quo fuit inſertum tranſumptum litterarum, pro
9 quo proceſſu ſtat præſumptio, † quia Put. ibidem
nu. 4. dicit, & tanto magis quia non eramus in nu-
do exemplo propter proceſſum fulminatum, vnde
hoc ibi dicitur augumentatiuè, non autem reſtricti-
uè & ſtat præſumptio pro proceſſu fulminato, hic
maior riget præſumptio pro tranſumpto authen-
tico, deſũpto ex Palatio, poſtquam fuit appoſitũ.

Non obſtant deciſiones, quæ in contrarium poſ-
ſunt allegari, quæ emanarunt pro nullitate tranſ-
lationis penſionis ob non productas litteras ori-
10 ginales facultatis † transferendi, ſed tantum exẽ-
plum, quia apparet, Rotam non fuiſſe motam ex
hoc ſolo motiuo, ſed etiam ex alijs, *vt in d. deciſ.*
143. *par. 2. recent. in Florentina pẽſionis* 17. *Maij*
1617. *coram me, & in alijs*, & in omnem euentum
11 alia Rotæ opinio † iuxta deciſiones Put. & alias
ſupra relatas, eſt æquior pro validitate actus, *l. quo-
ties. ff. de re dub.*

Secunda erat principalis nullitas, etiam in alia
cauſæ propoſitione oppoſita, quod fuerit actum
de executione litterarum Apoſtolicarũ, quæ ema-
12 narunt de anno 1544. quo † caſu aut expirauit iu-
riſdictio executoris, ſi eas tunc executus eſt, aut eſt
præſcripta ſpatio 30. annorum ex allegatis in deci-
ſione, & nunc per informantes. Sed fuit reſpon-
ſum quoad primum quod licet aliàs quando Iudex
13 † plenè executus fuit, ſi interueniat noua turba-
tio, non poteſt ſe intromittere, tanquam functus
officio ſuo, vt per *Innoc. in c. pro illorum. num.* 3.
verſ. in alijs autem. de præb. Tamen in propoſito
eſt aduertendum, quod in litteris datur facultas
A.C. vbi & quando expedierit, & pro parte Iura-
torum, & Conſiliariorum, necnon Prioris de nouo
erectę Eccleſiæ pro tẽpore exiſten. & Capituli, ſeu ali-
cuius eorũ fuerit requiſitus faciẽdi dictas litteras,
& in eis contenta firmiter obſeruari, contradicto-
res per cenſuras compeſcen. vnde apparet, quod
14 A.C. fuit datus executor, † nedum quoad primam
executionem litterarum Apoſtolicarum; ſed etiam
ſi poſtea ſuperuenirent moleſtiæ, & ſic ex prima
executione A.C. non dicitur functus officio ſuo,
15 quia † executio non fuit perfecta, *Anchar. cõſ.* 92.
nu. 3. vſque ad fin. benè Bart. conſ. 139. *circa fin.
lib. 1. Bero. conſ.* 14. *nu. 3. lib. 1. Rota deciſ.* 201. *n. 3.
par. 2. recent.*

Nec obſtat, quod clauſula, inducentes, & indu-
16 ctum defendentes, † non faciat, quin poſtquam
executor induxit in poſſeſſionem, expiret eius iu-
17 riſdictio, cum † non duret poſt annum, *Abb. in
d. c. pro illorum. nu.* 11. *de præb. Felin. in c. qua-
renti, in fin. vbi de communi de offic. deleg. prout
etiam teſtatur Card. conſ.* 10. *num.* 4. *Put deciſ.* 20.
lib. 2. in nou. quia reſpondetur, vltra quod ſi mole-
ſtiæ prouenian t ex cauſa antiqua, tenet Card. eod.
18 num. 4. quod † executor ſaltem ex æquitate poſſit
defendere, & manutenere, in hoc caſu ceſſare diſ-
ficultatem ex facultate conceſſa A.C. quam appa-
19 ret, † fuiſſe datam ſucceſſiuam, & non terminatã,
& cum non deficiat poteſtas, & voluntas Papæ
concedentis, conſtat in executore non deficere
iuriſdictionem ex ſupradictis.

Quo verò ad ſecũdum de præſcriptione, placuit
reſponſio data in deciſione, quod cum litteræ con-
tineant, vt Priori, & Capitulo de fructibus annua-
tim reſpondeatur, poterat quotannis peti execu-
20 tio, † & tot ſunt neceſſariæ præſcriptiones, quot
ſunt anni, vnde non poteſt dici præſcripta execu-
tio ex allegatis in deciſione, & tanto magis cum
cauſa agatur inter Vltramontanos, *Put. deciſ.* 253.
num. 1. lib. 1. in nou.

Circa alias nullitates, cum non multum inſiſte-
rent informantes, Dominis placuerũt reſponſiones
datæ in deciſione, ex qua etiam ſatis putarunt con-
ſtare de iuſtitia ſententiæ, cum Decanus Barba-
ſtreñ nihil aliud prætendere poſſit, quàm portio-
nem ſcutorum annuorum 150. quam in Oppido de
Boltania percipiebat Decanus Oſceñ, & fuit à
ſanct. mem. Pio V. aſſignata à dicto Decano Bar-
baſtreñ in erectione illius Eccleſiæ in Cathedra-
lem, vnde cum Decanus nihil poſſit prætendere
21 ſuper decimis, † remanet clara aſſiſtentia iuris pro
Priore, & Portionarijs Eccleſiæ de Boltania exer-
centibus curam animarum, *c. cum in tua. c. cum
contingat. de decim. cap. fin. de Paroch. cum alijs
per Rot. deciſ.* 16. *nu.* 1. *& deciſ.* 55. *nu.* 8. *coram
R.P.D. Decano in eius impreſſ.* & ſæpiſſimè aliàs,
& conſequenter ſententia, quæ illis mandat conſi-
gnari decimas, & alios fructus dicto Priori, & Por-
tionarijs iuxta tenorem litterarum Apoſtolica-
rum, de quibus ſupra remanet iuſta.

Nec placuit, quod illa aſſignatio pecuniarum
in Bulla erectionis Pij Quinti ſtet demonſtratiuè,
quia ibi nulla ſit æſtimatio decimarum, ſed ſolum
applicantur Decano Barbaſtreñ ſcut. 150. quæ ſo-
lebat percipere Decanus Oſceñ in Oppido de Bol
tania. Nec ſubſiſtit, quod in ſententia tollatur De-
cano iſtud ius, quia in ſententia de hoc planè nul-
lum verbum, & ideò cenſeri debet Decano eſſe
22 quoad hoc, ſaluum ſuum ius, † cum ſententia ſit
ſtricti iuris, *l. ſi quis à libertis. §. ſi vel pacem. verſ.
meminiſſe. ff. de liber. agnoſc. cum alijs per Rot. in
Illerden. viſitationis* 26. *Nouemb.* 1612. *coram me,
qua eſt deciſ.* 440. *nu.* 5. *par.* 1. *recent.*

Nec demum obſtat, quod Decanus dicatur lo-
caſſe, & ipſum Capitulum conduxiſſe aliquando
iſtas decimas, quia reſpondebatur iſtas locationes
23 † fuiſſe extractas lite pendente, & ſine citatione
partis, ideo non releuant.

Ex quibus Domini, vtraque parte informante
permanſerunt in deciſis.

☞ * *Eſt deciſio præcedens. Et infra in ſequenti par-
te aderit alia deciſio ſub die* 25. *Iunij* 1640. *co-
ram R.P.D. Carrillo.*

R. P. D. VBALDO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Veneris 23. *Maij* 1625.

ARGVMENTVM.

Teſtes, quando dicantur conformes ad probandam aliquam ſummam. Seminis impenſa licet de iure ſpectet ad colonum partiarium, tamen quando id ceſſet &c.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes aliqui ſi deponant de maiori ſumma, & alij de minori, in illa minori dicuntur omnes concordes.*

Cum in ſumma maiori inſit minor.

2 *Seminis impenſa ſpectat ad Maſſarium, & Colonum partiarium.*

3 *Seminis impenſa licet de iure ſpectet ad Colonũ, tamen ex pacto, vel conſuetudine ſpectare poteſt ad Dominum.*

4 *Conſuetudinem quando teſtes probent.*

5 *Impenſa, quæ fit pro factore ad cuſtodiam, & recollectionem fructuum, & qui curet, vt agri diligenter colantur, non ſpectat ad Colonum.*

6 *Quia contra ipſum factor inuigilat, ne iura Domini vſurpentur, vel negligantur, & ideo talis impenſa ſpectat ad Dominum.*

7 *Colonus non tenetur ad culturam eorum, quæ ſunt ſeruata Domino.*

8 *in Fructibus calculandis debent deduci onera, & expenſæ.*

Allegatur iſta deciſio infra in deciſione 267. quæ eſt in eadẽ cauſa ſub die 15. Maij 1626. coram bo. me. Reuerẽdiſſ. Coccino, & in deciſione 268. ſub die 27. Ianuarij 1627. coram codem, & in deciſione 269. ſub die 18. eiuſdẽ anni, & in deciſione 272. ſub die 29. Maij 1628. coram codem.

DECISIO CCLXVI.

IN hac cauſa fuit reſolutum die 23. Iunij 1623.* Valorem fructuum Prioratus, de quo agitur, aſcendere ad quantitatem narratam ad effectum regreſſus reſignanti reſeruari in caſibus expreſſis in litteris Apoſtolicis. Ad effectum verò repetendi quantitatem penſionis, quam Illuſtriſſimus Reſignatarius prætendit ſoluiſſe vltra fructus, coadiuuandas eſſe pro ipſo probationes, vt in deciſione tunc extenſa; quare expedita remiſſoria, & ad Curiam remiſſa; Dubitaui, an eſſet à dicta deciſione recedendum; quo dubio ſæpè propoſito, Domini die 21. Ianuarij 1624. mandarunt informari ſtrictè ſuper valore, circumſcripto effectu, & die 13. Ianuarij præteriti voluerunt videri ſtrictè de oneribus circa quæ cauſa ſemel, & iterum propoſita; Tandem hodie reſoluerunt probari onera iuxta modum in deciſione exprimen. cum reſeruatione, vt de reliquis videatur, & quidem quoad onera, teſtes aliàs dati die 3. Martij præteriti in ſummario D. Hieronymi nu. 2. conueniunt in expenſa ſeminandi ſalmas 50. de linoſa, & in expenſa trium
1 ducatorum pro qualibet ſalma. & licet † alij deponant de maiori ſumma, tamen informantes capiunt ſummam minorem, in qua omnes concordãt, videlicet, in ducatonis 150. *iuxta deciſ. Afflict. 240. nu. 3. verſ. 2. dubitatur, & num. ſeq. Seraph. deciſ. 111. ſub nu. 2. Rot. deciſ. 551. nu. 1. in fin. par. 1. recent. & deciſ. 558. nu. 2. coram fel. record. Greg. XV. & ibi Adden. nu. 9. Farin. de oppoſ. contra teſtes q. 64. nu. 233. vbi de communi.*
2 * Neque obſtat, quod iſta impenſa ſeminis † pertineat ad Maſſarium, & Colonum partiarium, *l. ex conducto. §. ſed & ſi talis ibi nè vltra damnum ſeminis amiſſi ff. locat. Surd. deciſ. 201. nu. 3. & ſeq.*
3 quia quicquid ſit de iure † certũ eſt ex conſuetudine, vel conuentione poſſe contrarium obtinere, *Abb. in c. tua nobis. nu. 3. in fin. de decim. Cotta in ſuis memorialibus in verb. colonus. in fin. verſ. niſi tamen conſuetudo poſt Soccin. conſ. 99. col. 3. lib. 1.*
4 de qua † conſuetudine ſatis deponunt dicti teſtes, & in ſpecie quintus ſuper ſeptimo, ibi *ſecondo l'vſanza del luogo è toccato, e tocca pro rata al Padrone &c.* Et de conuentione apparet ex capitulis firmatis inter locatorem huius Prioratus, & Maſſarios, vbi inter cætera adeſt pactum, vt omnes fructus dempto lino, diuidantur pro medietate inter Dominum, & Colonum; ex lino autẽ duæ partes ſpectent ad Dominum, vna ad Colonum, dum tamen Dominus det tertiam partem linoſæ pro ſemine, vt in ſummario Epiſcopi nunc dato num. 3. Item conueniunt teſtes, quod pro extirpando lino fit expenſa ſcutorum 350. vt in d. ſumm. D. Hieronymi nu. 3. Item conueniunt, quod pro ducenda aqua Dominus facit expenſam in ducatis 120. Necnon pro vaſe ad conducendam iſtam aquam expenduntur ducatoni 38. vt in dicto ſumm. num. 4. & 5. Et licet reſpondeatur, iſtam impenſam pro parte pertinere ad Maſſarium; tamen ſumma prædicta eſt de parte, quæ pertinet ad Dominum, vt patet ex lectura depoſitionis teſtium, qui computata parte Maſſariorum deponunt de maiori ſumma, vt in ſumm. num. 4. Item teſtes probant, quod pro factore ad cuſtodiam, & recollectionem fructuum, & qui curet, vt bona Prioratus rectè, & diligenter colantur, expenduntur quotannis ducatoni 60. vt in
5 ſumm. n. 6. & † hæc impenſa vtique non pertinet ad
6 Colonum, † quia contra ipſum factor inuigilat, ne iura Domini vſurpentur vel negligantur, *l. 2. verſ. ſub aſpectu. C. quando, & quibus quarta pars deb. lib. 10. Alex. in l. diuortio. §. fin. ſub n. 5. verſ. iuxta hoc. ff. ſol. matr. Cotta in ſuis memorial. in verb. fructus verſ. vlterius.*

Præterea teſtes conueniunt, quoad onus reparationis domorum Prioratus in ducatonis annuis 15 aſſumendo ſummam minorem, licet nonnulli teſtes deponant de ducatonis 20. ex ſupra allegatis, & hoc onus reprobationis certum eſt pertinere ad Dominum, non autem ad Colonum, ſicuti etiam onera, quæ narrantur circa culturam pratorum, nempè pro excauandis foueis & bulla pro accommodandis pratis, in quibus expenduntur quotannis ducatoni 35. vt teſtes deponunt d. ſumm. nu. 8. & 9. quæ non pertinent ad Colonum, cum prata,
7 & † eorum fructus reſeruentur ipſi Domino, & ad-
duntur

duntur ducatoui 11. pro inciſione ſtipulatum dicto ſumm.num.10.

Demum additur impenſa, quæ fit quorannis in paramentis Eccleſiæ in annuis ducatonis decem, necnon pro taxis ſoluendum in Ciuitate Cremonæ iu ſumma minori, quæ eſt ducati annuorum.18. vt in ſumm.num.11. & 12. Quæ omnia onera, omiſſis alijs, de quibus pars Domini Hieronymi non curat, aſcendunt ad ſummam ducatorum 807. quę ſecundum communes, regulas eſſeut deducenda in calculandis fructibus Prioratus, qui non intelli-
8 gitur, † niſi deductis oneribus, & expẽſis, *Felin.in cap.ad aures. num. 13.de reſcript. Caſſad deciſ.19. ſub num.2. de prab. Rota deciſ.189.nu.2. par.1.diuerſ. & deciſ.736. nu.3. par. 2. recent fuit dictum in Peretrana penſionis 4.Decemb.1623. coram me, & alios ſape.*

Cæterum de quantitate bonorum, & fructuum Prioratus, Domini voluerunt, vt particulariter videretur. Et ita fuit deciſum.

** Eſt deciſio 263. ſupra in hac parte. Vide etiam in eadẽ cauſa deciſiones 41. ſub die 4. Maij 1635. coram bo.me. Reuerendiſſ. Coccino, & 277. ſub 14. Ianuarij 1630. coram eodem.*

REV.MO P.D. COCCINO DECANO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Veneris 15. Maii 1626.

ARGVMENTVM.

Beneficium aliquod, quod non poſſideat niſi certa bona, ex quibus teſtibus dicatur bene probata iſta negatiua. Teſtes in dubio qui magis ſint attendendi.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes, quando bene coarctent negatiuam, quod quis non poſſideat, niſi certa bona.*
2 *Domus, qua inſeruit pro habitatione Rectoris beneficij, non debet imputari in fructibus eiuſdem beneficij. & nu.3. & 4.*
5 *Teſtibus qui ſunt bene informati de re, de qua deponunt, in dubio ſtandum eſt. & nu.8.*
6 *Summa maior ineſt minori.*
7 *Teſtibus numero pluribus credendum eſt.*
8 *in Valore beneficij firmando incerta regulariter non imputantur.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 41. ſubdie 4. Maij 1635. coram eodẽ bo.me. Reuerendiſſ. Coccino, quæ eſt in eadem cauſa.

DECISIO CCLXVII.

CVM in deciſione facta 23. Maij ſuperioris anni coram bon.me. Vbaldo * fuerit reſeruatum, vt videretur de quantitate bonorum, & fructuum, ideo ſuper iſta reſeruatione hodie conſului Dominos, qui vtraq; parte informante quoad primam partem dubij cenſuerunt, quantitatem bonorum eſſe illam, de qua deponunt teſtes vltimo loco examinati pro parte Illuſt. D. Hieronymi Columnæ, qui benè deponunt, & coarctant negatiuam,
1 † cũ fuerint Coloni, & ſint verſati in loco & ſubdãt quod ſtante prædicta particulari practica, & cognitione eſſe non poteſt, quod ſi Prioratus haberet alia bona, ipſi hoc non ſcirent *Pinell. in l. 2. C. de reſcind. vend. par. 3. cap.4. nu.11. verſ. ſic etiam. Caſ. de Graſſ deciſ.10. nu. 4. de teſtib. & latè fuit deductum in cauſa Aquen. penſionis 19. Decemb. 1608. coram bo.me. Horatio Card. Lancellotto.*

Neque obſtat, quod videntur adeſſe alia bona vltra ſpecificata per dictos teſtes, videlicet domum cum viridario, ſaliceta, & quatuor prædia terræ iu territorio caſtri leonis, vt patet ex inſtrumento adeptionis poſſeſſionis præfati Domini Hierony-
2 mi, quia † quoad domum non negatur, ſed cum inſeruiat pro Cappellano, vt in eodem inſtrumento dicitur; non debet computari in fructibus, vt illorum valor augeatur, & non negatur etiam adeſſe alias domos pro Colonis, ſed nec illæ ſunt computandæ in fructibus ad illorum valorem augeudum,
3 † cum inſeruiant pro laborantibus, & Maſſarijs, & teſtes etiam de iſtis domibus ſatis ad hunc effectũ deponunt, dum dicunt *Santa Marta grande hà ſei Maſſarie habitate, & coltiuate* à talibus & talibus Maſſarijs & *S. Marta piccola non hà habitatione alcuna.* Quo verò ad dicta prædia etiam non negatur adeſſe, ſed de illis deponunt implicitè teſtes cũ
4 iſta bona † ſoleant locari cum petio magno, vt in eodem inſtrumento dicirur, & teſtes deponunt. *Il Priorato hà vn corpo di poſſeſſione, quale conſiſte in diuerſi pezzi di terra, che tutti hoggi ſono vniti, ſi bene altre volte era diuiſo in diuerſi pezzi.*

Quantum attinet ad 2. partem dubij circa quãtitatem fructuum in ſequentibus partitis teſtes vtriuſque partis conueniunt, videlicet quoad formẽtatam, vt dicunt & ſiliginem in ſalmis 210.
Millium. 200.
Legumina 12.
Fenum in Curribus 50.
Conueniunt etiam teſtes, quod bona ex quibus pecuniæ percipiuntur videlicet quoad.
Guzza ſame pertiche 12. ad rationem lib. 8. pro pertica ducatones in circa 10.
Valles pertiche 9. ad rationem lib. 14. pro pertica habent in redditibus duc. 9.
Campazzo pertiche 50. ad rationem lib.2.
Pro pertica habet in redditibus ducatoues. 8.

Difficultas eſt circa alios fructus, nã quoad triticũ ſiue frumentũ teſtes Ill. D. Hieronymi depouũt de ſalmis 70. videlicet ſeptimus, & octauus ſuper tertio articulo, cum quibus videtur concordare etiam tertius teſtis, qui deponit de frumenro, frumentata, & ſiligine in ſalmis 280. Vnde ſi quoad frumentatam, & ſiliginem demantur ſal. 210. de quibus ſupra dictum eſt, vt concordet cum alijs teſtibus eius depoſitio circa frumentum remanebit in ſal. 70. ſed difficultas eſt, quia quintus teſtis Ill. D. Hier. deponit ſuper tertio de ſalmis centum, frumenti 2. teſtis ſuper eodem 3. articulo de ſalmis centum, & quartus ſuper nono pariter de ſal. 100. in iſta diſcrepantia teſtium, cum teſtes allegati pro

parte Ill. D.Hier. ſint benè informati, cum fuerint
ſpatio 16.annorũ Maſſarij videretur in dubio ſtan-
dum eorum depoſitionibus, ſed cum dictus quin-
5 tus teſtis, † qui eſt etiam ipſe bene informatus de-
ponat de ſalm.100. cum quo alij duo teſtes con-
cordant, de hoc habebitur ratio, cum agetur de
valore fructuum.

Quoad vinum primus teſtis ſuper tertio depo-
nit de ſtarijs 130. vini, cum quo concordat quar-
6 tus cum deponat de ſtarijs 150. in ſumma † enim
maiori ineſt minor; cæterum cum tertius, quin-
tus, ſeptimus, & octauus teſtes ſuper eodem ter-
tio deponant de ſtarijs 50. vini, viſum fuit Domi-
7 nis ſtandum eſſe iſtis teſtibus, † tum quia ſunt nu-
mero plures, tũ etiam quia ſunt melius informati.

Quoad linum teſtes ſequentes D. Hier. depo-
nunt de quantitate terrarum, quæ ad linum co-
luntur, videlicet de perticis 350. nempe ſeptimus
ſuper tertio, & ibidem etiam octauus ac etiam ter-
tius, qui omnes ſuper hoc bene deponũt, ſed quin-
tus teſtis eiuſdem D. Hieron. deponit alio mo-
do videlicet *de peſi ſettecento di lino in Balze*, &
alij teſtes: vltra hanc ſummam deponunt etiam de
linoſa, ex qua oleum conficitur, ſed dixerunt Do-
mini, quod de hoc erit agendum; cum de valore
tractabitur, & tunc erit conſiderandum an ſit ha-
benda ratio quantum perticæ locantur, vel ſit ha-
benda ratio fructuum, & in hoc articulo cum teſtes
D.Hier. deponant de perticis 350. alij verò teſtes
8 de perticis 360. † viſum fuit attendendam eſſe de-
poſitionem teſtium D. Hier. quia videntur melius
informati.

Quãtum attinet ad paſcua ſeptimus, & octauus
teſtes D.Hier. deponunt de perticis 120. tertius
teſtis deponit de perticis 130. aut 140. quintus
verò teſtis eiuſdem deponit de perticis 250. habe-
bitur ratio de his, quando agetur de valore fructuũ.

Quoad bona S. Martæ paruæ, quæ conſiſtunt in
perticis 59. non controuertitur adeſſe iſta bona, de
quibus explicitè deponunt aliqui teſtes, ſed reſpõ-
detur, & benè, quod etiam alij deponunt de iſtis
bonis, & propterea dum deponunt circa quantita-
tem fructuum, quæ ex dictis bonis percipitur, vtiq;
comprehendunt in neceſſariam conſequentiam
etiam fructus dictorum bonorum, quare circa hoc
non eſt inſiſtendum.

Quoad regalia, quæ ſoluũtur per colonos, vnicus
tantum teſtis deponit, quod Coloni ſoliti ſint ſol-
uere quolibet anno quinque paria capponum, oua
quinquaginta, duo pondera caſei, vnum ſuem, &
9 nonnulla opera ruſticalia, ſed cum iſta ſint, † quo-
dammodo incerta, quæ regulariter non computan-
tur in firmando valore, *Rebuff. de Cõgr. port. q. 11.
nu. 88. Perez de anni verſ. lib. 2. c. 1. & fuit dictum
in cauſa Romana penſionis 2. Nouemb. 1618. & 6.
Nouemb. 1619. coram R.P.D. meo Buratto*. Ideò
habita ratione ad qualitatem probationis, & ad na-
turam rei, an ſint computanda, habebitur ratio,
dum de fructuum valore agetur.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

☞ * *Eſt deciſio 266. quæ eſt præcedens, & vide etiã deciſionem 263. quæ eſt in eadem cauſa.*

§ *Infra in eadem cauſa habentur aliæ deciſiones, idest ſub diebus 27. Ianuarij, 18. Iunij, 19. Nouemb. 1627. & 29. Maij 1628. & 18 Ianuarij 1630. coram eodem bo.me. Reuerendiſſ. Coccino Decano, ſũt in ordine deciſ. 268. 269. 270. 272. & 277.*

REV.^mo P. D. COCCINO DECANO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Mercurii 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM.

In computando valore fructuum beneficij, de quo non ſit habenda ratio. Teſtes, quando non probent quantitatem fructuum perceptorum, & alia &c.

SVMMARIVM.

1 *in Valore beneficij computando, non eſt habenda ratio eorum, ex quibus Rector non percipit fructus, & nu. 4. amplia nu. 6.*

2. *Rectoris beneficij frater ſi inhabitet in domo d. Rectoris cenſetur inhabitare nõ vti conductor, ſed vti frater Rectoris commoditatis gratia.*

3 *Intentio, & actus debent attendi.*

5 *Interpretatio omnis eſt facienda ad ſaluanda dicta teſtium.*

7 *Teſtes non probant quantitatem fructuum ſolitorum percipiendorum, ſi non deponant de pluribus annis ante, & poſt, & ſic de toto decennio.*

8 *Teſtes non probant, ſi deponant de poſſibilitate, non autem de effectu.*

9 *Teſtes, qui ſunt melius informati, ſunt præferendi alijs.*

10 *ex Teſtis inductione cenſetur approbata perſona non dictum.*

11 *Exceptiones friuolæ ſi opponantur teſtibus, non ſunt habendæ in conſideratione.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 41. in eadem cauſa ſub die 4. Maij 1635. coram eodem bo.me. Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCLXVIII.

☞ CONTRA deciſionem in hac cauſa factam
15. Maij ſuperioris anni * pro parte R.D.
Reſignantis tria opponebantur. Primum quod in
calculo bonorum approbato in deciſione non fuit
apposita domus cum viridario, & ſaliceta. Secun-
dum quod in eodem calculo bonorum fuerunt præ-
termiſſa quatuor petia terrarum nẽpè Ferrabo, la
Luna, la Maringa, & la Breda, ſic nuncupata. Ter-
tium quoad calculum fructuum fuit impugnata
quantitas vini in eo, quod fuerit taxata ad ſextaria
50. prout fuerat probatum ex teſtibus datis pro
Illuſt. D. Reſignatario, & tamen extant teſtes de-
ponentes de ſextarijs 130. & 150.

His tamen non obſtantibus Domini perſtiterũt
in reſolutis, quia quoad domum & viridarium, &
ſaliceta cum illa non locentur, nec aliquos fructus
1 † ex illis percipiat Rector, ſed inſerulant pro Cap-
pellanis,

pellanis, & alijs Miniſtris non erant calculanda in
ponenda quantitate fructuum, ſuper qua teſtes fue-
runt inducti: & quamuis aliquando Marchio Mon-
torius inhabitauerit dictam domum, certè cum eſ-
2 ſet frater R. D. Reſignantis. & † in ijs partibus re-
periretur, non eſt mirum, ſi illic inhabitauerit, cũ
cenſeatur inhabitaſſe non tanquam conductor, ſed
vti frater Rectoris commoditatis gratia, quæ in-
3 tentio, † & actus debent attendi, *l. non omnis. ff. ſi cert. pet.*

Non obſtat, quod teſtes non videantur bene in-
formati, cum nihil deponant de dicta domo, virida-
rio, & ſalicetis, quia cum præfati teſtes fuerint in-
4 ducti ad probandum quantitatem fructuum † & di-
cta domus, & alia non afferant fructum ex ratione
prædicta, propterea dicendum eſt teſtes de illis nõ
depoſuiſſe, cum ſit facienda omnis interpretatio
5 † ad ſaluanda dicta teſtium ex adductis per *Verall. deciſ. 3. nu. 2. & 3. par. 2.* & quod plus eſt, hæc do-
6 mus quotannis eget impenſa † ſcutorum quinde-
cim pro illius reparatione, vt fuit firmatum in de-
ciſione facta 23. Maij 1625. *corã bo. me. Vbaldo.*

Quantum attinet ad ſecundum, quod in calcu-
lo fuerint omiſſa quatuor prædia, ſatis fuit in deci-
ſione reſponſum, quod illa coniunguntur, & locã-
tur cum poſſeſſionibus Sanctæ Martæ vt dicitur
grande, e piccola, & teſtes in totum deponunt de
perticis 3076. Coarctantes negatiuam, & dicunt
quod ſunt diuerſa petia terræ, quæ difficillimè poſ-
ſunt recẽſeri; ceſſat demum omnis difficultas, quia
ex inſtrumento inito inter Reſignantem, & Reſi-
gnatarium expreſſa habetur mentio harum terra-
rum, & dicitur, quod licet nunc appareant iacere
vltra aquam, tamen ex aſpectu loci apparet antea
citra aquam fuiſſe, & annexa cum petijs terræ ma-
gnæ & ſubditur, quod cum illo prædio ſolent locari.

Circa tertium quoad quãtitatem vini, illis duo-
bus teſtibus deponẽtibus de ſextarijs 130. & 150.
7 non eſt ſtandum † cum non deponant de pluribus
annis ante, & poſt, ſed deponunt de præteritis an-
nis non autem de toto decennio. Primus enim de
eo anno, ibi *nel detto anno del mio affitto*. Quartus
dicit *poſſono eſſere ſtara* 150. & ſic de poſſibilitate
8 non † autem de effectu. Vltra quod vt fuit conſide-
ratum in deciſione, alij teſtes deponentes de dictis
9 ſextarijs 50 ſunt melius † informati, & fuit conſi-
ratum in alia deciſione. Nec eſt facienda vis, quod
teſtes fuerint inducti ab Illuſt. D. Reſignatario,
10 † quia vulgaris eſt concluſio quod ex inductione
cenſetur approbata perſona non dictum, & excep-
11 tiones datæ etiam contra † alios teſtes tanquam
ſatis friuolæ non fuerunt habitæ in conſideratione.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

* *Eſt deciſio præcedens, & infra in eadem cauſa adſunt aliæ deciſiones ſub diebus* 18. *Iunij, &* 19. *Nouemb.* 1627. *&* 29. *Maij* 1628. *&* 14. *Ianuarij* 1630. *coram eodem Reuerendiſſ.* Coccino. *ſunt in ordine deciſiones* 269. 270. 272.

* *Eſt deciſio* 226. *pariter ſupra in hac parte.*

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Cremonen. Penſionis.

Die Veneris 18. *Iunij* 1627.

A R G V M E N T V M.

Teſtes, quando dicantur concordes, in probando valore. Depoſitiones teſtium in dubio quæ ſint magis attendendæ. Teſtes inducens cenſetur approbare eius perſonam, non autem eius dictum, & iſta eſt obſeruantia Rotæ.

S V M M A R I V M.

1 *in Valore probando teſtes rectè deponunt, ſi per decem, & vltra annos teſtificent.*
2 *Teſtes, dum idem concludunt, licet per diuerſa media, dicuntur conteſtes.*
3 *Teſtis nihil pbat, ſi eius depoſitio ſit imaginaria.*
4 *Teſtis parũ informatus de re, ſupra qua deponit, & multo magis ſi deponat de auditu, nullatenus eſt attendendus.*
5 *Teſtis ſi concludat per verba includentia poſſibilitatem, certam probationem excludunt.*
6 *Teſtes vt probent valorem ſecundum ſtylum Rotæ, debet deponere de decennio.*
7 *Teſtes qui ſunt potioris numeri, ſunt præferendi paucioribus.*
8 *Teſtes in probando valore, illi ſunt præferendi alijs qui deponunt de minori ſumma.*
9 *Teſtes aliqui ſi deponant de maiori ſumma, & alij de minori, in iſta minori omnes dicuntur conteſtes.*
10 *Teſtem producens cenſetur approbare perſonam, & non dictum.*
11 *Solitum, quando concurrit cum dicto teſtis, probat aliquid ſaltem in genere.*
12 *Probationes clariores, & magis diſtinctæ in omnem caſum ſunt præferendæ.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 41. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 4. Maij 1635. coram eodem bon. mem. Reuerendiſſ. Coccino.

D E C I S I O CCLXIX.

HOC dubium, ad quam ſummam aſcendat valor Prioratus fuit propoſitum die 13. Ianuarij 1635. coram bo. me. Vbaldo, & tunc non reſolutum, ſed ordinatũ, quod videretur ſuper oneribus, quæ aſcendere ad ducatonos 807. fuit firmatum 23. Maij eiuſdem anni coram eodem, * reſeruato vt videretur, ad quam ſummam aſcendat quantitas bonorum, & fructuum Et cum per obitum eiuſdem Vbaldi ego in cauſa eſſem ſuffectus, die 15. Maij ſuperioris anni, propoſui prædictum dubium reſeruatum, ad quam ſummam aſcenderet quantitas bonorum, & fructuum, & fuit firmatum, prout in dicta deciſione, quod circa quantitatem certorum fructuum, de quibus ſtatim dicetur, videretur in diſputatione dubij ſuper valore,

quæ deciſio fuit confirmata 27. Ianuarij præteri-
ti. * Hodie verò reaſſumpſi primum dubium, hoc
eſt, ad quam ſummam aſcendat valor Prioratus,
cuius dubij reſolutio pendet ex duobus. Primò
circa quantitatem fructuum in dicta deciſione fa-
cta 15. Maij reſeruatorum, quæ conſiſtit in frumē-
to, & paſcuis, ac in regalijs Colonorum. Secundò
circa valorem omnium fructuum Prioratus ſimul
coaceruatorum.

Et quod ad primum viſum fuit, non eſſe recedē-
dum à depoſitionibus teſtium Ill. D. Hieronymi,
videlicet ſeptimi, & octaui, qui deponunt de ſalm.
1 70. per ſpatium decem, & vltra annorum, † ideoq.
in materia valoris benè probant *Garz. de benef.
par. 5. cap. 3. nu. 220.* Cum quibus concordat etiā
tertius teſtis, qui deponit de frumento, frumenta-
ta, & ſiligine in ſalmis 280. Vnde ſi quoad frumē-
tatam, & ſiliginem demantur ſalmæ 2 o. in quibus
omnes teſtes concordant, vt reducantur ad con-
cordiam cum alijs, depoſitio illius remanebit in
2 ſalmis 70. & ſic omnes † erunt ſimul conteſtes cū
per diuerſa media idem concludant, *Caccialup. in
l. admonendi nu. 91. ff. de iur. iur. Pert. de fideicom.
quæſt. 12. num. 488. in fin. & ſeqq. Ludouic. deciſ.
Peruſ. 9. nu. 14.* Ideoq. fuit cōcluſum quantitatem
frumenti taxandam eſſe ad dictas ſalmas 70. non
obſtātibus depoſitionibus aliorum teſtium nempè
ſecundi, quarti, & quinti de ſalmis centum, quia
ſecundus ſuper quinto dixit. *Hò fatta conſidera-
tione ad anno per anno, che coſa può, & hà potuto
rendere; ma non quella, che hà reſa, perche non ſo-
3 no andato à vederla*, & ſic nihil concludit, † cum
illius depoſitio ſit imaginaria, & vt ipſe fatetur nō
dependens à facto, ſed à propria opinione; quartus
verò ſuper quinto dicit. *Non sò render conto d'an-
no in anno perche non ſono ſtato in fatto à maneg-
giare le dette entrate, ma sò bene per l'Informatio-
ne, che hò hauuta dalli fittaroli, & ho inteſo dalli
4 Maſſari &c.* Et ideo tanquam † parum informa-
tus, & deponens de auditu, non probat *l. teſtium,
C. de teſtib. Rota apud Caputaq. in terminis valo-
ris deciſ. 264. nu. 6. cum ſeq. par. 3.* deponit inſuper
per verba *puol rendere*, quæ tanquam includentia
5 † poſſibilitatem, probationem certam excludunt,
*Bald. in l. ad probat. num. 1. verſ. ex quo noto. C. de
probat. Gabr. conſ. 168. nu. 10. lib. 2.* & in terminis
eiuſdem valoris conſiderauit *Rota in Bonon. de Pa-
nolinis 29. Aprilis 1613. coram Reuerendiſſ. D. meo
Patriarcha Hieroſolymit.* Quintus denique præ-
terquam quod deponit ſolummodo de quinque an-
6 nis † citra, non autem de decennio, prout opus eſt
ſecundum ſtylum Rotæ, de quo *Sarnen. in regul. de
val. quæſt. vltim. quem refert Garz. de benef. par. 5.
cap. 3. num. 200.* dum dicit quod primo, & quarto
anno fuerunt recollectæ ſalmæ 70. potius coadiu-
uat teſtes Illuſt. D. Hieronymi, qui in omnem ca-
7 ſum ſunt † præferendi in concurſu cum illorum ra-
tione potioris numeri, *l. ob carmen. §. ſi teſtes. &
ibi gloſ. ff. de teſtib. Gabr. eod. tit. concl. 4. num. 50.*
8 cum etiam † quia de minori ſumma deponunt, *Fa-
rinac. qui teſtatur de communi de teſtib. quæſt. 64.
nu. 33. Seraph. deciſ. 111. ſub nu. 2. Rota deciſ. 551.
9 nu. 1. p. 1. in recent.* in qua † dicuntur omnes conte-
ſtes bene *Add. ad deciſ. 558. n. 9. ſan. me. Greg. XV.*

Quo verò ad paſcua hodie non controuertebā-
tur, quod eſſent perticæ 120. & ideo Domini circa
hoc putarunt non eſſe inſiſtendum.

Quo verò ad regalias Colonorum nihil fuit di-
ctum pro parte Rev. D. Montorij, ſed pro parte Il-
luſtr. D. Hieronymi dicebatur, quod de illis non cō-
ſtabat niſi per depoſitionem vnius teſtis, qui licet
ab eo fuerit inductus, non ideo tamen probat con-
tra ipſum prout voluerunt aliqui Domini, quia
10 Rota ſeruat contrarium, † cum ex productione
cenſeatur approbata perſona non dictum, *Bald. in
cap. cum in noſtra nu. 4. de teſtibus, & in l. bona fi-
dei num. 27. C. de reb. credit. Alex. conſ. 66. col. 2.
verſ. item non obſtat lib. 2. Pariſ. conſ. 88. num. 85.
lib. 3. late Honded. conſ. 84. nu. 49. vol. 2. Rot. de-
ciſ. 594. nu. 2. par. 3. diuerſ. & fuit dictum in cau-
ſa Vercellen. Canonicatus 31. Maij 1600. coram
bo. me. Lusto*, & tunc memini cum eſſem ex iunlori-
bus in Rota, ſeniores dixiſſe, quod Rota ſemper te-
nuit hanc ſententiam. Hoc quamuis regulariter ſit
verum, Domini tamen cenſuerunt de iſtis regalijs
habendam eſſe aliquam rationem, ex quo certum
eſt in Lombardia ſolitum eſſe ſolui iſtas regalias,
11 † quod ſolitum cum concurrat cum dicto prædicti
teſtis, ſaltem probat in genere, quod regaliæ ſol-
uuntur *Ioan. Andr. in cap. final. col. 1. ad fin. de
ſucceſſ. ab inteſt. Caſ. de Graſſ. deciſ. 3. nu. 6. de pro-
bat. ſan. mem. Greg. deciſ. 247. nu. 6.* & ideo cum
habenda ſit ratio iſtarum regaliarū in genere ad quā
ſummam debeant computari, videbitur, dum age-
tur circa effectum valoris.

Quantum attinet ad ſecundum circa valorem
omnium fructuum pro parte R. D. Montorij non
controuertebatur valor nōnullorum fructuum, cir-
ca quos pro parte Illuſt. D. Hieronymi fuerunt da-
ti teſtes in ſumm. nu. 7. qui infraſcripta deponebāt
frumentum eſſe valoris ducat. 4. pro ſalma.
Frumentatam, & ſegalam eſſe valoris ducat. 3.
pro ſalma.
Millium eſſe valoris ducat. 2. pro ſalma.
Legumina eſſe valoris ducat. 3. pro ſalma.
Vinum eſſe dimidij ducat. pro itario.
Paſcua locari ad rationē vnius ducat. pro pertica.
Fœnū æſtimari pro ducat. tribus pro quolibet curru.
Bona Guzza ſame habere in redditibus duc. 10.
Bona della Valle ducat. nouem.
Bona del Campazzo ducat. octo.

Difficultas igitur conſiſtit in valore lini, & quo-
niam partes concordant in quantitate terrarum,
quę ad linum colūtur in perticis 350. vt fuit etiam
firmatū in dicta deciſione ſub 26. Maij coram me,
viſum fuit DD. de illo habendam eſſe rationem ad
ducatonos quatuor pro qualibet pertica prout cō-
muniter ſolent locari *i terreni à Cotica*, vt deponit
primus teſtis Illuſt. D. Hieronymi, cui accedunt
quatuor teſtes R. D. Montorij qui vniformiter aſſe-
runt, *che il Padrone affittando i terreni nudi à co-
tica, ne caua effettiuamente 40. lire in circa per
pertica franche, e libere da ogni ſpeſa*, Ideoq. Do-
mini dixerunt, quod cum hic habeatur ratio reddi-
tus ſecundum caſum in quo dd. terræ locarentur à
cotica in ſtatuenda quantitate fructuum de quibus
agitur, non eſt conſiderandus redditus milij quod
poſt recollectionem lini ex ijſdem terris percipitur,

nec

nec minus habendæ ſunt in conſideratione impẽſæ, quæ fiunt pro dictis terris colendis, quoniam vtrumque pertinet ad conductorem, cui terræ locãtur à cotica, licet ſecus eſſet in caſu, in quo Dominus proprijs, vt dicitur manibus eaſdem terras coleret, quia tunc habenda eſſet ratio tàm fructuũ omnium, & ſic etiam milij, quàm expenſarum, vt benè deponunt teſtes eiuſdem R.D. Mõtorij, quo-
12 rum depoſitionibus tanquam †clarioribus, & magis diſtinctis, ac ideo in omnem caſum præferẽdis, maximè ſuper redditu, qui colligitur ex locatione terrarum à cotica, de quo alij teſtes confusè, & ſingulariter deponunt, viſum fuit DD. omninò eſſe adhærendum.

Et ita concluſum vtraque parte informante, &c.

* *Eſt deciſio 263 ſupra in hac parte.*

* *Eſt deciſio præcedens. Et infra adſunt aliæ deciſiones in eadem cauſa, hoc eſt ſub diebus 19. Nouemb. 1627. & 29. Maij 1628. & 18 Ianuar. 1630. coram eodem bo. me. Reuerendiſſ. Coccino.*

REV.MO P.D. COCCINO DECANO.

Cremonen. Penſionis.

Die Veneris 19. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM.

Teſtes deponentes ſuper valore fructuum aliquorum prædiorum vt probent, qualiter deponere debeant. Item teſtes teſtificantes ſuper hanc materiam, vtrum ſint præferendi qui deponũt de minori, vel maiori quãtitate.

SVMMARIVM.

1 *Teſtes deponentes ex certa, & perfecta ſcientia fundata in optimis rationibus, dubitandum non eſt, quin reſultet ex eis pleniſſima probatio. nu. 2.*
3 *Cognitionem radicatam in intellectu ſupponit viua vox.*
4 *Teſtis dictum non valet, niſi deponat viua voce.*
5 *Teſtis deponens à veriſimilitudine, quando non bene inferat ad veritatis cognitionem.*
6 *Teſtis depoſitio, ſi non pendeat à vera, ſed poſſibili probatione, an probet.*
7 *Teſtis de auditu non probat.*
8 *Ex teſtis depoſitione teſtificantis per verbum poteſt, non poteſt deduci certa probatio.*
9 *Teſtes minimè probantes non poſſunt concurrere cum alijs teſtibus plenè, & concludenter deponentibus.*
10 *Teſtes deponentes de minori quantitate dicuntur etiam cum illis, qui deponunt de maiori, concordes. & num. 19.*
11 *Bald. in cap. 1. de teſtam. qualiter ſit intelligẽdus.*
12 *Teſtes deponentes ſimpliciter de minori quantitate, non contradicunt, neque negant maiorem ſummam.*
13 *Teſtibus deponentibus de minori quantitate ſtatur, & confunditur probatio facta de maiori quantitate, & minor quantitas attenditur.*
14 *Teſtes deponentes ſuper affirmatiua, ſunt præferendi teſtibus deponentibus ſuper negatiua. fallit. num. 16.*
15 *Negatiua coarctata habet vim affirmatiuæ.*
17 *Teſtes probant negatiuam, quando illam coarctant cum cauſa ſcientiæ.*
18 *Teſtes in concurſu, quando inuicem ſe conquaſſantur, neutri eſt credendũ. Sed intellige, quando ita ſunt contrarij, vt non poſſint concordari.*
20 *Teſtes ſi deponant ſuper ætate, dicuntur concordes, & compatibiles, licet aliqui deponant de ætate maiori, cum minor inſit in maiori.*
21 *Teſtes ſi ſint concordes, non eſt locus conquaſſationi.*
22 *Teſtium depoſitiones, vt coadiuuentur, & reducantur ad concordiam, ne deſtruantur, facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio.*
23 *Teſtes deponentes de maiori quantitate pro reo, ſunt præferendi, licet in aliquo ſint inferiores teſtibus actoris.*
24 *Teſtes in materia probationis valoris ſemper attenduntur illi, qui deponunt de minori ſumma*
25 *Dec. in conſ. 448. nu. 16. & Burſat. conſ. 7. num. 9. in quo caſu loquantur.*
26 *Probati imperfecta, abſurdum eſſet, quod tolleret, & deſtrueret probationem perfectam.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 41. quæ eſt in eadem cauſa ſub 4. Maij 1635. coram eodem bo. mem. Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCLXX.

IN vltima deciſione in hac cauſa facta ſub die 18. Iunij præteriti* de duobus actum fuit, primò de quantitate fructuum reſeruatorum in alia deciſione facta coram me ſub die 15. Maij anni præteriti,* videlicet de frumento, paſcuis, & regalijs Colonorum ſecundò actum fuit de valore omnium fructuum, & circa primum firmarunt Domini frumentum eſſe taxandum ad ſalm. 70. paſcua ad perticas 120 & de regalijs Colonorum habendam eſſe aliquam rationem, quando agetur circa effectũ valoris, circa verò ſecundum firmarunt valorem fructuum ad hanc ſummam videlicet

Frumentum eſſe valoris	duc. 4.	pro ſalma.
Frumentatam, & ſegalam	duc. 3.	
Milium	duc. 3.	
Legumina	duc. 3.	

Vinum eſſe valoris dimidij ducatoni pro ſtario.
Paſcua locari ad rationẽ vnius ducatoni ꝑ pertica.
Fenũ æſtimari ad ducatonos tres ꝑ quolibet curru.
Bona Guzza ſame habere in redditibꝰ ducatonos. 10
Bona della Valle ducatonos 9
Bona del Campazzo ducatonos 8
Linum perticæ 350. quatuor ducatonos pro qualibet pertica.

Et cauſa hodie ſuper firmatis, quibus hinc inde partes non acquieſcebant, repropoſita, reſeruato, vt particulariter videretur de valore frumentatæ, & lini, ad quæ reducebatur partium diſcordia circa ſecundam partem deciſionis; quoad reliqua Domini perſtiterunt in reſolutis.

Et

Et ideo circa primam partem deciſionis videlicet circa quantitatem fructuum reſeruatorum in dicta deciſione ſub die 15. Maij, quia paſcua non controuertebantur aſcendere ad perticas 120 tota difficultas reſtringebatur ad frumentum, & regalia Colonorum.

Quo igitur ad frumẽtum viſum fuit nullatenus poſſe recedi à depoſitionibus tertij, ſeptimi, & octaui teſtium de ſalmis ſeptuaginta, deponunt enim
1 ex certa perfectaq. † ſcientia fundata in optimis cauſis per ſpatium decem, & amplius annorum, computato anno fertili, cum ſterili, & quoad dictas ſalmas 70. coarctant concludenter negatiuam. Cũ cauſa ſcientiæ, & vlterius deponunt de publica vo-
2 ce, & fama, ex † quibus dubitari non poteſt, quin reſultet in hoc caſu pleniſſima probatio.

Nec obſtant ſecundus, quartus, & quintus teſtes, qui deponunt de ſalmis centum; nam quoad ſecundum ex tenore depoſitionis ipſius, euidenter conſtat, illum non eſſe verè, & ſufficienter informatum de redditu, & fructibus huiuſmodi Prioratus, cum ipſe fateatur, ſe de illis fuiſſe inſtructum & informatum ab alijs ibi: *& Giouanni Cantoni come buomo prattico me hà agiutato ad aggiuſtare il raccolto*, & ſic à ſe ipſo addicat fundamentum ſcientiæ, cuius defectus in ipſo tanto magis deprehenditur, ex quo deponit per ſcripturam, & non
3 per verbum, vt viuam vocem, † quæ ſupponit cognitionem radicatam in intellectu, vnde nulla fides ipſi eſt adhibenda, *Gemin. conſ. 142. nu. 3. verſ. vltimo quia Roman. conſ. 204 num. 6.* vbi firmant
4 quod dictum teſtis, vt valeat, oportet † eum viua voce loqui, vt eſt caſus in *l. 3. §. item diuus. ff. de teſtib.* 2. fatetur. Se nõ interfuiſſe recollectioni fructuum, & illorum quantitatem per ſingulos annos ignorare ibi: *Io non ſono ſtato preſente à detti raccolti ne ſo la quantità de frutti raccolti d'anno in anno ſe non per ſimilitudine*, quæ ſimilitudo non
5 † bene infert ad veritatis cognitionẽ habito reſpectu ad quantitatem terrarum ibi, *delle quali pertiche 2826. tauol. 13. ne vanno ſeminate la metà parte à frumento, parte à formentate e parte à ſegala à ragione di mine nu. 4. e mezzo di mina alla pertica, talche riſulta ſome 600 ½ del quale ne ſaria à frumento ſome nu. 100.* & ibi, *Hò fatto il conto vn' anno compreſo con l altro ſotto ſopra à vſanza di buon fittabile, che ſi ſiano potuti raccogliere*, & ſic
6 illius † depoſitio non pendet à vera, & ſubſequuta ſed à poſſibili recollectione, vt ſupra dictum eſt.

Quartus verò eaſdem patitur exceptiones, depo-
7 nit enim † non ſolum de auditu, & fatetur ſe non interfuiſſe recollectioni fructuum, ſed etiam depo-
8 nit per verbum † poteſt, vnde ex illius pariter depoſitione certa probatio deduci non poteſt ex ponderatis in deciſione præcedenti.

Quintus denique deponit de quinq; ſolis annis, in quorum duobus nempè primo & quarto cõcordat cum alijs in ſalm. 70. Ex quibus euidenter cõſtat nullum poſſe fieri in illis fundamentum, itaut ratione alicuius paritatis poſſint nedum non præ-
9 ualere, ſed nec minus † concurrere cum dictis tribus teſtibus plenè, & concludenter deponentibus de ſolis ſal. 70. quibus nihil releuans fuit oppoſitũ.

Sed Domini vt magis ex ſolita benignitate ſatiſfacerent ijs, quæ in contrarium deducebantur alterius, ponderarunt, quod ſuppoſito etiam citra veri præiudicium, quod huiuſmodi teſtes tàm numero, quàm releuancia depoſitionis, & cæteris omnibus eſſent pares, adhuc tamen eſſent in concurſu
10 præferendi teſtes deponentes † de minori quantitate, in qua deponentes etiam de maiori dicuntur concordes, *Cumau. conſ. 17. nu. 1. verſ. nam verū eſt. Butr. conſ. 32. nu. 2. verſ. 2. modo Ang. conſ. 35. nu. 4. Alex. latè conſ. 64. num. 12. verſ. non obſtat lib. 2.* vbi dicit ita loqui, & eſſe intelligendum
11 † *Bald. in c. 1. de teſtam. & conſ. 54. num. 6. & 7. lib. 5. & conſ. 183. nu. 14. lib. 6.* quem ſequitur *Rota apud ſau. me. Greg. deciſ. 558. num. 2. & ibi latè Addent. nu. 9.* qui alias deciſiones allegant, teſtes enim deponẽtes de maiori maximè in caſu noſtro, licet coarctent negatiuam per non exceſſum, non tamen coarctant ſiue firmant affirmatiuam per a-
12 ſcenſum, ideoq. quamuis † deponentes ſimpliciter de minori, non contradicant, neque negent maiorem ſummam, de qua deponunt alij teſtes per *tex. in l. eum furti. ff. de in lit. iur.* deponentibus tamen
13 de minori † ſtatur, & confunditur probatio facta de maiori quantitate, & minor quantitas attenditur per *tex. in l. Sempronius proculo. ff. de leg. 2. & in l. ſcriptura. C. de fid. inſtrum. & in l. ob carmen. in fin. ff. de teſtib. & ita voluit. Salycet. in l. 2. nu. 24. verſ. ego puto. C. de reſcin. vend.* Et quamuis hæc opinio habeat contradictores in caſu, quo te-
14 ſtes de minori deponunt ſimpliciter, ex quo † teſtes de maiori tanquam deponentes ſuper affirmatiua videantur præferendi teſtibus de minori tanquam de negatiua deponentibus ad regulam, quam firmat *Accurſ. in l. diem proferre. §. ſi plures in vltimo conſenſerunt. ff. de recept. arbitr.* tamen ceſſat omnis difficultas, quando teſtes deponentes de minori deponunt taxatiuè, & coarctant negatiuam,
15 quia † tunc illa negatiua coarctata habebat vim
16 affirmatiuæ, nec habet locum † regula prædicta, ſed teſtes de minori præferuntur *Bart. & alij in d. l. diem proferre. §. ſi plures. ff. de recept. arb. DD. in c. eum Eccleſia. de cauſ. poſſ. & propriet. Aret. in l. ex facto. §. item quæro. ff. de vulg. & pupill. Alex. d. conſ. 64. nu. 10. verſ. & hoc quando teſtes. lib. 2. Soc. de reg. iur. reg. 36. in 1. limit. latiſſimè Farinac. de teſtib. q. 65. nu. 222.*
17 Quam negatiuam in caſu † iſto teſtes coarctant concludenter cum cauſa ſcientiæ, prout requiritur *Dec. conſ. 101. num. 1. verſ. & ad confirmationem, vbi refert Bald. in l. ſi actor. col. 3. C. de prob. & Angel. in l. 1. ff. de his, qui ſunt ſui. vel alien. iur. Alex. conſ. 136. nu. 10. lib. 1. Aym. conſ. 2. num. 3. verſ. quinimò.* Tertius enim dicit, *e non v'è altra entrata fuori che quella, che hò detto, e ſe ve ne fuſſe io lo ſaprei*, quod repetit inferius ibi: *E ſe la detta poſſeſſione haueſſe altre entrate, io lo ſaprei, & haurei inteſo dire come informato de beni, & entrate di detto Priorato per le ragioni dette di ſopra e per la prattica, & eſperienza che ho hauuta, & ho d'eſſi per le medeme raggioni*, cum quo alij duo nempè ſeptimus, & octauus ijſdem ferè verbis concordant.

Non obſtat igitur quod in concurſu inuicem te-
18 ſtes conquaſſentur, itaut neutri credendũ ſit, quia quic-

Digitized by Google

quicquid ſit, quia quando iti ſunt contrarij, vt non
poſſint concordari, certum eſt quod ex ſupradictis
19 huiuſmodi teſtes non dicuntur contrarij, † ſed cō-
cordes in dicta minori quantitate, cui ſtandum eſt
latè Farin.de teſtibus quæſt.64.nu.233. & in pun-
20 cto quod teſtes contrarij dicantur concordes in
minori ætate, & compatibiles, ideoq. in ea atten-
dendi, firmat Rota apud *ſan. mem. Greg.deciſ.230.*
num 3.& in ſimili in deciſ.351. num.22. & deciſ.
21 *578.nu.4.* ſi igitur ſunt concordes † non eſt locus
conquaſſationi, maximè cum vulgatum ſit facien-
dam eſſe omnem poſſibilem interpretationem, vt
22 dicta teſtium† coadiuuentur, & reducantur ad cō-
cordiam, ne deſtruantur *Cuman. conſ.77. num.4.*
verſ ad quartum. Butr.conſ.52.nu.2. Ancbar.cōſ.
385.in princ. & Rot. apud ſan.mem. Greg. d.deciſ.
230.vbi Addent.

Nec dicatur, quod teſtes de maiori tanquam
23 † deponentes pro reo ſint præferendi, licet ſint in
aliquo inferiores teſtibus actoris ad tradita per
Dec.conſ.448.num.16.& ſeqq. quem refert & ſe-
quitur Burſatt.conſ.7.nu.9. quia quicquid ſit de
alijs, certum eſt, quod in materia valoris DD. ſu-
24 pradicti loquuntur indiſtinctè, † vt ſemper atten-
dantur deponentes de minori ſumma, in qua dicū-
tur concordes, & ita loquitur Rota in deciſionibus
præcitatis, & apud *Caputaq. deciſ.161. par.2.299.*
par.3. in quibus locis non reperitur facta huiuſmo-
di diſtinctio † Dec. verò & Burſ. locis ſupracita-
tis præterquam quod non loquuntur in materia
proban. valoris, licet ſupponant probationem ma-
gis perfectam ex parte actoris; ſupponunt tamen
etiam perfectam ex parte rei (quod non eſt in caſu
noſtro, vt conſtat ex ſupra deductis) alioquin ſe-
25 queretur abſurdum † quod imperfecta probatio
rei tolleret, & deſtrueret perfectam probationem
actoris.

Minus ſuffragatur quod teſtes de maiori reci-
piant fomentum ab expreſſione facta in litteris re-
ſeruationis penſionis, ideoq. videantur præferendi,
quia vltra quam quod dicta expreſſio prætenditur
erronea, hoc motiuū poſſet forſan ſuffragari ſi ex-
preſsè in dictis litteris fuiſſet ſpecificata quantitas
frumenti, quæ hodie controuertitur, ſed cum ſit fa-
cta expreſſio omnium ſimul fructuum tāquam vni-
26 uerſi † corporis, illa non poteſt ſuffragari quoad
particularia, quæ nō fuerunt expreſſa in indiuiduo.

Quo verò ad regalia Colonorum viſum fuit Do-
minis in hoc plurimum relinqui poſſe arbitrio Iu-
dicis, ac ideo cum ſolitum tanto magis adminicu-
letur à conuentionibus nouiter datis, transferunt
cum firmatis in deciſione præcedenti.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

☞ * *Eſt deciſio 269. ſupra in hac parte.*

☞ * *Eſt deciſio 267. pariter ſupra. Et infra adſunt duæ aliæ deciſiones ſub diebus 29. Maij 1628. & 19. Ianuarij 1630. coram eodem bo.mem. Reuerendiſſ. Coccino.*

EMIN.^{MO} ET REV.^{MO} D. CARD. VBALDO.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Lunæ 10. Maii 1628.

ARGVMENTVM.

in Contractu cenſus recognoſcēs bonam fidem cum obligatione Camerali, bene contra eum poteſt relaxari mandatum executiuum, & quid ſtante nullitate cenſus reſpectu imponentis fauore ſpeciali, ſi d. recognoſcens bonam fidem ampliſſimè ſe obligauit etiam in caſu nullitatis.

SVMMARIVM.

1 *Contractum ratificans ab aliquo celebratum, & obligans ſe in forma Cameræ, rectè contra eum poteſt procedi executiuè, & relaxari mandatum, perinde ac ſi ab initio ſe obligaſſet.*

2 *Communitates Status Eccleſiaſtici non poſſunt bona ſua obligare ſtante Bulla Sixti V.*

3 *Obligans ſe pro alio principaliter, non dicitur fideiuſſor, qui ſequitur naturam principalis obligationis, & ſine ea ſtare non poteſt.*

4 *Sed conſideratur vti principalis, & eius obligatio ſtat de per ſe, & non acceſſoriè.*

5 *Nullitas cenſus ſi ſit reſpectu principalis fauore ſpeciali, ea non ſuffragabitur reſpectu recipientis pecunias, & recognoſcentis bonam fidem.*

6 *in Cenſu recognoſcens bonam fidem & obligans ſe ad damna, & intereſſe, tunc non obſtante cenſus nullitate, tenetur tàm ad ſortem, quàm ad fructus, num.7.*

8 *Cenſus ad obligandum impoſitorem cenſus etiam ſuper re aliena imponi poteſt.*

9 *Pretij non numeratio in cenſu, quando opponi minimè poſſit.*

10 *Obligatur ſe etiam in caſu nullitatis, & inualiditatis contractus, tūc ceſſāt oppoſitiones. & n.11.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 46. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 21. Maij 1635. coram R.P.D. Dunozetto.

DECISIO CCLXXI.

DVBITAVI hodie, An occaſione cenſus, de
quo agitur, eſſet relaxandum mandatum cō-
tra Excellentiſſ. D. Ducem Sfortiam; & Domini af-
firmatiuè reſponderunt; quia licèt in impoſitione
cenſus Dux non interuenerit, ſed Communitas; at-
tamen cum die ſequenti poſt impoſitionem ipſe
recognouerit bonam fidem, & declarauerit, cen-
ſum fuiſſe ſui contemplatione impoſitum, & onus
illius in ſe ſuſceperit, & ſe obligauerit in forma
1 Cameræ cum clauſula, † quorū intereſt, non eſt du-
bium, quod contra ipſum poteſt executiuè proce-
di, & ſic relaxari mandatum, perindè ac ſi ab initio
contraxiſſet, *Rota in Romana pretij vineæ 1. Iulij*
1611. coram bo. me. Lugdunen. deciſ.81. nu.1. &
ſeq.

ſeq. apud Modern. de oblig. Camer. deciſ. 132. n. 23. par. 2. diuerſ.

Non obſtat, quòd cenſus fuit nulliter impoſitus
2 per Communitatem Proceni, † quæ non poterat
nec ſe, nec bona ſua obligare ſtante Bulla Sixti V.
quia ſuppoſita etiam hac nullitate reſpectu Com-
munitatis, adhuc tamen remanet obligatus D.
Dux, quia cum, vt dixi, recognouerit bonam fidem,
3 † & principaliter ſe obligauerit, non dicitur fideiuſ-
ſor, qui ſequitur naturam principalis obligationis,
& ſine ea ſtare non poteſt, *Surd. conſ. 201. nu. 9. &*
4 *ſeqq.* ſed conſideratur † vti principalis, & eius obli-
gatio ſtat de per ſe, & non acceſſoriè, *Gabr. de fi-
deiuſſ. concl. 2. nu. 1. Mantic. de tacit. lib. 16. tit. 1.
nu. 10 & ſeq. Seraph. deciſ. 1324. nu. 4. Modern.
diſcept. forenſ. cap. 122. nu. 21. & 701. num. 5. Mo-
hed. deciſ. 2. fideiuſſ. ſanct. me. Greg. XV. deciſ. 321.
nu. 7. vbi latè adden. nu. 13. & deciſ. 560 nu. 1. 2.
& 3. et deciſ. 564. nu. 2. Rota diuerſ. deciſ. 299. n. 4.
par. 1. recent. Mareſcott. var. reſolut. lib. 2. cap. 65.
nu. 7.* Idq. præſertim cum nullitas reſpectu Com-
munitatis reſultet ex quodam iure ſpeciali fauore
5 † eiuſdem Communitatis, qui fauor non militat in
Duce recipiente pecunias, & recognoſcente bo-
nam fidem, *Seraphin. d. deciſ. 1324. ſanct. mem.
Greg. XV. d. deciſ. 321. nu. 6. Rota diuerſ. deciſ. 133.
num. 1. et ſeq. par. 2.* & ceſſat difficultas, quia vi-
6 gore ſupradictæ obligationis † D. Dux ſaltem ra-
tione damnorum & intereſſe tenetur tàm ad ſortē,
quàm ad fructus, vt in puncto cenſus nulliter crea-
7 ti, pro quo ſe alius † principaliter, & inſolidum
obligauit, fuit reſolutum *in dd. deciſionibus 560.
nu. 1. et 2. et in deciſ. 564. per tot coram fel. recor.
Greg. XV. et in Rom. cenſus S. Celſi 28. Iun 1602.
coram bo. mem Iuſto, quæ eſt deciſ. 229. apud Cæc.*
& in noſtris terminis fuit reſolutum *in vna Rom.
pecuniaria 6. Martij 1598. coram Litta apud eun-
dem Peruſ. de cenſib. deciſ. 284.* ex qua deciſ. tolli-
tur & alterum obiectum, quod cenſus fuerit impo-
ſitus ſuper bonis ad Communitatem ſpectantibus:
Nam etiam in caſu dictæ deciſionis id fuerat factū;
& tamen Rota reſpectu Baronis, qui recognoue-
rat bonam fidem, agnouit cenſum pro valido, &
8 non mirum, † quia cenſus ad effectum obligandi
impoſitorem cenſus etiam ſuper re aliena imponi
poteſt, *l. rem alienam. ff. de contrah. empt. Felin. de
cenſ. cap. 10 nu. 19. lib. 1. et fuit reſolutum in Aſſi-
ſien cenſus 9. Iulij 1604. coram Reuerendiſſ. D. meo
Pamphilio, quæ eſt deciſ. 17. num. 2. et 3. apud eun-
dem Peruſ. de cenſib.*

9 Non obſtant, quæ dicuntur de † non numeratio-
ne pretij, quia vltra quod ex inſtrumento videtur
conſtare de contrario, tollitur obiectum, quia D.
10 Dux † ſe obligauit etiam in caſu nullitatis, & in-
ualiditatis cenſus: Vnde ex quocumque capite fue-
rit nullus cenſus, factus fuit locus obligationi dā-
11 norum, † & intereſſe, vt in his terminis ad excep-
tionem non numeratæ pecuniæ reſpōdit *Rota apud
ſan. mem. Greg. XV. d. deciſ. 564. nu. 4.* vbi aliæ de-
ciſiones allegantur. Et ita vtraque parte &c.

§ *Adeſt infra in eadem cauſa alia deciſio ſub die 11. Maij 1629. coram eodem Eminentiſſ. Vbaldo. Et in ſequenti parte habetur altera ſub die 28. Maij 1638. coram R. P. D. Ghiſilerio.*

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Cremoneſi Penſionis.

Die Lunæ 29. Maij 1628.

A R G V M E N T V M.

Tractatur de probatione valoris fructuum prędiorum qualiter ſcilicet concludenter probetur.

S V M M A R I V M.

1 *Teſtes optimè probant valorem fructuum prædiorum, ſi deponant ex certa ſcientia fundata in optimis rationibus per ſpatium 10. annorum, computato anno fertili cum ſterili. & nu. 6.*

2 *Ac etiam deponentes ex publica voce, & fama coarctantes inſuper negatiuam.*

3 *Teſti vnico non creditur, maximè ſi non ſit informatus de re, ſuper qua deponit.*

4 *Teſtes non probant valorem fructuum alicuius prædij, ſi deponant, quod perceptio maioris, vel minoris quantitatis pendeat à qualitate terreni.*

5 *Teſtis deponens de ſolo auditu nihil probat.*

7 *Probatio in ſpecie præfertur probationi in genere.*

8 *Conſuetudo loci particularis præualet generali totius territorij.*

9 *ad Decimarum effectum ſolutionis, vbi concurrit generalis conſuetudo Diœceſis, & particularis Parochiæ, attendenda eſt particularis.*

10 *Negligens in re ſua nemo præſumitur.*

Suum iactare nemo præſumitur. nu. 10.

11 *Teſtes numero inferiores poſtponuntur alijs numero potioribus.*

12 *Teſtes deponētes ſuper quantitate fructuum prædiorum, illi præferuntur, qui deponunt de minori ſumma.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 41. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 4. Maij 1635. coram eodem bo. me. Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCLXXII.

SVB die 18. Iunij præteriti * in firmando valore fructuum Prioratus, Domini cenſuerūt habendam eſſe rationem valoris frumētatæ ad ducatonos tres pro ſalma, lini vero ad ducatonos quatuor pro qualibet pertica. Vnde iuxta ordinem datum ſub die 19. Nouembris præteriti. * Cauſa hodie ſuper hoc iterum propoſita, quoad frumētatam perſtiterunt in reſolutis, quo verò ad linum dixerunt illius valorem reducendum eſſe ad ducatonos tres pro qualibet pertica, & in hac parte recedendum eſſe à deciſis.

Quantum enim attinet ad linum, nō controuertebatur, quin habita ratione arrendamenti, quod percipitur quatenus terræ colantur cura, & expēſis Domini illius valor debeat taxari ad ſummam trium ducatorum, quam ſummam in eorum dictis ſufficienter concludunt ſeptem teſtes quatuor ſe-

cundæ

Digitized by Google

cundæ remiſſoriæ nempè ſecundus ſuper ſexto, ter-
tius iuxta nonum, quintus ſuper tertio, & ſeptimus
iuxta nonum & tres primæ remiſſoriæ, videlicet pri-
mus ſuper ſexto, ſecundus, & ſextus ſuper eodem
1 deponentes † ex certa ſcientia fundata in optimis
cauſis per ſpatium decem, & amplius annorum,
computato anno fertili cum ſterili, ac de publica
voce, & fama coarctantes inſuper negatiuam, ita-
2 ut dubitari non poſſit, † quin ad effectum firmandi
valores, ſufficienter probent adnotata *in l. pretia
rerum. §. nonnullam. & ibi Doct. ff. ad l. Falcid.
Caſ. de Graſſ. deciſ. 10. num. 4 de teſtib. Rot. deciſ.
479. nu. 1. par. 2. recent.* & in puncto reſolutũ fuit
*in cauſa Cremonen. penſionis 22. Iunij 1615. corã
Caualer.* Quibus non obſtat teſtis ſecundæ remiſ-
ſoriæ, qui deponit de quatuor ducatonis, quia vel
in effectu concordat, ex quo imputat millium non
detractis expenſis, vel in omnem euentum cum
3 ipſo † ſit vnicus, & deponat de vnico anno ſui affi-
ctus, præferuntur ſeptem ipſi teſtes de integro de-
cennio & vltra deponentes.

Sed quia difficultas in hoc conſiſtebat, an eſſet
habenda ratio arrẽdamenti quatuor ducatonorum
pro pertica quod quatuor teſtes Reuerẽdiſſimi D.
Montorij aſſerunt percipi in territorio Cremonenſi
quando terræ locantur, vt vulgò dicitur, à cortica,
itaut valor iſte poſſibilis debeat attendi in hoc ar-
ticulo, quicquid ſit an in caſu iſto ſufficiat poſſibi-
litas contra factum in quo Illuſtriſſimus D. Cardi-
nalis habet fundatam intentionem, viſum fuit Do-
minis ceſſare omnem difficultatem, quia cum vt ij-
dem teſtes deponunt perceptio maioris, vel mino-
4 ris quantitatis pendeat a qualitate terreni, † & ipſi
fateantur expreſsè nullam ſe habere cognitionem
qualitatis terrarum huius Prioratus illorum dictũ
nihil concludit, *l. penult. ff. de reb. cor. l. ſi fundum.
in princ. ff. de leg. 1.* cum alijs benè ad propoſitum
allegatis per *Alex. conſ. 54. nu. 4 & 5. lib. 5.* quem
in his terminis paſſim ſequitur *Rota vt videre eſt
apud Seraph. deciſ. 1377. nu. 4. & deciſ. 1462 pa-
riter num. 4.*

Nec obſtat, quod ijdem teſtes dicant bona iſtius
Prioratus non eſſe conditione inferiora conuicinis,
& ideo cum aſſerant dictas terras conuicinas eſſe
bonæ qualitatis, & locari pro ducatonis quatuor,
idem quoque concludant quoad bona Prioratus.
Quia vt ipſimet fatentur, de terris Prioratus nullã
5 habent cognitionem, & hoc † deponunt ſolum de
auditu, vnde nihil probant, quia ſenſus auditus non
accommodatur principali facto ſuper quo ædifica-
tur, ſed tertij, vt concludunt *Doct. in l. teſtium. C. de
teſt. & in c. licet ex quadam de teſtib. Socin. conſ.
118. nu. 9. verſ. ſecundò confirmatur vol. 1.*

Vnde viſum fuit nõ eſſe recedendum à certa, de-
terminata, ac ſpeciali valoris probatione, de qua
alij teſtes ex certa ſcientia cum fundamento vera,
6 † & realis perceptionis redditũum per ſpatium tã-
ti temporis concludenter deponunt; quæ ſpecialis
probatio circa bona iſta particularia eſſet etiam
præferenda, quatenus ageretur de concurſu, cum
7 generali † probatione quoad totum territorium ex
allegatis per *Rot. apud ſanct. mem. Greg. deciſ. 472.
nu. 7.* vt in ſimili, quod conſuetudo loci particula-
8 ris † præualeat generali totius territorij, *Bart. in
l. 2. nu. 41. C. quæ ſit longa conſuetud. Pariſ. conſ.
25. nu. 42. vbi alios refert lib. 4.* & ad effectum ſo-
lutionis decimarum vbi concurrit generalis con-
9 ſuetudo Diœceſis, † & particularis Parochiæ, at-
tendenda ſit particularis, fuit reſolutum in cauſa
*Calagurritana decimarum 19 Martij, & 7 Iunij
1610. coram Illuſtriſſ. Caualerio, quæ ſunt in re-
cent. dec. 279. & 289. par. 2.* & nuper *coram me in
Placentina decimarum 10 huius menſis.* Maximè
cũ generalis iſta probatio aſſertæ poſſibilitatis non
ſolum videatur poſſe diminui ex fide duorum Cano-
nicorum Cremonæ, qui cum optimis cauſis ſcien-
tiæ teſtantur de ſolis tribus ducatonis, ſed etiam re-
ſpectu bonorum huius Prioratus reddatur admo-
dum inueriſimilis, ex quo nõ eſt credendum, quod
ſi iſta bona potuiſſent, vel conſueuiſſent locari à co-
rtica cum redditu quatuor ducatonorum, non fuiſ-
ſent ab ipſomet D. Epiſcopo, & alijs tanto tempo-
re culta proprijs impenſis cum redditu trium ſo-
10 lummodo ducatonorum, cum nemo † præſumatur
in re ſua negligens, & quod ſuum iactare velit, vt
in ſimili ad effectum liquidationis fructuum arguit
Rot. apud Seraph. deciſ. 1397. nu. 4.

Quantum verò attinet ad frumentatam quinque
teſtes duo nempè ſecundæ, & tres primæ remiſſo-
riæ, qui habent requiſita ſuperius ponderata con-
cludunt valorem frumẽtatæ nõ exceſſiſſe ſummam
ducatonorum trium. Quibus non obſtant alij te-
ſtes, qui deponunt de libris 24. & ſic de tribus du-
catonis cum vno quarto. Tum quia ſunt numero
11 † inferiores *cap. licet cauſam de probat. Caſ. de
Graſſ. deciſ. 13. nu. 7 de re iudic. Gabr. de teſtibus
12 concluſ. 4 nu. 30* tum quia in concurſu † præfe-
runtur teſtes deponentes de minori quantitate, in
quã teſtes etiam de maiori dicuntur eſſe cõcordes,
maximè ſi deponentes de minori coarctent negati-
uam, vt abundè fuit firmatum in *præteritis deciſio-
nibus coram me 18. Iunij, & 29 Nouemb. præteriti.*

Atque ex his tollitur confeſſio Illuſtriſſimi D.
Cardinalis, emanata in narratiua reſeruationis pẽ-
ſionis, & in alijs actibus, cum euidenter appareat
erronea, & conſequenter non attendenda, quamuis
iurata, & geminata, ac parte præſente facta ex re-
ſponſionibus his omnibus particulariter datis per
informantes pro eodem Illuſtriſſimo Cardinali, quę
Dominis placuerunt.

Vnde ſtantibus his, & alijs, quæ fuerunt firma-
ta in præteritis deciſionibus, valor fructuum iſtius
Prioratus remanet firmatus ad hanc ſummam.

Frumentum,	ſalm. 70	duc. 4	280
Frumentata, & ſegala	ſalm. 210	duc. 3 pro ſalma	630
Millium	ſalm. 200	duc. 2	400
Legumina	ſalm. 112	duc. 3	36
Vinum	ſtaria 50	duc. mez. pro ſtar.	25
Paſcua	pertic. 120	duc. 1 pro pertic.	120
Fœnum	curr. 50	duc. 3 pro curru	150
Linum	pertic. 350	duc. 3 pro pertic.	1050
Bona guzza fame,			10
Bona della Valle			9
Bona del Campazzo			8
Regalia reſeruata arb. Dominorum ſub die 18. Iunij præteriti, in totum			2733

Ex

Ex quibus detractis oneribus, & impenſis firmatis ſub die 23. Maij 1625. coram bo.me. Vbaldo* ad ſummam 827

Remanet in totum firmatus valor Prioratus ad ſummam ſcut. 1926

Et ita concluſum vtraque parte informante.

*** Sunt deciſiones 269 270. & 263. ſupra in hac eadem parte. Et infra habet aliam deciſionem ſub die 14. Ianuarij 1630. eſt deciſio 277.*

EM.^MO ET REV.^MO D. CARD. VBALDO.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Veneris 11. Maii 1629.

ARGVMENTVM.

Bonam fidem recognoſcens in contractu cenſus ad quid, & quando dicatur ſe obligaſſe, & quid ſi contractus reperiatur nullus reſpectu eius, qui iam impoſuit cẽſum. Obligatio Cameralis ad quos ſe extendat &c. Pecuniæ vera numeratio ex quibus verbis deprehendatur.

SVMMARIVM.

1 *in Cenſu recognoſcens bonam fidem, perinde eſt ac ſi ab initio cenſum impoſuiſſet, et cum eius creditore contraxiſſet.*

2 *Obligatio Cameralis extenditur etiam ad enunciatiuè nominatos in inſtrumento.*

3 *Obligatio Cameralis vt ad aliquem extendatur, non requiritur, vt ipſe interueniat in contractu, ſed ſufficit ſtipulatio Notarij pro omnibus, quorum intereſt, et intererit.*

4 *Communitates Status Eccleſiaſtici non poſſunt obligare bona ſua, ſtante Bulla Sixti V.*

5 *Obligans ſe etiã in caſu nullitatis contractus cenſus, data eius nullitate, tenetur ratione ſaltem damnorum, et intereſſe tàm ad fructus, quàm ad ſortem. et nu. 6. 7. et 8.*

9 *Verba, habuerunt, et receperunt, et ad ſe traxerunt coram me Notario, et teſtibus, important veram, et realem ſolutionem.*

10 *in Cenſus contractu ſufficit, quod in ipſo actu impoſitionis ab initio interueniat pecunia, quamuis poſtea illius loco extinguatur debitum, vel aliud fiat de illa pecunia de conſenſu partium.*

11 *in Cenſus contractu, quæ fiunt ex poſt facto non tollunt, nec inualidant contractum impoſitionis cenſus ritè factum pecunia verè, & realiter interueniente.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 46. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 21. Maij 1635. coram R.P.D. Dunozetto.

DECISIO CCLXXIII.

CONFIRMARVNT hodie Domini deciſionem in hac cauſa factam,* quod ſit relaxandum mandatum contra D. Ducem Sfortiam; quia licet in primo inſtrumẽto impoſitionis cenſus inter Communitatem, & Maidalchinum D. Dux nõ interuenerit, ſufficit tamen quòd ipſa die ſequenti recognouerit bonam fidem, declarando cenſum fuiſſe impoſitum ſui contemplatione, & promittendo ſolutionem fructuum, necnon Communitatem, & fideiuſſores indemnes conſeruare. Nam
1 † per talem recognitionem, & declarationem perinde eſt ac ſi ipſe ab initio cenſum impoſuiſſet, &
cum Maidalchino contraxiſſet iuxta *deciſ. 81. n. 1.*
apud Modern. de oblig. Camer. & deciſ. 132. nu. 23.
par. 2. diuerſ. & firmatur in deciſione, de qua
agitur.

Non obſtat, quòd Maidalchinus non ſit nominatus in inſtrumento recognitionis bonæ fidei, quia contrarium apparet ex lectura, dum enunciatur, fuiſſe impoſitum cenſum per Communitatem ad
2 fauorem D. Maidalchini, ad quem † propterea
quamuis enunciatiuè nominatum extẽditur obligatio Cameralis D. Ducis, *Rota deciſ. 5. nu. 10. & deciſ. 69 nu. 4. & deciſ. 85. nu. 1. & 2. poſt d. tract. de oblig. Camer.*

Et ex his ceſſat obiectum, quòd Maidalchinus non interuenit in d. inſtrumento recognitionis bonæ fidei, quia ſufficit obligatio Cameralis D. Du-
3 cis † iuncta ſtipulatione Notarij pro omnibus, quorum intereſt, & intererit, *Rota deciſ. 97. nu. 1. poſt d. tract. de Camer. oblig & deciſ. 769. ſub nu. 1. p. 4. diuerſ. Gratian. diſcept. forenſ. cap. 204. n. 42. lib. 2.*

Et hoc maximè procedit ſtante promiſſione D. Ducis de ſoluendo fructus, quæ promiſſio reſpiciebat ſolùm perſonam Maidalchini, cui fructus erant
4 ſoluẽdi, † & aliàs fruſtratoria eſſet talis promiſſio,
niſi intelligatur facta ad illius fauorem, *Mantic. de tacit. lib. 14. tit. 14. nu. 30.*

Non obſtat exceptio nullitatis cenſus, quia
5 quicquid ſit reſpectu Communitatis, ad cuius † fa-
uorem loqui videntur conſtitutiones Pontificiæ reſpectu D. Ducis, qui ſe principaliter obligauit, & bonam fidem recognouit, ceſſat prætenſa nullitas, vt latè fuit firmatum in deciſione cauſæ, in qua pariter fuit oſtenſum, quod D. Dux etiam ſtante nul-
6 litate cenſus, † vigore ſupradictæ ſuæ obligationis
tenetur ſaltem ratione damnorũ, & intereſſe tàm ad ſortem quàm ad fructus, vt firmauit *Rota in deciſ. ſanct. mem. Greg. 560. nu. 1. & 2. & dec. 564.*
7 *per tot.* & in terminis Communitatis † obligatæ
pro intereſſe Domini, qui bonam fidem recognouit, fuit tantum *in deciſ. 284. apud Modern. Peruſ. de cenſ.*
8 Idq. præſertim cum ſe obligauerit etiam † in
caſu, quod cenſus eſſet inualidus reſpectu Communitatis, vt in *deciſ. 5. Greg nu. 8. & deciſ. 564. n. 4.*

Obiectum quòd cenſus fuerit impoſitus ſine pecunia ceſſat ex inſtrumento, ſtantibus illis verbis, habuerunt, & receperunt, & ad ſe traxerunt coram
9 me Notario, & teſtibus, † quæ verba important
veram, & realem ſolutionem ad tradita per *Bald. in l. ſi ex cautione nu. 14. C. de non numer. pecun. Bart in l. ſi ita ſtipulatus. §. Chryſogonus. n. 3. vbi Alex num. 14. ff. de verb. oblig. Alex. conſ. 179. n. 6. lib. 2. Surd. deciſ. 284. nu. 7. Rota deciſ. 132. nu. 5. par. 2. poſt lib. conſ. Farin. & deciſ. 404. nu. 1. p. 2.* di-

diuerſ. in recent. & dixit Rota in Interamnen. cenſus 2. Junij 1621. coram bo. me. D. meo Vbaldo, &
10 ſufficit, quod ab initio interuenerit pecunia † in
ipſo actu impoſitionis cenſus quamuis poſtea illius loco extinguatur debitum, & aliquid aliud fiat de illa pecunia ex conſenſu partium, prout dicitur euenisse in caſu noſtro, dum D. Dux voluit emere cum pecunia d. cenſus granum à Communitate
11 pro indigentia ſuæ domus: quæ enim fiunt † ex poſt
facto in hac materia non tollunt, nec inualidant contractum impoſitionis cenſus ritè factum pecunia verè, & realiter interueniente, vt ſupra, & in his terminis fuit dictum *in Beneuentana cẽſus 18. Martij 1613. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano quæ eſt deciſ. 468. nu. 4. & 5. par. 1. in recent. & in Romana, ſeu Nepeſina cenſus 13. Maij 1624. coram bo. me. Remboldo, & in eadem 6. Maij 1626. coram eodem,* & nouiſſimè *coram me in Senogallien. cenſus 31. Martij 1628.*

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ * *Ideſt ſub die 10. Maij 1628. coram eodem Eminentiſſ. Vbaldo. Et infra in ſequenti parte habetur in eadem cauſa alia deciſio ſub die 28. Maij 1638. coram R.P.D. Ghiſilerio.*

EM.MO ET REV.MO D. CARD. VIRILI.

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs.

Die Veneris 9. Iunii 1629.

ARGVMENTVM.

Confeſſio teſtatoris etiam incidenter facta probat etiam contra hæredem hęredis. Iocalia, & bona mobilia præſumuntur adeſſe iuxta qualitatem perſonæ, & patrimonij.

SVMMARIVM.

1 *Confeſſio teſtatoris non ſolum probat contra hæredem, ſed etiam contra hæredem hæredis.*

2 *Et amplia hoc etiamſi dicta confeſſio ſit facta incidenter.*

3 *Iocalia magni valoris præſumitur vxor habuiſſe, attenta qualitate perſonarum.*

4 *Vxor grauata reſtituere præſumitur ſatisfacta de reſiduo dotis, ex bonis mobilibus, ſi erant notabilis ſumma.*

Bona mobilia ex qualitate perſonæ, & patrimonij arbitrantur. nu 4.

5 *Facta non præſumuntur, niſi probentur.*

6 *Teſtator, ſi mandauerit hæredibus, vt eius vxori reſtituant dotem, omni exceptione remota, quid hoc importet.*

7 *Æs alienum, quando ex bonis fideicommiſſo ſubiectis ſit ſoluendum.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 8. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 19. Ianuar. 1635. corã R.P.D. Dunozetto.

DECISIO CCLXXIV.

☞ DOMINI ſteterunt in deciſis coram me ſub die 8. Iunij 1628.* ex deductis in deciſione.

Non obſtat, quod Olimpia hæres grauata ſoluerit ſcuta 1100 pro reſtitutione dotis Iſabellæ vxoris fideicommittentis, hoc modo nempè ſcut. 600. mediante accollatione cenſus debiti per hæredem Iſabellæ, necnon ſcuta 500. in contanti, pro quibus habendis impoſuerit cenſum ſcut. 250. & tandem ſoluerit ſcut. 219 pro fructibus prædictorum cenſuum, & ideo ſit danda retentio, vel facienda reſtitutio, quia cum Olimpia, & Iſabella occaſione retrouenditionis cẽſuum hæreditariorum Petri Hieronymi receperint ſcut. 732. baioc 50. vtique iſta ſcut. 732. baioc. 50. ſunt imputanda in ſatisfactionem crediti ſupradictæ dotis.

Vlterius cum adeſſent iocalia valoris ſcut. 216. baioc. 75 iſta etiam ſumma debet imputari in diminutionem ſupradicti crediti dotis.

Non obſtat, quod inuentarium fuerit factum à Monaldo hærede Iſabellæ, quia cum iſta iocalia fuerint reperta penes Iſabellam vxorẽ Petri Hieronymi, vtique inuentarium erat faciẽdum à Monaldo hærede Iſabellæ, & veritas iocalium com-
1 probatur ex aſſertione † ipſius Petri Hieronymi in
eius teſtamento, quod aderant iocalia, quæ aſſertio nedum probat contra hæredem, ſed etiam contra
2 hæredem hæredis † etiam quod ſit facta incidenter
Natt. conſ. 235. nu. 11. in fin. & ſeq. & conſ. 400. nu. 5. Cephal. conſ. 386. nu. 29. Decian. conſ. 76. nu. 16. verſ. 2. lib. 3. Peregr. conſ. 48. nu. 5. lib. 1. & de fideic. art. 44. n. 20. verſ. item aſſertio. Barz. deciſ.
3 *Bonon. 2. num. 11.* & eſt veriſimile quod † adeſſent,
iocalia valoris ſcut. 216. baioc. 75. attenta qualitate perſonarum.

Ex mobilibus quoque quæ ex qualitate perſo-
4 næ, † & patrimonij arbitrantur potuit ſolui reſiduũ
dotis, *l. Marcellus. § res quæ. ff. ad trebell. Peregr. de fideicom. art. 35 n 22.* & ſi fuit facta ſolutio fructuum cenſus, fuerunt verſa vice percepti fructus bonorum fideicommiſſi.

Non obſtat, quod prætendatur reinueſtimentũ
5 † ſcut. 732. in alijs cenſibus, quia hoc nõ probatur.
Motiuum quod Olimpia, & Virginia tenerentur de ſuo reſtituere dotem Iſabellæ, non placuit Dominis, licet enim teſtator mandarit hæredes inſti-
6 tutas, vel aliquam ipſarum ſuperuinentem, ſin autem hæredes ſubſtituendos teneri reſtituere dotem Iſabellæ omni exceptione remota, tamen non ex-
7 preſſit, quod ſoluerent de proprio, vnde æs † alie-
num ſoluendum eſt ex bonis ſubiectis fideicommiſſo., *l. Papinianus. §. quarta. ff de inoff. teſt. Greg. deciſ. 266. nu. 2. & deciſ 421. nu. 2.*

Et ita vtraque parte &c.

☞ * *Eſt deciſio 184 ſupra in prima parte, vbi etiã habes aliam deciſionem in hac cauſa ſub die 19. Aprilis 1630. coram R. P.D. Dunozetto, & eſt deciſio 368. & infra adeſt altera deciſio 19. Aprilis 1630. coram eodem eſt in ordine deciſio 276.*

EM.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.

Piſcien. Beneficij.

Die Mercurii 7. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM.

Iuſpatronatus ex quibus præſumatur, & probe-

betur, quod ſit hæreditarium, & non gentilitium, itaut præſentatus à maiori parte patronorum neceſſariò veniat inſtituendus.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à maiori parte patronorum eſt inſtituendus.*

2 *Præſentatus à medietate patronorum, quando ſit inſtituendus.*

3 *Iuſpatronatus quando eſt hæreditarium, & non gentilitium, in eo deſcendentes admittuntur in ſtirpes, & non in capita.*

4 *Iuſpatronatus, quod ſit hæreditarium, & non gentilitium in dubio hoc ius præſumit.*

5 *Iuſpatronatus dicitur hæreditarium ſi teſtator vocauerit hæredes ad illud nulla facta mentione agnationis.*

6 *Iuſpatronatus non dicitur gētilitium ex eo, quod vocauerit filios, & deſcendentes ſtipitum per lineam maſculinam.*

Quia hoc ſolum concludit, quod fuerit contemplata qualitas deſcendentiæ maſculinæ, quæ fuit expreſſa.

7 *Iuſpatronatus præſumitur hæreditarium, ſi ſuper hoc adſit obſeruantia.*

8 *in Iuriſpatronatus materia obſeruantia multum venit attendenda, & maximè ſi ſit proxima fundationi.*

9 *Effectum ea, quæ non habuerunt, non veniunt attendenda.*

10 *Iuriſpatronatus ſtatus non poteſt firmari ex actibus æquiuocis.*

11 *Iuſpatronatus an ſit hæreditarium vel gentilitium, iſta dubietas benè poteſt declarari ex ſubſecutis præſentationibus effectum ſortitis.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſionibus 2. & 14. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 29. Ianuarij 1635. & 31. eiuſdem menſis, & anni coram Reuerendiſſ. P.D. Pirouano Decano.

DECISIO CCLXXV.

VACANTE Capella, de qua agitur, per mortem Antonij Bartholomæi de Pagnis de iurepatr. quinque patronorum à q. Georgio Nicolai de Piſcia in ſuo teſtamento relictorum deſcendentes à tribus ex quinque patronis præſentarunt Tiberium; deſcendentes vero ab alijs duobus præſentarunt Hieronymum, quæritur modo quis ſit inſtituendus, & Domini dixerunt eſſe inſtituendum

1 Tiberium tanquam præſentatum † à maiori parte *iux. not. in clem. plures de iurepatr. Rot. deciſ. 202. nu. 1. par. 2. recent.*

Non obſtat, quod inter dd. deſcendentes à tribus patronis adſit fœmina deſcendens ab altero illorum, quia, vltra quod etiam fœmina deſcendens videbatur vocata in teſtamento, ceſſat difficultas quia quando non eſſet vocata, adhuc Tiberius re-

2 maneret † præſentatus à medietate patronorum, quod ei ſufficit ad obtinendam inſtitutionem ſtante eius gratia Apoſtolica cum derogatione alterius medietatis.

Non obſtat, quod deſcendentes à dictis duobus patronis, qui præſētauerūt Hieronymū, ſint numero plures, quam ſint deſcendentes ab alijs tribus, qui præſentarunt Tiberium, quia cum iſtud iuſpa-

3 tronatus ſit hæreditarium, & † non gentilitium, in eo deſcendentes admittuntur in ſtirpes, & non in capita *Clem. plures de iurepatr. Rot. deciſ. 251. n. 1. par. 2. recent.*

Quod autem ſit hæreditarium, & non gentili-

4 tium, ſuadetur primo † ex iuris præſumptione, *iux. trad. per Abb in c. 1. de iurepatr. Couar. lib. var. cap. 18. nu. 7. Rot. deciſ. 482. num. 7. par. 1. recent.* ſecundò quia dū teſtator vocauit ſupradictos quinque patronos, nullam fecit mentionem agnationis

5 † quinimmò illam excluſit, cum vltra filium vocauerit alios patronos de diuerſis familiis per *Rim. iun. conſ. 244. nu. 203. ſan. mem. Greg. deciſ. 464. nu. 19.* nec aliquid facit, quod teſtator vocauerit filios & deſcendentes ſtipitum per lineam maſculi-

6 nam, quia hoc ſolum concludit, † quod ſit contēplata qualitas deſcendētiæ maſculinæ, quæ fuit expreſſa *Surd. conſ. 448. ſub nu. 23.* & in his terminis quod & vocatione deſcendentię maſculinæ non ſit gentilitium tenuit *Rota in Tridēt. fideicommiſſi de Corradis 23. Aprilis 1587. coram Giptio, & in Ianuen. Iuriſpatronatus 23. Ianuarij coram Eminentiſſ. Card. Pamphilio.* Tertiò denique pro hac

7 † qualitate hæreditaria concurrit obſeruantia ſubſequuta tàm in præſentatione 1478. proxima fundationi, quæ fuit facta cum expreſſa qualitate hæreditaria, quàm ex alia de anno 1533. in qua patroni deſcendentes à ſuo particulari ſtipite præſentarunt non autem vti ſinguli, necnòn vltima præſentatio facta in perſona ipſius Hieronymi non in capita, ſed expreſsè quod erant deſcendentes duo-

8 rum ſtipitum, quæ obſeruantia † maximè venit attendenda in iſta materia præſertim cum ex dicta præſentatione de anno 1478. deſumatur obſeruatia, vt dixi proxima fundationi *Rota in Burgen. quindenniorum 5. Decemb. 1601. coram Seraphino, quæ eſt dec. 1410. nu. 7. ſan. me. Greg. dec. 325. num. 1.*

Non obſtant aliæ præſentationes de anno 1562.

9 & 1564. quia prima non conſtat, † quod fuerit effectuata, & altera tanquam æquiuoca attendi non

10 debet, cum in ea non exprimatur, an † conſenſus fuerit præſtitus à patronis tanquam ſinguli, vel

11 tanquam vniuerſis, & in dubio † intrat præſumptio hæreditaria, vt ſupra, & poteſt dubietas etiam ex illis præſentationibus claris declarari.

Et ita deciſum reſeruato, vt particulariter videatur, an in Tiberio requiratur qualitas ſacerdotij.

§ *In eadem cauſa in ſequenti parte adſunt duæ aliæ deciſiones ſub diebus 14. Decembris 1635. & 11. Aprilis 1636. coram R.P.D. Rojas.*

REV.MO P.D. COCCINO DECANO.

Cremoneſi Penſionis.

Die Lunæ 14. Ianuarii 1630.

AR-

ARGVMENTVM.

Poſitiones ad quid ſint inuentæ. Et an ſemper ſit eis reſpondendum, & quid de ſtylo Rotæ ſeruetur. Teſtium publicationes de ſtylo Curiæ quãdo fiant, & quid eis æquipolleat.

SVMMARIVM.

1 *Poſitiones inuentæ ſunt, vt pars releuetur ab onere probandi per confeſſionem partis.*
2 *Poſitiones, quando dicantur exhibita, prout de iure requiritur.*
3 *ad Lites abbreuiandas Rota de ſtylo ſeruat, quod ſemper ſit reſpondendum poſitionibus pertinentibus, & impertinentibus.*
4 *Teſtium ſolemni publicationi æquipollet viſio partis.*
5 *Teſtium publicatio formalis non ſolet in Curia fieri, niſi in tertia inſtantia.*
6 *Teſtium nomina nunquam panduntur, quando datur ſummarium eorum atteſtationum.*
7 *Teſtium publicatio, quando eſt facta, amplius nõ ſunt admittendi articuli de directo contrarij, prout nec ſuper eiſdem admittuntur.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 41. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 4. Maij 1635. coram eodem Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCLXXVI.

FVIT per Dominos reſolutum R. D. Montorium teneri reſpondere poſitionibus, cum fue-
1 rint inuentæ, vt pars† releuetur ab onere probandi per confeſſionem aduerſarij, *cap. 1. vbi gloſ. in præambulo. verſ. pro intellecta ibi, & fuerunt inuenta, & in verb. ſtatuimus verſ. fiunt autem poſitiones de confeſſis in 6. l. eum qui. ff. de iur. iuran. l. 2. §. quod obſeruari. C. de iuramento calumn. Iaſ. in l. qui iuraſſe. §. ſi pater. num. 7. ff de iur. iuran. Surd. dec. 22. nu. 4.* fuerunt enim exhibitæ in Rota
2 prout de iure requiritur † ad effectum, vt videatur, an ſint impertinentes, impoſſibiles, captioſæ & negatiuæ *gloſ. 1. in d. cap 1. de conf. ff in 6. verſ. & sũt in ſcriptis.* Licet de ſtylo Rota ſeruet ad abbreuiã-
3 dum lites, † quod ſemper ſit reſpondendum poſitionibus pertinentibus, & impertinentibus *Rota deciſ. 24. de teſtibus antiquis.*

In propoſito autem poſitiones nullam continẽt ex prædictis qualitatibus, ex quibus ſint reijciendæ. Ponitur enim quod R. D. Montorius habuit examen teſtium apertum, itaut potuerit videre no-
4 mina, & cognomina teſtium, † quare cum iſta viſio æquipolleat ſolemni publicationi, vt per *Vitalin. in clement. final. nu. 114. vſque ad num. 118. de teſtibus obſtat admiſſioni articulorum contrariorum, quam prætendit idem D. Montorius. C. fraternitatis de teſtibus.*
5 Non obſtant quod in Curia non ſoleat† fieri publicatio formalis niſi in tertia inſtantia; quia licet hoc ſit verum; verum eſt etiam, quod nunquam
6 panduntur nomina teſtium, † ſed ſolum datur ſũmarium, & iſta ſeruãtur de ſtylo *Veſtr. in pra. lib. 7. c. 1. nu 4.* & ideo cum fuerit alteratus iſte ſtylus, & viſa integra depoſitio, cum nominibus
7 teſtium, & † ex ſupradictis viſio habeat vim publicationis, non ſunt admittendi articuli de directo contrarij prout nec ſuper eiſdem admittuntur, *Seraph. deciſ. 688. ſan. me. Greg deciſ. 496.*

An autem procuratores Domini Montorij teneãtur reſpõdere poſitionibꝰ, ſi opus erit videbitur.

Plures deciſiones in hac cauſa vide ſupra in deciſione 273.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana fideicommiſſi de Cincijs.

Die Veneris 19. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM.

Bona ab hæredibus acquiſita, quando dicantur acquiſita, ſeu empta nomine potius proprio, quàm hæreditario. Præſumptio ſubtractionis bonorum hæreditariorum, quando intret in hærede.

SVMMARIVM.

1 *Bona empta per haredem, quando dicantur hareditaria effecta.*
2 *Bona empta ab harede pro ſe ipſis, & eorum haredibus cum clauſula, ad habendum, cenſentur empta nomine proprio, non autem nomine hareditatis.*
3 *ex Inuentario probatur an bona aliqua aderant in hareditate.*
4 *Confeſſio teſtatoris non ſolum probat contrà haredem, ſed etiam contra haredem haredis.*
5 *Præſumptio ſubtractionis ſemper intrat in harede, donec non reddit rationẽ de bonis hareditatis.*
6 *Bona mobilia præſumuntur eſſe in notabili quantitate, & qualitate ſtante nobilitate, & diuitijs teſtatoris.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 8. quę eſt in eadem cauſa ſub die 19. Ianuarij 1635. coram eodem R. P. D. Dunozetto.

DECISIO CCLXXVII.

☞ PER binas reſolutiones * emanatas coram Illuſtriſſimo D. meo Card. Virili firmatum fuit D. Ludouico Cincio vocato ad fideicommiſſum Petri Hieronymi dãdam eſſe immiſſionem in poſſeſſionem domorum, & cenſuum, de quibus agitur, non obſtante quod pro parte hæredum Olimpiæ, (quæ fuit hæres grauata d. Petri Hieronymi) prætenderetur retentio, vel reſtitutio ſcut. 1100 per eandem Olimpiam ſolutorum pro ære alieno antedicti Petri Hieronymi fideicommittẽtentis: quia cum ipſa occaſione retrouenditionis cẽſuum hæreditariorum dicti Petri Hieronymi receperit ſcut. 732. baioc. 50. ac ad eius manus peruenerint iocalia, & mobilia eiuſdem Petri Hieronymi,

Digitized by Google

nymi, quæ ſimul excedunt prædictam quantitatem
ſcut. 1100. præſumitur ex ijs integraliter ſatisfacta.

Verum quia pro parte dd. hæredum nouiſſimè
allegabatur dicta ſcut. 732. baioc 50. fuiſſe ab ea-
dem Olimpia reinueſtita ad commodum hęreditatis d. Petri Hieronymi, itaut propterea dici non
poſſet, quod ipſa ex dictis pecunijs fuerit ſatisfacta,
placuit Dominis pro tertia vice dictis hæredibus
audientiam concedere. Vnde repropoſito à me
dubio, an eſſet ſtandum, in his reſolutis, Domini affirmatiuè reſponderunt.

Nam licet hodie pro parte dictorum hęredum
dentur plura inſtrumenta cenſuum in totum ſcut.
712. in ſorte, qui prætenduntur acquiſiti ex pretio
aliorum cenſuum per Olimpiam alienatorum, non
propterea ſequitur, quod ſint hæreditarij Petri
1 Hieronymi, quia non † conſtat fuiſſe acquiſitos,
etiam nomine dictæ hæreditatis prout neceſſariò
requiritur *Peregr. conſ. 31. nu. 18. lib. 4. Rota in
Anconitana cenſuum coram bo. me. Buratto relat.
poſt tract. de cenſ. deciſ. 98.*

Non obſtat, quod dicta inſtrumenta canteant ad
fauorem hæredum Petri Hieronymi, quia aduerte-
runt DD. ex dictis cēſibus duos ſolum vnum ſcut.
100 venditum à Capitaneo Baltaſſarre Chriſpolto
2. Iunij 1612. alterum vero ſcutorum 100. vendi-
tum à Fantaiuto 18. Iunij 1616. fuiſſe acquiſitos
nomine hæreditatis, & pro omnibus quorum in-
tereſt, cæteri vero fuerunt acquiſiti ab hæredibus
d. Petri Hieronymi pro ſe ipſis, & eorum hæredi-
2 bus † cum clauſula (ad habendum) vnde censētur
acquiſiti nomine proprio nō autem nomine hære-
ditatis, *Peregr. de fideic. art. 44. num. 28. in primo
& d. conſ. 31. nu. 11. verſ. ſecundus caſus. & n. 16.
in fin lib. 4. Menoch. conſ. 213. nu. 23. Rota in
prædicta Anconitana cēſuum corā bo. me. Buratto.*

Circa ea, quæ replicabantur de non exiſtentia
iocalium, & mobilium placuit DD. reſponſio data
3 in deciſ. quæ tenidentur, illam ſcilicet probari † ex
inuentario facto à Monaldo iuncta aſſertione facta
Petro Hieronymo fideicommittente in ſuo teſta-
4 mento, † quæ nedum probat cōtra Olimpiam hæ-
redem, verum etiam contra illius hæredes, *Ce-
phal conſ. 386. nu. 29. Decia. conſ. 76. nu. 16. verſ.
2. lib. 3. cum alijs in dd. deciſ. citat.* & licet conſt. ſo-
lum de pretio retracto ex iocalibus ſcut. 216. ba-
ioc 75. & non de pretio mobilium, tamen donec de
5 dictis mobilibus reddatur ratio ſēper militat † præ-
ſumptio ſubtractionis in maiori quantitate, quam
importet reſiduum dd. ſcut. 1100. vt fuit ſæpius di-
ctum in *Maceraten. legitima 14 Aprilis 1627. co-
6 ram R.P.D. meo Vbaldo,* inſpecta † præcipuè qua-
litate, & ſtatu Petri Hieronymi diuitis, & nobilis,
ex quibus aliàs Rota quantitatem mobilium fuit
arbitrata *in Peruſin. de Alphanis 20. Decemb. 1621
coram Reuerendiſs D. meo Decano.*

Et ita vtraque &c.

ſ *Ideſt ſub diebus 8. Iunij 1628. & 9. Iunij 1629. pri-
ma eſt deciſio 184. ſupra par. 1. altera verò eſt de-
ciſio 274. in hac parte. & in d. par. 1. habetur alia
deciſio in eadem ſua cauſa ſub die 19. April. 1630.
coram eodē R.P.D. Dunozetto eſt in ordine deciſio
368.*

R. P. D. MERLINO.

Cæſenaten. Succeſſionis.

Die Veneris 27. Iunii 1631.

ARGVMENTVM.

Tranſactio, quando non ſubſtineatur, l. ſi diuerſa C. de tranſact. quando non procedat.

SVMMARIVM.

1 *à Iudicij limine, quis eſt omninò repellendus, ſi per tranſactionem negotiū fuit omninò definitū.*
2 *Tranſactio eſt nulla, ſi nulla adfuit cauſa tranſigendi, nec lis, nec timor litis.*
3 *Tranſactio ſuper teſtamento non valet, ſi illud nec exhibitum, nec viſum fuit.*
4 *Clauſula ſi fuerit commiſſa cum clauſula quam, & quas &c. cum omnibus annexis, connexis & dependentibus, cenſetur omne ius competens in iudicio deductum.*
5 *L. ſi diuerſa C. de tranſact. non habet locum, quando quis non impugnat trāſactionē, ſed prætendit quod aliquid non fuerit comprehenſum in d. tranſactione. & nu 6.*
7 *L. ſi diuerſa C. de tranſact. non procedit, quando tranſactio eſt nulla.*

Allegatur pręſens deciſio ſupra in deciſione 61. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 22. Iunij 1635. coram eodem R.P.D. Merlino.

DECISIO CCLXXVIII.

CVM informantes pro D. Blanca inſtarent di-
ſputari dubium iam ſubſcriptum, an eidem
Blanchæ danda eſſet immiſſio in bonis repertis in
hæreditate Vincentij, informantes pro D. Lauren-
tio obiecerunt tranſactionem, ex qua prætendeba-
1 tur Blancam actricem † à limine iudicij repellen-
dam eſſe, eo quod per dictam tranſactionem nego-
cium omninò definitū fuerit, vnde antequam du-
bium prædictum proponerem, volui conſulere Do-
minos, an obſtaret tranſactio, & Domini negatiuè
reſponderunt.

Quia cum agatur ſuper hæreditate Vincētij, ni-
hil facit tranſactio, in qua ne verbum quidem habe-
tur de hac hæreditate, ſed tota emanauit ſuper te-
ſtamento Andreæ, cuius teſtamenti validitas in
dubium reuocabatur ob allegatam demētiam eiuſ-
dem Andreæ, & ſic nihil commune habet cū Vin-
centio, de cuius viuida mente non controuertitur,
& dicta tranſactio nunquam meminit de ipſo Vin-
centio, & quatenus citra veri præiudicium, tranſa-
ctio de hæreditate Vincentij loqueretur, non eſt at-
2 tendenda, † quia nulla aderat cauſa tranſigendi,
nec lis, nec timor litis, nec exhibitum fuit, vel
3 viſum teſtamentum † eiuſdem Vincentij, & ideo
tranſigi ſuper illo non peterat *ad l. de his. ff. de
tranſact.*

Non obſtat in Rota non fuiſſe commiſſam cau-

ſam

ſum niſi ſuper hæreditate Andreæ, quoniam cum per viam appellationis à decreto A.C. cauſa deuenerit ad Rotam, & coram A. C. fuerit in actis productum teſtamentum Vincentij, & multa ibi deducta, quæ cauſam ſuper hæreditate eiuſdem Vincentij attingunt, vtique hæc cauſa ſuper dicta hæreditate videtur etiam in Rota commiſſa ſtante clau-
4 ſula † quam, & quas &c. cum omnibus annexis, connexis, & dependentibus, ex qua clauſula cenſetur omne ius competens in iudicium deductum, & in commiſſione comprehenſum, *Gaſ. Graſſ. deciſ. 1. num. 2. de iudic. Menoch. conſ. 366. nu. 8. in fin. Rota deciſ. 360. num. 3. par. 1. recent. & aliàs ſæpius.*

5 Non obſtat diſpoſitio *l. ſi diuerſa* † *C. de tranſact.* quia Blanca non impugnat tranſactionem, ſed ſolum prætendit quoad hæreditatem Vincentij nihil fuiſſe diſpoſitum in tranſactione, vt verè non
6 fuit diſpoſitum, & ideo non eſt locus † reſtitutioni acceptorum iuxta terminos *d. l. ſi diuerſa C. de tranſact.* præſertim quia non agitur modo ad executionem ſuper nullitate tranſactionis, ſed vt detegatur ipſa nullitas, quatenus poſſet dici tranſactionem comprehendere hæreditatem Vincentij, & ſic non eſt neceſſe accepta antea reſtituere, fietq. hæc
7 reſtitutio, ſi poſtquam nullitas fuerit † detecta ex integro, tūc petetur tota hæreditas etiam comprehenſis bonis Vincentij perinde ac ſi nulla trāſactio eſſet facta ad tradita per *Menoch. conſ. 644 nu. 14. Rota in Mediolanen legati 15. Decemb. 1593. coram Gipſio, & apud ſan. m. Greg. XV. deciſ. 271. nu. 16. & notant ibi Adden. nu. 8. & fuit dictum in Toletana iuriſpatronatus 11. Febr. 1628. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit tranſactionem non obſtare.

R. P. D. MERLINO.

Gerunden̄ Adminiſtrationis.

Die Veneris 30. *Aprilis* 1632.

ARGVMENTVM.

Ius adminiſtrandi bona, redditus, & prouentus & c. alicuius Eccleſiæ Collegiatæ, quando ex pluribus capitibus ſpectet ſimul, & ſimultaneè ad Canonicos, & Capitulum. Subrogatio in locum alicuius quid operetur.

SVMMARIVM.

1 *Sententiæ validitas ex quibus colligatur.*
2 *Adminiſtratio bonorum & reddituum Eccleſiæ ſpectat ad omnes Canonicos ſimul, & Capitulū.*
3 *Et hoc procedit tam vbi agitur de Eccleſijs Regularibus, quàm de Collegijs ſecularibus. & nu. 4.*
5 *Subrogato in locum alicuius competunt omnia iura tàm actiua, quàm paſſiua eius, in cuius locum eſt ſubrogatus, niſi expreſsè tollatur. & n. 7.*
6 *Capitulo competit tunc multo magis adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, ſi concurrat obſeruantia.*
8 *Verbum remanere quid importet.*
9 *Papa non præſumitur voluiſſe decidere id, quod neſciuit.*
10 *Papa, quando indulget Epiſcopis collationem beneficiorum etiam in menſibus reſeruatis, ſi collatio Epiſcopi ſit ſimultanea cum Capitulo, indultum huiuſmodi etiam ſuffragatur Capitulo connexo.*
11 *Capitulum quando veniat appellatione Epiſcopi.*
12 *in Actibus negatiuis non poteſt vlla acquiri præſcriptio ſine reclamatione, & contradictione aduerſarij.*
13 *Præſcriptio aliqua non poteſt prætendi, ſi non appareat de lapſu temporis neceſſarij.*
14 *Præſcriptio impeditur per clauſulam ſublata, & decretum irritans.*

Deciſio iſta allegatur ſupra in deciſione 32. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 16. Martij 1635. coram R.P.D. Veroſpio.

DECISIO CCLXXIX.

SENTENTIAS Rotales in quibus pronunciatum fuit, ius adminiſtrandi, & reſpectiuè exercendi bona, redditus, & prouentus, aliaq. iura quæcumque etiam iuriſdictionalia Eccleſiæ Beatæ MARIÆ Villæ Bertrandi, eiusq. Menſæ Capitularis ſpectare, & pertinere ſimul, & coniunctim ad Canonicos, & Capitulum, vnà cum Archipreſbytero dictæ Eccleſiæ, nullumq. ius ſoli Archipreſbytero ſine illis competere, ſaluis tamen eidem Archipreſbytero iuribus ſuper fructibus Piattariæ, & Camerariæ, illi ſoli in Bulla erectionis dictæ Eccleſiæ in Collegiatam particulariter aſſignatis, circa quæ nec quidquam prætendit Capitulum, hodie Domini vti validas, & iuſtas confirmandas eſſe cenſuerunt.

Quo enim ad validitatem ex reuolutione actorū apparet de commiſſione cauſæ, mandatis procuræ,
1 citationibus, & † alijs neceſſarijs pro ſententiarū validitate, de quibus per *Caputaq. deciſ. 260. p. 2.*

Quo verò ad iuſtitiam, illa bene deducitur, & ex iuris communis diſpoſitione, & ex particulari præſcripto fundationis, ſeu erectionis dictæ Eccleſiæ Collegiatæ, iuncta etiam conformi ſubſequuta obſeruantia.

De iure enim communi adminiſtratio bonorū,
2 † & reddituum Eccleſiæ ſpectat ad omnes Canonicos ſimul, & Capitulum, nedum vbi agitur de
3 Collegijs † Regularibus, quale ab initio fuit Eccleſia Sanctæ MARIÆ, *cap. nouit. cap. c. quanto. cap. ea noſcitur de his quæ fiunt à Prælat. ſine conſ.*
4 *Capit.* ſed & in † Collegijs ſecularibus quale eſt ad præſens Capitulum dictæ Eccleſiæ, *cap. relatum de teſtam. gloſ. in c. penult. verb. Aſſiſios. de Cleric. non reſiden. cum alijs deductis in deciſionibus in hac cauſa emanatis ſub die 16. Febr. 1629. & 13. Maij 1630. coram R. P. D. meo Veroſpio.*

Ex tenore autem fundationis dictæ Eccleſiæ, de qua in ſumm. num. 3. clarius hoc deducitur, dum ibi decernitur, vt bona omnia acquiſita, & acquirenda communiter ab omnibus poſſideātur, & proprietatis bonorū vſurpatio ſingulis Canonicis diſtrictè interdicitur, cui fundationis legi inhæſit etiā ſanctæ memoriæ Clemens Octauus in Bulla Secu-

Digitized by Google

larizationis, & erectionis in Collegiatã huius Eccleſiæ, data in ſumm. num. 6. in qua conceditur ſimultanea fructuum exactio, & adminiſtratio ipſis Canonicis, vnà cum Archipresbytero, quæ ſimultanea adminiſtratio, quatenus etiam diſertis verbis in Bulla Secularizationis non eſſet conceſſa; adhuc tamen intelligeretur reſeruata, ſtante quod ius huiuſmodi ſimultaneæ adminiſtrationis dicta Eccleſia retinebat in ſtatu Regularitatis, per ſecularizationem autem ſolum cēſentur mutata, & ſublata priuilegia, & iura concernentia Regularita-
5 tem, in cæteris † verò iura omnia tàm actiua, quàm paſſiua integra remanent, & illæſa ipſi Eccleſiæ, & Capitulo ſeculari ſubrogato, niſi expreſsè tollantur. *Innoc. in cap. Abbate, in fin.* & ibi *Butr. num. 22. Abb. nu. 16. de verb. ſignif. Oldrad. conſ. 267. n. 1. & ſeqq. Gemin. conſ. 125. nu. 12. Rip. conſ. 3. n. 16. de elect. & fuit dictum in Tarraconen. Sacriſtia 19. Martij 1601. coram Iuſto.*

Fauet demum Capitulo circa dictam adminiſtra-
6 tionem † ſubſequuta obſeruantia, dantur ſiquidem in ſumm. num. 5. plures conceſſiones bonorum, & alij actus iuriſdictionales coniunctim, & ſimultaneè geſti per Abbatem, & Conuentum, ſeu Canonicos, quę obſeruantia licet obtenta in ſtatu Regularitatis, videtur etiam ſuffragari poſt ſecularizationem, per quam Archipresbyter, & Capitulum
7 in locum Abbatis, & Canonicorum † cum iurium translatione ſubrogati fuerunt ad tradita per *Rip. d. reſponſ. 3. nu. 22. de elect.* cum alijs ſupra deductis, & ſanctæ memoriæ Clemens in declaratione Bullæ Secularizationis pluries adhibuit, ac repe-
8 tijt verbum † *remanere*, per quod infertur reſeruatum fuiſſe Archipresbytero, & Capitulo omne ius, quod habebant Abbas, & Cōuentus in primo ſtatu Regularitatis ad *gloſ. in l. cum autem. §. finali. verb. remanſiſſent. ff. de edilit. edicto. Bero. cōſ. 204. nu. 46. lib. 1. Menoch. conſ. 238. nu. 34.*

Non obſtat quod idem Clemens Octauus declarauerit ſuę intentionis non fuiſſe applicare iuriſdictionem dignitatibus Celſonen., quibus applicata fuerat menſa Abbatialis Sanctæ MARIÆ, ſed, vt iuriſdictio remaneret penes Archipresbyterum, indeq. deducatur quoad iuriſdictionalia Capitulũ non habere ius ſimultaneum cum Archipresbytero, quoniam placuit reſponſio, quod cum declaratio prædicta emanauerit ad dirimendas controuerſias circa iuriſdictionem vertentes inter Eccleſiam, ſeu dignitates Celſonen., atque Eccleſiam Collegiatam Beatæ MARIAE, non autem inter Archipresbyterum, & Capitulum dictæ Eccleſiæ, quorũ diſſidia non intellecta, neque tunc fortaſſe exiſten-
9 tia inter † eos, dici non poteſt quod Pontifex voluerit decidere, hinc ſequitur quod dum Papa voluit iuriſdictionem ſpectare ad Archipresbyterum, cōprehenſiuè etiam Capitulo connexo, & Archipreſbytero tanquam ſuo Capiti adiacenti pertinere intellexit, excludendo à iuriſdictione dumtaxat Eccleſiam Celſonen. intendentem ad ſe ſpectare vigore applicationis ſibi factæ, & includendo Capitulũ repræſentatum per Archipresbyterum tanquam
10 primam dignitatem, quemadmodum vbi Papa indulget Epiſcopis collationem beneficiorum etiam in menſibus reſeruatis, ſi collatio Epiſcopi ſit ſimultanea cum Capitulo, indultum huiuſmodi ſuf-
11 fragatur etiam Capitulo connexo, † quod venit tunc appellatione Epiſcopi, vt pluries reſoluit Rota, & ſignanter ad caſum præſentem applicando, & alijs doctrinis roborando luculenter reſpondit in hac cauſa, in deciſione emanata ſub die 15. Decembris 1630.* coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Non obſtant actus contrarij per Archipresbyterum facti, quoniam vel per eos fuerunt conſeruata iura Capituli conſortis, tãquam à ſuo capite geſtos, præſertim non conſtito de animo contrario eiuſdem Archipresbyteri, vel non docto de ſcientia, & patientia Capituli, ſed immò de reclamationibus, & contradictione ipſi Archipresbytero
12 non potuerunt † vllam acquirere præſcriptionem, maximè quia nō apparet de lapſu temporis ad in-
13 ducendam † præſcriptionem neceſſarij, quæ pot
14 † clauſulam *ſublata*, & decretum irritãs appoſita in Bulla erectionis fuiſſet etiam impedita, vt plenè deductum fuit in deciſionibus R.P.D. Veroſpij & Reuerendiſſimi D. mei Decani, cum quibus etiam hodie Domini tranſiuerunt &c.

Et ita Capitulo tantum informante reſolutum fuit &c.

** Sunt deciſiones 252. & 373. ſupra par. 1.*

** Eſt deciſio 414. ſupra eadem parte.*

§ Et in præcedenti parte adſunt plures aliæ deciſiones in eadem cauſa, idest ſub die 24. Nouēb. 1632. & 24. Nouemb. 1634. coram R.P.D. Veroſpio, & 12. Decemb. 1622. & 28. Martij 1631 ſunt deciſiones 321. & 32. coram bo. me. Reuerendiſſ. Coccino, & ſupra in hac parte habentur duæ aliæ deciſiones ſub die 3. Decemb. 1635. & 24. Aprilis 1637. corã eodem R.P.D. Merlino, prima eſt deciſio 76. alia eſt deciſio 211. quas omnes deciſiones Rota confirmauit ſub die 10. Martij 1638. coram R.P.D. Ghiſilerio, quæ deciſio erit in ſequenti parte.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.

Piſcien. Beneficij.

Die Mercurij 27. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

ex Præſentatis quis veniat inſtituendus. Iuſpatronatus in dubio non gentilitium, ſed hæreditarium præſumitur, & ex quibus colligi poteſt, quod teſtator excluſerit iſtam qualitatem gentilitij, itaut non reſpexerit ad agnationem.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à maiori parte patronorum eſt inſtituendus, & nu. 16.*
2 *Iuſpatronatus quando à principio eſt relictum quinque perſonis, ſi nominatus ſit præſentat[...] deſcendentibus à tribus ex dd. quinque [...]nis, venit inſtituendus.*
3 *Inſtitutio eſt debita præſentato à maiori [...] patronorum.*
4 *Iuſpatronatus, quando eſt gentilitium*

tronis ſunt admittẽdi in capita, & non in ſtirpes.
5 *Iuſpatronatus ex iuris præſumptione non gentilitium, ſed hæreditarium præſumitur.*
6 *Iuſpatronatus non præſumitur gẽtilitium, ſi fundator nunquam fecerit mentionem agnationis.*
Iuſpatronatus non præſumitur gentilitiũ, ſi fundator excluſit agnatos, vocando diuerſas familias abſque onere aſſumendi nomen, aut inſignia ſuæ familiæ. num.6.
7 *Fœmina nec de agnatione eſt, nec illam conſeruare dicitur.*
8 *ad Iuſpatronatus deſcendentes quando ſunt vocati cum qualitate maſculinitatis ſunt admittendi abſque hæredis qualitate.*
9 *ad Agnationis conſeruationem nõ cenſetur reſpexiſſe teſtator, ex ſola vocatione qualitatis deſcendentiæ maſculinæ.*
10 *Deſcendentium appellatione comprehenditur etiam fœmina.*
11 *ad Iuſpatronatus cenſentur vocati in capita, quãdo ſunt vocati vti vnũ corpus, declara vt n.12.*
13 *Patronorum duæ partes concordes ex tribus poſſunt præſentare. vide nu. 14. & 15.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 2. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 29. Ianuarij 1635. coram Reuerendiſſ. P.D. Pirouano Decano.

DECISIO [illegible]XXX.

DECISIO[illegible] die 7. Nouemb. [illegible]m eſſe inſti-
1 tuendum in C[illegible]r, tanquam præſentatum [illegible]um, *iuxta not. in clem.*[illegible] cum altera par[illegible]rum propoſuj dub[illegible]radictam deciſ[illegible]eſt fundamen-
2 t[illegible]s † à principio [illegible] quod Tiberius [illegible] tribus ex d.[illegible] parte patronorũ, [illegible], *vt in d. clem.*
3 [illegible]
[illegible]nem aliàs de[illegible]ltium, † &[illegible], & non in[illegible]præſent[illegible]
4 [illegible]
[illegible]o- [illegible] non [illegible]e de- [illegible]*e ture-* [illegible]n ex eo, [illegible]em agna- [illegible] quinque [illegible] aſſumendi [illegible] *per Rim.* [illegible]*, Gr*[illegible]

Nec minus [illegible] agnatio reſpectu [illegible]
12 dum in linea Franciſci [illegible] gnis conſideratur [illegible]
7 Margherita, qui † nec de [illegible] conſeruare dicuntur *Rota* [illegible] *res, ſan.me. Greg. dec.293.* [illegible]
Non obſtat, quod [illegible]
8 cati cum qualitate † maſculinitatis [illegible] di abſque hæredis qualitate, [illegible] detur in deciſione ex vocatione [illegible] lineam maſculinam, iuſpatronatus [illegible] tilitium, nec ſola qualitas deſcendentiæ [illegible]
9 arguit † agnationis conſeruationem, [illegible] *in conſ.448. ſub nu.2. & tenuit Rota in* [illegible] *riſpatronatus 23. Ianuar. 1612. coram Em*[illegible] *Card. Pamph.*

Et hoc tanto magis dum non fuerunt ſimplici-
10 ter vocati maſculi deſcendentes, † ſed fuerunt vocati deſcendentes, vt ſupra per lineam maſculinã, quarum appellatione comprehenditur fœmina, à qua etiam eſt præſentatus Tiberius, & ſic à maiori parte patronorum *ſan. mem. Greg. dec.383. num.3. & ibi add. & dec.364. per tot.*

Nec dicatur deſcendentes fuiſſe vocatos in ca-
11 pita ex eo, quod fuerint vocati † vti vnum corpus, quia Domini contrarium dixerunt cum ab initio fuerint vocati plures de per ſe, qui propterea particulares acquiſitiones fecerunt, & plures ab initio ſtipites conſtituti fuerũt iuxta numerum perſona-
12 rum vocatarum, itaut † deficientibus deſcendentibus ab aliquo ſtipite iuſpatronatus tranſeat ad hæredes vel alios ſucceſſores etiam non deſcendentes *Bart. in l. ſi mihi & Titio nu.4 & ibi Iaſ. nu.10. & communiter DD. ff. de verb. obl. Caſtr. in conſ. 26x. nu.1. par.2.*

13 Non obſtat, quod duæ partes † patronorum cõcordes ex tribus poſſint præſentare, quia cum non poſſ[illegible]erificari, quando præſentant quinque, i[illegible]o debet ad caſum, qui poſſet euenire,
14 [illegible]empe vel in caſu abſentiæ, † vel mortis [illegible]pitis, & deſcendentiæ vel in caſu, quod [illegible] deſcendentia quantumuis numeroſa [illegible]es ex tribus concordes in quolibet ſtipite [illegible]uſque patroni præſentare poſſint; quaprop[illegible]n Tiberius concorditer à tribus ſtipitibus [illegible]æſentatus connumerata fœmina deſcendens [illegible] vno † ſtipite & ſi ea dematur adhuc remaneat [illegible]æſentatus à duobus ſtipitibus, & ſic indubitan[illegible]ter à medietate patronorum, pro alia verò medieta-
16 te obtinuit derogationem à Sãctiſſ. † meritò igitur venit inſtituendus iuxta bene firmata in prima deciſione.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

☞ * *Eſt deciſio 275. ſupra in hac parte, & adeſt etiam altera deciſio in hac cauſa ſub die 31. Ianuarij 1635. coram Reuerendiſſ. P. D. Pirouano Decano.* [illegible] *deciſio 31. Et infra in ſequenti parte* [illegible]*a ſub diebus 14. Decembris,* [illegible]*1636. coram R.P.D. Rojas.*

R.P.D.

larizationis, & erectionis in Collegiatã huius Ec-
cleſiæ, data in ſumm. num. 6. in qua conceditur ſi-
multanea fructuum exactio, & adminiſtratio ipſis
Cannnicis, vnà cum Archipresbytero, quæ ſimul-
tanea adminiſtratio, quatenus etiam diſertis ver-
bis in Bulla Secularizationis non eſſet conceſſa;
adhuc tamen intelligeretur reſeruata, ſtante quod
ius huiuſmodi ſimultaneæ adminiſtrationis dicta
Eccleſia retinebat in ſtatu Regularitatis, per ſecu-
larizationem autem ſolum cẽſentur mutata, & ſu-
blata priuilegia, & iura concernentia Regularita-
5 tem, in cæteris † verò iura omnia tàm actiua, quàm
paſſiua integra remanent, & illæſa ipſi Eccleſiæ, &
Capitulo ſeculari ſubrogato, niſi expreſsè tollantur.
Innoc. in cap. Abbate, in fin. & ibi *Butr. num. 22.
Abb. nu. 16. de verb. ſignif. Oldrad. conſ. 267. n. 1.
& ſeqq. Gemin. conſ. 125. nu. 12. Rip. conſ. 3. n. 16.
de elect. & fuit dictum in Tarraconen. Sacriſtiæ*
19. *Martij* 1601. *coram Iuſto.*

Fauet demum Capitulo circa dictam adminiſtra-
6 tionem † ſubſequuta obſeruantia, dantur ſiquidem
in ſumm. num 5. plures conceſſiones bonorum,
& alij actus iuriſdictionales coniunctim, & ſimul-
taneè geſti per Abbatem, & Conuentum, ſeu Ca-
nonicos, quę obſeruantia licet obtenta in ſtatu Re-
gularitatis, videtur etiam ſuffragari poſt ſeculari-
zationem, per quam Archipresbyter, & Capitulum
7 in locum Abbatis, & Canonicorum † cum iurium
translatione ſubrogati fuerunt ad tradita per *Rip.
d. reſponſ. 3. nu. 22. de elect.* cum alijs ſupra dedu-
ctis, & ſanctæ memoriæ Clemens in declaratione
Bullæ Secularizationis pluries adhibuit, ac repe-
8 tijt verbum † *remanere*, per quod infertur reſerua-
tum fuiſſe Archipresbytero, & Capitulo omne ius,
quod habebant Abbas, & Cõuentus in primo ſta-
tu Regularitatis ad *gloſ. in l. cum autem. §. finali.
verb. remanſiſſent. ff. de edilit. edicto. Bero. cõſ. 204.
nu. 46. lib. 1. Menoch. conſ. 238. nu. 34.*

Non obſtat quod idem Clemens Octauus decla-
rauerit ſuę intentionis non fuiſſe applicare iuriſ-
dictionem dignitatibus Celſoneñ, quibus applica-
ta fuerat menſa Abbatialis Sanctæ MARIÆ, ſed,
vt iuriſdictio remaneret penes Archipresbyterum,
indeq. deducatur quoad iuriſdictionalia Capitulũ
non habere ius ſimultaneum cum Archipresbyte-
ro, quoniam placuit reſponſio, quod cum declara-
tio prædicta emanauerit ad dirimendas controuer-
ſias circa iuriſdictionem vertentes inter Eccleſiam,
ſeu dignitates Celſoneñ, atque Eccleſiam Colle-
giatam Beatæ MARIAE, non autem inter Archi-
presbyterum, & Capitulum dictæ Eccleſiæ, quorũ
diſſidia non intellecta, neque tunc fortaſſe exiſten-
9 tia inter † eos, dici non poteſt quod Pontifex vo-
luerit decidere, hinc ſequitur quod dum Papa voluit
iuriſdictionem ſpectare ad Archipresbyterum, cõ-
prehenſiuè etiam Capitulo connexo, & Archipreſ-
bytero tanquam ſuo Capiti adiacenti pertinere in-
tellexit, excludendo à iuriſdictione dumtaxat Ec-
cleſiam Celſoneñ intendentem ad ſe ſpectare vigo-
re applicationis ſibi factæ, & includendo Capitulũ
repræſentatum per Archipresbyterum tanquam
10 primam dignitatem, quemadmodum vbi Papa † in-
dulget Epiſcopis collationem beneficiorum etiam
in menſibus reſeruatis, ſi collatio Epiſcopi ſit ſi-
multanea cum Capitulo, indultum huiuſmodi ſuf-
11 fragatur etiam Capitulo connexo, † quod venit
tunc appellatione Epiſcopi, vt pluries reſoluit Ro-
ta, & ſignanter ad caſum præſentem applicando, &
alijs doctrinis roborando luculenter reſpondit in
hac cauſa, in deciſione emanata ſub die 11. Decem-
bris 1630.* coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.

Non obſtant actus contrarij per Archipresby-
terum facti, quoniam vel per eos fuerunt conſerua-
ta iura Capituli conſortis tãquam à ſuo capite ge-
ſtos, præſertim non conſtito de animo contrario
eiuſdem Archipresbyteri, vel non docto de ſcien-
tia, & patientia Capituli, ſed immò de reclama-
tionibus, & contradictione ipſi Archipresbytero
12 non potuerunt † vllam acquirere præſcriptionem,
maximè quia nõ apparet de lapſu temporis ad in-
13 ducendam † præſcriptionem neceſſarij, quæ per
14 † clauſulam *ſublata*, & decretum irritãs appoſita
in Bulla erectionis fuiſſet etiam impedita, vt plenè
deductum fuit in deciſionibus R. P. D. Veroſpij &
Reuerendiſſimi D. mei Decani, cum quibus etiam
hodie Domini tranſiuerunt &c.

Et ita Capitulo tantum informante reſolutum
fuit &c.

** Sunt deciſiones 252. & 373. ſupra par. 1.*

** Eſt deciſio 414. ſupra eadem parte.*

§ *Et in praecedenti parte adſunt plures aliæ deciſio-
nes in eadem cauſa, ideſt ſub die 24. Nouẽb. 1632.
& 24. Nouemb. 1634. coram R. P. D. Veroſpio, &
12. Decemb. 1622. & 28. Martij 1631. ſunt deciſio-
nes 321. & 32. coram bo. me. Reuerendiſſ. Coccino,
& ſupra in hac parte habentur duæ aliæ deciſiones
ſub die 3. Decemb. 1635. & 24. Aprilis 1637. corã
eodem R. P. D. Merlino, prima eſt deciſio 76. alia
eſt deciſio 211. quas omnes deciſiones Rota confir-
mauit ſub die 10. Martij 1638. coram R. P. D. Ghi-
ſilerio, quæ deciſio erit in ſequenti parte.*

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.

Piſcieñ Beneficij.

Die Mercurii 27. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM.

ex Præſentatis quis veniat inſtituendus. Iuſ-
patronatus in dubio non gentilitium, ſed hæ-
reditarium præſumitur, & ex quibus colligi
poteſt, quod teſtator excluſerit iſtam quali-
tatem gentilitij, itaut non reſpexerit ad
agnationem.

SVMMARIVM.

1 *Præſentatus à maiori parte patronorum eſt in-
ſtituendus, & nu. 16.*

2 *Iuſpatronatus quando à principio eſt relictum
quinque perſonis, ſi nominatus ſit præſentatus à
deſcendentibus à tribus ex dd. quinque perſõ-
nis, venit inſtituendus.*

3 *Inſtitutio eſt debita præſentato à maiori parte
patronorum.*

4 *Iuſpatronatus, quando eſt gentilitium, tunc pa-
troni*

troni ſunt admittẽdi in capita, & non in ſtirpes.

5 *Iuſpatronatus ex iuris præſumptione non gentilitium, ſed hæreditarium præſumitur.*

6 *Iuſpatronatus non præſumitur gẽtilitium, ſi fundator nunquam fecerit mentionem agnationis.*

Iuſpatronatus non præſumitur gentilitiũ, ſi fundator excluſit agnatos, vocando diuerſas familias abſque onere aſſumendi nomen, aut inſignia ſuæ familiæ. num. 6.

7 *Fœmina nec de agnatione eſt, nec illam conſeruare dicitur.*

8 *ad Iuſpatronatus deſcendentes quando ſunt vocati cum qualitate maſculinitatis ſunt admittendi abſque hæredis qualitate.*

9 *ad Agnationis conſeruationem nõ cenſetur reſpexiſſe teſtator, ex ſola vocatione qualitatis deſcendentiæ maſculinæ.*

10 *Deſcendentium appellatione comprehenditur etiam fœmina.*

11 *ad Iuſpatronatus cenſentur vocati in capita, quãdo ſunt vocati vti vnũ corpus, declara vt n. 12.*

13 *Patronorum duæ partes concordes ex tribus poſſunt præſentare. vide nu. 14. & 15.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 2. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 29. Ianuarij 1635. coram Reuerendiſſ. P.D. Pirouano Decano.

DECISIO CCLXXX.

DECISIO in hac cauſa facta ſub die 7. Nouemb. 1629.* firmat Tiberium eſſe inſti-
1 tuendum in Capellania, de qua † agitur, tanquam præſentatum à maiori parte patronorum, *iuxta not. in clem. plures de iurepatr.* ſed cum altera pars deciſioni non acquieſceret, iterum propoſui dubium ſuper eiſdem, & Domini ſupradictam deciſionem confirmarunt, quia verum eſt fundamen-
2 tum in ea factum, quod iuſpatronatus † à principio fuit relictum quinque perſonis, & quod Tiberius fuit præſentatus à deſcendentibus à tribus ex dd. quinque perſonis, & ſic à maiori parte patronorũ,
3 cui † propterea debita eſt inſtitutio, *vt in d. clem. plures.*

Nec obſtare dixerunt oppoſitionem aliàs dedu-
4 ctam quod iuſpatronatus ſit gentilitium, † & ideo patroni ſint admittendi in capita, & non in ſtirpes, quo caſu Tiberius nõ remaneat præſentatus à maiori parte, cum deſcendentes ab alijs duabus ſint plures quàm deſcendentes à tribus, qui Tiberium præſẽtarunt; iſtud enim obiectum ſatis remanet ſublatum in eadem deciſione in qua ſufficienter oſtenditur iuſpatronatus eſſe hæreditarium, & non
5 gentilitium † non ſolum ex iuris præſumptione de qua *in d. clem. plures ex trad. Abb. in c. 1. de iurepatr. & Rot. deciſ. 422. par. 1. rec.* ſed etiam ex eo, quod fundator nunquam fecit mentionem agna-
6 tionis, quinimò † illam excluſit vocando quinque familias diuerſas abſque aliquo onere aſſumendi nomen, aut inſignia ſuæ familiæ, & *not. per Rum. iun. conſ. 244. nu. 303. & coram ſanct. mem. Greg. deciſ. 464. nu. 19.*

Nec minus dici poteſt, quod fuerit conſiderata agnatio reſpectu deſceñ eorumdem vocatorum, dum in linea Franciſci de Poſchis, & Atti de Pagnis conſiderauit deſcendentes ex Eliſabetta, &
7 Margherita, qui † nec de agnatione ſunt nec illam conſeruare dicuntur. *Rota dec. 463. nu. 5. par. 1. in rec. ſan. me. Greg. dec. 293. nu. 19. & ibi add. n. 24.*

Non obſtat, quod quando deſcẽdentes ſunt vo-
8 cati cum qualitate † maſculinitatis, ſunt admittendi abſque hæredis qualitate, quia vt bene reſpondetur in deciſione ex vocatione deſcendẽtium per lineam maſculinam, iuſpatronatus non dicitur gẽtilitium, nec ſola qualitas deſcendentiæ maſculinę
9 arguit † agnationis conſeruationem, vt per *Surd. in conſ. 448. ſub nu. 2. & tenuit Rot. in Ianuen. iurispatronatus 23. Ianuar. 1612. coram Eminentiſſ. Card. Pamph.*

Et hoc tanto magis dum non fuerunt ſimplici-
10 ter vocati maſculi deſcendentes, † ſed fuerunt vocati deſcendentes, vt ſupra per lineam maſculinã, quarum appellatione comprehenditur fœmina, à qua etiam eſt præſentatus Tiberius, & ſic à maiori parte patronorum *ſan. mem. Greg. dec. 383. num. 3. & ibi add. & dec. 364. per tot.*

Nec dicatur deſcendentes fuiſſe vocatos in ca-
11 pita ex eo, quod fuerint vocati † vti vnum corpus, quia Domini contrarium dixerunt cum ab initio fuerint vocati plures de per ſe, qui propterea particulares acquiſitiones fecerunt, & plures ab initio ſtipites conſtituti fuerũt iuxta numerum perſona-
12 rum vocatarum, itaut † deficientibus deſcendentibus ab aliquo ſtipite iuſpatronatus tranſeat ad hæredes vel alios ſucceſſores etiam non deſcendentes *Bart. in l. ſi mihi & Titio nu. 4 & ibi Iaſ. nu. 10. & communiter DD. ff. de verb. obl. Caſtr. in conſ. 262. nu. 1. par. 2.*

13 Non obſtat, quod duæ partes † patronorum cõcordes ex tribus poſſint præſentare, quia cum non poſſit hoc verificari, quando præſentant quinque, iſta diſpoſitio debet ad caſum, qui poſſet euenire,
14 adaptari, nempe vel in caſu abſentiæ, † vel mortis alicuius ſtipitis, & deſcendentiæ vel in caſu, quod in qualibet deſcendentia quantumuis numeroſa duæ partes ex tribus concordes in quolibet ſtipite vniuſcuiuſque patroni præſentare poſſint; quapropter cum Tiberius concorditer à tribus ſtipitibus ſit præſentatus connumerata fœmina deſcendens
15 ab vno † ſtipite & ſi ea dematur adhuc remaneat præſentatus à duobus ſtipitibus, & ſic indubitanter à medietate patronorum, pro alia verò medieta-
16 te obtinuit derogationem à Sãctiſſ. † meritò igitur venit inſtituendus iuxta bene firmata in prima deciſione.

Et ita deciſum vtraque parte informante.

* *Eſt deciſio 275. ſupra in hac parte, & adeſt etiam altera deciſio in hac cauſa ſub die 31. Ianuarij 1635. coram Reuerendiſſ. P. D. Pirouano Decano, eſt ſupra deciſio 31. Et infra in ſequenti parte habentur duæ aliæ ſub diebus 14. Decembris, 1635. & 11. Aprilis 1636. coram R. P. D. Rojas.*

R.P.D.

Digitized by Google

R. P. D. MERLINO.

Mediolaneñ Penſionis.

Die Lunæ 6. Iunii 1633.

ARGVMENTVM.

Fructus licèt non debeantur, niſi à die motæ litis, & hoc propter malam fidem, in qua conſtituitur poſſeſſor propter dictã motionem, hoc tamen non procedit, quando fructus nõ petuntur vti acceſſorij, ſed vti ſors principalis, quia tunc integri, & vſque à principio debentur.

SVMMARIVM.

1 *Fructus non debentur, niſi à die motæ litis.*
2 *per Litis conteſtationem poſſeſſor conſtituitur in mala fide.*
3 *Fides mala eſt cauſa obligationis ad fructus reſtituendos.*
4 *Fructus quando petuntur non vti acceſſorij, & appendices, ſed tã quam ſors principalis ſit etiam condemnatio ante motam litem.*
5 *Fructus legati annui, præſtationis annuæ penſionis &c. non petuntur vti fructus, ſed vti ſors.*
6 *Fructus, qui petuntur vti ſors, in eis non conſideratur mala fides orta ex lite, ſed obligatio antecedens.*
7 *Fructus quando petuntur vti ſors principalis, ſi toti non ſoluerentur, per conſequens non ſolueretur tota ſors principalis, quod eſſet abſurdum.*
8 *Fructus, vt quis faciat ſuos ſufficit bona fides proueniens etiam ex titulo inualido, & nullo.*
9 *Ruin. in conſ. 91. nu. 4. lib. 4. & alij declarantur.*
10 *Fides mala per litis conteſtationẽ inducta requiritur, vt quis poſſit condemnari ad fructus, ſi petantur vti acceſſorij.*
11 *Conceſſum ad tempus, poſt illud tempus dicitur prohibitum, & nu. 23.*
12 *Fructus percipiens poſt tempus ſibi permiſſum, dicitur eſſe in mala fide.*
13 *Conceſſio ſi habeat in ventre aliquam prohibitionem, & ea vtatur non poteſt allegare ignorantiam d. prohibitionis.*
14 *Diſpoſitioni, & voluntati concedentis ſi quis controueniat, dicitur conſtitutus in mala fide, & num. 24.*
15 *Præſcriptio formari non poteſt ſtante mala fide.*
16 *Præſcriptio impeditur, & interrumpitur per actus etiam extraiudiciales.*
17 *ad Fructus ſoluendos vt quis cogi poſſit, requiritur ad hoc vt eorum condemnatio ſit facta in ſententia.*
18 *Fructus, quando debentur iure actionis, & principaliter tunc poſſunt peti, etiamſi Iudex in ſententia condemnare omiſerit reum ad illos reſtituendum.*
19 *de Tranſactionibus non habenda ratio ſi ſuper illarum nullitate fuerit pronunciatum.*
20 *Validitatis implicitus ſtatus poteſt excuſare poſſeſſorem à fructuum reſtitutione.*
21 *Fructus, quando petuntur vti ſors, & principaliter à reſtitutione eorum quis nõ excuſatur propter implicitum ſtatum validitatis.*
22 *Tranſactiones declaratæ nullæ non poſſunt tribuere aliquem titulum validum.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 3. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 19. Ianuarij 1635. coram eodem R. P. D. Merlino.

DECISIO CCLXXXI.

POSTQVAM per duas ſententias Rotales Beneficiatis Metropolitanæ Mediolaneñ cõceſſa fuit immiſſio in quaſi poſſeſſione exigendi annuã penſionem ſcutorum mille, quam Ven. mem. Sanctus Carolus Cardinalis Borromæus diſmembrauerat à menſa diſtributionum eorumdem Beneficiatorum, *& ad quinquennium applicauerat fabricæ domorum Canonicalium dictæ Eccleſiæ*, & in dictis ſententijs demandata etiam fuit reſtitutio penſionum, & fructuum per Capitulum, & Canonicos perceptorum à die motæ litis. Hodie cauſa mihi commiſſa iidem Beneficiati inſteterũt pro reſtitutione penſionum exactarum *per Canonicos, & Capitulum etiam ante motam litem & à die quo finitum fuit tempus, intra quod per Sanctum Carolum reſtricta fuerat applicatio penſionis in fauorem eiuſdem Capituli & Canonicorum*, & Domini dixerunt dictas penſiones ante motam litem eſſe reſtituendas.

1 Quamuis enim verum ſit, quod regulariter † fru-
2 ctus non debentur niſi à die motæ litis, † quia tũc
poſſeſſor conſtituitur in mala fide, quæ mala fides
3 radix eſt † obligationis ad fructus reſtituendos,
l. 3. vbi DD. ff. de interdict. l. fructus. ff. de vſur. Rota deciſ. 4. de reſtit. ſpol. in nou. Caputaq. deciſ. 27. par. 2. & apud Card. Seraph. deciſ. 835. n. 1. & 2. & coram ſan. mem. Greg. XV. deciſ. 24 in princip. & fuit dictum in Bononien. fideicom. de Turri 28.
Ianuarij 1628 *coram me, & aliàs paſſim*. Attamen
quando, vt in caſu præſenti fructus non petuntur
4 vti acceſſorij, † & appendices rei in iudicium de-
ductæ, ſed tanquam ſors principalis, & principa-
5 liter debita, vt in † legato annuo, præſtatione an-
nua, & in penſione, in iſtis enim fit condemnatio
6 etiam motam litem, quia pro iſtis vindicandis † nõ
mala fides ex lite proficiſcens, ſed alia antecedens
obligatio ex contractu vel quaſi, vel alio iuris legitimo fonte manans tribuit actionem. Ita bene diſtinxit *Rota coram Paleotto deciſ. 689. lib. 3. par. 3. diuerſ. et apud Card. Seraph. deciſ. 1168. num. 3. & in Mediolanen. fructuum 26. Maii* 1589. *coram bon. mem. Card. Platto, et in Cæſarauguſtana penſionis* 1586. *coram Gipſio, et in deciſ. 317. num. 3. par. 1. recen.* alioquin enim ſi fructus huiuſmodi reſtituerentur ſolum à die motæ litis, non ſolueretur
7 tota ſors † principalis, & integra penſio in dictis
fructibus conſiſtens, quæ non diſtinguitur à ſubiecto, ex quo percipitur. prout diſtinguuntur re vera fructus acceſſorij.

Quibus tolluntur, quæ dicebantur de bona fide,
8 qua concurrente † poſſidens etiam ex titulo inualido,

lido, & nullo facit fructus ſuos. *Ruin. conſ. 91. n. 4. lib. 5. Oſaſch. deciſ. 160. num. 3. Peregr. de fideicom. art. 49. num. 110.* quia Doctores prædicti loquun-
9 tur † in caſu vbi fructus petuntur vti acceſſorij rei
10 principaliter in iudicium deductæ, quiſvt debeantur, requiritur mala fides per litis conteſtationem inducta.

Sed & in propoſita facti ſpecie non deeſt etiam mala fides, quia cum applicatio facta per Sanctum Carolum Capitulo, cuius vigore exigebatur penſio eſſet ad certum tempus reſtricta, nempè ad quin-
11 quennium poſt † illud tempus dicebatur expreſsè denegata *l. ſi vnus §. 1. ff. de pact. Tiraquell. de retract. conuent. §. 1. gloſ. 2. num. 46. Surd. conſ. 57. num. 9. et deciſ. 189. num. 9.* & ſic in mala fide erãt
12 Canonici exigendo penſionẽ cuius perceptio † per lapſum temporis erat illis prohibita, cumq. applicatio, & conceſſio, cuius vigore Capitulum exigebat, haberet in ventre expreſſionem temporis
13 limitati † non poterat prætendere ignorantiam dictæ limitationis, prout in ſimili animaduertit *Rota deciſ. 303. num. 4. & 5. apud Cardinal. Mant.* & facit une tradita *in Placentina decimarum 12. Maij 1630. coram R. P. D. meo Durano*, & extremus ille dies quinquennij ad quod erat reſtricta applicatio quodammodo interpellabat Canonicos vt reſtituerent, qui dum continuabant in perceptione di-
14 ctæ penſionis, contraueniebant voluntati, † & diſpoſitioni Sancti Caroli, qui intra quinque annos duntaxat reſtrinxit illam præſtationem annuam ſcutorum mille.

Hincq. etiam tollitur obiectum præſcriptionis
15 per Capitulum, quæ præſcriptio † formari nõ potuit ſtante mala fide, *Cap. dudum de decim. Surd. conſ. 276. num. 18. et 21. Honded. conſ. 82. num. 39. et ſeqq. lib. 1. cum alijs*, & eo magis fuit impedita,
16 & interrupta prætenſa † præſcriptio ex petitione penſionum decurſarum etiam ante motam litem, & proteſtationibus ſuper hoc per Beneficiatos factis, quibus quidem Beneficiatis in ſententia R. P. D. mei Durani in ſumm. nũ. 8. expreſsè reſeruatũ fuit ius agendi pro penſionibus exactis ante motam litem.

Non obſtat, quod vt deberentur iſti fructus, ſeu
17 penſiones ante motam † litem facienda eſſet condemnatio in ſententijs latis in negocio principali.
18 Quoniam quando fructus † debẽtur iure actionis, & principaliter non acceſſoriè, vt in caſu præſenti, tunc poſſunt peti etiam ſi Iudex reum & poſſeſſorem ad illorum reſtitutionem omiſerit condemnare, *Abb. in cap. grauis. nu. 20. de reſtit. ſpoliat. Bald. in l. 1. num. 17. ff. ſolut. matrim. plenè Surd. conſ. 293. num. 23. Giurb. deciſ. 65. num. 14. Rota deciſ. 807. num. 4. & ſeqq. part. 1. diuerſ.*

Minus obſtant tranſactiones factę per Beneficia-
19 tos, & Capitulum, † quia ſuper illarum nullitate fuit reſolutum deciſione emanata in hac cauſa in negocio principali *ſub die 1. Iulij 1615. coram bo: mem. Vbaldo, quæ eſt deciſ. 755. par. 2. recent.*
20 Nec implicitus ſtatus validitatis † earumdem tranſactionum excuſare poteſt Capitulum à reſtitutione fructuum, quoniã ſi ageretur de fructibus acceſſoriè petitis ſuffragaretur obiectum, ſed dum
21 fructus principaliter petuntur, † & tanquam ſors principalis implicitus ſtatus validitatis non excuſat à reſtitutione rei nulliter poſſeſſæ ſecuta nullitatis declaratione quemadmodum dictas tranſactiones tanquam non tribuentes titulum validum
22 Capitulo non † impedire immiſſionem Beneficiatis, in quaſi poſſeſſione percipiendi iſtas penſiones reſpondit *Rota in d. deciſ. 755. nu. 5. & deciſ. 651. part. 2. & in deciſ. 196. part. 1. recent.* quæ deciſiones in hac cauſa emanarunt, & ſunt præſupponendæ, & in illis plenè reſpondetur obiectis, quæ hodie iterum per informantes pro Capitulo deducebantur. Et ſemper viget motiuum, quod Sanctus Carolus voluit fructus quinque annorum
23 ſolum applicare Canonicis, quibus † elapſis decreuit vt reuerterẽtur ad Beneficiatos, vnde ſi Canonici iſtos fructus non reſtituerent, propagaſſent hanc penſionem quinquennalem vltrà mentem
24 S. Caroli diſponentis in præiudicium † Beneficiatorum, à quibus S. Carolus ad certum, & limitatum tempus duntaxat abdicauit dictũ emolumẽtũ.

Et ita vtraque parte informante reſolutum fuit.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien Tranſactionis,

Sabbati 26. Nouembris 1633.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM.

Alienatio omnis interdicta eſt, quæ fieri cõtingit lite pendente, & maximè ſi ſit facta in potentiorem perſonam, vt terror incutiatur in aduerſarium, & plura adducuntur ad demonſtrandum, qualis hoc caſu dicatur perſona potentior, & qualis non.

SVMMARIVM.

1 *Alienatio omnis, quæ fit lite pendẽte eſt interdicta.*
2 *Alienatio rei litigioſæ in ſpecie prohibitum eſt ne fiat in perſonam potentiorem.*
3 *Alienatio cur rei litigioſæ nõ poſſit fieri in potentiorem, plures ſunt cauſæ.*
4 *Alienatio rei litigioſæ in potentiorem prohibita eſt propter præiudicium, quod fit parti in mutando iudicio, & nu. 17.*
5 *Et vt eidem præiudicio occurratur, quid ſatis exiſtimetur.*
6 *Alienatio rei litigioſæ in potentiorem damnata eſt, propter patrocinium potentiorum in oppreſſionem tenuiorum hominum.*
7 *Et talis alienatio prohibita eſt ſub pœna amiſſionis cauſæ cedenti actionẽ, & pœna arbitrio Iudicis imponenda ei, in quem talis actio eſt tranſlata.*
8 *Alienatio rei litigioſæ vt dicatur facta in potentiorem, quando potentia illius, in quem eſt facta tranſlatio eſt talis, ex qua ſequi poſſit effectus timoris, qui aduerſarium turbari valeat.*
9 *L. 1. & 2. C. ne lic. potent. patron. &c. vt habeat locum, quæ potentia non ſufficiat, & nu. 10. 11. & 19.*

12 *Do-*

12 *Doctor magnus Bononiæ poteſt dici perſona potentior ad effectum l. 1. & 2. C ne lic. potent. patroc. litig. &c.*

13 *Clericus ratione ſolius Clericatus an ſit potentior Laico.*

14 *Tutor dicitur potentior pupillo, ne poſſit ceſſionem actionis recipere contrà eumdem pupillum.*

15 *Potentia, in terminis l. 1. & 2. C. ne lic. potent. patro. &c. requiritur, vt non ſolum ſit ratione officij, ſed etiam vt ex cauſa eiuſdem officij poſſit eſſe terrori ſuo Aduerſario.*

16 *Diſpoſitio l. 1. & 2. C. ne lic. potent. patro. &c. eſt pœnalis & odioſa.*

18 *Mutatio fori requiritur, vt non valeat alienatio rei litigioſæ in potentiorem.*

20 *Diſpoſitio l. 1. & 2. C. ne lic. potent. patr. &c. ceſſat, ſi alienatio ſit facta in perſonam æquè potentiorem.*

21 *Potentia ceſſante, ceſſat ratio l. 1. & 2. C. ne lic. potent. patro. litig. &c.*

22 *extra Beneficij locum ſi potentia ſit non poteſt haberi aliqua ratio, vt iuſpatronatus dicatur ex vſurpatione.*

23 *Meliten. Iuriſpatronatus 10. Maij 1608. coram Caual. declaratur.*

24 *Iuſpatronatus præſumitur etiam ex vſurpatione, licet potentia ſit extra locum beneficij, ſi tamen ea influat in d. locum.*

25 *Potentia alicuius Ciuis non poteſt conſiderari in ea Ciuitate, in qua adeſt ſuperintendens, qui nemini denegat iuſtitiam.*

26 *Senatoris officium in Ciuitate Bononienſ. eſt magnum per ſe, & præcipuum.*

27 *Senator, ſi recognoſcat ſuperiorẽ vel Principem, non poteſt conſiderari ea potentia, quæ requiritur in terminis l. 1. & 2. C. ne lic. pot. patro. &c.*

28 *Statut. Bonon. ſub titul. 45. lib. 3. quid diſponat, & declaratur. nu. 29. 30. & 31.*

32 *Alienatio rei litigioſæ dicitur facta in potẽtiorem, ſi fiat in Senatum, ſeu aliam Vniuerſitatem, aut Collegium.*

33 *Potentioris nomen quibus perſonis conuenire poſſit.*

34 *in Alienationibus rei litigioſæ de ſtylo Cancellariæ, & Dataria, quæ clauſulæ ſoleant apponi.*

35 *Simulatio non poteſt opponi, quando conſtat de veritate actus.*

36 *Simulatio illa non eſt damnata, quæ eſt in perſonis, ſi veritas ſit actu.*

Quod intellige dummodo in perſona, cuius nomen tacitum fuit, non currat aliqua qualitas propter quam eidem prohibitum ſit contrahere.

37 *Potentia ſola ſat non eſt in terminis edicti ne liceat potent. &c. niſi etiam concurrat dolus, & probetur, quod ceſſio ſit facta malitiosè, & animo opprimendi aduerſarium.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſionibus 173. & 228. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 14. Nouemb. 1636. & 8. Iunij 1637. coram eodem R.P.D. Veroſpio.

DECISIO CCLXXXII.

CVM in dubio, quod primò diſputatum fuit in hac cauſa, dum illa pendebat coram R.P.D. Queippo de duobus actum fuiſſet, de validitate trãſactionis, quæ ſequuta fuerat inter Laurentium Salam, ac Hieronymum, & Philippum de Bellattinis, & de validitate donationis, quam fecerat idem Laurentius ad fauorem Marchionis Fachenetti dd. bonorum, quæ in dicta tranſactione à ſe renunciata fuerunt, Domini reſeruato articulo trãſactionis ad aliam diſputationem mandarunt, vt de ipſa donatione primo loco videretur, ſuper qua cum pluries ſuſcepta fuiſſet diſputatio, hodie tandem coram me fuit terminata, declarata validitate eiuſdem donationis.

Et quia duæ erant præcipuè obiectiones, ex quibus ſemper impugnata fuit hæc donatio, quod ſcilicet fuiſſet ſimulata, eo quod tacito nomine Marchionis Fachenetti concepta fuiſſet in perſona Pompei Bonaccurſi, qui eadem die, & antequam fieret ſibi eadem donatio, declarauit quod illam recipiebat nomine Marchionis, & quod obſtare eidonationi videretur vitium litigioſi, cum pendente iudicio ſuper nullitate tranſactionis, & lite iam conteſtata, ad eamdem donationem deuentum fuerit, eaſdem obiectiones etiam Domini conſiderarũt in diſputatione hodie habita, cum ex illarum ſolutione viſa fuerit ſequi etiã reſolutio huius articuli.

Et quantum attinet ad vitium litigioſi, in quo maior vis ineſſe credebatur: cum illud nominatim & in ſpecie ſublatum fuiſſet ex licẽtia, quam Laurentius donator impetrauerat à Cardinali Legato vt hãc ipſam donationem facere poſſet, difficultas in hac parte reſtringebatur ad vnicam cõditionem, ſub qua fuit eadem licentia conceſſa, quatenus ſcilicet ipſa donatio non fieret in potentiorem, cum huius qualitatis derogatione etiam opus fuiſſet p
1 pter duplicem prohibitionem legis à qua non ſolũ
interdicta eſt omnis alienatio quæ fieri contingat
lite pendente, *vt in l vlt. C. de litigioſ. & in auth.
nunc ſi hæres C. eod. tit.* Verum in ſpecie prohibi-
2 tum eſt eaſdem alienationes fieri in perſonas † po-
tentiores ex edicto *D Claudij relato in lib. 4. C. ſub
tit. ne liceat potentior. patroc. litigant. præſt. vel
action. in ſe transfer.* & ex reſponſo Caij, de quo
*in lib. 4. ff. ſub tit. de alien iudic. mut. in cauſ. fact.
cui ſimilis eſt tit. in decretal. tit. 42. lib. 1.*

Sed antequam de hac qualitate videatur, an illa
ſcilicet conuenire poſſet perſonæ Marchionis Fa-
chenetti, cui verè facta fuit hæc donatio, conſide-
rarũt Domini diuerſitatem cauſæ, ex qua damnan-
tur huiuſmodi alienationes, aut conceſſiones factę,
3 in potentiores, quæ cauſa ſicut † non vna eſt in iu-
re, ita neque idem eſſe poterat illius effectus, dum
enim ſub titulo digeſtorũ & Decretalium prohibetur
4 alienatio † cauſa mutandi iudicij, conſideratur ſo-
lum præiudicium collitigantis, & ne per eam alie-
nationem efficiatur deterioris conditionis is, cum
quo cedens litem habebat & hinc vt eidem præiu-
5 dicio occurratur, ſatis exiſtimatur † quæcumq; au-
ctoritas, aut qualitas per quam eadem auctoritas
oſtendi videatur in perſona cui facta ſit alienatio, vt
declarat *gloſ. in l. 2. in verb. actiones. C. ne liceat po-*

tent.

tent. quam ſequuntur Alberic. & Salic. nu. 2. Bart.
num. 2. in noua lectur. Iaſ. in l. 1. in fin. C. eod. tit.
Ant. de Butr. in c. 2. de alien. iudic. mut. cauſ. fact.
Pariſ. conſ. 96. nu. 16. lib. 4. Iacob. de Arena de ceſ-
ſione actionis rubr. 3. nu. 50. Contrarium verò ac-
cidit in terminis alterius edicti relati in *C. ſub tit.*
ne lic. potent. in quo cum damnentur patrocinia,
6 † & interceſſiones potentiorum in oppreſſionem
tenuiorum hominum etiam ſub pœna amiſſionis
7 cauſæ cedenti actionem, † & pœnæ arbitrio Iudicis
imponendæ ei, in quem eadem actio translata fue-
rit, † vt expreſsè cautum reperitur tàm in *l. 1. quã*
l. 2. eod tit. ideò ad hunc effectum potentia illius,
qui talem ceſſionem receperit, debet eſſe talis, ex
8 qua ſequi poſſit † effectus huius timoris, qui ad-
uerſarium turbare valeat. Vnde eſt quod in ter-
minis eiuſdem edicti non ſatis eſſe exiſtimatur po-
9 tentia, quæ † proueniat ex diuitijs ſiue ex quacum-
que alia cauſa per quam aliquis conſtituatur inter
primates Ciuitatis, vt admittunt omnes ſcribẽtes.
Immò neque idem officium ſatis ad id reputatur,
10 † niſi etiam reſideat in perſona, quæ talem timorẽ
poſſit incutere, vt poſt *gloſ. in l. 1. in verb. poten-*
tiorum C. ne lic. potentior declarat Bald. in l. 2. n. 2.
C. eod. tit. & in conſ. 151. verſ. 1. Salicet ſuper ea-
dem l. 2. n. 3. Abb. in c. ex parte de alienat. iud. mut.
cauſ. fact. nu. 1. & 9. Hoſtien. nu. 9. Innocent. n. 5.
& hinc etiam eſt, quod hanc potentiam modo ad-
11 mittant, † modo negant Doct. ex diuerſitate ſubie-
cti, aut perſonarũ, in quibus illa cõſiderari debeat,
& ad hunc effectum negauit *Caſtr. in l. 1. num. 3.*
12 magnum † Doctorem Bononiæ dici poſſe poten-
13 tiorem; & quod Clericus ratione ſolius † Clerica-
catus eſſet potentior laico, à quo ceſſionem acce-
pit, negauit *Abb. in cap. 2. num. 2. Hoſtien. num. 9.*
de alienat. Iud. mut cauſ. fact. Bal. in l. per diuer-
ſas num. 3. C. mandat. Pariſ. conſ. 96. num 16. lib. 4.
vbi auctores contrarium aſſerentes declarauit in-
telligendos eſſe in terminis alterius edicti, *Sarnen.*
in reg. de ſubrogan. collitig. queſt. 1. nu. 2. ita etiam
declarans contrarium ſtylum Cancellariæ, *Rot. de-*
ciſ. 1. de alien. Iud. mut. cauſ. fact. in nou. & è con-
14 tra quod tutor ſit pupillo † potentior, ne poſſit ceſ-
ſionem actionis recipere contra eumdem pupillũ
in terminis huius edicti voluerunt *Butr. in d. cap.*
2. de alienat. Iud. mut. cauſ fact. Azor. in ſumma C.
ne lic. potentior num. 3. Salicet. in l. 2. eod. tit. num. 3.
ſpeculat. in tit. de ceſſ actiõn. §. ſciendum num. 1. in
ſumma illud requirunt Doctor. vt hæc potentia
15 non ſolum ſit ratione officij, † ſed vt ex cauſa eiuſ-
dem officij poſſit quis terrori eſſe ſuo aduerſario,
qualis communiter reputatur habens officium cũ
mero & mixto imperio, vt declarat *Bart. ſuper d.*
l. 1. num. 3. Bald. num. 1. Angel. num. 1. Iaſ. nu. 2.
& notant *Canoniſtæ.* communiter *in cap 2. de alie-*
nat. Iud. vbi Innoc. num. 5. Ancbar. & Imol. nu. 3.
Henric. Boich. num. 4. Luc. de Penna in l. 2. C. ne
ruſtic. ad vllum obſequium deuoc. lib. 11. n. 2. cum
16 diſpoſitio † eius legis ſit pœnalis, & odioſa, vt ibi-
dem conſiderauit *Iaſ. nu. 1. Caſtr. nu. 3. Aret. nu. 1.*
& pluribus comprobat *Oſaſch. dec. 144. n. 13. Hipp.*
Rimin. conſ. 14. num. 10.

His ita cõſtitutis ſuper declaratione huius qua-
litatis & potentiæ quæ nominatim excepta fuit in
ea licentia Cardinalis Legati, duæ ſupererant in-
ſpectiones. Qua ratione eſſet ea potentia accipiẽ-
da in caſu huius deciſionis, & an illa conſiderari
poſſet in perſona Marchionis Fachenetti occaſione
dictæ donationis. Et incipiendo à prima cum ea-
dem donatio quam habuit ipſe Marchio à Laurẽ-
tio Sala mediante perſona Pompei Bonaccurſij fa-
cta fuiſſet, poſtquam lis eſſet conteſtata inter eun-
dem Laurentium, ac Hieronymum, & Philippum
de Ballattinis, non viſum fuit, quod poſſent hoc
caſu applicari termini edicti de alienatione facta
17 cauſa mutandi iudicij, † non ſolum quia hæc erat
vna ex differentijs, ex quibus diſtinguitur hoc ab
altero edicto, cuius mentio habetur *in Cod. ſub*
tit. ne lic. potent. vt ſcilicet iſtud reſpiciat iudiciũ,
quod cœptum ſit illud verò ſolum iudicium futu-
rum, vt habetur in *l. ex hoc edicto. §. ait prætor. ff.*
quod vi aut clam. not. gloſ. in c. 1. eod. tit. in verb.
vertitur, & in ver. mutationem fecerint. Salicet.
in l. 1. C. ne lic. potent. num. 3. ſpecul. in tit. de ceſſ.
act. §. ſciendum nu. 12. Verum etiam quia neque
aliqua mutatio eiuſdem iudicij ſucceſſit, cum ex
cauſa eius ceſſionis non fuerint coacti Ballattini
proſequi coram alio Iudice cauſam, quam ſuper re-
ſciſſione tranſactionis mouerat Laurentius, ſicuti
neque detrectare potuit Marchio Fachenettus iu-
dicium huius Tribunalis, in quo commiſſa hodie
reperitur hæc cauſa ad inſtantiam illorum de Bal-
18 lattinis, cum hæc etiam † mutatio fori requiratur,
vt locus eſſe poſſit eidem edicto, vt notauit *gloſ. in*
c. ex parte de alien. iudic. mut. cauſ. fact. in verb.
Eccleſiaſticum forum. Rot. deciſ. 1. eod. tit. in nou.
quæ ideo dixit ceſſare rationem, & diſpoſitionem
eiuſdem edicti, ſi aliqua ratione euitari poſſit ea
mutatio.

In ſecunda dubitatione circa qualitatem perſo-
næ Marchionis, neque ex ijs qualitatibus, quas in
eo conſiderabant Ballattini, viſum fuit Dominis,
quod ſequi poſſet effectus eius potẽtiæ, quam DD.
conſiderant in propoſito & in terminis eiuſdem
edicti ne lic. potent. Et cum ad hunc effectum & in
19 caſu de quo agitur † non poſſent ſatis eſſe diuitiæ,
neque quæcumque alia potentia, quæ ſit cauſata,
vel ex dignitate propriæ familiæ, vel ex coniunctio-
ne aliarum familiarum nobilium Ciuitatis, non ſo-
lum ex ratione ſuperius dicta, quod ſcilicet eidem
potẽtiæ debeat eſſe coniũcta iuriſdictio, ſed quia hę
qualitates concurrebant etiã in perſona illorum de
Ballattinis, vnde & illud notant Doct. in hac ma-
teria, vt non ſi locus eidem edicto, ſi ceſſio facta ſit
20 in perſonam æquè potentem, & contra † quam ce-
dens priùs habebat actionem, vt in ſpecie volue-
runt *Alex. in l. 2. nu. 3. & in l. 1. nu. 1. Bald. ſu-*
per eadem l. 1. nu. 2. Iaſ. nu. 3. Caſtr. n. 2. Butrig.
in 3. notab. & fuit reſolutum coram Verall. deciſ.
158. lib. 1. in manuſcr. ex duabus qualitatibus vi-
debatur deduci poſſe eadem potentia, nempè ex
tit. Marchionatus, & ex dignitate, ſeu officio Se-
natoris, quod idem Donatarius gerebat in ſua pa-
tria & Ciuitate Bononieñ. Cum autem titulus
Marchionatus non eſſet in Regione Bononieñ, vbi
degebant Ballattini, & ſita erant bona, ſuper qui-
bus erat controuerſia, ſicut nihil erat quod ex cau-
21 ſa eiuſdem Marchionatus ipſi Ballattini † timere

poſ-

Digitized by Google

poſſent, ita neque poterat ex eo oſtendi hæc potẽtia quaſi ceſſante ratione illius edicti, vt in ſpecie arguere viſus eſt, *Butrig. in 6. l. 1. nu. 2. in 2. lim. Bald. in l. 2. nu. 2. Iaſ. in l. 1. num. 2.* & in ſimilibus
22 terminis ſi potentia † ſit extra locum beneficij ꝙ non poſſit haberi aliqua illius ratio, vt iuſpatronatus dicatur ex vſurpatione, reſolutum fuit *in Meliten. Iuriſpatronatus* 10. *Maij* 1608. *coram Card.*
23 *Caualer.* & licet eandem deciſionem † declaranit *Rota in Ferrarien. Archipresbyteratus* 16. *Iunij* 1628. *coram R. D. meo Decano*, vt non procedat quando potentia eſt talis, quæ influat etiam in lo-
24 cum beneficij, † non tamen poterat effectus eius auctoritatis, qua forte pollebat Donatarius in ſuo Marchionatu conſiderari in aliena ditione, & in
25 ea præſertim Ciuitate, † in qua reſidebat Legatus, & nemo iuſtitiam ab eo ſperare non poterat, vt nominatim de Ciuitate Bononien. conſideratum fuit *in Bononien. ſeparationis thori* 9. *Decembris* 1613. *coram R. Seleucien* & notant *Doct. in 2. cap. de alienat. iudic. mut. cauſ. fact. vbi Card. & Innocent. nu. 5. Hoſtien. nu. 9. Ant. de Butr. nu. 16. & prob. text. in l. non eſt verisimile. ff. de eo, quod met. cauſ. & in l. 1. & 2. C. de ijs qui per met. iudic. non appellauerunt.*

Altera qualitas per quam videbatur, quod poſſet dubitari de potentia Donatarij, erat officium Senatoris, quod idem gerebat in ſua patria, & Ciui-
26 tate Bononien. ſed licet † illud per ſe magnum ſit, & præcipuum in ea Ciuitate, non tamen exiſtimarunt Domini, quod ex cauſa eiuſdem officij potuerit ipſe Donatarius timori eſſe ſuo Aduerſario, etenim non ſolum vigebat eadem omninò ratio, quòd idem officium exerceretur in Ciuitate alterius iuriſdictioni ſubiecta, ſed neque aliquam iuriſdictionẽ habebat Marchio Fachenettus ex propria perſona, & tanquam vnus ex ſingulis Senatoribus, cum omnis iuriſdictio quæ eidem competebat ex cauſa huius officij, communis eſſet toti ei magiſtratui & ab aliis omnibus Senatoribus ſimul exerceretur, vt in
27 ſpecie † de perſona Senatoris, qui ſuperiorem recognoſcat vel Principem vel Senatum, conſiderauit *Oſaſc. deciſ. 144. nu. 12. ſola ad conſtit. Sabaud. tit. de formis, & ſolemnit. ſeruan. pro confirmat. contract. gloſ. 2. nu 36. & probat. text. in l. ad inuidiam. C. de his quæ vi, metuſue cauſa fiunt*, & nominatim de Senatore Bononien. loquitur deciſio *Bononien. ſeparationis thori coram Reuerendiſſ. Seleucien.*

Nec viſum fuit contrarium diſponi ex Statuto
28 † Bononien. dum ſub tit. 45. lib. 3 decernit nullas & irritas eas ceſſiones, quæ fierent à Ciue, aut ruſtico occaſione delicti patrati vel committendi in virum magnatem, aut potentem, licet enim ſub eo
29 nomine † magnatum exiſtimauerit gloſator intelligi debere quinquaginta eos viros, quibus cõmiſſa eſt adminiſtratio rerum publicarum Ciuitatis, è quorum numero eſt hodie ipſe Marchio Fachenet-
30 tus, non tamen poterat † diſpoſitio eiuſdem Statuti trahi ad hũc caſum, quo ceſſio non facta fuit occaſione alicuius delicti atque ita in fraudem fiſci, ſed ſpontè ac bona fide, & ipſe Laurentius cedens abdicauit à ſe ius omne, quod ſuper dd. bonis habebat. Non autem permanſit in poſſeſſione eorumdem bonorum poſt ceſſionem à ſe factam, vt hanc continuationem poſſeſſionis in cedente conſiderauit
31 idem Statutum ad effectum arguendæ ſimulationis & nullitatis contractus.

Hinc etiam dixerunt Domini, quod vis fieri non poterat ſuper eo reſcripto Cardinalis Legati quaſi id colligi videretur ex eodem reſcripto, vt etiam in Ciuitate ſubiecta dari poſſet hæc potentia, ſine qua non fuiſſet opus addere eam limitationem, & prohibitionem, ne bona, quorum alienatio concedi petebatur, deuenirent in potentiorem pluribus enim modis viſum fuit, quod poſſet huic obiecto reſponderi, ſicut plures erant caſus, ex quibus verificari poterat ea limitatio poſita in dicto reſcripto: Nempe ſi facta fuiſſet eadem alienatio in ipſum
32 Senatum, ſiue † quamcumque aliam Vniuerſitatem, aut Collegium, aut etiam in alias perſonas particulares, quarum iuriſdictio cum eſſet extra ditionem Eccleſiaſticam, illarũ potentia non ſubijciebatur iuriſdictionis Card. Legati, & generaliter
33 in omnibus ijs, † quib⁹ conuenire poterat hæc qualitas, & nomen potentioris, de quibus *gloſ. in cap. potuit de locat.* & in terminis huius edicti, *Aym. in conſ. 205. nu. 44. Ioan. de Platea in l. vlt. in fin. C. de iur. Reipub. lib. 11.* Præterquam hæc, & ſimiles clauſulæ referebantur potius ad ſtylum Cancellariæ, & Datariæ, quæ ſicut teſtatur *Sarnen. in reg.*
34 *de ſubrogan. quæſt. 1.* ita ſemper † reſcribere cõſueuerunt in alienationibus factis lite pendente, etiam quod illæ fiant ad fauorem priuatæ perſonæ ad effectum concurrendi fraudibus, & impediendi ſimulatas ceſſiones

Et hæc Domini conſiderarunt ſuper prima exceptione, & obiectione contra hanc donationem, qua ſublata crediderunt etiam tolli aliud vitium ſimulationis eiuſdem donationi oppoſitum: quia cum
35 de veritate † actus non dubitetur, neque controuertatur factum ipſius donationis, ſimulatio verſabatur circa ſolam perſonam Bonaccurſij, qui eandem donationem recepit pro Marchione Fache-
36 netto, † quæ ſimulatio non eſt à iure damnata, dummodo in perſona, cuius nomen tacitum fuit, non concurrat aliqua qualitas, propter quam eidẽ prohibitum ſit contrahere, vt declarat *Bald. in l. cum precibus in fin. C. de probat & in l. multum. C. ſi quis alt. vel ſib. Bero. conſ. 166. num. 2. lib. 1. Menoch de præſ. lib. 3. præſumpt. 125. Card. Seraphin. deciſ. 660. nu. 4. & deciſ. 1210. num. 6.* Immò etiam in terminis edicti *ne lic. potentior.* neque ſatis cenſetur eſſe ſola potentia illius, cui facta dicitur ceſſio, aut donatio niſi ſimul concurrat dolus,
37 & eadem ceſſio † probetur malitiosè facta, & animo opprimendi aduerſarium, vt notant Doct. ſub vtroque tit. & inter cæteros *Bald. in l. 1. nu. 2. Butrig. in fin. in 4. notab. C. ne lic potentior. Abb. in c. 2. de alien. iud. mut. cauſ. fact. num. 4. Specul. tit. de ceſſione actionis. §. 1. nu. 5. Sarnen. ad reg. de ſubrogan. in adduct. q. 1. nu. 3. & fuit reſolutum coram Vcrall. deciſ. 150. lib 1.* Et ita &c.

§ *In hac cauſa in ſequenti parte tres aliæ deciſiones habentur, prima ſub die 28. Aprilis 1628. coram eodem R.P.D. Veroſpio, aliæ vero ſub dieb. 25. April. 1639. et 13. Maij eiuſdẽ anni corã R.P.D. Merlino*

R.P.D.

Google

REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.

Meleuitana erectionis Collegiatæ.

Die Lunæ 12. Decembris 1633.

ARGVMENTVM.

Litteræ Apoſtolicæ circa erectionem alicuius Eccleſię Parochialis in Collegiatam ex quibus bene dicantur iuſtificatæ, & præſertim, quando dicatur ſufficiens, & perpetua dos aſſignata ad hunc effectum, & quid ſi ſit conſtituta in cenſibus.

SVMMARIVM.

1 *Litteræ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtificatæ ſemper ſolent executioni demandari.*
2 *Teſtes, quando dicantur deponere de certa ſcientia, & num. 5.*
3 *Teſtes duo ſufficiunt in qualibet materia pro plena probatione.*
4 *Teſtes examinati ſine citatione partis coram Iudice, ſemper pro adminiculo deſeruiunt pro pleniori probatione.*
6 *ad Valoris beneficij narrati iuſtificationem ſufficiunt teſtes deponentes de publica voce, & fama. amplia num. 7.*
8 *Inſtrumenta acquiſitionis bonorum probant dominium, quando ſunt adminiculata.*
9 *de Dominio quando agitur incidenter, probatur ex ſola poſſeſſione.*
10 *pro, & contra Poſſeſſorem ſemper vrget conſequentia, ſi poſſidet, ergo fructus percepit.*
11 *Fructus, quod præſumatur quis percepiſſe, ſufficit probare, quod poſſederit.*
12 *Verba, non aliter, ſolẽt remouere ſenſum ab actu.*
13 *Cenſus imputantur inter bona immobilia.*
14 *Beneficiorũ dotes poſſunt conſtitui ſuper cenſibus.*
15 *Et hoc multo magis procedit, quando partim eſt ſuper bonis immobilibus, et partim ſuper cẽſibus.*
16 *Dominij præſumptio quando intret.*
17 *Euictionis promiſſio in omnibus contractibus admittitur, & ſeruari ſolet pro aſſecuratione.*
18 *Ratificatio contractus non eſt neceſſe, vt fiat, ſi in præſentia eius ſit celebratus.*
19 *Emptionis, & venditionis contractus de ſui natura ſunt perpetui.*
20 *Cenſus ſunt redimibiles ex parte venditorum.*
21 *Beneficij dos, quando eſt ſuper cẽſibus dato, quod illi redimantur, pretium eorum eſt inueſtiendum in aliis cenſibus, vel in ſtabilibus, ad hoc vt ipſa dos perpetuetur.*
22 *Dotem, qui dat pro emenda dote Eccleſia, & ipſam Eccleſiam dotare videtur.*
23 *Cenſus ſecundum Bullam Nicolai, & Martini non poſſunt conſtitui vltra ſummam decem pro centenario.*
24 *poſt Dominij translationem incrementa, & decrementa ſpectant ad Dominos, & non ad transferentes.*
25 *Gratia ſufficit, vt iuſtificetur ſecundum tempus datæ, & valorem de illo tempore, non autem de futuro probare.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 258. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 9. Decemb. 1637. coram R.P.D. Carrillo. Allegatur etiam infra in ſequenti deciſione.

DECISIO CCLXXXIII.

CENSVERVNT. Domini litteras Apoſtolicas Inquiſitori Meleuitano directas mandantes Eccleſiam Parochialem de Bircarcara erigi Collegiatam eſſe exequendas.

In eiſdem enim litteris multa narrantur, quæ viſa fuerunt ſufficienter ad eundem effectum iuſtifi-
1 cata, & iuſtificatæ † ſemper ſolent exequutioni demandari, *c. ſi capitulo cum gloſſ. in verb. exequatur de conceſſ. præben. in 6. Rot. deciſ. 48. & 506. n. 1. par. 1. recent.*

Frequentia namq. populi, quæ in litteris promittitur quingentarum ſcilicet familiarum, Doctorum, & aliorum ingenuorum virorum, & opulentorum copia, agrorumq. fertilitas concludenter probatur ex teſtibus coram exequutore examinatis, & alijs duobus in Curia parte citata receptis
2 de certa † ſcientia deponentibus, quia diu habitauerint in dicto Oppido de Bircarcara, & de præſẽti habitant, & alij nati in eodem loco ſunt, & educati, quibus in Curia validè examinatis, ſi eiſdem
3 ſimpliciter adhærendum ſit, † ſufficit pro plena probatione cum ſint duo, *cap. in omni negocio. cap. licet de teſtibus. l. vbi numerus. ff. eod. tit. de teſtibus. gloſſ. in cap. præſul. 2. q. 4.* quam pro ſingulari notat *Abb. in cap. quoties in princip. de teſtibus, Surd. conſ. 12. num. 33. lib 1.* quod ſi addentur alij
4 teſtes corã exequutore examinati † etiam ſine citatione partis, de cuius intereſſe agitur, ſemper pro adminiculo deſeruiunt pro pleniori probatione, *Caputaq. deciſ. 208. nu. 10. par. 1. Seraph. deciſ. 525. nu. 1. Rot. deciſ. 18. n. 3. & 661. n. 1. par. 2. recent.*

Capacitas eiuſdem Eccleſiæ ſucceſſiuè narratur in ſui ſtructura ampla & commoda, ac paramento & organo, alijsq. ad diuinum cultum in ea peragendum neceſſarijs competẽter inſtructa, quæ omnes qualitates ex eiſdem teſtibus tàm coram exequutore, quàm in Curia examinatis quorum dicta dantur ſumm. num. 2. & 3. ſimiliter probantur cum
5 ratione ſcientiæ, † quia habitent, & habitauerint in dicto Oppido, vbi ſita eſt Parochialis in Collegiatam erigenda, qui ſuper primo etiam reſpondent ſupplicantem eſſe iuriſconſultum, & Prothonotarium, & Parochum ipſius Eccleſiæ, prout ipſe in litteris ſe talem eſſe Sanctiſſ. inſinuauit.

Valor etiã Parochialis huiuſmodi narratus per aſcenſum ad centum ducatos de Camera ex eiſdẽ teſtibus qui dantur ſumm. nu. 6. concludenter probatur cum ratione eorum dicti, quia viderunt notulas recollectionis fructuum, & primitiarum, &
6 quod audierunt à Beneficiatis illius Eccleſiæ, & † de publica voce & fama, quod ſufficit ad iuſtificationem narrati valoris beneficij, *Put. deciſ. 29. lib. 1. Rota deciſ. 143. n. 2. corã Papa Greg. XV.* etiam ad-
7 mittẽs hanc probationẽ, † cũ vnico teſte, & fama.

Denique narratiua aſſignationis dotis Colle-
giatæ ex nunc ſcutorum monetæ Meleuitanæ 420.
& poſt obitum oratoris ſcutorum 300. ſimilium
probatur ex publicis inſtrumentis acquiſitionis
8 ſtabilium & cenſuum in actis productis, † quæ in-
ſtrumenta quando vt in præſenti ſunt adminicula-
ta probant dominium, *Ang. in l. officium. nu.2. ff. de rei vend. Socc. ſen. conſ. 89. nu. 9. & 11. lib.1. & 187. nu.2. lib.2. Rot. deciſ.290. nu.1. par.1. rec.*

Adminicula autem plura concurrunt, nempe
poſſeſſio bonorum iuxta tenorem inſtrumẽtorum,
fructuum perceptio, ac fama, de quibus deponunt
9 teſtes dati ſumm. nu 8. & ſecundum ſufficere † ſo-
lam poſſeſſionem firmauit *Bart. in l. quidam in ſuo ff. de cond. & inſtitut. Seraph. deciſ.832. nu.1. Vaſchez. illuſtr. controuerſ. lib.2. cap.70. nu.19.* ſem-
per enim vrget conſequentia pro & contra poſſeſ-
10 ſorem, ſi poſſidet, † ergo fructus percipit *l. Iulianus. §. ex vendito. ff. de act. empt. Rot. in nouis deciſ.5. de præben. Seraph. deciſ.1245. nu. 7.* vt ideo
11 ſufficiat † probare aliquem poſſediſſe, cum ſemper
præſumatur fructus percepiſſe.

Non obſtat, quod huiuſmodi gratia emanauerit
ſub conditione ibi (mandamus quatenus ſi & poſt-
quam dictus Philippus redditum annuũ huiuſmodi
pro dote tutè & ſecurè, ac validè, & perpetuo aſ-
ſignauerit non antea, nec aliàs dictam Parochialẽ
Eccleſiam erigas,) quæ conditio cum purificata
fuerit ex inſtrumentis productis quoad ſecuritatẽ
redditus, neque quoad perpetuitatem dicebatur
ſemper deficere Papæ voluntatem propter formam
12 † verborum (& non aliàs) quæ ſolent remouere
ſenſum concedentis ab actu, *Gloſſ. & Bald. in l. ſi quidam. C. de except. Seraph. deciſ.838, num.7. cum alijs allegatis.*

Quia quoad validitatem bonorum aſſignatorum
Domini non dubitarunt ſiue conſiſtant in ſtabili-
13 bus, ſiue in cenſibus, quia & ipſi cenſus † inter im-
mobilia computantur, & validè dotes beneficiorũ
14 poſſunt ſuper eis conſtitui, *Clem. exiui de Paradiſo. §. cumque annui redditus de verb. ſignif. Surd. deciſ.204. per tot. Seraph. deciſ.224. nu.4. Mantic. deciſ.14. nu.1. & deciſ.84. nu.23. & 85. nu.7. pe-*
15 *nes Cenc. de cenſ.* & eo facilius ſuſtinetur † aſſigna-
tio dotis, quando conſiſtit partim in ſtabilibus, &
& partim in cenſibus, vt infra dicetur *Lambertin. de iurepatr. lib.1. par.1. q.5. art.2. nu. 3.*

Quo verò ad ſecuritatem reſpectu eorum, à qui-
bus ſtabilia, & cenſus fuerunt empta vltra inſtru-
menta requiſitionum, quæ fuerunt in actis exhibi-
16 ta, concurrit præterea † præſumptio dominij eo-
rundem ex rationibus ſupradictis, ac demum pro-
miſſio particularis, & ſpecialis ipſius fundatoris de
17 euictione, quæ ſufficere debet, & in omnibus † cõ-
tractibus admittitur, & ſeruari ſolet pro aſſecu-
ratione.

Neque verum eſt, quod aliqui ex iſtis cenſibus
ſint venditi à marito, & vxore cum promiſſione
de rato, quæ ſecuta non eſt, quia conditiones de ra-
tificando non loquuntur in inſtrumentis exhibitis,
18 & quatenus reperirentur † contractus fuerunt in
præſentia vxorum celebrati, quæ validè contractus
prædictos approbarunt.

Demum quod dotis aſſignatio perpetuò durare
habeat, ſi perpetuitas referatur ad naturam con-
tractus emptionis, & vẽditionis ex ſtabilibus, quæ
dantur pro annuo redditu ſcutorum 375. dubitari
non poteſt quin aſſignatio futura ſit perpetua, cum
19 & † ipſi contractus tàm ex pacto, quàm de ſui na-
tura ſint perpetui, *Couar. var. reſol. lib.3. cap.10. nu.5. verſ. quarto quoties, & idem fuit dictum in Romana cẽſus 9. Decemb. 1619. coram D. meo Cardinali Veroſpio.*

Si verò eadem aſſignatio referenda ſit ad cenſus
20 qui ſecundum Bullam Pij V. † perpetui non ſunt
ſed redimibiles ex parte venditorum, & tunc
ſufficit, quod ex pretio redigendo poſſint emi alij
21 cenſus, vel ſtabilia ad hoc vt † ipſa dos perpetuetur
& ſuſtineatur, *Lambert de iurepatr. lib. 1. par.1. q.5. art.2. num 3. verſ. non negarem tamen*, &
rationem aſſignat *Roch eod. tit. in verbo, & dota-*
22 *uit q.18 nu.28.* quia qui dat † pretium pro emen-
da dote, & ipſam Eccleſiam dotare videatur.

Quod ſi replicetur ex pretio redigẽdo poſſe emi
alios cenſus, vel ſtabilia, ſed non in eadem quan-
titate redditus, ex quo cenſus aſſignati, & ſecun-
dum inſtrumenta in actis exhibita fuerunt conſti-
tuti ſuper bonis alienantium ad rationem octo, no-
uem, & decem pro centenario, & ad rationem di-
cti redditus forte non reperiretur inueſtimentum.

Vltra conſuetudinem illarum partium, in quib.
cenſus conſtituuntur ad rationem nouem, & decẽ
pro centenario, inhærendo Conſtitutionibus Nico-
colai, & Martini prohibentibus impoſitiones cẽ-
23 ſuum tantummodo † vltra ſummã decem pro cen-
tenario: aduerterunt Domini quod pro ſtabilibus
ſcutorum 375. de perpetuitate non eſt dubitãdum,
& pro poſſibili diminutione redituum reſpectu
cenſuum pro complenda dote promiſſa in ſumma
ſcutorum 720. in totum loco cenſuum aſſignando-
rum pro adæquanda ſumma ſcutorum 720. præter
ſcuta 375. in ſtabilibus fuerunt aſſignata ſcuta 420.
atque ita ſcuta 75. vltra ſummam promiſſam ſcu-
torum 720. pro dote quæ ſufficiunt pro euitanda
caſuali diminutione ex cenſibus prouenienda, &
vlterius idem fundator obligauit ſe, & omnia bo-
na ſua in caſum prædictæ diminutionis ad manute-
nendum annuum redditum aſſignatum, quod nec
24 etiam de iure tenebatur, ex quo incrementa, † &
decrementa poſt dominij translationem ſpectant
ad Dominos, non autem ad transferentes *l. 1. & 2. C. de peric. & commod. rei vend. Natt. conſ. 353. nu.4. Menoch. conſ.26. nu.16. Peregr. de fideicom. art.10. nu.11. & ſeq.* & dotantes teneantur tan-
25 tummodo † iuſtificare gratiam ſecundum tempus
datæ, & valorem de illo tempore, non autem de
futuro probare, *Felin. in c. eam te. nu 3. de reſcript. Capulaq. deciſ. 330. par.3.* Et ita &c.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Meleuitana erectionis Collegiatæ.

Die Veneris 10. Februarii 1634.

A R G V M E N T V M.

Tractatur de iuſtificatione narratiuæ in litteris
Apoſtolicis. Iura extracta lite pendente, &
ſine

ſine citatione partis, quando dicantur in forma probanti, licet non ſint extracta à Notario de eis rogato, & plura circa hanc materiam.

SVMMARIVM.

1 *Narratiua ſufficit iuſtificari quoad nudũ factũ.*
2 *Illatio non fit ad diuerſa.*
3 *ad Dominij rei empta acquiſitionem requiritur, vt venditor ſit ſatisfactus de pretio.*
4 *Acquiſitio rei empta, quando non ſit certa, & ſecura.*
5 *Inſtrumenta extracta lite pendente, & parte nõ citata, non probant, quod multo magis procedit ſi ſit extractum à Notario de illis non rogato. amplia num.6.*
7 *Notarij rogati de inſtrumentis, poſſunt illa extrahere etiam lite pendente, & parte non citata.*
8 *Iura extracta per Notarios de eis rogatos habentur loco originalium.*
9 *Iura extracta per Notarios de eis non rogatos, non probant.*
10 *Notarius quando exemplat inſtrumenta Notarij demortui, & id facit auctoritate Iudicis, Statuti, vel Principis, valet talis extractio etiã parte non citata.*
11 *Notarius, quod ſit ſucceſſor in officio Notarij demortui, ſtandum eſt eius aſſertioni.*
12 *Inſtrumenta Notarij demortui non conſeruantur apud ſucceſſorem vti hæredem.*
13 *Notarius an ſit legalis, necnon iſtud dubium tollitur, ſi adſint litteræ legalitatis in inſtrumento de quo quæritur.*
14 *Notario non creditur aſſerenti ſe de tali inſtrumento rogatum, niſi exemplatum exhibeatur.*
15 *Notario creditur danti fidem de ſcripturis in actis ſuis exiſtentibus.*
16 *Notarij quod dent fidem de actis ab ipſis rogatis quotidie practicatur.*
17 *Notarij aſſertio de aliquo inſtrumẽto quando eſt certa per expreſſionem diei, menſis, & anni, & eſt etiam adminiculata per alia inſtrumenta, Rota dicta aſſertioni multum deferre ſolet.*
18 *Clericus in actu diſpoſitiuo inter viuos æquiparatur vſufructuario habenti facultatem de iure beneficium liberè diſponendi in vita, & nu.19.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 258. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 9. Decemb. 1637. coram R.P.D. Carrillo.

DECISIO CCLXXXIV.

DVM hæc cauſa ſuper eiſdem eſſet propoſita reſponſum fuit, ſtandum in iam reſolutis 12. Decembris 1633.* quia narratiuæ litterarum erectionis ſunt iuſtificatæ quoad omnia, & ſignãter quoad ſecuritatem & perpetuitatem dotis Eccleſiæ erigendæ aſſignatam.

Non obſtant quæ ſecundum ordinem narratorũ in litteris contra iuſtificationem replicantur. Et primò quod teſtes inducti non probent capacitatem Canonicalium ædium pro Præpoſito, & duodecim Canonicis prout in diſpoſitiua litterarum continetur.

Quia teſtes dati, & in prima deciſione ponderati bene probant narratiuam exiſtentiæ Eccleſiæ in ſua ſtructura, & ædificijs capacis ample & commodæ. Cæterum quod in diſpoſitiua Canonici, & Præpoſitus teneantur apud illam perſonaliter reſidere, & in eiuſdem Canonica inſimul cohabitare, & teſtes de ſtructura canonicæ nihil deponunt, nõ pertinent ad iuſtificationem narratiuæ, neque ad conditionem, quod ante nec aliàs non conſtructis ędibus canonicalibus Parochialis erigatur in Collegiatam, ſed ab obligatione Canonicorum poſtquam fuerit erecta: propterea de narratiua quæ
1 † ſufficit iuſtificari quoad nudum factum, *Ægid. deciſ.116. in fin. Rot. deciſ.410. nu.4. par.1. & 99. nu.3. par.2. recent.* ad obligationem per Papam
2 poſitam in litteris non benè † tanquam ex diuerſis inferri poteſt.

Neque pariter releuant, quæ contra ſecuritatẽ, & perpetuitatem dotis aſſignatæ denuo opponuntur nempe in inſtrumentis acquiſitionis bonorum, quæ pro dote dantur Eccleſiæ erigẽdæ 1608. 1613. 1616. 1617. 1623. 1628. 1630. 1632. probari quidem vẽditores de pretio fuiſſe ſatisfactos, prout ad
3 † acquiſitionem dominij neceſſarium eſt *§. vendita inſtit. de rer. diuiſ. l. quod vendidi. ff. de contrahen. empt. Surd. conſ.38. num.27. lib.1.* ſed adhuc debita venditorum in prædictis inſtrumentis per Philippum accollata non probari extincta, & ideo
4 non ſint certæ & ſecuræ acquiſitionis, † dunec per creditores ratione illarũ anterioris hypotecæ poſſunt vendicari, & euinci, *gloſſ. in l. ſi mandato. §. ſui. ff. mand. Bald. in l.1. C. ſi aduerſus vend.*

Quia ex facto demptis nonnullis modicæ ſummę tollitur obiectum. Nam in pede eorundem inſtrumentorũ dantur extinctiones partitarum accollatarum in proceſſu à fol.45. cũ ſeqq. In primo nãq. 1608. dãtur oẽs extinctiones, in ſecũdo 1613. idem legitur. In tertio 1616. eſt aduertend. quod ſoluuntur vnciæ 6. in contanti, nec conſtat de aliqua accollatione prout ponitur in ſumm. Capituli. In quarto 1617. verum eſt quod non conſtat de extinctione obligationis vnciarũ 14. In quinto 1623. etiam verum eſt quod non conſtat de extinctione vnciarum 37. ſexta vero acquiſitio de anno 1628. facta pretio vnciarum 95. nõ eſt aſſignata in dotem Collegiatæ, ſed adhuc remanet in patrimonio Philippi. ſeptima 1630. verum eſt etiam vnciæ decem accollatæ non fuerunt ſolutæ. Ac demum 8. 1632. fatetur etiam non fuiſſe ſolutas vncias ſex, quæ in totum non ſolutæ aſcendunt ad ſummam vnciarum 63.

Cætera vero ſeptem inſtrumẽta acquiſitionum, quæ dantur in ſumm. Capituli nu.3. nempe prima Maij, & 3. Nouemb. 1608. 6. Febr. & 28. Nouemb. 1613. 5. Nouemb. 1622. 10. Decemb. 1626. & 19. Nouemb. 1627. quãuis contineant in corpore accollationes ſoluendi creditoribus vẽditorum maiorem partem pretij, attamen in pede earundem dantur notæ ab eodem Notario firmatæ de extinctionibus iuxta formam obligationum inſtrumentorum principalium.

Non obſtat, quod tam inſtrumenta prædicta,
5 quàm alia fuerunt† extracta lite pendente, & par-
te non citata, & ex illis duo quæ dantur in ſumm.
num.3 & alia decem in eodem ſumm.nu.6. fuerũt
extracta, nedum lite pendente, & parte non cita-
6 ta, ſed etiam à Notario † de eiſdem non rogato, &
abſque ſpecificatione auctoritatis illa exemplandi,
& tradendi, quibus nulla ſolet dari fides.

Quia quoad Notarios viuentes de inſtrumentis
7 rogatos etiam lite pendente, † & parte non citata
non poſſunt dubitare *Felin. in cap.cum P. tabellio
num.3. de fid.inſtrum. Bald.in l.fin. ad fin.C. de
eden. Rot. deciſ. 1. de fid. inſtr. in nou. Caputaq.
deciſ.170. par.1. Rot. deciſ.58. nu. 1. & 59. nu. 4.
coram Papa Greg.XV. & 454. nu.1. in eiuſdem
8 impreſſis*, vbi firmatur † eſſe loco originalium.

Quo verò ad extracta per Notarium non roga-
9 tum vera eſt concluſio, † quod illa non probant,
Rot. deciſ.1. de fid.inſtr. in nou. ſed etiam eadem
declaratur, quando auctoritate Iudicis, Statuti, vel
10 Principis habent auctoritatem † exemplandi in-
ſtrumenta Notarij demortui, vt poſſint edere par-
te non citata, *Iaſ. in l.cogentur nu. 14. ff. de eden.
Carpan ad ſtat. Mediolan ſtat. 377. nu. 3. & 13.
Card Zabarel. conſ.72. in fin. Cottar. pract. quæſt.
cap.19. num.3. Caputaq. deciſ.351. par.2. & in
Mediolan. decimarum S. Donati 23. Ian. 1612.
coram me*, vbi aliæ deciſiones Rotales referuntur
11 admittẽdo q† de ſucceſſore in officio ſtari debeat
aſſertioni extrahentis. Quod etiam fuit firmatum
in deciſ.3. nu.1. coram Papa Greg.XV.

Non poteſt in dubium reuocari auctoritas No-
tariorum, qui huiuſmodi inſtrumenta exemplaruut
ex eo, quod non dicant in eorũm ſubſcriptione ſe
eſſe à iudice deputatos, vel ſucceſſores in officio
Notarij demortui vel demortuorum, ſed dicatur.
Extracta per me Notarium infraſcriptum dictorum
12 actorum Conſeruatorem quaſi apud eos † poſſint
inſtrumenta conſeruari tanquam hæredes, *Iaſ.ead.
l.cogentur. nu.13. ff. de eden. Guidopap. deciſ. 118.
num.1.* quia tollitur æquiuocatio ex quo hodie nõ
probatur iſte Notarius extrahens, quod fuerit hæ-
res, neque eſt veriſimile quod ſuccederet vniuer-
ſis Notarijs morientibus, ex quo enunciatio quod
ſit Conſeruator non ad vnius ſolius Notarij acta
poteſt referri, ſed ad acta aliorũ demortuorũ, quo-
rum inſtrumenta à Conſeruatore fuerunt exem-
plata, Et vlterius litteræ legalitatis Magni Magi-
13 ſtri remouent omnem difficultatem, † ex quo ap-
probant auctoritatem Notarij quoad ſcripturas,
quas ſubſcripſit, itant ſemper perſona extrahentis
dicatur Principis auctoritate inſtrumentũ exem-
plaſſe ſecundum opinionem, quam de Iudicis au-
ctoritate tenet *Iaſ.in d. l.cogentur n.14. ff.de eden.*

Quod ſi replicetur admiſſa etiam valida extra-
ctione, non tamẽ notas inſtrumentorum, quæ aut
in margine dictorum inſtrumentorum, aut in pede
earundem poſitæ ſunt poſſe dici in forma probanti;
14 cum non credatur† Notario aſſerenti ſe de tali in-
ſtrumento rogatum, niſi exemplatum exhibeatur,
*Ang. in l.ſi donatio. ff.de donat. Afflict.deciſ.48.
nu.2. & 273. in fin. Becc. conſ.5. num.5. Honded.
conſ.31. nu.23. vol.2.*

Quia multum intereſt. An credatur Notario
enunciantí, & dicenti in alio inſtrumento conſtare
de tali inſtrumento à ſemet rogato, & aliud eſt. An
15 credatur Notario danti fidem † de ſcripturis in
actis ſuis exiſtentibus. Primo caſu vera eſt conclu-
ſio firmata, ſed nos verſamur in illo. Secundo ca-
ſu creditur *Mil in ſuo repert.verſ.notarius ſi iura-
tus, Rot.deciſ. 368. num.5. coram Papa Greg.XV.
Modern. de probat.concluſ.1096. nu.10. alios alle-
16 gant*, & quotidie practicatur, quod †. Notarij dant
fidem de actis ab ipſis rogatis. Et nos verſari in
hoc ſecundo caſu probatur, quia dantur notæ in-
ſtrumentorum extinctionis ſeparatim, & poſt clau-
ſulam actum per verba formalia proceſſu fol. 47.
die 29. Nouemb. indict. 11. 1613. in actis mei No-
tarij Simonis extat recuperatio &c. & ita cantant
cæteræ extinctiones, obligatio non accollatarum,
17 ſed prætereà quando aſſertio † Notarij de aliquo
inſtrumento eſt certa per expreſſionem diei, men-
ſis, & anni, ac etiam eſt adminiculata ex concurſu
tot aliorum inſtrumentorum, quæ ad inuicem ſe
coadiuuãt, vt in præſenti Rota ſolet multũ deferre
in hac materia probandi, vt in *Veliterna Caſalis 7.
Iunij 1574. coram Card. Scipione Lancellotto, &
275. nu.5. coram ſan.me. Papa Greg.XV.*

Reſtant alia ſeptem inſtrumenta acquiſitionum
cenſuum, quæ leguntur ſtipulata ſub ratificatione,
certarum perſonarum in ipſis expreſſarum, & quæ
dantur ſumm. Capituli num. 5. qua non ſecuta, aut
adhuc non probata, dicebatur dotem, neque ſecu-
ram, neque perpetuam dici poſſe prout litteræ de-
ſiderant.

Verum quia ſummæ omnes contentæ in ſupradi-
ctis ſeptem inſtrumentis vnà cum vncijs 63. non
ſolutis, vt ſupra accollatis non excedunt in ſorte,
neque in redditu ſummam ſcutorum 75. per Phi-
lippum aſſignatã vltra ſcuta 720. pro dote narrata
in litteris, ad quæ 75. non tenebatur, & vlterius
quia ſe obligauit pro euictione, & etiam in caſum
diminutionis redditus cenſuum, & venditores cẽ-
ſuum ſub ratificatione nihilominus obligati rema-
nent. Viſum fuit perpetuitatem, & ſecuritatem do-
tis aſſignatæ ſufficienter probatam remanere.

Quæ dos etiamſi probaretur conſtituta de reddi-
tibus beneficiorum, non deficit in Philippo facul-
tas diſponendi, cum verſemur in actu diſpoſitiuo
18 inter † viuos, in quo clericus æquiparatur vſufru-
19 ctuario habenti facultatem † de iure beneficiorum
liberè diſponendi in vita, *cap. fin. de pecul. Cleric.
Iaſ.conſ.75. nu.4. lib.3. Seraph.deciſ.594. nu.7.*

Et ita &c.

☞ * *Eſt deciſio præcedens.*

R. P. D. MOTMANNO,

Soaneñ Caſtrorum,

Die Lunæ 14. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

Caſtri conceſſio, qualiter intelligatur facta, de-
claratur tàm quando ſumus in Caſtro Eccle-
ſiaſtico, quàm in Laicali.

SVM-

Digitized by Google

SVMMARIVM.

1 *Iuriſdictio inferioris præſumitur feudalis.*
2 *Feudi conceſſio præſumitur in dubio facta conformis diſpoſitioni legis.*
3 *Caſtra, quamuis iuriſdictionalia, ſi ſint ſita extra ſtatum Eccleſiæ, præſumuntur conceſſa titulo potius donationis, quàm in feudum. declara vt nu.4. & 5.*
6 *Iuriſdictionis conceſſio in ſtatu Eccleſiæ in dubio præſumitur Feudalis, non autem facta titulo donationis.*
7 *Eccleſia non præſumitur donare bona ſua contra diſpoſitionem, text. in c. non liceat Papæ 12.q.2.*
8 *Minimum, quod eſt in dubio eſt ſequendum.*
9 *Conceſſio in feudum non eſt adeo magni præiudicij, ſicuti eſt donatio.*
Per donationem perditur dominium directum, cum ſit ſpecies alienationis. nu.9.
10 *Actus æquiuocus non concludit ad obſeruantiam.*
11 *Exemplum exempli non poteſt dici in forma probanti eſſe.*
12 *Exemplum exempli concurrentibus adminiculis ſuffragatur.*
13 *Probationes præſumptiuæ præſertim ad obtinendum feudum, non ſufficiunt.*
14 *Status vltimus quando non attendatur.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 207. quę eſt in eadem cauſa ſub die 27. Martij 1637. coram eodem bo.me. Motmanno.

DECISIO CCLXXXV.

NOBILIS qu. Sinulphus Otterius in ſuo ſub quo deceſſit teſtamento diſpoſuit, quod in Caſtris Otterij, & S. Ioannis ſuccederet ille quem vel ipſe vel eo defuncto Magnus Dux Hetruriæ nominauerit ex filijs quos numero ſex reliquerat ſuperſtites; In alijs vero Caſtris, videlicet Montorij & Supani reliquos quinque filios hæredes æqualiter inſtituit, ac tam filios, vt ſupra nominando, quã alijs quinque prædictis, filios eorum primogenitos ſubſtituit, & præterea, deficiente linea dicti hæredis, vt ſupra nominandi, pariter ſubſtituit quemcũque maſculum ex prædictis alijs quinque filijs ſuperſtitem. Nominatus autem aſſeritur Flaminius, cui ſucceſſit Sinulphus iunior, & is poſtquam d. Caſtra Otterij, & S. Ioannis eidem Magno Duci vendidiſſet deceſſit ſine liberis, Attilius verò vltimus ex præfatis quinque filijs, ſuperſtites reliquit Bartholomæum, & Petrũ, inter quos orta eſt controuerſia ſuper ſucceſſione, tàm ad pretium dd. Caſtrorum Otterij S. Ioannis, quàm ad medietatem aliorum Caſtrorum Montorij ſcilicet, & Supani. Et propoſito deſuper dubio Domini cenſuerunt D. Petro deberi medietatem dicti pretij, reſeruato vt de alijs particulariter videretur.

Ratio autem dictæ reſolutionis fuit, quia prædictus teſtator Caſtra, de quibus agitur nuncupauit iuriſdictionalia ſub his verbis, cum omnimoda iu-

1 riſdictione ac mero & mixto imperio, iuriſdictio † autem inferioris præſumitur feudalis, *Bald. in cap.1. num.3. de nat. feud. Ruin. conſ.22. nu.7. vol.1. cũ alijs alleg. per Card. Mantic. de tacit. & ambig lib. 23. tit.5. n 23.* & quidem ex pacto & prouidentia concedentis pro primo acquirente, & eius filijs maſculis in infinitum, dum enim aliud non apparet, feudum vti rectum & proprium habetur ex veriſi-
2 mili mente ipſius concedentis quæ † in dubio conformis diſpoſitioni legis eſſe præſumitur, *Bald. in c.1. nu.3.* apud quem *controu feud. termin.* id eſt vt perpetuò & æqualiter tranſeat ad filios maſculos, *c.1. §. & quia de his qui feud. dar. poſſ. c. vnic. de ſucceſſ. feud.* & hanc ſententiam vti veriorem præter Doctores quos copioſè allegat *Oſaſcb. deciſ. Pedem.161. nu.8. probauit Rot. coram Greg. XV. deciſ.418. nu.13. vbi add nu. 14.*
Cui præſumptioni nõ obſtat quod Caſtra quam-
3 uis † iuriſdictionalia cum ſint ſita extra Statum Eccleſiæ præſumantur conceſſa potius titulo donationis, quæ Principi laico magis conuenit, quàm in feudũm. Quia præſumptio donationis in conceſſio-
4 ne Imperatoris vel alterius Principis laici † procedit, vel in caſu conceſſionis in qua cum ſignis denotantibus feudum concurrat verbum donamus, vt in caſu conceſſionis Principatus Albaniæ factæ per verba damus donamus, de qua per *Oldrad. conſ.159.* cui ſimilis eſt conceſſio Regis Aragoniæ facta de ſeptem Caſtris Montis Lirinenſi, his verbis, dono, laudo, & in perpetuum concedo ſuper qua conſulit *Iaſ. in conſ.45. vol.1.* & ſimilia verba habentur in alijs cõceſſionibus, de quibus per *Dec. conſ. 32. & conſ. 468 per Al iat. in conſ. 199. &*
5 *Menoch. conſ 191.* vel vbi † præualent & magis vrgent media de donatione, quàm verba deſignãtia feudum, vt conſiderauit *Rota coram me in Meleuitana feudi 4. Decemb.* 1630 vel etiam præſũptio donationis procedit, quando cum qualitate Principis donantis concurrit qualitas donatarij, vt in dicto caſu Oldradi in quo Rex pater donauit Principi Tarentino eius filio, & in caſu Iaſonis in quo alius Rex conceſſerat ſeptem Caſtra Deo, Beatæ Virgini ac Monaſterio. Quod verò conceſſio
6 † iuriſdictionis in Statu Eccleſiæ in dubio cenſeatur feudalis non autem facta titulo donationis iuxta doctrinam *Bald. in c. ad audientiam. nu.5. de præſcript.* id ea ratione procedit, quia Eccleſia
7 † non præſumitur donare bona ſua contra diſpoſitionem textus *in c. non liceat Papæ 12. q.2.* & in
8 dubio † ſequendum eſt quod minimum; Conceſſio
9 enim in feudum non eſt † adeo magni præiudicij ſicuti eſt donatio, per quam perditur dominium directum, cum ſit ſpecies alienationis *l. non ſolum. C. de præd. & alijs reb. min. c. nulli, & ibi gloſ. de reb. ſucceſſ. alien.* vel non & ita reſpondit *Abb. conſ.82. num.6. & 7.*

Neque dictam præſumptionem conceſſionis ex pacto & prouidentia illidunt quę obijciuntur de inſtitutione primogenituræ & illius obſeruantia. Quia Sinulphus ſenior in d. eius teſtamento filios ſuos nulla addita qualitate primogenituræ inſtituit, & quamuis illis decedẽtibus ſubſtituerit primogenitos attamen cum poſt d. Sinulphi obitum Flaminio eius filio ſucceſſerit Sinulphus iunior, qui deceſſit ſine liberis, nulla inde ſumi poteſt coniectura,

quod magis vigore primogenituræ ex teſtamento
quàm ex pacto, & prouidentia anteceſſorum poſ-
10 ſederit Caſtra, † is enim actus cum ſit æquiuocus
non concludit ad obſeruantiam *c. in præſentia de*
probat. Abb. in c. 2. in fin. eod. tit. Rot. deciſ. 294.
nu. 6. par. 2. diuerſ.

Quinimò eandem præſumptionem augent lit-
teræ Othonis Primi Imperatoris continentes in-
ueſtituram, ac inſuper teſtes deponentes de exer-
citio iuriſdictionis, & ſic de qualitate ipſius inue-
11 ſtituræ, quæ litteræ quamuis vti exemplum † exē-
pli à *Rota deciſ. 14. Iunii 1628. coram Eminentiſſ.*
Domino Cardinale Vbaldo tunc Auditore non fue-
rint admiſſæ ad effectum, vt poſſint dici in forma
12 probanti. Attamen concurrentibus alijs præmiſ-
ſis ſuffragantur, vt per *Caputaq. deciſ. 234. par. 1.*
Put. deciſ. 205. lib. 2. & fuit dictum in *Regien. Iu-*
riſpatronatus 10. Maij 1623. coram R. P. D. *meo*
Pirouano.

Accedit quod cum D. Bartholomæus Caſtra de
quibus agitur non poſſideat, ſed contendat impe-
dire, ne Petrus frater gaudeat ſucceſſione clara, &
ſibi coequali ad effectum, vt ea integraliter obti-
neat, ſuam intentionem plenius & magis conclu-
denter probare debet, quàm per præſumptionem
qualitatis hæreditariæ ductam ab inſtitutione pri-
mogenituræ, & actibus inde ſubſecutis, quia præ-
13 ſumptiuæ † probationes præſertim ad effectum
obtinendi feudum non ſufficiunt; vt dixit *Rota in*
Sabinen. Montis Rotundi 25 Iunii 1627. coram
Reuerendiſſ. D. meo Decano, & etiam per Came-
ram Apoſtolicam fuit deciſum in *Balneoregien.*
Caſtrorum. quæ eſt dec. 127. par. 1. recent.

Minus poteſt conſiderari vltimus Status cum
14 qualitate hæreditaria, † attento quod conſtat de
forma antiqua in dictis litteris Othonis primi con-
tenta, quæ per dictum Sinulphum ſeniorem non
potuit immutari *Bald. in c. 1. § fin. num. 2. de feud.*
guard. & Caſtald. & in l. 1. nu. 39 quan. non petit.
par. Card. Zabar. conſ. 92. nu. 1. Rot. in Paduana
feudi 20. Decembris 1627. coram R. P. D. *meo*
Merlino.

Et ità fuit deciſum vtraque parte informante &c.

¶ *In eadem cauſa habetur ſupra par. 1. alia deciſio ſub die 14. Iunii 1628. coram Eminentiſſ. & Reuerendiſſ. Card. Vbaldo, eſt in ordine deciſio 187.*

REV.^MO P. D. PIROVANO.

Romana, ſeu Ceſenaten. Hæreditatis.

Veneris 31. Martij 1634.

ARGVMENTVM.

De validitate tranſactionis, quando non ſit hæſitandum. Hæreditatis ceſſio, ſeu renunciatio ſi nullis ſit coarctata terminis, quid comprehendat.

SVMMARIVM.

1 *de Tranſactionis validitate non eſt dubitandum, quando eſt facta à maioribus, & de re dubia.*
2 *Ceſſio hæreditatis quando dicatur facta cum verbis ampliſſimis.*
3 *Dominium, & poſſeſſio tam naturalis, quàm ciuilis dicitur tranſlata in ceſſionarium ſtante generalitate verborum, & clauſularum.*
4 *Renunciatio generalis nullis coarctata terminis refertur ad omnia.*
5 *Immiſſio cohæredi pro ſua portione denegari non poteſt, vel ex remedio quorum bonorum, vel ex l. fin. C. de edict. D. Adr. toll.*
6 *Ceſſionario competit eadem via ad agendum, quæ competebat cedenti.*
7 *Hæreditas eſt materia, quæ eſt ceſſibilis, & tranſmiſſibilis ad hæredes.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 48. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 4. Iunij 1635. coram eodem Reuerendiſsimo Pirouano Decano.

DECISIO CCLXXXVI.

HODIE non hæſitatur de ſucceſſione debita Fratribus de Naldis in bonis, & hæreditate Michaelis, quia iam per tres deciſiones fuit reſolutū illam deberi, & pro duabus partibus ex quatuor.

Cæterum quia exinde fuit trāſactum inter Co. Georgium Cacciaguerrā, & Capitaneum Carolū Naldum ſuper iuribus hæreditatis dicti Michaelis communis dictarum partium patrui, & reſpectiuè emanauerint ceſſiones, nempè ex parte Co. Georgij ad fauorem Capitanei Caroli, pro domo in Vrbe ſita, & tornaturis tribus terræ in loco Rouerſani, ex parte verò Capitanei Caroli ad fauorem Co. Georgij pro reſiduo hæreditatis dicti Michaelis, nunc contigit dubitari; An Dominis Honufrio, & fratribus de Naldis, qui veniunt ex perſona Capitanei Caroli obſtet tranſactio ſupradicta, itaut ſit debita immiſſio in poſſeſſionem totius ſupradictæ domus, & non obſtate ipſis tantummodo fratribus informantibus fuit reſolutum.

Quia de validitate tranſactionis non poteſt du-
1 bitari cum fuerit à maioribus, † & lite iam intro-
ducta ſuper pertinentia hæreditatis Michaelis ſti-
pulata *l. 2. C. de tranſact. l. cum hi, §. ſi cum lis ff.*
eodem titulo. Natt. conſil. 543. num. 34. Crauett.
conſ. 175. num. 4. Mantic. de contract. lib. 26 tit. 1.
nu. 13. & eo minus hæſitari de pertinentia duarū
partium ex quatuor dictæ hæreditatis ſtantibus re-
ſolutionibus in cauſa factis. Vnde cum Comes
Georgius in eadem tranſactione Carolo dederit,
ceſſerit, conceſſerit, & tranſtulerit omnia iura,
actiones, & prætenſiones, quæ, & quas habere
poſſet, tam tunc acquiſitas, quàm in futurum ac-
2 quirendas ſuper domo controuerſa, † cum clau-
ſulis ad habendum, cum omnibus iuribus, & po-
ſitione in ſui locum, & ſtatum, inde ſequitur pro-
pter generalitatem verborū, & clauſularum tranſ-
latum fuiſſe, & dominium ſuarum portionum, &
3 poſſeſſionem tam Ciuilem, † quàm Naturalem
l. pluribus ff. de acceptil. l. emptor §. Lucius cum
gloſſ. ff. de pact. Bald. in l. tres fratres in 4. not. eod.
tit. & conſ. 184. refutato ad finem lib. 4. dicens ge-
4 neralem renunciationem † nullis coarctatam ter-
minis referri ad omnia, & latè comprobat *Tiraq.*
in l. ſi vnquam nu. 15. & ſeq. de reuoc. donat. Gabr.

de

de retr. Spol. concluſ. 1. num 57. Honded. conſ. 23. num. 1. lib. 1.

Atque ita ſicuti pro dimidia non eſſet denegan-
5 da immiſſio ex remedio quorũ bonorum, vel *l fin. de edict. diu. Adr. toll.* & ſentit *Menoch. de adip. remed. 1. nu. 35. ex ſententia Salye. & aliorum* eo-
6 dem modo hæredes † Caroli ſuccurrendi erunt reſpectu portionum acquiſitarum per ceſſionem, & iurium tranſlationem *Bald. conſ. 186. quia allegationes col. 3. verſ. & qualibet dictio lib. 1.* & latiſſimè comprobat *Menoch. de adipiſc. remed. 4. n. 249.* propter materiam, quæ eſt ceſſibilis, & tranſmiſſibilis ad hæredes. Et ita, &c.

R P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria, ſeu Iuſtificationis creditorum.

Die Veneris 31. Martii 1634.

ARGVMENTVM.

Cenſus, quando à principio contractus ſunt validè conſtituti, nullo modo redditur nullus ex pacto inualido, quod poſtea fuit adiectum. Fines mandati quando non dicantur exceſsi. Et reliqua circa iuſtificationem creditorum.

SVMMARIVM.

1 *in Cenſu non poſſunt apponi aliqua pacta, ex quibus pretium à venditore inuito peti poſſit.*
2 *Cenſus creatio, quando validè eſt facta non poteſt reddi nulla ex pacto inualido.*
3 *Proteſtatio poſita in ipſo contractu ſatis eſt ad conſeruandum ius proteſtantis.*
4 *Dominium ab aliquo quando non dicatur abdicatum.*
5 *Dominium, vt vni acquiratur, neceſſe eſt, vt ab alio amittatur.*
6 *Dominij legitima ſigna, in aliquo quando poſsint argui.*
7 *Creditor principalis, non ſolum tenetur conſeruare indemnem fideiuſſorem pro ſumma, pro qua fideiuſsit, ſed etiam quo ad omnia damna, & intereſſe, quæ paſſus eſt occaſione dictæ fideiuſſionis.*
8 *Mandati fines non ſunt excedendi.*
9 *Dictio, ſeu, ſecundũ eius naturã ſtat ampliatiuè.*
10 *Mandatum debet explicari ſecundum veriſimilem mentem mandantis.*
11 *in Mandato an adſit exceſſus, debet conſiderari cauſa, cuius occaſione fuit datum.*
12 *Mandati finis non dicuntur exceſſi, ſi aliquid fuit factum, vt facilius adimpleretur. & nu. 13.*
14 *Mandati exceſſus tollitur ex amplitudine verborum eiuſdem mandati. & nu. 15.*
16 *Partita contrapoſitio quid importet.*
17 *Veritas facti dum probatur, tunc non attenduntur fides contrarium atteſtantes.*
18 *Mercatori integerrimæ fidei plurimum eſt deferendum.*
19 *Verba (per ſaldo) quid importent.*
20 *Cambiorum iuſtitia, & realitas aliundè quàm ex aſſertione partis debet probari.*
21 *in Partium poteſtate eſſe non debet facere licitũ id, quod eſt à iure vetitum.*
22 *Confeſsioni partis circa damnum paſſum ſtandum non eſt.*
23 *Obligatio non debet extendi ad id, quod eſt exceptum. & nu. 24.*
25 *pro Inſtrumento ſtat præſumptio.*
26 *Indebiti ſolutio eſt probanda per eum, cuius intereſt.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſionibus 52. & 55. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 13. & 15. Iunij 1635. coram Reuerendiſs. P. D. Pirouano Decano.

DECISIO CCLXXXVII.

ACTVM fuit in hoc dubio ſuper iuſtificatione creditorum, quam fratres de Baccellis promiſerant vſque ad ſummam ſcut 44. mill cum à Carolo, & Petro de Nappis heredibus cum beneſ leg. & inuent. Alexandri fratris, acceperunt tot bona in ſolutum pertinentia ad hęreditatem eiuſdem Alexandri. Et quia plura erant ea credita, & proueniebant ex pluribus, ac diuerſis cauſis, quarum quælibet diuerſam, ac diſtinctam verificationem expoſcebat; ſingulas eorumdem creditorum cauſas, & rationes conſiderare voluerunt Domini: Sed ex omnibus ijs partitis, quæ conſtituebant dictam ſummam ſcut. 44. mill. & propoſitæ fuerunt in hoc dubio, octo dixerunt eſſe iuſtificatas, & ſummam ex illis prouenientem, quæ erat ſcutor. 32610.73. monetæ, & ſcut. 40. auri ſtamparum. Super reliquis voluerunt, vt melior iuſtificatio daretur.

Prima partita, quæ viſa fuit iuſtificari, continebat ſummam ſcut. 8230.56. quorum apparebat eſſe debitricem hæreditatem Alexandri occaſione fructuum cenſus, qui ab eodem Alexandro dùm viueret, impoſitus fuerat, & venditus pro pretio ſcut. 15. mill. Roberto Primo: & pro iuſtificatione huius partitæ, datum fuit inſtrumentum dictæ venditionis, & ceſſio eiuſdem cenſus deindè facta à Roberto ad fauorem Thomæ de Baccellis, per quam tranſiuit in eumdem Thomam dominium eiuſdem cenſus, illiq. cęperunt eſſe debiti dicti fructus, qui à die impoſitionis vſque ad diem dationis in ſolutum aſcendebant ad ſummam ſcutorum 13650.

Neque viſa ſunt obeſſe ea, quæ dicebantur contra validitatem eiuſdem cenſus ex pacto extinctionis, & liberationis, ad quam ipſe Alexander ſe obligauerat intrà terminum quinque annorum ad fauorem Thomæ de Baccellis, quem in inſtrumento venditionis promiſerat acceſſurum ad fauorem Roberti emptoris, quaſi in ceſſione poſteà facta eiuſdem cenſus à Roberto, & declaratione, quæ in eadem ceſſione continebatur, quod d. cenſum emiſſet intuitu, & contemplatione ipſius Thomæ, idem pactum dici poſſet factum cũ creditore eiuſdem cenſus, quod non ſolum erat contra prohibitionem factam in Conſtitutione Pij V. de non apponendis pactis, ex quibus pretium à venditore inuito

1 uito peti poſſet. † Verùm etiam contra naturam
huius contractus, vt poſt *Sot de iuſt. & iur. lib.6.*
quæſt.5 art.3.concl 1.Couar.var.reſol.lib.3.cap.8.
nu.7. & aliàs declarauit *Rota in vna Meleuitan.*
cenſus 16. *Martij* 1615. *coram Reuerendiſs. D.*
meo Decano, & antea *coram Card. Seraph. deciſ.*
269. *nu.2. & deciſ.*1006. *num.* 1. *& coram Card.*
Blãchetto in vna Romana cenſus 13. *Iunij* 1594.
Pluribus enim modis viſum fuit remoueri poſſe
hanc obiectionem, quia idem pactum non ſolum
non legebatur in eodem inſtrumento impoſitio-
nis, & venditionis, ſed in alio ſeparato; quò cir-
2 ca † creatio cenſus valida non potuit reddi nulla
ex pacto inualido, quod poſtea adiectum fuit iuxta
theoricam *Bart.in l.pluribus §. & ſi placeat nu.2.*
ff.de verb. oblig. & in l. vbi ita donatur ff. donat.
cauſ.mort. nu.1. in fin. Bero. in rubr.de appellat.
nu. 17. Verùm in ipſo inſtrumento impoſitionis
expreſsè excepta fuerant omnia, & quæcumque
pacta, quæ eſſent contraria eidem Conſtitutioni.
3 Cùm eadem proteſtatio † tanquam poſita in ipſo
contractu ad limitandam illius obligationem ſatis
fuerit ad conſeruandum ius proteſtantis, vt notat
idem *Bart.in l.non ſolum §.morte n.23.ff. de oper.*
*nou.nunciat.Alex.nu.*13. & alij communiter, &
in terminis proteſtationis factę in inſtrumento im-
poſitionis cenſus tenuit *Gabr.conſ.47. nu.7. lib.2.*
cuius auctoritatem ſequuta fuit *Rota in Forol-*
uien. cenſus 13. *Nouembris* 1589.*coram Orano*, &
in *Beneuentana cenſus* 24. *Martii* 1593. *coram*
Card.Pamphilio, & in Romana cenſus 14.*Ianua-*
rij 1602. *coram Card.Sacrato*. Et omnis difficul-
tas ceſſabat, quia verè probabatur, quod idem cen-
ſus fuerit in ſui impoſitione acquiſitus Roberto,
tùm ex ipſo inſtrumento impoſitionis, in quo ap-
parebat d. venditionem factam fuiſſe eidem Ro-
berto, quàm ex ceſſione poſtea ſequuta ad fauorẽ
Bacelli, cum feciſſet Robertus eam ceſſionem
non ſolum cum expreſſa reſeruatione vt dicti cen-
ſus pretiũ ſibi reſtitueretur, verùm voluerit, quod
neque illi poſſet acquiri dominium eiuſdem cen-
ſus, niſi ſolidatis computis, & omnibus partitis,
quarum ſibi debitor erat Baccellus, ex quibus pa-
tet, quod etiam poſt ceſſionem pertinuit idem cẽ-
ſus ad Robertum cedentem, quia cum à futuro
euentu p ndere deberet, vt dominium dicti cen-
ſus acquireretur Bacellis, dum dari poterat ca-
ſus, quod ijdem nunquam ſoluiſſent, vel illius
pretium, vel alia debita, quæ habebant cum
4 Roberto, † nunquam ab ipſo abdicatum fuit idem
dominium ex ratione, quam ponit *Bart. in l.ſi*
ego hac mente num.3.ff.de negot. geſt. & in l.ſi
ſponſus §. ſi vxor num.2. ff. de donat. inter vir.
& vxor. quia ſcilicet, neceſſe ſit, vt vni acquira-
5 tur † dominium ad effectum, vt ab alio amittatur,
& declarat *Imol. in l. communis §. Procurator ff.*
*de acquir.poſſeſſ. Alex.conſ.*232. *nu.5. lib.6.* Et li-
cet in d. inſtrumento ceſſionis conuentum fuiſſet,
vt pendente ea conditione fructus exigerentur à
Baccellis, eam tamen facultatem exigendi voluit
Robertus cedens ſemper poſſe reuocare, dum
6 eadem conditio pendebat, † ex quo etiam viden-
tur argui poſſe in Roberto ſigna eiuſdem dominij,
argum.l fructus, & l.ex diuerſo, ff.de rei vendic.
Secunda partita continebat ſummã ſcut. 6194.
44. quorum 5250. erant pro fructibus, quos Bac-
celli ſoluerant occaſione alterius cenſus, in quo
ipſi fideiuſſerant pro Alexandro, & quem ab eodem
Alexandro emerat idem Robertus pro pretio ſcut.
10. mill. & ab illius hæredibus fuit poſtea aſſigna-
tus Ariolis & Brignolis mercatoribus Ianuenſi-
bus, & creditoribus eiuſdem Roberti: Reliqua ve-
rò ſcuta 944.44. erant ex cauſa damnorum, quæ
ijdem Baccelli paſſi fuerant propter aſſignationem
à ſe factam eiſdem Ariolis, & Brignolis ratæ par-
tis alterius cenſus ſcut. 15. mill. pro fructibus, qui
etiam decurrerunt d. cenſus ſcut. 10 mill. Et qui-
dem viſa fuit iuſtificari hæc partita reſpectu prioris
eius ſummæ ſcut.5250 dum ipſi Baccelli tanquam
fideiuſſores in d. cenſu eodem modo obligati erant
ad ſolutionem dd. fructuum facien. Ariolis, & Bri-
gnolis, quibus ceſſus fuit idem cenſus, ſicut ad eã-
dem ſolutionem cogi potuiſſent à Roberto, cui ſe
obligauerant ſimul cum Alexandro. Altera verò
ſumma ſcut.944 44. etiam viſa fuit iuſtificari, quia,
cum loco fructuum, quorum debitores erant, aſſi-
gnaſſent Baccelli ex cenſu ſcut. 15.mill. quem poſ-
ſidebant, partem eius cenſus pro dicta ſumma
ſcut. 5250. priuati fuerunt fructibus d. cenſus vſ-
que ad eam ſummam, pro quibus etiam debent cõ-
ſeruari indemnes ab Alexandro cuius fauore ſe
obligarunt, cum in obligatione principalis credi-
7 toris erga † ſuum fideiuſſorem, non ſolum conti-
neatur ea ſumma, pro qua quis fideiuſſit, verum
etiam omnia damna, & intereſſe, quæ paſſus eſt oc-
caſione eiuſdem fideiuſſionis iuxtà reſpõſum Pau-
li in *l.ſi mandato meo §. ſi fideiuſſor ff. mandati &*
notant Doct.communiter in c.peruenit de fideiuſſ.
vbi Abb.nu 2.Butr nu.6.Hoſtien.nu.4. Bertazol.
de clauſ.Inſtrum.clauſ.43.nu.1.
Contra hoc creditũ, ſiue validitatem huius cen-
ſus plura opponebantur, quæ tamen non viſa fue-
runt Dominis obſtare. Et primò nõ dixerunt pro-
bari, quod Petrus Baccellus Procurator Alexan-
8 dri † exceſſerit fines ſui mandati, dando in fideiuſ-
ſores Thomam, & Fortunatum de Baccellis ſuos
fratres, licèt enim in mandato, quod habuit Pe-
trus Procurator Alexandri ad hunc cenſum impo-
nendum, data fuerit illi facultas, vt poſſet promit-
tere, quod obligationi d. cenſus acceſſuri eſſent
Hieronymus Triumphus ſiue alij fideiuſſores; ex
quo diſcretiuo modo loquendi negabant Nappij,
quod fuiſſet data poteſtas obligandi etiam Baccel-
los præter ipſum Triumphum; Non tamen viſum
fuit, quod ex hac obligatione plurium fideiuſſo-
rum argui poſſet aliquis exceſſus; tùm quia pote-
9 rat illa dictio, † ſeu, ſtare ampliatiuè, vt hanc etiam
eſſe naturam eius dictionis tradit *Bart. in l.ſi quis*
ita legauerit ff.de aur. & arg. leg. Dec. in l. petens
nu.11.C.de pact. & in conſ.69. nu.5.Bald.in l.cum
quidam nu.4.de verb.ſignif. Tùm quia idem man-
10 datum explicari debebat ſecundum † veriſimilem
mentem mandantis, qua inſpecta non poterat vis
fieri in obligatione fideiuſſorum, ſed ſolum in re-
periendo eo inueſtimento, cuius cauſa datum fuit
11 † d. mandatum *l. Creditor §. ſi inter maritum ff.*
mandati c.petitio veſtra de procurat. & ibi gloſ.in
verb.intentio. Put.dec.21.nu.3.lib.3. Card. Man-
tic.de tacit. & ambig. conuen. lib.7. tit.15. nu.25.
Et ità cum faciliùs redderetur idem inueſtimentũ

ex

ex acceſſione, & obligatione plurium fideiuſſorum
12 † ex hac ſola facilitate videtur, quod iuſtificari
poſſit idem mandatum, vt fuit in fortioribus ter-
minis reſolutum coram me in *Romana collectæ*
21. Februarii 1633. cum ſcilicet poteſtate data
ab vniuerſitate ſuper inueſtimento faciendo in
cenſibus, vſi fuiſſent ij, quibus dicta facultas con-
13 ceſſa fuit in inueniendo, † qui darent pecunias ſub
diuerſo contractu ſocietatum officiorum, quin hoc
eſſe & venire ex natura ipſius mandati obſeruauit
Roman. conſ. 64. num. 9.

Alter exceſſus notatus fuit in eodem mandato,
eo quod pecuniæ, quæ erant pretium eiuſdem cen-
ſus, non fuerint depoſitatæ in bancho illorum de
Baccellis, vt in d. mandato etiam præcipiebatur,
ſed relictæ in bancho Roberti, qui dedit eaſdem
pecunias ad cenſum, donec in d. cenſu non acceſ-
ſerunt Baccelli. Sed & hic exceſſus viſus fuit facil-
14 limè euitari poſſe tam ex amplitudine † verborum
eiuſdem mandati, in quibus conditiones, & caute-
læ ad fauorem emptoris omnes remittebantur ar-
bitrio Procuratoris ad not. per *Bart. & alios in l.*
ſi Procurator C. de procurat. & in l. procurator, cui
generaliter, vbi idem Bart. nu. 2. ff. eod. tit. Card.
Mantic. de tac. & ambig. conuen. lib. 7. tit. 16. n. 24.
vt propterea hoc etiam potuerit facere ex faculta-
15 te ſibi conceſſa, & pro cautione emptoris. † vt nõ
amouerentur pecuniæ ex eiuſdem bancho ante
acceſſionem Baccelli, quàm quia ex omiſsione
eius depoſiti, neque aliquod damnum euenit Nap-
pis, cum antequam ipſe Baccellus accederet, non
paſſi fuerunt aliquod intereſſe, aut ceperint eſſe
debitores fructuum d. cenſus ad fauorem emptoris
ex conuentione ſuper hoc facta ab eodem Procu-
ratore.

Tertiò contra hunc cenſum opponebatur, quod
ille non habuerit effectum; cum pecuniæ nunquam
amotæ fuiſſet ex bancho Roberti, & eidem proba-
rentur poſtea reſtitutæ in proprijs illius libris, in
quibus ipſe idem Robertus, qui cõſtitutus fuit de-
bitor totius eius ſummæ ſcut. 10. mill. legebatur
creatus creditor eiuſdem ſummæ ex contrapoſi-
tione facta ſimilis partitæ ad partitam debiti, quæ
16 † contrapoſitio importare videbatur, vel reſtitu-
tionem eiuſdem cenſus, vel ſaltem abolitionem
prioris partitæ, in qua apparebat Robertus debi-
tor d. ſummæ ſecundum fidem plurium mercato-
rum ſuper hoc datam.

Verùm ea, quæ dicebantur ſuper effectu non ſe-
cuto huius cenſus, viſa fuerunt ex pluribus redar-
gui poſſe, cum contrarium probaretur ex ſolutio-
ne earum pecuniarum facta Baccellis creditoribus
Alexandri, vt continebatur in mandato dato ab ip-
ſo Alexandro, ex declaratione facta à Baccellis in
proprijs libris, in quibus apparet eidem Alexan-
der deſcriptus creditor eiuſ. ſummæ ex aſſignatio-
ne eiuſdem cenſus facta ab hæredibus Roberti,
Ariolis, & Brignolis. Et demum ex emptione eiuſ-
dem cenſus, quam vltimo loco, & de anno 1632.
fecit ipſe Thomas Baccellus ab eiſdem Ariolis, &
Brignolis. Ex his verò ceſſare viſa ſunt ea, quæ di-
cebantur de abolitione eius partitæ, in qua conti-
nebatur hoc creditum Alexandri in ſumma ſcut.
10. mill. eidem ſoluta pro pretio dicti cenſus pro-
pter mutationem, quæ videbatur facta eiuſdem
partitæ in perſona Roberti ex contrapoſitione ſi-
milis ſummæ. Quia nihil iuuare poterat fides mer-
17 catorum, † dum probabatur, quod aliter ſe habe-
bat veritas totius huius facti. Et ad alium effectum
oſtendebatur præterea facta mutatio dictæ partitæ,
vt declarauit medio iuramento D. Ioſephus Bo-
uannus, qui erat tunc temporis Capſerius Rober-
ti, & à quo ea nominum mutatio facta fuit in libro
18 inſcripto *quaderno di Caſſa*, cuius atteſtationi †
plurimum Domini detulerunt, cum idem ſit ho-
die mercator in Vrbe, & reputatus integerrimæ
fidei.

Contra tertiam partitam nihil opponebatur, &
illa viſa fuit etiam iuſtificari ex inſtrumento lo-
cationis domus, quam Alexander inhabitauit Fer-
rariæ, cum ſumma ſcut. 750. quam eadem partita
continebat, proueniret ex penſionibus eiuſdem
domus, ad quas ipſe Alexander ſe obligauit in di-
cto inſtrumento ad fauorem Thomæ Baccelli.

Quarta partita proueniebat ex fructibus alterius
cenſus, quem ſub fideiuſſione eiuſdem Thomæ im-
poſuerat Alexander, & vendiderat ad fauorem
Vincentij Cei pro pretio ſcut. duorum milliũ. Pro
iuſtificatione huius partitæ datum fuit inſtrumen-
tum eiuſdem cenſus & ſolutionis factæ per Baccel-
los vſque ad ſummam ſcut. 960. quæ contineban-
tur dicta partita. Quod verò eædem ſolutiones ho-
die negarentur à Petro de Nappijs hęrede Alexã-
dri, non ideò viſum fuit dubitari poſſe de veritate
eius partitæ, quia veritas earumdem ſolutionum
probabatur ex declaratione facta ab vno ex Tuto-
ribus hæredum dicti Vincentij, quod fructus dicti
cenſus ſoluti fuerunt vſque ad eam ſummam ipſi
Vincentio dum viueret cum quietantia in calce
eiuſdem declarationis pro dicta ſumma. Et præte-
rea ex libris ipſius Thomæ Baccelli, qui cum eſſet
Procurator dictorum hæredum, & ſibimet ſoluiſ-
ſet eos fructus ad creditum eorumdem hęredum,
non poterat dici, quod fides eius ſolutionis addu-
ceretur potius in fauorem ipſius Thomæ, cuius
erant dicti libri, quàm in fauorem hęreditatis Ale-
xandri, quæ ex ea confeſſione, quam ijdem libri
continebant, liberationem conſequebatur reſpe-
ctu hęredum Cei, quibus vti Dominis d. cenſus de-
biti erant ijdem fructus. Et reddebantur eæ ſolu-
tiones etiam veriſimiles tùm ex veritate eius cẽ-
ſus probata in d. inſtrumento, cum non doceret
Petrus, quod huic credito, quod ex eodem cenſu
proueniebat, vnquam ſatisfactum fuiſſet ab Ale-
xandro, tùm ex quo idem Petrus neque oſtende-
bat, quod aliquæ moleſtię vnquam ſibi datæ fuerint
occaſione eiuſdem crediti, quod pariter videbatur
oſtendere veritatem earundem ſolutionum.

Quinta partita continebat ſummã ſcut. 13. mill.
& hanc dixerunt Domini eſſe iuſtificatam pro
ſumma ſcutor. 6254. quia cum tota hęc ſumma
conſtitueretur ex pluribus partitis, quas inter ſe
ſolidarunt Baccelli, & Alexander Nappius, appa-
rebat in inſtrumento facto ſuper ea ſolidatione,
quod ipſe Alexander ſolum ſibi reſeruauerat hanc
iuſtificationem reſpectu ſummæ ſcutor. 6746. quæ
erant reſiduum dictorũ ſcut. 13. mill. Reliquæ verò
partitæ non ſolum acceptatæ fuerunt ab Alexan-

dro;

Google

19 dro, id, quod importare videbantur verba † illa
(per ſaldo) itaut ipſum ſaldum habitũ fuerit à par-
tibus pro cauſa ſufficienti ad conſtitutionem hu-
ius noui debiti, & crediti reſpectiuè vt notat *Sali-*
cet. l. vnic. C. de confeſſ. num. 6. poſt gloſ. in l. ſi ex
pluribus in verb. reliqua. ff. de ſolut. Alex. conſ. 83.
num. 5. & 8. lib. 1. & conſ. 141. nu. 4. lib. 6. verum
legebatur in eodem inſtrumento promiſſio facta
ab Alexandro, quod ipſe ex cauſa, aut reſpectu ea-
rumdem partitarum non erat requiſiturus à Bac-
cellis aliam iuſtificationem, aut meliorem liqui-
dationem.

Neque ad hunc effectum dixerunt Domini ob-
ſtare poſſe, quod ſolidatio, de qua in d. inſtrumen-
to, facta fuiſſet ſuper cambijs, quorum ipſe Ale-
xander ſecutus fidem Baccelli ſe conſtituit, & de-
20 clarauit debitorem quaſi iuſtitia, † & realitas di-
ctorum cambiorum aliunde probari deberet, quã
ex aſſertione partium, nè dici poſſit, quod fuerit
21 † in earumdem partium poteſtate licitum facere
quod à iure vetitum erat ex not. per *Bart. in l. ſi*
forte n. 4. & 5. ff. de caſtr. pecul. Iaſ. in l. ſi dona-
tione. n. 4. ff. de collat. & in his terminis cõfeſſio-
22 nis factæ ſuper cambijs, aut intereſſe, quod † vna
ex partibus paſſa fuerit; *Bald. in l. rogaſti. §. ſi ti-*
bi. nu. 7. ff. ſi cert. pet. Rot. deciſ. 54. nu. 5. par. 1.
& deciſ. 559. nu. 5. par. 2. recent. Etenim pro ſatiſ-
factione huius obiectio is conſiderarunt Domini,
quod hæc iuſtificatio petebatur hodie ex Baccellis
vigore inſtrumenti dationis inſolutum, in quo to-
tũ hoc creditum ſcut. 13. mill. pro quo obligatam
habebant hereditatem Alexandri enunciatum fuit
tanquam proueniens ab alio inſtrumẽto, quod per
aliquot annos ante celebratum fuerat Ferrariæ cũ
eodem Alexandro. Vnde ea omnia, quæ opponi
potuiſſent contra hoc primum inſtrumentum, &
ſuper veritate partitarum, quæ fuerunt in eodem
inſtrumento acceptatæ, & approbatæ à partibus,
non poterant pertinere ad iuſtificationem promiſ-
ſam in alio inſtrumento, cuius vigore hodie agũt
Nappij; non ſolum quia partitæ enunciatæ in pri-
mo illo inſtrumento non fuerunt expreſſæ in hoc
poſteriori, vt propterea obligatio quam ex eodem
23 inſtrumento Baccelli habent † iuſtificandi non
poſſit extendi ad actionem, quam Nappij mouere
non poſſunt, niſi virtute primi contra regulam
l. quicquid adſtringendæ. ff de verb. obligat. verũ
etiam quia neq; alia iuſtificatione videbatur opus
eſſe, dum illud etiam probabatur ex eo priori in-
24 ſtrumento † quod hæc iuſtificatio data tunc fuit,
cum ex pluribus partitis, & ſummis creatum fuit
hoc debitum ſcut. 13. mill. itaut ipſi Nappij neceſ-
ſe habeant probare contrarium, quod ſcilicet, non
fuerit ea iuſtificatio ſufficiens propter præſumptio-
25 nem, quæ oriri † videbatur ex eodem inſtrumen-
to, *l. cum precibus vbi Bald. not. C. de probat. gloſ.*
in §. vlt. inſtit. de fideiuſſ. gloſ. in cap. bonæ 23. in
verb. per rerum naturam de election.

Supererant tres partitæ ex ijs, quæ viſæ fuerunt
Dominis in hoc dubio verificari, nempè octaua,
decima, & duodecima, & quidem octaua nõ impu-
gnabatur à Nappijs, & propterea pbabatur ex epi-
ſtola Alexandri, in qua inter cætera, quæ in eadem
epiſtola continebantur approbabat ipſe Alexander
Tractam, quã Palmcij mercatores Anconitani fe-
cerant Thomæ Baccello ſuper perſona, & nomine
ipſius Alexandri de ſumma, quæ petebatur in hac
partita, nempe ſcut. 269. 19. 11.

Decimam partitam dixerunt Domini eſſe iuſti-
ficatam pro ſola ſumma ſcutor. 40. auri ſtamparũ,
quamuis id, quod in eadem partita petebatur, a-
ſcenderet ad ſcut. 64. 6. monetæ, quia pro ea ſum-
apparebat recepiſſe Bacellos mandatum ab Alexã-
dro, vt etiam in eadem ſumma probabatur deinde
facta ab eiſdem Baccellis ſolutio in executionem
eiuſdem mandati. Reliqua verò ſumma, quæ defi-
ciebat ad perficienda d. ſcut. 64. tanquã proueniens
ex intereſſe, & cambijs eius pecuniæ prima vice ſo-
lutæ, dixerunt quòd peti hodie non poterat, dum
non probabatur veritas eorumdem cambiorum.

Demum pro iuſtificatione duodecimæ partitæ,
in qua petebantur ſcut. 995. 1. 73. Dixerunt Domi-
ni ſatis eſſe, quod huius partitæ & ſummæ non eſ-
ſent creditores Baccelli, ſed quod illius onus in
ſe ſuſceperint ita mandantibus ipſis fratribus de
Nappijs in dicto inſtrumento dationis inſolutum,
& ita cum ad probandam veritatem huius parti-
tæ idem Baccellus oſtendiſſet mandatum ſibi da-
tum in dicto inſtrumento, & ſolutiones dein-
de factas totius ſummæ Philippo Mannello, qui
erat creditor eiuſdem partitæ, & quantitatis in ea
contentæ, nihil præterea viſum fuit requiri ad illius
iuſtificationem, quia cauſa, ob quam ipſe Mannel-
lus erat creditor eorumdem fratrum de Nappijs,
non poterat cadere ſub iuſtificatione, quæ fuit in
dicto inſtrumento promiſſa reſpectu creditorum,
quæ ipſe Baccellus habebat contra hæreditatem
Alexandri tàm ex voluntate partium declarata in
eodem inſtrumento, quam quia contraria proba-
tio, quod ſcilicet ea ſumma fuiſſet Mannello inde-
bitè ſoluta ſolum poterat pertinere ad Nappios,
26 † qui creditum eiuſdem Mannelli impugnabant
ſecundum regulam firmatam *in l. cum de indebito.*
ff. de probat.

Et ita DD. reſponderunt ſuper iuſtificatione ha-
rum partitarum informante vtraque parte.

§ *Infra adeſt alia deciſio in eadem cauſa ſub die 19.*
Iunij 1634. coram eodem R. P. D. Veroſpio, & in
ſequenti parte habentur aliæ deciſiones ſub diebus
20 Iunij, & Iulij 1639. coram Reuerendiſſ. P. D.
Pirouano Decano, & 26. Mart. & 18. Iunij 1640.
coram R. P. D. Cerro.

R. P. D. GHISILERIO.

Mediolaneñ deuolutionis bonorum.

Die Veneris 2. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

Agens ad deuolutionem bonorum emphyteu-
ticorum quid plenè probare teneatur.

SVMMARIVM.

1 *Bonorum emphyteuticorum deuolutio intrat, ſi*
per plures annos fuerit ceſſatum in ſolutione
canonis.

2 Do-

Digitized by Google

2 *Dominium plenè probari debet, ſi agatur rei vindicatione.*
3 *Bonorum emphyteuticorum identitas probanda eſt per agentem rei vindicatione.*
4 *ad Deuolutionem rei emphyteuticæ procedi non poteſt, ſi dominium, nec identitas fuerit probata.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 117. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 14. Aprilis 1636. coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.

DECISIO CCLXXXVIII.

COMMISSA mihi cauſa appellationis interpoſitæ à duabus ſententijs conformibus, altera Vicarij Mediolaneñ, altera verò Iudicis Synodalis Delegati Apoſtolici, latis ſuper deuolutione bonorum ſtabilium, ſola Ordinarij auctoritate in emphyteuſim conceſſorum Hieronymo & fratribus de Soroldonis per Paulinum Soroldonum tunc temporis Beneficiatum in Eccleſia S. Ioannis Decollati de Monte Veggia, ex quo non ſoluerunt Canones iuxta conceſſionem de anno 1507. eaq. deſerta ob nō prorogationem fatalium, & obtenta commiſſione exequutoriali pro parte Ioannis Mariæ Vercelloni moderni Beneficiati, cum dubitaſſem, An conſtaret de re iudicata, quæ ſit exequenda. vel potius de cauſis reſtitutionis in integrum, contra informantem reſolutum fuit, quia licet ex dicto inſtrumento conceſſionis in emphy-
1 teuſim conſtet de pacto expreſſò, † quod bona deuoluantur in caſum nō ſolutionis Canonum per biennium & probetur, quod fuerit ceſſatum à ſolutione Canonis per plures annos, Indeq. intret deuolutio vt ſunt textus aperti *in l.2. C de iur.emph. & in auth. qui rem. C. de ſacroſanct. Ecclеſ. in potuit extra de locat.* attamen cum Ioannes Ma-
2 ria agat rei vindicatione, † neceſſe eſt, vt plenè probet dominium, *l.officium de rei vindic. l. in rem actio. C.eod. Speculat. in tit. de locat. §. nunc aliqua nu.72. Caputaq. deciſ. 280. par.1. nu.1.* nec-
3 non identitatem bonorum † emphyteuſi ſubiectorum, vt firmauit Rota *in Romana relocationis domus 28. Maij 1635. coram R.P.D. meo Pirouano, & aliàs ſæpiſſimè.*
4 Et quia ex hactenus deductis † non fuit probatum dominium Eccleſiæ, nec identitas bonorum controuerſorum, ideo non potuiſſe procedi ad deuolutionem fuit reſolutum &c.

R. P. D. GHISILERIO,

Maioriceñ Iuriſdictionis.

Die Veneris 2. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

Epiſcopus, vt ab initio ſolus procedere poſſit ad ſummariam informationem, & detentionem Canonici accuſati de publico concubinatu, & de alijs atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus, quid ſeruare debeat.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in criminibus ex incontinentia prouenientibus, & in atrocioribus, vbi de fuga timetur, & opus eſt perſonali detentione, poteſt ab initio ſolus ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem deuenire.*
2 *Delicta, quæ, & qualia ſint atrocia, arbitrio Iudicis relinquitur.*
3 *Arbitrium regulari debet à iure.*
4 *Iudex pro informatione Curiæ teſtes ſibi beneviſos poteſt capere.*
5 *Teſtium numerus nō eſt effrenatus, ſi ſit intra 40.*
6 *ad Fauorem alicuius inducta, non debent in eius odium retorqueri.*
7 *Epiſcopus, ad hoc, vt ſolus poſſit ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem procedere in aliquo caſu, duo requiruntur.*
8 *Primo, vt agatur de delictis atrocioribus depoſitionem, aut degradationem requirentibus.*
9 *Secundo, quod timeatur de fuga.*
10 *Epiſcopus ſtante ſuſpicione fugæ Clerici accuſati de atrocioribus delictis, poteſt procedere de facto abſque adiunctis, & quando non dicatur procedere de facto. nu.11.*
12 *Rei abſentia, & fuga ex quo præſupponatur, & num. 13.*
13 *Concil Trident. ſeſſ.25. cap. 6. de reform. in contextu loquitur cauſatiuè vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur, non autem conditionaliter, ſi de fuga timetur.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſionibus 4. & 106. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 12. Ianuarij 1635. & 3. Martij 1636. coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.

DECISIO CCLXXXIX.

CVM ad quærelam Fiſcalis Curiæ Epiſcopalis contra Thomam Dezbach Canonicum dictæ Eccleſiæ de publico concubinatu, & de alijs atrocioribus delictis in quærela expreſſis Epiſcopus, ſeu eius Vicarius generalis, examinatis ſpatio nouem dierum pluribus teſtibus, nonobſtāte quod fuit requiſitus à Capitulo ad procedendum contra dictum Thomam cum adiunctis, iuxta formam Concilij Tridentini *ſeſſ.25. cap.6. de reformat.* relaxauit mandatum de capiendo, & tandem eo non reperto, relaxauerit contra illum monitorium ad perſonaliter comparēdum ſub pœna excommunicationis maioris, & ducatorum mille; idemq. Canonicus habita notitia de ſupradicto monitorio, præuia proteſtatione nullitatis ex defectu iuriſdictionis, timore cenſurarum, comparuerit, ac in carceribus ſe conſtituerit; dubitabatur: An Epiſcopus proceſſerit iuxta formam Concilij Tridentini, & affirmatiuè fuit reſolutum, cum ex verbis Con-
1 cilij in *d.cap.6.* Epiſcopus † in criminibus ex in-

con-

continentia prouenientibus, & in atrocioribus de-
poſitionem, aut degradationem requirentibus, vbi
de fuga timetur, & opus ſit perſonali detentione,
poſſit initio ſolus ad ſũmariã informationẽ, & ne-
ceſſariam detentionem procedere, ex ratione per
text. *in d. cap. 6. allegat.* ibi *ne iudicium eludatur.*

Quod autem agatur de delictis atrocioribus de-
poſitionem, aut degradationem requirentibus, pa-
tet; quia incontinentia cum qualitate proueniente
ex cõcubinatu cum certa muliere probatur ex te-
ſtibus, & tale delictum eſt de comprehenſis in Cõ-
cilio; cætera vero delicta de quibus in quærela sũt
atrociſſima, cum tendant ad homicidia; ad aſſecu-
randum banditos, & homines diffidatos, &c. &
2 † quæ, qualiaq. ſint delicta atrocia relinquitur ar-
bitrio Iudicis, *ex alleg. per Bernardin. Diaz. in prax. crim. cap. 135. nu. 2. & 3. Rota in puncto in Conchen. iuriſdictionis 3. Martij 1617. coram bon. mem. Card. Sacrato, in Caleiaten. iuriſdictionis 21. Iunij 1621. & 6. Iunij 1622. coram bo. me. Rembol-*
3 *do*; quamuis † arbitrium huiuſmodi regulari de-
beat à iure.

Non obſtat, quòd Concilium loquatur de ſum-
maria informatione recipienda per Epiſcopum,
tum quia facultas capiendi ſummariam informa-
tionem non legitur reſtricta ad aliquem certum
4 numerum teſtium, ſed poteſt † Iudex capere pro
informatione Curiæ teſtes ſibi bene viſos, ne alias
Fiſco pereant probationes: Tum etiam quia non
5 eſt effrenatus † numerus teſtium infra 40. *cap. eũ cauſa, vbi gloſ. in verb. effrenatam de teſtib. cap. latores de cler. excomm. & l. 1. in fin. de teſtib. Rota in Corduben. portionis 11. Febr. 1628. coram Reuerendiſſ. D. meo Vrgellen.* & dum facere ſumma-
6 rias probationes reſpicit fauorem Epiſcopi, † ſi vo-
luit facere plenas pinguius adimplendo, hoc non
eſt retorquendum contra ipſum.

Verum, cum ad hoc vt intret limitatio Concilij
7 in eo, quod † Epiſcopus initio ſolus poſſit ad ſum-
mariam informationem, & neceſſariam detentio-
8 tionem procedere, † duo copulatiuè requirantur,
nimirum, quod agatur de criminibus ex incõtinen-
tia prouenientibus; ſeu de delictis atrocioribus de-
poſitionem, aut degradationem requirentibus, &
9 † alterum, quod timeatur de fuga: ſupereſt vide-
re, an hoc ſecundum requiſitum probetur in caſu
10 de quo agitur, quia ſtante ſuſpicione fugæ, † Epi-
ſcopus poterat procedere de facto ſine Adiunctis,
11 ſed cum non proceſſerit de facto, † dãdo ordinem
miniſtris vt caperent Canonicum inquiſitum ſtãte
ſuſpicione fugæ, ſed de Iure procedendo per viam
monitorij cum comminatione cenſurarum poſt fa-
ctam perquiſitionem domi, affigendo banna in ter-
12 minis, quæ ex ſe præſupponunt † abſentiam, & fu-
gam rei, & hic modus procedendi non pertineat
ad periculum fugæ, ſed præſupponat iam fugam,
13 † & abſentiam rei, in hoc ſtat maxima difficultas:
An Epiſcopus proceſſerit contra formam Concilij
in relaxãdo dictum monitorium contra abſentem,
cum tantum abſit, quod Epiſcopus ex hoc euita-
ret fugam, qui eſt caſus exceptus in Concilio, vt
potius præſupponeret iam fugam, & indicaret ab-
ſenti, quid contra ipſum fiebat, eiq. dabatur noti-
tia proceſſus facti, ſeu faciendi contra ipſum, ſtaut
criminis reus potius inuitetur ad fugiendum, quã
14 euitetur fuga: ſupradictis fuit reſponſum, † Con-
cilium in contextu dicti capituli loqui cauſatiuè,
vbi de fuga timetur, nè iudicium eludatur, non au-
tem conditionaliter, ſi de fuga timetur. Vlterius
etiam fuit dictum, ſupradictum monitorium vitia-
ri, non vitiare; & ideo licet Domini admitterent
monitorium vnà cum omnibus inde ſequutis abſq;
interuentu Adiunctorum fuiſſe nullum, tamen &
ob id informatio ſummaria fuit nulla.

Sed cum monitorium relaxatum contra Cano-
nicum vitietur, & ſit nullum, vt dixerunt Domini
& poſſit dubitari, an informationes captæ à ſolo,
Epiſcopo ad effectum relaxandi monitorium ſint
habendæ in conſideratione ad alios effectus; nimi-
rum ad effectum condemnandi dictum Canonicũ,
vel an debeant ex integro recipi coram Adiunctis,
maximè quia poſt carcerationem Epiſcopus inti-
mauit Coniudicibus per eum geſta, & eos conuo-
cauit ad procedendũ ad vlteriora: cauſa ſuper eiſ-
dem erit denuo proponenda, quia Capitulũ exem-
ptum, vt conſtat ex datis per ipſum, & ſupponitur
in dubio non intendit proſequi ad defenſionẽ Cano-
nici, ſed Capituli, ne Epiſcopus poſſit ſolus proce-
dere niſi in caſibus permiſſis à Concilio, & inter-
uenientibus debitis requiſitis. Et ita &c.

5 *Infra in eadem cauſa, vide aliam deciſionem ſub die 28. Iunij 1634. coram eodem R. P. D. Ghiſilerio, eſt deciſio 297.*

R. P. D. DVNOZETTO.

Brixineñ Parochialium.

Die Lunæ 12. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

Mandati de manutenendo petitio quando reij-
ciatur. Poſſeſſio nequaquam acquiritur per
actum attentatum, nec per ea, quæ fiunt per
modum prouiſionis.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio non datur ſine poſſeſſione.*
2 *in Poſſeſſorio iudicio non releuant ea, quæ reſpiciunt poſſeſſorium.*
3 *ex Attentatione colligi non poteſt aliqua poſſeſſio.*
4 *Iuriſdictionem quis exercere non poteſt in non ſuos.*
5 *Actus per modum prouiſionis facti non tribuunt aliquem ſtatum manutenibilem, & nu. 6.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 5. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 15. Ianuarij 1635. coram eodem R. P. D. Dunozetto.

DECISIO CCXC.

PRÆTENDENTE Abbate Monaſterij Mon-
tis S. Georgij Brixineñ Diœceſis mandatum
de manutenendo in quaſi poſſeſſione deputãdi Re-

ctores

ctores tàm ſæculares, quàm Regulares in Eccleſijs
Parochialibus, de quibus agitur, propoſui dubium,
an ei d. mandatum eſſet dandum, & DD quoad
deputationem regularium negatiuè reſponderunt.

Quicquid enim ſit de poſſeſſione deputandi Re-
ctores ſeculares, quàm informantes pro Illuſtriſſi-
mo Principe, & Ordinario Brixineñ non impugna-
bant, de poſſeſſione tamen quoad deputationem
1 regularium nullibi conſtare viſum fuit, ſine † qua
manutentio non datur *§. retinendæ inſtit. de in-
terd. Rot. deciſ. 4. nu. 11. par. 2. diu. & deciſ. 63. &
605. nu. 1. par. 1. rec. cum vulgar.*

Non obſtant quædam conceſſiones dd. Paro-
chialium factæ Abbati d. Monaſterij ab Ordinarijs
Brixineñ pro tempore, & à Sede Apoſtolica con-
firmatæ de quibus *in ſumm. Abbat. à nu. 1. vſque*
2 *ad 6.* Quia † illæ viſæ ſunt reſpicere petitorium, nec
diſcutiendæ in hoc ſummariſſimo iudicio.

Non obſtat prætenſa cõfeſſio d. Illuſtriſſimi Or-
dinarij deſumpta ex eius litteris *in ſumm. num. 3.*
Nam prima ſub datum 18. Iunij 1632. continet,
quod habita notitia per miniſtros Conciſtoriales,
quod Abbas d. Monaſterij erga Presbyteros à ſe
præſentatos varia mandata, & præcepta ſine ali-
3 qua iuriſdictione † attentabat, eoſdémq. omnimodè
ſibi ſubijcere præſumebat, iniungitur eidem Abba-
ti, vt impoſterum à ſimilibus à ſe abſtineat, ex qua
narratiua Ordinarius nõ fatetur poſſeſſionem Ab-
batis quoad deputationem regularium, quinimò
apparet, non fuiſſe locutum de regularibus, qui
Abbati ſunt omni iure ſubiecti, ſed potius de ſæ-
4 cularibus, in quos iuriſdictionem † non habet, &
tamen illam in eoſdem exercere præſumebat.

Altera verò ſub datum 3. Decembris eiuſdem
anni 1632. continet, quod habita notitia per eoſ-
dem miniſtros Conciſtoriales, quod quidam frater
Iacobus conuentualis ad vnam ex dd. Parochijs
deſtinatus, Dominicis dumtaxat diebus diuina of-
ficia peragebat, & quod incolæ nimis de hoc con-
querebantur, mandatur d. Abbati vt d. Conuentua-
lis debeat in ea reſidere, vſque ad vlteriorem ordi-
nationem d. Conciſtorij, de cuius licentia ipſe in
5 d. Parochia permanebat † per modum prouiſionis,
& donec reperiretur ſæcularis ad curam idoneus,
qui actus non meretur attendi ad effectum obtinẽ-
di manutentionem petitam, cum huiuſmodi actus
6 per modum prouiſionis facti † non tribuant ſtatum
manutenibilem, *Abb. in c. cum vos num. 1. de Offic.
Ordin. Rebuff. de ſent. prouiſ. in præfat. n. 37. & fuit
dictum in Ianuen. Parochialis 19. Aprilis 1627. co-
ram Reuerendiſſimo D. meo Vrgellen.*

Et ita vtraque &c.

R. P. D. MERLINO.

Anconitana Prædij.

Die Lunæ 19. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

Vſusfructus mortuo vſufructuario ipſe iure
conſolidatur cum proprietate, etiamſi pro-
prietarius ignoraret mortem vſufructuarij.
Filio quando nullum ius cõpetat in legitima.

SVMMARIVM.

1 *Vſusfructus vti ius perſonale cohærens perſonæ
morte Fructuarij finitur, & cum proprietate
conſolidatur.*

2 *Vſufructuario ſtatim mortuo illicò ius, & poſſeſ-
ſio ciuilis proprietarij ipſo iure trahit ad ſe poſ-
ſeſſionem naturalem, quæ erat penes fructuariũ,
etiamſi proprietarius ignoraret obitũ fructuarij.*

3 *per Vſufructuarij mortem ius vſusfructus nec in
hæredem etiam vniuerſalem ipſius vſufructua-
rij tranſire poteſt.*

4 *Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obli-
gatio.*

5 *Filio nullum ius competit in legitima, ſi pater ip-
ſi reliquit vſumfructum alicuius prædij, cum
expreſſa prohibitione detractionis legitimæ, &
in caſu cõtrauentionis ei reliquit debitam ſum-
mam pro legitima ſua, & d. filius ſupradictam
diſpoſitionem acceptauit.*

6 *Legatum vſusfructus, an imputetur in legitimã*

7 *Legitimæ ſupplementum quæ do petitur, pro eo
non datur retentio ſed competit actio perſonalis
contra hæredes à quibus petendum eſt.*

8 *Mater, ſi donet filio omnia ſua bona, & quidem
verbis ampliſſimis, in iſta donatione cenſetur
etiam comprehenſa legitima, debita matri do-
nanti ob mortem filii prædefuncti.*

Allegatur pręſens deciſio ſupra in deci-
ſione 9. quæ eſt in eadem cauſa ſub
die 24. Aprilis 1635. coram eodem
R. P. D. Merlino.

DECISIO CCXCI.

CVM ſub die 5. Maij præteriti in hac cauſa
diſputaretur, cui dandum eſſet mandatum
de manutenendo in poſſeſſione prædij Poluciſij,
de quo agitur; An ſcilicet Stracchis, vel Creſcijs,
mandarunt DD. vt videretur de bono iure eorũ-
dem, vnde propoſito hodie dubio, de cuius bono
iure conſtet, fuit reſolutum conſtare de bono iure
illorum de Creſcijs.

Benuenutus enim in ſuo teſtamẽto inſtituit hæ-
redes proprietarios iſtius prædij ipſos Creſcios, hę-
redem verò vſufructuariam eiuſdẽ prædij reliquit
Fiordaliſam matrem, à qua cauſam habent Strac-
chi, dum ab ea fuerunt heredes inſtituti, vnde cũ
ipſa Fiordaliſa vſufructuaria iam obierit, intrat cõ-
1 cluſio, † quod vſusfructus vti ius perſonale cohæ-
rens perſonæ, morte fructuarij finitur, & cum pro-
prietate conſolidatur, *§. finitur inſtit. de vſufruct.
l. corruptionem. C. eodem Decian. conſ. 42. num. 33.
lib. 5. plenè Menoch. conſ. 201. num. 76. Caſtill. de
vſufruct. cap. 61. num. 3.* adeo, vt illicò ius, & poſ-
2 ſeſſio ciuilis proprietarij † ipſo iure trahat ad ſe
poſſeſſionem naturalem, quæ erat penes fructua-
rium, etiamſi proprietarius ignoraret obitum fru-
ctuarij, *Bart. in l. ſi arrogator. num. 12. ff. de adopt.
Natt. conſ. 419. nu. 3. Menoch. conſ. 139. nu. 16. &
21. Gabr. conſ. 124. nu. 4. & 5. lib. 2.* nec in hære-
3 dem etiam † vniuerſalem ipſius vſufructuariæ, & ſic

neque in Stracchos trãſire poteſt ius vſusfructus,
*l. non ſolum. §. tale. ff. de liberat. legat. l. vſus aquæ.
ff. de vſu. & habit. l. pecoris. ff. de ſeruit. ruſtici
per d. Decian. conſ. 42. num. 33. lib. 5. cum alijs per
Caſtill. de vſufruct. d. cap. 61. nu. 13.*

Non obſtat prætenſa per Stracchos ex perſona
Fiordaliſæ retentio iſtius prædij ex triplici cauſa, &
iure primo ratione ſcut. 1000. quæ Fiordaliſa ſibi
reſeruauit ſuper hoc prædio, dum illud donauit
Benuenuto ſecundò, ex cauſa dotis eiuſdem Fiordaliſæ;
tertiò, ex cauſa legitimæ debitæ Fiordaliſæ
matri in bonis Benuenuti filij, & Ioannis Michaelis
alterius filij prædefuncti.

Quoniam quoad ſcut. 1000. apparet in hãc cauſam
relicta fuiſſe per Bẽuenutum matri bona mobilia,
& animalia, vt in ſumm. num. 10. quæ poſt
mortem Benuenuti probatur perueniſſe ad manus
eiuſdem Fiordaliſæ, & ea fuiſſe acceptata pro iuri-
4 bus ſuis, vt in d. ſumm. nu. 4 adeo vt hac † ſolutione
fuerit ſublata omnis obligatio Benuenuti, & extinctum
ius crediti ſcut. 1000. Fiordaliſæ, *§. 1 inſtit.
quibus modis toll. oblig. Bart. in l. ſi quis alienum.
nu. 3. ff. de ſolut. Surd. deciſ. 113. nu. 2.* & Stracchi
poſt mortem Fiordaliſæ perceperunt fructus iſtius
prædij per 8. annos, qui abundè ſuppetunt pro dicti
crediti ſatisfactione.

Quoad dotem conſtat pro hac fuiſſe aſſignatum
Fiordaliſæ, & expreſsè receptum ab ea in hanc
cauſam prædium Poſatoris, in quo dos ipſa conſiſtebat,
vt in ſumm. num. 9.

Quo verò ad legitimam Benuenuti ius nullum
videtur competere Fiordaliſæ, quia Benuenutus
5 reliquit vſumfructum prædij Fiordaliſæ cum † expreſſa
prohibitione detractionis legitimę, & in caſu
contrauentionis ei reliquit ſcut. 300. pro legitima
vnde cum Fiordaliſa legatũ acceptauerit cenſetur,
ſibi præcluſiſſe viam agendi pro legitima,
*iux. cautel. Soccin. iun. conſ. 122. nu. 8. lib. 1. Peregr.
de fideicom. art. 36. nu. 62. Modern. Foroliuien.
de legit. lib. 3. c. 2. q. 7. num. 6. Rot. deciſ. 653.
nu. 13. par. 1. recent. & fuit dictum in Anconitana
legitimæ 15. Ianuarij 1629 et 18 Ianuar. 1630.
coram R. P. D. meo Dunozetto* vel in omnem caſũ
6 vſusfructus † prædij per Fiordaliſam retentus per
ſexennium eſt in ipſius legitimam imputandus,
iuxta tradit. *per Surd. d. conſ. 388. n. 24. Mareſcott.
var. reſol. lib. 2. cap. 86. nu. 21. Rota apud Seraph.
deciſ. 1365. cum alijs per adden. ad ſan. me. Greg.
XV. deciſ. 186. nu. 6.*

Adeo vt quatenus vſusfructus non ſufficeret, poſſet
prætendi duntaxat ſupplemẽtum legitimæ, pro
7 † quo non datur retentio, ſed competit actio perſonalis
contra hæredes à quibus eſt petendum, vt per
*Mareſc. var. reſ. c. 121. nu. 72. & 73. lib. 2. Grati.
diſcept. forenſ. c. 198. nu. 18. & 20. Rota deciſ. 184.
nu. 11. & 12. par. 4. diuerſ. & poſt Madern. Foroliuien.
de legit. deciſ. 11. nu 4. & 5.*

Reſpectu verò legitimæ Io. Michaelis præmor-
8 tui Benuenuto, dum Fiordaliſa donauit † ipſi Benuenuto
omnia ſua bona, & quidem verbis ampliſſimis,
cenſetur etiam in donatione comprehenſa
iſta legitima tunc debita matri donãti ob mortem
filij prædefuncti, *Soccin ſen. conſ 50. nu. 1. & ſeqq.
lib. 2. Menoch. conſ. 71. nu. 5. & ſeqq. Peregr. de
fideicom. art. 36. nu. 78. Madern. Foroliuien. de legit.
lib. 3. tit. 20. q. 26. nu. 15. & ſeq.*

Et ita vtraque parte informante &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria, ſeu Iuſtificationis creditorum.

Die Lunæ 19. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

In hac deciſione plura adducuntur circa probationem, & iuſtificationem creditorum, & aliqua habentur circa realitatem cambiorum. Ab inſtrumento, quando remoueatur omnis ſuſpicio doli, & fraudis.

SVMMARIVM.

1 *Cenſus extinguitur per compenſationem.*
2 *Contractus quando fuit celebratus. vt valide alteretur, requiritur conſenſus vtriuſque partis.*
3 *de Facti veritate quando conſtat, non eſt curandum de aliorum atteſtationibus.*
4 *Cambiorum realitas, & iuſtitia dependere non debet à ſola confeſſione & declaratione partium.*
5 *Inſtrumento, quando aliqua fides nõ ſit adhibẽda.*
6 *Inſtrumentum quando eſt celebratum coram Superiore, tunc ceſſat omnis ſuſpicio doli, & fraudis.*
7 *Pecuniæ valor augetur, ac etiam minuitur ratione diuerſitatis locorum, in quibus fit æſtimatio eiuſdem pecuniæ.*
8 *Procurator ſi ſoluat debitum aliquod iuſſu ſui principalis, ſi reperiatur quod ſit indebitum, hoc debet aſcribi principali, nõ autẽ procuratori*
9 *Confeſſio facta ſub aſſertione aliena non præiudicat confitenti, ſi res aliter ſit, cum dicatur eſſe in iuſto errore.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſionibus 52. & 55. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 13. & 15. Iunij 1634 corã Reuer.^mo P. D. Pirouano Decano.

DECISIO CCXCII.

CONFIRMARVNT Domini in dubio, quod hodie propoſui deciſionem factam coram me ſub die 31, Martij præteriti, * in qua occaſione iuſtificationis promiſſæ per Baccellos creditorum, ex quibus ipſi obligatam habebant hæreditatem Alexandri de Nappijs actum fuit de veritate eorumdem creditorum. Cum autem in ea deciſione firmata fuiſſet quantitas ſcut. 32610. monetæ cum ſcut. 40. auri ſtamparum ex ſcutis 44000 ſuper quibus hæc iuſtificatio petebatur, non fuit in hoc dubio controuerſa niſi ſola quantitas ſcutorũ 30630. quæ tamen iterum viſa fuit iuſtificari non obſtantibus exceptionibus, quæ adductæ fuerunt in propoſitione huius dubij per fratres Alexandri, quibus eadem iuſtificatio promiſſa fuit.

Et

Et ſequendo ordinem eiuſdem deciſ. nõ viſa fuerunt reuocari poſſe in dubium primæ duæ partitæ, quæ fuerunt in ea approbatæ, quod enim attinet ad exceptionem nullitatis cenſus, ex qua prior impugnabatur, vt eodem cenſu ſublato non poſſent videri debiti fructus ſcutorum 8230. qui illius occaſione petebantur in hac partita; cum ex pluribus fundamentis firmata fuiſſet validitas eius cenſus, quæ non viſa fuerunt opus hic repetere. Verum præcipuè conſiderarunt DD. in hoc dubio, quod colligi videbatur ex ipſo inſtrumento ceſſionis, quã fecit Robertus huius cenſus ad fauorem Thomæ, & in qua dicebatur cõtineri hæc declaratio, quod idem cenſus fuiſſet acquiſitus ad commodum eiuſdem Thomæ, cum id commodum ex forma, & lege data in eo inſtrumento non ſolum non deberet antea ad ipſum Thomam pertinere, quàm ille ſatiſfeciſſet Roberto cedenti de tota, & integra ſumma ſcut. 15000. quæ fuerunt erogata in emptione dicti cenſus, ſed ea declaratio, quod idem cenſus fuiſſet impoſitus ad commodum Thomæ nominatim facta fuiſſet pro tempore, quo ſequuta fuiſſet ſatisfactio eiuſdem Roberti, vt propterea nullo modo dici poſſet, quod à principio conuentum fuiſſet contrarium, quod ſcilicet idem cenſus eſſet ipſius Thomæ ſimulato nomine Roberti, quibus accedebat probatio, quæ ſequi videbatur ex inſtrumento emptionis, cum eiuſdem cenſus acquiſitionis ſtipulatus fuiſſet Robertus non ſolum ſibi, ſed etiam ſuis hæredibus ſicut etiã quod Thomas datus fuerat in fideiuſſorem ab Alexandro pro maiori cautione Roberti emptoris, ex quo viſum fuit ceſſare omnem dubitationem, cum ſi ipſe fuiſſet à principio Dominus huius cenſus, non opus fuiſſet, quod ipſe ſe obligaſſet ad fauorem Roberti.

Contra ſecundam partitam, quæ continebat ſũmam ſcut. 6194. occaſione fructuum alterius cenſus plures exceptiones datæ fuerunt in ſuperiori deciſione, ſed omiſſis alijs vnam proſecuti fuerunt Nappij in hac diſputatione, quæ erat, vt idem cenſus fuiſſet extinctus, & hinc etiam inferebatur, ꝙ aliqui fructus decurrere non potuerint occaſione dicti cenſus. Hæc autem extinctio deducebatur ex eo, quia cum ſumma ſcut. 1000. quæ fuerant pretium, quo emptus fuerat hic cenſus depoſitata fuiſſet in banco Roberti, apparebat in libris eius rationis bancariæ, quod eiuſdem ſummæ debitor conſtitutus fuerat Robertus ab ipſa die venditionis, quæ fuit 24. Iulij anni 1617. vſque ad diem 2. Ianuarij 1629. Ab hac vero die dicebatur oppoſita fuiſſe debito Roberti hæc ſcut. 1000. quæ erant ad creditum Alexandri, & ſub eodem die in computum eiuſdem Alexandri, & è cõſpectu illius crediti fuiſſe notatam in partita debiti hanc contrapoſitionem, & hinc deſumebatur extinctio dicti cenſus, ſine ea nominum mutatio importaret veram
1 ſolutionem ſine etiam † compenſationem per extonationem, vt dicitur factam de ijſdem partitis, vt fuit reſolutum in his terminis in *Preneſtina cēſus 4. Martij 1630. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano*, & de conſuetudine recepta inter mercatores teſtatur *Soccin. ſen. conſ. 65. num. 5. col. 2. lib. 4. Rota Ianuen. d. 16. num.* 8, quorum auctoritatem ſequuta fuit *Rota coram Card. Caual. deciſ. 165. n. 1. Greg. deciſ. 366. num. 3.*

Sed quod idem cenſus non fuerit extinctus ex pluribus comprobatum fuit in deciſione, de cuius confirmatione agitur. Hodie Domini vnum addiderunt, quod ſcilicet nunc ipſum cenſum vigere viſus eſt confeſſus fuiſſe ipſemet Alexãder, dum poſt eam mutationem, quæ ſupponitur facta dd. partitarum ceſſit eidem Baccello hanc ſummam ſcut. 1000. & cum ea extinxit creditum, quē ille ſecum habebat pro ſumma ſcut. 23000. hinc enim apertè colligebatur, quod non poterat dici, vt fuerit hic cenſus extinctus, ſine quod illius pretium reſtitutum fuerit Roberto, prout videtur ſupponi ex ea mutatione partitarum, dum illa non obſtante diſpoſuit Alexander de pretio dicti cenſus, neque ad hunc effectum viſum fuit referre poſſe, quod in inſtrumento celebrato Ferrariæ, in quo Alexander fecit Baccello eam ceſſionem, fuerit ab eodem Alexandro impugnata validitas dicti cenſus, cum expreſſa proteſtatione quod nolebat eumdem cenſũ acceptare vti validè, & legitimè factum, quia præterquam huic proteſtationi contradixit Baccellus ſcilicet, qui propterea nõ poteſt, quod eidem proteſtationi cõſenſerit, propterea ad effectum, de quo agitur, nihil facere poterat ea proteſtatio, quia ad ea, quæ reſpiciebant nullitatem dicti cenſus, ex cuius nullitatis cauſa potuit emanaſſe eadem proteſtatio, latè reſponſum fuerat in præterita deciſione, & hodie agebatur de ſola exiſtentia eiuſdem cenſus ad quam probandam ſatis erat oſtendiſſe, quod Alexander diſpoſuerit de pecunijs, quæ dicebãtur fuiſſe reſtituta Roberto, & his etiam accedebat, quod neque probabatur fuiſſe factam aliquam re-
2 uocationem dd. partitarum, † non ſolum quia opus fuiſſet ad hunc effectum conſenſum vtriuſque partis, nec potuiſſet eam mutationem facere propria auctoritate, *vt fuit reſolutum in Romana pratenſa participationis 15. Decembris 1614. coram bon. me. Buratto*, & latè firmat *Menoch. conſ. 296. num.* 10 ſed quia neque hanc mutationem continebat adnotatio facta à Capſerio, cum ſicut conſideratum fuit in ſuperiori deciſione, & conſtat ex atteſtatione eiuſdem Capſerij ad alium effectum facta fuerit ea declaratio, nempe claudendi computa, quę ipſe Capſerius habebat cũ Roberto, quamquam non poterant videri hæc neceſſaria,
3 † dum aliunde probabatur veritas huius facti, vt ſcilicet eæ pecuniæ non fuerint reſtitutæ Roberto ad notata per *Bart in l. non fatetur. ff. de confeſſis. Bald. in l. vlt. num. 4. C. probat. & voluit Rota in his terminis in adducta Romana participationis coram bon. mem Buratto*.

Contra quintam partitam repetitæ fuerunt hodie eædem exceptiones, quæ contra illam deductæ fuerant in præterita diſputatione, quod ſcilicet nõ ſatis eſſe poſſet pro illius iuſtificatione inſtrumentum, quod anno 1619. celebratum fuerit Ferrariæ inter Alexandrum, & Thomam Baccellum, quia cum ex eodem inſtrumento appareret, quod ſumma ſcut. 13000. cuius Alexander ſe conſtituit debitorem, haberet originem à cambijs, quæ inter has partes decurrerant occaſione diuerſarum ne-

Digitized by Google

gociationum, illud verò inſtrumentum nihil præ-
terea contineret, quàm confeſſionem earumdem
partium ſuper quantitate dd. cambiorum non po-
terat idem inſtrumentum maiorem probationem
facere ea, quam in effectu continebat, & ita ſicuti
4 non poterant dici probata ſufficiẽter cambia,† quę
in eo inſtrumento firmata fuerunt,ac liquidata in-
ter partes, dum ea liquidatio non poterat pendere
ex ſola confeſſione, aut declaratione earumdem
5 partium, ita neque poterat ipſum † d. inſtrumentũ
aliquam fidem facere, dum adducebatur pro verifi-
catione promiſſa in alio inſtrumento dationis inſo-
lutum confecto inter eaſdem partes de anno 1627.
cuius promiſſionis occaſione ſuſcepta erat hæc di-
ſputatio.

Sed pluribus modis viſum fuit DD. tolli poſſe
hoc fundamentum,& primò negarunt quod tota,&
integra ea ſumma ſcut. 13000 cuius ſe declarauit
debitorem Alexander in inſtrumento Ferrarię cõ-
tineret materiã cambiorum ſuper qua nõ potuiſſet
ſtari dicto, aut confeſſione ſiue Thomæ creditoris,
ſiue etiã ipſius Alexandri debitoris, etenim omiſſa
ea declaratione ac diuiſione,quã fecerunt hæ par-
tes totius eius ſummæ ſcut. 13000. quam diuiſionẽ
retinere etiam voluit Rota in deciſione præterita,
quod ſcilicet pro ſumma ſcut. 6254. nõ poſſet exigi
alia iuſtificatio,ſed ſolũ pro reſiduo,quod erat ſcut.
6746 quę ſumma fortè continere poterat materiã
cambiorum. Quod tota ſumma ſcut. 13000. cuius
Alexander ſe conſtituit debitorem habuerit origi-
nẽ ex alijs cauſis,probabatur ex ipſo inſtrumento
in quo apparebat fuiſſe narratam non eam ſolam
cauſam ſed plures,cũ eam ſummam confeſſus fue-
rit Alexander ſe acceptaſſe poſtquam vidiſſet oẽs
cauſas,& negocia,ex quibus dependebat,& cauſa-
tum fuerat hoc ſuum debitum,& ſicut ſunt præciſa
verba eius inſtrumenti declarauit in eo Alexander
conſiderata à ſe fuiſſe *tutte le partite,cõti, reſtretti,
e bilanci de negotij,maneggi,traffighi, raggiri cã-
bij,& altri affari di qualunq; ſorte*,quæ interceſſe-
rant inter ipsũ,& Baccellos, ſiue illius rationẽ, vſ-
que ad eam diẽ,& conſtat pręterea,quod non ſolũ
in eo inſtrumento aderant aliquæ partitæ quarũ ip-
ſe Baccellus erat creditor ex alia cauſa,quam ex iã
dicta cambiorũ, vt expreſsè confeſſus fuit ipſemet
Alexander de ſumma ſcut. 13000. quam Baccellus
ex ordine ſibi dato ab eo Alexandro ſoluerat, vt ibi
dicitur pluribus vicibus cuidam illius amico,ſed ꝙ
in ſolidatione in eo facta non fuit habita ratio pecu-
niæ, quæ debitæ erant Baccellis pro cambijs, quia
cum debitum Alexandri ex cauſa eorum omnium
negociorũ eſſet in ſumma ſcut. 15420. fuerunt ex il-
lis detracta ſcut. 2410. quæ tanquã prouenientia ex
cambijs,noluit ipſe Alexander acceptare, & ad hũc
effectum. Conſiderarunt præterea Dñi qualitates,
& circumſtantias omnes eiuſdem inſtrumẽti, quia
conſtat ad illud deuentum fuiſſe poſt lõgam diſcuſ-
ſionẽ,& cõſiderationem habitam ſuper dictis par-
titis, quinimò poſt plures difficultates, & contro-
uerſias, quæ ortæ fuerant occaſione dictæ ſolidatio-
nis & poſtea compoſitæ ope cõmunium amicorũ,
cũ ex his omnibus, & in ſpecie ex dictis tractatio-
nibus,quæ præceſſerunt ante eiuſdẽ inſtrumenti ce-
lebrationem non poſſit dici, quod in ſola partium
confeſſione fundata ſit probatio, quæ ex eodem in-
ſtrumento. Colligebatur, & cũ his etiam concur-
rebat auctoritas Cardinalis Legati, in cuius præ-
6 ſentia † celebratum fuit hoc inſtrumentum,ex qua
viſum fuit ceſſare omnẽ ſuſpicionem doli, aut frau-
dis, præſertim cum illius opera dicantur fuiſſe ter-
minatæ ex differentiæ, quæ ortæ fuerant inter has
partes ante celebrationẽ d. inſtrumenti ad notat p
*gloſ. in l. Titio fundus in verb. actiones. ff. de cõd. &
dem. & per Alex. in conſ. 75. nu. 11. lib. 5. Socc. conſ.
131. n. 9 lib* 3. & demũ,quod ea ipſa cambia,quæ di-
cebantur contineri in ijs partitis, quæ fuerunt cõ-
prehenſæ in hac ſolidatione,neq; erant ex eo gene-
re cambiorum, ſuper quibus prohibitum erat ſtare
confeſſioni partiũ cum ſolũ cõtineret litteras cam-
bij,quas cum recepiſſet Baccellus ab Alexandro ſi-
ne ab alijs ad illius computũ,ipſe poſtea ex ordine
eiuſdem tranſmiſerat Placentiã, vt ſibi ſatisfaceret
de pecunia, cuius ſoluendæ mãdatum acceperat in
d. litteris, ex quib9 viſum fuit tolli omnem difficul-
tatem, quia non agebatur de aliquo augumento,
aut lucro,quod feciſſent pecuniæ cambiatæ ex cir-
cuitu nouorum cambiorũ,in quibus expoſitæ fuiſ-
ſent propter moram debitoris; adquem effectum
opus fuiſſet probare veritatem eorumdem cãbio-
rum per tranſmiſſionem litterarum, ſed de reſtitu-
tione, & repetitione pecuniæ ſolutæ per Baccellũ,
cuius reſpectu non poterat conſiderari ea ſuſpicio,
quæ cõſiderari ſolet in materia cambiorum, quia ſi
quid amplius ſolutum fuit ratione pecuniæ cuius
cambiandæ mãdatum datum fuerat in d. litteris,id
non dicitur datum vltra ſortem, ſed ſolum plus eo,
7 quod ſolutum fuit pro eadẽ pecunia, cuius † valor
augetur,aut etiam minuitur ratione diuerſitatis lo-
corum in quibus ſit æſtimatio eiuſdem pecuniæ, vt
pluribus concludit *Bald. in cõſ. 348. n. 6. lib. 1. & in
rub C. de conſt. Pec. Alex. conſ. 61. n. 13. lib. 2. et fuit
dictum corã Card. Seraph. deciſ. 562. nu.* 1. & hinc
quia aliquas pecunias coactus fuerat Baccellus po
nere ſub cambijs,ex quo nõ fuerunt acceptatæ lit-
teræ,quas ipſe tranſmiſerat Placentiam,illas ab eo-
dem Alexandro recuperare non potuit, & ſunt eæ
pecuniæ, quas ſupra dictum fuit detractas fuiſſe ex
ſumma ſcut. 15420. in quibus probatum fuerat con-
ſiſtere creditum Baccelli.

Vltima partita, quæ reuocata fuit hodie in dubiũ
per hæredes Alexandri erat ea, quã etiam conſide-
rauit vltimo loco deciſio, & inter partitas aſſigna-
tas in inſtrumento dationis inſolutum erat in ordi-
ne 12. Cum verò ſuper hac partita nulla alia iuſtifi-
catio daretur quam inſtrumentum ſolutionis ſcut.
9950. quam Baccelli fecerunt Philippo Mannello
creditori d. ſummæ negabant Nappij, quod poſſet
dici ſufficiens hæc iuſtificatio non probata cauſa
ex qua Mannellus eſſet creditor d. ſummæ.

Sed huic obiectioni ſatisfactũ fuit in eadem deci-
ſione, quod non poterat hæc iuſtificatio pertinere
ad Baccellos,quia cum illi ſecuti ordinem datum à
Nappijs,extinxerint hoc debitum, ſatis videbatur
fuiſſe ſuæ promiſſioni oſtenſa liberatione Mannelli.
8 Itaut ipſi Nappijs † non autem Baccellis adſcribẽ-
dum ſit, ſi indebitum erat id, quod ſolutum fuit ab
eiſdem

eiſdem Baccellis *ad not. in l. ſi procurator 8. §. final. & l. dolus 47. ff. mand.*

Nec viſa ſunt ſubſiſtere, quę hodie replicabantur. Contra hanc reſponſionem quod eum ordo, ac mandatum ſoluendi, quod dederũt Nappij fundaretur in aſſertione, quam fecerunt Baccelli ſuper exiſtẽtia talis crediti non potuerit eiſdẽ Nappijs præiudicare confeſſio d. debiti, quaſi potuerint ijdem Nappij ignorare veritatem huius debiti, & ea † confeſſio facta videretur ſub aſſertione partis, vt tradit *Bart. in l. Celſus. nu. 4. ff. de vſucap.* dicẽs hunc errorem eſſe iuſtum *Card. Alciat. cõſ. 59. n. 1. lib. 6. Hypp. Rimin. conſ. 338. nu. 69.* etenim non viſum fuit, quod poſſet id colligi ex eo Inſtrumento, in quo d. ſolutio demandata fuit, vt ſcilicet ipſi Baccelli confeſſi fuerint, quod Mãnellus eſſet creditor eius ſummæ, dum hoc creditum narratum fuit per verba imperſonalia, vt aſſeritur, quę nulla ratio ſuadebat, vt magis referrentur ad eoſdem Baccellos quam ad Nappios, cum poſſent vtriſq; conuenire, & quod huius debiti hæreditarij notitiam ipſi Nappij habuerint probatum ex eodem Inſtrumento cum fuiſſent in eo narratæ moleſtiæ, quas Baccelli vti fideiuſſores Alexandri illis inferebant ex cauſa huius crediti, a quibus moleſtijs ſe ijdem Nappij liberarent, commiſerũt Baccellis onus ſolutionis huius debiti, qui propterea bene ſe poſſunt hodie nominare creditores hęredis Alexandri poſtquam probarunt extinctionem eiuſdem debiti.

☞ * *Eſt deciſio 287. ſupra in hac parte.*

§ *In ſequenti parte aderunt aliæ deciſiones in eadem cauſa ſub diebus 29. Iunij 1639. & 1. Iulij eiuſdẽ anni coram Reuerendiſſ. P.D. Pirouano Decano, & 26. Mart. & 18. Maij 1640. corã R.P.D. Cerro.*

R. P. D. MERLINO.

Meleuitana Commendæ de Mazzara.

Die Veneris 23. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

Conſtitutiones à Papa confirmatæ non poſſunt per alium inferiorem infirmari. Hieroſolymitanus miles, quibus concurrentibus poſſit prætendere aliquam Commendam, & ſi plures Milites concurrant ad eam prætendendam, quis eorum præferatur.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium, quis conſequi non poteſt ratione incompatibilitatis.*
2 *Inferiores non poſſunt immutare ea, quæ facta ſunt à Superioribus.*
3 *Papa, quod confirmat, nemo infirmat.*
4 *Clauſula ſublata, & decretum irritans vitiant, & inficiunt quamcumque aliam diſpoſitionem.*
5 *Hieroſolymitanus Miles, ſi per aliquod tempus præfixum manere debeat in aliqua Commenda, donec durat illud tempus, aliam prætendere non poteſt.*

Et hoc idem procedit, quando non conſtat de melioramentis faciendis in Commenda nu. 6.
7 *de Meliorationis negatiua dicitur conſtare, dum poſitiuè non probatur affirmatiua realis meliorationis.*
8 *Ex defectu iuriſdictionis, & poteſtatis corruunt omnia geſta.*
9 *Confirmata ea, quæ ſunt à Sede Apoſtolica, non poſſunt ab alio tolli.*
11 *Hieroſolymitanus Miles, quando omninò reddatur inhabilis ad conſequendam aliquam Commendam,*
Item etiam, quando dicatur habilis. num. 12. & num. 14.
13 *Reus, & poſſeſſor an poſſit excipere de iure tertij.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 26. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 5. Martij 1635. coram R.P.D. Dunozetto.

DECISIO CCXCIII.

DIXERVNT Domini Commendam de Mazzara non eſſe adiudicandam Eq. Fr. M. Lucio Grimaldo, ſed Eq. Fr. Renato Cacciæ, quia illi obſtat incapacitas, huic fauet habilitas, & concurſus omnium qualitatum, quæ à Statutis Religionis Hieroſolymitanæ pro aſſequendis Commendis exiguntur.

Incapacitas Eq Fratris Grimaldi ex tribus deſumitur. Primò ex capite incompatibilitatis, quia ipſe de tempore ſmutitionis factæ pro hac Commenda poſſidebat Baiuliuatum de Papia, & Commendam de Cremona, vt conſtat ex ſententia Cõſilij ordinarij in ſummario D. Renati num. 1. & 2.
& proinde ratione incompatibilitatis non poterat
1 conſequi tertiam Commendam, † obſtante ſtatuto,
ſeu ſtabilimento religionis *cap. 2. in tit. de Commendis*, necnon & diſpoſitione iuris communis in
c. dudum il 2. de elect. c. ordinarij. §. in conferendo de offic. ordinar. & tradit Federic. de Sen. conſ.
132. num. 3.

Non obſtat, quod Baiuliuatus de Papia fuerit
ſuppreſſus à 16. Capitulantibus, vt in d. ſummario
nu. 3. & ſic ceſſet in Eq. Grimaldo incompatibili-
tas duplicis Baiuliuatus, quoniam cum Baiuliua-
tus Papien. erectus fuiſſet, & confirmatus aucto-
ritate *fel. record. Clem. VIII. vt in ſumm. nu. 4.* nõ
2 potuit † per inferiores mutari, aut infirmari, quod
3 enim Papa † confirmat, nemo infirmat, vt inquit
Bald. in l. reſcripta nu. 4. C. de precibus Imper. of-
ferend. Dec. in c. cum acceſſiſſent. nu. 43. de conſtit.
Card. conſ. 16. nu. 4. Gemin. conſ. 30. num. 6. & 7.
4 præſertim quia † in dicta erectione Baiuliuatus Pa-
pien. adſunt clauſulæ ſublata &c. & decreti irritã-
tis, quæ vitiant, & inficiunt quamcumque contra-
riam diſpoſitionem *Rota coram R. D. meo Decano*
deciſ. 51. nu. 2. & ſeqq. & in recent. deciſ. 142. n. 4.
par. 2. cum alijs. Immò data etiam validitate di-
ctæ ſuppreſſionis, adhuc ſubſiſtit incompatibilitas,
quia Eq. Grimaldus poſſidebat Baiuliuatum Cre-
monæ, cuius loco ſibi remanebat Commenda de

5 Papia in titulum de melioramento, † & ideo du-
rante adhuc quinquennio illius adminiſtrationis,
alteram de Mazzara ſub eodem titulo, nedū con-
ſequi, ſed nec etiam permutare poterat, quamuis
dimitteret prædictam de Papia ex ſtatutis Reli-
gionis *c.36. in tit. de commend.*

Secundò incapacitas Eq. Grimaldi dedncitur ex
6 eo, quod non conſtat ipſum feciſſe † melioramē-
ta in Commenda Baiuliuatus Papiæ, prout ad illa
tenebatur, & de illis ſignanter docere, vt diſponi-
tur in ſtatutis Religionis *cap.16. tit. de commend.*
7 adeo vt de negatiua meliorationis non factæ † di-
catur conſtare, dum poſitiuè non probatur affir-
matiua, & realis melioratio, vt cenſuit *Rota in
Aquitanien. Prioratus* 19. *Aprilis* 1624. *coram
R.P.D. meo Pirouano*, & proinde redditus eſt in-
capax ad aliam Commendam, vt expreſsè diſpo-
nitur *in d.cap.16.tit. de commend.*

Neque eidem Eq. Grimaldo ſuffragatur habili-
tatio & remiſſio obligationis faciendi melioramē-
ta facta per dd. ſexdecim capitulantes in ſumm.
nu.2. Inmncto onere ſoluendi ſcuta 50. dumtaxat.
8 Quoniam ex defectu poteſtatis, † & iuriſdictionis
non ſubſiſtit dicta habilitatio. Illi enim Capitulares
habent iuriſdictionem reſtrictam ad correctionem,
& reformationē morū, vt in *cap.1, tit. de Capitulo*,
nec videntur potuiſſe abrogare, aut diſpenſare cir-
ca diſpoſitionem *d. cap. 16. tit. de commend.* præ-
ſcribentis facienda eſſe melioramenta, præſertim
cum illud, & alia ſtatuta Religionis Hieroſolymi-
9 tanæ ſine auctoritate Apoſtolica confirmata, † &
huiuſmodi habilitatio ſit præiudicialis communi
vtilitati Religionis, cuius habilitationis irreleuā-
tiam, & nullitatem videntur etiam agnouiſſe Pro-
curatores linguæ, dum recuſarunt recipere d. ſcu-
ta 50. vt in ſumm. nu.7. & inde fuit in ſmutitione
facta de hac Commenda reprobatus ipſe Eq. Gri-
maldus vt in d. Summ. nu.1.

Tertiò incapacitas Eq. Grimaldi reſultat ex eo,
quod apparet ipſum eſſe debitorem ærarij in ſcutis
284 fol. 84. ex cauſa adminiſtrationis Commendæ
Cremonæ, & in ſcutis 182. fol. 123. ex cauſa admi-
niſtrationis Commēdæ Inureæ, vt ex deſcriptione,
& liſta Receptoris ærarij in ſumm. nu 2. cui plena
10 † fides adhibetur ex diſpoſitione ſtatuti 52. *tit. de
ærario*, & debitum dicitur ſufficienter probatum
eo ipſo quod non docetur de ſolutione, ad quam
tenebatur vigore *ſtatut. cap.2. & 20. tit. de ærario*,
vt in his terminis cenſuit *Rota in d. Aquitanien.
Prioratus* 19. *Aprilis* 1624. *coram R.P.D. meo Pi-
rouano*. & quidem de tempore factæ ſmutitionis
pro hac Commenda vigebat debitum Eq. Grimal-
di cum reperiatur deſcriptus debitor de menſe
Aprilis 1630. 1631. prò annis antecedētibus 1629
& 1630. vt in d. ſumm. num.10. Smutitio autem
fuit facta ſub die 14. Iunij 1631. & de menſe Iulij
1632. volens Eq Grimaldus diſcedere à Conuen-
tu, coactus fuit præſtare fideiuſſorem de ſoluendo
debitum, vt in ſumm. nu. 10. vnde poſito hoc de-
11 bito, Eq. Grimaldus omninò incapax, † & inha-
bilis factus fuit ad obtinendam Commendam iux-
ta diſpoſitionem ſtatutorum Relig. Hieroſolymit.
cap.24. & 26. tit de ærario, & c. 43. tit. de cōmend.
ſecundum quæ ſæpius iudicauit Rota, *vt in prææl-
legata Aquitanien. Prioratus coram R. P. D. meo
Pirouano, & in Meleuitana Prioratus Nauarræ
18. Februarij, & 14. Iunij* 1628. *coram bo. mem.
Cardin. Viride.*

12 Capacitas autem, & habilitas Eq † Cacciæ pro
hac obtinenda commenda ſatis deducitur ex eo,
quod expreſsè profeſſus eſt, vt in Summar. nu.13.
fecit decem carauanas nauales, vnum ſuccurſum,
& quinque nauigationes voluntarias, & reſiden-
tiam continuam per 13. & vltra annos in conuen-
tu, vt in Summ. nu. 15. Se oppoſuit in concurſu, pe-
tijt admitti, appellauit à ſententia in fauorem
Eq. Grimaldi, & appellationem proſequutus eſt,
vt in Summ. nu. 1. 11, & 12. & ſic ſeruata fuerunt
omnia requiſita per ſtatuta *in cap. 7. & 8. 43. &
63. tit. de commendis* ad effectum obtinendi Com-
mendas, & ipſe Eq. Caccia maioris eſt beneme-
rentiæ, quàm Eq. Grimaldus, dum fecit decem
carauanas, alter verò tres tantùm, vt in Summ.
nu.17. ideoq. merito eſt præferendus, vt diſponit
ſtatutum *cap.1. tit. de commend.*

Non obſtat, quod in ſmutitione iſtius Commen-
dæ ſe oppoſuerint quatuor alij Equites magis an-
tiani & benemeriti, quàm Eq. Caccia, nempè Pe-
trus Paulus Cotta, Petrus Saracenus, Petrus Me-
13 dices, & Franciſcus Lolius, de quorum † iure
poteſt excipere Eq. Grimaldus, dum eſt reus, &
poſſeſſor *iux. trad. per Rot. coram S. M. Greg. XV.
deciſ. 417. nu. 4. vbi add. nu. 6.*

Quoniam ceſſat motiuum, ex eo, quod tres pri-
mi Equites iam aliàs aſſequuti ſunt commendas
cum hac incompatibiles, vt in Summ. nu. 19. 20.
& 21. & ſic eorum ius ceſſauit, fuitq. extinctum
perinde, ac ſi ſe non oppoſuerint, nec ipſi cauſam
appellationis ſunt proſequuti. Alter verò nempè
Fr. Franciſcus Lolius ius ſuum ceſſit, & renuncia-
uit Eq. Cacciæ d. Summario nu. 23. vnde ab Equi-
te Grimaldo allegari non poteſt, ſed data incapa-
14 citate Eq. Grimaldi, & capacitate Eq. Cacciæ †
huic omninò eſt adiudicanda commenda iuxta de-
ducta *in Aquitanien. Prioratus* 21. *Februarij*
1625. *coram bo. me. Seleucien.*

Prout hodie adiudicandam eſſe in titulum ſui
cabimenti Domini reſponderunt. Ipſo tantum in-
formante Domino Caccia.

¶ *Habetur infra in hac parte alia deciſio ſub die
15. Iunij 1635. coram bo. me. Motmanno, eſt deci-
ſio 304. Et in ſequenti parte adſunt aliæ ſub die-
bus 20. & 23. Iunij 1636. & 1. Iulij eiuſdem anni.
& 24. Aprilis 1637. coram eodem Motmanno, &
9. Decembris 1639. & 13. Aprilis 1640. coram
Reuerendiſs. P.D. Pirouano Decano.*

R. P. D. VEROSPIO.

Meſſanen. Tenimenti.

Die Mercurii 28. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

Primum, & ſecundum extremum in ſpolio qua-
liter, & quomodo veniant probanda ad hoc,
vt in eo iudicio obtineatur, & præſertim
circa

Digitized by Google

circa probationem primi extremi, quod exactiorem requirit probationem. Inſtrumenta extracta à Notario de eis non rogato, quando probent, licet non ſint adhibitæ ſolemnitates neceſſariæ.

SVMMARIVM.

1 *in Spolij iudicio vt obtineatur, probanda eſt poſſeſſio anterior ſpoliati, & poſterior ſpoliantis.*
2 *Prælatus poteſt agere nomine Eccleſiæ ſpolij actione, licet ipſe facto proprio ceciderit à poſſeſſione.*
3 *in Iudicio ſpolij ſecundum extremum probatur per leuiores probationes, & ſufficit ſola litis ſuſtentatio cum adminiculis.*
4 *Confeſſio propria vincit omnes alias probationes.*
5 *in Spolij iudicio primum extremum iuxta ſtylū Rotæ requirit exactiorem probationem.*
6 *Verbum, ſpectare, eſt patens, comprehendens tam petitorium, quàm poſſeſſorium.*
7 *Ius, & poſſeſſio alicuius, quando apertè per partem dicatur confeſſata.*
8 *Poſſeſſio ciuilis remanet penes concedentem rem in emphyteuſim, & ſola poſſeſſio naturalis transfertur in emphyteutam.*
9 *Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt.*
10 *Confeſſio licet ſit indiuidua, tamen ea diuidi poteſt, quando contra aliquam partem militat præſumptio iuris.*
11 *Ratificatio tacita confeſſionis, ex quibus oriatur.*
12 *Mandatum præſumitur ſtante difficultate aliquid obtinendi.*
13 *Mandatum præſumitur propter impenſam.*
14 *ex Inſtrumentis locationum effectum ſortitis probatur poſſeſſio locantis etiam in præiudicium tertij, & hoc maximè ſi d. inſtrumenta ſint adminiculata. & nu. 15 & 16.*
17 *Confeſſio geminata habet vim confeſſionis iudicialis.*
18 *Actus iuriſdictionis regulariter non ſolent fieri, niſi à Dominis, & poſſeſſoribus rerum ſuarum.*
19 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam licet non probent, deſeruire tamen poſſunt pro adminiculo.*
20 *Confeſſio auctoris nocet etiam ſucceſſori.*
21 *Quod multò magis procedit, quādo ſucceſſor vſus eſt ea, quia tunc propriam ſibi fecit.*
22 *Iura extracta lite pendente ſine citatione partis non probant.*
23 *Iura extracta à ſucceſſore in officio eius Notarij, qui de eis rogatus fuerat, probant abſque alia ſolemnitate.*
24 *Et ea fides eſt adhibenda, ac ſi extracta eſſent ab ipſo Notario rogato.*
25 *Inſtrumenta extracta à Notario, qui præpoſitus eſt eorum cuſtodiæ, cum dicatur ſubrogatus in locum Notarij demortui, probant abſque alia ſolemnitate.*
26 *Notarij præſumuntur tales, quales ſe ſubſcripſerunt.*
27 *ex Literis legalitatis, tam de Iure, quàm de ſtylo Curiæ probari notariatus.*
28 *Remedium recuperandæ ceſſat, quando adeſt præſcriptio.*
29 *Tempus vitæ Prælati alienantis bona Eccleſiæ deduci debet, vt præſcribatur remedium recuperandæ quādo dicta bona male fuerunt alienata.*
30 *Tempus litis demi debet in præſcriptionibus.*
31 *in Commiſſione impetranda, vt inducatur bona fides, ſufficit, quod fuerit obtenta citatio, licet non fuerit reproducta.*
32 *Litis initium ex quibus ſatis dicatur probata.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſionibus 16. & 57. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 7. Februarij 1635. & 22. Iunij eiuſdem anni coram eodem R.P.D. Veroſpio. allegatur etiam in deciſione 94. quę eſt pariter in eadem cauſa, & quidem præclara, & magiſtralis ſub die 15. Februarij 1636. coram R.P.D. Merlino.

DECISIO CCXCIV.

RESOLVTVM fuit in dubio, quod hodie propoſui, vt Eccleſia S. Saluatoris Meſſanen. reſtituenda eſſet ad poſſeſſionem tenimenti, quod hodie detinebatur per D. Ferdinandum Iuneniū, cum probaretur vtrumque extremum requiſitum
1 in hoc iudicio ipſa videlicet † poſſeſſio Eccleſiæ anterior, & noua eiuſdem Ferdinandi, vt notatur *in cap. conquerente, & in cap. cum ad ſedem, & in cap. ſæpe de reſtit. ſpoliat. Cæſ. de Graſſ. deciſ. 2. eod. tit.* neque eidem Eccleſiæ nocere poſſet, quod ab
2 † ea poſſeſſione cecidiſſet facto ſui Prælati, dum poterat hæc actio ſpolij intentari nomine eiuſdem Eccleſiæ, vt etiam notatur per *Doct. in d. cap. ſæpe vbi Rip. nu. 14. Abb. in cap. accedens il primo n. 19. eod. tit. de reſtit. ſpoliat. Verall. deciſ. 170. num. 1. & deciſ. 181 par. 3. Rot. deciſ. 473 nu. 2. par. 2. rec. & fuit dictum in Columbrien. præſtimoniorum 28. Aprilis præteriti coram Reuerendiſs. Domino meo Decano.*

Et quantum attinet ad probationem ſecundi
3 extremi, † pro quo ſatis eſſe ſolent leuiores probationes, & ſola litis ſuſtentatio cum adminiculis *Cæſ. de Graſſ. deciſ. 4. nu. 2. eod. tit. de reſt. ſpol. Veral. deciſ. 369. nu. 1. par. 2.* viſum fuit illud non poſſe controuerti poſtquam ipſe Ferdinandus in commiſſione cauſæ ſe nominauit eiuſdem tenimenti
4 poſſeſſorem, cum † eius proprij oris confeſſio vinceret omnes alias probationes, *cap. per tuas de probat. l. cum precum, C. de liberal. cauſ.* & in terminis probationis huius extremi, *tenuit Rot. coram Greg. deciſ. 116. num. 1. & coram Cardinali Caualerio deciſ. 524. num. 2.*

Primum verò extremū, quod exactiorem † probationem requirere ſolet, iuxta ſtylum huius Tribunalis, de quo atteſtatur Sarnen. *in reg. de infirm. reſign. & dictum fuit coram Verall. deciſ. 370 n. 1. par. 2. & in nouiſſimis diuerſ. 337. & deciſ. 165. num. 1.*

num.1.par.2.& deciſ.543. nu.3.par.2. viſum fuit,
& ipſum probari ex pluribus,& primò ex eiuſdem
D.Ferdinandi confeſſione, in ea ipſa commiſſione,
in qua ſe nominauit poſſeſſorem huius tenimenti,
quia non ſolum in ea aſſeruit, id tenimentum
olim ſpectaſſe ad ipſam Eccleſiam, quod verbum,
6 † tanquam latè patens poterat comprehendere
tam petitorium, quàm poſſeſſorium, *vt in cap.li-*
cet cauſam de probat. & notant ibi Innoc. & Ho-
ſtien.nu.1. Abb in cap.cum Eccleſia Sutrina nu.53.
ad fin.Rip.nu.132. de cauſ.poſſ & propr.Rot.deciſ.
881.num.1.par.4.diu.Oſaſch.deciſ. Pedem.4.nu.2.
Sed ius, & poſſeſſionem ſuam in eadem commiſ-
ſione deducebat ex titulo conceſſionis emphiteu-
ticæ, de qua primus acquirens, & ſuus principalis
7 inueſtitus fuerat, ex cuius tituli qualitate † hoc
modo narrata videri poterat probata ex confeſ-
ſione partis poſſeſſio Eccleſiæ etiam de præſenti,
quia cum inde ſequeretur, quod ſaltem poſſeſſio
8 ciuilis ſemper fuerit penes eandem Eccleſiam, †
dum ſola poſſeſſio naturalis acquiſita fuit emphi-
teutæ ex ea conceſſione ſecundum *gloſ.in l.3.§. ex*
contrario ff. de acquir. poſſeſſ. & notat ibi Bart.
nu.12.Iaſ in l.naturaliter n.15 ff eod.tit. Menoch.
de recuper.poſſ. remed.1. nu 68. & è contra eidem
confeſſioni obſtare videbatur præſumptio iuris,
9 quæ erat, vt bona † Eccleſiæ alienari non poſſint
propter prohibitionem *c.2.de reb.Eccleſ non alie-*
nan.extrauag.ambitioſè eod tit. præſertim ſi iuriſ-
dictionem habeant annexam, vt habebat id teni-
mentum poterat diuidi ea confeſſio, & acceptari
10 in ea † parte, in qua ſupponebatur poſſeſſio Ec-
cleſiæ, reiecta alia parte eiuſdem confeſſionis in
qua continebatur alienatio facta ab eadem Eccle-
ſia iuxta doct. *Bart. in l. Aurelius §. idem quæſiuit*
de libero legat. ſæpius in hoc Tribunali receptam,
nec viſum fuit poſſe impugnari eandem confeſſio-
nem, ex quo non conſtabat de mandato illius, qui
dictam confeſſionem obtinuit, quia cum illius vi-
gore pendeat cauſa ad inſtantiam ipſius Ferdinan-
di, eaq.idem hodie vtatur,non poteſt negari quin
11 per hunc caſum ſaltem inducta fuerit tacita † ra-
tificatio eius confeſſionis, quæ in d. commiſſione
continetur *cap.cum olim de cenſ. Rot. deciſ. 39. de*
procur.in nou.Put.deciſ.336 nu.1.lib.2. quãquam
poterat etiam præſumi mandatum vſque ab initio,
tum propter difficultatem in obtinenda eadem
12 commiſſione † cum expedita fuerit in Signatura
13 Gratiæ,tum propter impenſam, quæ † facta fuit in
illius impetratione, vt poſt *Oldrad. in conſ.136.*
declarat Sarnen.in reg.de trienn.q.38. Caſſad.de-
ciſ.1.& deciſ.3.nu.4.de procur.

Secundò viſum fuit probari anteriorem poſſeſ-
ſionem Eccleſiæ, ex quatuor inſtrumentis locatio-
num, ex quibus duo, quæ oſtendebantur effectum
14 † ſortita mediante ſolutione penſionis, & affictus
facta ad fauorem Eccleſiæ poterant probare eiuſ-
dem Eccleſiæ poſſeſſionem etiam in præiudicium
tertij, vt notatur in *cap.cum veniſſent de reſt. ſpo-*
liat.vt per gloſ.in c.qui vniuerſas. §.quod per colo-
num, ff.de acquir.poſſ. Bart. ibidem nu.1. & in l.
quamuis §.ſi conductor.nu.2.ff eod. tit. cum alijs,
quos refert Gabr.concluſ.4.nu.3.de locat Menoch.
de retin.remed.3.nu.572. & in terminis ſpolij fir-
mauit Rota coram Greg. deciſ.116. num.3.& de-
ciſ.500. nu.2. Alia duo inſtrumenta ſuper quibus
non dabatur alia recognitio propter cõfeſſionem
conductoris factam in ipſo inſtrumento locationis
15 poterant deſeruire loco † adminiculi propter quæ
ea duo inſtrumenta tunc magis probabant, vt per
eundem *Gabr.d.concluſ.4. nu.16. & notat Bart.*
in l.ad probationem C. locati Felyn. in cap. inter
dilectos, nu.4. de fid.inſtrum Soccin.ſen. conſ.187.
lib.2. nu.17. vbi in ſpecie ponderat hoc admini-
16 culum, † quod deſumitur ex concurſu plurium
inſtrumentorum. *Rot deciſ.275.nu.3.par 3.diuer.*
præſertim cum eſſent facta cum eodem conducto-
17 re quo † caſu propter vim geminatæ confeſſionis
videbantur habere vim confeſſionis iudicialis ad
notata per *Bart.in l. cum ſcimus, C. de agric. &*
cenſit lib.11.& Felyn.in cap.ſi cautio nu.39 de fid.
inſtrum. & pluribus explicat Surd.conſ 188. n.11.
Iaſ.in l.admonendi, nu.158. ff. de iur. iur. & his
accedebant alia plura adminicula, quæ eo magis
confirmabant probationem huius primi extremi,
quia data fuerunt pro parte Reuerendiſſimi Archi-
mandritæ, qui hodie proſequitur hoc ius Eccleſiæ
plures actus iuriſdictionales facti à ſuis anteceſſo-
ribus ante alienationem huius tenimenti, ex qui-
bus videbatur colligi poſſe probationem poſſeſſio-
18 nis Eccleſiæ cum † hij actus regulariter fieri non
ſoleant niſi à Dominis, & poſſeſſoribus rerum ſua-
rum ad notata per *Doct. in l.2. de acquir. poſſ. &*
per Innoc. in cap. licet cauſam num. 7. de probat.
quem refert, & ſequitur *Roman. conſ.70. num.13.*
Ruin.conſ.173.nu.9.vol 4. Natt.conſ.572 nu 19.
vol. 3. cum alijs relatis per *Maſcard de probat.*
concluſ.187 nu.2.& cum illis concurrebant teſtes
deponentes de publica voce, & fama, quod hoc
ipſum tenimentum, quod hodie detinetur per
Dominum Iouenium,fuerit poſſeſſum ab Eccleſia
S.Saluatoris, qui teſtes licet examinati ad perpe-
19 tuam rei memoriam † bene poterant deſeruire
pro adminiculo, & demum aderat alia confeſſio
Gaſparis Iouenij authoris ipſius D. Ferdinandi in
alia commiſſione, quod hoc tenimentum ante di-
ctam confeſſionem ſpectaret ad Monaſterium,ſiue
Eccleſiam S.Saluatoris, quæ non ſolum illi præiu-
20 dicare † videbatur,vt ſolet regulariter omnis con-
feſſio authoris ſecundum *reg.l.cum à matre, C.de*
rei vendic. ſed quia eandem confeſſionem ipſe
21 etiam viſus erat acceptaſſe, ac propriam feciſſe †
dum viſus fuit ea commiſſione, in qua dicta confeſ-
ſio continebatur illam inſerendo in commiſſione,
quam ipſe obtinuit, & cuius vigore cauſa fuit mi-
hi commiſſa.

Nec viſa fuerunt obſtare,quæ obijciebantur cõ-
tra fidem, & formam probantem eorum inſtru-
mentorum,in quibus hæ probationes contineban-
22 tur, eo quod extracta † fuiſſent pendente lite, ac
ſine citatione partis, quod enim attinet ad iura,ex
quibus probantur actus iuriſdictionis,quos Archi-
mandritæ exercuerant diuerſis temporibus ſuper
23 hoc tenimento † cum illi extracti fuiſſent à ſucceſ-
ſore in officio eius Notarij, qui rogatus fuerat ſu-
per dictis actibus, non fuit opus aliqua citatione
partis in illorum extractione eodem modo, quo
24 neque illa fuiſſet neceſſaria † ſi dati fuiſſent ijdem

actus

Digitized by Google

actus à Notario rogato ſecundum notata per *Bar.*
in l ſi quis ex argentarijs. §. cogentur nu.3. ff. de
eden. Dec in auth. ſi quis in aliquo nu.26 Iaſ. nu.5.
in v. fallen. C. de eden. & per Rot. deciſ.649. num.7.
& deciſ.706 nu.6. par.2. recent. & coram Gregor.
deciſ.3. nu.1. alia verò iura in quibus continebantur
inſtrumenta earum quatuor locationum, viſa
fuerunt, & ipſa eſſe in forma probanti, quia cum
25 extracta fuiſſent à Notario, † qui præpoſitus erat
illorum cuſtodiæ, ipſe etiam dicebatur ſubrogatus
in locum Notarij defuncti, vt fuit nuper reſolutum
in *Meleuſtana erectionis Collegiatæ 1. February*
præteriti coram R.P.D. meo Pirouano, & antea
coram eodem in Mediolanen. Decimarum S. Donati 23. Januarij 1612. vbi aliæ deciſiones referuntur,
& tradunt *Doctores in d. auth. ſi quis in aliquo,*
& ibi Alex nu.5. in fin. & in hoc credebatur eorundem
Notariorum atteſtationibus, quod ſcili-
26 cet eſſent tales, quales † ſe ſubſcripſerunt in exẽplatione
eorum actorum, aut inſtrumentorum ſecundum
ſtylum huius Tribunalis de quo *Verall.*
deciſ.245. & deciſ.266. par.2. relat. in d. deciſ. Mediolanen. Decimarum
Rota *coram Reuerendiſs.*
D. meo Decano deciſ.88. nu.3. præſertim cum de
vtriuſque notariatu, & deputatione fidem fecerunt
litteræ teſtimoniales Senatus Meſſanæ, vulgò ap-
27 pellatæ litteræ legalitatis, ex quibus † tàm de iure,
quam de ſtylo Curiæ, ſolet idem notariatus
etiam probari, vt notat idem *Aufrer. in addit. ad*
Cappell. Toloſ. deciſ.330. referendo dictum *Specul.*
in tit. de inſtrum. adit. §. vltimo in verſ. quid ergo.
Bald. in l. computationes, nu.25. C. de fid. inſtrum.
Felin. in cap.1. nu.18. in fin. eod. tit. & dictum fuit
in Farſen. territorij 12. Iunij 1606. coram Penia,
& coram Reuerendiſs. D. meo Decano d. deciſ.88.
num.1. & coram Gregorio deciſ.14. num.1. & deciſ.38. num.4.

Demum nõ viſa fuit obſtare exceptio præſcriptionis,
quæ etiam in hoc dubio opponebatur per
ſcribentes pro D. Ferdinando, ne poſſet habere lo-
28 cum hoc † remedium recuperandæ, quia exceptio
hæc tollebatur ex facto, cum non probaretur elapſum
fuiſſe ſpatium tanti temporis, quantum requirebatur
ad effectum præſcribendi contra Ec-
29 cleſiã deducto † tempore, quo vixit Archimandrita,
qui hoc tenimentum alienauit, & deducto tem-
30 pore litis motæ vigore primæ commiſſionis † vſque
ab anno 1580. per Gaſparem Iuuenium authorem
Ferdinandi, prout vtrumque tempus deduci
debet, & de primo eſt *tex. in cap. ſi Sacerdotes*
16. q.3. & not. Bald. in l.1. nu.1. in fin. C. de bon.
matr. Guidop. deciſ.150. Rot. deciſ.445. coram Reuerendiſs.
D. meo Decano nu.8. & de ſecundo notãt
DD. in cap. illud poſt gloſ. ibi in verb. interruptio
de præſcript. & in cap. cum notiſſimi, §. imò C. de
præſcr. 30. ann. Rot. deciſ.208. nu.4. par 1. recent.
neque ad hunc effectum refragari poterat, quod
non fuiſſet reproducta citatio obtenta vigore eius
primæ commiſſionis, quia ad effectum, vt inducta
31 fuerit † mala fides in impetrante, & inde interruptus
curſus præſcriptionis, ſatis erat, quod eadem
citatio fuiſſet obtenta licet non executa *Caſſad. deciſ.6. nu.5 ſuper reg. Rot. deciſ.4. nu.2. vt lit.*
prad. in antiq. Put. deciſ.385. nu.3. lib.3. & tollitur
etiam difficultas, quia cum ea prima commiſſione
fuerit vſus D. Ferdinandus obtinendo illius vigore
commiſſionem ſubrogatoriam in locum bo. me.
Card. Lancell. cui fuit directa prima commiſſio, ſatis
dicitur probatum initium ipſius litis, vt eſt in
propoſito *deciſ. Verall.165 par.2.*

Et ita &c.

¶ *Supra in hac parte habetur alia deciſio in eadem cauſa ſub die 5. Maij 1636. coram R.P.D. Merlino, & eſt deciſio 129.*

R. P. D. GHISILERIO.

Maioricen. Iuriſdictionis.

Die Mercurii 28. Iunii 1634.

ARGVMENTVM.

Epiſcopo qualiter, & quomodo ſit conceſſum agere contra Capitulares accuſatos de criminibus atrocioribus depoſitionem, aut degradationem requirentibus, ſine adiunctis, late, & doctè dilucidatur.

SVMMARIVM.

1 *Epiſcopus in criminibus atrocioribus depoſitionem, aut degradationem requirentibus vbi de fuga timetur, quid agere debeat.*
2 *Ad informationis ſummaria effectum, ſufficit qualis qualis informatio.*
3 *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.6. de reform. probibere videtur, ne in illis caſibus Epiſcopus capiat plenam probationem, dum in principio dicit, quod procedat cum adiunctis, & ſolum limitat, quo ad ſummariam informationem.*
4 *Et iſta facultas Epiſcopi non eſt ad certum numerum reſtricta.*
5 *Epiſcopus vigore Concilij Trident. ſeſſ.25. cap.6. de reform. non habet facultatem procedendi ſolus, niſi vbi de fuga timetur excepto caſu illius ſummariæ informationis, & detentionis perſonæ.*
6 *Concil. Trid. ſeſſ.25. cap.6. de reformat. quid diſponat.*
7 *Proceſſus nomine intelligitur prima citatio.*
8 *Citatio eſt primus actus, & proceſſus.*
9 *Epiſcopus ſtante Concil. Trident ſeſſ. 25. cap.6. de reform. ſine adiunctis probibitus eſt etiam monere, ex quo exercitium iuriſdictionis, ſic communicatur adiuncto, vt vnus ſine altero procedere probibeantur.*
10 *Iudex, ſi habeat adiunctum, nec citatio, nec cõparitio, niſi ab vtroque, & coram vtroque fieri debet.*
11 *Iudex habens adiunctum, ſi ſine eo procedat, nulliter procedit.*
12 *Citatio eſt de proceſſu.*
13 *Citatio eſt fundamentum ordinis iudiciarij.*
14 *Actionum omnium inſtituendarum principium ab illa parte edicti proficiſcitur, quą Prætor edicit de ius vocando.*
15 *per Citationem iuriſdictio perpetuatur.*
16 *Epiſcopus probibetur Capitulares citare, & monere ſine adiunctis.*

17 *Li-*

17 *Libelli vim habet monitorium.*

18 *Monitorium conceſſum in cauſa ciuili, per comparitionem reſoluitur in ſimplicem citationem ob clauſulam, ſi quis ſenſerit ſe grauatum, in eo apponi ſolitam.*

19 *Monitorium de comparendo in criminalibus arctat omninò ad comparendum.*

20 *Monitorium in criminalibus ſi ſit intimatum, reus contumax poteſt condemnari.*

21 *Iudex ſi ad capturam procedere poteſt, poteſt etiã in ordine ad illam relaxare monitorium.*

22 *Iuriſdictio cui eſt data, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt.*

23 *Iudex delegatus an ante litis conteſtationem citare poſſit re, & verbo.*

24 *Iudex delegatus à Principe poteſt procedere ad capturam perſonæ ſuſpectæ de fuga, cum aliàs ſit prohibitum.*

25 *Citatio realis dicitur, quæ fit per capturam perſonæ.*

26 *Iudex delegatus poteſt citare re, & verbo.*

27 *Carcerare qui poteſt ſuſpectum de fuga, ſine dubio poteſt etiam eumdem verbo citare.*

28 *Iudex delegatus quilibet, etiam ante litem conteſtatam poteſt verbalem citationem facere.*

29 *Arbiter etiam habet poteſtatem citandi verbo.*

30 *Carcerandi ſuſpectum de fuga, qui facultatem habet, poteſt etiam verbo citare in ordine ad primum.*

31 *Epiſcopo in caſu, de quo in Concil. Trid ſeſſ.25. cap.6. de reform eſt permiſſa citatio perſonalis, ſeu detentio perſonæ, dum ſubeſt timor fugæ, ſed citatio verbalis illi eſt prohibita.*

per Citationem verbalem incboatur iudicium. num.31.

32 *Iuriſdictio abſque coerctione ex cauſa dari poteſt. & num.33.*

34 *Iuriſdictio ſine coerctione, & coerctio ſine iuriſdictione præſcribi poteſt.*

35 *per Præſcriptionem id quod acquiri poteſt, haberi etiam poteſt ex Conſtitutione ſupremi Principis.*

36 *Præſcriptio æquiparatur conceſſioni Principis.*

37 *ex Iuriſdictionis defectu ea, quæ ſunt nulla, non poſſunt reintegrari, ſeu confirmari.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſionibus 4. & 106. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 12. Ianuarij 1635. & 3. Martij 1636. coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.

DECISIO CCXCV.

RE propoſita* cauſa ſuper dubio: an Epiſcopus Maioricen. proceſſerit iuxta formã Cõcilij Tridentini *ſeſſ.25. cap.6. de reformat.* contrà Thomam Dezbach Canonicum dictæ Eccleſiæ ob varia delicta inquiſitum, DD. reſoluerunt, reſolutionem coram me factam ſecunda currentis menſis ita eſſe intelligendam; videlicet diſpoſitionem Sacri Concilij fuiſſe ſeruatam vſque ad relaxationem monitorij excluſiuè, ab inde autem non fuiſſe ſeruatam, ſed Epiſcopum proceſſiſſe à monitorio intrà contra formam *d cap.6.* Sacri Concilij.

Ratio autem primæ partis huiuſce reſolutionis
1 fundatur in verbis Concilii, quibus attentis, † Epiſcopus in criminibus ex incontinentia prouenientibus de qua in decreto de cõcubinarijs, & in atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus, vbi de fuga timetur initio ſolus ad ſummariam informationem deuenire, & ad neceſſariam detentionem procedere poteſt, ne iudiciũ eludatur; & cum in hoc caſu Thomas fuerit quærelatus de pluribus delictis, vt in quærela, Epiſcopus potuit inquirere ſuper omnibus delictis ſummariè; itaut non obſtet, quod dicatur, Epiſcopum non feciſſe ſummariam informationem, ſed plenariam, attento numero teſtium examinatorum, &
2 † quod ad effectum ſummariæ informationis ſufficiat qualis qualis informatio, & Concilium videa-
3 tur prohibere, quod Epiſcopus ſolus † capiat plenam probationem, dum in principio diſponit, quod procedat cum adiunctis, & ſolum limitat quoad ſummariam informationem in atrocibus delictis, vt fuit dictum ſupra, quia ſi conſideretur vnumquodque delictum de per ſe, & probationes factæ ſuper delictis, de quibus fuit accuſatus, clarè apparebit, quod informatio fuit ſummaria, & non ple-
4 naria, vltra quod † facultas Epiſcopi non eſt ad certum numerum teſtium reſtricta.

Quantum verò attinet ad monitorium & ad geſta poſt illius relaxationem, cum non emanauerint in ordine ad ſuſpicionem fugæ, ſed in ordine ad punitionem, & Epiſcopus non habeat iuriſdictio-
5 nem procedendi ſolus, † niſi vbi de fuga timetur, excepto caſu illius ſummariæ informationis; & neceſſariæ detentionis perſonæ, non potuiſſe procedere niſi cum adiunctis iuxta Concilium fuit reſolutum; & in hac parte placuerunt deducta in prima deciſione.

6 Quia cum Concilium vbi ſupra diſponat, vt † Capitulum initio cuiuſlibet anni eligat ex capitulo duos de quorum conſilio, & aſſenſu Epiſcopus, vel eius Vicarius, tam in formando proceſſu quàm in cæteris omnibus actibus vſque ad finem cauſæ incluſiuè procedere teneatur, & in propoſito caſu conſtet poſt ſummariam informationem Epiſcopũ miſiſſe, vt apprehenderet Canonicum eumque non fuiſſe repertum; ideò dum poſtea idem Epiſcopus voluit procedere contra ipſum, ac illum monere ad comparendum intra 24. horas, prout fecit, debuit in huiuſmodi monitorio decernendo conſenſum adiunctorum adhibere; quia ſi Epiſcopus
7 prohibetur procedere, & nomine † proceſſus intelligitur prima citatio, *§. omnium autem actionum inſtituendarum inſtit. de pæn. temer. litigant. Clement. 1. vbi gloſ. in verb. citationes in fine de iudic.*
8 & ipſa citatio ſit † primus actus, & proceſſus; *ita tenet Angel & Bart. in l. 1 ff. de in ius vocan. Lanfranc. in repet. cap. quoniam contra de probat §. citationes num. 54. Ludouic. à Sarauia in tract. de iuriſd. adiunctorum coadiuuantium Epiſcopum*
9 *quæſt. 16. num 7. & ſeqq.* Ergò Epiſcopus † ſine adiunctis prohibitus eſt etiam monere, ex quo exercitium iuriſdictionis ſic communicatur adiuncto,

Digitized by Google

ſto, vt vnus ſine altero procedere prohibeatur,
10 nec † citatio, neque comparitio, niſi ab vtroque,
& coram vtroque fieri debeat, *cap. cauſam matrimonij cap. cum cauſam de offic. deleg. l. duo ex tribus, ff. de re iudic* ita declarat *Rum. conſ. 5. col. 4. vol. 5. quem ſequitur Mandoſ. de ſign. iuſt. commiſſion. 8. §. Adiunctum, verſ. Adiunctus autem*: &
11 quod prior Iudex † ſine adiuncto nulliter procedat, concludit *Gemin. conſ. 24. verſ. ſuper 6.*
12 *dub. num. 11. in fin.* Præter autem ſupradicta †
quod citatio ſit de proceſſu, *tenet gloſ. in cap. prudentiam in verb. ſi quis citra formam, & in cap. Paſtoralis, §. Item de offic. & poteſt. Iud. deleg. & in cap. quoniam contra falſam de probat. & alij quos citat Carpan. ad ſtat. Mediol. cap. 1. verb. citationes nu. 8. Lancell. de attent. lit. pend. par. 2. cap. 4.*
13 *in præfat. num. 32. & ſeq.* vbi citationem † firmat
eſſe fundamentum ordinis iudiciarij, *Specul. in tit. de citat. in princ.* ea ratione, quia principium om-
14 nium actionum inſtituendarũ † ab ea parte edicti
proficiſcitur, quæ Prætor edicit de in ius vocãdo *d. §. omniũ inſtit. de pœn. temer. & litig. & not. Bart. & alij in rubr. ff. de in ius vocan.* & per citatio-
15 nem † iuriſdictio perpetuatur, *c. gratum, c. relatum de offic. & poteſt. Iud. deleg. & cap. plures, vbi gloſ. in verb. inchoante eod tit. in 6.*

Vnde ſi Epiſcopus ꝓhibetur Capitulares citare,
16 & † monere ſine adiunctis iuxta Concilium in dicto cap. 6. Epiſcopus Maioricen. non potuit tranſ-
17 mittere monitorium, quod vim † habet libelli;
Iaſ. in l. ex quacunque ff. ſi quis in Ius num. 13. Adden. ad Bart. in extrauag. ad reprimen. in verb. in figura nu. 19. Et licet monitorium conceſſum in
18 cauſa ciuili per † comparitionem reſolnatur in
ſimplicem citationem, ob clauſulam, ſi quis ſenſerit ſe grauatũ, in eo apponi ſolitam, *Pariſ. conſ. 113. nu. 1 lib. 4. Alex. conſ. 143. nu. 6. lib. 7. Innoc. in cap. fin. nu. 8. de cohabit. cleric. & mulier. Bart. in l. 1. nu. 3 C. de execut. rei iudic vbi communiter Doct. Mandoſ. de monit. quæſt. 17. nu. 4. Rota in recent. deciſ. 520. nu. 10. par. 2.* Tamen monitorium
19 de comparendo † perſonaliter in criminalibus arctat omninò ad comparendum, *Mandoſ. vbi ſuprà nu. 4.* & ideò non poteſt negari, quin ſit de pro-
20 ceſſu, cum † ex ſola illius intimatione reus contumax condemnari poſſit; latè *Caball. reſol. crimin. caſ. 181. per tot.*

Non obſtat. quod ſi Epiſcopus in caſibus in de-
21 creto Concilij exceptis poteſt procedere † ad capturam, poſſit etiam in ordine ad illam relaxare monitorium. *Roman. in l. 2. nu. 1 & 2. ff. de Iuriſd. omn. Iud.* quia non applicatur, nam cum in *text. in*
22 *d. l. 2.* dicatur, quod cui eſt data Iuriſdictio ea quoque conceſſa eſſe videantur, ſine quibus iuriſdictio explicari non potuit, quæret ibi *gloſ. in verb.*
23 *non potuit*, an delegatus † ante litis conteſtationem citare poſſit re, & verbo, & tenet, quod ſic, & cum ea *DD. communiter, Roman. autem ibi nu. 1. ſuper eadẽ gloſ.* & dicta eius proſequendo dicit; de-
24 legatum † a Principe poſſe procedere ad capturam perſonæ ſuſpectæ de fuga, cum alias ſit prohibitus, *vt in auth. de defenſ. Ciuitatum, §. ſi vero ignoti, & in auth. de exhib. reis, §. ſi verò*, quia ci-
25 tatio † realis dicitur, quæ fit per capturã perſonæ,
l. cõſentaneum C. quomod. & quando Iudex l. plerique de in ius vocand. Caſtr. in d. l. 2. nu. 5. deinde vero quia *gloſ. in d. verb. non potuit*, dicit, quod ta-
26 lis delegatus † poteſt citare re, & verbo, expeditus
quoad citationem realem, in qua conſiſtebat tota difficultas, quærit de citatione verbali, & cum gloſſa dicit quod poteſt citare verbo, ſed non dubitat,
27 [illegible] qui poteſt carcerare † ſuſpectum de fuga, nõ
[illegible] etiam verbo illum citare, quia de hoc non eſt difficultas, vt ibidem dicit *Caſtr. nu. 4.* vbi quod
28 quilibet † delegatus, etiam ante litem conteſtatã,
poteſt verbalem citationem facere, *Iacobin. de Sancto Georg. in d. l. 2. n. 8.* vbi quod in hoc omnes
29 concordant, † quia etiam arbiter habet poteſtatẽ
citandi verbo *l. ſed interpellatus. §. 1. de arbitr.* ſed quia gloſ. vtrunque firmauerat, ideo Roman. etiam probat quod talis poteſt verbo citare, ſed nõ
30 propterea dicit, quod cui cõceſſa eſt facultas † carcerandi ſuſpectum de fuga, poſſit etiam verbo citare in ordine ad primum, ſed quia ipſe habet vtramque poteſtatem.

Ceſſare autem difficultatem in hoc caſu dixerũt
31 Domini, quia Epiſcopo eſt permiſſa † citatio realis, ſeu detentio perſonæ, dum ſubeſt timor fugæ, & è conuerſo, illi eſt prohibita citatio verbalis, per quam, vt fuit dictum ſupra inchoatur proceſſus, &
32 ideo ex † cauſa datur iuriſdictio abſque coerctione
contra dictum text. *vt in cap. cum contingat de for. compet.* vbi DD. communiter notant dari
33 † etiam iuriſdictionẽ ſine coerctione, & ſine mulcta, & ſequutus eſt, *Alex. in d. l. 2. de iuriſd. omn. iud nu. 4. & fuit dictum in Burgen. iuris præſidendi 19. Decemb. 1633. coram R. P. D. meo Merlino.*
34 igitur ſicut datur iuriſdictio abſque coerctione, † &
vnum etiã poteſt præſcribi ſine altero vt per *Abb. in d. c. cum contingat, nu. 15. & per Io. de Imol. ibi nu. 2. & per Rot. in d. Burgen.* ita Concilium potuit concedere iuriſdictionem Epiſcopo deueniendi ad detentionem, & ſic quod Epiſcopus poſſit citare reum re, & prohibere citationem verbalem
35 quia † quod poteſt acquiri per præſcriptionem, poteſt etiam haberi ex Conſtitutione Supremi Prin-
36 cipis, cum † præſcriptio æquiparetur conceſſioni
Principis, *Sura. conſ. 556. num. 6. Menoch. conſ. 90. num. 79.*

Quare cum ex verbis Concilij Epiſcopus de Adiunctorum conſilio, & aſſenſu monitionem facere teneatur, inde ſequitur monitorium cum om-
37 nibus inde ſequutis, † tanquam nullum ex defectu iuriſdictionis eius, à quo emanauit, non poſſe reintegrari, ſeu confirmari, *Ancbar. conſ. 297. n. 3. verſ. tertio dicitur nullum.*

Et ita vtraque parte informãte fuit reſolutũ &c.

☞ * *Propoſita fuit hæc cauſa ſub die 2. Iunij 1634. eſt ſupra in hac parte deciſio 289.*

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Laudi.

Die Lunæ 3. Iulii. 1634.

ARGVMENTVM.

Actio perſonalis contra cohæredes quouſque detur

detur. De cenſus impoſitione quando apertè dicatur conſtare. De laudo quando non ſit habenda ratio.

SVMMARIVM.

1 *Actio perſonalis datur contra hæredes pro portionibus hæreditarijs.*
2 *de Cenſus impoſitione non eſt dubitandum, [illegible]do ea conſtat per inſtrumentum publicum [illegible]*
Inſtrumentum publicum facit probationem probatam, ac manifeſtam. nu.2. & 3.
4 *Hæredes, quod ſucceſſerint in hæreditate æquis portionibus, ex quo appareat.*
5 *Laudum initum inter partes non obſtat quando per tres ſententias fuit ſublatum.*

Allegatur hæc deciſio ſupra in deciſione 23. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 2. Martij 1635. coram eodem bo. mem. Motmanno.

DECISIO CCXCVI.

DICTVM fuit contra Io. Antonium hæredem Marcelli impoſitoris cenſus relaxandũ
eſſe mandatum executiuum pro reſtitutione medietatis fructuum eiuſdem cenſus, quos Ioſephus
cohæres integrè ſoluit Collegio Oradino creditori
reportata iurium ceſſione; quia contra hæredes
1 † actio perſonalis datur pro portionibus hæreditarijs, *l. pro hæreditarijs C. de hæred. action. cum alijs in deciſione huius cauſæ 11. Ianuarij 1627. allegatis coram Reuerendiſſ. D. meo Vrgellen.*

Præterea de impoſitione cenſus facta per Marcellum teſtatorem dubitari non poteſt, quia pro-
2 batur per publicũ inſtrumentum, † quod facit probationem probatam, ac manifeſtam, *c. cum dilecti vbi Abb. nu. 2. de donat. Bald in l. intereſt etiam. nu. 2. C. de ſolut. Rot. in Rom. pecuniaria 5. Nouembris 1627. coram Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Similiter de integra ſolutione dd. fructuum facta
per Ioſephum cum reportatione ceſſionis iurium,
3 conſtat† ex alijs inſtrumentis datis in eius ſummario num. 7.

Quod verò in hæreditate Marcelli debitoris pro
4 ſua quiſque medietate vel æquis portionibus † ſucceſſerint Ioſephus & Io. Antonius, ex eo apparet, quod prædictus Marcellus hæredes ſuos cum fideicommiſſo reciproco inſtituit Ludouicum, Io. Baptiſtam, & Io. Antonium, defuncto autem Ludouico ſine filijs Ioſeph ſucceſſit Io. Baptiſtæ eius patri.

Non obſtat exceptio laudi aliàs pro parte Io.
5 Antonij oppoſita, quia iam fuit ſublata † per tres ſententias Rotales conformes propter illius nullitatem firmatam ex pluribus latè in deciſionibus ſub titulo Peruſina laudi coram RR. Dominis meis Decano,* & Vrgellen.* & denique coram me,* deductis. Et ita vna tantum &c.

* *Ideſt ſub diebus 13. Martij 1628. & 11. Maij 1629. & 22. Aprilis 1630 & 13. Nouemb. 1632. ſunt ſupra in par. 1. deciſiones 155. 282. & 369. vltima verò eſt 159. in par. 2. Et infra habetur alia deciſio in eadem cauſa ſub die 27. Aprilis 1635. coram eodem bo. me. Motmanno eſt deciſio 302.*

R. P. D. MOTMANNO.

Leodieñ Caſtrorum.

Die Veneris 15. Decembris 1634.

ARGVMENTVM.

Commiſſio ſanatoria nullitatum arbitrio Rotę, quando habeat locum. Mandatum quando morte conſtituentis extinguatur, & quando ſecus,

SVMMARIVM.

1 *Donatione indignus eſt, qui alicuè per vim, & metum reuocare fecit teſtamentum ad effectum, vt ei ille donaret bona ſua.*
2 *Clauſula (conſtito de bono iure) poſita in commiſſione ſanatoria nullitatum dicitur ſatisfactũ, ſi in aliqua parte negotij principalis conſtet de bono iure obtinentis talem commiſſionem.*
3 *Acta facta contra procuratorẽ, cuius mandatum morte cõſtituentis expirauerat, non ſubſiſtũtur.*
4 *Mandatum morte conſtituentis re integra extinguitur.*
5 *Mandatum morte non extinguitur, ſi conſtituẽs obligauit ſe de iudicatum ſoluendo, & pro eo fideiuſſit.*
6 *Mandatum re non integra, morte conſtituentis non extinguitur. nu. 12.*
7 *Mandatum per mortem conſtituentis reuocatur ex coniectura, quod mors omnia ſoluit. num. 8.*
9 *Mandatum, ideo re integra morte reuocatur, quia non intereſt Domini, nec procuratoris.*
10 *Damnoſum, ſi quid eſt alicui, non præſumitur id voluiſſe.*
Damnoſam viam, nemo præſumitur voluiſſe eligere. num. 10.
11 *Procurator cõſtitutus, cum clauſula releuationis, concepta his verbis, de quibus hic, & cum fideiuſſione, iſta clauſula, quid operetur.*
13 *Mandatum in inhabilem non tranſit.*
14 *Procuratorem cõſtituere poteſt maior 14. annorũ.*
15 *Clauſula (arbitrio Rotæ) operatur relaxationem rigoris iuris ciuilis.*
16 *Aequitas maxima, quando ſuperabundat, tunc multo magis intrat commiſſio ſanatoria.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſionibus 115. & 172. quæ ſunt in eadem cauſa ſub diebus 7. Aprilis 1636. coram eodem bon. me. Motmanno, & 10. Nouemb. eiuſdem anni coram bo. mem. Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCXCVII.

POSTQVAM, iteratò conceſſis, & expeditis remiſſorialibus fuerunt examinati teſtes ſuper

vi,

Digitized by Google

vi, & metu Mariæ vxori illatis per Comitem eius virum, compertum eſt eos depoſuiſſe partim ante, partim verò poſt allegatum in iudicio obitum Comitis Ludouici dicti viri hæredis, ac collitigantis; Vnde pro parte Comitis Franciſci ipſius Ludouici fratris, ac ſucceſſoris opponebatur de nullitate examinis facti citato Procuratore eiuſdem Ludouici iam defuncti; Verùm vt multiplicatio expenſarum, & inutiles circuitus euitarentur, ex aduerſo præſentata mihi fuit commiſſio ſanatoria nullitatũ; quatenus adeſſent cum reſcripto, vt illis non obſtantibus conſtito de bono iure D. Pauli ad vlteriora procederem in negocio principali arbitrio Rotæ.

Et propoſito dubio, An intraret arbitrium, Domini affirmatiuè reſponderunt, quia conſtat de teſtamento, in quo Maria prædicta inſtituit Paulum, eius ex vxore nepotem, quam diſpoſitionem perimere non poſſunt poſteriores diſpoſitiones Mariæ factæ ad fauorem d.q. Comitis ſui viri, cum ipſamet illas nedum voce, ſed etiam ſcripto propter vim à d. marito illatam reuocauerit, quæ omnia confirmant teſtes etiam deponentes de huiuſmodi declaratione,
1 † per quam Comes prædictus cenſetur indignus donatione, ita notant *Bart. in l. final. quaſi antepen. ff. ſi quis aliq. teſt. probib. Bald. in l. 1. nu. 15. eũ Salic. in fin. C. eod. tit. Pariſ. conſ. 67. n. 119. vol. 3. Card. Mantic. de coniect. vltim. volũt. lib. 2. tit. 7. nu. 5.* ex quibus ſatisfactum eſt dictæ clauſulæ appoſitæ in commiſſione ſanatoria, quæ requirit quod in aliqua parte negocij principalis conſtet de
2 † bono iure obtinentis commiſſionem ad effectũ, vt non attendantur nullitates, *Veſtr. in prax. lib. 8. cap. 3. n. 9.* & faciunt quæ dixit *Rota poſt Zacch. ad Galleſ. de oblig. Camer. deciſ. 51. nu. 5.*

Nullitas autem examinis ex eo deducitur, quòd poſt obitũ Comitis Ludouici collitigãtis, & eiuſdẽ obitus iudicialem allegationem, ac illius ſucceſſoris indicationem minimè ſubſiſtãt actus proceſſus remiſſoriæ contra d. D. Comitem Ludouicum de-
3 functum, neq; ſuſtineantur † contra Procuratorem, cuius mandatum morte d. Domini conſtituentis expirauerat, vt per *Paul. de Caſtr. in l. ſi deceſſerit n. 5. ff. qui ſatiſd. cog.* Verùm hoc obiectum in præſenti caſu ceſſat, quia citationes, & alij actus prędicti concepti fuerunt in perſonam non modo d. Comitis, ſed etiã Procuratoris ad lites omnes ampliſſimè ab ipſo conſtituti cum clauſula releuationis ab onere ſatiſdationis de iudicio ſixti, & iudi-
4 catum ſoluendo: concluſio enim quòd † per mortem Domini mandantis re integra euaneſcit mandatum, *de qua in §. item ſi ad hoc. inſtit. de mand. & l. mandatum. C. eod. tit.* cum alijs adductis per *Gabr. de procur. concluſ. 2. nu. 1. & Card. Mantic. de ambig. contract. lib. 7. tit. 23. in princ.* recipit limi-
5 tationem in caſu procuratoris † pro quo ipſe Dominus conſtituens ſatiſdedit *iux. tex. expreſſ. in l. ſi defunctus. cum gloſ. in verb. compellendus. ff. de procur.* quia obligatio Domini de iudicatum ſol-
6 uendo, † & fideiuſſio operantur, quod res non dicatur integra, & propterea morte promittentis non extinguatur *Bald. in d. l. ſi defunctus. n. 3. ff. de procur. Bald. in d. l. ſi mandatum. nu. 4. C. mandat. Dec. in c. relatum. num. 2. verſ. notandum de offic. deleg. Caputaq. deciſ. 188. num. 1. par. 2.* quoniam
7 † reuocatio mandati per mortem inducta eſt ex cõ-
8 iectura, quod mors † omnia ſoluit; & vbi mors cõtingit re integra, ideo mandatum cenſetur tacitè
9 reuocatum, quia non intereſt † Domini neq; procuratoris; quæ tamen coniectura capi non poteſt quotieſcumque ſciente procuratore Dominus pro eo iudicatum ſoluere promiſit. Quia tunc inter Dominum & procuratorem, ea ratione res integra non dicitur, quod per admiſſionem reuocationis committeretur ſtipulatio iudicatum ſolui contra hæredes Domini cõſtituentis, ac fideiuſſores, quod non eſt dicendum neque veriſimile eſt Dominum
10 † voluiſſe id, quod ſibi damno eſſet, cùm nemo præſumatur velle eligere viam ſibi damnoſam, *Odofred. in d. l. ſi defunctus. nu. 2. & Alber. nu. 3. ff. de procur.* & ita cenſuit *Rota in Reatina Caſtri Poſtæ 15. Nouemb. 1586. coram bo. me. Orano* quam deciſionem ſequuta eſt *in Romana cenſus ſeu hæreditatis vlt. Ianuarij 1597 coram Litta.*

11 Dicta autem clauſula releuationis † his verbis concepta eſt, *Et volens d. Conſtituens releuare Procuratorem ſuum, & per eum ſubſtituendos ab onere ſatiſdationis, cauit de rato habẽdo iudicio ſiſtendo, & iudicatum ſoluendo, & inde, & per omnia fideiuſſit &c.* quę clauſula licet procurator fuerit abſens, quo tempore cautio fuit præſtita: operatur quod eo conſentiente conſtitutioni, vel patiente ita fieri, aut non contradicẽte compelli poſſit ad præſtandam defenſionem, quodq. vt ſupra
12 probatum eſt, † per mortem ipſius conſtituentis non ceſſet mandatum, quæ duo ſingulariter notant *Paul. de Caſtr. in d. l. ſi defunctus. num. 3. & ibid. Bellapert. nu. 1. & nu. 2. Odofred. nu. 1. & Fulgoſ. nu. 5. ff. de procur. Mantic. de ambig. d. lib. 7. tit. 23. num. 33.*

Ceſſat quoque difficultas excitata contra prædictam limitationem, quod ſcilicet non procedat in præſenti caſu, attenta minori ætate, in qua de tempore obitus q. Comitis Ludouici erat conſtitutus
13 Comes Franciſcus illius ſucceſſor in quem † tanquam inhabilem non potuerit transire mandatum iuxta *Creſcen. deciſ. 11. de ſent. & re iudic.* quia conſtat d. ſucceſſorem tunc fuiſſe maiorem octode-
14 cim annorum, cum tamen † ad conſtituendum procuratorem ſufficiat hæredem eſſe maiorem annis 14. *c. vlt. de iudic. in 6.* cuius textus diſpoſitionem æquitas ſuadet, vt amplectamur ſtante
15 clauſula arbitrio Rotæ, quæ † operatur relaxationem rigoris iuris ciuilis.

Cum itaque citato procuratore, cuius mandatũ non erat reuocatum, teſtes fuerint examinati ſuper interrogatorijs datis pro parte ſui principalis in locis à Iudice remiſſoriali iuxta facultatem ei traditam deputatis necnon aſſiſtentibus Notario, & Interprete pro parte eiuſdem Principalis nominatis, ac adhibitis omnibus diligentijs in ſimilibus
16 adhiberi conſuetis, maxima † æquitas ſuperabundat pro commiſſione ſanatoria, quam agentes pro D. Paulo de Berlo cũmularunt, vt allegatis pluribus deciſionibus Rotæ antiquæ, & modernę fuit dictum in *Nullius iuriſdictionis 11. Decembr. 1617. coram R. P. D. meo Pirouano.*

Neque validitati d. examinis obſtat allegata omiſſio

tamen probatio ad eundem effectum deberet eſſe
plena & concludens, *Hond.conſ.78.num.70.lib.2.*
Menoch. præſumpt.18. nu.7. lib.1. Rota deciſ.577.
nu.7.par.1. diuerſ. & 384. num.2.par. 1. recent.
4 nec ſufficit probatio de aliquo tempore, † ſed de
continuo, & de tempore contractus debent teſtes
concludere *l.2. & l.qui teſtamento.§. quæcumque.*
ff. de teſtam. Boer. deciſ.23. num.78. Hond.conſ.78.
nu.71. vol.2. & deciſ.364. nu.3. par.1. recent.

Deponunt enim omnes, qui ſunt ſex, non de dementia & ſtultitia Adrianæ, ſed quod erat ſimplex
innocens, & debilis ſuorum ſenſuum, & vocabatur
fatua domicella abſque expreſſione ſignorum ſtultitiæ, & dementiæ, & quod nunquam habuit dilu-
5 cida interualla, quæ ſimplicitas, † innocentia, fatnitas, & ſtupiditas, cum differant à furioſo, & mente capto, quandoquidem in prima ſpecie non careant intellectu, licet integrum animi vigorem nõ
6 habeant, in ſecunda vero † ſpecie vſum rationis
non habeant *Caſtrenſ.in l.ſi frater. in princ. C.qui teſtam. fac. poſſ. Dec. conſ. 112. nu.2. Pariſ.conſ. 88. num.37. & ſeq. Menoch. præſumpt.45. nu.66. & 68. lib.6. Rota dec. 107. nu. 29. & 129. nu. 15. par.2. diuerſ.* ideo ſufficiens non eſt ad annullandũ
7 renunciationem, prout nec alium † quemcumque
actum etiam matrimonij, aut profeſſionis, aut donationis, aut teſtamenti, *Rota d.deciſ.107. nu.26. ſequendo Soccin. ſen. conſ.47. nu.9. lib.3. & Galliaula in l.1. num.62.ff. de verb. oblig. & deciſ.366. nu.4. coram bo.me. Card. Caualerio*, & in fortiori
caſu de teſtamento Rutilij Gracchi non obſtante,
quod in eo concurrerent diuerſa ſigna dementiæ,
8 † ſed non careret totali vſu rationis, & intellectus
pro valido fuit reſponſum 15. *Decembris* 1618. *coram bo.me. Remboldo.*

Præterea ijdem teſtes eorum dicti rationem nõ
afferunt, quare Adriana ſit demens, & ſtulta, aut
ita ſtupida vt careat in totum vſu rationis, prout
neceſſarium eſt, quando agitur, vt in præſenti de
9 probanda qualitate animi, quæ aliter † quam per
actus exteriores probari non poteſt, ex quibus interiora inducantur ſecundum *Gloſ.in l. is qui.§.dictus in verb. ſermonibus, quam ibidem ſequuntur Bart. & Bald.de tutor. & curator.datis ab his Soccin. ſen. conſ.42. nu.6. lib.1. Alex. conſ.147. n.16. lib.7.* ſed tantummodo dicant fatuam, ſimplicem,
ſtupidam, quæ qualitas vt dicebatur non auſert to-
10 talem vſum † intellectus, & rationis, ideo probatio remanet imperfecta, & æquiuoca, & irrelenans
pro annullatione renunciationis, maximè quia ad
concludendam veram dementiam, furorem, & in-
11 ſaniam, ac carentiam intellectus, † ſolent ponderari multa ſigna, & præſumptiones per Doctores,
quæ cumulantur per *Menoch. præſumpt. 45. num. 22. & ſeq. lib.6.* & de illis per teſtes nulla mentio
habetur.

Quinimmò pro eadem Adriana multa concurrunt ad probandum, quod non careret intellectu,
nam teſtes deponunt de fatuitate & ſimplicitate
Adrianæ, etiam dum eſſet puella, & tamen matrimonium contraxit, cum viro ſuo habitauit abſque
12 alia dementiæ † querela, quod aliàs contrahere
non potuiſſet *cap.dilectus de ſponſal. Dec.conſ.112. in princ.* Præterea filijs ſuis diuidentibus bona
paterna poſt obitum patris interuenit cũ ſuo mamburno, ſeu tutore de anno 1565. renunciando proprio iuri vſuſfructus, & à Magiſtratu fuit admiſſa,
& idem contigit in renunciatione, quam fecit de
anno 1570. in qua fuit à Magiſtratu pariter admiſ-
13 ſa, quo caſu præſumitur fuiſſe † ſanæ mentis ad eũdem actum ſuſtinendum, *Dec. conſ.448. num.14. Pariſ. conſ.88. num.34. lib.3. Boer. q.23. num.80. Menoch.eadem præſumpt.45. nu.21. verſ.ita etiam* quando à Magiſtratu, & facilius id admittens quã-
14 do † actus ille perſonæ prudenti conuenit ſequendo *Dec. d. conſ. 448. num. 15. & Rota deciſ.377. num.4 par.1.diuerſ. & idem admittitur in allegata deciſ.366.num.8.coram bo.me. Card.Caualerio*,
& de huiuſmodi actu renunciationis facto per Adrianam cõtemplatione matrimonij Vualteri eius
filij cũ Cæcilia, ac prolis ab eis ſuſpiciendæ dubitari nõ poteſt, quin cõueniat perſonæ ſanę mentis,
cum tendat ad propagationem ſuæ deſcendentiæ,
& conſeruationem, ac etiam fuerit factum in executionem præcedentis diuiſionis de anno 1565. ratificata, in quibus omnia prudenter, & cautè geſta
per Adrianam leguntur.

Non obſtat, quod ſextus teſtis deponat Adria-
15 nam capillos, † aliquando ſuos delaceraſſe, & alaphis, & pugnis ſe ipſam percuſſiſſe; quia vltra quod
ſingularis eſt, non videtur probabile dementiæ ſignum, cum potuerit ab atra bili, & malanconia
16 proueniſſe, † quæ non infert ad ſignum dementiæ
indubitatum, vt latè diſſerit, & probat idem *Menoch.d.præſumpt.45. num.58. lib. 6.*

Demum non releuat, quod eidem Adrianæ poſt
duos menſes à die renunciationis factæ deputati
17 fuerint ei curatores, vti dementi, quod inter † ſigna
ad probandam dementiam, & carentiam intellectus ſolet ponderari per *Ang. & Salic. in l. cum. Te C.de probat.* & alios per eundem *Menoch. allegatos in d. præſumpt.45. n.44.*

Quia ex lectura eiuſdem deputationis tollitur
18 obiectum, in qua non declaratur Adrianam † inſanam, & ſtultam, ſed ad aſſertionem parentum exponitur, propter Impotentiam mentis non eſſe ido-
19 neam ad ſe ſuaſq. res gerendas, quæ † mentis impotentia poteſt intelligi de tali etiam, quæ non inferat ad carentiam totalis intellectus vt ſupra fuit
diſtinctum.

Et ita fuit reſolutũ vtraq; parte informante &c.

§ *In eadem cauſa ſupra in hac partę habetur alia ſub die 29. Aprilis 1637. coram R.P.D.Carillo, & eſt deciſio 214. & infra aderit altera ſub die 22. Martij 1638. coram eodem R.P. D. Carillo.*

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Lunæ 15. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM.

Ad declaratoriæ relaxationem, quando deueniatur, & quibus ſeruatis procedatur ad aggrauatoriam.

SVMMARIVM.

1 *Mandatum Rotale poſtquam parti eſt præſentatum, ſi negligat illud obedire, contra eam relaxatur declaratoria.*

2 *Declaratoria poſtquam ritè, & rectè eſt intimata, & pars fuit expectata per decem dies, & accedentibus terminis ad videndum ſe grauari, tunc bene proceditur ad aggrauatoriam.*

3 *Cenſuras, quando quis ſubſtinet, rectè deuenitur ad aggrauatoriam.*

4 *Obedire labijs non ſufficit, ſi operibus poſtea contradicatur.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 20. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 12. Februarij 1635. coram eodem Reuerendiſs. Coccino.

DECISIO CCXCIX.

CAPITVLVM ſtatuit, quod ſingulis diebus
darentur Portionarijs regalia tria pro diſtri-
butionibus, quod ſtatum per plures annos fuit ob-
ſeruatum, donec Capitulum cœpit prætendere,
fructus eſſe diminutos, cuius contrarium præuijs
pluribus relationibus Peritorum, vt in deciſioni-
bus in hac cauſa factis, plenè conſtitit Rotæ. Qua-
re ab ea fuit conceſſum mandatum de manutenen-
do dictis Portionarijs cum comminatione cenſu-
1 rarum, illudq; fuit legitimè intimatum † dicto ca-
pitulo, quod cum neglexerit obedire, fuit contra
illud relaxata declaratoria, qua ritè, & rectè inti-
mata, & affixa in locis ſolitis, cum à die intima-
tionis Capitulum fuerit expectatum, nedum per
decem dies, prout requiritur, ſed etiam per plures
menſes, accedentibus terminis ad videndum ſe
2 aggrauari, qui † ſinguli debent ſeruari ad primam
diem, vel etiam per totam, cum interuallo decem
dierum inter vnum, & alium à ſingulorum publi-
catione, vt habetur in formulario Rotali *nu* 5. *&* 8.
Veſtr. in praxi lib. 8. *cap. fin. nu.* 19. *Marcheſ. de
commiſſ. par.* 1. *cap.* 5. *nu.* 212. *fol.* 215. ſupereſt, vt
detur aggrauatoria, quam Domini reſoluerunt
3 eſſe † dandam, quia Capitulum non paret, ſed cen-
ſuras ſuſtinet, *Abb. in cap.* 2. *in princip. & nu.* 9. *de
cler. excom. adminiſtr. Specul. tit. de accuſat. §. ſe-
quitur porrò num.* 2. *Soccin. in cap. perpendimus
nu.* 248. *&* 252. *de ſent. excom. Veſtr. in praxi lib.*
5. *cap.* 14. *nu.* 4 *& melius dicto lib.* 8. *cap. fin. nu.* 19.
& 20. *Adden. ad deciſ.* 2. *nu.* 53. *& fuit dictam in
cauſa Vallisoletana penſionis* 29. *Nouembris* 1624.
*coram R.P.D. meo Merlino, & in cauſa Legionen.
Canonicatus* 14. *Martij* 1625. *coram bon. mem.
Manzanedo.*

Exceptuarunt tamen ab iſtà aggrauatoria De-
canum Theſaurarium, Archipresbyterum de Bel-
chite, & Canonicum Petrum Moles, qui tanquam
obedientiæ filij ab initio promptam obedientiam
4 obtulerunt, non autem alias dignitates, quæ † etſi
labijs hoc idem profeſſæ ſint, operibus tamen
contradixerunt.

Plures deciſiones in hac cauſa habentur ſupra ad deciſionem 12. quibus adde aliam ſub die 3. Decembris 1640. coram R.P.D. Panzirolo.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana ſcutorum 24. mil.

Die Veneris 20. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Iura realia ex fideicommiſſo competentia quibus hypotecis præualeant. Iura perſonalia licet non poſſint cedi tamen, quando id ceſſet, & quando non dicantur perſonalia. De euictione emptor, quando nequaquam agere poſſit. Exceptiones omnes, quæ competebant venditori competunt etiam emptori, quod procedit etiam ſi non doceatur de ceſſione iurium.

SVMMARIVM.

1 *Iura realia ex fideicommiſſo competentia præualere debent quibuſcúque hypotecis ab alijs, quàm à fideicommittente poſt ipſius fideicommittentis obitum.*

2 *Contrahentium mens colligitur ex proemio.*

3 *Creditor qui conſentit debitori alienanti, ius pignoris remittit.*

4 *Limitatio eſt exceptio, quæ modificat actum.*

5 *Ceſſionarius ſuccedit in ius cedentis, & reputatur eadem perſona.*

6 *Iura perſonalia cedi non poſſunt.*

7 *Iura mixta ſunt apta tranſire in quemcumque ſucceſſorem tam actiuè, quàm paſſiuè.*

8 *Fideiuſſoribus etiam competunt exceptiones rei cohærentes, licet ſit perſonalia.*

9 *Iura non dicuntur perſonalia, ſi verba perſonalia appoſita in contractu, ſint appoſita ad deſignandas perſonas contrahentium.*

10 *Iura perſonalia rei cohærentia competunt cuicumque ſingulari ſucceſſori.*

11 *Emptor poteſt ſe defendere iuribus, & exceptionibus competentibus venditori.*

12 *Ceſſione etiam non facta emptor poteſt ſe defendere iuribus competentibus venditori.*

13 *de Euictione agere non poteſt emptor, ſi ſcienter emit bona litigioſa.*

14 *de Euictione promittens in certis bonis, non tenetur in alijs.*

15 *Euictionis caſus, quando non euenit, nulla oritur actio contra promittentem de ea.*

16 *Bona litigioſa quando emuntur, valde veriſimile eſt, quod ſint empta viliori pretio, vt communiter accidit.*

17 *Emens rem litigioſam viliori pretio, ſi illa ei euincatur, ſibi imputet.*

18 *in Deciſionibus, à quibus Rota poſtea receſſit, non eſt faciendum fundamentum.*

19 *Bona hæredis non poſſunt dici ipſius propria, ſi reperiantur ſuppoſita antiquiori fideicommiſſo.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 155. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 16. Iunij 1636. coram eodem R.P.D. Panzirolo.

DECISIO CCC.

DVM Comites de Corbaria tenutam Salicis, & Caſtrum Fabri, tamquàm fideicommiſſariam q. Petri eorum maioris à Iulia Cæſarina, & ſucceſſiuè à Liuia Capranica illius hærede, auocare tentabant; Placuit bon. me. Cardinali Alexandrino, obtenta derogatione vitij litigioſi, emere partem dictæ tenutæ precio ſcutorum 57. mil. cum promiſſione Liuiæ venditricis de euictione generali in ſolis hæreditarijs Iuliæ, & in proprijs bonis quatenus ea ſequuta fuiſſet ex facto, & dato ſuo tantùm.

Verùm cum Dominus Marchio Bonellus dicti Cardinalis hæres, euictionem tenutæ de proximo ſecuturam timeret, ex quo Comites per plures deciſiones Rotales obtinuerant canonizari fideicommiſſum eiuſdem tenutæ, bonorum identitatem, & cætera incumbentia, præſertim cum cauſa reperiretur commiſſa appellatione remota, itaut ſola ſupereſſet ſententia ferenda egit de acquirendis iuribus dictorum Comitum, prout tandem mediante ſolutione ſcutorum 24. mil. tenutæ liberationem conſequutus eſt, cum expreſſa proteſtatione repetendi dictam quantitatem à Liuia, & ab alijs quibuſcumque quomodolibet obligatis etiam vigore ceſſionum, & obligationum factarum à creditoribus, & Legatarijs Iuliæ Cæſarinæ ad fauorem dicti Cardinalis, non tamen contrà Comites de Corbaria, qui Comites viceuerſa in eodem inſtrumento declararunt ad talem concordiam deueniſſe cum reſeruatione ſingulorum iuriũ, & actionum ipſis competentium, tam vigore fideicommiſſi q. Petri, quàm deciſionum Rotalium iam tunc emanatarum, & aliàs quomodolibet competentium ſuper omnibus, & ſingulis bonis poſſeſſis per Liuiam intra dictam tenutam Salicis, & alibi exiſtentibus pro illorum recuperatione.

Eodem tempore animaduertens Liuia, etiam ſibi euictionem imminere, tàm in dicto Caſtro Fabri, quàm in alia parte tenutæ Salicis à ſe poſſeſſæ, ex quo euictio totius pendebat ab vno, eodemq. fideicommiſſo, emit pariter iura dictis Comitibus, vt ſuprà reſeruata, precio ſcutorum 16. mil. pro ſe ipſa, non vti hærede Iuliæ Cæſarinæ, ſed nomine proprio, ac veluti priuata perſona, & pro eius hæredibus, & ſucceſſoribus quibuſcumque.

Poſt hæc autem cum Marchio pro recuperandis dictis ſcutis 24. mil. obtinuiſſet ſententiam fauorabilem, ac etiam relaxari mandatum cõtrà bona hæreditaria Iuliæ, cœpit prætendere inter hæc etiam comprehendi debere, & Caſtrum, & partem illam tenutæ, quam Liuia, vt ſuprà præuia iurium ceſſione ſibi facta à Comitibus liberauerat; vndè cum dubitaſſem, An ſententia R. P. D. mei Veroſpij eſſet confirmanda, vel infirmanda, Domini ordinarunt, vt prius videretur ſuper intellectu prædicti pacti, & poſt plures cauſæ propoſitiones, tandem re maturè diſcuſſa, fuit hodie reſolutum Domini Marchioni obſtare pactum, cum illud non alia ratione videatur in tranſactione appoſitum, niſi quia Comites ad propriam ipſorum, nõ autem ad Marchionis vtilitatem, voluerunt poſſe quandocumque auocare à Liuia reliquum tenutæ, & alia bona per eam poſſeſſa, ac eidem fideicommiſſo ſubiecta. Et ſic manifeſtè repugnat quod hæc eadem bona poſt tranſactionem, ſubiecta remanſerint euictionibus Marchionis. Etenim reſeruatio ab ipſo facta repetendi dictam quantitatem à Liuia, ſeu ab alijs, debet reſtringi ad bona, quæ fuerint verè hæreditaria Iuliæ, non autem extendi ad comprehenſa ſub fideicommiſſo Comitum, cum hæc tamquam non propria Iuliæ, non ſolum excluderentur vigo-
1 re pacti, ſed etiam quia † iura realia ex huiuſmodi fideicommiſſo Comitibus competentia præualere debuerunt quibuſcumque hypothecis acquiſitis ab alijs, quàm à fideicommittente poſt ipſius fideicommittentis obitum, *l. fin. § ſin autem, C. com. de legat. Rota deciſ.* 110. *num. 34. verſ. alienatio verò, part. 2. diuerſ.*

Idque manifeſtius viſum eſt apparere, etiam ex eo, quia licet Marchio in tranſactione proteſtatus eſſet de ſe releuando à Liuia, & alijs obligatis abſque vlla limitatione, itaut nec etiam Comites cen-
2 ſerentur excluſi, nihilominus † ex prohemio colligitur Liuiam recuſaſſe contrahere cum his reſeruationibus generalibus, & ideò in diſpoſitiua dum Marchio repetijt ſuorum iurium præſeruatiuam, conſenſit etiam pacto limitatiuo de illis nõ vtendis contra Comites quoad bona in dicta tenutâ Salicis poſſeſſa per Liuiam, & alia eidem fideicommiſſo ſubiecta; quare Marchio conſentien-
3 do pacto prædicto, † cenſetur ſolum ceſſionem iurium ſibi factam limitaſſe quoad tenutam ſibi venditam, reſpectu verò reſidui poſſeſſi à Liuia omninò remiſiſſe, *l. 2. & fin. C. de remiſſ. pign. l. ſi debitor. § 1. & l. ſicut § ſi voluntate ff. quib. mod. pign. vel hypothec. ſol. Neguſ. de pign. 3. membr. 6. par. num. 12. poſt princ. verſ. neque ergo*. Et propterea ſicut ſi Comites auocaſſent à Liuia tenutam, & alia bona non potuiſſet Marchio contra illam ſe re-
4 leuare ſtante pacto prædicto, cum † limitatio ſit exceptio, quæ modificat actum, *Surd. deciſ. 163.*
5 *num. 17. verſ. & Ius*; ità huiuſmodi reſeruatio † ſuffragatur Liuiæ ratione ceſſionis iurium ab eiſdẽ Comitibus acquiſitæ, *l. emptori, C. de hæred. vel act. vend. Surd. conſ. 22. num. 16. & ſeqq.* Vndè attenta ſerie totius facti, viſum eſt Dominis intentionem contrahentium aliam non fuiſſe, quàm ſingulorum indemnitati conſulere in quantum fieri poſſet; Marchioni quidem dum precio ſcutorum 24. mil. acquiſiuit plenam liberationem tenutæ à ſe poſſeſſæ, quæ cũ fuiſſet empta pro ſcutis 57. mil. euitauit damnum de proximo euenturum, ſaltem in ſcutis 33 mil Comitibus, quia vltrà receptionẽ ſcutorum 24 mil. præſeruarunt ſibi iura vendicandi reſiduum fideicommiſſi, quod poſſidebatur à Liuia, vel conſequendi æſtimationem eodem modo, quo factum fuerat cum Marchione; Et denique Liuiæ, quia iura Comitum emendo acquiſiuit hoc bonorum reſiduum, cuius pariter ſibi euictio imminebat, quod certè nullatenus emiſſet, ſi aliàs

dictis euictionibus affectum remanſiſſet. Et ſic à
primo ad vltimum iura inter prædictos viſa ſunt
fuiſſe hinc indè præſeruata, non vt vnus alterum
moleſtaret, ſicut Marchio intentat, ſed veriùs, vt
vnuſquiſque illis vti poſſet ad proprium commo-
dum; Marchio pro tuendis emptis, Liuia pro reſi-
duo acquirendo, & Comites, vt ab vtroque pro ra-
ta tutè pretium conſequerentur.
6 Nec obſtat quod iura Comitum † vti perſona-
lia cedi non potuerint. Quia licet iſta iura perſo-
nam tangant, rei tamen coherent, & ideò dicun-
7 tur † mixta perſonæ competentia ratione bonorũ,
& ſunt apta tranſire in quemcumque ſingularem
ſucceſſorem actiuè, & paſſiuè, *Imol.in l. ex perſo-
na ff. de fideiuſſ* vbi quod ſimiles exceptiones rei
8 cohærentes, † competunt etiam fideiuſſoribus, li-
cet ſint perſonales. *Vegius conſ.56. nu.21. & ſeqq.*
Quinimò ex lectura pacti viſum eſt potius colligi,
verba illa (ipſis competentia) fuiſſe appoſita ad
9 deſignan. perſonas illorum, † cum quibus fuit fa-
cta conuentio, non vt pactum perſonale conſtitue-
retur, ſecundum aduertentiam *Bart.in l.qui in fu-
turum, §.ſi ex altera, nu.1.verſ.certè regula, & in
l.Iuriſgentium, §.pactorum, ff. de pactis. Mantic.
de tacit.lib.1.tit.7. num.3. verſ.ſed id non tam ex
verbis.* Et ceſsat difficultas, quia ſolùm hic agitur
10 de repellendo Marchione agente de euictione, †
quo caſu etiam perſonalia rei cohærentia compe-
tunt cuicumque ſingulari ſucceſsori, *Roman,
conſ.31 t. in princip.* & regulare eſt, quod emptor
11 poſſit ſe defendere iuribus, † & exceptionibus cõ-
petentibus venditori, *l.emptori, C.de euict.Pariſ.
conſ.104.nu.56.lib.1. Aymon.conſ.148.nu.1. Rota
12 deciſ.97.nu.1.par.2. in recent.* Etiam † non facta
ceſſione iurium, *l.qui à debitore, ff.qui pot. in pig.
hab.Surd.conſ.183.nu.18. Rot.coram Mantic.de-
ciſ.69. num.3. coram Reuerendiſs.D.meo Coccino
Decano deciſ.359.n.2. & in cauſa Spoletana Sal-
uiani 2. Aprilis 1607. coram Eminentiſs. D. Car-
dinali Pamphilio*, Ergo multo magis ſtante am-
pliſſima ceſſione.
Nec dicatur, quod quatenus etiam iſta bona
fuerint effecta propria ipſius Liuiæ, nihilominus
poteſt Marchio contra ea experiri vigore promiſ-
ſionis factæ Cardinali in inſtrumento venditionis;
13 quia cum † Cardinalis ſciuerit, bona eſse litigio-
ſa, Marchio, vt illius hæres non valet agere contrà
bona propria Liuiæ per text. *in l.ſi fundum, C. de
euict.Tiraq de retract.lib.1.§.12.gloſ.1. num.14.
Peregr.de fideic.art.52.nu.58.verſ.tertius quando
emptor, Fuſar.poſt alios de ſubſtit. quæſt. 599.
nu.17.Put.deciſ.250.lib.2. in correctis.* Et tolli-
tur difficultas, quia Liuia in venditione promiſit
de euictione generali in ſolis hæreditarijs Iuliæ.
Vnde cum iſta bona non ſpectarent ad Iuliæ hære-
14 ditatem, ſed Comitem, vt ipſe Marchio † agno-
uit magnificando concordiam à ſe factam, non po-
tuerunt à Liuia hypothecari, ad text. *in l.1. §.1.ff.
de pign.l.rem alienam, ff.de pign.act.* Et dum Liuia
ſe obligauit de proprijs, id fecit non generaliter,
ſed quatenus euictio ſequeretur ex dato, & facto
15 ſuo tantum, qui caſus, † cum non euenerit, nulla
oritur actio contra ipſam, vt ponderat *Caſtrenſ.in
l.emptorem, ff.fin.nu.1.poſt med.verſ.ſecundus ca-
ſus, ff.de act.emptor. Natta conſ.181.nu.7.* vltra
quod vnus ex Dominis addebat, nil mirum, ſi Li-
uia voluerit ſe obligare de dato, & facto ſuo tan-
tum, quia cum iſta bona de tempore emptionis
16 eſſent litigioſa, † valdè veriſimile eſt fuiſſe empta
viliori precio, vt communiter cõtingit, itaut Mar-
17 chio non † poſſit conqueri, iuxta trad.per *Rot. de-
ciſ.648.nu.2.par.1.in recent. & coram Greg.XV.
deciſ.553.nu.12.& ſeqq.*
Minus viſum eſt releuare, fuiſſe iam deciſum
corã Dominis meis Quæippo, & Motmanno, quod
ſolutis ſcut. 16.mil. D. Franciſco Capizucco hære-
di Liuiæ, fideicommiſſarij Iuliæ Cæſarinæ, eſſent
immittẽdi in poſſeſſionem bonorum, ſuper quibus
Liuia concordauerat, & ideò Marchionem poſſe
agere de euictione contra eadem bona, tamquam
18 hæreditaria eiuſdem Iuliæ; Quia hodie † Domini à
dictis deciſionibus receſſerũt proponente cauſam
eodem Domino meo Motmanno, ex eò præcipuè,
quod dicta bona nullo modo poterant dici hæredi-
19 taria Iuliæ, cum ex ſupra deductis † reperirentur
ſuppoſita antiquiori fideicommiſſo Corbariorum,
firmato per tot deciſiones Rotales, & à Marchio-
ne in ſua tranſactione approbato, & ex alijs ratio-
nibus latè in dicta deciſione ponderatis.
Admiſsa ergò hac pacti intelligentia, Domini
cenſuerunt, Marchionem experiri quidem poſse
contra bona hæreditaria Iuliæ, non autem contra
iſta huic pacto ſubiecta, ac proindè ſententiam
R. P. D. mei Veroſpij in hunc ſenſum eſse confir-
mandam.
Et ità deciſum parte vtraque, &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Peruſina Laudi.

Die Veneris 26. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM.

Bona aliqua, quod peruenerint ad hæredes, ex quibus dicatur conſtare. In diuiſione facienda inter cohęredes de bonis hęreditarijs quã do procedatur per viam permutationis. Teſtes examinati per viam exceptionis, quando non probent, ſi agatur per viam actionis.

SVMMARIVM.

1 *Negatiua qualitatis, & quantitatis ab opponente debet probari.*
2 *in Bonis fratris, ſoror non poteſt prætendere aliquam legitimam.*
3 *in Diuiſione facienda, quando inter diuidentes ſit agendum per modum permutationis. & n.4.*
5 *de Liquido ad non liquidum non datur compenſatio.*
6 *Laudum, quando eſt per ſententiam declaratum nullum, non eſt amplius habendum in conſideratione.*
7 *Teſtibus examinatis in alio iudicio per viam exceptionis, deinde agendo per viam actionis, quis non poteſt vti.*
8 *Put.deciſ.64.lib.1.declaratur, & nu.10.*

9 Te-

Digitized by Google

9 *Teſtes per viam exceptionis examinati non probant pro inducente, quando inſtituens nouum iudicium illis vult vti per viam actionis.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 23. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 2. Martij 1635. coram eodem bo. me. Motmanno.

DECISIO CCCI.

CVM hæredes Io. Antonij ſe opponentes relaxationi mandati executiui pro reſtitutione medietatis fructuum, quos Ioſephus iunior Ioannis Baptiſtæ cohæredis filius integrè perſoluit Collegio creditori ratione cenſus hæreditatis Marcelli non acquieſcerent deciſionibus in hac cauſa factis 3. Iulij ſuperioris anni, * & 2. Martij præteriti, * denuò propoſui cauſam ſuper eiſdem, & Domini perſtiterunt in deciſis.

Quia ex teſtibus pro parte eiuſdem Ioãnis Antonij examinatis, ac ex inuentario illius hæreditatis, quod prædicti hæredes confecerunt, conſtat duo prædia de hæreditate Marcelli fuiſſe eidem Io. Antonio in executionem præcedentis concordiæ conſignata per D. Ioſephum, qui ad reſtitutionem medietatis bonorum huiuſmodi hæreditatis in ea fuerat condemnatus, & ideo rectè petit ſibi reſtitui pro medietate fructus cenſus, quos integrè perſoluit Collegio creditori hæreditatis dicti Marcelli debitoris.

Cui reſolutioni non obſtat, quod neque dicta conſignatio prædiorũ, de qua ſimpliciter deponũt teſtes, neque eorũ deſcriptio facta in inuentario ſine confinibus probent ea eſſe medietatem bonorum, quæ Marcellus reliquit in ſua hæreditate, vel excludant alios cenſus propter æquationem ſupradictæ hæreditatis Marcelli faciendam pro integra medietate, eo quod in laudo poſt dictam cõcordiam lato Io. Antonius fuit etiam conſtitutus creditor d. Ioſephi iunioris ratione legitimæ debitæ Vincentiæ eius ſorori defunctæ in bonis Ioſephi ſenioris communis Patris; Quoniam eo ipſo, quod ex tenore concordiæ conſtat Ioſephum teneri Ioanni Antonio conſignare integram bonorum Marcelli medietatem, & de actu conſignationis non dubitatur, onus probandi, quod prædia conſignata non æquent medietatem, incumbit dictis Ioannis Antonij hæredibus, qui poſſident bona conſignata vigore eiuſdem concordiæ, & inficiantur eorum quantitatem iuxtà concluſionem,
1 quod negatiua † qualitatis, & quantitatis ab opponente debeat probari de qua *per gloſ. in l. 2. verſ. negatiuæ qualitatis ff. de probat. & in c. bonæ il 1. in verb. per rerum naturam de elect.* quam concluſionem comprobat *Menoch. de præſumpt. lib. 2. præſum. 50. nu. 16.* & concurſus aliarum cauſarum deductus ex credito legitimæ, vt ſupra debitæ cum ratione illius inita fuerit ſpecialis conuentio de conſignandis Ioanni Antonio bonis paternis non impedit, neque dubiam reddit probationem conſignationis d. medietatis bonorum Marcelli ex cauſa præcedentis concordiæ, ad quam ea etiam ratione referri debet huiuſmodi conſignatio præ-
2 diorum, quod in bonis ipſius Marcelli, cum † ipſe non eſſet Pater, nulla Ioanni Antonio, neque eius ſorori competebat legitima.

Neque ex eo quod integrum Miraldoli prædiũ, non autem pro medietate traditum Ioanni Antonio fuerit, excluditur cauſa dictæ æquationis faciendæ habita ratione ad quantitatem bonorum,
3 eorumque diuiſionem † inter ipſos peragendam per modum permutationis, cui ſimilis eſt deciſio *l. 1. cum gloſ. & Bald. C. comm. vtr. iud.* ita enim facienda erat diuiſio, vt pars vnius prędij commu-
4 nis, quod in totum concederetur † vni permutaretur cum parte alterius, quod in totum concederetur alteri, quemadmodum explicat *Corn. in conſ. 108 nu. 1. vol 3.*

Neque obſtat, quod attento credito d. legitimæ, & illius fructuum in ſumma ſcutorum 1960. videatur locum eſſe compenſationi cum credito fructuum cenſus, de quibus agitur. Quia cum de huiuſmodi credito legitimæ aliunde non conſtet,
5 quàm ex laudo, † quod vti nullum à Rota iam declaratum, aliquem effectum producere non poteſt, creditum ibi firmatum remanet illiquidum, &
6 de illo ad creditum fructuum cenſus, † quod eſt liquidum compenſatio fieri non poteſt *l. vltim. C. de compenſat.*

Neque obſtat, quod teſtes fuerint examinati in alio iudicio ad inſtantiam d. Ioannis Antonij per
7 viam exceptionis, † quibus propterea Ioſephus nunc agendo nomine Collegij, vti non poſſit *iux. Put. deciſ 64. lib. 1.* Quia ex actis patet eos fuiſſe examinatos ad inſtantiam ipſius Io. Antonij agen-
8 tis pro executione d. laudi, & deciſio † Putei ſolummodo dicit, quod teſtes per viam exceptionis
9 examinati non probant pro inducente, † quando inſtituens nouum iudicium illis vult vti per viam
10 actionis, neque dicta † deciſio vllo modo concludit, quod teſtes ità inducti minimè probent in quocumque iudicio contra ipſum inducentem.

Et ita vtraque parte, &c.

* *Sunt deciſiones 296. & 23. ſupra in hac parte.*

Et in prima par. habentur nonnullæ deciſiones in hac cauſa, ideſt ſub diebus 13. Martij 1628. & 11. Maij 1629. coram Reuerendiſſimo Vrgellen & 22. Aprilis 1630. coram bo. me. Reuerendiſſ. Coccino, ſunt deciſiones 155. 282. & 369. & in par. 2. adeſt alia ſub die 13. Nouembris 1632. coram eodem Coccino eſt deciſio 159.

R. P. D. PANZIROLO.

Comẽn Beneficij,

Die Veneris 25. Maij 1635.

ARGVMENTVM.

Beneficij vacatio, exiſtentia Iuriſpatronatus, habilitas ad obtinendum d. beneficium, & præſentatio facta à patronis intra legitima tempora, quando hæc omnia ſunt probata, inſtitutio non eſt deneganda præſentato. Iuſpatronatus ſi ſpectet ad vniuerſitatem, quan-

do

Digitized by Google

do requiratur exacta probatio ob timorem vſurpationis, & quando non.

SVMMARIVM.

1 *Præſentato quando non poſſit denegari inſtitutio.*

2 *Beneficium non poteſt dubitari an ſit vacans, ſi vtraque pars veniat ex eadem vacatione.*

3 *Iuriſpatronatus exiſtentia, & effectuatio, quando dicatur plenè probata.*

4 *Præſentati habilitas ex quo iuſtificetur.*

5 *Inſtrumenta faciunt plenam probationem.*

6 *de Iurepatronatus Vniuerſitatis quando agitur, hoc caſu ob timorem vſurpationis præter effectuationem præſentationum ſpatio 50. annorũ requiritur immemorabilis.*

7 *Immemorabilis probatio requiritur, quando vniuerſitas prætendit ad ſe ſpectare iuſpatronatus, quod procedit etiamſi vniuerſitas ſit parua.*

8 *Iuriſpatronatus lis quando ſolum eſt inter præſentatos, & Ordinarius non eſt in cauſa, tunc licet ſimus in perſonis, in quibus cadat præſumptio vſurpationis non requiritur tam exacta probatio.*

9 *Ordinarius, quando non dubitat de iurepatronatus, leniores probationes admittuntur.*

10 *Vniuerſitas, quando præſentat communiter vti vnum corpus, ea præſentatio eſt attendenda, & non illa facta ſeorſim à perſonis particularibus.*

11 *Præſentatio facta longe poſt tempus ad præſentandum in Edicto præfixum non attenditur.*

12 *per Vniuerſitatem quando aliquid peragendum eſt, ſi legitimè fuerit congregata, & aliqui non venerint, tunc illi perinde habendi ſunt, ac ſi de vniuerſitate non eſſent, neque in numero.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 82. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 11. Ianuarij 1636. coram eodem R.P.D. Panzirolo.

DECISIO CCCII.

PRO maiori parte Communitatis loci Comani, & Io. Baptiſta Zambello ſolum informantibus Domini reſponderunt; Zambellum eſſe inſtituendum in Eccleſia Parrochiali S. Mariæ eiuſdem loci, quia in eo concurrunt omnia requiſita.
1 Videlicet vacatio beneficij, † exiſtentia iuriſpatronatus, habilitas ad obtinen. d. Eccleſiam, & præſentatio à patronis infra quatuor menſes facta coram *Ordin. cap cum Bertoldus vbi Abb. nu. 12. de Iurepat. Rot. deciſ. 337. nu. 1. par. 2. rec. & in Neocaſtren. Capp. 10. Iunij 1615 coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano, & in Burgi S. Sepulcri beneficij 25. Maij 1626. coram R. P. D. meo Merlino.*
2 Quod beneficium eſſet vacans, † non controuertitur inter partes, cum omnes veniant ex eadem vacatione *Put. deciſ. 171. nu. 1 lib. 3. Aegid. deciſ. 268. Rot. deciſ 544. nu. 4. par. 1. rec.* prout neque dubitatur de iurepatronatu ad fauorem Communitatis Comani, & Porzæ, quia à præfatis de anno 1515. fuit præſentatus Sebaſtianus Moreſinus, & per illius obitum de anno 1559. Dominicus Tarillus, & per obitũ huius de anno 1593. Georgius Domengonus, qui cœpit poſſeſſionem beneficij, & quod aliæ præſentationes ſortitæ fuerint ef-
3 fectum, ideo cum † vnus præſentatus, & prouiſus fuerit per obitum alterius; exiſtentia iuriſpatronatus, & effectuatio dicitur plenè probata, iuxta vulgatum *Oldra. conſ 229. nu. 2. quod ſequitur Rota vt in deciſ. 154. nu. 4. par. 2. recen. & deciſ. 295. ſub nu. 2. par. 3.* fuit dictum *in allegata Burgi Sancti Sepulchri beneficij 25. Maij 1626. coram R.P.D. meo Merlino.*
4 Habilitas verò Zambelli præſentati † probatur ex litteris presbyteratus datis à Cancellario Epiſcopatus rogato, vt in *Summ. n 9. ad tex. in cap. 2. vbi Abb. in primo notabili de Cler. pereg. Rota deciſ. 725. nu. 3. in fin. par. 1. recen. & deciſ. 455. nu. 7. par. 2. recen.*
Et quod denique præſentatio Zambelli infra quatuor menſes coram Ordinario emanauerit, Probatur, ex quo obitus vltimi poſſeſſoris fuit de menſe Martij 1630. & præſentatio Zambelli coram Ordinario fuit die 11. Aprilis eiuſdem anni,
5 vt ex † præſentationum inſtrumentis apparet, quæ plenam faciunt probationem *Alciat. de præſumpt. reg. 13. præſ. 3. nu. 8 Oſaſc Pedam. deciſ. 72. num. 4. Rot. deciſ. 634. num. 2. par 1. rec.*
Non obſtat quod agatur de iurepatronatus vni-
6 uerſitatis in qua ob timorem † vſurpationis præter effectuationem præſentationum ſpatio 50. annorum requiratur immemorabilis ex diſpoſitione *S. Conc. Trid. cap. 9. de refor. ver* 15. de qua immemorabili non conſtat, cum tamen ea requiratur,
7 etiam † quod iuſpatronatus ſpectaret ad paucam vniuerſitatem, prout dixit *Rota apud Reuerendiſſ. D. meum Coccinum Decanum deciſ 25. per tot.*
8 Quia cum lis † ſit ſolum inter præſentatos, & Ordinarius non diſſentiat, non requiritur tam exacta probatio, vt in iurepatronatus vniuerſitatis conſiderat *Frãc. Zipa in analyt. lib. 3. de iurep. n. 5. & 6. Lotter. de re benef. lib. 2. quæſt. 13. nu. 128* quando
9 enim † Epiſcopus non dubitat de patronatu, leniores probationes admittuntur *Caſſad. deciſ. 1. nu. 7. de probat. Mantic. deciſ. 244. nu. 5. Greg. deciſ. 452. nu. 5. Rota in d. Burgi S. Sepulcri beneficij 25. Maij 1626. coram* R.P D. *meo Merlino.*
Pariter neque obſtare dixerunt, quod etiam Maſſalius ipſius Zambelli aduerſarius fuerit præſentatus ab Vniuerſitate Porzæ Cõpatrona, quia in vltima deciſione huius cauſæ coram me ſub die 26. Iunij ſuperioris anni, latè tollitur obiectum; Tum quia homines Comani, & Porzæ præſenta-
10 bant communiter, vt vnum † corpus, & ideo præſentatio ſeorſim facta à dictis hominibus Porzæ non iuuat. Tùm quia facta fuerat lite pendente inter Maſſalum, & Zambellum, & vti attentata nullius erat momenti. Tùm etiam quia dicta præ-
11 ſentatio † emanauit longe poſt tempus ad præſentandum in Edicto præfixum, vt latè in d. deciſione dicitur, ex qua etiam tollitur, quod Maſſalus fuerit etiam præſentatus ab aliquibus hominibus Comani; quia cum talis præſentatio non fuerit facta à ſupradictis in loco ſolito ad ſonum
12 campanæ, vel tubæ congregatis, ideo † nullum
poteſt

Digitized by Google

poteſt fieri fundamentum, quia tales non venientes habentur, ac ſi de Vniuerſitate non eſſent, neque in numero computantur *Innoc. in c.1. de maior.& obed.& in c.2. de oper. nou. nunc. Abb. in c.in cauſis. n.9. de elect. frater Sigiſmund.de elect. dub.13.n.5. Franc. deciſ.783. n.1. & ſeqq. par.1. Goffred. in ſum.de elect.nu.19. Rot. in Marcb.Gerund. Canonic.22.Iunij 1633. coram R.P.D. meo Merlino.* Et ita vnica &c.

R. P. D. MOTMANNO.

Meleuitana Commendæ de Mazzara.

Die Veneris 15. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Equites Hieroſolymitani vt validè impetrent Commendas, quidnam ſit neceſſarium, & declarantur nonnulla ſtatuta Religionis Hieroſolymitanæ; Debita debent liquidè probari, & maximè ſi agatur, vt eorum cauſa quis incurrat in aliquam pœnam.

SVMMARIVM.

1 *de Sententiæ validitate dicitur conſtare ex reuolutione actorum.*

2 *Clauſula, quam, & quas) ſi adſit in commiſſione, remanet iuriſdictio Iudicis, vt etiam deſerta appellatione validè feratur ſententia, tanquam in prima.*

3 *Beneficia ſunt incompatibilia, quando requirunt perſonalem reſidentiam.*

4 *Commendam Equites Hieroſolymitani vt poſſint obtinere, quid requiratur, & nu.5.*

6 *Debita quando non ſunt liquida, non debent cenſeri debita, præſertim ad inducendam pœnam.*

7 *Debitum cum credito compenſatur ipſo iure, ad euitandam pœnam.*

8 *Miles, ſi redeundo ex prælio, reſtituat eius armaturam, ceſſat obligatio ſoluendi pretium.*

9 *Debita contracta ratione mutui, non comprebenduntur in Statut.20.de verb. ſignif. Relig. Hieroſolym. & nu.10. 12. & 18.*

11 *Statut. Relig. Hieroſolym. 24. tit. de verb. ſignif. de comm. ærar. declaratur.*

13 *Statuta in vno, eodemq. volumine compilata vnũ ab alio debet recipere interpretationem.*

14 *Commenda Equitibus Hieroſolymitanis non dantur ſine petitione.*

15 *Actus præſumitur factus iuxta formam ſtatutorum, de eo loquente.*

16 *Antianitatis ſola prærogatiua Equiti Hieroſolymitano nõ eſt ſufficiens ad effectum ſmutitionis, ſed etiam oppoſitio cum petitione requiritur.*

17 *Oppoſitionem cum petitione, ſi Eques Hieroſolymitanus neglexerit facere, perdit ius, quod ei competebat ratione Antianitatis ad conſequendam Commendam.*

19 *Atteſtationes, quando non ſint attendendæ.*

20 *Statut. Relig. Hieroſolymit. 8. de verb. ſignif. tit. de comm. ærar. quid diſponat.*

21 *Eques Hieroſolymitanus non poteſt obtinere plures Commendas, ſi ſint incompatibiles.*

22 *Facultatem habens circa aliquod negocium, ea non poteſt extendi ad diuerſum. & nu.25.*

23 *Religio Hieroſolymitana repræſentatur per Capitulum generale, & non per 16. Equites Capitulantes.*

24 *Statutorum derogatio Religionis Hieroſolymitanæ reſeruata eſt tantum Capitulo generali. & num.26.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 116. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 11. Aprilis 1636. coram eodem bo.me. Motmanno.

DECISIO CCCIII.

VACANTE Commenda Beatæ MARIÆ de Mazzara Ordinis Sancti Ioannis Hieroſolymitani, illam in lingua Italiæ petierũt Dominus Eques Frater Marcus Lucius Grimaldus, & Dominus Eques Frater Petrus Paulus Cotta, ipſo verò Cotta deſiſtente à petitione ſua, eadem lingua conſenſit, vt in illius locum iuxta cuiuſque Antianitatis turnum ſubintrarent alij quatuor Equites, quorum vltimus Dominus Eques Frater Renatus Caccia, cæteris ſubrogatis à petitione deſiſtentibus, mouit litem Domino Equiti Grimaldo, & per binas ſententias conformes latas in hoc Tribunali Commendam huiuſmodi ſibi tanquam capaci adiudicari obtinuit, quas Domini hodie in tertia inſtantia coram me dixerunt eſſe confirmandas, vti validas, & iuſtas. Quoniam de

1 omnibus † ad validitatem requiſitis ſufficienter conſtat ex reuolutione actorum iuxta *Caputaq. deciſ.260. par.2.*

Non obſtant, quæ iterum aduerſus illam opponuntur, quod ſcilicet prior dictarum ſententiarum fuerit lata in ſecunda inſtantia ſine vlla prorogatione fatalium appellationis per ipſum Equitem Renatum interpoſitæ à decreto prouiſionis Commendæ facto in partibus ad fauorem Equitis Grimaldi. Altera verò fuerit prolata ſub citatione reproducta poſt effluxum ferè dimidium menſis à die illius executionis, quia primæ nullitati ſatisfacit deciſio R.P.D. mei Dunozetti,* quod ſtante clauſula (quam, & quas) appoſita in commiſſio-

2 ne, † remanſit iuriſdictio Auditoris, vt etiam deſerta appellatione, validè tulerit ſententiam, tanquam in prima *Rot. coram Put deciſ.343. lib.3. & in Elboren. iuris conferendi 8. Februarij 1600. coram Corduba penes Marcheſ. de commiſſ. num.6. tom.3 pag.393.* Et altera etiam nullitas ceſſat ex eo, quod dies reproductionis citationis fuit prima iuridica poſt diem illius executionis, & feſta Paſchalia, quæ interceſſerunt.

Iuſtitiam autem earumdem ſentẽtiarum ex incapacitate D. Equitis Grimaldi, & capacitate D. Equitis Renati Cacciæ latè comprobãt deciſiones in hac eadem cauſa emanatæ coram R.P.D. meo Merlino,* & coram R. P. D. meo Dunozetto, quod ſcilicet cõſtat, Equitem Renatum eſſe profeſſum, ſatisfeciſſe Carauanis num. decem, ſuccurſui

ſui vni, voluntarijs nauigationibus quinque , reſi-
dentiæ in Conuentu 13.annorum,& vltra, ac præ-
terea ſe oppoſuiſſe in conſeſſu ad Commendam,
petijſſe admitti , appellaſſe à ſententia ad Equitis
Grimaldi fauorem prolata , commiſiſſe cauſam,
eamq. proſequutum fuiſſe, atque ratione beneme-
rentiæ ſuperare D.Equitem Grimaldum , qui tres
ſolum Carauanas ſe perfeciſſe docuit , & quo tem-
pore fecit ſmutitionem huius Commendæ,poſſide-
bat Baiuliuatum Papiæ , & Commendam Cremo-
3 næ, quæ ſunt † incompatibiles cum alia Commen-
da requirente reſidentiam perſonalem.*Conc.Trid.*
ſeſſ.7. cap.4.& ſeſſ.24. cap.17. de reformat. ac non
4 modo † melioramenta in eodem Baiuliuatu, & il-
lius viſitationem, quo tempore eum poſſedit iuxta
5 *Statut.9.de viſitat.* ſed præterea † quinquenalẽ re-
ſidentiam à *Statut.14. de commend.* requiſitam fa-
cere omiſit .

Et D.Equitis Renati Cacciæ capacitatem non
adimunt debita in pluribus partitis conſtituentia
ſummam ſcut.44. per ipſum contracta,ac commu-
ni ærario Religionis perſoluenda. Quia, vt in dicta
deciſione R.P. D. Dunozetti fuit deductum, par-
tim erant litigioſa, & ſic nondũ liquida; quæ pro-
6 pterea non debent cenſeri debita , † præſertim ad
inducendam pœnam incapacitatis, & inhabilita-
tis in ſtabilimento 21. *de verb. ſignific.* expreſſam
l. igitur ff. deliber. cauſ. Dec. in l. quod te . nu.5. ff. ſi
cert. pet. & in terminis ſtabilimentorum eiuſdem
Militiæ Hieroſolymitanæ,*Put.deciſ.393.lib.2.* par-
7 tim verò ipſe compenſauit † cum ſuis creditis , &
compenſationis beneficio ipſo iure pœnam euitari
probant *Text.in l. ſi ambo. §. quotiens. ff. de com-*
penſat. gloſ.in l. ſi conſtat in verb. ipſo iure. C. eod.
tit. Abb. in cap. fin. nu.11. de depoſit. partim de-
nique contracta fuerunt poſt tempus ſmutitionis
Commendæ, & hæc minimè potuerunt reuocare
capacitatem antecedentem .

Neque obſtant aliæ partitæ debitorum vlterius
ad excluſionẽ capacitatis dicti Equitis Renati co-
ram me oppoſitæ vna ſcilicet ſcut. 16. pro pretio
armaturæ eidem ad prælium eunti traditæ, & alte-
ra pecuniarum , quas ipſe mutuo accepit: quia
quoad primam probatur, quod eamdem armaturã
8 reſtituit, & eo † ipſo quòd conſtat à Milite redeũ-
te ex prælio fuiſſe reſtitutam , ceſſat obligatio ſol-
uendi pretium, *l.in commodato.§.fin. ff. commodat.*
ad alia vero debita contracta ratione mutui *Stat.*
26. de comm. ærar. in quo huius generis debita
9 † iuxta *Statut.20.de verb.ſignific.* minimè ſunt ex-
preſſa extendi non debet , quod autem non ſint
comprehenſa , probatur , quia verba dicti Statuti
de comm. ærario ſunt hæc *(il fratello, che ſarà de-*
bitore de i dritti del noſtro commun Theſoro) & per
verbum *(Dritti)* hoc eſt iura communis ærarij, *d.*
Statut.20.de verb. ſign. diſponitur , intelligenda
eſſe de ſpolijs, mortuarijs, vacantibus, reſponſio-
nibus , impoſitionibus , penſionibus , paſſagijs , &
10 arreragijs, in quibus † nulla prorſus habetur men-
tio de debitis ex cauſa mutui contractis,quæ prop-
terea dicto Equiti Renato non præiudicant.

Nequè dictæ diſtinctioni obſtat *Stat.24. eod. tit.*
11 *de comm.ærar.* indiſtinctè diſponens, † quod nul-
lus debitor ærarij Commendas, & beneficia Reli-
gionis aſſequi valeat , atque ita debitores ex alia
quauis cauſa , quam iurium communis ærarij cõ-
prehendat , quia paulo poſt ſub eodem tit. ſequi-
tur dictum Statutum 26. de arcendis à ſmutitione
debitoribus , cum qualitate huiuſmodi iurium , &
ad effectum priuationis etiam ſpei conſequendi
12 Commendas,addita fuerunt † *Statut. 20.& 21.de*
verb. ſignific, quæ vt ſupra fuit demonſtratum, non
modo reſtringant huiuſmodi iura ad debita ibi ex-
preſſa, verum etiam tàm à priuatione,quàm ab in-
capacitate excipiant debita alterius generis , vbi
præterea habetur declaratio , quod debitores iuriũ
abſque monitione & ſententia cenſeantur incapa-
ces, ſecus verò alij debitores,& ab iſtis ſtatutis di-
13 ctum *Statut. 24. de comm. ærar.* cum † ſint in
vno, eodemq. volumine compilata, debet recipe-
re interpretationem iuxta doctrinam *Bald. in cap.*
1. ſub nu.1. de præſcript.

Minus obſtat, quod in actu ſmutitionis legatur,
Equitem Grimaldum , & Equitem Cottam , non
14 verò alios petijſſe Commendam , † quæ ſine peti-
tione non debetur *iuxta Statut. 43. de commend.*
quia ex eodem actu conſtat de admiſſione aliorũ,
& etiam Equitis Renati, qui propterea in locum
Equitis Cottæ , vbi à petitione deſtitiſſet , fuerunt
ſubrogati,quod minimè contigiſſet,niſi dicti Equi-
15 tes quoque petijſſent † iuxta formam ſtatuti, cu-
ius diſpoſitioni actum fuiſſe conformem præſumi-
tur *Rot. deciſ.309.in fin par.1.diuerſ.*

Demùm non obſtat, quod trecenti ferè Equi-
tes ſint magis Antiani, quam dictus Eques Rena-
tus Caccia , ad quos in ordine antianitatis reſpe-
ctiuè pertineret Commenda , de qua agitur; Quia
16 ſola prærogatiua antianitatis ad effectum † ſmuti-
tionis non eſt ſufficiens , ſed requiritur oppoſitio
cum petitione, quibus deficientibus , dicti omnes
17 Equites perinde habentur, ac ſi non eſſent, † eo quod
cenſentur neglexiſſe ius, quod ipſis ratione antia-
nitatis competebat ad Commendam, & ad illam
incapaces reputantur *ex dicto Statut.43.de Com-*
mend.

E contra verò incapacitatem Equitis Grimaldi
ex eo, quod de tempore ſmutitionis non reperire-
tur debitor communis ærarij deſcriptus in libris
eiuſdem ærarij , nec in liſta receptoris , quæ tunc
temporis,nondum ad Conuentum eſſet tranſmiſſa;
non remouet atteſtatio Magni Magiſtri , & Con-
cilij, in qua habetur, quod non ſufficiat ad effectũ
incapacitatis, quem eſſe in partibus debitorem iu-
rium communis ærarij , ſi ex libris Cameræ com-
putorum in Conuentu appareat non eſſe talem,
etiamſi poſt factam ſmutitionem ex liſta Recepto-
ris ad Conuentum,deinde tranſmiſſa comperiatur,
quod in partibus de tempore ſmutitionis celebra-
18 tæ,erat deſcriptus debitor ærarij. Si quidem † *Sta-*
tuto 2.& 20. de comm. ærar. iuncta ordinatione
Capitulari 23.eodem tit. diſponitur quod reſpon-
ſiones,& iura huiuſmodi ſingulo quoque anno ſol-
ui debeant Receptoribus in Capitulo Prouinciali,
& à prima die menſis Maij, vſque ad feſtum San-
cti Ioannis Baptiſtæ alia etiam *ordinatione Capi-*
tulari 16. ſub tit. de Capit. cauetur , ſufficere ad
effectum incapacitatis,quod eo tempore dumtaxat
non appareat ſolutio, & prædictum *Statut.21.de*
verb.

verb. ſignific. loquens de incapacitate ob eiuſmo-
di iura non ſoluta eſt intelligendum de ſolutione
non facta termino in præcedentibus ſtatutis aſſi-
gnato. Dicta autem ſtatuta, & ordinationes con-
19 tinent contrarium eius, † quod prædicta atteſtatio,
quæ propterea in concurſu non eſt attendenda ad
*tex. in cap. licet cauſam de probat. cum alijs alle-
gat. coram bon. mem. Litta in Taurinen. Cappella
S. Lazzari* 22. *Martij* 1596. & liſta continet de-
bitum Equitis Grimaldi ex cauſa adminiſtrationis
Commendę de Cremona in ſumma ſcutorum 284.
ſol. 82. cõtractum 16. Aprilis anni 1631. quod iux-
ta *Statutum Religionis* 26. *de comm. ærar.* de tem-
pore ſmutitionis debebat apparere ſolutum, &
quamuis idem Eq. Grimaldus 14. Iunij ſubſequẽ-
tis, quo die proceſſit ad actum ſmutitionis, fece-
rit depoſitum ſcut. 80. pro toto eo, in quo appare-
re poſſet, ipſum eſſe ærarij debitorem, nihilomi-
nus cum ſub prætextu, quod ſe talem eſſet minimè
appareret, paulò poſt ſibi depoſitum reddi obti-
nuerit, nullo iure euitari poteſt incapacitas incur-
ſa ob non factam ſolutionem.

Neque alterum ex cauſa adminiſtrationis Cõ-
mendæ de Iuurca, ſimiliter incurſam incapacita-
tem ob non factam ſolutionem ſcut. 182. ſol. 123.
excuſare poteſt lis orta inter ipſum, & Membriſtã
eiuſdem Commendæ, quia conſtat, eumdem Equi-
tem Grimaldum, non obſtante controuerſia, fuiſſe
à Receptore deſcriptum debitorem, idq. iure ipsũ
potuiſſe facere probatur *Statut. 20. ſub tit. de
20 comm. ærar.* † in quo Receptoribus datur electio
exigendi à quouis eorum, id eſt ab eo, qui obtinet
membrum, vel à Priore, Baiuliuo, & Commenda-
tario Commendę, à qua membrum dependet. Ne-
que ex ſubſecuta condemnatione Membriſtæ in
ſumma ſcut. 160. vllum inferri potuit præiudicium
iuri antea D. Equiti Renato quæſito, vltra quod ni-
hilominus ex eadem condemnatione conſtat, ip-
ſum Equitem Grimaldum adhuc remanſiſſe debi-
torem in reſiduo.

Denique ſubſiſtunt reliqua duo capita incapa-
citatis Equitis Grimaldi ex deductis in deciſione
R.P.D. Merlini, quod ſcilicet de tempore ſmuti-
21 tionis obtineret Baiuliuatum de Papia, † cum Cõ-
menda de Cremona, quæ ſunt incompatibiles cum
tertia, quodq. in Commenda dicti Baiuliuatus omi-
ſerit facere melioramenta.

Quibus non obſtat, quod per ſuppreſſionem Ba-
iuliuatus, illiuſq. translationem ad Commendam
de Cremona factam per 16. Equites Capitulantes
remotum fuerit obſtaculum incompatibilitatis, ac
præterea per eoſdem Capitulantes ſuper defectu
melioramentorum cum eo accepta pecunia fuerit
diſpenſatum. Quia facultas dictorum 16. Capitu-
lantium reſtricta ad mores reformandos, legeſq.
inſtituendas, ac ad deliberandum de cæteris ordi-
nationibus, alijsq. negocijs ſtatum publicum cõ-
cernentibus, *vt in Stat. 1. de capit. circa fin.* non
22 † debet extendi ad facultatem habilitandi inca-
paces, ſupprimendi, & transferendi dignitates Re-
ligionis a Sede Apoſtolica inſtitutas ipſis nullibi
tributam, neq; ad priuilegia de vnion', & diſmem-
bran beneficia Religionis per Pium Papam Quar-
tum alioſq. Summos Pontifices conceſſa eidem
23 Religioni, † quæ per Capitulum generale, non ve-
rò per 16. Equites Capitulantes repræſentatur,
minuſq. ad facultatem diſpenſandi ſuper defectu
melioramentorum cum derogatione ſtatutorum,
24 quæ eidem Capitulo † generali eſt reſeruata, vt
habetur in *ſtabilimento 3. ſub tit. de verb. ſignifi.*

Neque dictæ reſponſioni poteſt opponi decretũ
Magni Magiſtri Garzes, per quod prohibetur ip-
ſis ſexdecim Capitulantibus, ne de aliquo negocio
gratiam concernente tractent abſque ſpeciali re-
ſcripto Capituli generalis. Quia quicquid ſit de
huiuſmodi decreto, quod non ampliat facultatem
eiſdem Capitulãtibus traditam *in præallegat. Sta-
25 tuto 1. de Capit.* remanet ſemper verum, † quod
neque per priuilegia Apoſtolica, neque per ſtabili-
menta Religionis, minuſq. per dictum decretum
vlla ipſis tributa ſit facultas diſpenſandi, vel gratias
concedendi cum derogatione ſtatutorum, quę vt
26 ſupra † pertinet ad vniuerſum Capitulum Gene-
rale. Et ita vtraque &c.

☞ * *Id eſt ſub die 5. Martij 1635. eſt deciſio 26. ſu-
pra in hac parte.*

☞ * *Id eſt ſub die 23. Iunij 1634. eſt deciſio 295. ſu-
pra in hac parte.*

§ *Et infra in ſequenti parte adſunt alia deciſiones in
eadem cauſa ſub diebus 20. & 23. Iunij 1636. &
1. Iulij eiuſdem anni, & 24. Aprilis 1637. coram
eodem bo. me. Motmanno, & 9. Decembris 1639.
& 13. Aprilis 1640. coram Reuerendiſſ. P.D. Pi-
rouano Decano.*

ILLVSTRISS. D. MACHIAVELLO, PATRIARCHA CONSTANTINOPOLITANO,

Auguſtana Decimarum.

Die Lunæ 18. Iunii 1635.

ARGVMENTVM.

Cura animarum ſi ſit penes aliquam Eccleſiam Regularem, & reperiatur deputatus ſimpliciter Vicarius pro Sacramentorum adminiſtratione, tunc d. Vicario ius non aſſiſtit pro obtinenda manutentione ſuper perceptione decimarum, cum ipſe non ſit verus Rector cum cura principaliter reſideat penes Monaſterium.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionem ſuam quis probare nequit, ſi iam probatum exiſtat, quod ea penes alium manet.*

2 *Eccleſia Parochialis ſi ſit vnita Eccleſiæ Regulari, tunc cura animarum principaliter reſidet in Monaſterio, & non penes Vicarium, & nu. 13.*

3 *Decimæ tanquam patrimonium Rectoris de iure ei debentur.*

4 *ad Cauſam quis cenſetur admiſſus in ſtatu, & terminis, in quo reperitur.*

5 *Tertius admiſſus ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quo reperitur, ei obſtat ſententia lata, ac ſi contra ipſum indiuidualiter promulgata eſſet.*

6 Vi-

Digitized by Google

6 *Vicarius in decimis ſibi aſſignatis pro congrua habet intentionem fundatam.*
7 *Manutentio dari non poteſt, ſi non conſtet de poſſeſſione.*
8 *Vicario Parrochiali licet debeatur congrua portio, non tamen poteſt pro ea illorum bonorum manutentionem prætendere, quæ non fuerunt ei ad hunc effectum aſſignata.*
9 *Transactiones ſi per ſententiam fuerint declarata nulla, & inualida non obſtant.*
10 *Beneplacitum Apoſtolicum non præſumitur in alienationibus rerum Eccleſiæ etiam ſtante lapſu 30. annorum ſi non appareat de obſeruantia.*
11 *de Obſeruantia in alienationibus rerum Eccleſiæ debet certitudinaliter conſtare, vt ex lapſu 30. annorum præſumatur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicum.*
12 *Teſtes non probant poſſeſſionem alicuius, ſi deficiat in eis ſufficiens cauſa ſcientiæ.*
14 *Teſtes quantum fieri poteſt reducendi ſunt ad concordiam.*
15 *in Confeſſione ea interpretatio ſumenda eſt, quæ cum veritate facti magis concordat, & minus quam fieri poteſt, præiudicat confitenti.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 75. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 19. Nouemb. 1635. coram eodem Illuſtriſſ. Patriarcha.

DECISIO CCCIV.

LATA per Reuerendiſſimum D. meum De-
canum ſententia Rotali, in qua pronuncia-
tum fuit contra Communitatem, & Homines lo-
ci Fieſſen, Monaſterio Beati Magni vigore antiquę
vnionis deberi omnes decimas, quæ intra limites
Eccleſiæ Parochialis eiuſdem loci, etiam ex nouali-
bus colligebantur. Accidit quòd modernus hu-
iuſmodi Eccleſiæ Vicarius prætendens tales deci-
mas ad ſe pertinere, commiſſionem impetrauit,
cum qua pro ſuo Iure, & intereſſe obtinuit ad cau-
ſam admitti, petijtq. manuteneri in illarum exa-
ctione, quod cum ei nullo iure competeret, fuit
per Dominos vnanimiter denegatum.

Nam conſideratum fuit, quod vel petebatur
mandatum de manutenendo in quaſi poſſeſſione
percipiendi integras decimas dictæ Parochialis, &
hoc concedi nequaquam poterat, quia Vicarius
1 non ſolum † non probabat poſſeſſionem, quæ pe-
nes Monaſterium extare colligebatur ex teſtibus,
verum etiam deficiebat ei iuris aſſiſtentia, quoniã
ipſe non eſt verus Rector, ſed ſimpliciter Vicarius
pro Sacramentorũ adminiſtratione deputatus, vn-
2 de cura principaliter reſidet † in Monaſterio, cui ta-
lis Eccleſia ab Auguſtano Epiſcopo iam fuit vnita,
ideoq. huiuſmodi decimæ tanquam patrimonium
3 Rectoriæ, † non ipſi Vicario, ſed dicto Monaſterio
tanquam Parocho de iure debentur *Cardin. in*
Clem. 1. de offic. Vicar. nu. 10. Caputaq. deciſ. 339.
nu. 2. lib. 3. Mobed. deciſ. 5. de decimis Rot. deciſ.
710. num. 3. par. 2. recent. Accedente præſertim
4 quod Vicarius fuit ad hanc cauſam † admiſſus in
ſtatu & terminis, in quibus illa reperiebatur iuxta
text. in c. vt lit. pend. in 6. & ita non poterat exa-
ctionem decimarum prætendere, quæ per ſenten-
tiam Rotalem fuerat iam Monaſterio conceſſa,
5 † obſtabat enim ei talis ſententia ac ſi contra ip-
ſum indiuidualiter promulgata fuiſſet *Innoc. in c.*
cum ſuper de re iudic. num 6. in fin. Put. deciſ. 71.
nu. 1. lib. 3. in correct. Mobed. deciſ. 3. de iudic. Rot.
deciſ. 431. n. 5. par. 1. recent. & coram Greg. XV.
deciſ. 259. & 303. nu. 1. & in Nouarien. decima-
rũ 29. Aprilis 1633. coram R. P. D. meo Veroſpio.

Vel potius petebatur manutentio in poſſeſſione
quorumdam bonorum, & in quaſi poſſeſſione exi-
gendi certam ratam pecuniarum, quæ eidem Vi-
cario pro congrua ſuſtentatione loco decimarum
aſſignata fuiſſe dicebantur, & neque hoc viſum fuit
6 poſſe concedi, quamuis enim non † ſolum Paro-
chus, ſed etiam Vicarius in decimis aſſignatis pro
congrua habeat fundatam intentionem *Gonzal.*
ſuper regul. 8. gloſ. 5. d. 3. num. 26. tamen in noſtro
caſu de ſimili aſſignatione per Monaſterium facta
nullibi apparet, nec de actuali ipſius Vicarij poſſeſ-
ſione quoad hãc partem ſufficiẽter docetur, ideo-
7 que † manutentio dari non poterat *vulgat. §. re-*
tinenda inſtit. de interd. licet enim Vicario debea-
8 tur congrua portio, † non tamen poteſt pro ea
illorum bonorum manutentionem prætendere,
quæ non fuerunt ei ad hunc finem aſſignata.

Neque obſtant allegatæ tranſactiones, quoniam
9 tanquam nullæ & inualidæ iam † à Rota coram
Eminentiſſ. D. meo Cardinale Vbaldo ſub die 28.
Martij 1631. penitus reiectæ fuerũt, deficit enim
10 in ipſis conſenſus Monaſterij, † ac beneplacitum
Apoſtolicum, quod ex lapſu 30. annorum non po-
teſt in hoc caſu præſumi, cum non appareat de ob-
ſeruantia, *Rota inter rec. dec. 694. num. 5. par. 1. &*
coram Reuerendiſſ. D. meo Decano deciſ. 301. nu. 3.
& deciſ. 362. nu. 5. cum concordantibus adductis
per *Adden. ad Greg. XV. dec. 354. nu. 18 ante med.*
11 de qua quidem † obſeruantia deberet etiam con-
ſtare certitudinaliter, nõ autem præſumptiuè *Ma-*
reſcot. var. reſol. lib. 1. cap. 13. num. 13. & 14. Add.
ad Greg. XV. d. deciſ. 354. n. 18 & Reuerendiſſ. D.
meus Decanus d. deciſ. 301 nu. 4. hic autem de ea
nullo modo conſtat, vnde nullum fieri poteſt in
tempore fundamentum.

12 Non obſtant teſtes ad probandum † Vicarij poſ-
ſeſſionem adducti, quia vel nihil probant deficien-
te in eis ſufficienti cauſa ſcientiæ, vel ſub poſſeſ-
ſione Vicarij intelligendi ſunt de poſſeſſione Mo-
13 naſterij, à quo ipſe dependet, & in † quo reſidet
Parrochialitas ex iam dictis, vt ſic tollatur omnis
contrarietas per opportunam conciliationem, cũ
teſtibus Monaſterij deponentibus de poſſeſſione
14 Abbatis, ſunt enim teſtes quam † maximè fieri po-
teſt reducendi ad concordiam *Greg. XV. deciſ. 351.*
num. 38. Neque repugnant verba Abbatis in arti-
culis, dum aſſeruit Monaſterium pendere quotan-
nis tantum ex decimis pro alimentatione Vicarij,
quia hoc potius arguit decimas colligi ab Abbate,
& Vicarium recipere congruam de manu ipſius, il-
15 la enim in confeſſionibus † amplectenda eſt inter-
pretatio, quæ cum veritate facti magis concor-
dat, & minus quam fieri poteſt præiudicat confi-
tenti,

tenti, *Natt.conſ.245.num.3. Surd. conſ.5.nu.45. & ſeqq. Rot. deciſ.121. nu.18. par.1. diuerſ.*
Et ita vtraque &c.

§ *Infra in ſequenti parte aderit alia deciſio in eadem cauſa ſub die 27. Iunij 1639. coram R.P.D. Bicho.*

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana, ſeu locorum Montium.

Die Mercurii 15. Decembris 1635.

ARGVMENTVM.

Sententiæ nullitas quando ſit ineuitabilis. Iudicium, licet debeat agitari vbi res eſt ſita, tamen hoc fallit in actione perſonali. Monitorij publicatio, vt dicatur validè facta, quid requiratur.

SVMMARIVM.

1 *Iudex, quando non priuet quem ſua poſſeſſione.*
2 *in Executiuis licita eſt variatio.*
3 *Sententia nullitas eſt ineuitabilis, ſi Iudex ſit incompetens.*
4 *Iudicium debet agitari, vbi res ſita eſt.*
5 *Iudicium, ſi agatur vigore actionis perſonalis, tunc non eſt adeundus Iudex loci ſitæ rei, ſed forus illius qui conuenitur.*
6 *per Edictum proceſſus vt valeat, debet prius probari non tutus loci acceſſus.*
7 *Teſtes, in diuerſa cauſa examinati in alia non faciunt fidem, niſi in ea fuerint repetiti.*
8 *Iudex ſi habeat facultatem informandi ſe extraiudicialiter, ei talis facultas non ſuffragatur, ſi appareat eum velle iudicialiter procedere. nu.9.*
10 *Monitori, ſola publicatio non eſt ſatis in valuis Eccleſiæ, ſi non legatur eam fuiſſe factam in valuis Eccleſiæ. & nu.13.*
11 *Et ea eſt ratio, vt citatio deuenire poſſit ad notitiam citati.*
12 *Aduerte etiam, quod originale ipſius citationis debet affigi, & perſiſtere per aliquas horas in valuis Eccleſiæ.*
14 *Dictio. penitus, idem importat quam ex toto, in totum, & omninò.*
15 *Rerum retentione loco aſſecurationis, quando quis non poſſit priuari.*
16 *Sententia nullitas, aut iniuſtitia ex nouiter deductis poteſt probari. quando ſententia fuit lata minus legitimè non citata parte.*

Supra ad deciſionem 70. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 4. Iulij 1635. coram eodem bo.me. Buccabella.

DECISIO CCCV.

PERSISTENTES Domini in deciſis ſub die 4. Iulij præteriti * denuò reſoluerunt D. Simoni dandum eſſe mandatum de manutenendo in poſſeſſione locorum Montium, de quibus agitur,
1 quia conſtat de eius † poſſeſſione de tempore motæ litis, qua non fuit per ſententiam A.C. priuatus,

cum ille nulliter, & iniuſtè proceſſerit, ipſeq. ſe non habuerit pro ſpoliato ex adductis in deciſione.

Nec viſum fuit obſtare, quod pro parte D. Angeli dicebatur ſibi licuiſſe deſerere iudicium Ianuę cœptum, & nouum inſtituere, tum quia illius in-
2 ſtantia fuerat perempta tum † etiam quia in executiuis licita eſt variatio ſecundum *Iaſ.conſ.9. nu. 43. & conſ.28. nu.8. lib.1. Caputaq. deciſ.50 n.5. par.1. & fuit dictum in Romana dotis 10. Septembris 1632. coram R.P.D. meo Pirouano.* Quia dato etiam quod hoc ſit verum, adhuc tamen in iſto iudicio nullitas ſententiæ prædictę eſt ineuitabilis,
3 quoniam A.C. non erat iudex competens, † neque ratione perſonæ, quæ ei minimè ſubiecta erat, nec etiam ratione rei, cum regula *l. fin. C. vbi in rem.*
4 *act. & cap. fin. de for. compet.* quod † reſpetti poſſit in loco vbi ſita eſt non procedat, ſi petatur a-
5 ctione perſonali, quia in hoc caſu non eſt † inſpiciendus locus rei ſitæ, ſed forus illius, qui conuenitur iuxta *gloſ. in l. forma. §. ſi vero quis verb. leuari. verſ. in perſonali. ff. de cenſ. Bart. in d. l. fin. C. vbi in rem. act. Abb. in d. cap. fin. num.43. verſ. ſecus ſi agitur. Surd conſ.168. nu.53.*

Præterea etiam ſi A.C. fuiſſet Iudex competēs, adhuc tamen intrat et ſecunda nullitas in deciſ. de-
6 ducta, ex eo quod ipſe proceſſit per † ædictum non probato prius non tuto acceſſu ad locum Ciuitatis Ianuæ, vbi d. Simon commorabatur *iuxta Praxim relatam in formulario terminorum, quam repetūt Vant. de nullit ex defect. citat. num.127. & Veſtr. lib.4. c.2. nu.3. verſ. & tunc.*

Neque enim ad hoc ſufficiunt teſtes dati in ſummario Angeli nu. 15. quia non fuerunt examinati
7 vel repetiti in hac cauſa, ideo † in ea probationem aliquam non faciunt *cap. inter dilectos. verſ. nec atteſtationes de fid. inſtrum. l.1. & tot. tit. res int. alios act. & DD in l.2. C. de eden. Mantic. deciſ. 105. nu.8. Caual. deciſ.233. nu.5.*

Nec quidquam facit quod A.C. poſſit ſuper hoc ſe etiam extraiudicialiter informare.

Quia dato, quod hoc ſit verum, nihilominus ex
8 quo in caſu propoſito † apparet eum voluiſſe ſequi cognitionem reſultantem ex actis huius cauſæ, vt conſtat ex verbis illis monitorij (conſtituto prius nobis per teſtes fide dignos de mādato noſtro examinatos ad dictum Simonem monendum in dicta Ciuitate tutum non patere acceſſum) ſuffragari
9 non poteſt talis facultas ſe etiam † extraiudicialiter informaudi qua apparet vſum non fuiſſe ex regula, quod potuit noluit &c. *cap. cum ſuper Abbatia de offic. deleg. l. multum intereſt. C. ſi quis alteri vel ſibi Vant. de nullitat. ex defect. iuriſdict. ordin. nu.170. Caſſad. dec.7. de appellat. num.7.*

Et demum benè etiam ſubſiſtit tertia nullitas
10 pariter in deciſione ponderata, † ex eo quod ſola publicatio monitorij in valuis Eccleſiæ non fuerit ſatis, cum non legatur eam fuiſſe factam, dum multitudo populi intrabat, & exibat iuxta *deciſ. Creſcent. 5. de dol. & contum. Rot. deciſ. 1057. lib.3. p.3. diuerſ. Marcheſ. de commiſ. appellat. in cur. cap.5.*
11 *nu.280. fol.222.* idq. ea ratione, † vt ſcilicet citatio deuenire poſſit ad notitiam citati, propter quam *in deciſione Ianuen. ſeparationis thori coram Reuerendiſſ. D. meo Decano ſub die 16. Febr.*

1632.

12 1632. dictum fuit originale ipſius citationis, † de-
bere affigi, ac perſiſtere per aliquot horas in va-
luis Eccl. Maioris, & Caſſad. *deciſ. 4. num. 2. de dol. & contum. & deciſ. 1. de appellat.* requirit vt
13 etiã publicè legi † debeat tenor ipſius citationis.

Quod verò attinet in iniuſtitiam eiuſdem ſententiæ ſubſiſtunt ea, quæ Domini in deciſione ponderarunt, quod ſcilicet ex conuentione dictus Simon retinebat loca montium, donec remaneret quietatus, liberatus, & pænitus abſolutus à promiſſionibus, & obligationibus per eum factis pro dicto Angelo de euictione, & legitima defenſione palatij, & viridarij venditi, vnde cum infrà tempus 15. annorum ſuperuenerint moleſtiæ, & non doceatur illas fuiſſe omninò ſublatas, ita vt dictus Simon à dicta eius obligatione totaliter liberatus
14 remanſerit iuxtà propriam ſignificationem, † & importantiam illius dictionis, pænitus, idem ſignificantis, quod ex toto in totum, & omninò *Surd. conſ. 167. num. 16. cum alijs congeſtis per Grat. dict. 157. nu. 1. & Barboſ. dict. 249. num. 3. & 4.*
15 Non potuit † interim dictorum locorum retentione priuari.

Non obſtat, quod de prædictis nullitatibus, & iniuſtitia conſtat ex nouiter deductis. Nam placuit
16 reſponſio, quod ſententia prędicta fuit lata ipſo † Simone non legitimè citato, qui propterea ante illam iura ſua deducere minimè potuit, &c.

Et ita vtraque parte informante &c.

☞ * *Eſt deciſio 70. ſupra in hac parte. & in ſequenti parte aderit alia ſub die 15. Iunij 1638. coram Reuerendiſſ. P. D. Pirouano.*

R. P. D. GHISILERIO.

Auximana Cenſus.

Die Lunæ 10. Martij 1636.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſionem capiens authore Prætore, vt iuſte poſsidere dicatur, quid ſufficiat. Iudex loci, in quo ſita ſunt bona, eſt competens non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs exemptionis perſonæ rei conceſsis. & plura habentur, quando quis comparet coram Iudice ſibi non competenti, an dicatur conſenſiſſe in iuriſdictionem. Dotis exactio eſt probanda ad hoc, vt maritus poſsit conueniri ad illam reſtituendam.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſionem capiens authore Prætore iuſtè poſſidere cenſetur, niſi de nullitate, & iniuſtitia ita clarè doceatur, vt nulla tergiuerſatione defendi poſſit.*

2 *Sententiam iuſtam, & validam habens contra ſe, non poteſt prætendere manutentionem, etiam ſi conſtaret de eius poſſeſſione.*

3 *Iudex ritè, & rectè procedens priuat poſſidentem poſſeſſione per immiſſionem, etiam abſque expulſione poſſeſſoris.*

4 *Ciues Lauretani non poſſunt alibi conueniri, quã in Ciuitate Laureti tamquam exempti à iuriſdictione Gubernatoris Marchiæ.*

5 *Actio, quando eſt merè realis, poſtulat, vt dirigatur contra bona.*

6 *Iudex loci in quo ſita ſunt bona, eſt Iudex competens, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs perſonæ rei conceſſis.*

7 *Mons Philatranus eſt ſubiectus iuriſdictioni Gubernatoris Marchiæ, non autem Gubernatoris Laureti.*

8 *coram Iudice ſibi non competenti comparens ſimpliciter, dicitur conſentire in illius iuriſdictionem, ita vt amplius non poteſt allegare defectum iuriſdictionis.*

9 *Conſenſus tacitus ſufficit, vt quis conſentiat in iuriſdictionem.*

10 *Fori declinatoriæ oppoſitio non releuat, ſi ab ea fuerit receſſum per ſequentes comparitiones ſine proteſtatione factas.*

11 *Proteſtationes iudiciales debent repeti in quolibet actu, aliàs cenſetur ab eis receſſum.*

12 *Iuriſdictio iudicis prorogari non poteſt in præiudicium eius, cui conceſſa eſt ad effectum impediendi, vt is quandocumque cauſam ante latam ſententiam auocare non poſſit.*

Sed ſecus eſt in præiudicium partis conſentientis.

13 *Iuriſdictio in proprium præiudicium comparentis prorogari poteſt.*

14 *de Iuriſdictionis defectu dari non poteſt, poſt quã quis conſenſit in Iudicem, & maximè poſt ſententiam.*

15 *Exempti poſſunt prorogare iuriſdictionem eorũ, quibus circumſcripta exemptione erant ſubiecti.*

16 *Immiſſio vigore Saluiani ſi ſit exceſſiua, redditur nulla in totum.*

17 *Fructus vt dicantur percepti per poſſeſſorem, nõ ſufficit ſola poſſeſſio inſtrumentalis.*

18 *Mandatum de aſſociando non dicitur habuiſſe effectum, ſi bona ab alijs poſſideantur. & nu. 23.*

19 *Compenſatio non admittitur à credito vnius ad creditum alterius.*

20 *Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam non probant. amplia nu. 21.*

22 *Teſtium primæ depoſitioni ſtandum eſt, & maximè ſi ſit adminiculata.*

24 *ad Poſſeſſionem capiendam requiritur mandatum procuræ.*

25 *ad Manutentionem impediendam ſi allegetur exceſſus, debet plenè probari.*

26 *Exceſſus ab allegãti eſt concludenter probandus.*

27 *Exceſſus regulariter non præſumitur.*

28 *Saluianum interdictum non competit contra creditorem habentem hypotecam anteriorem.*

29 *Retentio cui detur.*

30 *Creditori hypotecario anteriori non poteſt impediri immiſſio per creditum dotale poſterius.*

31 *de Iure tertij opponi non poteſt.*

32 *de Iure tertij opponi poteſt, quando eſt excluſiuum iuris agentis.*

33 *in Hæredem actiuè, & paſſiuè tranſeunt omnes actiones.*

34 *Sententia, quando non poteſt dici iniuſta ex eiſdem actis, ſequitur quod Iudex iuſtè proceſſerit.*

35 *Iu-*

35 *Iudex tunc ſpoliare dicitur, quando notoriè conſtat de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ.*

36 *Sententia an ſit iuſta, nec ne, hoc venit diſcutiendũ ex eiſdem actis, nõ autẽ ex nouiter deductis.*

37 *in Executiuis non attenditur poſsibilitas iuris deducendi, ſed quod eſt deductum, vel probatũ.*

38 *Iura poſt ſententiam producta non ſuffragantur.*

39 *pro Dotis repetitione nulla competit actio uxori, niſi dotis conſignatio probetur.*

40 *Dotis exactio niſi probetur, nec maritus, nec eius hæredes tenentur aliquid reſtituere.*

41 *Dos vt dicatur tradita, quid neceſſariò veniat probandum.*

42 *Confeſsioni mariti de receptione dotis non creditur, etiam ſi præceſſerit dotis ſolutio.*

43 *Confeſſioni mariti de receptione dotis tunc multo minus eſt ſtandum, ſi ſit facta in præiudicium creditorum.*

44 *Inſtrumentum non dicitur in forma probanti, ſi careat die, anno, teſtibus, & ſubſcriptione Notarij.*

45 *de Credito claro, & liquido conſtare debet ad hoc, vt poſſit impediri manutentio per illud.*

46 *Creditum dicitur liquidum, quando interuenit vel confeſsio partis. vel res iudicata.*

47 *Mandatum executiuum relaxatum per contradictas nemine contradicente, creditoribus non poteſt præiudicare habentibus anteriorem hypotecam.*

48 *Contractus minorum ſunt nulli, non ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis à cõſtitutione Marchiæ, quæ ſunt neceſſaria etiam in contractibus forenſium.*

49 *Contractus celebratus cum minore abſque ſolemnitatibus ſtatuarijs eſt nullus minore volente, ac ipſo volente eſt validus, & tenet.*

Et ratio eſt, quia ſolemnitates ſunt inducta fauore minorum.

50 *Nullitatis contractus ab illo tantum poteſt allegari, cuius fauore ſpecialiter eſt nullus.*

51 *Fides baptiſmatis non probat, ſi non ſit extracta à Parocho, ſeu ab alio de eius mandato.*

52 *Fides baptiſmatis extracta ab eo, ad cuius officiũ non ſpectat baptizare, non attenditur.*

53 *Minor cenſetur ratificaſſe contractum ab eo celebratum ſine ſolemnitatibus, ſi maior factus illum obſeruauerit per lapſum quinquennij cum ſolutione fructuum.*

54 *Contractus ignorantiam quis non poteſt allegare, ſi ipſe illum celebrauerit.*

55 *Ignorantia non præſumitur, nec attenditur.*

56 *Vrbeuetana cenſus, & Tudertina nullitatis obligationis declaratur.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 165. quę in eadem cauſa ſub die 23. Iunij 1636. coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.

DECISIO CCCVI.

DOMINVS Camilius Rinuccinus creditor Simonis Gentiloni ratione fructuum decurſorum cenſus ad ſui fauorem impoſiti in ſorte ſcutorum 4200. ſuper tenuta di Monte Poleſco, probatis extremis neceſſarijs in Saluiano, obtinuit à Locumtenente Gubernatoris Marchiæ contra Capitaneum Philippum, & Hieronymum eius Filiũ de Riccardis detentores ſupradictæ tenutæ immitti in poſſeſſionem, donec fuerit ſatisfactus de fructibus eiuſdem cenſus decurſis, & in futurum decurrendis, & deuoluta cauſa per appellationem in Curia coram A.C. Dictis de Riccardis fuit conceſſum mandatum de manutenendo, à quo interpoſita appellatione, & commiſſa cauſa in Rota, propoſitoq. dubio, Cui eſſet dãdum mandatum de manutenendo, ad fauorẽ D. Rinuccini fuit reſolutum.

Ratio reſolutionis fuit, quia ex inſtrumento publico conſtat de illius poſſeſſione adepta vigore dictæ ſententiæ in Saluiano latæ, & cum ipſe au-
1 thore Prætore ceperit poſſeſſionem; † iuſtè poſſidere cenſetur, niſi de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ ità clarè doceatur, vt nulla tergiuerſatione defendi poſſit. *Abb. in c. cum cauſam nu. a. verſ. ſecùs ſi de offic. deleg. Aymon conſ. 5. n. 8. & conſ. 302. nu. 2. in princ. Rota corã Card. Seraphino deciſ. 616. nu. 8. & 9. in Romana de Bombellis 31. Maij 1613. coram bo. me. Card. Sacrato, in Romana melioramentorum 9. Decẽbris 1616. corã bo. me. Vbaldo, in Romana cineæ 7. Februarij 1620. corã bo. me. Archiepiſcopo Dunozetto, & in Rauennaten. Saluiani 26. Maij 1634. corã me.* Vndè Riccardi cõtra quos
2 fuit lata ſententia iuſta, & valida, † non poſſunt prætendere manutentionem, licet conſtaret de illorum poſſeſſione, quia iudex ritè procedens, pri-
3 uat poſſeſſione per immiſſionem etiam ſine † expulſione poſſeſſoris. *Angel. in l. qui vniuerſas §. item cum prætor de acquir. poſſ. ff. vbi Im. l. nu. 1. & cæteri Doctores. Alex nu. 3. & Iaſ. nu. 20. Abb. in cap. cum quibus nu. 10. de ſentent. & re iudic.*

Obiecta autem, quæ per Riccardos adducebantur contra validitatem, & iuſtitiam ſententiæ Dominis non ſunt viſa releuare

Non primum ex defectu iuriſdictionis ſub prætextu, quòd Riccardi rei conuenti Ciues Lauretani non poſſent alibi conueniri, quàm in Ciuitate
4 Laureti tamquam exempti † à iuriſdictione Gubernatoris Marchiæ, vigore Motus proprij fel. rec. Pauli V. ſub dat. Tuſculi 4. Idus Septembris anni 1620. de quo *in Laurentana iuriſdictionis 2. Iunij 1631. coram Illuſtriſsimo Vrgellen.* quia
5 tollitur ex natura actionis, † quæ cũ ſit merè realis, poſtulat, vt dirigatur contra bona, vnde intrat
6 concluſio, † quod Iudex loci, in quo ſita ſunt bona ſit Iudex competens. non obſtantibus quibuſcumq. priuilegijs perſonæ Rei conceſſis, *ad tex. in cap. 1. de priuil. in 6.* & in puncto *Caſtren. in l. fin. C. vbi in rem actio. Barboſ. in l. hæres abſens, §. proindè nu. 3. ff de iudic.* in articulo fori ratione rei, *Soccin. in cap. ſanè num. 14. de foro competen.* & ſic cũ bona ſuper quibus fuit facta exequutio ſint in territorio Montis Philatrani ſubiecto iuriſdi-
7 ctioni Gubernatoris † Marchiæ, non autem Gubernatoris Laureti, certum eſt, quòd Riccardi quantumuis priuilegiati tenebantur reſpondere coram iudice rei ſitæ. Vlterius Riccardi ſimpliciter comparendo coram Gubernatore Marchiæ cõ-

8 ſenſerunt in illius iuriſdictinnem † itaut amplins
non poſſint excipere de defectu iuriſdictionis, *vt
per Felin.in cap.cum omnes nu.8.de conſtit. Iaſ.in
l.ſi vnus §.pactns ne peteret nu.9. de pactis*, quia
9 ſufficit † conſenſus tacitus. Nec facit oppoſitio
10 † declinatoriæ *Sancta me.Greg.XV. deciſ.43.n.3.
Afflict.ſuper Conſtit.Neapol.lib.1.rubr.31.n.38.*
quià ab ea fuit receſſum per ſequentes compari-
11 tiones ſine † proteſtatione factas, ſed vt operare-
tur, debebat repeti in ſingulis actibus præiudicia-
riis, *vt fuit dictnm in Romana nullitatis ſubha-
ſtationis 15.Nouembris 1577. coram Brauo, &
coram Sancta mem.Greg.XV. deciſ.44. nn.7.&* 8.
12 *Mohed.deciſ.2. de iudic.* Et licet † iuriſdictio pro-
rogari non poſſit in præiudicinm eius, cui conceſſa
eſt ad effectum impediendi, vt is quandocumque
cauſam ante latam ſententiam auocare non poſſit,
13 Attamen † ſecus eſt in præiudicium ipſius partis
conſentientis, quia poteſt per eam iuriſdictio in
proprium præiudicium prorogari. Neque poſt pro-
14 rogationem maximè verò † poſt ſententiam. po-
teſt is, qui conſenſit dare de defectu iuriſdictionis,
vt in terminis declarat *Natta conſ.636. nn.62.* &
bene diſtinguit *Surd.conſ.47.nu.36 poſt med. verſ.
& ita dicit ſe intelligere*. Et quod exempti poſ-
15 ſint prorogare iuriſdictionem † eorum, quibus
circumſcripta exemptione erant ſubiecti, *tradunt
Doctores in cap.ſi diligenti de foro compet. Gemin.
conſ.83.nu.9.Corn.conſ.214. nnm 8.lib.2. Ferret.
conſ.102. nu.18. Rota coram ſancta mem. Grego-
rio XV. deciſ.325.nu.23. & coram Seraphin. de-
ciſ.595. nnm.7.*

Non ſecundum ratione exceſſus, quia fuerunt
in ſententia comprehenſa ſcuta 326. pro quibus
idem D.Rinuccinus de menſe Ianuarij 1626.aſſo-
ciatus fuerat ad poſſeſſionem fundi cenſuati, ex
qua poſſeſſione non docto de aliquo legitimo im-
16 pedimento, † fructus præſumuntur percepti, &
per conſequens prædicta immiſſio vigore Saluia-
ni tamquàm exceſſiua redditur nulla in totum,
*Rota in recent.deciſ.90.nn.3.in fine, & 282. nn.1.
par.3.* quia debiti quantitas fuit diminuta median-
te dictorum fructuum perceptione. Nam huic ob-
iecto fuit reſponſum, non probari effectuationem
dictæ aſſociationis, ſed ſolam poſſeſionem inſtru-
17 mentalem, quæ ad effectum, † vt fructus præſu-
mantur percepti, non ſuffragatur, ſed probanda eſt
realis, & actualis poſſeſſio, *bo.me. Cardinalis Ca-
ualerius deciſ.138.per totam*, quia licet conſtet de
inſtrumentali poſſeſſione, nõ tamen ſequitur, quod
poſſeſſor fructus perceperit, ſed pro parte D. Ri-
nuccini abunde iuſtificatur mandatũ de aſſocian-
18 do non † habuiſſe effectum, ex quo bona ab alijs
poſſidebantur. Siquidem reſpectu medietatis præ-
dij illa poſſidebatur per Franciſcam relictam Si-
monis Gentiloni debitoris ratione ſuæ dotis, & ex
eo quòd eadem Franciſca ſtatim ſequuta morte
Simonis, de anno 1624. fuit adepta poſſeſſionem
fundi cenſuati, in eaque continuauit vſque ad obi-
tum de anno 1630. de hac medietate non fuit ca-
pta poſſeſſio in vim dicti mandati de aſſociando,
vt ex confeſſione Franciſcæ, de qua in litteris da-
tis in Summario nu.6. ibi, *Hora eſſendo comparſi
detti sbirri di lancio ſono andati in detta Palom-
bara del Raſcanti, & hanno preſo tenuta di quella,
e terre anneſſe, e nell'altra parte, che ſempre hò go-
duto pacificamente di detta poſſeſſione, che ſi dice
la Palombara nnoua con ſome 30. di terre in cir-
ca, detti sbirri non ſi ſono appreſſati, anzi hauen-
do io mandato l'inhibitione mia ne i confini delle
Terre ſudette, che godeua detto Sig. Simone, che
al preſente godo io à conto della mia dote, &c.* & in-
ferius, *& hauemo preſo relatione del balio non ſolo
della preſentata di detta inhibitione, ma anco fede
authentica di detto balio, che alla parte della poſ-
ſeſſione, che poſſedeua detto Sig. Simone, e che io
poſſedo come ſopra, la detta Corte non s'è appreſſa-
ta, nè hà fatta eſſecutione alcuna, &c.* Reſpectu
verò alterius medietatis dicti prædij, illa poſſide-
batur ante aſſociationem ab Aurelio Raſcante ti-
tulo emptionis; & quia in aſſociatione per D. Ri-
nuccinum obtenta non fuerat citatus Raſcantes,
ipſe obtinuit ab A.C. de eodem anno 1626. manu-
19 teneri in ſua poſſeſſione, † quibus ſtantibus D. Ri-
nuccino creditori remanent ſalua primeua iura
*l.ſtychum, §.ſi creditor debitoris vbi Bart. ff. de
ſolut. Rota deciſ.634.nu.9.par.1.recentior. & in
Romana cenſuum 7. Maij 1629.coram me.*

Nec facit, quòd ad probandam perceptionem
fructuũ fuerint examinati teſtes per Riccardos, tùm
20 † quia fuerunt examinati ad perpetuam rei memo-
riam, & Petrus Thomæ Mancini fuit examinatus
5.Martij 1635. & Io. Franciſcus Ioannis Antonij
21 Stacciotti 7.Martij eiuſdem anni, & † ſic lite pẽ-
dente abſque iuriſdictione, & partis citatione non
ſolum non probant, ſed nec etiam faciunt admi-
niculum, tum etiam quia primus teſtis in alio præ-
cedenti examine ſub die 7. Nouembris 1634. cõ-
trarium expreſſè depoſuit dicens, *Qualmente
prima di Luglio dell anno 1633. l'Illuſtriſs. Sig.
Camillo Rinuccino di Firenze, nè altri per lui hã-
no mai hauuti, nè preſi frutti di ſorte alcuna dalla
poſſeſſione di ſome 33. in circa &c.* Et propterea
22 ſtandum † eſt primæ depoſitioni, maximè cum ſit
adminiculata ex inhibitione dotali ad fauorem
Franciſcæ, quæ poſſidebat fundum cenſuatum ra-
tione ſuæ dotis, & impediuit exequutionem man-
dati de aſſociando, & pariter adminiculatur ex in-
ſtrumento poſſeſſionis per eam de nouo adeptæ
2. Nouembris 1628. & in inſtrumento dotali ce-
lebrato 18.Iulij 1629. cum Philippo Riccardo, cui
in ſpecie aſſignauit in dotem fundum cenſuatum,
reſpectu alterius medietatis fundi cenſuati, nec
23 habuit † effectum mandatum de aſſociando, quia
Raſcantes numquam dimiſit ſuam poſſeſſionem,
& vt fuit dictum ſupra, obtinuit manuteneri con-
tra D.Rinuccinum de mẽſe Iunij, & ſic ante tem-
pus recollectionis fructuum, deindeq. 10. Octo-
bris 1627. ſuam medietatem vẽdidit Reuerendiſs.
Archiepiſcopo Firmano, vt ex inſtrumento vendi-
tionis. Vltra quod obiectum penitus tollitur ex
eo, quod poſſeſſio fuit capta per Florellum, qui
† non habebat mandatum procuræ ad capien. poſ-
ſeſſionem, vt benè iuſtificatur ex mandato dato in
Summario illorum de Riccardis nu. 11. ex cuius
lectura apparet dictũ Florellum 30. Martij 1628.
& ſic per duos annos poſt fuiſſe conſtitutum Pro-
curatorem ab Archiepiſcopo Firmano ad exigen-

dum

dum proprium creditum ex cauſa cenſus ab hære-
dibus Simonis Gentiloni,& propterea patet, non
fuiſſe captam poſſeſsionem per Florellum nomine
D. Rinuccini, ſed nomine Archiepiſcopi Firmani,
35 quibus omnibus ſimul iunctis ſatis patet, † pre-
tenſum exceſſum non iuſtificari ad effectum im-
pediendi manutentionem D. Rinuccini poſsiden-
tis auctoritate iudicis, *vt tenuit Rota in allegata
Rauennatenſi Saluiani, 26. Maij 1634. coram me*,
36 & tamen exceſſus ab allegante eſt † concludenter
probandus. *l. 2. de probation. Aym. conſ. 211. nu. 29.
Capntaq. deciſ. 301. par. 2.* quia regulariter exceſ-
37 ſus † non præſumitur, *Rota deciſ. 44. de appellat.
in non. Seraphin. deciſ. 1189. nu. 1. & 2. Rota in
Narnien. dotium 28. Maij 1631. coram me*.

Tertium obiectum anterioritatis crediti dota-
lis Franciſcæ, & Septimiæ pro quo Riccardi præ-
38 tendebant retentionem, ex quo Saluianum † in-
terdictum non competit contra creditorem ha-
bentem hypothecam anteriorem, pariter non ſub-
ſiſtit, quia ſi Riccardi deducunt eorum creditum
ex dote Franciſcæ, non dicitur anterius, ex quo
Franciſca iam deceſſerat, & ſic illius dos ſoluto
matrimonio iam redierat ad filios primi matrimo-
nij, qui fuerant hæredes Simonis debitoris ſine
beneficio legis, & inuentarij, ſicq; deficiebat hu-
iuſmodi creditum in Philippo, vt in marito dictæ
Franciſcæ, qui propterea non poterat prætendere
39 retentionem,† quæ non datur niſi creditori, qualis
non erat Philippus iam effectus debitor dotis,
quam reſtituere tenebatur hæredibus dictæ Fran-
ciſcæ, ſi verò deducant anterioritatem crediti ex
dote Septimiæ, illud eſt poſterius, quia cenſus fuit
impoſitus à Simone anno 1614. quo tempore Se-
ptimia non ſolùm non habebat creditum dotale,
ſed nec etiam erat nata, & Septimia nupſit Hiero-
nymo de anno 1629. & ſic eius creditum dotale
30 longè poſterius † non poteſt impedire immiſſio-
nem petitam per creditorem hypothecarium an-
teriorem, *Mantic. deciſ. 42. nu. 3. & 69. num. 1.* &
aliàs pluries.

Neque dicatur poſſe in hoc caſu Riccardos da-
31 re † de iure tertij nempè filiorum, & hæredum
Franciſcæ, quibus competebat retentio dictorum
bonorum ratione crediti materni anterioris impo-
ſitioni cenſus ad fauorem D. Rinuccini, cum hæc
32 exceptio † ſit excluſiua iuris agentis; Nam Do-
minis placuit reſponſio, quod cum filij, & hæredes
Franciſcæ ſint etiam hæredes Simonis debitoris
cenſus, & adiuerint hæreditatem ipſius Simonis
ſimplicitèr, nullo confecto inuentario, in illos trã-
33 ſierunt † omnes actiones actiuæ, & paſſiuæ, itaut
tamquam debitores D. Rinuccini non potuerint
impedire illius immiſſionem.

Secundò, reſpondebant Domini, quòd in actis
iudicis de partibus, qui tulit ſententiam de tempo-
re latæ ſententiæ non conſtabat de anterioritate ex
inſtrumento dotali, & quod in illis non fuerat pro-
batum matrimonium. Vndè cum dicta ſententia
34 † non poſſit dici iniuſta ex eiſdem actis, ſequitur,
quòd iudex iuſtè proceſſerit, & quod poſſeſſio tra-
dita D. Rinuccino non ſit ſpoliatiua, quia tunc iu-
35 dex dicitur † ſpoliaſſe, quando notoriè conſtat de
nullitate, & iniuſtitia ſententiæ, *Felin. in c. dilectus
de reſcript. Crauett. conſ. 202.* & notorietas diſcu-
36 tienda ſit ex eiſdem † actis, non autem ex nouiter
deductis, *Io. Monach. in c. venerabilibus nu. 2. ibi
ſed ex quibus ex nouis non. de ſent. excomm. in 6.
Corn. conſ. 10. nu. 3. lib. 4. Rota deciſ. 479. num. 2.
par. 4. diuerſ.* quia in executiuis non attenditur
37 poſſibilitas iuris deducendi, † ſed quod eſt dedu-
ctum, & probatum, *vt tenuit Rota in terminis*,
38 quod iura † poſt ſententiam producta non ſuffra-
gentur, *in Romana aditionis hæreditatis 23. Fe-
bruarij 1613. coram Reuerendiſs. D. meo Decano*.

Demum non obſtat, quòd tam inſpecto tempo-
re promiſſionis dotis Franciſcæ, de menſe Maij
1614. quam inſpecto tempore contracti matrimo-
nij ſub die 22. Iulij eiuſdem anni per Franciſcam
per verba de præſenti cum Simone Gentilono in
Eccleſia Lauretana conſtet de anterioritate credi-
ti dotalis ante impoſitionem cenſus ad fauorem
D. Rinuccini 29. Octobris eiuſdem anni 1614. &
quicquid ſit de quæſtione inter Doctores. An taci-
ta hypotheca pro dote oriatur à die promiſſionis
in chirographo ſponſalium. An verò à die contra-
cti matrimonij, remouetur quæuis difficultas per
Riccardos ſtante matrimonio contracto per verba
de præſenti inter Simonem, & Franciſcam per tri-
meſtre ante impoſitionem cenſus D. Rinuccini.
Quia cum non conſtet de actuali ſolutione dotis,
quoad loca montium promiſſa, imò plura eorum
alienata reperiantur per Lucam Pheum dotis pro-
miſſorem. Ideò Franciſcæ nulla competit actio
39 pro repetitione dotis in pecunia, † niſi dictorum
locorum conſignationem probet, vel ea non repe-
riri culpa mariti; Alias illi competit ſolummodo
actio ad loca montium promiſſa, *l. ita conſtante,
l. ſequenti, & l. res quæ, ff. de iur. dot. l. etiam, vbi
Bald. ff. de fund. dot.* Nec pro reſiduo dotis proba-
tur exactio creditorum aſſignatorum, & propte-
40 rea † nec maritus nec illius heredes tenentur re-
ſtituere pecuniam, *l. Mauia, ff. ſolut. matrim. Rota
in Romana dotis 15. Iunij 1612. coram Eminentiſs.
Cardinali Pamphilio.* Et difficultas nõ poteſt tolli
ex eo, quod dicta credita fuerint data æſtimata,
41 quia † neceſſariò requiritur expreſſa traditio in
ſolutum poſt promiſſionem quantitatis præceden-
tis, vt declarat *Vinc. de Franch. deciſ. 108. nu. 7. &
ſequentibus*. Nullamq; poſſe fieri vim in iuribus
productis per Riccardos ad probandam exactionẽ,
42 indubitatum eſt, † quia non creditur confeſſioni
de recepto ſcutorum 900 factæ à Simone, etiam
ſi præceſſerit dotis promiſſio, *Menoch. lib. 3. præ-
ſumpt. 13. nu. 24. Surd. deciſ. 116. num. 9. ad fin. &
ſequentib.* cum ipſe Simon ære alieno grauatus cõ-
feſſus fuerit in præiudicium creditorum, & dictum
inſtrumentum confeſſionis ſit relatiuum ad aliud
43 inſtrumentum, de quo non conſtat, † quare in præ-
iudicium creditorum non probat, niſi expoſito in
actis inſtrumento relato, *Authen. ſi quis in aliquo,
vbi Doctores, C. de eden.* Aliud inſtrumentum cõ-
cordiæ cùm hæredibus primi viri non releuat, cum
44 non ſit in forma † probanti, ex quo caret die, an-
no, teſtibus, & ſubſcriptione Notarij, *Authen. vt
præpon. nomen Imper. verſ. vnde ſancimus Couar.
practicar. quæſt. c. 20. nu. 2. & 5. Felin. poſt alios
in c. 1. col. 4. de fid. inſtrum. Rota deciſ. 16. num. 1.*

par.1.& deciſ.195.num.1.par.4 diuerſ. Sed ceſſat
difficultas, quoniam conſtat, Franciſcam poſſe-
diſſe plura corpora bonorum defuncti mariti, quo-
rum fructus debent minuere ſortem crediti dota-
lis, & ex illorum perceptione idem creditum effe-
ctum fuit illiquidum, & niſi iterùm liquidetur non
45 poteſt dici de credito liquido, † & claro conſtare
ad effectum impediendi manutentionem D. Ri-
nuccini; *bo.me. Cardinalis Caualerius deciſ. 539.*
46 *nu 5.& 6.vbi dicitur* non poſſe dici conſtare † de
credito liquido, niſi interuenerit, vel confeſſio par-
tis, vel res iudicata, *Rota in recentior deciſ. 537.*
par.1.& 741.par.2. & coram Seraphino deciſ 73.
nu.1.& 983.nu.7.in Bononien.cenſus 23.Nouem-
bris 1627.coram Reuerendiſſ.Epiſcopo Vrgellen.

Adducebatur etiam per Riccardos, Franciſcam
obtinuiſſe ab A. C. mandatum executiuum contra
bona hæreditaria primi viri pro ſcutis 3127. ſine
præiudicio reſidui quod nihil concludit. Quia cum
47 fuerit relaxatum per contradictas nemine † con-
tradicente, non potuit præiudicare creditoribus
habentibus hypothecam de tempore mandati, *ad*
text.in l.ſi ſuperatus, ff de pignor.& in l.ſi mater,
§.fin.ff.de exception.rei iudic.Bald.conſ.122. nu.5.
lib.3.Surd.deciſ.256.nu.5 in fine, & nu.6.

Neque obſtat quartum obiectum deductum ex
nullitate contractus impoſitionis cenſus impoſiti
à Procuratore ad illum imponendum conſtituto à
48 Simone minore 2 :.annis, † non ſeruatis ſolemni-
tatibus requiſitis à Conſtitutione Marchiæ, quas
etiam requiri in contractibus Forenſium reſoluit
Rota in Romana, ſeu Tudertina nullitatis obliga-
tionis 4.Iunij 1614. coram bo.me. Buratto, & in
Vrbeuetana cenſus 24 Ianuarij,& 23.Iunij 1634.
coram R.P.D. meo Motmanno. Quia obiectum
tollitur pluribus reſponſionibus. Primò, quia cõ-
49 tractus celebratus cum minore abſque † ſolemni-
tatibus ſtatuarijs eſt nullus minore volente, at ip-
ſo nolente eſt validus, & tenet, cum ſolemnitates
ſint inductæ ad fauorem minorum. Nec iſta ex-
ceptio poteſt opponi per Riccardos non hęredes
50 Simonis impoſitoris, † quibus tantum hoc eſt
ſpecialiter reſeruatum, *Surd. deciſ. 108. nu.3. Se-*
raphin.deciſ.256.nu.7.& 339.nu.6. Rota dec.206.
nu.7.penes Cinc.de cenſib. & in Bononien. de Gla-
uarinis 23. Ianuarij 1636.coram me. Secundò,
non conſtat de dicta minoritate de tempore latæ
51 ſententiæ, † quia fides baptiſmatis non fuit extra-
cta à Parocho, nec ab alio de mandato Parochi,
52 nec ex libro exiſtente in Eccleſia parochiali, † ſed
eſt fides Cancellarij ad cuius officium non ſpectat
baptizare; ideoq non probat *Seraphin.dec.1182.*
num. 1. Tertiò, reſpondetur ex lapſu quinquen-
53 nij † cum ſolutione fructuum per Simonem factũ
maiorem induci ratificationem contractus, *l fin.*
C.ſi maior fact. Menoch. de recuper. remed. 15.
num.178.& conſ.242.nu.32.lib. 3. Gabr.conſ.20.
54 *nu.35. vol.2.* & cum verſemur † in contractu fa-
cto ab ipſo minore, non poteſt allegari illius igno-
55 rantia, quæ poſt † maiorem ætatem non prẹſumi-
tur, neque attenditur, *l.2. l.cum quis, & l.penult.*
C.de iur. & facti ignor. Quartò fuit dictum ſupra-
56 dictas † reſolutiones *in Vrbeuetana cenſus coram*
R.P.D.meo Motmanno, & in Romana, ſeù Tuder-
tina nullitatis obligationis coram bo.me.Buratto,
non applicari, qiia in iſto caſu concurrunt diuer-
ſæ qualitates, q‹ æ non interuenerant in caſibus di-
ctarum deciſionum, vt colligitur ex illarum le-
ctura.

Et ita vtraque parte informante fuit reſolutum
ad fauorem D.Rinnccini.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Fauentina Iuriſpatronatus.

Die Veneris 16. Maii 1636.

ARGVMENTVM.

Præſentato quibus probatis inſtitutio denegari
nequeat. Iuſpatronatus quando dicatur gen-
tilitium, & quando hæreditarium. Ad præ-
ſentandum in iurepatronatu gentilitio quis
admittatur, & quis excludatur.

SVMMARIVM.

1 *pro Iuriſpatronatus adiudicatione, quæ ſint præ-*
cipua requiſita.
2 *Præſentatus, quando non veniat inſtituendus.*
& num. 5.
3 *Iuſpatronatus quando dicatur hæreditarium.*
4 *Iuriſpatronatus qualitas gentilitia, quando trã-*
ſeat in hæreditariam.
6 *in Iurepatronatu gentilitio præſentare debet*
antiquior de domo.
7 *ad Præſentandum in iurepatronatu gentilitio*
non eſt admittendus, qui non eſt de agnatione.
8 *Iuſpatronatus quando eſt gentilitium non tran-*
ſit ad extraneos, ſi ſuperſit aliquis de familia.
num.9.& 12.
10 *Hæres extraneus eſt capax ‹iuriſpatronatus.*
11 *Iuriſpatronatus qualitas an ſit gentilitia, quid*
ſit attendendum.
13 *Scriptura relata tota cenſetur ineſſe in referente.*
14 *ad Iuſpatronatus ſufficit, quod quis præſentatus*
ſit ab eo, qui ex publicis documentis probatur
patronus.
15 *Præſentatus ad iuſpatronatus ſi in ſupplicatione*
narrauerit, quod fuit præſentatus à medietate
patronorum in quaſi poſſeſſione præſentandi exi-
ſtentium, an teneatur docere de iſta quaſi poſ-
ſeſſione.

Allegatur præſens deciſio ſupra in deci-
ſione 208. quæ eſt in eadem cauſa ſub
die 27. Martij 1637. coram eodem
Reuer.mo P.D. Pirouano Decano.

DECISIO CCCVII.

IACOBO tantummodo informante dictum
fuerat eidem adiudicandum eſſe beneficium, de
quo agitur, quia probabat vacationem, exiſten-
tiam iuriſpatronatus familiæ de Scarducis, perti-
nentiam ad eos, qui illum præſentarunt, & præ-
ſentationem intra legitima tempora, demumque
1 ſui ipſius habilitatem, quæ ſunt † præcipua requi-
ſita

Digitized by Google

ſita pro obtinenda adiudicatione , *cap. Monaſte-*
rium 16.quaſt.7.cap cum Bertoldus vbi Abb.n.12.
de re iud. Rota deciſ.337. nu.1.par.2. recent. & idē
fuit firmatum *in Piſtorien. Beneficij coram me ,*
quæ eſt deciſ.232 nu.1.par.5. diuerſ. & ad præſen-
tationem Caſtellini aduerſarij , illiuſq. gratiam
Apoſtolicam reſpondebatur nō probati fuiſſe præ-
2 ſentatum à medietate † patronorum , & exiſten-
tiam in quaſi poſſeſſione præſentandi , prout nar-
ratiua litterarum continebat.
Cauſa hodie vtraque parte informante repropo-
ſita cenſuerunt DD. recedendum eſſe à deciſis.
Quia Caſtellinus probat,& ipſe patronatum, il-
3 lumq. eſſe † hæreditarium , nam Martinus de
Scardučis fundator moriens de anno 1529. menſe
Februarij inſtituit ſuos hæredes Andream,& Bar-
tholomæum. Alter verò Andreas vltimus maſcu-
lus ſuperſtes de linea de Scarducis , & ipſe de an-
no 1607.in vltima voluntate inſtituit hæredes Lu-
cretiam filiam Io. Euangeliſtæ fratris ſui,& Sme-
raldam ſororem germanam , quæ Smeralda habuit
in filium Bartholomæum de Venturinis,cui ab in-
teſtato decedenti ſucceſſit Smeralda filia, quæ Ca-
ſtellinum præſentauit. Vnde quicquid ſit de ſtatu
gentilitio aut mixto cum hæreditario anteriori de
tempore vitæ Andreæ propter qualitatem in fun-
datione huius beneficij per eundem Martinum
fundatorem appoſitam de anno 1525.menſe Maij,
ibi, hac tamen lege , vt Patronatus reſeruetur ip-
ſo Martino fratri , & nepotibus ſuis maſculis ex
ipſo eius fratre prędefuncto Ser Franceſco nuncu-
pato, & eorum deſcendentibus maſculis per rectā
lineam eorum maſculinam ordine tamen ſeruato.
Attamen maſculis deficientibus de eadem linea
de Scarducijs , prout defecerunt cum perſona
4 Andreæ exindè † tranſiuit in hęreditarium , & ad
perſonas Lucretiæ , & Smeraldæ eiuſdem Andreæ
hæredes *Calder.conſ.4.de Iurepatr Ferr.cōſ.131.*
num.12.& 13. Anchar.conſ.81. Couar. var. lib 2.
cap.18. num.6. Rota eodem tit. in antiq. & x. in
nou. Seraph deciſ 364. num.3. & 378. num. 3. &
ſeq. & idem fuit comprobatum *in Piſtorien. Iure-*
patronatus 3. Martij 1528.coram D.meo Merlino.
& hoc ſtante dubitari non poteſt quin Caſtellinus
pręſentatus fuerit à medietate Patronorum , &
narratiuam ſuæ gratiæ, iuſtificauerit, per quam ve-
nit præferendus Iacobo ab hæredibus Lucretiæ
5 præſentato , qui † cum ſola medietate vocum in-
ſtitutionem obtinere non poteſt. *c.3. de Iurepatr.*
clem. plures eod. tit. Gonzal. ſuper reg 8. gloſ. 45.
num.61. Caſſad. deciſ.2.nu.2.de iurepatr. Roch.eod.
tit.in verb.ipſe nu.6.& 7.
Neque obſtat , quod verſemur in Patronatu
gentilitio , aut ſaltem mixto cum hæreditario pro
6 hæredibus de familia de Scarducijs, in quo † præ-
ſentare habeat antiquior de Domo, quæ duæ qua-
litates agnationis , & hæredis cum concurrant in
Lucretia, quæ præſentauit Iacobum, & deficiant in
Smeralda de extranea agnatione probatur nempè
7 de Venturinis dicebatur † ad præſentandum non
poſſe concurrere per *tex.in l.ſi hæredi plures , ff.de*
cond Inſtit. Card.conſ.48.per tot. Pariſ. conſ.48.
nu.9 & ſeqq.par.4. Gabr.conſ.195. lib.1. nu.3. &
8 donec ſuperſit aliquis de † familia Iuſpatronatus
non tranſire ad extraneos. *Anchar.in cap.1.nu.3.*
in 2.not.verſ.ego credo, & Franc. nu.44. de Iure-
patr.in 6.Couar. var.lib. 2. cap.18. num.1. cum
allegatis.
Quia dantur tres ſcripturæ pertinentes ad ere-
ctionem huius Patronatus. Prima de menſe Maij
1525. quæ eſt conuentio cum Capitulo Fauentino
ſuper conceſſione Cappellæ in Eccleſia Cathedra-
li facta Martino , & per ipſum dotandæ cum reſer-
uatione Iuriſpatronatus pro deſcendentibus ma-
ſculis per rectam lineam maſculinam eius nepotū.
Secunda eſt, teſtamentum eiuſdem Martini menſe
Februarij 1529. in quo mandat , quod Cappella
S.Martini in Eccleſia Fauentina , quam ipſe teſta-
tor ex bonis ſuis patrimonialibus dotauit animo
conſequendi Iuſpatronatus pro ſe, hæredibus ſuis ,
& hæredibus hæredum in infinitum,& dixit appa-
rere de huiuſmodi dotatione inſtrumentum roga-
tum per Nicolaum de Viarana poſt eius mortem
erigatur in beneficium intentione prędicta conſe-
quendi iuſpatronatus in ea , & quod antiquior de
domo ſemper habeat præſentare. Tertia ſcriptura
eſt ipſa erectio facta per Vicarium Epiſcopi Fa-
uentini , qui erigit Cappellam in beneficium , &
Scarducijs,eorumq. hæredibus per rectam lineam
maſculinam deſcendentibus maiori natu eorum
iuſpatronatus reſeruauit, terraſque , & bona reli-
ctas , & relicta per dictum Martinum in ſuo teſta-
mento eidem altari pro ſua dote perpetuò appro-
priauit omni meliori modo,quibus poſitis.
9 Reſponſum fuit,iuſpatronatus non fuiſſe † reſer-
uatum familiæ , ſed ad fauorem maſculorum de
Scarducijs,quibus deficientibus vocatio non ſuſti-
netur pro omnibus de familia *Surd.cōſ.448. n.23.*
& in his terminis tenuit Rota in Ianuen. Iuriſpa-
tronatus 23. Ianuarij 1612.coram D.Card. Pam-
philio, & in Piſcien. beneficij 7. Nouembris 1629.
coram Card.Vbaldo , propterea ex maſculis lineæ
ſuperſtite tantummodo Andrea iuriſpatronatus
remanſit hæreditarium , & cum ea qualitate tran-
ſiuit ad fœminas ſaltem Lucretiam, & Smeraldam
10 hæredes ab eodem Andrea inſtitutas , † & capa-
ces quantumuis extraneas ſecundum *Anchar. d.*
conſ.81.& alios ſupra allegatos.
Neque dicatur ad cognoſcēdam qualitatem gen-
11 tilitij non eſſe † attendendam conuentionem fa-
ctam cum Capitulo , quæ eſt prima ſcriptura , ſed
tertiam ipſam,quæ eſt erectio, & quid Vicarius de-
terminauerit, prout reſolutum fuit in *Camerinen.*
Penſionis coram D.meo Veroſpio 16. Ianuarij præ-
teriti. Vicariumq. Scarducijs , eorumq. hæredibus
per rectam lineam maſculinā deſcendentibus ma-
iori natu reſeruaſſe iuſpatronatus , quæ verba con-
ueniūnt Lucretiæ , quæ præſentauit Iacobum cum
12 ſit agnata de familia † de Scarducijs , & hæres, ad
quam donec ſuperſtes eſt pertinet iuſpatronatus ,
nec ad extraneos tranſire poteſt *Anch. & Franc.*
in cap.1.de Iurep. cum aliis ſupra allegatis.
Quoniam tertia ſcriptura nempe erectio habet
duas partes; in prima hæredes Martini petierunt
tertiam Cappellam per Capitulum Martino aſſi-
gnatam , & conceſſam per præfatum Vicarium in
beneficium erigi ſub titulo S.Martini. In ſecunda
voluerunt tunc, & in futurum maioribus natu
exiſten-

Digitized by Google

exiſtētibus de linea maſculina prædicta ſeruari iuſpatronatus præſentandi R. ctorem, iuxta formam & tenorem inſtrumenti offerentes ſe paratos aſſignare bona, & omnia facere, ad quæ de iure tenētur. Vicarius verò vtrique parti ſatisfaciendo erexit, & reſeruauit iuxta formam, & tenorem dicti inſtrumenti Ser Nicolæ, quod eſt tertia ſcriptura, atque ita cū hæredes ſe reſtrinxerint ad inſtrumentum conceſſionis in eorum petitione, & Vicarius reſeruauerit, & approbauerit, iuxta tenorem dicti inſtrumenti nec in hac parte diſcordant. Nulla eſt habenda ratio ſecundæ ſcripturæ nempè verborum teſtamenti eiuſdem Martini, ſed tantummodo ipſius creationis ſequendo & terminos deciſionis prædictæ Camerineñ penſionis, quoniam illa

13 prima ſcriptura † relata tota eſt in erectione illam referente, *l. aſſe toto. ff de hæred. inſtit. Surd. deciſ. 212. nu. 14. & 291. num. 18. cum alijs ab eodem relatis.*

Deinque non obſtat quod Caſtellinus non iuſtificauerit alteram narratiuā litterarum, quod fuerit præſentatus à medietate patronorum in quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtentium.

Quia omiſſa diſputatione an potius ſit ſtandum ſupplicationi Caſtellini, in qua non legitur talis narratiua vel potius litteris illam continentibus, viſum fuit ſufficere præſentatum fuiſſe ab eo qui

14 † ex publicis documentis probatur patronus, qui non indiget poſſeſſione ad ſuſtinendam præſenta-

15 tionem, vt propterea omiſſio iſtius † qualitatis non vitiet gratiam, vt in his terminis fuit reſponſum in *Maceraten. iuriſpatronatus 6. Nouembris 1628. coram Card. Vbaldo.*

Reliqui verò concernentia iuſtificationem gratiæ Caſtellini difficultate carebant, & Domini tranſierunt cum reſponſionibus datis per informantes. Et ita & c.

¶ *In eadem cauſa ſupra in hac parte habetur alia deciſio ſub die 23. Ianuarij 1636. coram eodem Reuerendiſſ. Pirouano Decano. eſt deciſio 87.*

REV.^MO P. D. COCCINO DECANO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Veneris 13 Iunii 1636.

ARGVMENTVM.

Beneficiati licet lite pendente renunciauerint beneficio non propterea cenſentur renunciaſſe inſtantiæ, & ratæ diſtributionum ſibi debitæ pro tempore, quo iam interfuerunt in Choro, & ideo poſſunt illas petere per viam manutentionis, quæ eis deneganda non eſt, conſtito de poſſeſſione.

SVMMARIVM.

1 *Manutentio danda eſt ſine difficultate ſi conſtet de poſſeſſione.*

2 *Beneficiati licet renunciauerint beneficium, non propterea cenſentur renunciaſſe ratæ diſtributionum ſibi debitæ pro tempore, quo interfuerunt in Choro.*

3 *Beneficiatus renuncians beneficio, non amouetur ab eo poſſeſſio diſtributionum præteritarum, & ſolum illa non ſuff agatur quoad futuras.*

4 *Beneficiati ſi ſint in quaſi poſſeſſione percipiendi diſtributiones quotidianas, poſſunt illas petere per viam manutentionis, non obſtante quod reſignauerint portiones, & nu. 5.*

6 *In Beneficialibus poſſeſſio acquiritur Eccleſia, ſeu ipſis beneficijs, & ſic ſucceſſores poſſunt petere manutentionem nomine iſtorum beneficiorum.*

7 *Beneficiati non faciunt Collegium.*

Allegatur preſens deciſio ſupra in deciſione 246. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 6. Nouemb. 1637. coram eodem bo. me. Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCCVIII.

POST reſolutiones factas maturèq. diſcuſſas, quod portionarijs erit debitum mandatum de manutenendo in poſſeſſione exigendi tria regalia quolibet die pro horis diurnis vt in deciſionibus factis die 24. Nouembris 1632. * & 28. Ianuarij 1633. quas præceſſerant, aliæ duæ deciſiones ſub diebus 30. Aprilis, & 21. Iunij 1621. ſuper eadem manutentione, & aliæ plures, quibus firmatum fuit non eſſe diminutos redditus in iſta Eccleſia, in expeditione dicti mandati de manutenendo fuit compertum, quod procurator exiſtens in Curia non habeat mādatum niſi pro decem portionarijs, cum alij per ceſſum, vel deceſſum fuiſſent mutati, & alij poſt receſſum primi procuratoris, ſecundo procuratori non dederant mādatum ideo fuit tunc pro illis decem expeditum mandatum prædictum, reſeruatio, vt pro alijs, videretur. Et hodie dubitaui An portionarijs in primo mandato de menutenendo reſeruatis idem mandatum eſſet concedendum, & Domini affirmatiuè reſponderunt, quia de poſſeſſione portionariorum conſtat in genere, ſcilicet vel ipſos, vel anteceſſores percepiſſe dicta tria regalia, vt fuit firmatum in hac cauſa, quare Martino Sanchez, & Hieronymo Clua, qui interfuerunt in principio litis, vt conſtat

1 ex libello dato in ſumm. nu. 14. abſque † difficultate eſt danda manutentio, cum conſtet de eorum poſſeſſione, *§. hodie in ſtit. de interdict. cum vulgar.*

Idem mandatum eſt dandum quatuor alijs, qui

2 lite pendente reſignarunt ſuas portiones, † quia non propterea cenſentur renunciaſſe inſtantiæ, & ratæ diſtributionum ſibi debitæ pro tempore, quo interfuerunt in Choro; non enim per renunciatio-

3 nem portionis fuit amota poſſeſſio † quoad diſtributiones præteritas, ſed ſolum illa non ſuffragatur quoad futuras: vnde cum iſti portionarij eſſent in

4 poſſeſſione percipiendi † dictas diſtributiones poſſunt illas hodie petere per viam manutentionis, nō obſtante quòd reſignauerint portiones, nam, vt di-

5 ctum eſt, non renunciarunt, † itaut per viam manutentionis non poſſint petere diſtributiones ſibi debitas, dum retinebantur præſtimonia.

Et idem dicendum eſt pro alijs, qui ſucceſſerunt in portionibus per obitum, vel per reſignationem,

nam

nam certum eſt in iure, quod poſſeſſio acquiritur
6 †Eccleſiæ, & in caſu noſtro ipſis beneficijs, & por-
tionibus: vnde ſucceſſores poſſunt petere manutē-
tionem nomine ipſarum portionum, *Innoc. in cap. cum ſuper. nu.4. de cauſ. poſſeſſ. & propriet. Natt. conſ.562. nu.10. in fin. verſ. ſecundo præſuppono. Pariſ. conſ.24. nu. 7. vol.1. Caſſad. deciſ.7. nu.13. de cauſ. poſſeſſ & propriet. Rota deciſ.1. de reſtit. ſpoliat. in nou. & fuit reſolutum in cauſa Colimbrien. præſtimoniorum* 10. *Decemb.* 1631. *&* 18. *Iunij* 1632. *coram R.P.D. meo Dunozetto, & in eadem* 27. *Iunij* 1633. *&* 28. *Aprilis* 1634. *coram me, & vltimo loco coram R.P.D. meo Ghiſilerio in cauſa Bononien. diſmembrationis* 14. *Iunij* 1634. & in fortioribus terminis de Cappellanis manualibus dixit *Rota in cauſa Salamantina ſtipendiorum* 16. *Ianuar.* 1606. *coram bo.me. Horatio Card. Lancellotto.*

7 Non obſtat, † quod portionarij non conſtituant Collegium, quia non petunt manutentionem ratione Collegij, ſed aut ratione propriæ perſonæ, vel nomine ſuæ portionis: vnde ex prædictis nihil ad rem, quod non faciant Collegium.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

☞ * *Eſt deciſio* 156. *ſupra in praecedenti parte.*

Et plures Deciſiones in hac cauſa annotaui ſupra in hac parte ad deciſionem 20. *quæ eſt in eadem cauſa coram eodem Coccino.*

REV.MO P. D. COCCINO DECANO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum,

Die Veneris 7. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM.

Recurſus ad Iudices laicos in materia fori Eccleſiaſtici, ſufficit vt probetur qualibet leui probatione, ſi agatur, vt denegetur audientia, ſed ſi tractetur de amiſſione iuris quæſiti tunc concludenter eſt probandus. Beneficiatus ſi ſit excommunicatus an lucretur diſtributiones, & quid ſi interueniat in Choro. Excommunicatum ſe eſſe, an quis fateatur, petendo abſolutionem.

SVMMARIVM.

1 *ad Iudices laicos non poteſt recurri in materia fori Eccleſiaſtici.*
2 *Probatio qualibet quãtumuis leuis probat recurſum ad Iudices laicos ad effectum denegandi audiendam, niſi obtineatur abſolutio.*
3 *Recurſus ad Iudices laicos in dubio præſumitur factus ad inſtantiã eius de cuius intereſſe agitur.*
4 *Excommunicatus non ſolum non facit fructus ſuos beneficij, ſed nec etiam lucratur diſtribubutiones. declara vt nu.5. & 6.*
7 *Cenſuræ incurruntur ipſo iure.*
8 *Diſtributionum priuatio eſt ſequela excommunicationis.*
9 *Recurſus ad Iudices laicos debent concludenter probari, quando tractatur, vt pars aliquid amittat.*
10 *Excommunicationis ſcientia quando agitur de priuatione, non ſufficit, vt ea probetur præſumptiuè.*
11 *Recurſus ad Iudices laicos, quando agitur de priuatione non probatur ex mandato de comparẽdo coram Iudicibus laicis, cum illud intelligatur in cauſis licitis.*
12 *Sed hoc non procedit, quando concurrunt præſumptiones vehementes, & vrgentes.*
13 *Coniecturæ, & præſumptiones tales eſſe debent, vt probent.*
14 *de Amiſſione iuris quærendi, quando agitur, ſufficit probatio præſumpta.*
15 *de Diſtributionibus iam lucratis, vt quis amittat, ſi hoc agatur, non poteſt dici, quod tractetur de iure quærendo, ſed benè de iure quæſito.*
16 *Diſtributiones debentur ratione laboris, & operis impenſi in vinea Domini, nimirũ in Eccleſia.*
17 *Diſtributiones dantur tanquam merces.*
18 *Abſolutionem ab excommunicatione ſi quis petat, cenſetur incurriſſe in eam.*
19 *in Excommunicationem incurſio neceſſariò non infertur ex abſolutione petita cum poſſit peti ad cautelam.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 246. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 6. Nouemb. 1637. coram bon. me. Reuerendiſſ. Coccino.

DECISIO CCCIX.

POST mandatum de manutenendo conceſſũ decem portionarijs in poſſeſſione exigẽdi tria regalia pro diſtributionibus quotidianis diurnis, fuerat reſolutum eſſe etiam dandam manutentionem cæteris Portionarijs, & Beneficiatis, & ad hunc effectum ſufficere quod anteceſſores fuerint in hac poſſeſſione, quia ſucceſſores ratione ſuorum beneficiorum poterant petere dictam manutentionem, vt pluries fuit firmatum: Sed quia in expeditione dicti mandati fuerunt excepti ſex portionarij, & beneficiati, ex quo apparebat eorum nomi-
1 ne fuiſſe † habitos recurſus ad Iudices laicos in
materia fori Eccleſiaſtici, *c. grauem. de ſent. excomm. c. qualiter, & quando de iudic. & habetur in Bulla Cœnæ Domini §. 16.* Certumq. ſit quod
2 quælibet probatio quantumuis † leuis probat re-
curſum ad effectum denegandi audientiã niſi prius obtineatur abſolutio, *Felin. in cap. prudentiam §. ſexta nu.16. alias 4. verſ. iſtis tamen non obſtantib. de off. & poſt ſud. deleg. Dec. in cap. dilecti il 1. nu.12. de appell. Seraph. deciſ.*1094. vbi quod re-
3 curſus † in dubio præſumitur factus ad inſtantiam
partis intereſſe habentis, vt fuit etiam reſolutum *in cauſa Aſtoricen. Prioratus* 13. *Maij* 1598. *corã Litta, & in cauſa Placentina Cappellaniæ* 19. *Februarij* 1601. *coram bo. me. Card. Millino,* Ideò Domini mandarunt, vt ab eis peteretur abſolutio, & hodie quod dicti portionarij paruerunt mandato

Rotæ,

Rotæ, & obtinuerunt abſolutionem, dubitaui An, & pro quo tempore eis ſit danda manutentio.

Pro parte Capituli dicebatur nullam eis eſſe de-
4 bitam manutentionem, cum excommunicatus † nõ ſolùm non faciat ſuos fructus beneficij, ſed nec etiam lucretur diſtributiones *ex cumulatis per Monet. de diſtrib. par. 2. quæſt.* 15. *nu.* 18. *Seraph. deciſ.* 1164. *nu.* 2. Huic fundamento reſpondebatur,
5 quod haberet locum, ſi portionarij † non interfuiſſent in Choro, *Petr. Nauar. lib. 2. de reſtit. cap. 2. in noua editione difficile prima nu.* 243. *fol. mihi* 206. *Henriquez in ſumma lib.* 13. *de excomm. c.* 3. *nu.* 3. *& cap.* 14. *nu.* 3. *in fin. & c.* 52. *nu.* 3. *in comment. littera* X. & probabilem opinionẽ putat *Sanchez de matrim. lib.* 3. *diſput.* 51. *nu.* 12. *Garz. de benefic. par.* 7. *cap.* 13. *nu* 91.

Cæterum hæc reſponſio non placuit Dominis, quia quicquid dicendum ſit de prædicta opinione,
6 † illa procedit in foro conſcientiæ, non autem in foro fori, vt expreſsè loquuntur DD. prædicti, & illam etiam impugnat *Monet. de diſtrib. loco citato nu.* 25. vbi ſe remittit ad concordantes allegatos per *Sanchez. vbi ſupra nu.* 10 nec in hoc caſu, cũ agatur de excommunicatione, eſt diſtinguendum,
7 an requiratur prius declaratoria, quia † cenſuræ incurruntur ipſo iure, & priuatio diſtributionum
8 † eſt ſequela excommunicationis, vt ſentiunt omnes DD. prædicti, *Ferdinand. de Caſtro Palao de relig. tom.* 1. *tract.* 3. *diſput.* 2. *punct.* 2. *nu.* 1.

Secundò dicebatur quod agebatur in hoc puncto, non de recurſibus ad effectum denegandi au-
9 dientiam, † ſed ad effectum, vt diſtributiones cenſerentur amiſſæ, quo caſu recurſus debet conclu-
10 denter probari, prout etiam ſcientia † excommunicationis quando agitur de priuatione, nec ſufficit probare recurſum, vel ſcientiam excommunicationis præſumptiuè, *Mohed. deciſ.* 4. *de probat. Put. deciſ* 6. *eod. tit. &* 24. *nu.* 4. *lib.* 1. *in correct. & fuit dictum in cauſa Paten. penſionis* 25. *Octob.* 1593. *coram bo. me. Card. Pamphilio, & in cauſa Tuden. beneficij* 25. *Iunij* 1604 *coram piæ mem. Franciſco Penna, quæ eſt deciſio* 212. *nu.* 3. *poſt* 2. *vol. conſ. Farin.* in qua aliæ deciſiones recenſentur *Rota deciſ.* 602. *nu.* 3. *par.* 1. *recent.* in qua dicitur, quòd etiam ſtante mandato de comparẽdo coram Iudicibus laicis, ad effectum pœnæ non probatur
11 † recurſus ad inſtantiam illius, qui dedit mandatum, cum illud intelligatur in cauſis licitis, & hęc reſponſio placuit Dominis.

Neque obſtat, quod prædicta non procedãt quã-
12 do concurrunt præſumptiones † vehementes, & vrgentes, *vt in cauſa Mediolanen. matrimonij* 22. *Martij* 1574. *coram Cotta. & in Oſcen. Archidiaconatus* 10. *Iunij* 1602. *corã bo. me. Horatio Card. Lancellotto* quia hic non concurrunt prædictæ cõiecturæ, & præſumptiones vehementes, ex quibus
13 oriatur probatio concludens, tales † enim debent eſſe coniecturæ, & præsũptiones, vt probent *Aym. conſ.* 73. *nu.* 19. *& conſ.* 178. *nu.* 1. *& fuit dictum in allegata cauſa Oſcen. & in Caſalen. Præpoſituræ* 21. *Aprilis* 1597. *coram bo. me. Gypſio.*
14 Minus etiam facit, quod quando agitur † de amiſſione iuris quærendi, ſufficiat probatio præſumpta, *Put. d. deciſ.* 6. *in fin. de prob. Mohed. d. deciſ.* 4. *eod. tit. in fin.* quas deciſiones ſequuta fuit *Rot. in cauſa Burgen. Abbatiæ* 7. *Febr.* 1586. *coram Epiſcopo Lauretano*, in qua allegatur *gloſ. in clem.* 1. *de conceſſ. præbend. & ibi Anchar. nu.* 26.
15 *& latè in d. Tuden. beneficij.* Quia in hoc caſu † nõ agitur de iure quærendo, ſed de iure quæſito admittendo, ſcilicet de perdendis diſtributionibus, quas portionarij lucrati fuerunt ex ſeruitio præſti-
16 to Eccleſiæ, diſtributiones † enim debentur ratione
17 laboris, & operis impenſi in vinea Domini, † nimirũ in Eccleſia, & tanquam merces dantur *Pariſ conſ.* 33. *num.* 3 *vol.* 4. *Gig. poſt alios conſ.* 144. *nu.* 6. *&* 13. *Gonzal. §.* 7. *probem. nu.* 162. *&* 165.

Denique non obſtat quod portionarij petendo
18 † abſolutionem videantur fateri ſe incurriſſe in excommunicationem. Quia reſpondetur hoc ne-
19 ceſſariò non inferri † ex dicta abſolutione petita, cum potuerit etiam peti ad cautelam, *Rota deciſ.* 534. *nu.* 9. *par.* 1. *recent.*

Ex quibus cum non probentur recurſus ad effectum, vt portionarij amittant diſtributiones, dixerunt Domini eis manutentionem deberi pro tempore quo inſeruierunt.

Et ita concluſum vtraque parte informante.

§ *Deciſiones plures in hac cauſa annotaui ſupra ad deciſionem* 20.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommiſſi.

Die Veneris 28. *Nouembris* 1636.

ARGVMENTVM.

Poſſeſſor quando teneatur ad fructuum reſtitutionem. Fideicommiſſarius quando teneatur ad ſubeunda onera ei per teſtatorem impoſita. Onus impoſitum fideicommiſſario per teſtatorem, quando dicatur iniunctum in vim modi, & non conditionis.

SVMMARIVM.

1 *Poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum poſt litem motam.*
2 *Fides bona ceſſat in poſſeſſore per interpellationẽ.*
3 *Fructus ſuos nemo poteſt facere ſine bona fide.*
4 *Fructus hæreditatis non ſpectant ad fideicommiſſarium ſi voluntatem teſtatoris non adimpleuit.*
5 *Fideicommiſſarius non tenetur ad onera ei impoſita à teſtatore, ſi poſſeſſionem fideicommiſſi nondum adimpleuit.*
6 *Teſtator quando imponit onus fideicommiſſario, vt eius nomen, & arma aſſumat, cenſetur iniunctum tale onus, in vim modi, non autem conditionis.*
7 *per Modum ea, quæ diſponuntur per teſtatorem, quis non tenetur adimplere, niſi poſt adeptum lucrum.*
8 *Fideicommiſſo, quando dicatur factus locus.*
9 *Clauſula, dummodo, cum ſit modalis, ſupponit emolumentum iam quæſitum.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 189.

189. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 19. Ianuarij 1637. coram eodem R.P. D.Panzirolo.

DECISIO CCCX.

FIRMATA per tres deciſiones vocatione D.
Dominici ad fideicommiſſum q. Gaſpardi e-
tiam quod fuerit natus poſt d. Gaſpardi obitum,
fuit cepta diſputatio, An D. Dominico ſolum de-
beantur fructus à die litis conteſtatæ vel potius à
die natiuitatis ipſius, & quidem reſpectu fructuum
1 decurſorum poſt litem † motam omnes Domini
dixerunt regulam eſſe pro Dominico, *iux. tex.in
l.3. vbi gloſ. Bart. & alij communiter. ff de inter-
dict.l.1. §. ex die de vi, & vi armata l. quæſitum.
§.hoc interdicto de præcar. Seraph.decif.385.nu.1.
Caual.decif.409 nu.1.* per interpellationem enim
2 † ceſſat bona fides, ſine qua nemo poteſt facere
3 † fructus ſuos, vt latè *Surd.deciſ.25.nu.1. & ſeqq.*
Neque viſum eſt obſtare quod dicti fructus nec
etiam Dominico debeantur poſt litem motam,
4 ex quo non † aſſumpſit nomen, & arma teſtatoris
iuxta ipſius præceptum, fuit enim reſponſum Do-
5 minicum ad hoc onus† non teneri antequam poſ-
ſeſſionem fideicommiſſi apprehenderet, vt per
*Molin. de primog. lib.2 cap.12. nu. 11. & cap.14.
num.12.* qui teſtatur de magis communi opinione
Rot.deciſ.39. per tot. & nu.5. par.1. diuerſ. & ra-
6 tio eſt † quia ſimilia grauamina cenſentur iniuncta
in vim modi non autem conditionis *Bart.in l.cum
mota num.2. C.de tranſact. Molin. vbi ſupra n.9.*
7 & ideo non eſt neceſſe † adimplere, niſi poſt adep-
tum lucrum, vt tradit *Bart. & alij communiter in
l.quibus diebus. §.Titius. nu.1. verſ.die 9. de cō-
dit. & demonſtr. Caſtr. conſ. 292. in princ. lib.2.
Aym. conſ.59. num.1. Peregr. de fideicom art.11.
nu.23. Rot. d.deciſ. 39. per tot. par. 1. diu. & fuit
reſolutū in Romana Caſalis Anguzzani 29. Mar-
tij 1632. coram Reuerendiſſ. Vrgellen. & in ead.
1.Decemb.1634 coram R.P.D. Carrillo.*
Minus releuat, quod fideicommiſſum non poſ-
ſit dici purificatum ad fauorem Dominici, donec
ipſe à D. Diana non declararetur capax ad ſucce-
dendum ſecundum voluntatem teſtatoris, quia ſe-
quuta morte illius, ac ipſius Dominici natiuitate
viſum eſt DD. quod ſtatim fideicommiſſum fuerit
purificatum abſque alia D. Dianæ declaratione
circa Dominici capacitatem vel incapacitatem,
cum incapacitas in ipſo ſolum ex poſt oriri poſſit,
vel ratione delicti vel religionis ingreſſus, vel ſi-
milium, & propterea ad acquiren. hoc fideicom-
8 miſſum † non erat expectandum aliud tempus,
quàm natiuitas ipſius, & mortis teſtatoris, vt di-
ctum eſt, quod clarè demonſtrant verba ſuæ voca-
tionis cum clauſula dummodo ſit capax, quæ clau-
9 ſula, † cum ſit nodalis, ſupponit emolumentum
iam quæſitum, vt ſupra fuit ponderatum, & ſic
DD. non dubitarunt Dominico deberi fructus à
die motæ litis.

Verum circa illorum reſtitutionem ante motam litem dictum fuit non liquere.

Et ſic vtraque parte &c.

Ideſt ſub diebus 6.Decembris 1635. & 10. Maij 1636. & 6. Iunij eiuſdem anni coram eodem R.P.D.Panzirolo, ſunt ſupra in hac parte deciſiones 77.134. & 142. In eadem cauſa pariter ſupra habentur aliæ deciſiones ſub diebus 1. Iulij 1637. & 9.Decembr. 1637. coram eodem ſunt deciſiones 244. & 257. & infra adeſt altera ſub die 11. Decemb.1637. eſt deciſio 312.

R. P. D. MOTMANNO.

Narnien. Bonorum.

Die Veneris 7. Martii 1637.

ARGVMENTVM.

Iura, & actiones an veniant in donatione generali omnium bonorum. Donationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt Capitula. Cenſus inter quas ſpecies bonorum comprehendantur, & quando veniant appellatione ſtabilium, vel mobilium.

SVMMARIVM.

1 *Donatio quando eſt omnium bonorum in quouis loco exiſtentium, non includit iura, & actiones.*
2 *Iura, & actiones vti incorporalia loco non circumſcribuntur.*
3 *Surd.in conſ 450.n.53.quo caſu loquatur, & n.4.*
5 *Donationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt capitula in d. donatione.*
6 *Stipulationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt res, vel ſumma in ſtipulationem deducta.*
7 *Præſentationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt actus præſentationis.*
8 *Sententiæ tot eſſe dicuntur, quot ſunt capitula ſententiæ.*
9 *Donatio, ſi ſit vniuerſalis nihil penitus excepto, vel reſeruato, omne ius comprehendit.*
10 *Ius de futuro, ideſt ius quod ſpe competit, pacto cedi, & tolli poteſt.*
11 *Contrahentes præſumendum eſt id voluiſſe, quod expreſſerunt.*
12 *Donans omnia bona præſentia, & futura, ſi illi ſuperueniant bona feudalia, maioratus, vel alia ſubiecta fideicommiſſo, tunc fructus illorum veniunt in donatione.*
13 *Donatio generalis refertur ad commoditates, quarum alienatio prohibita eſt.*
14 *ſub Iurium futurorum nomine, venit ius acquiſitum ex fideicommiſſo.*
15 *Cenſus inter iura connumerantur licet fundo cohæreant.*
16 *Cenſus dicuntur conſiſtere in eodem loco, in quo res cenſuatæ ſunt ſitæ.*
17 *Cenſus ſunt quid ſeparatum, & diſtinctum ab ipſa re.*
18 *Cenſus aliud eſt, & aliud res cenſuata.*
19 *Cenſus perinde eſt, ac aliæ res incorporales, quæ nec tangi, nec circumſcribi poſſunt.*
20 *Iura tunc veniunt appellatione bonorum ſtabilium, vel mobilium, ſi conſtet de mente diſponentis, & nu.21. & 22.*

23 Do-

23 *Donatio cauſa mortis non tranſmittitur ad hæredes, præmoriente donatario.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 235. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 26 Iunij 1637. coram eodem bo. me. Motmanno.

DECISIO CCCXI.

NICOLAVS in vltimo, ſub quo deceſſit teſtamento, Talphiniæ ſorori, ac hæredi ſubſtituit Victoriam, & Poſthumiam his verbis: *E morendo detta Signora Talſinia ſoſtituiſco in detta heredità, e beni le Signore Vittoria, e Poſtumia Nipote mie, e figlie della detta Signora Talſinia: e morendo le dette Signore Vittoria, e Poſtumia ſenza figli, o figliuole legitime, e naturale, vna ſucceda all'altra in detta heredità intieramente.* Verùm turbato ordine à teſtatore præſcripto, Victoria, & Poſthumia prædeceſſerunt Talphiniæ; & proinde cum earum ſubſtitutio fuerit caducata, Rota dubitauit, An in donatione, quam dicta Talphinia, & Sulpitia eius ſoror fecerunt omnium bonorum ſuorum, iurium, & actionum ad fauorem ipſarum Victoriæ, & Poſthumiæ tunc viuentium, comprehendantur bona vt ſupra à Nicolao relicta, itaut poſterior diſpoſitio teſtamentaria eiuſdem Talphiniæ, facta ad fauorem filiorum Victoriæ non capiat portionem bonorum ex dicta donatione debitam Poſthumiæ, & deinde Catharinæ filiæ, & poſt illius obitum Dionyſio eiuſdem Catherinæ patri ſuperſtiti: & propoſito à me dubio, An ſententiæ Rotales eſſent confirmandæ, quibus pronunciatum fuit, medietatem bonorum hæreditatis q. Nicolai ſpectaſſe, & ſpectare ad dictum Dionyſium: Domini ſub die 27. Iunij præteriti reſponderunt, Bona dicti q. Nicolai in huiuſmodi donatione comprehendi cui reſolutioni cum altera pars non acquieſceret, iterum propoſui cauſam ſuper eiſdem: & Rota hodie in deciſis perſiſtendum eſſe cenſuit.

Nam verba donationis ſunt hæc, *Donauerunt domos, vineas prædia, terras, ſyluas, & omnia alia quacumque ipſarum bona immobilia, ſeu ſtabilia, quomodocumque nuncupata, tàm Narniæ, quàm in alio quocumque loco exiſtentia, etiam ſi talia forent, quæ ſub generali verborum locutione non venirent, & magis explicitam requirerent mentionem, ac bona mobilia, credita, debitorumq. nomina quacumque, necnon omnia iura, & actiones ad eaſdem donatrices, quomodocumque, & qualitercumque ſpectantia, pertinentia, & competentia in futurum, etiam reales, & perſonales, vtiles, directas, tacitas, expreſſas, hypotecarias, pignoratitias, anomalas, & alias quaſcumque quomodolibet nuncupatas, eiſdem quomodolibet competentes, & competituras, nihil penitus excepto, & reſeruato, niſi infra dicendis &c. Ad habendum &c.* Ambæ verò donatrices vſumfructum bonorum, vt ſupra donatorum, ſibi reſeruarunt, & præterea Talphinia ſibi reſeruauit facultatem teſtandi, ſeu diſponendi de ſcutis trecentis.

Vnde patet prædictas mulieres donaſſe primò loco domos, vineas, prædia, & ſimilia: deinde bona mobilia, & ſucceſſiuè credita, & nomina debitorum: poſtremò iura, & actiones, quomodocumque ſpectantia, & competentia in futurum, & ſic iura futura; quorum appellatione non comprehen-
1 duntur alia in ſuperiore enumerata, eo quod † donatio præcedens eſt omnium bonorum in quouis loco exiſtentium, & ſic non includit iura, & actio-
2 nes, quæ † vti incorporalia loco non circumſcribuntur, *l. Caſus*, vbi not. *Imol. ff. de leg. 2. Bald. in l. 1 ſub nu. 4. ff. de ſtat. hom. Iaſ. in l. ſtipulatio hoc modo concepta. in fin. ff. de verb. oblig. & in §. item Seruiana. nu. 42 inſtit. de action.* & alios congerit *Surd. conſ.* 450. *nu.* 53. *qui nu.* 47. allegat *Bertrãd. in conſ.* 320. *n.* 8 *& 9. vol.* 4. dicentem, quòd in ſuo themate, oratio denotans futura bona, referenda erat ad iura, & actiones, vltimo loco poſitas in donatione, non autem ad bona mobilia, & immobilia, de quibus donator primo loco mentionem fe-
3 cerat, & dictum *Bertran.* ſequitur idem † *Surd.* in ſuo caſu, qui erat donationis omnium bonorum mobilium, & immobilium, ac animalium ſe mouentium, quibus verbis donator nihil appoſuerat, quòd futurum reſpiceret, ſed continuato ſermone ſubdiderat, ac iura, & actiones reales, perſonales, quæ, & quas reperientur in eius bonis, tempore
4 mortis, † deberent referri ad iura, & actiones, non autem mobilia, & immobilia, ac ſe mouentia.

Inde etiam ſequitur tot eſſe donationes, quot
5 † in dicta donatione ſunt capitula, vel res in ea
6 contentæ, quemadmodum dicimus tot † eſſe ſtipulationes, quot ſunt res, vel ſummæ in ſtipulationem deductæ, *l. ſcire debemus. & l. quod dicimus.*
7 *ff. de verb. oblig.* ac tot † eſſe præſentationes, quot ſunt actus præſentationis. *L. p. allegat.* 8. *nu.* 4. *&*
8 *Dec. conſ.* 542. *nu.* 6. & ſimiliter tot eſſe † ſententias, quot ſunt capitula ſententiæ, *l. etiam. §. ex cauſa vbi gloſ. ff. de minor. Dec. conſ.* 349. *num.* 3. *Surd. d. conſ.* 450 *nu.* 59. *in fine, & nu.* 59. *Rot. in Bononien. fideicommiſſi de Manzolis* 16. *Februar.* 1629. *Reuerendiſſ. D. meo Decano.*

Cum itaque Talphinia haberet ius, quatenus fideicommiſſum Nicolai efficeretur caducum, & omne ius ſibi quomodolibet competens, & com-
9 petiturum, vt ſupra donauerit, nihil penitus † excepto, & reſeruato; conſequens eſt, vt in huiuſmodi donatione comprehenderit etiam illud ius ſibi competens, quatenus caducum efficeretur fidei-
10 commiſſum, ius enim † de futuro, id eſt ius, quod ſpe competit, pacto cedi, & tolli poteſt, *l. & hæredi. §. filiſfamilias. ff. de pact. gloſ. in l. 1. C. eod. tit. vbi Cin n.* 5. *Bar. n.* 4. *in* 2. *membr. ſuæ diſtinctionis*, cum alijs relatis per *Surd. in conſ.* 498. *n.* 5. & huic intellectui non contradicit, quod Talphinia, in capitulis matrimonialibus Poſthumiæ, reſeruauerit ſucceſſionem bonorum, de quibus agitur cum relatione ad teſtamentum Nicolai fideicommittentis; quoniam ſtant ſimul, quòd quatenus Poſthumia præmoreretur, Talphinia ceſſerit iura ſua quatenus verò ſuperuiueret, bona ſubiecta fideicommiſſo promitteret ſuo tempore eidem reſtituere.

Præterea viſum viſum fuit non poſſe dici, quòd non ſit veriſimile Talphiniam in actu donationis co-

cogitaſſe de huiuſmodi iure, illudq. ceſſiſſe, quia
11 potius † præſumendum eſt eam voluiſſe id, quod
expreſſit, vt in eo qui donat bona præſentia, & fu-
12 tura, ſi illi ſuperueniant † bona feudalia, Maiori-
catus, vel alia ſubiecta fideicômiſſo. tradunt Doct.
quod fructus percepti ex huiuſmodi bonis, veniũt
13 in donatione, † quia donatio generalis refertur ad
commoditates, quarum alienatio non eſt prohibi-
ta, *§. 1. inſtit. de vſu & habit. l. neceſſario. §. vult. ff. de peric. & commod. rei vend. & l. arborib. §. vſufructnarius. ff. de vſufr. Bald. in l. res quar. 18. nu. 2. C. de iur. dot. Molin. de primog. Hiſpan. lib. 1. cap. 20. nu. 12. Barboſ. in l. vſufructu. num. 3. & 5. ff. ſolut. matr. Couar. var. lib. 1. cap. 8. nu. 7. verſ. quod ſi patre. Anton. Gomeſ. etiam var. reſol. tom. 2. cap. 15. nu. 17. verſ. 2. limita. Alter Molin. Tbolog. de iuſt. & iur. tom. 1. diſput. 7. num. 22. Valaſc. conſult. 66. nu. 26. Fuſar de ſubſtit. quæſt. 706. nu. 9.* vbi allegat *Rot. deciſ. 480. nu. 1. par. 1. diuerſ.*

Et quamuis in præſenti caſu, Talphinia bono-
rum donatorum vſumfructum ſibi reſeruauerit; at-
tamen ad remouendum obiectum inueriſimilitu-
dinis, quòd donando non cogitauerit de iure ſibi
infuturum competituro, procedit argumentatio,
quòd ſicuti ſub donatione bonorum præſentium,
& futurorum veniunt etiam commoditates per-
cipiendæ ex bonis ſubiectis fideicommiſſo, vel feu-
dalibus, quæ ſuperuenerunt poſt donationem nul-
la per Doctores difficultate mota, quòd de hu-
14 iuſmodi bonis donator non cogitauerit, ita † ſub
nomine iurium futurorum venit ius acquiſitum
ex fideicommiſſo.

Quo verò ad cenſus poſt donationem acquiſi-
tos Talphiniæ, Domini eadem ratione dixerunt
comprehendi ſub donatione iurium, in futurum
15 competentium; quia cenſus † inter iura connume-
rantur, licet enim fundo cohæreant, & propterea,
ſecundum aliquorum Doct. opinionem dicantur
16 conſiſtere in eod. loco, in quo † res cenſuatæ ſunt
ſitæ, & ideo cenſeri inter immobilia, *Clem. exiui. §. cumq. cenſus. de verb. ſignif. Cenc. de cenſi. par. 1. cap. 3. lib. 1. art. 2. num. 4.* attamen, iuxta diffini-
17 tionem, & verbi proprietatem † ſunt quid ſepara-
tum, & diſtinctum à re, vt intellexit *Rot. deciſ. 41. & 82. inter impreſſas poſt dicti Cenc. tract. de cenſib. & in Romana fructuum cenſus 27. Nouembris 1623. coram bo. mem. Vbaldo*, vbi quod aliud eſt
18 † cenſus, & aliud res cenſuatæ: quam ſententiam
comprobat *Roderic. de annu. reddit. lib. 1. quæſt. 3. num. 9.* quia cenſus perinde ac res aliæ incorpo-
19 rales, † neque tãgi, neque loco circumſcribi poſ-
ſunt *Tiraq. de retract. lignag. §. 1. gloſ. 6. num. 3.*
20 niſi tamen ex mente legis, aut teſtatoris, † vel cõ-
trahentium neceſſariò recenſeri debeant inter bo-
na ſtabilia, vel mobilia, iuxta doctrinam *Abb. in c. nulli nu. 9. & 10 de reb. Eccleſ.* vbi exemplificans
in diſpoſitione bonorum mobilium, & immobi-
21 lium eius, † qui diſponendo voluit comprehen-
dere totum patrimonium tenet, quod ex mente
ita diſponentis neceſſariò iura, & actiones tanquã
tertias ſpecies alterum extremorum debeat aſſu-
mere, vt in diſpoſitione comprehendãtur, & *Abb.* ſecuti ſunt *Greg. Lopez. partid. 2. tit. 17. in ſumm. Feller. in praxi de cenſib. verbo huiuſmodi cenſus, nu. 24. cum ſequen.* ac pleriq. alij allegati per *Tiraq. & Roderic. vbi ſupra*, idemq. ſentit *Rot. in Auenionen. Collectarum coram Cardinali Lancellotto, inter impreſſas poſt dictum tract. de cenſib. deciſ. 3. in 6. concluſione.*

In hoc autem caſu non eſt neceſſaria ad alteru-
trum genus bonorum applicatio, cùm dictæ mu-
lieres diſcretiuè donauerint bona ſtabilia, ibi *Do-
mos, Vineas &c.* deinde mobilia, & poſtremò iura,
22 & actiones, per quem † diſcretiuum loquendi mo-
dum, conſtituerunt tertiam ſpeciem donatorum,
diſtinctam à bonis mobilibus, & immobilibus vt
facit text. *in l. à diuo Pio, §. in venditione, ff. de re iudic. & in l. quam Tuberonis, §. in peculio. ff. de pecul.* & per vtrumque text. *Bart. in l. Centurio. num. 28. ff. de vulg.* quas leges ad hunc effectum attendi debere, reſpondit *Oldrad. conſil. 219.*

Nec obſtat, quòd donatio facta primò, & prin-
cipaliter Victoriæ, & Poſthumiæ, debuiſſet ſaltem
in eorum perſonis poſſe ſortiri effectum, vt ſtipu-
latio dicatur facta pro eorum hæredibus, quòd ta-
men eſt hodie impoſſibile, & conſequenter, tàm
ratione earumdem, quàm etiam ratione hæredum,
ab ipſis cauſam habentium, inualida ſit donatio;
quia placuit reſponſio, quòd conſtat de donatione
facta expreſsè, non modo ad fauorem mulierum,
ſed etiam ad fauorem filiorum, & filiarum, dum
moriente aliqua earum ſine filijs, Talphinia dona-
trix voluit vt vna alteri, vel illarum filij in eiſdem
bonis, ac iuribus integraliter ſuccederent: vnde
patet donationis effectum non ad Victoriam, &
Poſthumiam tantum limitari, ſed etiam ad ſucceſ-
ſores poſt mortem ipſarum donatariarum eſſe col-
23 latum: † obiectum verò procedit in donatione
cauſa mortis, quæ præmoriente donatario ad illius
hæredes non tranſmittitur, *l. non omnis. in princ.* vbi *Dec. num. 7. & 8. ff. ſi cer. pet. §. 1. inſtit. de donat.* & ita etiam reſpondit *Rot. in Anconitana prædij 24. Ianuarij 1635. coram R. P. D. meo Merlino.*

Et ita vtraque parte &c.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenionen. Fideicommiſſi.

Die Lunæ 11. Maii 1637.

ARGVMENTVM.

Legatum in dubio licèt non cenſeatur factum animo compenſandi cum debito, tamen quando, & ex quibus coniecturis dignoſcatur, quod teſtatoris mens fuerit, vt intraret compenſatio.

SVMMARIVM.

1 *Immiſſio in Saluiano competit fideicommiſſario conſtito de fideicommiſſo, & de identitate bonorũ.*
2 *Identitas bonorum fideicommiſſariorum, ex quibus bene remaneat probata.*
3 *in Identitate bonorum probanda leuiores probationes ſufficiunt.*
4 *Legatum in dubio non cenſetur relictum animo compenſandi debitum, ab iſta tamen regula receditur ex coniecturis. nu. 5.*

6 *Teſtator preſumitur voluiſſe compenſare dotem cum legato relicto eius vxori, ſi fideicommiſſum ab ipſo factum notabiliter remaneret extinctū.*
7 *Bona mobilia vſu conſumuntur.*
8 *Dos cum legato præſumitur teſtator voluiſſe compenſare, ſi fecit fideicommiſſum, & opus eſſet diſtrahere bona immobilia pro ſoluendo debito dotis. amplia nu. 9.*
10 *Teſtator præſumitur voluiſſe vt legatum compenſaretur cum debito, ſi expreſſerit certa bona cum quibus nolebat, vt intraret compenſatio.*
11 *à Tituli principio poſterior formatur euentus.*
12 *Compenſatio debiti cum legato eſt facienda, ſi teſtator iuſſerit, vt legatarius præter legatum quidpiam aliud petere, vel prætendere poſſit.*
13 *Quod procedit etiamſi, minus ſit in legato quàm in debito.*
14 *Voluntatis declaratio probari poteſt ex duobus teſtibus.*
15 *Compenſandi animus ex quibus verbis non tollatur,*
16 *Acceptatio cenſetur facta cum omnibus ſuis qualitatibus.*

Allegatur iſta deciſio ſupra in deciſione 257. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 1. Iulij 1637. coram eodem R.P. D. Panzirolo.

DECISIO CCCXII.

DOMINO Dominico de Caſtellana petenti immiſſionem in bonis fideicommiſſarijs qu. Gaſpardi de Brancaſſio, oppoſuit ſe D. Diana de Gerardis ſub prætextu, quod ex d. fideicommiſſo ſit prius detrahenda dos ipſius, quæ eſt 15. mill. aureorum, augumentum dotale, legatum ſibi factum à fideicommittente impenſæ funeris, ac nōnulla alia, quæ à ſcribentibus pro ea recenſentur, ſed Domini reſponderunt exceptionem dotis immiſſioni non obſtare, reſeruato, quod de alijs videretur. Nam cum ex tribus deciſionibus * de purificatione fideicommiſſi ad fauorem D. Dominici clarè conſtet, & appareat de identitate bonorū,
1 cōpetit illi immiſſio in ſaluiano, † cum agatur de fideicōmiſſo particulari, *Gabr. cōſ. 45. n. 11. lib. 1. & conſ. 44. num. 2. lib. 2. Peregr. de fideicom. art. 45. nu. 49. Puſar. de ſubſtit. quæſt. 611. num. 2. Surd. deciſ. 76. num 6. Seraphin. deciſ. 828. num. 1. Rot. in recent. deciſ. 180. num. 1. 2. & 3. & deciſ. 368. nu. 1. par. 5. & fuit reſolutum in Parmen. Status 14. Nouemb. 1629. coram Reuerendiſſ. D. meo Coccino Decano.*

Identitas verò bonorum viſa eſt plenè probari,
2 † tum ex teſtibus optimè deponentibus, tum etiā, quia plura expreſsè in teſtamento exprimuntur, & hoc benè probat identitatem contra D. Dianam habentem cauſam à teſtatore *Bald. conſ. 89. nu. 3. lib. 5. Caph. conſ. 386. nu. 29. Peregr. de fideic. art.*
3 *44. num. 3.* & quod in hac materia † ſufficiant leuiores probationes tradunt *Seraph. dec. 1209. n. 3. & deciſ. 1344. nu. 1. Rot. in recent. deciſ. 119. n. 4. & deciſ. 407. & deciſ. 459. num. 3. par. 1.*

Nec obſtat exceptio retentionis dotis, ac iuriū
4 dotalium quia licet legatum regulariter, † non præſumatur relictum animo compenſandi debiti, vt eſt *tex. in l. vnica. §. primum. verſ. ſciendum, vbi Bart. Bald. & alij. C. de rei. uxor. act. Caph. conſ. 184. per tot. Pariſ. conſ. 95. num. 10. lib. 2. Roland. conſ. 65. num 18. & ſeqq. lib. 2* cum alijs latè relatis per *Surd. in conſ. 112. n. 43. & ſeqq. lib. 1.*
5 Ab hac tamen regula recedi † ex coniecturis teſtantur *Bald. in l. quoniam nouella. nu. 9. C. de inoff. teſt. Caſtren. conſ. 193. num. 2. verſ. tamen non obſtan. lib. 1. Aym conſ. 149. num. 3. Honded. conſ. 50. nu. 11. lib. 2. Menoch. conſ. 56. num. 19. Gabr. conſ. 106. nu. 8. lib. 1. Mantic. de coniect. lib. 10. tit. 2. num 16. idem Menoch. præſumpt. 110. nu. 22. lib. 4. Gratian. diſcept. 284. num. 1. Afflict. deciſ. 44. nu. 20. & ſeqq.*

Quod autem in caſu præſenti plures, & quidem vrgentiſſimæ coniecturæ concurrant pro inducenda compenſatione deducebatur, primò quia teſtator fuit maximè ſollicitus, quod huiuſmodi fideicommiſſum perueniret ad primum filium maſculum Dominorum de Ampus, & Maria, cum onere aſſumendi nomen, & inſignia familiæ, & tamen
6 † ſi non induceretur compenſatio, fideicommiſſum remaneret notabiliter extinctum, quo caſu ſemper inducitur compenſatio, *l 2. ff. de milit. teſtam. Aymo. conſ. 686. nu. 7. verſ. poſtremo. Mantic. de coniect. lib. 4. tit. 1. num. 25. Menoch. præſumpt. 110. num. 49. verſ. vel eſſet valde exhauſta. lib. 4. Afflict. d. deciſ. 44. num. 21. 25. 27.* ferè enim fideicommiſ-
7 ſum reduceretur ad ſola † mobilia, quæ vſu conſumuntur, *Pariſ. conſ. 55. in fine lib. 2. Peregr. de fideic. art. 10. num. 40. Menoch. d. præſumpt. 110.*
8 *n. 25.* vbi dicit † ex eo ſolo oriri coniecturam compenſationis, vbi ſi aliter diceremus, opus eſſet diſtrahere bona immobilia pro ſoluendo debito dotis, *Greg deciſ. 285. nu. 3. in fine. Rot. in recent. deciſ. 254. nu. 4. par. 5.*

Secundò deducebatur, quia multa ex bonis legatis, quæ remanēt penes D. Dianam, & ſunt gra-
9 uata † onere fideicommiſſi, conueniunt cum credito dotali, & iuribus illius *Caſtren. in l. ſi cum dotem. §. ſi pater. ff. ſol. matr. Ruin. conſ. 223. nu. 2. lib. 5. Aym. conſ. 149 nu. 5. & conſ. 301. in fine. Menoch. conſ. 56. nu. 25. & conſ. 688. num. 6. & d. lib. 4. præſumpt. 110. nu. 32. & ſeq.*

Tertiò, quia teſtator declarauit, quæ bona non voluerit compenſari, videlicet ea, quæ antea ei-
10 dem vxori donauerat, † ex qua declaratione elicitur coniectura, quod ſi & in legato noluiſſet creditum dotale compenſari, hoc quoque expreſſiſſet, *Soccin. ſen. conſ. 10. nu. 25. & ſeq. lib. 1. Pariſ. cōſ. 69. nu. 31. lib. 1. Aym. d. conſ. 149. nu. 4. Menoch. d. præſumpt. 110. nu. 34. & 40.*

Quartò, quia teſtator ferè omnia ſua bona libera legauit D. Dianæ, reſtituenda tamen dicto primo filio maſculo Dominorum d'Ampus, & Mariæ, qui filius ſi natus non fuiſſet, compenſatio inducebatur cum dicto ampliſſimo legato, ex quo penes hæredem vniuerſalem, nihil ferè remanebat cum quo dos ſolui poſſet, vnde videtur teſtatorem ſic legando habuiſſe animum compenſandi, à
11 † quo principiò tituli poſterior formatur euentus,

[illegible]re-

Digitized by Google

l.regula. §. ſicet. ff. de iur. & fact. ignor. Surd. conſ.202. nu.6. Gratian. diſcept.648. nu.13.

Quintò demum, quia ex quinque teſtibus pro-
batur teſtatorem bona libera reliquiſſe D. Dianæ
12 † ad hoc, vt cõtenta remaneret, nec aliquid quid-
piam petere, vel prætendere poſſet ſuper aliis bo-
nis, *Bald. in l. liberti libertaq. nu.28. C. de oper.
libert. Ruin. conſ.136. num 7. lib.2. Mantic. de
13 coniect. lib.10. tit 2. ſub num.17.* † vbi quod con-
cluſio procedit etiam ſi minus ſit in legato, quàm
14 in debito, quando teſtator voluit, † quod legata-
rius nihil amplius petere poſſet, quæ declaratio
voluntatis ſufficeret, ſi ex duobus tantum teſtibus
probaretur, *Bart. in l.2. in princ. nu.39. ff. de vulg.
& pupill. Bald. in l. precibus nu.12. C. de impub. &
alijs ſubſtit. Mantic. de coniect. lib.5. tit.14. n.12.*

Non obſtat, quod teſtator dixerit ſe feciſſe tàm
15 amplũ legatũ D. Dianæ propter obſequia † ab illa
recepta, & ob benemerita, quia hoc non excludit
animum cõpenſandi, & ſatisfaciendi debito dotis,
ac iurium dotalium, *Aym. d. conſ.149. nu.17. Me-
noch. d. præſumpt.110. num.37. Afflict. deciſ.44.
nu.10.* & viſum eſt Dominis ſatis eſſe, quod aſſer-
tio teſtatoris verificari potuerit in legato vniuer-
ſali, quod totum D. Dianæ debebatur, ſi filius ma-
ſculus ex Dominis de Ampus, & Maria non na-
ſcebatur, ſicut etiam verificari potuit in fructibus
percipiendis ante dictam natiuitatem, & in perce-
ptis vſque ad diem motæ litis, quapropter cum
teſtator voluerit compenſare, & D. Diana accep-
16 tauerit, iura dotalia fuerunt extincta, cum † acce-
ptatio cenſeatur facta cum omnibus ſuis qualitati-
bus, *Alex. conſ.132. nu 2. lib.2. Soccin. conſ.225.
num.1. lib. 2. Surd. conſ.60. nu.27. & conſ. 150.
nu.20. Menoch præſumpt.109. nu.45.*

Et ita ſuper exceptione dotis, ac iurium dota-
lium parte vtraque informante deciſum fuit reſer-
uato, vt ſuper aliis exceptionibus per eandem D.
Dianam deductis particulariter dubitetur.

Ideſt ſub diebus 6. Decemb 1635. & 10. Maij 1636. & 6. Iunij eiuſdem anni coram eodem R.P.D. Pãzirolo, ſunt ſupra in hac parte deciſiones 77.134. & 142. Alias deciſiones in hâc cauſa annotaui ſupra ad deciſiones 244. & 310.

R P. D. VEROSPIO.

Gerundeñ Canonicatus, & Sacriſtiæ.

Die Lunæ 18. *Maii* 1637.

ARGVMENTVM.

Papa per conceſſionem Coadiutoriæ dicitur apponere manus ſuper beneficio, ita vt remaneat affectum. Coadiutoria data cum futura ſucceſſione, vt Coadiutor ea gratia frui poſſit, debet iuſtificare ea, quæ ab illo ſunt narrata ad affectum, vt illam impetraret.

SVMMARIVM.

1 *Beneficium per appoſitionem manus Papæ remanet affectum, & per iſtam affectionem impedita*

remanet facultas illud conferendi. & nu 23.

2 *Papa, ſi ex qualitate aliqua ei narrata, fuerit motus ad concedendam gratiam, illa qualitas eſt plenè iuſtificanda.*

3 *Liber Baptiſmatis ex communi conſuetudine probat ætatem. & nu.4.*

5 *Teſtis probat ætatem, ſi deponat ex iudicio ſuo, & per aſpectum.*

6 *Teſtis ætatem probat, ſi dicat, aliquem habere certam ætatem, quia ita ab ipſo audiuit.*

7 *Frater ſi deponat ſuper ætatem ſui fratris, illius dicto eſt plena fides adhibenda.*

8 *Teſtes probant infirmitatem alicuius, ſi ſint plenè de ea informati, vel ratione diuturnæ conſuetudinis, vel ratione eorum peritiæ. nu.9.*

10 *Infirmitas coadiuti benè dicitur comprobata, ſi poſt non multum tempus à die conceſſionis gratiæ, dictus coadiutus obijt.*

11 *Poſſeſſio beneficij ſemel probata præſumitur continuata, vſque ad obitum. amplia nu.12.*

13 *Coadiutoria gratia ſolet concedi etiam in beneficijs non habentibus curam animarum. Qualitas narrata Papæ non eſt iuſtificanda, ſi ſolitum ſit etiam concedere gratiam petitam abſque d. qualitate narrata. nu.13.*

14 *Inſtrumentis antiquiſſimis plurima eſt adhibenda fides.*

15 *Libri ſi continent ea, quæ ad alicuius officium ſpectant, eis credendum videtur.*

16 *ad Curam animarum ſpectat, excipere confeſſiones, Populo Sacramenta adminiſtrare, eique publicas ferias, ac ieiunia indicere, defunctorum corpora tumulare, &c.*

17 *Teſtium defectus tolluntur ex eorum numero.*

18 *Teſtium dicta recipiunt magnam auctoritatem, ex approbatione aduerſarij, dum illa non impugnat.*

19 *Excludi quis poteſt ab aliqua ſua prætenſione, ex illius non iure.*

20 *Papa concedendo coadiutorias. Primò proſpicit Eccleſiæ occurrendo tunc præſenti illius neceſſitati propter infirmitatem coadiuti, tum futuræ eius vacationi.*

21 *Secundò videtur voluiſſe prouidere coadiutori de beneficio præueniendo tempus vacationis, quæ eſt ſucceſſura per obitum coadiuti.*

22 *Coadiutor, ſi velit ſuccedere in beneficio in locũ coadiuti, tenetur iuſtificare omnia narrata, cũ ex ijs omnibus cenſetur Papa motus ad eam gratiam concedendam.*

23 *Papa concedendo aliquam coadiutoriam cenſetur motus ſolum ad eam concedendam propter neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ. & nu.24.*

25 *Coadiutoria gratia, etiam ſi ſit nulla propter exceptionem contingentem in perſonam coadiutoris, tamen gratia ſortiri debet effectum ſuum reſpectu Eccleſiæ, cum non poſſit propter eam exceptionem dici, quod Papa eidem Eccleſiæ non prouidiſſet, ita vt non ceſſat affectio.*

26 *Coadiutoriæ litteræ, ſi tempore vacationis non fuerunt expeditæ, poſt mortem coadiuti non poſſunt expediri.*

27 *ad Coadiutoriæ validitatem eſt neceſſarius conſenſus coadiuti.*

28 *in Coadiutorijs cum concedantur duæ gratiæ, tamen ſi vna deficiat, non tamen expirat altera.*
29 *Coadiutoria gratia reſpectu futuræ ſucceſſionis, quando non dicatur dependere à gratia, per quã prouideatur neceſſitati Eccleſiæ, & coadiuti.*
30 *Regul. de non iudican. iuxt. form. ſupplic. quando ceſſet, & qualiter ſit intelligenda ibid. nu. 32.*
31 *Supplicationis ſola ſignatura ſufficit, quando non agitur ſuper canonizatione gratiæ, ſed ſuper abſolutoria, quam quis petit, tamquam poſſeſſor.*

Allegatur præſens deciſio ſupra in deciſione 255. quæ eſt in eadem cauſa ſub die 4. Decembris 1637. coram eodem R.P.D. Ghiſilerio.

DECISIO CCCXIII.

CVM in dubio propoſito ageretur de confirmatione deciſionis factæ in hac cauſa ſub die 16. Iunij præteriti, † in qua declarata fuerat validitas collationis factæ ab Ordinario ad fauorem Ioſephi non impugnabantur à Ioanne Auguſtino ea, quæ fuerunt fundamentum eiuſdem deciſionis, nempè pertinentia eius collationis ad Ordinariũ, & habilitas Ioſephi; ſed cum præbẽdam, & officium huius ſecundæ Sacriſtiæ illi annexũ, quam Ioſephus obtinuerat, ſibi conferri per mortẽ Petri vltimi illius poſſeſſoris obtinuiſſet Ioannes Auguſtinus ex conceſſione Sedis Apoſtolicæ viuente eodem Petro, cui deputatus fuit coadiutor, cum ſpe futuræ ſucceſſionis dicebat ſuam gratiam obſtare
1 proviſioni Ioſephi, cum propter † appoſitionem manus Papæ inducta fuiſſet affectio, & ex ea impedita Ordinario facultas conferendi iuxta notata *in cap. 1. & cap. 2. de confirmat. vtil. vel inutil. & in cap. vt noſtrum, de appellat. vbi notat Innoc. & Abb. nu. 1. Mandoſ. in probem. regul. Cancell. §. 5. num. 1.* Vndè in noua diſputatione huius dubij ſolum actum fuit de iuſtificatione gratiæ coadiutoriæ conceſſæ Ioanni Auguſtino, & an probata eſſent ea, quæ ab illo narrata fuerunt in impetratione eiuſdem gratiæ, cum non aliter potuiſſet induci ea
2 affectio, † dùm ex ijs cenſebatur Papa motus, vt dictam gratiam illi concederet, vt fuit reſolutum *in Oxomen. Canonicatus 19. Nouembris 1614. coram bo. mem. Buratto, & in Leodien. Canonicatus S. Dionyſij 25. Maij 1636. coram* R.P.D. *meo Pirouano, & in Elnen. Canonicatus 16. Iunij 1631. coram R.P.D. meo Ghiſilerio.*

Et reſponderunt Domini iuſtificatam eſſe gratiam Ioannis Auguſtini, & perinde illam obſtare prouiſioni Ioſephi, & primò viſa fuit probari ætas annorum quinquaginta quatuor, quæ fuit in illa
3 narrata de perſona Petri, ea enim probabatur † ex libro Baptiſmatis, & ex partita extracta ex eodem libro, in qua notatur illum natum fuiſſe die octaua
4 Martij 1577. qui liber ex communi † conſuetudine ſolet ætatem probare, vt tradit *Mandoſ. ſup. regul. 8. quæſt. 10. nu. 3. in fine*, & tenuit Rota *coram Verallo deciſ. 314. par. 1. & coram Card. Seraphino deciſ. 1138. nu. 2.* Præterea ſuper eadem ætate Petri deponebant plures teſtes, ex quibus
5 Tertius iuxtà duodecimum illam concludebat † ex iudicio ſuo, & per aſpectum iuxta Theoricam *Bart. in l. de ætate, ff. de minor.* quam Rota ſequuta fuit *coram eodem Verall. deciſ. 131. nu. 2 par. 1. & in Maceraten. legitimæ 14. Martij 1627. coram Eminentiſſ. Cardinali Vbaldo.* Quintus verò viderat partitam eiuſdem libri Baptiſmatis, & idem
6 † audiuerat ab ipſo Petro, quam atteſtationem admiſit. *Rota in dicta Elnen. Canonicatus coram R.P.D. meo Ghiſilerio*, & erat hic teſtis frater Petri, quod plurimum etiam conferre poterat ad ef-
7 fectum, † vt illius dicto eſſet in hoc plena adhibenda fides, vt tradit *Bart. in d. l. de ætate, ſub n. 7. ff. de minor.*

Secundò viſa fuit probari infirmitas Petri cum fuerit narratum in gratia, quod ille pluribus infirmitatibus vexaretur, & præcipuè diſtillatione, quæ à cerebro in ſtomachum defluebat; hanc illius infirmitatem probabant quatuor teſtes è pluribus, qui fuerunt examinati, è quibus vnus erat Medicus, alter Chirurgus, quorum opera Petrus vſus fuerat in ſua valetudine, tertius Aromatarius, qui medicamenta compoſuerat occaſione eiuſdem valetudinis, quartus demum intimus illius amicus,
8 vnde omnes poterant de ea fidem facere † tamquam plenè informati, vel ratione diuturnæ conſuetudinis ex notat. *in cap. venienti. de teſt. & in l. conſenſu. C. de repud.* & tradit *Bart. in l. ſi quando num. 4. C. vnde vi. Felin. in cap. in litteris nu. 6.*
9 *de teſtib.* vel ratione † eorum peritiæ adnotata in *l. ſeptimo menſe. ff. de ſtat. homin. & in l. 1. ff. de ventr. inſpic.* & in terminis ſimilis gratiæ coadiutoriæ tenuit *Rota in d. Elnen. Canonicatus 6. Iunij 1631. coram R.P.D. meo Ghiſilerio, & in Giennen. Theſauraria 22. Maij 1614. coram bo. mem. Buratto.* Et hanc illius valetudinem comprobauit præterea euentus, cum Petrus obijſſet elapſis
10 duobus † menſibus à die conceſſionis gratiæ, quod etiam *Rota* conſiderauit *in d. deciſ. Elnen.*

Narratum fuit tertio loco ſeruitium, quod Petrus Eccleſiæ præſtiterat ſpatio decem, & nouem annorum, & illud viſum fuit probari ex inſtrumẽto poſſeſſionis quo oſtendebatur eum cæpiſſe offi-
11 cium huius Sacriſtiæ, quia cum præſumi † deberet ea poſſeſſio continuata vſque ad obitum iuxta præſumptionem. *Gloſ. in l. ſiue poſſidet. C. de probat.* ex illa probatum erat, etiam ſeruitium Eccle-
12 ſiæ pro † toto tempore, cum præſumi deberet Petrum nõ ſolum retinuiſſe poſſeſſionem huius Præbendæ, & officij Sacriſtiæ, quin etiam Eccleſiæ debitum obſequium impenderit. *arg. text. in cap. 1. de ſcutr. in ord. facien. vbi gloſa. id not. in verb. ſtimare, & in cap. cum in iuuentute. §. quis præterea. de præſumpt. & in l. cum Pater. §. rogo, ff. de legat. 2.*

Quartò demum narratum fuit, quod huic Sacriſtiæ annexa eſſet cura animarum; verum licet hæc qualitas non indigeret iuſtificatione, cum etiam in alijs beneficijs, quæ non habent hanc cu-
13 ram † ſoleant concedi ſimiles gratiæ coadiutoriæ, vt propterea dici non poſſet, quòd ea qualitas retraxiſſet Papam à conceſſione eiuſdem gratiæ, iuxtà not. per *Aegid. deciſ. 4. de reſcript. Felin. in cap. ſuper litteris nu. 5. eod. tit. Caſſad. deciſ. 12. nu. 15.*

de

Digitized by Google

de præben. tamen illa remanebat, etiam in hac
parte iuſtificata; quia oſtenſum fuit in duobus in-
ſtrumentis, quod Epiſcopus Gerundæ primum
erexerat officium Vicarij perpetui, cui commiſit
curam animarum, quæ antea annexa erat ſecun-
dæ Sacriſtiæ; Secundò, quod idem officium Vica-
rij perpetui extinctum fuerat, & reſtituta eidem
Sacriſtiæ cura animarum, è quibus inſtrumentis,
primum apparebat factum anno 1329. alterum
anno 1338. & vtrumque eorum plurimam fidem
14 † merebatur propter eius antiquitatem, iuxt. no-
tat. *per gloſam in cap.cum cauſam de probat. & ibi
Abb.nu.3. Butr. nu,2. Speculat. eod. tit. §. viden-
dum nu.12. Aymon.de antiq.temp.lib.1. §.8. nu.8.*
Prætereà probata fuit qualitas huius curæ ex libris
viſitationum, quæ factæ fuerunt in hac Eccleſia
ab Ordinarijs anno 1404. & 1417 in quibus libris
plurimum, etiam momenti viſum fuit ineſſe, cum
15 præter † eorum antiquitatem continerent ea,
quæ pertinebant ad officium viſitatoris ex notat.
*per DD.in clemen.2. de offic. ordinar. & per Bart.
in l.quædam, §.numularios, nu.3.ff. de eden.* quem
alij ibi ſequuntur,& in his terminis tenuit *Rota
coram Verallo deciſ.158.par.2. & in vna Lucana
Iuriſpatronatus* 11.*Ianuarij* 1616.*coram bo. me.
Vbaldo, & coram Card.Seraphino deciſ.78. nu.2.*
Ex ijs verò libris apparebat plura ſolita fuiſſe
exerceri per Sacriſtam, quæ expectare ſolent ad
16 habentem curam animarum, nempè † excipere
confeſſiones, Populo Sacramenta adminiſtrare,
eique publicas ferias,ac ieiunia indicere,defuncto-
rum cadauera tumulare. *iuxt.not.in clem.dudum,
de ſepult.* & tradit *Barboſ.de offic. & poteſt. Paro-
chi lib.1.cap.16.& lib.2.cap.12.nu.*10. Et demùm
ſuper hac qualitate deponebant quinque teſtes
examinati pro parte Ioannis Auguſtini,ac tres alij
examinati ad inſtantiam Ioſephi, ex quibus illa
etiam probari viſa fuit non obſtantibus exceptio-
nibus, quæ contra eoſdem teſtes proponebantur,
17 cum illæ † tollerentur, vel ex numero ipſorum
teſtium, iuxt.notat. *per gloſam in l.3. in verb. vbi
numerus, ff.de teſtib. & per DD. in l.ſi quis ex ar-
gentarijs, §.cogentur, ff.de eden. & ibi Alex.nu.2.
Iaſ.nu 6.Dec.in cap.licet cauſam, nu.*80. *de prob,*
vel ex eorum qualitate propter auctoritatem,
18 quam recipiebant ex † approbatione ipſiuſmet
Ioſephi, qui hodie illos impugnat iuxt. notat. *in
l.ſi quis teſtibus, C. de teſtib. & per Abb. in cap.
præteritum nu.6.eod.tit.* & ibi etiam *Felin. nu.7.
Iaſ.in rubr.ff de iureiuran.*

Et hæc Domini dixerunt eſſe neceſſaria pro iu-
ſtificatione huius gratiæ, quæ fuit conceſſa Ioanni
Auguſtino, quia reliqua, quæ fuerunt narrata in
litteris, nempè valor Præbendæ, & Sacriſtiæ ſecũ-
dæ illi annexæ, & valor beneficiorum, quæ ille ob-
tinebat, licet aliàs neceſſaria, tamen non viſa fue-
runt pertinere poſſe ad deciſionem huius dubij,
cum in eo non ageretur de probando aliquo iu-
re ipſius Ioannis Auguſtini, ex quo ille iam obti-
nuiſſet immiſſionem, & hodie reperiretur in poſ-
ſeſſione eiuſdem Præbendæ, & Sacriſtiæ; ſatis illi
erat nullitas collationis factæ ab Ordinario in per-
19 ſona Ioſephi, † quem ſatis erat eidem Ioanni Au-
guſtino excludere ex illius non iure ex notat. per
DD. in l.qui accuſare C. de eden. & ibi Dec. num.
14. *Felin. in cap.olim. num.* 10. *de reſcript. Caſ-
ſad. deciſ.3. eod. tit. & deciſ.2. de except.* ea verò
duo facere cenſetur Papa in conceſſione ſimilium
20 gratiarum; primò proſpicere † Eccleſiæ,occurren-
do tum præſenti illius neceſſitati propter infirmi-
tatem coadiuti, tum futuræ eiuſdem vacationi. Se-
21 cundò videtur voluiſſe prouidere coadiutori † de
beneficio præueniendo tempus vacationis, quæ eſt
ſucceſſura per obitum eiuſdem coadiuti, inter v-
tramquè verò prouiſionem ea videtur eſſe diffe-
22 rentia, quia vt poſterior locum habere poſſit, †
tenetur coadiutus iuſtificare omnia narrata, dum
ex ijs omnibus Papa cenſetur motus ad eam gra-
tiam illi concedendum, vt notant *DD. in cap. vlt.
de præſumpt. & in cap.1. de lit. conteſt. lib.* 6. *&
& ibi Ioan. Andr. num.2. Gemin. num. 5. Felin.
in cap. conſtitutus. num.1.de reſcript. Innoc. in
cap. ſuper litteris. num.19. eod. tit.* Sed non pote-
rat idem dici de prima prouiſione, quia vt cenſea-
23 tur inducta affectio, ob quam † adempta fuit Or-
dinario poteſtas conferendi, ſatis eſt, vt vera ſint
ea, quæ fuerunt cauſa appoſitionis manus Papæ,
24 nempè neceſſitas, aut vtilitas Eccleſiæ, † ex qui-
bus ſolum Papa cenſetur motus, vt ipſi Eccleſiæ
prouideret de coadiutore, vt reſolutum fuit *in
Oxomen. Archidiaconatus* 19. *Nouembris* 1614.
coram bon. mem. Buratto, in qua declarata fuit
deciſio facta in eadem cauſa ſub die 10. Martij e-
iuſdem anni, *& in Elnen. Canonicatus 6. Iunij*
1631. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio*, in qua Rota
ſequuta fuit vltimam deciſionem *in dicta cauſa
Oxomen.* & ita gratia etiam ſi nulla propter ex-
25 ceptionem, † quæ contingat in perſonam coa-
diutoris, tamen gratia debet ſortiri effectum ſuum
reſpectu Eccleſiæ, cum non poſſit propter eam
exceptionem dici, quod Papa eidem Eccleſiæ non
prouidiſſet, vt conſideratum fuit *in dicta Oxomeñ
Archidiaconatus, & in Toletan. Cappellania pri-
ma Decembris* 1606. *coram Cardin. Sacrato inter
recent. deciſ.*587. *par.*2. & notauit *Gonzal. ad re-
gul.8.gloſ.52. num.*48.

Ex hac ratione tollebatur etiam altera excep-
tio, quæ opponebatur contra gratiam conceſſam
Ioanni Auguſtino, quod cum tempore vacatio-
26 nis non fuiſſent † expeditæ litteræ ſuper coadiuto-
ria non potuiſſent illæ expediri poſt mortem coa-
diuti, quaſi defeciſſe videretur illius conſenſus,
27 qui erat neceſſarius ad validitatem † eiuſdem gra-
tiæ iuxt. notat. *in cap. 1. de Cler. ægrot. lib. 6. &
per Rota in Tullen. ſeu nullius Monaſterij* 29.
Martij 1610. *coram Cardin. Sacrato, & in Ar-
gentina coadiutoriæ* 21. *Februarij*, & 2. *Maij*
1631. *coram R. P. D. meo Ghiſilerio.* Nam con-
trarium verius eſſe probatur ex diſtinctione earum
duarum gratiarum, quæ continentur in gratia
28 coadiutoriæ, ex quibus fiebat, † vt licet vna vi-
deretur defeciſſe, non tamen dici poterat expiraſſe
altera, vt tenuit Rota *coram Puteo deciſ.* 98. *lib.*2.
quem refert *Gonzal. ad regul.* 8. *gloſ.* 5. §. 9. *nu-
mer.*53. & hoc præcipuè ſuaderi videbatur ex plu-
ribus clauſulis, quæ erant in gratia Ioannis Au-
guſtini,

guſtini, cum in iјs diceretur, vt eſſe deberet locus futuræ ſucceſſioni ad illius fauorem, etiam ſi beneficium vacaſſet de tempore datæ, aut ſi ipſe de tempore vacationis, coadiutoris officium exercere non cæpiſſet, cum clauſula ex nunc prout ex tunc, & è contra, quæ omnia oſtendere poterant,
29 † quod gratia futuræ ſucceſſionis, non dependebat à gratia, in qua prouidebatur neceſſitati Eccleſiæ, aut coadiuti, & ea conſiderauit *Gonzal. ſuper eadem gloſa dicto §. 9. num. 55.* Neque viſa fuit obſtare regula de non iudicando iuxta formam
30 ſupplicationis, † quia cum non ageretur, vt adiudicaretur beneficium Ioanni Auguſtino, ſiue ſuper canonizatione gratiæ, ſed ſuper ſola abſoluto-
31 ria, quam idem petebat tanquam poſſeſſor, † ſatis erat ſola Signatura ſupplicationis; vt tenuit Rota *coram Mohed. decif. 34. aliàs 2. de priuileg. & coram Caſſador. deciſ. 8. de reſtit. Spoliat. & deciſ. 2. de ſent. & re iudic.* & tradit *Sarnen. ad regul. de non iudicand. iux. form. ſuppl. cap. 1.*
32 *num. 7.* vbi ita declarat † intelligendam eſſe eam regulam. *Gabr. conſ. 190. num. 13. lib. 1.*

Et ita vtraque &c.

** Eſt deciſio 152. ſupra in hac eadem parte.*

Et in ſequenti parte aderit alia deciſio in eadem cauſa ſub die 15. Martij 1638. coram R. P. D. Merlino.

GLORIA IN EXCELSIS DEO,

ET IN TERRA PAX.

FINIS.



INDEX

Digitized by Google

INDEX DECISIONVM SACRAE ROTAE ROMANAE IN HOC VOLVMINE ADDITARVM QVÆ ALLEGANTVR IN IPSIS DECISIONIBVS IN EISDEM CAVSIS FACTIS.

A

Anconitana Prædij, 19. Iunij 1634. MERLINO. *decif.* 291.

Auenionen̄ Fideicommiſſi. 28. Nouembris 1636. PANZIROLO. *decif.* 310.

Auenionen̄ Fideicommiſſi. 11. Maij 1637. PANZIROLO. *decif.* 312.

Auguſtana Decimarum. 18. Iunij 1635. MACCHIAVELLO. *decif.* 304.

Auximana Cenſus. 10. Martij 1636. GHISILERIO. *decif.* 306.

B

Barbaſtren̄ Canonicatus. 14. Iunij 1624. CARD. VBALDO. *decif.* 264.

Barbaſtren̄ Canonicatus. 14. Iunij 1624. CARD. VBALDO. *decif.* 265.

Bononien̄ Fideicommiſſi de Ramundinis. 15. Februarij 1636. DVNOZET. *decif.* 93.

Bononien̄ Tranſactionis. 26. Nouembr. 1633. VEROSPIO. *decif.* 282.

Brixinen̄ Parochialium. 12. Iunij 1634. DVNOZET. *decif.* 290.

C

Cæſaraguſtana Diſtributionum. 15. Ianuarij 1635. COCCINO. *decif.* 299.

Cæſaraguſtana Diſtributionum. 13. Iunij 1636. COCCINO. *decif.* 308.

Cæſaraguſtana Diſtributionum. 7. Nouemb. 1636. COCCINO. *decif.* 310.

Cæſenaten̄ Succeſſionis. 27. Iunij 1631. MERLINO. *decif.* 278.

Comen̄ Beneficij. 25. Maij 1635. PANZIROLO. *decif.* 301.

Cremonen̄ Penſionis, 23. Iunij 1623. CARD. VBALDO. *decif.* 263.

Cremonen̄ Penſionis. 13. Maij 1625. COCCINO. *decif.* 266.

Cremonen̄ Penſionis. 15. Maij 1626. COCCINO. *decif.* 267.

Cremonen̄ Penſionis. 27. Ianuarij 1627. COCCINO. *decif.* 268.

Cremonen̄ Penſionis. 18. Iunij 1627. COCCINO. *decif.* 269.

Cremonen̄ Penſionis. 19. Nouemb. 1627. COCCINO. *decif.* 270.

Cremonen̄ Penſionis. 29. Maij 1628. COCCINO. *decif.* 272.

Cremonen̄ Penſionis. 14. Ianuarij 1630. COCCINO. *decif.* 277.

F

Fauentina Iuriſpatronatus. 16. Maij 1636. PIROVANO. *decif.* 307.

G

Gerunden̄ Iuriſdictionis. 30. Aprilis 1632. MERLINO. *decif.* 279.

Gerunden̄ Canonicatus, & Sacriſtiæ. 18. Maij 1637. VEROSPIO. *decif.* 313.

L

Leodien̄ Caſtrorum. 15. Decembris 1634. MOTMANNO. *decif.* 297.

Leodien̄ Caſtri de Mombech. 15. Decemb. 1634. PIROVANO. *decif.* 298.

N

Narnien̄ Bonorum. 7. Martij 1637. MOTMANNO. *decif.* 311.

Maio-

M

Maioriceñ Iuriſdictionis. 2.Iunij 1634. GHISILERIO. *deciſ.*289.
Maioriceñ Iuriſdictionis. 28.Iunij 1634. GHISILERIO. *deciſ.*297.
Mediolaneñ deuolutionis bonorum. 2.Iunij 1634. GHISILERIO. *deciſ.*288.
Mediolaneñ Penſionis. 6.Iunij 1633. MERLINO. *deciſ.* 281.
Meleuitana erectionis Collegiatæ. 12.Decemb. 1633. PIROVANO. *deciſ.*283.
Meleuitana erectionis Collegiatæ. 10. Febr. 1633. PIROVANO. *deciſ.*284.
Meleuitana Commendæ de Mazzara. 23.Iun. 1634. MERLINO. *deciſ.*294.
Meleuitana Commendæ de Mazzara. 15. Iun.1635. MOTMAMNO. *deciſ.* 303.
Meſſaneñ Feudi. 19. Iunij 1634. VEROSPIO. *deciſ.*293.

P

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs. 9. Iunij 1629. CARD. VBALDO. *deciſ.*274.
Peruſina Fideicommiſſi. 19.Aprilis 1630. DVNOZETTO. *deciſ.*276.
Peruſina Laudi. 3. Iulij 1634. MOTMANNO. *deciſ.* 296.
Peruſina Laudi. 27. Aprilis 1635. MOTMANNO. *deciſ.* 301.
Piſcieñ Beneficij. 7.Nouemb. 1629. CARD. VBALDO. *deciſ.* 275.
Piſcieñ Beneficij. 27. Aprilis 1633. CARD. VBALDO. *deciſ.*280.

R

Romana Cenſus. 4. Iulij 1636. PIROVANO. *deciſ.* 150.
Romana Iuſtificationis creditorum. 31.Mart.1634. VEROSP O. *deciſ.* 287.
Romana Iuſtificationis creditorum. 19. Iun. 1634. VEROSPIO. *deciſ.*293.
Romana, ſeu Cæſenateñ hæreditatis. 31.Mart.1634. PIROVANO. *deciſ.*286.
Romana, ſeu Ianueñ locorum Montium. 15.Decembris 1635. BVCCABELLA. *deciſ.*305.
Romana ſcutorum 24 mill. 20.Aprilis 1635. PANZIROLO. *deciſ.*300.

S

Soaneñ Caſtrorum. 14. Martij 1634. MOTMANNO. *deciſ.*285.

V

Vrbeuetana Cenſus. 10. Maij 1628. CARD. VBALDO. *deciſ.*271.
Vrbeuetana Cenſus. 11. Maij 1629. CARD. VBALDO. *deciſ.*273.

INDEX

INDEX ARGVMENTORVM DECISIONVM SACRÆ ROTÆ ROMANÆ QVAE IN PRAESENTI VOLVMINE CONTINENTVR.

VNA CVM INDICE CAVSARVM PRO VT IN VOLVMINE IACENT.

REV.MO P. D. COCCINO.

Toletana Iuriſpatronatus.

Die Lunæ 29. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM. I.

Executoriales, quanto temporis interuallo, & quid ſit neceſsè, vt dicantur præſcriptæ, ita vt ius exequendi remaneat extinctum, & quid Rota in hoc ſeruet. Executorialium virtus non præſcribitur, quando executio eſt cœpta, ſed nondum perfecta, item quando verſamur in materia habente tractum ſucceſſiuum, & quidnam ad hoc requiratur.

R. P. D. PIROVANO.

Piſcieñ Beneficij.

Die Lunæ 29. Ianuarij 1635.

ARGVMENTVM. II.

Iuſpatronatus relictum pluribus perſonis, quādo eis relictum pro virili intelligatur. Iuſpatronatus relictum pluribus vti ſingulis, tunc vnuſquiſque qualiter poſſit præſentare. Qualitas iuriſpatronatus, quando non ſit neceſse diſputare.

R. P. D. MERLINO.

Mediolanen. Penſionis.

Die Veneris 19. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM. III.

Quamquam de ſtylo ſupremorum Tribunalium condemnatio ad reſtitutionem fructuum decurſorum non ſoleat fieri, niſi à die motæ litis, quo tempore reus poſſeſſor conſtituitur in mala fide, & excitatur ad inquirendum de iuribus ſuæ poſſeſſionis, tamen hæc regula fallit, quando petuntur fructus non vti fructus acceſſorij ad aliquod ſubiectum, ſed tanquam ſors, & vti capitale de per ſe. Item fallit quoties adeſt mala fides in poſſidente, quia tunc debentur fructus etiam ante motam litem à die, quo mala fides ſuperuenit, Item fallit, quando à bonæ fidei poſſeſſore fructus non ſunt conſumpti, ſed adhuc extant, vel ſi non extent poſſidens factus eſt locupletior, vt quia auctum fuit eius patrimonium, tunc illi debent reſtitui, vel eorum æſtimatio.

R. P. D. GHISILERIO.
Maioricen. Iuriſdictionis.
Die Veneris 12. Ianuarij 1635.
ARGVMENTVM IV.

Epiſcopus contra Capitularem accuſatum de incontinentia, aut de alijs criminibus atrocioribus, vt validè procedat contra eum ad ſummariam informationem ſine Adiunctis, ad effectum illum carcerandi, quid obſeruare debeat.

R. P. D. DVNOZETTO.
Brixinen. Parochialium.
Die Lunæ 15. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM V.

In Parochialibus ſecularibus vnitis alicui Dignitati, vel Monaſterio, quando deputari debent Vicarij perpetui ſeculares, & non Regulares, & quando è contra.

R. P. D. GHISILERIO.
Bononien Diſmembrationis.
Die Lunæ 15. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM VI.

in Beneficij Curati diſmembratione quidnam requiratur, vt validè fiat. Cura animarum ſi ab aliqua Eccleſia diſmembratur eſt neceſſarius conſenſus Patronorum, & Parochianorum.

R. P. D. CARRILLO.
Aretina Cappellaniæ.
Die Lunæ 19. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM VII.

Citatio ad dicendum contra Commiſſionem, infra annum, poteſt quandocumquè produci. Acta diuerſa à cauſa non ſunt tranſportanda. Sententia lata à Iudice allegato ſuſpecto, quando ſit nulla. Subrogato gratiosè in beneficio quibus probatis detur immiſſio.

R. P. D. DVNOZETTO.
Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs.
Die Veneris 19. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM VIII.

Fideicommiſſum non cenſetur inductum in caſu mortis, ex verbis conſequutiuis poſt prohibitionem delicti &c. Item pariter, quando fideicommiſſum non cenſeatur inductum in caſu mortis ex prohibitione alienationis.

R. P. D. MERLINO.
Anconitana Prædij.
Die Mercurii 24. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM IX.

Donatio, quando dicatur inter viuos, non obſtante, quòd in inſtrumento donationis ſit facta mentio mortis, latè, & doctè declaratur in hac magiſtrali deciſione.

Donatio, vt dicatur facta cauſa mortis, quidnam ſit neceſſarium, exponitur.

R. P. D. VEROSPIO.
Vrbeuetana Succeſſionis.
Die Mercurii 24. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM X.

Tractatur, qualiter filiatio probetur. In materia probationum, quale tempus dicatur antiquū. Inſtrumentum quando dicatur antiquum.

R. P. D. PANZIROLO.
Auenionen. Simulationis.
Die Mercurii 29. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM XI.

Pœnæ appoſitæ in contractibus matrimonialibus penitus ſunt irritæ, nec violans fidem ad aliquid tenetur. Simulatio, ex quibus probetur.

R. P. D. VEROSPIO.
Florentina Decimarum.
Die Lunæ 29. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM XII.

Eccleſiæ Rector petere poteſt, vt Eccleſia in ſua antiqua poſſeſſione manuteneatur. Sententiæ, decreta, probationes, & omnia alia acta iudiciaria facta contra Rectorem Eccleſiæ, probant etiam contra ſucceſſores. Et aliqua circa continuationem poſſeſſionis. In confeſſione propria quid de iure canonico potiſſimùm attendatur.

R. P. D. BVCCABELLA.
Meleuitana Status.
Die Lunæ 29. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM XIII.

Fratres Cappellani, & Seruientes armorum de limitibus Religionis Hieroſolymitanæ, an ſint in quaſi poſſeſſione præſentandi ſuffragia in Linguis, & Capitulis Prouincialibus, in probationibus nobilitatis, & receptione Militum.

REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.
Piſcien. Beneficij.
Die Mercurii 31. Ianuarii 1635.
ARGVMENTVM XIV.

Teſtator, ſi diſpoſuerit, quòd ad iuſpatronatus præſentetur Presbyter, an vigore huius nominis ſit neceſſarium, quod præſentatus ſit Sacerdos, necnè, declaratur.

R. P. D. MERLINO.
Romana Fideicommiſſi de Formicinis.
Die Mercurii 7. Februarii 1635.
ARGVMENTVM XV.

Ex prohibitione alienationis quando non videatur inductum fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſu mortis. Teſtator, quādo

præſu-

præſumatur vocaſſe ad fideicommiſſum familiam effectiuam, & quando contentiuam. Ad fideicommiſſum ſi quis aſſerat ſe eſſe vocatum, quid probare debeat.

R. P. D. VEROSPIO.
Meſſanen. ſeu nullius tenimenti.
Die Mercurii 7. Februarii 1635.

ARGVMENTVM XVI.

Feudi, vel emphyteuſis conceſſio, vt probetur, debet ea doceri per inſtrumentum conceſſionis, & an aliunde probari poſſit. Procurator, ſi conteſtet litem, vel alium actum faciat, vt præiudicet Domino, debet conſtare de mandato, & quando non ſit neceſſe hoc diſputare.

R. P. D. PANZIROLO.
Romana de Ghezzis.
Die Veneris 9. Februarii 1635.

ARGVMENTVM XVII.

Diſcutitur materia, an in legatis conditionalibus in quantitate relictis, hypoteca incipiat currere à die mortis Teſtatoris, vel à die purificatæ conditionis.

R. P. D. GHISILERIO.
Fauentina Legatorum.
Die Lunæ 12. Februarii 1635.

ARGVMENTVM XVIII.

Arbitrium ad effectum ſanandi teſtium examen, quando intrare nequaquam poſſit. Notarius, quando probet, teſtes iuraſſe, & quando non.

R. P. D. CARRILLO.
Meleuitana Antianitatis.
Die Lunæ 12. Februarii 1635.

ARGVMENTVM XIX.

Antianitas Equiti Hieroſolymitano, quando incipiat currere. Probationes ſecundæ, cum præſumantur factæ in corroborationem primarum probationũ, ad illud tempus trahuntur. Impeditus eſt excuſandus, & hoc quando multo magis procedat.

REV.^MO^ P. D. COCCINO.
Cæſarauguſtana Diſtributionum.
Die Lunæ 12. Februarii 1635.

ARGVMENTVM XX.

Extrauag. Prouide, de ſentent. excomm. an procedat in interdicto ſpeciali, vel generali. Interdictum, quando dicatur ſpeciale, & quando generale.

REV.^MO^ P. D. COCCINO.
Barbaſtren. Canonicatus.
Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM XXI.

Arbitrium, ad effectum retardandi vlteriorem executionem, quando intret, nec ne. Ius exequendi, quanto tempore præſcribatur, & & aliqua circa materiam præſcriptionis.

R. P. D. VEROSPIO.
Iſpalen. Decimarum.
Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM XXII.

Epiſcopus quando dicatur habere intentionem fundatam in perceptione Decimarum, & an Capitulum eas exigere poſſit, vt Adminiſtrator Epiſcopi: Laici non ſunt capaces Decimarum: Decimæ quando dicantur temporales, quando ſpirituales.

R. P. D. MOTMANNO.
Peruſina Laudi.
Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM XXIII.

Actiones inter cohæredes, pro parte, qua quis eſt hæres ipſo iure ſcinduntur. Via executiua, ſi cedenti competebat, ceſſionario etiam competere debet.

R. P. D. DVNOZETTO.
Romana Dotis.
Die Veneris 2. Martii 1635.

ARGVMENTVM XXIV.

Dotis receptæ confeſſio facta per maritum constante matrimonio, concurrentibus adminiculis, & coniecturis, probat veram numerationem dotis, non ſolum contra ſe ipſum, ſed etiam contra eius creditores.

R. P. D. CARRILLO.
Meleuitana Antianitatis.
Die Lunæ 5. Martii 1635.

ARGVMENTVM XXV.

Reus efficitur actor in probanda exceptione, poſt quam actor fundauit ſuam intentionem, itaut non ſufficit reo, vt obtineat, illam reddere turbidam. Verba dubia, ad quam perſonam ſint adaptanda, & qualiter etiam veniant interpretanda. Militi Hieroſolymitano quando currat antianitas.

R. P. D. DVNOZETTO.
Meleuitana Commendæ de Mazzara.
Die Lunæ 5. Martii 1635.

ARGVMENTVM XXVI.

Sententia contra ſententiam lata, ea contraria non reuocata, quando ſubſtineatur. Equites Hieroſolymitani non poſſunt obtinere aliquam Commendam, ſi de tempore ſmutitionis ſint debitores communis Aerarij, & quando hoc habeat locum, declaratur; & an in hoc caſu admittatur compenſatio. & aliqua habes circa hanc materiam compenſationis.

R. P. D. MOTMANNO.
Fauentina Dotis.
Die Mercurii 14. Martii 1635.
ARGVMENTVM XXVII.
Donatio facta abſenti, ſi cõtineat onus, & obligationem, non præſumitur acceptata ſi à Donatario non ratificetur, & donec non ſequatur d. ratificatio ſtat in ſuſpenſo. Et quid ſi dicta donatio ſit iuramento roborata.

R. P. D. BVCCABELLA.
Romana Bonorum de Auguſtinis.
Die Mercurii 14. Martii 1635.
ARGVMENTVM XXVIII.
Societas bonorum, ſi inter aliquos fuerit inita, qualiter probetur, Et ſi ſemel fuerit probata, præſumitur continuata vſque ad mortem, niſi aliud doceatur.

R. P. D. GHISILERIO.
Ianueñ Abbatiæ.
Die Mercurii 14. Martii 1635.
ARGVMENTVM XXIX.
Præſentandi quaſi poſſeſsio centenaria, quando non agitur de probatione Iuriſpatronatus potentum, quid operetur. Iuſpatronatus in Eccleſia Regulari, vt quis poſsit acquirere, quid ſit neceſsè. Productio, vt noceat producenti, quid requiratur. Poſſeſsio, quando præſumatur ex titulo præambulo. Negatiua exiſtentiæ alicuius ſcripturæ, quãdo dicatur probata per diligentias factas ad effectum illam reperiendi, & quando non.

R. P. D. MERLINO.
Romana Dotis.
Die Mercurii 16. Martii 1635.
ARGVMENTVM XXX.
Patruus, an teneatur dotare fratris filiam in ſubſidium. Bona, etiam arctiſsimo fideicommiſſo ſubiecta, rectè poſſunt alienari pro conſtituenda dote deſcendentibus. In conſtituenda dote filiabus illegitimis, quid ſit ſpectandum, item qualiter alimenta ſint eis decernenda. Diſpoſitio cap. cum haberet, extra de eo, qui dux. in vxor. eſt vbique ſeruanda.

R. P. D. GHISILERIO.
Valentina Iuris ſedendi.
Die Veneris 26. Martii 1635.
ARGVMENTVM XXXI.
Referuntur nonnulli caſus, in quibus remiſſoriæ petitio ſolet reijci.

R. P. D. VEROSPIO.
Gerundeñ Iuriſdictionis.
Die Veneris 26. Martii 1635.
ARGVMENTVM XXXII.
Capitulum qualiter, & quando, poſsit ſtatuere in materia Anniuerſariorum. Nomine Diſtributionum quotidianarum, an veniant etiam portiones Anniuerſariorum. Epiſcopus tantùm poteſt nouam conſuetudinem in Eccleſia, cum conſenſu tamen Capituli inducere, & quo caſu hoc ex ſe poſsit facere Capitulum.

REV.^MO P. D. COCCINO.
Romana Fideicommiſsi de Caetanis.
Die Veneris 23. Martii 1635.
ARGVMENTVM XXXIII.
Linea maſculina, quandò eſt vocata ad fideicommiſſum, an in ea etiam comprehendantur fœminæ agnatæ. Inueſtitura accepta pro ſe, & deſcendentibus ex linea maſculina, an comprehendat maſculum natum ex fœmina.

R. P. D. MOTMANNO.
Romana Hæreditatis de Capizuchis.
Die Veneris 20. Aprilis 1635.
ARGVMENTVM XXXIV.
Immiſsio à fideicommiſſario petita, quando deneganda veniat.

REV.^MO P. D COCCINO.
Romana Reinueſtimenti.
Die Veneris 23. Aprilis 1635.
ARGVMENTVM XXXV.
Tractatur de reinueſtimento dotis, ſcilicet, quando maritus id promiſit &c. quod poſsit ad id compelli.

R. P. D. BVCCABELLA.
Aeſina Bonorum.
Die Veneris 27. Aprilis 1635.
ARGVMENTVM XXXVI.
Dominium ad effectum rei vindicationis qualiter ſit probandum. Bona eccleſiaſtica quãdo in emphyteuſim conceduntur, quid requiratur, & quando prædicta bona dicantur ſolita concedi in emphyteuſim, & quando non.

R. P. D. DVNOZETTO.
Ferrarieñ Iuriſpatronatus.
Die Lunæ 30. Aprilis 1635.
ARGVMENTVM XXXVII.
Iuſpatronatus fundans pro ſe, & poſt eius obitum pro aliquibus perſonis ab eo nominatis, & hoc cum conſenſu Ordinarij &c. quæritur, an prædictus fundator in præiudicium nominatorum, poſsit alijs donare d. iuſpatronatus.

R.^MO P. D. PIROVANO DECANO.
Florentina Parochialis à Sala.
Die Lunæ 30. Aprilis 1635.
ARGVMENTVM XXXVIII.
Clauſula, conſtito de tribus ſententijs, quomodo

do ſit intelligenda. Sententia, ſi iuſta, & valida ſit, eſt executioni demandanda, aliàs ſecus. Sententia lata contra mortuum, an, & quando ſubſtineatur. Donatio perfecta non eſt alteranda.

R. P. D. BVCCABELLA.
Romana, ſeu Farfen. Hæreditatis.
Die Lunæ 30. *Aprilis* 1635.

ARGVMENTVM XXXIX.

Alimenta, & ſumptus litis, vt collitiganti debeantur, quid ſit probandum. Confeſſio Tutoris, Curatoris, &c. quando probet contra minorem.

R. P. D. GHISILERIO.
Romana Laudemij.
Die Veneris 4. *Maii* 1635.

ARGVMENTVM XL.

In hac Magiſtrali deciſione firmatur, quòd quando bona ſubemphyteuticantur, Laudemium non emphyteutæ, ſed Domino directo debetur, quod multis comprobatur rationibus.

REV.^MO P. D. COCCINO.
Cremoneñ Penſionis.
Die Veneris 4. *Maii* 1635.

ARGVMENTVM XLI.

Referuntur nonnulli caſus, in quibus Rota ſolet denegare Remiſſoriam, & præſertim an Remiſſoria concedi poſſit, poſtquam ſunt publicatæ atteſtationes, & didicita iuſtificata, quæ materia grauiter, vt ſemper ſolet, & eleganter declaratur à tàm egregio Auditore, & huius ſupremi Tribunalis Decano, & Decore, qui Iuris vtriuſquè Principatum, & Monarchiam, omnibus applaudentibus, heroicè adeptus eſt.

R. P. D. BVCCABELLA.
Hiſpaleñ Decimarum.
Die Lunæ 3. *Maii* 1635.

ARGVMENTVM XLII.

Decimarum percipiendi quaſi poſſeſſione probata, facit, vt poſſeſſori ſit dandum mandatum de manutenendo. Exemptio à ſolutione decimarum vt ſubſtineatur, eſt ſpecialiter derogandum c. nuper de decim. cum ſit conciliare.

R. P. D. MOTMANNO.
Imoleñ Succeſſionis.
Die Lunæ 7. *Maii* 1635.

ARGVMENTVM XLIII.

Statutũ ſi diſponat, quòd ſi quis decedat ab inteſtato ſine liberis, relicta matre, vel aliquo aſcendenti, ſeu deſcendenti, aut tranſuerſali ex linea materna, illi ſic defuncto, ſuccedant coniuncti ex linea paterna; matre, aliiſquè coniunctis ex linea materna excluſis, modo quæritur, an hoc ſtatutum comprehendat ſororem defuncto coniunctam, aliter, quàm ex linea materna.

REV.^MO P. D. COCCINO.
Corduben Decimarum de Lucena.
Die Mercurii 10. *Maii* 1635.

ARGVMENTVM XLIV.

Tractatur, an Patres Ieſuitæ ſint in quaſi poſſeſſione exemptionis à ſolutione decimarum contra Excellentiſſ. D. Ducem de Cardona.

R. P. D. MOTMANNO.
Bononieñ Succeſſionis.
Die Veneris 11. *Maii* 1635.

ARGVMENTVM XLV.

Vxor ſi decedat, ſuperſtitibus, viro, filiiſq. ſi d. vir ducat aliam vxorem, eaq. ſine liberis moriatur, cum hoc caſu ceſſet periculum, quòd bona in vtilitatem Nouercæ, ac eius filiorum cadant, an intret diſpoſitio l. fœminæ §. illud. C. de ſecund. nupt. & §. hinc nos, Auth. de nupt. & concluſio eſt affirmatiua, cum potiſſima ratio dd. ll. ſit iniuria illata coniugi præmortuæ, & ex ea filiis.

R. P. D. DVNOZETTO.
Vrbeuetana Cenſus.
Die Lunæ 21. *Maii* 1635.

ARGVMENTVM XLVI.

Cenſus impoſitio facta ab aliquo, contemplatione alterius perſonæ, ſecuta eius ratificatione, perinde eſt, ac ſi ab ea fuiſſet celebrata. Cenſum nulliter impoſitum ratificans tenetur ad damna, & intereſſe. Cenſus impoſitus ſuper fundo alienari prohibito, quando debeantur damna, & intereſſe loco fructuum, & quando non.

R. P. D. PANZIROLO.
Romana, ſeu Ianueñ Aſſecurationis.
Die Mercurii 30. *Maij* 1635.

ARGVMENTVM XLVII.

Damni repartitio, in materia rerum aſſecuratarum, quando ſit facienda ſuper valore loci à quo.

REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.
Romana, ſeu Ceſenateñ Hæreditatis.
Die Lunæ 4. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM XLVIII.

Perſonam aliquam, ſi quis vti talem approbauerit, nec ipſe, nec habentes cauſam ab eo poſſunt dicere, tu non es talis. Melioramentorum exceptio, quando retardet, & quando non, immiſſionem.

R. P. D. DVNOZETTO.

Toletana Conſeruatoriæ.

Die Mercurii 6. Iunii 1635.

ARGVMENTVM XLIX.

Mandatum de manutenendo cui concedatur, & poſſeſſio ad dictum effectum qualiter probetur. Et vide aliqua circa materiam Conſeruatoriæ.

R. P. D. VEROSPIO.

Salernitana Portionis fructuum.

Die Veneris 9. Iunii 1635.

ARGVMENTVM L.

Tractatur de probatione vnionis beneficiorum, & præſerrim quando de ea agitur inci denter. Reſtitutio in integrum aduersùs ſententiam vt detur, quid ſufficiat.

ILL.MO P. D. MACHIAVELLO

Parriarcha Conſtantinopolitano.

Cæſarauguſtana Præceptoriæ.

Die Mercurii 13. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LI.

Beneficium, quando dicatur Sedi Apoſtolicæ affectum. Executor mixtus qualiter procedere debet. Triennalis poſſeſſio pacifica beneficij quid operetur, Commendæ noſtri temporis an ſint veri tituli beneficiales.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Iuſtificationis Creditorum.

Die Mercurii 13. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LII.

In determinandis cauſis contractuum Cambiorum inſpectis omnibus partibus eorumdem, nempe ſubſtantia, permiſſione, & pretij iuſtitia, verè, & propriè recurrendum eſt ad Canoniſtas, & Legiſtas non autem ad Mercatores ſacrorum Canonum, & Legum ignaros, cum in hac materia potiſſimum agatur de interpretatione ſacrorum Canonum, Bullarum, & Conſtitutionum Summorum Pontificum. * Egregiè dilucidatur concluſio iſta à tam inſigni Auditore Iuris lampade fulgentiſſima, ac ſydere longè, latèque corruſcante.

R. P. D. MOTMANNO.

Ianueñ Iuris Honorifici.

Die Mercurii 13. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LIII.

Ad Hæreditatem defuncti ab inteſtato deficiētibus aſcendentibus, & deſcendentibus, quis vocetur. Ius honorificum tranſit cum hæreditate. Agnatio à quo deriuet.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Quarti Dotalis.

Die Veneris 15. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LIV.

Lucrum dotale, vt debeatur iuxta Statutum Vrbis lib. 1. cap. 132. quid requiratur. Impotentia viri, quando eſt temporalis, vel dubia, vxor quam ſucceſſiuam patientiam præſtare teneatur. & quid ſi reclamauerit intra bimeſtre.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Iuſtificationis Creditorum.

Die Veneris 15. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LV.

Soluens pro alio, eum liberat, & contra debitorem acquirit actionem. Creditori nil refert, an ſit ſacta ſolutio per debitorem, vel per alium. Intereſſe, quando ab initio poſſit taxari.

REV.MO P. D. COCCINO.

Corduben Decimarum de Lucena.

Die Veneris 5. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LVI.

Laicus, vt dicatur probaſſe ad ſe ſpectare decimas Eccleſiaſticas, non ſufficit ſola probatio immemorabilis, ſed etiam debet concurrere fama priuilegij, cum poſt *Concil. Lateranenſe cap.* 14. *in fin. de quo in cap. prohibemur de decim. celebratum ſub Alex. III. de anno* 1179. requiritur probatio immemorabilis vnà cũ fama priuilegij, & quando dicta poſſeſſio, & dicta fama benè appareat probata.

R. P. D. VEROSPIO.

Meſſanenſis ſeu nullius Feudi.

Die Veneris 22. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LVII.

Ex præſtatione diuturna facta pro re tamquam emphyteutica, quando oriatur præſumptio tituli fauore poſſeſſoris, & an vltrà præſumptionem tituli deduci poſsit etiam præſumptio confirmationis Apoſtolicæ. Poſſeſſor in iudicio legis diffamari quando dicatur eſſe certus de iure aduerſarij, vt incipiat eſſe in mala fide. Citatio ex quibus præſumatur exequuta. Renunciatio litis ex quibus excludatur.

R. P. D. MERLINO.

Plancentina Illegitimitatis.

Die Veneris 22. *Iunii* 1635.

ARGVMENTVM LVIII.

Filius quando dicatur illegitimus, & qualiter, & quibus coniecturis illegitimitas probetur. Teſtes conſanguinei, quando admittantur ad probandum matrimonium, & quando non.

R. P. D. MERLINO.

Romana Anniuerſariorum.

Die Veneris 22. *Iunii* 1635.

AR-

ARGVMENTVM LIX.
Teſtator, ſi reliquerit alicui Eccleſiæ Collegiatæ annuam notabilem ſummam pecuniarum ad effectum Anniuerſaria celebrãdi pro eius anima, an poſsint renuere Canonici, admittere Beneficiatos, & Clericos eiuſdem Eccleſiæ ad celebrationem dd. Anniuerſariorum, & ad participationem emolumentorũ. * Doctiſsimè enucleatur materia iſta à tanto, & Regij animi Auditore, viro ad omnia ſumma nato, & non tàm Iuriſprudentiæ fortiſſimo ſuprà omnem fidem Athlante, ſed & cæterarum ſcientiarum Oraculo, ita vt non iniuria, de eo affirmari poteſt, quod de Azone dicunt Doctores, & præſertim *Bald. in l. contractus. C. de fidanſtrum.* ſcilicet, quod ſit Vas electionis.
R. P. D. MOTMANNO,
Romana Hæreditatis.
Die Veneris 22. Iunii 1635.
ARGVMENTVM LX.
Locationes, quando probent poſſeſſionem, Mulieres non poſſunt eſſe tutrices. Ex contractu minoris inualido propter defectum ſolemnitatum, dummodo adſit conſenſus, an amittatur, & transferatur poſſeſsio. Reliqua vide in Summarijs.
R. P. D. MERLINO.
Cæſenaten. Succeſsionis.
Die Veneris 22. Iunii 1635.
ARGVMENTVM LXI.
Fideicommiſſarius ad obtinendam immiſsionẽ bonorum fideicommiſſariorum qua via agere poteſt. Filij in conditione poſiti licèt non dicantur vocati, tamen ab hac regula receditur, quando adſunt plures coniecturæ, quæ contrarium ſuadeant.
R. P. D. MOTMANNO.
Vrbeuetana Cenſus.
Die Veneris 22. Iunii 1635.
ARGVMENTVM LXII.
Teſtator, ſi morti proximus diſponat, quòd omnia ſua debita ſoluantur, an cenſeatur, etiam debita tantum naturalia diſpoſuiſſe, vt ſoluantur. Minor contrahens, an debeat ſeruare ſtatuta loci contractus. Vide alia in Summarijs.
R. P. D. BVCCABELLA.
Cauen. Limitum Parochialium.
Die Lunæ 25. Iunii 1635.
ARGVMENTVM LXIII.
Tractatur de probatione Limitum Parochialiũ.
R. P. D. VEROSPIO.
Romana Locationis.
Die Lunæ 25. Iunii 1635.
ARGVMENTVM LXIV.
Agitur de prælatione in poſſeſſione rei conductæ concedenda vni ex duobus Conductoribus ad interpretationem legis quotiès C. de rei vendication. & plura de materia eius legis.
REV.MO P. D. COCCINO.
Romana Societatis Lignorum.
Die Mercurii 27. Iunii 1635.
ARGVMENTVM LXV.
Calculator, & peritus electus ad cognoſcendũ de quibuſdam erroribus in Laudo emanatis, an ſi vltra prædictos errores, alios etiam errores cognoſcat, quando dicatur validè procedere. Contra Laudum, quando non poſſit veniri.
R. P. D. GHISILERIO.
Valentina Iuris ſedendi.
Die Mercurii 27. Iunii 1635.
ARGVMENTVM LXVI.
Præpoſiti Eccleſiæ Valentinæ habuerunt, & habent ius, & facultatem ſedendi in Choro immediatè poſt Canonicos Choro aſſiſtentes, eiſq. licet occupare ſedes vacuas Canonicorum Choro non interuenientium.
REV.MO P. D. COCCINO.
Legionen. Cenſurarum.
Die Mercurii 4. Iulii 1635.
ARGVMENTVM LXVII.
Pœnas in interdicto appoſitas, quando quis effugiat. Capitulo, quando eſt intimanda declaratoria, qualiter dicta intimatio fieri debeat, & quid ſi Capitulum impedimentum præſtet. Intimatio, quando ſit de forma declaratoriæ, & quando ſufficiat ſcientia.
R. P. D. GHISILERIO.
Bononien. Diſmembrationis.
Die Mercurii 4. Iulii 1635.
ARGVMENTVM LXVIII.
Diſmembranda ſi ſit cura animarum ab aliqua Eccleſia, vt nullitatis vitio non ſubiaceat, quid ſit ſeruandum. Perſonæ induſtria ſi ſit electa, non poteſt d. perſona ſubdelegare.
R. P. D. MERLINO.
Romana ſcutorum 4000.
Die Mercurii 4. Iulii 1635.
ARGVMENTVM LXIX.
Tolle iſtas pecunias, ſi quis alicui dixerit, eo non flagitante, quæritur quomodo iſte contractus ſit vocandus, aliqui putauerunt eſſe contractum mutui, alij depoſiti, alij innominatum, alij donationis &c. ſed in hoc quid certi non poteſt firmari, ſed recurrendum
eſt

eſt ad præſumptiones, & coniecturas, & in caſu deciſione fuit deciſum ex coniecturis eſſe donationis contractum. Magiſtralis, & mirabilis deciſio eſt.

R. P. D. BVCCABELLA.
Romana, ſeu Ianueñ locorum Montium.
Die Veneris 4. Iulii 1635.
ARGVMENTVM LXX.
Iudex, quando non priuet aliquem ſua poſſeſſione. Iudicium eſt ibi terminandum vbi eſt cœptum. Proceſſus factus per edictum, vt ſit validum, quid requiratur.

ILL.MO P. D. MACCHIAVELLO.
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Comeñ iuris conferendi.
Die Veneris 16. Nouembris 1633.
ARGVMENTVM LXXI.
Canonicorum electio in Eccleſijs Collegiatis, quando ſpectet ad Capitulum, & quando ad Ordinarium.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Ariminen. iuriſpatronatus.
Die Veneris 16. Nouembris 1635.
ARGVMENTVM LXXII.
Succeſſorum appellatione, quando veniant etiã hæredes extranei. Iuſpatronatus, an, & quando tranſeat ad fideicommiſſarium.

REV.MO P. D. COCCINO.
Meleuitana Antianitatis.
Die Veneris 16. Nouembris 1635.
ARGVMENTVM LXXIII.
Statutum Religionis Hieroſolymitanæ ſub tit. de commun. ærar. cap. 15. quid diſponat. Antianitas in d. Religione, quando incipiat currere. Remiſſoriæ petitio, quando reijciatur.

R. P. D. BVCCABELLA.
Auenionen. Fideicommiſſi.
Die Lunæ 19. Nouembris 1635.
ARGVMENTVM LXXIV.
Interdictum, quorum bonorum, quod competit hæredi, datur etiam eius ceſſionario. Hæreditatis aditio probatur etiam ex verbis enunciatiuis, immò ex ſola ceſſione, aut donatione alicui facta de hæreditate.

ILL.MO P. D. MACCHIAVELLO
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Auguſtana Decimarum.
Die Lunæ 19. Nouembris 1635.
ARGVMENTVM LXXV.
Ius decimandi, quando debeatur Monaſterio. Teſtis vnicus in iudicio manutẽtionis; licet ſufficiat, tamen quando id non procedat. Dictum teſtis à ſe inducti quando quis poſſit impugnare.

R. P. D. MERLINO.
Gerundeñ Iuriſdictionis.
Die Lunæ 3. Decembris 1635.
ARGVMENTVM LXXVI.
Capitulum de iure communi habet ius diſponendi, & ſtatuendi ſuper diſtributionibus Anniuerſariorum, alijſq. rebus, & negocijs ad Eccleſiam ſpectantibus priuatiuè quoad Beneficiatos, & vide plura, & pulchra circa hanc materiam.

R. P. D. PANZIROLO.
Auenioneñ Fideicommiſsi.
Die Mercurii 5. Decembris 1635.
ARGVMENTVM LXXVII.
Teſtator, ſi hæredem inſtituit vxorem, cum conditione, quòd ſi ex ea nullos ſuſcepiſſet filios de tempore ſui obitus, bona teneatur reſtituere primo filio eius neptis, quæ neptis de tempore conditi teſtamenti, matrimoniũ iam contraxerat, ſed non dum conſumauit. Quæritur modo ſi d. filius de tempore obitus Teſtatoris non eſſet natus, ſed in lucem poſtea prodierit, an fideicommiſſum ſit caducatum, necne.

R. P. D. BVCCABELLA.
Maceratenſ Fideicommiſsi.
Die Lunæ 10. Decembris 1635.
ARGVMENTVM LXXVIII.
Poſſeſsio ciuilis ſtante lapſu 10. annorum præſumitur habita pro derelicta, & ideo in ea, quis non poteſt manuteneri. Iudex ritè, & rectè procedens, non ſolum priuat poſſeſſorem ſua anteriori poſſeſsione, ſed etiam in alium illam transfert. Monitorium ex quibus ſuppleatur. Procurator, quando præſumatur habere mandatum procuræ.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Romana Domorum.
Die Veneris 14. Decembris 1635.
ARGVMENTVM LXXIX.
Iudicia, quando ſunt diuerſa, geſta in vno non poſſunt extendi ad aliud. Iudex non ſolùm priuare poteſt poſſeſſorem ſua naturali poſſeſsione, ſed etiam ciuili. De nullitate, etiam notoria poſt annum vigore Statut. Vrb. lib. 1. c. 19. non datur.

ILL.MO P. D. MACCHIAVELLO
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Cæſarauguſtana Præceptoriæ.
Die Veneris 14. Decembris 1635.
ARGVMENTVM LXXX.
Præceptoria aliqua, ex quibus iuſtificetur, quòd fuerit ita Sedi Apoſtolicæ affecta, vt poſt obitum illam poſsidentis, ſolùm à Papa,
vel

vel recommendari, vel in riuulum concedi potuerit, & vide aliqua circa regul. Cancell. de Triennal.

R. P. D. MOTMANNO.
Vrbeuetana Cenſus.
Die Lunæ 17. *Decembris* 1635.
ARGVMENTVM LXXXI.
Moriens, ſi in ſuo teſtamento mandet, quòd omnia ſua debita ſoluantur, de quibus debitis cenſeatur intellexiſſe.

R. P. D. PANZIROLO.
Comeñ Beneficij.
Die Veneris 11. *Ianuarii* 1635.
ARGVMENTVM LXXXII.
Iuſpatronatus, cum ſit indiuiduum, ideo remanet penès quemcumque. Patronum inſolidû, itaut ex præſentatione vnius patroni alijs nolentibus præſentare, quis poreſt inſtitui.

R. P. D. MERLINO.
Arboreñ Canonicatus.
Die Lunæ 14. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM LXXXIII.
Impetrans beneficium alicuius ex eo, quod recurſum habuerit ad Iudices laicos, vt illam imperrationem iuſtificet, quid neceſſe ſit, vt probet, & quid ſi ille, qui habuit recurſum, fuerit abſolutus à cenſuris ob d. recurſum, & à pœnis inde prouenientibus, etiam in foro exteriori, cum plenaria reſtitutione.

R. P. D. ROIAS.
Bononieñ Fideicommiſsi de Blanchis.
Die Lunæ 14. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM LXXXIV.
Geſta per Iudicem vigore ſententiæ latæ in iudicio ſummarijſ imo manutentionis, non dicuntur attentata, cum ab ea de iure communi non detur appellatio, & quid ſi in aliquo loco adſit ſtatutum, quod deferat dictæ appellationi.

R. P. D. BVCCABELLA.
Meleuitana Status.
Die Lunæ 14. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM LXXXV.
Fratribus Cappellanis, & Seruientibus Armorum Religionis Hieroſolymitanæ an officere poſſit noua Ordinatio 29. ſub titulo de Magiſtro.

R. P. D. VEROSPIO.
Romana Penſionis.
Die Lunæ 14. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM LXXXVI.
Penſio, ſi fuerit reſeruata ſuper beneficio, ſuper quo pendet vnio ad fauorem alicuius, tunc dicta reſeruatio irrita eſt, ſi Papæ non fuerit facta mentio, quod ſuper dicto beneficio pendebat vnio.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Fauentina Iuriſpatronatus.
Die Mercurii 23. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM LXXXVII.
Præſentatus eſt inſtituendus, ſi probet vacationem iuriſpatronatus, familiæ eum præſentâtis exiſtentiam, ac pertinentiam, præſentationem infra legitima tempora, ac demum ſui ipſius habilitatem:

R. P. D. GHISILERIO.
Bononieñ Fideicommiſsi de Clauarinis.
Die Mercurii 23. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM LXXXVIII.
Fideicommiſſario in bonis fideicommiſſo ſubiectis, quibus concurrentibus, & qualiter ſit danda immiſsio, bona fuiſſe fideicommittentis, quomodo probetur, item et'am qualiter eorum identitas. Fideicommiſſario, quando non impediatur immiſsio ob oppoſitas detractiones.

R. P. D. BVCCABELLA.
Romana, ſeu Farſeñ Hæreditatis.
Die Lunæ 28. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM LXXXIX.
Tutoris confeſsio, quando multò fortiùs probet contra pupillum, confeſsionis reuocatio, quando fieri non poſsit. Atteſtationibus quibus ſit ſtandum. Mater dum ſuſcepit tutelam filiorum, debet renunciare ſecundis nuptijs, & hoc ſufficit, quod promittat per verba generalia.

REV.MO P. D. COCCINO.
Cæſarauguſtana Diſtributionum.
Die Lunæ 28. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM XC.
Fructus in interdictis, à quo tempore veniant. Declaratoria, quando non ſoleat dari niſi facta liquidatione.

R. P. D. MOTMANNO.
Cæſarauguſtana de Caſpe.
Die Lunæ 28. *Ianuarii* 1636.
ARGVMENTVM XCI.
Acta omnia per concordiam extinguuntur. Approbatio, vel paritio facta metu Cenſurarum non præiudicar, cum d. metus dicatur iuſtus, propter incommoda, quæ patiuntur ab excommunicatis.

ILL.MO P. D. MACHIAVELLO
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Spoletana Fideicommiſsi.
Die Lunæ 28. *Ianuarii* 1636.

AR-

ARGVMENTVM XCII.

Bona fideicommiſſo ſubiecta,quando licitè poſſint alienari. Fideicommiſſario, ſi ceſſet iuſta cauſa,nullatenus eſt ei denegãda immiſſio, l.2.C.de reſcind. vendit. quando ceſſet.

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononieñ fideicommiſsi.

Die Veneris 14.*Februarii* 1636.

ARGVMENTVM XCIII.

Filiatio legitima qualiter probetur, proximior Teſtatori, quando quis præſumatur. Electio de digno, omiſſo digniori,quo caſu non ſubſtineatur, & in quibus è contra. Fauori ſuo ante acceptarionem quilibet poteſt renunciare, ſecus vero poſt.

R. P. D. MERLINO.

Meſſaneñ ſeu nullius Feudi.

Die Veneris 15. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM XCIV.

Eccleſiæ, quando competat remediũ can. Reintegranda 3. quæſt. 1. Prælatus ſi malè alienet bona Eccleſiaſtica, ex hoc non infertur præiudicium Eccleſiæ. In alienatione rerum Eccleſiæ ſtante curſu longiſſimi temporis, quando præſumatur,quod interuenerint debita requiſita. Prælati vita iniuſtè alienantis bona Eccleſiæ detrahitur in præſcriptione dd. rerum cõrra Eccleſiam, cum præſumatur, quòd ipſe porius ſuum cõtractum quàm ſuam Eccleſiam tueri voluerit, & labi tẽpus permiſerit, iacturamq. bonorum CHRISTI ſocorditer ſuſtinuerit,& hoc maximè procedit ſi alienatio fiat in conſanguineum Prælati, nam ſanguinis coniunctio parit oſcitantiam in perſcrutanda vtilitate Eccleſiæ, & quando dolus Prelati in hoc negari non poſſit. Commiſſionem ſuper iactationibus impetràns,an quoad impetrantem opereturinterruptionem præſcriptionis. In alienatione rerum Eccleſiæ potiſſimum vtilitas attenditur. Singularis, & eleganriſſima eſt deciſio, & in his materijs ad eam recurrere memento.

REV.MO P. D. COCCINO.

Romana Tutelæ.

Die Veneris 15. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM XCV.

Pupilli, aut puellæ non ſunt educandi penès illos, qui ſunt eis in ſucceſſione ſubſtituti, & hoc propter malignam ſuſpicionem, quodque procedit etiamſi in hoc concurrat voluntas paterna.

R. P. D. BVCCABELLA.

Bononieñ Bonorum de Barzellinis.

Die Lunæ 18. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM XCVI.

Inuentarium contra quos probet, & agitur de probatione identitatis bonorum fideicommiſſo ſubiectorum.

R. P. D. DVNOZETTO.

Sancti Seuerini Dotis.

Die Lunæ 18. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM XCVII.

Fideicommiſſum ſucceſſiuum, & perpetuum ad fauorem illorum de linea, quando dicatur inductum. Lineæ appellatione, qui veniant. Hæreditas, quando dari poſſit in Codicillis.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Penſionis.

Die Lunæ 18. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM XCVIII.

Penſionem Eques Hieroſolymitanus non poteſt reſeruare, ſi de tempore reſeruationis ſit debitor communis Theſauri, & qualiter dictum debitum probetur. Et etiam quid requiratur ex parte recipiẽtis, ſeù reſeruatarij.

R. P. D. PANZIROLO.

Viceñ Prioratus de Manlleu.

Die Lunæ 18. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM XCIX.

Gratia non poteſt dici ſubreptitia, ſi in litteris non fuit narratum id, quod iam per ſuppreſſionem, & deſtructionem penitus fuit de medio ſublatum.

R. P. D. MERLINO.

Camerineñ Saluiani.

Die Mercurii 20. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM C.

Immiſsio ex remedio Saluiani interdicti quibus concurrentibus detur. Solemnitates Conſtitutionis Marchiæ in omnibus contractibus leſiuis minorum, vel mulierum ſunt adhibendæ. Vide aliqua circa materiam continuationis poſſeſsionis.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Bareñ iuriſpatronatus.

Die Mercurii 20. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM CI.

Scripturæ minus ſolemni, & priuatæ, quando fides adhibeatur. Donatio iuriſpatronatus quando valeat ſine conſenſu Ordinarij, & quando non, & an ex ſuperuenienti conſenſu eius reualidetur.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuerana Succeſsionis.

Die Mercurii 27. *Februarii* 1636.

ARGVMENTVM CII.

Appellatione conſanguineorum qui contineantur, & maximè in ſtatutis.

RE-

REV.MO P. D. COCCINO.
Cordubeñ Decimarum de Lucena.
Die Mercurii 27. Februarii 1636.
ARGVMENTVM CIII.
Priuilegium exemptionis à ſolutione quarumcumque decimarũ conceſſum Societati IESV per Paulum III. & confirmatum per Pium IV. an afficiat etiam eos, qui ſunt in poſſeſſione ab immemorabili, cum fama priuilegij Apoſtolici, percipiendi decimas. Laici ante Concilium Lateranenſe non erant incapaces decimarum, ſed poſt ſecus.
R. P. D. PANZIROLO.
Fauentina Legatorum.
Die Veneris 29. Februarij 1636.
ARGVMENTVM CIV.
In hac deciſione diſcutitur materia, quod quãdo alicui eſt data facultas aliquid diſponendi inter viuos, ſi ea vtatur in ſua vltima voluntate, nequaquam ſubſtinetur.
R. P. D. GHISILERIO.
Maioriceñ Iuriſdictionis.
Die Lunæ 3. Martii 1636.
ARGVMENTVM CV.
Capitulum, ſi doceat de eius antiquiſſima obſeruantia, ſeu quaſi poſſeſſione, vſque ad tẽpus motæ litis, quod adiuncti fuerunt electi in cognitione cauſarum Capitularium cum Epiſcopo, iſta ſola obſeruantia, & quaſi poſſeſsio ſuffragatur, quando hoc incidenter fuit deductum in iudicio.
R. P. D. BVCCABELLA.
Aueniońeñ Fideicommiſsi.
Die Lunæ 3. Martii 1636.
ARGVMENTVM CVI.
Hæreditas non adita tranſmitti non poteſt, fallit, ſi agatur de hæreditate aſcendentium. Hæreditas dicitur adita ex ſolo actu conſtitutionis procuratoris ad adeundum hæreditatem. Hæreditatem cenſetur quis voluiſſe adire ex eo capite, quòd erat ei magis proficuum.
R. P. D. VEROSPIO.
Barchinoneñ Statuti.
Die Lunæ 3. Martii 1636.
ARGVMENTVM CVII.
Quæritur an valeat ſtatutum conditum à Capitulo cum auctoritate Epiſcopi, vt Beneficiati d. Eccleſiæ teneantur proſequi funera quarumdam perſonarum, quarum cadauera debent ſepeliri in dicta Eccleſia, &c. & reſolutio eſt affirmatiua, vide quàm doctè ventilatur iſta materia.
R. P. D. MOTMANNO.
Romana Hæreditatis.
Die Mercurii 5. Martii 1636.
ARGVMENTVM CVIII.
Teſtamentum conditum ad fauorem piæ cauſæ, valet etiamſi teſtamenti ſcriptura à Notario coram Teſtibus non fuerit lecta, nec publicata. Teſtator quando non præſumatur ſuam voluntatem non reuocaſſe, licèt aliquid dicat, quod ſapiat reuocationis.
R. P. D. DVNOZETTO.
Ferrarieñ, ſeu Romana Pecuniaria.
Die Mercurii 5. Martii 1636.
ARGVMENTVM CIX.
Obligans ſe in forma Cameræ ad dandum aliquid alicui, ſi certum quid adimpleuerit, ſecuto adimplemento, eſt factus locus obligationi. Non adimplementi exceptio quando quis non iuuetur.
R. P. D. MOTMANNO.
Romana Hæreditatis.
Die Lunæ 5. Martii 1636.
ARGVMENTVM CX.
Tractatur in hac deciſione, quando habeat locum Statutum Vrb. lib. 1. cap. 145. excluſiuum fœminarum propter maſculos, & quando ceſſet.
ILL.MO P. D. MACHIAVELLO
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Romana Computorum.
Die Lunæ 10. Martii 1636.
ARGVMENTVM CXI.
Relationi tertij periti omninò ſtandum eſt, quod ampliatur. Partitæ deſcriptæ in aliquo libro adminiſtrationis, quando præſumantur ſuppoſitæ, falſæ, &c.
REV.MO P. D. COCCINO.
Viceñ Collegij.
Die Lunæ 10. Martii 1636.
ARGVMENTVM CXII.
Beneficiati cum non faciant Collegiũ, nec Vniuerſitatem, non poſſunt ſe collegialiter congregare, cum regulariter omnia Collegia ſint prohibita, eò quia homines non debent facere iſtas conuenticulas ſeu Congregationes, cum ex eis timeatur conſpiratio in Principem, ſeu Rempublicam. Beneficiati quibus concurrentibus poſsint ſe congregare.
R. P. D. ROIAS.
Peruſina Spolij.
Die Veneris 4. Aprilis 1636.
ARGVMENTVM CXIII.
Spolium, quando intret, & quando non. Subhaſtationes, & deliberationes, vt dicantur validæ

lidæ, quidnam requiratur, & aliqua circa decretum irritans, & clauſulam, ſublata.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana Domorum de Sciandelerijs.

Die Veneris 4. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXIV.

Donatio facta alicui intuitu certi matrimonij, vti pars matrimonij, non tantùm donatio fuit acquiſita coniugibus, ſed etiam filijs ex d. matrimonio natis. Filij etiam in contractibus poſiti in conditione cenſentur vocati ex diſpoſitione Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. Reliqua vide in Summarijs.

R. P. D. MOTMANNO.

Leodieñ Caſtrorum.

Die Lunæ 7. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXV.

Donatio, vel teſtamentum per vim, & metum factum, nullius eſt roboris. Conſuetudine poteſt induci, quòd valeat teſtamentum cum minori numero teſtium, quàm ſeptem. Metus ex quibus arguatur. Metus dicitur ſemper durare, ſi non ceſſet cauſa metus.

R. P. D. MOTMANNO.

Meleuitana Commendæ de Mazzara.

Die Veneris 15. Aprilis 16.6.

ARGVMENTVM CXVI.

Tractatur, quando Milites Hieroſolymitani ſint capaces Commendarum. Pretij mentio & æſtimatio licet faciant præſumere contractum eſſe emptionis, & venditionis, tamen quibus concurrentibus id ceſſet.

R. P. D. GHISILERIO.

Mediolaneñ deuolutionis bonorum.

Die Lunæ 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXVII.

De probatione dominij rerũ emphyteuticarum ad effectum rei vindicationis. In emphyteuſi Eccleſiaſtica, vt caducitas intret ob non ſolutum canonem, requiritur ceſſatio per biennium, in priuata verò per triennium.

R. P. D. BVCCABELLA.

Reatina Beneficij.

Die Lunæ 14. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXVIII.

Epiſcopus, ſi ſit in quaſi poſſeſſione iuriſdictionis, & iuris conferendi aliquod beneficium in ſua Diœceſi, ſi tertius id afferat ad ſe ſpectare vigore priuilegij, ei omninò incumbit onus contrarium aliunde probandi.

R. P. D. MOTMANNO.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Veneris 18. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXIX.

Teſtator, ſi hæredi iubeat, quòd omnia eius debita ſoluat, de quibus debitis videatur teſtator intellexiſſe. Forenſes, an teneantur obſeruare in contractibus ſtatuta loci, & an in eis, de illis præſumatur ignorantia.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Succeſsionis.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXX.

Mater excluditur à legitima per ſubſtitutionem pupillarem. Et quando de dicta ſubſtitutione dicatur conſtare, licèt verbis expreſsis non ſit concepta.

R. P. D. CARRILLO.

Imoleñ Emphyteuſis.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXXI.

Emphyteuſis, ſi ſit conceſſa pro ſe, & eorum filijs maſculis, & in eorum defectu filiabus fœminis, quando filij maſculi deficiunt, certum eſt, quòd fœminæ ſunt admittendæ. Emphyteuſis, quando eſt hæreditaria, ſi perueniat ad filios primi acquirentis, & filius decedit cùm filijs, illi debent admitti, excluſis patruis, ſecus tamen eſt, ſi emphyteuſis ſit ex pacto, & prouidentia.

R. P. D. GHISILERIO.

Cæſenaten. Vocum ſeu Molendinorum.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXXII.

Sacra Congregatio Fabricæ S. Petri ſtante negligentia, eſt exequutrix omnium piarum voluntatum. Emens bona hæreditaria ab eo, quem ſciebat non eſſe hæredem, tenetur ad reſtitutionem.

R. P. D. CARRILLO.

Recanaten. Prædij.

Die Lunæ 21. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXXIII.

Hæres non poteſt manuteneri in poſſeſsione bonorum Teſtatoris, vigore illius poſſeſsionis, cum defuncti poſſeſsio non continuetur in hæredem, ceſſante Statuto hoc diſponente. Inſtantia quando tranſmittatur in hæredes, & quando non.

R. P. D. VEROSPIO.

Granaten. Matrimonij.

Die Lunæ 28. Aprilis 1636.

ARGVMENTVM CXXIV.

Conſenſus in Matrimonio, quid operetur, & vt in eo ille dicatur præſtitus, quid ſufficiat. Parochi præſentia in Matrimonio ad quid tantùm requiratur.

ILL.MO P. D. MACCHIAVELLO
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Florentina Subdecanatus.
Die Luna 28. Aprilis 1636.
ARGVMENTVM CXXV.
Ad Iuſpatronatus, quando plures ſunt vocati, quo caſu cenſentur admiſſi pro virili. Filius ſi de bonis ſuis proprijs, ideſt caſtrenſibus, vel quaſi caſtrenſibus fundet aliquod iuſpatronatus, pater in eo nihil prætendere valet.
R. P. D. GHISILERIO.
Bononien̄ Fideicommiſſi de Glauarinis.
Die Luna 5. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXVI.
Fœminæ, quando non admittantur ad fideicō miſſum, licèt vocationes, & ſubſtitutiones fuerint factæ per verba apta etiam eas comprehendere. Votum conſeruandæ agnationis, quando in Teſtatore conſiderari poſſit, & alia de quibus in ſummarijs.
R. P. D. MERLINO.
Camerinen̄ Bonorum.
Die Luna 5. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXVII.
Teſtatoris æs alienum, ſi hæres ſoluat, datur ei retentio in bonis hæreditarijs pro dicta ſumma ſoluta. Hæres, quando eſt creditor defuncti, an poſſit ſibi adiudicare tot bona ſtabilia, & in quo caſu.
REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Hiſpalen̄ Decimarum.
Die Luna 5. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXVIII.
Laici, ad hoc vt probent decimas ſpirituales ad ſe ſpectare, quidnam docere debeant, & quando hoc caſu denegetur remiſſoria.
R. P. D. MERLINO.
Meſſanen̄ ſeu Nullius feudi.
Die Luna 5. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXIX.
Alienatio rerum Eccleſiæ non ſubſiſtit, ſi careat vtroque requiſito neceſſario in dicta alienatione, ſcilicet licentia Summi Pontificis legitimè executa, atque euidenti vtilitate. Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiæ, quando corruat.
R. P. D. VEROSPIO.
Romana Vineæ.
Die Luna 5. Maij 1636.
ARGVMENTVM CXXX.
Poſſeſſio ad effectum manutentionis ex quo ſufficiat, vt probetur. De nullitate, quando poſſit opponi poſt annum non obſtante Stat. Vrb. lib. 1. cap. 189. & alia &c.
Tom. III.

R. P. D. DVNOZETTO.
Bononien̄ Fideicommiſſi de Ramundinis.
Die Veneris 9. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXXI.
Fideicōmiſſario, quibus concurrentibus detur remedium l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. Fideicōmiſſi derogationis gratia quando corruat.
R. P. D. BVCCABELLA.
Leodien̄ Caſtri de Mombech.
Die Veneris 9. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXXII.
Filio decedente ab inteſtato, non relicto patre, nec liberis, eius mater ſuccedit in omnibus bonis, & quando etiam in feudalibus, fœminæ etiam admittuntur in feudis Leodicē ſibus.
R.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Comen̄ Iuris conferendi.
Die Veneris 9. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXXIII.
Ius eligendi in Eccleſijs Collegiatis, ad quem ſpectet, declaratur. Perſona loquentis in generali ſermone, quando comprehendatur. Eccleſiæ nouus ſtatus, quanto tempore præſcribatur, & alia vt in ſummarijs.
R. P. D. PANZIROLO.
Auenionen̄ Fideicommiſsi.
Die Luna 10. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXXIV.
Teſtatoris volūtas, quando præſumatur voluiſſe vocare, non ſolùm filium alicuius tunc natū, ſed etiam naſciturum poſt ipſius mortem.
R. P. D. GHISILERIO.
Bononien̄ Fideicommiſsi.
Die Mercurii 21. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXXV.
Teſtator, ſi hæredi grauato reſtituere, expreſsè prohibuerit venditionem, locationē ad longum tempus, donationem, & hypotecam, ſub pœna &c. modo ſi hæres locauerit bona per decennium, an ſit factus locus fideicōmiſſo. Fideicommiſſum dicitur purificatum, ſi hæres grauatus emiſerit profeſsionem in aliqua Religione, etiam capaci bonorum, ſtante excluſione ſuper hoc facta à teſtatore.
R. P. D. GHISILERIO.
Meleuitana Penſionis.
Die Mercurii 21. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXXVI.
Penſio reſeruata ſuper Prioratibus Religionis Hieroſolymit., qn̄ dicatur nulliter reſeruata.
REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Pacen̄ Decimarum.
Die Mercurii 21. Maii 1636.
ARGVMENTVM CXXXVII.
Magno Magiſtro, & Ordini S. Iacobi de Spata con-

conceſſum eſt, vt Eccleſiæ in locis deſertis, aut in Terris de manu Sarracenorum ereptis per eos conſtructæ, plena gaudeant libertate à quauis exactione, vide in deciſione.

R. P. D. PANZIROLO.
Cluſina Hæreditatis de Ciolis.
Die Lunæ 2. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXXXVIII.
Patruus, quando hæredes ſibi inſtituit plures nepotes ex diuerſis fratribus, an & ex quibus appareat, quòd illos vocauit in capita, & non in ſtirpes.

R. P. D. ROIAS.
Illerdeñ electionis Prioriſſæ.
Die Lunæ 22. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXXXIX.
Prioriſſa, ſi electa à maiori parte Conuentus, & oriatur controuerſia ſuper dicta electione, ex eo, quòd alia Monialis prætendat ſe electam, hoc caſu quæ ſit manutenenda.

R. P. D. PANZIROLO.
Viceñ Prioratus de Manlleu.
Die Lunæ 2. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXL.
Collegium aliquod ſi ſupprimatur ob demerita Regulariũ in eo cõmorantium, d. ſuppreſſio, quid operetur, itẽ quid importet ſimplex ſæcularizatio Collegialitatis, ſubreptio quãdo euitetur ob taciturnitatẽ alicuius narratiuæ, & alia vide circa beneficiorũ ſuppreſſionem.

R. P. D. PANZIROLO.
Romana de Ghezzis.
Die Veneris 6. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLI.
Mater ſolummodo in ſubſidium tenetur dotare filias. Creditor poſterior vigore ceſsionis ei factæ ab anteriori creditori præfertur alijs. Hæres adeundo hæreditatem, illa efficitur eius proprium patrimonium.

R. P. D. PANZIROLO.
Auenionen. Fideicommiſsi.
Die Veneris 6. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLII.
Teſtator ſi vocauerit ad eius ſucceſsionem filiũ primogenitum alicnius, ex quibus præſumatur, quòd voluerit, vt ille ſuccederet, quamuis non fuerit natus, de tempore ipſius Teſtatoris obitus, ſed poſtea.

R. P. D. CARRILLO.
Venuſina Archipresbyteratus.
Die Veneris 6. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLIII.
In Beneficijs reſeruatio Apoſtolica eſt cõcludenter, & plenè probanda, maximè quãdo agitur de præiudicio Ordinarij, & prouiſi ab eo. Eccleſia quandò dicatur Parrochialis, & non Collegiata.

R. P. D. GHISILERIO.
Bononien. Fideicommiſsi de Turri.
Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLIV.
In vltimis voluntatibus appellatione filiorum ſemper veniũt fœminæ. Maſculinitatis qualitas poſita in vna oratione, quando non cenſeatur repetita in alia, & quando ſecus.

R. P. D. CARRILLO.
Dertuſen. Vicariæ.
Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLV.
Beneficiorum vnio facta à Papa Schiſmatico non ſubſtinetur, ſed ſi ſit confirmata à Papa legitimo, ſumit vires à confirmatione. Titulus ſufficiens ad præſcribendum etiam ea, quæ ſunt contra ius, ex quibus oriatur.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Baren. Iuriſpatronatus.
Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLVI.
Inſtrumento informi, quando ſit adhibenda fides. Obſeruantia, vt releuet, qualiter eſſe debeat. Actũ præſumitur quem facere eo modo, quo efficacius fieri poteſt. Iuſpatronatus quando competat hæredibus pro medietate.

R. P. D. MOTMANNO.
Florentina Penſionis.
Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLVII.
De attẽtatis, quando dicatur cõſtare. Executor, vt rectè exequatur, quid nam requiratur.

ILL.MO P. D. MACCHIAVELLO
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Pampilonen. Statutorum.
Die Lunæ 9. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLVIII.
Clerus, licèt non faciat Collegiũ, tamen quando poſsit ſe congregare etiam ſine licentia Epiſcopi. Clerus an poſsit imponere collectas pro exigendis pecunijs ad effectum proſecutionis alicuius litis.

R. P. D. BVCCABELLA.
Romana Fideicommiſsi de Formicinis.
Die Veneris 13. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CXLIX.
Teſtator, ſi vxorem ſuam hæredem inſtituat, & vult, quòd ſi ipſa tranſeat ad ſecunda vota, & filios habeat, tota hereditas perueniat ad vnũ ex filijs, & filios iſtius filij inuicem ſubſtituit, & in caſu quòd non habeat filios, alium ſubſtituit quæritur modò an fiat locus dictæ ſubſtitutioni, ſi vxor moriatur ſine filijs.

R. P.

REV.^{MO} P. D. PIROVANO DECANO.
Romana Cenſus.
Die Veneris 14. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CL.

Creditum dotale,quãdo non habeat ſuam prælationem,Statut.Vrb. de continuãda poſſeſſione in ſuos hæredes operatur in inſtanti, & nec momento datur tempus intermediũ &c.

R. P. D. MOTMANNO.
Romana Hæreditatis de Capizucchis.
Die Lunæ 16. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLI.

Fideicommiſſarius,ſi petat immiſſionẽ in bonis fideicõmiſſo ſubiectis, ei denegatur remediũ l.fin.C.de edict.D.Adr. toll. ſi alius incontinenti doceat de antiquiori fideicommiſſo. Euictio,qñ dicatur canonizata,& immineat.

R. P. D. VEROSPIO.
Gerundeñ Canonicatus,& Sacriſtiæ.
Die Lunæ 16. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLII.

Epiſcopus, cum ſemper cenſeatur prouidere Motu proprio, ideo eius gratia non eget iuſtificatione. Epiſcopus non tantummodo cenſetur informatus de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis, ſed etiam perſonarum.

R. P. D. BVCCABELLA.
Anconitana Prædij.
Die Lunæ 16. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLIII.

In ſubhaſtatione, quando quis dicatur obtuliſſe pro alio, & non pro ſe, licèt ipſe proprio nomine obtulerit, & ſibi fecerit deliberare rem, itaut ipſe tantùm habeat nudum nomen, & non aliud.

R. P. D. DVNOZETTO.
Romana Gruppi.
Die Lunæ 16. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLIV.

Scriptura in corpore ſcripta, non probat de iure communi contra ſcribentem ſi ab alio fuerit ſubſcripta, ſed ſecus eſt de ſtylo Mercatorum. Gruppum aliquod pecuniarum ex quibus doceatur, quod peruenerit ad aliquem capſerium.

R. P. D. PANZIROLO.
Romana Viginti quattuor millium.
Die Lunæ 16. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLV.

à Priori contractu, quando cenſeatur receſſum. Ceſſionarius in omnibus repræſentat perſonam cedentis. Venditor promittens de euictione,quoad factum,& datum ſuum tantum, ſecuta euictione ex facto alterius,quando ſit reſtituendum pretium.

R. P. D. DVNOZETTO.
Romana Vineæ.
Die Lunæ 16. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLVI.

Iudex, ſi executiuè procedat vigore obligationis vulneratæ, nulliter procedit. Emptor, ſi ſe obligauerit ad ſoluendum fructus compenſatiuos; donec pretium ſoluat, quando ad illos non teneatur.

R. P. D. GHISILERIO.
Regien. Beneficij.
Die Veneris 20 Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLVII.

Beneficium obtinens à Sede Apoſtolica cum clauſula, conſtito de reſeruatione, dicta reſeruatio eſt plenè, & concludenter probanda. Iuſpatronatus, quando dicatur Eccleſiaſticum, & quando dicatur Laicale, etiamſi pertineat ad perſonas Eccleſiaſticas.

R. P. D. PANZIROLO.
Mutinen. Emphyteuſis.
Die Veneris 20. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLVIII.

Ex Perſona Coloni,vt hæredi aequiratur quaſi poſſeſſio agrorum defuncti abſque appræhẽſione, quid requiratur. Statuta Laicalia non compræhendunt bona Eccleſiaſtica.

REV.^{MO} P. D. COCCINO.
Barchinoneñ Exemptionis.
Die Veneris 20. Iunij 1636.
ARGVMENTVM CLIX.

Tractatur de immunitate Eccleſiaſtica, ſcilicet quod bona Eccleſiaſticorum, tàm ſeparabilia, quàm inſeparabilia ſunt exempta à quibuſuis gabellis &c.

R. P. D. MERLINO.
Camerineñ Saluiani.
Die Veneris 20. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLX.

Adducuntur plura adminicula,& coniecturæ ex quibus dignoſcitur, quod cõfeſsio mariti de dote recepta,ſit vera,& nõ ſimulata,& ficta.

ILL.^{MO} P. D. MACHIAVELLO
Patriarcha Conſtantinopolitano.
Granaten. Decimarum.
Die Veneris 20. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXI.

Tranſactio quid operetur. Priuilegium perſonale non egreditur perſonam. Tranſactio vt ſubſtineatur, quid ſufficiat. Clauſula (caſu quo aliquid plus valeret) in tranſactione poſita quid operetur.

R. P. D. BVCCABELLA.
Peruſina Penſionum.
Die Veneris 20. Iunii 1636.

Digitized by Google

ARGVMENTVM CLXII.
Penſionario, ſi obijciatur defectus Clericatus, qualiter ſufficit, quod illum probet. Ad Clericatum promotus à non ſuo Ordinario, quando dicatur ritè, & legitimè promotus etiã ſine literis dimiſſorialibus ſui Epiſcopi.
R. P. D. VEROSPIO.
Romana Domus.
Die Lunæ 23. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXIII.
Emphyteuſis, ſi ſit conceſſa alicui cum facultate nominandi aliquem ad eam, ſi accidat, quod decedat ab inteſtato, & ſic non facta tali nominatione, an emphyteuſis tranſeat ad hæredes ab inteſtato, vel reuertatur ad Dominum, & iſta materia hic egregiè, & magiſtraliter declaratur, & reſoluitur.
R. P. D. GHISILERIO.
Bononien. Fideicommiſſi de Glauarinis.
Die Lunæ 23. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXIV.
Teſtator, ſi præcisè mãdauerit hæredi grauato, de conficiendo inuentario bonorum hæreditariorũ, ſi hæres ſpreuit præceptũ Teſtatoris, tunc omnimoda contra eum oritur præſumptio vſurpationis, & conſumptionis detractionum, ſi aliud non doceatur, quod ampliatur.
R. P. D. GHISILERIO.
Auximana Cenſus.
Die Lunæ 23. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXV.
Declaratur in hac deciſione, quod exemptionum priuilegia, quantumuis ampla, & prægnantia conceſſa alicui, non inducunt exemptionem rei, contractus, vel delicti concernentia loca minimè exempta. Mirabilis, & ſingularis eſt deciſio, tanquam extenſa à tàm præclaro, & magno Areopagita.
R. P. D. CARRILLO.
Barbaſtren. Decimarum.
Die Veneris 27. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXVI.
Sententiæ, quando quis dicatur ſufficienter paruiſſe per ſimplicem patientiam. Expenſæ litis an compræhendantur ſub clauſula, parito iudicato.
R. P. D. PANZIROLO.
Meliteñ, ſeu Viſeñ Approbationis ad Habitum.
Die Veneris 27. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXVII.
Nobilitatem ſuam, quando quis dicatur plenè probaſſe ad effectum ingrediendi in Religione Hieroſolymitana, & quando etiam ſit admittendus non obſtante minori ætate.
R. P. D. GHISILERIO.
Romana Dotis.
Die Veneris 27. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXVIII.
Dotis cauſa, cũ ſit valdè priuilegiata, ideo facit cõtractus irreuocabiles. Et mulier obligãs ſe ex cauſa dotis, tenet eius obligatio, etiã nullis adhibitis ſolemnitatibus ſtatutarijs. Rei iudicatę natura, quę ſit. vide alia in sũmarijs.
R. P. D. MERLINO.
Regieñ Penſionis.
Die Veneris 27. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXIX.
in Reſeruatione ſecundæ penſionis, ſi Papæ non fuit integraliter, ſed diminutè de prima penſione facta mentio, ſic etiam diminutè, & pro rata expreſſæ primæ penſionis ſubſtineri debet ſecunda. In reſeruatione ſecundæ penſionis, ſi non fiat mentio de prima, ipſo iure ſecunda penſio euaneſcit.
REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.
Ariminen. Iuriſpatronatus.
Die Veneris 27. Iunii 1636.
ARGVMENTVM CLXX.
Teſtamentum patris ſubiacet vitio nullitatis, ſi filios præteriuerit, & quid iuris, ſi in teſtamẽto adſit clauſula codicillaris. Iuſpatronatus ad fideicommiſſarium licet non tranſeat, tamen aliud eſt, ſi cõtraria mente Teſtatoris cõſtet.
REV.^MO P. D. COCCINO.
Romana Cambiorum.
Die Veneris 4. Iulii 1636.
ARGVMENTVM CLXXI.
Cambia ex quibus iuſtificentur. Appellatio quoties detur à liquidatione.
REV.^MO P. D. COCCINO.
Leodieñ Caſtrorum.
Die Lunæ 10. Nouembris 1636.
ARGVMENTVM CLXXII.
Teſtamentum primum, vt reuocetur per ſecundum, vel per donationem, quid requiratur. Et plura circa materiam, quando mandatum reuocetur per mortem mandantis, & quando non. Et alia circa decretum Iudicis in contractibus minorum interponendum.
R. P. D. VEROSPIO.
Bononien. Tranſactionis.
Die Veneris 14. Nouembris 1636.
ARGVMENTVM CLXXIII.
Bona, quãdo efficiantur litigioſa, & quando nõ. Bona litigioſa regulariter alienari noon poſſunt, & quando iſta regula ceſſet, declaratur.
R. P. D. BVCCABELLA.
Feretranã Vnionis.
Die Veneris 20. Nouembris 1636.
AR-

ARGVMENTVM CLXXIV.

Litteræ Apoſtolicæ etiam ſi ſint iuſtificatæ, non ſunt exequendæ, dato ſumo de non reſeruatione, ſi ſub illa conditione fuerint expeditæ. Vniones, quando non cadant ſub regulis reuocatorijs vnionum.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Hæreditatis de Zimenes.

Die Lunæ 16. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXV.

Pater, quando in teſtamento hæredes æqualiter inſtituit filios, & filias, tunc ceſſant ſtatuta excluſiua fœminarum, & plura circa Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. quando ſcilicet procedat, & quando non.

R. P. D. DVNOZETTO.

Bononien. Denegationis audientiæ.

Die Lunæ 24. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXVI.

Sententia non poteſt dici nulla, tanquam lata pendente termino, ſi ante ſententiam d. terminus fuerit reuocatus. Maritus in bonis extradotalibus nullum ius habet, neque ex perſona propria, neque filiorum.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana de Ghezzis.

Die Lunæ 1. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXVII.

In redditione adminiſtrationis rõnum, q̃ expẽſæ ſint admittendæ, & alia circa hãc materiã.

R. P. D. PANZIROLO.

Camerinen. Spolij.

Die Veneris 5. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXVIII.

Ad reintegrationem agens, quid debeat probare. Reintegratio, quando ceſſet, & quid in d. iudicio attendatur. Tutor, quando perperam dicatur alienaſſe bona pupillorum.

R. P. D. GHISILERIO.

Bononien. Prædij.

Die Veneris 5. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXIX.

Sententiæ, vt dicantur conformes, requiritur, quod ſint validæ, & iuſtæ. Emptor nõ poteſt agere de euictione contra venditorẽ, ſi tantum ſit auocata ei detentio vigore Saluiani.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Hiſpalen. Decimarum de Almonte.

Die Veneris 5. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXX.

Inter actionem negatoriam, & confeſſoriam an adſit differentia. Parochus quando probauerit, quod decimæ alicuius loci ad eũ ſpectẽt, & non ad Dominum loci vti decimæ temporales. Decimæ de quibus fructibus debeãtur

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Romana Cenſus.

Die Mercurii 10. Decembris 1636

ARGVMENTVM CLXXXI.

Vxor, licet habeat omnia bona viri obligata, pro reſtitutione dotis, & præferatur alteris, tamen id ceſſat, quando alij creditores ſunt anteriores, & habent expreſſam hypotecam. Poſſidens aliquid iure pignoris, non impedit eius executionem.

R. P. D. VEROSPIO.

Toletana Decimarum de Capilla.

Die Lunæ 15. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXXII.

Laicus aliquis ſi plenè, & concludenter probauerit, quod ad ipſum ſpectant decimæ, ſcilicet per teſtes deponentes tàm de fama priuilegij Apoſtolici, quàm de eius immemorabili perceptione, ſi pars aduerſa dictam probationem conquaſſare vult, quid debeat docere, & quæ ad hoc non ſufficiant.

REV.MO P. D. COCCINO.

Romana Societatis Lignorum.

Die Veneris 17. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXXIII.

Socius, ſi aliquid conducat, cenſetur contrahere nomine proprio, & non ſociorum, ſed id fallit ſtantibus adminiculis, & præſumptionibus in contrarium.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Bonorum.

Die Veneris 19. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXXIV.

Actorum tranſportatio in ſecunda inſtantia, quando non ſit neceſſaria, & quando ſecus. Clauſulæ, quam, & quas, & ſimiles, vt ſuos operentur effectus, quid ſit probandum, identitas bonorum qualiter probetur.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Fideicommiſſi de Cardellis.

Die Veneris 19. Decembris 1636.

ARGVMENTVM CLXXXV.

Poſiti in conditione cenſentur vocati vigore Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. Cõſil. Oldrad. 21. quando non ſit locus. Teſtator, quando appareat deſideraſſe agnationis conſeruationẽ.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Regien. Prædij.

Die Veneris 9. Ianuarii 1637.

ARGVMENTVM CLXXXVI.

in Iudicio poſſeſſorio ſpolij, vt obtineatur, quid ſufficiat probari, & alia circa nullitatem alienationis bonorum Eccleſiæ.

Digitized by Google

R. P. D. PANZIROLO.
Ferrarien. Bonorum.
Die Veneris 16. Ianuarii 1637.
ARGVMENTVM CLXXXVII.
Aegidiana non intrat ſtante iniuſtitia notoria. Sententia lata in ſpolio contra poſſidentes auctore Prætore, quando ſit notoriè iniuſta. Iudex, quod iniuſtè, & nulliter proceſſerit, qualiter probandum ſit, &c.

R. P. D. BVCCABELLA.
Viterbien Hæreditatis.
Die Veneris 16. Ianuarii 1637.
ARGVMENTVM CLXXXVIII.
Manutentio data cum clauſula ſine præiudicio habentium iura meliora, & potiora, an ſit vera manutentio. Poſſeſſio vnius rei non ſuffragatur quo ad aliam.

R. P. D. PANZIROLO.
Auenionen. Fideicommiſſi.
Die Lunæ 19. Ianuarii 1637.
ARGVMENTVM CLXXXIX.
Ad fructuum reſtitutionem, quis poſt motam litem teneatur reſtituere. Legatario, & fideicommiſſario, quando debeātur fructus etiam ante motam litem, & quando ſecus.

R. P. D. PANZIROLO.
Fauentina Legatorum.
Die Veneris 23. Ianuarii 1637.
ARGVMENTVM CXC.
Teſtator, ſi reliquerit facultatem hæredi minuendi, moderandi, adimendi in totum vel in partem cum cauſa, & ſine cauſa legata ab eo alicui facta, donec dictus hæres viuet naturaliter, qualiter iſta facultas intelligatur conceſſa, latè declaratur.

R. P. D. PANZIROLO.
Colonien. Occupationis bonorum.
Die Lunæ 26. Ianuarii 1637.
ARGVMENTVM CXCI.
In Spolio antiquo, qualiter ſufficiat, vt probetur primum extremum. Bona alicuius Eccleſiæ, licet incorporentur in eius Capitulum, nihilominus requiruntur ſolemnitates neceſſariæ in eorum alienatione, &c.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Tarraconen. Primitiarum.
Die Lunæ 26. Ianuarii 1637.
ARGVMENTVM CXCII.
Decimæ, & primitiæ debentur Monaſterio habenti curam animarum, & non Rectori exercenti dictam curam à dicto Monaſterio deputato. Cura animarum ex quibus probetur, quod reſideat penes Monaſterium, & non penes Rectorem.

REV.MO P. D. COCCINO.
Corduben. Decimarum de Lucena.
Die Veneris 30. Ianuarii 1637
ARGVMENTVM CXCIII.
Agitur, an priuilegia ampliſſima conceſſa Ieſuitis circa exemptionem ſolutionis decimarum ſuffragentur aduerſus poſſeſſionem immemorabilem cum fama priuilegij eas percipiendi ad fauorem Excellentiſſ. D. Ducis de Cardona.

R. P. D. DVNOZETTO.
Romana Alimentorum.
Die Veneris 30. Ianuarii 1637.
ARGVMENTVM CXCIV.
In hac deciſione firmatur, quod patruus nepotem, & è conuerſo nepos patruum alere tenetur, & demonſtratur quod hoc ſancitum non ſolum eſt de iure Cæſareo, ſed etiam Pontificio, quinimò iure etiam Diuino. Grauiter, & doctiſſimè materia iſta hic declaratur à tàm celeberrimo, & clariſſimo Auditore, Iuris fonte vberrimo.

R. P. D. DVNOZETTO.
Auenionen. Vſusfructus.
Die Mercurii 4. Februarii 1637.
ARGVMENTVM CXCV.
Subſtitutio exemplaris, quando non ſubſtineatur. Teſtamentum impugnans, quando priuetur omni eius commodo. Fideicommiſſum, vt dicatur agnitum, quid ſufficiat. Vſusfructus & vendi, & alienari poteſt.

R. P. D. BVCCABELLA.
Feretrana Vnionis.
Die Veneris 13. Februarii 1637.
ARGVMENTVM CXCVI.
De validitate vnionis beneficiorum, quando non poſſit dubitari. Gratia quando egeat iuſtificatione, & quando non. Vnio beneficiorum quando dicatur vnica, & non plures. Vnio beneficij facta ſine præiudicio poſſidentis, quid operetur.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Anconitana Prædij.
Die Veneris 13. Februarii 1637.
ARGVMENTVM CXCVII.
Emens aliquam rem pro alio, licet nomine proprio contractum perficiat, nihilominus ei ad reſtitutionem tenetur. Teſtes, quando ſunt varij, & contrarij, quando multo minus attendantur, & alia, &c.

R. P. D. VEROSPIO.
Bononien. Pecuniaria.
Die Lunæ 16. Februarij 1637.

AR-

ARGVMENTVM CXCVIII.

Hæredi grauato, niſi offeratur ab hærede fideicommiſſario ſatiſdatio ſuorum creditorum, non poteſt cogi ad hæreditatem reſtituendã. Hæres grauatus ſoluendo debita teſtatoris, quibus remedijs vti poſsit ad conſequendã ſatiſfactionem. Legitima filio ex quibus bonis debeatur, & in quo ei ſit aſsignanda.

Lauretana Prædij.

Die Lunæ 16. Februarii 1637.

ARGVMENTVM CIC.

Poſsidẽti authoritate Iudicis ritè, & rectè procedentis debetur manutentio; & quãdò malè proceſsit, vt non manuteneatur, quid requiratur. Et alia circa fructuum acquiſitionem.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononieñ ſupplementi legitimæ.

Die Lunæ 2. Martii 1637.

ARGVMENTVM CC.

Filius naturalis ſi ſit ampliſsimè diſpenſatus, nihilominus ſi adſit conditio in legitimatione, quod ipſe poſsit ſuccedere ex diſpoſitione paterna, ſi pater ei nihil reliquerit, ipſe nihil poterit prætendere, & quid ſi pater moriatur ab inteſtato.

R. P. D. DVNOZETTO.

Rauennaten. Emphyteuſis.

Die Veneris 6. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCI.

Emphyteuſi Eccleſiaſtica finita, ſi Eccleſia eam pro ſe retinere nolit, tunc in noua inueſtitura proximiores defuncti ſunt præferendi extraneis, & quando conſtet Eccleſiam nolle pro ſe eam retinere. Et alia plura circa conceſſionem emphyteuſis cum conditione, vt poſsit reuocari ad heneplacitum, & libitum concedentis.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Regien. Prædij.

Die Veneris 6. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCII.

Alienatio bonorum Eccleſiaſticorum quando ſubſtineri non poſsit.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Sancti Angeli Lombardorum Iuriſdictionis.

Die Veneris 6. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCIII.

Monaſteriũ aliquod ex quibus probetur, quod ſit extra Diœceſim alicuius Epiſcopatus, & habeat ſtatum nullius Diœceſis.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Bonorum.

Die Mercurii 10. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCIV.

Inſtrumentum inueſtituræ habens pro ſe petere poteſt, vt ſibi actualis poſſeſsio tradatur, maximè ſi in eo adſit clauſula conſtituti. Inueſtituræ inſtrumentum quid operetur, & quam vim habeat.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Saluiani de Caffarellis.

Die Veneris 13. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCV.

Super fundo, quẽ quis cum alio indiuiſè poſsidet, ſi ſemel oriatur hypoteca, per eius diuiſionẽ factam cum illo, nõ extinguitur hypoteca, etiã facta auctoritate Iudicis, niſi habẽs tale ius in ea, interuenerit, vel fuerit citatus.

REV.MO P. D. COCCINO.

Ariminen. Iuriſpatronatus.

Die Lunæ 23. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCVI.

Iuſpatronatus, quando hæreditas venit reſtituenda, non tranſit in fideicommiſſarium, ſed remanet penes hæredem grauatum, & quare. Limita tamen ſi conſtet de voluntate teſtatoris, vt illud in fideicommiſſarium transferatur.

R. P. D. MOTMANNO.

Soanen. Caſtrorum.

Die Veneris 27. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCVII.

Ad ſcripturæ exhibitionem, vt quis cogi poſſit, quid requitatur, & ex quibus præſumatur, quod aliqua ſcriptura ſit penes aliquem, & ex quo contrarium arguatur.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Fauentina Iuriſpatronatus.

Die Veneris 27. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCVIII.

Ad Iuſpatronatus mixtum non ſunt admittendi ad præſentandum illi, qui ſunt de diuerſa familia, & quãdo inſpatronatus dicatur mixtum. Iuſpatronatus quando non ſit in deductum.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana Hæreditatis de Zaccaria.

Die Veneris 27. Martii 1637.

ARGVMENTVM CCIX.

Immiſsionem petens fatetur aduerſarium poſſidere. Sententia ſuper immiſsione in poſſeſſionem, quando non ſit attendenda. Teſtator, quando dicatur voluiſſe vocare prolem propriam, & non illam hæredis.

R. P. D. BVCCABELLA.

Tiburtina Pratorum.

Die Veneris 24. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM CCX.

Ex confeſsione aduerſarij benè probatur poſſeſſio alterius partis ad effectum manutentionis. Saluiani fundamentum eſt creditum. Copiæ ſimplici non creditur. Sententia lata ſine probationibus eſt nulla.

R. P. D. MERLINO.

Getundeñ Iuriſdictionis.

Die Veneris 24. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM CCXI.

Præceptum, quando non eſt poſitiuum, ſed negatiuum, vt ei dicatur ſufficienter paritum, quid ſufficiat. Appellatio datur ab exceſsiua taxatione expenſarum. Et quando à tertia ſententia appellatur, cenſetur appellatum ab exceſsiua taxatione expenſarum, & non à dicta ſententia, cum id fieri non poſsit.

R.mo P. D. PIROVANO DECANO.

Tarraconeñ Primitiarum.

Die Lunæ 27. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM CCXII.

Quæritur, an donatio Villæ Vimbodini facta Monaſterio S. Mariæ de Populeto ab Alphõſo Rege, &c. valida fuerit, itaut ei debeantur primitiæ, &c.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana fructuum Cenſus.

Die Lunæ 27. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM CCXIII.

Poſſeſſor, ad hoc vt faciat fructus ſuos, quid ſufficiat, ita vt ad eorum reſtitutionem non teneatur.

R. P. D. CARRILLO.

Leodieñ Caſtri de Mombech.

Die Mercurii 29. Aprilis 1637.

ARGVMENTVM CCXIV.

Manutentio, vt concedatur, quid ſufficiat. Litis inſtantia iam incæpta tranſit ad hæredes. Clauſula, ſine præiudicio iudicij poſſeſſorij poſita in Commiſſione, quid operetur.

REV.mo P. D. PIROVANO DECANO.

Tarraconen. Primitiarum.

Die Lunæ 11. Maii 1637.

ARGVMENTVM CCXV.

Terminorum, ſeu confinium probatio ex quibus ſatis, ſuperq. remaneat iuſtificata, & maximè ſi verſemur in re antiqua.

R. P. D. CARRILLO,

Venuſina Archipresbyteratus.

Die Lunæ 18. Maii 1637.

ARGVMENTVM CCXVI.

Eccleſia aliqua, quando non dicatur Collegiata, licet plurima ſigna concurrant ad probandam eius Collegialitatem.

R. P. D. GHISILERIO.

Gadiceñ Decimarum.

Die Lunæ 25. Maii 1637.

ARGVMENTVM CCXVII.

Remiſſoriæ petitio reijcitur, ſi probatio fieri poſſit per ſcripturas, vel ſi petatur contra deciſiones, & ſententias Rotales in iudicatum tranſactas, vel ſi adſit irreleuantia articulorum, &c.

R. P. D. GHISILERIO.

Legioneñ Decimarum.

Die Veneris 29. Maij 1637.

ARGVMENTVM CCXVIII.

Pacta, & tranſactiones initæ cum perſonis Eccleſiaſticis ſuper decimis pro bono pacis validæ ſunt, & veniunt obſeruandæ etiam per ſucceſſores, licet nõ ſint roboratæ à Sede Apoſtolica. Beneplacitum Apoſtolicum petitum ſuper cõtractu inito ab Eccleſia aliqua, quando anteaquam obtineatur, licitum eſt recedere à dicto contractu, & quando non.

R. P. D. GHISILERIO.

Meleuitana Penſionis.

Die Veneris 29. Maii 1637.

ARGVMENTVM CCXIX.

Confirmatio quid operetur. Tractatur quis poſſit imponere penſiones ſuper Prioratibus, Cõmendis, &c. Religionis Hieroſolymitanę.

R. P. D. BVCCABELLA.

Ciuitatis Caſtelli ſupplementi legitimæ.

Die Veneris 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXX.

De voluntate Papæ aliquid concedentis, non eſt controuertendum, quando verba ſunt clara, de poteſtate verò nefas eſt dubitare. Condemnatoriæ ſententiæ qualiter ſint intelligendæ.

R. P. D. PANZIROLO.

Foroliuieñ Iuriſpatronatus.

Die Lunæ 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXI.

Beneficium, quod ſit de Iurepatronatus Laicorum, ex quo probari poſſit. Beneficium de Iurepatronatus impetrans cum narratiua, quod patroni intra quadrimeſtre non præſentarunt, quid probare debeat. Patronis currit tempus præſentandi à die ſcientiæ.

R. P. D. MERLINO.

Neapolitana Pœnitentiariæ.

Die Veneris 4. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXII.

In hac magiſtrali deciſione concluditur, quod erectio Pœnitentiariæ facta in Eccleſia Metropolitana Neapolitana ab Eminẽtiſſ. Card. Bon-

Boncõpagno valida fuit, & ſeruari debet ex rationibus, & cauſis in deciſione adductis.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Vineæ.

Die Veneris 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXIII.

Sententia contra ſententiam lata eſt nulla, contraria non reuocata. Impugnari non poteſt id, quod ſemel fuit approbatum. Contra immiſſum vigore Saluiani, licet competat actio ſpolij, ſi percipiat fructus plus de ſuo credito, tamen quando id non procedat.

R. P. D. GHISILERIO.

Valentina Iuris ſedendi.

Die Veneris 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXIV.

In Eccleſia Collegiata, quando adeſt Conſtitutio Capitularis, quod in ſedibus primi Chori admittantur dignitates, & Canonici, ſi ibi ſint erecti Præpoſiti cum eiſdem prærogatiuis Canonicorum, poterunt occupare ſedes vacuas Canonicorum non intereſſentium dicti Præpoſiti.

REV.MO P. D. COCCINO.

Valentina Decanatus, & Canonicatus.

Die Veneris 5. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXV.

Gratia, quando eſt conceſſa motu proprio, non eſt, quid iuſtificetur, ſed habet ex ſe paratam executionem. Beneficia ſubcollectorum dicuntur affecta. Prouiſus ab Ordinario quando dicatur legitimus contradictor; contra ſubrogatum gratioſè, & quando non.

R. P. D. GHISILERIO.

Comen Iuris conferendi.

Die Lunæ 8. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXVI.

Ius eligendi Canonicos in Eccleſijs Collegiatis regulariter ſpectat ad Capitulum, & Canonicos, & non ad Epiſcopum, & ſi Ipſe contrarium prætendat, quid probare debeat, & quæ probationes ad hunc effectum nequaquam ſufficiant.

R. P. D. MERLINO.

Romana, ſeu Spoletana nullitatis donationis.

Die Lunæ 8. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXVII.

Iudici ſi ſit commiſſa ſuper iactationibus, & moleſtationibus cauſa, an validè pronuntiet in petitorio. Contumax, quando habeat priuilegium appellandi intra decem dies à die habitæ notitiæ, & quando non. Donatio non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutorum non tenet.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Tranſactionis.

Die Lunæ 8. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXVIII.

Alienatio rerum litigioſarum cum ſit prohibita à iure, ideo ſi fiat, non tenet, ſed hoc non procedit, quando quis generaliter omnia ſua bona alicui donauit, quia tunc ſub ea donatione veniunt etiam dicta bona. Donatio, quando dicitur vniuerſalis. Singularis eſt deciſio tanquam extenſa à tàm celeberrimo Auditore maximi quidem nominis, & fœlicis, fœcundiq. ingenij nato.

R. P. D. GHISILERIO.

Hortana Spolij.

Die Mercurii 10. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXIX.

Spolium quibus probatis intret, & qualiter benè probetur primum extremum. Iudex procedens iuris ordine non ſeruato, dicitur ſpoliare. De obligando aliquem, quando agitur, requiritur, quod ipſe id certò ſciat, & alia circa nullitatem deliberationis.

R. P. D. MOTMANNO.

Fauentina Bonorum.

Die Lunæ 15. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXX.

Teſtator ſi mandauerit, quod hæres non adiret hæreditatem, niſi certum opus ab eo deſtinatum perficeret in totum, ſi mortuo teſtatore conſtet de mente hæredis voluntatem teſtatoris adimplendi, quamuis id non ſit perfectum, nihilominus poteſt adire hæreditatem & percipere fructus.

R. P. D. MERLINO.

Fauentina Legatorum.

Die Lunæ 15. Iunij 1637.

ARGVMENTVM CCXXXI.

Teſtator ſi dederit facultatem hæredi circa ademptionem legatorum, quoad naturaliter vixerit, qualiter intelligatur data iſta facultas, declaratur.

R. P. D. CARRILLO.

Rheginen Communiæ.

Die Lunæ 22. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXXII.

Beneficij fundator poteſt imponere eam legẽ, vt illud conferatur certo generi perſonarum veluti oriundis illius loci, &c. & ea lex eſt ſeruanda.

R. P. D. CARRILLO.

Tiburtina Hæreditatis.

Die Veneris 26. Iunii 1637.

AR-

ARGVMENTVM CCXXXIII.

De re iudicata, quæ veniat exequenda, quando dicatur conſtare. Teſtamentum, ſi quis tanquam nullum velit impugnare, quia teſtator non erat mentis compos, quid probare debeat, & quæ probationes ad hoc non ſufficiant.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.
Romana Domus.
Die Lunæ 22. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXXIV.

De dominio domus alicuius quando dicatur conſtare ad effectum, vt ille ſua inſignia ſuper dicta domo apponere queat. Præſumptiones, & coniecturæ quando dicantur veræ probationes.

R. P. D. MOTMANNO.
Narnien. Bonorum.
Die Veneris 26. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXXV.

Cenſus an conſtituat tertiam ſpeciem bonorũ diſtinctam à bonis mobilibus, vel immobilibus declaratur, & concluſio eſt negatiua.

R. P. D. VEROSPIO.
Arianeñ Archidiaconatus.
Die Veneris 26. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXXVI.

Ordinarius, ſi conferat dignitatem maiorem poſt Pontificalem vacantem in Eccleſia Metropolitana, aut Cathedrali, vel in alijs Collegiatis, nulliter confert, cum ea ſint reſeruata per regul.4.Cancell.Item quando ad effectum d. reſeruationis requiratur redditus decem florenorum annuorum, & quando non.

R. P. D. MOTMANNO.
Gerundeñ Coadiutoriæ.
Die Veneris 26. Iunii 1637.

ARGVMENTVM CCXXXVII.

Affectio ex appoſitione manus Papæ, dum conceſſit aliquam coadiutoriã, ſi in ſubrogatione habeat vim collationis, cũ ſit fundamentum gratiæ ad effectum obtinendi immiſsionem, ideo eſt concludenter probanda.

R. P. D. PANZIROLO.
Auenioneñ Vſusfructus.
Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM CCXXXVIII.

Teſtatoris mens ex illius verbis eſt colligenda. Hæres, quando non dicatur impugnaſſe mentem teſtatoris ad hoc, vt illius commodo priuetur. Vſusfructus ſi alicui ſit relictus, vt faciat fructus ſuos, debet offerre cautionem de bene vtendo.

R. P. D. VEROSPIO.
Bononieñ Legati.
Die Mercurij 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM CCXXXIX.

Teſtator ſi mandauerit, vt ſolueretur vxori omnis ea ſumma pecuniarum, cuius ipſa aſſereret, ſe eſſe illius creditricem, iubens vt in hoc ſtaretur ſoli illius declarationi, qualiter ſit intelligendum hoc legatum, declaratur.

R. P. D. GHISILERIO.
Pictaueñ Commendæ.
Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM CCXL.

Mandatum de manutenendo in concurſu, cui ſit concedendum. Ob recurſum habitum ad Iudices laicos, quando quis non dicatur incidiſſe in excommunicationem.

R. P. D. GHISILERIO.
Romana Dotis.
Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM CCXLI.

Dotis promiſſio facta per mulierem valet, & ſuſtinetur, etiamſi in eius obligatione non interuenerint ſolemnitates ſtatutariæ, quod procedit, ſiue mulier dotare teneatur, ſiue non, quæ concluſio ſolum limitatur, quando mulier eſt minor, &c.

R. P. D. VEROSPIO.
Bononieñ Bonorum.
Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM CCXLII.

Clauſula, conſtituti, cum contineat fictum modum traditionis, ideo eam pro ſe habens, rectè poteſt petere, vt actualis poſſeſsio tradatur. In iudicijs executiuis, aut poſſeſſorijs, quãdo concedatur, vel denegetur remiſſoria.

R. P. D. MERLINO.
Gerundeñ Scribaniæ.
Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM CCXLIII.

Bona Eccleſiaſtica, vt alicui poſsint concedi ex cauſa meritorum, quid requiratur. Bona Eccleſiaſtica vt alienari poſsint ſine ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico, quia ſunt ſolita alienari, quid debeat interuenire.

R. P. D. PANZIROLO.
Auenioneñ Fideicommiſſi.
Die Mercurii 1. Iulii 1637.

ARGVMENTVM CCXLIV.

Fideicommiſsi exiſtentia illius purificatione, & identitate bonorum probata, non poteſt denegari immiſsio fideicõmiſſario, & quando d. immiſsio non impediatur propter debita teſtatoris ſoluta ab hærede grauato.

REV.

Digitized by Google

REV.^MO P. D. COCCINO.
Romana Pecuniaria.
Die Veneris 6 Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCXLV.
Patruus, ſi de nepte multum confidens, plura bona ſub eius nomine emerit, ſi ea agnoſcens bonam fidem erga patruum, & pro exoneratione conſcientiæ declarauerit cum debitis ſolemnitatibus, quod d. bona non ſpectant ad eam, ſed ad patruum, an ſubſtineatur d. declaratio, & ei præiudicet. In confeſſione mulieris quando non requirantur ſolemnitates ſtatutariæ.
REV.^MO P. D. COCCINO.
Cæſarauguſtana Diſtributionum.
Die Veneris 6. Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCXLVI.
Ratificatio licet æquiparetur mandato, tamen quando non retrotraharur. Supplicatio ſola quando non attendatur, & quando probet.
R. P. D. CARRILLO.
Elboren. Iuris conferendi.
Die Veneris 13. Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCXLVII.
Præſentandi quaſi poſſeſſionem ad certa beneficia alicuius Diœceſis, ſi quis prętendat habere, id quidem concludenter probare tenetur, cum Ordinarij habeant intentionem fundatam in iure circa collationem omnium beneficiorum exiſtentium intra fines ſuæ Diœceſis, &c.
REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.
Romana Fideicommiſſi de Incoronatis.
Die Veneris 13. Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCXLVIII.
Filij in conditione poſiti, vigore Statuti Vrbis lib. 1. cap. 142. cenſentur vocati, quod ſtatutum habet locum non tantum in deſcendentibus, ſed etiam in tranſuerſalibus. Oldrad. conſil. 21. quando ſit inhærendum, & quando non.
REV.^MO P. D. PIROVANO DECANO.
Bononien. Fideicommiſſi.
Die Veneris 27. Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCXLIX.
Fœminæ, quando, & ex quibus verbis colligi poteſt, quod etiam à teſtatore ſint vocatæ ad primogenituram.
REV.^MO P. D. COCCINO.
Virdunen. Monaſterij.
Die Veneris 27. Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCL.
Arbitrium pro cumulatione petitorij cum poſſeſſorio, quando intret. Papa quãdo dicatur prouidere de beneficio tanquã reſeruato, & quando non, & plura circa naturã clauſularum poſitarũ in beneficiorũ prouiſionibus.
R. P. D. MOTMANNO.
Calaritana Primatus.
Die Veneris 27 Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCLI.
Calaritana Eccleſia eſt prima Metropolis, & antiquior Sardiniæ, quod probatur ex pluribus monumentis veterum Scriptorum, & Conciliorum, reiecta intentione Archiepiſcopi Turritañ, & Arboreñ.
R. P. D. MERLINO.
Gerundeñ Scribaniæ.
Die Veneris 27. Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCLII.
Probatio per inſtrumenta quando fieri poteſt, teſtes non ſunt admittendi, & ſic denegatur remiſſoria, & vide plura ad hoc, vt conceſſio bonorum Eccleſiæ in emphyteuſim valeat, quæ requirantur.
R. P. D. MATTHEIO VIARVM PRAESIDE.
Romana Eleuationis Muri.
Die Veneris 27. Nouembris 1637.
ARGVMENTVM CCLIII.
Motum proprium quis ad quamcũque magnitudinem poteſt eleuare. Et plura adducũtur ad probandũ, quod proprietas alicuius muri ad aliquem ſpectet, & ad hoc etiam perpenduntur nonnulla ſigna, & adminicula, ex quibus poteſt indagari, quod murus licet poſitus inter duo Cortilia non ſit communis, ſed ad aliquem iure dominij ſpectet. Et aliqua habentur circa interpretationem Statuti Vrb. lib. 1. cap. 107.
R. P. D. CARRILLO.
Tarraconeñ Primitiarum.
Die Mercurii 2. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLIV.
Donatio alicuius loci facta Eccleſiæ per verba vniuerſalia, nullum ius donanti præſeruant, & ſic proculdubio comprædendit etiam iura ſpiritualia, & ſic ius percipiendi primitias, & decimas, ſi donans de eis ad libitum poterat diſponere. Cura animarum quando dicatur habitu remanſiſſe penes Monaſterium.
R. P. D. VEROSPIO.
Gerundeñ Canonicatus, & Sacriſtiæ.
Die Veneris 4. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLV.
Conſenſus ſuper aliqua re præſumitur præſtitus ſtante antiquitate temporis. Et plura circa iuſtificationem narratorum in gratia.
R. P.

R. P. D. MOTMANNO.
Arianeñ Archidiaconatus.
Die Veneris 4. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLVI.
Clauſulæ poſitæ in commiſſione, ſi reſpiciant fauorem partis, impediunt, eis non iuſtificatis, ne procedatur ad vlteriora, intellige ſi pars opponat, ſecus è contra. Clauſula ex integro, poſita in commiſſione quid operetur, alia vide in ſummario.

R. P. D. PANZIROLO.
Auenioneñ Fideicommiſsi.
Die Mercurij 9. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLVII.
Maritus, ex quibus præſumatur, quod voluit, vt eius vxor dotem ſuam prætendere non poſſet, ſi ei reliquerit aliquod legatum, itaut eius mens fuerit, vt intraret compenſatio. Quæ materia egregiè declaratur, prout eſt ſolemne tàm præſtantiſſimi Auditoris profundiſsimæ ſcientiæ, & eminentiſsimi ingenij.

R. P. D. CARRILLO.
Meleuitana Erectionis Collegiatæ.
Die Mercurii 9. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLVIII.
Litteræ Apoſtolicæ circa conceſsionē petitam, vt aliqua Eccleſia erigeretur in Collegiatā, ex quibus benè dicātur iuſtificatæ, itaut veniāt exequēdæ. Papa ex quibus moueri præſumitur, vt Eccleſia aliqua erigatur in Collegiatā.

R. P. D. GHISILERIO.
Auenioneñ Vſusfructus.
Die Veneris 11. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLIX.
Teſtator, ſi alicui reliquerit vſumfructum alicuius rei, ille vſufructuarius non facit fructus ſuos, niſi ab eo, vel ab alio eius nomine percipiantur, nec dicto vſufructuario datur actio, vel petitio vſusfructus priuſquam ſatiſdederit, & interim hæres lucratur fructus, nec eos tenetur reſtituere.

R.^{mo} P. D. PIROVANO DECANO.
Oſceñ Iuriſdictionis.
Die Veneris 11. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLX.
Ordinarij, cum habeant intentionē fundatam in iure ſuper exercitio iuriſdictionis in ſua Dieceſi, quouſque eis nō ſit inhibēdū. Ordinarij nō habēt iuriſdictionē contra Regulares &c.

R. P. D. GHISILERIO.
Bononieñ Fideicommiſſi de Ramundinis.
Die Lunæ 14. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLXI.
Bona, quod ſint fideicommiſſaria, ex quibus doceri poſsit. Fideicommiſſi derogatio, quando dicatur nulliter obtenta. Aſsignatio, quando fuit conditionalis, deficiente conditione, reſoluitur dicta aſsignatio.

R. P. D. MERLINO.
Interamneñ Succeſſionis.
Die Lunæ 14. Decembris 1637.
ARGVMENTVM CCLXII.
Inter partes contrahentes de fideicōmiſſo conuentionali, ſi fuerit conuentum, vt ſi quis eorum decederet ſine filijs &c. deberet eligere vnum de eorum domo, ſeu familia, ſi ille non fecerit dictam electionem, ad quem dicatur deuoluta facultas illa eligendi.

EMIN.^{MO} ET REV.^{MO} D. CARD. VBALDO.
Cremonen. Penſionis.
Die Veneris 23. Iunii 1623.
ARGVMENTVM CCLXIII.
Valor beneficij ad effectum regreſſus qualiter benè probetur. Fructuum liquidationis materia eſt probatio difficilis, & ideo leuioribus contentatur probationibus.

EM.^{MO} ET REV.^{MO} D. CARD. VBALDO.
Barbaſtren. Decimarum.
Die Veneris 10. Nouembris 1623.
ARGVMENTVM CCLXIV.
Arbitrium, an intret ad reuocandam executionem rei iudicatæ iam conſumatam, vel inceptam. Executio ſententiæ, quando dicatur facta, vel cœpta.

EM.^{MO} ET REV.^{MO} D. CARD. VBALDO.
Barbaſtreñ Decimarum.
Die Veneris 14. Iunii 1624.
ARGVMENTVM CCLXV.
Tranſumpto Litterarum Apoſtolicarum quibus concurrentibus Iudex, ſeu executor fidē habere poſsit, itaut ſit certus de ſua iuriſdictione. Executor poſtquam functus eſt officio ſuo, non poteſt amplius in noua executione ſe intromittere, & quando id non procedat.

EM.^{MO} ET REV.^{MO} D. CARD. VBALDO.
Cremoneñ Penſionis.
Die Veneris 23. Maii 1625.
ARGVMENTVM CCLXVI.
Teſtes, quando dicantur conformes ad probandam aliquam ſummam. Seminis impenſa licet de iure ſpectet ad colonum partiarium, tamen quando id ceſſet &c.

REV.^{MO} P. D. COCCINO.
Cremoneñ Penſionis.
Die Veneris 15. Maii 1626.
ARGVMENTVM CCLXVII.
Beneficium aliquod, quod non poſsideat niſi certa bona, ex quibus teſtibus dicatur benè pro-

probata iſta negatiua. Teſtes in dubio qui magis ſint attendendi.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cremonen. Penſionis.

Die Mercurij 27. Ianuarij 1627.

ARGVMENTVM CCLXVIII.

In computando valore fructuum beneficij, de quo non ſit habenda ratio. Teſtes, quando non probent quantitatem fructuum perceptorum, & alia &c.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Veneris 18. Iunii 1627.

ARGVMENTVM CCLXIX.

Teſtes, quando dicantur concordes, in probando valore. Depoſitiones teſtium in dubio quæ ſint magis attendendæ. Teſtes inducẽs cenſetur approbare eius perſonam, non antem eius dictum, & iſta eſt obſeruãtia Rotæ.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Veneris 19. Nouembris 1627.

ARGVMENTVM CCLXX.

Teſtes deponentes ſuper valore fructuum aliquorum prædiorum, vt probent, qualiter deponere debeant. Item teſtes teſtificantes ſuper hanc materiam, vtrum ſint præferendi q deponũt de minori, vel maiori quantitate.

EMIN.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Lunæ 10. Maii 1628.

ARGVMENTVM CCLXXI.

in Contractu cenſus recognoſcens bonã fidem cũ obligatione Cametali, benè contra eũ poteſt relaxari mandatũ executiuũ, & quid ſtãte nullitate cenſus reſpectu imponẽtis fauore ſpeciali, ſi d. recognoſcens bonam fidẽ ampliſſimè ſe obligauit etiam in caſu nullitatis.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cremoneñ Penſionis.

Die Lunæ 29. Maii 1628.

ARGVMENTVM CCLXXII.

Tractatur de probatione valoris fructuũ prædiorũ, qualiter ſcilicet concludenter probetur.

EM.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.

Vrbeuetana Cenſus.

Die Veneris 11. Maii 1629.

ARGVMENTVM CCLXXIII.

Bonam fidem recognoſcens in cõtractu cenſus ad quid, & quando dicatur ſe obligaſſe, & qd ſi contractus reperiatur nullus reſpectu eius, qui iã impoſuit cenſum. Obligatio Cameralis ad quos ſe extendat &c. Pecuniæ vera numeratio ex quibus verbis deprehendatur.

EM.MO ET REV.MO D. CARD. VIRILI.

Peruſina Fideicommiſſi de Cincijs.

Die Veneris 9. Iunii 1629.

ARGVMENTVM CCLXXIV.

Confeſſio teſtatoris etiam incidenter facta probat etiam contra hæredem hæredis. Iocalia, & bona mobilia præſumuntur adeſſe iuxta qualitatem perſonæ, & patrimonij.

EM.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.

Piſcieñ Beneficij.

Die Mercurii 7. Nouembris 1629.

ARGVMENTVM CCLXXV.

Iuſpatronatus ex quibus præſumatur, & probetur, quod ſit hæreditarium, & non gentilitium, itaut præſentatus à maiori parte patronorum neceſſariò veniat inſtituendus.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cremonen. Penſionis.

Die Lunæ 14. Ianuarij 1630.

ARGVMENTVM CCLXXVI.

Poſitiones ad quid ſint inuentæ. Et an ſemper ſit eis reſpondendum, & quid de ſtylo Rotæ ſeruetur. Teſtium publicationes de ſtylo Curiæ quando fiant, & quid eis æquipolleat.

R. P. D. DVNOZETTO.

Romana Fideicommiſſi de Cincijs.

Die Veneris 19. Aprilis 1630.

ARGVMENTVM CCLXXVII.

Bona ab hæredibus acquiſita, quando dicantur acquiſita, ſeu empta nomine potius proprio, q̃ hæreditario. Præſumptio ſubtractionis bonorũ hæreditariorũ, quando intret in hęrede.

R. P. D. MERLINO.

Cæſenateñ Succeſſionis.

Die Veneris 27. Iunii 1631.

ARGVMENTVM CCLXXVIII.

Tranſactio, quando non ſubſtineatur, l. ſi diuerſa C. de tranſact. quando non procedat.

R. P. D. MERLINO.

Gerundeñ Adminiſtrationis.

Die Veneris 30. Aprilis 1632.

ARGVMENTVM CCLXXIX.

Ius adminiſtrandi bona, redditus, & prouentus &c. alicuius Eccleſiæ Collegiatæ, quando ex pluribus capitibus ſpectet ſimul, & ſimultaneè ad Canonicos, & Capitulum. Subrogatio in locum alicuius quid operetur.

EM.MO ET REV.MO D. CARD. VBALDO.

Piſcieñ Beneficij.

Die Mercurii 27. Aprilis 1633.

ARGVMENTVM CCLXXX.

ex Præſentatis quis veniat inſtituendus. Iuſpatronatus in dubio non gentilitiũ, ſed hæreditariũ pręſumitur, & ex quibus colligi poteſt, quod

Digitized by Google

quod teſtator excluſerit iſtã qualitatem gentilitij, itaut non reſpexerit ad agnationem.

R. P. D. MERLINO.

Mediolaneñ Penſionis.

Die Lunæ 6. Iunii 1633.

ARGVMENTVM CCLXXXI.

Fructus licèt non debeãtur, niſi à die motę litis, & hoc propter malam fidem, in qua cõſtituitur poſſeſſor propter dictã motionem, hoc tamen non procedit, qñ fructus non petuntur vti acceſſorij, ſed vti ſors principalis, quia tunc integri, & vſque à principio debentur.

R. P. D. VEROSPIO.

Bononien. Tranſactionis.

Die Sabbati 26. Nouembris 1633.

In Rota Martiniana.

ARGVMENTVM CCLXXXII.

Alienario omnis interdicta eſt, quæ fieri contingit lite pendente, & maximè ſi ſit facta in potentiorem perſonam, vt terror incutiatur in aduerſarium, & plura adducuntur ad demonſtrandum, qualis hoc caſu dicatur perſona potentior, & qualis non.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Meleuitana erectionis Collegiatæ.

Die Lunæ 12. Decembris 1633.

ARGVMENTVM CCLXXXIII.

Litteræ Apoſtolicæ circa erectionem alicuius Eccleſiæ Parochialis in Collegiatam ex quibus bene dicantur iuſtificatæ, & præſertim quando dicatur ſufficiens, & perpetua dos aſſignata ad hunc effectum, & quid ſi ſit conſtituta in cenſibus.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Meleuitana erectionis Collegiatæ.

Die Veneris 10. Februarii 1634

ARGVMENTVM CCLXXXIV.

Tractatur de iuſtificatione narratiuæ in litteris Apoſtolicis. Iura extracta lite pendente, & ſine citatione partis, quando dicantur in forma probanti, licet nõ ſint extracta à Notario de eis rogato, & plura circa hanc materiam.

R. P. D. MOTMANNO.

Soanen. Caſtrorum.

Die Lunæ 14. Martii 1634.

ARGVMENTVM CCLXXXV.

Caſtri conceſſio, qualiter intelligatur facta, declaratur, tàmquando ſumus in Caſtro Eccleſiaſtico, quàm in Laicali.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Romana, ſeu Ceſenateñ Hæreditatis.

Die Veneris 31. Martii 1634.

ARGVMENTVM CCLXXXVI.

De validitate trãſactionis, quando non ſit hæſitandũ. Hæreditatis ceſſio, ſeu renunciatio ſi nullis ſit coarctata terminis, qd cõprehẽdat.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria, ſeu Iuſtificationis creditorum.

Die Veneris 31. Martii 1634.

ARGVMENTVM CCLXXXVII.

Cenſus, quando à principio cõtractus ſunt validè cõſtituti, nullo modo redditur nullus ex pacto inualido, quod poſtea fuit adiectum. Fines mãdati quando non dicantur exceſſi. Et reliqua circa iuſtificationem creditorum.

R. P. D. GHISILERIO.

Mediolaneñ. deuolutionis bonorum.

Die Veneris 2. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCLXXXVIII.

Agens ad deuolutionem bonorum emphyteuticorum quid plenè probare teneatur.

R. P. D. GHISILERIO.

Maioricen. Iuriſdictionis.

Die Veneris 2. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCLXXXIX.

Epiſcopus, vt ab initio ſolus procedere poſſit ad ſummariam informationem, & detentionem Canonici accuſati de publico concubinatu, & de alijs atrocioribus delictis depoſitionem, aut degradationem requirentibus, quid ſeruare debeat.

R. P. D. DVNOZETTO.

Brixinen. Parochialium.

Die Lunæ 12. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCXC.

Mandati de manutenendo petitio quando reijciatur. Poſſeſſio nequaquam acquiritur per actum attentatum, nec per ea, quæ fiunt per modum prouiſionis.

R. P. D. MERLINO.

Anconitana Prædij.

Die Lunæ 19. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCXCI.

Vſusfructus mortuo vſufructuario ipſo iure conſolidatur cum proprietate, etiamſi proprietatius ignoraret mortem vſufructuarij. Filio quando nullum ius cõpetat in legitima.

R. P. D. VEROSPIO.

Romana Pecuniaria, ſeu Iuſtificationis creditorum.

Die Lunæ 19. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCXCII.

In hac deciſione plura adducuntur circa probationem, & iuſtificationem creditorum, & aliqua habentur circa realitatem cambiorũ. Ab inſtrumento, quando remoueatur omnis ſuſpicio doli, & fraudis.

R. P.

R. P. D. MERLINO.

Meleuitana Commendæ de Mazzara.

Die Veneris 23. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCXCIII.

Conſtitutiones à Papa confirmatæ non poſſunt per alium inferiorem infirmari. Hieroſolymitanus miles, quibus concurrentibus poſſit prætendere aliquam Commendam, & ſi plures Milites concurrant ad eam prætendendam, quis eorum præferatur.

R. P. D. VEROSPIO.

Meſſanen. Tenimenti.

Die Mercurii 28. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCXCIV.

Primum,& ſecundum extremũ in ſpolio qualiter,& quomodo veniãt probãda ad hoc,vt in eo iudicio obtineatur,& præſertim circa probationẽ primi extremi, quod exactiorem requirit probationem. Inſtrumenta extracta à Notario de eis non rogato, quando probent, licet nõ ſint adhibitæ ſolẽnitates neceſſariæ.

R. P. D. GHISILERIO.

Maioricen. Iuriſdictionis.

Die Mercurii 28. Iunii 1634.

ARGVMENTVM CCXCV.

Epiſcopo qualiter, & quomodo ſit conceſſum agere contra Capitulares accuſatos de criminibus atrocioribus depoſitionem, aut degradationem requirentibus, ſine adiunctis, latè, & doctè dilucidatur.

R. P. D. MOTMANNO.

Romana Laudi.

Die Lunæ 3. Iulii 1634.

ARGVMENTVM CCXCVI.

Actio perſonalis contra cohæredes quouſque detur. De cenſus impoſitione quando apertè dicatur conſtare. De laudo quando non ſit habenda ratio.

R. P. D. MOTMANNO.

Leodien. Caſtrorum.

Die Veneris 15. Decembris 1634.

ARGVMENTVM CCXCVII.

Commiſsio ſanatoria nullitatum arbitrio Rotæ, quando habeat locũ. Mandatũ quando morte cõſtituentis extinguatur, & quãdo ſecus.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Leodien. Caſtri de Monbech.

Die Veneris 15. Decembris 1634.

ARGVMENTVM CCXCVIII.

Contra ctum,ſi quis tamquam nullũ impugnare intendat ex eo,quod dicat,quod ſit factus ab aliquo, qui erat demens, fatuus, &c. vt obtineat, quid probare debeat.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Lunæ 15. Ianuarii 1635.

ARGVMENTVM CCXCIX.

Ad declaratoriæ relaxationem quando deueniatur, & quibus ſeruatis procedatur ad aggrauatoriam.

R. P. D. PANZIROLO.

Romana Scutorum 24. mil.

Die Veneris 20. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM CCC.

Iura realia ex fideicommiſſo cõpetentia quibus hypotecis præualeant. Iura perſonalia licet non poſsint cædi, tamen quando id ceſſet, & quando non dicantur perſonalia. De euictione emptor, quando nequaquã agere poſsit. Exceptiones omnes, quæ competebant venditori, competunt etiam emptori, quod procedit etiam ſi non doceatur de ceſsione iurium.

R. P. D. MOTMANNO.

Peruſina Laudi.

Die Veneris 27. Aprilis 1635.

ARGVMENTVM CCCI.

Bona aliqua, quod peruenerint ad hæredes ex quibus dicatur conſtare. In diuiſione faciẽda inter cohæredes de bonis hæreditarijs quando procedatur per viam permutationis. Teſtes examinati per viam exceptionis, quando non probent, ſi agatur per viam actionis.

R. P. D. PANZIROLO.

Comen. Beneficij.

Die Veneris 25. Maii 1635.

ARGVMENTVM CCCII.

Beneficij, vacatio, exiſtentia Iuriſpatronatus habilitas ad obtinendum d. beneficium, & præſentatio facta à patronis intra legitima tempora, quando hæc omnia ſunt probata, inſtitutio non eſt deneganda præſentato. Iuſpatronatus ſi ſpectet ad Vniuerſitatẽ, quando requiratur exacta probatio ob timorem vſurpationis, & quando non.

R. P. D. MOTMANNO.

Meleuitana Commendæ de Mazzara.

Die Veneris 15. Iunii 1635.

ARGVMENTVM CCCIII.

Equites Hieroſolymitani vt validè impetrent Commendas, quidnam ſit neceſſarium. & declarantur nõnulla Statuta Religionis Hieroſolymitanæ. Debita debent liquidè probari, & maximè ſi agatur, vt eorum cauſa quis incurrat in aliquam pœnam.

ILL.MO P. D. MACCHIAVELLO

Patriarcha Conſtantinopolitano.

Auguſtana Decimarum.

Die Lunæ 18. Iunii 1635.

AR-

ARGVMENTVM CCCIV.

Cura animarum ſi ſit penes aliquam Eccleſiam Regularem, & reperiatur deputatus ſimpliciter Vicarius pro Sacramentorum adminiſtratione, tunc d. Vicario Ius non aſsiſtit pro obtinenda manutentione ſuper perceptione decimarum, cum ipſe non ſit verus Rector,cum cura principaliter reſideat penes Monaſterium.

R. P. D. BVCCABELLA.

Romana, ſeu Ianuen. Locorum Montium.

Die Mercurii 15. Decembris 1635.

ARGVMENTVM CCCV.

Sententiæ nullitas, quando ſit ineuitabilis Iudicij, licet debeat agitari vbi res eſt ſita, tñ hoc fallit in actione perſonali. Monitorij publicatiõ,vt dicatur validè facta,q̃d requiratur.

R. P. D. GHISILERIO.

Auximana Cenſus.

Die Lunæ 10. Martii 1636.

ARGVMENTVM CCCVI.

Poſſeſsionem capiens authore Prætore, vt iuſtè poſsidere dicatur, quid ſufficiat. Iudex loci in quo ſita ſunt bona,eſt competens nõ obſtantibus quibuſcumque priuilegijs exemptionis perſonæ rei conceſsis. & plura habentur quando quis comparet coram Iudice ſibi non competenti, an dicatur conſenſiſſe in iuriſdictionem.Dotis exactio eſt probanda ad hoc vt maritus poſsit conueniri ad illam reſtituendam.

REV.MO P. D. PIROVANO DECANO.

Fauentina Iuriſpatronatus.

Die Veneris 16. Maii 1636.

ARGVMENTVM CCCVII.

Præſentato quibus probatis inſtitutio denegari nequeat.Iuſpatronatus quando dicatur gentilitium, & quando hæreditarium. Ad præſentandum in iurepatronatus gentilitio quis admittatur, & quis excludatur.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Veneris 13. Iunii 1636.

ARGVMENTVM CCCVIII.

Beneficiati licet lite pendente renunciauerint beneficio, non propterea cenſentur renunciaſſe inſtantiæ, & ratæ diſtributionum ſibi debitæ pro tempore, quo iam interfuerunt in Choro. & ideo poſſunt illas petere per viam manutentionis, quæ eis deneganda non eſt, conſtito de poſſeſſione.

REV.MO P. D. COCCINO.

Cæſarauguſtana Diſtributionum.

Die Veneris 7. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM CCCIX.

Recurſus ad Iudices laicos in materia fori Eccleſiaſtici, ſufficit vt probetur qualibet leui probatione, ſi agatur, vt denegetur audientia,ſed ſi tractetur de amiſſione Iuris quæſiti, tunc cõcludenter eſt probandus. Beneficiatus ſi ſit excommunicatus an lucretur diſtributiones, & quid ſi interueniat in Choro. Excommunicatum ſe eſſe, an quis fateatur, petendo abſolutionem.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenioneñ Fideicommiſſi.

Die Veneris 28. Nouembris 1636.

ARGVMENTVM CCCX.

Poſſeſſor quando teneatur ad fructuum reſtitutionem. Fideicommiſſarius quando teneatur ad ſubeunda onera ei per teſtatorem impoſita. Onus impoſitum fideicommiſſario per teſtatorem, quando dicatur iniunctum in vim modi, & non conditionis.

R. P. D. MOTMANNO.

Narnien. Bonorum.

Die Veneris 11. Maii 1637.

ARGVMENTVM CCCXI.

Iura,& actiones an veniant in donatione generali omnium bonorum. Donationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt capitula. Cenſus inter quas ſpecies bonorum comprehendantur, & quando veniant appellatione ſtabilium, vel mobilium.

R. P. D. PANZIROLO.

Auenioneñ Fideicommiſſi.

Die Lunæ 11. Maii 1637.

ARGVMENTVM CCCXII.

Legatum in dubio licèt non cenſeatur factum animo compenſandi cum debito. tamen qñ, & ex quibus coniecturis dignoſcatur, quod teſtatoris mẽs fuerit, vt intraret cõpenſatio.

R. P. D. VEROSPIO.

Gerundeñ Canonicatus, & Sacriſtiæ.

Die Lunæ 18. Maii 1637.

ARGVMENTVM CCCXIII.

Papa, per conceſſionem Coadiutoriæ dicitur apponere manus ſuper beneficio, ita vt remaneat affectum. Coadiutoria data cũ futura ſucceſſione, vt coadiutor ea gratia frui poſſit, debet iuſtificare ea, quæ ab illo ſunt narrata ad effectum, vt illam impetraret.

ARGVMENTORVM FINIS.

Digitized by Google

INDEX VERBORVM

Sub quibus extenſus reperitur ſequens Index Materiarum.

A

Abbas. 629
Abauus. 629
Abſens. 629
Abſolutio. 629
Abſurdum. 630
Acceptatio. 630
Acceſſus. 630
Acquiſitio. 630
Acta. 630
Actio. 630
Actiones. 631
Actor. 631
Actus. 631
Adimplementum. 633
Aditio. 633
Adminiculum. 633
Adminiſtratio. 633
Admiſſio. 633
Admittens. 634
Aduerbium. 634
Aduerſarius. 634
Aduocati. 634
Aequitas. 634
Aegidiana. 634
Aemulatio. 634
Aetas. 634
Affectio. 634
Afflictus. 634
Agens. 634
Agnatio. 634
Agnitio. 635
Alienatio rerum Eccleſiaſticarum. 635
Alienatio in prophanis. 636
Alternatiua. 637
Alere. 637
Alter. 637
Alimenta. 637
Amicus. 638
Amiſsio. 638
Ampliatio. 638
Anima. 638
Animus. 638
Anniuerſaria. 639
Annus. 639
Antecedens. 639
Anteceſſor. 639
Antianitas. 639
Antiquitas. 640
Apoca priuata. 640
Apoſtoli. 640
Appellatio. 640
Apoſtilla. 640
Approbatio. 641
Arbitrium. 641
Archiuium. 641
Archipresbyter. 641
Argumentum. 641
Articulus. 641
Aſcendens. 642
Aſſecuratio. 642
Aſſertio. 642
Aſsignatio. 642
Aſſociatio. 642
Atteſtatio. 642
Auctoritas. 642
Audientia. 642
Auditor. 642
Auaritia. 642
Augumentum. 642
Auxilium. 642
Auus. 643

B

Baptiſmus. 643
Baſilica. 643
Beneficiatus. 643
Beneficium. 643
Beneplacitum. 646
Beneuolentia. 646
Bona eccleſiaſtica. 646
Bona in prophanis. 647
Bononia. 648
Breue. 648
Bulla. 648

C

Caducitas. 649
Calaritana Eccleſia. 649
Calculus. 649
Calumnia. 649
Cambia. 649
Cancellaria. 650
Canoniſtæ. 650
Canon. 650
Canonicatus. 650
Canonicus. 650
Capella. 650
Capacitas. 650
Capitale. 650
Capitulum. 650
Cappa. 651
Capſerius. 651
Carcer. 651
Cardinalis. 651
Caſtitas. 651
Caſtra. 651
Caſus. 651
Cauſa. 651
Cautela. 652
Cenſuræ. 652
Cenſus. 652
Ceſſio. 653
Ceſsionarius. 653
Charitas. 653
Circuitus. 653
Citatio. 653
Ciuis. 654
Ciuitas. 654
Clauſula. 654
Clemens Papa. 656
Clericatus. 656
Clericus. 657
Clerus. 657
Coactio. 657
Coadiutoria. 657
Cognitio. 658
Cognomen. 658
Collaterale. 658
Collatio. 658
Collegialitas. 658
Collegium. 658
Collitigans. 658
Colluſio. 658
Colonus. 659
Commenda. 659
Commiſsio. 659
Commodum. 659
Communio. 659
Communitas. 659
Comparendum. 659
Compenſatio. 659
Computa. 660
Conceſsio. 660
Concilium. 660
Concordata. 660
Concordia. 660
Concubinatus. 660
Concurſus. 660
Condemnatio. 660
Conditio. 661
Conductor. 661
Confeſſio. 661
Confinis. 663
Confirmatio. 663
Coniectura. 663
Coniunx: 664
Coniunctio. 664
Coniunctus. 664
Conſanguineus. 664
Conſanguinitas. 664
Conſcientia. 664
Conſenſus. 664
Conſequutiua. 665
Conſeruator. 665
Conſortes. 665
Conſtitutio. 665
Conſuetudo. 665
Conſumptio. 665
Continuatio. 665
Contractus. 666
Contradictæ. 667
Contrahentes. 667
Contumacia. 667
Contumax. 667
Conuentio. 667
Copia. 667

Copula. 666
Correctio. 666
Creditor. 667
Creditum. 668
in Criminalibus. 668
Culpa. 668
Cultus. 668
Cura. 668
Curator. 669

D

Damnum. 669
Damnoſum. 669
Data. 669
Dataria. 669
Datio inſolutum. 669
Debitor. 669
Debitum. 669
Decimæ. 670
Deciſio. 671
Declaratio. 671
Declaratoria. 671
Decretum. 671
Defectus. 671
Delictum. 672
Demens. 672
Dementia. 672
Demoſtrationes. 672
Dentes. 672
Denunciatio. 672
Depoſitio. 672
Derogatio. 672
Deſcendens. 672
Derentatio. 672
Detentator. 672
Determinatio. 672
Detractiones. 673
Deuolutio. 673
Deus. 673
Dictio. 673
Diffamatus. 674
Difficultas. 674
Dignitas. 674
Dignum. 674
Dilatio. 674
Deliberatio. 674
Diligentia. 674
ſineDiminutione. 674
in Diœceſi. 674
Diſmembratio. 674
Diſponens. 674
Diſpoſitio. 674
Diſpenſatus. 675
Diſtributiones. 675
Diuerſitas. 675
Diuidua. 675
Diuiſio. 675
Doctor. 675
Doleri. 676
Dolus. 676
Dominus. 676
Dominium. 676
Domus. 677
Donans. 677
Donatarius. 677
Donatio. 677
Donum. 680
Dos. 680
Dotatio. 681
Dubium. 681
Dubitatio. 681

E

Eccleſia. 681
Eccleſiaſtici. 683
Edictum. 683
Educatio. 683
Effectus. 683
Egenus. 683
Electio. 683
Emens. 684
Emphyteuſis Eccleſiaſtica. 684
Emphyteuſis in prophanis. 684
Emphyteuta. 685
Emptio. 685
Emptor. 685
Enunciatiua. 685
Epiſcopus. 685
Epiſtola. 687
Eques. 687
Errantes. 687
Error. 687
Euictio. 687
Examen. 688
Exceptio. 688
Exceſſus. 688
Excluſio. 688
Excõmunicatio. 688
Executio. 689
Executiua. 689
Executor. 689
Executoriales. 689
Exemplum. 690
Exemptio. 690
Expenſa. 690
Extenſio. 690
Extrema. 699

F

Fabrica. 690
Faciens. 691
Factum. 691
Facultas. 691
Falſitas. 691
Fama. 691
Familia. 691
Fauor. 692
Fatalia. 692
Fatuus. 692
Feudum. 692
Fideicõmiſſarius. 692
Fideicommiſſum. 693
Fideicommittẽs. 694
Fideiuſſio. 694
Fideiuſſor. 694
Fidelis. 694
Fides. 694
Filiatio. 694
Filia. 695
Filius. 695
Fiſcus. 696
Fœmina. 696
Forenſis. 697
Forma. 697
Forum. 697
Frater. 697
Fraus. 697
Fructus. 697
Fuga. 699
Fundatio. 699
Fundamentum. 699
Funus. 699
Furor. 699
Furtum. 699

G

Gabellæ. 699
Gerundium. 700
Geſta. 700
Gradus. 700
Gratia. 700
Grauari. 700

H

Habilitas. 701
Hæreditas. 701
Hæres. 701
Hieroſolymitanus miles. 703
Hiſtoriæ. 703
Homo. 703
Hypotheca. 703

I

Iactatio. 704
Identitas. 704
Idoneitas. 704
Ignorantia. 704
Iocalia. 704
Illegitimitas. 704
Illegitimi. 704
Immemorabilis. 705
Immiſſio. 705
Immunitas. 705
Impedimentum. 705
Impeditus. 705
Impenſa. 705
Impotentia. 705
Incapax. 705
Incertitudo. 705
Impugnare. 705
Indebitum. 705
Indirectè. 705
Inducta. 705
Indultum. 706
Induſtria. 706
Infamis. 706
Infans. 706
Inferior. 706
Infirmitas. 706
Informatio. 706
Ingenium. 705
Inhabilitas. 706
Inhibitio. 706
Iniuria. 706
Iniuſtitia. 706
Innocentia. 706
Inſignia. 706
Inſinnatio. 706
Inſtantia. 706
Inſtitutio. 706
Inſtrumentum. 707
Intellectus. 707
Intentio. 707
Interlocutiones. 707
Interceſſores. 707
Interdictum. 707
Intereſſe. 708
Interpretatio. 708
Interrogatoria. 708
Inteſtatus. 708
Intimatio. 708
Inualidum. 708
Inuentarium. 708
Inueriſimilia. 709
Inueſtitura. 709
Inuitus. 709

Ira.

Ira. 709
Iudex. 709
Iudicium. 711
Iura. 711
Iuramentum. 712
Iuriſdictio. 712
Ius. 713
Iuſparronatus. 714
Iuſſio. 717
Iuſtè. 717
Iuſtificatio. 717
Iuſtitia. 717
Iuuenis. 717
L
Læſio. 717
Laicus. 717
Largitio. 717
Laudemium. 718
Laudum. 718
Legatarius. 718
Legatum. 718
Legitimatio. 719
Legitima. 719
Lex. 719
Liber. 720
Libertas. 720
Libellum. 720
Liberalitas. 720
Licentia. 720
Licitator. 720
Linea. 720
Limitata. 720
Limites. 720
Liquidatio. 721
Lis. 721
Litteræ Apoſtolicæ. 721
Locatio. 722
Lucrum. 722
Lumina. 722
M
Maior. 722
Mala fides. 722
Mathilda. 722
Mandatum. 722
Manus. 724
Manutentio. 724
Maritus. 724
Maſculi. 725
Maſculinitas. 725
Mater. 725
Melioramenta. 725
Mendacium. 725
Mens. 725
Mentecaptus. 726
Mercator. 726
Matrimonium. 726
Merita. 726
Metus. 726
Milites. 727
Militia. 727
Minimum. 727
Miniſtri. 727
Minor. 727
Miſſa. 727
Monaſterium. 727
Monialis. 728
Monitorium. 728
Mora. 728
Mors. 728
Morſæ. 728
Motus. 728
Mulier. 728
Munificentia. 729
Murus. 729
Mutatio. 730
Mutuans. 730
Mortuus. 730
N
Narrata. 730
Neapolitana. 730
Neceſſitas. 730
Negatiua. 730
Negligens. 730
Negligentia. 730
Negotium. 731
Nepos. 731
Nobilitas. 731
Nocere. 731
Nomen. 731
Nominandi. 731
Nominatio. 731
Notarius. 731
Nullitas. 732
Nuncii. 732
Nuptiæ. 732
O
Obedire. 732
Obitus. 732
Oblatio. 732
Obligans. 733
Obligatio. 733
Obliuio. 733
Obreptio. 733
Obſeruantia. 733
Occaſio. 734
Odium. 734
Officialis. 734
Officium. 734
Onus. 734
Opinio. 734
Opus. 734
Orario. 734
Ordinarius. 734
Ordinatio. 735
Ordo. 735
P
Pactum. 735
Papa. 736
Parens. 737
Parochialis. 737
Parochus. 737
Pars. 737
Pater. 738
Patronus. 738
Paupertas. 739
Peccatum. 739
Pecunia. 739
Penſio. 740
Periculum. 740
Peritus. 740
Permiſſio. 740
Perſona. 740
Perſonalis. 740
Petitio. 740
Petitorium. 740
S.Petrus. 740
Piaculum. 740
Pia cauſa. 740
Pietas. 741
Pignus. 741
Pœna. 741
Pœnitentia. 741
Pœnitentiarij. 741
Pœnitentiaria. 741
Pœnitentes. 741
Polycarpus. 741
Pontifices. 741
Populus. 741
Poſitio. 741
Poſſeſſio. 742
Poſſeſſor. 743
Poſſidens. 743
Potentia. 744
Poteſtas. 744
Prandendi. 744
Præceptum. 744
Præiudicium. 744
Prælatus. 744
Præpoſiti. 744
Presbyteri. 745
Præſcriptio. 745
Præſentare. 745
Præſentatio. 746
Præſentarus. 746
Præſtatio. 746
Præſumptio. 746
Pretium. 747
Primitiæ. 747
Primogenitura. 747
Princeps. 747
Principalis. 747
Prior. 747
Priuatio. 747
Priuilegium. 747
Probatio. 748
Proceſſus. 749
Procurator. 749
Prodigalitas. 750
Productio. 750
Prohibitio. 750
Progenies. 750
Promiſſio. 750
Pronepos. 751
Proprietas. 751
Proprietarius. 751
Proteſtatio. 751
Prothonotariatus. 751
Protogenes. 751
Prouiſio. 751
Proximus. 751
Prudentia. 751
Pudicitia. 751
Pupillus. 751
Puteus. 751
Q
Qualitas. 751
Quantitas. 752
Quæſtio. 752
Quietantiæ. 752
Quindemnia. 752
R
Ratificatio. 752
Ratio. 752
Receptio. 752
Recepiſſe. 752
Recognitio. 752
Rector. 752
Recurſus. 752
Redditus. 753
Referens. 753
Regula. 753
Regulares. 753
Reintegratio. 753

Reipu-

Reipublicæ. 753
Relatio. 753
Religio. 753
Remedium. 753
Remiſſoria. 753
Remotior. 754
Renunciatio. 754
Repetitio. 754
Res. 754
Realis. 755
Reſcriptum. 755
Reſeruatio. 755
Reſidentia. 755
Reſignatio. 755
Reſponſio. 756
Reſtitutio. 756
Reſtrictio. 756
Retentio. 756
Retrotractio. 756
Reuocatio. 756
Reus. 756
Rigor. 756
Roma. 756
Rota Romana. 756
Ruinæ. 757

S

Sacerdos. 757
Sacramenta. 757
Sacrilegium. 757
Saluianum. 757
Sanatoria. 757
Sanguis. 757
Sardinia. 757
Satisfactio. 757
Scientia. 757
Scriptura. 757
Secularizatio. 758
Sedes. 758
Semen. 758
Senectus. 758
Senes. 758
Senator. 759
Sententia. 759
Seruitus. 760
Sigillum. 760
Signatura. 760
Signum. 760
Simplicitas. 761
Simonia. 761
Simulatio. 761
Singula. 761
Singulares. 761
Societas. 761
Socius. 761
Solemnitas. 761
Solemne. 762
Solitum. 762
Soluens. 762
Solutio. 762
Soror. 762
Smutitio. 762
Spetialia. 762
Spirituale. 762
Spoliatus. 762
Spolium. 763
Sponſalia. 763
Spurius. 763
Status. 763
Statuentes. 763
Statutum. 763
Stillicidium. 765
Stipulatio. 765
Studium. 765
Stultus. 765
Stylus. 765
Subhaſtatio. 765
Subeollector. 766
Subemphyteuta. 766
Subiectio. 766
Subiectum. 766
Subreptio. 766
Subrogatio. 766
Subrogatus. 766
Subſcribens. 766
Subſcriptio. 766
Subſtitutus. 766
Subſtitutio. 766
Succedens. 767
Succeſſio. 767
Succeſſor. 766
Summa. 766
Sumptus. 766
Superfluitas. 766
Superior. 767
Supplementum. 767
Supplicatio. 767
Suſpicio. 767

T

Tacita. 767
Taciturnitas. 767
Taxatio. 767
Tempus. 767
Tenendum. 768
Terminus. 768
Terminari. 768
Territorium. 768
Tertiæ. 768
Tertius. 768
Teſtamentum. 769
Teſtator. 769
Teſtatus. 769
Teſtimonium. 772
Teſtis. 772
Textus. 777
Titularis. 777
Titulus. 777
Tractatus. 778
Traditio. 778
Tranſactio. 778
Translatio. 778
Tranſumptum. 778
Triennalis. 778
Turbatio. 778
Turritana. 778
Tutela. 778
Tutor. 778

V

Vacatio. 779
Validitas. 779
Valor. 779
Vendere. 779
Venditio. 779
Venditor. 779
Verbum. 780
Veriſimilia. 781
Vcritas. 781
Vicarius. 780
Villa. 781
Vincula. 782
Vir. 782
Viſitatio. 782
Veritas. 782
Virtus. 782
Vita. 782
Viuere. 782
Vltima. 782
Vnio. 782
Vniuerſitas. 782
Vocatio. 783
Voluntas. 783
Vrbs. 783
Vſus. 783
Vſusfructus. 783
Vſusfructuarius. 784
Vtilitas. 784
Vxor. 785

INDEX

DECLARATIONVM.

Capitulorum. 785
Conſtitutionum. 786
Regularum Cancellariæ. 786
Legum. 786
Statutorum. 787
Deciſionum. 788
Doctorum. 789

FINIS.

INDEX

Digitized by Google

INDEX
RERVM, ET MATERIARVM
LOCVPLETISSIMVS
SACRÆ ROTÆ ROMANÆ
DECISIONVM
A PAVLO RVBEO I.C. ROMANO
SELECTARVM
ALPHABETICO ORDINE DIGESTVS.

ABAVVS.

ABAVVS, vel atauus, atque abnepos vel atnepos, quod ſuperuiuant impoſſibile videtur. *decif.* 194. *nu.* 17. *Dunozet.*

ABBAS.

Abbas generalis ſuæ Eccleſiæ, & Ordini ſiue ignoranter, ſiue ſcientet non poteſt prejudicare. *decif* 203. *n.* 10. *Pirouano.*

ABSENS

pro Abſentibus Iudex quilibet poteſt ſtipulari. *decif.* 37. *nu.* 7. *Dunozet.*

Abſenti, ſi fiat donatio, ſtipulatio Notarij ſubintelligitut in donatione, quando adeſt vetbum promiſit, licet nou ſit ſcriptum, fuiſſe promiſſum ſibi ſtipulanti pro abſente. *decif.* 36. *nu.* 8. *Dunozet.*

Abſenti donatio tacitè facta, ſubſtinetur etiam nemine acceptante. *de if.* 69. *nu.* 79. *Merlino.*

Abſenti, ſi ſit facta donatio, & iuramento firmetur, redditur irreuocabilis quoad ipſum donantem. *decif.* 27. *nu.* 10. *Motmanno.*

Abſenti, ſi ſit facta donatio, & conſtet de iuramento, donans poteſt cogi ad obſeruationem erga abſentem. *decif.* 27. *nu.* 11. *Motmanno.*

Abſente parte ſi ſit facta confeſſio ſemiplenè probat. *decif.* 197. *nu.* 11. *Pirouano.*

Abſenti ſi ſit facta donatio ſubſtinetur etiam ſine interuentu nuncij & epiſtolæ, ſi conſtet de acceptatione donatârij *decif.* 69. *nu.* 76. *Merlino.*

Abſens donatarius, dum ſcit donationem ſibi factam, ex quo agitur de eius lucro, cenſetur eam acceptaſſe. *ibid. nu.* 77.

Abſens, cui fuit facta donatio, ſi ſit perſona, arctiori ſanguinis neceſſitudine coniuncta, dum per aliquam perſonam præſentem, quamuis extranea fuerit acceptata, tunc non requiritur ratificatio abſentis. *ibid. nu.* 78.

Abſens non poteſt acceptare, & ratificare donationem ei factam poſt mortem donantis. *decif.* 69. *nu.* 13. *Merlino.*

Abſenti donatio facta, vt valeat quid requiratur. *decif.* 69. *nu.* 11. *Merlino.*

ABSOLVTIO.

per Abſolutionem, & reintegrationem tantumdem reſtituitur, quantum per delictum, & condemnationem fuerat ablatum. & pœna omnis perimitur, & cauſa ad non cauſam reducitur, & quicquid antea fuit per actum penitus retractatur. *decif.* 83. *n.* 9. *&* 10. *Merlino.*

Abſolutionem ab excommunicatione ſi quis petat cenſetur incurriſſe in eam. *dec.* 309. *nu.* 18. *Coccino.*

ex Abſolutione petita neceſſariò non infertur incurſio in excommunicationem cum ea poſſit peti ad cautelam. *decif.* 309. *nu.* 19. *Coccino.*

Abſolutus à cenſuris non inde recuperat beneficia,

cum ſint pœnæ diuerſæ priuatio beneficij, & excommunicario. *deciſ.83. nu. 11. Merlino.*

per Abſolntionem plenariam delictum cenſetur abſterſom, atque abolitum. *deciſ. 83. nu. 8. Merlino.*

A B S V R D V M.

Abſurdum, vt euitetur, receditur etiam à propria nedum impropria verborum ſignificatione. *deciſ. 60. nu. 16. Merlino.*

Abſurdum eſſet, ſi remotior excluderet proximiorem. *deciſ. 43. nu. 7. Buccabella.*

Abſurdum ne contineat ſententia, debet fieri interpretatio. *deciſ. 65. nu. 10. Coccino.*

A C C E P T A T I O.

Acceptatio cōfeſſionis etiam facta in alio iudicio obſtat etiam in diuerſo, itaut dicta acceptatio amplius reuocari non poſſit. *deciſ. 223. n. 18. Veroſpio.*

Acceptationis donationis præſumptio excluditur in abſente, ſi donatio non ſit ſimpliciter lucroſa, ſed mixta, ſi inſit poſſibilitas damni. *deciſ. 27. num. 1. Motmanno.* & hoc caſu non approbare, eſt improbare. *ibidem. num. 3.*

Vide infra in verbo Donatio.

Acceptatio non præſumitur, ſi aliquid fuerit factum metu cenſurarum. *deciſ. 91. nu. 5. Motmanno.*

Acceptatio cenſetur facta cnm omnibus ſuis qualitatibus. *deciſ. 312. nu. 16. Panzirolo.*

Acceſſus non tuti probatio eſt neceſſarium fundamentum proceſſuum per edictum. *deciſ. 70. nu. 8. Buccabella.*

ad *Acquiſitionem*, & reſtitutionem fructuum ſingula momenta temporis conſiderantur. *deciſ. 3. n. 24. Merlino.*

Acceſſus non tutus, ſi non fuerit probatus, proceſſus factus per edictum nullatenus tenet. *deciſ. 70. n. 7. Buccabella.*

Acquiſitio rei emptæ, quando non ſit certa, & ſecura. *deciſ. 284. nu. 4. Pirouano.*

A C T A.

ex Actis eiſdem, ſi ſententia appareat notoriè iniuſta, numquam tranſit in iudicatum. *deciſ. 132. n. 10. Buccabella.*

ex Actis eiſdem, non autem ex nouis deducendis intelligi debet clauſula facoltatiua, procedendi ad vlteriorem executionem. *deciſ. 241. nu. 18. limita num. 19. Ghiſilerio.*

Actorum tranſportatio, quod non fuerit integra, allegauti incumbit onus probandi. *deciſ. 214. n. 12. Carrillo.*

ex Actorum reuolutione dicitur ſatis conſtare de validitate ſententiæ. *deciſ. 220. nu. 1. Buccabella.*

Acta facta contra anteceſſorem nocent etiam ſucceſſori, licet veniat ex iure proprio, ſi iſte conſtituit procuratorem ad litem defendendam. *deciſ. 128. nu. 16. Pirouano.*

Actorum aliquorum defectus tranſportationis negatiua eſt plenè probanda. *deciſ. 204. n. 13. Veroſpio.*

Actorum tranſportatio ſemper eſt neceſſaria in caſu, in quo reperitur commiſſa cauſa appellationis, vt ſcilicet ex ijs ſit probanda iuſtitia d. appellationis. *deciſ. 184. nu. 7 Veroſpio.*

ex Actorum reuolutione colligitur ſententiæ validitas. *deciſ. 233. nu. 6. Carrillo.*

Actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, ſtante diuerſitate cauſæ, & hoc tàm ſecundum ius commune, quàm ſecundum Concil. Trid. *deciſ. 7. num. 3. Carrillo.*

de Actis, quando non conſtat, omnia præſumuntur ſolemniter acta, ſed hoc intellige in materia antiqua, quæ excedat ſpatium 30. annorum. *deciſ. 18. nu. 26. Ghiſilerio.*

Actorum amiſſio non præſumitur, & ideo eſt iuſtificanda. *deciſ. 18. nu. 22. Ghiſilerio.*

Acta facta per colligantem ſuffragantur etiam alteri parti. *deciſ. 7. nu. 11. Carrillo.*

ſine Actis etiam præſumendum eſt pro ſententia antiqua, & hoc tàm quoad iuſtitiam, quàm quoad validitatem. *deciſ. 1. nu. 2. Coccino.*

ex Actorum reuolutione colligitur validitas ſententiæ. *deciſ. 53. nu. 1. Motmanno.*

Actio ſpolij non poteſt intentari contra eum, qui auctore Prætore poſſidet. *deciſ. 223. nu. 5. Veroſpio.*

de Actis Notarij actuarij ſi non ſint effecta iura, tunc in eorum extractione requiruntur ſolemnitates neceſſariæ. *deciſ. 221. nu. 13. Panzirolo.*

Actorum tranſportatio etiam requiritur quādo cauſa auocata fuit ab alio Iudice. *deciſ. 184. num. 8. Veroſpio.*

ex actis debet probari diuerſitas cauſæ, vt tunc ſuccedere poſſit effectus clauſularum, quam, & quas, & ſimilium, vt liceat in cauſa procedere tanquam in prima inſtantia. *deciſ. 184. nu. 6. Veroſpio.*

Actorum tranſportatio non eſt neceſſaria, quando quis poteſt agitare cauſam tanquam in prima inſtantia. *deciſ. 184. nu. 1. Veroſpio.*

Actorum neceſſitas tranſportandi ſolum exiſtimatur neceſſaria in cauſa appellationis ad effectum, vt poſſit cognoſci de illius iuſtitia. *deciſ. 184. num. 2. Veroſpio.*

Acta, quæ non ſunt facta inter eaſdem perſonas non ſunt tranſportanda. *deciſ. 204. nu. 17. Veroſpio.*

Acta, quæ ad cauſa non ſuffragantur, non ſunt tranſportanda. *deciſ. 204. nu. 18. Veroſpio.*

Acta, ſi non ſint facta coram Iudice inſtantiæ, ſed coram diuerſo, vt coram Iudice criminali, non ſunt tranſportanda. *deciſ. 204. nu. 16. Veroſpio.*

Actorum tranſportatio præſumitur integrè facta. *deciſ. 204. nu. 14. Veroſpio.*

Acta facta cōtra procuratorem, cuius mandatum morte conſtituentis expirauerat, non ſubſtinentur. *deciſ. 297. nu. 3. Motmanno.*

Actis niſi tranſportatis, non poteſt dari de nullitate actus iudicialis. *deciſ. 79. nu. 4. Pirouano.*

ex Actis ſi non ſit iuſtificata ſententia, & ſi non appareat lata cum neceſſarijs probationibus eſt nulla. *dec. 94. n. 43. Merlino.*

A C T I O.

Actionem ſuam poſtquam actor concludenter fundauit, non ſufficit reo illam reddere turbidam. *deciſ. 25. nu. 3. Carrillo.*

Actionem formatam quis non dicitur habere, ſi agere non poteſt. *deciſ. 21. nu. 13. Coccino.*

Actio niſi præcedat non poteſt dari de præſcriptione cum ſit exceptio. *deciſ. 21. nu. 12. Coccino.*

Actionis iure, ſi fructus debeantur, & tanquam ſors principalis nouo iudicio, & de per ſe peti poſſunt *deciſ. 3. nu. 67. Merlino.*

Actio ex empto non competit, niſi ſoluto pretio. *deciſ. 48. nu. 9. Pirouano.*

Actio perſonalis competit, quando legitimè ſupplementum petitur, & ſic non eſt locus retentioni. *deciſ.9. nu.42. Merlino.*

Actio realis, principaliter reſpicit rem ipſam, & quodammodo ipſi rei videtur cohærere. *deciſ.165.n.8. Ghiſilerio.*

Actio ſpolij, quando non poſſit intentari. *deciſ.187. nu.6. Panzirolo.*

Actionem, & titulum tribuit reſeruatio penſionis ad fauorem alicuius, ad eam exigendam. *deciſ.3. nu. 62. Merlino.*

Actio vtilis naſcitur in ipſo actu alicuius ceſſionis, quæ natiua appellatur. *deciſ.173.nu.20. Veroſpio.*

Actio realis, & in rem ſcriptam quoad forum æquiparantur. *deciſ.165. nu.24. Ghiſilerio.*

Actio ſpolij intrat etiam contra immiſsũ in poſſeſſionem ex ſaluiano, ſi vltra quantitatem ſui debiti fructus percipiat. *deciſ.223. nu.10. Veroſpio.*

in Actione perſonæ, res nũquam efficitur litigioſa, & iſta eſt communis opinio, quam etiã ſequitur Rota num.10. *deciſ.173. nu.9. Veroſpio.*

in Actione negatoria præcipuum eſt excludere non ius rei. *deciſ.180. nu.24. Pirouano.*

Actio perſonalis, quando dicatur contraxiſſe vitium litigioſum, etiamſi bona remaneant libera ab hoc vitio. *deciſ.173. nu. 15. Veroſpio.*

in Actione intentata, quomodo cognoſcatur, an fuerit actũ de dominio ipſius rei. *d.173.n.13. Veroſp.*

in Actione hypotecaria, confeſſaria, & negatoria, bona ſortiuntur vitium, litigioſi ex actione reali, ſi in ea non agatur de eorum dominio. *deciſ.173. n.14. Veroſpio.*

Actio perſonalis efficit etiam bona litigioſa, ſi principalis controuerſia eſt ſuper bonis, ſed contraria opinio eſt verior. nu.8. *deciſ.173. nu.7. Veroſpio.*

Actio perſonalis regulariter non tranſit in ſingularem ſucceſſorem. *deciſ.62. nu.6. Veroſpio.*

Actione ſpolij poteſt creditor immiſſus in poſſeſſionem vigore ſaluiani, ſi poſtquam fuit ſatisfactus, rem retineat. *deciſ.130. nu.15. Veroſpio.*

Actio ſubſidiaria ad dotandas filias contra matrem, ceſſat per cõſtitutionem dotis factam eiſdem à patre. *deciſ.141. nu.4. Panzirolo.*

Actio in factum, & officium, quæ actioni præſtantur ſpatio 30. annorum legitimè præſcribuntur. Et hoc eſt dictum Innocent. notatu dignum. *deciſ.21. nu.6. & 7. Coccino.*

Actio pro intereſſe in obligationibus facti ſuccedit loco adimplementi. *dec. 64. num. 11. Veroſpio.*

Actionem contra debitorem acquirit, ſi creditori quis ſoluat. *dec.55. num.1. Pirouano.*

Actionem negociorum geſtorum contra debitorem acquirit ſi quis creditori ſoluat. *deciſ. 55. num.1. Pirouano.*

Actio contraria mandati acquiritur ſolnenti debitum pro alio. *deciſ.55. num. 2. Pirouano.*

Actio, quando eſt merè realis poſtulat vt dirigatur contra bona. *deciſ.306. num.5. Ghiſilerio.*

Actio perſonalis datur contra hæredes pro portionibus hæreditarijs. *deciſ.296. num.1. Motmanno.*

Actio non datur pro recuperatione melioramentorũ, ſed retentio ad ea recuperanda, & ideo exceptio melioramentorum ſolet impedire immiſſionem. *deciſ.48. num.13. Pirouano.*

Actio bene fundata in probatione ſpolii tolli non poteſt niſi per exceptionem claram, cui nihil obijci poſſit in iudicio petitorio. *dec.57. num.9 Veroſpio.*

Actionem perſonalem, non competit retentio. *deciſ. 64. num.6. Veroſpio.*

ACTIONES.

Actiones humanas ad æternam felicitatem, & ſalutem dirigere, hoc eſt præcipuus finis legis, aut cõſtitutionis Eccleſiaſticæ. *dec.107.n.16. Veroſpio.*

Actiones inter cohæredes diuiduntur pro ea parte, qua quis eſt hæres. *deciſ.223. n.2. & 5 Motmãno.*

Actiones inter hæredes ipſo iure ſcinduntur. *deciſ.23. num.1. Motmanno*

in Actionum negatoriarum proſecutione, quæ requirantur. *deciſ.180. nu.7. Pirouano.*

Actiones confeſſoriæ, & negatoriæ nihil commune in ſe habent, etiamſi in eodem libello cumulentur, & in ſententia enunciatæ ſint. *dec.180. n.4 Pirou.*

Iſta vt ex inualiditate vnius, ſententia remaneat inualida. *deciſ.180. nu. 5. Pirouano.*

Actiones pro debito patris ſunt dirigendæ contra eum & non contra filium, cum ipſe pro debito patris non teneatur. *deciſ.244. nu.7. Panzirolo.*

de Actionum identitate, quando non ſit dubitandum, ſicuti nec etiam de identitate cauſarum. *dec.184. nu.14. Veroſpio.*

Actionum, & perſonarum diuerſitate ſtante, non poteſt argui de vna ad aliam. *deciſ.180. n. 3. Pirouano.*

Actiones confeſſoriæ, & negatoriæ ſunt inter ſe diuerſæ. *deciſ.180. nu.1. & 2. Pirouano.*

Actiones, & iura vti incorporalia loco non deſcribuntur. *dec.311. num.2. Motman.*

Actionum omnium inſtituendarum principium, ab illa parte edicti proficiſcitur, qua Prætor edicit de ins vocando. *deciſ.295. nu 14. Ghiſilerio.*

A C T O R.

Actor poſtquam fundauit intentionem ſuam concludenter, non ſufficit reo illam reddere turbidam. *deciſ.25. nu.2. Carrillo.*

Actor, poſtquam fundauit intentionem ſuam, tunc reus in probanda ſua exceptione ſit actor. *deciſ.25. nu.1. Carrillo.*

Actor, quando quis eſt reus, releuatur ab onere durioris probationis. *deciſ.69. nu.66. Merlino.*

Actor, poſtquam fundauit concludenter intentionem ſuam, ſi reus excipiat contra eam, ſit actor in ſua exceptione, quam plenè, & concludenter probare tenetur, vt poſſit dici ſublata, vel in parte eliſa contraria probatio. *deciſ.182. nu.1. Veroſpio.*

Actor, quando coram Iudice ſuam petitionem dedit, & reus ſe oppoſuit, ſatis dicitur lis conteſtata, etiam parte abſente. *deciſ.189. nu.4. Panzirolo.*

Actori ſufficit fundaſſe actionem ſuam, ex quo reſultet non ius rei. *deciſ.180. nu.23. Pirouano.*

Actor transferendo lite pendente actionem non videtur facere deteriorem conditionem rei, ſicuti reus reddere poteſt conditionem actoris, transferendo cum actione poſſeſſionem bonorum, & num. 18. *deciſ.173. nu.16. Veroſpio.*

Actor eſt reus in ſua exceptione. *deciſ. 128. num. 14. Pirouano.*

A C T V S.

Actum nullum confirmans cenſetur facere nouam conceſſionem, & ampliationẽ. *d.145.n.5. Carrillo.*

in Actu geminato non requiritur inſinuatio. *dec.126. num.14. Ghiſilerio.*

Actus, qui effectum non habuerunt, an interrumpant præſcriptionem. *deciſ.133. nu.24. Pirouano.*

Actus iuriſdictionis eſt recipere iuramentum. *dec.18. nu.17. Ghiſilerio.*

ad Actum aliquem an procurator habeat mandatum non eſt diſputandum, quando ille actus pluries à principali fuerit ratificatus. *deciſ.16.n.11 Veroſpio.*

Actus ſubſecutus qualitatem voluntatis primordialis demonſtrat. *deciſ.201. nu.40. Dunozet.*

in Actibus poſſeſſorijs probatur titulus ex antiquiſſima quaſi poſſeſſione. *deciſ.29. nu.51. Ghiſilerio.*

Actus, non poteſt dici conſummatus ſi adhuc non ſit perfectus. *deciſ.228. nu.25. Veroſpio.*

Actus, vt ſubſtineatur capienda eſt omnis interpretatio. *deciſ.108. nu.24. Motmanno.*

Actus geſtus per tutores incapaces tutelæ, & per capaces, per iſtos capaces ſubſtinetur. *deciſ.60. nu.4. Motmanno.*

Actus interpretatio nulla certior haberi poteſt, quam ab obſeruantia. *deciſ.260. nu.27. Merlino.*

ex Actu affrancationis, quando non rectè inferatur ad dominium, & nu.10. *deciſ.125. num.9. & 10 Macchiauello.*

pro Actus validitate tunc capienda eſt interpretatio, quando ſumus in dubio, ſecus ſi verſemur in claris. *deciſ.135. nu.9. Ghiſilerio.*

Actus, etiam geſti coram Iudice incompetente, declarant voluntatem, & animum agentium. *deciſ.95. nu.37. Merlino.*

Actus contrarius factus ante centum annos non obſtat immemorabili. *deciſ.56. nu.19. Coccino.*

in Actibus omnibus in quibus minores, vel mulieres lædi poſſunt, ſunt adhibendæ ſolemnitates conſtitutionis Marchiæ. *deciſ.100. nu. 8. Merlino.*

Actus meticuloſi nullius ſunt momenti. *deciſ. 115. nu.16. & 17. Motmanno.*

de Actu facto certa die poſt decennium ſi teſtes deponant, non concludunt in dicto, niſi reddant aliquam ſpecificam rationem. *deciſ. 241. num. 22. Ghiſilerio.*

Actus præſumuntur geſti vigore tituli, ſeu tractatus præambuli. *deciſ.23. nu.8. Motmanno.*

Actum aliquem faciendi ſi facultatem non habeat, ſi illum faciat non præiudicat *deciſ.25.n.9. Carrillo.*

ad Actum aliquem quod præceſſerit intimatio, ſi hoc atteſtetur Notarius, non creditur. *deciſ.223. num.7. Veroſpio.*

in Actu vnionis beneficij, dicuntur ad fauorem eius, cui eſt facta vnio, omnes fructus beneficij vniti. *deciſ.86. nu.8. Veroſpio.*

Actus præſumitur factus à Miniſtro ad id ſpecialiter deputato. *deciſ.154. nu.13. Dunozet.*

Actus inſtitutionis eſt valde conueniens, & proportionabilis filijs, & iuncta nominatione plenè probat filiationem. *deciſ 10. nu.5. Veroſpio.*

Actum licet in parte executioni fuerit demandatum per executores, non dicuntur functi officio, donec plenè executionem perfecerint, & quando hoc procedat. *deciſ.1. nu.21. Coccino.*

Actu Sacerdos, quādo nō requiratur, quod ſit præſentatus ad inſpatronatus. *dec.221. n.16. Panzirolo.*

Actus ne reddatur caducus, vt euitetur, quælibet interpretatio capi debet. *deciſ.142. n.11. Panzirolo.*

Actus inualidus non interrumpit præſcriptionem. *deciſ.133. nu.22. Pirouano.*

ex Actu nullo, & non effectuato ſicuti non interrumpitur præſcriptio, ita pariter non interrumpitur obſeruantia, & diuturna quaſi poſſeſſio. *deciſ.29. nu. 26. Ghiſilerio.*

ad Actus validitatem ſubſtinendam, ex curſu temporis præſumuntur omnis neceſſaria interueniſſe. *deciſ.16. nu.2. Veroſpio.*

Actus, vt dicatur factus vigore cauſæ, ſeu præcedentis obligationis, neceſſe eſt, vt ſecūdum illius actus formam, & naturam ſit factus, non autem ſi præter vel contra. *deciſ.29. nu.59. Ghiſilerio.*

in Actu infirmitas ex vitio ſubreptionis eatenus datur, quatenus vitium ingreditur actum, & ſic vires infirmitatis in actu commenſuratur quantitati vitij, & eatenus infirmat, quatenus intrinſecatur in actu. *deciſ.169. nu.9. & 10. Merlino.*

Actus, vt præſumatur validus ex curſu temporis detrahi debet tempus motæ litis. *dec.16. n 9. Veroſp.*

per Actus plures ſi fuerit cōſenſum in iuriſdictionem Iudicis, non poteſt allegari ſuſpectus, ſine expreſſione cauſæ ſuprauenientis poſt illos actus. *deciſ.7. nu.6. Carrillo.*

Actus, qui non ſint capaces inſinuationis. *deciſ.68. num.85. Merlino*

Actus duo, vel tres ſufficiunt in inducendo obſeruantia interpretatiua, & non eſt opus *præſcriptione. deciſ.14. nu.5. Pirouano.*

Actus non debent remanere inutiles. *deciſ.222. n.27. Merlino.*

in Actu ſolutionis ſummæ conſiderabilis, veriſimiliter eſt, quod quis adhibuiſſet teſtes, ſi verè dictam ſolutionem feciſſet. *deciſ.11. nu.10. Panzirolo.*

Actus iudiciarij, qui differant à ſummaria informatione. *deciſ.4. nu.4. Ghiſilerio.*

Actus prodigalitatis ſi ſine cauſa, vt oriatur neceſſitas, priuant hæredem facultate alienandi ſibi à teſtatore conceſſa in caſu magnæ neceſſitatis. *dec.24. nu.25. Dunozet.*

Actus facultatiui nec etiam per mille annos præſcribuntur. *deciſ.254. nu.58. Matt.*

Actus ſit irreuocabilis, quando adeſt iuramentum. *deciſ.9. nu.23. Merlino.*

Actus, quando eſt ex ſui natura validus nō poteſt inualidari ex re ad maiorem cautelam obtenta. *deciſ.228. nu.2. Veroſpio.*

Actus, qui dederunt cauſam liti, non attenduntur. *deciſ.13. nu.7. Buccabella.*

ex Actuū multitudine percipi debet an teſtator erat furioſus, & non ex momento temporis. *deciſ.233. nu.27. Carrillo.*

Actus volūtarij in executione pij operis extimari debent poſt longam obſeruantiam neceſſarij temporis. *deciſ.107. nu.26. Veroſpio.*

Actus nullus ex defectu ſolemnitatum, validè ratificari poteſt, dummodo expreſſa in ſpecie ſit ratificatio. *deciſ.60. nu.13. Motmanno.*

de Actu preterito ſi atteſtetur Notarius, ei non creditur. *deciſ.218. nu.20. Ghiſilerio.*

Actus non dicitur factus voluntariè ſi quis illum gerat in executionem alicuius ſtatuti. *deciſ.107. nu. 25. Veroſpio.*

Actus

Actus æquiuoci non releuantur. *deciſ.*118. *num.*13. *Buccabella.*

Actus aliquis cenſetur geſtus eo modo, quo efficacius expediri poteſt. *deciſ.*146. *n.*5. *Pirouano.*

pro Actus validitate capienda eſt interpretatio, & quando iſta concluſio procedat. *deciſ.*135. *num.*8. *& 9. Ghiſilerio.*

Actus ne remaneat penitus inutile, & ſine effectu capienda eſt interpretatio. *deciſ.*134. *n.*3. *Panzirolo.*

pro Actus validitate præſumendum eſt, ſtante lapſu longiſſimi temporis, etiam quod ſeruatæ non fuiſſent omnes ſolemnitates neceſſariæ. *deciſ.*223. *n.*8. *Verospio.*

Actus qui ſunt nulli, & infecti non releuant. *deciſ.* 226. *nu.*32. *Ghiſilerio.*

Actus quilibet, aut contrarius, aut permiſſus etiam minimus eſt ſufficiens ad impediendam præſcriptionem, & ad euitandam negligentiam. *deciſ.*226. *num.* 51. *Ghiſilerio.*

Actus non excuſatur à fraude ex eo, quod fuerit factus principaliter ad fauorem tertij. *deciſ.* 104. *num.*21. *Panzirolo.*

Actus æquiuocus non concludit ad obſeruantiam. *deciſ.*285. *nu.*10. *Motmanno.*

ex Actibus exterioribus declarantur interiores. *deciſ.* 298. *num.*9. *Pirouano.*

Actus præſumitur factus iuxta formam ſtatutorum de eo loquente. *deciſ.*303. *nu.*15 *Motmanno.*

Actus, vt ſubſtineatur, quis præſumitur ſanæ mentis, *deciſ.*298. *nu.*13. *Pirouano.*

Actus alicuius, quando tempus eſt de eius ſubſtãtia, tunc præcisè eſt probandum. *d.*99 *n.*10. *Panzirolo.*

ex Actibus præcedentibus colligitur cauſa, ex quibus aliquis fuit motus ad aliquid diſponendum. *deciſ.* 104. *num.*17. *Panzirolo.*

pro Actus validitate verba in dubio ſunt interpretanda. *deciſ.*99. *num.*18. *Panzirolo.*

Actus communicatis nullo pacto attendi debet, ſi ſit factus in loco, vbi non eſt ſolita congregari, nec ad ſonum campanæ, ſed tubæ. *deciſ.*82. *n.*3. *Panzirolo.*

Actus præſentationis quot ſunt, tot dicuntur eſſe præſentationes *deciſ.*311. *num.*7. *Motmanno.*

de Actus iudicialis nullitate opponens de ea dari non poteſt, niſi tranſportatis actis illius cauſæ. *deciſ.*79. *num.*4. *Pirouano.*

Actus contrarius à centum annis citra ſi probetur, præſcriptio immemorabilis interrumpitur, ſecus verò ſi probetur vltra centum annos, vel ducentum annos citra id actũ eſſe. *dec.*56. *n.*20. *&* 21. *Coccino.*

de Actu latente in animo ſi deponant teſtes, probant etiamſi deponant de credulitate. *deciſ.*69. *num.*48. *Merlino.*

Actus eſſentialis iuriſdictionis eſt lex, ſtatutum, vel conſuetudo. *deciſ.*76. *num.*3. *Merlino.*

de Actus tempore debet concurrere qualitas à ſtatuto requiſita. *deciſ.*98. *num.* 8. *Ghiſilerio.*

in Actibus negatiuis non poteſt vlla acquiri præſcriptio ſine reclamatione, & contradictione aduerſarij, *deciſ.*279. *num.* 12. *Merlino.*

ex Actu nullo ſi Eccleſia amittat poſſeſſionem, adhuc datur reintegratio. *deciſ.*94. *nu.*3 *Merlino.*

Actus iuriſdictionis regulariter non ſolent fieri, niſi à Dominis, & poſſeſſoribus rerum ſuarum. *dec.* 294. *num.*18. *Verospio.*

Actus per modum prouiſionis facti non tribuunt aliquem ſtatum manutenibilem. *deciſ.*290. *nu.*5. *&* 6. *Dunozetto.*

ex Actibus pluribus veriſimilibus, ſi aliquid conſtet, non poteſt dici, quod id ſit dubium. *deciſ.*254. *n.*22. *Mattha.*

ADIMPLEMENTVM.

de non Adimplemento excipiens, debet illud concludenter probare. *deciſ.* 35. *nu.*10. *Coccino.*

de non Adimplemento dari non poteſt quando contractus in re minima non fuit adimpletus, *deciſ.*35. *nu.*11. *& amplia nu.* 12. *Coccino.*

non Adimplementi exceptione quis non poteſt iuuari, dum ipſe prius adimplere debebat, & defecit, *deciſ.*109. *n.*3. *Dunozet.*

Adimplementi loco ſuccedit actio pro intereſſe in obligationibus facti. *deciſ.*64. *nu.* 11. *Verospio.*

ADITIO.

de Aditione hæreditatis ſufficienter dicitur conſtare, ex conſtitutione procuratoris ad adeundum, & nu.8. & 15. *deciſ* 106. *nu.*5. *Buccabella.*

Aditio hæreditatis cenſetur inducta ex actu conſtitutionis procuratoris ad eam adeundam, non expectata aditione, vel alio actu à procuratore faciendo. *deciſ.*106. *nu.*15. *Buccabella.*

Vide infra in verbis Hæreditas, & Hæres.

Aditio hæreditatis probatur ex verbis etiam enunciatiuis. *deciſ.*74. *nu.*6. *Buccabella.*

Adire hæreditatem hæres cenſetur ſi illam donet, vel cedat, vel ius ſibi ſuper hæreditate det. *deciſ.* 74. *num.*8. *Buccabella.*

ADMINICVLVM.

pro Adminiculo poteſt deſeruire vnicus teſtis, ſicuti alia imperfecta probatio, quando admittuntur præſumptiones. *deciſ.*234. *nu.* 7. *Pirouano.*

pro Adminiculo negari non poteſt, quin deſeruiant teſtes de auditu. *deciſ.*11. *nu.*8. *Panzirolo.*

Adminicula, & præſumptiones coniugi poſſunt ad plenam probationem faciendam filiationis. *dec.*19. *nu.*6. *Verospio.*

ADMINISTRATIO.

in Adminiſtrationis libro ſi repetiantur aliquæ partitæ non deſcriptæ ſuis loco, diebus, menſibus, & annis, ſed adſint in calce libri vno eodemq. tempore deſcriptæ, an faciant fidem. *deciſ.*111. *num.* 5. *Macchiauello.*

in Adminiſtrationis libro, ſi reperiantur aliquæ partitæ duplicatæ inuerisimiles, vel erroneæ, intrat dubietas veritatis quoad alios. *deciſ.*111. *nu.*6. *Macchiauello.*

in Adminiſtratore diligenti omnia adnotare non eſt præſumendus error, tanto minus circa prætermiſſionem aliquarum partitarum, quanto maior eſt ſumma, quæ ex prætenſis partitis prætermiſſis cõflatur. *deciſ.*111. *nu.*10. *Macchiauello.*

Adminiſtratio bonorum, & redditum Eccleſiæ ſpectat ad omnes Canonicos ſimul, & Capitulum. *dec.*279. *num.*2. *Merlino.*

Et hoc procedit tam vbi agitur de Eccleſijs Regularibus, quam de Collegijs ſecularibus. *ibidem num.*3 *&* 4.

Admiſſio ad hæreditatem, & excluſio ab eadem, ſunt adeò inter ſe contraria, vt vna poſita alterum tollere neceſſe eſt. *deciſ.*175. *nu.*19. *Motmanno.*

Admittens alium ad ſecum aliquid faciendum, non poteſt illi obijcere, quòd id facere non poterat. *deciſ.*105. *nu.*7. *Ghiſilerio.*

ADVERBIVM.

Aduerbium *(olim)* denotat tempus præteritum, & remouet qualitatē de præſenti. *d.*99. *n.*14. *Panzirolo.*

Aduerbium *(tunc,)* quando ſtet demonſtratiuè. *deciſ.* 142. *nu.*23. *Panzirolo.*

Aduerbium *(tunc)* non ſtringit, niſi adſit taxatiua. *deciſ.* 142. *nu.*24. *Panzirolo.*

Aduerbium *(tunc)* non ſtat taxatiuè, ſed potius declaratiuè, quando in contrarium adeſt veriſimilis mens diſponentis. *deciſ.* 142. *n.*25. *&* 26. *Pāzirolo.*

Aduerbium *(tunc)* non excludit caſus ſimiles, ſi mēs diſponentis non repugnet. *d.*142. *nu.*27. *Panzirolo.*

Aduerbium *(tunc)* in vocatione poſitum non operatur quominus diſpoſitio extendi debeat ad perſonas ſimiles, ad quas teſtator habuit parem affectionem. *deciſ.*134. *nu.*1. *Panzirolo.*

ADVERSARIVS.

Aduerſario non licet, poſtquam didicita ſunt teſtificata, reprobare dicta teſtiū partis. *d.*41. *n.*26. *Cocc.*

Et licèt aliqui contrarium ſentiant, ſed hoc procedit, quando ante publicationem pars ſe opponit cōteſtando velle opponere contra perſonas, & dicta teſtium. *deciſ.*41. *nu.*27. *Coccino.*

ab Aduerſario ſi ſit facta productio iurium, alteri parti nocere non poteſt. *deciſ.*59. *nu.*22. *Coccino.*

Aduocati præſumſitur ſatisfacti pro operis ab eo nauatis in præteritum ſtante curſu longi temporis. *deciſ.*243. *nu.*4. *Merlino.*

ÆQVITAS.

Æquitas canonica, qua durities iuris ciuilis circa denegationem alimētorum filijs ſpurijs emollitur, pietasq. à natura inſita erga liberos imbuitur, ſeruanda eſt etiam, vbi tantum vigent leges ciuiles, & etiam in Terris, & in iuriſdictione Imperij. *dec.*30. *nu.*34. *Merlino.*

Æquitas quando concurrit cum alia opinione, ea tenenda eſt, quamuis contraria ſit magis communis. *deciſ.*194. *nu.*46. *Dunozet.*

Æquitati naturali congruit, ne quis cum aliena iactura locupletetur. *deciſ.*81. *nu.*15. *Motmanno.*

Æquitas vim legis habet, & pro lege allegari poteſt, ſi lex in aliquo caſu non proſpexerit. *dec.*194. *n.*45. *Dunozet.*

Æquitas maxima, quando ſuperabundat, tunc multo magis intrat commiſſio ſanatoria. *deciſ.*297. *n.*16. *Motmanno.*

Æquiparatio, quid operetur. *dec.*224. *n.*1. *Ghiſilerio.*

Æs alienum licet non ſit in bonis teſtatoris, eſt tamen in illius hæreditate. *deciſ.*257. *n.*4. *Panzirolo.*

Æs alienum, quando ex bonis fideicommiſſo ſubiectis ſit ſoluendum. *deciſ.*274. *nu.*7. *Virili.*

Æſtimatio facit emptionē, limita vt hic. *deciſ.*116. *nu.*9.11.12. *&* 13. *Motmanno.*

Ægidiana non intrat, quando iniuſtitia eſt notoria. *deciſ.*187. *nu.*1. *Panzirolo.*

Æmulatio non præſumitur in viro nobili. *deciſ.* 253. *nu.* 64. *Matth.*

Æmulatio in ædificando non intrat ex eo, quod damnum inferatur vicino. *deciſ.*253. *nu.* 64. *Matth.*

ÆTAS.

Ætas maior requiritur ad obtinēdum Canonicatum in Cathedrali, quàm in Collegiata. *dec.*256. *n.*14. *Motmanno.*

Ætas quatuordecim annorum eſt ſufficiens, vt teſtis rectè poſſit deponere de viſu. *dec.*56. *n.*4. *Coccino.*

Ætatis legitimæ debent eſſe teſtes, vt probent. *deciſ.* 56. *nu.*5. *Coccino.*

AFFECTIO.

Affectio ſuper beneficio ex appoſitione manus Papæ, pendet à validitate gratiæ, & à iuſtificatione cauſæ, qua Papa motus fuit ad concedendum, quatenus cōſtat de veritate narratorū. *d.*237. *n.*2. *Motmāno.*

Affectio in aliquo beneficio, vt inducatur, quid ſufficiat. *deciſ.*51. *nu.*8. *Macchiauello.*

Affectio in beneficijs manualibus nūquam intrat abſque Pontificis ſcientia. *dec.*80. *n.*15. *Macchiauello.*

Affectionem ad illos tantum præſumitur habuiſſe teſtator, qui eo viuente ſunt nati. *d.*77. *n.*7. *Panzirolo.*

Affectio teſtatoris magis cadit in natis tempore ipſius mortis, vti ab eo cognitis quàm in natis poſt obitum, vti non cognitis. *a.*77. *n.*10. *Panzirolo.*

Affictus, & fructus ciuiles &c. quare dicantur fructus induſtriales. *dec.*3. *nu.*60. *Merlino.*

pro Affictu nemo præſumitur velle ſoluere eam ſummam, niſi illā, quam ex fructibus percepturus eſt. *deciſ.*263. *num.*5. *Vbaldo.*

AGENS.

Agens tanquam talis probare debet ſe talem, quamuis de hoc pars non opponat. *d.*15. *nu.*30. *Merlino.*

Agenti ad id, quod ſua non intereſt, denegatur audientia. *deciſ.*176. *nu.*9. *Dunozet.*

Agere, vt quis poſſit, ſatis eſt docere de eius intereſſe, ſtante clauſula, pro omnibus quorum intereſt. *deciſ.*168. *nu* 12. *Ghiſilerio.*

Agere non valens, non dicitur negligens. *deciſ.* 21. *nu.*18. *Coccino.*

AGNATIO.

Agnatio ſolum deriuat à coniunctione paterna. *deciſ.* 53. *nu.*7. *Motmanno.*

Agnationis conſeruandæ ratio conſiderari etiam poteſt ex perſona hæredis inſtituti. *deciſ.*15. *nu.*21. *Merlino.*

ad Agnationis effectum coniunctio materna non conſideratur. *deciſ.*53. *nu.*8. *Motmanno.*

Agnatio, & deſcendentia ab vno ſtipite, quamuis remotiſſimo, ſufficit ad probandam identitatem familiæ, & ad hoc nequaquam ſufficit identitas cognominis. *deciſ.*15. *nu.*32. *Merlino.*

Agnationis fauor non eſt adeo efficax, vt poſſit ampliare ſtatutorum diſpoſitionem. *deciſ.*175. *nu.*27. *Motmanno.*

Agnationis conſeruandæ votum enixum ex quibus probetur, quod habuerit teſtator. *deciſ.*126. *nu.*9. *Ghiſilerio*

Vide infra in verbo Teſtator.

ad Agnatos proximiores defertur hæreditas, quando deficiunt deſcendentes, vel aſcendentes. *deciſ.*53. *nu.*2. *Motmanno.*

Agnati, quando ſunt principaliter, & indefinitè vocati, tunc familiæ appellatione debet capi familia contentiua. *deciſ.*15. *nu.*20. *Merlino.*

ad Agnationis cōſeruationem non cenſetur reſpexiſſe teſtator, ex ſola vocatione qualitatis deſcendentiæ maſculinæ. *deciſ.*280. *nu.*9. *Vbaldo.*

AGNI-

AGNITIO.

Agnitio fideicommiſſi reſnltat ex eius petitione iudiciali. *deciſ.*195. *nu.*10 *Dunozet.*

ſine Agnitione non poteſt tranſmitti fideicommiſſum. *deciſ.* 195. *nu.*10. *Dunozet.*

ad Agnitionem fideicommiſſi ſufficit ſola declaratio voluntatis. *deciſ.*195.*nu.*12. *Dunozet.*

cum *Agno* cæleſti, quando filia illegitima vult çaſtas inire nuptias, in ea abſtergitur omnis impuritatis macula à patre hauſta. *deciſ.*30.*num.*41.*Merlino.*

ALIENATIO RERVM ECCLESIASTICARVM.

in Alienationibus rerum Eccleſiarum Apoſtolica confirmatio nihil operatur, ſi alienatio non ſubſiſtat. *deciſ.*129. *nu.*14. *Merlino.*

in Alienatione bonorum Eccleſiæ materia vtile per inutile vitiatur. *deciſ.*202. *nu.*6. *Pirouano.*

in Alienationibus rerum Eccleſiæ, ſtante curſu longiſſimi temporis, præſumitur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicum, atque aliæ ſolemnitates, & vtilitas contractus in ſanorem Eccleſiæ. *dec.*94. *nu.*9. *Merlino.*

Itaut qui retinet rom Eccleſiæ, roleuatur ab onere probandi vtilitatem, & Eccleſia allegans nullitatē alienationis plenè, & cōcludenter id tenetur probare. *deciſ*94.*nu.*10. *Merlino.*

Alienatio rerum Eccleſiæ ſine debitis ſolemnitatibus, quouſqne Ecleſia non opponit de nullitate, alienatio remanet in implicito ſtatu validitatis. *deciſ.* 119.*nu.*26. *Motmanno.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ maior, & intollerabilior eſt defectus circa vtilitatem, quàm circa ſolemnitates. *deciſ.*94. *nu.*74. *Merlino.*

Alienationis rerum Eccleſię tota validitas conſiſtit in vtilitate. *deciſ.*94. *nu.*75. *Merlino.*

in Alienationibus rerum Eccleſiæ non poteſt dici, ꝙ fuerint ſeruatæ debitæ ſolemnitates, ſi deficiat cauſæ cognitio. *deciſ.*94 *nu.*71. *Merlino.*

Alienatio bonorum Eccleſiæ, vt valeat, copulatiuè requiritur ſolemnitas neceſſaria, & euideus vtilitas. *deciſ* 36. *nu.*5. *Buccabella.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ conſenſus patroni non tollit, quin non ſit neceſſarium beneplacitum Apoſtolicnm requiſitum in d. alienatione. *deciſ.*129. *num.*16. *Merlino.*

in Alienatione rei Eccleſiæ ſupplentur omnes ſolemnitates neceſſariæ ex auctoritate Papæ. *deciſ.* 57. *num.*13.*Veroſpio.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ præſumptio confirmationis Apoſtolicæ oriens ex curſu temporis, tamquam fundata in taciturnitate partis cenſetur interrupta ex lite. *dec.*57.*num*14.*&*25.*Veroſpio.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ præſumptio confirmationis Apoſtolicæ, vt pote ſolemnitatis extrinſecæ locum habere non poteſt deficiente titulo. *dec.*57. *num.* 15.*& quare num.*16. *&* 17 *Veroſpio.*

in Alienationibus rerum Eccleſiæ fauore publico requiruntur ſolemnitates, ne ſcilicet Eccleſię depauperentur. *dec.*68.*num.*2.*Ghiſilerio.*

Alienationis rerum Eccleſiæ contractus, qnando à Prælato ratificatur, ſunt neceſſariæ omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in ipſa alienatione. *deciſ.* 94.*num.*80.*Merlino.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ Pontifices nihil aliud exigunt, quàm vtilitatem. *d.*94.*nu* 75 *Merlino.*

in Alienatione bonorum Eccleſiæ requiritur, & ſolemnitas, & cauſa. *deciſ.*202. *nu* 1. *Pirouano.*

Alienatio rerum Eccleſiæ ex curſu temporis 30. annorum, habet in ſe præſumptionem beneplaciti Apoſtolici, cum qualitate validitatis, & vtilitatis. *deciſ.*212. *nu.*10. *Pirouano.*

Alienationis tempus præciſè tangere debet vtilitas requiſita in alienationibus rerum Eccleſiaſticarum *deciſ.*129. *nu.*18. *Merlino.*

in Alienatione bonorū Eccleſiæ non ſuffragatur cauſa tantum, ſed & ſolemnitas, hoc eſt beneplacitum Apoſtolicum copulatiuè requiritur. *deciſ.*243.*n.*12 *Merlino.*

in Alienationibus rerum Eccleſiæ, & curſu temporis non præſumitur titulus, vnà cum ſolemnitatibns requiſitis. *deciſ.*191. *nu.*14. *Panzirolo.*

in Alienatione bonorum Eccleſiæ requiritur ad eius realitatem, & titulus, & ſolemnitates. *deciſ.*191. *nu.*15. *Panzirolo.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ requiritur, & ſolemnitas, & iuſta cauſa. *deciſ.*68. *nu.*2. *Ghiſilerio.*

in Alienationibus rerum Eccleſiæ ex obſeruantia pręſumitur beneplacitum Apoſtolicum. *dec.*121.*n.*10. *Carrillo*

in Alienatione bonorum Eccleſiæ ſemper requiritur euidens vtilitas. *deciſ.*243. *nu.*9. *Merlino.*

in Alienatioue bonorum Eccleſiæ illę ſolemnitates, quæ requiruntur, ſunt etiam neceſſariæ in diſmembratione beneficij *deciſ.*6. *nu.* 2. *Ghiſilerio.*

Alienari poſſunt bona Eccleſiaſtica ſine ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico, quando ſunt ſolita alienari. *deciſ.*243. *nu.*1. *Merlino.*

Alienatio cum dicatur diſmembratio beneficij, ideo in ea copulatiuè requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa. *deciſ.*6. *nu.*1. *Ghiſilerio.*

Alienari vt poſſint bona Eccleſiaſtica ſine ſolemnitatibus, eo quia ſint ſolita alienari, quid requiratur. *deciſ.*243. *nu.*17. *Merlino.*

Alienatio rei Eccleſiæ ex decurſu 30. annorum includit in ſe beneplacitum Apoſtolicum, cnm qualitatibus validitatis, & vtilitatis. *d.*254. *n.*26. *Carrillo.*

in Alienatione bonorum Eccleſiæ duo copulatiuè requiruntur, & ſolemnitas nempè beneplacitum Apoſtolicum, & cauſa, ſeu vtilitas euidens, & indubitata. *deciſ.*252.*nu.*9. *Merlino.*

Alienari regulariter prohibitum eſt iuſpatronatus, cū ſit ſpirituale. *deciſ* 228. *nu.*13. *Veroſpio.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ ſolemnitas, & iuſta cauſa requiruntur, nec vnus ſine alio ſufficit. *dec.*6. *nu.*3. *Ghiſilerio.*

In Alienationibus rerum Eccleſiæ vtilitas metienda non eſt ex ſtatu rei in tempore calamitoſo, ſed requiritur cauſa perpetua. *deciſ.*129.*nu.*10.*Merlino.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ beneplacitum Apoſtolicum præſumitur ſpatio 30. annorum ſtante obſeruantia. *deciſ* 5. *nu.*6. *Pirouano.*

Alienantium aſſertioni non ſtatur, quod res Eccleſiaſticæ ſint ſolitæ concedi in emphyteuſim, ſed aliunde conſtare debet. *deciſ.*36. *nu.*9. *Buccabella.*

in Alienationibus rerum Eccleſiæ, dum non fuit ſernata forma litterarum Apoſtolicarum ſi in euidētem d. alienatio nulla eſt. *deciſ.*94. *n.*42. *Merlino.*

Alienari non poteſt principaliter iuſpatronatus, ſed

bene

henc incidēter ſcilicet cum vniuerſitate bonorum. *deciſ.228. nu.13. Veroſpio.*

in Alienationibus rerum Eccleſiæ Papa concedendo beneplacitum, tota voluntas conſiſtit in euidenti vtilitate Eccleſiæ. *deciſ.129. nu 8. Merlino.*

Alienari ſi ſint ſolita bona Eccleſiaſtica, ſi ſint applicata, & incorporata menſæ Prælati, tunc ſine ſolemnitatibus amplius concedi non poſſunt. *deciſ. 243. nu.18. Merlino.*

in Alienatione bonorum Eccleſiæ ſi deficiat cauſa, non ſuppletur per beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ.186. nu.9. Pirouano.*

in Alienatione rerum Eccleſiæ, dum falſa eſt cauſa, ſic etiam titulus eſt omninò iniuſtus, adeout non ſuffragetur ad excludendum remed. can. reintegranda. *deciſ.95. nu.40. Merlino.*

Alienatio bonorum Eccleſiæ vt valeat, requiritur beneplacitum Apoſtolicum, & cauſa neceſſitatis, aut vtilitatis. *deciſ.186. nu.5. Pirouano.*

Alienationis ſpecies eſt diſmembratio. *deciſ. 68. num.1. Ghiſilerio.*

in Alienatione bonorum Eccleſiæ, vt præſumatur beneplacitum Apoſtolicum, quid requiratur. *dec. 94. num.17. Merlino.*

Vide infra in verbo Beneplacitum Apoſtolicum.

ALIENATIO IN PROPHANIS.

Alienare ſicuti non poteſt emphyteuta rem emphyteuticam, nec melioramenta in ea facta ſine conſenſu Domini directi, ita poſt ſubemphyteuticationem non poteſt dare licentiam alienandi, quam ipſe pro ſe non habebat, priuando Dominum directum laudemio. *deciſ 40. nu.14. Ghiſilerio.*

Alienationis prohibitio, quando non ſtat principaliter, & de per ſe, ſed continuatiuè ad præcedentem ſubſtitutionem, non poteſt ex ea reſultare fideicommiſſum in caſu mortis. *deciſ 8. n. 5. Dunozet.*

Quodq. multo magis procedit, quando adeſt in caſu mortis particulare fideicommiſſum præcedens. *deciſ. 8. nu.6. Dunozet.*

Alienandi prohibitio inducta per l. fin. de iur. emphy. non eſt reſtricta ad fundum emphyteoticum primo loco conceſſum, ſed complectitur omnes, & quaſcumque meliorationes, quæ ratio militat etiã in ſubemphyteuticatione, quæ fit per emphyteutam. *deciſ.40. nu. 17. Ghiſilerio.*

Alienationis prohibitio, quando eſt generalis, tunc illa inducit fideicommiſſum, ſeu extēdit illud etiam vltra vocatos in præcedenti ſubſtitutione. *deciſ. 15. nu. 12. Merlino.*

Quod intellige, vbi prohibitio alienationis ſtat de per ſe independenter per viam principalis diſpoſitionis in ſeparata oratione. *dec. 15. n.13. Merlino.*

Sed ſecus ſi acceſſoriè, & conſequutiuè ſubnectitur, ac deſeruit præcedenti vocationi, tunc tam prohibitio quàm ratio prohibitionis non egreditur perſonas nominatas. *deciſ.15. nu. 14. Merlino.*

Alienatio bonorum ſi ſit prohibita ob aliquã cauſã, ceſſante dicta cauſa alienatio poteſt in quamcumque perſonam fieri. *deciſ.228. nu.29. Veroſpio.*

Alienationis prohibitio dicitur perſonalis, ſi ſit adiecta ſolum hæredibus vocatis, pro maiori robore vocationis. *deciſ.15. nu.11. Merlino.*

Alienationis prohibitio, quãdo non fuit facta per modum principalis, ac ſeparatæ diſpoſitionis, ſed cõſequutiuè tunc reſtringenda venit iuxta terminos præcedentis ſubſtitutionis. *deciſ.185. num.8. Buccabella.*

Alienationis prohibitio, quando fuit poſita continuatiuè per viam qualificationis præcedentis ſubſtitutionis, debet intelligi retento eodem themate. *deciſ.8. num.12. Dunozet.*

Alienationis prohibitio facta inter vocatos, inducit fideicommiſſum. *deciſ.97. nu 3. Dunozet.*

ex Alienationis prohibitione fideicommiſſi multiplicatio, quam non inducatur. *dec.15. n 17. Merlino.*

ex Alienationis prohibitione, nullum videtur reſultare fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum in caſu mortis. *deciſ.15. nu.1. Merlino.*

ex Alienationis prohibitione quando cenſeatur inductum fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum ad fauorem ſubſtitutorum. *d.15. nu.4 & 12. Merlino.*

Alienandi bona ſi teſtator licentiam dederit in caſu maximæ neceſſitatis, intelligitur de neceſſitate fatali, vel naturali, non autem de voluntaria. *deciſ. 24. nu.23. Dunozet.*

Alienationis prohibitio emphyteuſis ſine conſenſu Domini directi venit ex l. fin. C. de iur. emph. *deciſ. 40. num.18. Ghiſilerio.*

Alienationis prohibitio nullum videtur inducere ſimplex, & abſolutum fideicommiſſum, niſi in caſu contrauentionis. *deciſ 15. num.3. Merlino.*

in Alienationis prohibitione, dum exprimitur familia, debet intelligi de familia effectiua. *deciſ.15. num.6. Merlino.*

Alienationis prohibitio facta abſque cauſa eſt nulla, tanquam nudum præceptum. *d. 15. nu.2. Merlino.*

Alienatio rei feudalis facta perſonæ nõ nominatæ tenet, ſi conſenſus præſtitus à Domino, non reſpiciebat perſonam, cui debebat fieri alienatio, & vide. *deciſ.228. nu.31.32. & 33. Veroſpio.*

Alienationis rei litigioſæ prohibitio non afficit rem ipſam, ſed perſonas collitigantium. *deciſ.228. n.15 Veroſpio.*

Alienatio rei litigioſæ in potentiorem eſt prohibita. *deciſ.228. num.1. Veroſpio.*

Alienatio rei litigioſæ in potentiorem damnata eſt, propter patrocinium potētiorum in oppreſſionem tenuiorum hominum. *deciſ.282. nu.6. Veroſpio.*

Et talis alienatio prohibita eſt ſub pœna ammiſſionis cauſę cedenti actionem, & pœnæ arbitrio Iudicis imponendæ ei, in quem talis actio eſt tranſlata. *deciſ 282. num.7. Veroſpio.*

Alienatio rei litigioſæ in potentiorem prohibita eſt, propter præiudicium, quod fit parti in mutando iudicio. *deciſ.282. nu. 4. & 17. Veroſpio.*

Et vt eidem præiudicio occurratur, quid ſatis exiſtimetur. *ibidem. num.5.*

Alienatio rei litigioſæ, vt dicatur facta in potētiorem, quando potentia illius in quem eſt facta translatio, eſt talis ex qua ſequi poſſit effectus timoris qui aduerſariorum turbari valeat. *d.282. n.8. Veroſpio.*

Alienatio rei litigioſæ in ſpecie prohibitum eſt, ne fiat in perſonam potentiorem. *deciſ.282. n.2. Veroſpio.*

Alienatio cur rei litigioſæ non poſſit fieri in potentiorem, plures ſunt cauſæ. *d.282. nu. 3. Veroſpio.*

in Alienationibus rei litigioſæ de ſtylo Cancellariæ, & Datariæ, quæ clauſulæ ſoleant apponi. *deciſ. 282. num.34 Veroſpio.*

Alie-

Alienatio rei litigioſæ dicitur facta in potentiorem, ſi fiat in Senatum, ſeu aliam Vniuerſitatem, aut Collegium. *deciſ.282. nu. 32. Veroſpio*.

Alienatio omnis, quæ fit lite pendente eſt interdicta. *deciſ.282.nu.1.Veroſpio*.

Alienatio bonorum litigioſorum ſi fiat à tertio, qui non eſt in lite, valet. *deciſ.228. num.16.Veroſpio.*

Alienatio bonorum litigioſorum facta lite pendente valet, ſi illa fuerint ceſſa in donatione omnium bonorum. *deciſ.228. num.17. Veroſpio.*

Alienationi rerum minorum factæ ſine debitis ſolemnitatibus ius non aſſiſtit. *deciſ.213. n.13.Veroſpio.*

Alienandi licẽtia à Principe conceſſa intelligitur ſẽper ſeruatis ſolemnitatibus de iure requiſitis. *deciſ.113. num.24. Rojas*.

Alienare non præſumitur voluiſſe collitigans omnia ſua bona ad hoc, vt alteri collitiganti noceret. *deciſ.228. num.18. Veroſpio*.

Alienatio bonorum litigioſorum eſt prohibita ſtante dolo, & mala fide. *deciſ.228. nu.19.Veroſpio.*

Alienatio bonorum litigioſorum nõ poteſt dici, quod ſit facta in perſonam potentiorem, ſi is non habeat aliquod officium, cuius occaſione dici poſſit illi ſubdita perſona collitigantis. *dec.228.n.22. Veroſp.*

Alienatio bonorum feudaliũ facta ſine conſenſu Domini directi non tenet. *dec.228. nu.28.Veroſpio.*

Alienationis contractus nullitate, aut iniuſtitia ſtante, ſicuti quis non amittit poſſeſſionem rei, ita validè poteſt agere ſpolio ꝓ reintegratione rei alienatæ. *deciſ 178. num.6. Panzirolo.*

Alierians lite pendente, attentat. *deciſ. 79. num. 8. Pirouano*.

Alienatio rei litigioſæ ſolum eſt prohibita à lege, vt occurratur fraudibus, aut machinationibus litigantium. *deciſ.228. num.14.Veroſpio.*

Alienari dum dicitur, quod non poteſt vſusfructus, qualiter id intelligatur. *deciſ.195. nu.15. Dunozet.*

Alienare, & vendere, ſi iſta verba ſimul ponãtur, ſicut vendere ſignificat actum inter viuos, ita pariter alienare de eodem actu intelligendum eſt, & non de vltima voluntate. *d.8. nu.3. & 4. Dunozet.*

Alienandi licentia ſi ſit data in conceſſione emphyteuſis, intelligitur prius requiſito Domini conſenſu. *deciſ.40. num.27.Ghiſilerio.*

ad Alienandum aliquid, ſi quis obtinuerit licentiam, dicitur illa cõſumpta in actu alienationis. *dec.228. num.24. Veroſpio.*

Alienatio noua dicitur alteratio. *deciſ. 243. num.14. Merlino*.

Alienationis prohibitio non ampliat, aut extendit fideicommiſſum, ſed intelligi debet iuxta terminos fideicommiſſi præcedentis, cui annectitur. *dec.15. nu 5. Merlino*.

Alienari, donari, & vendi poteſt vſusfructus. *dec. 195. num.13. Dunozet.*

Alienari recte poſſunt bona fideicommiſſaria pro reſtitutione dotis vxori fideicommittentis. *deciſ.92. num 2. Macchiauello*.

Alternatiua vſum perdit Epiſcopus, ſi ſit abſens à ſua Diœceſi, quamuis abſit ex cauſa trium menſiũ ſibi à Concilio conceſſorum. *deciſ. 98. num. 8. & vide rationem num.10. Ghiſilerio*.

A L E R E.

Alere, quando quis aliquem tenetur Iudex poteſt illum condemnare ad aſſignanda bona; ex quorum redditibus alimenta ille percipiat. *deciſ. 194. num.69. Dunozet.*

Alendi onus tranſit ad hæredem, & quemcumque poſſeſſorem bonorum. *deciſ.194 n. 65 Dunozet.*

Alteri per alterum non debet fieri iniqua conditio. *deciſ.232. nu.18.Carrillo*.

A L I M E N T A.

Alimentorum nomine veniũt omnia, quæ ſunt neceſſaria ad vitam conſeruandam. *d.30. n.32. Merlino.*

Alimẽta, & ſũptus litis collitigãti ad hoc vt ſubminiſtrentur, vltra paupertatẽ, requiritur ſaltẽ præſũptio boni iuris, & quidem non leuis. *deciſ.39. num.4. Buccabella*.

Alimenta, quando ſunt decernenda filio naturali, id totum ab æqui Iudicis pendet arbitrio, qui neque rigidam, & ſolam naturæ indigentiam, nec etiam lautos, & nimis ſplendidos ſæculi mores reſpicere debet. *deciſ.30 num.23. & 24. Merlino*.

Alimenta denegabant leges 12. tabular. filijs illegitimis, contra naturalem omnium animalium inſtitutum. *deciſ.30 num.29.Merlino*.

Alimenta, dum præſtantur miſerationis cauſa, ex æquitate Canonica, non iuxta neceſſitatem victus tantum, ſed ſecundum ſtatus, dignitatem, & decẽtiam ſunt decernenda. *d.30 n.22. Merlino*.

Alimenta, annuæ præſtationes, & cæteri fructus, qui conſiderantur de per ſe, & principaliter, & ipſi conſtant ſortem, tunc etiam decurſi ante petitionem, & poſtulationem debentur. *d.3.n.11. Merlino.* rationem habes. *num.12.*

Alimenta vxori ſi maritus præſtet, ex hoc inducitur coniectura ſolutionis dotis. *d.24.n.11.Dunozetto.*

Alimenta non tenetur maritus præſtare vxori, quæ dotem non ſoluit. *d.24.n.12. Dunoz.*

in Alimentis decernendis mos, & conſuetudo potiſſimum penſari debet. *d.30 n.25.Merl.*

Alimenta etiam in foro conſcientiæ præſtare tenetur nepos patruo egeno. *d.194.n 37.Dunozet.*

ab Alimentis ad dotẽ ſumpto argumento, patruus in ſubſidium tenetur dotare fratris filiam. *deciſ. 30. nu.8. Merlino*.

Alimenta ſi petantur à patruo egeno nepoti Comiti, vel Marchioni, omninò ſunt ei decernenda, ne in opprobrium Comitatus, vel Marchionatus mendicare cogatur. *d.194.nu.48.Dunoz.*

ad Alimentorum menſuram regulari non debet dos conſtituenda filiæ naturali, ſi dignitas natalium, conditio mulieris, & mos patriæ aliud expoſcant. *deciſ. 30. num.20. Merlino*.

Alimentorum legatum relictum alicui, quoad cum aliquo moratus fuerit, debetur etiam mortuo eo, cum quo legatarius morari tenebatur. *deciſ. 194. num.30. Dunozet.*

ad Alimentorum menſuram regulari debet dos quando conſtituenda eſt filiæ naturali. *deciſ. 30. num. 19.Merlino*.

Alimenta, quando ſunt præſtanda, non attenditur, an quia aliquo exercitio poſſit ſibi victum quærere, & hoc propter fragilitatem humanæ potentiæ. *deciſ. 194.num.68.Dunozet.*

Sed videndum eſt, an habeat tot in bonis, ex quibus decenter viuere poſſit. *deciſ.194.n.68.Dunoz.*

Alimenta nepoti, quod non debeantur à patruo fuit deci-

deciſum Bononię. *deciſ.194.nu.62. Dunozet.*

Alimenta prę ſtare tenetur patruus nepoti egenti, & è contra. *deciſ. 194.num.4.Dunozet.*

Vide infra in verbo Patruus

in Alimentis prę ſtandis Iudex perpendere debet vota ſingulorum, in quibus æquitas, & charitas concurrit. *deciſ.194.num.24.Dunozet.*

Alimenta à Nepote eius Patruo, & è conuerſo debentur ex diſpoſitione Iuris Canonici. *deciſ. 194. num.31.Dunozet.*

In Alimentorum materia illegitimus non differt à legitimo. *deciſ.194.nu.50.Dunozet.*

Alimentorum materia eſt magis priuilegiata, & vrgentior, quàm cauſa dotis. *d.194.n.54.Dunozet.*

Alimenta prę ſtandi onus in linea collaterali non excedit primum gradum. *deciſ.194.n.1.Dunozet.*

Alimentorum materia fauorabilis eſt, & ideo in ea eſt admittenda ampliatio. *deciſ.194.n.28. Dunoz.*

in Alimentorum materia potius eſt admittenda ſuperfluitas, quàm quod quis debitis priuetur alimentis, etiam quod interpratatio contra ius fieret. *deciſ.194.nu.29.Dunozet.*

in Alimentorum quantitate taxanda, quid ſit conſiderandum. *deciſ.194.num.70. Dunozet.*

ob Alimentorum ſpecialem fauorem ſola triennalis præſtatio obligat ad eadem alimenta in futurum præſtanda. *deciſ.194.num.66.Dunozet.*

Alimenta, quando quis alicui tenetur præſtare, non eſt curandum vnde bona prouenerunt. *deciſ. 194. num.67.Dunozet.*

in Alimentorum materia etiam in foro ciuili, & in terris Imperij, Ius Canonicum ſeruandum eſt. *deciſ.194.nu.38.Dunozet.*

Alimentorum loco ſuccedit dos, maximè in filijs naturalibus. *deciſ.30.nu.6.Merlino.*

Alimenta præſtare tenetur clericus amitæ pauperi, non quidem ex eo, quod bona clericorum ſint pauperũ, ſed ratione propinquitatis & ſanguinis coniunctionis. *deciſ.194.nu.33.Dunozet.*

A M I C V S.

Amicus, qui eſt, non mutuat, ſed donat. *deciſ.69. nu. 33. Merlino.*

Amiſſio non probatur ex diligentijs factis, niſi probetur, quod ſit facta in omnibus locis, in quibus illud poterat reperiri. *d.18.nu.23.Ghiſilerio.*

Amiſſio actorum eſt probanda cum non præſumatur. *deciſ.18.num.22.Ghiſilerio.*

de Amiſſione iuris quærendi, quando agitur, ſufficit probatio præſumpta. *deciſ.309. nu.14. Coccino.*

Ampliatio ex generalitate rationis admittitur etiam in odioſis, & exorbitantibus. *d.194.n.27.Dunozet.*

Ampliationem, & conceſſionem nouam cenſetur facere confirmans actum nullum. *d.145.n.5.Carr.*

A N I M A.

Animarum cura non poteſt dici, quod ſit tantum penes Curatum, ſi indiſtinctè ab omnibus Eccleſiæ dignitatibus exerceatur abſque eius licentia. *deciſ.219.nu.7.8.& 9. Carillo.*

Animarum cura exerceri debet per Vicarios perpetuos per Ordinarium deputandos, quando ea eſt annexa alicui Monaſterio, vel Dignitati. *deciſ.5. nu.3.& vide nu.4.& 8.Pirouano.*

Animarum cura dicitur ſpectare ad Archipresbyterum, ſi ipſe ſolus faciat id, quod ſpectat ad illarum curam. *deciſ.219.num.12.Carillo.*

Animarum cura vniuerſalis in Diœceſi Iſpalẽ ſpectat ad Archiepiſcopum cum parochiæ non ſint diſtinctæ. *deciſ.128.num.5.Pirouano.*

Animæ ea opinio, quæ fauet, & eſt benignior, & obligationes ſubſtinet, præferenda eſt alijs. *deciſ.119. num.22.Motmanno.*

Animarum cura, dicitur adeſſe tantum penes Archipresbyterum, licet adſint plures presbyteri, qui de eius ordine eum adiuuent. *d.219.n.10. Carillo.*

Animarum cura, ſi ſit diſmembranda ab aliqua Eccleſia Parochiali vocandi ſunt omnes Patroni, & Parochiani pro eorum conſenſu, aliàs non ſubſtinetur. *deciſ.6.num.4.Ghiſilerio.*

Animarum cura reſidet quoad habitum penes monaſterium cui eſt facta vnio, & exercitium dicitur tãtum translatum in Vicarium. *d.145.n.11.Carillo.*

Animarum curam exercentibus ius commune aſſiſtit ſuper perceptione decimarum. *deciſ.265. n.8. Vbaldo.*

Animarum cura, quando eſt diſmembranda ab Eccleſia curata, vt validè procedatur, requiritur conſenſus omnium Patronorum, & vocandi ſunt Parochiani. *deciſ.67.nu.4.Ghiſilerio.*

Animarum cura, vt diſmembretur ab Eccleſia curata, ob impedimentum accedendi ad dictam Eccleſiam, vel quid ſimile, debet eſſe perpetuum. *deciſ. 68.num.8.Ghiſilerio.*

in Animæ iudicio debitum naturale, æquè, ac debitum naturale, & ciuile vires obtinet. *deciſ.61. num.3. Motmanno.*

Anima teſtatoris, ſi defraudaretur aliqua ex parte ſpirituali auxilio enixè expetito charitas plurimũ læderetur. *deciſ.59 nu 31.Merlino.*

de Animæ ſalute moriens cenſetur magis cogitare, quàm viuens. *dec 81.nu.6.Motmanno.*

in Animæ ſuffragium, purgatorias pœnas patientis plurimum prodeſt, clericorum adſtantia, & frequentior aſſiſtentia. *deciſ.59. num.32. & quare ibidem. Merlino.*

Animarum curam ſi habeat Monaſterium, ei tamquam Parocho debetur ius decimandi. *deciſ.75. num.2.Macchiauello.*

A N I M V S.

Animus contrahentium arguitur ex ſolito, & obſeruantia, licet id non expreſſerint. *deciſ.28. nu.13. Buccabella.*

Animus donatarij ex quibus reddatur dubius ad acceptandam donationem. *dec.27.n.5.Motmanno.*

Animus reperendi ſumma maiorem arguitur in eo, ſi repetijt minorem. *d.69.nu.9. Merlino.*

Vide infra in verbo Donatio.

Animo nemo cenſetur amiſiſſe ciuilem poſſeſſionem, licet amiſerit actualem. *d.130 n.5.Verospio.*

Animus committentis cauſam ſuper iactationibus fluctuat circa titulum, quo poſſidet cum æſtimatione mentis, quod non ſit iuſtus, qui quidem timor vulnerat illius conſcientiam, & excitat ad perquirẽdum ſuper iuſtitia contractus antecedentis. *deciſ.94.num.19.& 20.Merlino.*

ex Animo malo, & odio præſumitur teſtator motus contra aliquem, vt ei non locaretur aliqua domus, etiam pro maiori penſione, eius, de qua reperitur. *deciſ.104.num.22.Panzirolo.*

ab Animo poſſidentis iudex potens eſt euellere poſſeſſionem ciuilem,& naturali eum priuare. *deciſ.78. num.3.Buccabella,& deciſ.79 nu.1. Pirouano*.
Animo non retinetur amplius poſſeſſio ciuilis per ſilentium decennale. *deciſ.78.nu.1.Buccabella*.
Animus repetendi pecunias datas alicui ex quibus arguatur. *deciſ.69 nu.9. Merlino*.
Animi qualitas, aliter quã per actus exteriores probari non poteſt. *deciſ.298.nu.9.Pirouano*.
Animus relinquentis colligitur, ex quantitate rei relictæ. *deciſ 59.num.8 Merlino*.

A N N I V E R S A R I A.

Anniuerſaria ex peculiari quadam ratione, habent maius priuilegium, & annexionem cum Choro, quàm diſtributiones quotidianæ. *deciſ. 59. num.6. & 41. Merlino*.
ſuper Anniuerſariorum diuiſione Capitulum poteſt noua ſtatuta conficere, dummodo d. ſtatuta non ſint contraria obſeruantiæ Eccleſiæ, aut voluntati defunctorum. *deciſ.32.num.11.Veroſpio*.
Anniuerſaria debent pro rata diſtribui Clericis interreſſentibus. *deciſ.59.num.43.Merlino*.
Anniuerſariorum ſtipendia, continentur appellatione diſtributionum, & eodem iure regulantur, & terminantur. *deciſ.59. num.4.Merlino*.
in Anniuerſariorum diſtributione Canonici maiorem portionem obtinere debent, quàm beneficiati. *deciſ.32.num.14.Veroſpio*.
Anniuerſariorum ſtipendia ratione perſonalis operæ, & miniſterij in celebrandis diuinis, officij præſtiti conferuntur, prout etiam quotidianæ diſtributiones. *deciſ 59.num.5. Merlino*.
in Anniuerſariorum diuiſione facienda inter Canonicos,& Beneficiatos, ſeu alios Clericos,qui interſunt diuinis officijs,ſeruanda eſt conſuetudo Eccleſiæ. *deciſ 32.num.6.Veroſpio*.
Anniuerſarijs, quando à teſtatore nulla conditio præſcripta fuit, tunc recurrendum eſt ad conſuetudinem. *deciſ 32.num 13.Veroſpio*.
Anniuerſariorum ſtipendia proprio non veniunt nomine diſtributionum quotidianarum. *deciſ. 59. num.3. Merlino*.
pro Anniuerſarijs celebrandis, ſi defunctus reliquerit certam portionem aliquibus Canonicis, aut Beneficiatis, cenſetur fuiſſe cuique illorum particulariter legata portio, ita vt neque inter eos ſit dare ius accreſcendi propter deficientiam aliorum. *deciſ.32.num.12.Veroſpio*.
ad Anniuerſaria celebranda Beneficiati regulariter admittuntur cum Canonicis. *deciſ. 59. num. 1. Merlino*.
Anniuerſariorum adminiſtratores ſunt Canonici priuatiuè quo ad Beneficiatos. *dec.59.n. 39.Merlino*.
in Anniuerſariorum materia plurimum attenditur conſuetudo. *deciſ.59.nu 29. Merlino*.
Anniuerſaria non percipiet diſpenſatus à Papa, vt abſens poſſit exigere diſtributiones quotidianas, cum illa propriè debita his tantum ſint, qui pro redemptione animarum fuſis precibus diuinam opem implorant. *deciſ.59.nu.7.Merlino*.

A N N V S.

poſt Annos decem non datur continuatio ciuilis poſſeſſionis, ſed requiritur actualis poſſeſſio. *deciſ.12. num.11.Veroſpio*.
Anno regulariter remanet eneruata virtus executorialium *deciſ.1.num.18.Coccino*.
Annos nonaginta, ſi inſtrumentum excedat, videtur antiquum,cum non multum diſtet à termino annorum centum. *deciſ.10.nu.10.11.& 12.Veroſpio*.
intra Annum poteſt produci quandocunque citatio prima emanata vigore commiſſionis. *deciſ.7.nu.2. Carillo*.
ad Annos decem ſi ſit facta locatio, dicitur facta ad longum,& magnum tempus *d.135.n.1.Ghiſilerio*.
vltra Annos centum quis non præſumitur viuere. *deciſ.128.nu.11.Pirouano*.
Anni triginta requiruntur ad præſcribendum ea, quæ ſunt magni præiudicij. *deciſ.131.nu.12.Dunozet*.
Annui redditus Eccleſiaſtici,quando diſtrahuntur, requiritur beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ.3. nu. 30. Merlino*.
Antecedenti deſtructo, corruit id, quod ex eo ſequitur. *deciſ.261.nu.11. Ghiſilerio*.

A N T E C E S S O R.

contra Anteceſſorem probationes, & alia acta Iudiciaria, facta probant etiam contra ſucceſſorem. *deciſ.12 num.4.Veroſpio*.
cum Anteceſſore geſta, non nocent ſucceſſori in re, quando ſuccedit ex propria perſona, *deciſ.128, num.16 Pirouano*.
Anteceſſores, ſi expreſsè non poſſunt præiudicare ſucceſſoribus,id nec etiam poterunt facere per pactum iuratum cum ſtipulatione Notarij vallatum. *deciſ.262.nu.21 Merlino*.
Anteceſſoris pacifica poſſeſſio triennalis, quando iuuet etiam ſucceſſorem. *d.51.n.13. Machiauello*.
Anteceſſoris poſſeſſio ſuffragatur ſucceſſori in dignitate ad effectum manutentionis. *d.49.n.8.Dunoz*.

A N T I A N I T A S.

Antianitas in Religione Hieroſolymitana quando incipiat currere. *deciſ.85.nu.1.Buccabella*.
Antianitas Equiti Hieroſolymitano currit à die ſolutionis paſſaggij, & quando à d. die non currat. vide nu.11. *deciſ.25.num.7.Carillo*.
Antianitas numeranda eſt, & currit in Religione Hieroſolymitana, à die ſolutionis, & non à tempore factarum probationum. *deciſ.19.nu.4.Carillo*.
Antianitas de iure communi regulariter currit à die antiquioris ingreſſus. *deciſ.19.nu.11*.
Antianitas in Religione Hieroſolymitana incipit currere à die ſolutionis paſſagij, etiamſi ante factas probationes fuerit illud ſolutum. & num. 4 & 5. *deciſ.73.nu.14.& 5. Coccino*.
Antianitas in Religione Hieroſolymitana incipit currere à die ſolutionis paſſagij, etiamſi quis admittatur ex nouis probationibus. *d.73.n.12.Coccino*.
Antianitas in Religione Hieroſolymitana incipit currere à die ſoluti paſſagij. *d.167.nu.7. Panzirolo*.
Antianitas currere incipit à die quo quis admitti debuiſſet,atque per eum minimè ſtetit, quin admitteretur. *deciſ.19. num.9.Carillo*.
Antianitas currit Hieroſolymitano à die ſolutionis pecuniarum communi Theſauro. *deciſ.19. num.1. Carrillo*.
Antianitatis ſola prærogatiua Equiti Hieroſolymitano non eſt ſufficiens ad effectum ſmantitionis, ſed etiam oppoſitio cum petitione requiritur. *dec.303 num.16. Motmanno*.

ANTI-

ANTIQVITAS.

Antiquitate ſtante, probant enunciatiuè. *deciſ.32. num.16.Veroſpio.*

Antiquius dicitur, quod tempore præcedit. *deciſ.25. num.25.Motmanno.*

Antiqua dicitur ſententia, ſi ſit lata ante triginta annos. *deciſ.1. num.1.Coccino.*

Antiquum quando videatur inſtrumentum, licet non attingat metam centum annorum. *deciſ.10.n.11. Veroſpio.*

Antiquum videtur inſtrumentum ſi attingat metam centum annorum, cum non multum diſtet à termino centum annorum. *deciſ.10. num. 10.11. & 12.Veroſpio.*

Antiquum ab omnibus reputatur tempus centum annorum in materia probationis orientis ex publicis inſtrumentis. *deciſ.10.nu.4. Veroſpio.*

Apoca priuata, ſi non ſit trino teſte munita, videtur militare contra eam ſuſpitio antidatæ. fallit nu.7. *deciſ.24.num.6.Dunozet.*

Apoſtolorum conſuetudo erat, vnicuique Ciuitati eũ creandi in Epiſcopum, quem illic ad prædicandum mittebant. *deciſ.251.num.14.Motmanno.*

APPELLATIO.

Appellationem ſemel concedit in quocũque poſſeſſorio ſtatutum Bononieñ ſub rub. de appellat. *§*. pręterea *deciſ.84.nu.3. Rojas.*

Appellationi deferens ſtatutum, an ſit Ordinatorium. *deciſ.84. nu.13. Rojas.*

Appellationis cauſa ſi ſit commiſſa cum clauſula ſine præiudicio legitimæ executionis &c. licet operetur, quod Iudex à quo ad executionem ſuæ ſententiæ procedere poſſit. *deciſ.132. n.8.Buccabella.*

Non tamen impedit quin Iudex ad quem, poſtea detecta iniuſtitia, & nullitate ſententiæ, ad illius executionis reuocationem deuenire valeat, etiam per viam manutentionis. *Ibidem nu.9.*

Appellatio nec de Iure Ciuili datur in judicio ſummariſſimo manutentionis *deciſ.84.nu.1.Rojas.*

Appellatio interpoſita contra ſententiam ſi non appareat propoſita coram Iudice, & nec petita, vel admiſſa in tempore, tunc non ſuſpenditur effectus d.ſententiæ, & tranſit in iudicatum. *deciſ.86. n.1. Veroſpio.*

Appellari debet à decreto, aliàs tranſit in rem iudicatam. *deciſ.12.num.6 Veroſpio.*

Appellatio ſi non interponatur à ſententia, pars cenſetur illi acquieſcere. *deciſ.24 nu.13. Dunozet.*

Appellationis cauſa, quando infra annum, & ex cauſa infra biennium non fuerit proſecuta, ſententia, tranſit in iudicatum. *deciſ.233.nu.2. Carillo.*

Appellans, ſi intra terminum iuris non rediit pro Apoſtolis, nec cauſa reperitur commiſſa infra d. terminum, ſententia tranſit in iudicatum. *deciſ.233. num.1.Carrillo.*

Appellatio in vim clauſulæ, omni meliori modo, eſt interpratanda eo modo, quo magis, & melius appellanti expedit. *deciſ.211. nu.10.Merlino.*

Appellationis ſpecificæ vim habet forma Commiſſionis obtentę à Principe. *deciſ.211.n.13.Merlino.*

Appellatio interpoſita ab omnibus grauaminibus, ſub eis & liquidatio expenſarum comprehendi poteſt. *deciſ.211.num.12.Merlino.*

Appellationis cauſa, quando non fuit proſecuta, tunc res iudicata venit omninò exequenda, non ſecus, ac ſi à principio non fuiſſet appellatum. *deciſ.233. num.5.Carrillo.*

Appellatio de Iure ſemper datur ad vtrumque effectum, ſcilicet deuolutiuum, & ſuſpenſiuum. *deciſ.260.num.13.Pirouano.*

Appellatio datur à pronuntia de habendo poſitiones pro confeſſatis. *deciſ.255.nu.29.Mattheio.*

Appellatio datur à repoſitione decreti facti, quod poſitiones haberentur pro confeſſatis. *deciſ. 253. num.28.Mattheio.*

Appellatio datur in poſſeſſorio ſtante mixtura. *deciſ. 187.nu 19 Panzirolo.*

Appellatio in mero poſſeſſorio denegatur, & executio illius vigore retardanda non venit. *deciſ. 78. num.14.Buccabella.*

Appellari debet ab vlteriori proceſſu, quando Iudex allegatur ſuſpectus. *deciſ.7.num. 5.Carrillo.*

ob Appellationem non interpoſitam ſententia tranſit in iudicatum. *deci.240.num.7.Ghiſilerio.*

Appellatione, *conſanguineorum*, ex parte patris, veniunt tantum agnati. *deciſ.102.nu.5. Motmanno.*

Appellatio, *conſanguineorum*, ex parte patris, magis latè patet, quàm ex linea patris contrarium. *deciſ.102.nu.8. & 9.Motmanno.*

Appellatione *conſanguineorum* veniunt omnes cognati. *deciſ.102. num.2. Motmanno.*

Appellatione *conſanguineorum* in ſtatutis attento communi vſu loquendi, veniunt etiam cognati, q; non procedit, quando nõ ſimpliciter eſt prolatum, ſed cum qualitate ex parte partis. *deciſ.102.num 3. & 4. Motmanno.*

Appellatione, *conſanguineorum* ex parte patris, quod veniant cognati, hoc eſt impoſſibile. *deciſ.102.n.7. Motmanno.*

Appellatione, *decimarum*, regulariter veniunt ſpirituales, & non temporales: *d 128 nu.8. Pirouano.*

Appellatione, *Fratrum alicuius religionis*, comprehenduntur omnes, qui in dicta religione profeſſionem emittunt. *deciſ.13.nu.6.Buccabella.*

Appellatione, *illorum de domo*, *& familia*, intelliguntur de maſculis. *deciſ.33.num.7.Coccino.*

Appellatione *linea* veniunt omnes deſcendentes. *deciſ.97.num.8. Dunozet.*

Appellatione, *pecuniæ*, ſecundum communem vſum loquendi, venit tantum pecunia numerata. *deciſ. 239.num.5.Veroſpio.*

Appellatio, *presbyteri*, pernecesſè non infert ad qualitatem ſacerdotalem. *deciſ.14.nu.1. Pirouano.*

Appellatione, *presbyteri*, veniunt de proprietate ſermonis ſeniores, non autem ſacerdotes. *deciſ. 14. num.3. Pirouano.*

Appellatione *proximiorum*, veniunt fœminæ, & ſic deficientibus maſculis admittuntur ad fideicommiſſum. *deciſ.126.num.2.* ſed intellige, *vt num.3. Ghiſilerio.*

Appellatione Sacerdotum, qui non veniant *deciſ.59. num.22. Merlino.*

Appellatione ſucceſſorum in materia tranſitoria ad quoſcumque hæredes veniunt etiam hæredes extranei. *deciſ.72.nu.2. Pirouano.*

Apoſtilla inſtrumẽti quãdo eſt de manu eiuſdem Notarij, non eſt neceſſe illius approbatio. *deciſ. 266. num.17. Ghiſilerio.*

APPRO.

APPROBATIO.

Apptobatio, & confeſſio contra confitentem, & approbantem plenè probat. *d.36 nu.4. Buccabella.*

Approbatio, nec acceptatio præſumitur, ſi aliquid fuit factum metu cenſurarum. *deciſ. 91. num. 5. Motmanno.*

Approbatio eius non poteſt dari, ſi id nunquam fuit. *deciſ.25.num.10.Carrillo.*

Approbationis præſumptio oritur ex præſtatione diuturna, & vniformiter facta. *deciſ.57.nu.1.* amplia *nu.2. & 3.Veroſpio.*

Approbare poteſt minor, maior factus contractum à ſe nulliter celebratum. *dec.62. num.2. Motmanno.*

Approbatione, vel reprobatione contractus ſunt indiuidui. *deciſ.60. num.14. Motmanno.*

Approbatum, quando aliquid eſt, tamquam ritè factum, poſtea non poteſt impugnari. *deciſ. 223. num.9. Veroſpio.*

Approbata quando eſt ſemel perſona non poteſt amplius improbari. *deciſ.48. num. 2.* quod procedit non ſolum, quo ad approbantem, ſed etiam, quo ad habentem cauſam ab eo. *ibidem.nu.3.Pirouano.*

ARBITRIVM.

Arbitrium pro ſanandis nullitatibus non intrat, quando ſunt claræ, & indubitatæ. *deciſ.18.nu.21.Ghiſil.*

Arbitrium eſt ſubſidiarium, quando Iudex indiget iudicio peritorum. *deciſ.52.num.5.Pirouano.*

Arbitrium, quando in reſcriptis datur, debent intelligi ſecundum ius. *deciſ.52.num.8.Pirouano.*

Arbitrium intrare ſolet ad effectum retardandi vlteriorem executionem, ſub prætextu nullitatis dictæ executionis. *deciſ.21.num.1.Coccino.*

Arbitrium Iudicis, vt aliquantulum informetur ſufficit, quando timetur de fuga. *dec.4. n.8. Ghiſilerio.*

Arbitrium pro ſanatione examinis conceſſum nunquam intrat ceſſantibus interrogatorijs. *deciſ.18. num.9. Ghiſilerio.*

Arbitrium, quando adhibeat Rota ad ſanandum examen teſtium nullum. *deciſ.18. nu.6. Ghiſilerio.*

in Arbitrij cuiuſuis conceſſione, quamuis liberi, & pleni ſemper cenſetur exceptus dolus illius, cui dicitur dictum arbitrium conceſſum. *deciſ. 239. num.19. Veroſpio.*

Arbitrium pro ſanatione examinis teſtium nullo modo intrare poteſt, quando deficiunt omnia ſubſtantialia. *deciſ.18. nu.4. Ghiſilerio.*

Arbitrium intelligitur datum prout de iure. *dec.250. nu.1. Coccino.*

Arbitrium valde minuit de rigore iuris, & operatur, vt relicto vtroque extremo rigoroſo ſeruetur æquitas. *deciſ.250. nu.2. Coccino.*

Arbitrium, vt amplectatur multum venit attendendum, ne gratia Papæ ſit omninò ſuperflua, & ad nihilum deſeruiat. *deciſ.167. nu.11. Panzirolo.*

in Arbitrio alicuius id, quod potius non eſt adimplendum venit. *deciſ.262. nu.2. Veroſpio.*

Arbitrio emphytentæ eſſe non debet præiudicare Domino directo. *deciſ.40. nu.16. Ghiſilerio.*

Arbiter etiam habet poteſtatem citandi verbo. *deciſ. 295. num.29. Ghiſilerio.*

Arbitrium operari poteſt, vt ſuperſedeatur in vlteriori executione, quando Iudex nulliter, & iniuſtè proceſſit. *deciſ.265. num.2. Vbaldo.*

Arbitrium regulari debet à Iure. *d.289.n.3.Ghiſiler.*

Arbitrium datur ad executionem ſuperſedendam, non ad retractandam iam factam. *deciſ.264. nu.9. Vbaldo.*

Arbitrium non intrat poſt executionem factam. *deciſ.265.num.1.Vbaldo.*

Arbitrium regulatur à Iure. *deciſ.264. nu.1. Vbaldo.*

ARCHIVIVM.

in Archiuijs ſi ſint conſeruati libri, & tenti per miniſtros legales, eis ſtandum eſt. *d.234.n.5.Pirouano.*

Archiuij fomento non egent ſcripturæ, ſi habeant publicam formam, & legalem, & ſint extractæ à Notario rogato, vel eius ſucceſſore. *deciſ.254 num.12. Carrillo.*

in Archiuio ſuo, ſi quis habeat ſcripturas contrarias earum rerum, quas poſſidet, præſumitur in ea mala fides. *deciſ.3. num.27. Merlino.*

Archiuij fomento, nec ſubiacent ſolemnitati iuris in extractione illarum ſcripturarum, quæ habent formam publicam, & legalem, & ſunt extractæ à Notario rogato, vel eius ſucceſſore. *deciſ. 192. nu.17. Pirouano.*

Archiuium priuatum Monaſterij non ſolet dare robur ſcripturis in præiudicium non ſubditorum Monaſterio. *deciſ. 192. nu.15. Pirouano.*

ARCHIPRESBYTER.

Archipresbyter abſque alia ſpeciali approbatione, & licentia habet facultatem adminiſtrandi Sacamenta. *deciſ 216. nu.11. Carrillo.*

ad Archipresbyterum dicitur ſpectare cura animarũ, ſi ipſe ſolus faciat id, quod ſpectat ad illarum curã. *deciſ 219.num.12.Carrillo.*

Archipresbyteratus poteſt eſſe ruralis, & ſine Collegio. *deciſ. 143. nu.13.Carrillo.*

ARGVMENTVM.

Argumentum non tenet à feudo ad emphyteuſim. *deciſ.40. nu.22. Ghiſilerio.*

Argumentum valet à re litteraria ad militiam. *deciſ. 69.num.94.Merlino.*

Argumentum ab euitanda ſuperfluitate eſt valde leue. *deciſ.249. num.20. Pirouano.*

Argumentum à ratione legis ceſſante ductum, fieri poteſt. *deciſ.142. num.21. Panzirolo.*

Argumentum à communiter accidentibus eſt in iure validum. *deciſ. 142. num.7. Panzirolo.*

Argumentum à perpetuitate deſumptum, quãdo euitetur. *deciſ.249. num.15. Pirouano*

Argumentum ab euitanda ſuperfluitate validum eſt. *deciſ.249. num.18. Pirouano.*

Argumentum præcipuum dilectionis eſt donatio. *deciſ.69. num.32.Merlino.*

pro Arguenda donatione multum influit conſuetudo, & mos alicuius largiendi, ac ſumptuosè erogandi. *deciſ.69.nu.39.Merlino.*

Argui poteſt à labore ad mercedem. *deciſ.59.num.42. Merlino.*

Argui poteſt ab oppoſitis. *deciſ.102.nu.6. Motmanno.*

ARTICVLVS.

Articuli in iudicio ſummario deſeruire poſſunt loco monitorij, & petitioni. *deciſ. 78. nu.7. Buccabella*

Articuli non ſolent dari, niſi cum magna, & matura conſideratione. *deciſ.115 num.2. Motmanno.*

Articulorũ releuantia etiam data non conceditur remiſſoria in iudicijs poſſeſſorijs, niſi cũ clauſula, ſine præiudicio retardationis &c. *d.242.n.10.Veroſpio.*

Articuli qui poſt didicita teſtificata non admittantur. *deciſ.41. num.18. Coccino.*

Articuli ſunt reijciendi, quando ſunt impertinentes, ſiue irreleuantes. *deciſ.176. nu.3. Dunozet.*

Articulus, quando eſt iuris, & pendet à iudicio, tunc Iudex ex ſua peritia, & ex diſpoſitione iuris depromit expeditionem cauſæ non ex teſtiũ opinione, vel credulitate. *deciſ.252. nu.5. Merlino.*

Articuli quando ſunt releuantes ex ſola præſumptione calumniæ non denegatur remiſſoria. *deciſ.41. num.39. Coccino.*

Sed hoc intellige, quando cum ipſa releuantia, datur etiam aliquis fumus. *deciſ.41. num.40. Coccino.*

Articuli quando ſunt impertinentes ad cauſam, de qua agitur, non eſt habenda ratio. *deciſ.215. nu.10. Pirouano.*

Articuli quando non ſunt releuantes remiſſoria denegatur. *deciſ.31. num.1. Ghiſilerio.*

ſuper Articulis eiſdem vel contrario directis non datur remiſſoria poſt didicita teſtificata. *deciſ.41. nu.1. 2.3.10. & 25. Coccino.*

ASCENDENS.

Aſcendentibus, & deſcendentibus deficientibus hæreditas defuncti ab inteſtato ad proximiores agnatos defertur. *deciſ.53 num.2. Motmanno.*

Aſcendentium hæreditas etiam non adita tranſmittitur. *deciſ.106. num 3. Buccabella.*

ASSECVRATIO.

pro Aſſecuratione rei proæmium, quod ſoluitur nunquam augetur, aut diminuitur, ſi res aſſecurata creſcat, vel decreſcat. *deciſ.47. num.5. Panzirolo.*

Aſſecurationis contractus materia eſt ſolũ illud, quod à principio in riſico ponitur. *deciſ.47. n.6 Panzirolo.*

Aſſecurationis ſubſtantiale requiſitum, quidnam ſit. *deciſ.47. num.1. Panzirolo.*

in Aſſecurationum materia plurimum attendi debẽt diſpoſitiones mercatorum. *dec.47. n 3. Panzirolo.*

Aſſecuratio dotis facta à marito, cum clauſula, ex nũc prout ex tunc, operatur translationem poſſeſſionis vſq. de d.tẽpore translationis. *d.114 n.5. Panzirol.*

in Aſſecurationum materia tempus contractus attenditur. *deciſ.47. num.2. Panzirolo.*

ASSERTIO.

Aſſertiones Ordinariorum factæ in viſitationibus, plurimi ſunt momenti. *deciſ.50. num.6. Veroſpio.*

Aſſertio enũciatiua Papæ probat qualitatem iuriſpatronatus, ſtante effectuatione, & longiſſimi temporis obſeruantia. *deciſ.29. num.19. Ghiſilerio.*

Aſſertioni alienantium non ſtatur, quod res Eccleſiaſticæ ſint ſolitæ alienari. *deciſ.36. nu.9. Buccabella.*

Aſſertioni teſtatoris hæres grauatus tenetur ſtare, & num.5. *deciſ.164. num.4 Ghiſilerio.*

Aſſertioni Vicarij non ſtatur, ſi agatur de præiudicio tertij. *deciſ.68. nu. 6. Ghiſilerio.*

Aſſertioni partium non ſtatur, neque executorum circa vtilitatem requiſitam in alienationibus bonorum Eccleſiæ. *deciſ.94. nu.44. Merlino.*

Vide infra in verbo Vtilitas.

per Aſſertionem mandatarij non probatur mandatũ, ſed aliunde debet probari. *d.69. nu.12. Merlino.*

Aſſignatio, quando fuit temporalis, deficiente cauſa propter quam fuit facta, reſoluitur dicta aſſignatio. *deciſ 261. num.16. Ghiſilerio.*

Aſſociatio, vt obſcuret non ſufficiunt leuiores probationes. *deciſ.165. num.37. Ghiſilerio.*

ſuper *Attentatis* fruſtra contenditur, dum non adeſt lis. *deciſ.79. num.10. Pirouano.*

Attentata non poſſunt dici geſta in executionem ſententiæ, ſi ab ea prohibita erat appellatio. *deciſ. 84. num.2. Rojas.*

Attentare dicitur, qui lite pendente alienat. *dec. 79. num.8. Pirouano.*

ex Attentatione colligi non poteſt aliqua poſſeſſio. *deciſ.290. num.3. Dunozet*

ATTESTATIO.

Atteſtationibus de recenti ſtandum non eſt. *dec.226. num.8. Ghiſilerio.*

Atteſtationi eius, circa aliquod factum, quod ei non fuit commiſſum, nõ ſtatur. *dec.218. n.19. Ghiſilerio.*

Atteſtationum publicatio non ſufficit, niſi etiam didicita ſint teſtificata, & deſcriptio atteſtationum parti facta fuerit. *deciſ.41. num.9. Coccino.*

Atteſtationi Notarij de actu præterito non creditur. *deciſ 218. num.20. Ghiſilerio.*

ex Atteſtatione eius, cui fuit commiſſa executio litterarum probari poteſt idoneitas alicuius ad aliquod beneficium. *deciſ.236. nu.12. Veroſpio.*

Atteſtationi nuncij quando ſtetur, & quando non. *deciſ.218. num.18. Ghiſilerio.*

Atteſtationi primæ alicuius ſtatur maximè ſi ſit iuramento firmata. *deciſ.89. nu.11. Buccabella.*

Atteſtationibus factis à parte aduerſaria ſtandum non eſt. *deciſ.82. nu. 15. Panzirolo.*

Atteſtatione aliqua, ſi quis vſus fuerit contra eum probat. *deciſ 42. num. 8. Buccabella.*

Atteſtationes quando non ſint attendendæ. *dec.303. num.19. Motmanno.*

Atteſtatio magis veriſimilis eſt attendenda. *dec.89. num.12. Buccabella.*

Atteſtationi Epiſcopi in ſui præiudicium creditur. *deciſ.152. num.6. Veroſpio.*

AVCTORITAS.

Auctoritas patronorum ad præſentandum expirat, ſi intra quadrimeſtre non præſentauerint. *deciſ.221. num.8. Panzirolo.*

Auctorizare ad ſui fauorem aliquod factum nemo valet. *deciſ.244. num.6. Panzirolo.*

Audientia, vt non denegetur, ſufficit ſola poſſibilitas intereſſe etiam apparenter. *d.176. n.10. Panzirolo.*

Auditor Cameræ eſt executor litterarum Apoſtolicarum. *deciſ.166. num.1. Carrillo.*

ex *Auaritiæ*, & odij cauſa ſolent reprobari ſtatuta, ſi pœnæ contrauenientium cedere debent in commodum ſtatuentium. *deciſ.107. nu. 14. Veroſpio.*

AVGVMENTVM.

Augumentum dotis factum Eccleſiæ, non eſt dotatio, qui enim auget dotem dicitur benefactor, & non dotator. *deciſ.29. nu.30. Ghiſilerio.*

Augumentum dotis, quando eſt promiſſum à muliere poſt matrimonium iam contractum, tunc in eius obligatione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ. *deciſ.241. nu.3. Ghiſilerio.*

Augumentũ cultus diuini magis præponderat, quàm ratio præiudicij, quod aliquibus poteſt deferri circa diminutionem honoris, ſeu decoris. *dec.258. num.23. Carrillo.*

Auxilium etiam præſtare dicitur mutuans. *deciſ. 69. num.44. Merlino.*

AVVS.

Auo ex obligatione iuris incumbit onus aſſignandi dotem deſcendenti nepti etiam ſpuriæ. *deciſ.*30. *num.*9. *Merlino.*

Quod procedit tàm in auo paterno, quàm materno. Et tàm ſi matrimonium in ſæculo contrahere velit, quàm ſi per ingreſſum Monaſterij ſpiritualiter nubat. num.11. Atque cum iſta obligatione eius bona ad quoſcumque tranſeunt. *deciſ.*30. *num.*10. *Merlino.*

Auus maternus, ſi velit penes eum educare neptes, & habitat cum filia, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, & vitricus per obitum d. puellarum ex perſona vxoris conſequuturus eſt legitimã, & ideo non ceſſat ſuſpicio captandæ mortis illarum. *deciſ.*95. *num.*2. *Coccino.*

Auus maternus habet de iure intentionem fundatam ſuper educatione neptum etiamſi illarum mater ad ſecunda vota tranſiuerit. *dec.*95. *nu.*1. *Coccino.*

B

BAPTISMVS.

Baptiſmatis ſacro fonte, ſi filius alicuius viri nobilis, & diuitis ſit ablutus ſine pompa, & ſolemnitate, non præſumitur eius filius legitimus. *deciſ.*58. *num.*2;. *Merlino.*

BASILICA.

Baſilicam S. MARIÆ Maioris de Vrbe ſanctiſſima Deipara ſibi cœlitus delegit, & niuis ambitu æſtiuos ardores delineauit. *dec.*59. *nu.*35. *Merlino.*

BENEFICIATVS.

Beneficiati obitus in poſſeſſione beneficij non poteſt dubitari, ſi ambo litigantes veniant ex eadem vacatione. *deciſ.*236. *n.*42. *Verospio.*

Beneficiatis ius commune reſiſtit, ne habeant iuriſdictionem in condendis ſtatutis &c. ſuper rebus Eccleſiæ, & in hoc fauet Capitulo, ne biceps corpus, & ſic monſtrum gignatur. *dec.*76 *nu.*20. *Merlino.*

Beneficiati, cum non faciant Collegium, non poſſunt ſe collegialiter congregare. *deciſ.*112. *nu.*1. & 10. *Coccino.*

Beneficiati, & Clerici non ſunt de Capitulo, nec ſub Capituli appellatione comprehenduntur. *deciſ* 76. *num.* 4. *Merlino.*

Beneficiatis, ſine licentia ſuperioris non eſt permiſſum facere congregationes *dec.*76. *n.*23. *Merlino.*

Beneficiati, cum ſint ſerui Eccleſiæ penes ipſos obſequendi potius neceſſitas, quàm imperandi manet auctoritas, & poteſtas iuriſdictionis. *deciſ.*76. *n.*9. *Merlino.*

Beneficiati, ſi conſiderantur vti ſinguli, Collegium non conſtituunt, ſed ſubſunt Capitulo. *deciſ.* 76. *num.*22. *Merlino.*

Beneficiati reputantur tanquam ipſius Eccleſiæ ſerui. *deciſ.*76. *num.*8. *Merlino.*

Beneficiati, vt poſſint ſe congregare, quidnam ſit neceſſe. *deciſ.*112. *num.*5. *Coccino.*

Beneficiati, ſi ſe congregant, præuia tamen licentia Ordinarij, id debent facere, cum aſſiſtentia alicuius perſonæ à d. Ordinario deputandæ, vt ipſe ſcire poſſit quid tractent, ne contingat ipſos diſponere, vel tractare de his, quæ ad ipſos non pertinent. *deciſ.*112. *num.* 8. *Coccino.*

Beneficiati, cum nullatenus faciunt Collegium, non poſſunt ſe congregare ſine licentia Ordinarij. *deciſ.* 112. *num.*7. *Coccino.*

Beneficiati non faciunt, neque Vniuerſitatem, neque Collegium. *deciſ.*112. *num* 12. *Coccino.*

Beneficiati ſubſunt Capitulo. *dec.*112. *n.*13. *Coccino.*

Beneficiatus renuncians beneficio non amouetur ab eo poſſeſſio diſtributionum præteritarum, & ſolum illa non ſuffragatur quoad futuras. *dec.*308. *num.*3. *Coccino.*

Beneficiatorum menſa nunquã deficit, & eam repręſentant beneficiati qui ſucceſſiuè adſunt. *deciſ.* 3. *num.*66. *Merlino.*

Beneficiatus clericus eſt prohibitus donare filio illegitimo ſtante Conſtitut. Pij V. contra illegitimos. *dec.*114. *num.*12. *Panzirolo.*

Beneficiati licet renunciauerint beneficium, non propterea cenſentur renunciaſſe ratæ diſtributionum ſibi debitæ pro tempore, quo interfuerunt in Choro. *dec.* 308. *num.*2. *Coccino.*

Beneficiati non faciunt Collegiũ. *d.* 308. *n.*7. *Coccino.*

Beneficiatis non cenſetur etiam relictum, ſi aliquid legatum ſit Capitulo, cum eius appellatione non veniant beneficiati. *dec* 59 *nu.*37. & 38. *Merlino.*

Beneficiati ſi ſint in quaſi poſſeſſione percipiendi diſtributiones quotidianas, poſſunt illas petere per viam manutentionis, non obſtante quod reſignauerint portiones. *dec.*308 *num.*4. *Coccino.*

Beneficiati regulariter admittuntur cum Canonicis ad anniuerſaria. *dec.* 59. *num.*1. *Merlino.*

Beneficiatorum Ordo S. MARIÆ Maioris de Vrbe, inſtitutus fuit cum priuilegijs ad inſtar beneficiatorum Baſilicę Lateranenſis *dec.*59. *n.*29. *Merlino.*

Beneficiati proportionabiliter participant de quotidianis diſtributionibus, quæ Choro intereſſentibus diuiduntur. *dec.*59. *num.*2. *Merlino.*

Beneficiati clerici, licet adſint plures in eadem Eccleſia, non tamen per hoc dicuntur conſtituere Collegium, ſeu facere Capitulum. *deciſ.*112. *num* 2. *Coccino.*

in *Beneficialibus* attenditur ſtatus nouus, & non antiquus. *dec.*5. *num.*10. *Pirouano.*

in Beneficiali materia datur multiplicatio titulorum. *dec.*29. *num* 31. *Ghiſilerio.*

in Beneficialibus poſſeſſio acquiritur Eccleſiæ, ſeu ipſis beneficijs, & ſic ſucceſſores poſſunt petere manutentionem nomine ipſorum beneficiorum. *dec.*308. *num.*6. *Coccino.*

BENEFICIVM.

Beneficij affectio ex appoſitione manus Papæ, validitas ex quo pendeat. *dec.*237. *num.*2. *Motmanno.*

Beneficij affectio ex appoſitione manus Papæ in ſubrogatione gratioſa habente vim collationis qualiter ſit probanda. *dec.*237. *num.*1. *Motmanno.*

Beneficium per appoſitionẽ manus Papæ remanet affectum, & per iſtam affectionem impedita remanet facultas illud conferendi. *dec.*313. *num.*1. & 23. *Verospio*

Beneficium ſemel affectum, ſemper remanet affectum. *deciſ.*225. *nu.*14. *Coccino.*

Beneficium per appoſitionem manus Papæ, adeò remanet affectum, vt de illo, niſi ipſe Papa poteſt diſponere. amplia n.15. *d.* 250. *n.*14. & 15. *Coccin.*

Google

Beneficium affectum, ſi erat manuale per mortem prouiſi, redit ad ſuum primæuum ſtatum manualitatis. vide *deciſ.*51. *nu.* 15. *&* 16. *Macchiauello.*

in Beneficio aliquo affectio, vt inducatur, ſola appoſitio manus Papæ ſufficiens eſt. *deciſ.* 51. *num.* 8. *Macchiauello.*

Beneficij collatio facta excommunicato eſt nulla, & quamuis is ſit abſolutus, noua indiget collatione, & titulo. vel ſaltem diſpenſatione, quippe cum non intrauerit per oſtium in ouile, & ſic tanquam fur. *deciſ.*83. *nu.*16. *&* 17. *Merlino.*

Beneficij collatio facta auctoritate Papæ in vim præcedentis reſeruationis non ſubſtinetur, ſi in litteris non fuerit facta mentio vnionis, quæ adhuc pendebat de tempore quo fuit facta collatio. *deciſ.*86. *nu.*9. *&* 10. *Veroſpio.*

Beneficium nemo poteſt ſibi conferri. *deciſ.*29. *n.*21. *Ghiſilerio.*

Beneficij collatio, non poteſt dici, quod fuerit effectuata, ſi ſuper ea litigetur. *d.*226.*n.*40.*Ghiſilerio.*

in Beneficij collatione ſemper ſunt præferendi hi, ex quorum bonis ſunt fundata beneficia. *deciſ.* 232. *num.*13. *Carrillo.*

in Beneficiorum collatione attendenda eſt conſuetudo. *deciſ.*232.*nu.*17. *Carrillo.*

circa Beneficiorum collationem non eſt præſumendũ, quod Papa voluerit præiudicare collatoribus Ordinarijs. *deciſ.* 237.*nu.*3. *Mohnanno.*

in Beneficiorum collatione obſeruantia plurimum attenditur.*deciſ.*71. *nu.*12. Macchiauello.

Beneficiorum collationes quæ non fuerunt effectuatæ, non faciunt aliquod ius *d.*71.*n.*18.*Macchiauel.*

in Beneficij conferendi quaſi poſſeſſione, vt quis dicatur conſtitutus, requiritur vt is, cui eſt facta collatio beneficij illius poſſeſſionem adipiſcatur. *deciſ.*86. *nu.*6. *Veroſpio.*

de Beneficio alicui indigno, ſi fuerit mandatũ, vt prouideretur, poterunt inferiores collatores, ad quos ſpectat collatio de eodem beneficio prouidere, ſicut ſi mandatum fuiſſet, prouideri ſub certa conditione, quæ deficeret. *deciſ.*255. *nu.*15.*Veroſpio.*

Secus verò ſi mandata fuiſſet prouiſio pro perſona, cui non poteſt ſine diſpenſatione prouideri. *deciſ.* 255.*nu.*16. *&* 17. *Veroſpio*

Beneficium, vt dicatur impletum ex perſona eius, cui fuit facta collatio, dum tractatur de ſolo illius fine, tunc ille actus collationis cenſetur eſſe abſolutus neque ad ſui perfectionem requirit traditionem poſſeſſionis. *deciſ.*86. *num.* 7. *Veroſpio.*

Beneficium de iure non præſumitur curatum, & ſic quod cura careat. *deciſ.*99. *num.*20. *Panzirolo.*

in *Beneficij* diſmembratione requiruntur omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienationibus rerum Eccleſiæ. *deciſ.*6.*num.*2.*Ghiſilerio.*

in Beneficij diſmembratione, quando dicatur cõcurrere defectus cauſæ, & ſolemniatum, *deciſ.*5.*nu.*6. *Ghiſilerio.*

in Beneficij diſmembratione copulatiuè requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa, cum ea dicatur alienatio. *deciſ.*6.*num.*1.*Ghiſilerio.*

Beneficiorum diuerſitas præſumitur ex diuerſitate poſſeſſorum. *deciſ.* 50. *nu.* 5. *Veroſpio.*

Beneficij dos, quando eſt ſuper cenſibus, dato, quod illi redimantur, pretium eorum eſt inueſtiendum in alijs cenſibus vel in ſtabilibus, ad hoc vt ipſa dos perpetuetur. *deciſ.*283.*nu.*21. *Pirouano.*

Beneficia Eccleſiæ Collegiatæ præſumuntur dotata ex bonis ipſius Eccleſiæ. *dec.* 226. *n.*11. *Ghiſilerio.*

Beneficia præſumuntur dotata de bonis ipſius Eccleſiæ. *deciſ.*226. *nu.*6. *Ghiſilerio.*

Beneficiorum dotes poſſunt cõſtitui ſuper cenſibus. *deciſ.*283. *nu.*14. *Ghiſilerio.*

Et hoc multo magis procedit, quando partim eſt ſuper bonis immobilibus, & partim ſuper cenſibus. *ibid. num.*15.

Beneficium poſtquam fuit obtentum ſi in excommunicationem incurratur, ſublato impedimento excommunicationis reuiuiſcit titulus beneficij per excommunicationem ligatus, non extinctus, ac mediante abſolutione in integrum reſtituitur, quaſi poſtliminio reuerſus, & ipſo iure recuperatur. *deciſ.*83. *nu.*20. *&* 21. *Merlino.*

Beneficium ſi ſit obtentum poſt incurſam excommunicationem, hoc caſu, ſi obtinẽs fuerit abſolutus ab excommunicatione, non cenſetur abſolutus à priuatione beneficij. *deciſ.*83. *nu.*15. *Merlino.*

Beneficijs obtentis excommunicatus regulariter nõ priuatur. *deciſ.*83. *nu.*3. *Merlino.*

Beneficij extinctio operatur nedum quoad ſubſtantiã, & eſſentiam beneficij, ſed etiam quoad formam, & titulum. *deciſ.* 140. *nu.*5. *Panzirolo.*

Beneficij fundatoris voluntas defraudarẽtur ſi bona de ſuo patrimonio aſſignata ſuis oriundis, & naturalibus ad extraneos tranſmitterentur. *deciſ.*232. *num.*12. *Carrillo.*

Beneficij fundator poteſt apponere eam legem, vt beneficium conferatur certo generi perſonarum, vel oriundis ex certo loco, Regno, Communitate &c. & non alienigenis. *deciſ.*232. *nu.* 6. *Carrillo.*

Et hoc tàm de iure Diuino, quàm iure Canonico. num.8. & de iure Ciuili nu. 9. *deciſ.* 232. *num.* 7. *&* 9. *Carrillo.*

in Beneficij fundatione, ſi quis afferat, quod d. beneficium non ſubſit poteſtati Papæ tanquam impoſſibilis, turpis, & contra ius conditio reijcienda eſt declara vt nu.10. & 11. *deciſ.*157. 9. *nu.*10. *&* 11. *Ghiſilerio.*

Beneficium, ſi attenta fundatione eſt ſacerdotale, ſi conferatur alicui, qui adhuc non ſit ſacerdos ipſo iure nulla, & inualida eſt collatio. *deciſ.*157. *n.*12. *Ghiſilerio.*

ex *Beneficij* proprij fructibus clericus debet viuere. *deciſ.*50. *nu.*17. *Veroſpio.*

Beneficij iurispatronatus poſſeſſor ſi non in loco beneficij, ſed in longinquis partibus deceſſerit, tunc facilius præſumitur ignorantia in patronis, quàm negligentia ad præſentandum. *deciſ.* 22. *num.* 11. *Panzirolo.*

Beneficium de iurepatronatus, ſi quis impetret ſub prætextu, quod patroni intra quadrimeſtre non præſentarunt, debet plenè probare, quod habuerunt ſciẽtiam vacationis.*dec.*221.*n.*10.*Panzirolo.*

Beneficium de iurepatronatus, quod pertineat ad aliquos, ex quo dicatur bene probatum.*deciſ.*221. *n.* 7. *Panzirolo.*

de Beneficij iurispatronatus vacatione nõ poteſt dubitari, ſi præſentati veniunt ex eadem vacatione. *deciſ.*87.*nu.*2. *Pirouano.*

Be-

Digitized by Google

Beneficium præſumitur de iurepatronatus ſi fuerit præſtitus conſenſus à patronis pro rempore, in reſignatione illius beneficij. *dec.221.n.5. Panzirolo.*

Beneficium, quando de vltimo ſtatu dicatur de iurepatronatus. *deciſ.221. nu.6. Panzirolo.*

ad Beneficium aliquod quod quis ſit idoneus, probari poteſt ex atteſtatione eius, cui fuit commiſſa executio litterarum. *deciſ.236. n. 12. Veroſpio.*

Beneficium, quis conſequi non poteſt ratione incompatibilitatis. *deciſ.293. nu.1. Merlino.*

Beneficium, vt dicatur litigioſum ad effectum ſubrogationis, ſufficit, ſi duo ſint præſentati ad idem beneficium, & vterque inſtat coram Ordinario ſuper inſtitutione obtinenda, & latæ fuerunt ſententiæ deſuper. *deciſ.7. nu.10. Carrillo.*

pro Beneficij libertate titularis habet intẽtionem pro ſe, vt beneficia ſine diminutione conferantur. *deciſ.3.num.22.Merlino.*

Beneficiorum ſuæ Diœceſis notitiam præſumitur habere Ordinarius. *deciſ.236. nu.7. Veroſpio.*

Beneficia Ordinis Hieroſolymitani non dantur, niſi verè profeſſis in eadem religione. *deciſ.240.nu.8. Ghiſilerio.*

Beneficium vtrum requirat ordinem pro eius cognitione ſemper recurritur ad conſuetudinem. *dec.14. num.6. Pirouano.*

de *Beneficio* Parrochiali ſimplici prouiſus conſequẽter tanquam de tali debet accipete poſſeſſionem. *deciſ.219.nu.14. Carrillo.*

Beneficij priuatio non incurritur ob irregularitatem ipſo iute, quæcumque illa ſit, niſi per Iudicis ſententiam ſecundum qualitatem irregulariratis priuetur irregularis. *deciſ.83. nu.23. Merlino.*

Beneficijs, vt quis priuetur ob recurſus ad Iudices laicos, qualiter dictus recurſus ſit probandus. *deciſ.83. nu.4. Merlino.*

Vide infra in verbo Recurſus.

Beneficij prouiſio eſt nulla, & ſubreptitia, ſi conferatur non ſacerdoti contra formam fundationis. *deciſ.157. nu.13. Ghiſilerio.*

in Beneficij prouiſione facta à Papa tãquam de reſeruato ſoler apponi clauſula, dummodo collatio ad nos &c. *deciſ.250. nu.8. Coccino.*

in Beneficij prouiſione facta à Papa motu proprio, tãquam de reſeruato, veluti ex capite Prothonotariatus, tunc prouiſus Apoſtolicus, etiam concurrẽte alterius partis iuſtificatione, quoad gratiã propriam non tenetur iuſtificare Prothonotariatum, à quo reſultat reſeruatio, ſed alia pars tenetur probare contrarium. *deciſ.250. nu.41. & 42. Coccino.*

Beneficium, ſi ſit impetratum vti reſeruatum, ſi detur fumus contra reſeruationem ſuperſedendum eſt in executione. *deciſ.174. nu.3. Buccabella.*

Beneficium, quando non eſt reſeruatum, vel aliàs affectum, vel litigioſum, ſi prouiſus ab Ordinario poſſideat cum titulo, regulariter eſt legitimus cõtradictor ad impediendum proceſſum executiuũ. *deciſ.225. n.19. Coccino.*

Beneficium ſi requirat reſidentiam, & id non fuerit expreſſum, gratia poteſt argui de ſubreptione. *deciſ.80.num.18.Macchiauello.*

Beneficia ſunt incompatibilia, quam requirunt perſonalem reſidentiam. *deciſ.303 nu.3. Motmanno.*

Beneficia ſubcollectorum, vt dicantur reſeruata, an ſit neceſſaria acceptatio d. Officij ſubcollectoria. *deciſ.225.num.10.Coccino.*

in Beneficio ſubrogatio non datur, ſi lis non ſit ſuper titulo beneficij. *deciſ.7.nu.9. Carrillo.*

in Beneficio, vt detur ſubrogatio requiruntur illa tria, nempe Clericatus lis, & obitus in poſſeſſione. *deciſ.7.nu.8.Carrillo.*

Beneficia ſimplicia ex generali cõſuetudine reſidentiam non requirunt. *deciſ.80.nu.19.Macchiauello.*

ad Beneficij ſtatum firmandum ſatis ſolet eſſe tempus 40.annorum. *deciſ.50.num.7.& 8.Veroſpio.*

in Beneficijs ſemper vltimus ſtatus attenditur, dum non conſtat de vltimo ſtatu antecedenti. *deciſ.247. num.17.Carrillo.*

contra Beneficij ſucceſſores manutenendus eſt penſionarius. *deciſ.62.num.27.Motmanno.*

Beneficia poſtquam ſunt ſuppreſſa, non poſſunt amplius conſiderari, vt eadem beneficia, niſi materialiter. *deciſ.140.nu.10.Panzirolo.*

Beneficiorum tituli ſi ſint ſuppreſſi, & extincti ſub reſeruatione amplius cadere non poſſunt. *deciſ.140. num.11.Panzirolo.*

Beneficia vacantia per obitum ſub collectorum ſunt reſeruata, & ad hoc vt intret reſeruatio, debet eſſe vnicus. *deciſ.225.nu.6.& 7 Coccino.*

Beneficij vacatio per omnimodam aſſecutionem tituli futuræ ſucceſſionis debet remanere conſumpta. *deciſ.80.num.2.Macchiauello.*

Beneficium non poteſt dubitari an ſit vacans, ſi vtraque pars veniat ex eadem vacatione. *deciſ.302. num.2.Panzirolo.*

Beneficij vacatio, quando dicatur conſumpta. *deciſ.51.num.3.Macchiauello.*

Beneficia vacantia in Eccleſijs Metropolitanis, aut Collegiatis, ſi ſint maiores poſt Pontificalem dignitatem, ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruata, in vim regul.4 *deciſ.236.num.1.Veroſpio.*

Beneficij valor, quando non poſſit dici mutatus. *deciſ.236.num.3.Veroſpio.*

Beneficij valor, vt iuſtificetur, ſufficit quæcumque probatio, etiam ſi ſit minor, quam ſemiplena. *deciſ.236.nu.6.Veroſpio.*

Vide infra in verbo Valor.

Beneficiorum vnio præſumitur, quando vnus ſolus ea poſſidet: & vide nu.9.& 10.d.50.nu.4. *Veroſpio.*

Beneficia plura ex quibus conſtet, quod ſemper fuerint adminiſtrata, & poſſeſſa per vnum, tamquam vnita. *deciſ.50.num.9.Veroſpio.*

Beneficiorum vnio probari poteſt ex enunciatiuis, alijſq. iuribus. *deciſ.50.num.12.Veroſpio.*

Beneficium præſumitur vnitum alio, ſi nominetur illius membrum, ſeù de pertinentijs. *deciſ.50.nu.11.Veroſpio.*

Beneficiorum vnio, vt dicatur ſortita effectum, ſufficit habuiſſe effectum in aliquibus. *deciſ.174. nu.10. Buccabella.*

Beneficij vnio facta cum clauſula ſine præiudicio poſſidentis, non ſuſpendit vnionis perfectionem, ſed illius tantum executionem protrahit in tempus obitus beneficiati, & ipſius beneficij vacationis. *deciſ.196 num.13.Buccabella.*

Beneficium, quando eſt vnitum, cum non vacat, ſequitur apertè, quod non ſit reſeruatum, nec vti tale poteſt impetrari. *deciſ.174.nu.4. Buccabella.*

Beneficiorum vnio quando ſunt plures, & diſtinctæ, tunc per effectuationem vnius non infertur ad effectuationem alterius. *deciſ.*196. *n.*9. *Buccabella.*

Beneficij vnio facta ſine præiudicio poſſidentis illud, non habet effectum, niſi illud per ceſſum, vel deceſſum &c. illius vacanerit. *deciſ.*196 *nu.*12. *Buccab.*

Beneficia aliqua ſi ſint vnita alicui Eccleſiæ, conſiderantur vti membra d. Eccleſiæ, & non remanent vti erant prius. *deciſ.*140. *num.*16. *Panzirolo.*

Beneficij vnio quando non fuit facta præbendis diſtributiuè, ſed menſæ capitulari, ſubſtineri non poteſt. *deciſ.*196. *num.*1 *Buccabella.*

Sed hoc procedit, quando vnio fuit facta per Ordinarium ſine auctoritate Papæ, quia tunc corruit ex defectu poteſtatis. *ibidem. nu.*2.

Beneficiorum vnio dicitur vnica, & non plures, ſi valor eorum in vnam tantum ſummam fuit coacervatus. *deciſ.*196. *nu.*11. *Buccabella.*

Beneficiorum vnio tantum vnica dicitur, & non plures, ſi appareat diſpoſitionem vnica oratione, ac verborum ſtructura factam fuiſſe. *deciſ.*196. *nu.*10. *Buccabella.*

Beneficiorum vnio, quando incidenter eſt probanda, ſufficiunt leuiores probationes. *deciſ.*50. *num.*15. *Veroſpio.*

Beneficiorum vnio ſi quo ad vnam partem habuerit effectum, ſufficit ad præſumendam effectuationem etiam quoad aliam partem. *deciſ.*196. *n.*5. *Buccab.*

extra Beneficij locum ſi potentia ſit, non poteſt haberi aliqua ratio, vt iuſpatronatus dicatur ex vſurpatione. *deciſ.*282. *nu.*22. *Veroſpio.*

Beneficium non afficit decretum latum ex falſa cauſa. *deciſ.*237. *num.*4. Motmanno.

Beneficia, ſi non præſtent ius aliquid agendi, & beneficiatum ne dum ex antidorali obligatione, ſed & ciuili, vel ſaltem officio Iudicis compellant ad remunerandum, ſi ei fiat aliqua donatio dicitur liberalis, & gratuita, non autem propriè remuneratoria. *deciſ.*243. *num.*8. *Merlino.*

Beneficia, & officia conceſſa à Principe, ſine iuſta cauſa, non poſſunt reuocari. *d.*201. *n.*52. *Dunozet.*

Beneficia, & merita gratis impenſa in Eccleſiam, quatenus ſint cauſa ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ, vt tamen rectè dicatur facta, quid requiratur. *deciſ.*243. *nu.*6. & 7. *Merlino.*

Beneficio vniuerſalis hæredis non poteſt vti legatarius. *deciſ.*8. *num.*7. *Dunozet.*

BENEPLACITVM.

Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ ex lapſu 30. annorum tunc præſumitur, quando adfuit obſeruantia, ſecus verò ſi ceſſauit. *deciſ.*202. *num.*7. *Pirouano.*

Quæ obſeruantia deficit, ſi intra tempus 30. annorum fuerit reclamatum, & ad hoc ſufficit quælibet contradictio, & reclamatio etiam extraiudicialis. *deciſ.*202. *num.*8. & 9. *Pirouano.*

Beneplacitum Apoſtolicum, ſi ſuper aliquo contractu inito per Eccleſiam ex abundanti requiratur, tunc ab eo contractu non licet recedere, licet adhuc dictum beneplacitum non fuerit habitum, vel expeditum. *deciſ.*218 *num.*14 *Ghiſilerio.*

Beneplacitum Apoſtolicum, antequam obtineatur ſuper contractu inito ſuper bonis Eccleſiaſticis, quando liceat ab eo contractu recedere, ita vt res dicatur integra. *deciſ.*218. *nu.* 13. & 15. *Ghiſilerio.*

Beneplacitum Apoſtolicum non requiritur in locatione bonorum Eccleſiæ, quotieſcumque doceatur de vna locatione ſolemni, ac legitimè facta nempè cum beneplacito Apoſtolico. *deciſ.*252. *nu.*10. *Merlino.*

Vel de duabus non ſolemnibus per quadraginta annos effectum ſortitis. *deciſ.*252. *nu.*10. *Merlino.*

Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiæ, ſtante obſeruantia præſumitur ſpatio 30. annorum. *deciſ.*5. *nu.*6. *Dunozet.*

Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in locatione bonorum Eccleſiæ, etiamſi ipſa res materialis ſit ſolita aliàs concedi, ſi in conditione, vel alio modo fuerit alteratum; tunc enim dicitur noua conceſſio. *deciſ.*252. *num.*11. & 12. *Merlino.*

Beneplaciti Apoſtolici in alienatione bonorum Eccleſiæ negatiua bene ex reuolutione actorum probatur. *deciſ.*186. *num.*6. *Pirouano.*

Beneplacitum Apoſtolicum requiritur, quando diſtrahuntur redditus annui Eccleſiaſtici. *deciſ.* 3. *num.*30. *Merlino.*

Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ ſpatio 30. annorum præſumitur interueniſſe. *deciſ.*202. *num.*5. *Pirouano.*

Beneplacitum Apoſtolicum vitiatur ex obreptione, & ſubreptione. *deciſ.*94 *nu.*60. *Merlino.*

Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione bonorum Eccleſiæ ex lapſu 30. annorum iuncta obſeruantia præſumitur interueniſſe. *deciſ.*186. *num.*10. & 11. *Pirouano.*

ſine Beneplacito Apoſtolico valet tranſactio ſuper decimis inita inter perſonas Eccleſiaſticas pro bono pacis. *deciſ.*220. *nu.*4. *Ghiſilerio.*

Beneplacitum Apoſtolicum requiritur in alienatione rerum Eccleſiæ, etiamſi alienatio fiat inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ. *d.*3. *num.*31. *Merlino.*

Beneplacitum Apoſtolicum non præſumitur in alienationibus rerum Eccleſiæ, etiam ſtante lapſu 30. annorum ſi non appareat de obſeruantia. *deciſ.* 304. *num.*10. *Machiauello.*

Beneplacitum Apoſtolicum interuenire debet in concordia rerum Eccleſiæ. *d.*5. *nu.*5. *Dunozetto.*

Beneplacitum Apoſtolicum ſolet regulariter requiri ad validitatem alienationis factæ de bonis Eccleſiæ. *deciſ.*173. *num.*3. *Veroſpio.*

Beneplacitum Apoſtolicum, & ſolemnitates in conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, quando non ſit neceſſarium. *d.*36. *nu.*6. *Buccabella.*

Beneplacitum Apoſtolicum in alienatione rerum Eccleſiæ, vt præſumatur, requiritur ſpatium 30. annorum. *deciſ.*94. *nu.*17. *Merlino.*

Beneuolentia pluribus ſignis ſtantibus legatum latè intepretandum eſt, quæ beneuolentia ex quo colligi poſſit. *deciſ.*239. *num.*11. *Veroſpio.*

BONA ECCLESIASTICA.

Bonorum Eccleſiæ alienatio, vt validè fiat quid requiratur. *deciſ.*36. *num.*5. *Buccabella.*

in Bonorum Eccleſiaſticorum alienationibus perpetuis, conceſſionibuſque in emphyteuſim detrahatur ſexta pars valoris fructuum, quæ non deducitur in alienationibus temporalibus. *deciſ.*94. *nu.* 66. *Merlino.*

Bona Eccleſiæ male alienata peti poteſt ad ea reintegra-

t tegra-

Digitized by Google

tegratio nomine Eccleſiæ,vel ex conditione legis, vel ex can.reintegrand. vel ex officio Iudicis. *deciſ.94.num.6.Merlino*.

in Bonorum Eccleſiæ conceſſione,ſemper requiritur euidens vtilitas. *deciſ.243.nu.9.Merlino*.

Bonorum Eccleſiæ alienatio ad hoc, vt dicatur vtilis,non ſtatur aſſertioni contrahentium.*deciſ.252. num.21.Merlino*.

Bonorum omnium venditione venit iuſpatronatus. *deciſ.228.num.19.Veraſpio*.

Bona clericorum pauperum eſſe dicuntur. *deciſ.194. num.32.Dunozet*.

Bona ab Eccleſia recepta, tamquam Chriſti peculium,auferenda ſunt ab illegitimis, quos habere ſucceſſores ſcandalum, & noxium videtur Ordini Clericali. *deciſ.30 num.38.Merlino*.

Bona Eccleſiaſtica alienari ſolita poſſunt abſque ſolemnitate, & beneplacito Apoſtolico concedi. *deciſ.243.num.1.Merlino*.

Bona Eccleſiæ, ſi alienentur fauore alterius Eccleſiæ,nihilominus requiruntur ſolemnitates neceſſariæ in alienatione dd.bonorũ.*d.191.nu.11.Panzir*.

Bonorum Eccleſiæ incorporatio facta Capitulo d. Eccleſiæ,non ſubſtinetur ſi non appareat factã eſſe cum debitis ſolemnitatibus. *d.191.n.10. Panzir*.

Bona eccleſiaſtica,vt poſſint concedi ſine ſolemnitatibus, quia ſint ſolita alienari,requiritur, vt duret eadem cauſa primæ conceſſionis, & res perſeueret in ſtatu primo, neque ſit mutata, ſecus vero ſi ceſſauerit,& fuerit mutata.*d.243.nu.17.Merlino*.

Bona eccleſiaſtica,quando ſunt alienata ſine ſolemnitatibus, non eſt opus videre, an cauſa ſubſiſtat, propter neceſſitatem ſimultanei concurſus. *deciſ. 202.num.10.& 16.Pirouano*.

Bona eccleſiaſtica ſolita alienari, ſi fuerint applicata,& incorporata menſæ Prælati, tunc ſine ſolemnitate amplius concedi non poſſunt. *deciſ. 243. num.18.Merlino*.

Bona Eccleſiæ alienari non poſſunt. *deciſ.294.nu.9. Veroſpio*.

in Bonis inſeparabilibus clericorum, hoc eſt, quæ ſunt penes venditores venalia, vt puta panem, carnem, &c. ſi ſuper iſtis imponatur gabella, Clerici ad eam ſoluendam non tenentur. *deciſ. 159. num.8. Coccino*.

Et iſta eſt communis,& vera ſententia,licet alij contrarium ſenſerint. *deciſ.159. nu.9. Coccino*.

Bona Clericorum ſeparabilia ideſt quæ ſtant penes ipſos Clericos, ſunt exempta à quibuſuis gabellis. *deciſ.159.num.1.Coccino*.

Ita vt exigentes tales gabellas incurrant ſentẽtiam excõmunicationis Cœnæ Domini.*d.159.n.2.Cocc.*

Bona eccleſiaſtica, licet alienentur inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ,nihilominus requiritur beneplacitum Apoſtolicum.*deciſ.3.nu.31.Merlino*.

in Bonorum Eccleſiæ alienatione vtilitas debet eſſe clara,& euidens non autem turbida, ita vt conditio Eccleſiæ patenter melior, & locupletior fiat. *deciſ.243.num.5.Merlino*.

Bona eccleſiaſtica præſumuntur validè alienata,ſi Iudices Delegati ad id cognoſcendum, pronunciauerint conſtare de vtilitate.*d.94.nu.11.Merlino*.

pro Bonorum Eccleſiæ conceſſione motiuum meritorum ſolet eſſe ſufficiens, vt homines inuitentur ad benefaciendum Eccleſijs.*d.243.n.3.Merlino*.

Bona eccleſiaſtica,vt dicantur ſolita concedi in emphyteuſim,requiritur,vt vel vna cõceſſio valida,& ſolemnis, vel duæ minus ſolemnes cum curſu 40. annorum adſint. *deciſ.36.nu.7. Buccabella*.

BONA IN PROPHANIS.

in Bonis aduentitijs filiorum non ſolum pater habet vſumfructum, ſed etiam commodũ, & quaſi vſumfructum in pecunijs aduentitijs eorumdem. *deciſ. 35.num.5.& 6.Coccino*.

in Bonis Laicorum non habet locum Bulla Pij V. contra illegitimos,ſi nullam habeant mixturam cum bonis eccleſiaſticis. *d.30.nu.39.Merlino*.

Bona alienandi ſi teſtator licentiam dederit in caſu maximæ neceſſitatis, de qua neceſſitate ſit intelligendum. *deciſ.24.num.23.Dunozet*.

Bonorum appellatione veniunt bona vbicumque exiſtentia. *deciſ.165.num.22.Ghiſilerio*.

Bona allodialia æſtimantur in redditu quinque pro centenario. *deciſ 94.nu.56.57.Merlino*.

Bona ſi ſint ceſſa,vt non reddantur inutilia, debent cedi etiam eorum actiones.*deciſ.173.n.19.Veroſp.*

in Bonis,& iuribus ceſſis, nullum ius cedenti competit. *deciſ.151.num.11.Motmanno*.

Bonorum deſcriptio in inuentario probat poſſeſſionem defuncti, contra ipſos inuentarium conficiẽtes. *deciſ.23.num.7.Motmanno*.

Bonorum diuiſioni facta inter ſocios auctoritate Iudicis, ſi non interuenerint creditores, & nec fuerunt citati, ea diuiſio eis nullum damnum facit, nec præiudicat. *deciſ.205. nu.7. Buccabella*.

Bona donata, ſi longè excedant onus impoſitum, in exceſſu donatio dicitur lucroſa, *deciſ. 27. num.2. Motmanno*.

Bonorum emphyteuticorum dominium quando ſumus in antiquiſſimis, nedum probatur per inſtrumenta locationum, & perpetuæ emphyteuſis, ſed etiam per coniecturas, & præſumptiones. *deciſ. 234.num.1.Pirouano*.

Bonorum emphyteuticorum deuolutio intrat ſi per plures annos fuerit ceſſatum in ſolutione canonis. *deciſ.288.num.1.Ghiſilerio*.

Bonorum emphyteuticorum identitas probanda eſt per agentem rei vindicatione. *d.288.nu.3. Ghiſil.*

Bona empta per hæredem, quando dicantur hæreditaria effecta. *deciſ.276.num.1.Dunozet*.

in Bonis feudalibus fœminæ non ſuccedunt.*dec.132. num.12.Buccabella*.

Bonorum feudalium alienatio facta ſine cõſenſu Domini directi non tenet. *deciſ.228.nu.28. Veroſpio*.

Bona, quod ſint fideicommiſſaria, doceri poteſt ex inſtrumento diuiſionis factæ inter cohæredes, vbi aſſeritur, quod bona erant fideicommiſſaria. *deciſ. 261.num.1.& 4.Ghiſilerio*.

Bona probantur adeſſe in hæreditate fideicommittentis ex inſtrumento diuiſionis factæ inter cohæredes. *deciſ.131.num.2.Dunozet*.

Item etiam ex inſtrumento bonorum hæreditatis, facto per hæredem grauatum. *d.131 n.3. Dunoz.*

Bona fideicommiſſo ſubiecta, rectè poſſunt alienari, pro reſtitutione dotis vxori fideicommittentis. *deciſ.92.num.1. Macchiauello*.

in Bonis fideicommiſſarijs non eſt deneganda immiſſio fideicommiſſario propter exceptionem ſupplementi

Digitized by Google

menti legitimæ, ſi hoc ſit omninò incertum, & illiquidum. *deciſ.220.num.5.Buccabella.*

Bona etiam arctiſſimo fideicommiſſo ſubiecta, poſſunt diſtrahi ad effectum conſtituendi dotem pro ſpiritualibus nuptijs. *deciſ.30.num.14. Merlino.*

Quod etiam intellige pro ſpuria, in quam cauſam rectè bona fideicommiſſaria alienautur. *deciſ. 30. num.15.Merlino.*

Quamuis fideicommittens expreſsè id prohibuiſſet. *deciſ.30.num.16.Merliino.*

Bona aliqua, quod fuerint fideicommittentis probatur, ſi id conſtet ex Teſtameuto, & Codicillis ipſius. *deciſ.88. num.11.Ghiſilerio.*

Item probatur ex diuiſione facta inter fratres de hæreditate paterna. *ibidem. num.12.*

Bonorum fideicommiſſorum emptor ſi ſoluerit debitum dotale fideicommittentis, in reliquo poteſt à fideicommiſſario pulſari, & pro illa rata uon denegatur immiſſio. *deciſ.92.num.3.Macchiauello.*

Bona, & iura quæ alio iure perueniunt ad hæredem grauatum, quàm fideicommiſſario, non veniunt in reſtitutioue fideicommiſſi. *dec.72.n.17.Pirouano.*

in Bonis fratris ſoror non poteſt prætendere aliquam legitimam. *deciſ.301.num.2.Motmanno.*

Bona, vt dicantur hæreditaria, probatio ad hoc, vt releuet, debet percutere tempus mortis teſtatoris, ſeu facti inueutarij. *deciſ.127.nu.7. Merlino.*

Bona hæreditaria nunquam dicuntur vacantia, ſtante ſtatuto de continuanda poſſeſſione defuncti in hæredem. *deciſ.158.nu.8.Panzirolo.*

Bona empta ab hærede pro ſe ipſis, & eorum hæredibus cum clauſula ad habendum, cenſentur empta nomine proprio, nou autem nomine hæreditatis. *deciſ.276.num.2.Dunozet.*

Bona hæredis non poſſunt dici ipſius propria, ſi reperiantur ſuppoſita antiquiori fideicommiſſo. *deciſ.300.num.19.Panzirolo.*

Bona hypotecata, & obligata tranſeunt cum ſuo onere. *deciſ.261.num.22.Ghiſilerio.*

inter Bona immobilia connumerautur cenſus, & eorum appellatione veniuut. *d.235.nu.4.Motmãno.*

Bona omnia deſcripta in inuentario ex quibus præſumatur, quod ſint vltimi defuncti. *deciſ.261.nu.23.Ghiſilerio.*

Bona iuriſdictionalia æſtimantur ad rationem duorũ cum dimidio circiter pro centenario. *deciſ.94. num.57 Merlino.*

Bonorum teſtatoris identitas cõcludenter probatur ex diuiſione dictorum bonorum facta inter fratres. *deciſ.96.nu.6. Buccabella.*

Vide infra in Verbo Identitas.

Bona exiſtentia inter eoſdem confines idem de his, quàm de alijs eſt iudicandum. *deciſ.40. num.31. Ghiſilerio.*

Bona aliqua, ſi tanquã libera fuerunt ceſſa, ſi poſtea reperiatur, quod non erant libera, ſi impedimentũ ſubmoueatur perinde eſt, ac ſi à principio fuiſſent liberè tradita, & illa poſſeſſio capta tunc ſuffragatur. *deciſ.204.num.1.Veroſpio.*

Bona litigioſa quando emuntur valde veriſimile eſt, quod ſint empta viliori pretio, vt communiter accidit. *deciſ.300.num.16.Panzirolo.*

Bonorum litigioſorum alienatio eſt prohibita ſtante dolo, & fraude alienantis. *deciſ.228.nu.19 Veroſp.*

Bonorum litigioſorum alienatio, ſi fiat à tertio, qui non eſt in lite, valet. *deciſ.228.nu.19.Veroſpio.*

Bona uon poſſunt dici litigioſa, ſi in eis uulla lis fuit mota. *deciſ.173.num.21.Veroſpio.*

Bonorum litigioſorum alienatio prohibita eſt ſtante dolo, & fraude alienantis. *d.228.n.19.Veroſpio.*

in Bonis materuis debetur filijs legitima. *deciſ.220. num.4.Buccabella.*

Bonorum medietas debetur ſocio, in quibus fuit ſocietas. *deciſ.28.nu.1.Buccabella.*

Bona mobilia, vel immobilia nou ſunt cenſus, ſed conſtituunt tertiam ſpeciem bonorum à mobilibus, vel immobilibus. *deciſ.235.nu.2. & 3. contra num.5.Motmanno.*

Bona mobilia ex qualitate, perſonæ, & patrimonij arbitrantur. *deciſ.274.nu.4.Virili.*

Bona mobilia præſumuntur eſſe in notabili quantitate, & qualitate ſtante nobilitate, & diuitijs teſtatoris. *deciſ.276.nu.6.Dunozet.*

Bona mobilia vſu conſumuntur. *deciſ. 312. num.7. Panzirolo.*

contra Bona obligati creditor debet ire, & uon contra tertium. *deciſ.3.num.61* Merlino.

Bona obnoxia pro reſtitutione dotis nõ poſſunt exequutioni demandari in præiudicium ipſius vxoris. *deciſ.24.num.21.Dunozet.*

Bona, ſi fuiſſent data in ſolutum, non fuiſſet conuentum, vt illa reſtituerentur. *d.261.nu.18.Ghiſilerio.*

Bonis paternis, & maternis, ſi filia renuntiet, in ea renunciatione non comprehenditur portio bonorũ ipſi filiæ acquiſitæ, non tanquam hæredi, ſed vti quid ſuum, vel ex alia cauſa ſibi debitum. *deciſ.45. num.24.* Motmanno.

ex Bonorum aliquorum ſpecificatione non infertur ad non ſpecificata. *d.187.num.10.Panzirolo.*

Bona ſtabilia, vt Ferrariæ acquiri poſſint, quid in hoc diſponat Statut.d.Ciuitatis l.2. cap. 98. *deciſ.187. num.14.15.& 16.Panzirolo.*

Bona ſubrogata in locum bonorum fideicommiſſariorum perinde eſt, ac ſi fuiſſent ab initio relicta in *hareditate* fideicommittentis. *deciſ.164. n.15. Ghiſilerio.*

Bonorum Teſtatoris non exiſtentia præſumitur, ſi in inuentario d.bona deſcripta non ſint, quæ ſi extitiſſent veriſimiliter non fuiſſent omiſſa. *deciſ.127. num.15.Merlino.*

Bonorum tranſlatio impeditur ex aliquo eorum vitio reali. *deciſ.228.nu.3.Veroſpio.*

Bona non eſt curandum quærere vnde pronenerunt, quaudo alimenta alicui quis tenetur præſtare. *dec. 194.num.67. Dunozet.*

Bona aliqua, ſi quis ex proprijs pecunijs emiſſet, non eſt veriſimile, quod ipſe ſemper tacuiſſet, ſi alius fructus illorum percipiſſet. *deciſ.245.nu.21. Ghiſilerio.*

Bononiæ iuuenes vocantur potius ad differeutiam ſexus, quam ætatis. *deciſ.93.nu.9.Dunozet.*

B R E V E.

Breue, quando eſt commiſſarium, qualiter ſit procedendum. *deciſ.261.nu.12.Ghiſilerio.*

Brene, ac litteræ Apoſtolicæ, quando ſunt iuſtificatæ ſunt exequendæ. *deciſ.174.nu.1.Buccabella.*

B V L L A.

Bulla in Cœna Domini prohibens recurſum ad Iudices

ces laicos, & cap. quoniam de immūn. Eccleſ. in 6. ſunt reſtricta ad illos, qui impediunt iuriſdictionem eccleſiaſticam, nu. 15. *deciſ.* 240. *nu.* 15. *Ghiſilerio.*
in Bullarum plica non eſt neceſſarium, quod adſit annus. *deciſ.* 226. *nu.* 26. *Ghiſilerio.*
Bullas, Collectas, & Penſiones ſoluendi onus ſpectat ad Prælatum, & non ad Eccleſiam. *deciſ.* 94. *n.* 64. *Merlino.*

C

CADVCITAS.

in Caducitatis pœnam non incurrit emphyteuta, qui alienauit ſine conſenſu Domini, ſi ante illius declarationem, & ius quæſitum ſucceſſori in emphyteuſi, obtinuerit reſcindi venditionem. *deciſ.* 45. *nu.* 13. *Motmanno.*
Caducitati non eſt locus, ſi teſtator in caſu moræ, non appareat alios vocaſſe. *deciſ.* 230. *nu.* 5. *Motmanno.*
ad Caducitatis pœnam inducendam, debitum litigioſum, non eſt debitum. *deciſ.* 26 *num.* 7. *Dunozet.*
in *Calaritana* Eccleſia à tempore, cuius initij memoria non extat, dies S. Clementi Papæ, & Martyri feſtus quotannis ſolemni ritu celebratur. *deciſ.* 251. *num.* 3. *Motmanno.*

CALCVLVS.

de Calculi errore dari non poteſt, ſtantibus ampliſſimis renunciationibus. *deciſ.* 52. *num.* 37. *Pirouano.*
Calculis auctoritate Magiſtratus factis fides eſt adhibenda. *deciſ.* 52. *nu.* 36. *Pirouano.*
Calculatoribus relationi ſtandum eſt. *deciſ.* 47. *nu.* 7. *Panzirolo.*

CALVMNIA.

abſque Calumnia apertiſſima non poteſt deduci in litem ius percipiendi penſiones, ſi reſeruatio ſit clara. *deciſ.* 3. *nu.* 16. *Merlino.*
in Calumnia iudicanda plurimum pollet religio iudicantis, qui ex varijs cauſis, & perſonis ſolet calūniam concipere, & non concipere. *deciſ.* 73. *n.* 10. *Coccino.*
Calumnia, quando dicatur vehemens in petitione remiſſoriæ, hoc iudicare pendet ab arbitrio Iudicis, qui ex varijs cauſis ſolet calumniam concipere, & non concipere. *deciſ.* 41. *nu.* 34. *Coccino.*
Calumniæ præſumptio impedit, ne concedatur noua remiſſoria. *deciſ.* 41. *num* 37. *Coccino.*

CAMBIA.

Cambiorum iuſtitia, & realitas dependere non debet à ſola confeſſione & declaratione partium. *deciſ.* 292 *num.* 4. *Veroſpio.*
Cambia non ſemper ſunt vniformia, dum pro libito Mercatorum non ſequitur valutatio auri, vt dicunt de Marco. *deciſ.* 52. *nu.* 25. *Pirouano.*
ſuper Cambijs iteratis concordiæ emanatæ, non ſufficiunt pro iuſtificatione quantitatis debitæ, cum nō ſit in eorum facultate facere licitum, quod eſt per Canones prohibitum. *deciſ.* 52. *n.* 28. *Pirouano.*
Vt propterea ad veritatem detegendam, & confuſionem euitandam eligendi ſint periti. *deciſ.* 52. *n.* 29. *Pirouano.*
Cambia iterata oriri ſolent, vel ex mandato de accipiendo ad cambium ſummam contractam, & illam recambiando ad effectualem vſque ſatisfactionem. Vel ex mora in non ſoluendo ſecuta interpellatione, & nu. 32. *deciſ.* 52. *nu.* 31. & 32. *Pirouano.*
Cābia ſi ſint probāda per teſtes litteras, inſtrumenta. aut per libros, cognitio huiuſmodi ad Mercatores peritos certè non erit referenda, ſed ad Iudices iuriſperitos. *deciſ.* 52. *nu.* 15. *Pirouano.*
Qui ſecundum earumdem legum determinationem iudicare debent ſuper concludentia, & validitate probationum. *deciſ.* 52. *nu.* 16. *Pirouano.*
in Cambijs, ſi pretium, ſeu valutatio excederet pretium declaratum per Magiſtratum in nundinis, per illam inæqualitatem & ſic iniuſtitiam cambium eſſet reprobatum, & ſiccū. *deciſ.* 52. *n.* 27. *Pirouano.*
Cambiorum reiteratorum cognitio, ex quocumque capite proueniant, ſpectat non ad Mercatorem, ſed ad Iudicem, qui cuncta rimari debet per ocularem inſpectionem. *deciſ.* 52. *nu.* 33. *Pirouano.*
ad Cambium poteſt pecunia dari, & taxari certum lucrum ab initio. *deciſ.* 52. *nu.* 21. *Pirouano.*
Cambia iuſtificantur ex tranſmiſſione litterarum, & litteris redditus. *deciſ.* 171. *nu.* 1. *Coccino.*
de Cambiorum qualitate, & quantitate quādo agitur, eorum iuſtificatio abſque peritorum iudicio haberi non poteſt. *deciſ.* 52. *nu.* 1. *Pirouano.*
Cambium, an poſſit contrahi pactione adiecta, vt dās ad cābium pro nūdinis futuris, poſſit pro debitore loco nundinarum ſoluere. *deciſ.* 52. *n.* 19 *Pirouano.*
Cambiorum contractus determinare, an magis ſpectet ad Canoniſtas, vel ad Legiſtas. *deciſ.* 52. *n.* 13. *Pirouano.*
in Cambiorum materia periti ſaltem ſunt eligēdi ſuper calculatione ſummarum ex illis prouenientiū. *deciſ.* 52. *nu.* 34 *Pirouano.*
in Cambiorum materia determinatio iuſtitiæ pretij pertinet ad iuriſperitos, nō autem ad ſtylum Mercatorum, in quorum facultate non eſt valutandi propriam pecuniam acceptam, vel ad cambium datā. *deciſ.* 52. *nu.* 23. *Pirouano.*
Sed tenentur ſequi pretium per Magiſtratum impoſitum in locis, in quibus nundinæ ipſę celebrantur. *deciſ.* 52. *nu.* 24. *Pirouano.*
Cambia modo minus, modo plus & quando damnum afferunt. *deciſ.* 52. *nu.* 26. *Pirouano.*
ad Cambium dans mandatum accipiendi pecuniam, ſi in tempore non ſit, ſolutum debitum, in mora conſtituitur. *deciſ.* 52. *nu.* 22. *Pirouano.*
Cambiorum contractuum cauſæ propriæ pertinent ad Canoniſtas, & Legiſtas non autem ad Mercatores ſacrorum Canonum, & Legum ignaros. *deciſ.* 52. *num.* 12. *Pirouano.*
Cambiorum quæſtiones incidentes in Rota deciduntur ſecundum Canonicas ſanctiones, non autem de voto Mercatorum. *deciſ.* 52. *nu.* 18. *Pirouano.*
Cambiorum iuſtitia, & realitas aliundè, quàm ex aſſertione partis debet probari. *deciſ.* 287. *num.* 20. *Verospio.*
ad Cambium habens facultatem accipiēdi pecuniam, poteſt de voluntate debitoris accipere à ſe ipſo. *deciſ.* 52. *nu.* 20. *Pirouano.*
Cambiorum ſubſtantia conſiſtit in cōſenſu recipientium, & dantium ad cambium. *deciſ.* 52. *num.* 14. *Pirouano.*
in Cambiorū contractibus determinandis Iudex non eget iudicio Mercatorum peritorum. *deciſ.* 52. *nu.* 11. *Pirouano.*

Can-

Cancellaria in dignitatibus vacantibus in Eccleſijs Cathedralibns, aut Metropolitanis, nnnquam requirit expreſſionem valoris, ſed ſecus in Collegiatis vide rationem. *deciſ.236.n.20.& 19.Veroſpio.*
ad *Canoniſtas*, & Legiſtas propriè pertinet cognitio contractuum cambiornm non autem ad Mercatores ſacrorum Canonum, & legum ignaros. *deciſ 52. num.12. Pirouano.*
Canonum ſolutiones ſolæ ſufficiunt ſi ſint ſupra 30. annos ad probandum directum dominium in vim præſcriptionis. *deciſ.234. nu.3. Pirouano.*

CANONICATVS.

Canonicatus poſſeſſio, vt valeat, debet accipi capitulariter. *deciſ.216. nu.13. Carrillo.*
cum Canonicatu, quod ſit ſolitum conferri aliqua dignitas, id probari poteſt ex conſuetudine Inducta per diuturnam poſſeſſionem. *d.236. nu.1.Veroſpio.*
Canonicatuum dotatio preſumitur facta de bonis Eccleſiæ, non antem Epiſcopi. *dec.226.n.5.Ghiſilerio.*
ad Canonicatũ, ſi quis fuerit à proprio Epiſcopo promotus, conſequens eſt, quod antea ritè, & rectè ad Clericatum fuerit admiſſus. *deciſ.162.num.3. Buccabella.*
Canonicatus obtineri poteſt cum Archidiaconatu abſque diſpenſatione ſtante ſic conſuetudine. *deciſ. 256.nu.6. Motmanno.*

CANONICVS.

Canonici, ſi aliqnid exegerũt, quod poſtea veniat reſtituendum, licet dd. Canonici defuncti ſint, quia quando agitur contra eos, non agitur contra perſonas vti ſingulas, ſed contra Capitulum, vti Collegium, quod cum nunquam moriatur, ideo tenentur ad reſtitutionem illi Canonici, qui adſunt tempore quo conueniũtur. *deciſ.3.n.64. Merlino.*
Canonici non tenentur in Capitulo admittere, ſi nolint Epiſcopum, vel Vicarium. *d.112.n.9. Coccino.*
Canonicis ſolis legatum relictum, vel ſoli Epiſcopo cenſetur adhuc relictum vniuerſo Clero, vel Eccleſiæ. *deciſ.59. num.40. Merlino*
Canonicis Cathedralibus, & non alijs committuntur cauſæ per litteras Apoſtolicas aut legatorum. *deciſ.256. nu.15. Motmanno.*
Canonicorum electio, quod poſſit pertinere ad Capitulum, id acquiri poteſt ex præſcriptione longi tẽporis, per plnres continuatas electiones. *deciſ.71. num.11. Macchiauello.*
contra Canonicum exemptum abſque Capitulo Epiſcopus ſolus regulariter non procedit. *dec.4. n.17. Ghiſilerio.*
Canonicorum aliquorum negligentia non poteſt nocere Capitulo. *deciſ.67. nu.3. Coccino.*
Canonici habent ius ſe congregandi. *deciſ.112. n.10. Coccino.*
Canonicorum electio in Eccleſijs Collegiatis ſpectat ad Capitulum. *deciſ.71. nu.2. Macchiauello.*
Canonicorum electio ad Capitulũ ſpectare poteſt ex ſtatutis fundamentalibus, & ex præſcriptione longi temporis. *deciſ.71. nu.4. Macchiauello.*
Canonicorum electio ſpectat ad ſolum Epiſcopum, quando cõſtat Canonicatus de bonis Epiſcopi fuiſſe fundatos. *deciſ.71. nu.3. Macchiauello.*
Canonici ſunt adminiſtratores anniuerſariorum priuatiuè, quoad beneficiatos. *deciſ.59.n.39.Merlino.*
Canonici maiorem portionem obtinere debent, quàm beneficiati, in diſtributione anniuerſariorum. *deciſ. 32.nu.14. Veroſpio.*
Capellam, ſi teſtator mandauit conſtrui ab hærede, ſi poſtea conſtructa reperiatur, nec apparet à quo, præſumitur conſtructa ab hærede in executionem voluntatis teſtatoris. *deciſ.191. num.6. Panzirolo.*
Canonici quando ſe congregant in Choro, tunc illis poteſt intimari declaratoria. *deciſ.67.n.4. Coccino.*
ad *Capacitatis*, vel incapacitatis effectus, quod tempus attendatur. *deciſ.26. nu.12. Dunozet.*
vti *Capitale*, quando petuntur fructus, tunc veniunt omnes, etiam percepti ante motam litem. *deciſ.3. num.6. Merlino*, & quare habes nu.7.

CAPITVLVM.

Capitulum, quamuis iure proprio non habeat iuriſdictionem in locis Diœceſis, poteſt tamen illam habere ex conceſſione adminiſtrationis ſibi demandatæ ab Archiepiſcopo. *deciſ.22.nu.7. Veroſpio.*
Capitulo legatum ſi ſit relictum, non cenſetur etiam relictum beneficiatis, cum appellatione Capituli non veniant beneficiati. *deciſ.59. num.37. & 38. Merlino.*
Capitulum quando veniat appellatione Epiſcopi. *deciſ.279. num.11. Merlino.*
Capitulo competit tunc multo magis adminiſtratio bonorum Eccleſiæ, ſi concurrat obſeruantia. *deciſ. 279. n.6. Merlino.*
Capitulum, ſi recipiat fomentum ab Epiſcopo, habet intentionem fundatam in perceptione decimarum. *deciſ.22.nu.6 Veroſpio.*
ad Capitulum, & Canonicos ſpectat ius eligendi Canonicos in Collegiatis. *deciſ.226. nu.1. Ghiſilerio.*
Capitulum Religionis Hieroſolymitanæ an poſſit cõdere ſtatuta, & ordinationes. *deciſ.219. num.4. Ghiſilerio.*
Capituli loci valuæ habentur pro habitatione ipſius Capituli. *dec.67. nu.6. Coccino.*
abſque Capitulò Epiſcopus ſolus non poteſt procedere contra Canonicum exemptum. *deciſ.4. nu.17. Ghiſilerio.*
penes Capitulũ reſidet poteſtas ferendi leges, ſeu ſtatuta condendi ſuper rebus, & negotijs ad Eccleſiã ſpectantibus, & pro ipſius tranquillo regimine, & nu.19. *deciſ.76. nu.1. Merlino.*
contra Capitulum, quando fertur interdictum, an ſit ſpeciale. *deciſ.20. nu.19. Coccino.*
Capitulo tanquam corpori miſtico Pontifices contulerunt iuriſdictionem condendi leges, & ſtatuta pro negocijs ad Eccleſiam ſpectantibus. *deciſ.76. nu.2. Merlino.*
Capitulum vigore præſcriptionis poteſt ius, quod habet Epiſcopus eligendi Canonicos acquirere. *deciſ.71. nu.16. Macchiauello.*
Capitula, ſi omninò recuſant ſe viſitari, vel corrigi ab Ordinario, non poſſunt ſe tueri concordijs, ſtatutis &c. niſi interuenerit confirmatio ex certa ſcientia, & cum cauſæ cognitione. *deciſ.105. num.21. Ghiſilerio.*
Capituli ſtatuta recipiunt robur ab auctoritate Epiſcopi. *dec 107.nu.8. Veroſpio.*
Capitulum ex ſe poteſt per nouam conſtitutionem ſtatuere in Eccleſia id, quod iure communi cautum eſt. *deciſ.32. num.9. Veroſpio.*
Itaut ex eadem conſtitutione reſtituenda ſit diſpoſitio

ſitio iuris communis, quæ ab alia conſuetudine fuit abrogata. *deciſ.32. nu.10. Veroſpio.*

Capitulum, ſi doceat de ſua quaſi poſſeſſione, quod Epiſcopus in cauſis capitularibus non poſſit ſine Adiunctis procedere, in ea ſunt manutenendi. *deciſ.105. num.52. & 26. Ghiſilerio.*

Capitulo ſi ſit intimanda declaratoria, ſi illud præſtat impedimentum, ne capitulariter poſſit intimari, tunc parti qualiter ſuccurratur. *dec.67. n.5. Coccino.*

Capitulum poteſt noua ſtatuta conficere ſuper diuiſione anniuerſariorum, dummodo ea ſtatuta non ſint contraria obſeruantiæ Eccleſiæ, aut voluntati defunctorum. *deciſ.32. nu.11. Veroſpio.*

Capitulum ex quo probetur, quod habeat legitimam adminiſtrationem bonorum Epiſcopi. *deciſ.22. n.7. Veroſpio.*

Capituli conſenſus an ſit neceſſarius in erectione officij ſacræ Pœnitentiariæ. *deciſ.222. n.11. Merlino.*

Capitulorum aliquorum declarationem vide in calce Indicis.

Capitulariter debet accipi poſſeſſio Canonicatus, vt valeat. *deciſ.219. num.13. Carrillo.*

Cappas in Collegiata, ſi petatur deferri, non eſt in iure cautum, quod narretur Papæ, quod illæ non deferuntur in Cathedrali. *deciſ.258. nu.19. Carrillo.*

ad *Capſerij* officium ſolum ſpectat aperire gruppos, & creditores facere tranſmittētes. *deciſ.154. n.11. Dunozetto.*

ad Capſerij officium pertinet recipere pecunias ad Banchum tranſmiſſas. *deciſ.154. nu.12. Dunozet.*

C A R C E R.

Carcerandi ſuſpectum de fuga, qui facultatem habet, poteſt etiam verbo citare in ordine ad primum. *deciſ.295. num.30. Ghiſilerio.*

Carcerare qui poteſt ſuſpectū de fuga, ſine dubio poteſt etiam eundem verbo citare. *deciſ.295. nu.27. Ghiſilerio.*

ad Carcerationis effectum, non dicitur relaxatum monitorium contra latitantem, ſi in eo comminētur non ſolum pœnæ, ſed etiam proceſſus ad vlteriora, prout iuſtitia exegerit. *deciſ.4. nu.27. Ghiſilerio.* cū tunc magis concitatur ad fugā. *ibid. n.29.*

C A R D I N A L I S.

Cardinales collatores non comprehenduntur ſub regula 8. hodie noua Cancellariæ. *deciſ.118. num.2. Buccabella.*

per Cardinales quindecim Romæ tempore Marcelli Primi exercebatur ſacrum officium Pœnitentiariæ. *deciſ.222. nu.4. Merlino.*

Vide infra in verbo Pœnitentiaria.

Caſtitatem, ſic lex 12. tabul. coluit, vt pietatem omnem abiecerit. *deciſ.30. nu.30. Merlino.*

Caſtra, quamuis iuriſdictionalia, ſi ſint ſita extra ſtatum Eccleſiæ, præſumuntur conceſſa titulo potius donationis, quàm in feudum. *deciſ.285. nu.3. declara, vt nu.4. & 5. Motmanno.*

C A S V S.

Caſus ſubſtitutionis, quando euanuit, illa omninò deficit *deciſ.149. num.1. Buccabella.*

Caſus à ſtatuto omiſſus remanet ſub diſpoſitione Iuris communis. *deciſ.110. num.25. Motmanno.*

in Caſu vno, ſi ſit conceſſa facultas, cenſetur adempta in alijs caſibus. *deciſ.4. nu.14. Ghiſilerio.*

Caſus priuilegiatus, & contra diſpoſitionem Iuris, eſt ſtrictè interpretandus. *d.4. num.16. Ghiſilerio.*

C A V S A.

in Cauſam duriorem præſumitur facta compenſatio. *deciſ.26. nu.17. Dunozet.*

ex Cauſa neceſſaria, quando mulier ſe obligat, tunc ſolemnitates ſtatutariæ non requiruntur. *dec.241. num.13. Ghiſilerio.*

ex Cauſa falſa ſi ſit latum decretum, non afficit beneficium. *deciſ.237. nu.2. Motmanno.*

Cauſam proximiorem, & immediatam dictio, ex, importat. *deciſ.26. nu.25. Dunozetto.*

Cauſa, & ratio in ſpecie reſtringit dictum in genere. *deciſ.15. num.28. Merlino.*

Ceſſante cauſa, ceſſat effectus, & obſtaculo ſublato, res reuertitur ad ſuum ſtatum, & quando iſtæ regulæ procedant. vide num. 16. & quando non. *deciſ.45. num.15. & 17. Motmanno.*

Cauſam optimam ſui dicti ſi teſtes reddant bene probant. *deciſ.237. nu.7. Motmanno.*

Cauſæ duæ, quando concurrunt, vna quæ nocet, & altera, quæ prodeſt, attenditur cauſa, quæ nocet tamquam præpotens. *deciſ.51. nu.7. Macchiauello.*

ad Cauſam quis cenſetur admiſſus in ſtatu, & terminis, in quo reperitur. *d.304. nu.4. Machiauelio.*

Cauſa non dicitur introducta ante exequutionem citationis emanatæ vigore commiſſionis impetratæ. *deciſ.57. num.39. Veroſpio.*

Cauſa, ſi fuerit cōmiſſa cū clauſula quā, & quas &c. cum omnibus annexis, connexis, & dependentibus, cenſetur omne ius competens in iudicio deductum. *deciſ.278. nu.4. Merlino.*

Cauſarum continentiæ non ſunt diuidendæ. *deciſ.179. num.7. Ghiſilerio.*

Cauſæ merita non ſunt amplius cōtrouertenda ſtante ſententia, & re iudicata. *d.233. nu.17. Carrillo.*

ex Cauſa qualibet colorata tollitur pœna inhabilitatis. *deciſ.26. nu.8. Dunozet.*

in Cauſa citari illi debent, de quorum intereſſe principaliter agitur. *deciſ.180. num.6. Pirouano.*

ad Cauſam, ſi quis ſit admiſſus ex particulari reſcripto, & cum clauſula conſtito de intereſſe, ſi ea cōditio non verificetur, non aperit iuriſdictionem. *deciſ.48. num.6. Pirouano.*

ad Cauſam tertius veniens, dum cognoſcitur an habeat intereſſe, interim non poteſt impedire progreſſum, & expeditionem cauſæ, quo ad alium petentem immiſſionem. *d.48. nu.7. Pirouano.*

Cauſæ diuerſitate ſtante non eſt neceſſaria tranſportatio actorum, & hoc tàm ſecundum ius commune, quàm ſecundum Concil. Trident. *deciſ.7. nu.3. Carrillo.*

in Cauſa aliqua ſi adhuc pendeat lis non poteſt dici, quod in ea adſit res iudicata. *deciſ.218. num.25. Ghiſilerio.*

Cauſa, quando ſine dubio non poſſit dubitari, quia tranſiuerit in iudicatum, & ſic quod ſint lapſa omnia fatalia. *deciſ.233. nu.3. Carrillo.*

in Cauſis habentibus cauſam ſucceſſiuam quādo verſamur, non euaneſcit virtus executorialium anno, quia licet ſemel ſit executa ſententia ſemel, ſi iterum ex interuallo res reincidat, poterit denuo peti executio. *deciſ.1. nu.22. Coccino.*

Cauſam committens ſuper iactationibus factis indicat ſe dubitare de viribus ſuæ poſſeſſionis, & eius

animus

animus fluctuat circa titulum quo poſſet. *deciſ. 94. num. 19. Merlino.*

Vide infra in verbo Iactatio.

Cauſarum diuerſitas ceſſat, dum id, de quo quæritur eſt ſequela iudicij inter eaſdem perſonas. *deciſ. 227. nu. 7. Merlino.*

Cauſæ, & actiones ſuper rebus agitatæ dicũtur, quodammodo inhærere ipſi rei. *d. 165. nu. 23. Ghiſilerio.*

Cauſarum continentiæ non ſunt diuidendæ. *deciſ. 70. num. 7. Buccabella.*

Cauſa probata, cenſetur etiam adeſſe eius effectus. *dec. 255. num. 12. Veroſpio.*

Cauſa ſimulationis, vt in aliquo contractu inſit, quid requiratur. *dec. 11. nu. 4. Panzirolo.*

Cauſa ſimulationis requiritur ad probandam ſimulationem. *deciſ. 11. nu. 2. Panzirolo.*

Cauſa ſimulationis non probatur, ſi aliquid geſtum ſit inter perſonas non prohibitas id fieri. *deciſ. 11. nu. 15. Panzirolo.*

Cauſa ſimulationis ſufficit de ea veriſimiliter apparere, etiamſi aliter non iuſtificetur. *deciſ 11. nu. 5. Panzirolo.*

Cauſam poſſeſſionis quis mutare poteſt ex titulo bono ſupraueniente. *deciſ. 29. nu. 24. Ghiſilerio.*

Cauſa diſmembrationis beneficij debet eſſe, vel neceſſitas, vel euidens vtilitas. *d. 69. n. 7. Ghiſilerio.*

Cauſa alia quando deſumi poteſt, immo coniectura qualis qualis, & leuis occaſio, ſemper excludenda venit donatio. *deciſ. 69. nu. 2. Merlino.*

Cauſa ex qua, quis mouetur ad aliquid diſponẽdum colligitur ex præcedentibus actis. *deciſ. 104. nu. 17. Panzirolo.*

Cauſa reſtitutionis in integrum intra quem terminũ peti, & terminari debeat. *deciſ. 233. n. 4. Carrillo.*

Cauſa appellationis quando infra annum, & ex cauſa infra biennium non fuerit proſecuta, ſententia tranſit in iudicatum. *deciſ. 233. nu. 2. Carrillo.*

C A V T E L A.

Cautela abundans non nocet. *deciſ. 116. num. 15. Motmanno.*

Cautela Bartholi pro conductore contra ſingularem ſucceſſorem. *deciſ. 64. nu. 15. Veroſpio.*

Non habet locum in iudicio ſummariſſimo manutentionis, & quare. *ibidem. nu. 18. & 19.*

ad Cautelam ea, quæ fiunt, non tribuunt aliquod Ius. *deciſ. 125. num 7. Macchiauello.*

ad Cautelam maiorem multa fiunt, quæ tamen non ſunt neceſſaria. *deciſ. 219. nu. 9. Ghiſilerio.*

Cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, debet dare is, cui fuit relictus vſusfructus, alias ſi eam non obtulerit non facit fructus ſuos. *deciſ. 238. nu. 10. Panzirolo.*

C E N S V R Æ.

Cenſurarum metu paritio facta minimè nocet. *deciſ. 91. nu. 6. Motmanno.*

Cenſurarum metus eſt iuſtus propter plurima incommoda, quæ accidunt excommunicatis. *deciſ. 91. nu. 6. Motmanno.*

Cenſuras, quando quis ſubſtinet, rectè deuenitur ad aggrauatoriam. *deciſ. 299. nu. 3. Coccino.*

Cenſuræ incurruntur ipſo iure. *d. 309. nu. 7. Coccino.*

C E N S V S.

Cenſus diſtinguitur à fructibus cenſus. *deciſ. 3. nu. 14. Merlino.*

Cenſus creatio, quando validè eſt facta, non poteſt reddi nulla ex pacto inualido. *deciſ. 287. num. 2. Veroſpio.*

in Cenſu non poſſunt apponi aliqua pacta, ex quibus pretium à venditore inuito peti poſſit. *deciſ. 287. nu. 1. Veroſpio.*

Cenſus perinde eſt, ac aliæ res incorporales, quæ nec tangi, nec circumſcribi poſſunt. *deciſ. 311. nu. 19. Motmanno.*

Cenſus extinguitur per compenſationem. *deciſ. 292. num. 1. Veroſpio.*

Cenſum, ſi quis creauerit, ſi alius recognouerit bonã fidem, ac cenſum ſui contemplatione impoſitum fuiſſe, illiuſq. pretium recepiſſe declarauerit, & ſe obligauerit in forma Cameræ ad omnia &c. ex hoc efficitur principalis debitor, perindè ac ſi eum impoſuiſſet. *deciſ. 46. nu. 3. Dunozet.*

ex Cenſu nulliter impoſito nulli fructus debentur. *deciſ. 46. nu. 3. Dunozet.*

Cenſus conſtitutio ſi nunquam fuerit inualida, ex eo rectè fructus exigi poſſunt, tanquam de iure debiti. *deciſ. 119. nu. 28. Motmanno.*

per Cenſus impoſitionem non dicitur tranſlata poſſeſſio domus cenſuatæ, ſi conſtitutum non reſpiciat d. domum, ſed cenſum. *deciſ. 114. n. 20. Panzir.*

Cenſus, quando eſt impoſitus ſuper fundo expreſsè alienari prohibito, vt debeantur damna, & intereſſe loco fructuum, ſufficit, quod cenſus ſit impoſitus ſuper fundo certo, & fructifero, etiamſi d. fundus ſit prohibitus alienari. *d. 46. n. 10. Dunozet.*

Cenſus impoſitio ſuper re expreſsè alienari prohibita ſciente creditore eſt ab initio nulla, & ex illo non debentur fructus, nec etiam loco damnorum, & intereſſe. *deciſ. 46 n. 11. Dunozetto.*

Sed hoc intellige, quando Dominus rei non conſentit impoſitioni, ac reclamat, ſecus verò ſi id fiat ipſo ſciente, & conſentiente. *ibidem. num. 12.*

Cenſus nulliter impoſitus, ſi quis vti principalis ratificauerit, bene ſubſtinetur ad hoc, vt ipſe teneatur ad fructus loco damnorum, & intereſſe. *deciſ. 46. num. 4. Dunozet.*

Cenſus contractus, quamuis nullus ſubſtinetur in foro conſcientiæ ad fauorem cenſuariorum ratione quaſi poſſeſſionis exigendi, in qua per plures annos exiſtunt. *deciſ. 62. nu. 23. Motmanno.*

Cenſus ceſſionarius in omnibus repræſentat perſonam Domini cedentis. *deciſ. 100. num. 1. Merlino.*

Cenſus remanet ſolum ſub obligatione perſonali, ſi ſit impoſita ſuper fundo alienari prohibito. *deciſ. 46. nu. 9. Dunozet.*

Cenſus connumerantur inter bona immobilia, & veniunt ſub appellatione immobilium. *deciſ. 235. nu. 4. Motmanno.*

Cenſus ſtatim euaneſcit, perempta, vel deſtructa re, ſeu domo, cui cohæret. & neque ſubſtinetur, ſi domus, vel prædium reædificetur. *deciſ. 235. nu. 10. Motmanno.*

Cenſus ſi ſit impoſitus ſuper aliquo molendino, ſi illud deſtruatur, non ſubſtinetur ſuper molendino reædificato. *ibidem. num. 11.*

Quia molendinum de nouo ſtructum cum ſit aliud ab antiquo, non poteſt eſſe obnoxiũ oneri ſolutionis impoſito ſuper alio diuerſo ædificio. *ibid. n. 12.*

Cenſus, eſt quoddam ius percipiendi annuam reſpon-

ſponſionem ex rebus immobilibus. *deciſ.* 135. *num.* 1. *Motmanno*.
in Cenſu recognoſcens bonam fidem, & obligans ſe ad damna, & intereſſe tunc non obſtante cenſus nullitate, tenetur tam ad ſortem, quàm ad fructus. *deciſ.* 271. *num.* 6. & 7. *Vbaldo*.
in Cenſus contractu, quæ fiunt ex poſt facto, non tollunt, nec inualidant contractum impoſitionis cenſus ritè factum pecunia verè, & realiter interueniente. *dec.* 273. *num.* 11. *Vbaldo*.
Cenſus numquam conſtituunt tertiam ſpeciem bonorum, ſed habentur pro immobilibus. *deciſ.* 235. *num.* 5. *Motmanno*.
Cenſus eſt quaſi ſeruitus, & ipſius rei in qua eſt impoſitus, pars inſeparabilis. *deciſ.* 235. *nu.* 9. *Motm.*
Cenſus conſiſtit in fructu ſingulis annis redeunte. *deciſ.* 235. *nu.* 8. *Motmanno*.
Cenſus eſſentia non conſiſtit in ſolo, & ſimplici iure exigendi reſponſionem, ſed verius in emptione rei fructiferæ pro libitu venditoris. *deciſ.* 235. *num.* 8. *Motmanno*.
de Cenſus impoſitione non eſt dubitandum, quando ea conſtat per inſtrumentum publicum. *deciſ.* 296. *num.* 2. *Motmanno*.
Cenſus inter iura connumerantur, licet fundo cohæreant. *deciſ.* 311. *num.* 15. *Motmanno*.
Cenſus aliud eſt, & aliud res cenſuata. *deciſ.* 311. *num.* 18. *Motmanno*.
Cenſus ſunt, quid ſeparatum, & diſtinctum ab ipſa re. *deciſ.* 311. *num* 17. *Motmanno*.
Cenſus dicuntur conſiſtere in eodem loco, in quo res cenſuatæ ſunt ſitæ. *dec.* 311. *num.* 16. *Motmanno*.
in Cenſus contractu ſufficit, quòd in ipſo actu impoſitionis ab initio interueniat pecunia, quamuis poſtea illius loco extinguatur debitum, vel aliud fiat de illa pecunia de conſenſu partium. *deciſ.* 273. *num.* 10. *Vbaldo*.
Cenſus ſunt redimibiles ex parte venditorum. *deciſ.* 283. *nu.* 20. *Pirouano*.
Cenſus ad obligandum impoſitorem cenſus etiam ſuper re aliena imponi poteſt. *d.* 271. *n.* 8. *Vbaldo*.
in Cenſu recognoſcens bonâ fide, perinde eſt, ac ſi ab initio cenſum impoſuiſſet, & cum eius creditore contraxiſſet. *deciſ.* 273. *num.* 1. *Vbaldo*.
Cenſus non ſunt res immobiles, neque mobiles, ſed quamdam tertiam ſpeciem bonorum à mobilibus, vel immobilibus diſtinctam conſtituunt. *deciſ.* 235. *num.* 2. & 3. *Motmanno*.
Cenſus ſecundum Bullam Nicolai, & Martini non poſſunt conſtitui vltra ſummam decem pro centenario. *deciſ.* 283. *nu.* 23. *Pirouano*.
Cenſus imputantur inter bona immobilia. *deciſ.* 283. *num.* 13. *Pirouano*.

C E S S I O.

in Ceſſione, quando adeſt clauſula, conſtituti, rectè agi poteſt ad traditionem ipſius actualis poſſeſſionis. *deciſ.* 242. *num.* 2. *Veroſpio*.
Ceſſione etiam non facta emptor poteſt ſe defendere iuribus competentibus venditori. *deciſ.* 300. *n.* 12. *Panzirolo*.
Ceſſio hæreditatis quando dicatur facta cum verbis ampliſſimis *deciſ.* 286. *num.* 2. *Pirouano*.
Ceſſio bonorum litigioſorum facta in Eccleſiam, nō poteſt dici, quod ſit facta in potentiorem, ſi illa non habeat poteſtatem in collitigantem. *deciſ.* 228. *num.* 23. *Veroſpio*.
Ceſſio, ſtante ſtipulatione ei adiecta dicitur habere naturam contractus nominati. *deciſ.* 242. *num.* 4. *Veroſpio*.

C E S S I O N A R I V S.

Ceſſionarius iura cedentis tenetur plenè iuſtificare. *deciſ.* 114. *num.* 14. *Panzirolo*.
Ceſſionario competit eadem via ad agendum, quæ competebat cedenti. *deciſ.* 286. *num* 6. *Pirouano*.
Ceſſionario hæredis competit etiam remedium quorum bonorum. *deciſ.* 48. *nu.* 1. *Pirouano*.
Ceſſionarius ſuccedit in ius cedentis, & reputatur eadem perſona. *deciſ.* 300. *nu.* 5. *Panzirolo*.
Ceſſionario competit via executiua, ſi cedenti competebat *deciſ.* 23 *nu.* 3 *Motmanno*.
Ceſſionario competit id, quod competebat cedenti. *deciſ.* 74. *num.* 3. *Buccabella*.
Ceſſionarius repræſentat cedentem, & poteſt repellere agentes cum iiſdem iuribus, & actionibus, ſicut poterat cedens. *deciſ.* 155. *num.* 3. *Panzirolo*.
Ceſſionarius non poteſt agere vti talis, niſi producto inſtrumento ceſſionis. *deciſ.* 147. *nu.* 6. *Motmanno*.
Ceſſionarius vigore ceſſionis poteſt agere ſicut ipſe cedens, alioqin nihil operaretur. *deciſ.* 126. *n.* 26. *Ghiſlerio*.
Charitas læderetur plurimum, ſi teſtatoris animæ aliqua ex parte ſpirituali auxilio enixè expetito fraudaretur *deciſ.* 60. *nu.* 31. *Merlino*.
Circuitus inutiles ſunt euitādi. *d.* 167. *n.* 8. *Panzirolo*.

C I T A T I O.

Citatio ex quibus præſumatur exequuta. *deciſ.* 57. *à num.* 40. vſque ad 45. & nu. 51. 52. & 53. *Veroſpio*.
Citatio dicitur fundamentum ordinis iudiciarij. *deciſ.* 4. *nu.* 25. *Ghiſlerio*.
Citationis defectus ad videndum iurare teſtes, & ſi nō appareat per teſtes fuiſſe præſtitum iuramentum, iſti defectus ſunt inſanabiles *dec.* 18. *n.* 11. *Ghiſler.*
Citatio prima emanata vigore commiſſionis, de iure poteſt quandocumque reproduci intra annum. *deciſ.* 7. *nu* 2. *Carrillo*.
Citationis, & libelli vim habet monitorium. *deciſ.* 4. *num.* 24. *Ghiſlerio*.
Citatio, ſeu monitorium in criminalibus omninò arctat ad comparendum. *deciſ.* 4. *num.* 26. *Ghiſlerio*
Citatio ad videñ iurare teſtes eſt neceſſaria ad hoc vt examen ſubſtineatur. *deciſ* 129 *num.* 2. *Merlino*.
Citatio aliqua non requiritur, quando commiſſio fuit directa alicui cum præciſo reſcripto, vt certam perſonam nominet. *deciſ.* 233. *num.* 13. *Carillo*.
Citatio contra plures hæredes non tenet, ſi citatio ſit facta generaliter contra intereſſe putantes abſque alia expreſſione. *deciſ.* 168. *nu.* 13. *Ghiſlerio*.
Sed ſecus eſt, ſi aliqui ſint expreſſi, & poſtea exprimatur reliquorum cognomen, maximè ſtante identitate familiæ. *deciſ.* 168. *num.* 13. *Ghiſlerio*.
per Citationem iuriſdictio perpetuatur. *deciſ.* 295. *num.* 15. *Ghiſlerio*.
Citatio eſt fundamētum ordinis iudiciarij. *deciſ.* 295. *num.* 13. *Ghiſlerio*.
Citationis defectus ad videndum iurare teſtes, an ſit inſanabilis. *deciſ.* 18. *num.* 1. *Ghiſlerio*.
Citationis decretum ex ſtylo Rotæ non officit parti, quæ citata non fuit, ſed in præiudicium eius, qui cita-

citationem impetrauit, cauſa dicitur introducta, licet non conſtet de relatione exequutionis, etiam ad effectum præſcriptionis. *deciſ.*57. *nu.*40. *& 42. Veroſpio*.

Citatio facta ad hodie per totam, tenet ſtante citatione perſonali. *deciſ.*233.*num.*10 *Carillo*.

Citatio facta ad primam diem cadit ſub prima die iuridica. *deciſ.* 233. *nu* 9. *Carillo*.

Citatio realis, dicitur, quæ fit per capturam perſonæ. *deciſ.*295. *num.*25. *Ghiſilerio*.

Citationis defectus non aduerſatur ſententiæ, ſi non fuerint citati illi, qui non erant in cauſa. *dec.* 232. *num.*1. *Carrillo*.

Citatio eſt de proceſſu. *deciſ.*295.*num.* 12. *Ghiſilerio*.

per Citationem verbalem inchoatur iudicium. *deciſ.* 295. *num.*31. *Ghiſilerio*.

Citatio eſt primus actus, & proceſſus. *deciſ.*295.*n.*8. *Ghiſilerio*.

Citari, vel vocari illi debent, ſi de eorum intereſſe agatur. *deciſ.*93. *num.*15. *Dunozet*.

Citatum fuiſſe quem nō ſtatur aſſertioni Notarij, nec Iudicis id affirmantis. *deciſ.*129. *nu* 4. *Merlino*.

C I V I S.

Ciues Lauretani non poſſunt alibi conueniri, quàm in Ciuitate Laureti tanquam exempti à iuriſdictione Gubernatoris Marchiæ. *deciſ.*306.*n.*4.*Ghiſiler.*

Ciuitas alicuius loci, ſuperiore non contradicente, poſſunt in eorum præiudicium prorogare iuriſdictionem eorum, quibus circumſcripta exemptione erant ſubiecti. *deciſ.*165. *num.*28. *Ghiſilerio*.

C I V I T A S.

Ciuitas Neapolitana eſt inter celebriores Italiæ, ac Populo frequentiores, ideo non eſt incongruum, vt in ea adſint plures Pœnitentiarij. *deciſ.*222.*nu.*15. *Merlino*.

Ciuitas Sardiceñ quatenus intelligatur de Ciuitate Sardis, non eſt Prouinciæ Daciæ, ſed Lydiæ in Aſia minori. *deciſ.*251 *nu.* 19. *Motmanno*.

in Ciuitate magna regulariter præſumitur idoneitas perſonarum. *deciſ.*222. *num.*24. *Merlino*.

contra Ciuitatem, quando fertur interdictum eſt generale. *deciſ.*20. *num.*7. *Coccino*.

C L A V S V L A.

Clauſulæ acceſſoriæ, & conſequutiuæ ſublata principali diſpoſitione, nihil operātur. *d.*113.*n.*25.*Rojas.*

Clauſula codicillaris in teſtamento cenſetur appoſita de voluntate teſtatoris, & iſta eſt verior, & communior opinio. *deciſ.*206. *num.*22. *Coccino*.

Clauſula codicillaris deſeruire poteſt pro firmanda vocatione filiorum in conditione poſitorum. *deciſ.* 61.*num.*11. *Merlino*.

Clauſula codicillaris operatur, vt ſubſtitutus cenſeatur vocatus etiam in caſu non natiuitatis filiorum. *deciſ.*149. *nu.*8. *Buccabella*.

Clauſula derogatoria, intelligitur ſemper quatenus ea, quibus derogatur, contrarientur diſpoſitus. *deciſ.* 165. *num.*13. *Ghiſilerio*.

Clauſula facultatiua, procedendi ad vlteriorem exequutionem, intelligi debet ex eiſdem actis, non autem de nouo deducendis. *d.*241.*n.*18.*Ghiſilerio*.

Sed iſta concluſio non procedit, quando reus deducit aliquid noui coram Iudice appellationis, quo caſu licitum eſt etiam actori noua deducere ad elidenda ea, quæ nouiter à reo excipiuntur. *ibid.n.*19.

Clauſulæ omnes in ſcriptura poſitæ euaneſcunt, ſi cōtractus declaratur ſimulatus. *deciſ.* 11. *num.* 18. *Panzirolo*.

Clauſulæ præſeruatiuæ iuris tertij poſitæ in gratiis Papæ, ſunt intelligendæ, quod præſeruent, quatenus illud, quod præſeruatur ſit canonicum, & validum nō autem inualidum. *deciſ.*250. *num.* 47. *Coccino*.

Clauſulæ præſeruatiuæ nihil de nouo concedunt. *deciſ.* 222.*num.*28. *Merlino*.

Clauſula in commiſſione ſi reſpiciat vtilitatem partis, impedit parte opponente, ſecus è contra. *deciſ.*256. *num.*1. *Motmanno*.

Clauſula, *ad effectum præmiſſum*, de ſui natura habet vim reſtrictiuam. *deciſ.*200. *num* 20. *Veroſpio*.

Clauſulæ *ad habendum, & conſtituti*, ſi ſint poſitæ in donatione, faciunt eam inter viuos. *deciſ.*9.*nu.*21. *Merlino*.

Clauſula, *appellatione remota*, appoſita in reſcripto commiſſionis operatur, vt ſententia celeri exequutioni demandetur. *deciſ.*254. *num.*10. *Motmanno*.

cum Clauſula, *quod appellari, ſemel poſſit*, ſi cauſa ſit commiſſa tunc non executiuè, ſed ordinariè eſt procedendum. *deciſ.*217. *num.*18. Motmanno.

Clauſula, *arbitrio*, remittit aliquid de rigore iuris. *deciſ.*264. *num.* 10. *Vbaldo*.

Clauſula *arbitrio Rotæ* operatur relaxationem rigoris iuris ciuilis. *deciſ.*297. *num.* 15. Motmanno.

Clauſula, *caſu quo aliquid plus valeret &c.* poſita in tranſactione non facit, quod d. tranſactio in donationē tranſmutatur. *deciſ.*161.*nu.*8. *Macchiauello*.

Clauſula, *caſu quod aliquid plus valeret &c.* in omnibus contractibus etiam emptionis, & venditionis apponi ſolet. *deciſ.*161.*num.*7. *Macchiauello*.

Clauſula, *conſcientiam noſtram oneramus*, poſita commiſſione, quid operetur. *d.*94.*n* 48. *& 49. Merlino*. *Vide infra in verbo Iudex*.

Clauſula, *conſtito de tribus ſententijs*, intelligitur de ſententijs validis, & iuſtis. *deciſ.*38.*n.*1.*Pirouano*.

Clauſulæ *conſtito de bono iure* poſitæ in commiſſione ſanatoria nullitatum dicitur ſatisfactum, ſi in aliqua parte negocij principalis conſtet de bono iure obtinentis talem commiſſionem. *deciſ.*297. *nu.*2. *Motmanno*.

cum Clauſula, *conſtito de intereſſe*, ſi quis ex particulari reſcripto admittitur ad cauſam, ſi ea conditio non verificetur, non aperit iuriſdictionem. *deciſ.*48. *num.*6. *Pirouano*.

Clauſulæ, *conſtituti, & ad haben.* declarant donationem factam fuiſſe inter viuos, non autem cauſa mortis, aliàs ineptæ eſſent. *d.*9. *num.*21. *Merlino*.

Clauſula, *conſtituti*, non operatur, quando concurrit cum altero conſtituto anteriori. *deciſ.*150. *num.*8. *Pirouano*.

Clauſula, *conſtituti*, plenè probat poſſeſſionem contra conſtitutarium. *deciſ.*106. *num.* 2. *Merlino*.

Clauſula, *conſtituti*, extenſa ſecundum formam traditam à Statut. Bonon. ibi, ſuffragatur pro omni interdicto poſſeſſorio. *deciſ.*204. *num.*5. *Veroſpio*.

Clauſula, *conſtituti*, importat translationem dominij, & dationem inſolutum. *d.*261.*n.*16. *Ghiſilerio*.

Clauſula, *conſtituti*, debet intelligi ſecundum ſubiectam materiam. *deciſ.*261. *num.*20. *Ghiſilerio*.

Clauſula, *conſtituti*, operatur translationem poſſeſſionis naturalis, & ciuilis. *d.*261.*nu.*15. *Ghiſilerio*.

Clau-

Digitized by Google

Clauſulæ, *conſtituti*, & ad habendum ſi ſint poſitæ in donatione, neceſſe eſt dicere, vt ſit donatio inter viuos, eum aliàs eſſent ineptæ. *dec.9 n.21. Merlin.*

Clauſula, *conſtituti*, dicitur continere fictum modum traditionis. *deciſ.242. num.2. Veroſpio.*

Clauſula, *conſtituti*, quando adeſt in ceſſione rectè agi poteſt ad traditionem ipſius actualis poſſeſſionis. *deciſ.242. num.1. Veroſpio.*

Clauſulæ, *conſtituti*, effectus ceſſat mortuo conſtituente, dum ab alio poſſeſſio fuit occupata, & cõſtitutarij non curarint apprehendere naturalem, quo caſu videntur vtramque amiſiſſe. *deciſ.18. n.5. Pirouano.*

Sed vt hoc ceſſet, ſufficit quod conſtitutarij ignorauerint occupationem tertij, vt non dicantur renunciaſſe iuri ſuo. *deciſ. 181. num.6. Pirouano.*

Clauſula, *de plenitudine poteſtatis*, operatur vt omnia narrata in gratia ſufficienter dicantur probata abſque alia iuſtificatione. *dec.140. nu.8. Panzirolo.*

Clauſula, *dudum &c.* ponitur quando Papa prouidet ſimpliciter de reſeruato, vel ratione menſis, vel ex alia reſeruatione particulari, ſecus autem, quãdo prouidet principaliter de affecto. *dec.250. n.43. Coccino.*

Clauſula, *dudum &c.* ſolet apponi in prouiſione beneficij, quando Papa prouidet ratione vacationis in menſe reſeruato, & regulariter ſolet apponi in alijs reſeruationibus. *deciſ.250. n.9 & 10. Coccino.*

Clauſula, *dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alteri ius quæſitum*, ſolet apponi in prouiſione beneficij facta à Papa, quando concurrit cum Ordinario in beneficio non reſeruato. *deciſ.250. nu.12. Coccino.*

Clauſula, *dummodo de tempore datæ præſentium*, beneficium non ſit prouiſum, æquipollet clauſulæ, dummodo de tempore datæ præſentium non ſit alterius ius quæſitum. *deciſ.250. num. 11. Coccino.*

Clauſula, *dummodo* cum ſit modalis ſupponit emolumentum iam quæſitum. *deciſ.310. nu.8. Panzirolo.*

Clauſula, *dummodo de tempore datæ præſentium*, in gratiis ſubintelligitur ſi non adſit. *dec.250. nu.44. Coccino.*

Et quando iſta clauſula ponitur in reſeruatis nõ operatur, quod Papa noluerit prouidere tanquam de non reſeruatis. *deciſ.250. num.45. & 46. Coccino.*

Vide infra in verbo Reſeruatio.

Clauſula *dummodo collatio &c.* non ſolet apponi in gratia conceſſionis beneficij facta, motu proprio. *deciſ.250. num.40. Coccino.*

Clauſula, *& omni meliori modo*, implicat etiam alios modos diuerſos ab expreſſis. *d.106. n.11. Buccabell.*

Clauſula, *& omni meliori modo*, cum dictione copulatiua, implicat etiam alios modos extra expreſſos. *deciſ.74. num.7. Buccabella.*

Clauſula, *& omni meliori modo*, non poteſt referri ad ſpeciem diuerſam, quando non fuit ſeruata forma præſcripta. *deciſ.190. num.23. Panzirolo.*

Clauſula, *ex quibus dederis*, poſita in conceſſione emphyteuſis, quid operetur. *deciſ.163. n.37. Veroſpio.*

Clauſula, *ex certa ſcientia*, operatur, vt omnia narrata in gratia ſufficienter dicantur probata, abſque alia iuſtificatione. *deciſ.190. nu.8. Panzirolo.*

Clauſula, *inducentes, & inductum defendentes*, non facit, quin poſtquam executor induxit in poſſeſſionem, expiret eius iuriſdictio, cum non duret poſt annum. *deciſ.265. num.16. & 17. Vbaldo.*

Clauſula, *in omnibus, & per omnia*, quando non reducat omnia ad æqualitatem. *deciſ.250. nu.37. & 38. Coccino.*

per Clauſulas, *Motu proprio, ex certa ſcientia, & de plenitudine poteſtatis*, omnia narrata in gratia ſufficienter dicuntur probata abſque alia iuſtificatione. *deciſ.140. num.8. Panzirolo.*

Clauſula, *Motu proprio*, poſita in gratia releuat ab onere iuſtificandi. *deciſ.99. num.4. Panzirolo.*

Clauſula, *non ſolum prædicto, ſed & omni alio meliori modo*, deſignat enixam voluntatem diſponentis, & comprehendit quoſuis modos proportionabiles, & aptos, vt diſpoſitio conſequatur ſuum effectum. *deciſ.164. num.22. Ghiſilerio.*

Clauſula, *omni meliori modo*, poſita in teſtamento, operatur, vt veniant omnes alij modi ſimiles illorũ, qui ſunt expreſſi, & ſic diſpoſitionem vltimæ volũtatis, non autem inter viuos. *deciſ. 104 num. 11. Panzirolo.*

Clauſula, *omni meliori modo*, operatur, vt veniant omnes alij modi etiam non expreſſi. *deciſ.104. nu. 10. Panzirolo.*

Clauſula, *omni meliori modo*, operatur, vt actus ſubſtineatur eo modo, quo validius ſubſtineri poteſt. *deciſ.211. num.9. Merlino.*

Clauſula *omni meliori modo*, & clauſula codicillaris deſeruire poſſunt pro firmanda vocatione poſitorũ in conditione. *deciſ.61. num.11. Merlino.*

Clauſula, *omni alio meliori modo*, addita dictione copulatiua, & vnà cum dictione, alio, implicat alios modos diuerſos ab expreſſis. *deciſ. 108. num.26. Motmanno.*

ſub Clauſula, *parito iudicato*, non comprehunduntur expenſæ litis *deciſ.166. num.4. Carillo.*

Clauſulæ, *purè, merè, liberè, & omni meliori modo*, ſi ſint poſitæ in donatione cauſa mortis, operantur vt d. donatio tranſeat in donationem inter viuos. *deciſ.9. nu.22. Merlino.*

Clauſula, *prout ex tunc*, operatur, vt vnum tempus alteri inſit. *deciſ. 86. num.18. Veroſpio.*

Clauſula, *pro expreſſis*, quid operetur. *deciſ. 80. n.17. Macchiauello.*

Clauſula, *pro libito voluntatis*, importat liberum, & abſolutum arbitrium, nulla iuris regula limitatum. *deciſ 201. num.56. Dunozet.*

Clauſula, *pro libito voluntatis*, latius patet, quàm clauſula ad beneplacitum. *deciſ.201. n.55. Dunozet*

Clauſula, *quam, & quas*, quando adeſt in commiſſione, tunc pronunciatio optimè ſubſtinetur prout in prima. *deciſ.233. num.16. Carrillo.*

Clauſula, *quam & quas*, ſi adſit in commiſſione ſubſtinetur ſententia lata contra ſententiam, primã non reuocata. *deciſ.26. num.3. Dunozet.*

Clauſulæ, *quam & quas*, effectus non poteſt conſiderari in ordine ad tranſportationem actorum probata exiſtentia decreti. *deciſ.184 num.4. Veroſpio.*

Clauſulæ, *quam & quas*, & ſimiles, tunc ſolum operantur, quando oſtenditur diuerſitas vtriuſque cauſæ, nempe illius à qua fuit appellatum, & alterius, quam pars velit ſubſtinere tanquam in prima. *deciſ.184. num.5. Veroſpio.*

Clauſula, *quam & quas*, ſi adſit in commiſſione Iudex

dex poteſt pronunciare ſicut in prima. *dec.26. n.3. Dunozet.*

Clauſula, *quam & quas*, & clauſula cum omnibus incidentibus emergen. adiectæ in commiſſione operantur, vt cenſeatur deductum petitorium, & quodcumque aliud iudicium præter expreſſum. *decıſ.57. num.33. Veroſpio.*

Clauſula, *quam & quas*, ſi adſit in commiſſione, remanet iuriſdictio Iudicis, vt etiam deſerta appellatione validè feratur ſententia tanquam in prima. *decıſ.303. num.2. Motmanno.*

Clauſula, *quorum intereſt, aut intereſſe poterit*, continetur ſub obligatione Camerali. *decıſ.46. num.7. Dunozet.*

Clauſula, *quorum intereſt*, quando non extendatur vltra perſonam expreſſam. *dec.46. nu.8. Dunozet.*

Clauſula, *releuans*, poſita in mandato operatur ſatiſdationem iudicio ſiſti, & iudicatum ſolui. *decıſ.172. num.18. Coccino.*

Clauſula, *releuans*, poſita in mandato operatur, vt nedum mandatum actoris non expiret poſt primã ſententiam, ſed nec etiam mandatum procuratoris rei. *decıſ.172. num.17. Coccino.*

Clauſula, *releuans*, importat ſatiſdationem *decıſ.172. num.15. Coccino.*

Clauſula, *reſtitutionis in integrum aduerſus quæcumque præiudicialia*, appoſita in commiſſione, quid operetur. *decıſ.211. num.14. Merlino.*

Clauſula, *reuocatoria*; alicuius legis, vel ſtatuti, eatenus legem vel ſtatutum reuocare videtur, quatenus cum ipſa lege reuocante repugnantiam continet, & non in plus. *decıſ.165. num.14. Ghiſilerio.*

Clauſula, *ſempre mai*, quid operetur. *decıſ.190. n.14. Panzirolo.*

Clauſula, *ſeruatis ſeruandis*, æquipollet clauſulæ vocatis vocandis, & vide n.51. *d.95. n.49. Merlino.*

Clauſula, *ſeu alio quouis modo, & iuris, aut hominis diſpoſitione &c.* includit ius proueniens etiam ex perſona loquentis fauore ipſius. *dec.164. n.21. Ghiſilerio.*

Clauſula, *ſi vobis conſtiterit*, quid importet. *decıſ.94. num.50. Merlino.*

Clauſula, *ſicq. per quoſcumque Iudices*, iuncta cum clauſula *ſublata*, operatur, vt cenſeatur os clauſum, vt nihil contra conceſſum poſſit opponi. *decıſ.103. num.1. Coccino.*

cum Clauſula *ſine præiudicio iurium ſibi competen.* ſi quis impugnet teſtamentum, quid operetur dicta clauſula. *decıſ.195. num.9. Dunozet.*

Clauſula, *ſine præiudicio*, intelligitur, præterquam in expreſſis. *decıſ.155. num.2. Panzirolo.*

Clauſula, *ſine præiudicio*, debet intelligi de alio præiudicio, quàm expreſſo. *dec.222. num.26. Merlino.*

Clauſula, *ſine præiudicio iudicij poſſeſſorij*, poſita in commiſſione quid operetur. *dec.214. nu.4. Carillo.*

Clauſula, *ſine præiudicio iudicii poſſeſſorij*, poſita in commiſſione non impedit, quominus Iudex ad quem poſſit manutentionem concedere detecta nullitate, & iniuſtitia ſententiæ. amplia. *decıſ.214. num.5. & 6. Carillo.*

cum Clauſula, *ſine præiudicio legitimæ executionis* ſi appellationis cauſa fuerit commiſſa, quid operetur. *decıſ.132. nu.8. Buccabella.*

Clauſula, *ſine præiudicio litis &c.* non tollit expreſſum in gratia. *decıſ.51. nu.17. Machiauello.*

cum Clauſula *ſine præiudicio retardationis &c.* ſolù datur remiſſoria in iudicijs executiuis, etiam data releuantia articulorum. *decıſ.242. nu.10. Veroſpio.*

Clauſula, *ſine præiudicio venientium ab inteſtato* poſita in legitimatione ſi ſimpliciter conſideretur, eſt nullius efficaciæ in caſu, in quo non fuerunt inſtituti venientes ab inteſtato. *decıſ.200. nu 18. & 19. Veroſpio.*

Clauſula, *ſublata & decretum irritans*, quamuis inficiant titulum, & poſſeſſionem, non tamen tollunt detentationem, & inſiſtentiam facti, ſufficientem ad obtinen. reintegrationem in ſpolio ſeu manutentionem. *decıſ.113. nu.26. Rojas.*

Clauſulæ, *ſublata, & decretum irritans*, tollunt contrarium factum, & obſeruantiam. *decıſ.66. nu.13. Ghiſilerio.*

Clauſula *ſublata, & decretum irritans*, & ſimiles inficiunt titulum, & poſſeſſionem. *d.113. n.2. Rojas.*

Clauſula, *ſublata & decretum irritans*, non præiudicare poſſunt poſſeſſioni iam adeptæ. *dec.113. n.21. Rojas.*

Clauſula, *ſublata & decretum irritans*, ſi adſint in aliqua conſtitutione, tollunt omnem obſeruãtiam in contrarium. *decıſ.3. num.2. Ghiſilerio.*

Clauſula, *ſublata & decretum irritans*, vitiant, & inficiunt quamcumque aliam diſpoſitionem. *decıſ. 293. nu.4. Merlino.*

Clauſula, *volumus in primis, & ante omnia*, importat conditionem. *decıſ. 131. num.6. Dunozet.*

Clauſula, *vt ſupra*, repetit qualitatem. *decıſ. 144. nu.10. Ghiſilerio.*

S. CLEMENS.

S. Clemens Papa ante adeptum Põtificatum fuit primus Epiſcopus Sardiniæ, & in Ciuitate Calaritana primam ſedem Epiſcopalem fixit. *decıſ.251. nu.2. Motmanno.*

S. Clemens Epiſcopus Sardiniæ &c. in ordine diſcipulorum Domini eſt quinquageſimus ſecundus. *decıſ.251. num.5. Motmanno.*

S. Clemens comitatus fuit S. Petrum progredientem ad ſedem primam Romæ ſtabiliendam. *d.251. n.10. Motmanno.*

SS. Clemens, Ignatius, & Papias fuerunt S. Petri Apoſtoli diſcipuli. *decıſ.251. num.11. Motmanno.*

S. Clemens Principis Apoſtolorum familiaris extitit. *decıſ.251. num.13. Motmanno.*

S. Clemens Papa ducentorum ferè annorum ſpatio S. Caium Papam præceſſit. *decıſ.251. num.24. Motmanno.*

Clemens VII. Pont. fuit ſciſmaticus aduerſus Vrbanum VI. *decıſ.145. num.3. Carrillo.*

Clemens VIII. non minus doctrina, quàm ſanctitate fuit conſpicuus. *decıſ.193. num.14. Coccino.*

CLERICATVS.

ad Clericatũ à ſuo minimè Epiſcopo ſi quis fuerit promotus, vt id ſubſtineatur, ſufficit ſimplex licentia, vel conſenſus ſui Epiſcopi *decıſ.162. n.10. Buccab.*

ad Clericatum præſumitur quis ritè, & rectè promotus, etiam, quando fuit ordinatus à non ſuo Epiſcopo, ſi concurrat communis fama, & reputatio. *decıſ. 162. num.9. Buccabella.*

Clericatus alicuius bene probatur ex confeſſione partis aduerſæ. *decıſ.162. nu.1. Buccabella.*

ad

ad Clericatum à non ſuo Ordinario, quis non debet promoueri abſque literis dimiſſorialibus ſui Ordinarij. *deciſ.162. num.4.& 7.Buccabella.*

Clericatus probatur iuramento.*d.159.n.11.Coccino.*

CLERICVS.

Clericorum aſtantium frequentior aſſiſtentia in ſuffragium animæ purgatorias pœnas patientis plurimum prodeſt.

Cum ex concurſu intereſsentium oblationi ſacrificij reſultet quaſi vnum morale offerens cum maiori deuotione, reuerentia, & dignitate, nec non etiam fructu pro anima defuncti.*deciſ.59.num.32. Merlino.*

Clericus vnuſquiſque viuere debet ex fructibus proprij beneficij.*deciſ 50. num.17. Veroſpio.*

ex Clericorum conuentu præcationes adhibentium in anniuerſarijs fieri conſueto, defunctorum animæ releuantur, & beneficia releuant. *deciſ. 59. nu.33.Merlino.*

Clericus non poteſt renunciare priuilegijs fori. *deciſ.44.n.12.Coccino.*

Clericus ratione ſolius Clericatus, an ſit potentior Laico. *deciſ 282. num.13. Veroſpio.*

Clericus quicumque venit appellatione ſacerdotis. *deciſ.59 num.24. Merlino.*

pro Clerico, ſi quis fuerit habitus, & reputatus per plures annos, atque ſic communiter tentus, præſumitur fuiſſe verè clericus, & ritè, ac legitimè promotus. *deciſ.162. nu.2.Buccabella.*

cum Clericorum paruo numero ſi ſit celebrata aliqua Miſsa, illa ſolemnis non poteſt dici. *deciſ. 59. num.9.Merlino.*

Clericus alimenta præſtare tenetur ſuæ amitæ pauperi, non quidem ex eo, quod bona clericorum ſunt pauperum, ſed ratione propinquitatis, & ſanguinis coniunctionis. *deciſ.194.num.33.Dunozet.*

Clerici iuramento ſtatur, an bona ſeparabilia ſint ipſius Clerici propria, & non cauſa negotiationis ad effectum, vt ſint immunia à gabellis. *deciſ. 159. num.10.Coccino.*

Clericis conuenire poteſt etiam nomen presbyteri. *deciſ. 14 num.2.Pirouano.*

Clerici Beneficiati, licet ſint plures in eadem Eccleſia, non tamen per hoc dicuntur conſtituere Collegium, ſeu facere Capitulum. *d.112.n.2. Coccino.*

Vide ſupra in verbo Beneficiatus.

Clericus Beneficiatus eſt prohibitus donare filio illegitimo ſtante Conſtitut. Pij V. contra illegitimos. *deciſ.114. num.12. Panzirolo.*

Clericus in actu diſpoſitiuo inter viuos æquiparatur vſufructuario habenti facultatem de Iure beneficium liberè diſponendi in vita, & nu.19. *deciſ.284. num.18.Pirouano.*

Clericorum bona dicuntur peculium quaſi caſtrenſe, & non aduentitium. *dec.125. n.5.Macchiauello.*

Clericis intereſsentibus pro rata debent diſtribui anniuerſariorum emolumenta.*d.59.n.43.Merlino.*

Vide ſupra in verbo Anniuerſario.

Clericorum bona pauperum eſse dicuntur. *dec.194. num.32.Dunozet.*

in Clericorum bonis inſeparabilibus, hoc eſt quæ ſunt penes vẽditores venalia, vt puta panem, carnẽ, &c. ſi ſuper illis imponatur gabella, Clerici ad eam ſoluendam non tenentur. *deciſ.159 nu.8.Coccino.* & iſta eſt communis, & vera ſententia. *ibidem num.9.& vide num.13.*

Clericorum bona ſeparabilia ideſt quę ſtant penes ipſos Clericos, ſunt exempta à quibuſuis gabellis, itaut exigentes tales gabellas damnabiliter incurrunt ſententiam excommunicationis Bullæ in Cœna Domini.*dec.159.num.1.& 2.Coccino.*

Vide infra in verbo Gabella.

de Clericorum bonis Laici non poſſunt exigere gabellam, etiamſi adſit conſuetudo longiſſimi temporis in contrarium. *ibidem num.6.*

CLERVS.

Clerus licet per ſe non faciat Collegium, poteſt tamen conſtituere vniuerſitatem, & ex iuſta cauſa in vnum conuenire.*deciſ.148 nu.1. Macchiauello.*

Et hoc procedit etiam ſine licentia Epiſcopi, quando de eius intereſſe agitur, cum ad eum nõ pertineat huiuſmodi licentiæ denegatio. *deciſ.148. num.2. Macchiauello.*

Clerus occaſione litis poteſt coadunari, vt ea omnia per modum conſilij ab ipſo ordinentur. *deciſ.148. num.4.Macchiauello.*

Clerus ſi velit in vnum conuenire occaſione litis, ceſſat omnis ſuſpicio conſpirationis, & machinationis. *deciſ.148.num 5.Macchiauello.*

Clerus, quando litigat, cum non habeat burſam cõmunem, poteſt collectas imponere pro exigendis pecunijs neceſſarijs ad proſecutionem litis, inſcio etiam ſuperiore. *deciſ.148.num.6. Macchiauello.*

Coactio qualis fieri nequit, niſi mediante proceſſu iudiciali. *deciſ.4.nu.6.Ghiſilerio.*

COADIVTORIA.

Coadiutoriæ gratia, etiam ſi ſit nulla propter exceptionem contingentem in perſonam coadiutoris, tamen gratia ſortiri debet effectum ſuum reſpectu Eccleſiæ, cum non poſſit propter eam exceptionem dici, quod Papa eidem Eccleſiæ non prouidiſſet, ita vt non ceſſat affectio. *deciſ. 313. num. 25. Veroſpio.*

Coadiutoria cum futura ſucceſſione, vt rectè impetretur, infirmitas debet præſtare perpetuum impedimentum. *deciſ.237 num.8. Motmanno.*

Coadiutoriæ effectus non tollitur ex ſola inhabilitate perſonæ, cui commiſſa fuit cura, & adminiſtratio Eccleſiæ propter inhabilitatem Coadiuti. *deciſ. 255.num.21.Veroſpio.*

ad Coadiutoriæ validitatem, eſt neceſſarius conſenſus coadiuti. *dec.313.num.27.Veroſpio.*

in Coadiutoriæ gratia potius tractatur de neceſſitate Eccleſiæ, quàm de vtilitate prouiſi. *deciſ.255. nu.19.Veroſpio.*

in Coadiutoriæ gratia, quid potiſſimum attendatur. *deciſ.255 num.20.Veroſpio.*

Coadiutoriæ cauſa conceſſionis requiritur, vt ſubſiſtat, & ſit probata, ad effectum vt inducta ſit affectio, cuius occaſione erepta ſit Ordinario poteſtas conferendi. *deciſ.255. n.8.& 9.Veroſpio.*

Coadiutoria dicitur effectuata, ſi coadiutor poſſideat. *deciſ.246.nu.4. Coccino.*

Coadiutoriam, ſi quis impetrauerit ſub narratiua, quod aliquis Canonicus non poteſt amplius in choro, propter aduerſam valitudinem, inſeruire, id concludenter debet probare. *deciſ.237. num.6. Motmanno.*

Coadiutoriæ litteræ, ſi tempore vacationis non fuerunt expeditæ, poſt mortem coadiuti non poſſunt expediri. *deciſ.*313. *nu* 26.*Veroſpio*.

in Coadiutorijs cum concedantur duæ gratiæ, tamen ſi vna deficiat,non tamen expirat altera. *dec.*313. *num* 28.*Veroſpio*.

Coadiutoriæ gratia reſpectu futuræ ſucceſſionis,quādo non dicatur dependere à gratia, per quam prouidetur neceſſitati Eccleſiæ,& Coadiuti.*deciſ.* 313. *num.*29.*Veroſpio*.

Coadiutoriæ gratia ſolet concedi, etiam in beneficijs non habentibus curam animarum.*deciſ.*313.*num.* 13. *Veroſpio*.

Coadiutor, ſi velit ſuccedere in beneficio in locum coadiuti, tenetur iuſtificare omnia narrata, cum ex ijs omnibus cenſetur Papa motus ad eam gratiam concedendam.*deciſ.*313. *num.*22. *Veroſpio.*

C O G N I T I O.

Cognitio quorumdam caſuum certè non pertinet ad Iudicem Iuriſperitum, prout ſi agatur de fœtu cōcepto,de partu læthali, de percuſſione læthali, de ædificijs,de pariete communi, & ſimilia. *deciſ.*52. *num.*10. *Pirouano.*

Cognitionem radicatam in intellectu ſupponit viua vox. *deciſ.*270.*nu.*3. *Coccino*.

Cognominis identitas nō ſufficit ad probandam identitatem agnationis,& deſcendentiam ab vno ſtipite. *deciſ* 15. *num.*32. *Merlino.*

Collateralibus legitima non debetur. *deciſ.*88.*num.* 21. *Ghiſilerio*.

C O L L A T I O.

Collatio beneficii facta excommunicato non tenet. *dec.*83.*nu.*16.*Merlino*.

Vide ſupra in verbo Beneficium, & infra in verbo Excommunicatus.

Collatio beneficij,ſi inualidè fuerit facta,perinde eſt, ac ſi non eſſet facta. *deciſ.*226.*num.*44. *Ghiſilerio.*

Collatio Canonicatus facta per Epiſcopum,quod habuerit effectum,aliud eſt,& aliud, quod dicta Collatio præiudicet Capitulo ad effectum, vt Epiſcopus præſcribat. *deciſ.*226.*num.*39.*Ghiſilerio*.

Vide ſupra in verbo Canonicatus.

in Collatione beneficij reſeruati, licet à Papa non fuerit appoſita clauſula. Dummodo collatio ad nos hac vice pertineat,non tamen ſequitur, quod Papa noluerit. *deciſ.*250. *num.*39.*Coccino*.

Collatio alicuius rei facta alicui tribuit ius. *deciſ.* 240.*num.*4. *Ghiſilerio*.

Vide ſupra in verbo Beneficij collatio.

C O L L E G I A L I T A S.

Collegialitatis præexiſtens ſtatus regulariter non mutatur per ſimplicem ſecularizationem. *deciſ.* 99.*num.*6. *Panzirolo*.

Collegialitatis ſigna æquiuoca non inferunt Eccleſiam eſſe collegiatam. *dec.*216.*num.*4.*Carrillo.*

Collegialitas in aliqua Eccleſia arguitur, ſi in ea adſint diſtributiones quotidianæ, maſſa communis, miſſæ conuentuales, diuina Officia in choro recitata, Archiuium, Sigillum, &c. *deciſ.*216. *num.*2. *Carrillo*.

Collegialitas in aliqua Eccleſia ex quibus ceſſet, *deciſ.*216.*num.*3.*Carrillo*.

Collegialitatis ſtatus antiquus non deſtruitur propter ſuperuenientem ſtatum ſecularitatis ſuperuenientem, tamquam nobiliorem. *deciſ.* 140. *num.* 13 *Panzirolo.*

Collegiata vt dicatur aliqua Eccleſia,debent probari eius requiſita. *deciſ.*143.*num.*8. *Carrillo*.

Collegialitas poſtquam fuit ſuppreſſa, illi, qui erant Canonici,in vnum conuenire, vt vniuerſi non poſſunt, ſed potius vti ſinguli, & tanquam homines priuati.

Qui ſimul habitando non potuerunt de nouo conſtituere Collegium de medio ſubtractum.*deciſ.*99. *num.*8.*Panzirolo*.

Collegialitas, etiam poſt ſecularizationem, quando non dicatur deſtructa. *d.*99.*num.*5. *Panzirolo*.

Collegialitas non probatur ex illis ſignis, quæ ſpectare poſſunt ad omnes vti ſingulos, non autem vti vniuerſos.*d.*143.*num.*16.*&* 17. *Carrillo.*

Collegialitas amplius non durat, poſt illius deſtructionem, ſeu ſuppreſſionem, & Canonici non poſſunt appellari Canonici Collegij. *deciſ.*99. *num.*7. *Panzirolo*.

in Collegiatam vt erigatur aliqua Eccleſia, hoc ſolum competit Papæ. *deciſ.*99.*num.*9. *Panzirolo*.

C O L L E G I V M.

Collegium ſuppreſſum ob demerita Regularium in eo exiſtentium, cum tranſeat terminos ſimplicis ſecularizationis,ſine dubio dicitur mutatus ſtatus Eccleſiæ. *deciſ.*140. *nu.*2. *Panzirolo*.

Collegium ſemper cenſetur illud, & idem. *deciſ.*3. *num.*65. *Merlino*.

Collegia omnia regulariter ſunt interdicta, quia homines non debent facere iſtas conuenticulas, ſeu congregationes, cum ex eis timeatur conſpiratio in Principem, vel in Rempublicam. *deciſ.*212.*n.*3. *&* 4 *Coccino*.

Collegia, & eorum Rectores ſubſunt Maioribus, & Ordinariis Poteſtatibus, & ad eorum dictum deſtrui poſſunt,& prohiberi. *d.*212. *num.*6. *Coccino.*

Collegij erectio cauſa ſtudij eſt diſpoſitio pia. *deciſ.* 122. *num.*4. *Ghiſilerio*.

Collegij ſimplex ſecularizatio mutat quidem ſtatū, non autem ſubſtantiam, ſeu ſubiectionem beneficij. *deciſ.*140.*num* 6. *Panzirolo*.

contra Collegium quotieſcumque fertur interdictum eſt generale. *deciſ.*20. *nu.*7.*Coccino*.

Collegia, ſi ſupprimantur propter demerita Regularium,Eccleſiæ, tunc de Collegiatis redduntur nō Collegiatæ, & Collegia Regularium penitus diſſoluuntur. *deciſ.*140.*num.*3. *Panzirolo.*

Et his caſibus Collegialitas dicitur in totum mori, & in cineres reduci. *ibidem num.*4.

C O L L I T I G A N S.

Collitigans nemo præſumitur ita demens, vt donet omnia ſua bona alicui, ad hoc vt noceat alteri collitiganti. *dec.*228. *num.*18. *Veroſpio*.

Collitiganti, ad hoc, vt ſubminiſtrentur alimenta,& & ſumptus litis, vltra paupertatem,requiritur ſaltem præſumptio boni iuris, & quidem non leuis. *deciſ.*39.*num.*4.*Buccabella*.

Collitigantium fraudibus,& machinationibus,vt occurratur, ideo prohibita eſt alienatio bonorum litigioſorum. *deciſ.*228.*num.*15. *Veroſpio.*

Colluſio quando excludatur.*d.* 156.*nu.*11. *Dunozet.*

Colluſio non præſumitur, ſi non probetur. *deciſ.*156. *nu.*10. *Dunozet.*

COLO-

COLONVS.

ex Coloni perſona, vt hæredi acquiratur poſseſſio, duo copulatiuè requiruntur. *d.158.num.4.Panzirolo.*

Primò, quod Colonus recognoſcat hæredem in dominum gerendo actus eius nomine. *deciſ.158. num.4.Panzirolo.*

Secundò, quod de iſtis actibus à Colono factis hæres ſcientiam habeat. *deciſ.158.num.4 Panzirolo.*

Colonus non tenetur ad culturam eorum, quæ ſunt reſeruata Domino. *deciſ.266. num.7. Vbaldo.*

COMMENDA.

Commendæ noſtri temporis ſunt veri tituli beneficiales, in quibus procedunt regulæ, & Conſtitutiones Apoſtolicæ. *deciſ.51 nu.14.Macchiauello.*

de Commendando mandatum, eſt contrarium prouiſioni in titulum. *deciſ.51. num.4. Macchiauello.*

Commenda per appoſitionem manus Papæ, remanet Sedi Apoſtolicæ affecta, vt nemini inferiori liceat illa conferre, donec à Papa fuerit de ea aliquis prouiſus in titulum. *deciſ.51..n.1.Macchiauello.*

Commẽdam equites Hieroſolymitani, vt poſſint obtinere, quid requiratur. *d.303.nu.4.& 5.Motman.*

Commendæ equitibus Hieroſolymitanis non dantur ſine petitione. *deciſ.303. nu.14.Motmanno.*

Commendæ gratia eſt adeo incompatibilis cum titulo futuræ ſucceſſionis, vt ex electione vnius, clara alterius renunciatio appareat. *deciſ.80.num. 3. Macchiauello.*

COMMISSIO.

Commiſſio ſuper moleſtationibus porrecta, vt non contineat petitorium reſtringi debet ad moleſtationes ſuper ſola poſseſsione concludendo, quod impetrans à nemine moleſtari debeat. *deciſ. 57. num.34.Veroſpio.*

Commiſſio ſuper iactationibus, & ex remedio *l. diffamari C.de ing. & manum.* non inducit litem ad effectum inducendi præſcriptionem, iuxt. opinionem Fel ſed ipſe hoc non dicit, & quatenus hoc diceret, reprobatur. *deciſ 94.nu.27.Merlino.*

Commiſſionis impetratæ pœnitentia ex quibus deducatur. *dec.57.num.38. & 39.Veroſpio.*

Commiſſio quando emanauit cum clauſula, ex integro, importat nouam inſtantiam, & qualiter id debeat intelligi. *deciſ.256. num.2. Motmanno.*

Commiſſio, ſi ſit directa alicui cum præciſo reſcripto, vt quandam certam perſonam ſubſtituat, tunc pro eius deputatione non requiritur aliqua citatio. *deciſ.233.num.13.Carrillo.*

in Commiſsione, quando adeſt clauſula, quam, & quas, tunc pronunciatio optimè ſubſtinetur pro vt in prima. *deciſ.233. num 16.Carrillo.*

in Commiſsione impetrãte vt inducatur bona fides, ſufficit, quod fuerit obtenta citatio, licet non fuerit reproducta. *dec.294.num.31. Veroſpio.*

Commiſsio, ſi habeat clauſulam quam, & quas, iudex poteſt pronunciare pro vt in prima. *deciſ. 26. num.3. Dunozet.*

Commiſsio, ſi emanauerit cum clauſula refectis expenſis, ſi pars fecerit quietationem generalem, ex hoc reſultat, quod noluit vti dicta clauſula, quo caſu poteſt procedi in negotio principali. *deciſ. 256.num.1. Motmanno.*

Commiſſio, ſeu facultas Cõmiſſarij ſi ſit in actis producta citata parte, non eſt opus eam inſerere in prima citatione. *deciſ.122. num.5. Ghiſilerio.*

Commiſsionis vigore prima citatio emanata poteſt produci quandocumque intra annum. *deciſ. 7. num.2. Carrillo.*

in Commiſſione ſanatoria nullitatum non ſunt narrandæ illæ, quæ non ſunt probatæ. *d.18.n.20. Ghiſil.*

Commiſsionis vſus ſuccedit loco conteſtationis litis. *deciſ.57.num.81, Veroſpio.*

Commiſsa quando eſt cauſa cum clauſula, quod ſemel tantum liceat appellare, non eſt procedendum executiuè, ſed via ordinaria. *d.117.n.18. Motmãno.*

Committens cauſam ſuper iactationibus, dici non poteſt, quod tranquillè poſſideat, & quod ſit in bona fide. *deciſ.94. nu.21, Merlino.*

COMMODVM.

Commodum, quis non debet ſentire cum alienis expenſis. *dec.148. num. 8. Macchiauello.*

Commodum aliquod non poteſt ſentire ex eo, quod quis impugnat. *deciſ.238 nu.6.& 9. Panzirolo.*

COMMVNIO.

Communio inter aliquos ſemel probata præſumitur continuata vſque ad mortem, niſi de contrario doceatur. *deciſ.28. nu.2. Buccabella.*

Communio inter fratres facilè præſumitur. *deciſ.28. num.10: Buccabella.*

Communio muri non probatur per ſigna æquiuoca, & poſſibilia tantum, cum non veniant attendenda, *deciſ.253.nu.50. Matthaio.*

Vide infra in verbo Murus.

COMMVNITAS.

Communitates Status Eccleſiaſtici non poſſunt bona ſua obligare ſtante Bulla Sixti V. *dec.271. num.2. & deciſ.273. num.4.Vbaldo*

Communitatis actus, nullo pacto attendi debet, ſi ſit factus in loco, vbi non ſunt ſoliti congregari, nec ad ſonum Campanæ, vel Tubæ. *deciſ. 82. num.3. Panzirolo.*

Communitas, quod præſentare debeat ad iuſpatronatus, vti vnum corpus, id colligitur, ex circumſtantijs facti, & modo dandi vocem, *deciſ. 82. num.5.Panzirolo.*

Communitates, non poſſunt alienare, vel obligare eorum bona abſque licentia Papæ, vel Cameræ Apoſtolicæ. *deciſ.46. num.2. Dunozet.*

ad Comparendum omninò arctat citatio, vel monitorium in criminalibus. *deciſ.4. nu.26. Ghiſilerio.*

COMPENSATIO.

Compenſatio debiti cum legato eſt facienda ſi teſtator iuſſerit, vt legatarius præter legatum quidpiam aliud petere, vel prætendere poſſit, *deciſ.312.num, 12. Panzirolo.*

Quod procedit etiamſi minus eſt in legato, quàm in debito. *deciſ.312. nu.13. Panzirolo.*

Compenſatio ad euitandam pœnam fit ipſo iure. *deciſ. 26. num. 14. Dunozet.*

Compenſatio regulariter præſumitur facta in cauſam duriorem. *deciſ.26. nu.17, Dunozet.*

Compenſatio eſt facienda, cum illo debito, cum quo poteſt eſſe cauſa inhabilitatis *d.26, nu.13. Dunoz.*

Compenſatio regulariter non fit ipſo iure potius in vnam cauſam, quàm in aliam, ſed fit debitore opponente, ſeu allegante. *deciſ.26. nu.18. Dunozet.*

Compenſatio cenſetur inducta cum debitis antiquioribus. *deciſ.26.num.15.Dunozet.*

Com-

Compenſatio non admittitur à credito vnius ad creditum altetius. *deciſ.306.nu.19. Ghiſilerio*.

Compenſandi animus ex quibus verbis non tollatur. *deciſ.312.nu.15. Panzirolo*.

Compenſandi voluntas in teſtatore ex quibus verbis arguatur. *deciſ.257.num.5.Panzirolo*.

Compenſare poteſt ipſe creditor ſuum creditum cum debito ſibi benè viſo, etiam cum debito minus antiquo. *deciſ.26 nu.19. Dunozet.*

Computa quomodo in redditione rationum ſeruanda, quando libri haberi non poſſunt, vel defeceruut. *deciſ.55. nu.6. Pirouano*.

CONCESSIO.

Conceſſionem nouam facit cõfirmans actum nullum. *deciſ.145. num.5. Carrillo.*

in Conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, ſolitorũ dari in emphyteuſim, ſi fiat aliqua alteratio, iudicatur noua, ac diuerſa conceſſio, quæ ideò nouam requirit ſolemnitatem. *deciſ.36.nu.10. & 11. Buccabella*.

in Conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ dicitur ſolitum alteratum ex facultate nominandi cõceſſa vltimò inueſtito, quæ in antiquis conceſſionibus non legebatur. *deciſ.253. num. 13. Merlino.*

in Conceſſione rei eccleſiaſticæ ſolitæ alienari debet eſſe euidens vtilitas Eccleſiæ, etl m inſpectio tempore præſenti, quo fit renouatio, non autem tempore, quo res cæpit alienari, ſeu in emphyteuſim concedi primo loco. *deciſ.243.num.15.Merlino.*

Quæ vtilitas deficit vbi ſolitum alteratur in præiudicium Eccleſiæ, & res conceditur vni pro minori pretio, & cum deterioribus cõditionibus, quàm antea fuit conceſſa, vel tunc poſſit concedi alteri. *ibidem. num.*16.

in Coneeſſione bonorum Eccleſiæ color quæſitus ad hoc, vt appareat vtilis, non attenditur. *deciſ.252. num.19.Merlino.*

Conceſſio in feudum non eſt adeò magni præiudicij, ſicuti eſt donatio. *deciſ.285. num.9. Motmanno.*

Conceſſio, ſiue feudalis, ſiue emphyteutica, vel ad meliorandum probanda eſt ex ipſo inſtrumento conceſſionis, iuxta veriorem, & communiorem ſenteutiam. *deciſ.16. nu.4. Veroſpio.*

Conceſſio aliqua ſi ſit reuocata, dicuntur reuocati quoque omnes effectus ab ea prouenientes, perinde ac ſi facta non fuiſſent. *d.201. nu.35: Dunoz.*

in Conceſſione cuiuſuis arbitrij quamuis pleni, & liberi, ſemper cenſetur exceptus dolus illius, cui ſuit commiſſum dictum arbitrium. *deciſ.239.num.19. Veroſpio*.

Conceſſio cenſetur facta ſecundum illius naturam. *deciſ.40. num 29. Ghiſilerio*.

Conceſſio noua dici poteſt, quando confirmatio emanauit in forma ſpecifica. *deciſ.222. num.12. & 13. Merlino*.

Conceſsio ſi habeat in ventre aliquam prohibitionẽ, & ea vtatur, non poteſt allegare ignorantiam d. prohibitionis. *deciſ.281.num.13. Merlino*.

Conceſsio, quando fuit facta præcario, poteſt reuocari abſq; e cauſa. *deciſ.201.n.46.& 47.Dunozet.*

in Conceſsione bonorum Eccleſiæ, ſemper requiritur euidens vtilitas. *deciſ.243.num.9. Merlino*.

Concedi aliquod nouum numquam intelligitur, ſi cõcedatur illud idem, quod erat conceſſum de iure communi. *deciſ. 165. num.17. Ghiſilerio*.

Conceſſum ad tempus, poſt illud tempus dicitur prohibitum. *deciſ.281 num.11.& 23. Merlino*.

CONCILIVM.

Concil. Nicænum primum fuit celebratum anno Domini 325. cum interuentu 318. Epiſcoporum. *deciſ.252. num.18. Motmanno*.

Concilium Sardiceñ vbi fuit celebratum, Ciuitas illa non in Dacia, neque in Lydia, ſed in Thracia, ſeu in Illyrico manet. *deciſ.252. num.20. Motmanno.*

Concilio Tridentino cenſetur derogatum, licet de Tridentino non ſit facta mentio, ſtante derogatione Conciliorum. *deciſ.260. num. 9. Pirouano.*

Circa declarationem nonnullorum Conciliorum vide in calce Indicis.

CONCORDATA.

ſub Concordatis Germaniæ non cõprehenditur Ciuitas Virduneñ. *deciſ.250.num.28. Coccino*.

Concordata Germaniæ à Leone X. non ſimpliciter fuerunt extenſa ad Ciuitatem Virduneñ, ſed fauore Capituli quo ad alternatiuam menſium tantum. *deciſ.250. num.29. Coccino*.

CONCORDIA.

per Concordiam ſi ſit ſublata res iudicata, non poteſt amplius allegari. *deciſ 91. num.3. Motmanno.*

Concordia inienda cum aliquo ſi prohibeatur à teſtatore, hoc præceptum eſt de per ſe malum, & contra bonos mores. *deciſ. 190.nu.27.Panzirolo*.

Concordiæ tot ſunt, quot ſunt perſonæ, quæ vti ſingulæ tranſigunt. *deciſ.218. num.23. Ghiſilerio*.

in Concordia rerum Eccleſiæ interuenire debet Beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ.5. nu.5. Pirouano.*

Concordia, ſeu tranſactio facta cum Ordinario, ſi ſit à Papa confirmata, ſeruanda eſt, & ligat Ordinarios ſucceſſores in eadem Eccleſia. *deciſ. 87. num. 15. Pirouano*.

per Concordiam ipſo iure extinguntur omnes actiones, probationes iudiciales, ac totus proceſſus. *deciſ.91. num.4. Motmanno.*

Concordia eſt quædam remiſsio. *deciſ.91. num. 1. Motmanno*.

Concordiæ, conuentiones, & pacta minimè exigunt rerum dubietates. *deciſ.34.num.6. Motmanno.*

Concordia ad hoc vt dicatur nulla, eo quia inita ſit ſuper re iudicata, quid ad hoc requiratur. *deciſ.218. num.26. Ghiſilerio*.

ad Concordiam teſtes omni modo ſunt reducendi. *deciſ. 28. num.6.Buccabella*.

de Concordando numquam præceptum factum à teſtatore, cum ſit per ſe malum, & contra bonos mores, eſt minimè ſeruandum. *dec.104. n.18. Panzio.*

Concubinatus ex communi reputatione probari poteſt. *deciſ.58.num.17. Merlino*.

CONCVRSVS.

in Concurſu Litterarum Apoſtolicarum quæ ſint præferendæ. *deciſ.118.num.9.Buccabella*.

in Concurſu prouiſionum Parochialium, quando non ſumus, tunc ſufficit eligere dignum omiſſo digniore. *deciſ.93. num.11.Dunozet.*

Condemnatio ad expenſas eſt pars ſententiæ. *deciſ. 211. num. 8. Merlino*.

Condemnatus, ſi quis non eſt ad aliquid præſtandũ, vt dicatur paruiſſe, ſufficit, quod præſtet ſimplicem patientiam. *deciſ.166. num.2. Carrillo*.

CON-

CONDITIO.

Conditiones, & pacta contenta in concordia facta in limine vnionum Parochialium veniunt ſeruanda. *deciſ.5.num.1. Pirouano.*

Conditio primo gradni adiecta ſi deficiat, conſequēter etiam ſecundus ſubſtitutionis gradus tamquā primo ſubordinatus euaneſcit. *deciſ. 149. num.9. & 10. Buccabella.*

ſub Conditione, ſi ſit facta aliqua confirmatio, ſi conditio non verificetur, confirmatio non ſubſiſtit. *deciſ.5.num.9. Pirouano.*

Conditio aliqua, quando eſt propriè adimplenda, ei non ſatisfit per tacitam diſpoſitionem. *deciſ.163. num 22. & 30. Veroſpio.*

Conditio dependens à libera voluntate alicuius, debet in forma ſpecifica adimpleri. *deciſ.163.nu.10. Veroſpio.*

Conditiones, debent aliquid plus operari, quàm ſi diſpoſitio eſſet facta ſimpliciter. *deciſ.231.num.9. 10. & 11. Merlino.*

in Conditione poſiti, ſicuti non differunt in vocatione ab eis, qui directè ſunt nominati, ita in referente omnes comprehenduntur, ſi ſupradicti ſint certi, & ſub dictione vniuerſali. *deciſ.148.num.4. Pirouano.*

ex Conditione mortis, vel vitæ, non infertur ad conditionem viduitatis cum vna ſit ab altera valde diſsimilis. *deciſ.190.num.16. Panzirolo.*

Conditio obligationis non mutatur ex mutatione perſonæ. *deciſ.62.num.25. Motmanno.*

Conditiones tacitè non poſſunt adimpleri, quando ille, qui appoſuit d. conditiones expreſſam diſpoſitionem requiſiuit. *deciſ.163. num.23. Veroſpio.*

Conditio, ſi ſine filijs deceſſerit, non poteſt conueniri pupillari ſubſtitutioni. *deciſ.220. num.19. & 20. Dunozet.*

Conditiones inutiles reddi non debent. *deciſ. 163. num.35. Veroſpio.*

Conditio, ſi omnes deceſſerint ſine filijs, deficit, ſi vnus moriatur cum filijs. *deciſ.248.n.8. Pirouano.*

CONDVCTOR.

Conductores tenentur ſtare concordiæ initæ, quouſque eorum conductio eſt duratura. *deciſ.161.n.2. Macchiauello.*

Conductor reſpectu poſſeſsionis ciuilis quam retinet locator non ſibi, ſed Domino poſsidere dicitur. *deciſ.64.num.7. Veroſpio.*

Conductori retentio, quando detur. *deciſ.64num.14. Veroſpio.*

Conductor in re conducta non habet ius reale, & propriè non dicitur poſſidere, ſed eſſe in poſſeſſione. *deciſ. 64. num.2. & 20 Veroſpio.*

Conductores ſimplices non poſſunt impedire immiſſionem prætextu detractionum. *deciſ.88. nu. 19. Ghiſilerio.*

Conductor non præſumitur voluiſſe iacturam facere ſuper re conducta, etiamſi locatio ſit ad breue tempus. *deciſ 252.num.15. Merlino.*

Conductor aduerſus locatorem actionem perſonalem habet. *deciſ.64. nu. 4. Veroſpio.*

CONFESSIO.

Confeſſio facta abſente parte non obeſt. *deciſ. 165. num.44. Ghiſilerio.*

Cōfeſſionis acceptatio etiam facta in alio iudicio, obſtat etiam in diuerſo, itaut d. acceptatio amplius reuocari non poſſit. *dec.223. num.18. Veroſpio.*

Confeſſio adminiculata fortius probat. *deciſ. 263. num.8. Vbaldo.*

Confeſſioni alicuius cenſetur quis acquieuiſſe, non appellando. *deciſ.133. num.20. Pirouano.*

Confeſſio facta ſub aſſertione aliena non præiudicat confitenti, ſi res aliter ſit, cum dicatur eſſe in iuſto errore. *deciſ.292.num.9. Veroſpio.*

Confeſſio auctoris nocet etiam ſucceſſori. *deciſ. 294. num.20. Veroſpio.*

Quod multo magis procedit, quando ſucceſſor vſus eſt ea, quia tunc propriam ſibi fecit. *deciſ.294. num.21. Veroſpio.*

Confeſſio facta in commiſſione plenè probat contra confitentem. *deciſ.94. num.24. Merlino.*

Confeſſio facta in commiſſione probat, & eſt irreuocabilis. *deciſ.57. num.28. & 44. Veroſpio.*

Confeſſio confitenti præiudicat. *d.245. n.4. Coccino.*

Confeſſio curatoris, patris, Prælati, & ſimilium concurrentibus adminiculis probat. *deciſ. 39. num.2. Buccabella.*

Confeſſio in contractu inualido probat contra confitentem. *deciſ.60. num.9 Motmanno.*

Confeſſio dotis facta à marito præſumitur vera, ſi pater vxoris, qui eam promiſerat erat diues, & filia erat vnica. *deciſ. 160.num 7. & vide nu.8. Merlino.*

Confeſſio dotis facta à marito non præſumitur ſimulata, quando non fuit tempore ſuſpecto. *ibid.n.11.*

Confeſſio dotis facta à marito præſumitur vera, ſi adſunt verba in contanti, ſiue incontinenti. *deciſ.160. num.10. Merlino.*

Confeſſio dotis receptæ, quando præſumatur vera. *deciſ.24. nu.15. Dunozet.*

Conicilio dubia, & incerta non præiudicat, nec vllum producit effectum. *deciſ.208 num.13. Motmanno.*

Confeſſio emanata, quia pars noluit reſpondere potius, quando dicatur certa & indubitata. *deciſ.153. num.25. Matthæ.*

Confeſſio emanata à poſſeſſore probat nedum contra confitentem, ſed etiam contra habentem cauſam ab eo. *deciſ.234.num.6. Pirouano.*

ex Confeſſione erronea, & ex falſa cauſa prolata non poteſt amitti, neque transferri poſſeſſio. *deciſ.60. num.11. Motmanno.*

Confeſſio extraiudicialis facta abſente parte, ſemiplenè probat. *deciſ. 197. num.11. Pirouano.*

Confeſſio extraiudicialis nō probatur per teſtes ſingulares. *deciſ.208. num.14. Motmanno.*

Confeſſio extraiudicialis probat de æquitate canonica. *deciſ.208. num.8. Motmanno.*

Confeſſio geminata etiam extraiudicialis contra confitentem probat. *deciſ.39. num.6. Buccabella.*

Confeſſio geminata etiam extraiudicialis plenè probat. *deciſ.89. num.4. Buccabella.*

Confeſſio geminata habet vim confeſſionis iudicialis. *deciſ.294. nu.17. Veroſpio.*

Confeſſio contra confitentem ſine dubio probat, & maximè quando eſt geminata. *deciſ.153. n.4. & 5. Buccabella.*

Cōfeſſio iurata dotis receptæ probat veram numerationem. *deciſ.24. num. 8. Dunozet.*

Confeſsio licet ſit indiuidua, tamen ea diuidi poteſt, quando contra aliquam partem militat præſumptio-

tio iuris. *deciſ.294. num.10. Veroſpio.*

in Confeſſione ea interpretatio ſumenda eſt, quæ cum veritate facti magis cōcordat, & minus quam fieri poteſt præiudicat confitenti. *deciſ. 304. num. 15. Macchiauello.*

Confeſſiones partium circa Iuſpatronatus, quando probent. *deciſ.221. num.2. Panzirolo.*

Cōfeſsione partis bene poteſt probari iuſpatronatus, & maximè ſi ſit geminata. *dec.221.n.1. Panzirolo.*

Confeſsio quando fuit facta ad exonerandam cōſcientiam, aſſimilatur, & æquiparatur diſpoſitioni ad fauorem animæ, & piæ cauſæ. *dec.245.n.24. Ghiſiler.*

Confeſsioni mariti de receptione dotis tunc multo minus eſt ſtandum, ſi ſit facta in præiudicium creditorum. *dec.306.num.42. Ghiſilerio.*

Confeſsioni mariti de receptione dotis non creditur, etiamſi præceſſerit dotis ſolutio. *deciſ. 306. num. 42. Ghiſilerio.*

Confeſsio minoris, in quibus caſibus attendi ſoleat. *deciſ.263.nu.10. Vbaldo.*

Confeſsio minoris, non obſtante diſpoſitione ſtatuti, ſi ſit facta in actu voluntario, & concurrant adminicula, atque habeat concomitantiam veritatis ei nocet: *deciſ.60.num.10. Motmanno.*

Confeſsio mulieris ſi ſit adminiculata ex multis ſcripturis, & inſtrumentis ei præiudicat, etiam ſi ſit facta ſine ſolemnitatibus. *d.241. n 4 Ghiſilerio.*

in Confeſsione mulieris requiruntur ſolemnitates Statut. Vrb. lib. 1. cap. 151. quando ipſi ſtatuto poteſt fieri frans. *deciſ.245. nu.11. Coccino.*

Confeſsio mulieris facta ad piam cauſam, tunc in ea non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ. *deciſ.245. num.25. Coccino.*

in Confeſsione mulieris, tunc non requiruntur ſolemnitates Statut. lib.1. c. 151. quando eſt adminiculata, vel ſi habeat aliquas præſumptiones pro ſe. *deciſ.245. num.10. Coccino.*

in Confeſsione mulieris, quando eſt ſimplex, tunc requiruntur ſolemnitates Statut. Vrb. lib.1. c. 151. *dec.245. num.9. Coccino.*

Confeſsio non ſolum probat contra confitentem, ſed etiam contra habentem cauſam ab eo. *deciſ.229. num 3. Ghiſilerio.*

Confeſsioni partis circa damnum paſſum ſtandum non eſt. *deciſ.287. num.22. Veroſpio.*

Confeſsio non ſolum probat contra confitentem, ſed etiam contra habentes cauſam ab eo. *deciſ. 131. num.4. Dunozet.*

Confeſsionem non probant, ſi ſint ſingulares loco, & tempore. *deciſ.197. nu.10. Pirouano.*

Confeſsio præualet etiam probationi inſtrumentariæ. *deciſ.263. num.1. Vbaldo.*

Confeſsio partis, præſertim iurata præualet quibuſcumque teſtibus *deciſ.263 num.9. Vbaldo.*

Confeſsio partis aduerſæ ſufficit ad effectum manutentionis. *deciſ. 32. num.4. Buccabella.*

Confeſsio contra confitentem plenè probat. *deciſ. 132. num 3. Buccabella.*

Confeſsio, & approbatio contra confitentem; & approbantem, plenè probant. *dec.36. n.4 Buccabella.*

Confeſsio non ſolum probat contra confitentem, ſed etiam contra habentes cauſam ab eo, vt ipſi non poſsint illam impugnare, nec illi contrauenire. *deciſ.261. num.7. Ghiſilerio.*

Confeſsio contra confitentem plenè probat. *deciſ. 100. num.4 Merlino.*

Confeſsio facta in precibus probat contra confitentem. *deciſ.50. num.3. Veroſpio.*

Confeſsio eſt efficacior probatio alijs. *deciſ. 245. num.2. Coccino.*

Confeſsio contra confitentem plenè probat. *deciſ.70. num.12. Buccabella.*

Confeſsio in præiudicium confitentis attenditur. *deciſ.69. num.50. Merlino.*

Confeſsiones coniungi poſſunt ad conſtituendam plenam probationem. *deciſ.12. num.13. Veroſpio.*

Confeſſio emanata in poſitionibus probat. *deciſ. 127. num.5. Merlino.*

Confeſſio dum emanauit à procuratore non informato, liber eſt, & in poteſtate principalis eamdem confeſſionem reuocare. *d.16. num.12 Veroſpio.*

Confeſsio facta à Procuratore poteſt quandocumque reuocari à principali. *deciſ.57. n.46. Veroſpio.*

Niſi principalis illa vſus fuerit *ibid. num.47.*

Vel à parte fuerit acceptata. *Ibidem num. 48.*

Confeſſio propria vincit omnes, alias probationes, *deciſ 294 num.4. Veroſpio.*

Confeſſione propria, nulla eſt maior probatio. *deciſ. 49. num. 4. Dunozet.*

Confeſſio propria eſt probatio melior & concludentior, quam dari poteſt *deciſ.55. num.5. Pirouano.*

Confeſſio propria, quando adeſt, & eſt adminiculata teſtibus, tunc remiſſoriæ petitio reijcitur, tamquam calumnioſè petita. *deciſ.54. num.10. Dunozet.*

Confeſſio propria contra confitentem eſt omnium probationum optima. *deciſ.199. n.18. Merlino.*

in Confeſſione propria, de Iure Canonico, non inſpicitur, niſi mens proferentis, & non attenditur vtrū confeſſio ſit iudicialis, aut extra iudicium prolata. *deciſ. 2. num.14. Veroſpio.*

Et hanc opinionem ſemper ſecuta eſt Rota. *deciſ. 12. num.15. Veroſpio.*

Confeſſio propria præualet depoſitionibus teſtium, & omnibus alijs probationibus per confitentem facientibus *deciſ.54. num.8. Dunozet.*

Confeſſione propria nulla eſt maior probatio. *deciſ. 24. num.14. Dunozet.*

contra Confeſſionem propriam, maximè quando eſt adminiculata teſtibus, non admittitur probatio in contrarium. *deciſ.54. n.9. Dunozet.*

Confeſſio qualificata diuidi poteſt ſtante contraria præſumptione. *deciſ.130. num.2. Veroſpio.*

Confeſſio qualificata, quando pro parte poteſt acceptari. *dec.191. num.8. Panzirolo.*

Confeſſio qualificata ſeparari poteſt, quando contra qualitatem militat Iuris præſumptio. *deciſ. 180. num.31. Pirouano.*

Confeſſio à ſua qualitate ſeperari poteſt, ad aliquid ſubſtinendum. *deciſ.180. num.30. Pirouano.*

Confeſsio reſultans ex productione ſcripturarum, eſt irreuocabilis. *deciſ.94. num.25. Merlino*

Confeſſionis reuocatio fieri non poteſt, poſtquam tranſiuit in contractum ſolemniter celebratum, & iuratum. *deciſ. 89. num.6. Buccabella.*

Confeſſio reſultans ex productione eſt ficta, & præſumpta. *deciſ.29. nu.37. Ghiſilerio.*

Confeſſio, ſi habeat relationem ad aliquod inſtrumentum, eo non exhibito, non creditur referenti in

præiu-

præiudicium tertii. *deciſ.165. num.43. Ghiſilerio.*
Confeſſio ſolutionis non probat veritatem ſolutionis, & non præiudicat. *deciſ.57.nu.5. Veroſpio.*
Confeſſio teſtatoria non ſolum probat contra hæredem, ſed etiam contra hæredem hæredis. *deciſ.274. num.1. Virili.*
Et amplia hoc etiamſi dicta confeſſio ſit facta incidenter. *Ibidem num.2.*
Confeſſio teſtatoris non ſolum probat contra hæredem, ſed etiam contra hęredem hæredis. *deciſ.276. num.4. Dunozet.*
Confeſſio tutoris adminiculata benè probat contra pupillum. *deciſ.28.n.8. Buccabella.*
Confeſſio tutoris quibus concurrentibus probet cōtra pupillum. *deciſ.39.num.1. Buccabella.*
Confeſſioni tunc multo magis eſt ſtandum, quando valde veriſimilis redditur. *deciſ.163.nu.2. Vbaldo.*
in Confeſſione etiam habet locum Statut. Vrb.lib.1. cap.151. *deciſ.245.n.1. Coccino.*
pro Confeſſionibus fidelium excipiendis, & iniungēdis pœnitentiis, quibus peccata ſalubriter curentur, Ordinario ſpectat deputare viros idoneos. *deciſ.222. num.1. Merlino.*

CONFINIS.

Confinia ex curſu temporis præſumuntur mutata, & ſufficit verificatio loci, vbi poſita ſunt bona, & vnicus tantum confinis. *dec.88.n.16. Ghiſilerio.*
ad Confines probandos, teſtes debent reddere ſufficientem rationem. *deciſ.203. num.4. Pirouano.*
Confinea concludenter probari poſſunt per teſtes. *deciſ.254.num.27 Carrillo.*
Confines deſcribendi modus, qualis dicatur indubitatus. *deciſ.203. num.2. Pirouano.*
Confinium probatio benè corroboratur ex expreſſionibus factis in inſtrumenta conceſſionia Principum, quorum abſoluta erat poteſtas confines diſtinguendi, reſtringendi, & amplandi. *deciſ.254. num.28. Carrillo.*
Confinea licet oculis ſubijciantur tamen illorum diſtinctio, non per ſenſum viſus, ſed per actum intellectus haberi debet. & ideo teſtes ſuper eis deponentibus debent reddere rationem. *deciſ.203, nu.5. Pirouano.*
ad Confines probandos ſola teſtium ſcientia non ſufficit, niſi rationem ſcientiæ concludant. *deciſ.203. num.6. Pirouano.*
Confines probantur etiam ſolis coniecturis. *deciſ.180. num 8. Pirouano.*
ad Confines probandos conuenit etiam obſeruantia. *deciſ.215. num.5. Pirouano.*
Confinium probatio, quæ fit per inſtrumenta continentia confinium expreſſionem, eſt ad hoc vera, & ſufficiens probatio. *deciſ.215. nu.2. Pirouano.*
Et hoc maximè procedit, quando confinea ſunt ſpecificati in inſtrumentis conceſſorum Principum, quorum erat abſoluta poteſtaa. *deciſ.215. num.13. Pirouano.*
Confines ſi ſemel probatum fuerit, quod fuerunt diſtincti, præſumuntur poſtea etiam in eodem ſtatu durare, niſi aliud ex aduerſo doceatur. *deciſ.215. num.4. Pirouano.*
Confinea concludenter probantur ex ſcripturis productis, & maximè ſi concurrant etiam depoſitiones teſtium. *deciſ.215. num.1. Pirouano.*
Confinea ſemel probati, præſumuntur continuati, niſi contrarium appareat. *deciſ.254. num.29. Carrillo.*
in Confinium probationis materia multum ſolet deferri congruentiæ, & veriſimilitudini. *deciſ.234. num.17. Pirouano.*

CONFIRMATIO.

ex Confirmatione Apoſtolica præſumitur obſeruantia, & contrarium aſſerenti incumbit onus probandi. *deciſ.91. num.11. Motmanno.*
Confirmatio Apoſtolica ſupplet omnem defectum, ſi quis adſit. *deciſ.222. nu.10. Merlino.*
Confirmatio ex certa ſcientia facta à Papa, ſi in ea fuit expreſſa ſubſtantia, probat abſque eo, quod doceatur de confirmato, *deciſ.226. nu.22. Ghiſilerio.*
Confirmatio confirmat rem ſecundum eius naturam. *deciſ.219 num 1 Ghiſilerio.*
Confirmatio, ſi emanauerit in forma ſpecifica, perinde eſt, ac ſi res fuiſſet à Principe facta, & de nouo conceſſa. *deciſ.222. nu.12. & 13. Merlino.*
Confirmatio Papæ ſi emanauerit ad inſtantiam partis, nil plus tribuit, quàm actus confirmatus. *deciſ. 226. num 24. Ghiſilerio.*
Confirmatio facta ſub conditione, ſi conditio non verificetur, confirmatio non ſubſiſtit. *deciſ.5. nu.9. Dunozet.*
Confirmans actum nullum, facit nouam conceſſionem, & ampliationem. *deciſ.145. nu.5. Carrillo.*
Confirmatio Apoſtolica in alienationibus terum Eccleſiæ nihil operatur, ſi alienatio non ſubſiſtat. *deciſ.129. num.14. Merlino.*
Confirmatio dicitur continere inſolita, & ea, quæ de facili concedi non ſolent, ſi agatur de maximo præiudicio Sedis Apoſtolicæ. *deciſ. 250. num.36, Coccino.*
in Confirmationibus non veniunt ea, quæ ſunt inſolita, neque ea quæ de facili concedi non conſueuerunt. *d.250.num.35. Coccino.*
Confirmatio Statutorum facta à Sede Apoſtolica in forma communi, ſi ſit ius contra ius commune, nihil, aut parum operatur. *deciſ.84.n.8. Rojas.*
Confirmatio non validat, quod eſt in ſe nullum. *deciſ. 84 num.10. Rojas.*
Confirmatio Statutorum facta à Papa remanet ſecundum eorum naturam. *dec.219. n.3. Ghiſilerio.*
Confirmatio habet vim nouæ conceſſionis, quando confirmatur id, quod inualidum eſt. *deciſ.145. num. 4. Carrillo.*
Confirmatio euaneſcit, ſi diſpoſitio ſuper qua eſt innixa, corruat. *deciſ.129. num.13. Merlino.*
Confirmatione non egent ſtatuta condita auctoritate Papæ. *deciſ.219. num.5. Ghiſilerio.*
Confirmata ea, quæ ſunt à Sede Apoſtolica, non poſſunt ab alio tolli. *deciſ.293. nu.9. Merlino.*

CONIECTVRA.

Coniecturæ, quando à iure ſunt approbatæ, admittitur probatio præſumptiua ad quemcumque effectum. *deciſ.234. nu 13. Pirouano.*
Coniecturæ, & præſumptionea talea eſſe debent, vt probent. *deciſ.309. num 13. Coccino.*
Coniecturæ, & præſumptiones dicuntur veræ probationes, quando à iure ſunt approbatæ. *deciſ.233. num.2. Pirouano.*
Coniecturæ, & teſtium depoſitionea coniunctim ſimul, & coaceruatim ſunt accipiendæ, ita vt ex vniuerſo

verſo earum cumulo Index animum ſuum informet. *deciſ.69. num.62. Merlino*.
Coniectura eſt ſumenda ex veriſimili, & non ex diſſimili. *deciſ.253. num. 17. Mattheio*.
Coniecturæ, & præſumptiones prævalere non debent inſtrumento publico.*deciſ.125.n.3. Macchiauello*.
per Coniecturas, & præſumptiones probatur dominium bonorum emphyteuticorum,quando ſumus in antiquiſſimis. *deciſ.234. nu.1. & 2.Pirouano*.
ad Coniecturas recurri ſolet quando materia eſt dubia. *deciſ.54. num.16.Dunozet*.
Coniunx ſuperſtes, ſi tranſeat ad ſecunda vota, infert iniuriam præmortuæ coniugi, & ex ea ſuperuenientibus filijs. *deciſ.45.nu.6. Motmanno*.
Vide infra in verbo Mulier,& in verbo Vxor.

CONIVNCTIO.

Coniunctio ſanguinis facit ceſſare omnem fraudis ſuſpicionem, *deciſ. 39. num.3.Buccabella*.
Coniunctio ſola naturalis, non eſt ſufficiens ad inducendum ius accreſcendi, niſi etiam concurrat coniunctiua vocatio. *deciſ.138. num.8.Panzirolo*.
à Coniunctione paterna tantum deriuat agnatio. *deciſ.53. num.7. Motmanno*.
Coniunctio materna non conſideratur ad effectum agnationis. *deciſ.53.num.8. Motmanno*.
ex Coniunctione non vxoria,quoties filius natus eſt, ſecundum Canones illegitimus eſt. *deciſ.58.num. 2. Merlino*.
Coniunctis melius eſt, vt quis ſubueniat, quibus pudor eſt ab alijs ſumptum depoſcere, aut alicui poſtulare ſubſidium neceſſitatis.*dec.194.n.36.Dunoz*.
Coniuncti ad vitæ ſubſidia inter ſe præſtanda tenentur. *deciſ.194.num.34.Dunozet*.

CONSANGVINEVS.

in Conſanguineo quocumque loquitur text. in l. vtrũ ſin.C.vbi pupill.educar.deb. *dec.95. n.4.Coccino*.
cum Conſanguineis Prælati contractus facti de bonis Eccleſiæ ſunt ſuſpecti *deciſ.94.nu.16.Merlino*.
Conſanguineorum appellatione veniunt etiam cognati. *deciſ. 102.nu.2. Motmanno*.
Conſanguinitas non ſufficiens eſt pro præſumenda donatione. *deciſ.69.num.21.& 22.Merlino*.
Vide infra in verbo Donatio.
Conſanguineorum appellatione ex parte patris, an magis latè pateat, quam ex linea patris.*deciſ.102. num.8. Motmanno*.
Conſanguinitatem alicuius cum alio teſtes, vt excludant, qualiter deponere debeant. *deciſ.241. num. 24. Ghiſilerio*.
Conſanguineorum ex parte patris appellatione,quod veniant cognati eſt impoſſibile. *deciſ. 102. num.7. Motmanno*.
Conſanguinitas parit oſcitantiam in perſcrutanda vtilitate Eccleſiæ, & ſolet inducere ſuſpicionem conceſſionis *deciſ. 252. num.20. Merlino*.
ex *Conſcientiæ* ſolicitudine inſurgit mala fides in poſſeſſore, committendo cauſam ſuper iactationibus, cum tunc non poſſit dici, quod tranquillè poſſideat. *deciſ.94.nu.22.Merlino*.
Conſenſus probatur ex ſola obſeruantia. *deciſ. 218. num.16.Ghiſilerio*.
Conſenſu ſtante plures conſortes litis poſſunt agere vnico libello. *deciſ.218.num.24. Ghiſilerio*.
Conſenſus vtriuſque partis deficit in contractibus ſimulatis. *deciſ.223. num.17. Veroſpio*.
Conſenſus cum abſit in contractu ſimulato,iuramentum non obligat.*deciſ.11. num.19. Panzirolo*.
Conſenſus in matrimonio acceptus loco formæ, magis videtur conuenire ipſi matrimonio, tanquam ſacramento. *deciſ.124.num.3. Veroſpio*.
ad Conſenſum exprimendum in matrimonio, non eſt tradita certa verborum formula. *deciſ. 124. num. 6.Veroſpio*.
Et ſatis eſt, quod verba prolata de ſui natura ſignificare poſſent tunc dari conſenſum,vel inſpecto ſono, vel ſignificatione verborum. *deciſ.124.num.7. Veroſpio*.
Conſenſus in matrimonio ſatis dicitur exprimi de præſenti, ſi contrahentes dicant, habeo, vel teneo te in vxorem, vel in maritum. *deciſ. 124. num.8. Veroſpio*.
Conſenſus in matrimonio requiritur, vt exprimatur aliquo ſigno exteriori.*deciſ.124. num.4.Veroſpio*.
Conſenſus præſtitus quo ad vnam rem, non ſuffragatur,quo ad aliam diuerſam.*deciſ.86.n.23. Veroſpio*.
Conſenſum ſuum, quis in præiudicium tertij non poteſt præſtare. *deciſ.86. num.8.Veroſpio*.
Conſenſus poteſt reuocari non obſtante quocumque iuramento, ſi fuerit præſtitus ſuper eo, quod non valet à principio ſine confirmatione Principis. *deciſ.86.num 22. Veroſpio*.
ſine Conſenſu Domini directi ſi ſit facta alienatio bonorum feudalium,non tenet. *d.228.n.28. Veroſpio*.
Conſenſus emphyteutæ cur ſit requirendus in ſub emphyteuticatione non videtur, quæ ſit ratio, cum in eo ceſſet qualitas dominij. *deciſ.40. num. 12.& 13.Ghiſilerio*.
ex Conſenſus defectu, vtile per inutile vitiatur. *deciſ. 201. num.30. Dunozet*.
Conſenſus præſtiti occaſione debetur laudemium domino directo. *deciſ. 40. num.10.Ghiſilerio*.
Conſenſus circa aliquam rem præſumitur præſtitus ex antiquitate temporis. *deciſ. 255. num. 2. & 3. Veroſpio*.
Conſenſum præſtare in ſubemphyteuticatione ſpectat ad Dominum directum, & ſubemphyteutam inueſtire, illumq. in poſſeſſionem inducere. *deciſ. 40.num.8. Ghiſilerio*.
Conſenſus ſimultaneus non requiritur in præſentatione, quando iuſpatronatus eſt acquiſitum pluribus perſonis vti ſingulis,cum tunc quilibet poteſt ſeparatim præſentare de per ſe. *d.2.n.3.Pirouano*.
Vide infra in verbo Iuſpatronatus.
Conſenſus alicuius non requiritur, quando res aliqua de per ſe venit in conſequentiam. *deciſ.274.num.12. Ghiſilerio*.
Conſenſus deficit in his, quæ fiunt per vim,& metum. *deciſ.171. num.7. Coccino*.
Conſenſus Domini directi non eſt requirendus, ſi ſecundus emphyteuta vendat. *dec.40.n.1.Ghiſilerio*.
Conſenſus vtriuſque contrahentis requiritur,vt datio inſolutum teneat. *deciſ.99. num.7. Panzirolo*.
Conſenſus tacitus ſufficit, vt quis conſentiat in iuriſdictionem. *deciſ.306.num.9 Ghiſilerio*.
Conſenſus Domini directi in ſubemphyteuticatione, ſi non requireretur, yltra amiſſionem laudemij innumera præiudicia ei orirentur, de quibus ibi. *deciſ.40.num.19.Ghiſilerio*.

Conſen-

Digitized by Google

Conſenſus donatarij requiritur pro validitate donationis. *deciſ.27.num.16.Motmanno.*

Vide infra in verbo Donatio.

Conſenſus non adeſt in errante. *deciſ.60. num. 12. Motmanno.*

Conſequutiua debent regulari ſecundum præcedentia. *deciſ.153.num.13.Buccabella.*

Conſequens, qui vult, cenſetur etiam voluiſſe antecedens. *d.19. nu.6. Carrillo, & deciſ. 185.num.6. Buccabella.*

CONSERVATOR.

Conſeruatorem ſibi eligendi poteſtatem haber vniuerſitas Pariſieñ & Salamantiñ. *deciſ.49. num.11. Dunozet.*

Conſeruatorem in quibus terminis ſolus Papa poſſit deputare. *deciſ.49.num.10. Dunozetto.*

Conſeruatoria, valde differt ab executoria. *deciſ. 49. num.14. Dunozet.*

in Conſeruatorijs quibus loquatur conſtirutio Greg. XV. ſuper reuocatione conſeruat. *deciſ.14.nu.15. Dunozetto.*

Conſortes plures litis, ſi conſentiant, poſſunt vnico libello agere. *deciſ.218.num.24. Ghiſilerio.*

CONSTITVTIO.

Conſtitutiones Marchiæ ad omnia loca Status Eccleſiaſtici ſunt extenſa. *deciſ.119. num.1. Motmanno.*

Conſtitutionis Marchiæ ſolemnitates requiruntur in omnibus contractibus in quibus mulieres, vel minores lędi poſſunt. *deciſ.99. num 8. Panzirolo.*

Conſtitutio noua non eſt retrotrahenda in præiudiciū gratiæ per Papam prius alicui factæ, cui per eam iam fuerat ius quæſitum. *dec.140 n.15. Panzirolo.*

Conſtitutio irritans contractus ſine certa ſolemnitate celebratos, etiam in foro conſcientiæ ratio ſalutis æternæ, & fauoris animæ ſuadet, quod ſtante dubio, an intret, quod d. contractus non cenſeatur irritare. *deciſ.81.num.10. & 11.Motmanno.*

Conſtitutio aliqua, ſi habeat clauſulam ſublata, & decretum irritans, tollit omnem obſeruantiam in contrarium. *deciſ.31. num.2. Ghiſilerio.*

Conſtitutio aliqua ſi loquatur per ſeparatas diſpoſitiones, hoc caſu vltima diſpoſitio dicitur pendere à prima, nec repetere qualitates primæ. *deciſ.253. num.79. & 80. Mattha.*

Conſtitutiones plures diuerſorum Summorum Pontificum in Bullario leguntur ſine anno, & Pontificatu, de quarum fide nefas eſt dubitare. *deciſ.226. num.28.Ghiſilerio.*

Conſtitutio, & confirmatio Apoſtolica probare poteſt directè, & in ſua ſubſtantia ſtatum Eccleſiæ Collegiatæ. *deciſ.133.num.6. Pirouano.*

Conſtitutiones omnes, & ſtatuta à quo emanant. *deciſ.76. num.10. & 14. Merlino.*

Conſtitutionis Eccleſiaſticæ pręcipuus finis eſſe debet actiones humanas ad æternam felicitatem, & ſalutem dirigere. *deciſ.107. num.16.Veroſpio.*

circa Declarationem aliquarum conſtitutionum vide in calce Indicis.

CONSVETVDO.

Conſuetudo allegata non releuat, ſi non probetur. *deciſ.214.num.18. Carrillo.*

Conſuetudo probari poteſt ex pluribus inſtrumentis. *deciſ.32. num.15. Veroſpio.*

Conſuetudo plurimum attenditur in materia Anniuerſariorum, & diſtributionum. *d.59.n.28.Merlino.*

Conſuetudo efficere poteſt, vt valeat ſtatutum, ſi illud non poſſit ſubſtineri ex defectu publicæ auctoritatis. *deciſ.107.num.10. Veroſpio.*

Conſuetudo eſt inſpicienda, quando dubitatur an aliquod beneficium requirat ordinem. *deciſ.14. nu.6. Pirouano.*

Conſuetudo, ſi ſit de his, quæ reſpiciunt ſolemnitatem actuum attendi debet, & eſt valida. *deciſ.115. num.4. Motmanno.*

Conſuetudo notoria Tabellionum circa confectiones teſtamentorum eſt attendenda. *deciſ.115. num.3. Motmanno.*

Conſuetudo contra ius eſt plenè, & concludenter probanda. *deciſ.82. num.12. Panzirolo.*

Conſuetudo induci poteſt, obtinendi præbendam cum dignitate abſque diſpenſatione. *deciſ.256. n.7. Motmanno.*

Conſuetudo de vno loco ad alium non ſuffragatur. *deciſ.214. num.19.Carrillo.*

Conſuetudo poteſt probari per teſtes. *deciſ.52.nu.6. Pirouano.*

Conſuetudo debet iuſtificari in eodem loco, & in ſpecie caſus controuerſi. *deciſ.214. num.20. Carrillo.*

Conſuetudo irrationabilis nunquam præſcribitur. *deciſ.232. num.15. Carrillo.*

Conſuetudo poteſt vigere, quod antequā quis admittatur ad cauſam, teneatur probare ſe eſſe originarium loci, quæ probatio fieri poteſt abſque citatione. *deciſ.232. num 3. Carrillo.*

Conſuetudo immemorabilis qualiter probetur. *deciſ. 232.num.4.Carrillo.*

Conſuetudini ſtandum eſt, ſi verſemur in caſu, in quo ius non reſiſtit. *deciſ. 232. num.5.Carillo.*

Conſuetudo, quod ad beneficia tantum admittantur oriundi, & naturales loci, eſt rationabilis, inſta, & ſancta, & tanquam talis eſt admittenda. *deciſ.232. num.16. Carrillo.*

Conſuetudo æquiparatur ſtatuto. *deciſ. 16. num. 6. Motmanno.*

Conſuetudo loci particularis pręualet generali totius territorij. *deciſ.272.num.8. Coccino.*

Conſuetudinem, quando teſtes probent. *deciſ.266. num.4. Vbaldo.*

Conſuetudo, & ſtylus plurimum attēditur inter Mercatores. *deciſ.47. num.4. Panzirolo.*

Conſuetudo, & mos patriæ potiſſimum attendi debet in decernendis alimentis. *deciſ.30.nu.26. Merlino.*

Conſumptionis, & detractionis præſumptio per hæredem grauatum non conficientem inuentarium, ceſſat per diſtinctionem inter fideicommiſſum vniuerſale, & particulare, & qualiter hoc intelligatur. *deciſ.164.num.8. & 9. Ghiſilerio.*

Vide infra in verb. Hæres, & in verb. Inuentarium.

CONTINVATIO.

In Continuationis poſſeſſionis materia non valet illatio à tempore preterito ad præſens vltra terminum 10. annorum. *deciſ.12. num.10.Veroſpio.*

Continuatio ciuilis poſſeſſionis non datur poſt decem annos, ſed requiritur actualis poſſeſſio. *deciſ. 12. num. 11. Veroſpio.*

Continuatio graduum nulla datur ſublato medio, vel intercedente gradu inhabili. *dec.53.nu.4.Motman.*

CONTRACTVS.

Contractus, quando in re minima non fuit adimpletus, non poteſt dari de non adimplemento. *deciſ. 35. num. 11. & 12. Coccino.*

Contractus, vt annulletur ex eo, quod quis dicatur eſſe à mente alienus, hoc debet plenè, & concludenter probari. *deciſ. 298. num. 3. Pirouano.*

Contractus approbatione, vel reprobatione ſunt indiuidui. *deciſ. 60. num. 14. Motmanno.*

Contractus quando fuit celebratus, vt validè alteretur, requiritur conſenſus vtriuſque partis. *dec. 292. num. 2. Veroſpio.*

Contractus vt valeant, ſecundum limites iuris naturalis, vel gentium, ſolus conſenſus eſt ſufficiens. *deciſ. 62. num. 11. Motmanno.*

Contractus ex conuentione legem accipiunt. *deciſ. 201. num. 51. Dunozet.*

Contractus celebratus ab eo, in quo concurrunt diuerſa ſigna dementiæ, ſed non caret totali vſu rationis, & intellectus pro valido reppeatur. & n. 19. *deciſ. 298. num. 8. Pirouano.*

Contractus dementium, & fatuorum nullius ſunt roboris. *deciſ. 298. num. 2. Pirouano.*

Contractus initus ſuper bonis Eccleſiaſticis dicitur teger, ſeu res integra donec non fuerit obtentũ in beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ. 218. num. 13. & 15. limita num. 14. Ghiſilerio.*

Contractuum Eccleſiæ validitas potiſſimum conſiſtit circa euidentem vtilitatem, itaut non ſufficiat, ſi d. vtilitas ſit dubia. *deciſ. 94. num. 52. Merlino.*

Contractus emphyteutici, nullã habent à iure præſcriptam formam. *deciſ. 201. num. 29. Dunozet*

Contractus eſſentia, ſicuti non poteſt poni in alterius voluntate contrahentis, ita nec eſſentia diſtractus, vel reſolutionis propter identitatem rationis. *deciſ. 201. num. 5. Dunozet.*

Contractus corruunt ſtante mala fide. *deciſ. 122. num. 23. Ghiſilerio.*

Contractus corruunt ſtante mala fide. *deciſ. 122. num. 23. Ghiſilerio.*

Contractus celebratus à filio ſine præſentia patris à d. Statuto Vrb. lib. 1. cap. 151. requiſita non annullatur, ſi filius expreſſerit ſe non conuenire cum patre, & pater id etiam declarauit. *deciſ. 245. num. 5. & 7. Coccino.*

in Contractu inualido confeſſio emanata probat contra confitentem. *deciſ. 60. num. 4. Motmanno*

Contractus inualiditas impedit translationem poſſeſſionis. *deciſ. 60. num. 6. Motmanno.*

de Contractus interpretatione quando agitur, magis ſtandum eſt opinioni partium, & quid ipſi ſenſerint, quàm quid generaliter in abſtracto, & de rigore iuris ſit ſtatuendum. *deciſ. 262. n. 17. Merlino.*

à Contractu priori cenſetur receſſum ſtante incompatibilitate ſecundi. *deciſ. 155. num. 1. Panzirolo.*

Contractus ignorantiam quis non poteſt allegare, ſi ipſe illum celebrauerit. *deciſ. 306. nu. 54. Ghiſilerio.*

Contractus naturam ſequitur iuramentum. *deciſ. 11. num. 20. Panzirolo.*

in Contractibus minorum ſolemnitates ſunt inuentæ ad eorum vtilitatem. *deciſ. 165. nu. 58. Ghiſilerio.*

Contractus minorum ſine debitis ſolemnitatibus celebrati, quando ex eis nulla penitus oriatur obligatio. *deciſ. 119. nu. 21. Motmanno.*

Contractus minorum, ſunt nulli, non adhibitis ſolemnitatibus requiſitis per conſtitut. March. lib. 5. cap. 2. de contr. minor. *deciſ. 62. num. 1. Motmanno.*

Contractibus minorum, ſine requiſitis ſolemnitatibus celebratis licet Ægidiana auferat validitatem, non tamen adimit fidẽ. *deciſ. 119. num. 30. Motmanno.*

Contractus celebratus cum minore ſine ſolemnitatibus non tenet, ipſo ſic volente, ſed ſecus è contra. *deciſ. 165. num. 57. Ghiſilerio.*

Contractus celebratus cum minore abſque ſolemnitatibus ſtatutarijs eſt nullus minore volente, ac ipſo volente eſt validus, & tenet. *deciſ. 306. nu. 49. Ghiſilerio.*

Et ratio eſt quia ſolemnitates ſunt inductæ fauore minorum. *ibidem.*

Contractus minorum ſunt nulli, non ſeruatis ſolemnitatibus requiſitis à conſtitutione Marchiæ, quæ ſunt neceſſaria etiam in contractibus forenſium. *deciſ. 306. num. 48. Ghiſilerio.*

Contractus fauore minoris claudicat. *deciſ. 119. n. 24. Motmanno.*

Contractus mulierum celebrati ſine ſolemnitatibus requiſitis à conſtit. Marchiæ, & ſtatuti loci, redditur manifeſtè nullus. *deciſ. 178. num. 7. Panzirolo.*

in Contractibus nominatis altero deficiente in promiſſione cogi poteſt ab alio ad eandem promiſſionem implendam, antequam contractus reſcindatur. *deciſ. 242. num. 5. Veroſpio.*

Contractus nominati naturam dicitur habere ceſſio ſtante ſtipulatione ei adiecta. *deciſ. 242. n. 4. Veroſp.*

Contractus, ſi ſit nullus ex defectu cauſæ, habetur pro nullo, ſi is velit, qui nullum dicere poteſt. *deciſ. 88. num. 9. Ghiſilerio.*

ex Contractu etiam nullo transfertur poſſeſſio. *deciſ. 60. num. 8. Motmanno.*

Contractus aliquis an ſit perſonalis, vel realis, hoc benè declarat obſeruãtia ſubſecuta. *dec. 218. n. 10. Ghiſilerio.*

Contractus promiſſionis dotis perficitur conſenſu, & pro eo non requiritur ſcriptura, niſi ad maiorem probationem. *deciſ. 221. num. 4. Ghiſilerio.*

Contractus vnus ineſt in alio ſtante relatione vnius ad alium. *deciſ. 241. num. 5. Ghiſilerio.*

à Contractu recedere, quis licitè poteſt, ſi res adhuc ſit integra. *deciſ. 218. num. 12. Ghiſilerio.*

per Contractus reſolutionem, & pretij reſtitutionem ceſſat remedium l. 2. C. de reſcind. vendit. *deciſ. 91. nu. 5. Machiauello.*

Contractus ibi debet cenſeri celebratus, vbi eſt facta illius ratificatio. *deciſ. 62. num. 18. Motmanno.*

Contractum ratificans ab aliquo celebratum, & obligans ſe in forma Cameræ, rectè contra eum poteſt procedi executiuè relaxari mandatum, perinde ac ſi ab initio ſe obligaſſet. *deciſ. 271. num. 1. Vbaldo.*

in Contractibus attenditur magis veritas, quàm quod ſimulatè concipitur. *deciſ. 39. num. 10. Buccabella.*

Contractus ſimulatus dicitur fictus. *deciſ. 11. nu. 20. Panzirolo.*

in Contractibus ſimulatis deficit conſenſus vtriuſque partis. *deciſ. 223. nu. 17. Veroſpio.*

Contractus ſi declaretur ſimulatus, nullius erit effectus. *deciſ. 130. num. 13. Veroſpio.*

in Contractu ſocietatis, quando perſona ſubintellecta nõ reddat cõtractum nullũ. *d. 183. n. 5. Coccino.*

Con-

Contractus in foro conſcientiæ non ligat, in quo prætermiſſæ ſunt ſolemnitates iuris poſitiui. quod limitatur. *deciſ.62 num.9. Motmanno.*

Contractus nullos ex defectu ſolemnitatum ille ſolus poteſt annullare, ad cuius fauorem introductæ ſunt ſolemnitates. *deciſ.62. num. 20. Motmanno.*

Contractus celebratus, ſine debitis ſolemnitatibus, ſaltem in foro animæ ratione conſenſus eſt obligatorius. *deciſ.119. num. 19. Motmanno.*

Contractus poſſunt celebrari in teſtamento. *dec.104. num.9. Panzirolo.*

in Contractibus omnibus ſufficiunt duo teſtes. *dec.9. num.15. Merlino.*

Contractus rei, vel delicti ratione quis efficitur de iuriſdictione Iudicis illius loci, quantumuis contrahens, vel delinquens ſit exemptus, licet non dicatur, vel efficiatur ſubditus. *deciſ. 165. num. 6. Ghiſilerio.*

Contractus, & ſcripturæ confectæ Ferrariæ non facta denunciatione Gabellarijs, nullius roboris ſunt, neque ex eis competit ius agendi, ſiue excipiendi. *deciſ.187. num.13. Panzirolo.*

Contractus aliquis, ſi fuerit celebratus per procuratorem cum conditione, vt ille à principali ratificetur, tunc contractus perfectionem recipit à ſubſecuta ratificatione. *deciſ.119.nu.13 Motmanno.*

in Contractibus, nec etiam ſyllaba debet eſſe fruſtratoria. *deciſ.201. num.56. Dunozet.*

Contractus initium, & natura ſpectanda eſt. *dec.116. num.6. Motmanno.*

in Contractu emphyteuſis debet inſpici conceſſionis tenor. *deciſ.163.num.34 Veroſpio.*

per *Contradictas* meritò proceditur, quando quis eſt citatus perſonaliter, & non comparet per ſe, vel per procuratorem. *deciſ.7. num.1. Carrillo.*

Contradictio, ne incontinenti ſeqnatur, facienda eſt interpretatio. *deciſ.222. num 27. Merlino.*

CONTRAHENTES.

Contrahentium mens colligitur ex proœmio. *deciſ. 300.num.2 Panzirolo.*

Contrahentes præſumendum eſt id voluiſſe quod expreſſerunt. *deciſ.311. n.11. Motmanno.*

Contrahentium voluntas metiri debet ab eorum poteſtate. *deciſ.52.num.30. Pirouano.*

Contrahentis mens, potius quam verba attendi debet. *deciſ.69.num.46.Merlino.*

Contrahentium animus arguitur ex ſolito, & obſeruantia. *deciſ.28. num.13. Buccabella.*

Contrahens cum alio tenetur inueſtigare eius conditionem, & qualitates rei, & eas ſcire. *deciſ. 122. num.20. Ghiſilerio.*

Contrahens ſine ſolemnitatibus, dicitur in mala fide, & tenetur ad omnes fructus. *d.3. n.33. Merlino.*

Contrahendum eſt cum Domino, & non cum detentore rei. *deciſ 122.num.21.Ghiſilerio.*

Contraria inter ſe duo valde, quis non præſumitur voluiſſe vno, eodemque tempore. *deciſ.175. num. 18. Motmanno.*

Contraria inter ſe, qualiter cognoſcantur. *deciſ.133. num.19. Pirouano.*

Contumacia, vbi non eſt concludenter probata, non eſt locus cenſuris. *deciſ.211 num.6. Merlino.*

CONTVMAX.

Contumax verus, & realis quis dicitur, ſi à principio fuit perſonaliter citatus. *deciſ.227. n. 10. Merlino.*

Contumaci ficto, & præſumpto, vel vbi ſolum procurator eſt verus contumax, indultum eſt ex quadam æquitate vt poſſit appellare intra decē dies à die habitæ notitiæ. *deciſ.227.num.11. Merlino.*

CONVENTIO.

Conuentiones, & pacta celebrata cum Abbatibus, Rectoribus. & Parochis ſuper rebus ad parochialitatem ſpectantibus ſubſiſtunt, & ligant ſucceſſores, & quare, & quando ſecus. *deciſ.218. num.4. 5.& 6. Ghiſilerio.*

Conuentio, quæ voluntatem concedentis reſpicit, ex ipſa ſola poteſt reuocari. *deciſ.201.n.16. Dunozet.*

Conuentio facta inter contrahentes de ſtando iuramento, ſiue ſimplici declarationi alterius partis, ceſſat ſupradicta conuentio, ſtante dolo iurantis, ſiue declarantis. *deciſ.239.num.18. Veroſpio.*

COPIA.

Copia ſimplex probationem non facit. *deciſ. 207. num.4. Buccabella.*

Copia impreſſa litterarum Apoſtolicarum ſufficit ad firmandam iuriſdictionem. *d.265. num.8. Vbaldo.*

COPVLA.

Copula, &, quando eſt poſita inter genus & ſpeciem, ſtat declaratiuè. *deciſ.173. num. 35. Veroſpio.*

Copulæ, &, natura eſt potius ampliare, quàm reſtringere diſpoſitiones. *deciſ.209. num 8. Pirouano.*

Copula, &, de ſui natura ſolet copulare diſpoſitiones. *deciſ.209.num.7. Pirouano.*

Copulæ, &, natura non tam eſt inſpicienda, quàm vis, & qualitas materiæ ſubiectæ. *d.138.n.36. Veroſpio.*

Copula, &, quando denotet diuerſitatem, & requirat concurſum copulatorum. *deciſ. 190. num. 15. Panzirolo.*

Vide ſupra in verbo Dictio, &.

Copulatiua dictio operatur nedum vnitatem orationis, ſed vt qualitas in vno ex copulatis repetita in alio præſumatur. *d.33.num.9. Coccino.*

Copulatiuæ vna pars, alteram declarat. *deciſ. 33. num.8. Coccino.*

Copulare, & coniungere natura eſt dictionis, *(ac)*. *deciſ.236.num.17. Veroſpio.*

Correctio in continenti in eadem diſpoſitione, nullo pacto eſt præſumenda. *deciſ.31. num.3. Ghiſilerio.*

Correxiſſe quis ſe incontinenti non eſt præſumendum. *deciſ.140.num.12. Panzirolo.*

CREDITOR.

Creditor licet poſterior ex iure proprio alteri præfertur, ſi ceſſionem habeat ab anteriori. *deciſ. 141. num.3. Panzirolo.*

Creditor poteſt compenſari ſuum creditum cum debito ſibi bene viſo. *deciſ.26. num.19. Dunoz.*

Creditori ſi ſit facta ſolutio, nihil refert, quod debitor ſoluerit, vel alius pro eo. *dec.55.n.3. Pirouano.*

Creditor defuncti ſi ſit hæres non debet bona immobilia inſolutum recipere ſi adſint mobilia. *deciſ. 127.num.13.& 14. Merlino.*

Creditorum quietantiæ, ſiue illorum manu ſint ſcriptæ, ſiue aliena manu, ſed ab eis ſubſcriptæ ſemper probant. *deciſ.55.num.7. Pirouano.*

Creditor principalis non ſolum tenetur conſeruare indemnem fideiuſſorem pro ſumma, pro qua fideiuſſit, ſed etiam quo ad omnia damna, & intereſſe,

quæ paſſus eſt occaſione d. fideiuſſionis. *deciſ.*287. *num.*7. *Veroſpio.*

Creditori hypotecario anteriori non poteſt impediri immiſſio per creditum dotale poſterins. *deciſ.*306. *num.*30. *Ghiſilerio.*

Creditor qui conſenſit debitori alienanti, ius pignoris remittit. *deciſ.*300. *num.* 3. *Panzirolo.*

erga Creditorem pupilli, tutor poteſt agnoſcere bonam fidem, aliquid iuſtè euincere volenris. *deciſ.* 151. *num.*8. *Motmanno.*

Creditor, quando accipit pecunias ſub vſuris ex eo, quod debiror ei ſuum creditum non ſoluit, requiritur citatio perſonalis, nec ſuffieit citatio dimiſſa copia domi. *deciſ.*229. *num.*10. *Ghiſilerio.*

Cum requiratur, quod debitor certo ſciat ſe grauari vſuris, ad effectum vt deliberet, quid velit facere. *ibidem num.* 11.

Creditor, ſi vigore ſacultatis à teſtatore ei conceſſæ, poteſt declarare quantitatem ſui crediti, tunc illius cauſa debet conſtare ex alijs probationibus. *deciſ.*239. *num.*13. *limita* 15. & 16. *Veroſpio.*

Creditor dicitur amiſiſſe facultatem ei relictam à teſtatore, circa declarationem ſui crediti, ſi dolosè dictam declarationem fecerit. *deciſ.*239. *num.*17. *Veroſpio.*

Creditor poteſt ſequi fidem eius debitoris circa declarationem ab eo factam de ſuo credito. *deciſ.*239. *num.*1. *Veroſpio.*

Creditoribus non eſt prohibitum, ad excludendam poſſeſſionem alicnius probare, quod de eo tempore alius erat in poſſeſſione. *dec.*181. *n.*12. *Pirouano.*

Creditor poſterior, qui adminiſtrauit bona debitoris, ſi in redditione rationis remanſerit debitor, non poteſt opponere compenſationem in præiudicium creditorum anteriorum. *deciſ.*177. *n.*8. *Panzirolo.*

Creditores anteriores ſi conſenſerunt, vt creditor poſterior eis præferatur, hoc non præiudicat alijs creditoribus magis anterioribus, qui non conſenſerunt. *deciſ.*177. *nu.*7. *Panzirolo.*

Creditor vigore ſaluiani inrerdicti, quid rantum poſſit prætendere in bonis debitoris. *deciſ.*179. *num.* 14. *Ghiſilerio.*

Creditor, qui faſſus eſt, ſe creditorem eſſe in certa ſumma, abſque aliqua ditione taxatiua, non videtur fateri ſibi plus non deberi. *d.*45. *n.*22. *Motmanno.*

Creditor immiſſus vigore ſaluiani, ſed pro debitore dicitur poſſidere. *deciſ.*179. *n.*10. & 11. *Ghiſilerio.*

Creditor immiſſus in poſſeſſionem vigore ſaluiani, ſi poſtquam eſt ſatisfactus, rem retineat, poteſt conueniri actione ſpolij. *deciſ.*130. *num.* 15. *Veroſpio.*

Creditor alicuius ſi quis ſit contra illius bona ire debet, & non contra tertium. *deciſ.*3. *nu.*61. *Merlino.*

CREDITVM.

Creditum dotis, mulier grauata reſtituere bona hæreditaria, quando non poſſit prætendere illud extrahere ex dictis bonis. *deciſ.*244. *num.*3. *Panzirolo.*

Creditum dotis, licet conſiſtat in pecunia tamen fauore ipſius matrimonij debentur fructus, non ſecus ac ſi creditum conſiſteret in prædijs. *deciſ.* 168. *num.* 15. *Ghiſilerio.*

Creditum dotale, quando eſt poſterior alteri credito, non habet priuilegium prælationis, ſuper bonis viri aduerſus creditores habentes expreſſam hypotecam. *deciſ.* 181. *num.*2. *Pirouano.*

Creditum dotale, quando eſt poſterius in tempore, non habet priuilegium prælationis ſuper bonis viri, aduerſus creditores habentes expreſſam hypotecam. *deciſ.*150. *num.*3. *Pirouano.*

Crediti generalis petitio facta cum proteſtatione detrahendi quamcumque ſummam antea ſolutam, remouet omnem ſuſpicionem doli, cum eius effectus ſit, vt non intelligatur facta ea petitio, niſi pro vero credito. *deciſ.*239. *num.*22. *Veroſpio.*

Creditum aliquod, quando non poſſit dici modici valoris. *deciſ.* 228. *num.*21. *Veroſpio.*

Creditum acquiſitum per contractum irreuocabilem inter viuos, cum expreſſa hypoteca, data illius effectuatione per purificationem condirionis ob aliquem defectum, hypoteca retrotrahitur ad tempus celebrati contractus. *deciſ.* 205. *num.* 10. *Buccabella.*

Creditum liquidum, & certum, præſumitur compenſatum, cum debito pariter liquido, & certo. *deciſ.* 26. *num.*16. *Dunozet.*

Credita liquida, & certa ſunt quæ efficaciter ab inuitis extorqueri poſſunt. *deciſ.*26. *num.*6. *Dunozet.*

Creditum dicitur liquidũ, quando interuenit vel confeſſio partis, vel res iudicatas. *deciſ.*306. *num.* 46. *Ghiſilerio.*

de Credito claro, & liquido conſtare debet ad hoc, vt poſſit impediri manutentio per illud. *deciſ.* 306. *num.*45. *Ghiſilerio.*

in Criminalibus citatio, ſeu monitorium omninò arctat ad comparendum. *deciſ.*4. *num.*26. *Ghiſilerio.*

CVLPA.

ex Culpa aliena, quis non debet grauari. *deciſ.*167. *num.*10. *Panzirolo.*

in Culpa quis non dicitur eſſe, ſi ignorans aliquid fecerit. *deciſ.*167. *num.*9. *Panzirolo.*

Culpa, & negligentia mariti non exigentis dotem, nõ poteſt præiudicare mulieri. *dec.*35. *n.*8. *Coccin.*

Culpam, aut negligentiam allegans, tenetur probare, quod ea ceſſante actus potuiſſet perfici. *deciſ.*35. *num.*9. *Coccino.*

Cultus diuini augmentum magis præponderat, quàm ratio præiudicij, quod aliquibus poteſt deſerri circa diminutionem honoris, ſeu decoris. *deciſ.* 258. *num.*23. *Carrillo.*

CVRA.

Cura animarum quoad habitũ reſidet penes Monaſterium, cui eſt facta vnio, & exercitium dicitur tãtum trãslatum in Vicarium. *d.*145. *n.*11. *Carrillo.*

Cura animarum poteſt eſſe penes Eccleſiam Regularem, vel Monaſterium, vel Collegium. *deciſ.* 137. *num.*1. *Pirouano.*

Cura deputandi Sacerdotes apud quos Chriſti fideles dolenter confitentes conſcientiæ diſcuſſionem faciant, & ſalutarem medelam pro quibuſcumque culpis exquirant, Ordinarijs per Concil. Trident. iniuncta eſt. *deciſ.*222. *num.*2. *Merlino.*

Curæ animarum habitum, quando dicatur remanſiſſe penes Monaſterium, exercirium verò penes Rectorem deputatum ab Abbate, vti de menſa Monaſterij. *deciſ.*254. *nu.*7. *Carrillo.*

Cura animarũ ſi ſit diſmembranda ab aliqua Eccleſia Parochiali, vocandi ſunt omnes Patroni, & Parochiani pro eorum conſenſu, aliàs non ſubſtinetur. *deciſ.*6. *num.*4. *Ghiſilerio.*

Cura

Cura animarum quando probetur, quod reſideat penes Monaſterium, & non penes Parochum exercentem curam. *deciſ.*192.*n.*6 10 *&* 12. *Pirouano.*
Cura animarum dicitur adeſſe tantum penes Archipresbyteratum, licet adſint alij Presbyteri, qui de eius ordine eum adiuuēt. *deciſ.*216.*n.*10. *Carrillo.*
Cura animarum dicitur ſpectare ad Archipresbyterum, ſi ipſe ſolus faciat id, quod ſpectat ad illarum curam. *deciſ* 216. *num.*12. *Carrillo.*
Cura animarum non poteſt dici, quod ſit tantum penes Curatum, ſi indiſtinctè ab omnibus Eccleſiæ dignitatibus exerceatur, abſque eius licentia. *deciſ.* 216. *num.*7. 8 *&* 9. *Carrillo.*
ad Curam animarum ſpectat, excipere confeſſiones, Populo Sacramenta adminiſtrare, eiq. publicas ferias, ac ieiunia indicere, defunctorum corpora tumulare &c. *deciſ.*313. *num.*16. *Veroſpio.*
Vide ſupra in verbo Animarum cura.
Curator datus ad lites minori, eſt nulliter datus, curatore vniuerſali noc interueniente. *deciſ.*114. *n.*9. *Panzirolo.*

D

DAMNVM.

DAmuum, quod quis ſua culpa ſentit ſibi, & non alijs debet imputare. *deciſ.*263. *num.*7. *Vbaldo.*
de Damno quando conſtat, tunc conceſſio bonorum Eccleſiæ nullatenus tenet. *deciſ.* 36. *num.*14. *Buccabella.*
Damnum infectum peti poteſt propter iuſtum metum ruinæ. *deciſ* 253. *num.* 7. *Mattha.*
Damnum quis debet ſibi imputare, ſi culpa ſua non poteſt recuperare poſſeſſionem. *deciſ* 94. *num.*2. *Merlino.*
circa Damnum datum, ſi ſtatuto caueatur, quod ſtetur iuramento dicti damni paſſi, vt habeat locum, quid requiratur. *deciſ.*239. *nu.*14. *Veroſpio.*
Damnum quodcumque reſarciendum, ſi ſit facta obligatio, intelligenda eſt de damno in ordine ad lucrum. *deciſ.* 47. *num.* 11. *Panzirolo.*
ſine Damno alterius poteſt quis rem ſibi proficuam facere, & ſibi mutare cauſam poſſeſſionis. *dec.*154. *num.* 13. *Motmanno.*
Damui, id quod ſibi eſt, nemo præſumitur voluiſſe ſibi eligere. *deciſ.*172. *num.*22. *Coccino.*
Damnoſum viam, nemo præſumitur voluiſſe eligere, *deciſ.*297. *num.*10. *Motmanno.*
Damnoſum, ſi quid eſt alicui, non præſumitur id voluiſſe. *deciſ.*297. *nu.*10. *Motmanno.*
Data ſcripturæ, ſublatis adminiculis, non probat antiquitatem, cum ſit poſſibile nouam ſcripturam confectam eſſe ſub data temporis antiquioris loci, anni, & Imperatoris quantumuis longe antiqui. *deciſ.* 208. *num.* 20. *Motmanno.*
Dataria in materia prouiſionum Apoſtolicarum ad ſupplicationem partis, ſolet adhibere diligentias, ne aliquid relaxetur in præiudicium libertatis Eccleſiaſticæ. *deciſ.*29. *num.*18. *Ghiſilerio.*

DATIO INSOLVTVM.

Datio inſolutum vt valeat, requiritur cōſenſus vtriuſque contrahentis. *deciſ.* 100. *num.*7. *Merlino.*
Datio inſolutum probat veram numerationem, perinde ac ſi res ipſa debita ſolueretur. *deciſ.* 114. *num.*15. *Panzirolo.*
Datio inſolutum quando non dicatur facta, ſed potius pignoris conſtitutio. *deciſ.*261. *num* 17. *Ghiſilerio.*
Datio inſolutum eſt de ſui natura perpetua & tranſlatiua dominij. *deciſ.*261. *num.* 19. *Ghiſilerio.*

DEBITOR.

Debitoris fidem creditor poteſt ſequi circa declarationem de eo factum de ſuo credito. *deciſ.*239. *num.*1 *Veroſpio.*
Debitor alicuius ſi erat teſtator, & mandet hæredi, quod ſoluaed debitum, tunc eius voluntas ſeruanda eſt non in vim legati, ſed in vim præcedentis obligationis, quam dum voluit ſeruari, re ipſa cenſetur adempta facultas dandi de illius nullitate. *deciſ.*241. *num.*29. *&* 30. *Ghiſilerio.*
Vide infra in verbo Teſtator.

DEBITVM.

Debitum bona fide præſcriptum, ſalua conſcientia retineri poteſt. *deciſ.*81. *num.*8. *Motmanno.*
de Debiti quantitate dicitur clarè conſtare ex apoca manu ipſius debitoris ſubſcripta. *deciſ.*187. *num.*4. *Panzirolo.*
Debita hæreditaria ſoluta ab hærede. quando non valeant impedire immiſſionem petitam à fideicommiſſario. *deciſ* 244. *num.*2 *Panzirolo*
Debitum litigioſum non eſt debitum, maximè ad inducendam pœnam caducitatis. *deciſ.*26. *num.* 7. *Dunzet.*
Debita quando non ſunt liquida, non debent cenſeri debita, præſertim ad inducendam pœnam. *deciſ.* 303. *num* 6. *Motmanno.*
Debita contracta ratione mutui non comprehenduntur in ſtatut.20 de verb.ſignif Relig. Hieroſolym. *deciſ.*303. *nu.*9 10.12. *&* 18. *Motmanno.*
Debitum cum credito compenſatur ipſo iure ad euitandam pœnam *deciſ* 303 *nu.*7. *Motmanno.*
Debitum ſoluenti pro alio acquiritur actio contraria mandati. *deciſ.* 55 *num* 2. *Pirouano.*
Debitum proueniens ex falſa cauſa non ſubſtinetur. *deciſ.*229 *num.*8 *Ghiſilerio.*
Debitum eſt ſoluendum in pecunia. & non in fructibus. *deciſ.*153 *num.* 14. *Buccabella.*
pro Debito patris filius non tenetur, & ideo non contra eum ſunt dirigenda acta, ſed contra patrem debitorem. *deciſ.*244 *nu.* 7. *Panzirolo.*
Debitum naturale æquè, ac debitum naturale, & ciuile vires obtinet in iudicio animæ. *deciſ.*62. *nu.*3. *Motmanno.*
Debiti omnem ſpeciem aptum eſt comprehendere nomen pecuniæ. *deciſ* 239. *num.*3. *Veroſpio.*
Debita ſua, ſi quis inter viuos mandet ſolui, ceſſat ratio cogitationis de conſcientia exoneranda. *deciſ.*81. *num.*5. *Motmanno.*
cum Debitis antiquioribus cēſetur inducta compenſatio. *deciſ.*26. *num.*15. *Dunozet.*
ex Debiti ſolutione præſupponitur illius exiſtentia. *deciſ.*98. *num* 3. *Ghiſilerio.*
pro Debito pecuniario interdictum an poſſit relaxari. *deciſ.*20. *num.*1. *Coccino.*
Debita, & legata præſumuntur ſoluta ex pecunijs hæreditarijs, non autem proprijs hæredis grauati. *deciſ.*164. *num.*5. *Ghiſilerio.*

DECIMÆ.

Decimæ præſumuntur eſſe illius Eccleſiæ Plebanæ, inter cuius fines reperiuntur. *d.*113.*n.*3. *Pirouano.*
Decimarum exactio denotat dominium Eccleſiæ eſſe penes eum, qui eas percipit. *d.*137.*n.*2. *Pirouano.*
Decimæ tamquam patrimonium Rectoris de Iure ei debentur *deciſ.* 304.*num.*3. *Macchiauello.*
Decimarum exemptio conceſſa cum derogatione Iuris communis, aut aliàs &c. ex hoc cenſetur derogatum habenti ius ſpeciale ſuper exactione decimarum. *deciſ.*103.*num.*6. *Coccino.*
Decimæ ſunt ſpirituales, & dependentia ſunt fructus decimarum. *deciſ.*103 *nu.*20. *Coccino.*
ſuper Decimis concordia facta non tollitur ex priuilegio Papæ. *deciſ.*103. *num.*17. *Coccino.*
Decimarum appellatione non veniunt redditus prophani, ſed bene ſecundum Iuris interpretationem, & verbi proprietatem, veniunt decimæ ſpirituales. *deciſ.*180.*nu.*17. & 18. *Pirouano.*
Decimarum nomine ex vſu Hiſpaniæ nihil aliud ſignificatur, quàm emolumenta debita Principi pro parte decima pretij omnium contractuum. *deciſ.* 182 *num.*13. *Veroſpio.*
Decimarum exactionem Dominus loci Parocho impedire non poteſt, exceptione propriarum decimarum temporalium. *deciſ.*180.*num* 26. *Pirouano.*
de Decimarum materia, quando controuertitur, multum vtile eſt ſcire, qua actione agitetur. *deciſ.* 180. *num.*25. *Pirouano.*
Decimas ſpirituales ſi Dominus loci perceperit, ad earum reſtitutionem tenetur. *deciſ.* 180. *num.*28. limita 29. *Pirouano.*
à Decimarum ſolutione, ſi Papa aliquem eximat, hoc priuilegium præiudicat illis, ad quos ius decimandi ſpectat de Iure communi, non autem quibus competit ex priuilegio, & quare. *dec.*193. *num.* 9. *Coccino.*
ſuper Decimis, inter perſonas Eccleſiaſticas licet paciſci pro bono pacis, etiam ſine beneplacito Apoſtolico. *deciſ.*218. *num.*3. *Ghiſilerio.*
Decimæ, nedum de omnibus fructibus integræ debentur, & de omni re fructum reddente. *deciſ.*180. *num.*12. *Pirouano.*
Sed etiam de quacumque alia re, ſcilicet piſcatione, venatione, aucupio lapidicinis, opificio, negociatione, ac mercede. *ibidem num.*13.
Vnde excipientibus de conſuetudine, & tollerantia incumbit onus probandi, & quidem legitimè præſcriptam *ibidem num.* 14
Decimæ ante omnia ſoluendæ ſunt Rectoribus. *deciſ.* 180 *num.*27. *Pirouano.*
Decimæ, quæ ſoluūtur pro mercibus adductis in portubus maritimis, numerantur inter regalia Principis. *dec.*182. *num.*14. *Veroſpio.*
à Decimarum ſolutione quando conceditur exemptio, eſt in ſpecie derogandum c. nuper de decim. cum contineat Conciliarem Conſtitutionem. *deciſ.*103. *num* 2. *Coccino.*
Decimarum appellatione regulariter veniunt ſpirituales, & non temporales. *deciſ.*128.*num.*8. *Pirou.*
Decimæ prædiales cenſentur reſeruatæ Eccleſiæ matrici vſque ab initio. *deciſ.*12.*num.*16. *Veroſpio.*
ſuper Decimis licita eſt compoſitio. *deciſ.* 161. *ſub num.*1. *Macchiauello.*
Decimarum conceſſio eſt poſita in libero arbitrio Papæ, qui illas donare poteſt, non ſolum Regibus, ſed etiam alijs perſonis. *dec.*182. *num.*7. *Veroſpio.*
à Decimarum ſolutione priuilegia eximentia non ſuffragantur, niſi ſit derogatum cap. nuper, de decimis *deciſ.*42. *nu.*9. *Buccabella.*
Decimæ, illæ propriè non dicuntur, quæ in quota non exiguntur. *d.*128.*num.*7. *Pirouano.*
Decimæ ſpirituales propriè ſoluuntur ex fructibus. *dec.*22.*num.*18. *Veroſpio.*
Decimæ non dicuntur temporales eo, quia debeantur ex aliquo opificio, aut negotiatione. *ibid. n.* 19.
in Decimas percipiendi iure turbato competit interdictum retinendæ. *deciſ.*12. *num.*1. *Veroſpio.*
Decimarum temporalitas ex quibus deducatur. *deciſ.* 22.*num.*17. *Veroſpio.*
ad Decimarum effectum ſolutionis vbi concurrit generalis conſuetudo Diœceſis, & particularis Parochiæ, attendenda eſt particularis. *deciſ.*272. *num.*9. *Coccino.*
Decimæ vniuerſaliter debentur ab omnibus prædijs Archiepiſcopo vti vniuerſali Parocho ratione vniuerſalis curæ, quam gerit in ſua Diœceſi, in qua Pachiæ non ſunt diſtinctæ. *deciſ.*22.*nu.* 1. *Veroſpio.*
Decimas percipiendi actualis poſſeſſio ex quibus probetur. *deciſ.*22. *nu.*9. & 10. *Veroſpio.*
Decimæ maris, & vectigalium ſunt ſæculares. *deciſ.* 182.*num.*15. *Veroſpio.*
ſuper Decimis tranſactiones tunc multò magis veniunt attendendæ, ſi ſint vtiles, & validæ. *deciſ.* 218. *num* 11. *Ghiſilerio.*
Decimæ non conſiſtunt in ſolis fructibus, ſed etiã in omni opificio, & negociatione. *d.*22.*n.*18. *Veroſpio.*
Decimas Eccleſiaſticas, vt Laicus poſſit prætendere ad ſe ſpectare, quid requiratur. *dec.*56.*n.*1. *Coccino.*
Decimas Eccleſiaſticas difficillimè Summi Pontifices concedunt perſonis Laicis. *deciſ.*129. *num.* 11. *Merlino.*
Decimas habens Laicus ex priuilegio Apoſtolico, vel in feudum datas ante Concil. Lateranenſe, pari paſſu ambulant. *deciſ.*103. *num.*21. & 22. *Coccino.*
Decimæ ſpirituales inter Laicos non poſſunt permutari, aut vendi. *deciſ.* 182. *nu.*10. *Veroſpio.*
Decimæ, de quibus fit mentio in contractibus Laicorum, non aliter ſunt interpretandæ, quam de decimis temporalibus. *dec.*182. *num.*11. *Veroſpio.*
Decimæ in Hiſpanijs ad multos Laicos ſpectant de Iure ſpeciali. *deciſ.*103. *num.* 24. *Coccino.*
Decimæ ſi Laicis concedantur, in ſpecie derogandum eſt Concil Lateran. *dec.* 129. *num.*12. *Merlino.*
Decimæ vt debeantur Laico, neceſſarius eſt titulus priuilegij, vel probatio immemorabilis cum fama priuilegij. *dec.*22. *num.*14. *Veroſpio.*
Decimæ vt debeantur Laico in recognitionem dominij, ſiue ex cauſa tributi ius commune non reſiſtit, & quare. *dec.*22.*num.*16. *Veroſpio.*
in Decimis ſimpliciter donatis, Iudex Laicus eſt Iudex competens. *deciſ.*103. *num* 16. *Coccino.*
Decimarum incapaces ante Concilium Lateranenſe erant Laici omninò incapaces. *d.*103.*n.*8. *Coccino.*
Vide infra in verbo Laicus.
ex Decimatione vnius loci, non bene infertur ad decimationem alterius loci ſeparati. *deciſ.*226. *nu.*9. *Ghiſilerio.*

DECI-

D E C I S I O.

Deciſionibus Rotæ pluribus ſtantibus ſuper aliqua euictione, tunc euictio dicitur incuitabilis. *deciſ.* 151.*num.5. Motmanno*.

Deciſiones Rotæ oſtendunt bonum ius. *deciſ.* 34. *num.3.Motmanno*.

Deciſiones Rotales non releuant, dum non cõtinent principaliter diſcuſſionem articuli, ſed incidenter. *deciſ.17.num.9 Panzirolo*.

in Deciſionibus à quibus Rota poſtea receſſit non eſt faciendum fundamentum. *d.302.n.18 Panzir.*

ex Deciſionibus pluribus Rotalibus ſi conſtet de fideicommiſſo, dicitur illud clarum, & indubitatum. *deciſ.151.num.3. Motmanno*.

D E C L A R A T I O.

Declarationem ſui crediti, ſi creditor doloſè fecerit, dicitur amiſiſſe facultatem ei relictam à teſtatore circa dictam declarationem. *d.239.n.15.Veroſpio.*

Declarationi aliquid facientis potius eſt ſtandum, quàm præſumptionibus. *d.29.n.34.Ghiſilerio.*

Declarationi alterius partis, ſi inter contrahentes conuentum ſit, quod ſtetur, ceſſat talis conuentio, ſtante dolo declarantis. *deciſ.239.n.18.Veroſpio.*

Declaratio facta ex certa ſcientia, quod cùm quis ſit proximior alicui, non intendit ei ſuccedere, non poteſt impugnari à tertio, qui non poteſt dare de nullitate. *dec.88 num.7. Ghiſilerio.*

Declaratio, nihil de nouo tribuit. *deciſ.86. num.25. Veroſpio*.

Declaratio alicuius rei per retrotractionem dicitur ineſſe actui vſque à tempore principalis diſpoſitionis. *deciſ.140 nu.14.Panzirolo*.

Declarationi ſui creditoris teſtator mandare poteſt, vt ſtetur circa id, quod ei debet. *d.239 n.2.Veroſp.*

Declaratio procuratoris doloſa non poteſt dici facta à principali, præſertim ſi illi aſcribi debeat aliquis dolus. *dec.239.num 21.Veroſpio*.

ex Declaratione inſurgit confeſſio, qua nulla maior eſt probatio. *deciſ.262. num.1. Merlino*.

ad Declarandam mentem mandantis requiritur ſpeciale mandatum. *deciſ 218. nu.17.Ghiſilerio.*

D E C L A R A T O R I A.

Declaratoria non ſolet dari, niſi prius facta liquidatione *dec.90.num.10. Coccino*.

Quod intellige, quando pars ſe opponit, & petit liquidationem alias ſecus. *ibidem num.11.*

Vel, quando pars non confecit libros, prout tenebatur facere *ibid num.12.*

Declaratoria poſtquam ritè. & rectè eſt intimata, & pars fuit expectata per decem dies, & accedentibus terminis ad videndum ſe grauari, tunc benè proceditur ad aggrauatoriam. *d 299.n.2. Coccino.*

Declaratoria ceſſat, ſi ſit danda contra Capitulum, & intimatio capitulariter non fuerit facta. *deciſ. 67. num.2. Coccino*.

Declaratoria ſi ſit intimanda Capitulo, & illud præſtet impedimentum ne intimetur, parti qualiter ſuccurratur. *deciſ.67.num.5. Coccino*.

Declaratoria poteſt intimari Canonicis, quando ſe congregant in Choro. *dec.67. nu.4. Coccino.*

Ex declaratoriæ forma, non ſufficit ſcientia, ſed eſt neceſſaria intimatio. *deciſ.67. nu.8. Coccino.*

D E C R E T V M.

Decretum latum ex falſa cauſa non afficit beneficium. *dec.237. num.4. Motmanno*.

à Decreto, ſi non appelletur, tranſit in rem iudicatã. *deciſ.12. nu.6.Veroſpio*.

Decretum latum contra Rectorem Eccleſiæ afficit etiam ſucceſſores, cum eorum ius non ſit diſtinctum à iure d. Rectoris, cuius ſunt ſucceſſores. *deciſ.12.num.8.Veroſpio*.

pro Decreto Iudicis præſumitur. *d.245.nu.6.Coccino*.

Decretum citationis non officit parti, quæ citata non fuit ſed in præiudicium eius, qui citationem impetrauit. *deciſ 57.num.41.Veroſpio*.

Decretum ad aliquid perficiendum, ſi emanauerit abſente parte, non conſtituit eam in mora, niſi probetur, quod ad eius notititiam peruenerit. *deciſ.* 230. *num.4. Motmanno*.

in Decretis manutentionis, non fit mentio niſi de eo, quod de ſui natura venit in d. iudicio. *deciſ.90, num.7. Coccino.*

à Decreto manutentionis datur appellatio ſtante mixtura cum petitorio. *dec.90. nu.8. Coccino.*

Decretum annullatiuum appoſitum in gratia pernecesſè euaneſcit, ac penitus extincta remanet. *deciſ.* 80. *nu.4. Macchiauello*.

per Decretum irritans, & clauſulam ſublata, abſque oris apertione tollitur facultas aliter iudicandi. *deciſ.174.num.13. Buccabella.*

Decretum irritans inficit poſſeſſionem Iuris, non autem facti. *deciſ.105. num.23. Ghiſilerio*.

Decretum irritans inficit titulum, & poſſeſſionem, ad effectum, vt denegetur actio ſpolij. *deciſ.113. num.3. Rojas*.

Decretum irritans, inficit titulum, & poſſeſſionem, *deciſ.* 250. *num.24. & 33. Coccino*.

Decretum irritans quando non eſt iuſtificatum, non tollit inſiſtentiam facti. *deciſ.250. num.26. & 27. Coccino*.

Decretum irritans, & clauſula ſublata ſi adſit in aliqua conſtitutione, non poteſt dari de non vſu illius. *deciſ.* 217. *num.6. Ghiſilerio.*

Decretum irritans, antequam non iuſtificetur, non tollit inſiſtentiam facti. *deciſ.44. num.8. Coccino.*

Decretum irritans nihil operatur, dum dubitatur, an intret diſpoſitio generalis. *deciſ. 105. n. 27. Ghiſil.*

Decretum irritans, inficit nedum titulum, ſed etiam poſſeſſionem. *deciſ.105.num.22. Ghiſilerio*.

Decretum irritans locum non habet, quando conſtat, quod non eſt locus diſpoſitioni principali, in qua eſt appoſitum. *deciſ.105. num.28. Ghiſilerio*.

D E F E C T V S.

ex Defectu iuriſdictionis, & poteſtatis corrunt omnia geſta. *deciſ.293.num.8. Merlino*.

Defectus citationis ad viden. iurare teſtes, & defectus decreti commiſſionis iuramenti teſtium, an ſint nullitates, quæ ſanari poſsint. *deciſ.18.num.1. Ghiſilerio*.

Defectus citationis ad videndum iurare teſtes, & ſi non appareat per teſtes fuiſſe præſtitum iuramentum, iſti defectus ſunt inſanabiles. *deciſ.18. nu.12. Ghiſilerio*.

Defectus omnes ſupplentur per confirmationem Apoſtolicam. *deciſ.* 222. *num.10. Merlino*.

Defectus voluntatis, & non poteſtatis admittitur in Papa. *deciſ.219.num.2. Ghiſilerio*.

Defectus cauſæ, & ſolemnitatum, quando dicatur concur-

concurrere in diſmembratione beneficij. *deciſ.6. num.5.Ghiſilerio.*
Delegatus à Papa ſententiam ſuam exequi poteſt vſque ad annum, quo expirato ceſſat facultas. *deciſ. 21.num.2. Coccino.*
Deliberatio rerum ſtabilium eſt nulla, ſi emanauit ſub decreto, niſi ad primam. *deciſ.113. num.15.Rojas.*
Quod per Iudicem fieri non potuit, niſi cum decreto infra menſem. *ibidem num.16.*

DELICTVM.

Delicta, quæ, & qualia ſint atrocia, arbitrio Iudicis relinquitur. *deciſ.289. num.2.Ghiſilerio.*
Delictum, & priuatio propter illud, vtrumque propter abſolutionem, & reſtitutionem plenariam abſterſum, & abolitum cenſetur. *dec.83.n.8.Merlino.*

DEMENS.

Demens non eſt ita præſumendus collitigans, vt donet omnia bona ſua, adhoc vt noceat collitiganti. *deciſ.228. num.18. Veroſpio.*
Dementibus ſi Pater faciat ſubſtitutionem exemplarem, illa non reputatur teſtamentum patris, ſed filiorum. *deciſ.238.nu.7.Panzirolo.*
Demens non eſt præſumendus teſtator, ſi prudenter fecerit teſtamentum. *deciſ.233.num.29.Carrillo.*
Dementes non reputantur homines ſanæ mentis, etiamſi ex accidenti faciant aliqua leuia. *deciſ.233. num.24.Carrillo.*
Dementibus quis veniat ſubſtituendus. *deciſ. 238. num.4. Panzirolo.*

DEMENTIA.

Dementiæ allegatæ præſumptio tunc multo magis ceſſat, quando quis facit actus, qui perſonæ prudenti potius quàm mente capto conuenire poſſunt. *deciſ.298 num. 14. Pirouano.*
In Dementiæ ſtatu, quod quis non ſit, & quod habeat ingenium imbecille, vel imaginationem læſam, aut actus faciat non omninò conuenientes homini ſanæ mentis, iſta ſimul ſtare poſſunt. *deciſ.233.num. 23.& 24. Carrillo.*
Dementia teſtatoris non releuat, niſi fuerit probata de tempore teſtamenti, & quidem concludenter. *deciſ.233. num.25. Carrillo.*
Dementia filiorum ceſſante, ſubſtitutio exemplaris euanueſcit. *deciſ.238.num.8.Panzirolo.*
Dementiam teſtatoris allegans, debet eam concludenter probare de tempore conditi teſtamenti. *deciſ.233.num.19.Carrillo.*
Dementiam de tempore contractus quis debet probare, & non de alio tempore, ſi intendat annullare contractum ex d causa dementiæ. *deciſ.298. nu.4. Pirouano.*
Dementia an probetur ex eo, quod quis capillos aliquando ſuos delacerauit, & alaphis, & pugnis ſe ipſum percuſſit. *deciſ.298. num.15.Pirouano.*
ad Dementiæ ſigna non inferunt ea, quæ poſſunt prouenire ab atra bili, & malancoonia. *deciſ. 298 num. 16.Pirouano.*
Dementiæ, & carentiæ intellectus præſumptio oritur ex donatione curatoris. limita num. 19. *deciſ.298. num.17.Pirouano.*
Dementia, vt probetur; ſolent conſiderari multa ſigna. *deciſ.298.nu.11.Pirouano.*
Demonſtrationes duæ ſufficiunt ad probandam identitatem. *deciſ.97.num.13.Dunozet.*
Vide infra in verbo Identitas.
Dentes dicuntur morſæ relictæ in muro ad illum altius tollen. *deciſ.253.nu.11. Matthaio.*

DENVNCIATIO.

Denunciationes in cataſtratione bonorum cuiuſcunque Ciuitatis nihil probant contra tertium non citatum *dec.192.n.24.Pirouano.*
Denunciatio facta in æſtimo bonorum cuiuſuis Ciuitatis non præiudicat tertio non citato. *deciſ.251. num.18. Carrillo.*

DEPOSITIO.

Depoſitio viri Religioſi admodũ grauis plurimùm attendenda eſt. *deciſ.11.num.9.Panzirolo.*
Depoſitioni teſtis à parte inducti admodum eſt deferendum. *deciſ.75.num.6.Macchiauello.*
Vide infra in verbo Teſtium depoſitionus.

DEROGATIO.

Derogatio primi actus oritur ex coniecturata agentium voluntate, qui cum faciant actum primo contrarium, videntur à primo velle diſcedere. *deciſ. 172.num.2.Coccino.*
Sed quando ſecundus actus non deſcendit à voluntate agentium, ceſſat coniecturata voluntas. *ibidem num. 3.*
Derogatio fideicommiſſi, quando ſit inualida. *deciſ. 131.num 7. Dunozet.*
Derogatio non operatur, vt ex tunc, ſed ex nunc, nec habet in hoc locum retrotractio. *deciſ.113. num. 22.Rojas.*
Derogatio ſpecifica eſt facienda in terminis in cap. nuper. de decim. cum ſit conſtitutio Conciliaris. *deciſ.42.num.10.Buccabella.*

DESCENDENS.

Deſcendentes ſuos, vel alicuius tertij ſi quis vocauerit, ſemper vocatio eſt reſtricta ad tales deſcendentes, & ſic ad familiam effectiuam. *dec.15.num.22. Merlino.*
Deſcendentium appellatione comprehenditur etiã fœmina. *deciſ.280.num.10.Vbaldo.*
Deſcendentes, quando ſunt poſiti ſub conditione legitimatis, cenſentur vocati. *dec. 61.n.7.Merlino.*
Deſcendentia, & conſanguinitas qualiter ſufficienter remaneat probata. *deciſ.88.num.3.Ghiſilerio.*
Deſcendentia cuiuſcumque gradus probari poteſt vel per teſtes, vel per inſtrumenta. *deciſ.10.num.1. Veroſpio.*
Deſcendentia ab vno ſtipite, qualiter ſit probanda. *deciſ.15.num.32. Merlino.*

DETENTATIO.

Detentatione auocata vigore Saluiani, emptor quid agere poſſit contra venditorem. *deciſ. 179.num. 21.Ghiſilerio.*
Detentatio poſſeſſionem reddit plenam, aut ſaltem ſemiplenam. *deciſ.64. n.8.Veroſpio.*
Detentator dicitur eſſe in poſſeſſione, & reſpectu talis poſſeſſionis illi competit mandatum de manutenendo ad remouendas moleſtias ſibi in huiuſmodi poſſeſſione illatas. *deciſ.64 num.1. & 9.Veroſpio.*
Detentori ſat non eſt allegare melioramenta, niſi oſtendat ſe, vel illos, quibus ſucceſſit, feciſſe. *deciſ.126. nu.25.Ghiſilerio.*
Determinatio non eſt inconueniens, quod aliqua inæqualiter determinet, ſtante eorum diuerſa natura, & ratione. *deciſ.256.num.18. Motmanno.*

Detra-

Detractiones præſumuntur factæ, ſi hæres grauatus inuentarium non confecerit. *d.88.n.23.Ghiſlerio.*
Detractiones per hæredem grauatum non præſumũtur factæ, quia ſunt quid facti, & debent ab allegante probari. *dec.164.num.2.Ghiſlerio.*
Vide infra in verbo Hæres.

DEVOLVTIO.

ad Deuolutionis, & rei vindicationis effectum, dominium plenè, & concludenter eſt probandum. *dec.36.num.2.Buccabell.s.*
ad Deuolutionis effectum probatio, quæ oritur ex appoſitione ſigni non eſt concludens. *deciſ.234. num.10.Pirouano.*
ad Deuolutionis, & rei vindicationis effectum probatio concludens requiritur. *d.234.n.9.Pirouano.*
Deuolutio non incurritur ſine dolo. *dec.230.num.7. Motmanno.*
Deuolutio cenſetur appoſita in pœnam contrauentionis. *dec.230.num.8.Motmanno.*
ad Deuolutionem rei emphyteuticæ procedi non poteſt, ſi dominium, nec identitas fuerit probata. *dec.288.num.4 Ghiſlerio.*

DEVS.

DEVS eſt vbique præſens. *dec.27.n.12.Motmanno.*
DEVS non curat quærere promiſſionis adimplemẽtum, ſi in eum promiſſionis obligatio non fuit principaliter directa. *deciſ.27.nu.13.Motmanno.*
DEVM quis facilius, & celerius ſibi propitium reddit, flectitq. ad lenitatem interceſſoribus multiplicatis, & ſupplicationibus. *deciſ.59.num.34. Merlino.*
ad DEI indulgentiam obtinendam maxime neceſſarium eſt ſacramentum pœnitentiæ. *deciſ.222. num.5.Merlino.*
DEI ordinatione, & Canonicis ſanctionibus conſtituta, eſt immunitas Eccleſiaſtica. *deciſ.159. num.4. Coccino.*
DEIPARA Sanctiſſima ſibi cælitus delegit, & niuis ambitu inter æſtiuos calores delineauit Baſilicam S. Mariæ Maioris de Vrbe. *dec.59.n.35.Merlino.*

DICTIO.

Dictionis, *ac*, natura eſt coniungere, & copulare. *deciſ.236.num.17.Veroſpio.*
Dictio, *alio*, intelligenda eſt de modo ſimili expreſſo. *& num.21.deciſ.190.num.20.Panzirolo.*
Dictiones, *alijs*, & quibuſcumque, declarantur ex alijs, quæ poſtea ſequuntur. *deciſ.200. num.16. & 17.Veroſpio.*
Dictio, *alijs*, ſolum referri debet ad res ſimiles expreſſis, & indicat cæteros modos expreſſæ diſpoſitionis. *deciſ.200.num.14.Veroſpio.*
Dictio, *alijs*, etiamſi ſit coniuncta cum dictione quibuſcumque, aut alia vniuerſali, nihilominus ad res tantum ſimiles expreſſis referri, & non vltra poteſt. *deciſ.200 num.15.Veroſpio.*
Dictio, *altri*, includit diuerſa ab expreſſis. *deciſ.35. num.4.Coccino.*
Dictio, *de*, quando eſt coniuncta materiæ, denotat cauſam materialem immediatam. *deciſ.26. num. 26. Dunozet.*
Dictio, *de*. eſt ſimilis dictioni, &. *deciſ.26.num.24. Dunozet.*
Dictio, *de*, idem importat, quàm propter. *deciſ.26. num.26.Dunozet.*
Dictio, *&*, ſtat limitatiuè dum eſt poſita inter genus præcedens, & ſpeciem ſubſequentem. *deciſ. 59. num.13.Merlino.*
Dictio, *&*, ſecundum variorum factorum contingentias, diuerſas habet vires, & proprietates. *deciſ. 59.num.20.Merlino.*
Dictio, *&*, ſecundum ſuam proprietatem ſtat augumentatiuè, & ampliatiuè. *deciſ.59 n.11.Merlino.*
Dictio, *&*, quando eſt interpretanda, ſunt ponderandæ circumſtantiæ, & natura negotij. *deciſ.59. num 19 Merlino.*
Vide ſupra in verbo Copula, &.
Dictio, *etiam*, eſt ampliatiua, & exprimit caſum magis dubitabilem. *deciſ. 193.num.4.Coccino.*
Dictio, *etiam*, ſtat extenſiuè, augumentatiuè, & ampliatiuè. *deciſ.193.num.3.Coccino.*
Dictio, *ex*, importat cauſam proximam & immediatam. *deciſ.26.num.25.Dunozet.*
Dictio, *ideo*, de ſui natura eſt reſtrictiua, & limitatiua. *deciſ.190.num.6.Panzirolo.*
Dictio, *illa*, & alijs &c. ſignificat ea, quæ non ſunt diſſimilia ab illis rebus, quæ ſunt ſpecificata. *deciſ.182.num.12.Veroſpio.*
Dictio, *immediatè*, quid importet. *deciſ.66. num.2. Ghiſlerio.*
Dictio, *infinitum*, intelligitur iuxta ſubiectam materiam *deciſ.77.num.15.Panzirolo.*
Dictio, *in circa*, ſi addita ſint verba, *& non più*, illa operantur vt dictio, *in circa*, æqualitatem denotet, vel adeo modicum, vt nihil reputetur. *deciſ. 41.num.13. & 17.Coccino.*
Dictio, *in circa*, poſita in venditione 20. iugerum, vel circa, nihil importat. *dec.41.n.14.Coccino.*
Qui illa dictio alternatiua, *vel*, non poteſt inducere, niſi vel æqualitatem vt nihil importet, vel adeo modicum, vt nihil reputetur. *d. 41.n.15.Coccino.*
Dictio, *necnon*, reſoluitur in copulatiuam. *dec.256, num.10.Motmanno.*
Dictionis, *nec non*, natura eſt repetere omnes qualitates præcedentes. *dec.38.num.11.Pirouano.*
Dictio, *omnis*, eſt vniuerſalis. *d.13.n.5.Buccabella.*
Dictio, *omnis*, eſt latiſſima. *d.256.n.12.Motmanno.*
Dictio, *omnia*, comprehendit etiam ea, quæ aliàs in diſpoſitione non comprehenderentur, cum nihil excipiat. *deciſ.62.num.7.Motmanno.*
Dictio, *penitus*, idem importat quàm ex toto, in totum, & omninò. *dec.305.num.14.Buccabella.*
Dictio, *però*, inducit conditionem, & formam. *dec.231.num.4.Merlino.*
Dictio, *però*, eſt taxatiua, demonſtratiua, limitatiua, & aduerſatiua caſui ſupra expreſſo. *deciſ.231. num.4.Merlino.*
Dictio, *prædictis*, refertur ad nominatos, non autem ad innominatos. *dec.110.num.23.Motmanno.*
Dictio, *prædictis*, eſt reſtrictiua. *deciſ.110. num.22. Motmanno.*
Dictio, *perpetuò*, adiecta in prohibitione alienationis extra familiam, ex ea deſumitur coniectura, quod vocata fuerit familia contentiua, non autem effectiua. *dec.15.num.15.Merlino.*
Dictiones, *quantumuis*, vniuerſales effici non poſſunt, quin ſingulæ ſpecies certarum rerum diſtinctè conſiderentur in ſuas ſingularitates. *deciſ.228. num.7.Veroſpio.*

Dictio,

Dictio, *quibuſuis*, habet vim amplificandi etiam vltra naturam rei cui adijcitur, & ſemper auget vim verborum, & aliquid plus operatur. *deciſ. 193.num.2.Coccino*.

Dictionis aduerſatiuæ, *ſed*, ea eſt natura, vt retentis iiſdem terminis & qualitatibus, prohibitio dicatur facta perſonis eiuſdem generis cum præcedentibus. *dec.15.num.10.Merlino*.

Dictiones, *ſemper*, & in perpetuum, interpretantur ſine aliqua præfixione temporis. *deciſ.185.num.7. Buccabella*.

Dictio, *ſemper*, perpetuitatẽ indicat, & infert ad omne tempus, & ad omnes caſus diſpoſitio eſt intelligenda. *deciſ.249.num.19.Pirouano*.

Dictio, *ſeu*, ſecundum eius naturam ſtat ampliatiuè. *dec.287.num.9.Veroſpio*.

Dictio, *ſi*, importat conditionem. *deciſ.77.num.3. Panzirolo*.

Dictiones, *ſuum*, & ſimiles, quando non excludant pupillarem ſubſtitutionem. *dec.130.num.12.*vide rationem 13, *&* 16. *Dunozet*.

Dictiones, *tam, & quàm*, tribuunt actum æqualiter. *dec.109.num.9.Dunozet*.

Dictio, *tunc*, vt ſtet reſtrictiuè, requiritur taxatiua, aliàs non ſtringit. *dec.77.num.39.Panzirolo*.

Dictio, *tunc*, quando ſtet demonſtratiuè, non autem reſtrictiuè. *deeſ.77.num.38.Panzirolo*.

Dictio, *tunc*, quando non impediat extenſionem ad alium caſum. *dec.149.num.13.Buccabella*.

Dictio, *tunc*, reſtringit diſpoſitionem. *dec.77.num.4. Panzirolo*.

Dictio, *vel*, ponitur inter diuerſa. *deciſ.229. num. 25.Ghiſilerio*.

Dictio, *videlicet*, eſt declaratiua præcedentium. *dec.126.num.13.Ghiſilerio*.

Dictio, *vt infra*, repetit omnes qualitates inferius expreſſas, ac ſi eſſent ſpecialiter ibi expreſſæ. *deciſ. 258.num.22.Carrillo*.

DIFFAMATVS.

Diffamatus in materia l.diffamari c.de ingen. & manumiſſ. licet ſit actor in probandis iactationibus, tamen re vera eſt reus. *dec.94.num.29.Merlino*.

in Diffamationis iudicio, quis ſemper poteſt obtinere declarari ius ſuum, & non ius diffamantis, illiq. ſilentium imponi. *dec.227.num.5.Merlino*.

Vide infra in verbo Iactatio.

Difficultas omnis ceſſat, quando verba ſunt clara. *dec.121.num.19.Carrillo*.

DIGNITAS.

in Dignitatibus vacantibus in Eccleſijs Cathedralibus, aut Metropolitanis, Cancellaria numquam requirit expreſſionem valoris, ſed ſecus in Collegiatis. *dec.236.num.19.Veroſpio*.

per Dignitatem, & qualitatem ſi perſona aliqua ſit nominata, dicitur ſatis expreſſa nominatim. *dec.219 num.7.Ghiſilerio*.

Dignitates, quod erigantur in Eccleſia, quæ non ſit Collegiata, non eſt nouum. *d.143.n.15.Carrillo*.

Dignitates vacantes in Eccleſijs metropolitanis, aut Collegiatis, ſi ſint maiores poſt Pontificalem dignitatem, ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ in vim regul. 4. *dec.236.num.1.Veroſpio*.

Dignitas aliqua, quod ſit ſolita conferri cum Canonicatu, probari poteſt ex conſuetudine inducta per diuturnam poſſeſſionem. *deciſ.236.nu.9.Veroſpio*.

Dignitas Cathedralis maior poſt Pontificalem, etiã ſine fructibus magis æſtimatur, quàm principalis Collegiatæ 10. florenorum auri valorem non excedens reſpectu maioris præeminentiæ. *dec.256. num.13.*Motmanno.

Dignum ſufficit eligere omiſſo digniori, quando ſumus extra caſum de concurſu ad Parochialem. *dec.93.num.11. Dunozet*.

DILATIO.

Dilatio fruſtra conceditur, cuius expectatio, & finis potius diſpendium, quàm commodum affert. *dec.31.num.9.Ghiſilerio*.

Dilatio non datur ad probandũ id, quod probatum non releuat. *dec.73.nu.16.Coccino*.

Dilatio doloſè dicitur extorta, ſi fuerit conceſſa ſub citatione ad dicendum contra iura. *deciſ. 176. num.1.Dunozet*.

Deliberatio ſecundum ius commune debet fieri maiori oblatori *dec.113.num.12.Roias*.

Deliberatio eſt nulliter facta non præcedentibus ad minus tribus licitatoribus. *dec.113.nu.14.Roias*.

DILIGENTIA.

Diligentiæ ad effectum probandi negatiuam alicuius ſcripturæ, vt ſuffragentur, debẽt fieri in omnibus ſcripturis, officijs, & locis, vbi expeditio fieri potuit, maximè ſi multis modis potuerit expediri. *dec.29.num.67. Ghiſilerio*.

per Diligentias factas vt probetur negatiua, quid requiratur. *dec.29.num.64.65.& 66. Ghiſilerio*.

Diligentiæ, ad effectum aliquid reperiendi, amiſſionem non iuſtificant, niſi ſit facta in omnibus locis in quibus reperiri poterat. *deciſ. 18. num. 23. Ghiſilerio*.

ſine *Diminutione* beneficia ſunt conferenda. *deciſ.3. num.22.Merlino*.

in *Diœceſi* Iſpaleñ Parrochiæ non ſunt diſtinctæ, ſed cura animarum vniuerſalis ſpectat ad Archiepiſcopum. *dec.128.num.5.Pirouano*.

DISMEMBRATIO.

in Diſmembratione beneficij quando dicatur concurrere defectus cauſæ, & ſolemnitatum. *deciſ. 6. num.5.Ghiſilerio*.

in Diſmembratione beneficij requirũtur omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiæ. *dec.6.num.2.Ghiſilerio*.

in Diſmembratione beneficij copulatiuè requiritur ſolemnitas, & iuſta cauſa, cum ea dicatur alienatio. *dec.6.num.1.Ghiſilerio*.

Diſmembrationis beneficij cauſa debet eſſe vel neceſſitas, vel euidens vtilitas. *dec.68.n.7.Ghiſilerio*.

Diſmembratio eſt quædam ſpecies alienationis. *dec.68.num.1.Ghiſilerio*.

Diſponens aliquid non cenſetur in ſermonis generalitate, quod contra ſe ipſum voluerit diſponere. *dec.71.num.7.Macchiauello*.

DISPOSITIO.

Diſpoſitio ne remaneat penitus inutilis & ſine effectu, capienda eſt omnis interpretatio. *deciſ.134. num.3.Panzirolo*.

Diſpoſitio purificata, perinde ac de pura iudicanda eſt. *dec.195.num.4.Dunozetto*.

Diſpoſitionis cuiuſlibet optima interpres eſt obſeruantia. *dec.14.num.4.Pirouano*.

ſub

ſub Diſpoſitione generali venit emphyteuſis generalis. *dec.64.num.18.Ghiſilerio*.

Diſpoſitio corruit conditione deficiente. *deciſ. 8. num.11.Dunozetto*.

Diſpoſitiones plures quando concurrunt eiuſdẽ perſonæ ad fauorem duorum &c. ceſſat remed. l. fin. C.de edict.D.Adr.toll.& eſt agendum via ordinaria. *dec.115.num.19.Motmanno*.

Diſpoſitio limitata ad certas perſonas, ad alias extendi non debet. *dec.43.num.2.Motmanno*.

ſub Diſpoſitione fructuum induſtrialium venire non poſſunt fructus ciuiles.*dec.3.num.60.Merlino*.

in Diſpoſitione eadem nullo modo eſt præſumenda correctio incontinenti.*dec.31.num.3.Ghiſilerio*.

Diſpoſitioni ſtatuti cenſetur Teſtator noluiſſe ſtare, ſi diſponat contra d. ſtatuti prouiſionem. *dec.60. num.22.Motmanno*.

Diſpoſitio generaliter, ac indefinitè facta ſi non poteſt intelligi niſi de vno, perinde eſt, ac ſi de illo ſpecialis mentio facta fuiſſet. *dec.71.n.10.Macchi*.

Diſpoſitio vnica non eſt diuidenda in plures caſus diuerſo modo terminandos. *dec.33.n.11.Coccino*.

Diſpoſitioni, & voluntati concedentis ſi quis controueniat dicitur conſtitutus in mala fide. *d.281. num.14.Merlino*.

Diſpoſitiones recipiunt robur de tempore perfectionis. *dec.231.num.12.Merlino*.

in Diſpoſitionibus nihil debet eſſe ſuperfluum. *d.59. num.12.Merlino*.

Diſpoſitio ſuper qua confirmatio fuit interpoſita, ſi non teneat, nec etiam valebit ex d.confirmatione. *dec.129.num.13.Merlino*.

Et quid ſi confirmetur actus nullus. *deciſ. 145. num.5.Carrillo*.

Diſpoſitiones illæ, quæ non habẽt reſiſtentiam iuris, debent ſuum conſequi effectũ. *d.170.n.11.Pirou*.

Diſpoſitio tacita ceſſat, dum adeſt expreſſa. *dec.163. num.34.Veroſpio*.

Diſpoſitio teſtatoris vbi eſt clara, non eſt dubitandũ de eius voluntate.*dec.170.num.7.Pirouano*.

Diſponendi facultas, quando alicui datur de aliqua re inter viuos, intelligitur per actus inter viuos. *dec.190.num.10.11.12.13.Panzirolo*.

Diſpoſitio, quantumuis generalis, ad vnum tantum etiam referri poteſt, ſi aliis conueniri non poſſit. *dec.225.num.16.Ghiſilerio*.

Diſpenſatus à Papa, vt etiam abſens poſſit quotidianas diſtributiones percipere, non tamen iſte percipiet anniuerſaria, propriè debita ijs tantum, qui pro redemptione animarum fuſis precibus, diuinam opem implorant. *dec.59.num.7.Merlino*.

D I S T R I B V T I O N E S.

Diſtributionum quotidianarum appellatione an compræhendantur portiones funerales, quæ anniuerſaria dicuntur, & diuidi ſolent inter Beneficiatos, qui interſunt exequijs, & cæteris diuinis officijs, quibus ſolet mortuis Chriſtiano ritu parentari. *dec.32.num.4. & 5. Veroſpio*.

Diſtributionum quotidianarum nomine licet non veniant illæ portiones, quæ diuiduntur occaſione exequiarum gaudent tamen eodem iure, & priuilegio. *dec.32.num.7.Veroſpio*.

Diſtributiones quotidianas ſi abſens ex diſpenſatione Apoſtolica percipiat, non tamen is percipiet anniuerſaria propriè debita his tantum, qui pro redemptione animarum fuſis precibus diuinam opem implorant. *dec.59.num.7.Merlino*.

Diſtributionum quotidianarum nomine ſtipendia anniuerſariorum regulariter non veniunt. *deciſ. 59. num.3. Merlino*.

Diſtributionum priuatio eſt ſequela excommunicationis. *dec.309.num.8. Coccino*.

de Diſtributionibus iam lucratis, vt quis amittat, ſi hoc agatur, non poteſt dici, quòd tractetur de Iure quærendo, ſed bene de Iure quæſito. *deciſ.309. num.15 Coccino*.

Diſtributiones debentur ratione laboris, & operis impenſa in Vinea Domini, nimirum in Eccleſia. *dec.309.num.16.Coccino*.

Diſtributiones dantur tamquam merces. *deciſ.309. num.17.Coccino*.

D I V E R S I T A S.

Diuerſitatem rationis non eſt dare, ſi ſemper reſultet idem effectus. *dec.77.num.29.Panzirolo*.

ad Diuerſa non fit illatio. *dec.140.nu.17.Panzirolo*.

Diuidua ea, quæ ſunt, vitiato vno, tunc alterum non vitiatur. *dec.167.num.18 Panzirolo*.

D I V I S I O.

Diuiſio inter partes ſatis probatur per notulas ſimplices partium iunctis adminiculis. *deciſ. 127. num.18.Merlino*.

Diuiſio probatur coniecturis, & præſumptionibus. *dec.127.num.17.Merlino*.

ad Diuiſionem legitimam præſumendã ſufficit lapſus decennij, cum poſſeſſione pro indiuiſo inter præſentes. *dec.127.num.10.Merlino*.

Diuiſio inter partes ſatis probatur per notulas ſimplices partium iunctis adminiculis. *deciſ. 127. num.18.Merlino*.

Diuidentes bona, non poſſunt præiudicare creditoribus, & hoc maximè, ſi habeant cauſam ab eis. *dec.205.num.5.Buccabella*.

D O C T O R.

Doctores legibus, & milites armis vitas hominum defendere dicuntur.*dec.69.num.95.Merlino*.

Doctores, Clerici, Equites, Milites, Scolares, Notarij, & Diuites non connumerantur inter plebeios. *dec.258.num.6.Carrillo*.

Doctis hominibus Reipublicæ intereſt non minus impleri, quàm liberis.*dec.69.num.93.Merlino*.

Doctores, qui aſſerunt, quod patruus alimenta nepoti præſtare non tenetur, & è conuerſo reijciuntur. *dec.194.num.60.Dunozet*.

ex Doctorum numero non tam mouetur Rota in diuerſitate opinionum, quàm ex rationibus.*dec.17. num.4.Panzirolo*.

Doctoris dictum ſi quis ſequatur, non poteſt dici in mala fide. *dec.62.nu.15.Motmanno*.

Doctor magnus Bononiæ poteſt dici perſona potentior ad effectum l.1. & 2. C.ne lic. potent. patroc. litig. *dec.282.num.12.Veroſpio*.

Doctores intelligendi ſunt ſecundum leges ab eis allegatas. *dec.81.num.4.Motmanno*.

Doctorum illa opinio non attenditur, quando multo plures alij magis communem & veriorem contrariam aſſerunt. *dec.72.nu.9.Pirouano*.

Doctoratus qualitas probari poteſt ex inſtrumento doctoratus. *dec.236.num.11. Veroſpio*.

ad Doctorum numerum Rota non ſolet reſpicere, quando adeſt aliqua anceps quæſtio. *deciſ.* 163. *num.* 7. *Veroſpio*.

Doleri, quis non debet de eo, quod abſque aliquo eius incommodo, vel onere eſt factum. *deciſ.* 222. *num.* 18. *Merlino*.

D O L V S.

Dolus Prælati circa alienationem bonorum Eccleſiæ quando poſſit conſiderari. *deciſ.* 94. *nu.* 62. *Merlino*. *Vide infra in verbo Prælatus*.

Dolo dicitur facta venditio, ſi fiat de re aliena. *deciſ.* 48. *num.* 11. *Pirouano*.

Dolum ſolet arguere læſio, & bonam fidem adſtruit. *deciſ.* 3. *num.* 29. *Merlino*.

Dolo, & fraude alienantis ſtante, eſt prohibita alienatio bonorum litigioſorum. *d.* 228. *nu.* 19. *Veroſpio*.

ſine Dolo non incurritur deuolutio. *deciſ.* 230. *nu.* 7. *Motmanno*.

Dolo ſtante, ceſſat conuentio inter contrahentes facta, de ſtando iuramento ſiue ſimplici declarationi alterius partis. *deciſ.* 239. *num.* 18. *Veroſpio*.

Dolus procuratoris non debet imputari principali. *deciſ.* 239. *num.* 20. *Veroſpio*.

Dolus ſemper cenſetur exceptus in conceſſione cuiuſuis arbitrij, quàm vis pleni, & liberi. *deciſ.* 239. *num.* 19. *Veroſpio*.

D O M I N V S.

ad Dominum directum quæ ſpectent. *deciſ.* 40. *nu.* 11. *Ghiſilerio*.

Dominus directus ratione dominij directi ſolum habet ius impugnandi translationem eius poſſeſſionis. *deciſ.* 204. *num.* 2. *Veroſpio*.

Domino directo ſemper debetur laudemium. *deciſ.* 40. *num.* 5. *Ghiſilerio*.

Domino directo prodeſt vſufructuarij poſſeſſio. *deciſ.* 179. *num.* 12. *Ghiſilerio*.

Dominus vtilis, vti recognoſcens alium ſuperiorem, non propriè, ſed abuſiuè dicitur Dominus. *dec.* 40. *num.* 6. *Ghiſilerio*.

Dominus directus eſt maior, quàm vtilis. *deciſ.* 40. *num.* 7. *Ghiſilerio*.

ad Dominum directum reuertitur emphyteuſis finita linea. *deciſ.* 36. *num.* 1. *Buccabella*.

vti Dominus quis poteſt poſſidere vnam rem, & alter poteſt poſſidere eamdem rem vigore hypotecæ. *deciſ.* 48. *nu.* 17. *Pirouano*.

Domino procurator præiudicare non poteſt. *deciſ.* 106. *num.* 14. *Buccabella*.

D O M I N I V M.

Dominium quando deducitur in iudicio non principaliter, ſed incidenter, non requirit plenam, & concludentem probationem, ſed poteſt ſola poſſeſſione probari. *deciſ.* 105. *num.* 4. *Ghiſilerio*.

Dominij translatio, quibus iunctis præſumatur. *deciſ.* 212. *num.* 3. *Pirouano*.

Dominium nobis per alium acquiri poteſt. *dec.* 197. *num.* 1. *Pirouano*.

Dominij & poſſeſſionis translatio in aliquem, qualiter probetur. *deciſ.* 192. *num.* 5. *Pirouano*.

Dominium rei legatæ ſtatim acquiritur legatario, etiam ante illius acceptationem. *deciſ.* 189. *num.* 5. *Panzirolo*

Dominij reſeruatio quid operetur. *deciſ.* 199. *nu.* 5. *Panzirolo*.

Dominium ad effectum deuolutionis probari poteſt ex publico inſtrumento inueſtituræ, concurrentibus adminiculis. *deciſ.* 36. *num.* 3. *Buccabella*.

Dominio probato, & identitate bonorum, ac caducitate, intrat deuolutio. *deciſ.* 117. *num.* 6. *Ghiſilerio*.

Dominium bonorum emphyteuticorum in vim præſcriptionis probari poteſt per ſolutiones canonum ſi ſint ſupra 30. annos. *dec.* 234. *num.* 3. *Pirouano*.

ad Dominium probandum confert ſolutio laudemij. *deciſ.* 274. *num.* 5. *Pirouano*.

Dominium, & poſſeſſio in præiudicium tertij non probatur ex locationibus. *dec.* 22. *nu.* 11. *Veroſpio*.

Dominij probatio concludens an oriatur ex ſigni appoſitione. *deciſ.* 234. *num.* 8. & 10. *Pirouano*.

Dominium eſt plenè, & concludenter probandum ad rei vindicationis effectum. *deciſ.* 36. *num.* 2. *Buccabella*.

Dominium, vt vni acquiratur, neceſse eſt, vt ab alio amittatur. *deciſ.* 287. *num.* 5. *Veroſpio*.

de Dominio quando agitur, incidenter, probatur ex ſola poſſeſſione. *deciſ.* 283. *num.* 9. *Pirouano*.

ad Dominij rei emptæ acquiſitionem requiritur vt venditor ſit ſatisfactus de pretio. *deciſ.* 284. *num.* 3. *Pirouano*.

Dominij præſumptio quando intret. *deciſ.* 283. *num.* 16. *Pirouano*.

poſt Dominij translationem incrementa, & decrementa ſpectant ad Dominos, & non ad transferentes. *deciſ.* 283. *num.* 24. *Pirouano*.

Dominium, & poſſeſſio tàm naturalis, quàm ciuilis dicitur translata in ceſſionarium ſtante generalitate verborum, & clauſularum. *deciſ.* 286. *num.* 3. *Pirouano*.

Dominium plenè probari debet, ſi agatur rei vindicatione. *deciſ.* 288. *num.* 2. *Ghiſilerio*.

de Dominio Eccleſiæ, quando principaliter non agitur, ſed incidenter ad effectum percipiēdi decimas, leuioribus contentatur probationibus. *deciſ.* 137. *num.* 4. *Pirouano*.

Dominium, quod quis habeat ſuper aliqua re, quando non dubitatur. *deciſ.* 156. *num.* 7. *Dunozet*.

Dominij probatio in iudicio reintegrationis non eſt abſolutè neceſſaria. *deciſ.* 163. *num.* 2. *Veroſpio*.

Dominium bonorum emphyteuticorum, quando ſumus in antiquiſſimis, nedum probatur per inſtrumenta locationum, & perpetuæ emphyteuſis. *deciſ.* 234 *num.* 1. *Pirouano*.

Sed etiam per coniecturas, & præſumptiones. *ibidem num.* 2.

Dominium diſtribuendi aliquid in illum tranſit, qui prouenit ab eo, qui antea Dominus erat. *deciſ.* 254. *num.* 22. *Carrillo*.

Dominium eſt difficilis probationis. *deciſ.* 253. *nu.* 23. *Matthaeio*.

Dominium non probatur ex ſolo titulo. *deciſ.* 261. *num.* 2. *Ghiſilerio*

Dominium probatur ex confeſſione. *deciſ.* 261. *num.* 3. *Ghiſilerio*.

Dominium ab aliquo, quando nō dicatur abdicatum. *deciſ.* 287. *num.* 4. *Veroſpio*.

Dominij legitima ſigna in aliquo quando poſſint argui. *deciſ.* 287. *num.* 6. *Veroſpio*.

Dominium probatur ex inſtrumento conceſſionis iūctis adminiculis. *deciſ.* 156. *num.* 8. *Dunozet*.

DO-

D O M V S.

Domus plures, ſi à diuerſis poſſideantur communiter, quando deuenitur ad earum diuiſionem, cenſetur conſtituta ſeruitus luminibus non officiendi. *deciſ.253. num.60. Matthaio.*

Domum ſuam, vt quis ſecuram reddat, ſi ædifiet, non dicitur ædificare ad æmulationem. *deciſ.253. nu.66. Matthaio.*

Domus ſi in eodem ſitu cõſtructæ, & eleuatę fuerint, non poſſunt diuerſo iure cenſeri. *deciſ.234.num.16. Pirouano.*

Domus, quæ inſeruit pro habitatione Rectoris beneficij, non debet imputari in fructibus eiuſdem beneficij. *deciſ.267.nu.2.3.& 4.Coccino.*

Domus in qua eſt conſtitutus cenſus, ſi perimatur, vel deſtruatur, dato, quod illa reædificetur, cenſus amplius non reuiuiſcit. *deciſ.235.num.10.Motmanno.*

Domum paternam tutor non poteſt vendere, ſi adſint alia bona. *deciſ.178.num.13.Panzirolo.*

D O N A N S.

Donantis mens benè arguitur fuiſſe faciendi donationem inter viuos, ſi adſit ſtipulatio pro hæredibus & ſucceſſoribus. *deciſ.9. num.8.Merlino.*

Donans, ſi donet cauſa mortis, in eius poteſtate eſt reuocare, & diſponere ꝑut vult. *d.9.n.20.Merlino.*

Donans ſi inſtrumento pluries appellauit donationẽ inter viuos irreuocabilem, ex hoc enixa eius volũtas oſtenditur, faciendi donationem inter viuos, nõ obſtante, ſi aliquando fuerit facta mentio mortis. amplia nu.5. *deciſ.9. num.4. Merlino.*

Donans præſumitur voluiſſe donare inter viuos, & non cauſa mortis ſi in donatione non quinque, ſed duos teſtes adhibuit. *deciſ.9. num.17. Merlino.*

Vide infra in verbo Donatio inter viuos.

Donans, vel vendens, ſi remaneat in poſſeſſione rei donatæ vel venditæ, ex hac retentione arguitur ſimulatio. *deciſ.11.num.6. Panzirolo.*

Donans omnia bona præſentia, & futura, ſi illi ſuperueniant bona feudalia maioratus, vel ali. ſubiecta fideicomiſſo, tunc fructus illorum veniunt in donatione. *deciſ.311 num.12. Motmanno.*

Donans, vel cedens hæreditatem, cenſetur illam adire. *deciſ.74.num.8. Buccabella.*

ad Donandum mandatum, quando procurator non dicatur habere. *deciſ.161.num.9. Machiauello.*

Donare quis bene poteſt vſumfructum pro tempore vitæ ſuæ. *deciſ.238. num.12. Panzirolo.*

Donare procurator non poteſt ſine ſpeciali mandato. *deciſ.161.num.6. Macchiauello.*

Donari videtur, quod nullo iure cogente datur. *deciſ.69.num.69. Merlino.*

D O N A T A R I V S.

Donatarij animus, ſi reddatur indifferens ad acceptandam donationem, quæ poteſt eſſe damnoſa, oritur præſumptio tacitæ voluntatis non acceptandi. *deciſ.27. num.5. Motmanno.*

Donatarij conſenſus pro validitate donationis eſt requiſitus. *deciſ.27. nu.18. Motmanno.*

de Donatarij conſenſu, nec etiam poteſt donans recedere a donatione in præiudicium ſubſtituti, quando adeſt ſtipulatio Notarij, vel alterius habentis facultatem ſtipulanti pro ſubſtituto. *deciſ.37. nu.6. Dunozetto.*

contra Donatarium poteſt procedi via executiua, ſi donans erat obligatus in forma Cameræ. *deciſ.97. num.16.Dunozet.*

Donatarius abſens, dum ſcit donationem ſibi factam eſſe, ex quo agitur de eius lucro, cenſetur eam acceptaſſe. *deciſ.68. num.75. Merlino.*

Donatarius omnium bonorum tenetur ſeruare factũ donantis, & è contra. *deciſ.135.num.10.Ghiſilerio.*

Donatarius repræsẽtat perſonam donantis. *deciſ.195. num.2. Dunozet.*

D O N A T I O.

Donat amicus, qui eſt non mutuat, ſed donat. *deciſ. 69.num.33. Merlino.*

Donatio tacita facta abſenti ſubſtinetur, etiam nemine acceptante. *deciſ 69.num.77.78.& 79.Merlino.*

Donatio facta abſenti, vt valeat quid requiratur. *deciſ.69.num.11. Merlino.*

Donatio facta abſenti ſubſtinetur etiam ſine interuẽtu Nuncij, & epiſtolæ, ſi conſtet de acceptatione donatarij. *deciſ 69.num.74. Merlino.*

Donatio facta abſenti, ſi ſit firmata iuramento, redditur irreuocabilis quoad eum, qui donat. *deciſ. 27. num.10. Motmanno.*

Donationis acceptatio non præſumitur facta ab abſente ex eo, quod adſit lucrum quatenus recipere poteſt damnum, ſeu præiudicium, quo caſu non approbare eſt improbare. *deciſ. 27. num. 3. & 4. Motmanno.*

Donationis acceptationis pręſumptio excluditur in abſente, ſi donatio non ſit ſimpliciter lucroſa, ſed mixta, cum inſit poſſibilitas damni. *deciſ.27. nu.1. Motmanno.*

Donatio ſi ſit perfecta non poteſt alterari, aut tolli ex noua donatione ſuperuenienti in præiudicium eorum, quibus iam fuerat ius quæſitum. *deciſ.38.n.13. Pirouano.*

pro Donatione arguenda multũ influit mos, & conſuetudo alicuius largiendi, ac ſumptuosè erogandi. *deciſ.69.num.39. Merlino.*

in Donatione omnium bonorum ſi ſit facta alienatio bonorum litigioſorum, tunc tenet dicta alienatio. *deciſ.228.num.17. Veroſpio.*

Donatio, quando eſt omnium bonorum in quouis loco exiſtentium, non includit iura, & actiones. *deciſ.311.num.1. Motmanno.*

Donationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt capitula in d. donatione. *deciſ.311. num.5. Motmanno.*

pro Donatione præſumenda non eſt ſufficiens conſanguinitas. *deciſ.69. num.21.* fallit *n.22.Merlino.*

Donatio ſemper excluditur, quando cauſa alia deſumi poteſt, immò coniectura qualis qualis, & leuis occaſio ſufficit. *deciſ.69.num.2. Merlino.*

Donatio facta à muliere ob cauſam non eget ſolemnitatibus ſtatutarijs. *deciſ.168. nu.6. Panzirolo.*

Donatio tunc in dubio multo magis excludenda venit, quando ſumma data eſt valde notabilis. *deciſ. 69. num.5. & 6 Merlino.*

Donatio generalis refertur ad commoditates, quarum alienatio prohibita eſt. *deciſ.311. num. 13. Motmanno.*

in Donationibus, ſi ſit facta mentio hæredum, intelligenda eſt ſecundum ſubiectam materiam, ideſt ſi donatio locum habuerit in perſona donatarij debeat ex eius perſona tranſire ad hæredes, non autem,

tem, vt ab ipſis hæredibus incipiat. *deciſ.9. num.*36. *Merlino.*

Donatio, tunc non tranſmittitur ad hæredes, quando eſt facta cum conditione expreſſa in perſona donatarij, donéc ille ſuperſtes ſit, & ad illum ſolum præciſè reſtricta. *deciſ.9. num.*39. *Merlino.*

de Donatione facta antea à teſtatore hæredi, ſi in teſtamento d. teſtator nulla facta mentione, hæredem inſtituerit donatarium, ex hoc videtur d. donatio confirmata. *deciſ.27.num.*8. *&* 9. *Motmanno.*

Donatio, quando fit ob cauſam, quæ reſpiciat commodum donantis, inſinuatione non eget. *deciſ.* 69. *num.*84. *&* 86. *Merlino.*

Donatio iuriſpatronatus facta loco pio vel Eccleſiæ, ſubſtinetur etiam ſine conſenſu Ordinarij. *deciſ.*37. *num.* 10. limita *num.*11. *Dunozet.*

Donatio iuriſpatronatus eſt nulla ex defectu conſenſus Ordinarij. *deciſ.*101. *num.*3. *Pirouano.*

Vide in verbo Iuſpatronatus.

in Donatione iuriſpatronatus præſumitur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicum ſpatio 30. annorum iuncta obſeruantia. *deciſ.*101. *num.*6. *Pirouano.*

Donatio dicitur lucroſa, licet ſit impoſitum onus, ſi bona donata longe excedant dictum onus. *dec.*27. *num.* 2. *Motmanno.*

Donatio cauſa mortis non tranſmittitur ad hæredes, præmoriẽte donatario. *deciſ.*311. *n.*23. *Motmanno.*

Donatio, quando eſt indubitatum, quod eſt cauſa mortis, tunc ex ſtipulatione pro hæredibus non inducitur tranſmiſſio. *deciſ.9.num.*37. *Merlino.*

Donatio facta alicui occaſione certi, & determinati matrimonij poſtea contracti, vti pars matrimonij, non ſolum fuit acquiſita coniugibus, cum reſpiciat vtriuſque commoditatem. *d.* 114. *num.*1. *Panzir.*

Sed etiam acquiſita fuit filijs ex prædicto matrimonio natis. *deciſ.*114. *num.*2. *Panzirolo.*

Donatio deducitur eſſe cauſa mortis, ſi ſubſtantia donationis conferatur poſt mortem donantis. *deciſ.9. num.*24. declara *&* 25. *Merlino.*

Donatio cauſa mortis caducatur, ſi donatarius prædecedat donanti. *deciſ.9.num.*1. *Merlino.*

Donatio cauſa mortis eſt reuocabilis *deciſ.9.num.*11. *Merlino.*

in Donatione cauſa mortis, ſi ſit facta mentio hæredum, vel donationem transfundit inter viuos, vel importat ius tranſmittendi ad hæredes. *deciſ.* 9. *num.*40. *Merlino.*

in Donationibus cauſa mortis exiguntur quinque teſtes. *deciſ.9.num.*16. *Merlino.*

Donatio, vt dicatur cauſa mortis, non ſufficit fieri mortis mentionem, ſed opus eſt, vt donator declaret verbis ipſis ſe donare ob ſuſpicionem, & cogitationem mortis. *deciſ.9.num.*29. *Merlino.*

Donationi cauſa mortis repugnat ſi ſit conuentum, vt numquam poſſit reuocari, ſed omninò ſit irreuocabilis. *deciſ.9. num.*10. *Merlino.*

Item ſi fuerit renunciatum diſpoſitioni l. ſi vnquam C. de reuoc. donat. *ibidem. num.*10.

Donatio perſonalis cum donatione extinguitur. *deciſ.9. num.*32. *Merlino.*

Donatio dicitur perſonalis, ſi verba donationis ſunt directa in donatarium, & expreſſa cauſa beneuolẽtiæ donantis, quæ ſoli donatario conueniunt. *dec.9. num.*31. *Merlino.*

Donatio facta poſt teſtamentum ſi ſit facta per vim & metum, illud non cenſetur reuocatum ex defectu conſenſus. *deciſ.*172. *num.*1. *Coccino.*

Donatione eſt indignus, qui alicui per vim, & metum reuocare fecit teſtamentum ad effectum, vt ei ille donaret bona ſua. *d.*207. *n.*1. *Motmanno.*

Donationem iam factam, ſi quis confirmare intendat, ita interpretanda eſt, vt ſe cum illa prima compatiatur. *deciſ.*38 *num.* 14. *Pirouano.*

Donatio facta intuitu certi matrimonij, inſinuatione non eget. *deciſ.*114. *num.*11. *Panzirolo.*

in Donatione omnium bonorum, nomen bonorum ſtante deſignatione certi loci eſt aptum comprehendere, ſeu de ſui natura ſignificare vniuerſitatem. *deciſ.*228. *num.*11. *Veroſpio.*

Donatio cauſa mortis transfunditur in donationem inter viuos ſi adſunt pacta, quæ conueniant donationi inter viuos. *deciſ.9. num.*12. *Merlino.*

Donatio inter viuos eſt realis. *dec.9.nu.*34. *Merlino.*

Donatio dum non ſuit reuocata per donantes. nec id poſſunt facere eius hæredes. *dec.*69. *n.*80. *Merlino.*

Donatio quando non dicatur remuneratoria, licet dicatur facta ob benemerita. *dec.*243. *n.*8. *Merlino.*

Donare inter viuos, quando mulier non præſumatur. *deciſ.9. num.*18. *Merlino.*

Donationi inter viuos conuenit promiſſio, perpetuã, ratam, & firmam habendi donationem, & contra numquam veniendi. *deciſ.9. num.*9. *Merlino.*

Et operatur, vt talis ſit cenſenda non obſtante, quod ſit facta mentio mortis. *ibid.num.*9.

Donatio inter viuos tranſmittitur ad hæredes, etiam præmoriente donatario. *deciſ.9. num.*7. *Merlino.*

Donatio præſumitur inter viuos, & non cauſa mortis, ſi in ea adſint clauſulæ, conſtituti, & ad habendum, aliàs eſſent ineptæ. *deciſ.9. num.*21. *Merlino.*

in Donationibus inter viuos ſufficiunt duo teſtes. *deciſ.9.num.*15. *Merlino.*

Donatio talis eſt cenſenda, qualis verba demonſtrãt. *deciſ. 9. num.*2. *Merlino.*

Et ſic eſt donatio inter viuos, dicitur inter viuos, licet ſit facta mentio mortis. *ibid.num.*2.

Donatio inter viuos transformatur in donationem cauſa mortis, ſi adſunt pacta reuocatoria donationis. *deciſ.9. num.*13. *Merlino.*

Donatio, quæ inter viuos à donante pluries fuit pronunciata, vti talis eſt permanenda, ſi adſunt pacta ei conuenientia, nu. 30. *deciſ.9. num.*14. *Merlino.*

in Donatione inter viuos, quare apponatur pactum, quod donatio valeat poſt mortem donantis. *dec.9. num.*26. *Merlino.*

Donatio inter viuos reijcit arctam interpretationem perſonalitatis, & operatur tranſmiſſionem ad hæredes. *deciſ.9. num.*33. *Merlino.*

in Donationis inſtrumento, quando dicitur, quod res donata, titulo donationis inter viuos donatur, ſemper verba ſubſequentia, quibus de morte ſit mentio, cenſentur appoſita pro dilatione temporis effectuationis. *deciſ.9. num.*27. *Merlino.*

Itaut mentio mortis ſit deſignatio temporis, à quo rei donatæ fruitio incipiat effectum ſortiri. *deciſ.9. num.*28. *Merlino.*

Donatio, quando clarum eſt, quod eſt inter viuos, & adſunt pacta, & conditiones pro ea, de ea amplius non eſt dubitandum. *deciſ.9. num.*41. *Merlino.*

Do-

Donatio inter viuos eſt irreuocabilis. *deciſ.9. num. 11. Merlino*.
in Donatione inter viuos, ſi adſunt verba poſt mortem dicuntur adiecta cauſa demonſtrationis, non per modum cauſæ finalis. *d.9.num.3 Merlino*.
Donationis cauſa, quando eſt vniuerſalis,tunc ſub ea vniuerſalitate veniunt etiam bona litigioſa. *deciſ. 228. num.4. Veroſpio*.
Donationis verba,quando ſunt vniuerſalia negatiua, nullam reſtrictionem patiuntur. *deciſ.254.num.1. Carrillo*.
Donatio dicitur vniuerſalis,& omnia, etiam non ſpecifice comprehendit,ſi donans ſolum ſibi aliquid reſeruauit cauſa teſtandi. *deciſ.173.n.27. Veroſpio*.
Donatio,ſi ſit vniuerſalis nihil penitus excepto, vel reſeruato, omne ius comprehendit. *deciſ 311. num.9 Motmanno*.
Donatio vniuerſalis facta alicui effici poteſt, vt bona donata validè transferantur in eum, etiam ſi illa eſſent litigioſa. *deciſ.173.num 52. Veroſpio*.
Donatio,quod ſit vniuerſalis non poteſt dubitari, ſi legatur facta de omnibus bonis iuribus, & actionibus, tam præſentibus, quàm futuris. *deciſ.173. num.25.Veroſpio*.
in Donatione Villæ, non comprehenduntur iura ſpiritualia, quæ non ſunt de iuribus, aut pertinentijs Villæ. *deciſ.212. num.11. Pirouano*.
Limita hoc ſtantibus ampliſſimis verbis donationis, & poteſtate de eis diſponere. *ibid. num.12*.
Donatio alicuius rei,ſi ſit facta ſub illis verbis, quod iura ſibi competentia, ſine præiudicio iuris alterius donat. ex hoc conuincitur,quod alius in ea re habet intereſſe. *d.247.num.6.Carrillo*.
Donatio non poteſt dici vniuerſalis, ſi ſit reſtricta ad aliquem locum. *dec.228.num.9.Veroſpio*.
Donatio, vt dicatur vniuerſalis ſatis non eſt ſola generalitas verborum, ſed requiritur corpus aliquod vniuerſale. *deciſ.228.num.6. Veroſpio*.
Donatio vniuerſalis rei comprehendit dominium cum poſſeſſione. *deciſ.254.num.2.Carrillo*.
Donatio rectè poteſt vocari vniuerſalis, ſi contineat omnia bona donantis. *deciſ.228. num.5. Veroſpio*.
pro Donatione vniuerſali conſtituenda, quando nihil amplius poſſit deſiderari. *deciſ. 173. num.26. Veroſpio*.
Donationis verba, quando ſunt vniuerſalia, nullum ius Donanti præſeruant,& ſic ſine dubio ſunt apta comprehendere iura ſpiritualia, ſi donans de eis poterat diſponere ad libitum. *deciſ. 254. num.16. Carillo*.
Donatio facta perſonæ arctiori ſanguinis neceſsitudine coniunctæ abſenti ſubſiſtitur, dum per aliquam perſonam preſentem, quamuis extraneam ſit acceptata, ita vt non requiratur ratificatio abſentis. *deciſ.69.num.75. Merlino*.
Donatio in dubio non præſumitur, ſed ſecus eſt,quãdo pro donatione concurrunt coniecturæ, adminicula,& teſtium depoſitiones. *dec.69.n.64. Merlino*.
in Donatione tam expreſſa,quàm tacita requiritur inſinuatio. *deciſ.69. num.14. Merlino*.
pro Donatione coniectura deſumi poteſt eximia charitate,& amore donatoris erga donatarium. *deciſ. 69. num.31. Merlino*.
Donationis materia noſtris hiſce temporibus adeò receſsit à praxi, vt ferè eius memoria deleta videtur. *deciſ.69.num.3. Merlino*.
Donatio in dubio non præſumitur. *deciſ. 253. num. 42. Matthaio*.
Donatio arguitur ex nobilitate. *deciſ. 69. num. 27. Merlino*.
Donationis præſumptio tunc multo magis reijcienda venit, quando dans in liberalitatem non eſt multum propenſus. *deciſ.69 num.7. Merlino*.
Donatio in dubio non præſumitur. *d.69.n.1 Merlino*.
pro Donatione præſumenda ſatis eſt ſola ſanguinis neceſſitudo. *deciſ.69. num.23. Merlino*.
Donationis præſumptio vehemens deprimitur ex arcta conſanguinitate contrahentium. *deciſ.69 num. 20. Merlino*.
Donatio vt excludatur, potius eſt præſumenda fatuitas,& error. *dec.69. nu.4. Merlino*.
Donatio, quando declaratur inualida,perinde eſt, ac ſi non eſſet facta. *dec.227.nu 8 Merlino*.
Donatio,quando non eſt mera,& ſimplex,ſed impropria donatio, tunc non ſubiacet diſpoſitioni ſtatutorum requirentium certas ſolemnitates in ea. *deciſ.241.num.27. amplia 28.Gbiſilerio*.
Donatio facta non ſeruatis ſolemnitatibus ſtatutorum loci eſt nulla. *deciſ.227. nu.12. Merlino*.
Donationum materia ſuſpecta eſt, & deceptionibus multum obnoxia. *deciſ.227.num.23. Merlino*.
in Donationis materia recurrendum eſt ad coniecturas, ex quibus vbi ſunt plures,& efficaces, conſtatur vera & ciuilis probatio. *dec.69.n 65.Merlino*.
Donatio,quæ conſiſtit in ſola traditione inſinuari nõ poteſt,nec debet. *deciſ.69. num.84 Merlino*.
Donatio cauſa militiæ, cum ſit ad inſtar donationis cauſa dotis, & matrimonij, ideo non debet inſinuari. *deciſ.69.nu.90.Merlino*.
Donatio eſt præcipuum dilectionis argumentum, & pignus. *deciſ 69.num.32.Merlino*.
Donatum militibus ex cauſa militiæ inſinuatione non indiget. *deciſ.69. num.88.Merlino*.
Donatio iurata ſi nullum onus,ſed lucrum contineat reſpectu donatarij, tunc eius ſcientia, vel patientia ſufficit ad acquirendum. *deciſ. 27. num.21. Motmanno*.
Secus verò, ſi contineat onus & mutuam obligationem, tunc enim donatio in ſuſpenſo remanet, donec ſequatur ratificatio. *ibidem num.22*.
Et interim poteſt donatio contraria voluntate, etiam tacita reuocari. *ibidem num.22 & 23*.
in Donatione alicuius loci, facta à Laico, non comprehenditur acquiſitio primitiarum, & decimarum. *deciſ.154.num.14 Carrillo*.
Donatio tunc multo magis eſt præſumenda, quando merita donatarij, quæ remunerationem exigunt, & ad donandum donantem laceſſunt. *deciſ. 69. num.30.Merlino*.
Donatio vi, & metu extorta non ſubſtinetur. *deciſ. 115.num.9. Motmanno*.
in Donatione alicuius Villæ non veniunt primitiæ, & decimæ, cum eæ non ſint de Iuribus, & pertinentijs ipſius Villæ. *dec.254.num.15.Carillo*.
Donandi licentiam aliquid certæ perſonæ ſi quis obtinuerit,non poteſt mutare perſonam. *deciſ. 228. num.26.& 27.Veroſpio*.
per Donationem perditur dominium directum, cum ſit

ſit ſpecies alienationis, *deciſ.* 285. *n.* 9. *Motmanno.*
in Donatione ſi ſint poſitæ clauſulæ, purè, merè, liberè, & omni meliori modo, operantur, vt d. donatio ſi ſit cauſa mortis tranſeat in donationem inter viuos. *deciſ.* 9. *num.* 22. *Merlino.*
Donatio eſt contractus, qui niſi duorum, vel plurium conſenſus interueniat, non perficitur. *deciſ.* 27. *num.* 19. *Motmanno.*
Donatio vna præbet coniecturam, & præſumptionem ad aliam. *d.* 69. *num.* 40. *Merlino.*
Donatio inter virum, & vxorem non ſubſiſtit. *deciſ.* 115. *num.* 8. *Motmanno.*
Donum regenerationis reſarcitur per Sacramentum pœnitentiæ. *deciſ.* 222. *num.* 6. *Merlino.*

D O S.

Dotis creditum, licet conſiſtat in pecunia, tamen fauore ipſius matrimonij debentur fructus, non ſecus ac ſi creditum conſiſteret in prædijs. *deciſ.* 168. *num.* 15. *Ghiſilerio.*
Dos ſuccedit loco alimentorum, maximè in filijs naturalibus. *deciſ.* 30. *nu.* 6. *Merlino.*
Dotem ſi promittant mulieres abſque aliqua diſtinctione omnes ſunt compellendæ ad obſeruandam promiſſionem. *d.* 241. *nu.* 10. *Ghiſilerio.*
Dotis ſolutæ partis veritas infert etiam veritatem ſolutionis in alijs partibus. *deciſ.* 160. *n.* 2. *Merlino.*
Dotis ſolutio præſumitur ex diuturnitate temporis, poſtquam fuit promiſſa. *deciſ.* 160. *nu.* 3. *Merlino.*
Dos, cui non debeatur multæ ſunt perſonæ & tamen debentur alimenta. *deciſ.* 194. *nu.* 55. *Dunozet.*
Dotes filiarum detrahendæ ſunt ex legitima, non autem ex fideicommiſſo. *deciſ.* 126. *num.* 37. *Ghiſiler.*
Dotes filiarum ſuccedunt legitimæ. *dec.* 126. *nu.* 36. *Ghiſilerio.*
ſine Dote matrimonia regulariter non contrahuntur. *deciſ.* 24 *num.* 4. *Dunozet.*
Dotem filiæ alicuius ſi quis dederit, etiam eius contemplatione, hæc donatio non poteſt magis operari, quàm ſi ipſe pater dotaſſet. *deciſ.* 175. *num.* 31. *Motmanno.*
Et ideò aliquid contra eius volnntatem operari nequaquam poteſt. *ibidem num.* 32.
Dotis exactio niſi probetur, nec maritus, nec eius hæredes tenentur aliquid reſtituere. *deciſ.* 306. *num.* 40. *Ghiſilerio.*
Dos vt dicatur tradita, quid neceſſariò veniat probandum. *d.* 306. *num* 41. *Ghiſilerio.*
Dos cum legato præſumitur teſtator voluiſſe compenſare, ſi fecit fideicommiſſum, & opus eſſet diſtrahere bona immobilia pro ſoluendo debito dotis. *deciſ.* 312. *num.* 8. *& 9. Panzirolo.*
Dotis creditum, mulier grauata reſtituere bona hæreditaria, non poteſt prætendere illud ex dd bonis extrahere, ſi cum fructibus ab ea perceptis de dd. bonis, potuerit compenſari. *d.* 244. *nu.* 3 *Panzirolo.*
Dotis promiſſioni factæ à muliere ſine ſolemnitatibus lex fauet, ne ſcilicet mulier Indotata, & ſine viro remaneat. *deciſ.* 214. *num.* 2. *Ghiſilerio.*
Dotis ſolutionis veritas arguitur ex geminata confeſſione. *deciſ.* 160. *num.* 16. *Merlino.*
pro Dotis repetitione nulla competit actio vxori, niſi dotis conſignatio probetur. *deciſ.* 306. *num.* 39. *Ghiſilerio.*
Dos reperitur ſpecialiter priuilegiata, vt mulier poſſit ſe pro dote obligare. *deciſ.* 242. *num.* 9. *& 16. Ghiſilerio.*
Dotis augumentum, quando eſt promiſſum à muliere poſt matrimonium iam contractum, tunc in eius obligatione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ. *dec.* 241. *num* 3. *Ghiſilerio.*
Dos, quando ſuccedit loco legitimæ, non ex fideicommiſſo, ſed de ipſa legitima detrahi debet. *deciſ.* 164. *num.* 23. *Ghiſilerio.*
Dos debetur filiabus ſpurijs tam ex bonis patrimonialibus, quàm ex redditibus Eccleſiaſticis Clericorum, & Laicorum non obſtante Conſtitut. Pij V. contra illegitimos. *deciſ.* 30 *num.* 37. *Merlino.*
Dotem qui dat pro emenda dote Eccleſiæ, & ipſam Eccleſiam dotare videtur. *dec.* 283. *n.* 22. *Pirouano.*
Dos, quando fuit promiſſa, & poſtea ſubſequantur mariti confeſſiones de recepto iunctis alijs adminiculis, plenè probant dotis ſolutionem. *deciſ.* 160. *nu.* 1. *Merlino.*
Dos, ſi promittatur à muliere, dato, quod ſit maior, obligatur indiſtinctè, ſiue ex voluntate, ſiue ex neceſſitate promittat. *deciſ.* 241. *num* 12. *Ghiſilerio.*
Dotem ſi maritus negligat exigere, iſta negligentia non debet præiudicare vxori. *deciſ.* 35. *n.* 8. *Coccino.*
propter Dotem ſi ſtatutum excludat filias fœminas, requiritur, quod illa ſit ab omni onere libera, nullique reſtitutioni obnoxia. *deciſ.* 59. *num.* 27. *Motmanno.*
Vt illa mortua, vir ſuperſtes extantibus integrè, illis verò deficientibus, pro quarta parte lucrari poſſit iuxtà diſpoſit. Statut. Vrb. lib. 1. cap. 131. *Ibidem num.* 27.
Dotem Eccleſiæ qui auget, dicitur benefactor, & non dotator. *deciſ.* 29. *num.* 30. *Ghiſilerio.*
Dotis augumentum factum Eccleſiæ, non eſt dotatio, *deciſ.* 29. *num.* 30. *Ghiſilerio.*
Dos ſi promittatur à muliere minori, tunc in eius obligatione veniunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ, quando dicta promiſſio eſt voluntaria. *deciſ.* 241. *num.* 11. *Ghiſilerio.*
pro Dote præſumitur patris mens, quando in teſtamento ſimpliciter reliquit filiæ ſummam aliquam pecuniarum. *deciſ.* 110. *num.* 10. *& limita* 11. *Motmanno.*
pro Dotis reſtitutione ſi ſint obnoxia bona, non poſſunt executioni demandari in præiudicium ipſius vxoris. *deciſ.* 24. *num.* 21. *Dunozet.*
ad Dotem inueſtiendã maritus nõ tenetur. *ibid. n.* 17.
Dos ſoluto matrimonio reddi debet. *ibid. num.* 1.
Dos maximè neceſſaria exiſtimatur, vt potè, ſi qua mulier plerumq. turpiſſimo vitæ inſtituto, ac illecebris allicitur. *deciſ.* 30. *nu* 7. *Merlino.*
Dotes, vt plurimum non inueſtiuntur. *deciſ.* 24. *num.* 17. *Dunozet.*
in Dote conſtituenda Monialibus nubentibus ſponſo Cæleſti ſeruanda eſt moderata Monaſterij conſuedo. *deciſ.* 30. *nu.* 26. *Merlino.*
Et in minori quantitate, quàm vbi mulieris nubunt terreſtri ſponſo. *ibidem num.* 27.
Dotis ſolutio, ſi probetur in parte vera, in totum vera præſumitur. *deciſ.* 24 *nu.* 9. *Dunozet.*
Dotis ſolutionis veritati non leue adminiculum præbet, ſi maritus ſubſtinuerit onera matrimonij. *deciſ.* 160. *nu.* 5. *Merlino.*

Dos 1500. aureorum priſcis temporibus notabilis erat. *deciſ.30. num.21. Merlino.*

de Dote præſtanda filiæ naturali, quando agitur ad menſuram alimentorum regulari debet. *deciſ.30. num.19. Merlino.*

Vel etiam vltra alimentorum modum, ſi dignitas naturalium, conditio mulieris, & mos patriæ id expoſcant. *deciſ.30. num.20. Merlino.*

Dotis receptio probatur ex confeſſione de recepto, quæ ſtante præcedenti promiſſione, probat veram ſolutionem non ſolum contra ipſum maritum, ſed etiam contra Creditores. *deciſ.24. nu.5. Dunozet.*

Dos, ſi alicui fuit legata, quando cenſeatur teſtator motus ſic ad legandum contemplatione patris, potius, quàm filiæ, cui legauit d. dotem. *deciſ. 110. num.20. Motmanno.*

Dotis cauſa, contractus fiunt irreuocabiles. *deciſ. 168. num.2. Ghiſilerio.*

Dotem habuiſſe confitens, & poſt confeſſionem partus dotem recipiens, ob id oritur præſumptio ſimulationis, & fictionis, quo ad omnes ſummas in cõfeſſionibus de recepto contentas. *deciſ. 160. num. 15. Merlino.*

Dotis confeſſio facta à marito, præſumitur vera, ſi pater vxoris, qui eam promiſerat erat diues, & filia erat vnica. *deciſ.160. nu.7. & 8. Merlino.*

Dotis receptæ confeſſio iurata probat veram numerationem. *deciſ.24. num.8. Dunozet.*

Dotis confeſſio facta à marito non præſumitur ſimulata, ſi emanauit tempore non ſuſpecto. *deciſ.160. num.11. Merlino.*

Dotis receptæ confeſſio præſumitur vera, ſi ſit ſatis veriſimilis & congrua. *deciſ.24. nu.15. Dunozet.*

Dotis confeſſio non dicitur ſimulatè facta à marito, dum proximus eſt decoctioni, & ſic in fraudem, ſi poſt 4. annos decoxit. *ibid. num.18. & 19.*

Dos ſi ſit promiſſa alicui à muliere extranea, tunc in eius obligatione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ. *deciſ.241. num.7.* ſed Rota ſemper reiecit iſtam opinionem. *num.8. Ghiſilerio.*

Dotis promiſſionis contractus perficitur conſenſu, & pro eo non requiritur ſcriptura niſi ad maiorem probationem. *deciſ.241. num.4. Ghiſilerio.*

Dotis appendices pro Monialibus reputantur acconcium, & regalia. *deciſ.30. num.27. Merlino.*

Dotare tenetur, ergo tenetur alere, hoc argumẽtum ſic affirmatiuè ſumptum validum eſt, ſed ſecus, ſi negatiuè concipiatur, veluti non tenetur dotare, ergo non tenetur alere. *d.194. nu.58. Dunoz.*

Dotale creditum quando eſt poſterius in tempore, non habet priuilegium prælationis ſuper bonis viri, aduerſus creditores habentes expreſſam hypothecam. *deciſ.150. num.3. Pirouano.*

Dotationis loco non ſuccedit inſtitutio in hæredem, cum ea potius ius dotationis extinguat, & confundat. *deciſ.110. num.4. & 18. Motmanno.*

Dotatio facta in caſu, & à perſona in ſtatuto non comprehenſa, non debet operari excluſionem ab hæreditate alterius. *deciſ.60. num.19. Motmanno.*

D V B I V M.

Dubia non poteſt dici res, quæ conſtat ex pluribus actibus veriſimilibus coniecturis, & ſignis. *deciſ. 254. num.22. Matthaio.*

Dubia plura in aliqua deciſione ſi fuerint reſeruata, & poſtea diſputatur aliquod dubium genericum, in quo comprehenduntur omnia reſeruata, tunc non eſt opus graduatim illa diſcutere. *deciſ. 145. num.13. Carrillo.*

Dubium, quando aliquid eſt, rectè id declarari poteſt ex ſubſequuta obſeruantia. *deciſ.76. n.26. Merlino.*

Dubitatio continens certam, ac peculiarem difficultatem, ſuper qua reſolutio petitur, peculiaris etiã ac certa debet eſſe reſponſio. *deciſ.32. n.2. Veroſpio.*

E

ECCLESIA.

Eccleſiarum principalium Vrbis exemplum ſequi non debet deſignari quælibet alia Eccleſia. *deciſ.222. num.22. Merlino.*

Eccleſijs, vt inuitentur homines ad benefaciendum, motiuum meritorum ſolet eſſe ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ. *dec.243. n.3. Merlino.*

Eccleſiam aliquam non præſumitur Papa voluiſſe ab Epiſcopi iuriſdictione eximere, & ab eo auferre, vt alteri concederet. *deciſ.118. nu.5. Buccabella.*

Eccleſijs, ſacerdotijs, ac Diuino cultui ſanctius, & diligentius exhiberetur miniſterium, ſi ad beneficia admitterentur tantum oriundi, & naturales, vbi dicta beneficia ſita ſunt. *deciſ. 232. n.14. Carrillo.*

Eccleſia, quæ magis frequentatur à populo ad diuina audienda, decet maiori miniſtrorum, & operariorũ numero repleri. *deciſ.222. num.9. Merlino.*

Eccleſia vnica licet adſit in aliqua Villa, tamen quia eſt apta habere plures Eccleſias nihilominus cõtinet in ſe Vniuerſitatem. *deciſ.20. n.10. Coccino.*

Eccleſiæ non competit remedium Can. reintegranda 3. quæſt. 1. ſtante productione beneplaciti Apoſtolici, & ſententia Iudicum commiſſariorum, & ſic interuentu ſolemnitatum. *d.94. n.70. Merlino.*

Sed via ordinaria agendum eſt, nempe rei vindicatione. *ibidem num.70.*

in Eccleſia eadem, quod miniſtrent Regulares, & Presbyteri ſeculares indecorum eſt. *deciſ. 222. num.20. Merlino.*

in Eccleſijs Metropolitanis, aut Collegiatis dignitates vacantes, ſi ſint maiores poſt Pontificalem dignitatem, ſunt Sedi Apoſtolicæ reſeruatæ in vim regul.4. *deciſ.236. num.1. Veroſpio.*

Eccleſia aliqua, & locus ex quibus reddatur inſignis. *deciſ.258. num. Carillo.*

Eccleſia aliqua denotatur eſſe in Diœceſi, ſi Epiſcopus exigat ab ea cenſum, ſeu Cathedraticum. *deciſ.118. num.12. Buccabella.*

Eccleſiæ aliquantulum terræ dixit tradidiſſe Mathilda Comitiſſa, quamuis donaſſet 30. terræ milliaria. *deciſ.69. num.7. Merlino.*

Eccleſia aliud eſt, & aliud beneficium in Eccleſia. *deciſ.247. num.9. Carrillo.*

in Eccleſiæ bonorum locatione non requiritur beneplacitum Apoſtolicum, quando ea ſunt ſolita locari. *deciſ.243. nu.13. Merlino.*

Eccleſiæ bona, quod Prælatus poſſit concedere ob benemerita, iſta opinio in puncto Iuris eſt valde periculoſa. *deciſ.243. nu.10. Merlino.*

in Eccleſia ſi ſit facta ceſſio bonorum litigioſorum non poteſt dici, quod ſit facta in potentiorem, ſi illa

illa non habeat poteſtatem in collitigantem. *deciſ.228. nu.23. Veroſpio.*

Eccleſiæ bona, licet alienentur Inter perſonas eiuſdem Eccleſiæ, nihilominus ſunt ſeruandæ debitæ ſolemnitates, ne detur occaſio diſcooperiendi vnũ altare pro altero cooperiendo in diminutionem cultus Diuini. *d.191 num.12. Panzirolo.*

in Eccleſia Cathedrali debet adeſſe vnus pœnitentiarius. *deciſ.222.num.14.Merlino.*

Eccleſia nunquam præſumitur Collegiata. *dec.143. nu.6. Carrillo.*

Eccleſia, quod ſit Collegiata non probatur ex ſignis æquiuocis. *deciſ.219.nu.4. Carrillo.*

Eccleſia, vt dicatur Collegiata, debent probari eius requiſita. *deciſ. 143. num.8. Carrillo.*

Eccleſia, vt dicatur Collegiata, non eſt neceſſarium omnium rerum concurſus, ſed earum quæ cauſam formalem Collegij reſpiciunt. *deciſ. 133. num. 2. Pirouano.*

Eccleſia nõ dicitur Collegiata, liceat habeat aliqua ſigna Collegialitatis, ſi non ſit numerata, ſed receptitia, ita vt quilibet Clericus ad illius ſeruitium admittatur. *deciſ.216.nu.3, Carrillo.*

Eccleſia, quod ſit Collegiata, ex quibus probetur. *deciſ.219. num.2. Carrillo.*

Eccleſia, adhoc vt dicatur Collegiata, quid requiratur. *deciſ.71.num.1.Macchiauello.*

Eccleſiæ conditio patenter debet fieri melior & locupletior, adhoc, vt valeat eius alienatio. *dec.243. nu 5. Merlino.*

Eccleſiæ cõditio non eſt deterior efficienda. *dec.201. nu.33. Dunozet.*

Eccleſiæ antiqua conſuetudo non eſt immutanda ex nouis ſtatutis. *deciſ.32.nu.3. Veroſpio.*

in Eccleſijs, vt Inducatur noua conſuetudo, quid requiratur. *dec.32.n.8. Veroſpio.*

Eccleſiæ fauore contractus claudicant, & ſolemnitatum defectus ab ea ſolum poteſt allegari. *deciſ.94. num.65 Merlino.*

Eccleſiæ contractus non dicitur vtilis, ſed damnoſus, quotieſcumque non plus illi datur, quàm ſit ſolita percipere. *deciſ.94.num.55. Merlino.*

Eccleſiæ contractus remanet nullus, non obſtante beneplacito Apoſtolico ſi appareat non de vtilitate, ſed de damno. *deciſ.94.num.72 Merlino.*

Eccleſiæ dum contractus eſt damnoſus, & etiam nullus, ipſa Eccleſia dicitur ſine iuſta cauſa, & nulliter à poſſeſſione cecidiſſe, & ſemper intrat æquiſſimum remedium Can. reintegrandæ 3. quæſt. 1. *deciſ.94.nu.77. Merlino.*

cum Eccleſia contrahens ſine ſolemnitatibus requiſitis tenetur ad omnes fructus. *d.3.n.34 Merlino.*

ab Eccleſia Curata, quando eſt diſmembranda Cura, vt validè procedatur, requiritur conſenſus omniũ Patronorum, & vocandi ſunt Parochiani. *dec.68. num 4. Ghiſilerio.*

de Eccleſiæ damno in contractu, quando conſtat, quamuis eſſent adhibitæ ſolemnitates, tamen ei competit remedium ſpolij. *dec.94.nu.79. Merlino.*

Eccleſiæ, dominium rei donatæ acquiritur ipſo iure. *deciſ.254. num. 13. Carrillo.*

in Eccleſiam dominium rei donatæ tranſit ipſo iure. *dec.212. num.4. Pirouano.*

Eccleſia non præſumitur donare bona ſua contra diſpoſitionem text. in c. non liceat Papæ 12. q.2. *deciſ.285.nu.7. Motmanno.*

Eccleſia donata ex diſpoſitione iuris non veniunt beneficia in ea exiſtentia. *deciſ.247.nu.8. Carrillo.*

Eccleſiæ, vel loco pio ſi ſit facta donatio iuriſpatronatus tenet etiam ſine conſenſu Ordinarij. *dec.37. num.10. limita num 11. Dunozet.*

Eccleſiæ dotem qui auget, dicitur benefactor, & non dotator. *deciſ.29 nu.30. Ghiſilerio.*

Eccleſia emphyteuſi finita poteſt à principio totaliter proximioribus præiudicare, retinendo eam pro ſe. *deciſ.201.num. 36. Dunozet.*

Eccleſia, tunc finita emphyteuſi inueſtiendo extraneum, dicitur declarare nolle pro ſe retinere, quando ſumus in conceſſione pura, & ſimplici, ſed ſecus in præcario conceſſa. *deciſ.201.num.27. Dunozet.*

Eccleſia, ſi velit pro ſe retinere emphyteuſim finitam, non tenetur proximiores inueſtire. *dec.201. nu.17. & 20. Dunozet.*

Eccleſia, ſi ſtatim finita emphyteuſi declarat nolle pro ſe retinere inueſtiendo extraneum, ſtatim acquiritur Ius prælationis proximioribus. *dec. 201. num.6. Dunozet.*

Ita vt dicatur eis debita inueſtitura cum eiſdem pactis contentis in antiqua inueſtitura, & iuxta illius formam. *ibid. num. 7. 31. & 32.*

Eccleſia, finita emphyteuſi, poteſt illam pro ſe retinere, vel illam præcario, vel alio pacto reuerſiuo alicui concedere ad beneplacitum, & ſic quandocũque illam ita conceſſam pro ſe reuocare poteſt. *deciſ. 201. num.15. Dunozet.*

Eccleſiæ, ſeu piæ cauſæ fauore licita eſt extenſio. *deciſ.136.nu.11. Ghiſilerio.*

Eccleſiæ, & loci pij fauor in dubio attendendus eſt. *deciſ.97. num.12. Dunozet.*

Eccleſiæ liber, quando ſoleat plenam probationem facere. *deciſ.152.num.8 Veroſpio.*

Eccleſiarum finium diſtinctio, ſi eſſet poſita in ſola ſcientia teſtium fruſtra ageretur de diuiſione facta per Dionyſium Papam. *deciſ.203.nu.7. Pirouano.*

Eccleſiam fundans ad eum ſpectat collatio, niſi ei renunciauerit. *deciſ.71. num.8. Macchiauello.*

Eccleſia dicitur parochialis, ſi vti talis fuerit appellata in Synodis celebratis ab Epiſcopo pro tempore. & in viſitationibus factis. *deciſ.143.nu.5. Carrillo.*

Eccleſia parochialis dicitur de menſa Monaſterij, ſi Monaſterium præſentet Vicarios amouibiles. *dec. 137.nu.3. Pirouano.*

Eccleſia parochialis non poteſt prætendere illas decimas ad ſe ſpectare, quæ ſunt redditus merè prophani, & ſpectantes ad aliquem maioricatum. *deciſ.180.num.15. Pirouano.*

Eccleſia in dubio præſumitur parochialis. *deciſ.143. num. 6. Carrillo.*

Eccleſia parochialis nõ habet ſuper illis decimis ius, ſi ſpectent ad aliquem laicum ratione conſuetudinis immemorabilis, & priuilegij conceſſi per Sũmos Pontifices ante Concil. Lateranen. *deciſ. 180. num.16. & 22 Pirouano.*

de Eccleſia parochiali, quando agitur, in eius adiudicatione ante concurſum non eſt locus gratificationi. *deciſ.72. num.23. Pirouano.*

Eccle-

Eccleſia parochialis ſi ſit vnita Eccleſiæ Regulari, tunc cura animarum particulariter reſidet in Monaſterio, & non penes Vicarium. *deciſ.304.num.2. & 13. Macchiauello*.

ab Eccleſia parochiali vt diſmembretur cura, impedimentum accedendi ad d. Eccleſiam, vel quid ſimile, debet eſſe perpetuum. *dec.68.n.8.Ghiſilerio*.

Eccleſia, quod ſit plebana bene probatur ex eius erectione. *deciſ.226.num.13.Ghiſilerio*.

Eccleſia, & minores, quibus eſt interdicta alienatio bonorum niſi præceſſerit cauſa legitima, cum non poſſint nec animo ſuam dimittere poſſeſſionem, ſequitur, quod ex contractu iniuſto, & nulliter inito, Eccleſia, & minores, nec etiam cadant à ſua poſſeſſione, & illam non transferant in contrahentem. *deciſ.94.num.5.Merlino*.

Eccleſia, ſi cadat à poſſeſſione facto ſuo, & ex contractu proprio, non intrat remedium Can. reintegrandæ 3.quæſt.1. *deciſ.91.num.1.Merlino*.

contra Eccleſiam, vt præſcribatur, quid requiratur. *deciſ.254.num.19. Carrillo*.

Eccleſia, vt contra Eccleſiam præſcribat, requiritur quadragenaria poſſeſſio. *deciſ.192.n.25.Pirouano*.

Eccleſiæ, & non perſonæ Ordinarius ſolet prouidere. *deciſ.236.num.4.Veroſpio*.

Eccleſia, vt manuteneatur in ſua antiqua poſſeſſione, Rector eiuſdem Eccleſiæ benè poteſt petere. *deciſ.12.num.2. Veroſpio*.

Eccleſiæ matrici, vſque ab initio cenſentur reſeruatæ Decimæ prædiales. *dec.12.nu.16. Veroſpio*.

Eccleſiæ miniſtrorum numerus debet ſtatui ſecundum multitudinem perſonarum. *deciſ.222.num.8. Merlino*.

contra Eccleſię Rectorem ſententia lata afficit, etiam ſucceſſorem. *deciſ.12.num.3.Veroſpio*.

Eccleſiæ ex facto Rectoris male alienantis non præiudicatur, cum poſſeſſio remaneat penes eam. *deciſ.94.nu.7. Merlino*.

Eccleſiæ omnes Regulares ſunt Collegiatæ. *dec.140. num 9. Panzirolo*.

in Eccleſia Regulari vt acquiratur iuſpatronatus, quid requiratur. *deciſ.29.num.9.16.28. & 29. Ghiſilerio*.

Eccleſiæ ſignum dicitur priuatum, non autem Collegiatæ, ſi contineat tantum Imaginem Sancti, vel Sanctæ Eccleſiæ. *dec.219.num.5.Carrillo*.

Eccleſia eſt ſpeculum pudicitiæ. *d.30.n.38.Merlino*.

Eccleſiæ anterior ſtatus per quadragenariam præſcriptionem, mutatur. *dec.133.n.16.Pirouano*.

contra Eccleſiam, vt præſumatur titulus requiritur ſpatium 30. annorum. *dec.16.num.8.Veroſpio*.

Eccleſiarum traditiones ſunt ſeruandæ, & cuſtodiendæ, ac in rebus, ac factis vetuſtiſſimis communi maiorum opinione receptis, ſtandum eſt fidiſſimæ antiquitati. *deciſ.251.num.15.Motmanno*.

Eccleſiaſticæ traditiones, ita obſeruandæ, vt à maioribus traditæ ſunt, ac veluti leges Apoſtolicæ ob reuerentiam eorum, qui illis ab initio præfuerunt, ac ſucceſſorum, qui inualuerunt. *deciſ.251.nu.16. Motmanno*.

Eccleſiæ vtilitate ceſſante in alienatione ſuarum rerum, contractus eſt ipſo iure nullus. *deciſ. 94. num.73.Merlino*.

Eccleſiæ non poteſt dici vtilis contractus, quando maiorem vtilitatem percipere potuiſſet. *dec.186. num.7.Pirouano*.

Eccleſiaſticis ſoluentibus gabellam de bonis ipſorū inſeparabilibus, in aliquibus locis receptum eſt, vt intra annum ad exitum, & finem anni reficiatur damnum pecuniaria compenſatione, & vt hoc habeat locum, quid requiratur. *dec.159.num.13. Coccino*.

Atque dato, quod ſuper iſto defalco orietur controuerſia terminatur iuramento Eccleſiaſticorū. *ibidem num.14.*

Eccleſiaſticorum bonorum vna cōceſſio in emphyteuſim, ad hoc vt dicatur ſolemnis, requiritur, quod verè, & realiter interuenerit Beneplacitum Apoſtolicum, ita vt non ſufficiat præſumpta confirmatio ex obſeruantia, & lapſu etiam longiſsimi temporis. *dec.36.num.8.Buccabella*.

EDICTVM.

Edictum, vt dicatur validè publicatum, quid requiratur. *dec.70.num.9.Buccabella*.

per Edictum proceſſus vt valeat, debet prius probari non tutus loci acceſſus. *d.305.n.6.Buccabella*.

per Edictum proceſſus factus nullatenus tenet, nulla probatione facta non tuti acceſſus. *dec.70. nu.7. Buccabella*.

EDVCATIO.

ſuper Educatione neptum auus maternus habet intentionem fundatam de Iure, etiam ſi mater dd. neptum ad ſecunda vota tranſiuerit. *deciſ. 95. num. 1. Coccino*.

Educare neptes penes ſe auus maternus ſi habitet cum filia, quæ tranſiuit ad ſecunda vota, & vitricus per obitum dd. puellarum ex perſona vxoris conſequuturus eſt legitimam, cum non ceſſet ſuſpicio captandæ mortis illarum. *ibid. num. 2.*

Educari debet pupillus minimè penes eum, qui eidē eſt in ſucceſsione ſubſtitutus ob malignam ſuſpicionem. *ibid. num.4.*

Educari non debet pupillus penes ei ſubſtitutum, etiam ſi in hoc concurrat voluntas patris. *dec.95. num.5.Coccino*.

Educari pupillum ſi pater iubeat penes ei ſubſtitutū, Iudex in hoc poteſt recedere à iudicio paterno. *ibid. num. 6.*

EFFECTVS.

Effectus cauſæ præſumitur adeſſe probata cauſa. *dec. 255.num.12.Veroſpio*.

Effectum ea, quæ non habuerunt non veniunt attendenda. *deciſ. 275. num.9.Vbaldo*.

de Effectuatione collationis beneficiorum quando dicatur conſtare. *deciſ. 118. num.15.Buccabella*.

ex Effectuatione vera, & reali gratię intrat præſumptio iuſtificationis litterarum. *deciſ. 51. num. 2. Macchiauello*.

in non Effectuatione ſe fundans debet illam concludenter probare. *deciſ.99. num.21.Dunozet*.

Egeno cuilibet eſt ſubueniendum. *deciſ.194.num. 38.Dunozet*.

ELECTIO.

Electio de familia alicuius, ſi facienda ſit ab aliquo vigore pacti ad hoc vt electus ſuccedat in bonis, ſi ille numquam elegerit, apertum eſt ius illis de familia, perinde ac ſi electio facta fuiſſet. *deciſ.264. num.4.Merlino*.

Electio

Electio vnius de familia, ſi ad hæredem ſpectet, ſi ipſe non elegerit, electio tranſit ad hæredem eiuſdem. *deciſ.262.num.5. Merlino.*

Sed melius in hoc diſtingue. Aut emolumentum prouenięns ex electione ſpectat ad hæredem, & tunc ipſa etiam electio ſpectabit ad eius hæredem. *ibidem num. 6.*

Quando verò electionis facultas non venit in conſequentiam iuris præambuli, & emolumenti trāſmiſſibilis, nec iure proprio competentis ad hæredem, tunc nec eidem hæredi competit electio. *Ibidem num.* 8.

Electio facienda vnius de familia, per hæredem, quādo facta non eſt, tūc omnibus eiuſdem familiæ ius competit, & actio datur nulla habita ratione proximitatis gradus. *deciſ.262.num.8. Merlino.*

Electio vnius de familia, ſi per aliquem erat facienda, quando non fuit facta. Iudex poteſt compareuti omnia bona ſpectantia ad eligendum aſſignare, communicaturus poſtea ceteris eorum ratam, ſi & poſtquam prodierint in iudicium. *deciſ.* 262. *num.*13. *Merlino.*

Et ſi non prodierint, quod extent alij proximiores excipientibus, & non actori incumbit onus probandi. *Ibidem num.* 14.

Et nec Iudex tenetur inquirere an alij adeſſent. *Ibidem num.* 15.

Electio facta à maiori parte, ſi oriatur difficultas ſuper validitate electionis, electa adminiſtrat. *deciſ.* 139.*num.*2. *Roias.*

in Electionis materia ſufficit quilibet actus, quamuis minimus ad conſeruandum ius quæſitum. *deciſ.*133. *num.*18. *&* 21. *Pirouano.*

Electio facienda per hæredem de vno de familia, ſi non fiat, tunc non omnes de familia, ſed proximior tantum, vel pares in gradu veniunt. *dec.*262. *num.*10. Merlino.

per Electionem vnius ex cōtrarijs, aliud dicitur ſublatum. *deciſ.*51.*nu.*5. *Macchiauello.*

Electio Canonicorū in Eccleſijs Collegiatis ſpectat ad Capitulum. *deciſ.*71.*num.*2.*Macchiauello.*

Electio Canonicorum in Eccleſijs Collegiatis quando ſolum ſpectet ad Epiſcopum. *Ibidem num* 3.

Electio de digno omiſſo digniore non valet, quando ſumus in prouiſione Parochialium. *deciſ.*93.*num.* 10. *Dunozet.*

Electi poſſeſſio, tunc multo magis eſt attendenda, quando fuit capta cum conſenſu totius Conuentus. *deciſ.*138.*num.*3.*Roias.*

Eligere nemine citato poteſt executor, ſi habeat facultatem extraiudicialiter ſe informare. *deciſ.*93. *num.*16. *Dunozet.*

E M E N S.

Emens rem litigioſam viliori pretio, ſi illa ei euincatur, ſibi imputet. *deciſ.*300. *num.*17.*Panzirolo.*

ex Emolumēti quantitate relicti alicui Eccleſiæ pro celebrandis anniuerſarijs, arguitur animus relinquentis. *deciſ.*59.*num.*8.Merlino.

EMPHYTEVSIS ECCLESIASTICA.

in Emphyteuſim accipiens bona Eccleſiæ, tenetur docere de vera, & euidenti vtilitate Eccleſiæ. *deciſ.* 36 *num.*13.*Buccabella.*

Emphyteuſis conceſſio de bonis Eccleſiaſticis, nullatenus tenet, ſi conſtet de euidenti damno, & læſione. *deciſ.* 36. *num.* 14. *Buccabella.*

in Emphyteuſis conceſſione facta per Eccleſiam, appellatione filiorum non veniunt nepotes. *deciſ.* 221. *nu.*17. *Carrillo.*

in Emphyteuſis conceſſione bonorum Eccleſiæ, ſolitum dari in emphyteuſim vt dicatur conceſſione, quid requiratur. *deciſ.*36.*num.*8.*Buccabella.*

Emphyteuſi eccleſiaſtica finita, ſi Prælatus inueſtiat extraneum, oritur declaratio ſufficiens ipſum noluiſſe retinere pro Eccleſia. *dec.*201. *n.*1.*Dunozet.*

Emphyteuſi finita, ſi Eccleſia extraneum inueſtiat, ſi agnati illius, ob cuius mortem fuit finita emphyteuſis prætendant, ſe eſſe inueſtiendos, tunc iuxta pacta illius extranei inueſtiri, non autē iuxta tenorem antiquæ inueſtituræ, eſt eis concedenda emphyteuſis. *deciſ.* 201. *num.*32. *Dunozet.*

in Emphyteuſi Eccleſiaſtica ſi ſit appoſitum pactū, quod bona deuoluantur in caſum non ſolutionis Canonum per biennium, eſt conforme iuri communi. *deciſ.*117.*num.*7.*Ghiſilerio.*

EMPHYTEVSIS IN PROPHANIS.

Emphyteuſis quando peruenit ad filios primi acquirentis, & filius decedit cum filijs, illi debent admitti excluſis patruis exiſtentibus etiam in proximiori gradu cum primo acquirente. *deciſ.*121. *num.*4.5.*&*6. *Carrillo.*

in Emphyteuſi dari poteſt caſus, vt plures in eodem gradu reperirentur, cui debita eſſet emphyteuſis eodem modo. *deciſ.*163. *num.*25. *Veroſpio.*

in Emphyteuſi priuata, vt bona deuoluantur ob non ſolutum canonem, requiritur ceſſatio per triennium. *dec.*117.*num.*8.*Ghiſilerio.*

Emphyteuſis conceſſio facta cum eiſdem pactis appoſitis in antiqua inueſtitura, non dicitur noua conceſſio, ſed renouatio prioris inueſtituræ. *deciſ.* 201.*num.*18.*Dunozet.*

Emphyteuſis conceſſio facta durante tempore primę conceſſionis non eſt attendenda, cum ſit facta in præiudicium comprehenſorum in prima inueſtitura. *deciſ.*121.*num.*16.*Carrillo.*

Emphyteutici contractus à cōuentione partium recipiunt formam, cum à Iure nulla eis præſcripta forma ſit, itaut quæcumque pacta etiam inſolita poſſunt apponi in eis. *deciſ.*201. *nu.*21. *Dunozet.*

in Emphyteuſis contractus inſpici debet tenor conceſſionis. *deciſ.*163.*num.*21.*Veroſpio.*

Emphyteuſis dominium, quando ſumus in antiquiſſimis: nedum probatur per inſtrumenta Locationum, & perpetuæ emphyteuſis, ſed etiam per cōiecturas, & præſumptiones. *deciſ.*234.*nu.*1. *&* 2. *Pirouano.*

ab Emphyteuſi, quis non poteſt dici excluſus, ſi in defectū aliorū fuerit vocatus. *d.*121.*n.*7.*Carrillo.*

Emphyteuſis hæreditaria venit ſub generali diſpoſitione, & in reſtitutione fideicommiſſi. *deciſ.*164 *num.*18.*Ghiſilerio.*

Emphyteuſis finita linea, reuertitur ad Dominum directum. *dec.*36.*n.*1.*Buccabella.*

Emphyteuſis à melioratione differt. *deciſ.*229.*num.* 23. *Ghiſilerio.*

in Emphyteuſi ex pacto, & prouidentia attenditur proximitas primi acquirentis, non vltimi poſſeſſoris. *deciſ.*121.*nu.*6.*Carrillo.*

Emphyteuſis priuati ea eſt natura, vt cenſeatur facta in

Digitized by Google

in perpetuum. *deciſ. 57. num. 11. Veroſpio.*

Emphyteuſis tàm ex lapſu temporis, quàm ex obitu perſonarum comprehenſarum intra illud ad proprietarium renertitur. *deciſ. 121. num. 18. Carillo.*

Emphyteuſis renouatio, ſi prouenerit ex mera liberalitare concedentis pro nouo titulo habetur, licet ſit facta cũ eiſdem pactis. *dec. 201. n. 19. Dunoz.*

Emphyteuſis, tunc multo magis poteſt reuocari, ſi ſit conceſſa pro libito voluntatis, quando adeſt iuſta cauſa. *deciſ. 201. num. 57. Dunozet.*

Emphyteuſis requirit ſcripturam, nec aliter probari poteſt, ſecundum communem ſeutentiam. *deciſ. 252. num. 7. Merlino.*

Emphyteuticus contractus reputari debet ſtricti iuris, cum non reperiatur inter contractus bonæ fidei. *deciſ. 163. num. 20. Veroſpio.*

Emphyteuticum ius poteſt ſtare ſine melioramentis. *deciſ. 229. num. 26. Ghiſilerio*

EMPHYTEVTA.

Emphyteuta, qui alienauit, non incurrit in pœnam caducitatis, ſi ante illius declarationem, & ius ſucceſſoribus in emphyteuſi acquiſitum, obtinuerit reſcindi venditionem. *deciſ. 45. num. 13. Motm.*

Emphyteuta ſi in totum alienauerit, nihil ſibi reſeruando, & ſic nouum emphyteutam in locum ſuũ conſtituendo, deſinit eſſe emphyteuta. *deciſ. 40. num. 3. Ghiſilerio.*

Emphyteuta, ſi non poteſt alienare rem emphyteuticam, nec melioramenta in ea facta, ſine conſenſu Domini directi, ita poſt ſubemphytenticationẽ, non poteſt dare licentiam alienandi, quam ipſe pro ſe non habebat, priuãdo Dominum directum laudemio &c. *deciſ. 40. nu. 14. Ghiſilerio*

Emphyteuta, nullo modo poteſt alienare, vel ſubemphyteutam conſtituere ſine conſenſu Domini directi. *deciſ. 40 num. 21. Ghiſilerio.*

in Emphyteutæ arbitrio, & facultate eſſe non debet, præiudicare directo Dño. *deciſ 40. nu. 16. Ghiſiler.*

Emphyteuſis inueſtitura ſuffragatur inueſtito non ſolum reſpectu acquiſitionis dominij, ſed etiam reſpectu poſſeſſionis. *deciſ. 204. num. 6. Veroſpio.*

Emphyteuta non videtur eſſe ratio, ob quam ſit inquirendus, & recipere laudemium debeat, in ſubemphyteuticatione, cum ceſſet in eo qualitas dominij. *deciſ. 40. num. 12. Ghiſilerio.*

Quippe qui directum numquam habuit, & vtile tranſtulit in ſubemphyteutam, nec poſſidet ciuiliter, nec naturaliter *deciſ. 40. num. 13. Ghiſilerio.*

Emphyteuta alijs ſuas meliorationes, vel ius emphyteoticum poteſt transferre. *deciſ. 229. nu. 24. Ghiſilerio.*

Emphytenta probare poteſt conceſſionem emphyteuſis ex ſolutionibus factis per eum proprietario. *deciſ. 16. num. 6. Veroſpio.*

Emphyteuta ſecundus ſi vendat, requirendus eſt conſenſus Domini directi, & non primi emphyteutæ. *deciſ. 40. num. 1. Ghiſilerio.*

EMPTIO.

Emptionis contractus conſumitur traditione, quamquam illius ſubſtantia perficiatur ſolo conſenſu partium. *deciſ. 86. num. 5. Veroſpio.*

Emptionis contractus reſolutus per euictionem perinde reputari debet ac ſi numquam fuerit celebratus. *deciſ. 92. num. 7. Macchiauello.*

Emptionis contractus præſumptio, ex æſtimatione, & mentione pretij ceſſat, quando de contraria mente contrahentium conſtat. *deciſ. 116. num. 10. Motmanno.*

Emptionis, & venditionis contractus de ſui natura ſunt perpetui. *deciſ. 283, num. 19. Pirouano.*

in Emptione rei fructiferæ pro libitu venditoris cõſiſtit eſſentia cenſus, & non in ſolo, & ſimplici iure exigendi reſponſionem. *deciſ. 235. num. 8. Motmanno.*

Emiſſe aliquid pro alio, & ſuis ſucceſſoribus, & ſimulatè pro ſe, quando quis doceat. *deciſ. 153. num. 3. Buccabella.*

EMPTOR.

Emptores bonorum Eccleſiaſticorum poſſunt iuuari præſumptione iuſtæ cauſæ poſt obtentum beneplacitum, & executorum ſeutentiam ſuper euidenti vtilitate. *deciſ. 202. nu. 11. Pirouano.*

Itaut excipienti contra beneplacitum, & rem iudicatam, incumbit onus probandi contrarium. *deciſ. 202. num. 12. Pirouano.*

Emptor dicitur conſtitutus in mala fide, ſi ante contractum denuncietur ei, quod res non erat vendentis. *deciſ. 122. num. 15. Ghiſilerio.*

Emptor fundi, ſi promiſit extinguere cenſus ſuper eo impoſitos, ſtãte vrgentia habentium cẽſus &c. præuia ceſſione iurium cogi poteſt extinguere cẽſus de pprijs pecunijs. *deciſ. 199. n. 4. Panzirolo.*

Emptor bonorum hæreditariorum ſi ſoluerit debitũ dotale fideicommittentis, in reliquo poteſt à fideicommiſſario pulſari, & pro illa rata ei non denegatur immiſſio. *deciſ. 92. num. 3. Macchiauello.*

Emptor emens bona mulierum grauatur probare inſinuationem interueniſſe, iuxt. Conſtitut. Marchiæ &c. *deciſ. 178. num. 8. Panzirolo.*

Emptor poteſt ſe defendere iuribus, & exceptionibus competentibus venditori. *deciſ. 300. num. 11. Panzirolo.*

ENVNCIATIVA.

Enũciatiua aſſertio Papæ probat qualitatem iuriſpatronatus, ſtante effectuatione, & longiſſimi temporis obſeruantia. *deciſ. 29. num. 19. Ghiſilerio.*

Enunciatiuæ antiquæ fidem facere poſſunt ad probandam filiationem. *deciſ. 10. num. 3. Veroſpio.*

Enunciatiuæ, quæ inuicem ſe conquaſſantur, non ſunt habendæ in conſideratione. *deciſ. 251. nu. 31. Motmanno.*

Enunciatiuæ dum contigit dubitari ſuper enunciato, nec plenam, nec ſemiplenam probationem faciũt. *deciſ. 203. num. 9. Pirouano.*

Enunciatiuæ ſimplices, dum contigit dubitari de enunciato non attenduntur. *deciſ. 226. num. 35. Ghiſilerio.*

Enunciatiuæ Inueriſimiles, & de recenti non attenduntur. *deciſ. 143. num. 14. Carrillo*

Enunciatiuæ probant, dum continent idem, quod diſponitur in inſtrumentis in quibus enunciantur. *deciſ. 32. num. 17. Veroſpio.*

Enunciatiuæ antiquiſſimæ habent vim famæ. *deciſ. 71. num. 14. Macchiauello.*

Enunciatiuæ, ſtante antiquitate probant, *deciſ. 32. num. 16. Veroſpio.*

EPISCOPVS.

Epiſcopus abſens à ſua Diœceſi perdit vſum alterna-

tiuæ

Digitized by Google

tiur conceſſæ Epiſcopis præſeutibus, licet abſit ex cauſa triuni menſium, ſibi à Concilio conceſſorũ. Et ratio eſt quia requiritur vera, & realis, ac perſonalis præſentia. *deciſ.98. num.9.Gbiſilerio.*

Epiſcopus, ſi in aliquo loco exerceat nōnullos actus iuriſdictionis, ex illis infertur ad poſſeſſionem cæterorum actuum. *deciſ.22.num.4. Veroſpio.*

Epiſcopi collatio facta de beneficio, cum clauſula dummodo collatio ad eum ſpectet, ex ea apparet, voluiſſe conſeruare ius aliorum, ad quos ſpectat. *deciſ.226.num.46. Gbiſilerio.*

Epiſcopi præſcriptio circa collationem Canonicatuũ interrumpitur pet collationem Capituli effectuatam. *deciſ.71. num.20. Macchiauello.*

Epiſcopus ſi reperiatur in quaſi poſſeſſione conferēdi aliquod beneficium ſi aliàs aſſerat, ad eum ſpectare talem collationem, ei incumbit onus probandi. *deciſ.118. num.7. Buccabella.*

Epiſcopus conferens beneficium, cum clauſula, quatenus pro hac vice, ad nos pertineat collatio, nō videtur conſtare de eius animo certo, & determinato ad præſcribendum, & priuandum illum ad quē ſpectat d. collatio. *deciſ.133.n.26. Pirouano.*

Epiſcopus habet intentionem fundatam, & iuris aſſiſtentiam quoad collationem beneficiorum in ſua Diœceſi exiſten. *deciſ.118. num.10. Buccabella.*

Epiſcopus nō poteſt ſubijcere beneficia libera ad iuſpatronatus, nec etiam cum conſenſu Capituli. *deciſ.247. nu 10. Carrillo.*

Epiſcopus præſumitur informatus de qualitate beneficiorum ſuæ Diœceſis. *dec.152.nu.5. Veroſpio.*

Epiſcopus cenſetur habere notitiam non ſolum beneficiorum, ſed etiam perſonarum ſuæ Diœceſis. *deciſ.152. num.12. Veroſpio.*

Epiſcopus prohibetur Capitulares citare, & monere ſine adiunctis. *deciſ.295. num. 16. Gbiſilerio.*

Epiſcopo ſolum permiſſum eſt, vt nouam conſuetudinem poſſit inducere in Eccleſia, de conſenſu tamen ſui Capituli, & quando illa ſit bona, & laudabilis. *deciſ.32. num. 8. Veroſpio.*

Epiſcopo ius commune aſſiſtere dicitur, vt in omnibus locis ſuæ Diœceſis gerat curam vniuerſalem. *deciſ.22.num.5.& 6. Veroſpio.*

Epiſcopus, ſi habeat curam vniuerſalem omnium Eccleſiarum ſuæ Diœceſis, ei omnes debentur decimæ. *deciſ.180. nu.9. Pirouano.*

Epiſcopus in criminibus atrocioribus depoſitionē, aut degradationem requirentibus vbi de fuga timetur, quid agere debeat. *d.295.nu.1. Gbiſilerio.*

Epiſcopus in criminibus ex incontinentia prouenientibus, & in atrocioribus, vbi de fuga timetur, & opus eſt perſonali detentione, poteſt ab initio ſolus ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem deuenire. *deciſ.289. num. 1. Gbiſilerio.*

Epiſcopo in caſu, de quo in Concil. Trid. ſeſſ.25. c.6. de reform. eſt permiſſa citatio perſonalis, ſeu detentio perſonæ, dum ſubeſt timor fugæ, ſed citatio verbalis illi eſt prohibita. *deciſ.295. num. 31. Gbiſilerio.*

Epiſcopus ad hoc, vt ſolus contra Canonicos poſſit ad ſummariam informationem, & neceſſariam detentionem procedere in aliquo caſu, duo requiruntur. *deciſ.289.num.7. Gbiſilerio.*

Primò, vt agatur de delictis atrocioribus depoſitionem, aut degradationē requirentibus. *ibid.n.8.*

Secundò, quod timeatur de fuga. *ibid.num.9.*

Epiſcopus vigore Concil Trident. ſeſſ.25. cap.6. de reform. non habet facultatem procedendi ſolus, niſi vbi de fuga timetur excepto caſu illius ſummariæ informationis, & detentionis perſonæ. *deciſ.295.num.5 Gbiſilerio.*

Epiſcopus ſtante ſuſpicione fugæ clerici accuſati de atrocioribus delictis poteſt procedere de facto abſque adiunctis, & quando non dicatur procedere de facto. nu. 11 *deciſ.289.num.10 & 11. Gbiſilerio.*

Epiſcopus quādo habeat facultatem procedendi ad ſummariā informationem contra capitulares ſine adiunctis vigore Concil. Trid. ſeſſ.2. c.6. de reformat. *deciſ.4. num.1. Gbiſilerio.*

Epiſcopus ſolus regulariter non procedit contra Canonicum exemptum abſque Capitulo. *deciſ.4. num 17. Gbiſilerio.*

Epiſcopus ſtante Concil. Trident. ſeſſ.25. cap.6. de reform. ſine adiunctis prohibitus eſt etiam monere, ex quo exercitium iuriſdictionis, ſic communicatur adiuncto, vt vnus ſine altero procedere prohibeantur. *deciſ.295. num.9. Gbiſilerio.*

Epiſcopi, & alij Prælati inferiores ante Concil. Lateranenſe poterant concedere decimas laicis. *deciſ.143. num.23. Carrillo.*

Epiſcopus ſi aſſerat ſe dediſſe dotem de bonis proprijs pro erectione Canonicatuum, id debet plenè & concludenter peobari. *deciſ.226. num. 4. Gbiſilerio.*

Epiſcopus habet intentionem fundatam in quarta decimarum ei tangen. *d.226.n.12. Gbiſiler.*

Epiſcopus poteſt ſuam iuriſdictionem in omnibus partibus ſuæ Diœceſis exercere. *deciſ.22.num.5. Veroſpio.*

Epiſcopus ſi exerceat ſuam iuriſdictionem in aliquibus locis præſumuntur eſſe intra fines ſuæ Diœceſis. *deciſ.22. num 3. Veroſpio.*

ad Epiſcopum ſpectat ius eligendi Canonicos in Collegiata, ſi ipſe in limine fundationis dederit dotem ex bonis ſuis. *deciſ.226. num.3. Gbiſilerio.*

ad Epiſcopum ſpectat ius inſtituendi Canonicos. *deciſ.226. num.2. Gbiſilerio.*

Epiſcopo ſolum legatum relictum, adhuc relictum cenſetur Eccleſiæ. *deciſ.59.num.40. Merlino.*

Epiſcoporum ordinationes, ſtatuta &c. ſtāte auctoritate, & confirmatione Apoſtolica, fiunt perpetuæ, & afficiunt etiam ſucceſſores, licet ſint in eorum præiudicium. *deciſ.222.nu.29. Merlino.*

Epiſcopi obligati ſunt ad denunciandum eos, qui in cenſuras Eccleſiaſticas incurrunt, ex quo gabellas exegerunt de bonis Clericorum. *dec.159. n. 3. Coccino.*

Epiſcopus quando eſt Parochus vniuerſalis, ei debentur decimæ *deciſ. 22. num. 1. Veroſpio.*

Epiſcopus habet poteſtatem priuandi Beneficiatos, aut alios Clericos Eccleſiæ diſtributionibus, ſi ea pœna priuationis tendere poſſit in augumentum cultus diuini. *deciſ. 107. num.12. Veroſpio.*

Epiſcopus habet poteſtatem in præordinatione, & protectione Eccleſiarum ſuę Dięceſis. *deciſ.226. num.7. Gbiſilerio.*

pro Eccleſiæ Calaritanæ antiquitate firmanda, quid plu-

plurimi faciat. *deciſ.251.n.17.Motmanno*.

Epiſcopo Calaritano, æquè ac Turritano fuerunt aſſignati plures ſuffraganei. *deciſ.* 251. *n.*28. *&* 29. *Motmanno*.

ex Epiſcopatus ſuffraganei antiquitate, vt poſſit argui ad antiquitatem Epiſcopatus Metropolitani, quid requiratur. *dec.*251.*nu.* 30. *Motmanno*.

E P I S T O L A.

per Epiſtolam ſimplicem non eſt immutandum id, quod cum maximis laboribus, & vigilijs fuit optima ratione firmatum. *d.*90.*n.*14.*Coccino*.

Epiſtola ſubſcripta probat contra ſubſcribentem, perinde ac ſi tota per eum fuiſſet ſcripta. *dec.*154. *num.*1. *Dunozet*.

Epiſtola ſcripta in corpore ab aliquo contra eum nō probat, quando ab altero ſubſcribitur. *ibid n.* 3.

Sed ſecus eſt de conſuetudine, & ſtylo mercatorum: *ibidem num.*3. *&* 6.

E Q V E S.

Equiti Hieroſolymitano, quando incipiat currere antianitas. *deciſ.*19. *num.*1. *&* 4. *Carrillo*.

Vide ſupra in verbo Antianitas.

Eques Hieroſolymitanus non poteſt obtinere plures Commendas, ſi ſint incompatibiles. *deciſ.*303. *num.*21. *Motmanno*.

Equiti Hieroſolymitano non poteſt reſeruari penſio, ſi ſit abſens à conuentu. *deciſ.*136.*num.*7. *Ghiſil.*

Eques Hieroſolymitanus, ſi ſit debitor communis Theſauri non poteſt reſeruare penſionem. *deciſ.* 98.*num.*1. *Ghiſileria*.

Equites Hieroſolymitani, qui ſunt debitores communis Ærarij, omninò priuantur Commendis, & & adminiſtrationibus. *deciſ.*136.*num.*3.*Ghiſilerio*.

Equites Hieroſolymitani, quando ſunt debitores Communis Ærarij, ſunt incapaces ad reſeruandum penſiones, &c. *deciſ.*136.*n.*2.*Ghiſilerio*.

Eques Hieroſolymitanus eſt incapax Commendæ, ſi eſt debitor communis ærarij, tempore quo ſmutiuit Commendam. *dec.*116.*n.*2.*&* 14. *Motmanno*.

Eques Hieroſolymitanus non poteſt obtinere Commendam, ſi in actu ſmutitionis illam non petijt. *d.*116. *n.*3. *&* 16. *Motmanno*.

Equites Hieroſolymitani non poſſunt obtinere Commendas, ſi ſint debitores communis Ærarij. *deciſ.* 26.*num.*4. *Dunozet*.

Equiti Hieroſolymitano numquid ſuffragetur priuilegium non ſoluendi decimas ad hoc, vt illarum poſſeſſor lite pendente non manuteneatur. *deciſ.* 42. *num.*12. *Buccabella*.

Errantes in facto alieno, habent iuſtiſſimam cauſam erroris. *deciſ.*213.*num.*8. *Veroſpio*.

Errantis nullus eſt conſenſus. *deciſ.* 60. *num.* 12. *Motmanno*.

Errantes etiam in facto proprio, habent iuſtam cauſam erroris, dummodo error emanauerit ad perſuaſionem partis. *deciſ.*213. *num.*9.*Veroſpio*.

E R R O R.

Error in ſene facile cadere poteſt ex obliuione. *deciſ.* 160. *num.*14. *Merlino*.

Errore in facto proprio, ſi quis alleget, ſiue conſiſtat in iure, ſiue in facto, non eſt tolerandus. *deciſ.* 3. *num.*25.*Merlino*.

Error in factis hominum non eſt accommodandus. *deciſ.*254.*num* 14.*Matthæio*.

Error eſt excuſabilis ſi conſiſtat in facto alieno. *deciſ.*239. *num.*23.*Veroſpio*.

ad Errorem confeſſionis probandum requirūtur probationes exactiſſimæ, & indubitatæ. *deciſ.* 261. *num.*25.*Ghiſileria*.

Error non eſt præſumendus in Adminiſtratore diligenti omnia adnotare ſolito. *deciſ.* 111. *num.* 10. quod ampliatur *Macchiauello*.

Error in tempore dum conſtat de identitate cauſæ perſonarum, & contractus, non poteſt vitiare veritatem actus. *deciſ.*160 *num.*13.*Merlino*.

de Errore calculi dari nō poteſt, ſtātibus ampliſſimis renunciationibus. *dec.*52.*nu.*37.*Pirouano*.

Error potius, & fatuitas cenſenda eſt, quàm donatio. *dec.*68.*num.*4. *Merlino*.

Error, ex quibus excludatur. *dec.*261.*n.*26.*Ghiſilerio*.

Error iuris etiam, ſuffragatur ad lucrandum fructus ante motam litem. *deciſ.* 3.*num.*5.*Merlino*.

Error iuris reſiſtentis non excuſat à mala fide ad effectum reſtitutionis fructuum. *d.*3.*n.*32.*Merlino*.

E V I C T I O.

Euictionis periculo, quādo emptor ſcit, quod res ſubiacet, tunc venditor non tenetur de euictione. *deciſ.*155.*nu.*8.*Panzirolo*.

Euictione ſecuta ex facto alterius, venditor tenetur ad pretij reſtitutionem, licet ſolum promiſerit de facto ſuo tantum, & hoc fit ne cum aliena iactura locupletur. *dec.*155.*num* 9.*Panzirolo*.

Euictio, quando immineat in limine. *deciſ.*151.*nu.*4. *Motmanno*.

Euictioni non eſt locus, quando non eſt auocata poſſeſſio, ſed ſolum detentio vigore Saluiani interdicti. *deciſ.*279.*num.*9. *Ghiſilerio*.

Euictionis caſus, quando non euenit, nulla oritur actio contra promittentem de ea. *deciſ.*300. *num.* 15. *Panzirolo*.

Euictioni, vt ſit locus ob auocatam detentionem vigore Saluiani debet id exprimitur in inſtrumento. *deciſ.*179. *num.*19.*Ghiſilerio*.

ante Euictionem non poteſt agi ad pretij reſtitutionem. *ibidem num.*20.

Euictio, quando eſt promiſſa verbis generalibus, tūc ei ſit locus etiam per ſolam auocationem detentionis vigore Saluiani. *deciſ.*179. *num.* 16. 17. *&* 18. *Ghiſilerio*.

Euictionis promiſſio in omnibus contractibus admittitur, & ſeruari ſolet pro aſſecuratione. *deciſ.*283. *num.*17.*Pirouano*.

per Euictionem ſi ſit reſolutus contractus emptionis reputari debet, perinde ac ſi numquam fuerit celebratus *dec.*92.*num.*7. *Macchiauello*.

de Euictione agere non poteſt emptor, ſi ſcienter emit bona litigioſa. *d.* 300. *num.* 13. *Panzir.*

de Euictione promittens in certis bonis, non tenetur in alijs. *dec.*300. *num.*14. *Panzirolo*.

de Euictione, ſi venditor emptori promiſerit, & pro ea ſpecialiter aliquas res hypotecauerit, ſecuta euictione tales res emptor pro ſuæ indemnitatis releuatione retinere poterit. *deciſ.* 92. *num.*6. *Macchiauello*.

Euictio dicitur ineuitabilis, ſtantibus ſuper hoc pluribus deciſionibus Rotæ. *dec.*151.*n.*5. *Motmanno*.

de *Euincentis* iure conſtare per rem iudicatam, aut per publicum inſtrumentum paria ſunt, ad effectum,

ctum, vt quis non teneatur expectare euentum realis euictionis. *deciſ.*151. *num.*6. *amplia num.*7. *Motmanno*.

Euincentis fidem bonam agnoſcendo quis poteſt ei dimittere bona, ne videretur in præiudicium ſuæ exiſtimationis calumniari, vel ſuperuacaneam litem ſubſtinere. *deciſ.* 151. *num.* 12. *Motmanno.*

E X A M E N.

Examen teſtium eſt nullum ex defectu citationis ad dicendum contra articulos, & decretum illorum admiſſionis. *deciſ.*18. *num.*3. *Ghiſilerio*

pro Examinis teſtium validitate, quando deficiunt omnia ſubſtantialia, tunc nullo modo intrare poteſt arbitrium pro illius validitate. *deciſ.* 18. *nu.* 4. *Ghiſilerio*.

Examen teſtium, quando non denegetur. *deciſ.* 41. *num.*29 30.31.*&* 32.*Coccino*.

Examen teſtium ſi careat rogitu, & ſubſcriptione Notarij eſt nullum *deciſ.*18.*num.* 10. *Ghiſilerio*.

pro Examine alteri commiſſo ſuper idoneitate ad obtinendam dignitatem,vel beneficia,non eſt opus aliqua citatione.*deciſ.*256.*num.*5. *Motmanno*.

ad Examen teſtium ſanandum, quando Rota arbitrium adhibeat.*deciſ.* 18. *num.*6. *Ghiſilerio.*

Vide infra in verbo Teſtium examen.

E X C E P T I O.

Exceptione omni maiores dicuntur teſtes, ſi ſint Religioſi. *deciſ.*28.*num.* 3.*Buccabella*.

Exceptionem ſuam reus concludenter tenetur probare,aliàs ſuccumbit. *d.*25. *num.*2. *Carrillo*.

Exceptio, quando non fuit oppoſita à principio, ſed ad impediendam executionem cauſæ, an admittatur. *deciſ* 41. *num.*38. *Coccino*.

Exceptio bene firmat regulam in caſibus exceptuatis *deciſ.*224.*num.*9. *Ghiſilerio*.

Exceptio debet eſſe de regula. *d.*29.*n.*12.*Ghiſilerio.*

Exceptio alterius fideicommiſſi incontinenti probata ſolet impedire immiſſionem ex remedio l.fin.C. de edict. D.Adr toll *dec.*151. *nu.*2.*Motmanno.*

Exceptio fideicommiſſi alterius incontinenti probata, quotieſcumque opponitur ſolet impedire immiſſionem ex remed.l final. C. de edict. Diu. Adr. toll. *deciſ.* 34.*num.*1. *Motmanno*.

Exceptio in materia Can. reintegranda non eſt admittenda,dum non eſt vndequaque patens, & clara, ita vt nihil opponi poſſit. *deciſ.* 94. *num.* 41. *Merlino*.

Exceptio de Iure tertij non admittitur ad impediendam immiſſionem fideicommiſſario. *dec.* 88.*nu.*6. *Ghiſilerio*.

Exceptio de iure tertij non ſuffragatur ad impediendam immiſſionem. *deciſ.*93.*num.*17.*Dunozet*..

Exceptio nulla poteſt proponi poſt rem iudicatam. *deciſ.*91. *num.*9. *Motmanno*.

Exceptiones,quando ſunt turbidæ ac dubiæ, & altiorem indaginem requirunt, non poſſunt retardare manutentionem.*deciſ.*188. *nu.*9.*Buccabella*.

Exceptio firmat regulam in caſibus non exceptis. *deciſ* 4. *nu.*15.*Ghiſilerio*.

Exceptiones friuolæ ſi opponantur teſtibus,non ſunt habendæ in conſideratione.*dec.*268.*n.*11.*Coccino.*

per Exceptionē incontinenti probatam poteſt impediri immiſſio petita per fideicommiſſarium. *deciſ.* 34.*num.*4.*Motmanno*.

Exceptio illiquida, & requirens altiorem indaginem non poteſt retardare ſolutionem crediti liquidi. *deciſ.*23 *num* 9.*Motmanno*.

Exceptio melioramentorum, quare ſoleat impedire immiſſionem *deciſ.*38 *num.*13.*Pirouano*.

Exceptio melioramentorum vt impediat immiſſionem,duo copulatiuè requiruntur. *deciſ.*48.*nu.*16. *Pirouano*.

Excipiens de non adimplemento,debet illud concludenter probare. *deciſ.* 35. *nu.*10.*Coccino*.

E X C E S S V S.

Exceſſus ab alleganti eſt concludenter probandus. *deciſ.*306. *num.*26 *Ghiſilerio*.

Exceſſus non præſumitur, & illum alleganti incumbit onus probandi.*deciſ.* 96.*num.*1.*Buccabella*.

Exceſſus ſententiam ipſam, & illius executionem in totum vitiat, & inualidam reddit. *deciſ.*207.*nu.*8. *Buccabella*.

Exceſſus regulariter non præſumitur. *deciſ.* 306. *num.*27. *Ghiſilerio*.

E X C L V S I O.

Excluſio, ſeu inhabilitas medij fieri non poteſt, quin influat in extremum. *deciſ.*53. *num.*5. *Motmanno.*

Excluſio ceſſat,ceſſante cauſa excluſionis. *deciſ.* 53. *nu.*9. *Motmanno*.

Excluſionis cauſa ceſſante,ceſſat etiam ipſa excluſio. *deciſ.*45.*num.*5. *Motmanno*.

Excluſus ſi ſit proximior,cenſetur etiam excluſus remotior. *deciſ.*33 *num* 17.*Coccino*.

Excludi quis poteſt ab aliqua ſua prætenſione, ex illius non iure. *deciſ* 21.*num.*19. *Veroſpio*.

E X C O M M V N I C A T I O.

Excommunicationis ſcientia, quando agitur de priuatione, non ſufficit,vt ea probetur præſumptiuè. *deciſ* 209 *num.*10. *Coccino*.

in Excommunicatione incurſio neceſſariò non infertur ex abſolutione petita,cum poſſit peti ad cautelam. *dec.*309 *nu.* 19.*Coccino*.

Excommunicato ſi ſit collatum beneficium,licet per abſolutionem ceſſauerit impedimentum excommunicationis, non tamen poteſt conualeſcere beneficij collatio,cum fuerit ab initio nulla.*deciſ.*83. *num.*18. *Merlino*.

Excommunicatus non ſolum non facit fructus ſuos beneficij, ſed nec etiam lucratur diſtributiones. *deciſ.*309.*num.*4.5.*&* 6. *Coccino*.

Excommunicatus eſt, qui in materia fori Eccleſiaſtici recurrit ad Iudices Laicos. *deciſ.* 83. *num.* 1. *Merlino*.

Vide infra in verbo Iudex, & in verbo Recurſus.

Excommunicatus,cum beneficij titulum nō recipiat, ideò ſi ſit abſolutus ab excommunicatione, non poteſt retinere id,quod in excommunicatione non recepit,vel inefficaciter accepit. *dec.* 83. *num.* 19. *Merlino*.

Excommunicatus regulariter non eſt priuatus beneficijs obtentis, neque ad ea retinenda eſt incapax. *deciſ.*83.*num.*3.*Merlino*.

Sed ſi in excommunicatione perſeuerer ob contumaciam,& ob contemptum clauium Eccleſiæ, tūc venit priuandus. *dec.*83. *num.*2.*Merlino*.

Excommunicato ſi ſit facta collatio beneficij,eſt nulla. *deciſ.* 83. *num.*16.*Merlino*.

Vide ſupra in verbo Beneficium.

de Exe-

Digitized by Google

dt Executione ſententiæ,quando non poſsit dubitari. *deciſ.264. num.5.Vbaldo.*
Executioni debent demandari ſententiæ, quando ſunt validæ, & iuſtæ. *deciſ.38. num.2 Pirouano.*
Executioni non eſt demandanda ſententia, quando plura obſtant. *deciſ.240. nu.13.Ghiſilerio.*
ad Executionem ſententiæ non poteſt procedi ſtante illius nullitate, & iniuſtitia.*d.147.n.7.Motmanno.*
Executionem non merentur ſententiæ, quando non ſunt validæ,nec iuſtæ. *deciſ.38.num.2.Pirouano.*
in Executione ſententiæ, & rei iudicatæ non ſuperſedetur,poſtquam eſt conſumata,vel ſaltem incæpta. *deciſ.264.nu.2.Vbaldo.*
ad Executionem rei iudicatæ, quando Iudex poſſit deuenire non obſtante concordia, & laudo. *deciſ. 91 nu.7.Motmanno.*
Executio impeditur ex defectu iuriſdictionis. *deciſ. 147.nu.8. Motmanno.*
Executio præſcribi poteſt ſpatio 30 annorum, *deciſ. 21.num 5.Coccino.*
Executio Cameralis habet executionem paratam, nec admittit exceptiones extrinſecas à contractu. *deciſ.35.num.1.Coccino.*
Executioni,vt quãto citius demandetur, hæc eſt natura rei iudicatæ.*deciſ.148. num.9. Ghiſilerio.*
Executionem paratam habet obligatio Cameralis. *deciſ.11.num.1. Panzirolo.*
Executio vlterior vt retardetur,arbitrium intrare ſolet ſub prætextu nullitatis dictæ executionis. *deciſ. 21.num.1. Coccino.*
pro Executione ſubſtinẽda poteſt fieri productio ſcripturarum. *deciſ.241. num.32.Ghiſilerio.*
Executionem paratam habet inſtrumentum inueſtituræ ad formam l. fin. C. de edict. D. Adr. tollend. *deciſ.242.num.3.Veroſpio.*
Executio non dicitur perfecta,ſi executor functus nõ ſit officio ſuo.*deciſ.265 num 15. Vbaldo.*
Executio non impeditur in mero poſſeſſorio per appellationem interpoſitam *d.78.n.14 Buccabella.*
Executio,quando fit ſi per melioramentis factis ſub bonis emphyteoticis, non poteſt de facto occupari, etiam vtile dominium, & ius emphyteoticum. *deciſ.229.num.17. Ghiſilerio.*
Executioni poſſunt dari quandocumque executoriales, ſi habeant tractũ ſucceſsiuũ.*d.1.n.17. Coccino.*
Executio Litterarum Apoſtolicarum iuſtificatarum non impeditur per ea, quæ requirunt altiorem indaginem. *deciſ.174.num.2.Buccabella.*
Executionem paratam cum habeat inſtrumentum inueſtituræ, non impeditur eius effectus, niſi per exceptionem probatam, vel incontinenti probandam. *deciſ.242.num.6. Veroſpio.*
Executionem paratam generaliter habet res iudicata. *deciſ.148. nu.10.Ghiſilerio.*
Executiua via non competit pro conſequendis legatis. *d.148.n.8.& 241.n.34.Ghiſilerio.*
in Executiuis licita eſt variatio. *dec.305.n.2.Buccab.*
in Executiuis iudicijs quare remiſſoria denegetur. *dec.242.num.7. Veroſpio.*
Executiuè Iudex nulliter procedit, ſi obligatio Cameralis fuerit vulnerata. *d.156.n.3. Dunozet.*
in Executiuis non attenditur poſſibilitas Iuris deducendi,ſed quod eſt deductum,vel probatum. *deciſ. 305.num.37.Ghiſilerio.*

EXECVTOR.

Executor non debet executioni demandare litteras Apoſtolicas ſine earum iuſtificatione. *deciſ. 147. num.5. Motmanno.*
Executori, ſi teſtator mandauit,vt ſua debita ſoluat, d executor tenetur ſoluere non modo ea debita, quæ ſolum ſunt ciuiliter, ſeu in foro exterro, ſed etiam quæ in foro conſcientiæ ſunt debita. *dec.62. num.8. Motmanno.*
Executores ad aliquid ordinandum,& exequendum, licèt in parte actum executioni demandauerint, non dicuntur, functi officio ſuo donec plenè executionem perfecerint. *deciſ.1.num.21.Coccino.*
Executor, ex quibus appareat, quod non ſit deputatus tantum quoad primam executionem,ſed etiam ad vlteriores,ſi moleſtiæ ſuperueniant. *deciſ.265. num.14.Vbaldo.*
Executor mixtus ſub pœna nullitatis omnirò tenetur procedere Iuris ordine ſeruato. *deciſ.51.nu.9. Macchiauello.*
Executor poſtquam functus eſt ſuo officio,ceſſat eius iuriſdictio. *deciſ.265.num.12.Vbaldo.*
Executor ſaltem ex æquitate poteſt iterum defendere,& manutenere, ſi moleſtiæ proueniant ex cauſa antiqua. *deciſ.265. nu.18.Vbaldo.*
Executor licet poſſit recipere iuramentum teſtium, & deinde demandare examen, non tamen poteſt iuramentum demandare. *deciſ.18.n.16.Ghiſilerio.*
Executor. ſi ſit deputatus in materia de ſui natura habente tractum ſucceſſiuum,hoc caſu,licèt ſemel executio facta ſit, ſi interueniat noua turbatio,poteſt iterum exequi.*deciſ.21.n.8.9. & 10. Coccino.*
Executor conſtitutus, cum clauſula vocatis vocandis, debet aſſumere partes Iudicis, & conficere publica documenta, ita vt non ſufficiat extraiudicialis informatio. *deciſ.94 num.49 Merlino.*
Executor non tenetur citare eum, qui non eſt legitimus contradictor,veluti ſi nõ habeat nec titulum, nec poſſeſſionem. *deciſ.51.num.10.Macchiauello.*
Executor debet eſſe certus de ſua iuriſdictione. *deciſ.147.num.3.Motmanno.*
Executor ad aliquem eligendum,ſi poteſt ſe extraiudicialiter informare, poteſt eligere etiam nemine citato. *deciſ. 93. num.16. Dunozet.*
Executori, quando dicatur data ſucceſſiua, & non terminata facultas exequendi. *deciſ.265. num.19. Vbaldo.*
Executor datus in litteris non poteſt exequi id, quod ei in litteris mandatur, niſi eas receperit. *deciſ.147.num.4.Motmanno.*
Executor de veritate narratorum poteſt extraiudicialiter ſe informare. *deciſ.51.num.11. Macchiauello.*

EXECVTORIALES.

Executorialium virtus non euaneſcit anno, quando exequutio eſt cœpta,& non dum perfecta. *deciſ.1. num.19. Coccino.*
Quia quando executio eſt cœpta, & non dum fuit perfecta, durat perpetuò, & debet finiri. *ibidem num.20.*
Executorialium virtus regulariter euaneſcit anno. *deciſ.1. num.18. Coccino.* ſed hoc intellige, vt *num.19.* & 22.
Executorialium virtus non euaneſcit anno, quando verſamur in cauſis habentibus tractũ ſucceſſiuum.

In quibus licèt ſemel ſit executa ſententia, ſi iterũ ex interuallo res reincidat, poterit peti denuo executio. *deciſ.1. num.22. Coccino.*

Executorialium vires vt eneruentur, requiruntur 30. anni. *dec.1. nu12. Coccino.*

Executoriales vt non expirent per annum in materia habente tractum ſucceſſiuum, non tantum requiritur iſta qualitas ſucceſſiua. *d.1.n.25. Cocc.*

Sed etiã vt executoriales fuerint executæ, & quod poſtmodum in actu ſucceſſiuo interueniat turbatio. *Ibidem num.26.*

Executoriales etiam Rotales Rota numquam exequitur poſt lapſum decennij, niſi guſtato de iuſtitia. *deciſ.1. num.6. Coccino.*

Executoriales ſententiæ poſt 30. annos executioni mitti non poſſunt. *deciſ. 1. num. 3. Coccino.* & quare vide *num.* 4.

Executoriales ſi habeant tractum ſucceſſiuum, poſſunt quandocumque exequi. *deciſ.1.n.17.Coccino.*

Executoriales ex quibus præſumatur, quod non fuerint executæ. *deciſ.1.num.27. Coccino.*

ex Executorialibus oritur præſumptio Iuſtitiæ ſententiæ. *deciſ.1.num.15.Coccino.*

Executoriales vt dicantur extinctæ, quid copulatiuè requiratur. *deciſ.1.nu.11. Coccino.*

Exequendi ius quid ſit. *dec.1.nu.5.Coccino.*

EXEMPLVM.

Exemplum principalium Eccleſiarum Vrbis ſequi nõ debet dedignari quælibet alia Eccleſia. *deciſ. 222. num.22. Merlino.*

Exemplis non eſt iudicandnm. *d.194.n.64.Dunozet.*

Exemplum exempli non poteſt dici in forma probanti eſſe. *deciſ.285.num.11.Motmanno*

Exemplum exempli cõcurrentibus adminiculis ſuffragatur. *deciſ. 285. num.12. Motmanno.*

EXEMPTIO.

Exemptionis priuilegia quantumuis ſint lata, non includunt exemptionem rei contractus, vel delicti, concernentia loca non exempta. *deciſ. 165. num.3. Ghiſilerio.*

Exemptionum priuilegia ſuffragantur etiam, quod præiudicent alicui, qui habebat ius etiam ſpecialiter, & non de Iure communi, cum id Papa poſſit cogitare, & huius opinionis fuit fel. rec. Clemens VIII. *dec.193.nu.13.Coccino.*

Exemptio, quantumuis plena, numquam includit tres caſus. *dec. 165. num.16.Ghiſilerio.*

Exemptionem realem, & perſonalem ab iuriſdictione Ordinarij Papa petentibus ſolet concedere, conſtito de eius ſæuitia atroci in ſubditos, aut vexationibus iniuſtis, aut de aliqua tyrannia, &c. *deciſ.258.nu.29. Carrillo.*

Exempti poſſunt prorogare iuriſdictionem eorum, quibus circumſcripta exemptione erant ſubiecti. *dec.306.num.15. Ghiſilerio.*

Exemptionem à ſolutione decimarum, quando Papa alicui concedit, certò ſcit illam eſſe præiudicialem illis, ad quos ſpectant illæ decimæ. *dec.103. nu.3. & 23. Coccino.*

Vide ſupra in verbo Decima.

Exemptionis plenæ priuilegium quantumuis latum, non includit locum non exemptum. *deciſ. 165. nu.4. Ghiſilerio.*

in Exemptione quacumque habet locum cap. 1. de priuil. in 6. & eſt intelligendum de priuilegio plenæ exemptionis, quantumuis lato. *dec.165. num. 5. Ghiſilerio.*

Exemptio, quando non principaliter deducitur in iudicio ad effectum illam canonizandi, ſed incidenter probatur ex ſola quaſi poſſeſſione. *dec.105. num. 1. Ghiſilerio.*

Exemptus quantumuis ſit aliquis, ſi tamen conueniatur ratione rei ſitæ extra locum exemptum, poteſt coram Iudice rei ſitæ conueniri. *deciſ. 165. num.1. Ghiſilerio.*

EXPENSA.

Expenſæ non iuſtificatæ, & inueriſimiles ſunt reijciendæ. *deciſ.177.num.6. Panzirolo.*

ſuper Expenſarum quantitate, poſtquam ſunt taxatæ, ille, qui eas fecit, explicitè tenetur ſuper illis iurare. *deciſ.177 num.3. Panzirolo.*

Aliàs dictæ taxationes non interueniente iuramento ſunt ipſo iure nullæ. *dec.177.num.4. Panzirolo.*

Expenſæ litis non comprehenduntur in clauſula Parito. *dec.166.num.4.Carrillo.*

Expenſis alicuius, ſi aliquid ſit factum, eius præſumitur opus. *dec.254.num.2.Mattheio.*

ſuper Expenſarum litis taxatione de ſtylo Curiæ non præſtatur apparenter iuramentum. *deciſ.177.nu. 5. Panzirolo.*

ab Expenſarum exceſſiua taxatione regulariter licitum eſt appellare. *deciſ.211.num.4.Merlino.*

propter Expenſas factas in melioramẽtis ſi quis percipiat fructus, dicitur eos percipere ex re propria. *dec.223.num.12.Veroſpio.*

Expenſam aliquam non præſumitur quis feciſſe in re ſibi præiudiciali. *deciſ.253.nu.13. Mattheio.*

cum Expenſis alienis quis commodum non poteſt ſentire. *dec.148.num.8.Macchiauello.*

Expreſſa non poſſunt dici ea, quæ ex mente, & coniecturis deducuntur. *deciſ.189.num.16. Panzirolo.*

Expreſſio vnius rei excludit ea, quæ ſub dicta re non circumſcribuntur. *deciſ.228.num.10.Veroſpio.*

EXTENSIO.

Extenſio contra grauatum non fit de caſu ad caſum, de perſona ad perſonam, de tempore ad tempus. *dec.249.num.10.Pirouano.*

Extenſio de linea ad lineam certè non fit contra grauatum, quando lineam vocati eſt ingreſſum fideicommiſſum, & de linea extant deſcendentes. *dec.249.num.11.Pirouano.*

Extenſio limitata, vltra eam nihil operatur. *deciſ. 250.num.30.Coccino.*

Extenſio licita eſt piæ cauſæ, & Eccleſiæ fauore. *deciſ.136.num.11.Ghiſilerio.*

Extenſio in odioſis non fit. *dec. 113.num.23.Roias.*

EXTREMA.

Extremum primum in ſpolio, quod eſt prior poſſeſſio ſpoliati, debet plenè, & concludenter probari. *Ibidem num.1.*

Extremum primum in ſpolio probatur ex inſtrumento immiſſionis iuncta poſſeſſione. *Ibid.nu.6.*

F

FABRICA.

FAbricæ Sancti Petri Sacra Congregatio eſt exequutrix piarum voluntatum, quando negligetur

getur eas demandari exequutioni. *deciſ.* 122. *num.* 2. *Ghiſilerio*.

Fabrica S. Petri poteſt, ſtante negligẽtia, ſe intromittere in omnibus pijs diſpoſitionibus. *deciſ.* 122. *num.* 2. *Ghiſilerio*.

Faciens aliquid, quod aliter facere non poterat, id non eſt tribuendum eius bonæ menti. *deciſ.* 104. *num.* 20.. *Panzirolo*.

F A C T V M.

Facta non præſumuntur, niſi probentur. *deciſ.* 274. *num.* 5. *Virili*.

in Factis hominum error non eſt accommodandus. *dec.* 254. *num.* 14. *Matthæio*.

Factum aliquod ſi requirat impenſam, is feciſſe præſumitur, qui ad id tenebatur. *d.* 253. *n.* 3. *Mattheio*.

Factum præſumitur ab eo geſtum, de cuius vtilitate agitur. *Ibidem num.* 38.

in Facto alieno ſi conſiſtat error, eſt excuſabilis. *deciſ.* 239. *num.* 23. *Veroſpio*.

Facti nuda detentatio eſt auocabilis. *deciſ.* 155. *num.* 5. *Panzirolo*.

Facto proprio, ſi quis errorem alleget, ſiue conſiſtat in facto, ſiue in iure, non eſt tollerandus. *dec.* 3. *num.* 25. *Merlino*.

Factum, quod non eſt, poteſt ad perfectionem perduci, dum ceſſat mora. *dec.* 230 *nu* 2. *Motmanno*.

de Facti veritate, quando conſtat, non eſt curandum de aliorum atteſtationibus. *dec.* 292. *n.* 3. *Veroſpio*.

F A C V L T A S.

Facultatem habens circa aliquod negotium, ea non poteſt extendi ad diuerſum. *deciſ.* 303. *num.* 22. & 25. *Motmanno*.

in Facultate hæredũ ſtare non debet defraudare, & eludere legatarios à ſuis legatis. *deciſ.* 17. *num.* 5. *Panzirolo*.

Facultas conceſſa in vno caſu, cenſetur adempta in alijs caſibus. *dec.* 4 *num.* 14. *Ghiſilerio*.

Facultas data alicui coarctata ad caſum diſpoſitionis inter viuos, non poteſt illa extendi ad caſum diſpoſitionis non inter viuos, & ab iſta opinione non eſt recedendum. *deciſ.* 104. *nu.* 1. & 2. *Panzirolo*.

Facultatem dicitur amiſiſſe creditor ei reliſtam à teſtatore circa declarationem ſui crediti, ſi doloſè ſecerit dictã declarationem. *d* 239. *n.* 15. *Veroſpio*.

Facultatem aliquid faciendi ſi quis minimè habeat, ſi id faciat non præiudicat. *deciſ.* 25. *n.* 8. *Carrillo*.

Facultas conceſſa vigore alicuius ſtatuti, dicitur ſatis conceſſa ſpecialiter, & nominatim quamuis fuerit conceſſa generi. *deciſ.* 219. *num.* 8. *Ghiſilerio*.

Facultas diſponendi in vita, ſeu quoad vixerit, intelligitur tantum de actu facto inter viuos, non autẽ porrigitur ad vltimam volnntatem. *deciſ.* 231. *num.* 7. *Merlino*..

Facultas conceſſa Titio aliquid adimendi, intelligitur dummodo diſpoſitio fiat arbitrio boni viri, & non malo animo. *deciſ.* 104. *num.* 16. *Panzirolo*.

Facultas conceſſa alicui, adimendi aliquid per verba ampliſſima, ac prægnantia, poteſt comprehendere etiam diſpoſitionem vltimæ voluntatis. *deciſ.* 104. *num.* 3. *Panzirolo*.

Facultas conceſſa in vno caſu, non extenditur ad alium. *deciſ.* 186. *num.* 8. *Pirouano*.

Facultas adimendi legata, ſi alicui non in contractu inter viuos, ſed in teſtamento fuerit data, ipſe pariter cui eſt data d. facultas, poterit in vltima voluntate eam adimere. *deciſ.* 104. *num.* 13. & 15. *Panzirolo*.

Facultatem habens à Sede Apoſtolica conferendi primam tonſuram, & alios ordines, etiam ſine dimiſſorialibus, ideo ſi ſine eis conferantur, validè conferuntur. *dec.* 162. *num.* 8. *Buccabella*.

Facultas conceſſa ſub verbis ampliſſimis, & generaliſſimis, non debet reſtringi ad vnam tantum ſpeciem rei. *deciſ.* 239. *num.* 7. *Veroſpio*.

Facultas, ſeu licentia præſupponit prohibitionem. *deciſ.* 116. *num.* 20. *Motmanno*.

Facultas nominandi ad emphyteuſim quando eſt conceſſa alicui, ſi ille nihil de ſua hæreditate diſponat, non videtur alium in re emphyteutica ſucceſſorem relinquere præter eum, qui eſt ſucceſſurus ab inteſtato. *deciſ.* 163. *num.* 13. *Veroſpio*.

Vide infra in verbo Nominatio.

F A L S I T A S

Falſitatis omnem occaſionem poſſunt tollere adminicula. *deciſ.* 165. *num.* 29. *Ghiſilerio*.

de Falſo ſi conuincantur teſtes, nulla fides eſt adhibenda. *dec.* 58. *num.* 15. *Merlino*.

Vide infra in verbo. Teſtium falſitas.

F A M A.

Famæ probatio de tempore poſt motam litem, non releuat. *dec.* 182. *num.* 8. *Veroſpio*.

Fama in antiquis, & obſcuris vrgentem producit coniecturam. *dec.* 208. *num.* 6. *Merlino*.

ex Fama, & publica voce argui etiam poteſt ſimulatio. *deciſ.* 11. *num.* 12. *Panzirolo*.

Famæ vim habent enunciatiuæ antiquiſſimæ. *dec.* 71. *num.* 14. *Macchiauello*.

F A M I L I A.

Familiæ diuerſitas arguitur ex diſcrepãtia inſignium ſtemmatis gentilitij etiam in coloribus. *deciſ.* 15. *num.* 15. *Merlino*.

Familiæ appellatio debet capi pro contentiua, quando agnati ſunt principaliter, & indefinitè vocati. *dec.* 15. *num.* 20. *Merlino*.

Familiæ propriæ nomen ſi exprimatur, ex ſe non poteſt operari, extenſionem ad familiam contentiuam. *dec.* 15. *num.* 25. 26. & 27. *Merlino*.

Familiæ linea maſculina, quando vocatur ad fideicommiſſum, in eo fœminæ agnatæ non comprehenduntur. *deciſ.* 33. *num.* 1. *amplia n.* 2. *Coccino*.

Familia effectiua, & deſcendentes alicuius quando fuerunt vocati, tunc appellatione familiæ, poſita in adiacẽti prohibitione alienationis, venit familia effectiua tantum, & deſcendentes, de quibus in vocatione. *deciſ.* 5. *num.* 7. *Merlino*.

Familia, quod fuerit vocata ad præſentandum, ex quo inferatur. *deciſ.* 209. *num* 2. *Pirouano*.

Familia, quando exprimitur in prohibitione alienationis, debet intelligi de familia effectiua. *deciſ.* 15. *num.* 5. *Merlino*.

ex Familia ſua nato, qui non ſubuenit, fidem negat, ac infideli deterior efficitur. *deciſ.* 194. *num.* 39. *Dunozet*.

ex Familiæ nuncupatione cenſetur habita ratio cõſeruandæ agnationis. *dec.* 126. *nu* 10. *Ghiſilerio*.

Familia contentiua ad fideicommiſſum cenſetur vocata, ſi addatur nomen proprium familiæ. *deciſ.* 15. *num.* 24. *Merlino*.

FAVOR.

in Fauorem alicuius ea, quæ ſunt introducta, non debent in eius odiũ retotqueri. *d.169.n.16.Merlino*.

ad Fauorem ſui authorizate nemo valet ſuum factũ. *deciſ.244.num.6.Panzirolo*.

ad Fauorem alicuius inducta non debent in eius odiũ retotqueri. *deciſ.289. num.6.Ghiſilerio*.

Fauori ſuo quilibet poteſt renuntiare. *deciſ.93. num. 12. Dunozet*.

Fatalia omnia, quia ſint lapſa, & cauſa deſerta remanſerit, quando non poſſit dubitari. *deciſ. 233. num. 3. Carrillo*.

Fatuus matrimoninm contrahere nequit. *deciſ.298. num.12.Pirouano*.

Vide ſupra in verbo Demens.

FEVDVM.

Feuda, antiquitus concedebantur cum pacto, vt eſſent ad beneplacitum reuocabilia. *deciſ.201.num. 24. Dunozet*.

Feudi conceſſio facta pro libito voluntatis, vt reuocetur, ſufficit ſimplex animi motus. *deciſ. 201. num.54. Dunozet*.

Feudorum conceſſiones ex conuentionibus partium declarantur, ſeu legem accipinnt *Ibid.nu.49*,

Feudi conceſſio præſumitur in dubio facta conformis diſpoſitioni legis. *deciſ.285. num.2. Motmanno*.

Feudum conceſſum ad beneplacitum poteſt ſine cauſa reuocari. *deciſ.201.nu.50.& 53.Dunozet*.

à Feudo ad emphyteuſim non tenet argumentum. *deciſ.40. num.22. Ghiſilerio*.

Feudum, & emphyteuſis poſſunt concedi ad tempus concedenti bene viſo. Et hoc pactum non aduerſatur regulis Iuris. *deciſ.201.n.22.& 23.Dunozet*.

Feuda hodie vaſſallis auferri poſſunt ad beneplacitũ Dominorum, niſi adſit tale pactum. *Ibid.num.25*.

in Feudis Leodienſibus ex particulari conſuetudine admittuntur etiam fœminæ in defectu maſculorũ. *deciſ.132.num.13. Buccabella*.

Et hoc præſertim procedit, ſi non agatur de feudo ſeruitium perſonale exquirente, aut tali, quod per fœminam præſtari non valeat. *Ibid. num. 14*.

in Feudalibus, licet vaſſallo alium ſubuaſſallum ſine conceſſu domini ſibi conſtituere. *deciſ.40.nu.20. Ghiſilerio*.

in Feudalibus bonis fœminæ non ſuccedunt. *deciſ. 132. num.12. Buccabella*.

Fideicommiſſaria diſpoſitio, quando non fit per verba expreſſa, ſed ſolum prouenit ex tacita voluntate, tunc ipſa diſpoſitio non dicitur legatum. *deciſ. 189. num.26. Panzirolo*.

per Fideicommiſſariam ſubſtitutionem ſucceditur dumtaxat in bonis teſtatoris. *deciſ.120.num.15. Dunozet*.

FIDEICOMMISSARIVS.

Fideicommiſſario, ſeu Legatario acquiritur fideicõmiſſum, ſeu legatum etiam ignorantibus, ſed hoc procedit in fideicommiſſo, ſeu legato expreſſo. *deciſ.189. num.15. Panzirolo*.

Non autem in tacito, & reſultante ex interpretata voluntate teſtatoris, & vltra ſignificationem verborum. *deciſ.189. num.15. Panzirolo*.

in Fideicommiſſario capacitas requiritur de tempore, quo cadit dies fideicõmiſſi. *d.77.n.5.Panzirolo*.

Fideicommiſſario regulariter debentur fructus, etiã ante motam litem, quando fideicommiſſum relictum eſt in certam diem fauore fideicommiſſarij, & non hæredis. *dec.189.num.7. Panzirolo*.

in Fideicommiſſarium tranſeunt ea tantum, quæ cõmodum pecuniarum continent. *deciſ.206.num.9. & 25. Coccino*.

Fideicommiſſarius non tenetur ad onera ei impoſita à teſtatore, ſi poſſeſſionem fideicommiſſi nondum adimpleuit. *deciſ. 310. num. 5. Panzirolo*.

Fideicommiſſarijs non eſt prohibitum à lege, relinquere iura directa. *deciſ.170. num. 13. Pirouano*.

Fideicommiſſarius vtens iure ſuo, poteſt agere ad vindicandam rem nullitèr alienatam, nec ſtringitur obligatione ſui auctoris. *d.135.n.11.Ghiſiler*.

Fideicommiſſario, quando obſtent detractiones ad impediendam immiſſionem ei debitam, vel ex ſaluiano Interdicto, vel ex l.fin. C.de edict. D.Adr. toll. *deciſ. 126. num. 1. Ghiſilerio*.

Fideicommiſſario etiam competit remedium l.fin. C. de edict. D.Adr.toll. *dec.131.nu.1.Dunozetto*.

Fideicommiſſario non poteſt impediri immiſſio ex eo, quod grauatus prætendat bona retinere ob debita hæreditaria ab eo ſoluta cum ceſsione Iurium. *deciſ.244.num.2. Panzirolo*.

Quando iſta debita erant in modica quantitate, ſi potuerint cõpenſari cum fructibus ab eo perceptis ex bonis fideicommiſſarijs. *Ibid.num.3*.

Fideicommiſſarius pro aſſequenda poſſeſſione bonorum fideicommiſſo ſubiectorum intentare poteſt vtile ſaluianum Interdictum. *dec.61.n.2.Merlino*.

Fideicommiſſario, quibus probatis, non poſſit denegari immiſſio ſaltem in vim Saluiani, etiam quod agatur de fideicommiſſo particulari. *deciſ. 244. num.1. Panzirolo*.

Fideicommiſſario quibus concurrentibus non poteſt denegari immiſſio. *deciſ.151. nu.1.Motmanno*.

Fideicommiſſario non eſt deneganda immiſſio in bonis fideicommiſſarijs propter exceptionem ſupplementi legitimæ, ſi hoc ſit omninò incertum, & illiquidum. *deciſ.220.num.5. Buccabella*.

Fideicommiſſario, ſi ſit conceſſa immiſſio etiam ſuper bonis mobilibus fideicommittentis, intelligitur, quatenus bona extent, ſecus verò ſi non extent. *deciſ.220 num.6. Buccabella*.

Fideicommiſſario immiſſio denegari non poteſt, ſi ceſſet iuſta cauſa denegationis. *deciſ. 92. num. 4. Macchiauello*.

Fideicommiſſarius ſi petat immiſſionem, poteſt ea impediri per exceptionẽ incontinenti probatam. *dec.34.num.4. Motmanno*.

Fideicommiſſario competit ſaluianum, vel remed. l. fin.C.de edict. D.Adr.toll. etiam contra tertium poſſeſſorem. *deciſ.88.num.2 Ghiſilerio*.

Fideicommiſſario datur immiſſio, vel ex ſaluiano Interdicto, vel ex remedio l.fin. C. de edict. D. Adr. toll. *Ibid. num.*

Fideicommiſſario competit remed. l.fin. C.de edict. D.Adr.toll. ſi oſtendat teſtamentum, in quo eſt vocatus, non cancellatum, nec abolitum, neque in vlla ſuæ formæ parte vitiatum, & probata identitate perſonæ, & bonorum. *dec.61.nu.1.Merlino*.

Fideicommiſſario, vt impediatur immiſsio ad effectum ſoluendi debita Teſtatoris, debent iuſtificari. *deciſ.88.num.20.Ghiſilerio*.

Fidei-

Fideicommiſſario immiſſio denegari non poteſt, ſi doceat de fideicommiſſo, de identitate bonorum, & de poſſeſſione fideicommittentis. *dec.* 8. *nu.* 1. *Dunozet*.
Fideicommiſſario, quibus concurrentibus eſt concedenda immiſſio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. etiam contra tertium poſſeſſorem. *deciſ.* 135. *num.* 22. *Ghiſilerio*.
Fideicommiſſarius ad ſucceſſionē venit per obliquũ. *deciſ.* 170. *num.* 4. *Pirouano*.
in Fideicommiſſarium tranſit vniuerſitas rerum, & iurium. *dec.* 72. *nu.* 11. *Pirouano*.

FIDEICOMMISSVM.

Fideicommiſſum abſolutum reſultat ex dictionibus ſemper, & in perpetuum. *d.* 185. *n.* 9. *Buccabella*.
Fideicommiſſum poſtquam fuit acceptatus à fideicommiſſario, non poteſt illi renunciare. *deciſ.* 93. *num.* 14. *Dunozet*.
Fideicommiſſi agnitio reſultat ex eius petitione iudiciali. *deciſ.* 195. *num.* 11. *Dunozet*.
ad Fideicommiſſum admittitur, qui probat ſe eſſe in caſu fideicommiſſi purificati. *deciſ.* 93. *n.* 1. *Dunoz.*
Fideicommiſſi caſus, quando venit, ceſſat illius effectus. *deciſ.* 8. *num.* 13. *Dunozet*.
Fideicommiſſi alterius exceptio incontinenti probari ſolet impedire immiſſionem ex remedio l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. *deciſ.* 151. *n.* 2. *Motmanno*.
Fideicommiſſa regulantur à cauſa inteſtati. *deciſ.* 77. *num.* 8. *Panzirolo*.
Fideicommiſſum clarum ad fauorem illorum de linea, dicitur inductum, ſi teſtator voluit, quod finita d. linea, bona reuertantur ad aliquam Eccleſiam. *deciſ.* 97. *num.* 5. & 6. *Dunozet*.
in Fideicommiſſo, ſi quis dicat, ſe eſſe comprehensũ, omnia requiſita neceſſaria probare debet. *deciſ.* 15. *num.* 29. *Merlino*.
in Fideicommiſſis conditionalibus illi tantum cenſentur vocati, qui exiſtunt de tempore purificatæ conditionis. *deciſ.* 142. *num.* 14. *Panzirolo*.
Sed hoc bene eſt verum, niſi aliud mens teſtatoris ſuadeat. *ibid. num.* 15.
Fideicommiſſi conditio non poteſt dici purificata ad fauorem alicuius, ſi etiam adſunt ex vocatis ante eum. *deciſ.* 210. *num.* 5. *Buccbella*.
Fideicommiſſum, quando eſt ſub conditione, poteſt euenire, & nõ euenire. *deciſ.* 257. *n.* 14. *Panzirolo*.
Fideicommiſſum, ſi ſit ſub conditione relata ad filiũ natum de tempore obitus teſtatoris, ſi de eo tempore filius non ſit natus, ſed poſt fideicommiſſum dicitur caducatum. *deciſ.* 77. *num.* 1. *Panzirolo*.
Fideicommiſſi conuentionalis vigore, in quo adeſt hypoteca, competit fideicommiſſario particulari ſaluianum. *deciſ.* 262 *num.* 3. *Merlino*.
Fideicommiſſorum derogatio impedit fideicommiſſario immiſſionem. *deciſ.* 131. *num.* 5. *Dunozet*.
Fideicommiſſi derogationis gratia remanet inualida ſi forma in ea data non adimpleatur. *deciſ.* 131. *num.* 7. *Dunozet*.
Fideicommiſſi derogatio nulliter executa, & ſubreptitiè obtenta non impedit immiſſionem. *deciſ.* 261. *num.* 13. *Ghiſilerio*.
Fideicommiſſum etiam extenditur ad caſum non expreſſum, ſtante veriſimili voluntate teſtatoris, qui ſi de eo fuiſſet interrogatus, idem veriſimiliter diſpoſuiſſet, & nu 6. *deciſ.* 149. *num.* 2. *Buccabella*.
Intellige ſi nulla probabilis differentiæ ratio afferri poſſit. *ibid. num.* 2.
in Fideicommiſſo in caſu obitus, ſuccedunt omnes de familia etiam fœminæ, quando adſunt illa verba de domo, & familia. *deciſ.* 33. *num.* 12. *Coccino*.
in Fideicommiſſo relicto familiæ, ij tantum admittũtur, qui ſunt nati tempore mortis teſtatoris. *deciſ.* 77 *num.* 6. *Panzirolo*.
ad Fideicommiſſum cenſetur vocata familia contẽtiua, ſi addatur nomen proprium familię. *deciſ.* 15. *num.* 24. *Merlino*.
Fideicommiſſum eſt cenſendum fauorabile, ſi ſit factum fauore piæ cauſæ, & in pios vſus pro ſalute animæ ipſius teſtatoris. *deciſ.* 149. *n.* 16. *Buccabel.*
Fideicommiſſum tranſit in fideicommiſſarium, quando conſtat de voluntate teſtatoris. *deciſ.* 206. *num.* 15. *Coccino*.
Fideicommiſſum ex quibus coniecturis ad infinitũ, & in perpetuum præſumatur à teſtatore præordinatum. *deciſ.* 248. *num.* 6. & 7. *Pirouano*.
Fideicommiſſum dicitur indubitatum, & clarum, ſi de illo cõſtet ex pluribus deciſionibus Rotalibus. *deciſ.* 154. *num.* 3. *Motmanno*.
Fideicommiſſo quando dicatur factus locus. *deciſ.* 310 *num.* 7. *Panzirolo*.
Fideicommiſſum non cenſetur inductũ in caſu mortis ex verbis conſequutiuis ad ſubſtitutionem. *deciſ.* 8. *num* 2. *Dunozet*.
Fideicommiſſi multiplicatio, quando non inducatur ex alienationis prohibitione. *deciſ.* 15. *num.* 17. *Merlino*.
Fideicommiſſum quando non eſt abſolutè odioſum, ſed fauorabile, non eſt adeo ſtrictè interpretandum. *deciſ.* 149. *num.* 15. *Buccabella*.
Fideicommiſſum inducitur ex prohibitione alienationis facta inter vocatos. *deciſ* 97. *nu.* 3. *Dunozet*.
Fideicommiſſum in caſu mortis non poteſt reſultare ex prohibitione alienationis, quando nõ ſtat principaliter, & de per ſe, ſed continuatiuè ad præcedentem ſubſtitutionem. *deciſ.* 8. *num.* 5. amplia *num.* 6. *Dunozet*.
Fideicommiſſum reale æquè comprehẽdit vocatos, & poſitos in conditione. *dec.* 61. *num.* 10. *Merlino*.
in Fideicommiſſi reſtitutione non veniunt ea, quæ hæres grauatus retinet titulo emptionis. *dec.* 198. *num.* 15. *Veroſpio*.
in Fideicommiſſi reſtitutione veniunt bona in eorum loco ſubrogata. *deciſ.* 126. *num.* 30. *Ghiſilerio*.
Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum nullum reſultare videtur in caſu mortis, ex prohibitione alienationis. *deciſ.* 15. *num.* 1. *Merlino*.
Fideicommiſſum ſimplex, & abſolutum ad fauorem ſubſtitutorum, ex prohibitione alienationis, pro conſeruatione bonorum in familia cenſetur inductum. *deciſ.* 15. *num.* 4. *Merlino*.
Fideicommiſſi ſubſtantia ſi fuerit probata per cõfeſſionem, ipſa etiam bona probari poſſunt per confeſſionem, quod ſint fideicommiſſaria. *deciſ.* 261. *num.* 5. *Ghiſilerio*.
Fideicommiſſum ſucceſſiuum, & perpetuum inter illos de linea cenſetur inductum, quando teſtator diſpoſuit, quod deficiente linea bona ad aliquam Eccleſiam tranſeant. *deciſ.* 97. *num.* 6. *Dunoz.*

Fideicommiſſum tranſmitti non poteſt ſine agnitione. *deciſ* 195. *num*. 10. *Dunozet*.

Fideicommiſſum inducitur ex ſucceſſiua vocatione. *deciſ*.142.*num*.1. & 2. *Panzirolo*.

ſub Fideicommiſſi prætextu, hæres non excuſatur à neceſſario onere dotandi deſcendentes teſtatoris. *deciſ*.30. *num*.13. *Merlino*.

Fideicommittens, quando nullos habuit deſcendentes, & ad fideicommiſſum vocauit alium, qui nullos legitimè poteſt habere deſcendentes, inde infertur, quod vocatio intelligitur de familia contentiua. *deciſ*. 15. *num*. 19. *Merlino*.

Fideiuſſio reſtricta ad annos 15. ſi illi ſint elapſi, & lites intra d. tempus 15. annorum fuerunt inceptæ, tunc non obſtante tali lapſu fideiuſſor poteſt conueniri. *deciſ*.70. *num*. 11. *Buccabella*.

F I D E I V S S O R.

Fideiuſſoribus etiam competunt exceptiones rei cohærentes, licet ſint perſonales. *deciſ*. 300. *num*. 8. *Panzirolo*.

Fideiuſſorem minus eſt habere, quàm rem. *deciſ*.238. *num*.11. *Panzirolo*.

Fideiuſſor ſimplex, quando quis non ſit, ſed etiam principalis. *deciſ*.109. *num*.8. *Dunozet*.

Fideiuſſor ſi ſe obligauerit, ſi aliquid intra certum tempus fuerit adimpletum, tranſacto eo tempore amplius non tenetur. *deciſ*.109. *num*. 7. *Dunozet*.

Fidelibus multum intereſt, non ab vno tantum, ſed à pluribus Pœnitentiarijs facilè, & expeditè pro eorum culpis veniam conſequi poſſe. *deciſ*.221. *num*.16. *Merlino*.

F I D E S.

Fides baptiſmatis non probat, ſi non ſit extracta à Parocho, ſeu ab alio de eius mandato. *deciſ*.306. *num*.51. *Ghiſilerio*.

Fides baptiſmatis extracta ab eo, ad cuius officium non ſpectat baptizare, non attenditur. *deciſ*. 306. *num*.51. *Ghiſilerio*.

Fidem debitoris creditor poteſt ſequi circa declarationem de eo factam de ſuo credito. *deciſ*.239. *num*.1. *Veroſpio*.

Fides non adhibetur atteſtationi eius circa aliquod factum, quod ei non fuit commiſſum. *deciſ*.218. *num*. 19. *Ghiſilerio*.

Fidem nullam merentur in iudicio iura, quæ non ſunt in forma probanti. *deciſ*.18. *num*.8 *Ghiſilerio*.

Fidei officialis in pertinentibus ad eius officium ſtãdum eſt. & nu.11. *deciſ*. 26. *num*.5. *Dunozetto*.

Fides extracta lite pendente, & ſine citatione partis ac etiam ſine litteris compulſorialibus fidem non meretur. *deciſ*.157. *num*.1. *Ghiſilerio*.

Fidem facere poſſunt enunciatiuæ antiquæ ad filiationem probandam. *deciſ*.10. *num*.3. *Veroſpio*.

Fides extraiudiciales, & ſine iuramento non probant. *deciſ*.118. *num*.17. *Buccabella*.

Fides non facit fidem. *deciſ*.89. *num*.9. *Buccabella*.

Fides non facit fidem, & maximè ſi ſit facta lite pẽdente ſine iuramento, & partis citatione, & n. 15. *deciſ*.82. *num*. 14. *Panzirolo*.

Fides bona vt excludatur, ſufficit probabilis ſcientia rei alienæ. *deciſ*.3. *num*.28. *Merlino*.

Fidei bonæ nihil magis conuenit, quàm præſtare id, quod conuentum, aut promiſſum eſt. *deciſ*. 35. *num*.2. *Coccino*.

Fides bona poſitiua ſufficit ad lucrandum fructus ante motam litem. *deciſ*.3. *num*.4. *Merlino*.

Fides bona, dum non adeſt, præſcriptio non perficitur. *deciſ*.61 *num*.14. *Merlino*.

Fides bona ceſſat in poſſeſſore per interpellationem. *deciſ* 3. 0 *num*. 2 *Panzirolo*.

Fides bona adſtruitur à læſione. *d*. 3. *nu*.29. *Merlino*.

Fide mala licet ſint facta melioramenta, nihilominus ſunt reficienda, dum non ſunt ſolum vtilia, ſed etiam neceſſaria. *dec*.223. *num*.15. *Veroſpio*.

mala Fides vt inducatur non eſt opus miniſterio iuris, & quare. *dec*.57. *num*.27. *Veroſpio*.

Fides mala contrahitur ex inhibitionibus alicui factis, & notorio, *dec*.122. *num*.24. *Ghiſilerio*.

Fides mala poſitiua intrat data ſcientia rei alienæ. *dec*.3. *num*.26. *Merlino*.

in Fide mala contrahens dicitur eſſe, ſi ſine ſolemnitatibus requiſitis contrahat, & ideo tenetur ad reſtitutionem omnium fructuum, *deciſ*. 3. *num*. 33. *Merlino*.

à Fide mala non excuſat error iuris reſiſtentis. *deciſ*. 3. *num*.32. *Merlino*.

Fides mala quando adeſt, tunc fructus debentur etiam ante motam litem. *deciſ*. 3. *num*. 23. *Merlino*.

mala Fides inſurgit poſſeſſori ex ſollicitudine conſcientiæ, committendo nempe cauſam ſuper iactationibus. *deciſ* 94. *num*.22. *Merlino*.

Fides mala contrahitur ex inhibitionibus alicui factis & notorio. *deciſ*.122. *num*.24. *Ghiſilerio*.

Fides mala, vt purgetur, requiritur ſententia ſuper negotio principali. *deciſ*. 122. *num*. 18. *Ghiſilerio*.

Fides mala eſt cauſa obligationis ad fructus reſtituendos. *deciſ* 281. *num*.3. *Merlino*.

Vide infra in verbo Fructus.

Fides mala per litis cõteſtationẽ inducta requiritur, vt quis poſſit condemnari ad fructus, ſi petantur vti acceſſorij. *dec*.281. *num*. 10. *Merlino*.

Fides mala præſumitur in eo, qui in ſuo Archiuio habet ſcripturas contrarias earum rerum, quas poſſidet. *deciſ*.3. *num*.27. *Merlino*.

F I L I A T I O.

Filiatio legitima ex quibus probetur. *deciſ*.93. *num*.3. *Dunozet*.

Filiatio probatur, ſi quis vti filius hæres vniuerſalis fuerit inſtitutus. *deciſ*. 93. *num*.4. *Dunozet*.

ad Filiationem probandam enunciatiuæ antiquæ fidem facere poſſunt. *dec*.10. *num*.3. *Veroſpio*.

ad Filiationis plenam probationem faciendam cõiungi poſſunt præſumptiones, & adminicula. *deciſ*.10. *num*.6. *Veroſpio*.

Filiatio non probatur ex ſola nominatione, ſi illa ad alium effectum emanauit. *dec*. 10. *nu*.2. *Veroſpio*.

Filiatio probatur ex actu inſtitutionis cum filijs iſte actus ſit valde proportionabilis, iuncta tamen nominatione. *deciſ*. 10. *num*.5. *Veroſpio*.

Filiatio legitima probatur per teſtes, ſi deponant de nominatione, tractatu, ac publica reputatione, & fama. *dec*.93. *num*.2. *Dunozet*.

Filiationis titulus, & proprietas ex quibus probetur. *deciſ*.10. *num*.9. & 13. *Veroſpio*.

in Filiationis quaſi poſſeſſione quis dicitur conſtitutus, ex nominatione in filium iuncta inſtitutione in hæredem. *deciſ*. 10. *num*.7. *Veroſpio*.

Filiationis quaſi poſſeſſio ſatis probatur per teſtes

depo-

deponentes de publica voce, & fama. *deciſ.* 10. *num.*8. *Veroſpio.*

F I L I A.

Filia venit appellatione prolis. *deciſ.* 210. *num.* 4. *Buccabella.*

inter Filias legitimas, & illegitimas de iure conſtituta eſt differentia circa nuptiarum ſolemnitates, pompas, & apparatus. *dec.*30. *num.*28. *Merlino.*

Filiæ, quæ in corpus ſuum peccauit, poſtquam nupſerit, & cum marito honeſtè vixerit, & ſic poſt abſterſam maculam dos debetur. *dec.*45. *num.* 14. *Motmanno.*

Filia illegitima dum in miniſterio templi vult manere, caſtaſq. cum Agno cæleſti inire nuptias, abſtergit omnem à parente hauſtam impuritatis notam. *deciſ.* 30. *num.*41. *Merlino.*

Filiam fratris patruus an teneatur in ſubſidium dotare. *deciſ.* 30. *num.*1. *Merlino.*

Filia, ſi non habuerit à patre, vel auo dotem, neque fratres ſunt parati eam dotare, ceſſat Statut. Vrb. lib.1. cap. 145. *deciſ.*110. *num.*24. *Motmanno.*

Filia ſi ſit inſtituta hæres à patre, inde poteſt ſe dotare. *deciſ.* 59. *nu.*20. *Motmanno.*

Filiæ, ſi à patre fuerint prouiſæ de dote, ceſſat ratio ſubſidiaria propter quam deſcendẽtibus ad ſe dotandum permiſſum eſt deſumere de bonis aſcendentium fideicommiſſo grauatis. *deciſ.* 141. *nu.*6. *Panzirolo.*

Filia dotata, iuxta ſtatutum Florentiæ, remanet excluſa tàm ab hæreditate paterna, quàm fraterna. *deciſ.*125. *num.*14. *Macchiauello.*

Filias dotandi onus, cum ſit reale & tranſitorium ad heredes, poteſt per filias transferri in extraneos dotantes virtute ceſſionis. *deciſ.*141. *n.*2. *Panzir.*

Filia, ſi ſit hæres inſtituta in teſtamento patris, ex hoc inferri poteſt ad dotationem à ſtatuto requiſitam. *deciſ.* 110 *num* 6. *Motmanno.*

Itaut debeat eſſe contenta de ea parte hæreditatis, quæ fuit illi relicta. *deciſ.* 110. *nu.*7. *Motmanno.*

Filiabus ſpurijs debentur dotes, tàm ex bonis patrimonialibus, quàm ex redditibus Eccleſiaſticis Clericorum, aut Laicorum non obſtante Conſtit. Pij V. contra illegitimos. *deciſ.* 30. *n.* 37. *Merlino.*

Filia, ſi ſit dotata ab vno, qui non reperitur nominatus in ſtatut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non ex hoc habet locum excluſio. *deciſ.* 175. *nu.* 29. *Motmanno.*

Filia, ſi renunciet bonis paternis, & maternis, in ea renunciatione comprehendi nõ poteſt portio bonorum ipſi filiæ acquiſita, non tanquam hæredi, ſed vti quid ſuum, vel ex alia cauſa ſibi debitum. *deciſ.*45. *nu.*24. *Motmanno.*

Filiæ renunciatio bonorum paternorum &c. non extenditur ad lucra, quæ in pœnam ſecũdarum nuptiarum ei debentur. *deciſ.* 45. *num.*26. *Motmanno.*

Filia excluſa propter maſculos illis deficientibus, & ſic ceſsãte cauſa excluſionis admittitur ad ſucceſſionem. *deciſ.*45. *num.*12. *Motmanno.*

Filia, ſi vigore Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. non poſſit excludi ab hæreditate patris, neceſſariò ſequitur, quod ceſſet etiam excluſio ab hæreditate matris. *dec.*175. *num.*20. 21. & 22. *Motmanno.*

F I L I V S.

Filij poſſunt acquirere vnà cum patre, pro rata. *deciſ.*125. *num.* 8. *Macchiauello.*

Filijs actus inſtitutionis eſt valde conueniens, & proportionabilis, & iuncta nominatione plenè probat filiationem. *deciſ.* 10 *num* 5. *Veroſpio.*

Filijs illegitimis l. 12. tabul. contra naturalem omnium animantium inſtitutum alimenta denegabantur. *deciſ.* 30. *num.*29. *Merlino.*

Filio naturali, quando ſunt decernenda alimenta, quid Iudex animaduertere debeat. *dec.* 30. *num.* 23. *Merlino.*

Filiorum appellatione in conditione poſitorum, veniunt etiam fœminæ. *deciſ.* 61. *num.* 12. *Merlino.*

Filij, quod adiuerint hæreditatem patris, ſufficit ad hoc probare ex aſſertione matris tutricis. *dec.* 181. *num.* 11. *Pirouano.*

Filij cenſentur adiuiſſe hæreditatẽ patris, ſi eius mater tutorio nomine filiorum, locauit domos, apotecas &c. patris. *deciſ.* 181. *num.* 10. *Pirouano.*

Filius, vel filia, ſiue agendo, ſiue excipiendo tenetur probare aditionem hæreditatis matris, quia in ea non datur ſuitas ſicuti in patre. *deciſ.* 165. *nu.*49. *Ghiſilerio.*

Filij in conditione poſiti non cenſentur vocati. *deciſ.* 61. *num.*3. *Merlino.*

Filij in conditione poſiti habent expreſſam vocationem ex Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. *deciſ.* 248. *nu.* 1. *Pirouano.*

Filij in conditione poſiti, dum ſunt ex deſcendentibus teſtatoris, vt dicantur vocati, admittuntur leuiores coniecturæ, & præſumptiones. *deciſ.* 61. *num.*5. *Merlino.*

Filij poſiti in conditione cenſentur vocati ex diſpoſitione Statut. Vrb. lib. 1. cap. 142. *deciſ.* 185. *nu.* 1. *Buccabella.*

Et perinde eſt, ac ſi teſtator verbis diſpoſitiuis vſus ſubſtituiſſet dictos poſitos in conditione. *ibid. n.* 2.

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, quando pro eorum vocatione plures, & vrgentes coniecturæ concurrunt. *dec.* 61. *num.*4. *Merlino.*

Filij in conditione poſiti cenſentur vocati, ſi fuerint ſubſtitutæ perſonæ minus dilectæ. *ibid. num.*6.

Filiorum appellatione in conditione poſitorum veniunt indiſtinctè tàm maſculi, quàm fœminæ. *deciſ.* 144. *num.*2. *Ghiſilerio.*

Filij in conditione poſiti, ſecundũ Statut. Vrb lib. 1. cap. 142. cenſentur vocati. *d.* 114. *n.* 3. *Panzirolo.*

Filij contractus celebratus ſine præſentia patris à Statuto Vrb. lib. 1. c. 151. requiſita non annullatur, ſi filius expreſſit, ſe non bene conuenire cum patre, & pater id etiam declarauit. *deciſ.* 245. *num.* 5. & 7. *Coccino.*

Filius non tenetur pro debito patris, & ideo non contra eum eſt dirigenda actio, ſed contra patrem debitorem. *deciſ.* 244. *nu.* 7. *Panzirolo.*

Filiorum dementia ceſſante, ceſſat ſubſtitutio exemplaris eis facta per patrem. *deciſ.* 238. *nu.* 8. *Panzir.*

Filius non tenetur dotare matrem. *deciſ.* 194. *num.* 56. *Dunozet.*

Filij, quando ſunt vocati, vti filij, hæredes, vt intrent, neceſſaria eſt vtraque qualitas. *deciſ.* 38. *num.* 10. *Pirouano.*

Filij, ſi ad iuſpatronatus ſint admittendi vti ſucceſſores, illis viuente fundatore nullum ius acquiritur, & ideò illis irrequiſitis, poteſt in alium transferri. *deciſ.* 37. *num.* 3. *Dunozet.*

Filius familias fundans iuſpatronatus ex bonis quaſi Caſtrenſibus poteſt de eo ad libitum diſponere, ita vt pater ratione, patriæ poteſtatis in eo nihil poteſt prætendere. *dec.* 125. *num.*6. *Macchiauello.*

Filijfamilias non concurrunt cum patre ad præſentandum in iurepatronatus hæreditario. *decif.* 82. *num.*10.*Panzirolo* .

Filio debetur legitima ex bonis paternis, & ea non poteſt fideicommiſſo grauari. *decif.* 120. *num.* 2. *Dunozet.*

Filij legitima conſolidatur cum ſuis bonis, & efficitur vnum patrimonium. *d.*74.*nu.*9.*Buccabella* .

Filius ſibi præiudicat in legitima, ſi acceptet legatum vſusfructus ſibi à patre loco legitimæ relicti. *decif.*9.*num* 43. *Merlino* .

Filijs debetur legitima in bonis matris. *decif.* 220. *num.*4.*Buccabella* .

Filio nullum ius competit in legitima, ſi pater ipſi reliquit vſumfructum alicuius prædij, cum expreſſa prohibitione detractionis legitimæ, & in cauſa contrauentionis ei reliquit debitam ſummam pro legitima ſua, & d. filius ſupradictam diſpoſitionem acceptauit. *dec.*291.*num.*5. *Merlino* .

ad Filiorum legitimitatem probandam, vel improbandam plurimum conducit tractatus viri erga mulierem. *decif.* 58.*num.*18.*Merlino* .

Filius legitimus alicuius viri nobilis, & diuitis quis non præſumitur, ſi ſine pompa, & ſolemnitate ſacro Baptiſmatis Fonte ablutus fuit, nec ad patris menſam vmquam admiſſus fuit. *ibidem num.*25.

Filij non poſſunt litem agere pro bonis parentum, eorum vita durante propter intereſſe ſperatæ ſucceſſionis. *decif.*176.*num.*7.*Dunozet.*

à Filij luctuoſa hæreditate, ne mater excludatur, intuitu pietatis ei deferenda eſt d.hæreditas. *dec.*43. *num.*18.*Buccabella* .

Filius matri tenetur præſtare alimenta. *decif.* 194. *num.*57.*Dunozet.*

Filij viuente matre nullum ius habent in bonis maternis. *decif.*176. *num.*6, *Dunozet.*

Filijs mente captis ſi pater faciat ſubſtitutionem exemplarem, non reputatur teſtamentum patris, ſed filiorum. *decif.*238. *num.* 7. *Panzirolo* .

Filius ſi numquam admiſſus fuerit ad patris menſam, non præſumitur eius filius legitimus. *decif.* 58. *num.*25. *Merlino* .

Filius quoties natus eſt ex coniunctione non vxoria, neque ex iuſtis nuptijs, ſecundum Canonicas ſanctiones illegitimus eſt. *decif.*58.*num.*2.*Merlino.*

Filius naturalis, ſi ſit legitimatus cum conditione, quod ipſe poſſit ſuccedere ex diſpoſitione paterna, tunc, nec ipſe, nec eius hæredes nihil prætendere poſſunt, præter relictum ab eo. *decif.*200. *num.* 2. *Veroſpio* .

propter Filiorum numerum lex concedit priuilegium immunitatis. *d.*45.*n.*16.*Motmanno* .

ob Filiorum præteritionem teſtamentum eſt nullum. *decif.* 170.*num.*1. & 9.*Pirouano* .

Filius, ſi deceſſerit in pupillari ætate, & ſic in tempore inhabili ad acquirendum, quicquid reliquit præſumitur paternum, niſi aliud doceatur, & hoc maximè ſi non fuit confectum inuentarium. *decif.* 102. *num.*10 *Motmanno* .

Filij, & filiæ æqualiter de iure communi ſuccedunt in bonis maternis. *decif.*175. *nu.*16. *Motmanno.*

Filios, ſi teſtator in teſtamento præterierit, eius teſtamentum non ſubſtinetur. *d.*74.*n.*1. *Buccabella.*

Filiorum tutelam ſi mater ſuſcipiat, & hæreditatem adeat, ſi bona hæreditaria poſſideat, & non declaret verbo, aut facto eius animum d. apprehenſionem facere, ſine præiudicio inſiſtentiæ bonorum viri, & non curauit actualiter ſtatim poſſeſſionem ingredi, cenſetur illi renunciaſſe. *d.*150.*n.*9.*Pirou.*

Et ideo tunc perdit ciuilem, quam animo retinebat, & alio iure illi non ſuccurritur, quàm actione de dote. *ibidem num.*10.

Filios naſcituros idem eſt, quod teſtator vocauerit, vel quod d. vocatio ex coniecturis colligatur. *decif.*97.*num.*33. *Panzirolo* .

Filij, ſi poſt mortem patris non exiſtentibus liberis deceſſerint, mater eis ex diſpoſitione iuris communis ab inteſtato ſuccedit. *d.*132.*n.*1.*Buccabella.*

Fiſcus non poteſt procedere ad ſubhaſtationem non ſeruatis ſolemnitatibus. *decif.* 113. *num.*20.*Rojas.*

F OE M I N A.

in Fœminis non eſt conſiderari agnatio. *decif.* 144. *num.*8. *Ghiſilerio* .

Fœmina nec de agnatione eſt, nec illam conſeruare dicitur. *decif.*280.*num.*7.*Vbaldo* .

Fœminæ non veniunt appellatione deſcendentium per lineam maſculinam, licet Menoch. & Mantic. contrarium ſentiant, ſed reijciuntur. *decif.* 33. *num.*14. & 15.*Coccino* .

Fœminæ veniunt appellatione proximorum, & deficientibus maſculis admittuntur ad fideicommiſſum. *decif.*126. *num.*2. *Ghiſilerio* .

Sed iſta concluſio non procedit, quando teſtator diſcretiuè locutus eſt de illis, vel quando habuit rationem conſeruandæ agnationis. *ibid. num.*3.

Fœminæ etiam veniunt appellatione filiorum in conditione poſitorum. *dec.*61.*num.*12. *Merlino.*

Fœminæ dotatæ excluduntur à Statuto Vrbis lib. 1. cap. 145. etiam ab hæreditate matris. *decif.*60. *num.*15.*Motmanno* .

Fœmina, ſi ſit excluſa à teſtatore, non poteſt impedire ſucceſſionem aliorum maſculorum proximiorū. *decif.*126. *num.*7. *Ghiſilerio* .

Fœminæ vt dicantur excluſæ à ſucceſſione propter Statut. Vrb. lib. 1. cap. 145. duo copulatiuè requiruntur. *dec.*275.*num.*13.*Motmanno* .

Primò, quod illæ ſint dotatæ ab aliquibus ex perſonis ibi nominatis. *decif.*175.*num.*14. *Motmanno.*

Secundò, vt non ſemper, ſed ita demum excludantur, ſi adſuerint filij maſculi, vel nepotes ex filio maſculo. *decif.*175.*num.*15.*Motmanno* .

Fœminarum excluſio virtualis oritur ex vocatione maſculorum. *decif.*43. *num.*19. *Buccabella* .

Fœminæ in bonis feudalibus non ſuccedunt. *dec.*132. *num.* 12. *Buccabella* .

Fœminæ tunc multò magis poſſunt admitti ad feuda, ſi in eis nullum ſeruitium perſonale requiratur, aut tale, quod per fœminas poſſit minimè præſtari. *amplia num.*9. *decif.*214. *nu.*8. *Carrillo* .

Fœminæ etiam admittuntur in feudis Leodien ex cōſuetudine loci. *d.*214 *num.*7. *Carrillo* .

Fœminæ, quando non cenſeantur admiſſæ ad fideicommiſſum, licet vocationes, & ſubſtitutiones fuerint factæ per verba, quantumuis collectiua, & apta com-

comprehendere fœminas,& maſculos. *deciſ.* 126. *num.*4. *Ghiſilerio*.

Fœmina eſt principium lineæ fœmininæ. *deciſ.*33. *num.*4.*Coccino*.

Fœminæ in primogenitura, quando etiam intelligantur comprehenſæ. *deciſ.*249.*num.*1. *Pirouano*.

Fœminæ, non obſtante ſexu muliebri poſſunt retinere qualitatem ex latere paterno, præſertim in materia indifferenti. *deciſ.*102. *num.* 1. *Motmanno*.

Fœminæ ſtantibus maſculis nõ ſuccedunt ſtante Statut.Vrb.lib.1.c.145. *deciſ.*207.*nu.*6. *Buccabella*.

F O R E N S I S.

Forenſis præſumitur ſe informaſſe de ſtatuto eius loci, vbi contrahit. *deciſ.*119.*nu.*17. *Motmanno*.

Forenſis, in Vrbe exiſtens maior 20. annorum, ſi contrahat ſine ſolemnitatibus, non poteſt dici in mala fide. *deciſ.*62.*num.*14. *Motmanno*.

Forenſis tenetur ſeruare ſtatuta loci contractus. *deciſ.*81. *num.*9. *Motmanno*.

Forenſis cenſetur ſtatuta loci ignorare. *deciſ.* 119. *num.*12. *Motmanno*.

inter Forenſes ſtatutum inhabilitans perſonas, non eſt ſeruandum. *d.*62.*num.*16. *Motmanno*.

Forenſes,quod præſumantur ignorare ſtatuta loci,iſta concluſio non procedit ſimpliciter, ſed cum limitatione, niſi ſint conuerſati in d.loco. *deciſ.* 119. *num.*16. *Motmanno*.

F O R M A.

Forma non ſeruata, actus nullo modo ſubſtinetur. *deciſ.*190.*nu.*25.*Panzirolo*.

Formam ſibi datam,quis tenetur adimplere.*deciſ.*73. *num.*15. *Coccino*.

Forma,& conditione data ſuper aliquo actu, ſi non adimpleatur, actus habetur pro non facto.*dec.*261. *num.*8.*Ghiſilerio*.

F O R V M.

Fori declinatoriæ oppoſitio non releuat, ſi ab ea fuerit receſſum per ſequentes comparationes ſine proteſtatione factas. *deciſ.*306.*nu.*10.*Ghiſilerio*.

Fori declinatoria non parit litem. *deciſ.*189. *num.*3. *Panzirolo*.

inter Forum conſcientiæ, & forum externum nullum diſcrimen conſtituendum eſt in materia reſtitutionis fructuum. *deciſ.*3. *nu.*43. *Merlino*.

Francandi facultas æſtimatur tanquam pars prætij. *deciſ.*95. *num.*59. *Merlino*.

F R A T E R.

Frater, ſi acquirat multa bona cũ pecunijs communibus hæreditarijs cum alio fratre, quando cenſeãtur quæſita cõmuni nomine.*d* 183.*n.* 8.*Coccino*.

inter Fratres facilè præſumitur ſocietas, ſeu communio. *deciſ.*28.*num.*10.*Buccabella*.

Frater an teneatur dotare ſororẽ iuxt Stat. Vrb.lib.1. cap.145. ſi habeat aliunde dotem ſibi conſtitutam. *deciſ.*110. *num.*5. *Motmanno*.

Frater, ſi deponat ſuper ætate ſui fratris, illius dicto eſt plena fides adhibenda. *deciſ.*213.*n.*7.*Veroſpio*.

Frater nedum tenetur alere fratrem, etiam naturalem, imò ſpurium, ſed etiam filios fratris,qui ſubingrediuntur locum patris in commodo recipiendi alimenta. *deciſ.*30,*num.* 4.*&* 5. *Merlino*.

Fratrum alicuius Religionis appellatione, comprehenduntur omnes,qui profeſſionem in dicta Religione emiſerunt. *deciſ.*13. *num.*6. *Buccabella*.

F R A V S.

Fraus præſumitur, quando quis facit id, quod ſibi nõ prodeſt,& alijs nocet. *deciſ.*104.*nu.*19.*Panzirolo*.

Fraus non excuſatur eo prætextu,quod actus principaliter factus ad vtilitatem alterius ſit. *deciſ.* 104. *num.*21. *Panzirolo*.

Fraudibus,& machinationibus litigantium,vt occurratur, ideò prohibita eſt alienatio bonorum litigioſorum. *deciſ.*228.*num.*15.*Veroſpio*.

Fraudes, & deceptiones vt euitentur, ideò ſunt inuentæ ſolemnitates in contractibus minorum. *deciſ.*62.*num.*10. *Motmanno*.

Fraudis ſuſpicio tollitur ex contrarijs præſumptionibus. *deciſ.*245.*num.*11. *Coccino*.

Fraudis omnis ſoſpicio ceſſat, ſtante coniunctione ſanguinis. *deciſ* 39. *nu.*3.*Buccabella*.

Fraudare, qui non præſumitur voluiſſe eum, quem vnicè diligebat. *d.*245. *num.* 16. *Coccino*.

F R V C T V S.

ad Fructuum acquiſitionem non requiritur, quod cõſtet poſitiuè de bona fide, ſed ſat eſt, quod deſit mala. *deciſ.*213.*num.*6.*Veroſpio*.

ad Fructuum acquiſitionem bona fides cauſari poteſt ex iuſtis, & temerarijs titulis. *deciſ.*199. *num.*11. *Panzirolo*.

ad Fructuum acquiſitionem ſat eſt id medium, quod conſtituitur inter bonam, & malam fidem. *deciſ.* 213. *nu.* 7.*Veroſpio*.

in Fructuum acquiſitione requiritur bona fides. *deciſ.* 189. *num.*2. *Panzirolo*.

ad Fructuũ acquiſitionem titulus non requiritur,modo abſit mala fides.*deciſ.*187.*num.*18.*Panzirolo*.

ad Fructuum acquiſitionem titulus non requiritur, dummodo abſit mala fides.*deciſ.*199.*n.*10.*Panzir.*

ad Fructuum acquiſitionem ſufficit titulus etiam iniuſtus. *deciſ.*189. *num.*28. *Panzirolo*.

ad Fructuum acquiſitionem bona fides multum operatur. *deciſ.*189.*num.*29.*Panzirolo*.

ad Fructuum acquiſitionem,& reſtitutionem ſingula temporis momenta conſiderantur. *deciſ.*3.*num.* 24. *Merlino*.

in Fructibus calculandis debent deduci onera, & expenſæ. *deciſ.* 266.*num.*8. *Vbaldo*.

à Fructibus cenſus diſtinguitur cenſus. *dec.* 3. *num.* 14. *Merlino*.

Fructus nulli debentur ex cenſu nulliter impoſito. *dec.*46. *num.*3. *Dunozet*.

in Fructu ſingulis annis redeunte conſiſtit cenſus. *deciſ.*235 *num.*8. *Motmanno*.

Fructus ciuiles, veluti penſiones &c. in omnibus ſequuntur naturam fructuum naturalium. *deciſ.* 3. *nu.*52. *Merlino*.

Fructus ciuiles dicuntur induſtriales, quia ex prouiſione hominis, hoc eſt, ex præcedentibus aliorum obligationibus percipiuntur, & natura illos non creat, ſed iuris interpretatio illos gignit. *deciſ.* 3. *num.*55. *Merlino*.

Fructus ciuiles impropriè appellantur induſtriales. *ibidem num.*56

Fructus ciuiles, neque naturales, neque induſtriales ſunt dicendi, ſed ſeparandi ſunt ab vtraque ſpecie. & potius dici poſſunt obuentiones. *ibid.num.*57.

Fructus ciuiles ſub diſpoſitione de fructibus induſtrialibus venire non poſſunt. *ibidem num.*58.

ad Fru-

ad Fructus compenſatiuos ſoluendos ſi quis ſe obligauit ſoluere, euaneſcit eius obligatio, ſi contractus non habuit effectum. decif.156.nu.5.Dunozet.

Fructus decnr ſi in legatis annuis debentur nedum ante motam litem, ſed etiam ante apertas tabulas, & ante aditam hæreditatem ſtatim poſt mortem teſtatoris. decif.3.num.8. Merlino.

Fructus omnes, qui cõſiderantur de per ſe, & principaliter, vt alimenta, annuæ præſtationes, &c. & ipſi conſtant ſortem, tunc etiam decurſi ante petitionem, atque interpellationem debentur. decif. 3. num.11.Merlino.

Quia tunc non tamquam vſura, ſed tamquam ſors conſiderantur. ibidem num.12.

Fructus dotis à marito exigi non poſſunt, ſi non ſuſtineat onera matrimonij. dec.165. n.39.Ghiſilerio.

Fructus, & commoditas rei prohibitæ alienari, quando non poſſint alienari ad longum tempus. decif. 135 nu 7. Ghiſilerio.

Fructus, vt quis faciat ſuos ſufficit bona fides proueniens, etiam ex titulo inualido, & nullo. dec.281. num.8. Merlino.

Fructus percepti à bonæ fidei poſſeſſore, etiam ante motam litem debent reſtitui, ſi non ſint cõſumpti, ſed adhuc extent, vel ex eis poſſidens factus eſt locupletior. decif. 3.nu.38.& nu.42.& 45. Merlino. & iſta eſt receptior doctrina. ibidem.

Fructus ſuos nemo poteſt facere ſine bona fide. decif. 310. num. 3. Panzirolo.

Fructus percipiens poſt tempus ſibi permiſſum, dicitur eſſe in mala fide. dec.281. n.12.Merlino.

Fructus percepti per hæredem, antequam vſufructuarius præſtet cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, vſufructuario non debentur. decif.259.num.5. Ghiſilerio.

Quia hæres non tenetur ante cautionem ſibi præſtitam vſufructuario dimittere res, quarum vſusfructus eſt relictus, nec fructus ex eis perceptos. ibidem num.6.

Et hæredi imputari non potuit, ſi dictam cautionem non petijt, quia illam vſufructuarius etiam non petitam debuit offerre, aliàs non potuit hæres in mala fide conſtitui. ibidem num.7.

Fructus percepti ab hæreditate viri ſolent cum dote compenſari ab vxore. decif.157.num.15.Panzir.

Fructus hæreditatis non ſpectant ad fideicommiſſarium, ſi voluntatem teſtatoris non adimpleuit. decif.310. num.4. Panzirolo.

inter Fructus induſtriales recenſentur penſiones domorum, & ſimilium. dec.3. num.54. Merlino.

Fructus induſtriales poſſeſſor bonæ fidei pro eorum ſpeciali cultura, & induſtria acquirit irreuocabiliter, etiam cum eius lucro, & vtilitate, quod ſecus eſt in fructibus naturalibus. decif. 3. num. 50. & 51. Merlino.

Fructus, quando debentur iure actionis, & principaliter tunc poſſunt peti, etiamſi Iudex in ſententia condemnare omiſerit reum ad illos reſtituendum. decif.281.num.18. Merlino.

Fructus, vt quis faciat ſuos, non requiritur bona fides, ſed ſat eſt, quod abſit mala. dec.211.n.17. Merlino.

Fructuum liquidatio reputatur materia difficilis, & ideò probatur leuioribus probationibus. decif.263. num.13. declara vt num.14. & 15. Vbaldo.

Fructus poſſunt locari ad vitam vſusfructuarij. decif. 238. num.13. Panzirolo.

Fructus percepti à die motæ litis ſunt reſtituendi. decif.189.num.1.Panzirolo.

Fructus etiam debentur ante motam litem, quando adeſt mala fides. dec.3.nu.23.Merlino.

Fructus non debentur, niſi à die motæ litis. decif.281. num.1. Merlino.

Fructus ſi iure actionis debentur, & tamquam ſors principalis, nouo iudicio, & de per ſe peti poſſunt. decif3.num.67.Merlino.

ad Fructus decurſos lucrandum ante litem conteſtatam non requiritur bona fides poſitiua, neque titulus verus, ſed ſufficit abeſſe malam fidem, & titulum puta iuum, vel etiam nullum adeſſe. decif. 3. num.4. Merlino.

Ita vt nedum ignorantia facti, ſed etiam iuris error ad effectum acquiſitionis fructuum ſuffragatur. ibidem num.5.

Fructus veniunt à die motæ litis. d.165.n.34.Ghiſiler.

Fructus à die litis conteſtatæ veniunt in interdictis, etiam quod non fuerint petiti. d.90.n.1.Coccino.

Fructus, quando petuntur non vti acceſſorij, & appendices, ſed tamquam ſors principalis, fit etiam condemnatio ante motam litem. decif.281. nu.4. Merlino.

Fructus percepti propter expenſas factas in melioramentis, dicitur quis eos percipere ex re propria. decif.223. nu.12. Verospio.

Fructus melioramentorum non debentur melioranti, ſi ea mala fide fecerit. dec.223.num.13. Verospio.

Fructus præſumuntur percepti à vero, & corporali poſſeſſore. decif.165. nu.33.Ghiſilerio.

Fructus vt dicantur percepti per poſſeſſorem non ſufficit ſola poſſeſſio inſtrumentalis. decif. 306. num.17 Ghiſilerio.

Fructus ſuos licet faciat bonæ fidei poſſeſſor non tamen eos facit irreuocabiliter. d.3.n.40.Merlino.

Fructus, quod præſumatur quis percepiſſe, ſufficit probare, quod poſſederit. dec.283.n.11.Pirouano.

Fructus legati annui, præſtationis annuæ, penſionis &c. non petuntur vti fructus, ſed vti ſors. decif.281.nu 5.Merlino.

in Fructibus quæ annuatim debentur vt præſcribantur, tot requiruntur præſcriptiones, quot ſunt anni. decif.265.num.20.Vbaldo.

ex Fructibus propriè ſoluuntur decimæ ſpirituales. decif.22. num. 18. Verospio.

Fructuum reſtitutionis materia vnde fundata ſit. decif.3.num 44. Merlino.

ad Fructuum reſtitutionem condemnatio intelligi debet pro vt de iure. decif.220.num.7.Buccabella.

in Fructuum reſtitutionis materia nullum diſcrimen conſtituendum eſt inter forum conſcientiæ, & forum externum. decif.3.num.43. Merlino.

ad Fructuum reſtitutionem Rota nõ ſolet cõdemnare poſſeſſores, niſi à die motæ litis. d.3.n.1. Merlino.

Et ita ſeruat Conſil. Neapolit. Rot. Bononien. ibid. num.3. Regia Audient. Cataloniæ, & alia Tribunalia. ibidem num.2.

à Fructuum reſtitutione non excuſat error iuris reſiſtentis. decif. 3.num.32.Merlino.

Fructus, quando petuntur vti ſors, & principaliter, à reſtitutione eorum quis non excuſatur propter impli-

Digitized by Google

implicitum ſtatum validitatis. *deciſ.*281. *num.*21. *Merlro*.

ad Fructuum reſtitutionem condemnatio debet intelligi pro vt de iure. *deciſ.*227.*num.*7.*Buccabella*.

ad Fructuum reſtitutionem, ſi quis condemnetur à die motæ litis, debet intelligi à die motæ litis ab eo, ad cuius fauorem ſententia lata emanauit, non autem ab initio litis motæ ab alio. *deciſ.* 220. *num.* 8. *Buccabella*.

ad Fructus omnes reſtituendos tenetur ille, qui contrahit cum Eccleſia ſine ſolemnitatibus. *deciſ.* 3. *num.*34. *Merlino*.

Fructus perceptos poſt motam litem quis tenetur reſtituere. *deciſ.*199. *num.*8. *Panzirolo*.

Fructus non tenetur reſtituere bonæ fidei poſſeſſor, etiam ſi locupletior factus ſit, quando agitur in iudicio vniuerſali, ſed ſecus ſi in iudicio particulari. *deciſ.*3.*nu.*47. *Merlino*.

ad Fructus omnes reſtituendos tenetur ille, qui non contrahit cum debitis ſulemnitatibus. *deciſ.* 3. *num.*33. *Merlino*.

ad Fructuum reſtitutionem, vt quis non teneatur vſque ab initio, Ignorantia iuris alieni debet eſſe inuincibilis. *dec.*3. *nu n.*36. *Merlino*.

Fructus, vbi non vti fructus acceſſorij ad aliquod ſubiectum, & diſtinctum à Capitale petuntur, ſed tamquam ſors, & vti Capitale de per ſe, tunc debentur omnes vſque ab initiu. *ibid. num.* 6.

Quia tunc non tamquam fructus, ſed tamquã ſors petuntur, & idem dicendum eſt in redditibus, pẽſionibus, &c. *ibid. num.*7. *&* 20.

Fructus, quando petuntur tamquam ſors principalis deducta in iudicio, veniunt vſque ab initio. *dec.* 90 *num.*4. *Coccino*.

ad Fructus ſoluendos vt quis cogi poſſit, requiritur ad hoc, vt eorum condemnatio ſit facta in ſentẽtia. *deciſ* 281. *nu* 17. *Merlino*.

Fructus, qui petuntur vti ſors, in eis non conſideratur mala fides orta ex lite, ſed obligatio antecedens: *deciſ.*281.*num.*6.*Merlino*.

Fructus quando petuntur vti ſors principalis. ſi toti non ſulnetentur, per conſequens non ſolueretur tota ſors principalis, quod eſſet abſurdum. *deciſ.* 281 *num.*7.*Merlino*.

Fructus, vt quis faciat ſuos non requiritur aliquis titulus, qui ſit coniunctus cum poſſeſſione, ſed, ſat eſt ſola bona fides. *deciſ.*213. *num.*4 *Veroſpio*.

ex Fructibus proprij beneficij clericus debet viuere, *deciſ.*50. *num.* 17. *Veroſpio*.

in Fructu omne id, quod eſt, poſſidetur, vel quaſi poſſidetur. *deciſ.*235. *num.* 7. *Motmanno*.

in Fructu ſunt præſtationes, quæ renaſcuntur, & pullulant. *deciſ.*235.*num.*6. *Motmanno*.

F V G A.

de Fuga, quando timetur, & periculum eſt in mora, hoc caſu de Iure ſufficit, vt Iudici de fugæ ſuſpicione ſummariè conſtet, etiam non præcedẽtibus indicijs. *deciſ.*4 *nu.*.9. *Ghiſilerio*.

de Fuga vbi timetur, informatio ſummaria debet eſſe breuis, & valde ſecreta, & quantum ſufficit, vt arbitrium Iudicis aliquantulum regulari poſſit ex indicijs ſummariæ ſumptis. *deciſ.*4.*nu.*8.*Ghiſilerio*.

de Fuga, vbi timetur, ſi Iudici permiſſa ſit informatio ſummaria debet eam capere ſecretò, & mediãte proceſſu camerario, *deciſ.*4. *num.*8. *Ghiſilerio*.

propter Fugæ ſuſpicionem permittitur id, quod alias de Iure non permitteretur. *deciſ.*4.*num.*10. *Ghiſilerio*.

ad Fugã magis concitatur quis quando latitat, ſi relaxetur contra eum monitorium, in quo non ſolũ comminantur pœnæ, ſed etiam proceſſus ad vlteriora, prout iuſtitia exegerit. *deciſ.* 4. *num.*27. *&* 29. *Ghiſilerio*.

F V N D A T I O,

in Fundatione iuriſpatronatus ſi fuerit conuentum, vt illud pertineat ad perſonas Eccleſiaſticas, & illud exerceatur non tanquam Eccleſiaſticum, ſed Laicale, hoc ſtante de illo tanquam de Laicali etiã ad effectum excludendi reſeruationem iudicandũ eſt. *deciſ.*157. *num.* 7. *Ghiſilerio*.

Et hoc fit, nè Laici ab operibus pijs abſtrahantur, quod contingeret, contra eorum diſpoſitiones beneficia ab eis fundata ſubijci regulis reſeruatorijs. *Ibidem num.* 8

in Fundatione beneficij ſi quis aſſerat, quod d. beneficium non ſubſit poteſtati Papæ, tanquam impoſſibilis, turpis, & contra ius conditio reijcienda eſt. *deciſ* 157.*nu.*9.10. *&* 11. *Ghiſilerio*.

Fundatione attenta d. beneficium eſt Sacerdotale, ſi conferatur alicui, qui adhuc non ſit Sacerdos, ipſo iure nulla, & inualida eſt collatio. *deciſ.*157.*num.* 12. *Ghiſilerio*

F V N D A M E N T V M.

Fundamentum iuriſdictionis, ſi ceſſet, ceſſat ipſa iuriſdictio. *deciſ* 4.*num.*30. *Ghiſilerio*.

Fundamentum alicuius quando eſt tempus, illud præciſè eſt probandum. *deciſ.*223 *nu.*14.*Veroſpio*.

Fundamentum intentionis ſuæ, quilibet tenetur cõcludenter probare. *deciſ.*19.*num.* 5. *Carrillo*.

Fundamentum aliquod in eo inſtrumento quis non poteſt facere, ſi illud impugnauerit, & in ſua impugnatione obtinuit. *deciſ.*223.*num.*'9.*Veroſpio*.

Fundamentum intentionis alicuius vbi conſiſtit, id concludenter ab eo eſt probandum, *deciſ.* 116. *num.*5. *Motmanno*.

Fundamentum Ordinis iudiciarij eſt citatio. *deciſ.*4. *num.*25. *Ghiſilerio*.

Funeris impenſæ, ſunt compenſandæ cum rebus, quę probantur remanſiſſe penes hæredem grauatum de tempore obitus teſtatoris. *deciſ.* 244. *num.* 5. *Panzirolo*.

ſuper *Furore* teſtatoris, quando teſtes deponunt, debent interrogari, quæ ſigna, quos motus, vel actus fecerit teſtator, vt ex illis percipi poſſit, an teſtator erat furioſus. *deciſ.*233. *num.*26. *Carrillo*.

Vide ſupra in verbo Demens, & Dementia.

ob *Furtum* commiſſum quis efficitur infamis. *deciſ.* 58. *nu.*14. *Merlino*.

G

G A B E L L A.

Gabellis quibuſuis ſunt exempta bona Clericorum ſeparabilia, ideſt quæ ſtant penes ipſos Clericos, ita vt exigentes tales gabellas incurrunt ſententiam excommunicationis Bullæ in Cœna Domini. *deciſ.*159.*num.*1. *&* 2. *Coccino*.

Gabellæ

Gabellæ de bonis Clericorum à Laicis exigi non poſſunt etiam ſi adſit conſuetudo longiſſimi temporis in contrarium. *dec.159.num.6.Coccino.*

Licet Decian. & Farinac. aliud ſentiant. *ibid.n.7.*

Vide ſupra in verbo Clericorum bona.

Gerundium, quando conuertatur in verbum futuri temporis. *deciſ.163.num.9. Veroſpio.*

Geſta appellatione pendente cum ſint attentata in primis, & ante omnia ſunt reuocanda. *deciſ.147. num.1. Motmanno.*

Vide ſupra in verbo Attentatio, & infra in verbo Appellatio.

GRADVS.

in Gradu ſucceſſibili ſi quis eſt, & alius non concurrit, qui prætendat ſe proximiorem, habet intentionem fundatam, quod ſit proximior. *deciſ.93.nu. 6.Dunozet.*

in Gradu ſucceſſibili, ſi quis ſit, præſumitur etiam proximior eo ipſo, quod nullus alius compareat, qui ſe proximiorem prætendat. *deciſ.* 88. *num.4. Ghiſilerio.*

Graduum nulla datur continuatio ſublato medio, vel intercedente gradu inhabili. *d.53 n.4 Motmanno.*

GRATIA.

Gratia eſt indiuidua *deciſ.258.num.25.Carrillo.*

Gratiam alicui factam quis non poteſt impugnare, ſi ceſſet eius præiudicium. *ibid. num. 17.*

Gratiæ cauſa ceſſante, ceſſat etiam ipſa gratia. *deciſ. 237. num.5. Motmanno.*

Gratiæ quando non ſunt contrariæ, quis poteſt vtraque vti. *deciſ.225. num.1. Coccino.*

pro Gratiæ Apoſtolicæ validitate ſufficit, quod adſit nomen Pontificis, & dies. *d.226.n.27.Ghiſilerio.*

Gratia motu proprio facta habet executionem paratam. *deciſ.225.num.3.Coccino.*

Gratiæ effectuatio ex quibus indubitabilis reddatur. *deciſ.80. num.1. Macchiauello.*

Gratia, licet ſit facta motu proprio, tamen poteſt dari de defectu intentionis Papæ. *deciſ. 225. num. 5. Coccino.*

Gratiæ Apoſtolicæ olim non omnes regiſtrabantur, nec in regiſtris ſupplicationum, nec in Regiſtris Bullarum, & Breuium, & multæ expediebantur cum derogatione Regulæ de non regiſtrandis, ac etiam de non expediendis. *dec.29.n.73.Ghiſilerio.*

de Gratia canonizanda quando non agitur, ſupplicatio ſola ſuffragatur etiam ſi non exhibeantur literæ expeditæ. *deciſ. 218.num.8.Ghiſilerio.*

Gratia, ſi non emanauerit motu proprio, ſed ad inſtantiam partis, indiget iuſtificatione. *deciſ. 196. num.5. Buccabella.*

Gratiæ iuſtificatio deſumitur ex ipſius ſubſecuta, & continuata effectuatione. *deciſ. 80. num. 8. Macchiauello.*

Gratia emanata cum clauſula, conſtito cum faciat gratiam conditionalem, eſt concludenter iuſtificanda. *deciſ.157. num 3. Ghiſilerio.*

Gratiæ iuſtificatio, quando amplius cōtrouerti non poſſit. *deciſ.80.num 9. Macchiauello.*

Gratia remanet inanis, & ſine effectu ſi non ſit iuſtificata. *dec.87. num.17. Pirouano.*

Gratiæ fundamentum ſi conſiſtat in negatiua, eſt cōcludenter probanda. *deciſ.236. num.5. Veroſpio.*

Gratia non indiget iuſtificatione, licet fuerit facta ad inſtantiam partis ſtante fluxu 30. annorum. *deciſ. 196.num.6. Buccabella.*

Quod intellige, quando adeſt etiam obſeruantia, & effectuatio concurrat. *ibidem num. 7.*

Gratia motu proprio emanata non eget iuſtificatione, quia nititur ſolo verbo Papæ. *deciſ.225. num. 2. Coccino.*

in Gratia quacumque illud debet plenè, & concludenter probari, in quo ipſa gratia fundatur, reliqua vero, quæ dicuntur pars gratiæ ſufficit, quod ſemiplenè probetur etiam ex fama. *deciſ.255.nu. 10. & 11. Veroſpio.*

Gratia, quando fuit iuſtificata, conſequenter eſt executioni demandanda. *deciſ.258 num.1. Carrillo.*

in Gratia narrata, omnia non egent iuſtificatione, ſed tantum ea, quæ in iure ſunt expreſſa, & quæ poſſunt mouere Papam ad gratiā concedendam. *deciſ.258.num.10. & 11.Carrillo.*

Gratia ſufficit, vt iuſtificetur ſecundum tempus datæ, & valorem de illo tempore, non autem de futuro probare. *deciſ.283. num 25. Pirouano.*

Gratia Ordinarij non eget aliqua iuſtificatione, cum ſemper cenſeatur prouidere Motu proprio. *deciſ. 152.num.2. Veroſpio.*

Gratiæ ſubſtantia, ſi ex aliqua omiſſa narratiua non fuiſſet ſuſpenſa, ſed ſolum illius executio, tunc nō obſtat, ſi id non fuerit expreſſum. *deciſ. 86. num. 4. Veroſpio.*

Gratiæ narratiua ad effectum vt gratia non ſubſtineatur ſufficit, quod per aduerſarium probetur, quod res ita non ſe ſe habet. *deciſ.237. n.9. Motmanno.*

in Gratia non ſunt narranda niſi ea, quæ de iure veniunt exprimanda, nec eſt curandum an Papa ſi ſciuiſſet difficilius conceſſiſſet. *deciſ.258 num. 18. Carrillo.*

Gratia Papæ ſolo eius verbo dicitur perfecta. *deciſ. 218. num.7. Ghiſilerio.*

in Gratia obtinenda, ſi aliquid ſit tacitum, Iudex ex circumſtantijs per eum deligendis, atque eius arbitrio inquirere debet, an id retraxiſſet Principē, vel difficiliorem reddidiſſet ad gratiam concedendam. *deciſ. 83 num.25. Merlino.*

in Gratia non eſt faciēda mentio de ijs, quorum exitus non eſt omninò certus, eo quia poſſint eodem modo eſſe, prout non eſſe. *d.86.nu.16.Veroſpio.*

Gratiam impugnās vti ſubreptitiam ex defectu narratiuæ, tenetur d. ſubreptionem plenè probare. *deciſ. 99. num.11. Dunozet.*

Gratia redditur ſubreptitia, ſi non fuerit narratum id, quod adhuc pendet, & pro certo exiſtere debet. *deciſ.286.nu.14. Veroſpio.*

Gratia obtenta, ſi laboret vitio obreptionis, & ſubreptionis, ac defectus intentionis Papæ, nullo modo ſubſtineatur. *deciſ.83.num.24. Merlino.*

Gratia, quando laborat vitio ſubreptionis, vel obreptionis, non poteſt ſubſtineri. *deciſ. 261. num.9. Ghiſilerio.*

Gratiæ ſubreptione data, non poteſt reddi valida ex conſenſu partis. *deciſ.86.num.19. Veroſpio.*

Gratia poſſet argui de ſubreptione, ſi beneficium requireret reſidentiam, & id non eſſet expreſſum. *deciſ.80.num.18. Macchiauello.*

Grauari, quis non debet ex culpa aliena. *deciſ.167. num.10. Panzirolo.*

Habi-

H

HAbilitas prouiſi ad aliquod beneficium ex quibus probetur. *deciſ.*152. *num.*11. *Veroſpio.*

HÆREDITAS.

Hæreditaa complectitur vniuerſum ius quod defunctus habuit. *deciſ.*164. *num.*13. *Ghiſilerio.*

Hæreditatis aditio, tanquam neceſſariũ antecedens præſupponi debet ex donatione,& ceſſione ab hærede alicui facta. *deciſ.*106. *num.*6. *Buccabella.*

Hæreditas non adita regulariter non tranſmittitur *deciſ.*74. *num.* 5. *Buccabella.*

Hæreditatis aditio probatur etiam ex verbis enunciatiuis. *ibid. num.*6.

Hæreditaria aditio acqniſitionem poſſeſſionia non operatur, niſi illa effectualiter capta fuerit. *deciſ.* 188. *num* 3. *Buccabella.*

Hæreditas non adita tranſmitti non poteſt. *deciſ.* 106. *num* 2. *Buccabella.*

Hæreditatis appellatiône omnia credita actiuè, & paſſiuè comprehenduntur. *d.*257. *n.*3. *Panzirolo.*

Hæreditas poſtquam eſt adita, non dicitur amplius hæreditas, ſed proprium patrimonium adeuntis. *deciſ.*141. *num.*5. *Panzirolo.*

Hæreditas aſcend-ntium etiam non adita tranſmitti poteſt. *deciſ.*106. *num.*3. *Buccabella.*

Hæreditas in codicillis nec dari, nec adimi directo poteſt. *deciſ.*97. *num* 8. *Dunozet.*

Sed quãdo præceſſit hæredis inſtitutio in teſtamento, ſecunda ſubſtitutio facta in codicillis ſubſtinetur in vim fideicommiſſi. *ibid. num.*10.

Adeo vt hæredes in teſtamento ſcripti cenſentur grauati communicare hæreditatem cum hærede dato in codicillis. *ibid. num.*10.

in Hæreditate cenſetur extare illud minns, quod cedere debet in extinctionem crediti hæredis, dum adeundo hæreditatem applicauit ſibi certã portionem, vt ſolueret debita teſtatoris, & quando hoc habeat locum. vide & quare id fiat. *deciſ.*198. *num.* 6. 7. *&* 8. *Veroſpio.*

Hæreditas eſt materia, quæ eſt ceſſibilis, & tranſmiſſibilis ad hæredea. *deciſ.*286 *num* 7. *Pirouano.*

Hæreditatis ceſſionario datur immiſſio, ſicuti danda erat cedenti. *deciſ.*106. *num.*1. *Buccabella.*

Hæreditatẽ donans, vel cedens, vel ius ſibi ſuper hæreditate competens cenſetur illam adire. *deciſ.*74. *num.*8. *Buccabella.*

ab Hæreditate ſi ſit proximior excluſus multo magis cenſetur excluſus remotior. *deciſ.* 53. *num.*6. *Motmanno.*

cum Hæreditatę, quæ eſt quid vniuerſale, tranſit iua honorificum ad inſtar iuriſpatronatus. *dec.*53. *n.* 3. *Motmanno.*

in Hæreditate ſuccedena conſequitur iuſpatronatus hæreditarium ſiue ſit conſanguineus, ſiue extraneus. *deciſ.*206. *num.*16. *Coccino.*

in Hæreditate, ſi reperiatur aliquia numerus vocum ad iuſpatronatus, dubitari nequit, quod dictus numerus pertineat ad hæredes. *deciſ.* 125. *num.*11. *Macchianello.*

cum Hæreditatis poſſeſſore, tanquam hærede putatiuo, quia contrahere poteſt. *deciſ.*122. *num.*8. *&* 9. *Ghiſilerio.*

Sed hæc doctrina limitatur, quoties non conſtat de hæreditate, & qui ſit verus hæres, aliàs competit vero hæredi actio non ſolum contra hæredem putatiuum alienantem, ſed etiam contra poſſidentem. *ibidem num.* 10. *&* 11.

Hæreditate reſtituta, iura ſepulchrorum apud hæredem remanent. *deciſ.*204. *num.*6. *Coccino.*

Hæreditatem ab inteſtato, quando dicatur, quod hæres validè non adiuerit. *deciſ* 106. *num.*7. *Buccab.*

Hæreditas ab inteſtato dum defertur, habilitas, vel inhabilitas attenditur de tempore delatæ ſucceſſionis. *dec.*77. *num.*9. *Panzirolo.*

Hæreditas deſũcti ab inteſtato deficientibus deſcendentibus, & aſcendentibus defertur proximioribus agnatis. *deciſ* 53. *num.*2. *Motmanno.*

in Hæreditate tranſuerſalium ante aditionem tranſmiſſio locum non habet. *deciſ.*106. *n.*4. *Buccabell.*

HÆRES.

in Hæredem actiuè, & paſſiuè tranſeũt omnes actiones. *deciſ.*306. *num.*33. *Ghiſilerio.*

de Hæredia mente quando conſtet, ad effectum adimplendi mentem teſtatoris. *deciſ.* 230. *num.* 1. *Motmanno.*

Hæredem, quando quis ſe expreſsè enunciauit, ſine dubio hæreditatẽ adiuit. *dec.*106. *n.*16. *Buccabella.*

Hæres, ſi quis ſit relictus ad certum tempus, non poteſt alienare proprietatem bonorum. *deciſ.*261. *num.*24. *Ghiſilerio.*

Hæres non poteſt agere, niſi pro ea parte, pro qua eſt hæres. *deciſ.*207. *num.*7. *Buccabella.*

Hæres cum beneficio l & inuẽtarij ſi ſit creditor defuncti, poteſt tot bona ſtabilia adiudicare, & inſolutum recipere, & id feciſſe præſumitur ad effectũ lucrandi fructus eorumdem bonorum. *deciſ.* 127. *num.*10. *Merlino.*

Atque dum in hærede non poteſt cõſiderari dolna, & fraus, appropriando ſibi bona hæreditaria, hoc caſu factum Iudicis non videtur neceſſarium. *ibid. num.*11.

Hæres cum beneficio l. & inuentarij liberè poteſt diſponere de rebus ſuia, cum d.l. & inuentarij vigore non remanent eius bona hypotecata, ſed conſeruantur illæſa iura ante illi competentia, perinde ac ſi non adiuiſſet, & hæreditas eſſet iacens. *deciſ.*126. *num.*22. *Ghiſilerio.*

Hæres beneficiatus habet priuileginm ne actiones confundantur, ſed ſeparatę præſeruentur. *deciſ.*114. *num.*22. *Panzirolo.*

Hærea nullum commodum ſentire debet ex teſtatoris voluntate. ſi eam impugnauit. limita. *dec.*2;8. *num.*6. *&* 9. *Panzirolo.*

Hæres, ſi ſit creditor defuncti, non debet bona immobilia inſolutum recipere, ſi adſint mobilia. *deciſ.*127. *num.*13. *Merlino.*

contra Hæredea plures citatio non tenet ſi ſit facta generaliter contra intereſſe putantes abſque alia expreſſione. *deciſ.*168. *num.*13. quod limita vt ibi *Ghiſilerio.*

ad Hæredes an ſit tranſitorius aliquis cõtractus, hoc bene declarat obſeruantia ſubſecuta. *deciſ.* 218. *num.*10. *Ghiſilerio.*

Hæres ex actn conſtitutionis procuratoris ad adeũdnm hæreditatem, inducta cenſetur hæreditatis aditio, non expectata aditione, vel alio actu per pro-

p ocuratorem faciendo. *deciſ.* 106. *nu.* 1 ;: *Buccab.*

Hæredum mentio ſi ſit facta in donatione, qualiter intelligatur facta. *dec.* 9. *num.* 36. *Merlino*.

ad Hæredes, quãdo nõ trãſmittatur donatio. *ibid. n.* 39

Hæredum mẽtio ſi ſit facta in donatione cauſa mortis, vel donationem transfundit inter viuos, vel importat ius tranſmittendi ad hæredes. *ibid. n.* 40.

Hæres non excuſatur à neceſſario onere dotandi deſcendentes teſtatoris ſub prætextu fideicommiſſi. *deciſ.* 30. *num.* 13. *Merlino*.

Hæredum ætas non eſt conſiderabilis, quando à teſtatore maiori ſolemniter fuit conceſſum mandatum alicui. *deciſ.* 172. *num.* 31. *Coccino.*

per Hæredes extraneos teſtatori penitus incognitos, ſi excluderetur ſubſtitutus dilectus, & expreſsè vocatus, hoc abſurdum eſſet. *deciſ.* 149. *num.* 19 *Buccabella,*

contra Hæredem poteſt procedi via executiua propter obligationem teſtatoris in forma Cameræ. *deciſ.* 97. *num* 17. *Dunozet.*

Hæredi, ſi teſtator dederit facultatem adimendi legata, qualiter intelligatur data. *deciſ.* 231. *nu.* 16. *Merlino*.

Hæres tenetur ſeruare factum defuncti. *deciſ.* 165, *num.* 38. *Ghiſilerio*.

in Hæredum facultãte ſtare non debet, priuare, & eludere legatarios à ſuis legatis. *deciſ.* 17. *num.* 5. *Panzirolo.*

Hæres non tenetur reſtituere fructus ab eo perceptos vſufructuario ante cautionem præſtitam. *deciſ.* 259 *num.* 17. *Ghiſilerio.*

Intercedente verò mora ipſius hæredis in eo punitur, quod cõdemnatur ad fructus perceptos a die motæ litis, quamuis non præſtiterit cautionem. *ibid. num.* 18.

Hæres extraneus eſt capax iuriſpatronatus. *dec.* 307. *num.* 10. *Pirouano*.

per Hæredis inſtitutionem cenſetur facta nominatio ad emphyteuſim. *deciſ.* 163. *num.* 32. *Veroſpio.*

Hæres à patre, ſi filia ſit inſtituta, inde poteſt ſe dotare, *deciſ.* 60. *num.* 10. *Motmanno*.

Hæredis inſtitutio non admittit ſubſtitutionem fideicommiſſariam. *deciſ.* 142. *num.* 17. *Panzirolo.*

Hæres inſtitutus in re certa, & determinata, comprehenditur ſub reciproca in defectum hæredum vniuerſalium. *deciſ.* 8. *num.* 8 *Dunozet*

Hæredi ſcripto in teſtamento nõ eſt deneganda immiſſio vigore l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. ſi oſtẽdat teſtamentum non abolitum, nõ cancellatum &c. *deciſ.* 108. *num.* 1. *Motmanno.*

Hæredi, quibus concurrentibus non poſſit denegari immiſſio. *deciſ* 122. *num.* 7. *Ghiſilerio*.

Hæres habet iuſtam cauſam ignorandi ea, quæ ſcripta non ſunt in teſtamento. *deciſ.* 189. *num.* 18. *Panzirolo.*

Hæres, ſi omiſerit conficere inuentarium, intrat præſumptio ſubtractionis & occultationis bonorum, & ſatisfactionis detractionum. *deciſ.* 126. *num.* 28. *Ghiſilerio*.

Hæres non poteſt improbare ea, quæ non poterat ipſe teſtator. *deciſ.* 48 *num.* 4. *Pirouano*.

Hæres grauatus alienans bona fideicommiſſaria, quando ex defectu ſcientiæ excuſetur. *deciſ.* 135. *num.* 12. & 13. *Ghiſilerio.*

Hæres grauatus ſi non confecit inuentarium, & aliqua bona alienauerit, præſumuntur adæquare detractiones, & dicenti contrarium incumbit onus probandi. *deciſ.* 126. *num.* 29. & *nu.* 33. *Ghiſilerio.*

Hæres grauatus, ſi voluntati teſtatoris contrauenerit, qui aliquid prohibuit cum expreſſa annullatione illius, tunc ſine dubio ſit locus purificationi fideicommiſſi. *deciſ.* 135. *num* 2. *Ghiſilerio*.

Hæres grauatus fruſtra opponit cõtra fideicommiſſarium de ære alieno teſtatoris, ſi non doceat illud ſoluiſſe. *deciſ.* 126. *num* 23. *Ghiſilerio.*

Hæres grauatus, dum ſoluit debita teſtatoris poteſt vti detractionis ſui crediti remedio, vel retinere totam hæreditatem, antequam conſequatur ſatisfactionem ab hærede fideicommiſſario. *deciſ.* 198. *num.* 10. *Veroſpio.*

Hæres grauatus adeũdo hæreditatem poteſt ſibi applicare certam illius portionem, ex qua conſequi deinde poſſit ſatisfactionem ſui crediti. limita hoc nu. 4 & 5. *deciſ.* 198. *num.* 3. 4. & 5. *Veroſpio.*

Hæres grauatus donec non tranſmittat, ſeu reſtituat fideicommiſſum, fructus ex eo prouenientes, in fideicommiſſarium non tranſeunt, ſed hoc nõ procedit, quando fideicommiſſum tranſit in fideicõmiſſarium ipſo iure. *dec.* 189. *num.* 23. *Panzirolo*.

Hæres grauatus reſtituere in diem certam, ſi venerit, & non reſtituat, interim non acquirit fructus. *deciſ.* 189. *num.* 11. *Panzirolo.*

Hæres grauatus non facit hæredem fideicommiſſarium. *deciſ.* 206. *num.* 12. *Coccino*.

Hæres grauatus vniuerſali fideicommiſſo, non tenetur ad confectionem inuentarij, niſi interpelletur à fideicommiſſario, neque hoc caſu requiritur ſolemne inuentarium, ſed ſufficit ſimplex deſcriptio. *deciſ* 164. *num.* 10. *Ghiſilerio.*

Sed intellige hoc non procedere, quãdo adeſt præceptum teſtatoris de illo conficiendo, cui hæres tenetur parere, aliàs intrat præſumptio contra eum. *ibidem num.* 11.

Hæres grauatus, ſi alienauerit plura bona hæreditaria, opus probandi, quod ea non ſufficiant pro detractionibus, ei incumbit onus probandi. *deciſ.* 88. *num* 25. & 26. *Ghiſilerio.*

Hæres grauatus reſtituere, ſi ſoluat debita hæreditaria, & reportet iurium ceſſionem, iſta ceſſio iuriũ nihil operatur, ſed tãtum habet vim liberationis, & quietationis. *deciſ.* 244. *num.* 4. *Panzirolo.*

Hæres grauatus, ſi emittat profeſſionem in aliqua Religione capaci ſucceſſionis, quando d. Religio non poſſit prætendere ad ſe ſpectare bona fideicõmiſſaria durante vita d. Monachi, & nu. 16. 17. 19. & 20. *deciſ.* 135. *num.* 15. *Ghiſilerio*.

Hæres grauatus, ſi locauerit bona fideicommiſſo ſubiecta, ſtante ſuper hoc prohibitione teſtatoris, nulliter agit, & in cõductorem non tranſfertur dominium *ibid. num.* 14.

Hæres grauatus, ſi alienauerit aliqua bona hæreditaria, præſumitur in eis alienationibus fuiſſe conſumptas detractiones faciendas, donec aliud probetur. *deciſ.* 164. *num.* 6. *Ghiſilerio.*

Hæres grauatus reſtituere hæreditatem fideicommiſſario, non propriè hæreditatem reſtituit, ſed bona per hæreditatem accepta. *deciſ.* 206. *n.* 11. *Coccino.*

Hæres non dicitur conſtitutus in mora, nec in mala

fide,

fide, ſi ille cui debetur vſusfructus, illum non petijt, nec præſtitit cautionem. *deciſ.259. num.* 14. 15.& 24. *Ghiſilerio.*

Hæres, vt conſtituatur in mora, ad tradendum vſumfructum vſufructuario, copulatiuè requiritur, & petitio, & oblatio fideiuſſoris, & an quis excuſetur ex dubietate. *deciſ.259.nu.26. & 27. Ghiſiler.*

Hæres alicuius, quod quis numquam fuerit, conuinci poteſt ex obſeruantia, ſcilicet ſi numquam ſe geſſerit pro tali. *deciſ.*125. *num.* 15. *Machiauelio.*

Hæredi proximiori ab inteſtato debetur immiſſio ex interdicto, quorum bonorum, quod competit cōtra poſſidentes pro hæredibus, vel poſſeſſoribus, & nu.15. *deciſ.78.num.5. & 15. Buccabella.*

Hæredes ſuos, ſi ſtatutum continuet poſſeſſionem non admittit concurſum, quia operatur in inſtanti, nec datur conſiderabile tempus intermedio nec momento quidem. *deciſ.*150.*nu.6. Pirouano.*

Et licet iſte articulus aliquando in Rota remanſerit indeciſus, an ſcilicet præualeat poſſeſſio medio tempore apprehenſa, tamen poſtea fuit deciſum d. ſtatutum in inſtanti operari. *ibid. num.7.*

Hæres, ſi fuerit bonæ fidei poſſeſſor, non ante cogi poteſt reſtituere hæreditatem, quàm ſibi offeratur ab hęrede fideicommiſſario ſatiſdatio ſuorum creditorum. *deciſ.*198.*num.*1. *Veroſpio.*

Et ita ſubueniendum eſt hæredi ad effectum vt ipſe ſit tutus ab omni damno. *deciſ.* 198.*n.2. Veroſpio.*

Hæres poſſeſſionem bonorum defuncti ſolo miniſterio coloni perſeuerantis in cultura agrorum acquirere poteſt abſque alia apprehenſione. *dec.* 158 *num.3. Panzirolo.*

Hæres renuncians hæreditatem, cenſetur renunciare ſolum ius hæreditarium, & quæ conſequi poterat tanquam hæres, nōn autem quæ illi competunt tanquam hæres. *deciſ.*127. *num.*21. *Merlino.*

Hæres vel fideicommiſſarius poſtquam hæreditatem acceptarunt, non poſſunt amplius illi renunciare. *deciſ.93. nu.*14 *Dunozet.*

Hæres à placitis defuncti non poteſt recedere. *deciſ.* 48.*num.5. Pirouano.*

Hæredi competit retentio bonorū teſtatoris pro debitis, & pecunijs ſolutis creditoribus hæreditarijs. *deciſ.*127. *num.*1. *Merlino.*

Quodq. multo magis procedit, quādo teſtator mādauit bona vendi pro ſoluendo ære alieno. *ibid.n.*2.

Hæredi ſi teſtator mandet, vt ſoluat aliquod debitū. ſi conſtet de eius promiſſione, cēſendum eſt, quod voluit id obſeruari, vel adimpleri, quoquomodo ſe obligauerit. *deciſ.*241. *num.*31. vide rationem *ibid. num.*31. *Ghiſilerio.*

Hæredes plures, ſi ſint inſtituti cum clauſula pro æquali rata, & portione, ex hoc declaratur modus ſuccedendi ideſt pro virili. *deciſ.* 138.*n.3. Panzir.*

Hæredes, quod ſucceſſerint in hæreditate æquis portionibus, ex quo appareat. *deciſ.* 276. *num.* 4. *Motmanno.*

Hæredes ab inteſtato, non poſſunt ſuccedere in ea emphyteuſi in qua data fuit inueſtito facultas nominandi, quia adeſſet pręiudicium Domini directi. *deciſ.*163. *num.*24. *Veroſpio.*

Hæredi proximiori ab inteſtato, competit interdictum, quorum bonorum. *deciſ.74.n.2. Buccabella.*

Hæres ſi quis fuit, & hæreditas ablata ſit ei quaſi indigno, penes eum iura ſepulchrorum manent. *deciſ.*206 *num.7. Coccino.*

Hęres poſtquàm tranſegit cum fideicommiſſarijs, nō amplius vti hæres, ſed proprio nomine ſibi acquirit abſque vllo onere. *deciſ* 34.*num.*8.*Motmanno.*

in Hæredum vniuerſalium defectu, comprehenditur ſub reciproca hæres inſtitutus in re certa, & determinata. *deciſ.*8. *num.* 8. *Dunozet.*

Hæredis vniuerſalis beneficio non poteſt vti legatarius. *deciſ.8.num.7.Dunozet.*

Hæredes, & ſucceſſores ſi ſint conſiderati in aliquo actu, non poteſt dici, quod verba ſint reſtricta ad vnam tantum perſonam. *deciſ.9.num.*35 *Merlino.*

HIEROSOLYMITANVS MILES.

Hieroſolymitanus Miles, ſi per aliquod tēpus præfixum manere debeat in aliqua commenda, donec durat illud tempus, aliam prætendere non poteſt. *deciſ.293.num.5. Merlino.*

Et hoc idem procedit, quando non conſtat de melioramentis faciendis in commenda. *ibid. num.6.*

Hieroſolymitanus Miles, quando omninò reddatur inhabilis ad conſequēdam aliquam commendam. *deciſ.293.num.*11. *Merlino.*

Vide ſupra in verbo Eques.

Hiſtorijs in antiquis ſolet fides adhiberi. *deciſ.*212. *num.8. Pirouano.*

H O M O.

Homines non ſunt fatui in conducenda re pluris, quàm valeat, & ſine ſpe certi lucri. *dec.95.nu.*54. *Merlino.*

Homines vt inuitentur ad benefaciendum Eccleſijs. motiuum meritorum ſolet eſſe ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ. *dec.243.n.3. Merlino.*

Homini vndequaque probo ſtante eius integritate Rota aliquid ſolet deferre. *deciſ.67.n.*10. *Coccino.*

ab Hominibus integritate vitæ, & ſcientia conſpicuis regebatur ſacrum officium Pœnitentiariæ ab ipſis primitiuæ Eccleſiæ temporibus. *deciſ.* 222. *num.3. Merlino.*

Hominum vitas Milites armis, Doctores verò legibus defendere dicuntur. *deciſ.69.nu.95. Merlino.*

Homines diſparis conditionis, ac profeſſionis non decet, vt in eodem officio aſſocientur. *deciſ.* 222. *num.*21. *Merlino.*

Homines ſanæ mentis, etiam ſi ex accidenti faciant aliqua leuia, non reputantur dementes. *deciſ.*233. *num.*1.*Carrillo.*

Vide ſupra in verbis Demens, & Dementia.

H Y P O T H E C A.

Hypothecæ vigore, quis poteſt poſſidere vnam rem, & alter eādem rem poteſt poſſidere vti Dominus. *deciſ.48.num.*17.*Pirouano.*

Hypotheca, quod non debeatur in legatis conditionalibus vſque ab initio, nec poſſit fieri retrotractio, iſta opinio procedit, quoad ius acquirendi dominium legati, vel eius ſpem tranſmittendi ad hęredem, ſi ante euentum conditionis legatarius decedat *dec.*17.*nu.7. Panzirolo.*

Cum hoc non procedat reſpectu hypothecæ, cū nulla adſit implicantia, quominus hæc poſſit retrotrahi in præiudicium eorum, qui medio tempore acquiſiuerunt ius ab hærede in bonis defuncti. *ibidem num.* 8.

Hypotheca, ſi ſemel orta ſit ſuper fundo, quem quis

cum alio pro in diuiſo poſſidet, per diuiſionem, quæ poſtea ſequitur, nullo modo extinguitur, ſed adhuc fundus remanet pro indiuiſo hypothecarus, prout ante diuiſionem. amplia *deciſ.*205. *n.*3. & 4. *Buccabella*.
Hypotheca datur pro legatis conditionalibus etiam in quantitate conſiſtentibus à die mortis teſtatoris ante euentum conditionis *d.*17.*n.*3. *Panzirol.*
Hypotheca, quam habet conductor in re conducta non producit aliam obligationem aduerſus locatorem, quàm ad præſtandam patientiam in vſu rei locatæ. *deciſ.*64. *num.*10 *Veroſpio*.
Hypotheca limitata ad tempus ſolutionis, non retrotrahitur ad tempus promiſſionis, ſed incipit à die traditionis. *deciſ.*165 *num.*45. *Ghiſilerio*.
Hypotheca in legatis ſpeciei conditionalibus purificata conditione ad diem obitus teſtatoris, & alienatio medio tempore facta reſoluitur ipſo iure. *deciſ.*17. *num.*2. *Panzirolo*.
Hypotheca pro legatis conditionalibus in quantitate relictis non debet incipere à die mortis teſtatoris, ſed purificatæ conditionis. *dec.*17. *num.*1. ſed declara vt *num.*7. & 8 *Panzirolo*.
Hypotheca acceſſoria perſonali obligationi non auget illius vires. *dec.*64. *num.*13. *Veroſpio*.

I

IACTATIO.

IActatio rerum ſuarum non eſt præſumenda. *deciſ.* 253. *num.*6. *Matthaio*.
ſuper Iactationibus committens cauſam, animus eius fluctuat circa titulum quo poſſidet, cum exiſtimatione in nitis, quod non ſit iuſtus. *d.*94. *n.*19. *Merl.* Qui quidem timor vulnerat illius conſcientiam, & excitat ad perquirendum ſuper iuſtitia contractus antecedentis. *ibidem num.*20.
Iactationis cauſam committens, de lite eſt certus, tanquam ſibimet ipſi mota, & non eſt amplius opus, vt ex alijs actibus amplius certioretur. *deciſ.*94. *num.*31. *Merlino*.
Iactationis commiſſionem impetrans videtur ſibi ipſi mouere litem, ſeque laceſſere ad proferendam in iudicio qualitatem ſui tituli. *dec.*94. *n.*30. *Merlino*.
ſuper Iactationibus cauſam committens dici non poteſt, quod tranquillè poſſideat, & quod ſit in bona fide. *deciſ.*94. *num.*21. *Merlino*.
ſuper Iactationibus poſſeſſor committens cauſam, factis indicat ſe dubitare de iuribus ſuæ poſſeſſionis. *deciſ.*94. *num.*19. *Merlino*.

IDENTITAS.

Identitas domus ſatis probatur ex ſituatione eiuſdē domus inter alias, quas conſtat eſſe emphyteuticas eiuſdem Domini, & ex ſolutione Laudemij &c. *deciſ.*234. *num.*15. *Pirouano*.
Identitas non probatur ex ſola quantitate, & denominatione, quæ alijs etiam partibus conuenit, nec poteſt ab vna ad aliam inferri. *deciſ.*96. *nu.* 4. & 7. *Buccabella*.
Identitas probatur per duas demonſtrationes, licet aliæ non verificentur. *deciſ.* 88. *n.*14. & 15. *Ghiſiler.*
ad Identitatem domus probandam apponuntur ſigna. *deciſ.* 234. *num.*11. *Pirouano*.
ad Identitatem probandam non ſufficiunt probationes generales. & æquiuocæ, ſed requiruntur ſpeciales, quæ alijs non poſſint conuenire. *deciſ.* 96. *num.*5. *Buccabella*.
Identitas vt probetur ſufficit, quod verificentur duo confines. *deciſ.*261. *num.*14. *Ghiſilerio*.
Identitatis probatio eſt neceſſaria ad effectum tam recognitionis, quàm vindicationis. *dec.*234. *nu.*14. *Pirouano*.
Identitas bonorum fideicommiſſariorum ex quibus bene remaneat probata. *deciſ.*312 *nu.*2. *Panzirolo*.
Identitas bonorum ex quibus concludenter probetur. *deciſ.*117. *num.*4. *Ghiſilerio*.
Identitas bonorum teſtatoris concludenter probatur ex diuiſione dd. bonorum facta inter fratres. *deciſ.*96. *num.*6. *Buccabella*.
Identitas bonorum ex quibus ſatis doceatur. *deciſ.* 184. *num* 9. *Veroſpio*.
Identitas bonorum probatur per duas demonſtrationes. *deciſ.* 78. *num.* 18. *Buccabella*.
Identitas bonorum probanda eſt ab eo, qui ſe fundat in inſtrumento ipſorum. *dec.*187. *num.*11. *Panzir.*
in Identitate bonorum probanda leuiores probationes ſufficiunt. *deciſ.*312. *num.*3. *Panzirolo*.
Identitas bonorum poteſt etiam probari ex ſola expreſſione loci generalis, & vnius confinis. *deciſ.* 184. *num.*10. *Veroſpio*.
Idoneitas perſonarum in magna Ciuitate regulariter præſumitur. *deciſ.* 222. *num.*24. *Merlino*.

IGNORANTIA.

Ignorantia in dubio ſemper præſumitur. *deciſ.* 181. *num.*7. *Pirouano*.
Ignorantia aliquorum reſtium nō poteſt elidere probationem aliorum teſtium ſcientium aliquid certè. *deciſ.*56. *num.*17. *Cocemo*.
Ignorantia non præſumitur, nec attenditur. *deciſ.* 306. *num.* 55. *Ghiſilerio*.
Ignorantia facti nedum ſufficit ad lucrandum fructus ante motam litem, ſed etiam error iuris. *deciſ.* 3. *num.*5. *Merlino*.
Ignorantia iuris alieni debet eſſe inuincibilis ad hoc, vt non teneatur quis ad reſtitutionem fructuum, vſque ab initio. *deciſ.*3. *nu.*36. *Merlino*.
Ignorantia nullo modo excuſat, quando ſumus in viris, qui nobilitate, ingenio & litteris valdè præcellunt. *deciſ.* 3. *num.*35. *Merlino*.
Ignorans non negligit. *dec.*189. *num.*13. *Panzirolo*.
Ignorans ſi aliqu d fecerit, non dicitur in culpa. *deciſ.*167. *num.*8. *Panzirolo*.
Illatio non fit ad diuerſa. *dec.*59. *num.*44 *Merlino*.
Iocalia magni valoris præſumitur vxor habuiſſe, attentata qualitate perſonarum. *deciſ.*274. *n.*3. *Virili*.

ILLEGITIMITAS.

Illegitimitatis omnis macula aboletur per ingreſsum Monaſterij, & profeſſionem in Religione. *deciſ.*30. *num.*42. *Merlino*.
Illegitimitatis coniecturæ plures iunctæ ſimul, ſufficienter illam probant. *deciſ.*58. *num.*26. *Merlino*.
Illegitimi ſolent eſſe exoſi legibus, vti excitantes memoriam impudicæ originis, & creduntur imitatores paternæ impuritatis. *deciſ.*30 *n.*40. *Merlino*.
Illegitimi, ſeu naturales non ſunt de agnatione, nec de familia, & hoc procedit de rigore iuris. *deciſ.* 262. *num.*11. & 16. *Merlino*.

contra

contra Illegitimos Conſtitutio Pij V. non derogauit cap cum haberet.ext. de eo,qui dux. in vx. cum ſit pietatis, æquitatis, & rationis plenum. *deciſ.* 30. *num.*36. *Merlino.*

Vide infra in calce Indicis circa declarationem d. Conſtitutionis.

IMMEMORABILIS.

Immemorabilis probatio requiritur, quando Vniuerſitas prætendit ad ſe ſpectare iuſpatronatus, quod procedit etiamſi vniuerſitas ſit parua. *deciſ.* 302. *nu.*7. *Panzirolo.*

Vide infra in verbo Iuſpatronatus.

Immemorabilis ceſſat, ſi conſtet de initio. *deciſ.* 56. *num.*18. *Coccino.*

ſuper Immemorabili, quando teſtes deponunt, debent aſſerere, quod viderunt id de tempore pubertatis. *deciſ.*22. *num.*15. *Veroſpio.*

Immemorabilis præſcriptio, vt excludatur, ſatis eſt, vt oſtendatur extare contrariam hominum memoriam. *deciſ.*182. *num.*4. *Veroſpio.*

Immemorabilis non ſuffragatur, quando conſtat de initio præſcriptionis. *deciſ.*137. *n.*6. *Pirouano.*

Imemorabilis præſcriptionis ſubſtantia eſt, vt de initio non conſtet. *deciſ.*56. *num.*12. *Coccino.*

Immemorabilis probatio, quando ſit impoſſibilis, & num.13, *deciſ.*22. *num.*11. *Veroſpio.*

Immemorabilem vt teſtes probent, debent eſſe annorum 54. *d.*56. *num.*3. *Coccino.*

IMMISSIO.

ad Immiſſionem impediendam non ſuffragatur exceptio de iure tertij. *deciſ.*93. *nu.*17. *Dunozet.*

Immiſſio non ita faciliter datur, ſicuti manutentio. *deciſ.*84. *num.*6. *Rojas.*

Immiſſionem petens contra aliquem, ſatetur ſe non poſſidere, ſed poſſeſſionem eſſe penes eum contra quem petit immiſſionem. *dec.*210. *n.*1. *Buccabella.*

Immiſſio in poſſeſſione Caſtrorum non eſt concedenda, ſi non conſtet de inueſtitura, & ſimplex copia priuilegij abſque originali non ſufficit. *deciſ.* 208. *num.*1. *Motmanno.*

Immiſſio cohæredi pro ſua portione denegari non poteſt, vel ex remedio quorum bonorum, vel ex l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. *deciſ.*286. *n.*5. *Pirouano.*

Immiſſionem gratioſam, ſi quis iam obtinuerit, non attenditur, ſi poſtea contradictor exhibeat titulũ. amplia num.25. *deciſ.*225. *num.*24. *Coccino.*

Immiſſio ſi ſit conceſſa fideicommiſſario ſuper bonis fideicommittentis intelligitur quatenus extent dicta bona. *deciſ.*222. *num.*6. *Buccabella.*

Immiſſio fideicommiſſario quibus probatis non poſſit denegari, etiamſi agatur de fideicommiſſo particulari. *deciſ.*244. *num.*1. *Panzirolo.*

Immiſſio fideicommiſſario non poteſt negari, ſi doceat de fideicommiſſo, de identitate bonorum, & de poſſeſſione fideicommittentis. *deciſ.* 8. *num.*1. *Dunozet.*

Immiſſio à fideicommiſſario petita poteſt impediri per exceptionem incontinenti probatam. *deciſ.*34. *num.*4. *Motmanno.*

Vide ſupra in verbo Fideicommiſſarius petens immiſſionem.

Immiſſio in poſſeſſione agrorum non releuat ſine expulſione Coloni, limita hoc ſi Colonus acceptauit præceptum Iudicis. *d.*158. *num.*5. *Panzirolo.*

Immiſſio vigore Saluiani Interdicti quibus concurrentibus non poſſit denegari. *dec.*100. *n.*6. *Merlino.*

Immiſſio in Saluiano competit fideicommiſſario conſtito de fideicommiſſo, & de indentitate bonorum. *deciſ.*312. *num.*1. *Panzirolo.*

Immiſſio vigore Saluiani ſi ſit exceſſiua, redditur nulla in totum. *deciſ.*306. *num.*16. *Ghiſilerio.*

Immiſſio in vim Saluiani, quibus concurrentibus nõ ſit deneganda. *deciſ.*205. *num.*1. *Buccabella.*

Immiſſio ſubrogato gratioſè non eſt retardanda, ſi clarè conſtet de reſeruatione. *d.*225. *n.*22. *Coccino.*

IMMVNITAS.

Immunitatis priuilegium, quod lex concedit propter numerum filiorum an ceſset, ſi aliqui ex dictis filijs moriantur. *deciſ.*45. *num.*19. *Motmanno.*

Immunitas Eccleſiaſtica eſt de iure Diuino. *dec.*159. *num.*5. *Coccino.*

Immunitas Eccleſiaſtica Dei ordinatione, & canonicis ſanctionibus conſtituta eſt. *dec.*159. *num.*4. *Coccino.*

Vide ſupra in verbo Clericorum bona.

IMPEDIMENTVM.

Impedimentum perpetuum debet præſtare infirmitas ad hoc, vt validè impetretur cum futura ſucceſſione. *dec.*237. *num.*8. *Motmanno.*

Impeditus tunc multò magis eſt excuſandus, quando impedimentum prouenit ab eo, qui partes aduerſarij ſubſtinebat. *deciſ.*19. *nu.*10. *Carrillo.*

IMPENSA.

Impenſa, quæ ſit pro factore ad cuſtodiam, & recollectionem fructuum, & qui curet, vt agri diligenter colantur, non ſpectat ad Colonum. *deciſ.* 266. *num.*5. *Vbaldo.*

Quia contra ipſum factor inuigilat, ne iura Domini vſurpentur, vel negligantur, & ideò talis impenſa ſpectat ad Dominum. *ibid. num.*6.

Impenſæ præſumptio ceſsat, ceſsante neceſſitate. *deciſ.* 253. *num.*5. *Matthaio.*

Impenſæ funeris ſunt compenſandæ cum rebus, quæ probantur remanſiſse penes hæredem grauatum, de tempore mortis teſtatoris. *d.*244. *n.*5. *Panzir.*

Impenſam, ſi opus aliquod requirat, is eam feciſse præſumitur, qui ad id tenebatur. *d.*253. *n.*3. *Matth.*

IMPOTENTIA.

propter Impotentiam perpetuam matrimonium non ſubſiſtit. *deciſ.*54. *nu.*2. *Dunozet.*

Impotentia viri, quando eſt temporalis, vel dubia, vxor tenetur præſtare ſucceſſiuam patientiam per triennium, vt poſſit fieri experientia copulæ coniugalis. *dec.*54. *num.*4. *Dunozet.*

Incapax, quando quis eſt alienius rei, illam per immemorabilem non poteſt acquirere. *deciſ.* 193. *num.*21. *Coccino.*

Incertitudo tollit vtilitatem requiſitam in alienationibus bonorum Eccleſiæ. *deciſ.*252. *n.*22. *Merlino.*

Impugnare, quis non dicitur aliquid, ſi dicat, quod id aliqua non comprehendat. *deciſ.* 166. *num.* 7. *Carrillo.*

Indebiti ſolutio eſt probanda per eum, cuius intereſt. *deciſ.*287. *num.*26. *Veroſpio.*

Indirectè non eſt faciendum id, quod directè fieri nõ poteſt. *deciſ.*262. *num.*23. *Merlino.*

Inducta in fauorem alicuius non debent in eius odiũ retorqueri. *deciſ.*198. *num.*9. *Veroſpio.*

INDVLTVM.

Indulti verba ſunt inſpicienda. *deciſ.* 212. *num.* 5. *Pirouano*.

Indultum conceſſum alicui, vt poſſit aliquid ad libitum donare, &c. non debet extendi extra limites rei conceſſæ. *dec.* 254. *num.* 21. *Carillo*.

Indulta Apoſtolica ſi habeant datam vltra 100. annos, non egent recognitione. *deciſ.* 192. *num.* 13. *Pirouano*.

Induſtria perſonæ, ſi fuerit electa per verba perſonaliſſima, ceſſat facultas id alteri concedendi. *deciſ.* 68. *num.* 5. *Ghiſilerio*.

Infamis, quis efficitur ob commiſſum furtum. *deciſ.* 58. *num.* 14. *Merlino*.

INFANS.

Infans non habet nec velle, nec nolle. *deciſ.* 189. *num.* 12. *Panzirolo*.

Infanti non poteſt aliqua negligentia imputari. *deciſ.* 189. *num.* 12. *Panzirolo*.

Infans, quicquid videt, ignorat. *ibid. num.* 12.

INFERIOR.

Inferior non poteſt diſponere contra ius. *deciſ.* 84. *num.* 9. *Rojas*.

Inferior non poteſt propria auctoritate facere ordinationes contrarias ordinationibus confirmatis à Papa. *dec.* 136. *num.* 5. *Ghiſilerio*.

Inferiores non poſſunt immutare ea, quæ facta ſunt à ſuperioribus. *dec.* 293. *num.* 2. *Merlino*.

INFIRMITAS.

Infirmitas Coadiuti benè dicitur comprobata, ſi poſt non multum tempus à die conceſſionis gratiæ, dictus Coadiutus obijt. *d.* 213. *num.* 10. *Veroſpio*.

Infirmitas ad effectum Coadiutoriæ cum futura ſucceſſione, debet præſtare perpetuum impedimentum. *deciſ.* 237. *num.* 8. *Motmanno*.

INFORMATIO.

Informatio ſummaria, vbi de fuga timetur, debet eſſe breuis, & valde ſecreta, & quantum ſufficit, vt arbitrium Iudicis aliquantulum regulari poſſit ex indicijs ſummariæ ſumptis. *deciſ.* 4. *n.* 8. *Ghiſilerio*.

Informatio ſummaria ſi Iudici ſit permiſſa, vbi timetur de fuga, debet eam capere ſecretè mediante proceſſu camerario. *deciſ.* 4. *n.* 3. *Ghiſilerio*.

ad Informationis ſummariæ effectum, ſufficit qualis qualis informatio. *deciſ.* 295. *num.* 2. *Ghiſil.*

ab Informatione ſummaria, qui actus iudiciarij differant. *deciſ.* 4. *num.* 4. *Ghiſilerio*.

Informationi ſummariæ quæ repugnent. *ibid. num.* 2.

Informatio ſummaria ſi Iudici ſit permiſſa iſta informatio ad quot numerum teſtium cenſetur reſtricta. *ibidem num.* 21.

Ingenium imbecille, vt quis habeat, vel imaginationem læſam, aut actus faciat non omninò conuenientes homini ſanæ mentis, & nihilominus quod non ſit in ſtatu dementiæ, iſta ſimul ſtare poſſunt. *deciſ.* 233. *num.* 23. *& vide rationem num.* 24. *Carrillo*.

INHABILITAS.

Inhabilitatem ad aliquid obtinendum, vel continuandum ſi quis alicui opponat, vt cum faciat inhabilem ad id conſequendum, vel continuandum in ſua poſſeſſione debet eius inhabilitas, per tres ſententias declarari. *deciſ.* 240. *num.* 16. *Ghiſilerio*.

Inhabilitas medij fieri nequit, quin influat in extremum. *deciſ.* 53. *num.* 5. *Motmanno*.

Inhabilitatis pœna tollitur ex qualibet cauſa colorata. *deciſ.* 26. *num.* 8. *Dunozet*.

INHIBITIO.

Inhibitio ſi fuerit præſentata Iudici eadem die, qua fuit lata ſententia, præſumitur ad hoc, vt ſubſtineatur actus, quod inhibitio ſententiæ ſubſecuta fuerit. *deciſ.* 234. *num.* 11. *Carrillo*.

in Inhibitionibus emanatis à Curia nõ fit diſtinctio, an ſint Canonicæ, nec ne, ſed è ſtylo Curiæ ſiue iuſtæ, ſiue iniuſtæ ſunt timendæ. *d.* 179. *n.* 4. *Ghiſiler.*

Inhibitio nulla, & iniuſta non cauſat attentata. *deciſ.* 179. *num.* 6. *Ghiſilerio*.

Inhibitio, vt intret, ſufficit, vt ſententia lata in vna cauſa pariat præiudicium in altera. & quod inhibitio afficiat etiam in cauſa connexa. *deciſ.* 179. *num.* 8. *Ghiſilerio*.

INIVRIA.

Iniuria illata per maritum vxori prædefunctæ per tranſitum ad ſecunda vota, non ceſſat ſoluto illo ſecundo matrimonio. *deciſ.* 45. *num.* 8. *Motmanno*.

Iniuriæ illatæ ratio in parentibus tranſeuntibus ad ſecundas nuptias poſt acquiſitam filij prædefuncti hæreditatem eodem modo limitat, quo in alijs factis binubis, antequam filij hæreditas fuerit delata. *deciſ.* 45. *num.* 9. *&* 10. *Motmanno*.

Iniuſtitia poteſt impedire, ne ſententia tranſeat in iudicatum. *deciſ.* 86. *num.* 2. *Veroſpio*.

Innocent. VIII. de anno 1485. reuocauit conceſſiones Iuriſpatronatus ad beneficia Eccleſiaſtica per Sedem Apoſtolicam eiusq. Officiales ab annis 25. citra factas. *deciſ.* 29. *num.* 13. *Ghiſilerio*.

Item reuocauit ſimpliciter conceſſiones Iuriſpatronatus, quoad beneficia electiua. *ibid. n.* 14. *&* 15.

Inſignium ſtemmatis gentilitij diſcrepantia, etiam in coloribus ſolet inferre familiæ diuerſitatem. *deciſ.* 15. *nu.* 31. *Merlino*.

INSINVATIO.

Inſinuatio tam in donatione expreſſa, quàm in tacita requiritur. *dec.* 69. *num.* 14. *Merlino*.

de Inſinuatione tertius dare non poteſt. *deciſ.* 126. *num.* 15. *Ghiſilerio*.

Inſinuatione non indiget donatio facta cauſa ſtudij. *deciſ.* 69. *num.* 92. *Merlino*.

Inſinuatio in actu geminato an requiratur. *dec.* 126. *num.* 14. *Ghiſilerio*.

Inſinuatione non indiget donatio, quãdo fit ob cauſam, quæ reſpiciat commodum donantis. *deciſ.* 69. *num.* 86. *Merlino*.

Inſinuationis qui actus non ſint capaces. *dec.* 69. *num.* 85. *Merlino*.

Vide ſupra in verbo Donatio.

INSTANTIA.

Inſtantia per Teſtatorẽ incepta tranſit ad hæredem, qua mediante poteſt res petere manutentionem. *deciſ.* 123. *num.* 5. *Carillo*.

Inſtantia ad hæredes non tranſmittitur ceſſante lite. *deciſ.* 123. *num.* 14. *Carrillo*.

Inſtantia, vt tranſmittatur ad hæredem, iudicium debet eſſe cœptum. *deciſ.* 123. *num.* 8. *Carrillo*.

INSTITVTIO.

ad Inſtitutionem petendã ſufficit præſentatio vnius ex patronis, vbi alij non præſentant. *deciſ.* 82. *num.* 2. *Panzirolo*.

Inſti-

Inſtitutio eſt debita præſentato à maiori parte patronorum. *deciſ.280.nu.3. Vbaldo*.

Inſtitutio quibus concurrentibus non poſſit denegari. *deciſ.87.num.1. Pirouano*.

Vide ſupra in verbo Iuſpatronatus.

INSTRVMENTVM.

Inſtrumentum attingens, metam nonaginta annorũ videtur tempus antiquum, cum non multum diſtet à termino annorum centum. *deciſ.10. nu.10. 11. & 12. Veroſpio*.

Inſtrumẽtum non dicitur in forma probanti, ſi careat die, anno, teſtibus, & ſubſcriptione Notarij. *deciſ. 306. num.44. Ghiſilerio*

in Inſtrumento aliquo, quis non poteſt ſe fundare, ſi illud impugnauerit, & in ſua impugnatione obtinuit. *deciſ.223. num.19. Veroſpio*.

Inſtrumentum inueſtituræ in emphyteuſim &c. vt probetur ex lapſu temporis, vt oſtendatur obſeruantia per triginta annos neceſſe eſt, *deciſ. 16. num.7. Veroſpio*.

Inſtrumentum quando videatur antiquum, licet non attingat metam centum annorum. *deciſ. 10. ſub num.10. Veroſpio*.

pro Inſtrumento ſtat præſumptio. *deciſ. 287. num. 25. Veroſpio*.

Inſtrumentis lux veritatis aſſiſtit. *deciſ.252. num.3. Merlino*.

Inſtrumentum inueſtituræ, tamquam neceſſarium anteccedẽs præſumi debet ex curſu temporis iuncta poſſeſſione 30. annorum, aut ex alijs adminiculis. *deciſ.16.num.5. Veroſpio*.

Inſtrumentum inueſtituræ non gaudet minori priuilegio, quàm petitio hæreditatis vigore teſtamẽti. *deciſ.204. num.9.10.11, & 12. Veroſpio*.

Inſtrumento ceſſionis niſi producto ceſſionarius nõ poteſt agere vti talis. *deciſ 147.n.6. Motmanno*.

Inſtrumenti ſumptũ, quando fuit extractum ab Archiuio, & ab illius Præfecto, dicitur in forma probanti. *deciſ.201. num.58. Dunozet*.

Inſtrumentum facit rem certam, & manifeſtam. *deciſ.144.num.1. Ghiſilerio*.

in Inſtrumento, ſi enuncientur aliquæ ſolemnitates, & ſolemnitas aliqua neceſſaria reperiatur omiſſa, ex hoc non ſolum eliditur præſumptio dictæ ſolẽnitatis, ſed imò oritur contraria præſumptio, quod illa non præceſſerit. *deciſ.131.n.9.& 10. Dunozet*.

Inſtrumentum ſi careat teſtibus, clauſula, Actum, loco, menſe, &c. nullam meretur fidem. *deciſ. 146 num.1. Pirouano*.

ex Inſtrumento conceſſionis iunctis adminiculis, probatur dominium. *deciſ 156.num.8. Dunozet*.

Inſtrumentum, ſi ſit ſimulatum non eſt attendendũ. *deciſ 89.num.15. Buccabella*.

ex Inſtrumentis pluribus cõſuetudo probari poteſt. *deciſ.32.num.15. Veroſpio*.

Inſtrumenta acquiſitionis bonorum probant dominium, quando ſunt adminiculata. *deciſ.283.num. 8. Pirouano*.

per inſtrumenta, vel per teſtes probari poteſt deſcẽdentia cuiuſlibet gradus. *deciſ.10.nu.1. Veroſpio*.

vt Inſtrumenta ipſa probant ſcripturæ, quando ſunt recognitæ. *deciſ.55. num.10. Pirouano*.

ex Inſtrumento inueſtituræ bonorum iunctis adminiculis probatur dominium Domini directi ad effectum rei vendicationis. *deciſ.117.nu.1. Ghiſilerio*.

Inſtrumenta non veniunt attendenda, ſi non conſtet de eorum effectuatione. *deciſ.121.nu.8. Carrillo*.

Inſtrumentum publicum facit probationem probatam, ac manifeſtam. *dec.296.n 2. & 3. Motmanno*.

Inſtrumenta extracta lite pendente, & parte non citata, non probant, quod multo magis procedit ſi ſit extractum à Notario de illis non rogato. *deciſ. 284. num.5. & 6. Pirouano*.

Inſtrumenta Notarij demortui non conſeruantur apud ſucceſſorem vti hæredem. *ibid. num. 12.*

Inſtrumenta faciunt plenam probationem. *dec.302. num.5. Panzirolo*.

ex Inſtrumentis locationum effectum ſortitis probatur poſſeſſio locantis etiam in præiudicium tertij, & hoc maximè ſi d. Inſtrumenta ſint adminiculata. *deciſ.294. num.14.15. & 16. Veroſpio*.

Inſtrumenta extracta à Notario, qui præpoſitus eſt eorum cuſtodiæ, cum dicatur ſubrogatus in locũ Notarii demortui, probant abſque alia ſolemnitate. *deciſ.294.num.25. Veroſpio*.

Inſtrumentum, quando eſt celebratum coram ſuperiore, tunc ceſſat omnis ſuſpicio doli, & fraudis. *deciſ.292.num.6. Veroſpio*.

in Inſtrumento, ſi quis exprimat aliquid nomine alicuius emiſſe, & ille nominatus fateatur, quod in veritate alius fuit emptor, & ipſe ſolum de nudo nomine deſeruiuit, hoc caſu ſtatur eius aſſertioni, & non inſtrumento. *deciſ.245.num.3. Coccino*.

Inſtrumento, quando aliqua fides non ſit adhibẽda. *deciſ.292.num.5. Veroſpio*.

Inſtrumentorum reualidatio rogatorum per Notarium ſuſpenſum ab officio, vt ſit valida, quid requiratur. *deciſ.227.num.19. Merlino*.

Inſtrumenti ſubſcriptio facta per ſacerdotem, non ſupplet defectum ſubſcriptionis Notarij rogati. *dec.227. num.14. Merlino*.

per Inſtrumenti ratificationem cenſetur quis ſe obligaſſe ad omnia contenta in eo. *deciſ. 46. num. 5. Dunozetto*.

Inſtrumentis antiquiſſimis plurima eſt adhibenda fides. *deciſ.213. num.14. Veroſpio*.

Intellectus ille non eſt recipiendus, qui nullatenus conuenit ſubiectæ materiæ. *deciſ.69.n.45. Merlino*.

Intellectus conſiſtens in aucupio vnius ditionis contra naturam, actus de quo agitur, & contra diſpoſitionem Iuris communis reijciendus eſt. *deciſ. 59. num 18. Merlino*.

INTENTIO.

Intentionis defectus dari non poteſt, quando verba ſunt clara. *deciſ. 220. num.2. Buccabella*.

Intentio, & actus debet attendi. *deciſ. 268. num. 3. Coccino*.

Intentionis fundamentum alicuius non ſufficit probare præſumptiuè. *deciſ.157. num.4. Ghiſilerio*.

Interlocutiones, & præcepta contrario imperio Prætoris reuocantur, *deciſ.166. num. 6. Carrillo*.

Interceſſoribus multiplicatis, & ſupplicationibus, Diuinum Numen facilius, ac celerius quis ſibi propitium reddit, flectitq. ad lenitatem. *dec. 59. num.34. Merlino*.

INTERDICTVM.

Interdictum particulare dicitur, quando vna Eccleſia, vel plures Eccleſiæ ſpecificè, & non ſub nomine

mine

mine Vniuerſitatis interdicuntur. *deciſ.20.num.8. Coccino.*

Interdictum quotieſcumque fertur contra Regnum, Prouinciam, Ciuitatem, Caſtrum, vel Villam, Vniuerſitatem, vel Collegium, dicitur generale. *deciſ.20.nu.7.Coccino.*

Interdictum cadere non poteſt in Vniuerſitate, tamquam res inanimata. *deciſ.20. nu.15.Coccino.*

Interdictum generale dicitur, quando Vniuerſitas vnius loci interdicitur, ſiue locus ſit paruus, ſiue ſit magnus. *deciſ.20.num.9. Coccino.*

Interdictum generale reſpicit aliquod corpus, ſeu Collegium hominum primò, & per ſe ſecundariò ſingulares perſonæ illius corporis, vt ſunt membra illius, & partes. *deciſ.20.num.13.Coccino.*

in Interdicto perſonali quid ſit neceſſarium. *dec.20. num.12. Coccino.*

Interdictum ſpeciale eſt, quod in determinatam, aut determinatas perſonas fertur. *d.20.n.16. Coccino.*

Et hoc caſu nihil refert ſi ad vnam vel plures perſonas referatur, dummodo ad ſingulas de per ſe, vt dicitur, per modum plurium dirigatur. *ibid.n.17.*

Interdictum ſpeciale dicitur, quando vna vel plures Eccleſiæ eiuſdem Ciuitatis interdicuntur. *deciſ.20.num.11. Coccino.*

Interdicto ſpeciali an habeat locum Extrauag. prouide de ſent. excomm. & concluſio eſt negatiua, quia requiritur, quod interdictum ſit generale. *deciſ.20. num.2.3. & 4. Coccino.*

Interdictum contra Capitulum factum, an cenſeatur ſpeciale. *deciſ.20. num.19. Coccino.*

Interdictum quorum bonorum competit hæredi proximiori. *deciſ. 73.num.2. Buccabella.*

Interdictum retinendæ nominatim competit turbato in poſſeſſione, & iure percipiendi decimas. *dec.12. num.1. Veroſpio.*

in Interdicto retinendæ plenario veniunt fructus vſque ab initio. *deciſ.90.num.13. Coccino.*

Interdictum an poſſit relaxari pro debito pecuniario. *deciſ.20. num.1. & 6. Coccino.*

INTERESSE.

Intereſſe taxatio poteſt ab initio fieri, dummodo per creditorem poſtea probetur, tanti ſua Intereſſe, quantum ab initio fuit taxatum. *deciſ.55 n. 8. Pironano.*

Intereſſe in contractu non debent habere proximiores mulieris, qui in eo debent interuenire ex forma ſtatuti *dec.241.num.21. Ghiſilerio.*

Intereſſe ſufficit ſemiplenè probari ad effectum admiſſionis ad cauſam. *deciſ. 176.nu.11. Dunozet.*

Intereſſe in proſecutione Iudicij debet plenè, & concludenter probari. *deciſ.176.nu.12. Dunozet.*

contra Intereſſe proprium ſi teſtes de directo deponant, magis probant. *deciſ.154. num.8. Dunozet.*

INTERPRETATIO.

Interpretatio ea ſemper eſt ſumenda in legatis, quæ ſit contra legatarios, & minus noceat hæredi. *deciſ.239.nu.6.Veroſpio.*

Interpretatio, vt actus ſubſtineatur, ea capienda eſt. *dec.135. num.8.Ghiſilerio.*

Interpretatio omnis eſt facienda ad ſaluanda dicta teſtium. *deciſ.268.num.4.Coccino.*

Interpretatio textuum deſtructiua non eſt recipienda. *deciſ.231. num. 12. Merlino.*

in Interpretatione vltimarum voluntatum particularis vſus, ſeu conſuetudo teſtatoris præferendus venit communi vſui, ſeu conſuetudini. *deciſ.239. num.9. Veroſpio.*

Interpretatio, quæ eſt clara, germana, & vera, ſequenda eſt. *deciſ.66.num.3. Ghiſilerio.*

Interpretatio facienda eſt, ne contradictio incontinenti ſequatur. *dec.222.num.27. Merlino.*

Interpretatio legalis nunquam tollitur, licet ſtatutum mandet aliquid ſeueriſſimè obſeruari. *deciſ. 26. num.10. Dunozet.*

Interpretatio omnis eſt facienda, vt excludatur donatio. *deciſ.253.num.55.Matthaio.*

Interpretatio ſtricta fieri debet, quando ſumus in caſu priuilegiato, & contra diſpoſitionem iuris communis. *deciſ.4.num.16.Ghiſilerio.*

Interpretatio in legatis non eſt ſtrictè facienda ſtante coniunctione, quæ intercedit inter teſtatorem, & legatarium. *deciſ.239. num.10 Veroſpio.*

Interpretatio ea ſumenda eſt, per quam euitatur pœna. *deciſ.26. nu.8. Dunozet.*

Interpretatio verborum dubiorum facienda eſt ſecundum ius commune, & ſtatuta locorum. *deciſ. 25.nu.7.Carrillo.*

Interpretatio legati, quando venit facienda, attendi debet communis vſus loquendi. *deciſ.239.num.9. Veroſpio.*

Interrogatorijs ceſſantibus, numquam intrat arbitrium pro ſanatione examinis conceſſum. *dec.18. num.9.Ghiſilerio.*

Interrogatoria, quando producuntur, Notarij ſolent ſuper illis adnotare productionem, & receptionem. *deciſ.18.num.7. Ghiſilerio.*

ab Inteſtato ſuccedentes, videntur ex iuris interpretatione ſuccedere in hæreditate defuncti ſecundum eiuſdem defuncti voluntatem. *deciſ.163. num.12.Veroſpio.*

INTIMATIO.

Intimatio eſt neceſſaria ad hoc, vt poſſeſſio capta ſit valida. *dec.223.num.6. Veroſpio.*

Intimatio eſt neceſſaria, & non ſufficit ſcientia ex forma declaratoriæ. *dec.67.num.8.Coccino.*

Intimatio in materia declaratoriæ, ſecundum terminos clem. cauſam, eſt neceſſaria, ſed ſecundum terminos clem. cum illuſio, de renunc. ſufficit ſciẽtia. *deciſ.67.num.9. Coccino.*

Intimatio ſi ſit facienda Capitulo, non debet fieri alicui vti ſingulis, ſed omnibus capitulariter. *deciſ.67.num.7.Coccino.*

Inualidum, quod eſt, nullum poteſt præſtare impedimentum. *deciſ.226. num.38.Ghiſilerio.*

INVENTARIVM.

Inuentarium bonorum hæreditariorum non ſuppletur per tutelare, cum non tendant ad eoſdem effectus, & requirant diſtinctas ſolemnitates. *deciſ.88.num 24.Ghiſilerio.*

Inuentarium conficiendum ab hærede grauato, non ſuppletur per inuentarium compilatum à Tutore. *deciſ.126.num.34. & amplia n.35. Ghiſilerio.*

in Inuentario præſumuntur deſcripta omnia bona hæreditaria, & aſſerenti contrarium, incumbit onus probandi. *dec.89.n.5.Buccabella.*

ad Inuentarij confectionem non tenetur hæres grauatus vniuerſali fideicommiſſo, & quid ſi ſit interpel-

terpellatus à fideicommiſſario ad illud conficiendum, & quid ſi teſtator ordinauerit, vt illud conficeretur. *deciſ.164. num.10. & 11. Ghiſilerio*.

Inuentarium plenè probat identitatem bonorum, non ſolum contra conficientem. *deciſ.96. num.2. Buccabella*.

Sed etiam contra habentes cauſam ab eo. *ibid. nu.3.*

Inuentarium tutelare confectum per Tutorem, quando non proſit hæredi grauaro, ità vt ipſe aliud teneatur conficere. *deciſ.164. num.12. Ghiſilerio.*

Inuentarium non probat contra tertium, ſi eo non citato, fuerit confectum. *deciſ.254. n.17. Carrillo.*

Inuentario confecto de tẽpore non ſuſpecto, plurimũ eſt deferendum ad aliquid probandum. *deciſ.192. nu.23. Pirouano*.

de Inuentarij forma probanti, quando multum dubitari poſſit. *ibid. num 23.*

Inuentarium plenè, & concludenter probat contra deſcribentem, & habentem cauſam ab eo. *dec.127. num.6. Merlino*.

in Inuentario non præſumitur error, ſed certis, & euidentibus probationibus iuſtificari debet. *deciſ. 127. num.8. Merlino*.

ex Inuentario probatur, an bona aliqua aderant in hæreditate. *dec.276. num.3. Dunozet*

Inuentarium plenè probat contra conficientem. *dec.261. num.6. Ghiſilerio*.

Inueriſimilia ſi teſtes deponant, non ſunt habendi in conſideratione. *deciſ.241. num.23. Ghiſilerio.*

INVESTITVRA.

Inueſtituræ inſtrumentum, tamquam neceſſarium antecedens prǽſumi debet, ex curſu temporis iuncta poſſeſſione. 30. annorum, aut ex alijs adminiculis. *deciſ.16. num.5. Veroſpio.*

Inueſtituræ inſtrumentum, ſi non habeat aliquod vitium viſibile, quid operetur. *dec.204. n.7. Veroſpio.*

Inueſtituræ, & publica inſtrumenta ex conſuetudine generali vbique locorum receptũ eſt, vt fiant ſuper emphyteuticis conceſſionibus, & præſertim in his, quæ ab Eccleſia recipiuntur. *dec.252. nu.8, Merlino*.

Inueſtituræ inſtrumentum habet executionem paratam ad formam l. fin. C. de edict. D. Adr. tollen. *dec.242. num.3. Veroſpio*.

Inueſtituræ inſtrumentum, vt probetur ex lapſu tẽporis, neceſſe quid ſit probare. *d.16. n.7. Veroſpio.*

Inueſtituræ inſtrumentum adminiculatur, etiam ad effectum deuolutionis ex confeſſionibus, &c. & recognitionibus ſubſecutis. *d.117. n.2. Ghiſilerio*.

Inueſtituræ inſtrumentum, ſi quis habeat, eius vigore non ſolum poteſt petere manutentionem, ſed etiam immiſſionem pro confirmanda eius poſſeſſione. *d.214. num.14. Carrillo.*

Inueſtituræ inſtrumentum, cum habeat paratam executionem, non impeditur eius effectus, niſi per exceptionem probatam, vel incontinenti probandam. *deciſ.242. num.5. Veroſpio.*

Inueſtituræ litteræ, licèt non appareant originales, adminiculis tamen concurrentibus ſuffragantur. *deciſ.208. num.2. Motmanno*.

Inueſtitura accepta pro ſe, & deſcendentibus ex linea maſculina, non comprehendit fœmineam natam ex maſculo. & hoc eſt dictum Caſtren. communiter receptum. *d.33. num.3. & 5. Coccino*.

Inueſtitura obtenta ab aliquo eſt nullius momenti, ſi deficiat deuolutio, & adhuc duret prima conceſſio. *deciſ.164. num.20. Ghiſilerio*.

Inueſtitura facta perſonæ de diuerſo genere à prius inueſtitis, non recipit interpretationem ab alijs, ſed eius tenor inſpicitur. *deciſ.121. n.11. Carrillo.*

Inueſtituræ, quæ effectum habuerunt, ſunt præferendæ alijs. *deciſ.121. num.9. Carrillo*.

Inuitus nemo cogitur ad litigandum. *deciſ. 148. num. 7. Macchiauello*.

Inuitus nemo cogitur acceptare rem inſolutum. *deciſ.100. num.7. Merlino*.

Ira, & odio, quod quis aliquid fecerit, ex quo colligatur. *deciſ.231. num.17. Merlino*.

IVDEX.

Iudex habens Adiunctum, ſi ſine eo procedat, nulliter procedit. *deciſ.295. nu.11. Ghiſilerio*.

Iudex ſi habeat Adiunctum, nec citatio nec comparitio, niſi ab vtroque, & coram vtroque fieri debet. *deciſ.295 num.10. Ghiſilerio*.

Iudicis arbitrium ſufficit, vt aliquantulum informetur, quando timetur de fuga. *d.4 n.8 Ghiſilerio.*

Iudex ex circumſtantijs per eum deligendis, atque eius arbitrio debet inquirere an, id quod fuit tacitũ in gratia retraxiſſet Principem, vel difficiliorem reddidiſſet ad gratiam concedendam. *deciſ. 83. nu.25. Merlino*.

Iudicis authoritas ſupplet præſentiam patris requiſitam in contractu filij, quando d. filius non bene ſe habet cum patre, prout ſupplet, quando pater eſt abſens. *deciſ.245. num.8. Coccino*.

Iudicis auctoritas præbet iuſtam cauſam erroris. *deciſ.213. num.10. Veroſpio*.

Iudex ſi poteſt audire aliquos extraiudicialiter, non eſt neceſſaria citatio. *deciſ.232. num.2. Carrillo.*

Iudex ſi ad capturam procedere poteſt, poteſt etiam in ordine ad illam relaxare monitorium. *deciſ. 195. num.21. Ghiſilerio*.

Iudices Commiſſarij, ſtante clauſula conſcientias veſtras oneramus, quandoque poſſunt ſe extraiudicialiter informare. *dec.94. num.47. Merlino*.

Iudicis compulſoris authoritas ſcripturæ extractæ præbet fidem. *deciſ.192. num.14. Pirouano*.

Iudicis Compulſorialis auctoritas fidem præbet ſcripturis extractis. *deciſ.254. num.9 Carillo.*

Iudex ſi condemnet reum, ne amplius turbet actorem in ſua poſſeſſione aliquid exigendi, an poſſit cogi ad ſatiſdandum. *deciſ.90. n.6. & 7. Coccino*.

Iudicis conſcientia, ſtante clauſula conſcientiam tuam oneramus, debet proficiſci non de eius capite, ſed ex vtero legis, in ea figendo pedes. *deciſ.94. num.48. Merlino*.

Iudex non poteſt declarare factum eſſe locum euictioni ex immiſſione vigore Saluiani. *deciſ. 179. num.14. Ghiſilerio*.

Iudex cum interponit decretum in contractibus minorum, prius præſumitur de veritate ſe informaſſe, & illam veram reperiſſe. *deciſ.89. num. 3. Buccabella*.

Iudices delegati debent eſſe certi de ſua iuriſdictione, & ante præſentationem Commiſſionis nulla eis competit iuriſdictio. *deciſ.129. num.1 Merlino*.

Iudex delegatus ſine præſentatione commiſſionis, nullam habet iuriſdictionem. *d.133. n.8. Dunozet.*

Iudex

Digitized by Google

Iudex delegatus quilibet, etiam ante litem conteſtatam poteſt verbalem citationem facere. *deciſ.295. num.28. Ghiſilerio.*

Iudex delegatus poteſt citare re,& verbo. *dec.295. num.26.Ghiſilerio.*

Iudex delegatus an ante litis conteſtationem citare poſſit re, & verbo. *deciſ.295.nu.23.Ghiſilerio.*

Iudex delegatus à Principe poteſt procedere ad capturam perſonæ ſuſpectæ de fuga, cum aliàs id ſit prohibitum.*dec.295. nu.24. Ghiſilerio.*

Iudex Eccleſiaſticus, & non procurator Cæſaris eſt adeundus,quando eſt locus præſtationi Iuramenti. *deciſ.159.num.12. Coccino.*

Iudicis factum reputatur factum partis. *deciſ.205. num.6.Buccabella.*

Iudici, ſi eſt data facultas ſummariè procedendi, iſta facultas cenſetur reſtricta ad examinandum illum numerum teſtium, qui ſummariæ informationi nõ repugnat.*deciſ.4. num.11.Ghiſilerio.*

Iudex, ſi habeat facultatem informandi ſe extraiudicialiter, ei talis facultas non ſuffragatur, ſi appareat eum velle iudicialiter procedere. *deciſ 305. num.8. & 9. Buccabella.*

Iudici,quando ſummaria informatio eſt permiſſa, vbi de fuga timetur, debet eam capere ſecretè, aut mediante proceſſu camerario. *d.4.nu.3.Ghiſilerio.*

Iudex pro informatione Curiæ, teſtes ſibi bene viſos poteſt capere. *deciſ.289. num.4. Ghiſilerio.*

Iudici, ſi ſit præſentata inhibitio eadem die, qua tulit ſententiam, vt actus ſubſtineatur, præſumendum eſt inhibitionem ſententiæ fuiſſe ſubſecutam. *deciſ..233.nu. 11. Carrillo.*

Iudex ſi inhibitus à Curia, procedat vigore commiſſionis ſibi factæ ab aliquo Superiore in partibus, dicitur attentare. *deciſ.179. num.5. Ghiſilerio.*

Iudex quando indiget indicio peritorum, arbitrium eſt ſubſidiarium. *deciſ.52. num.5. Pirouano.*

Iudex non eget iudicio Mercatorum peritorum, ſi agatur de materia cambiorum. *d.52. n.11.Pirou.*

Iudex debet eſſe certus de ſua iuriſdictione. *dec.265. num.3.Vbaldo.*

coram Iudice ſibi non competenti, comparens ſimpliciter,dicitur conſentire in illius iuriſdictionem, ita vt amplius non poteſt allegare defectum iuriſdictionis. *deciſ.306. num.8. Ghiſilerio.*

Iudex pro ſua iuriſdictione tuenda, & partium ſecuritate debet inhibere, partibus inſtantibus. *deciſ. 260 num.14. Pirouano.*

In Iudicis iuriſdictione, ſi fuerit conſenſum per plures actus, non poteſt allegari ſuſpectus ſine expreſſione cauſæ ſuperuenientis poſt illos actus. *deciſ.7.num.6. Carrillo.*

ad Iudicem iuriſperitum, cognitio quorumdam caſuum indubitatè non pertinet, pro vt ſi agatur de fœtu concepto, de partu vitali, de percuſſione læthali, de ædificijs, de pariete communi, &c. ſimilium. *deciſ.52.num.10. Pirouano.*

Iudex non poteſt tollere ius quæſitum parti. *deciſ. 253.num.26. Mattheio.*

Iudex Laicus an ſit competens ſuper cognitione fructuum decimarum. *d.103.num.28.Coccino.*

ad Iudices Laicos recurrens, amittit ipſo iure beneficia obtenta. *deciſ.83. num.2. Merlino.*

ad Iudices Laicos recurſum dum prohibent Bullæ in Cœna Domini, & cap. Quoniam de immunit. Eccleſiaſt. in 6. ſunt reſtricta ad illos, qui impediũt iuriſdictionem Eccleſiaſticam. *dec.240. num.15. Ghiſilerio.*

ad Iudices Laicos recurrens eſt excommunicatus. *dec.83. num.1. Merlino.*

ad Iudices Laicos non poteſt recurrj in materia fori Eccleſiaſtici *deciſ.309.num.1.Coccino.*

ad Iudices Laicos recurſus, ad effectum vt quis dicatur incidiſſe in excommunicationem, ſunt probandi. *deciſ.240. num.14. Ghiſilerio.*

ad Iudices Laicos recurſus non dicitur habitus ab eo, qui coactus fuit comparere coram Iudice Laico ad hoc, vt deſiſteret à cognitione cauſæ pendentis in Rota. *deciſ.240.num.15. Ghiſilerio.*

Index loci in quo ſita ſunt bona, eſt Iudex competens, non obſtantibus quibuſcumque priuilegijs perſonæ rei conceſſis. *deciſ.306 num.6.Ghiſilerio.*

Iudex non poteſt relaxare mandatum contra non obligatum. *deciſ.229.num.15.Ghiſilerio.*

ad Iudicis notitiam, ſi non deuenerit mors partis, tunc ſtante d. ignorantia validè contra mortuum fert ſententiam. *deciſ.38. num.6. Pirouano.*

Iudex poſtquam plenè functus eſt officio ſuo, ſi interueniat noua turbatio, non poteſt ſe intromittere, tamquam functus officio ſuo. *d.265.n.13. Vbaldo.*

Iudex ex officio poteſt tertium peritum eligere in partium diſcordia, vel mora. *deciſ. 111. num.4. Macchiauello.*

ad Iudicis officium ſpectat partem condemnare, vel abſoluere ab expenſis. *dec.198. num.11. Veroſpio.*

Iudex poſtquam functus eſt officio ſuo, non poteſt amplius ſe intromittere. *deciſ.21.num.3. Coccino.*

Iudex parte non opponente poteſt adhibere fidem ſcripturæ etiam informi. *deciſ.265.num.5.Vbaldo.*

Iudex in his, quæ iudicio ſuo diſtinguere non poteſt, tenetur peritos eligere, ne iudicium probationibus careat. *deciſ.52. num.3. Pirouano.*

Iudex in his, quæ iudicio, & ſcientia ſua poteſt terminare, non tenetur peritos eligere. *deciſ.52.num. 2. 9. & 35.Pirouano.*

Iudex potens eſt naturali poſſeſſione priuare, & ciuili ab animo poſſidentis euellere. *deciſ.79. nu.1. Pirouano.*

Iudex, quando non priuet quem ſua poſſeſſione. *deciſ 305.num.1.Buccabella.*

Iudex nulliter, & iniuſtè procedens, non poteſt priuare poſſeſſorẽ ſua poſſeſſione. *d.79.n.3.Pirouano.*

Iudex ritè, & rectè procedendo priuat poſſeſſorem tam ciuili, quàm naturali poſſeſſione. *deciſ. 199. num.2. Panzirolo.*

Iudex ritè, & rectè procedens priuat poſſidentem poſſeſſione per immiſſionem, etiam abſque expulſione poſſeſſoris. *deciſ 306. nu.3.Ghiſilerio.*

Iudex iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ſua poſſeſſione, ſed adhuc ipſe non obſtante aduerſarij immiſſione eſt manutenendus. *deciſ.207. nu.2. Buccabella.*

Iudex nulliter procedens non priuat quem ſua poſſeſſione. *deciſ.139.num.8.Rojas.*

Iudex ritè, & rectè procedens priuat poſſeſſorem omni, & quacumque poſſeſſione. *deciſ. 229. num.6. Ghiſilerio.*

Iudex ritè, & rectè procedens poteſt poſſeſſores eo-

rum

rum anteriori poſſeſſione priuare,& illam in alios transferre. *decif. 78. num.3. & 4. Buccabella*.
Iudex nulliter, & iniuſtè procedena non priuat quē ſua poſſeſſione, ſine habeat ſe pro ſpoliato. & num.5. vbi de reintegratione locorum montium. *decif.70.num.4.Buccabella*.
Iudex, quod ritè, & rectè proceſſerit benè colligitur ex reuolutione actorum. *dec.199.n.3.Panzir.*
Iudex, quando nulliter, & iniuſtè procedit, aut aliàs non ſeruato iuris ordine, intrat ſpolium. *decif.229. num.7. Ghiſilerio*.
Iudex ritè, & rectè procedendo poteſt priuare poſſeſſorem ſua poſſeſſione *decif.123.n.15. Carrillo*.
Iudex, quod nulliter, & iniuſtè proceſſerit, idadeò clarè demonſtrari debet, vt nullo velamine occultari poſſit. *decif.187.num.3.Panzirolo*.
Iudex nulliter procedit, procedendo executiuè vigore obligationis Cameralia vulneratæ. *decif.156, num.3 Dunozet*.
Iudex nulliter, & iniuſtè procedens dicitur ſpoliare. *dec. 113.num 9 Roias*.
Iudex nulliter, & iniuſtè procedens non priuat poſſeſſorem ſua anteriori poſſeſſione. *decif 156.nu.2. Dunozet*.
Iudex nulliter procedens, non priuat aliquem ſua poſſeſſione. *decif. 114 num. 7. Panzirolo*.
Iudex præſumitur ritè, & rectè proceſſiſse. *decif.79. num.5.Pirouano*.
Iudex poteſt pronunciare ſuper annexis, & connexis iudicij introducti. *decif.227.num.4.Merlino*.
Iudicia prudentia, & pietas eſt commendanda, qui cum minori diſpendio debitoris, & abſq. læſione creditoris iuſtitiam adminiſtrat. *d.35.n.7.Coccino*.
Iudex, quando poſſit procedere ad executionem rei iudicatæ, non obſtante concordia, & laudo. *decif. 91. num.7.Motmanno*.
Iudex reſeruando aliquid in ſententia, videtur partem grauaſſe. *decif.198.num.12.Veroſpio*.
Iudex in ſententia poteſt reſeruare liquidationem expenſarum. *decif.198. nu.13.Veroſpio*.
Index tunc ſpoliare dicitur, quando notoriè conſtat de nullitate, & iniuſtitia ſententiæ. *dec.306. num, 35.Ghiſilerio*.
à Iudice ſpoliato competit reſtitutio, ſicut competit ſpoliato à quocumque priuato. *d.113.n.10.Rojas.*
Index quilibet ſtipulari poteſt pro abſentibus. *decif. 37.num.7. Dunozetto*.
Iudex, ſi fuerit allegatus ſuſpectus non ſufficit, niſi etiam fuerit appellatū ab vlteriori proceſſu, prout requiritur. *decif.7. num. 5. Carrillo*.
Index poſtquam eſt allegatus ſuſpectus, ſi ſententiam ferat eſt nulla. *dec.7.num.4. Carrillo*.
Iudicandum non eſt iuxta formam ſupplicationis. *decif.246.num.5. Coccino*.
Et hoc intellige verum ad commodum ſupplicantis. *decif 246.num.5.Coccino*.
in Iudicando magis æqua eſt tenenda ſententia, quamuis contraria ſit magis communis. *dec. 194. num.46. Dunozet*.
pro Iudicato habetur, qui aliquid fatetur. *decif. 12. num.12.Veroſpio*.

IVDICIVM.

in Iudicio iactationum, eſt probanda poſſeſſio. *d.254. num.14. Vbaldo*.
Vide ſupra in verbo Iactatio.
Iudicium ſi agatur vigore actionis perſonalis, tunc non eſt adeundus Iudex loci ſitæ rei, ſed forus illius, qui conuenitur. *d.305. n.5. Buccabella*.
Iudicium debet agitari, vbi res ſita eſt. *decif. 305. num.4.Buccabella*.
Iudicium non alteratur per ſolam cedulam, nec ſententia, quæ aliàs non eſt appellabilia, fit appellabilis. *decif.84.nu.17.Roias*.
in Iudicio ciuili nō probant teſtes examinati in iudicio criminali abſque citatione. *decif.28. num.11. Buccabella*.
Iudicium cœptum, ſi remanſerit indefinitum, non eſt habendum in conſideratione. *decif. 203. num. 24 Pirouano*.
in Iudicio criminali ſi ſint examinati teſtes, non probant in ciuili. *decif.233.num.21.Carrillo*.
Iudicium diuerſum, non poteſt extendi ad aliud finitum, & terminatum. *decif.79.num.2.Pirouano*.
à Iudicio debet expelli ia, de cuius intereſſe non conſtat. *decif.176.nu.8.Dunozet*.
in Iudicijs executiuis, aut poſſeſſorijs, quare remiſſoria non concedatur *dec.242.nu.7.Ghiſilerio*.
in Iudicijs executiuis non datur remiſſoria ad fundandam intentionem rei, quæ conſiſtit in exceptione, quam ille facit contra petitionem actoris. *decif.242.num.9.Veroſpio*.
Iudicium, quando agitur contra infantem citandus eſt eius tutor, coniuncti, & affines. *decif. 202. num.2. Pirouano*.
à Iudicij limine, quis eſt omninò repellendus, ſi per tranſactionem negotium fuit omninò definitum. *dec.278.num.1.Merlino*.
in Iudicio manutentionis titulua non requiritur. *decif.240.num.5.Ghiſilerio*.
Iudicij natura, & ſubſtantia attendi debet, non autem textura verborum. *d.84 num.18. Roias*.
Iudicio nouo, & de per ſe peti poſſunt fructus, quādo debentur iure actionis, & tamquam ſora principalis. *dec.3.num.67.Merlino*.
Iudiciarij ordinis fundamentum eſt citatio. *decif. 4. num.25.Ghiſilerio*.
in Iudicijs poſſeſſorijs quando concedatur remiſſoria. *decif.242. num.8.Veroſpio*.
in Iudicio ſpolij, duo extrema ſunt poſſeſsio antiqua, & recens ſpoliantis. *d.16.num.1. Veroſpio*.
in Iudicio ſpolij ſecundum extremum probatur per leuiorea probationes, & ſufficit ſola litis ſubſtentatio, cum adminiculis. *decif.294.nu.3. Veroſpio*.
Iudicium ſpolij ſtante ſpatio 30. annorum impeditur. *decif. 191.num. 17. Panzirolo*.
in Iudicio ſummarijſſimo manutentionis non admittuntur ea, quæ reſpiciunt altiorem indaginem. *decif.49. num.12. Dunozet*.
Iudicium ſummarijſſimum poſſeſſorium eſt quaſi quædam retentio. *dec.84.num.5.Roias*.
Iudicium vbi eſt cæptum, ibi debet terminari. *decif. 70. num.6.Buccabella*.

IVRA.

Iura, quæ nōdum ſunt effecta de actis Notarij actuarij, tunc in illorum extractione requiruntur ſolemnitates neceſſariæ. *decif.221. num.13. Panzirolo*.
Iura poſtquam ſunt in actis producta, dicuntur effecta propria illius Notarij, & ſic ab eo extrahi poſ-

ſunt abſque alia ſolemnitate, ſicut omnia alia inſtrumenta ſuorum anteceſſorum. *deciſ.221. num. 14 Panzirolo.*
Iura antiquiora, & monumenta facientia mentionem de vna re, & poſteriora facientia mentionem de altera, expendi poſſunt ad probandum, qualis res ſit antiquior. *deciſ.251.num.26. Motmanno.*
Iura tunc veniunt appellatione bonorum ſtabilium, vel mobilium, ſi conſtet de mente diſponentis. *dec. 311.nu.20.21.& 22.Motmanno.*
pro Iurium conſeruatione ſumenda eſt interpretatio. *dec.226.num.50.Ghiſilerio.*
in Iuribus ceſsis cedens nullum ius habet. *dec.151. num. 11. Motmanno.*
Iura directa, & merè honorifica ſunt iurapatronatus. *deciſ.72.num. 6. Pirouano.*
Iura extracta lite pendente ſine citatione partis non probant. *dec.294.num.22.Verospio.*
Iura extracta lite pendente, & ſine citatione partis non probant. *deciſ. 265.num.23. Vbaldo.*
Iura extracta per Notarios de eis non rogatos, non probant. *dec.284.num.9 Pirouano.*
Iura extracta per Notarios de eis rogatos habentur loco originalium. *deciſ.284.num.8. Pirouano.*
Iura extracta à Notario actuario non eſt opus aliqua partis citatione ad hoc, vt dicantur validè extracta. *deciſ.221.num. 12.Panzirolo.*
Iura ritè extracta ex libris capitularibus, contra ipſos Capitulares eſt plena adhibenda fides. *deciſ. 105.num.14. Ghiſilerio.*
Iura extracta à ſucceſſore in officio eius Notarij, qui de eis rogatus fuerat, probant abſque alia ſolemnitate. *deciſ.294. num. 23. Verospio.*
Et ea fides eſt adhibenda, ac ſi extracta eſſent ab ipſo Notario rogato. *Ibidem num.24.*
Iura, quæ non ſunt in forma probanti, nullam fidem merentur in iudicio. *d.18.num 7 Ghiſilerio.*
ſub Iurium futurorum nomine, venit ius acquiſitū ex fideicommiſſo. *deciſ.311.num.14. Motmanno.*
Iura, & actiones vti incorporalia loco non circumſcribuntur. *dec.311.nu.2. Motmanno.*
Iuria etiam informia probant data obſeruantia. *deciſ.226.num.31.Ghiſilerio.*
Iura mixta ſunt apta tranſire in quemcumque ſucceſſorem tam actiuè, quàm paſsiuè. *deciſ. 300. num.7.Panzirolo.*
Iura non dicuntur perſonalia, ſi verba perſonalia appoſita in cōtractu, ſint appoſita ad deſignandas perſonas contrahentium. *deciſ.300.n.9.Panzirolo.*
Iura perſonalia cedi non poſſunt. *deciſ.300. num.6. Panzirolo.*
Iura perſonalia rei cohærentia competunt cuicumque ſingulari ſucceſſori. *deciſ.300.num.10.Panzir.*
Iura poſt ſententiam producta non ſuffragantur. *deciſ.306.nu 38.Ghiſilerio.*
Iura producta ſi quis repetierit cum partis citatione dicuntur effecta de actis nouæ inſtantiæ. *deciſ.256. num.3.Motmanno.*
Iura realia ex fideicommiſſo competentia præualere debent quibuſcumque hypothecis ab alijs, quàm à fideicommittente poſt ipſius fideicommittentis obitum. *deciſ.300.num 1. Panzirolo.*
Iura recognoſcenda ſunt, ad hoc vt probent, maximè ſtante oppoſitione partis. *d.130.n.16.Verosp.*
Iura per repetitionem æquè fiunt de actis, ac per productionem. *dec.256.nu. 3. Motmanno.*
Iura ſi ſint publica, & litteris legalitatis munita, minus obſtat, quod ſint recognita. *deciſ. 105. num.15.Ghiſilerio.*
Iuribus ſuis cenſetur quis vti voluiſſe, prout vtilius ad expeditionem, & actus perfectionem expedit. *deciſ. 146.num.4. Pirouano.*

IVRAMENTVM.

Iuramenti præſtatione, quando locus eſt, tunc adeundus Iudex Eccleſiaſticus, & non procurator Cæſaris, &c. *deciſ.159.num.12.& 15. Coccino.*
Iuramento appoſito in donatione, donans non præſumitur velle arctari, ſi donatarius non acceptauerit donationem, vel non adimpleuerit conditionem in ea poſitam. *d.27.num.15. Motmanno.*
Iuramenti proprietas eſt ſequi naturam actus, cui apponitur. *deciſ.27.num.15. Motmanno.*
in Iuramentum conſiſtit tota ſubſtantia depoſitionis teſtium. *deciſ.18.num.12.Ghiſilerio.*
Iuramentum habet virtutem faciendi actum irreuocabilem. *deciſ.9.num.23.Merlino.*
Iuramentum in contractu ſimulato non obligat, cū abſit conſenſus. *dec.11.nu.19.Panzirolo.*
Iuramento damnum paſſi, ſi ſtatuto caueatur, quod ſtetur, debet prius probari quod damnum fuerit datum, & poſtea eſt admittendus ad iurandum ſuper æſtimatione damni paſsi. *deciſ. 239. num. 14.Verospio.*
Iuramenta ſequuntur naturam contractus. *deciſ.11. num.21. Panzirolo.*
per Iuramentum quis non obligatur, niſi conſentiat, vel ratificet ille ad cuius fauorem fuit iuratum. *deciſ. 27. num.14 Motmanno.*
Iuramentum recipere eſt actus iuriſdictionis. *deciſ. 18.num.17.Ghiſilerio.*
de Iuramento, ſi conſtet in donatione facta abſenti donans cōpellitur ad obſeruationem erga abſentem. *dec.27.num.11.Motmanno.*
in Iuramento conſiſtit tota ſubſtantia teſtimonij. *deciſ. 120. num.3. Merlino.*
Iuramento probatur clericatus. *d.159.n.11. Coccino.*

IVRISDICTIO.

Iuriſdictionis eſſentialis actus eſt lex, & ſtatutum, vel conſuetudo. *dec.76.num. 3. Merlino.*
Iuriſdictionis actus eſt recipere iuramentum. *dec.18. num.17.Ghiſilerio.*
à Iuriſdictione, tamquam à cauſa efficiente, & neceſſaria emanant conſtitutiones omnes, & ſtatuta. *deciſ.76.nu.10 & 14.Merlino.*
de Iuriſdictionis defectu dari non poteſt, poſtquam quis conſenſit in Iudicem, & maximè poſt ſententiam. *dec. 306. num.14.Ghiſilerio.*
Iuriſdictio Iudicis prorogari non poteſt in præiudicium eius, cui conceſſa eſt ad effectum impediendi, vt is quandocumque cauſam ante latam ſententiam auocare non poſſit. *d.306.n.12. Ghiſiler.*
Sed ſecus eſt in præiudicium partis conſentientis. *ibidem num.12.*
ex Iuriſdictionis defectu ea, quæ ſunt nulla, non poſſunt reintegrari, ſeu confirmari. *dec.295. num.37. Ghiſilerio.*
Iuriſdictio abſque coërtione ex cauſa dari poteſt. *deciſ.295.num.32.& 33.Ghiſilerio.*

Iuriſdictionis defectus impedit executionem. *deciſ. 147. num.8. Motmanno*.

Iuriſdictionem quis exercere non poteſt in non ſuos. *deciſ.290. num. 4. Dunozet.*

de Iuriſdictione ſua executor debet eſſe certus. *deciſ.147. num.3. Motmanno*.

Iuriſdictio in proprium præiudicium comparentis prorogari poteſt. *deciſ.306.num.13.Ghiſilerio.*

in Iuriſdictionem Iudicis, ſi fuerit conſenſum per plures actus vt poſſit allegari ſuſpectus, quid requiratur. *deciſ.7.num.6. Carrillo.*

Iuriſdictio ſtatuendi ſuper rebus Eccleſiæ retinetur à Capitulo tāquam Eccleſiæ caput. *deciſ.76.n.11, Merlino*.

Iuriſdictionis conceſſio in ſtatu Eccleſiæ in dubio præſumitur feudalis, non autem facta titulo donationis. *deciſ.285. num. 6. Motmanno.*

Iuriſdictio inferioris præſumitur feudalis. *deciſ.285. num.1. Motmanno*.

Iuriſdictionis fundamentum ſi ceſſet, ceſſat etiam iuriſdictio. *deciſ.4.num.30.Ghiſilerio.*

Iuriſdictio cui eſt data, ea quoque conceſſa videntur, ſine quibus iuriſdictio explicari non poteſt. *deciſ. 295.num.22. Ghiſilerio.*

Iuriſdictio ſine coerctione, & coerctio ſine iuriſdictione præſcribi poteſt. *deciſ.295. n.34. Ghiſilerio.*

Iuriſdictio Archiepiſcopi, & vſus Archiepiſcopalis auctoritatis tām in ordine ad legē iuriſdictionis, quām in ordine ad legem Diœceſanam in quibus conſiſtat. *deciſ.22. num.3. Veroſpio.*

I V S.

Ius accreſcendi, vt inducatur non eſt ſufficiens ſola coniunctio naturalis niſi etiam concurrat coniunctiua vocatio. *deciſ 138. num.8. Panzirolo*.

Ius accreſcendi, vt ſit reſeruatum inter vocatos eſt ſufficiens coniunctiua vocatio. *deciſ. 138. num.9. Panzirolo*.

Iure actionis ſi fructus debeantur, & tanquam ſors principalis nouo iudicio, & de per ſe peti poſsūt. *deciſ. 3. num.67. Merlino*.

de Iure alterius vt detrahatur, hoc ſemper continet præſcriptio. *deciſ.57. num.25.Veroſpio.*

in Ius alterius qui ſuccedit, eius iure vti debet. *deciſ.164. num.19. Ghiſilerio.*

Ius calumnioſum impoſſibile eſt dare in executorialibus. *deciſ. 1. num.14. Coccino.*

Ius ciuile licèt ſit ſeruandum in Vrbe, hoc tamen non habet locum, quando Ius ciuile eſt expreſsè correctum per ius Canonicum. *deciſ. 30.num.35. Merlino*.

Ius ciuile ſeruandum eſt in Vrbe. *d. 30. n. 33. Merlino.*

Ius tribuit collatio alicuius rei, facta alicui. *deciſ. 250.num. 3.Ghiſilerio.*

Iuris conferendi quaſi poſſeſſionem, vt quis acquirat inter alia requiritur, quod ipſe credat vti iure ſuo. *deciſ.226. num.45.Ghiſilerio.*

ad Ius ſuum conſeruandum agens, non autem ad aliquid acquirendum per patientiam alicuius, probatio conſenſus illius non eſt neceſſaria. *deciſ.133. num.23 Pirouano.*

Ius decimandi poteſt concedi ex priuilegio Apoſtolico independenter à dominio loci, cui competit tale ius *deciſ.182. num.6. Veroſpio*.

de Iure Diuino eſt immunitas Eccleſiaſtica. *dec.159. num.5. Coccino.*

contra Iuris diſpoſitionem, quando eſt aliquis caſus ſtrictè eſt interpretādus. *deciſ.4.num.16.Ghiſilerio.*

Ius ſuum ſpontè deſerere nemo cogitur. *deciſ.211. num.3. Merlino*.

Ius eligendi in Canonicos Capitulum ex præſcriptione habere, acquirere poteſt. *deciſ.71. num.15. Macchiauello*.

Ius eligendi acquiri poteſt ex præſcriptione. *deciſ. 226. num 30. Ghiſilerio.*

Ius eligendi in Eccleſijs Collegiatis ſpectar ad Canonicos, & Prælatum. Inſtitutio verò ad Epiſcopum nu.4. & hæc eſt verior opinio, & quæ in Rota præualet. *deciſ.133 num.3. & 4. Pirouano.*

Iuris reſiſtentis error non excuſat à mala fide ad effectum reſtitutionis fructuum. *d.3.n.32. Merlino.*

cum Iuris errore, ſi allegetur error facti excuſat à mala fide. *deciſ.213.num.16.Veroſpio.*

Iuris error non poteſt excuſare à mala fide, ſi titulus, cuius cauſa aliquis eſt in poſſeſſione, eſt nullus, & à iure reprobatus. *deciſ.213. num. 11. Veroſpio.*

Sed iſta ſunt intelligenda, ſi ius illi expreſsè reſiſtat, non autem, ſi ei ſolum non aſſiſtat. *ibid.n.12*

in Iure, ſiue in facto ſi conſiſtat error in facto proprio non eſt tolerandus. *deciſ. 3. num.25. Merlino.*

Ius exequendi ſpatio 30. annorum legitimè ſine dubio remanet præſcriptum. *deciſ.1.num.4.Coccino.*

Ius exequendi, quid ſit. *ibid.num.4.*

à Iure multa permittuntur ob fugæ ſuſpicionem, quod alias non permitteretur. *d.4 nu.10.Ghiſiler.*

Ius de futuro, ideſt ius quod ſpe competit pacto cedi, & tolli poteſt. *dec.311.num.10. Motmanno.*

Ius honorificum tranſit cum vniuerſitate hæreditatis, ad inſtar iuriſpatronatus. *deciſ.53.num.3. Motmanno.*

Iuris ignorantia præſumitur in muliere ob ſexus fragilitatem. *deciſ.259 num.28. & 29. Ghiſilerio.*

Ius metiendum eſt ex parte actoris. *deciſ. 62. nu.26. Motmanno.*

Ius Metropolis reſpicit habere ſuffraganeos. *deciſ. 251. num.27. Motmanno*.

Iuris miniſterio non eſt opus, vt inducatur mala fides. *deciſ. 57.num.27. Veroſpio.*

Ius ex quo naſcitur, & renaſcitur fructus, eſt quid diuerſum ab actione, qua exigitur annua pecunia. *deciſ.235.num.9 Motmanno.*

Ius percipiendi penſiones in litem deduci non poteſt abſque apertiſſima calumnia, ſi reſeruatio ſit clara. *deciſ. 3. num.16. Merlino*.

Ius, & poſſeſſio alicuius, quando apertè per partem dicatur confeſſata. *dec.294. nu.7. Veroſpio.*

Ius contra aliquem, vt præſcribatur, requiritur eius patientia *deciſ.71. num. 19. Macchiauello*.

Ius percipiendi annuam reſponſionem ex rebus immobilibus eſt cenſus. *dec.235.n.1. Motmanno.*

in Iure præſentandi nō eſt habenda ratio minoris vocis, ſtante integritate vocis ex maiori voce conflata. *deciſ 72.nu.21. Pirouano*.

Iurium recognitio de ſtylo Rotæ poteſt fieri, quandocumque. *deciſ.106. num.16.Ghiſilerio.*

Ius regreſſus eſt merè fortuitum & incertum, cum plura accidere poſſint, quæ non debeāt eſſe locus eidem. *deciſ. 86. num. 14. Veroſpio.*

Ius renunciantis, quando habet aliquam mixturam

cum honore, & voluntate teſtatoris, tunc d. iuri renunciari non poteſt. *deciſ.*493. *num.*13. *Dunoz.*

Iuris rigor, quod relaxetur, & æquitas amplectatur, Papa poteſt hoc iubere. *d.* 167. *num.*5. *Panzirolo.*

Iuris rigor non dicitur remitti, ſi totaliter ab eius diſpoſitione recedatur. *deciſ.*18. *num.*5. *Ghiſilerio.*

Iuris rigorem, tunc Papa poteſt maximè relaxare, quando de nullius præiudicio agitur. *deciſ.* 167. *num.*5. *Panzirolo.*

Ius, quoad omnes facit ſententia lata in cauſa ſtatus. *deciſ.*44. *num.*6. & 7. *Coccino.*

Ius idem ſeruandum, vbi militat eadem ratio. *deciſ.* 40 *num.*18. *Ghiſilerio.*

Ius non petentis tertius allegare non poteſt. *d.* 262. *num.*12. *Merlino.*

de Iure tertij quis dare non poteſt. *deciſ.*8. *num.*14. *Dunozet.*

de Iure tertij opponi poteſt, quando eſt excluſiuum iuris agentis. *deciſ.*306. *num.* 32. *Ghiſilerio.*

de Iure tertij opponi non poteſt. *ibidem num.*31.

à Iure ipſo vniuerſali exigendi penſiones, vti fructus diſtincti poſſunt conſiderari penſiones. *deciſ.* 3. *num.*13. *Merlino.*

IVSPATRONATVS.

Iuſpatronatus, quando eſt acquiſitum pluribus perſonis, vti ſingulis, tunc in præſentatione non eſt neceſſarius ſimultaneus, & collegialis conſenſus, ſed vnuſquiſque poteſt ſeparatim, & de per ſe præſentare. *deciſ.*2. *num.*3. *Pirouano.*

Iuſpatronatus acquiritur, ſi Eccleſia fuit redotata, ſtante quod eius prima dos fuit perempta. *deciſ.* 29. *num.*54. *Ghiſilerio.*

pro Iuriſpatronatus adiudicatione, quæ ſint præcipua requiſita. *deciſ.*307. *num.*1. *Pirouano.*

Iuriſpatronatus aſſiſtentia, ex quibus bene doceatur. *deciſ.*221. *num* 3. *Panzirolo.*

Iuriſpatronatus canonizatoria non facile obtinetur ab Ordinario, cum agatur de eius intereſſe. *dec.*87. *num.*7. *Pirouano.*

de Iurepatronatus quando præſumatur beneficium. *deciſ.*221. *num.*5. *Panzirolo.*

in Iurepatronatus, quando agitur de concurſu habentium particulares voces, parum refert videre, an intrent in ſtirpes, vel in capita. *deciſ.*2. *num.*8. *Pirouano.*

Iuriſpatronatus confeſſiones, quando non agitur de canonizatione iuriſpatronatus contra libertatem Eccleſiæ, bene probant ipſius exiſtentiam in præiudicium confitentis. *deciſ.*221. *nu.*2. *Panzirolo.*

Iuſpatronatus non dicitur in eſſe deductum, ſi non adſit conſenſus Ordinarij, & erectio. *deciſ.* 209. *num.*5. *Pirouano.*

ad Iuſpatronatus quando deſcendentes ſunt vocati cum qualitate maſculinitatis, ſunt admittendi abſque hæredis qualitate. *deciſ.* 280. *num.* 8. *Vbaldo.*

in Iuriſpatronatus donatione præſumitur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicum ſpatio 30. annorum iuncta obſeruantia. *dec.*101. *num.*7. *Pirouano.*

Iuriſpatronatus donatio, vt ſuffragetur quid ſit probandum. *deciſ.*247. *num.*3. *Carrillo.*

Iuriſpatronatus donatio non valet, quando non interuenit conſenſus Ordinarij. *d.*37. *n.*9. *Dunozet.*

Iuriſpatronatus donatio facta loco pio, vel Eccleſiæ ſubſiſtetur etiam ſine conſenſu Ordinarij. *deciſ.*37. *num.*10. *Dunozet.*

Quæ concluſio non habet locum, quando cum iurepatronatus donatur etiam ipſa Eccleſia, quo caſu requiritur conſenſus Ordinarij. *ibid. num.*11.

Iuriſpatronatus donatio eſt nulla ex defectu conſenſus Ordinarij. *deciſ.*101 *num.*3. *Pirouano.*

Iuriſpatronatus donatio non reualidatur ex conſenſu Ordinarij ſuperueniente in præiudicium compatronorum, quibus medio tempore fuit quæſitum ex præſcriptione. *ibid. num* 4.

Iuſpatronatus, quando competit Eccleſiæ, ſeu perſonis Eccleſiaſticis ratione Eccleſiæ, cenſetur Eccleſiaſticum non obſtante, quod proueniat à laico, vel de bonis laici. *deciſ.*157. *num.*5. *Ghiſilerio.*

Et conſequenter huiuſmodi beneficia cadũt ſub regula reſeruatoria. *deciſ.* 157. *num.*6. *Ghiſilerio.*

Iuſpatronatus in Eccleſia Regulari, vt acquiratur, requiritur priuilegium Apoſtolicum in limine fundationis. *deciſ.*29. *num.*9. 16. 28. 29. *Ghiſilerio.*

in Iuriſpatronatus erectione interuenire debet auctoritas Ordinarij. *dec.*87. *num.*9. *Pirouano.*

Iuriſpatronatus exiſtentia, & effectuatio, quãdo dicatur plenè probata. *deciſ.*302. *nu.*8. *Panzirolo.*

ab Iuriſpatronatus erectione, ſi tranſiuerit tempus 100. annorum, inde ſufficiens titulus poteſt allegari. *deciſ.*87. *num.*6. *Pirouano.*

Iuſpatronatus tamquam merè directum & honorificum non tranſit ad fideicommiſſarium. declara vt num.5. & 6. *deciſ.*70. *num.*3. *Pirouano.*

Iuſpatronatus non tranſit in fideicommiſſarium. *deciſ.*206. *num.*5. & 14. *Coccino.*

Iuſpatronatus non tranſit ad fideicommiſſarios, ſed remanet penes hæredem inſtitutum. *dec.* 72. *n.*7. 14. 15. & 18. *Pirouano.*

Iuſpatronatus ſtante ſic voluntate teſtatoris ad fideicommiſſarium tranſit. *deciſ.* 170. *nu.* 6. & 8. *Pirouano.*

ad Iuſpatronatus, ſi filij ſint admittendi, vti ſucceſſores, illis viuente fundatore nullum ius acquiritur, & ideo illis irrequiſitis, poteſt in alium tranſferri. *dec.*37. *nu.*3. *Dunozet.*

Iuſpatronatus fundans pro ſe, & ſuis deſcendentibus, poſt completam ſtipulationem cum conſenſu Ordinarij, non poteſt illis præiudicare. *dec.*37. *num.*2. *Dunozet.*

Iuſpatronatus, qui fundauit pro ſuis filijs, & deſcendentibus abſque qualitate hæreditaria, an poſſit illis præiudicare. *deciſ.*37. *nu.*1. *Dunozet.*

Iuſpatronatus fundans præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione iuris communis. *deciſ.* 72. *num.*4. *Pirouano.*

Iuſpatronatus fundans pro ſe, & tali familia, nõ cenſetur ex hoc abdicaſſe Iuſpatronatus à ſeipſo, & eius hæredibus, ſaltem præmorientibus omnibus de familia vocata. *deciſ.* 37. *nu.*12. *Dunozet.*

de Iuriſpatronatus fundatione dubitari non poteſt, quin ſit effectuata, ſi dentur vltimæ præſentationes, poſſeſſione ſubſequuta per obitum immediatè præſentati. *deciſ.*87. *num.*4. *Pirouano.*

Iuſpatronatus fundans, ſi illud reſeruet pro ſe (& poſt eius mortem) alijs nominatim, iſta reſeruatio præſumitur facta de præſenti, ac ſtatim ius quæſitum eſt illis, & ſolum executio poſt eius mortem differtur. *deciſ.*37. *num.*11. *Dunozet.*

Iuſ-

Iuſpatronatus, quando quis fundauit pro ſe, & alijs ab eo nominatis, & in ipſo actu fundationis interuenit conſenſus Ordinarij, iſte conſenſus habetur pro approbatione tranſlationis, & perinde eſt ac ſi iuſpatronatus donaſſet. *deciſ. 37.n.4.Dunozet*.

Idq. facilius procedit ſi concurrat ſtipulatio d.Ordinarij promittentis Cappellam eſſe Iuſpatronatus dotantis, & nominatorum ab ea, quo caſu ius irreuocabiliter acquiritur etiam ſubſtitutis, poſt mortem alterius vocati. *Ibid num.5*.

in Iuriſpatronatus fundatione, ſi fuerit conuentum, vt illud pertineat ad perſonas Eccleſiaſticas, & illud exerceatur non tamquam Eccleſiaſticum, ſed Laicale, hoc ſtante de illo tamquam de Laicali etiam ad effectum excludendi reſeruationem, iudicandum eſt. *deciſ.* 157 *num. 7. Gbiſilerio*.

Et hoc fit, ne Laici ab operibus pijs abſtrahantur, quod contingeret, cōtra eorum diſpoſitiones beneficia ab eis fundata ſubijci regulis reſeruatorijs. *deciſ* 157. *num. 8. Gbiſilerio*.

Iuriſpatronatus qualitas an ſit gentilitia, quid ſit attendendum. *dec.* 307. *num.* 11. *Pirouano*.

Iuſpatronatus quando eſt gentilitium non tranſit ad extraneos, ſi ſuperſit aliquis de familia. *deciſ.*307. *num.*8.9. *&* 12. *Pirouano*.

in Iurepatronatus gentilitio præſentare debet antiquior de domo. *deciſ.*307.*num.6. Pirouano*.

Iuriſpatronatus qualitas gentilitia quando tranſeat in hæreditariam. *deciſ.*307.*num* 4. *Pirouano*.

Iuſpatronatus non præſumitur gentilitium, ſi fundator numquam fecerit mentionem agnationis. *dec.* 280 *num.6.Vbaldo*.

Iuſpatronatus non dicitur gentilitium ex eo, quod vocauerit filios, & deſcendentes ſtipitum per lineam maſculinam. *deciſ.*275. *num. 6. Vbaldo*.

Quia hoc ſolum concludit, quod fuerit contemplata qualitas deſcendentiæ maſculinæ, quæ fuit expreſſa. *Ibid. num. 6*.

Iuſpatronatus non præſumitur gentilitium, ſi fundator excluſit agnatos, vocando diuerſas familias abſque onere aſſumendi nomen, aut inſignia ſuæ familiæ. *deciſ.* 280. *num.6. Vbaldo*.

Iuſpatronatus, quando eſt gentilitium, tunc patroni ſunt admittendi in capita, & non in ſtirpes. *Ibid. num.* 4.

Iuſpatronatus regulariter de ſui natura tranſit ad hæredes etiam extraneos, *deciſ.*38.*n* 8. *Pirouano*.

Iuſpatronatus, ſi trāſit etiam ad hæredes extraneos, poteſt etiam tranſire ad hæredes fideicommiſſarios. *deciſ.72.num.*10. *Pirouano*.

Iuripatronatus naturæ non repugnat, quin poſſit tranſire ad ſecundum hæredem & vlteriorem. *dec.72.num.*12. *Pirouano*.

Iuſpatronatus quando dicatur hæreditarium. *dec.*307. *num.* 3. *Pirouano*.

Iuſpatronatus, quod ſit hæreditarium & non gentilitium, in dubio hoc ius præſumit. *deciſ.*275 *num.* 4. *Vbaldo*.

Iuſpatronatus quando eſt hæreditarium, & non gentilitium in eo deſcendentes admittuntur in ſtirpes, & non in capita. *deciſ.*275.*nu.*3. *Vbaldo*.

Iuſpatronatus præſumitur hæreditarium, ſi ſuper hoc adſit obſeruantia. *deciſ.* 275. *num.7. Vbaldo*.

Iuſpatronatus dicitur hæreditarium, ſi teſtator vocauerit hæredes ad illud nulla facta mentione agnationis. *ibid. num.* 5.

Iuſpatronatus an ſit hæreditarium, vel gentilitium, iſta dubietas bene poteſt declarari ex ſubſecutis præſentationibus effectum ſortitis. *ibid.num.*11.

Iuſpatronatus ex iuris præſumptione non gentilitium, ſed hæreditarium præſumitur. *ibid. num.* 5.

in Iurepatronatus hæreditario filiusfamilias nō concurrit cum patre ad præſentandum. *deciſ.* 82. *nu.* 10. *Panzirolo*.

Iuſpatronatus de ſui natura eſt merè hæreditarium. *deç.72.num.*1. *Pirouano*.

Iuſpatronatus non eſt de corpore hæreditatis. *deciſ.* 206.*num.*10. *Coccino*.

Iuſpatronatus competit in ſtirpes, quando eſt hæreditarium. *dec.72.nu.*21. *Pirouano*.

Iuſpatronatus eſt indiuiduum, & reſidet penes quēcumque Patronum inſolidum. *d.82.n.*1. *Panzirolo*.

Iuſpatronatus quando à principio eſt relictum quinque perſonis, ſi nominatus ſit præſentatus à deſcēdentibus à tribus ex dd. quinque perſonis, venit inſtituendus. *deciſ.*280.*num.*2. *Vbaldo*.

Iurapatronatus ſunt iura directa, & merè honorifica. *deciſ.72.n.6 Pirouano*.

Iurapatronatus ſunt iura merè honorifica ſeparata à commodo, & vtilitate. *deciſ.72.n.8. Pirouano*.

in Iuriſpatronatus materia attenditur vltimus ſtatus in præiudicium patronorum, qui alios ad compræſentandum admiſerunt. *deciſ.*101.*nu* 8.*Pirouano*.

in Iuriſpatronatus materia tempus 100. annorum habet vim immemorabilis, & inducit verum titulum. *deciſ.* 29 *num.*1. *&* 17. *Gbiſilerio*.

Iuſpatronatus liberorum remanet penes hæredem grauatum, & non tranſit ad fideicommiſſarium. *deciſ.206.num* 8 *Coccino*.

Iuriſpatronatus lis quando ſolum eſt inter præſentatos, & Ordinarius non eſt in cauſa, tunc licet ſimus in perſonis, in quibus cadat præſumptio vſurpationis non requiritur tam exacta probatio. *deciſ.* 302.*num* 8. *Panzirolo*.

Iuſpatronatus, quando eſt mixtum, nempe gentilitium cum qualitate hæreditaria, tunc illi, in quibus deficit qualitas gentilitia, non admittantur ad præſentandum. *deciſ.*209.*num.*1. *Pirouano*.

in Iuriſpatronatus materia obſeruantia multum venit attendenda, & maximè ſi ſit proxima fundationi. *deciſ.* 275.*num.*8. *Vbaldo*.

in Iuriſpatronatus materia poſſeſſor centenarius poteſt allegare titulum fundationis, vel alium meliorem titulum de mundo, & ei magis proficuum. *dec.29.num.*63. *Gbiſilerio*.

in Iurepatronatus priuatorum Conc. Trident. nihil innouauit. *deciſ* 29.*num.*4. *Gbiſilerio*.

Iuſpatronatus, ſi ſit ex priuilegio, non ſequitur ex hoc, non poſſe etiam eſſe ex fundatione, & dotatione. *deciſ.*29.*nu.*7. *Gbiſilerio*.

Cum poſſit impetrari priuilegium tempore fundationis, & dotationis pro conſenſu Papæ. *ibid.n.*7.

ad Iuſpatronatus an Communitas præſentare debeat vti vnum corpus, ex quo colligatur. *deciſ.* 82. *num.*5. *Panzirolo*.

ad Iuſpatronatus præſentatus, quando non requiratur, quod ſit ſctu Sacerdos. *deciſ.*221.*n.6.Panzir.*

ad Iuſpatronatus ſufficit, quod quis præſentatus ſit ab

à b eo, qui ex publicis documentis probatur Patronus . *dec.307.nu.14. Pirouano.*

ad Iuſpatronatus præſentatus non requiritur, quod ſit Sacerdos, ſi ea qualitas in fundatione non legatur. *dec.221.nu.15. Panzirolo.*

Iuſpatronatus, ſi quis impetret ſub prætextu quod patronus intra quadrimeſtre non præſentauit, plenè probare debet, quod d. patronus habuerit ſciētiam vacationis beneficij. *deciſ. 221. num. 10. Panzirolo.*

Iuſpatronatus, non eſt rigoroſè probandum, quando Ordinarius non eſt in cauſa, nec contenditur cū poſſeſſore tamquam de libero. *d.87.n. 8. Pirouano.*

Iuriſpatronatus probatio qualiter ſit faciēda per eos, in quibus cadit vſurpationis præſumptio. *deciſ.82. n.18 Panzirolo.* ſed declara, vel limita *n.19.& 20.*

Iuſpatronatus ex quibus benè probetur, quod ad aliquem ſpectet. *deciſ 221. num.7. Panzirolo.*

Iuriſpatronatus probatio, per inſtrumentum dotationis, vel erectionis, in iure non poteſt dari melius. *deciſ.67.nu.3. Pirouano.*

ad Iuſpatronatus concurrens, de eo non eſt habenda ratio, ſi non probet ad ſe ſpectare, neque de quaſi poſſeſſione præſentandi doceat. *deciſ.72.nu.18. Pirouano.*

Iuſpatronatus benè probari poteſt ex confeſſione partis aduerſæ, & maximè ſi fuerit geminata. *deciſ.221.nu.1. Panzirolo.*

ad Iuſpatronatus, quis non poteſt concurrere, ſi ei obſtet aliqua qualitas repugnans voluntati fundatoris. *deciſ. 72. num.5. Pirouano.*

Iuriſpatronatus qualitas, ſcilicet an ſit hæreditariū, vel gentilitium, aut familiare, vt inde cognoſci poſſit, quomodo vocati intrare poſſint ad præſentandum, quando ſpectanda non ſit. *deciſ. 2. num. 7. Pirouano.*

Iuſpatronatus eſt quid religioſum, & commodum pecuniarum non reſpicit, ſicut ius ſepulchrorum. *dec.206.num.10. Coccino.*

Iuriſpatronatus renunciatio non poteſt dici obſcura, & præſumpta, dum verba renunciationis ad aliud referri non poſſunt. *dec.133.nu.13. Pirouano.*

Iuriſpatronatus renunciatio præſumpta, & obſcura non ſufficit, ſed requiritur expreſſa. *ibid.num.11.*

Iuſpatronatus relictum pluribus perſonis nominatim diſtinctis, vnicuique cenſetur acquiſitum iuſpatronatus pro virili. *deciſ.2. num.1. Pirouano.*

Iuſpatronatus, ſi ſit relictum pluribus nominatis, & cuiuſlibet eorum deſcendentibus, cum iſti deſcendentes cōpræhenſi ſint ſub nomine collectiuo plurium graduum, & non proprio, qualiter vocati cenſeantur. *Ibid. nu. 2.*

Iuſpatronatus ſi ſit relictum quinque perſonis nominatim, & eorum deſcendentibus, tunc illæ quinque voces non poſſunt multiplicari, etiamſi mille deſcendentes ex vno ex dictis quinque reperirentur. *Ibid. num. 9.*

Qui quidem tantum ſunt cōſiderandi ad integrandam illam vocem, vel in totum, vel in maiori parte, ad hoc vt præſentatus dicatur habere illam vocem. *Ibidem num.10.*

Iuſpatronatus, cum ſit ſpirituale, ideo prohibitū eſt regulariter alienari, & hac de cauſa cedi non poteſt principaliter, ſed ſolum cum vno ex ijs corporibus quibus eſt annexum. *deciſ.228. num 13. Veroſpio.*

Iuriſpatronatus ſtatus non poteſt firmari ex actibus æquiuocis. *deciſ.275.num.10. Vbaldo.*

Iuſpatronatus tranſit ſub titulo vniuerſali, quo ſtante poteſt etiam tranſire ad fideicommiſſarium. *deciſ. 72.nu.11. Pirouano.*

Iurapatronatus non veniunt in reſtitutione fideicommiſſi, quia non concernunt corpus hæreditarium. *Ibid. num.14.*

Iuſpatronatus, quando transfertur cum vniuerſitate bonorum, conſenſus Epiſcopi nō eſt neceſſarium. *dec.206.num.27. Coccino.*

Iuſpatronatus quando transfertur in compatronum, non requiritur conſenſus Epiſcopi. *Ibid.num.28.*

Iuſpatronatus tranſit ſub venditione omnium bonorum. *deciſ.228.num.20. Veroſpio.*

ad Iuſpatronatus, quando ſunt vocatæ plures perſonæ ſub verbis appellatiuis, & nominibus proprijs, ad illud tamquam in viriles cenſentur inuitatæ. *deciſ. 125. num.1. Macchiauello.*

ad Iuſpatronatus cenſentur vocati in capita, quando ſunt vocati vti vnum corpus. *deciſ. 280. num.11. & 12. Vbaldo.*

Iuſpatronatus ſi ſpectat ad Vniuerſitatem, non ſpectat hominibus ſingulis, ſed vti vniuerſis. *deciſ.82. num.4. Panzirolo.*

Iuſpatronatus, ſi competat Vniuerſitati, & ſic non iure hæreditario filijfamilias poſſunt præſentare cum patre. *deciſ. 82. num. 10. limita num. 11. Panzirolo.*

de Iurepatronatus Vniuerſitatis quando agitur, hoc caſu ob timorem vſurpationis præter effectuationem præſentationum ſpatio 50. annorum requiritur immemorabilis. *dec. 302. num.6. Panzirolo.*

Iuſpatronatus, ſi competat alicui Vniuerſitati, Collegio, familiæ, &c. vti vniuerſos, tunc præſentatio fit in capita, & non in ſtirpes. *d.82.n.8. Panzirolo.*

Iuſpatronatus ſi ſpectet ad plures familias, Collegia, vel Vniuerſitates, & ſimul conueniunt ad præſentandum, non vti diuerſa corpora, ſed tantum vnū, tunc tale iuſpatronatus competit in ſtirpes. *deciſ. 82. num 9. Panzirolo.*

Iuſpatronatus præſumitur etiam ex vſurpatione, licèt potentia ſit extra locum beneficij, ſi tamen ea influat in d. locum. *deciſ.282.nu.24. Veroſpio.*

Iuſpatronatus, licèt tranſeat cum Vniuerſitate vendita, non poteſt tamen transferri in caſu, quo illud principaliter expreſſum fuerit in ipſa venditione Vniuerſitatis. *deciſ.173. num.28. declara 29. 30. & 31. Veroſpio.*

Iuriſpatronatus præſumptio vſurpationis cadit etiā in Vniuerſitatibus paruis. *d.82.n.16. Panzirolo.*

Iuſpatronatus, quando prætenditur à perſonis potentibus, cum intret præſumptio vſurpationis, non ſufficit allegare titulum fundationis, & dotationis, ſed requiruntur præſentationes continuatæ ſpatio 50. annorum, & probari poſſeſſionem temporis immemorabilis. *d.29 nu.5.& 62. Ghiſilerio.*

Iuſpatronatus, quando eſt ſuſpectum de vſurpatione ad illud probandum requiritur immemorabilis ante Concil. *deciſ 247.num.4. Carrillo.*

Poſt vero Concilium immemorabilis cum præſentationibus continuatis ſpatio 50.annorū. *ibid n.5.*

Iuſſio

Digitized by Google

Iuſſio Signaturæ Iuſtitiæ, debet intelligi prout de iure. *dec.52. num.7. Pirouano.*

Iuſtè poſſidet, qui auctore Prætore poſſidet. *deciſ. 123. num.2. Carrillo.*

IVSTIFICATIO.

Iuſtificationis litterarum Apoſtolicarum preſumptio intrat ex effectuatione vera & clara. *deciſ.50. n.2. Macchiauello.*

Iuſtificationis præſumptio inducitur ex lapſu 30. annorum. *deciſ.174. num.14. Buccabella.*

Vide infra in verbo Litteræ Apoſtolicæ.

Iuſtitiæ ſententiæ præſumptio oritur ex executorialibus. *deciſ.1. num.15. Coccino.*

Iuuenis, vel ſenex ad hoc vt quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis ſecundum ſubiectam materiam. *deciſ.93. num.8. Dunozet.*

Iuuenes vocantur in Ciuitate Bononiæ, potius reſpectu ſexus ad differentiam fœminarum, quàm reſpectu ætatis. *deciſ.93. num.9. Merlino.*

L

LÆSIO.

LÆſio omnis preſumpta excluditur ex ſententia abſolutoria, quæ in iudicatum tranſiuit. *deciſ. 187. num.8. Panzirolo.*

de Læſione, quando conſtat, tunc conceſſio bonorũ Eccleſiæ nullatenus tenet. *d.36. n.14. Buccabella.*

Vide ſupra in verbo Alienatio bonorum Eccleſiæ.

Læſio ſolet dolum arguere, & bonam fidem adſtruit. *deciſ.3 num.29. Merlino.*

Læſio eſt fundamentum reſtitutionis. *deciſ. 50. n.1. Veroſpio.*

LAICVS.

Laicus, vt ſine peccato poſſit retinere decimas, quid requiratur. *deciſ. 103. num.13. Coccino.*

Laici, vt dicantur capaces decimarum præter immemorabilem, ſat eſt ſola probatio priuilegij in genere, nec opus eſt, vt appareat etiam de cauſa, propter quam idem priuilegium dicatur conceſſũ. & ſic DD. in hac materia loquuntur. *deciſ. 182. num.35 & 36. Veroſpio.*

Laicus, vt ſit capax decimarum, præter probationem immemorabilis probari debet fama priuilegij Apoſtolici. *deciſ.182. num.24. Veroſpio.*

Laici non poſſunt retinere, nec præſcribere decimas, niſi doceant in feudum, vel legitimam conceſſionem ab Eccleſiã recipiſſe. *dec.193. nu.20. Coccino*

Laicus bene poteſt poſſidere decimas, ſi ei debeantur in recognitionem dominij, ſiue ex cauſa Tributi, qnarum reſpectu non poteſt conſiderari contra eum aliqua reſiſtentia iuris, cum non participent de aliquo iure ſpirituali. *deciſ.22. nu.14. Veroſpio.*

Laici ante Concil. Lateranenſe erant capaces decimarum, ſed contraria opinio eſt verior. *deciſ.193. num.22. Coccino.*

Laici ſunt incapaces iuris decimandi. *deciſ.128 n.2. Pirouano.*

Laicus eſt incapax decimarum abſque probatione immemorabilis, & fama priuilegij. *deciſ.128. n.12. Pirouano.*

Laicus poſſeſſor decimarũ nõ iuuatur ea, poſſeſſione niſi probetur cum fama priuilegij Apoſtolici, dum verſamur in eo, qui non probat poſſeſſionem ante Concil. Lateranenſe. *deciſ.137. num.7. Pirouano.*

Laicus non habet dominium ſuper primitijs aut decimis. *dec.192. num.19. Pirouano.*

Laici ſunt incapaces decimarum, & ideo non poſſunt per ſolam immemorabilem capaces fieri. *deciſ. 103. num.10. & 11. Coccino.*

Laicus allegans titulum infeudationis decimarum ante Concil. Lateranenſe, non eſt ligatus priuilegijs illorum, qui habent exemptionem, de illis nõ ſoluendis. *deciſ.103. num.9. Coccino.*

Laicus habens decimas ex titulo Apoſtolico, efficiũtur eæ de illius patrimonio. *ibid. num.15.*

Laici non ex eo, quod ſi ſint effecti capaces decimarum, d. decimæ ſunt execratæ, vt dicimus de iurepatronatus. *ibid. num.18.*

Laici ante Coneilium Lateranenſe omninò non erãt incapaces decimarum. *ibid. num.8.*

Laici tàm ante, quàm poſt Concil. Lateranenſe fuerunt incapaces decimarum. *d.193. nu.19. Coccino.*

Laicus nõ poteſt prætendere decimas eccleſiaſticas ad ſe pertinere, niſi probet tempus immemorabile, vna cum fama conceſſionis priuilegij Apoſtolici. *deciſ.56. num.1. Coccino.*

Laicus, vt ſit capax decimarum, requiritur, vel priuilegium Apoſtolicum vel conceſſio feudalis ante Concil. Lateranenſe. *deciſ.103. num.12. Coccino.*

Laici non probant ius decimandi ad eos, pertinere docto de poſſeſſione, cum illa non releuet ad effectum dominij, niſi ſit immemorabilis, & cũ fama priuilegij. *deciſ.128. num.3.4. & 9. Pirouano.*

Laicus, vt poſſit percipere decimas requiritur, vel titulus priuilegij, vel probatio immemorabilis cum fama eiuſdem priuilegij. *d.22. n.10. Veroſpio.*

Laicus nullũ ius, nullamq. actionem habere poteſt ſuper decimis poſt Concil. Lateranenſ. *deciſ.180. num 19. Pirouano.*

Laicus ad effectum percipiendi decimas allegando immemorabilem cum fama priuilegij, non dicitur allegare meliorem titulum de mundo. *deciſ. 193. num.17. Coccino.*

Laico vt debeantur decimæ, quid ſit probandum. *deciſ.22. num.14. Veroſpio.*

Laicis ante Concilium Lateranenſe, Epiſcopi, & alij Prælati inferiores poterant eis decimas in feudũ dare. *deciſ.103. num.8. Coccino.*

Laicus habens immemorabilem pro ſe, cum fama priuilegij ad effectum percipiendi decimas, poteſt allegare infeudationem ante Concil. Lateranenſe. *ibidem num. 7.*

Laieo ad effectum percipiendi decimas, non ſufficit ſola immemorabilis, & n.14. *ibid. num. 15.*

Sed cum ea debet interuenire, vel fama priuilegij, vel recognitio feudalis, vel aliud æquipollens. *deciſ.193. num. 16. Coccino.*

Laici ſunt ineapaces decimarum cum ſint ſpirituales. *deciſ. 193. num.18. Coccino.*

Laicus decimarum temporalium eſt capax, & ideo in earum executione impediri non poteſt. *deciſ. 180. num.20. Pirouano.*

Largitio magna præſumitur facta ſanguine coniunctis, dum ſuppetunt diuitiæ, & concurrit nobilitas. *deciſ.68. num.73. Merlino.*

LAVDEMIVM.

Laudemium debetur Domino directo occaſione conſenſus præſtiti. *deciſ.40.num.10.Ghiſilerio.*
Laudemium cur recipere debeat emphyteuta in ſub emphyteuticatione, non videtur quæ ſit ratio, cum in eo ceſſet qualitas dominij. *deciſ.40. n.12. & 13. Ghiſilerio.*
Laudemium ſemper debetur illi, qui eſt maior dominus, & ſic directo. *deciſ.40. num.5. Ghiſilerio.*
Laudemij ſolutio confert ad probandum directum dominium eius, cui ſoluitur. *d.234.n.5. Pirouano.*
Laudemiorum loco ſuccedunt quindennia. *deciſ.40. num.30. Ghiſilerio.*

LAVDVM.

Laudum initum inter partes non obſtat, quando per tres ſententias fuit ſublatum. *deciſ.296. num.5. Motmanno.*
Laudum, quando eſt per ſententiam declaratum nullum, non eſt amplius habendum in conſideratione. *deciſ.301.num.6.Motmanno.*
contra Laudum ratificatum veniri non poteſt. *deciſ. 65. num.3. Coccino.*
Laudum interpretari debet ſecundum Iuris diſpoſitionem. *dec.65.num.6.Coccino.*
Laudum ita interpretari debet, ne contineat iniuſtitiam, vel abſurdum. *deciſ.65. num.11. Coccino.*
Laudum à partibus emologatum habet vim ſententiæ, & rei iudicatæ. *deciſ. 65. num.1. Coccino.*
Lauda ſunt ad inſtar ſententiarum. *d.65.n.8.Coccino.*
Laudum ratificatum dicitur tranſactio. *deciſ.65. n.3. Coccino.*
Laudum eſt ſtricti iuris, & ideò non poteſt extendi ad caſum non expreſſum. *deciſ.76.nu.13. & 14. Merlino.*

LEGATARIVS.

Legatarius conditionalis, dum agit de auocandis bonis à creditoribus, quibus medio tempore fuit ius quæſitum, tunc intrat quæſtio, an hypotheca retrotrahatur in illorum præiudicium. *deciſ. 17. num.11. Panzirolo.*
Sed ſecus eſt, ſi legatarius concurrat cum ipſis creditoribus, & vti legatarius petat præferri in bonis defuncti, & creditores veniunt ex contractibus initis cum hærede, quo caſu, cum conditio ſit purificata, abſque vlla difficultate legatarius debet præferri. *Ibidem num.12.*
Legatarius non poteſt vti beneficio vniuerſalis hæredis, *deciſ.8.num.7. Dunozet.*
Legatario ſtatim poſt mortem teſtatoris debentur fructus rei legatæ, cum dominium ſequantur. *deciſ.189.num.6.Panzirolo.*
Legatarius petere poteſt ſeparationem bonorum teſtatoris à bonis hæredis, vt ex his prius ipſi, quàm creditoribus hæredis ſatisfiat. *deciſ. 17. num.13. Panzirolo.*
Legatarios fraudare, & eludere à ſuis legatis in poteſtate hæredum ſtare non debet. *ibidem num.5.*
Legatario etiam ignoranti acquiritur dominium rei legatæ. *dec.189.num.5.Panzirolo.*

LEGATVM.

Legatum cenſetur ademptum per teſtatorem ipſū, quando ſuperuenit inimicitia ipſo viuente, etiamſi ab ipſo præceſſerit, quia præſumitur ipſum pœnituiſſe. *deciſ.190.nu.32. Panzirolo.*
in Legatis annuis fructus debentur decurſi, nedum ante motam litem, ſed etiam ante apertas tabulas, & ante aditam hæreditatem ſtatim poſt mortem teſtatoris. *dec.3. num.8. Merlino.*
Quod procedit etiamſi ignotum fuerit tale legatum ipſi legatario deberi, nam adhuc termini decurſi ei deberentur. *ibidem num.9.*
Legatum annuum à marito vxori factum diſtribuendum pro exoneratione illius conſcientiæ, validū eſt abſque fraudis ſuſpicione. *d.245.n.29.Ghiſiler.*
Legatum, nullo modo poteſt appellari præceptum teſtatoris tendens ad implendam obligationem iam ab eo contractam. *deciſ.241.nu.35.Ghiſilerio.*
Legatum factum ſolis Canonicis, vel ſoli Epiſcopo, cenſetur adhuc relictum vniuerſo Clero, & Eccleſiæ. *deciſ 60.num.40. Merlino.*
Legato facto Ciuibus, ſeu Decurionibus Ciuitatis non cenſetur conſiderata perſona ipſorum, ſed Vniuerſitas, & totius Ciuium ambitus iure ſocietatis. *dec.76.nu.15. Merlino.*
pro Legatis conditionalibus in quantitate relictis hypotheca non debet incipere à die mortis teſtatoris, ſed purificatæ conditionis. *deciſ.17. num.1. contra nu.3. declara prout nu.7. & 8.Panzirolo.*
in Legatis ſpeciei conditionalibus, purificata conditione, hypotheca retrotrahitur ad diem obitus teſtatoris, & alienatio medio tempore facta reſoluitur ipſo iure. *deciſ.17.num.2.Panzirolo.*
in Legatis conditionalibus certæ quantitatis, purificata conditione hypotheca non retrotrahitur à die conditi teſtamenti, vel mortis teſtatoris. *deciſ. 205.num.8.Buccabella.*
pro Legatis conditionalibus, etiam in quantitate conſiſtentibus, datur hypotheca à die obitus teſtatoris ante euentum conditionis. *deciſ.17.nu.3. Panzirolo.*
in Legato eſt ſpeciale, quod dominium tranſeat rei legatæ in legatarium ipſo iure, quod non procedit in fideicommiſſo. *deciſ.189.num.25.Panzirolo.*
Legata adimendi facultas, eſt materia odioſa, & propterea ſtrictè venit interpretanda. *dec.190 nu.19. Panzirolo.*
Legata minuendi, & adimendi facultas conceſſa hæredi, intelligitur reſtricta ad caſum diſpoſitionis inter viuos, non autem vltimæ voluntatis. *deciſ.190. num.1. Panzirolo.*
Sed ab iſta regula receditur, ſtantibus coniecturis in contrarium. *Ibidem num. 2.*
Legata adimendi facultas conceſſa hæredi, intelligitur dummodo bona fide, & non malo animo fiat. *ibid.num.26. & 30.*
Legata adimendi facultas data alteri, non intelligitur data etiam ex cauſa odij gratis proueniente ab eo, qui talem facultatem habet. *ibid. num.33.*
Legata adimendi facultas, qualiter data intelligatur. *deciſ. 104.num.13. Panzirolo.*
Vide ſupra in verbo Facultas.
Legata adimendi facultas, ſi ſit relicta hæredi, quoad naturaliter vixerit, intelligitur data facultas, ſi diſponat inter viuos, ſecus ſi in vltima voluntate. *deciſ.231. num.2. Merlino.*
Legatum non inducitur ex tacita voluntate, ſed fideicommiſſum. *deciſ.189. num.27. Panzirolo.*
Legatum factum alicui, qui nondum eſt natus, ſe-

ſequuta

quuta natiuitate, à dicto tempore debentur fructus legati, non autem à die litis conteſtatæ cum tali caſu non obſtet bona fides grauati *ibid.nu.8.*

Legatum an debeatur alicui, quando eſt dubium, fructus dicti legati ab hærede non ſunt reſtituendi, niſi à die declarationis, quo fuit interpretata voluntas teſtatoris, *Ibidem num.*20.

in Legatis ſemper ſumenda eſt ea interpretatio, quæ ſit contra legatarios, & minus noceat hæredi. *decis.239.num.6. Veroſpio.*

Legati interpretatio non eſt facienda ad fauorem hæredis in dubio, ſed legatarij, quando maritus legat vxori, *decis.239.nu.12. Veroſpio.*

Legatum eſt latè interpretandum ſtantibus pluribus argumentis beneuolentiæ, quæ teſtator legatario oſtendit in teſtamento. *decis.239. num.*11. *Veroſpio.*

Legatum non ſtrictè interpretandum ſtante coniunctione, quæ intercedit inter legatarium, & teſtatorem. *decis.*239. *num.*10. *Veroſpio.*

Legatum quando venit interpretandum, attendi debet communis vſus loquendi. *d.239.n.4.Veroſpio.*

Legatum factum à muliere ſecundo viro, vt pro eius anima illud diſtribuat, validum eſt, & non debet iudicari in fraudem. *decis.245. num.27. Ghiſilerio.*

Legatum quando mulier vult acceptare, an in mandato requirantur ſolemnitates ſtatutariæ. *decis.* 9. *num.44. Merlino.*

in Legato pio facto à muliere ceſſat omnis ſuſpicio fraudis. *decis.* 245.*num.*28. *Ghiſilerio.*

Legatum quando eſt purum, ipſo iure tranſit in legatarium, ſeu fideicommiſſarium, cum acquiſitione fructuum à die tranſitus. *decis.*189. *num.* 21. *Panzirolo.*

Sed iſta regula non procedit, quando dominium rei legatæ in eos ipſo iure non tranſit, ſed opus eſt traditione, ſeu conſtitutione hæredis. *ibid nu.*22.

Legatum in dubio non cenſetur relictum animo cõpenſandi debitum, ab iſta tamen regula receditur ex coniecturis. *decis.312.nu.4. & 5.Panzirolo.*

Legatum relictum filio maſculo, qui natus eſſet tempore mortis teſtatoris, debetur etiam ſi filius naſcatur poſt mortem dicti teſtatoris. *decis.* 189. *num.*19. *Panzirolo.*

in Legatis relictis alicui loco, Eccleſiæ, &c. ſi perſonæ aliquæ in eis exprimantur, cenſentur ſtare demonſtratiuè. *decis.76 nu* 17. *Merlino.*

Legatum relictum Ædituo Templi, ſeu Hieroſilaci, non ipſius perſonæ, ſed templo, & ſacris ædibus, quarum ipſe cuſtodiam gerit, factum cenſetur. *decis.76.num.16.Merlino.*

Legatum relictum Capitulo, non cenſetur, & relictum Beneficiatis, cum appellatione Capituli non veniant Beneficiati. *decis.* 59.*n.*37. & 38. *Merlino.*

in Legatorum reuocatione regulariter non comprehenduntur legata conditionalia, & difformia. *decis.97.num.*11. *Dunozet.*

Legata, & debita præſumuntur ſoluta ex pecunijs hæreditarijs, non autem proprijs hæredis grauati. *dec.164. num.5. Ghiſilerio.*

Legatum, quando non eſt expreſſum, ſed tacitum, non poteſt dici propriè legatum, ſed fideicommiſſum. *decis.* 189. *num.24. Panzirolo.*

pro Legatis conſequendis non competit via executiua. *decis.241. num.34.Ghiſilerio.*

pro Legatis non competit via executiua. *decis.* 168. *num* 8. *Ghiſilerio.*

Legatum vſusfructus an imputetur in legitimam. *decis.291.num.6.Merlino.*

LEGITIMATIO.

Legitimatio plena dari poteſt, quæ tamen habeat effectum ſucceſſionis limitatum. *decis.200. nu.* 3. *Veroſpio.*

in Legitimatione eſt ſpeciale, vt declaretur à verbis eiuſdem petitionis adeò vt ſolum haberi poſſit ratio formæ. *decis.* 200 *num.4.& 5. Veroſpio.*

Legitimatio, ſi conceſſa fuerit ad effectum, vt filius ſuccedere poſſit ex voluntate patris, non competit illi querela inofficioſi, ſeu ius petendi ſupplementum legitimæ. *decis.200.n.11.& 13.Veroſpio.*

LEGITIMA.

Legitima, quando aſſignatur filio, non debent eligi viliora corpora hæreditaria, ſed poteſt filius, vel quæcumque alia perſona, cui illa debita ſit, eligere etiã vnum ex melioribus corporibus hæreditarijs, dummodo aliud ſimile in hæreditate remaneat. *decis.198.num.18.Veroſpio.*

Legitimæ aſſignatio non debet fieri auctoritate Iudicis, & eo maximè, quando ille cui ea debebatur, illam vendidit bona fide, ſubſtineri debet alienatio, nec poteſt à fideicommiſſario retractari. *decis.298. num.19 Veroſpio.*

Legitima, licèt debeatur ex ſingulis corporibus hæreditarijs, cum ſit portio bonorũ, quæ quis habiturus eſt ab inteſtato. *d.198.n.16.& 21.Veroſpio.*

Tamen ne contingat ſcindi ſubſtantiam vniuerſi patrimonij, poteſt illa aſſignari etiam in vno, vel pluribus corporibus hæreditarijs. *Ibidem num.* 17.

Legitimæ quantitas an ſit minuenda habita ratione æris alieni. *decis.198.num.20.Veroſpio.*

Legitima eſt portio ſucceſſionis debitæ ab inteſtato. *dec.200. num.12.Veroſpio.*

Legitimæ ſupplementum, quando petitur, pro eo nõ datur retentio, ſed competit actio perſonalis contra hæredes à quibus petendum eſt. *decis.* 291. *num.* 7. *Merlino,*

Legitimæ loco ſuccedunt dotes filiarum. *decis.*126. *num.36. Ghiſilerio.*

Legitima in bonis matris debetur filijs. *decis.* 220. *num.*4. *Buccabella.*

Legitimæ ſupplementum, quando petitur, non competit retentio, ſed tantum actio perſonalis. *dec.*9. *num.42. Merlino.*

in Legitima filius ſibi præiudicat, ſi acceptet legatum vſusfructus ſibi à patre loco legitimæ relictũ. *decis.9. num.*43. *Merlino.*

Legitima filij conſolidatur cum ſuis bonis, & efficitur vnum patrimonium. *decis.74.n.6.Buccabella.*

L E X.

Leges, vt non habeant locum in ſuo teſtamento, quis non poteſt ordinare. *dec.30.nu.*17. *Merlino.*

à Lege, ſi aliquid ſit præfinitum id ſequendum eſt, *decis.183.num.*11. *Veroſpio.*

Lex, ſi in aliquo caſu non proſpexiſſet, tunc ratio naturalis, ipſaq. rei æquitas vim legis habet, ac pro lege allegari poteſt. *decis.194.n.45.Dunozet.*

Legis cauſa efficiens eſt poteſtas. *decis.107. num.2. Veroſpio.*

Legis

Legis effectus eſt mouere efficaciter ad virtutem. *deciſ.* 107. *num.*9. *Veroſpio*.

Lex diffamari duo habet iudicia, & quæ. *deciſ.* 57. *num.*32. *Veroſpio*.

Leges Ciuiles in materia matrimonialij ſacras debent ſequi, & imitari regulas. *dec.*58.*n.*4 *Merlino*.

Legibns ſolent eſſe exoſi illegitimi, vti excitantes memoriam impudicæ originis,& creduntur imitatores paternæ impuritatis *deciſ.*30.*n.*40.*Merlino*.

Leges moribus coaleſcunt. *deciſ* 76.*num.*6.*Merlino*.

Lex pro commnni omnium vtilitate ferenda eſt. *deciſ.* 107.*num.*18.*Veroſpio*.

Legis præcipua virtus, & conditio eſt,vt ſit communis omnibus. *dec.* 107. *num.*17.*Veroſpio*.

Leges 12. tabul. ſic caſtitatem adamarunt, vt abiecerint omnem pietatem. *d.*30.*num.*30. *Merlino*.

Legis, aut Conſtitutionis Eccleſiaſticæ finis præcipuus,& particularis eſſe debet, humanas actiones ad æternam fœlicitatem,& ſalutem dirigere. *deciſ.* 107.*num.*16.*Veroſpio*.

Lex, ſi non reſiſtat voluntati teſtatoris, eſt executioni demandanda. *deciſ.*77. *num* 34. *Panzirolo*.

Lex noua non poteſt trahi ad præterita. *deciſ.* 167. *num.*17. *Panzirolo*.

Lex eadem eſt ſeruanda vbi militat eadem ratio. *deciſ.*136.*num.*10. *Ghiſilerio*.

L I B E R.

Libris per Miniſtros Legales tentis, & in Archiuijs conſeruatis ſtandum eſt. *deciſ.*234. *n.*4. *Pirouano*.

Liber priuatus contra tertium non probat. *deciſ.* 226.*num.*41. *Ghiſilerio*.

Liber priuatus, licet eſſet recognitus, non probat. *dec.*226. *num.*41. *Ghiſilerio*

ex Libris priuatis ſi ſit extracta partita, fidem non facit in præiudicium tertij. *deciſ.*57.*n.*4.*Veroſpio*.

Liber Baptiſmatis ex communi conſuetudine probat ætatem. *dec.*213.*num.*3.*Veroſpio*.

Libro Ciuitatis an ſtandum ſit, ad cognoſcendum quo titulo nonnulla bona ad aliquem peruenerunt. *deciſ.*125.*num.*13.*Macchiauello*.

Liber Eccleſiæ, quando ſoleat plenam probationem facere. *dec.*152.*nu.* 8.*Veroſpio*.

Libris Viſitationum eſt fides adhibenda, ſi cõtineant ea, quæ ad officium viſitantis ſpectant. *deciſ.* 152. *num* 9. & 10. *Veroſpio*.

Liber ſi ſit antiquus, & quod in eo eſt notatum, ſi non contineat præiudicium tertij, ei creditur. *deciſ.*152. *num.*7.*Veroſpio*.

Liber memorialis contra ſcribentem probat. *deciſ.* 127.*num.*9.*Merlino*.

Libri ſcripti ab Officialibus ad hoc deputatis, probant. *deciſ.*19.*num.* 3. *Carrillo*.

Liber erroneus in quibuſdam præſumitur, etiam erroneus in reliquis. *deciſ.* 111.*n.*7.*Macchiauello*.

Libri ſi continent ea, quæ ad alicuius officium ſpectant, eis credendum videtur. *deciſ.*213. *num.*15. *Veroſpio*.

Liber tertij non probat contra tertium. *deciſ.* 116. *num.*7. *Motmanno*.

Liberè ad aliquem,vt aliqua res dicatur tradita,quid requiratur. *deciſ.*97. *num.*2. *Dunozet*.

inter *Liberos* ſi ſit factum teſtamentum, vt valeat, quid ſufficiat, *dec.*108. *nu.*2. *Motmanno*.

Vide infra in verbo Teſtamentum inter liberos.

Libertas eſt res inæſtimabilis. *deciſ.* 254. *num.* 65. *Matthaio*.

L I B E L L V M.

Libello vnico poſſunt agere plures conſortes litis, ſi ita conſentiant. *dec.*218.*num.*24. *Ghiſilerio*.

Libelli, & citationis vim habet monitorium. *dec.*4. *num.*24. *Ghiſilerio*.

Libellus requiritur ad effectum introducendi litem, ſtante ſtylo Curiæ. *deciſ.* 123.*num.*7. *Carrillo*.

Libelli vim habet monitorium. *d.*295.*n.*17.*Ghiſiler*.

L I B E R A L I T A S.

Liberalitatis, ac munificentiæ præſumptio oritur ex nobilitate. *dec.*68.*nu.*24.& 70.*Merlino*.

Liberalitas, necnon munificentia ex quibus comprobetur. *dec.*68.*num.*38. *Merlino*.

in Liberalitatem, quando quis non eſt propenſus, tunc multò magijs reijcienda venit præſumptio donationis. *dec.*69.*num* 7.*Merlino*.

Liberalitas eſt propria, & peculiaris virtus nobilitatis. *dec.*69. *num.*25. *Merlino*.

L I C E N T I A.

Licentias audiendi confeſſiones ab aliquo Monaſterio petita Ordinario, & acceſſio ad publicas ſupplicationes, citra ius, & nomen ſubiectionis contringere non poſſunt. *dec.* 203. *num.*14. *Pirouano*.

Licentiam ad aliquid alienandum, ſi quis obtinuerit, dicitur conſumpta in actu alienationis. *deciſ.* 228.*num.*24. *Veroſpio*.

Licentia obtenta ad maiorem cautelam non poteſt inualidare actum alids ex ſui natura validum. *deciſ.* 228.*num.*22.*Veroſpio*.

Licentia data à teſtatore alienandi bona in caſu maximè neceſſitatis,intelligitur de neceſſitate fatali, vel naturali, non autem de voluntaria. *deciſ.* 24. *num.*23. *Dunozet*.

Licentia obtenta ad aliquid peragendum, ſi ea non erat neceſſaria, nocere non debet. *deciſ.* 173. *num.*2.*Veroſpio*.

Licitatores, poſtquam obtulerunt, non poſſunt oblationi renunciare, ſed remanent obligati, nec poſſunt ſe pœnitere, niſi reipublicæ expedierit. *dec.* 113.*num.*13.*Roias*.

Vide infra in verbo Subbaſtatio.

L I N E A.

Lineæ fœmininæ principium eſt fœmina. *deciſ.* 33. *num.*4. *Coccino*.

Lineæ appellatione regulariter venit ſolum linea effectiua vocatorum. *d.*97.*num.*7. *Dunozet*.

Lineæ appellatione veniunt omnes deſcendentes. *deciſ.*97.*num.*8. *Dunozet*.

Linea maſculina alicuius familiæ, quando vocatur ad fideicommiſſum, in eo fœminæ agnatæ non comprehendnntur. *deciſ.*33.*num.*1. *Coccino*.

Quodque magis procedit,quando adſunt illa verba, familia maſculina, ex quibus apparet, quod non tantum fuit contemplata agnatio ſimpliciter, ſed agnatio maſculina. *ibid. num.*2.

L I M I T A T A.

Limitatio eſt exceptio,quæ modificat actum. *deciſ.* 300.*num.*4.*Panzirolo*.

Vide ſupra in verbo Confinis.

de *Limitibus* probandis inter Eccleſias, in antiquis, admittuntur leuiores probationes. *deciſ.*63 *num.*3.*Buccabella*.

Limi-

Limitatio debet intelligi præterquam quo ad expreſſa. *deciſ.6 num.12. Coccino*.

LIQVIDATIO.

Liquidatio fructuum, & expenſarum quando adſunt plures creditores, ſi non fiat omnibus citatis non valet. *dec.199.num.7. Panzirolo*.

à Liquidatione ſemel datur appellatio. *deciſ. 171. num.4.Coccino*.

Et ideò, quando ab illa non appellatur, cenſetur pars illi acquieuiſſe, nec poteſt illam impugnare, ſi de nullo errore doceatur. *deciſ.171.n.5.Coccino.*

Liquidatio niſi ſit facta, non datur declaratoria. *deciſ.90. num 10.Coccino.*

Vide ſupra in verbo Declaratoria.

de Liquido ad non liquidum non datur compenſatio. *deciſ.301. num.5.Motmanno*.

LIS.

ex Litibus diuerſis, quæ nihil habent inter ſe commune, non debet inferri de vna ad aliam. *deciſ. 259.num.25. Ghiſilerio*.

Litis renunciatio ex quibus excludatur. *deciſ. 57. num.49. Veroſpio*.

ex Litis conteſtatione, quis conſtituitur in mala fide. *deciſ.213. num.2. Veroſpio*.

ad Lites abbreuiandas Rota de ſtylo ſeruat, quod ſemper ſit reſpondendum poſitionibus pertinentibus, & impertinentibus. *deciſ. 277.n.3.Coccino.*

per Litis conteſtationem poſſeſſor conſtituitur in mala fide. *deciſ.281. num.2. Merlino*.

in Litibus expenſæ non ſolent fieri ſine mandato illius, cuius intereſt. *dec.78.num.9. Buccabella*

Litis conteſtationis loco ſuccedit vſus commiſſionis. *dec.57.num.43.Carillo*.

Lis introducta coram Iudice incompetente rumpit præſcriptionem, non obſtante incompetentia, non quidem virtute rei iudicialis, ſed propter malam fidem, quæ exinde colligitur. *d.94.n.38. Merlino.*

Lis ſtante ſpatio 30. annorum præſcribitur. *deciſ.94. num.35.Merlino*.

Litem, ſi quis ante ſuam mortem intentauerit, non eſt dubium quod in illius hæredes eadem lis, & inſtantia continuata dicitur, poſſunt illam proſequi & obtinere manutentionem, quam actor, ſi viueret obtinuiſſet. *deciſ.132. num.6.& 7 Buccabella.*

Litis initium ex quibus ſatis dicatur probata. *deciſ. 294 num.32. Veroſpio.*

Lis eſt vera, quæ intentatur ex l. diffamari C. de ingen. & manum. cum adſit actor & reus, & Iudex. *deciſ. 94. num.28. Merlino*.

Litis expenſæ ex ſola veriſimilitudine valde iuſtificantur. *deciſ.55. num.10.Pirouano.*

Lis dicitur inducta ad effectum interrumpendi præſcriptionem ex commiſſione impetrata vnà cum inhibitione, quicquid ſit reſpectu citandi. *deciſ.94. num.18.Merlino*.

Lis qualis ſufficit, vt beneficium dicatur litigioſum ad effectum ſubrogationis. *dec.7. nu.11. Carrillo.*

Lis dicitur deſerta ex parte negligentis procedere. *deciſ 57.num.40. Veroſpio.*

ante Litem motam etiam debentur fructus, quando adeſt mala fides. *dec.3. num.23. Merlino.*

Litis finitæ exceptio eſt tranſactio, quæ impedit litis ingreſſum, & regreſſum ad eam. *deciſ.220.num.1. Ghiſilerio.*

à Litis motæ die Rota cõdemnat poſſeſſores ad fructuum reſtitutionem, & ita ſeruãt multa ſuprema Tribunalia. *dec.3. num.1. 2.& 3. Merlino.*

Litem ſi moueat procurator ad hoc, vt ex lite præiudicet Domino, requiritur vt ad hoc habeat poteſtatem *deciſ 16. num.10.Veroſpio*.

ad Litis derelictionem inducendam per taciturnitatem, cũ lapſu temporis debet interuenire ius calumnioſum tacentis. *deciſ.1.num.13. Coccino*.

Sed hoc eſt impoſſibile dare in executorialibus, & quare. *ibid. num.14.*

Lis, ſi fuerit conteſtata per plures, & proſecuta, ſi poſtea aliqua acta fuerint facta ad inſtãtiam vnius tantum partis, ſuffragantur etiam alteri collitiganti *deciſ.7. num.11. Carrillo.*

Lis ſuper aliqua re, quando adeſt, negari non poteſt, ſi poſtea tranſigatur, quod d. tranſactio ſit facta ſuper re dubia. *deciſ.161.num 4. Macchiauello.*

ante Litem motam penſiones decurſas qualiter pẽſionarius poſſit exigere. *deciſ.3.num.68. Merlino.*

Litis conteſtatio admit bonam fidem. *deciſ.189.n. 2. Panzirolo.*

ad Litem extinguendam, & eneruandas vires executorialium requiruntur triginta anni. *deciſ. 1. num.12 Coccino.*

Lites ſufficit eſſe diuerſas in ſpecie ad hoc, ne ex geſtis in vna reſultet præiudicium alteri. *deciſ.164 num 14.Ghiſilerio*.

Lis, quando non dicatur legitimè introducta. *deciſ. 148. num.9. Macchiauello*.

Litis pendentia, ex quibus excludatur. *deciſ. 123. num.11. Carrillo.*

Lis vt dicatur introducta, non ſufficit intimatio monitorij, ſed requiritur etiam reproductio in actis, vt Iudex ſit certus de ſua iuriſdictione. num 10. *deciſ.123. nu.9.& 10. Carrillo*.

Lis ſi adhuc pendeat in aliqua cauſa, non poteſt dici, quod in ea adſit res iudicata. *d.218.n.25. Ghiſiler.*

Lis, quando habeatur pro derelicta. *d.1.n.8.Coccino.*

ante Litem motam vt debeantur penſiones, quid ſit obſeruandum. *deciſ 3 num.17 18.& 19. Merlino.*

Lite pendẽte ſi ſit facta alienatio rei litigioſæ in perſonam potentem eſt prohibita. *deciſ.228.num. 1. Veroſpio*.

Litem is qui mouet, poteſt tacitè ei renunciare. *deciſ.94 num.36. Merlino.*

Lis, vt totaliter extinguatur, id exigit tranſactio. *deciſ.220.num 2.Ghiſilerio.*

Litis plures conſortes, ſi conſentiant, poſſunt vnico libello agere. *deciſ. 218. num.24. Ghiſilerio*.

in Litigante, vt inducatur mala fides, ſufficiunt proteſtationes extraiudiciales, ex quibus ille poſſit reddi certus de Iuſtitia petitionis. *deciſ. 57. num. 26. Veroſpio.*

Litigioſa an dicantur bona, debet conſiderari natura actionis, quæ intentata fuit. *d.173 n.5.Veroſp.*

Litigioſi vitij effectus eſt, vt res litigioſa donari non poſſit. *ibidem num 4.*

Litigioſum vitium non naſcitur ſuper bonis, ſi actio perſonalis fuerit intentata. *ibid.num.6.*

LITTERÆ APOSTOLICÆ.

in Litteris Apoſtolicis ſubſcriptio non requiritur, ſi ſint plumbatæ *deciſ.226. num.25. Ghiſilerio.*

Litteræ Apoſtolicæ quando ſunt iuſtificatæ ſemper

ſolent

ſolent executioni demandari. *deciſ. 283. num. 1. Pirouano.*
Litterarum Apoſtolicarum ſumpto authentico extracto ex Palatio Apoſtolico omninò eſt fides adhibenda. *deciſ. 265. num. 6. Vbaldo.*
Litteræ Apoſtolicæ expeditæ etiamſi non exhibeantur, ſufficit tamen ſola ſupplicatio ſi non agatur de cononizãda gratia. *deciſ. 218. num. 8. Ghiſilerio.*
Litteras Apoſtolicas executor non debet executioni demandare abſque illarum iuſtificatione. *deciſ. 147. num. 4. Motmanno.*
Litteræ Apoſtolicæ iu forma dignum &c. directæ alicui Epiſcopo, arguunt iuriſdictionem circa collationem beneficij eſſe Epiſcopi. *deciſ. 118. num. 16 Buccabella.*
Litteræ Apoſtolicæ habent executionem paratam. *deciſ. 147. num. 2. Motmanno.*
Litterarum Apoſtolicarum defectus originalis, quãdo opponitur, ſufficit producere ſumptũ authenticum extractum ex Palatio Apoſtolico. *deciſ. 265. num. 7. Vbaldo.*
Litteræ contra ſcribentem, & habentes cauſam ab eo, ſufficienter probant. *deciſ. 28. num. 7. Buccabel.*
Litteræ probant contra ſcribentem, & illum obligant. *deciſ. 55. num. 9. Pirouano.*
ex Litteris legalitatis, tàm de iure, quàm de ſtylo Curiæ probatur notariatus. *deciſ. 294. num. 27. Veroſpio.*

LOCATIO.

in Locatione bonorum Eccleſiæ, requiritur euidens vtilitas, etiamſi res ſit ſolita locari. *deciſ. 36. num. 12. Buccabella.*
in Locatione bonorum Eccleſiæ etiam ſolitorum alienari, debet eſſe euidẽs vtilitas Eccleſiæ etiam inſpecto tempore præſenti, quo fit renouatio, nõ autem tempore, quo res cœpit alienari, ſeu in emphyteuſim concedi primo loco. *deciſ. 243. num. 15 & 16. Merlino.*
in Locatione bonorum Eccleſiæ non requiritur beneplacitum Apoſtolicum, quando ea ſunt ſolita locari. *ibidem num. 12.*
Sed hoc non procedit, quando ſolitũ alteratur, quoniam alteratio eſt noua alienatio. *ibid. num. 14.*
Locatio rei Eccleſiæ antea permittebatur vſque in tertiam generationem, hodie verò ex Conſtitutione Paulina reſtricta eſt ad triennium. *d. 57. nu. 10. Veroſpio.*
Locationes, licèt de per ſe regulariter non probent verum valorem rerum, tamen ad dignoſcendam vtilitatem, vel damnum contractuum Eccleſiæ, bene deſeruiunt. *deciſ. 94. num. 53. Merlino.*
Locationes licèt non probent verum valorem rei, tamen probant, quod tantum ex fructibus d. rei percipiebatur. *deciſ. 263. nu. 4. Vbaldo.*
Locationes regulariter non probant dominium, aut poſſeſſionem in præiudicium tertij. *deciſ. 22. nu. 8. Veroſpio.*
Locatio ſi ſit facta ad vitam locatoris, vel conductoris, dicitur facta ad longum tempus. *deciſ. 135. num. 3. & 6. Ghiſilerio.*
Locatio facta ad decem annos. dicitur locatio facta ad longum, & magnum tempus. *deciſ. 135. num. 1. Ghiſilerio.*
ex Locatione rei poſſeſſio poteſt comprobari. *deciſ. 240. num. 1. Ghiſilerio.*
Locationes regulariter non probant poſſeſſionem, & dominium in præiudicium tertij. *deciſ. 22. nu. 11. Veroſpio.*
Niſi concurrentibus adminiculis. *ibid. nu. 12. & 13.*
Locationes non conſtito de alterius poſſeſſione, ſufficienter probãt poſſeſſionem. *d. 60. n. 1. Motmanno.*
Locationes probant dominium concurrentibus pluribus adminiculis. *deciſ. 22 num. 9. Veroſpio.*
Locatori ad longum tempus competit ius petendæ renouationis locationis. *dec. 135. nu. 4. Ghiſilerio.*
Locupletari, quis non debet cum aliena iactura. *deciſ. 119. num. 29. Motmanno.*

LVCRVM.

Lucro dotali locus eſſe non poteſt, vbi matrimoniũ non adeſt. *deciſ. 54. num. 3. Dunozet.*
circa Lucrum dotale attenditur ſtatutum viri, non autem vxoris. *deciſ. 165. nu. 50. & 52. Ghiſilerio.*
Lucrum dotale iuxt. Statut. Vrb. lib. 1. c. 132. vt debeatur, matrimonium debet eſſe conſumatum. *deciſ. 54. num. 1. Dunozet.*
Luminum offenſio conſideranda eſt tantum in muro diuiſorio *deciſ. 253. num. 72. Matthaio.*

M.

MAIOR.

Maior 14. annis de per ſe poteſt defendere cauſam ſpiritualem, & hoc etiam habet locum in laico maiore 14. annis defendente decimas ex priuilegio Apoſtolico, & ante Concil. Lateranenſe inſeudatas. *deciſ. 103. num. 19. Coccino.*
Maior 20. annorum ſecundum Statut. Vrb. lib 1. c. 47. cenſetur eſſe maior 25. annorum. *deciſ. 62. num. 12. Motmanno.*
Maiores viginti annorum in Vrbe, quamuis forenſes validè contrahunt ſine ſolemnitatibus. *deciſ. 119. num. 14. Motmanno.*
ad Maioricatum veniens iure proprio tanquam noua perſona, non nocent ea, quæ cum anteceſſore geſta ſunt. *deciſ. 128. num. 15. Pirouano.*
in Maioricatu ſuccedens iure proprio non nocent ea, quæ geſſit eius anteceſſor. *deciſ. 22. num. 19. Veroſpio.*
Maioritas, & minoritas inducunt contrarietatem. *deciſ. 41. num. 12. Coccino.*
Mala fides vt inducatur in litigante ſufficiunt proteſtationes extraiudiciales, ex quibus ille reddi poſſit certus de iuſtitia petitionis. *d. 57. n. 26. Veroſp.*
Vide ſupra in verbo Fides mala.
Mathilda Comitiſſa dixit aliquantulum terræ Eccleſiæ tradidiſſe, quamuis donaſſet 30. terræ milliaria. *deciſ. 69. num. 71. Merlino.*

MANDATVM.

Mandatum, quando non poſſit dubitari, quod procurator acceptauerit. *dec. 233. num. 14. Carrillo.*
Mandatum ab Archiepiſcopo ſimpliciter datum non comprehendit adminiſtrationem decimarum. *deciſ. 22. num 8. Veroſpio.*
Mandatum de aſſociando non dicitur habuiſſe effectum, ſi bona ab alijs poſſideantur. *deciſ. 306. num. 18. Ghiſilerio.*
Mandatum factum Capitulo cenſetur factum ſingulis.

lis . *decif* 20. *num*. 18. *Coccino* .

Mandatum eſt liberè exequendum ſtante obligatione Camerali. *decif*.130. *num*.1. *Pirouano*.

Mandatum executioum relaxatum per contradictas nemine contradicente creditoribus,nō poteſt præiudicare habentibus anteriorem hypotecam.*decif*. 305. *num*.47. *Ghiſilerio*.

Mandata executa non poſſunt dirigi contra tertium poſſeſſorem. *decif*.150.*num*.4. *Pirouano* .

Mandatum ne reddatur nullum,& exceſſiuum, illius verba poſſunt impropriari. *dec*.168.*n*.16. *Ghiſiler*.

in Mandato an adſit exceſſus, debet conſiderari cauſa , cuius occaſione fuit datū. *d*.287.*n*.11.*Veroſp*.

Mandati exceſſus tollitur ex amplitudine verborū eiuſdem mandati.*decif*.287.*num* 14.& 15.*Veroſp*.

Mandatum re non integra , morte conſtituentis non extinguitur. *decif*.297. *n*. 6. & 12. *Motmanno*.

Mandatum debet explicari, ſecundum veriſimilem mentem mandantis. *decif*.287. *num*.10. *Veroſpio*.

Mandatum in quo adeſt clauſula releuans , vt non expiret morte mandantis , opus eſt , quod procurator ſit præſens. *decif*.172.*num*.23.*Coccino*.

Sufficit tamen etiam ad hunc effectum , quod procurator conſentiat dicto mandato tacitè , vel expreſsè. *ibid*. *num*.24.

Mandatum de euacuando per ſe præſupponit poſſeſſionem. *decif*.132.*num*.5. *Buccabella* .

Mandati fines nemo præſumitur, quod voluerit excedere. *decif*.106. *num*.12. *Buccabella* .

Mandati fines non dicuntur exceſſi,ſi aliquid fuit factum, vt facilius adimpleretur. *dec*.287. *num*. 12. & 13 *Veroſpio*.

Mandati fines non ſunt excedendi. *ibid*. *num*.8.

Mandatum in inhabilem non tranſit. *dec*.297. *num*. 13. *Motmanno* .

Mandatum an habeat procurator ad conteſtandam litem, vel ad alium actum non eſt diſputandum, quando lis, vel alius actus pluries à principali fuit ratificatus. *decif*. 16. *num*. 11. *Veroſpio*.

Mandatum de manutenendo datur pro ſola detentatione. *decif*.105. *num*.24.*Ghiſilerio* .

Mandatum de manutenendo non purgat malam fidem, & hoc maximè ſi adſit clauſula , ſine præiudicio partium &c. *decif*.122. *num*.17.*Ghiſilerio*.

Mandatum de manutenendo dandum eſt ei in concorſu, qui docet de ſua anteriori poſſeſſione. *decif*. 158. *num*.1. *Panzirolo*.

Mandatum de manutenendo dependens à negotio principali, tunc eſt diſcutiendum negotium principale. *decif*.44. *num*.10. *Coccino*.

in Mandato de manutenendo, ſi adſint clauſulæ, ſine præiudicio habentium iura meliora, & potiora, & ſimiles non ſuſpendunt immiſſionis effectum , ſed adhuc is , qui poſſeſſionem cœpit verè poſſidere dicitur , & manutenendus eſt . *decif*. 188. *num*.2. *Buccabella* .

Mandata de manutenendo faciunt adminiculum ad probandum. *decif*.49. *num*.5. *Dunozet*.

Vide infra in verbo Manutentio.

Mandatum morte conſtituentis re integra extinguitur . *decif* 297.*num*.4.*Motmanno*.

Mandatum per mortem principalis non expirat, quando ipſe promiſit iudicatum ſoluere pro procuratore ſciente. *decif*.172.*num*. 20. *Coccino*.

Mandatum morte non expirat , ſi Dominus ſciente procuratore ſatiſdedit. *ibid*. *num*.26.

Mandatum morte mandantis re integra extinguitur. *ibid*. *num*.13.

Mandatum morte non extinguitur , ſi conſtituens obligauit ſe de iudicatum ſoluendo, & pro eo fideiuſſit. *decif*.297. *num* 5. *Motmanno* .

Mandatum præſumitur ſtante difficultate aliquid obtinendi. *decif*.294 *num*.12. *Veroſpio*.

Mandatum præſumitur ex productione iurium . *decif*.122.*num* 6. *Ghiſilerio* .

Mandatum præſumitur ex iurium productione, proſequutione Iudicij &c. *decif*.168.*n*.14. *Ghiſilerio*.

Mandatum non præſumitur, niſi de eo doceatur. *decif*.69.*num*.12. *Merlino*.

Mandatum præſumitur propter impenſam. *dec*.294. *num*.13. *Veroſpio*.

Mandatum ex quibus certè præſumatur. *decif*.148. *num*.10. *Matthiancllo*.

Mandatum probari poteſt per teſtes. *decif*.69. *n*.81. *Merlino*.

Mandatum aliunde probari debet , quam per aſſertionem mandatarij. *ibid*. *num*.12.

Mandatum etiam probatur coniecturis, & præſumptionibus. *ibid*. *num*.82.

Mandatum procuratoris litis Domini effecti expirat lata ſententia . *decif*.172. *num*.16. *Coccino*.

Mandatum procuræ præſumitur habuiſſe procurator ex pluribus, & notabilibus expenſis in cauſa factis. *decif*. 78.*num*.8. *Buccabella*.

Expenſæ in litibus non ſolent fieri ſine mandato illius, cuius intereſt. *ibid*. *num* 9.

de Mandati procuræ defectu amplius dari non poteſt, ſi quis eumdem procuratorem , vti talem citauerit. *decif* 78.*num* 10. *Buccabella*.

poſt Mandati relaxationem etiam poteſt fieri productio ſcripturarum ad illud conualidandum , & executione ſubſtinenda. *dec*.241. *n*.32. *Ghiſilerio*.

poſt Mandati relaxationem tunc multo magis poteſt fieri ſcripturarum productio , ſi fiat per viam replicationis ad tollendas exceptiones. *dec*.241. *num*.33. *Ghiſilerio*.

Mandatum relaxatum, & executū plus debito executio eſt nulla, & per conſequens deliberatio illius vigore facta, tanquam procedens ex radice infecta pariter nulla eſt. *decif*. 229. *num*.13. *Ghiſilerio*.

Mandatum, ideo re integra morte renocatur , quia non intereſt Domini, nec procuratoris. *decif*.297. *num*.9. *Motmanno*.

Mandati reuocatio, ſi non conſtet, quod validè fuerit facta non obſtat. *dec*.218. *num*.22. *Ghiſilerio*.

Mandati reuocatio, quæ fit per mortem, prouenit ex eo, quia deficit conſenſus , quia mors omnia ſoluit. *decif*.172. *num*.19. *Coccino*.

pro Mandati reuocatione non poteſt deſeruire proteſtatio , ſi illa procuratori non fuerit intimata. *decif*.218.*num*.2.*Ghiſilerio*.

Mandati reuocatio debet intimari procuratori. *decif*.233.*num*.7. & 8. *Carrillo*.

Mandatum per mortem conſtituentis reuocatur ex coniectura , quod mors omnia ſoluit . *decif*.297. *num*.7.& 8. *Motmanno*.

Mandatum Rotale poſtquam parti eſt præſentatum, ſi negligat illi obedire , contra eam relaxatur de-

declaratoria. *deciſ.*299. *num.*1. *Coccino.*

Mandatum ſpeciale requiritur ad declarandam mẽtem mandantis, & ad proteſtandum. *deciſ.* 218. *num.*17. *Ghiſilerio.*

Mandatum non habenti ſi ſit facta, ſolutio, non releuat. *deciſ.*57. *num.*7. *Veroſpio.*

per *Manuum* porrectionem datur fides. *deciſ.*124. *num.*14. *Veroſpio.*

MANVTENTIO.

ad Manutentionis conceſſionis effectũ, ſufficit ſi aduerſarius inſteterit, vt altera pars remoueatur à poſſeſſione, & mandatum obtinuit. *deciſ.* 214. *num.*1. *Carrillo.*

Manutentio lite pendente poſſeſſori non eſt deneganda. *deciſ.*13. *num.*8. *Buccabella.*

ad Manutentionem impediendam non admittitur exceptio de iure tertij. *deciſ.*214. *nu.*10. *Carrillo.*

in Manutentionis iudicio non admittuntur exceptiones turbidæ, aut requirentes altiorem indaginem. *deciſ.*214. *num.*11. *Carrillo.*

Manutentio datur ei, de cuius poſſeſſione conſtat de tempore motæ litis. *deciſ.*123. *num.*1. *Carrillo.*

Manutentio danda eſt ei, qui probat ſuam poſſeſſionem de tempore motæ litis. *deciſ.*13. *n.*1. *Buccab.*

in Manutentionis iudicio ſolent adhiberi leuiores probationes. *deciſ.* 12. *num.* 5. *Veroſpio.*

Manutentio non datur ſine poſſeſſione. *deciſ.* 290. *num.*1. *Dunozet.*

ad Manutentionem obtinendam ſufficiunt leuiores probationes. *deciſ.*13. *num.*2. *Buccabella.*

Manutentio etiam datur ad ſtatum. *dec.*70. *num.*13. *Buccabella.*

Manutentio poſſeſſori eſt concedenda. *deciſ.* 49. *num.*1. & 2. *Dunozetto.*

Manutentio dari non poteſt, ſi non conſtet de poſſeſſione. *deciſ.*304. *num.*7. *Macchiauello.*

Manutentio non tradit poſſeſſionem, ſed traditam, vel habitam declarat, ſeu confirmat abſque alia executione. *deciſ.*165. *num.* 32. *Ghiſilerio.*

Manutentionem quis obtinere poteſt ex ſola ciuili poſſeſſione. *deciſ.*130. *num.*6. *Veroſpio.*

Manutentio denegari non poteſt anteriori poſſeſſori etiam pendente iudicio reſtitutionis in integrum. *deciſ.*240 *num.*11. *Ghiſilerio.*

Manutentio datur poſſeſſori de tempore motæ litis. *deciſ.*70. *num.*1. *Buccabella.*

ad Manutentionis effectum ſufficit ſola poſſeſſio de facto, ſine ſola detentatio. *d.*188. *n.*10. *Buccabella.*

Manutentio regulariter anteriori poſſeſſori datur. *deciſ.*114. *num.*6. *Panzirolo.*

ad Manutentionis effectum ſuffragatur poſſeſſio anteceſſoris, ſucceſſori in dignitate. *deciſ.*49. *num* 8. *Dunozet.*

in Manutentionis iudicio non habentur in conſideratione ea, quæ ſunt diſcutienda in petitorio. *deciſ.* 188. *nu* 11. *Buccabella.*

Manutentio facilius datur, quàm immiſſio. *deciſ.*84. *num.*6. *Roias.*

Manutentio competit ei, qui nunquam deſijt poſſidere. *deciſ.*165. *num.* 35. *Ghiſilerio.*

in Manutentionis iudicio incidenter petito non requiritur libellus, vel monitorium. *deciſ.*123. *n.*12. *Carrillo.*

Quod intellige procedere, quando lis fuit prius per monitorium, vel libellum introducta, & poſtea incidenter petitur manutentio. *ibidem num.*13.

Vel quando Iudex ex officio illam concedit, ſecus verò ad inſtantiam partis. *ibidem num.* 13.

Manutentio danda eſt ſine difficultate, ſi conſtet de poſſeſſione. *deciſ.*308 *num.*1. *Coccino.*

ad Manutentionem impediendam, ſi allegetur exceſſus, debet plenè probari. *deciſ.* 305. *num.* 25. *Ghiſilerio.*

Manutentionis cauſa euaneſcit cum officio, quandò reuocatur. *deciſ.*49 *num.*13 *Dunozet.*

Manutentio etiam datur in gradu reſtitutionis in integrum. *deciſ.* 113. *num.*11. *Buccabella.*

ad Manutentionis effectum ſufficit vnica tantum exactio. *deciſ* 70. *num.*3. *Buccabella.*

Manutentio regulariter ſine quod doceatur de poſſeſſione, non conceditur. *d.*75. *n.*1. *Macchiauello.*

Manutentio danda eſt ei, de cuius poſſeſſione de tẽpore motæ litis non controuertitur. *deciſ.* 156. *num.*1. *Dunozet.*

Manutentio non impeditur propter creditum illiquidum. *dec.*165. *num.*47. *Ghiſilerio.*

Manutentionis denegatio ſubſtineri non poteſt probata poſſeſſione. *deciſ.*75. *nu.*3. *Macchiauello.*

Vide ſupra in verbo mandato de manutenendo.

Manutenenda eſt poſſeſſio antiquiſſima, etiamſi habeat contra ſe aliquam aſſiſtentiam iuris. *deciſ.*49. *num.*9. *Dunozet.*

MARITVS.

Mariti confeſſio, de dote recepta conſtante matrimonio, præſumitur facta in fraudẽ donationis prohibitæ inter virũ, & vxorem. *deciſ.*24. *n.*2. *Dunoz.*

Sed iſta concluſio non procedit, quando plures cõcurrunt coniecturæ, & adminicula, ex quibus appareat dotem confeſſatam, verè ſolutam fuiſſe. *deciſ.*24. *num.*3. *Dunozet.*

Mariti confeſſio de receptione dotis probat concurrentibus adminiculis. *deciſ* 245. *num.*12. *Coccino.*

Maritus ad inueſtiendum dotem non tenetur. *deciſ.* 24. *num.*17. *Dunozet.*

Mariti negligentia in exigendo dotem, nõ debet nocere vxori, cuius fauore dos fuit promiſſa. *deciſ.* 114. *num.*16. *Panzirolo.*

Maritus, ſi præſtet alimenta vxori inducit coniecturam ſolutionis dotis. *deciſ.* 24. *num.* 11. *Dunozet.*

Maritus, ſi relinquat aliquod legatum vxori, non eſt ſtrictè interpretandum. *deciſ.*239 *nu.*11. *Veroſpio.*

Maritus, ſi leget aliquid vxori, non habet locum illa regula, quod interpretatio legati ſit facienda in dubio ad fauorem hæredis contra legatarios. *deciſ.* 239. *num.*12. *Veroſpio.*

Mariti culpa, & negligentia non exigentis dotem, non poteſt præiudicare mulieri. *d.*35. *n.*8. *Coccino.*

Maritus non poteſt impugnare trãſactionem factam ab vxore de bonis extra dotalibus, cum in his nullum habeat intereſſe. *dec.* 176. *num.* 4. *Dunozet.*

Et hoc maximè procedit vxore id prohibente. *ibid. num.* 5.

Maritus, ſi onera matrimonij ſubſtinuit, hoc præbet non leue adminiculum veritati ſolutionis dotis. *deciſ.*160 *num.*5. *Merlino.*

Mariti impotentia, quando eſt temporalis vel dubia, vxor tenetur præſtare ſucceſſiuam patientiam per triennium, vt fieri poſſit experientia copulæ coniugalis.

iugalis. *deciſ.*54.*num.*4. *Dunozet.*

Maritus non tenetur præſtare alimẽta vxori, ſi ei dotem non ſoluit. *deciſ.*24. *num.*12. *Dunozet.*

Maritus veriſimiliter per longam ſeriem annorum non præſtitiſſet alimenta vxori, ſi ei dos non fuiſſet ſoluta. *dec.*160. *num.*4. *Merlino.*

MASCVLI.

Maſculi veniunt appellatione eorum de domo, & familia. *deciſ.*33. *num.*7. *Coccino.*

propter Maſculos ſi fœmina excludatur, illis deficientibus, & ſic ceſſante cauſa excluſionis, ad ſucceſſionem admittitur. *dec.*45. *nu.* 12. *Motmanno.*

ex Maſculorum vocatione inſurgit, virtualis excluſio fœminarum. *ibid. num.*19.

Maſculinitatis qualitas non præſumitur repetita, etiam poſita in eadem oratione, niſi ratio conſeruandæ agnationis fuerit expreſſa à teſtatore. *deciſ.*144. *num.*6. *Ghiſilerio.*

Maſculinitatis qualitas non cenſetur à teſtatore repetita, ſi verba quæ importabant repetitionem, ad alias qualitates referri poſſunt. *deciſ.*144. *num.* 11. *Ghiſilerio.*

Maſculinum ſemper concepit fœmininum in teſtamentis, neq; ab hoc receditur propter coniecturas, niſi ſint valde vrgentes, & euidentes. *deciſ.* 144. *num.* 3. *Ghiſilerio.*

MATER.

contra Matrem actio ſubſidiaria ad dotandas filias, ceſſat per conſtitutionem dotis factam eiſdem à patre. *deciſ.* 141. *num.*4. *Panzirolo.*

Mater, ſi ſuſcipiat tutelam filiorum, & hæreditatem adeat, ſi bona hæreditaria poſſideat, & non declaret verbo, aut facto eius animum d. apprehenſionem facere, ſine præiudicio inſiſtentiæ bonorum viri, & non curauit actualiter ſtatim poſſeſſionem ingredi, cenſetur illi renunciaſſe. *deciſ.* 150. *nu.*9. *Panzirolo.*

Et ideo ſic perdit eciuilem, quam animo retinebat, & alio iure illi non ſuccurritur, quam actione de dote. *ibid. num.*10.

Mater poſt obitum viri, non habilitatur ad ſucceſſionem filij defuncti, cui adhuc impuberi tranſiẽs ad ſecundas nuptias, non petijt tutorem. *deciſ.*43. *num.*20. *Motmanno.*

Mater, ſi donet filio omnia ſua bona, & quidem verbis ampliſſimis, in iſta donatione cenſetur etiam comprehenſa legitima, debita matri donanti ob mortem filij prædefuncti. *deciſ.*291. *nu.*8. *Merlino.*

Mater ſuccedit filio ab inteſtato morienti. *deciſ.* 120. *num.*3. *Dunozet.*

Matri, quando eſt relictus vſusfructus extantibus filiis, reſtringitur ad alimenta, ſecundum opionem Bulgari communiter approbatam. *deciſ.*120. *num.* 23. *Dunozet.*

Mater, vel pater ſi tranſeant ad ſecunda vota, & eorum coniunx moriatur ſine filijs, an ceſſet diſpoſitio l. fœminæ. §. illud C. de ſecund. nupt. *deciſ.* 45. *num.*4. *Motmanno.*

Mater, dum ſuſcepit tutelam filiorum, debet renunciare ſecundis nuptijs. *deciſ* 89. *n.*13. *Buccabella.*

Et ad hunc effectum ſufficit, quod mater promiſerit generaliter ea omnia facere, & obſeruare, ad quæ de iure tenetur, quæ clauſula operatur, ac ſi ſpecialiter ſecundis nuptijs renunciaſſet. *ibid. n.* 14.

Mater de iure communi ſuccedit filio decedenti ab inteſtato. *deciſ.*214. *num.*15. *Carrillo.*

Mater, ne à luctuoſa filij hæreditate excludatur intuitu pietatis, ei deferenda eſt ſucceſſio filiorum, in caſu à ſtatuto non expreſſo. *deciſ.*43. *num.* 17. *Motmanno.*

Matri debetur legitima in bonis filijs. *deciſ.* 120. *num.*3. *Dunozet.*

MELIORAMENTA.

Melioramentorũ exceptio ſolet impedire immiſſionem, eo quia poſſeſſori non detur actio, ſed retẽtio ad eorumdem recuperationem. *deciſ.*48. *n.*12. *Pirouano.*

Et hoc caſu debet expectari liquidatio ſecundum praxim, quam Rota ſeruat *ibid. num.*13.

de Meliorationis negatiua dicitur conſtare dum poſitiuè nõ probatur affirmatiua realis meliorationis. *deciſ.*293. *num.*7. *Merlino.*

ex Melioramentis factis ſi quis percipiat fructus propter expenſas in eis factas, dicitur eos percipere ex re propria. *deciſ.*223. *num.*12. *Veroſpio.*

Melioramentorum exceptio non retardat immiſſionem, quando eſt illiquida, tunc enim ſuccurritur poſſeſſori per cautionem de ſoluendis melioramentis, liquidatione facta. *dec.*48. *n.*16. *Pirouano.*

Melioramentorum fructus non debentur melioranti, ſi ea mala fide fecerit. *deciſ.*223. *num.*13. *Veroſpio.*

Melioramenta in reſtitutione fideicommiſſi, vt hæres grauatus detrahat, debet probare, quod ipſe illa fecerit. *deciſ.*126. *num* 31. *Ghiſilerio.*

Melioramenta non ſunt detrahenda ab hærede grauato, quando mala fide facta ſunt, ob iudiciales proteſtationes eidem tranſmiſſa, ne ea faceret. *deciſ.*126. *nu.*38. *Ghiſilerio.*

Melioramentorum exceptio, vt impediat immiſſionẽ, duo copulatiuè requirũtur, nempe quod fuerit impenſum, & quod res ſit meliorata. *deciſ.*47. *num.*15. *Pirouano.*

Melioramenta, quæ fiunt in re emphyteotica ex pacto poſſunt remanere penes emphyteotam, vel eius hæredes finita conceſſione. *deciſ.*229. *n.* 27. *Ghiſilerio.*

Melioramenta facta dum non ſunt ſolum vtilia, ſed etiam neceſſaria, ſemper ſunt reficienda, non obſtante an ſint facta mala fide. *deciſ.*223. *num.* 15. *Veroſpio.*

Melioramenta facta mala fide poſtquam iudicium fuit motum ſuper re, ratio aliqua de eis non eſt habenda. *deciſ.*130. *num.*18. *Veroſpio.*

Melioramentorum fructus ſpectant ad meliorãtem, tanquam ex re propria percepti. *ibid. num.*17.

pro Melioramentorum iuſtificatione, quid conſtare debet. *deciſ.*88. *num.*38. *Ghiſilerio.*

Melioramentorum exceptio, vt impediat immiſſionem fideicommiſſario, debent probari. *deciſ.*88. *num.*2[illegible]. *Ghiſilerio.*

Mendacium etiam ethnicis fuit deteſtabile. *dec.*69. *num.*43. *Merlino.*

Menſis Februarij eſt reſeruatus. *d.*250. *n.*20 *Coccino.*

Menſis Auguſti vigore regul. 8. Cancellar. hodie 9. Epiſcopo non gaudente alternatiua, eſt expreſsè reſeruatus. *deciſ.*118. *num.* 1. *Buccabella.*

MENTECAPTVS.

Mentecaptis quis veniat ſubſtituendus. *deciſ.238. num.4. Panzirolo.*

Mentecaprus eſt omninò inteſtabilis. *deciſ.106.n. 9. Buccabella.*

Vide ſupra in verbis Demens, & Dementia.

Mentis ſanæ quilibet præſumitur ex præſumptione iuris. *deciſ.233. num.18.* Carrillo.

Mentis compotem quemcumque cenſeri naturale eſt. *ibidem num.18.*

Menti bonæ alicuius tribuendum non eſt, ſi faciat id, quod aliter facere non poterat. *dec.104. num.20. Panzirolo.*

MERCATOR.

Mercatorum peritorum iudicio in materia aſſecurationum plurimum deferri debet. *deciſ. 47. num.8. Panzirolo.*

Mercatorum diſpoſitiones plurimum attendi debent in materia aſſecurationum. *ibid. num.3.*

Mercatori integerrimæ fidei plurimum eſt deferendum. *deciſ.287. num.18. Veroſpio.*

Mercatores cum ſint ignari ſacrorum Canonum, & Legum, nõ poteſt ad eos pertinere cognitio cõtractuum cambiorum. *deciſ. 52. num.12. Pirouano.*

Mercatores ex ſtylo ſolent apponere in litteris apices nominũ, & cognominum. *d.171.n.2.Coccino.*

in Mercantili materia, Rota non ſolet recedere à iudicio mercatorum. *deciſ. 154. num.13. Dunozet.*

MATRIMONIVM.

in Matrimonij materia omnis controuerſia iuxta Pontificios canones, quocumque in loco eſt definienda. *deciſ. 58. num.3. Merlino.*

Matrimonio ſoluto dos reddi debet. *deciſ.24. num.1. Dunozet.*

Matrimonia ſine dote regulariter non contrahuntur. *ibid. num.4.*

à Matrimonij coniugali fœdere ſeiunctum eſt clandeſtina, & furtiua cohabitatio, & arguit improbum concubitum. *deciſ.58. num.19. Merlino.*

Matrimonium propter impotentiam perpetuam nõ ſubſiſtit. *deciſ.54. num.2. Dunozet.*

Matrimonium, quando incidenter eſt probandum ad effectum legitimationis prolis, & ſucceſſionis filiorum, probatur leuioribus probationibus. *deciſ.58. num.5. Merlino.*

ad Matrimonium, & legitimitatem probandam, requiritur vberior, & exactior probatio, quando cõſtat de malo, & infecto principio concubinatus. *deciſ.58. num.10. Merlino.*

ad Matrimonium probandum teſtes conſanguinei, an ſint admittendi, in hoc plurimum verſatur arbitrium Iudicis, qui penſatis omnibus circumſtantiis cautè perpendere debet, quanta fides ſit ei adhibenda. *deciſ.58. num.8. Merlino.*

ad Matrimonium excludendum quæ coniecturæ admittantur. *ibid. num.16.*

Matrimonium, vel concubinatus ex communi reputatione probari poteſt. *ibid. num.17.*

Matrimoniũ regulariter probatur per duos teſtes, maſculos, vel fœminas, qui præſentes fuerint matrimonio. *ibid. num.6.*

Matrimonium vbi non adeſt, ibi non poteſt eſſe locus lucro dotali. *deciſ.54. num.3. Dunozet.*

in Matrimonialibus contractibus pœna appoſita eſt prorſus irrita, nec violans fidem tenetur in vtroque foro eam ſoluere. *deciſ.11. num.3. Panzirolo.*

Matrimonium, qui contrahit contra Canones, non debet eſſe melioris conditionis, quàm qui ſecundum Canones contrahit. *deciſ. 250. num. 21. Coccino.*

Matrimonium, ſi in iudicio deducitur non principaliter, ſed incidenter per modum cauſæ ad effectum legitimationis, & ſucceſſionis, qualibet etiam præſumpta, & coniecturali probari poteſt. *deciſ.105. num.3. Ghiſilerio.*

Matrimonij contractus inducit vacationem beneficiorum, etiam quod nulliter fuerit contractum, præterquam ex defectu conſenſus. *deciſ.250.n.21. Coccino.*

Matrimonij validitas dependet à conſenſu, dum in eo conſiſtit non ſolum illius materia, ſed etiam forma. *deciſ.124. num.1. Veroſpio.*

Et hoc quocumque modo idem matrimonium cõſideretur, ſiue vt contractus, ſiue vt Sacramentum. *ibid. num.2.*

Matrimonij fauor operatur, vt detur etiam fides teſtibus conſanguineis. *ibid. num.16.*

Matrimonia ex ſolita, & generali conſuetudine ſine dote non contrahũtur. *deciſ.160. num.6. Merlino.*

in Matrimonio expreſſio conſenſus fieri poteſt, tũ per verba, tum etiam per ſigna extrinſeca, dummodo ſint apta exprimere conſenſum de præſenti. *deciſ.124. num.5. Veroſpio.*

MERITA.

Meritorum motiuum ſolet eſſe cauſa ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ, vt inuitentur homines ad benefaciendum Eccleſiis. *deciſ. 243. num.3. Merlino.*

Merita gratis impenſa, & beneficia in Eccleſiam collata, quatenus ſint cauſa ſufficiens pro conceſſione bonorum Eccleſiæ. *ibid. num.6.*

Et aduerte tamen, quod non ſufficit, quod ſint colorata, & in occaſionẽ ſumpta, ſed debent eſſe vrgentia, & inſignia. *ibid. num.7.*

ob Meritorum motiuum quod Prælatus poſſit concedere, vel alterare conceſſiones bonorum Eccleſiæ, iſta opinio eſt valde periculoſa in puncto iuris. *deciſ.243. num.10. Merlino.*

METVS.

Metus arguitur, ſi quis ſit ferocis & minacis ingenij, & ſit ſolitus minas per ſe ipſum, vel alios exequi, & cum his iuncta auctoritate, & potentia. *dec.115. nu. 10. & 11. Motmanno.*

Metus præſumitur & ſemper dicitur durare, ſi is cui fuit illatus, nunquam fuit in ſua plena libertate. *deciſ.115. num.14. Motmanno.*

Metus minor ſufficit in muliere, quàm in viro propter ſexus fragilitatem. *d.115. n.12. Motmanno.*

Metus eſt difficilis probationis. *deciſ. 115. num.13. Motmanno.*

de Metu illato mulieri, quando agitur, non propriè requiritur metus, qui poſſit cadere in cõſtantem virum. *deciſ.172. num.10.*

Et hoc præſertim, ſi mulier nunquam fuit in ſua plena libertate. *ibid. num.9. 10. 11. & 12.*

Metus, quando eſt ſemel illatus, durãte eadem cauſa metus, ſemper præſumitur durare. *deciſ. 172. num.43. Coccino.*

Digitized by Google

Quod procedit etiamſi aliquis actus iucundo, & libero animo, & ex interuallo fuerit geſtus. *ibidem num.* 44.

MILITES.

Milites in bellorum anguſtijs ſæpè egere ſolent, & pauperes dicuntur. *deciſ. 69. num.* 34. *Merlino.*

Milites armis, Doctores verò legibus vitas hominũ defendere dicuntur. *ibid. num.* 95.

Milites noſtri temporis gaudẽt omnibus priuilegijs militaribus, quæ conceſſa ſunt in recompenſationem laborum, ſi arti militari incumbant in expeditione. *ibid. num* 97.

Miles ſi redeundo ex prælio reſtitnat eius armaturam, ceſſat obligatio ſoluendi prctium. *deciſ* 303. *num.* 8.

Militiæ cauſa eſt magis priuilegiata, quàm cauſa dotis. *deciſ* 69. *num.* 91. *Merlino.*

Militiæ cauſa eſt magis priuilegiata, quàm cauſa ſtudij. *ibid. num.* 96.

Militiæ fauore valet donatio inter patrem, & filium, inter virum, & vxorem, neque venit in collatione bonorum. *ibid. num.* 89.

Minimum, quod eſt in dubio eſt ſequendum. *deciſ.* 285. *num.* 8 *Motmanno.*

Miniſtrorum Eccleſiæ numerus debet ſtatui ſecundum multitudinem perſonarum. *deciſ.* 222. *num.* 8. *Merlino.*

Miniſtri abſque ſcientia Domini, non poſſunt illi præiudicare in ſua quaſi poſſeſſione. *deciſ.* 42. *num.* 7. *Buccabella.*

MINOR.

Minor cenſetur ratificaſſe cõtractum ab eo celebratum ſine ſolemnitatibus, ſi maior factus illum obſeruauerit per lapſum quinquennij cum ſolutione fructuum. *deciſ.* 306. *num.* 53. *Ghiſilerio.*

Minor poteſt approbare contractum nulliter à ſe celebratum. *deciſ.* 62. *num.* 21. *Motmanno.*

Minori dari non poteſt curator particularis, niſi ex cauſa, & amoto prius curatore vniuerſali. *dec.* 114. *num.* 8. *Panziolo.*

Minor, quando contrahit, etiam attendi debet ſtatutum loci contractus. Et Rota aliquando hanc opinionem amplexa eſt, & aliquando non. *deciſ.* 62. *num.* 13. 14. & 16. *Motmanno.*

in Minorum contractibus, etiam ſtante illorum inualiditate, ſi adeſt conſenſus ipſorum minorum dummodo ſint adulti, eſt ſufficiens, vt ab ipſis amittatur, & in alium transferatur poſſeſſio. *deciſ. deciſ.* 60. *num.* 7. *Motmanno.*

Minoris confeſſio non obſtante diſpoſitione ſtatuti, ſi ſit facta in actu voluntario, & concurrant adminicula, atque habeat concomitantiam veritatis ei nocet. *ibid. num.* 10.

Minor poteſt renunciare facultati dicendi de nullitate contractus. *deciſ.* 62. *num.* 22. *Motmanno.*

Minor contrahens ſine ſolemnitatibus, nullo modo propter reſiſtentiam iuris obligatur in foro conſcientiæ. *deciſ.* 119. *num.* 5. *Motmanno.*

Minor contractus ſine ſolemnitatibus Conſtit. Marchiæ, nec ciuiliter, nec naturaliter remanet obligatus. *ibid. num.* 6.

Sed iſta opinio procedit, attẽta præſumptione fraudis, & doli, ſecus ſi ceſſet. *ibid. num.* 7.

Minor contrahens, quamuis forenſis tenetur ſeruare ſtatuta loci contractus. *ibidem num.* 9.

Minor, quando contrahit, ſunt neceſſariæ ſolemnitates à ſtatutis requiſitæ. *d.* 60 *num.* 5. *Motmanno.*

Minoris contractus, quando eſt nullus ab illius electione pendet, num illi ſtare velit, vel dicere de nullitate, & ſi de oppoſitione non conſtet, interim dicitur ineſſe in implicito ſtatu validitatis. *deciſ.* 119. *num.* 25. & 27. *Motmanno.*

Minor validè dicitur conſtituiſſe procuratorem, ſi id fecerit cum interuentu conſanguineorum curatoris, & decreti Iudicis. *dec* 78. *num.* 11. *Buccabella*

cum Minore contrahens deceptus tutoris falſa auctoritate, non dicitur in mala fide, ſi non ſit id, quod dicit tutor. *deciſ.* 213. *num.* 17. *Veroſpio.*

Minori ſuccurritur remedio reintegrationis, quando cauſa in contractu expreſſa apparet ſimulata. *deciſ.* 178. *num.* 16. *Panzirolo.*

Minoris bona an poſſint obligari ſine decreto Iudidicis. vide diſtinctionem. *deciſ.* 172. *num.* 34. 35. 36. & 37. *Coccino.*

Minor, ſi conſentiente teſtatore promittit de bonis ipſius teſtatoris, & tandem illi ſuccedat, valet illa promiſſio, quia non nititur ſolo contractu minoris, ſed fundatur in contractu maioris. *deciſ.* 172. *num.* 40. *Coccino.*

Minoris contractus, ſi non recipiat principale robur à promiſſione ipſius, ſed à conſenſu maioris tenet. *deciſ.* 172. *num.* 41 *Coccino.*

Miſſa ſolemnis illa non poteſt dici, quæ cum paruo numero Clericorum peragitur *d.* 59. *n.* 9. *Merlino.*

ad Miſſæ ſolemnitatem requiritur maior numerus miniſtrorum, & pſallentium Clericorum. *deciſ.* 59. *num* 10. *Merlino.*

per *Modum* ea, quæ diſponuntur per teſtatorem, quis non tenetur adimplere niſi poſt adeptum lucrum. *deciſ.* 310 *num.* 7. *Panzirolo*

Modis omnibus ſatisfaciendum eſt voluntati teſtatoris. *deciſ.* 17 *num.* 6. *Panzirolo.*

ſuper *Molendino* aliquo ſi ſit impoſitus cenſus, ſi illud deſtruatur, non ſubſtinetur ſuper molendino reædificato. *deciſ.* 235. *nu.* 11. & quare vide *n.* 11. *Motmanno.*

MONASTERIVM.

Monaſterium, ſi habeat curam animarum, ei tanquam Parocho debetur ius decimandi. *deciſ.* 75. *num.* 2. *Macchiauello.*

Monaſterium aut alia dignitas poteſt de iure communi deputare Vicarium amouibilem in Eccleſia curata ſibi vnita. *deciſ.* 5 *num.* 7. *Dunozet.*

Sed hoc intellige, quando cura principaliter, & in capite reſidet penes ipſũ Monaſterium pleno iure, etiam quoad inſtitutionem authorizabilem. *ibidem num.* 1.

Monaſterio ſi ſit vnita, cura animarum Eccleſiæ ſæcularis, in ea debet deputari Vicarius perpetuus ſæcularis. *deciſ.* 5. *num.* 2. *Pirouano.*

Monaſterium, quando reperitur taxatum in libris Cameræ vltra florenos 200. anni intrat reſeruatio ſecundæ regulæ etiam quod agatur de Monaſterio habente Conuentum, ſi ſit ſolitum commendari. *deciſ.* 250. *num.* 17. *Coccino.*

Monaſterium, etiam capax bonorum, quando non ſuccedat in bonis fideicommiſſarijs Monachi, nec etiam eius vita durante. *d.* 135. *n.* 15. *Ghiſilerio.*

Monaſterio, ſi ſit vnita cura animarum Eccleſiæ ſecularis, ea exerceri debet per Vicarios perpetuos ab Ordinario deputandos. *deciſ.5.nu.3.Pirouano*, limita hoc, vt *num.4.*

Monaſteria, quæ ſunt ſolita commendari, cum æquiparentur Epiſcopatibus prouidentur in Conciſtorio. *dec.250. num.19.Coccino*.

Monaſterium, ſi habeat curam animarum, ea habitu reſidet penes Monaſterium, non autem pertinet ad Rectorem Vicarium. *deciſ.254.nu.3.Carrillo.*

per Monaſterij ingreſſum, & profeſſionem in Religione aboletur omnis macula illegitimitatis. *deciſ.30.num.42. Merlino*.

Monaſterio habenti curam animarum primitiæ debentur, non autem Rectori curam actu exercenti, vti Vicario. *deciſ.212.num.1.Pirouano.*

Monaſteria etiam exempta, ſi parum diſtent à Ciuitate, poſſunt compelli per Ordinarium ad accedēdum ad publicas ſupplicationes. *deciſ.203. num.18. Pirouano*.

Monaſterium remanet penitus diſſolutum per ſuppreſſionem factam à ſuperiore ob demerita Monachorum, & etiam ipſa eſſentia beneficiorum remanet omninò ſublata. *deciſ.99. nu.1.Panzirolo.*

in *Monialibus* non poteſt conſiderari aliqua ſucceſſio. *deciſ.126.nu.26.Ghiſilerio*.

Monialibus quando dos conſtituitur, ſeruanda eſt moderata Monaſterij conſuetudo, & in minori quantitate, quàm ſi nuberet in ſeculo. *deciſ. 30. num.26. Merlino*.

MONITORIVM.

Monitorium, ſeu citatio in criminalibus omninò arctat ad comparendum. *deciſ.4.num.26.Ghiſilerio.*

Monitorij, & petitionis loco poſſunt deſeruire articuli in iudicio ſummario. *deciſ.78.num.7.Buccab.*

Monitorium non dicitur relaxatum ad effectum carcerationis contra latitantem, vbi non ſolum comminantur cenſuræ, & pœnæ pecuniariæ, ſed etiam proceſſus ad vlteriora, pro vt iuſtitiæ ratio exegerit. *deciſ.4.num.27. Ghiſilerio*.

Cum tunc potius deliquens concitatur ad fugam. *ibidem num 29.*

Monitorium habet vim libelli, & citationis. *deciſ.4. num.24. Ghiſilerio*.

Monitorij ſola publicatio non eſt ſatis in valuis Eccleſiæ, ſi non legatur eam fuiſſe factam in valuis Eccleſiæ. *deciſ.305.num.10. & 13.Buccabella*.

Et ea eſt ratio, vt citatio deuenire poſſit ad notitiam citati. *ibid. num.11.*

Aduerte etiam, quod originale ipſius citationis debet affigi, & perſiſtere per aliquas horas in Valuis Eccleſiæ. *ibid num.12.*

Monitorium, conceſſum in cauſa ciuili, per comparitionem reſoluitur in ſimplicem citationem ob clauſulam, ſi quis ſenſerit ſe grauatum, in eo apponi ſolitam. *deciſ.295. num.18.Ghiſilerio*.

Monitorium in criminalibus ſi ſit intimatum, reus contumax poteſt condemnari. *deciſ. 296.num.20. Ghiſilerio*.

Monitorium de comparendo in criminalibus arctat omninò ad comparendum. *deciſ.295. num.19. Ghiſilerio*.

Monitorij defectus, ſuppletur ex eius certa notitia, *deciſ.78.num.6.Buccabella*.

Monitorio iudiciū introducitur de Iure communi, *dec.123.num.6. Carrillo*.

Moriens cenſetur magis, quàm viuens de animæ ſalute cogitare. *deciſ.81.num.6.Motmanno*.

Et ideò ſi mandet ſolui debita, præſumitur velle, quod ſoluantur debita habentia naturalem obligationem, quæ ſalua conſcientia omitti non poſſunt. *deciſ.81.num.7.Motmanno*.

Moriens non præſumitur immemor ſalutis æternæ. *deciſ.172.num.8.Coccino*.

Mons Philattanus eſt ſubiectus Iuriſdictioni Gubernatoris Marchiæ, non autem Gubernatoris Laureti. *deciſ.306.num.7 Ghiſilerio*.

ſine Mora non committitur pœna. *deciſ.230.num.3. Motmanno*.

MORS.

in Mortis articulo conſtitutus, ſi aliquid aſſerat, verum dixiſſe præſumitur. *deciſ.58. nu.20.21. & 22. Merlino*.

Mortis cauſa, ſi quis donet, in eius poteſtate eſt reuocare, & diſponere pro vt vult. *deciſ.9.num.19. Merlino*.

Vide ſupra in verbo Donatio cauſa mortis.

Mortis cauſa donatio caducatur, ſi donatarius præcedat donanti. *deciſ.9.num.1. Merlino*.

poſt Mortem donantis ſi ſubſtantia donationis conferatur, ex hoc deducitur, quod ſit donatio cauſa mortis. *d.9.n.24. & declara vt n.25. Merlino.*

Mors alicuius probatur ex partitis extractis ex libris mortuorum. *deciſ.168.nu.11. Ghiſilerio.*

Morſæ relictæ in muro apto vocabulo dicuntur dentes. *deciſ.253.num.11. Matthejo*.

Motus proprij robur non ceſſat, etiam ſi aliquando in gratia dicatur vt accepimus. *deciſ.225. num.4. Coccino*.

MVLIER.

Mulier, ſi ſit pauper, & non ſit induſtrioſa, non eſt veriſimile, quod ipſa acquiſiuerit notabilem ſummam pecuniarum. *deciſ. 245. num. 17. Ghiſilerio*.

Mulieris obligatio non inualidatur ex eo, quod proximiores, qui ex forma ſtatutorum in eius contractu interuenerunt, habebant in eo intereſſe, ſi illud non primarium, ſed ſecundarium erat. *deciſ. 241.num.25. Ghiſilerio*.

Mulier, dum ſe obligat ex cauſa neceſſaria, tunc ſolemnitates ſtatutariæ non requiruntur. *deciſ.241. num.13. Ghiſilerio*.

in Mulierum contractibus ſi requiratur cōſenſus eorum coniunctorum, quorum non intereſt, intelligitur de intereſſe primario, non autem de ſecundario. *deciſ.168 num.3.4.& 5. Ghiſilerio*.

Mulier quæ ſtipulata fuit, reddi ſibi partem dotis à marito, vt poſſit illam relinquere, cui voluerit, ipſa diſponendo de ea, cenſetur eam voluiſſe relinquere hæredibus ab inteſtato. *deciſ.163.num.41. Veroſpio*.

Mulier forenſis contrahendo præſumitur per conſanguineos diligenter informata de ſtatuto loci, vbi aliquis eius contractus eſt perficiendus. *deciſ. 119.num.18.Motmanno*.

Mulier in mandato de acceptando legatum, an debeat ſeruare ſolemnitates ſtatutorum. *deciſ. 9. num.44.Merlino*.

Mu-

Muliere quando eſt promiſſum augumentum dotis, poſt iam contractum matrimonium tunc in eius obligatione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ. *deciſ.241.num.3. Ghiſilerio*

Mulieres omnes abſque alia diſtinctione, ſi promittant dotem, omninò compellendæ ſunt ad obſeruandam promiſſionem. *ibidem num.*10.

Mulier, dum voluntariè ſe obligat, requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ in obligatione, ſecus verò ſi neceſſariè. *ibid.num.* 15.

Mulier promittendo dotem, ſi ſit maior, obligatur indiſtinctè, ſiue ex voluntate, ſiue ex neceſſitate promittat. *ibidem num.* 12.

Mulier, quando eſt minor, tunc in promiſſione dotis tenetur obſeruare ſolemnitates ſtatutarias, ſi obligatio dotis ſit voluntaris. *ibidem num.* 11. *&* 14.

Mulier non iuuatur velleiano ſi promiſit ſoluere debita viri præ mortui pro exoneranda illius conſcientia. *deciſ.245.num.26. Ghiſilerio.*

Mulier ſtatim mortuo viro, cenſetur mutare cauſam poſſeſſionis dotis de iure familiaritatis in ius proprium. *deciſ.* 150. *num.4. Pirouano.*

Mulier non præſumitur vxor alicuius viri, ſtante magna diſparitate nobilitatis, & diuitiarum, & ſi illa, eo viuente cogitauit alias contrahere nuptias. *deciſ.* 58. *num.*23. *Merlino,*

Mulier ſi infra bimeſtre reclamauerit de impotentia viri, non tenetur vlteriorem patientiam præſtare. *deciſ.*54 *num.*5. *Dunozet.*

Mulier ex facto proprio, licet nullo, cadit à poſſeſſione. *deciſ.*114.*num.*18. *Panzirolo.*

Mulieribus, ſiue à Iudice, ſiue à Teſtatore tutela dari non poteſt. *deciſ.*59.*num.* 3. *Motmanno.*

Mulier binuba, non recuperat legatum à primo Viro ei relictum, quamdiu caſtè, ac honeſtè vixerit. *deciſ.*45. *num.*21. *Motmanno.*

Mulier non cenſetur vxor illius viri, quæ poſt eius obitum, nullo queſtu, nulloq luctu, nec lugubribus veſtibus proſequutus eſt. *deciſ.* 58. *num.*24. *Merlino.*

Mulieris ſola reclamatio, ſi ſufficeret, reduceretur ad nihilum diſpoſitio cap. laudabilem de frigid. & malef. *deciſ.* 54. *num.*7. *Dunozet.*

Mulier extranea, quando promittit dotē alicui, tunc in eius obligatione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ, ſed Rota ſemper reiecit iſtam opinionem. *deciſ.*241.*num.*7. *&* 8. *Ghiſilerio.*

Mulier minor non reperitur ſpecialiter priuilegiata, circa promiſſionem dotis, ideò in eius promiſſione ſunt ſeruandæ ſolemnitates ſtatutariæ. *deciſ.* 241. *num.* 17. *Ghiſilerio.*

Mulier donando, quando adhibuit ſolemnitates ſtatutarias, & alia, quæ in donationibus cauſa mortis non requiruntur, præſumitur donare inter viuos. *deciſ.*9. *num.*18. *&* 19. *Merlino.*

Mulier, quod poſſit ſe pro dote obligare, in hoc dos eſt ſpecialiter obligata. *deciſ.*241. *nu.*9. *&* 17. *Ghiſiler.*

Mulieris confeſſio, ſi ſit adminiculata ex multis ſcripturis, & inſtrumentis ei præiudicat, etiam ſine ſolemnitatibus. *Ibidem num.*6.

Mulieris obligatio facta cauſa dotis ſubſtinetur, etiāſi non ſint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutatiæ. *dec.* 168. *num.*7. *Ghiſilerio.*

Mulieris obligatio facta de ſoluendo dotem alicui, valet, & tenet, licet non ſint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ. *deciſ.*241. *num* 1. *Ghiſilerio.*

Mulieris obligatio non tenet, ſi vnus ex duobus proximioribus requiſitis interuenire in eius contractu, non erat vllo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu coniunctus. *ibidem num.*20.

Mulier. quando obligatur, proximiores, qui interueniunt ex forma ſtatuti in eius contractu, in eo non debent habere intereſſe. *ibidem num.* 21.

Mulier, ſi donet ob cauſam, tunc non requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ. *dec.*168 *num* 6. *Ghiſiler.*

Mulier tunc ex facto proprio, licet nullo cadit à poſſeſſione, quando interuenit actus facti, & traditio poſſeſſionis. *deciſ.*114.*nu.*19. *Panzirolo.*

Mulier dotis hypothecam remittere non poteſt, niſi interuenerit decretum Iudicis, & ſolemnitates ſtatutorum. *deciſ.*114.*num.*17. *Panzirolo.*

Mulierum contractus quando ſubſtineantur. *deciſ.* 298. *num.*1. *Pirouano.*

Munificentia prudentis proprium eſt, vbi honorifica occaſio ſe præbet, ſumptibus non parcere. *deciſ.*69.*num.*72. *Merlino.*

Munificentia, & pietas alicuius zelantis Paſtoris omninò fouenda videtur. *dec.*222 *n.*19. *Merlino.*

M V R V S.

Murus proprius quis extollere poteſt vſque ad Cœlum. *deciſ.*253.*num.*1. *Matthæo.*

Murus dicitur deſtinatus ad altius tollendum, ſi ſint in eo relictæ morſæ, ad colligandum murum altius tollen. *ibidem num.*10.

Murus præſumitur conſtructus ab eo, qui reliquos etiam parietes vniformes conſtruxit. *ibidem num.*15. *&* 16.

Muri communis diuiſorij communia ſigna, quæ ſint. *ibid.num.*12.

Muri proprietas ex quibus ſignis dignoſcatur. *ibid. num.*19.

Murus aliquis an ſit de recenti conſtructus, ex quibus perpendatur. *ibidem num.*18.

Murus præſumitur communis, ſi ſit poſitus inter duo curtilia. *ibidem num.*31.

Murus tunc præſumitur communis, ſi ſit poſitus inter duo curtilia, quando ſumus in dubio, aliud in contrarium non apparens. *ibidem num.*31.

Murus præſumitur eius, cuius domus non poteſt ſtare ſine dicto muro, & tota in eo recumbit. *ibidem num.*33. *&* 47.

Murus præſumitur eius, cuius tecto eſt coopertus. *ibidem num.*34. 35. *&* 36.

ad Muri proprietatem perpendendam, quantum valeat ſtillicidium. *ibidem num.*21.

Murus aliquis ſi totus ſpectet ad aliquem, ad eumdem etiam ſpectabit murus illi coniunctus, ſi ſit in eadem magnitudine, quæ graſſities appellatur. *ibidem num.*40.

Muri dominium anterius, ſi quis probauerit, omnia ſigna ex aduerſo in eo probata inferentia communionem, præſumuntur extare in pariete iure ſeruitutis, vel liberalis conceſſionis. *ibid n.*41.

Murus ſi fuerit probatum, quod ad aliquem iure dominij ſpectat, ſi vicinus aliquid faciat in eo, quod arguat communionem, præſumitur id factum iure familiaritatis, vel per factum illicitum. *ibidem num.*55. *&* 56.

Murus, ſi ſit Indagandum, an ſit communis, vel proprius ex ſolis ſignis, inclinandum eſt pro eo, qui plura, & vrgentiora ſigna inducit. *ibid. nu.* 44.

Murus præſumitur eius, cuius parietes eum colligant, cum talis colligatio atguat proprietatem. *ibid. num.* 37.

Muri communio non probatur per ſigna æquiuoca, & poſſibilia tantum, eum non veniant attendenda. *ibid. num.* 50.

Murus, quod fuerit factus in ſolo alicuius, ex quo bene dignoſcatur. *ibid. num.* 57.

Murum proprium, quis poteſt eleuare, quamuis diu ſteterit ad il nm eleuandum, cum hoc ſit meræ facultatis. *ibid. num.* 58.

Muri eleuatio ſi fiat ad æmulationem, prohibenda eſt, etiamſi fiat in muro proprio, & ex quo cognoſcatur, quod fiat ad æmulationem. *ibid. n.* 62.

Murus præſumitur in dubio communis pro diuiſo. *ibid. num.* 67.

Murum communem ſocius eleuare poteſt pro ſua medietate. *ibid. num* 68.

Muri eleuatio, ſi poteſt fieri ad plures, & diuerſos vſus, non eſt reſtringenda ad vnum tantum. *ibidem num.* 77. & 78.

Mutatione perſonæ non mutatur conditio obligationis. *deciſ.* 62. *num.* 25. *Motmanno.*

Mutatio fori requiritur, vt non valeat alienatio rei litigioſæ in potentiorem. *deciſ.* 282 *n.* 18. *Veroſpio.*

Mutuans dicitur etiam præſtare auxilium. *deciſ.* 69. *num.* 44. *Merlino.*

ex Mutuo, quis contra aliquem agens concludenter, & plenè debet illud probare. *deciſ.* 69. *num.* 67. *Merlino.*

Mortuus non poteſt diſponere, nec in contractu, nec in vltima voluntate. *deciſ.* 231. *num.* 13. *Merlino.*

contra Mortuum ſi feratur ſententia, eſt nulla. *deciſ.* 38. *num.* 5. *Pirouano.*

contra Mortuum ſententia lata tenet, quando illius mors non deuenit ad notitiam alterius partis, vel Iudicis. *deciſ.* 38. *num.* 6. *Pirouano.*

N

NARRATA.

Narrata in gratia, quando inſtificata ſunt, non eſt curandum de eis qualitatibus, quæ non erãt de Iure exprimendæ, ſi non fuerint expreſſæ, ſed gratia eſt executioni demandanda. *deciſ.* 258. *num.* 20. *Carrillo.*

Narrata in gratia, quando ſufficiat, vt ſemiplenè probentur. *dec.* 51. *num.* 18. *Macrbiauello.*

Narrata in gratia, ad effectum, vt gratia non ſubſiſtneatur, ſufficit, quod per aduerſarium probetur, quod res ita non ſe ſe habet. *deciſ.* 237. *num.* 9. *Motmanno.*

Narratiua alicuius facti, ſi ſit extenſa in litteris confirmatorijs, probat illius ſubſtantiam, etiamſi inſtrumentum dicti facti non producatur. *deciſ.* 38. *num.* 7. *Pirouano.*

Narratiua ſufficit iuſtificari, quoad nudum factum. *deciſ.* 284. *num.* 1. *Pirouano.*

Narratiua, quod dignitas ſimul cum canonicatu cõſueuit obtineri abſque diſpenſatione Apoſtolica, iuſtificari poteſt ex pluribus prouiſionibus. *deciſ.* 256. *num.* 8. *Motmanno.*

Narratiua, quod aliqua Eccleſia ſit inſignis, ex quibus bene dicatur iuſtificata. *dec.* 258. *n.* 8. *Carrillo.*

Natis quibuſcumque proſpectum lege Pontificia eſt, iuris diuini, & naturalis veſtigijs inſiſtente, vt neceſſaria vitæ ſuppeditentur. *d.* 30 *n.* 31. *Merlino.*

Natus, ſi quis tempore teſtamenti non ſit, non poteſt dici tamquam non cognitus Teſtatori, quod potuiſſet præ cæteris diligi. *deciſ.* 142. *n.* 5. *Panzir.*

Naturalis ſanguinis ratio, & ciuilis militiæ, vbi concurrunt, faciunt menſuram largitatis ſuperfluentem. *deciſ.* 69. *nu.* 29. *Merlino.*

Neapolitana Ciuitas eſt inter celebriores Ciuitates Italiæ, ac Populo frequentiores. *deciſ.* 222. *num.* 15. *Merlino.*

NECESSITAS.

Neceſſitas voluntaria dicitur illa, in quam quis voluntariè ſe coniecit. *deciſ.* 24. *num.* 24. *Dunozet.*

Neceſſitate ceſſante, ceſſat præſumptio impenſæ. *deciſ.* 253. *num.* 5. *Matthæo.*

Neceſſitas non habet legem. *deciſ.* 115. *num.* 15. *Motmanno.*

Neceſſitas cauſatiua ſufficit, vt quis dicatur cogi, licet non inferatur præciſa neceſſitas. *deciſ.* 254. *num.* 8. *Matthæo.*

in Neceſſitate, quis non poteſt dici, ſi rem habeat prætio æſtimabilem. *deciſ.* 24. *num.* 22. *Dunozet.*

NEGATIVA.

Negatiua alicuius rei per diligentias factas in eo loco, vbi eſſe poteſt, probatur, & iſte modus probandi negatiuam per diligentias quotidie ſeruatur. *dec.* 29. *num.* 64. & 65. *Ghiſilerio.*

Et huiuſmodi diligentijs factis, & nihil reperto, eluditur præſumptio prædictæ rei. *ibid. num.* 66.

Negatiuæ probatio non exiſtentiæ vt non concludat, ſufficit aliquid eſſe poſſibile. *deciſ.* 29. *num.* 70. & 71. *Ghiſilerio.*

Negatiua alicuius ſcripturæ, vt probetur ex diligentijs factis ad aliam reperiendam, debet fieri in omnibus locis, officijs, &c. vbi ea reperiri poteſt. *dec.* 29 *num.* 67. *Ghiſilerio.*

Negatiua qualitatis, & quantitatis ab opponente debet probari. *deciſ.* 301. *num.* 1. *Motmanno.*

Negatiua coarctata habet vim affirmatiuæ. *dec.* 270. *num.* 15. *Coccino.*

Negatiua exceſſus, ſi ſit fundamẽtum gratiæ, eſt cõcludenter probanda. *deciſ.* 236. *num* 5. *Veroſpio.*

Negatiua ſcripturarum quando non probetur ex diligentijs factis ad effectum illas reperiendi. *deciſ.* 162. *num* 11. *Buccabella.*

NEGLIGENS.

Negligens quis non dicitur ad effectum præſcriptionis, ſi non poteſt agere. *deciſ.* 21. *num.* 15. *Coccino.*

Negligens in re ſua nemo præſumitur. *deciſ.* 271. *num.* 10. *Coccino.*

Negligentis odio partim eſt inducta præſcriptio, & partim fauore poſſidentis bona fide. *deciſ.* 21. *num.* 17. *Coccino*

NEGLIGENTIA.

Negligentia, & culpa mariti non exigentis dotem, non debet præiudicare mulieri. *d.* 35. *n.* 8. *Coccino.*

Negligentiam, aut culpam allegans, tenetur probare,

bare, quod ea ceſſante actus potuiſſet perfici. *deciſ.35.num.9.Coccino.*
Negligentia aliquorum Canonicorum nō debet nocere Capitulo. *dec.67. num.3. Coccino.*
Negligentia vbi non datur, ceſſat præſcriptio. *deciſ. 21. num 1. Coccino.*
ex Negligentia deſumitur præſcriptio. *deciſ. 226. num.52. Ghiſilerio.*
Negligere non dicitur,qui non valet agere. *deciſ.21. num. 18.Coccino.*

NEGOTIVM.

Negotium, quis ſibi proficuum, & nemini damnoſum faciens, poteſt ſibi acquirere, & mutare cauſam poſſeſſionis. *deciſ.34. num. 9. Motmanno.*
in Negotio aliquo ea', quæ tendunt ad alium finem, non ſunt in illo iuſtificanda.*d 169.n.17.Merlino.*

NEPOS.

Nepos pattuo alimenta etiam in foro conſcientiæ præſtare tenetur. *deciſ. 194.num.37. Dunozet.*
Nepos à quo alimenta petuntur ſi ſit Comes, vel Marchio, tunc enim ne patruus in Comitatus, ſeu Marchionatus opprobrium mendicare cogatur, alimenta ſunt omninò concernenda. *deciſ. 194. nu.48. & 61. Dunozet.*
Nepos parricidium dicitur perpetraſſe. pœnaq parricidij punitur ſi patruum occidat *ibid. num.20.*
Nepotes, & pronepotes alicuius. ſi in infinitum ſint vocati ex mente, & verbis teſtatoris, pariter granati ſunt reſtituere poſt obitum eorum alijs à teſtatore vocatis. *deciſ.248. num.3. Pirouano.*
inter Nepotes plurium fratrum, quando hæreditas veniat diuidenda in capita, & non in ſtirpes. *deciſ.138. num.1. Panzirolo.*
Neptis eſt in æquali gradu, cum alijs patruis in ſucceſſione alterius patrui. *d.188.n.5. & 6. Buccab.*

NOBILITAS.

Nobilitatis propria, & peculiaria virtus eſt liberalitas. *deciſ.69. num.25. Merlino.*
Nobilitas hanc ſibi legem quodammodo legem cōſtituit, vt debere ſe,quod ſponte tribuit,exiſtimet, & niſi in beneficijs creuerit nihil ſe præſtitiſſe putet. *ibid. num.26.*
Nobilitas alicuius probatur, ſi ſui aſcendentes admiſſi fuerint ad munera, honores, & officia, ad quæ ſoli nobil s admittuntur. *deciſ. 167. num. 3. & 4. Panzirolo.*
Nobilitas, tunc multo magis dicitur probata, dum magis antiqua probatur. *ibid. num. 14.*
Nobilitatem alicuius teſtea, ſi deponant de publica voce & fama. *Ibid.num.2.*
Nobilitas anteceſſorum influit, & communicatur in deſcendentes. *deciſ.167. num.14. Panzirolo.*
ex Nobilitate oritur præſumptio liberalitatis,ac munificentiæ. *dec.69. num.24. Merlino.*
ex Nobilitate arguitur donatio. *ibid. num. 27.*
Nocere non ſolent ea, quæ fiunt pro abundantiori cautela. *deciſ 173. num.1. Veroſpio.*
Nominis, & armorum teſtatoris propagatio eſt actus non minus optabilia vno potius tempore, quàm alio. *deciſ.142. num.6. Panzirolo.*
Nomen pecuniæ de ſui natura aptum eſt comprehēdere omnem ſpeciem debiti.*d.239.n.3.Veroſpio.*
Nominandi facultas ad emphyteuſim conceſſa alicui, ſi iſte nihil de ſua hæreditate diſponat, non videtur velle alium ſucceſſorem in re emphyteotica relinquere præter eum, qui eſt ſucceſſurus ab inteſtato. *deciſ.163.num.13. Veroſpio.*
Nominandi facultas habet in ſe tacitā conditionem, dummodo nominate debens nominet. *deciſ. 163. num.8. Veroſpio.*

NOMINATIO.

ex Nominatione ſola non probatur filiatio ſi illa ad alium effectum emanauerit. *dec.10 n.2. Veroſpio.*
ex Nominatione in filium iuncta inſtitutione, quis conſtituitur in quaſi poſſeſſione filiationis. *deciſ. 10. num. 7. Veroſpio.*
Nominationis vices nō poteſt habere ſucceſſionem legitimam. Et hanc opinionem multi celebres DD. amplexi ſunt *deciſ.163.nu.5. & 6. Veroſpio.*
Nominationis facultatem habens ad emphyteuſim, debet intelligi de vera, ac propria nominatione, non autem de præſumptiua. *ibid. num. 18.*
Nominatio ad emphyteuſim cenſetur facta per hæredis inſtitutionem. *ibid. num. 32.*
Vide in verbo Nominandi facultas.
Nominatim id fit, quod verbis generalibus fit, quibus omnia comprehenduntur. *deciſ. 219. num. 9. Ghiſilerio.*

NOTARIVS.

Notarius ſi ſcribat aliquam ſcripturam, non probat, niſi ſit ab eodem authenticata. *deciſ.18 num.11. Ghiſilerio.*
Notarij ſolent, quando producuntur interrogatoria, ſuper illis adnotare productionem, & receptionem. *ibid. num.7.*
à Notario ſi non ſit proceſſus authenticatus, & ſubſcriptus, non eſt in forma probanti. *ibid.num.2.*
Notarij narratiua ſimplex, quod teſtes iurarunt nō probat iuramentum teſtium. *deciſ. 129. num. 5. Merlino.*
Notario atteſtanti de actu præterito, & non geſto coram ſe ipſo. non creditur. *ibidem num. 6.*
Notario non creditur, niſi de ijs, de quibus fuit rogatus. *deciſ.82. num.13. Panzirolo.*
Notarij atteſtationi, quod omnia acta in aliqua inſtantia facta fuerunt integrè tranſportata multum deferri ſolet. *deciſ.204.num.15. Veroſpio.*
à Notario actuario ſi ſint extracta iura, non eſt opus aliqua citatione partis ad hoc, vt dicantur validè extracta. *dec.221. nu.12. Panzirolo.*
Notarij præſumuntur tales, quales ſe ſubſcripſerunt. *deciſ.294. num.26. Veroſpio.*
Notarius, quod ſit ſucceſſor in officio Notarij demortui, ſtandum eſt eius aſſertioni. *deciſ.284.n.11. Pirouano.*
Notarius an ſit legalis, necnon iſtud dubium tollitur, ſi adſint litteræ legalitatis in inſtrumento, de quo quæritur. *ibid. num.13.*
Notarius quādo exemplat inſtrumenta Notarij demortui, & id facit auctoritate Iudicis, Statuti, vel Principis, valet talis extractio etiam parte non citata. *ibid. num. 10.*
Notario non creditur aſſerenti ſe de tali inſtrumento rogatum, niſi exemplatū exhibeatur. *ibid.n 14.*
Notarij quod dēt fidem de actis ab ipſis rogatis, quotidie practicatur. *ibid. num. 16.*
Notario creditur danti fidem de ſcripturis in actis ſuis exiſtentibus. *ibid. num.15.*

No-

Notarij rogati de inſtrumentis poſſunt illa extrahere etiam lite pendente, & parte non citata. *deciſ. 284. num. 7. Pirouano.*
Notario aſſerenti teſtatorem fuiſſe ſanæ mentis, ſtãdum eſt, quando ſigna, & actus ſani iudicij præceſſerint. *deciſ. 233. num. 32. Carrillo.*
Notarius ad effectum reualidatoriæ inſtrumentorum ab eo rogatorum, debet probare ſe eſſe creatum à perſonis habentibus poteſtatem eum admittendi. *deciſ. 227. num. 20. Merlino.*
Notarij aſſertio de aliquo inſtrumento quando eſt certa per expreſſionem diei, menſis, & anni, & eſt etiam adminiculata per alia inſtrumenta Rota ſolet d. aſſertioni multum deferre. *deciſ. 284. n. 17. Pirouano.*
Notarij relationi, quod ad aliquem actum præceſſerit intimatio, non ſtatur *dec. 223. nu. 7. Veroſpio.*
Notarius non probat teſtem iuraſſe, ſi in principio dicat, teſtis inductus, productus, monitus, iuratus &c. *deciſ. 18. num. 15. Ghiſilerio.*
Notario enuncianti teſtem iuraſſe non creditur, licet dicat talem teſtem iuratum ſuper Crucem ſui habitus, vel tactis &c. depoſuiſſe. *deciſ. 18. num. 18. Ghiſilerio.*

NVLLITAS.

Nullitas collationis Ordinarij probatur ſi beneficiũ, ſit reſeruatum Sedi Apoſtolicæ. *deciſ. 236. nu. 13. Veroſpio.*
Nullitates non probatæ, non ſunt narrandæ in commiſſione ſanatoria nullitatum. *deciſ. 18. num. 20. Ghiſilerio.*
de Nullitate actus iudicialis opponens, de ea dari non poteſt, niſi tranſportatis actis illius cauſæ. *deciſ. 79. num. 4. Pirouano.*
de Nullitate actus intra annum ſi datum non fuerit, ſemper obſtat Statut. Vrb. lib. 1. cap. 19. *deciſ. 79. num. 6. Pirouano.*
de Nullitate etiamſi notoria agatur, nihilominus intrat Statut. Vrb. lib. 1. cap. 19. *ibid. num. 7.*
de Nullitate contractus, illi ſolum poſſunt dare, ad cuius fauorem eſt nullus. *d. 88. num. 8. Ghiſilerio.*
Nullitates proceſſus non iuſtificantur eo ipſo, quod non docetur de integra actorum tranſportatione, & quid ſit pro illo neceſſe, præſumatur eſſe inter acta omiſſa. *deciſ. 18. num. 20. Ghiſilerio.*
Nullitas cenſus ſi ſit reſpectu principalis fauore ſpeciali, ea non ſuffragabitur reſpectu recipientis pecunias, & recognoſcentis bonam fidem. *deciſ. 271. num. 5. Vbaldo.*
Nullitates tunc multo magis ſunt tollendæ, quando pars de eis opponit *deciſ. 223. num. 4. Veroſpio.*
de Nullitate non poteſt opponi poſt annum, ſtante Statut. Vrb. lib. 1. cap. 19. *deciſ. 130. n. 9. Veroſpio.*
Sed d. ſtatutum non procedit, quando nullitas eſt mixta cum ſpolio, propter iniuſtitiam ſententiæ. *deciſ. 130. num. 10. Veroſpio.*
ſub Nullitatis pœna executor mixtus debet procedere iuris ordine ſeruato *d. 51. n. 9. Macchiauello.*
Nullitates, quando ſunt prorſus inſanabiles de iure, arbitrium non intrat, cum à iure reguletur. *deciſ. 18. num. 27. Ghiſilerio.*
Nullitates, quando ſunt claræ, & indubitatæ, tali caſu non intrat arbitrium pro illarum ſanatione. *deciſ. 18. num. 21. Ghiſilerio.*
Nullitatis contractus ab illo tãtum poteſt allegari, cuius fauore ſpecialiter eſt nullus. *deciſ. 306. n. 30. Ghiſilerio.*
Nullum quod in ſe eſt, non validatur ex confirmatione. *deciſ. 84. num. 10. Roias.*
Nullum quod eſt, nullum producit effectum. *deciſ. 172. num. 4. Coccino.*
Nuncij atteſtationi ſtatur, ſi conſiſtat in relatione, ſe citaſſe aliquem hoc modo, vel alio, non autem an ſcriptura intimata ſit ſcripta, vel ſubſcripta ab aliquo. *deciſ. 218. num. 18. Ghiſilerio.*
Nuncij, vel Notarij atteſtatio de actu præterito nõ attenditur. *deciſ. 218. num. 20. Ghiſilerio.*
Vide ſupra in verbo Notarius.
circa *Nuptiarum* ſolemnitates, pompas, & apparatus inter filias illegitimas, atque ipſas filias legitimas de iure eſt conſtituta differentia. *deciſ. 30. num. 28. Merlino.*

O

OBedire labijs non ſufficit, ſi operibus poſtea contradicatur. *deciſ. 299. num. 4. Coccino.*
Obitus beneficiati in poſſeſſione beneficij non poteſt dubitari, ſi ambo litigantes veniant ex eadem vacatione. *deciſ. 236. num. 2. Veroſpio.*

OBLATIO.

Oblationi ſacrificij Miſſæ, quando plures concurrũt, reſultat quaſi vnum morale offerens cum maiori deuotione, reuerentia, & dignitate, necnon etiã fructu pro anima defuncti *deciſ. 59. n. 32. Merlino.*
Oblatio intereſſe loco adimplementi in obligationibus facti cui detur. *deciſ. 64. num. 21. Veroſpio.*

OBLIGANS.

Obligans ſe aliquid intra certum, & præciſum tempus adimplere cum pacto reſolutiuo, ſi intra d. tempus nõ adimpleuerit, omnia promiſſa ei propter id cedant. *deciſ. 109. num 4. Dunozet.*
Obligans ſe etiam in caſu nullitatis contractus cenſus, data eius nullitate, tenetur ratione ſaltem damno. um, & intereſſe tàm ad fructus, quàm ad ſortem. *deciſ. 273. num. 5. 6 7. & 8. Vbaldo.*
Obligans ſe etiam in caſu nullitatis, & inualiditatis contractus, tunc ceſſant oppoſitiones. *deciſ. 271. num. 10. & 11. Vbaldo.*
Obligans ſe aliquid ſoluere alicui, ſi certa pacta adimpleuerit, conſtito de adimplemento videtur eſſe locus obligationi de ſoluendo. *deciſ. 109. nu. 1. Dunozet.*
Obligans ſe pro alio principaliter, non dicitur fideiuſſor, qui ſequitur naturam principalis obligationis, & ſine ea ſtare non poteſt. *d. 271. n. 3 Vbaldo.*
Sed conſideratur vti principalis, & eius obligatio ſtat de per ſe, & non acceſſoriè. *ibid. num. 4.*

OBLIGATIO.

Obligatio Cameralis, quando eſt vulnerata ceſſat via executiua, & eſt ordinariè procedendum. *deciſ. 156. num. 4 Dunozet.*
Obligatio Cameralis non impeditur ob exceptiones, requirentes altiorem indaginem. *deciſ. 23. nu. 10. Motmanno.*
Obligatio Cameralis facit rem certam. *deciſ. 110. num. 2. Pirouano.*

Obli-

Digitized by Google

Obligatio Cameralis vbique locorum habet executionem paratam. *dec.168.num.1. Ghiſilerio*.

Obligatio Cameralis, quando fuit extenſa iuxta formam Cameræ habet executionem paratam. *deciſ.* 109.*num.2. Dunozet*.

Obligatio Cameralis habet executionem paratam. *deciſ.11. num. 1.Panzirolo*.

Obligationis Cameralis beneficium ob ceſſionem, tranſit in ipſum ceſſionarium. *deciſ. 23. num.4. Motmanno*.

Obligationis Cameralis executio non eſt retardanda propter ea, quæ requirunt altiorem indaginem. *deciſ.65.num.13. Coccino*.

Obligationi Camerali alicuius quando eſt factus locus, contra eum relaxatur mandatum. *deciſ. 97. num.1. Dunozet*.

Obligatio Cameralis continet obligationẽ pro omnibus quibus intereſt. *deciſ.177.num.9 Panzirolo*.

Obligatio Cameralis continet ſub ſe clauſulam quorum intereſt, aut intereſſe poterit. *deciſ.45.num.7. Dunozet*.

Obligatio Cameralis extenditur etiam ad enunciatiuè nominatos in inſtrumento. *d.273.n.2. Vbaldo*.

Obligatio Cameralis vt ad aliquem extendatur, non requiritur, vt ipſe interueniat in contractu, ſed ſufficit ſtipulatio Notarij pro omnibus, quorum intereſt, & intererit. *deciſ. 273.num.3.Vbaldo*.

Obligationis Cameralis vulneratæ vigore, ſi Iudex procedat executiuè, nulliter procedit. *deciſ.156. num.3. Dunozet*.

Obligatio reſtricta ad certam perſonam taxatiuè, & conditionaliter hoc caſu clauſula, quorum intereſt non ſe extendit ad alias perſonas. *deciſ.46.num.8. Dunozet*.

Obligatio facta de reſarciendo quodcumque damnũ, intelligenda eſt de damno in ordine ad lucrum. *deciſ.47.num.11. Panzirolo*.

in Obligationibus facti actio pro intereſſe ſuccedit loco adimplementi. *deciſ.64.num.11.Veroſpio*.

Obligatione naturali tenetur, eo ipſo quod quis cum aliena iactura locupletatur. *deciſ. 81. num. 16. Motmanno*.

Obligationis conditio non mutatur ex mutatione perſonæ *deciſ 62.num.25. Motmanno*.

Obligatio non debet extendi ad id, quod eſt exceptum. *deciſ.287. num.23. & 24. Veroſpio*.

Obligatio mulieris nõ tenet ſi vnus ex duobus proximioribus requiſitis à ſtatuto, in eius contractu interuenit, & nullo conſanguinitatis, vel affinitatis gradu erat coniunctus. *dec.241.n.20.Ghiſilerio*.

Obligatio mulieris facta de ſoluẽdo dotem alicui valet, & tenet, licet non ſint ſeruatæ ſolemnitates ſtatutariæ. *dec.241.num.1. Ghiſilerio*.

Obligatio mulieris quando procedit ex cauſa volũtaria, tunc requiruntur ſolemnitates ſtatutariæ, ſed ſecus ſi procedat ex cauſa neceſſaria. *deciſ.241 num. 15. Ghiſilerio*.

Obligatio mulieris, ſi ſit ex falſa cauſa in parte, redditur nulla in totum, propter decreti Iudicis indiuiduitatem. *deciſ.229 num.9. Ghiſilerio*.

per Obligationem de reſtituendo, quando res dicatur adhuc extare ſecuta euictione. *deciſ.155.n. 10. Panzirolo*.

de Obligando aliquem, quando agitur, tractatur de re valde præiudiciali. *dec.299.num.12. Ghiſilerio*.

Oblinio præſumitur ſtante lapſu longi temporis. *deciſ 9.num.45.Merlino*.

Obliuioni ſolet eſſe obnoxia ſenectus. *deciſ. 160. num.14. Merlino*.

Obreptio, & ſubreptio vitiant beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ.94.num.60.Merlino*.

OBSERVANTIA.

Obſeruantia plurimum attenditur in collatione beneficiorum. *dec.71 num.12.Macchiauello*.

Obſeruantia non interrumpitur ex actu nullo, & non effectuato, *deciſ.29. num.26. Ghiſilerio*.

Obſeruantia remota non dicitur ſi ſit infra 40. annos. *dec.105.num.12. Ghiſilerio*.

Obſeruantia ſtante in alienatione bonorum Eccleſiæ præſumitur interueniſſe Beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ 5. num. 6. Pirouano*.

Obſeruantia controuerti non poteſt ſi fuit continuata per ſpatium pluſquam longiſſimi temporis. *deciſ.105. num.5.Ghiſilerio*.

Obſeruantia interpretatiua debet eſſe proxima, non autem remota. *deciſ.105.num.10. Ghiſilerio*.

Obſeruantia, quando eſt remota, non eſt attendenda. *deciſ.10 :. num 9.Ghiſilerio*.

Obſeruantiæ tempus, dum detegitur proximum, debet ſuffragari. *deciſ.105. num.11. Ghiſilerio*.

Obſeruantia non concluditur ex poſſeſſione æquiuoca, & incerta. *deciſ.121.num.15.Carrillo*.

Obſeruantia dat fidem ſcripturæ etiam informi. *dec. 146. num.2. Pirouano*.

Obſeruantia ad hoc vt releuet quid requiratur. *deciſ.146 num.3. Pirouano*.

Obſeruantia litigioſa non releuat. *deciſ.65. num.10. Ghiſilerio*.

ex Obſeruantia, & ſolito arguitur animus cõtrahentium, quamuis id non expreſſerint. *deciſ. 28. num 13.Buccabella*.

Obſeruantia eſt optima cuiuſlibet diſpoſitionis interpres. *deciſ.14. num.4.Pirouano*.

in Obſeruantia interpretatiua præſcriptione opus non eſt, ſed ſufficit ita fuiſſe obſeruatũ per duos, vel tres actus *dec.14. num.5.Pirouano*.

Obſeruantia contraria in totum eliditur, ſtante in Conſtitutione clauſula ſublata, & decreto irritanti. *deciſ.66 num.8. Ghiſilerio*.

Obſeruantia in contrarium omnis tollitur ſtante clauſula ſublata, & decreto irritanti. *deciſ. 31. num.2.Ghiſilerio*.

Obſeruantia, quæ dedit cauſam liti, non eſt attendenda. *deciſ.66.num.11.Ghiſilerio*.

Obſeruantia eſt malum efficax ad Ius ipſum ſtabiliendum & indicandum eſſe receptum. *deciſ.76. num.6. Merlino*.

Obſernantia contraria Conſtitutionibus, & Indultis, non attenditur. *deciſ.66. num.12. Ghiſilerio*.

Obſeruantia comprobat iuriſdictionem ad aliquem ſpectare, quo ad alios priuatiuè *d.76.n.7.Merlino*.

Obſeruantia præſumitur ex Confirmatione Apoſtolica, ita vt aſſerenti contrariũ, incumbit onus probandi per actus cõcludentes. *d.91.n.11. Motman*.

Obſeruantia antiquiſſima eſt ſufficiens interpretari verba ſtatutorum dubia. *deciſ.226.n.29.Ghiſilerio*.

Obſeruantia deſeruit pro interpretatione diſpoſitionum. *deciſ.247.num.7. Carrillo*.

Obſeruantia longa probat conſenſum. *deciſ.218. num. 16. Ghiſilerio.*

Obſeruantia bene declarat, quod aliquis contractus non ſit perſonalis, ſed tranſitorius ad hæredes. *deciſ.218.num.10.Ghiſilerio.*

Obſeruantia ſubſecuta eſt de per ſe ſola ſufficiens ad præſumendam effectuationem eius, vſque ab initio. *deciſ.251.num.6. Carrillo.*

Obſeruantia longiſſima eſt apta probare titulum cũ ſuis qualitatibus. *dec.254. num.25.Carrillo.*

Obſeruantia poſitiua probatur per teſtes. *dec.218. num.9.Ghiſilerio.*

Obſeruantia aliqua, ſi conueniat ſubſtantiæ rei principalis,ita etiam conuenire poteſt eius acceſſorijs. *deciſ.254.num.30.Carrillo.*

de Obſeruantia in alienationibus rerum Eccleſiæ debet certitudinaliter conſtare, vt ex lapſu 30. annorum præſumatur interueniſſe beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ.304 num.11. Macchiauello.*

Obſeruantia ſtante creditur ſcripturæ minus ſolemni. *deciſ. 100 num.1. Pirouano.*

Obſeruanda eſt tranſactio, ſi ſit inita. *deciſ.220. num 3.Ghiſilerio.*

Occaſio qualibet leuis ſufficit, vt excludatur donatio. *deciſ.69.num.2. Merlino.*

Occaſio, & opportunitas poteſt reddere aliquem efficaciorem ad aliquid operaudum. *deciſ. 69. num 35.Merlino.*

Occaſio honorifica, vbi ſe prabet, tunc ſumptibus non parcere, proprium eſt prudentis munificentiæ. *deciſ.69 num.72.Merlino.*

O D I V M.

Odio negligentis partim eſt inducta præſcriptio, & partim fauore poſſidentis bona fide. *deciſ.21. num.17. Coccino.*

ex Odij, & auaritiæ cauſa ſolent reprobari ſtatuta, ſi pœnæ contrauenientium cedere debeant in commodum ſtatuentium. *deciſ 107.num 14 Veroſpio.*

ex Odio,& malo animo cenſetur motus teſtator cõtra al quem, ſi prohibuerit quod ei aliqua domus non locaretur, etiam ſi offerret maiorem penſionem aliorum. *deciſ.104. num.22. Veroſpio.*

Odium præſumitur, quod quis habeat in alium, ex minis ab eo in illum factis. *dec.190.n.28.Panzir.*

in Odioſis extenſio non fit. *dec.113.nu.23. Rot.ıı.*

Officialibus publicis de Iure creditur in concernentibus eorum officium. *dec.98.n 6.& 7.Ghiſilerio.*

O F F I C I V M.

Officio ſuo poſtquam Iudex eſt functus, non poteſt amplius in cauſa ſe intromittere. *d.21.n. 3.Coccin.*

Officium aliquod; quando fuit reuocatum,vnà cum eo euaneſcit cauſa manutentionis. *deciſ. 49. num.13. Dunozet,*

in Officio eodem, quod aſſocientur homines diſparis conditionis, & profeſſionis non decet. *deciſ. 222 num.21.Merlino.*

Officium Sacræ Pœnitentiariæ à quibus vſque de tempore primitiuæ Eccleſiæ regebatur. *deciſ.222. num. 3.Merlino.*

ad Officium Capſerij ſolum ſpectat aperire gruppos, & creditores facere tranſmittentes. *deciſ. 154. num.11. Dunozet.*

ad Officium Capſerij ſpectat recipere pecunias ad Banchum tranſmiſſas. *d.154. num.14.Dunozet.*

Onere duplici non eſt præſumendum, quod Papa voluerit Eccleſiam grauare. *d.169.n.4. Merlino.*

O P I N I O.

in Opinionum diuerſitate Rota non tam mouetur ex numero Doctorum, quàm ex rationibus. *deciſ. 17.num.4. Panzirolo.*

Opinio illa videtur amplectanda, pro qua non ſolum concurrit æquitas; verum etiam firmiores rationes. *deciſ. 17.num.10. Panzirolo.*

Opinio aliqua Mercatorum, in materia aſſecurationum, ſi detegatur erronea, non debet nocere aſſecuratis. *deciſ.47. num.9. Panzirolo.*

in Opinionum concurſu, illa eſt præferenda, quæ eſt benignior, & fauet animæ, atque obligationem ſubſtinet. *deciſ.119. num. 22. Motmanno.*

Opinio aliqua, vt dicatur probabilis, ſufficit, quod à Rota aliquando fuerit approbata. *deciſ.81. num. 13. Motmanno.*

Opinio eorum Doctorum contra quos ſtat verior, æquior, & receptior ſententia, non eſt attendenda. *deciſ.194.nu.59. Dunozet.*

in Opinionum conflictu Rota ex inueterato ſtylo æquiorem ſolet amplecti ſententiam. *deciſ.194. num 47. Dunozet.*

Opinionem aliquam, ſi Rota aliquando approbauerit, ſufficit ad effectum præbendi iuſtam cauſam ita credendi, & conſequenter excludendi dolum. *deciſ.62. num.17. Motmanno.*

Opinio illa eſt æquior, quæ eſt pro validitate actus, *deciſ.265. num. 11. Vbaldo.*

Oppoſitione cum petitione, ſi Eques Hieroſolymitanus neglexerit facere, pedit ius, quod ei competebat ratione antianitatis ad cõſequendam Cõmendam. *dec. 303.num.17.Motmanno.*

Optabile quocumque tempore id videtur,ex quo reſultat commodum, & honor. *deciſ.134. num.5. Panzirolo.*

Opus, magis eſt meritorium, & eſſentialis præmij, ſi ex feruenti proueniat charitate,& ſic eſt tunc magis ſatisfactorium pro peccatis. *d.59 n.30.Merlino.*

Opus præſumitur eius, cuius expenſis fuit factum. *deciſ.253.num.2.Mattheio.*

Oratio vnica illa dicitur, quæ ab vnico verbo tota terminatur, *deciſ. 33. num.6. Coccino.*

Oratio vnica perfecta, vna verborum ſtructura,debet tota capi, non autem in partes ſcindi. *deciſ. 33. num. 10. Coccino.*

Orationis particularis natura quæ ſit. *deciſ. 173. num. 34. Veroſpio.*

O R D I N A R I V S.

Ordinarij ceſſantibus reſeruationibus habent parem poteſtatem cum Papa conferendi, & Papa prouiſos ab eis agnoſcit pro legitimis contradictoribus. *deciſ.225.num.20. Coccino.*

Sed hoc intelligendum eſt, ſi prouiſus exhibeat titulum talem, ex quo ſi non eſſet poſſeſſor ex dicto titulo in concurſu cum prouiſo à Papa, ei daretur immiſſio, alias ſecus num.22. *ibid num.21.*

Ordinarij gratia non eget aliqua iuſtificatione, cum ſemper cenſeatur prouidere Motu proprio. *deciſ. 152.num.2. Veroſpio.*

Ordinarij præſumuntur inſtructi de qualitate beneficiorum exiſtentium in eorum Diœceſi. *deciſ.143. num.7.Carrillo.*

Ordina-

Ordinarij conſenſus in donatione Iuriſpatronatus, quandocumque ſuperueniat, validat donationem etiam in præiudicium tertij. *d.*101.*n.*7. *Pirouano.*

Ordinarijs collatoribus non eſt præſumendum, quod Papa voluerit præiudicare, nec illos præuenire circa collationem beneficiorum. *dec.*237.*num.*3. *Motmanno.*

Ordinarij ceſſante negligentia non poteſt priuare exequutores teſtamentarios ſuis facultatibus. *dec.*260.*num.*12. *Pirouano.*

Ordinarius Ordinariorum eſt Papa. *decis.*29. *num.*8. *Ghiſilerio.*

Ordinarijs per Concil. Trident. iuncta eſt cura deputandi Sacerdotes, apud quos Chriſti fideles dolêter confitentes, conſcientiæ diſcuſſionem faciant, & ſalutarem medelam pro quibuſcumque culpis exquirant. *decis.*222.*num.*2. *Merlino.*

contra Ordinarios, cum habeat intentionem fundatam in iure ſuper exercitio Iuriſdictionis in ſua Diœceſi non eſt inhibendum. *decis.* 260. *num.* 1. *Pirouano.*

Donec cognoſcatur de Iuribus prætendentium exceptionem, aut præſcriptionem. *ibid. num.*2.

Ordinarijs circa iuriſdictionem non aſſiſtit Ius contra Regulares, quod procedit etiam ſi Ordinarij ſint Sedis Apoſtolicæ Delegati. *dec.*260. *num.*5. *&* 6. *Pirouano.*

Ordinarius, quando non dubitat de Iurepatronatus, leuiores probationes admittuntur. *decis.* 302. *num.*9. *Panzirolo.*

Ordinarij, tamquam Sedis Apoſtolicæ Delegati in caſibus à Iure conceſſis omnium piarum diſpoſitionum, tam in vltima voluntate, quàm inter viuos ſunt executores. *dec.*260.*num.*11. *Pirouano.*

Ordinarius, quando dicatur proceſſiſſe vti piæ operis executor in caſibus à Iure conceſſis. *decis.* 260. *num.*10. *Pirouano.*

Ordinarij collationis nullitas probatur, ſi beneficiũ collatum ſit reſeruatum Sedi Apoſtolicæ. *decis.* 236. *num.*13. *Veroſpio.*

Ordinarius præſumitur habere notitiam beneficiorum ſuæ Diœceſis. *decis.*236.*num.*7. *Veroſpio.*

Ordinarius habet intentionem fundatam de Iure communi ſuper collatione omnium beneficiorum exiſtentium intra fines ſuæ Diœceſis. *decis.* 247. *num.*1. *&* 6. *Carrillo.*

Ita vt alleganti contrarium incumbit onus plenè, & quidem concludenter probandi, & hoc maximè, ſi repugnet vltimus ſtatus. *ibid. num.*2.

Ordinario ſpectat deputare viros idoneos pro fidelium confeſſionibus excipiendis, & iniungendis pœnitentijs, quibus peccata ſalubriter curentur. *dec.*222.*num.*1. *Merlino.*

ab Ordinario prouiſus, ſi ſit in poſſeſſione, tamquam legitimus contradictor poteſt impedire proceſsũ executiuum. *decis.*225.*num.*18. *Coccino.*

Ordinarius ſolet prouidere Eccleſiæ, non autem perſonæ. *decis.*236.*num.*4. *Veroſpio.*

Ordinario ad effectum exercendi iuriſdictionem, canones vltra fines non aſſiſtunt. *decis.*203 *num.*1. *Pirouano.*

Vide ſupra in verbo Epiſcopus.

ad Ordinandum, & exequendum aliquid ſi executores ſint dati, licet in parte actum executioni demandauerint, non dicuntur functi officio ſuo donec plenè executionem perfecerint. *decis.* 1. *num.*21. *Coccino.*

ORDINATIO.

Ordinatio aliqua, ſi pendeat ab aliquorum facto, ac voluntate, ex contraria declaratione, & determinatione cenſetur ſublata. *dec.*85.*n.*4. *Buccabella.*

Ordinatio Capitularis prima de Commendis Relig. Hieroſolymit. licet loquatur tantum de Magno Magiſtro, debet etiam comprehendere Priores tamquam inferiores. *dec.*136.*n.*8. *&* 9. *Ghiſilerio.*

Ordinatio Religionis Hieroſolymitanæ de Conſilio edita, &c. ſi non confirmetur poſtea in Capitulo Generali ſequenti, tamquam temporanea expirat. & num. 16. *decis.*167.*num.*12. *Panzirolo.*

Ordinatio tertio præiudicialis ſubſtineri non poteſt. *decis.*85. *num.*2. *Buccabella.*

ORDO.

Ordo quilibet eccleſiaſticus venit appellatione ſacerdotij. *decis.*59. *num.*24. *Merlino.*

Ordo Ciſtercienſis habuit priuilegia plenæ exemptionis, & poſt conditum cap. 1. de priuil. in 6. impetrarunt ab Innocentio IV. ne d. cap. derogaret priuilegijs ſuæ exemptionis. *dec.*165.*num.*15. *Ghiſilerio.*

Ordinis Hieroſolymitani beneficia non dantur, niſi verè profeſſis in eadem religione. *decis.* 240. *nu.*8. *Ghiſilerio.*

Ordo Iudiciarius ſemper eſt ſeruandus iuxta ſtylũ, & conſuetudinem fori, vbi cauſa ventilatur. *decis.* 84.*num.*12. *Roias.*

Ordinis iudiciarij fundamentum eſt citatio. *decis.* 4. *num.*25. *Ghiſilerio.*

Ordo an requiratur in aliquo beneficio, quid ſit inſpiciendum. *decis.*14.*num.*6. *Pirouano.*

P

PACTVM.

in Contractu, pactum in præiudicio tertij appoſitum, pro non appoſito habetur. *decis.*201. *num.*10. *Dunozet.*

Pacta, & conuentiones celebratæ cum Abbatibus, Rectoribus, & Parochis ſuper rebus ad Parochialitatem ſpectantibus ſubſiſtunt, & ligant ſucceſſores, quantumuis huiuſmodi pactiones, neque à Superioribus, neque à Sede Apoſtolica ſint roboratæ. *decis.*218. *num.*4. *Ghiſilerio.*

Sed hoc intellige in pactis, & pactionibus initis cũ perſonis Eccleſiaſticis, ſecus ſi fierent cum Laicis ſuper alijs iuribus. *ibid. num.*5.

Pacta irreuelantia non ſunt attendenda. *decis.* 201. *num.*3. *Dunozet.*

Pacta, & conditiones contentæ, in concordia facta in limine vnionum Parochialium, veniunt ſeruãdæ. *decis.*5. *num.* 1. *Dunozet.*

Pactũ in contractu appoſitum in præiudicium tertij non ſubſiſtit. *dec.*201. *num.* 8. *Dunozet.*

Pacta quæ conueniunt donationi inter viuos ſi adſint in donatione cauſa mortis, transfunditur in donatione inter viuos. *decis.* 9. *num.* 12. *Merlino.*

Pacta reuocatoria donationis ſi in donatione inter viuos adſint, transformantur in donatione cauſa mortis.

mortis. *deciſ. 9. num. 13. Merlino*.

Pactum in inueſtitura poſitum, quod ea poſſit reſolui ad libitum concedentis, non poteſt poni in voluntate reſolutiua vnius. declara num. 29. *deciſ. 201. num.4. & 28. Dunozet.*

Pacta, & onera conſiderantur in venditionibus tamquam pars pretij, & valorem rei augent, & minuunt. *dec.94. num.69. Merlino*.

Pacta inſolita appoſita in contractibus arguunt fraudem. *deciſ.201. num.12. Dunozet.*

Pactum in contractu emphyteuſis appoſitum, quod poſſit reuocari ad libitum concedentis debet intelligi, ſi iuſta, & legitima cauſa ſuperuenerit. *deciſ.201. num.13. Dunoz.*

Pactum reſolutionis poſitũ in aliquo contractu, operatur dumtaxat volente, & declarante eo ad cuius fauorem apponitur. *deciſ.109. num.6. Dunozet.*

Pactum in conceſſione bonorum de reuocando de 29. annis, in 29. annos non tollit effectum perpetuitatis, cum dicatur adiectum ad probationem dominij. *dec.164. nu.16. Ghiſilerio*.

Et iſta conceſſio eſt tranſitoria ad extraneos.

P A P A.

à Papa ſi ſint confirmata ſtatuta, remanent ſecundum eorum naturam. *deciſ. 219. num.3. Ghiſilerio.*

Papæ mens in quacumque diſpoſitione potius attenditur, quàm verba. *deciſ.99. num.16. Panzir.*

Papa, ſi dicat in reſeruatione de iurepatronatus Regis ex priuilegio, cui non eſt hactenus in aliquo derogatũ, ex hoc videtur innuere per reſeruationes ei non eſſe derogatum. *deciſ.29. n.11. Ghiſiler.*

Papa dando adminiſtratorem alicui Eccleſiæ, prouiſionem ſibi reſeruare videtur, ita vt quicquid ab alio fiat, irritum eſt. *deciſ.250. num. 16. Coccino*.

Papa, quando indulget Epiſcopis collationem beneficiorum, etiam in menſibus reſeruatis, ſi collatio Epiſcopi ſit ſimultanea cum Capitulo, Indultum huiuſmodi etiam ſuffragatur Capitulo connexo. *deciſ.279. num.10. Merlino*.

Papa, ſi eximet aliquem à ſolutione decimarum ſi verſemur in decimis antiquis, non eſt facienda mentio in priuilegio exemptionis, quod ad alium ſpectarent decimæ, ſiue de iure communi, ſiue de iure ſpeciali, ſcilicet ex priuilegio donationis, aut præſcriptionis. *deciſ.193. nu.10. Coccino*.

Papa ſolet voluntati fundatorum rerum ſpectantium ad cultum Diuinum adhærere, vt alij quoque imitentur, & ita dictus cultus Diuinus augeatur. *deciſ.258. nu.24. Carrillo*.

Papa, ſi mandet beneficium ſimpliciter conferri, nõ facta alicuius mentione, videtur potius habuiſſe rationem neceſſitatis Eccleſiæ, quàm eius perſonæ, cui poſtea fuit facta collatio. *deciſ. 255. num. 18. Veroſpio*.

Papa, non eſt præſumendum, quod voluerit concedere alicui Oppido exemptionem ab Ordinario, cum hæc ſit valde ei præiudicialis, & Cathedrali Eccleſiæ onerosa. *deciſ.258. num.26. Carrillo*.

Et hoc maximè, ſi ſit parua diſtantia inter Oppidũ, & Ciuitatem, quod eſſet cauſa, vt quotidie orirentur plurima diſſidia inter Ordinarium, & exemptos. *ibid. num.27.*

Papæ ſcientia poteſt ex narratis deſumi. *deciſ. 80. num. 16. Macchiauello*.

in Papa non admittitur quæſtio poteſtatis, ſed bene defectus voluntatis. *deciſ.219. n.2. & 6. Ghiſilerio.*

de Papæ poteſtate dubitare nefas, & ſacrilegium eſt. *deciſ.220. num.3. Buccabella*.

Papa, per exemptionem non præſumitur voluiſſe præiudicare Ordinario. *deciſ.258. n.28. Carrillo*.

de Papæ poteſtate circa vnionem beneficiorum non eſt dubitandum, ideò vnio qualitercumque fiat, ſubſtinetur. *deciſ. 196. num.3. & 4. Buccabella.*

Papæ poteſtas, ſemper intelligitur præſeruata. *deciſ. 226. num. 15. Ghiſilerio*.

Papa, quando præſumatur voluiſſe conferre beneficium, etiamſi non fuiſſet reſeruatum. *deciſ. 250. num.13. Coccino*.

Papa præſumitur habere notitiam de illis, ad quos ius decimandi ſpectat de iure communi, non autem de illis, ad quos tale ius ſpectat ex priuilegio. *dec.193. num.8. Coccino*.

Papa præiudicare nõ præſumitur voluiſſe alicui Epiſcopo, & illius iuribus. *deciſ.158. n.4. Buccabella.*

Papa, ſi beneficia aliqua ſuppreſſit, & ea perpetuò ſibi reſeruauit, hoc ſtante non poteſt eſſe, quod illi, qui ante ſuppreſſionem ea conferebant, poſt etiam poſſint conferre. *deciſ. 140 num.20. Panzir.*

Papæ confirmatio tollit omne vitium ſimoniæ. *deciſ. 109. num.13. Dunozet.*

Papæ aſſerenti, ſe vidiſſe aliquam ſcripturam authenticam, credendum eſt. *deciſ.226. n 19. Ghiſilerio.*

à Papa, verbum, legitimamus, prolatum, abſtergit omnem maculam natalium in legitimato. *deciſ. 200. num.1. Veroſpio*.

Papa, ſi in confirmatione narret tenorem actus confirmati, probat actum confirmatum, abſque eo, quod exhibeatur actus confirmatus. *deciſ. 226. num.20. Ghiſilerio*.

Siue confirmatio ſit facta motu proprio, ſiue ad partis inſtantiam *ibid. num.20.*

Papa, vbi manus appoſuit, alius non poteſt in eo ſe intromittere. *dec.225. num.12. Coccino.*

Papæ gratia ſolo verbo dicitur perfecta. *deciſ. 218. num.7. Ghiſilerio*.

Papæ ſolus in quibus terminis ſoleat conſeruatorem deputare. *deciſ. 49. num.10 Dunozet*

Papa non præſumitur voluiſſe decidere id, quod neſcinit. *deciſ.279. num. 9. Merlino*.

Papa concedendo coadiutorias. Primò proſpicit Eccleſiæ, occurrendo tum præſenti illius neceſſitati propter infirmitatem coadiuti, tum futuræ eius vacationi. *deciſ. 313. num.20. Veroſpio*.

Secundò videtur voluiſſe prouidere coadiutori de beneficio præueniendo tempus vacationis, quæ eſt ſucceſſura per obitum coadiuti. *ibidem num.21.*

Papa concedendo aliquam coadiutoriam, cenſetur motus ſolum ad eam concedendam propter neceſſitatem, & vtilitatem Eccleſiæ. *ibid. num.24.*

Papa, ſi ex qualitate aliqua ei narrata, fuerit motus ad concedendam gratiam, illa qualitas eſt plenè iuſtificanda. *ibidem num.2.*

Papa non eſt præſumendum, quod voluerit Eccleſiam duplici onere grauare. *d.169. num.4. Merlino.*

Papa poteſt iubere, vt rigor iuris relaxetur, & æquitas amplectatur. *deciſ. 167. num.5. Panzirolo*.

Papæ ſolummodo competit facultas erigendi Eccleſiam in Collegiatam. *deciſ.99. num.9. Panzirolo.*

Papa non eſt præſumendum, quod voluerit præiudicare Collatoribus Ordinarijs, nec illos præuenire circa collationem beneficiorum, nec inficere prouiſionem ex futura vacatione. *deciſ.237. num. 3. Motmanno.*

Papa eſt Ordinarius Ordinariorum. *deciſ.19.num.8. Ghiſilerio.*

Papa, quando dat adminiſtratorem, vel Commendatarium alicui Prælaturæ, ſi poſtea Capitulum eligat Prælatum, non tenet electio. *deciſ.250. num.15. Coccino.*

Papa, dum prouidet de beneficio cum clauſula. Dũmodo collatio ad nos hac vice pertineat, operatur, vt Papa non intelligatur voluiſſe prouidere, niſi beneficium ſit reſeruatum. *deciſ.225. num.8. Coccino.*

Papa concedendo exemptionem à ſolutione decimarum alicui, certò ſcit illam eſſe præiudicialem illis, ad quos ſpectant decimæ. *deciſ.103 num.3. & 23. Coccino.*

Papæ ampliſſimam poteſtatem, reſtringere, aut diminuere nemo mortalium poteſt. *deciſ.71.num.9. Macchiauello.*

Papa, quod confirmat, nemo infirmat. *deciſ. 193. num.3. Merlino.*

Papa, tunc maximè poteſt relaxare iuris rigorem, quando de nullius præiudicio agitur. *deciſ. 167. num.6. Panzirolo.*

Papæ auctoritas ſupplet omnes ſolemnitates, quæ requiruntur in alienatione rei Eccleſiæ. *deciſ. 57. num. 13. Veroſpio.*

Papa ſufficit, quod aliquid potuerit cogitare in genere ad euitandam ſubreptionem. *d.222.n.15. Merl.*

Papæ confirmatio non releuat, ſi nullam habeat ſubſcriptionem, & careat anno Domini, & Pontificatus Papæ concedentis. *deciſ.226.nu.32. Ghiſilerio.*

Papa, ſi narret in confirmatione actum confirmatũ, præſumitur de eo informatus. *ibidem num. 21.*

P A R E N S.

Parentis nomen tripliciter ſumitur. Primò ſtrictiſſimè, & ſub eo veniunt tantum aſcendentes, vſque ad tritauum. Secundò ſtrictè, & comprehendit agnatos. *deciſ.194. nu.21. Dunozetto.*

Tertiò large, & veniunt agnatos, & cognatos. *ibid.*

Parentis nomen in collateralibus conſanguineis verificatur. *deciſ.194.num.22. Dunozet.*

Parentis nomen etiam ad conſanguineos, & cæteros coniunctos refertur. *ibid. nu 23.*

Parentes tranſeuntes ad ſecunda vota, tenentur reſeruare quæſita ex filijs prædefunctis primi matrimonij, alijs filijs ſuperſtitibus natis è d. priori matrimonij. *deciſ.45. num.1. & 3. Motmanno.*

Paritio verbalis, quando ſufficiat. *d.90.n.5 Coccino.*

à non Paritione ſententiæ, ob ſuſpenſum iudicatum, quis excuſatur. *deciſ.211.num.15. & 16. Merlino.*

P A R O C H I A L I S.

de Parochiali ſimplici prouiſus, conſequenter tamquam de tali, debet poſſeſſionem accipere. *deciſ. 216. num.14. Carrillo.*

Parochialibus ſecularibus vnitis alicui dignitati, aut Monaſterio deputari debent Vicarij perpetui ſeculares. *deciſ.5.num.2. Dunozetto.*

in Parochialibus ſecularibus vnitis alicui Monaſterio &c. cura animarum per Vicarios perpetuos ab Ordinario deputandos exerceri debet. *deciſ.5. num.3. & 4. Dunozetto.*

in Parochiali concurſu, ſi plures ſint admiſſi, & approbati, dum fit electio digni, omiſſo digniori non ſubſtinetur, & hoc ex iure ſpeciali. *deciſ.93.num. 10. Dunozetto.*

in Parochialium vnionum limine pacta, & conditiones appoſitæ ſeruandæ ſunt. *deciſ.5.n.1. Pirouano.*

Parochialitatem vt Eccleſia præſcribat, ſufficit præſcriptio 30. vel 40. annorum. *d.143.n.3. Carrillo.*

de Parochialitatis ſtatu legitimè præſcripto, quando conſtet, *deciſ.143.nu.4. Carrillo.*

Parochiæ quando non ſunt diſtinctæ, tũc omnes decimæ vniuerſaliter debentur Epiſcopo. *deciſ. 22. num.1. Veroſpio.*

Parochianorum conſenſus requiritur, quando agitur de diſmembranda cura animarum ab Eccleſia curata. *deciſ.68. num.4. Ghiſilerio.*

P A R O C H V S.

Parochus in primitijs habet intentionem fundatam *deciſ.192.nu.2. Pirouano.*

Parochi præſentia in matrimonio non requiritur, niſi ad effectum, vt poſſit conſtare Eccleſiæ de eodẽ matrimonio, itaut non obſtet eius fuga poſt datũ conſenſum à coniugibus. *dec.124.n.17. Veroſpio.*

Parocho, quod debeantur decimæ controuerti non poteſt, quod multo magis procedit, quando non agitur de maioribus, ſed de minutis. *deciſ. 180. nu.11. Pirouano.*

à Parocho præcipuè exaudiri debet, & intelligi mutuus conſenſus contrahentium matrimonium. *deciſ.124.num.12. Veroſpio.*

Parochus habet intentionem fundatam de Iure cõmuni ſuper iure decimãdi omnes fructus per quotam decimalem, & illam etiam deducendi ex omni opificio, & negotiatione. *d.128.n.13. Pirouano.*

ad Parochum, & ad contrahentes matrimoniũ ſpectat declarare dubietatem verborum prolatorum in conſenſu dum illa poſſunt habere plures interpretationes. *dec.124.nu.11. Veroſpio.*

P A R S.

Pars, ſi non didicit teſtificata, vtique non poteſt teſtes ſubornare. *dec.41.nu 11. Coccino.*

Pars ſi appellat aduerſarium detentorem, occupatorem &c. ex hac eius confeſſione, ſatis probatur illius poſſeſſio ad effectum manutentionis. *deciſ.207.num.1. Buccabella.*

Pars, quando opponit de nullitatibus, tunc multò magis ſunt tollendæ. *deciſ.223.num.4. Veroſpio.*

Partis ad partem eadem eſt ratio, quæ totius ad totum. *deciſ.169.num.6. Merlino.*

in Partium poteſtate eſſe non debet facere licitum, id quod eſt à iure vetitum. *d.287.n.20 Veroſpio.*

in Partes non debet ſcindi oratio vnica verborum ſtructura concepta, ſed in totum recepi. *deciſ.33. num.10. Coccino.*

ex Partitarum duplicatione non reſcinditur tranſactio, quia non vitiant, ſed vitiantur *deciſ. 52. num. 38. Pirouano.*

Partita aliqua in libro adminiſtrationis, quando cẽſenda ſit duplicata. *d.111.n.8. & 9. Macchiauello.*

Partitæ contrapoſitio, quid importet. *deciſ. 287. num.16. Veroſpio.*

Partitæ quando ſunt cõſuetæ in calculis ſunt admittendæ.

tendæ . *deciſ.*177. *num.* 1. *Panzirolo* .

Partitis extractis ex libris antiquiſſimis in publico Epiſcopatus Archiuio exiſtentibus , fides datur . *deciſ.*118.*num.*11. *Buccabella* :

Partitæ atiquæ in libro adminiſtrationis , ſi reperiantur duplicatæ , inueriſimiles, vel erroneæ , intrat dubietas veritatis quoad teliquas. *deciſ.*111. *n.*6. *Machiauello* .

Partitæ in libro aliquo adminiſtrationis, ſi nonnullæ reperiantur minimè deſcriptæ in computo currẽti, ſuis loco, diebus, menſibus, & annis, ſed reperiantur illæ omnes in calce libri vno eodemquè tempore coaceruatæ , nullam fidem merentur , *ibid.num.*5.

Partitæ formiter extractæ ex libris Mortuorum,probant quem eſſe mortuum . *dec.*88.*n.*17.*Ghiſlerio*.

Partita extracta ex libris priuatis fidem non facit in præiudicium tertij . *deciſ.*57.*num.*4. *Veroſpio* .

Partitæ extractæ ex libris Matrimoniorum, & Baptiſmatum à Parocho , concurrentibus adminiculis probant legitimam filiationem . *deciſ.*93. *nu.* 3. *Dunozetto* .

PATER.

Pater non eſt veriſimile , quod vni ex filiabus conſtituerit longè notabilem dotem , & alteri nihil dare voluerit , *dec.* 24. *num.*16. *Dunozetto* .

Pater inſtituendo hæredes æqualiter filios maſculos, & fœminas , cenſetur eos omnes vno modo dilexiſſe . *deciſ.*110.*num.*8. *Motmanno* .

Patris perſonam requirit Statutũ Vrb.lib.1.cap.151. in contractu celebrando per filium, non ſolum ad authorizandam eius perſonam, ſed etiam pro intereſſe ipſius , ſi agatur de bonis, in quibus habet vſumfructum . *deciſ.*245.*num.*5. *Coccino* .

Pater non ſolum habet vſumfructum in bonis aduentitijs filiorum . *deciſ.* 35.*num.*5. *Coccino* .

Sed etiam commodum , & quaſi vſumfructum in pecunijs aduentitijs eorumdem . *ibid.num.*6.

Pater ſi iubeat filium eius pupillum educari penes illum , qui ei ſuccedere debet , Iudex in hoc poteſt recedere à iudicio paterno.*d.*94. *n.*6.*Coccino*.

Pater eo ipſo , quod ſecundæ vxori ſe coniunxit , lex ipſa dominium rerum filij prædefuncti attribuit alijs filijs . *deciſ.* 49. *num.* 11. *Motmanno* .

pro Patris debito filius non tenetur,& ideo non contra eum, ſed contra patrem debitorem ſunt dirigendæ actiones . *deciſ.*244.*nu.*7. *Panzirolo* .

ad Patris menſam ſi filius numquam admiſſus fuerit non præſumitur eius filius legitimus . *deciſ.* 57. *num.*25. *Merlino* .

Pater faciendo ſubſtitutionem exemplarem filijs mente captis, in ſuo teſtamento , reputantur duo teſtamenta , vnum patris, & alterum filiorum,& conſequenter duo patrimonia ſeparata.*deciſ.*195. *num.*8. *Dunozetto* .

Patris authoritas poteſt facere rem pupilli alienabilem , etiam ſine decreto . *dec.*172.*n.*38.*Coccino* .

Pater , quando inſtituit heredem filiam , cenſetur receſſiſſe ab excluſione ſtatuti eam non admittentis . *deciſ.*175.*nu.*17. *Motmanno* .

in Patre ſecundo nubente ex identitate rationis procedunt etiam l. fœminæ,§.illud C. de ſecund.nupt. & §. hinc nos . §. illud , C. de ſecund. nupt. *deciſ.* 45 *num.*2. *Motmanno* .

Pater , ſi faciendo filio infanti ſubſtitutionem pupillarem, diſponat ; quod tota hæraditas ad aliquem perueniat, ſi detraheretur legitima pro matre,nõ tota hæreditas ad illum perueniret . *deciſ.* 110. *num.*26. & 27. *Dunozet* .

Pater , ex quibus appareat, quod non obſtante ſtatuto excluſiuo fœminarum , voluerit filias fœminas ad ſucceſſionem reintegrare . *deciſ.* 116. *num.*19. *Motmanno* .

Pater , quando hæredem inſtituit filiam , iſta inſtitutio extinguit, & confundit ius dotationis . *deciſ.* 175. *num.*7. *Motmanno* .

Pater, quando filias dotare non valet , onus eas dotandi transfertur in bona materna officio Iudicis nobili . *deciſ.*141.*num.*1. *Panzirolo* .

Pater ſi fuerit condemnatus ad aliquid reſtituendum, eo mortuo ad id filius non tenetur , quando non probatur , quod ſit eius hæres . *deciſ.*180. *nu.*32. & 33. *Pirouano* .

Pater præſumitur capere bonum conſilium pro filio. *deciſ.*263.*num.*3. *Vbaldo* .

Patientiæ præſtatio operatur obedientiam , & paritionem mandati Superioris.*dec.*166.*n.*3.*Carrillo*.

PATRONVS.

à Patronorum maiori parte præſentatus eſt inſtituendus . *deciſ.*2.*num.*4. *Pirouano* .

in Patrono quando facilius præſumatur ignorantia vocationis beneficij ad excludendam negligentiã ad præſentandum . *deciſ.*221.*nu.*11.*Panzirolo*.

Patroni, & Parochiani ſunt vocandi pro eorum conſenſu in diſmembratione curæ animarum ab Eccleſia Parochiali , aliàs non ſubſtinetur : *deciſ.*6. *num.*4. *Ghiſlerio* .

Patronorum duę partes concordes ex tribus poſſunt præſentare . *dec.*280.*n.*13. *vide* 14. & 15.*Vbaldo*.

Patroni , ſi non præſentent intra tempus quadrimeſtre , expirat eorum auctoritas.*d.*221.*n.*8.*Panzir.*

Patronis tempus quadrimeſtre ad præſentandum incipit currere à die habitæ notitiæ. *deciſ.*221.*num.* 9. *Panzirolo* .

Patronorum conſenſus requiritur, quando agitur de diſmembranda cura animarum ab Eccleſia curata, *deciſ.*68.*num.*4. *Ghiſlerio* .

Patroni , vbi non intrant ad præſentandum , vt vniuerſi, vel collegialiter & tamquam vnum corpus, ſed tamquam diuerſi,& voces diſtinctæ ſunt. *deciſ.* 2. *num.*5. *Pirouano*

Tunc præſentatio non fit in capita habita ratione omnium deſcendentium , ſed in ſtirpes ab vnoquoque ex vocatis . *ibid. num.*6.

Patroni cauſarum præſumuntur ſatisfacti pro operis ab eis nauatis in præteritum , ſtante curſu longi temporis . *deciſ.*243.*num.*4. *Merlino* .

Patroni conſenſus in alienatione rerum Eccleſiæ,nõ tollit , quin exigatur beneplacitum Apoſtolicum neceſſarium in dictis alienationibus . *deciſ.* 129. *num.*16. *Merlino* .

Patronus duarũ vocum abſurdum eſt cogitare, quod præſentando voluerit ſe reſtringere ad vnam tantum vocem . *deciſ.*146.*num.*6. *Pirouano* .

Patronatus eſt illius , à quo dos conſtituitur . *deciſ.* 133. *nu.*10. *Pirouano* .

PATRVVS.

Patruus,an teneatur dotare fratris filiam in ſubſidiũ,

dum

Digitized by Google

dum illa non habet ſe poſſit dotari. *deciſ.30.nu.1. Merlino*.

In hac opinione negatiuam ſententiam multi Doctor. tenent, eo quia id nullo iure cautum reperitur. *ibid. num. 2*.

Alij vero Doctor. affirmatiuam tenent, cum hoc caſu non deficiat quoddam naturale dictamen rationis. *ibid. num. 3*.

Patruus nepotem, & è contra nepos patruum alere non tenetur, & hoc ea ratione quia id nullo iure cauetur nu.3. contrarium vide num.44. *deciſ.194. num.2. Dunozet*.

Patruus nepotem, & è conuerſo nepos patruū egentem alere tenetur. *ibid. num.4*.

Et iſta opinio eſt iuri, & æquitati conſentanea, & eſt verior, & æquior, immò æquiſſima, vt nu.6. & 7.& ita varia ſuprema Tribunalia tenuerunt. *ibid. num.8.9.10.11.12.& 13*. Atque pluribus teſtibus fulcitur num.14.

Patruus eſt perſona valde coniuncta. *deciſ.194.n.40. Dunozet*.

Patruus excluditur de iure communi per ſororem defuncti. *deciſ.43. num. 4. Buccabella*.

Patruus in ſacris litteris ſæpiſſimè, ſub nomine fratris nuncupatur. *deciſ.194 nu.41.& 43 Dunozet*.

Patruus tunc multo magis eſt cogendus ad dotandā fratris filiam illegitimam ſi opibus affluit, & nullam habet legitimam ſobolem, ita præſtatio dotis nullum poteſt afferre detrimētum filijs legitimis. *deciſ.30.num.43.Merlino*.

Patruo etiā naturali debentur alimenta, & hoc præcipuè, quando procedit ex nobili proſapia. *deciſ. 194.num.51. & 52. Dunozet*.

Patruus in ſubſidium tenetur dotare filiam fratris, ſumpto argumento ab alimentis ad dotem. *deciſ. 30.num.8. Merlino*.

Patruus non tenetur dotare neptem, ſed iſta opinio, eſt admodum controuerſa.*deciſ.194.n 53. Dunoz*.

Patruus, ſi ad fauorem nepotum fuerit examinatus, non eſt integer teſtis. *dec.89. nu. 10. Buccabella*.

Patruo nomen illud parentis optimè adaptatur. *deciſ.194. num.19.Dunozet*.

Paupertas alicuius, ex quibus reddatur veriſimilis. *deciſ.89num.1. Buccabella*.

Pauperum eſſe dicuntur Clericorum bona.*dec.194. num 32. Dunozet*.

ſine *Peccato*, vt Laicus poſſit retinere decimas, quid requiratur. *deciſ.103.num.13. Coccino*.

Vide ſupra in verbo Decimæ, & in verbo Laicus.

PECVNIA.

Pecunias aliquas, ſi quis Titio nihil flagitanti dederit, qualiter d. contractus ſit vocandus,& vbi Doctor.tractent iſtam quæſtionem. *deciſ.69.num.15. & 16. Merlino*.

Aliqui enim tenent, quod ſit depoſitum, alij quod ſit contractus innominatus, alij quod ſit donatio, ſed iſta quæſtio ex circumſtantijs, & coniecturis dirimenda eſt. *ibidem n.17*.

Pecuniæ valor augetur, ac etiā minuitur ratione diuerſitatis locorum, in quibus ſit æſtimatio eiuſdem pecuniæ. *dec.292.nu.7.Veroſpio*.

Pecunia recipit functionē in genere ſuo.*dec.69.n.61 Merlino*.

Pecunias dans alicui ad certum effectum, & cauſam ſat eſt docere ſe in cauſam deſtinatam eas impendiſſe, quo conſtito ceſſat repetitio. *ibid. num. 68*.

Pecunias voluiſſe repetere præſumitur quis, ſi eas non deſcripſerit ad effectum repetitionis, & præſertim ſtante eius ſolito deſcribēdi. *deciſ.69.n.41. & 42. Merlino*.

Pecuniæ appellatione ſecundum communem vſum loquendi, venit tantum pecunia numerata. *deciſ. 239.num.5. Veroſpio*.

Pecunia an ad aliquem peruenerit nil refert, dum non ſumus in perſonis, & contractibus, in quibus debet probari verſio. *deciſ.69.num.60. Merlino*.

Pecunias, ſi quis dederit alicui,& eas deſcripſerit in proprio Kalendario, ex hoc deprehenditur animus repetendi. *deciſ.69. num.10. Merlino*.

Pecunias, ſi quis dederit alicui, & poſtea numquam illas repetijt, & in teſtamento de eis nullam mētionem fecit ex iſta taciturnitate reſultat donationis præſumptio, quod amplia. *deciſ.69. nu.36. & 37. Merlino*.

Pecuniæ nomen de ſui natura aptum eſt comprehēdere omnē ſpeciem debiti. *deciſ.239.n.3. Veroſp*.

in Pecunia, & non in fructibus debitum eſt ſoluendum.*deciſ.153. num.14. Buccabella*.

PENSIO.

Penſionis quātitas regulariter determinatur, & metitur à valore beneficij. *deciſ.169.num.7.Merlino*.

in Penſionis ſecundæ reſeruatione, ſi non fuerit facta mentio integraliter de prima penſione,ſed diminute fuit narrata, diminutè etiam, & pro rata expreſſæ primæ penſionis ſubſtineri debet ſecunda penſio. *deciſ.169.num.5. & 20. Merlino*.

Penſio reſeruata eſt nulla, data incapacitate tām reſeruantis, quām eius, cui fuit reſeruata. *deciſ. 136.num.1. Ghiſilerio*.

Penſio reſeruata ſuper beneficio,ſine conſenſu eius, qui in illo habet regreſſum non dicitur nulliter reſeruata, dum pendet illius conditio, ſed tunc redditur irrita quando fit locus eidem regreſſui. *dec.86.num.17.Veroſpio*.

Penſio,quæ fuit reſeruata ſine conſenſu habentis regreſſum ſuper beneficio ex cuius fructibus eius penſio ſolui debeat, non dicitur ſubreptitia iſta gratia ſic obtenta, ſtante incertitudine futuri euentus. *deciſ.86.num.13.Veroſpio*.

Penſiones in omnibus ſequuntur naturam fructuum naturalium. *deciſ.3.num.52. Merlino*.

in Penſionibus Eccleſiaſticis percipiendis non poteſt conſiderari aliqua induſtria, ſicut conſideratur in alijs fructibus ciuilibus. *d.3.n.50. Merlino*.

Penſiones conſiderari poſſunt vti fructus diſtincti ab ipſo iure vniuerſali exigendi penſiones, & tunc dicitur commoditas. *ibid num.13* declara n.15.

Penſiones percipiendi ius, in litem deduci non poteſt abſque apertiſſima calumnia, ſi reſeruatio ſit clara. *ibid. num.16*.

Penſionis reſeruatio ad fauorem alicuius tribuit ei titulum, & actionem ad eam exigendam. *deciſ.3. num 62.Merlino*.

Penſiones domorum, & ſimilium recenſentur inter fructus induſtriales. *ibid. num. 54*.

Penſiones, vt debeantur ante motam litem, obſeruandum eſt, an ius percipiendi pēſiones fuerit petitum,an verò fructus tantum. *deciſ.3.num.17.18. & 19.Merlino.*

Digitized by Google

Penſiones decurſas ante motam litem, qualiter pēſionarius poſſit illas recuperare. *ibid. num.68.*

Penſionis nullitate ſuppoſita vſq; à prima illius impoſitione, non poteſt conſtitui ius aliquod perfectum, & abſolutum, itaut ſi aliquid contra fiat, dicatur ei illatum præiudicium. *deciſ.86.num.24. Veroſpio.*

Penſionis tranſlatio eſt nulla ob non productas litteras originales facultatis transferendi coram executore, ſed tantum exemplum, ſed declara vt hic. *deciſ.265.;nu.10. Vbaldo.*

Penſiones ſunt diuiduæ, cum eatenus ſubſtinentur, quatenus vera eſt expreſſio facta onerum, & valoris beneficij. *deciſ. 169. num.8. Merlino.*

Penſio quando in obulo eſt nulla, in totum eſt nulla. *ibid. num.11.12. & 13.*

Penſionis reſeruatio ex voluntate Papæ perficitur. *ibid.num.15.*

Penſionis reductioni locus eſt, quotieſcumque non fuit expreſſum onus extenuans verum valorem beneficij. *ibid.num.7.*

Penſiò ſecunda, vt ſubſtineatur ſufficit, quod ſit facta mentio de penſione antiqua valida. *deciſ. 169. num. 14. & 19. Merlino.*

Penſionarij pro penſione exigenda nulla cultura, labore, aut opera deſudant. *ibid. num.53.*

Penſionarius eſt manutenēdus etiam aduerſus tertios poſſeſſores, & contra ſucceſſorem in beneficio. *deciſ.62. num.27. Motmanno.*

PERITVS.

Periti electi ad corrigēdos aliquos errores puta 52. non propterea ex hoc prohibetur aliorum correctio, ſi aliqui appareant. *deciſ. 65.num.4.Coccino.*

Quod procedit, quando non eſt appoſita aliqua dictio taxatiua, ſecus vero è contra. *ibid, num.5.*

Peritos Iudex tenetur eligere, quando aliquid iudicio ſuo non poteſt diſtinguere. *deciſ.52. num. 3. Pirouano.*

Perito electo ex officio ſtādum eſt. *deciſ.171 num.3. Coccino.*

Peritos non tenetur eligere Iudex, quando aliquid iudicio, & ſcientia ſua poteſt determinare. *dec.52. num.2.9. & 35. Pirouano.*

Periculum, quando eſt in mora, & de fuga timetur, quid ſit permiſſum Iudici *deciſ.4.nu.9.Ghiſilerio.*

Permiſſio conditionalis ceſſante conditione, & ipſa ceſſat. *deciſ.4.num.13. Ghiſilerio.*

in Diuiſione facienda, quando inter diuidentes ſit agendum per modum permutationis. *deciſ.301. num. 3.& 4. Motmanno.*

PERSONA.

Perſona extrinſeca in contractu non cenſetur comprehenſa. *deciſ.183.num.2. Coccino.*

Perſonæ induſtria, ſi fuerit electa per verba perſonaliſſima, ceſſat facultas id alteri committendi. *deciſ.68.num.5. Ghiſilerio.*

Perſona loquentis in generali ſermone non cenſetur incluſa. *deciſ.133.num 8. Pirouano.*

Perſonarum idoneitas regulariter præſumitur in Ciuitate magna. *deciſ.222.num.24.Merlino.*

Perſonis pluribus ſi ſic relictum iuſpatronatus nominatim, cenſetur vnicuique quæſitum pro virili. *deciſ.2.n.1.Pirouano.* vid.in verb. iuriſpatronatus.

Perſonæ quot ſunt, quæ vti ſingulę tranſigunt, tot ſunt tranſactiones. *deciſ.218. num. 23. Ghiſilerio.*

in Perſonam potentiorem, quando non poſſit dici, quod ſit facta alienatio bonorum litigioſorum. *deciſ.228. num.22. Veroſpio.*

inter Perſonas eiuſdem Eccleſiæ, licet fiat alienatio bonorum dictæ Eccleſiæ, nihilominus requiritur beneplacitum Apoſtolicum. *dec.3.n.31.Merlino.*

inter Perſonas eccleſiaſticas ſuper decimis licet paciſci pro bono pacis etiam ſine beneplacito Apoſtolico. *deciſ.220.num.4. Ghiſilerio.*

Perſonæ dicuntur nominatim expreſſæ dum redduntur certæ per dignitatem & qualitatem. *dec.219. num.7. Ghiſilerio.*

Perſonæ plures, ſi habeant eaſdem prærogatiuas, diuerſo iure cenſeri non debent. *deciſ. 224. num. 8. Ghiſilerio.*

inter Perſonas etiam non prohibitas inter ſe contrahere præſumi ſimulatio etiam poteſt. *deciſ.11. num.17. Panzirolo.*

ſecundum Perſonarum multitudinem debet ſtatui numerus miniſtrorū Eccleſiæ. *d.222.n.8. Merlino.*

Perſona, quando ſemel fuit approbata, nō poteſt amplius improbari. *deciſ.48.num.2. Pirouano.*

Quod procedit non ſolum, quoad approbantem, ſed etiam, quoad habentes cauſam ab eo. *dec.48. num.3.Pirouano.*

Perſonam propriam denotat verbum ſuum. *deciſ.25. num. 5. Carrillo.*

Perſonis legitimatis iura minus fauent, quàm legitimis. *deciſ.194. num.49. Dunozet.*

Perſona non dicitur omninò incerta, *dum illa eſt* ſaltem certa in genere. *deciſ.163.num.28.Veroſpio.*

Perſona loquentis comprehenditur in generali ſermone, quando ex neceſſario conſequenti de propria ipſius loquentis intelligi debet. *dec.133. n.9. Pirouano.*

Perſonalis, quando dicatur donatio. *deciſ.9.num.31. Merlino.*

ad Perſonalis acceſſionis formam, quæ propriè accedant. *deciſ.173. num.12. Veroſpio.*

Petitio crediti facta generaliter, cum proteſtatione detrahendi quamcūque ſummam antea ſolutam, remouet omnē ſuſpicionem doli, cum eius effectus ſit, vt non intelligatur facta ea petitio, niſi pro vero credito. *deciſ.239. num.22. Veroſpio.*

Petitorium ea, quæ reſpiciunt, petitam manutentionem impedire nullatenus poſſunt. *deciſ.132.n.15. Buccabella.*

Petitorium, & quodcumque aliud iudicium non expreſſum cenſetur deductum, ſi in commiſſione adſit clauſula quam, & quas, & clauſula cum omnibus incidētibus &c. *deciſ.57.num.33. Veroſpio.*

S. Petrus Aſiam, & cæteras Orientis regiones peregit, & populos, qui ex circumciſione erant, Euāgelicæ prædicationis legibus imbuit. *deciſ.252. num.9. Motmanno.*

S. Petrus poſt ſtabilitam Romæ ſedē diſcipulos, quos ſibi adſciuerat ad diſſeminandum Chriſti Euangelium ad cæteras Orbis Orientalis partes ablegauit. *deciſ.252.num.6. & 7. Motmanno.*

Piaculum deteſtabile etiam fuit ethnicis. *deciſ.68. num.43. Merlino.*

Pia cauſa in generali prohibitione non continetur *deciſ.245.num.30.Ghiſilerio.*

Piæ cauſæ fauore licita eſt extenſio. *deciſ.*136. *n.*11. *Ghiſilerio*.

ad Pias cauſas ſi ſit factum teſtamentum, vt ſubſtineatur, quid ſufficiat *deciſ.*108.*num.*2.*Motmanno*

Vide infra in verbo Teſtamentum inter liberos.

Pietas, & munificẽtia alicuius zelantis Paſtoris omninò fouenda videtur. *deciſ.*222.*num.*19. *Merlino*.

Pignoris diſtractio magni valoris non debet fieri, quando adſunt alia minora in quibus bene creditum ſolui poteſt. *deciſ.*229.*num.*16.*Ghiſilerio*.

P OE N A.

Pœna appoſita in matrimonialibus contractibus eſt prorſus irrita, nec violans fidem tenetur in vtroque foro illam ſoluere. *deciſ.*11.*num.*3. *Panzirolo*.

Pœnas in interdicto poſitas, quis euadit, ſi in tempore in eo præfixo ad parendum obtemperauit. *deciſ.*67.*num.*1. *Coccino*.

Pœna inhabilitatis tollitur ex cauſa qualibet colorata. *deciſ.*26.*num.*8. *Dunozet*.

ad Pœnam euitandam compẽſatio fit ipſo iure. *deciſ.* 26.*num.*14. *Dunozet*.

Pœna ſine dolo nõ incurritur. *d.*230.*n.*9.*Motmanno*.

Pœna ſpirituali ſublata non cenſetur ſublata pœna temporalis. limita nu.13 *deciſ.*83.*num.*12.& 13. *Merlino*.

POENITENTIA.

Pœnitentia commiſſionis impetratæ ex quibus deducatur. *deciſ.*57.*num* 38. *Veroſpio*.

per Pœnitentiæ Sacramentum ſpes vitæ reparatur æternæ, & violatum regenerationis donum reſarcitur. *deciſ.*222.*num.*6.*Merlino*.

Pœnitentiary plures non eſt incongruum, quod adſint in ea Ciuitate, quæ populo abundat. *dec.*222. *num.*15. *Merlino*.

Pœnitẽtiarius vnus debet eſſe in Eccleſia Cathedrali. *ibidem num.*14.

Pœnitentiarius electus iuxta formam Concil. Trid. non habet ex ſola vi ſui officij facultatem abſoluendi à caſibus reſeruatis, niſi fuerit ſibi ſpecialiter commiſſa *ibid. nu.*17.

in *Pœnitentiaria* erectione, ſi conſenſus Capituli neceſſarius fuiſſet *ibid. num.*11.

Pœnitentiariæ ſacrũ officium ab ipſis primitiuæ Eccleſiæ temporibus regebatur a viris integritate vitæ, & ſcientia conſpicuis, nõ ſine magna auctoritate, & veneratione. *ibid. num.*3.

Pœnitẽtiariæ ſacrum officium Romæ tempore Marcelli I. per quindecim Cardinales exercebatur. *ibid. num.*4.

Pœnitentiæ Sacramentum, inter ſancta diuinę bonitatis præſidia ordinata ad obtinendam Dei Indulgentiam maximè neceſſarium eſt. *ibid.num.*5.

Pœnitentes, vt purgẽtur ſalubri ſatisfactione ab omnibus culpis, multum intereſt, vt extẽt plures Sacerdotes ad hoc deſtinati. *ibid. num.*7.

Polycarpus Smyrnæ Epiſcopus lectator fuit eius diſcipuli, qui ſupra pectus Domini in cœna recubuit. *deciſ.*252.*num.*12. *Motmanno*.

Pontifices in alienatione rerum Eccleſiæ nihil aliud exigunt, quàm vtilitatem. *dec.*95.*nu.*75. *Merlino*.

P O P V L V S.

Populi frequentia eſt apta inducere Papam ad concedendum, vt aliqua Eccleſia in Collegiatam erigatur. *deciſ.*258.*num.*3. *Carrillo*.

Populi frequentia facit locum, & Eccleſiam inſigniorem per augmentum cultus diuini. *deciſ.*258. *num.*4. *Carrillo*.

Populi frequentia, & certa aſſignatio dotis, hęc ſunt ſufficientes ad inducendum Papam ad concedendum, vt Eccleſia aliqua erigatur in Collegiatam. *deciſ.*258.*num.*9.*Carrillo*.

P O S I T I O.

in Poſitionibus ſi ſit emanata confeſſio probat. *deciſ.* 127.*num.*5.*Merlino*.

Poſitiones inuentæ ſunt, vt pars releuetur ab onere probandi per confeſſionem partis. *deciſ.*277.*nu.*1. *Coccino*.

Poſitiones, quando dicantur exhibitæ, prout de iure requiritur. *deciſ.*277.*num.*2. *Coccino*.

P O S S E S S I O.

Poſſeſſio antiquior eſt manutenenda non autem recentior, cum præſumatur iniuſta. *deciſ.* 240. *nu.*6. *Ghiſilerio*.

Poſſeſſio, quando eſt antiquiſſima, eſt manutenenda, etiamſi contra ſe habeat aliquam aſſiſtentiam iuris. *deciſ.*49.*num.*9. *Dunozet*.

Poſſeſſionem ſi Eccleſia amittat ex cauſa iniuſta, & actu nullo, adhuc datur reintegratio, vigore can. reintegrandæ, ſed ſecus ſi cauſa ſit vera & actus validus. *deciſ.*94. *num.*3, *Merlino*

Poſſeſſio ſolo animo amittitur. *d.* 250. *n.* 48. *Coccino*.

Poſſeſſio capta poſt appellationem à ſententia eſt attentata. *deciſ.*139. *num.*6. *Rojas*.

Poſſeſſionem actualem, licet quis amiſerit, numquã tamen cenſetur animo dimiſiſſe ciuilem. *deciſ.*130. *num.*5. *Veroſpio*.

Poſſeſſio actualis percipiendi decimas ex quibus probetur. *deciſ.*22. *num.*9. *Veroſpio*.

Poſſeſſio anteceſſoris ſuffragatur ſucceſſori in dignitate ad effectum manutentionis. *deciſ.*49 *num.*8. *Dunozet*.

Poſſeſſio capta poſt inhibitionem Rotalem eſt attẽtata, & nulla. *deciſ.*139 *num.*6. *Rojas*.

Poſſeſſio ſemel ſtolidè apprehenſa non poteſt iterũ reuiuiſcere *deciſ.* 80 *num* 5. & 6. *Macchiauello*.

Poſſeſſione bonorum, quis mediante adiudicatione alteri facta, priuatur. *deciſ.* 187.*num.*12. *Panzirolo*.

Poſſeſſio beneficij ſemel probata præſumitur continuata vſq; ad obitum. *d.*213.*n.*11. & 12. *Veroſpio*.

Poſſeſſionis cauſam, quis mutare poteſt, ex titulo bono ſuperuenienti. *deciſ.*29.*num.*24. *Ghiſilerio*.

Et in dubio abſque alia animi declaratione præſumitur mutata. *ibid. num.*25.

Poſſeſſionis cauſam ex ſuperuenienti titulo cenſetur quis mutaſſe etiam abſque alia declaratione. *deciſ.* 132.*num.*2.*Buccabella*.

Poſſeſſio capta auctore Prætore non poteſt dici ſpoliatiua. *deciſ.*130.*num.*12. *Veroſpio*.

Poſſeſſio capta ſuper vno corpore particulari non ſuffragatur, quoad reliqua, quorum poſſeſſio effectualiter non fuerit capta. *dec.*188 *n.*4. *Buccabel.*

in Poſſeſsionis continuationis materia non valet illatio à præterito tempore ad præſens, vltra terminum 10. annorum. *deciſ.* 12.*num.*10.*Veroſpio*.

Poſſeſſionis continuationis præſumptio tollitur ex contrarijs coniecturis. *deciſ.*100.*nu.*11. *Merlino*.

in Poſſeſſione continuanda metimur ius ex parte poſſeſſoris. *deciſ.*44.*num.*2. *Coccino*.

Poſſeſſionis ciuilis continuatio non datur poſt 10. annos, ſed requiritur poſſeſſio actualis. *deciſ. 12. num. 11. Veroſpio.*

Poſſeſſio ciuilis remanet penes concedentem in emphyteuſim, & ſola poſſeſſio naturalis transfertur in emphyteutam. *deciſ. 294. num. 8 Veroſpio.*

Poſſeſſio ciuilis per ſilentium decennale amplius animo non retinetur. *deciſ. 78. num. 1. & 19. Buccabella.*

Poſſeſſio corporalis veræ traditionis deficit in poſſeſſione ceſſa ex vi clauſulæ, conſtituti. *deciſ. 204. num. 3. Veroſpio.*

ad Poſſeſſionem capiendam requiritur mandatum procuræ. *deciſ. 306. num. 24. Ghiſilerio.*

Poſſeſſionem capiens authore Prætore iuſtè poſſidere cenſetur, niſi de nullitate, & iniuſtitia, ita clarè doceatur, vt nulla tergiuerſatione defendi poſſit. *deciſ. 306, num. 1. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio à Iudice data ſine præiudicio alterius intereſſe habentis, nihil operatur, cum ſit conditionalis, ſtante præiudicio alterius. *deciſ. 63. num. 6. Buccabella.*

Poſſeſſio Canonicatus debet accipi Capitulariter, vt valeat. *deciſ. 219. num. 13. Carrillo.*

Poſſeſſio defuncti non tranſmittitur ad hæredes, deficiente ſtatuto continuante poſſeſſionem. *deciſ. 123. num. 3. Carrillo.*

Poſſeſſionem quis non potuiſſet dimittere, ſi eam non habuiſſet. *deciſ. 10. num. 3. Merlino.*

in Poſſeſſionis materia, ſtatur etiam tacitæ declarationi poſſidentium. *deciſ. 125. n. 12. Machiauello.*

Poſſeſſio non extenditur de re ad rem. *deciſ. 165. num. 46. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio improba non eſt manutenenda. *deciſ. 79. num. 9. Pirouano.*

Poſſeſſio immemorabilis, ſi fuerit concludenter probata, vt per alteram partem excludatur, debet etiam afferri concludens probatio. *deciſ. 182. num. 8. Veroſpio.*

Poſſeſſio inſtrumentalis non probat perceptionem fructuum. *deciſ. 165. num. 31. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio inſtrumentalis eſt manutenibilis, ſi de alterius poſſeſſione non conſtet. *deciſ. 188. num. 1. Buccabella.*

Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione eſt manutenibilis. *deciſ. 240 n. 1. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio inſtrumentalis, alio non exiſtente in poſſeſſione, probat quoad omnes iuris effectus. *deciſ. 152. num. 3. Veroſpio.*

à Poſſeſſione, ſi Iudex iubeat aliquem eijci, ex vi neceſſarij antecedentis præſupponitur illum antea poſſidere. *deciſ. 130. num. 3. Veroſpio.*

Poſſeſſionem, & dominium in præiudicium tertij non probatur ex locationibus. *deciſ. 22. n. 11. Veroſpio.*

Poſſeſſio comprobari poteſt ex locatione rei. *deciſ. 240. num. 2. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio de tempore motæ litis ad effectum manutentionis attenditur. *deciſ. 42. num 2. Buccabella.*

Poſſeſſio ſi habeat fomentum à iure, multò magis eſt manutenenda. *deciſ. 139. num. 1. Roias.*

in Poſſeſſione, quis non debet manuteneri, ſi pro derelicta illam habuerit. *dec. 78. n. 2. Buccabella.*

Poſſeſſio capta nulla præcedente intimatione eſt inualida, cum ſit neceſſaria ante executionem decreti. *deciſ. 223. num. 6. Veroſpio.*

ex Poſſeſſione, nulla præſumptio reſultare poteſt, ſi ſit interrupta per obſeruantiam, & vſum in contrarium. *deciſ. 105. num. 13. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio partis aduerſæ, ad effectum vt intret Saluianum, probatur ex litis ſubſtentatione iunctis adminiculis. *deciſ. 100. num. 5. Merlino.*

Poſſeſſio ſemel probata, præſumitur continuata, vſque ad tempus motæ litis. *dec. 42. n 3. Buccabella.*

Poſſeſſio probatur per teſtes de viſu, & certa ſcientia deponentibus. *deciſ. 49. num. 2. Dunozet.*

Poſſeſſionē ſuā, quis probare nequit, ſi iā probatum exiſtat, quod ea penes alium manet. *deciſ. 304. num. 1. Macchiauello.*

ad Poſſeſſionem probandam, nulla melior probatio dari poteſt, quàm propria confeſſio aduerſarij. *dec. 229. num. 2. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio ſufficienter probatur ex locationibus non conſtito de alterius poſſeſſione. *deciſ. 60. num. 1. Motmanno.*

Poſſeſſio ſemel probata præſumitur continuata, dum contrarium non probetur. *dec. 152 nu. 4. Veroſpio.*

Poſſeſſio probari poteſt ex confeſſione partis aduerſæ, nempe ſi agat iudicio ſpolij, cum ex hoc non negetur factum ipſius poſſeſſionis, quod ſufficit ad effectum manutentionis. *deciſ. 130. n. 1. Veroſpio.*

Poſſeſſioni iam adeptæ nō poſſunt præiudicare clauſula ſublata, & decretū irritans. *d. 113. n. 21. Roias.*

in Poſſeſſionem, ſi quis petat ſe immitti, fatetur, ſe non poſſidere. *deciſ. 80. num. 7. Macchiauello.*

Poſſeſſio tanto eſt iuſtior, quanto eſt à proprietate cauſata. *dec. 240. num. 3. Ghiſilerio.*

Poſſeſſio poſterior cum præſumatur clandeſtina, non eſt manutenibilis. *deciſ. 139. num. 5. Roias.*

de Poſſeſſione præſenti, quando arguitur in præteritum. *deciſ. 192. num. 7. Pirouano.*

ex Poſſeſſione de præterito regulariter arguitur poſſeſſio de præſenti. *d 100. n. 9. Merlino limita n. 10.*

Poſſeſſio contra priuilegiatos non ſuffragatur. *deciſ. 44. num. 4. Coccino.*

Poſſeſſio præſumitur ex titulo præambulo, ſed iſta regula procedit in poſſeſſione de recenti, ſecus in centenaria. *num 57.* Item procedit, quando poſſeſſio eſt vniformis titulo. *d. 29. n. 56. & 58. Ghiſiler.*

Poſſeſſio ſemel probata, præſumitur continuata vſque ad tēpus motæ litis, niſi probetur interrupta. *deciſ. 12. num. 9. Veroſpio.*

Poſſeſſio quadragenaria eſt apta de per ſe probare primordialem effectuationem poſſeſſionis. *deciſ. 192. num. 9. Pirouano.*

Poſſeſſio, vt releuet, debet reſultare ex actu certo, & non æquiuoco. *dec. 121. num. 13. Carrillo.*

pro Poſſeſſione recuperanda, quis debet ſibi imputare damnum ex propria culpa proueniens. *deciſ. 95. num. 2. Merlino.*

Poſſeſſio rei contenti nouiſſima in iudicio ſpolij, ſatis docetur ex ſubſtentatione litis, iunctis adminiculis. *deciſ. 186. num. 4. Pirouano.*

ex Poſſeſſione vnius rei non rectè infertur ad poſſeſſionem alterius. *deciſ. 158. num. 2. Panzirolo.*

Poſſeſſio triennalis pacifica anteceſſoris, quando iuuet etiam ſucceſſorem. *deciſ. 51. num. 13. Macchiauello.*

in Poſſeſſione turbato, & iure percipiendi decimas

non i-

nominatim competit interdictum retinendæ. *deciſ. 12. num. 1. Veroſpio.*

Poſſeſsio etiam ex contractu nullo transfertur. *deciſ. 60 num 8. Motmanno.*

Poſſeſsionis tranſlatio impeditur per inualiditatem contractus. *ibid. num. 6.*

Poſſeſsio titulata in concurſu eſt præferenda, & manutenenda. *deciſ. 214. num. 17. Carrillo.*

Poſſeſsionis titulus ſi ſit perpetuus, non poteſt conſiderari aliquod ſpolium circa quantitatem temporis poſſeſsionis. *deciſ. 130. num 20. Veroſpio.*

in Poſſeſsione ſua, quis turbari non debet, dum cognoſcitur de eius releuantia. *dec. 260. n. 8. Pirou.*

Poſſeſsio regulariter non tranſit in ſucceſſores ſine apprehenſione. *deciſ. 214 nu 2. Carrillo.*

Sed hoc non procedit, quando aliqua lis antea fuit conteſtata. & inſtantia continuata fuit per ſucceſſores. *ibid. num. 3.*

Poſſeſsio pendet à voluntate. *d. 100. nu. 10. Merlino.*

Poſſeſsio vera alicuius recogniti in dominium probatur, ſi ei reſpondeatur de fructibus. *deciſ. 213. num. 6. Motmanno.*

Poſſeſsionem, quando quis validè cæpit, intrat retẽtio, & manutentio ipſius in poſſeſsionem. *dec. 114. num 21. Panzirolo.*

Poſſeſsio quando eſt vacans, non requiritur aliqua expulſio. *deciſ. 158. num. 7. Panzirolo.*

POSSESSOR.

pro & contra Poſſeſſorem ſemper vrget conſequentia, poſsidet ergo fructus percepit. *deciſ. 283. num. 10. Pirouano.*

Poſſeſſor tenetur ad reſtitutionem fructuum perceptorum poſt litem motam *d. 310. n. 1. Panzirolo.*

Poſſeſſor pacificus ad effectum Regul. de Triennali, dicitur etiam is, cui inceptum iudicium, numquã ab alio fuit proſequutum, ita quod lis remanſerit extincta. *deciſ. 80 num. 14. Mureb auello.*

à Poſſeſſore, quando producitur titulus, tunc ſtante propria productione illius poſſeſsio præſumitur ex d. titulo producto, ſed ſecus ſi iſta productio fiat à parte aduerſa. *deciſ. 29. num 60. & 61. Ghiſilerio.*

à Poſſeſſore ſi emanauerit confeſsio nedum contra eum probat, ſed etiam contra habentem cauſam ab eo. *deciſ 234. num. 7. Pirouano.*

Poſſeſſor bonæ fidei quare faciat ſuos fructus induſtriales, ſed ſecus ſi ſint naturales. *dec. 3. num. 50. & 51. Merlino.*

Poſſeſſor bonæ fidei ſi perceperit fructus etiam ante motam litem. debet eos reſtituere, ſi non ſint cõſumpti, ſed adhuc extent, vel ſi ex eis ſit factus locupletior. *dec. 3. num. 38. 42. & 45. Merlino.*

Poſſeſſor bonæ fidei etiam factus locupletior non tenetur reſtituere fructus, quando agitur in iudicio particulari, ſed ſecus in iudicio vniuerſali. *deciſ. 3. num. 47 Merlino.*

Poſſeſſor bonæ fidei debet compenſare melioramenta, cum fructibus perceptis à die motæ litis ex dictis bonis. *deciſ. 126. num. 32. Ghiſilerio.*

Poſſeſſor bonæ fidei, licet faciat fructus ſuos, non tamen eos facit irreuocabiliter. *deciſ. 3. num. 40. & 41 Merlino.*

Poſſeſſor conueniri poteſt actione reali. *deciſ. 165. num. 27. Ghiſilerio.*

Poſſeſſor in iudicio legis diffamari, quando incipiat reddi certus de iure aduerſarij. *d. 57. n. 30. Veroſp.*

Poſſeſſor pendente lite eſt manutenendus. *deciſ. 42. num. 11. Buccabella.*

Poſſeſſor vt lucretur fructus ante motam litem, quid ſufficiat. *deciſ. 3. nu. 4. Merlino.*

Poſſeſſor, ſi appareat, quod poſsideat authoritate Prætoris manutenendus venit. *deciſ. 199. num. 1. Panzirolo.*

Poſſeſſori licitum eſt adire Iudicem, vt ſibi actualem poſſeſsionem confirmet, & defendat. *deciſ. 204 num. 4. Veroſpio.*

Poſſeſſor, quod lite pendente ſit manutenendus, ita clamat totus titulus, vti poſsidetis, ita poſſideatis. *deciſ. 139. num. 11. Roias.*

Poſſeſſor per ſuperuenientiam noui tituli cenſetur mutaſſe cauſam poſſeſſionis. *dec. 156. n. 6. Dunozet.*

Poſſeſſor, ſi habeat iuſtiſsimam cauſam poſſeſsionis non tenetur ad fructuum reſtitutionem. *deciſ. 213. num. 3. Veroſpio.*

Poſſeſſor iniuſtus, quando quis eſt, deſtituitur omni iure, & titulo, qui potuiſſet illi præbere legitimã cauſam ad acquiſitionem fructuum. *ibid num. 1.*

ex Poſſeſſorum diuerſitate præſumitur diuerſitas beneficiorum. *deciſ. 50. num. 5. Veroſpio.*

Poſſeſſor non tenetur ad fructuum reſtitutionem, ſi in eo non poteſt conſiderari mala fides. *deciſ. 213. num. 2 Veroſpio.*

Poſſeſſor dum non fuit in mala fide, fecit fructus ſuos. *deciſ. 199 num. 9. Panzirolo.*

Poſſeſſores non ſolet Rota condemnare ad fructuum reſtitutionem, niſi à die motæ litis, & ita ſeruant multa ſuprema Tribunalia. *deciſ. 3 num. 1 2. & 3. Merlino.*

Poſſeſſor ſuperueniente nouo titulo, præſumitur mutaſſe cauſam poſſeſsionis abſque alia declaratione. *dec. 214. nu. 16. Carrillo.*

Poſſeſſor centenarius in materia Iuriſpatronatus, poteſt allegare titulum fundationis, dotationis, & alium meliorem de mundo, & ei magis bene viſum. *dec. 29. num. 63. Ghiſilerio.*

POSSESSORIVM.

in Poſſeſſorijs iudicijs remiſſoria non aliter datur, niſi cum clauſula ſine præiudicio retardationis &c. etiam in caſu, quo conſtet de releuantia articulorum. *deciſ. 242. num. 10. Veroſpio.*

in Poſſeſſorijs iudicijs, quare remiſſoria denegetur. *ibidem num. 7.*

In Poſſeſſorio non diſcutiuntur ea quæ requirunt altiorem indaginem. *deciſ. 139. num. 10. Roias.*

in Poſſeſſorio iudicio non releuant ea, quæ reſpiciũt poſſeſſorium. *deciſ. 290. num 2. Dunozet.*

in Poſſeſſorio mero an ſit lata ſentẽtia, attẽditur eius tenor. *deciſ. 78. n. 16. & amplia n. 17. Buccabela.*

Poſſeſſorij cumulatio cum petitorio de æquitate intrat quando poſſeſſorium pendet à petitorio. *deciſ. 250. num. 3. Coccino.*

POSSIDENS.

Poſſidenti de tempore motæ litis datur manutentio. *deciſ. 44. num. 1. Coccino.*

Poſſidens, acquieſcens prohibitioni ſibi factæ de non amplius vtendo ſua poſſeſſione deſiuit poſſidere. *dec. 42. num. 6. Buccabella.*

Poſſidens rem prohibitam alienari tunc ſolum cenſetur excluſus ab acquiſitione fructuum, ſi illius alie-

Digitized by Google

alienatio prohibita erat propter vitium, quod inerat in ipſa re. *deciſ.213.num.14 Veroſpio.*
Sed ſecus ſi alienatio diceretur nulla propter defectum certarum ſolemnitatum. *ibidem num.15.*
Poſſidens iure pignoris non poteſt impedire executionem mandatorum ſubhaſtationemque, ac venditionem, & adiudicationem ad effectum perfectæ exequutionis. *deciſ.181.num.4 & 5. Pirouano.*
aduerſus Poſſidentem auctoritate Iudicis, vt competat manutentio, iniuſtitia debet eſſe adeo clara, vt nullo velamine offuſcari poſſit. *dec.199. num.12. Panzirolo.*
Poſſidens ius, melius in foro conſcientiæ habetur, idque procedit, etiam ſi agatur contra tertios poſſeſſores. *dec.62.num.23. Motmanno.*
Poſſidere, quis poteſt vnam rem vigore hypothecæ, & alter eamdem rem poteſt poſſidere tamquam Dominus. *dec.48.num.17. Pirouano.*
Poſſidere, ſi quis aſſerat, non inde ſequitur perneceſſe perceptio fructuum, nec realis inſiſtentia. *dec.165.num.30.Ghiſilerio.*
Poſſidere, & eſſe in poſſeſſione differunt remiſſiuè. *deciſ.64. num. 3. Veroſpio.*
Poſſidendi titulum, qui non habet iure proprio, cenſetur poſſidere iure familiaritatis. *dec. 100. num. 13. Merlino.*

P O T E N T I A.

Potentia in terminis l.1.& 2.C.ne lic.potent.patro. &c. requiritur, vt non ſolum ſit ratione officij ſed etiam vt ex cauſa eiuſdem officij poſſit eſſe terrori ſuo Aduerſario. *deciſ.282. num.15. Veroſpio.*
Potentia ceſſante, ceſſat ratio l.1.& 2. C. ne lic. potent.patro.litig. *deciſ.282.num.21. Veroſpio.*
Potentia alicuius Ciuis non poteſt conſiderari in ea Ciuitate, in qua adeſt ſuperintendens, qui nemini denegat iuſtitiam. *ibid.num 25.*
Potentia ſola ſat non eſt in terminis Edicti, ne liceat potent. niſi etiam concurrat dolus, & probetur, quod ceſſio ſit facta malitioſè, & animo opprimendi aduerſarium. *ibidem num.37.*
Potentioris nomen quibus perſonis conuenire poſſit. *ibidem num.33.*
Poteſtatis quæſtio in Papa non admittitur, ſed benè defectus voluntatis. *deciſ.219. nu.2 Ghiſilerio.*
de Poteſtate Papæ in beneficialibus non licet ambigere. *deciſ.159.num.15. Merlino.*
Prandendi tempus vnum, omnibus non eſt, vt Dominus Noſter iuſsit turbam illius diſcumbere. *deciſ.197.num. 9. Pirouano.*
Præcepto negatiuo, quis dicitur ſufficienter paruiſſe, præſtando patientiam. *deciſ. 211. num. 1. Merlino.*
Præceptis Iudicis, ſi quis parendo, reſeruet ſibi ius &c. ex hoc non dicitur impugnare obedientiam. *ibid. num. 2.*
Prædo etiam eſt manutenendus in ſua poſſeſſione. *deciſ.122. num.19. Ghiſilerio.*

P R Æ I V D I C I V M.

Præiudicium aliud quàm expreſſum præſeruat clauſula ſine præiudicio. *deciſ.222.num.6.Merlino.*
Præiudicare non poſſunt miniſtri Domino abſque eius ſcientia. *dec.42.nu.7.Buccabella.*
Præiudicare, quis non poteſt alicui ſine eius ſcientia. *deciſ.153.nu.22.Buccabella.*

P R Æ L A T V S.

Prælatus, quod ob benemerita poſſit concedere, vel alterare conceſſiones bonorum Eccleſiaſticorum, in puncto Iuris iſta opinio valde periculoſa eſt. *deciſ.243. num.10. Merlino.*
Prælatus malè, & iniuſtè alienans bona Eccleſiæ, eo viuente contra Eccleſiam non currit præſcriptio, quia quemadmodum ipſe fuit in culpa, & dolo, ſuſpicari poteſt, quod labi permiſerit tempus tuendo ſuum cõtractum, & potius ſubſtinuerit iacturam bonorum Chriſti. *dec.94. n.13. Merlino.*
Et ideò tempus ſupputandum eſt à die obitus Prælati irritè contrahentis. *ibid.num.14.*
Prælati contractus de bonis Eccleſiæ cum conſanguineis ſunt ſuſpecti. *deciſ.94. num.16. Merlino.*
Prælato malè alienanti bona Eccleſiæ, competit interdictum retinendæ, tam eius nomine, quàm nomine Eccleſiæ. *deciſ.94 num.8. Merlino.*
Prælatus poteſt agere nomine Eccleſiæ ſpolij actione, licet ipſe facto proprio ceciderit à poſſeſſione. *deciſ.294.num.2. Veroſpio.*
in Prælato alienante bona Eccleſiaſtica non poteſt dolus denegari, dum prætermiſit contractum Eccleſiæ vtiliorem, & ſanguinis illecebris allectus, meliorem conditionem ab alio oblatam reſpuit. *deciſ.94.num.62. Merlino.*
Prælati menſæ, ſi ſint applicata bona Eccleſiæ ſolita alienari, tunc ſine ſolemnitatibus amplius concedi non poſſunt. *dec.243.num.18.Merlino.*
Prælati ratificatio contractus alienationis rerum Eccleſiæ, ſi fiat ſine ſolemnitatibus, quæ requiruntur in ipſa alienatione nullius eſt momenti. *deciſ.94. num.80. Merlino.*
Prælati confeſſio expreſſa ſi non præiudicat Eccleſiæ, multò magis præiudicabit tacita. *deciſ.203. num. 17. Pirouano.*
Prælatus conditionem Eccleſiæ meliorem facere debet. *deciſ.201. num.34. Dunozet.*
Prælatus celebrans contractum pro Eccleſia, tunc ex pactis inſolitis in illo appoſitis ceſſat omnis ſuſpicio ſimulationis, ſi ea vtilitatem Eccleſiæ reſpiciant, & conueniant Iuris diſpoſitioni. *deciſ.201. num.44 Dunozet.*
Prælatis imperatur, vt vtilitatem Eccleſiæ perquirant. *deciſ.201.num.43.Dunozet.*
Prælatus gerit officium Tutoris circa res Eccleſiæ. *deciſ.94.num.63. Merlino.*
Prælatus non ſolum nomine proprio poteſt intentare iudicium ſpolij contra occupantes Eccleſiæ bona, ſed etiam nomine ipſius Eccleſiæ. *deciſ. 191. num.2. Panzirolo.*
Prælatus ratificans alienationem bonorum Eccleſiæ, ſunt ſeruandæ eædem ſolemnitates, quæ requiruntur in ipſa alienatione. *dec.129.n.15.Merlino.*
Præpoſiti, qui habent eaſdem prærogatiuas, quibus gaudent Canonici, ſi habeant ius ſedendi immediatè in Choro poſt eos, illis licet occupare ſedes vacantes Canonicorum choro non interuenientium. *deciſ.224 num.2. & 6.Ghiſilerio.*
Præpoſitis, ſi liceat ſedere ratione ſeſſionis immediatè poſt perſonas Canonicorum, hoc illis non contingeret, ſi non poſſent occupare Sedes vacuas Canonicorum non interuenientium. *deciſ.224. num.3. Ghiſilerio.*

PRE-

Digitized by Google

P R E S B Y T E R.

cum Presbyteris ſecularibus indecorum eſt, quod ſe immiſceant Regulares, & in eadem Eccleſia miniſtrent. *deciſ.224.num.20. Merlino.*

Presbyteri nomen de proprietate ſermonis deſignat ſeniorem, non autem Sacerdotem. *deciſ.14.nn.3. Pirouano.*

Presbyteri appellatio per neceſſe non infert ad qualitatem ſacerdotalem. *deciſ.14. nu.1. Pirouano.*

Presbyteri nomen poteſt etiam conuenire Clericis. *deciſ.14. num.2. Pirouano.*

P R Æ S C R I P T I O.

Præſcriptio non poteſt induci, ſublato titulo, & bona fide, etiamſi 100. anni interceſſerint. *deciſ.191. num.16. Panzirolo.*

Præſcriptio tunc difficilius completur, quando conſiſtit in actu negatiuo. *deciſ.133.n.27. Pirouana.*

Præſcriptio deſumitur ex negligentia. *deciſ.133. num.17. Pirouano.*

Præſcriptio longi temporis non ſufficit in his, quæ ſunt granis præiudicij, ſed requiruntur ſaltim 30. anni. *dec.131 num.12. Dunazet.*

in Præſcriptionibus tempus litis eſt demendum. *deciſ.131. num.11. Dunozet.*

Præſcriptio formari non poteſt ſtante mala fide. *deciſ.281. num.15. Merlino.*

Præſcriptio in iuribus negatiuis non incipit currere, niſi poſt prohibitionem, & patientiam prohibiti. *deciſ.33. num.28. Pirouano.*

Præſcriptio impeditur, & interrumpitur per actus, etiam extraiudicialea. *deciſ.281. nu.16. Merlino.*

Præſcriptio non currit non valenti agere, ob aliquod legitimum impedimentum. *deciſ. 133. num. 25. Pirouano.*

Præſcriptio, quando eſt interrupta, eſt denuò inchoãda. *dec.226. num.42. Ghiſilerio.*

Præſcriptio in iuribus negatiuis non currit niſi adſint debita requiſita. *deciſ.226. num.37. Ghiſilerio.*

per Præſcriptionem id, quod acquiri poteſt, haberi etiam poteſt ex Conſtitutione ſupremi Principis. *deciſ.295. num.35. Ghiſilerio.*

in Præſcriptione contra Eccleſiam requiritur ſpatium 40. annorum. *dec.94. nu 12. Merlino.*

Præſcriptio impeditur per clauſulam, ſublata, & decretum irritans. *deciſ.279. num.14. Merlino.*

Præſcriptio ſemper hoc continet, vt detrahatur de iure alterius. *dec.57. num.25. Veroſpio.*

Præſcriptio æquiparatur conceſſioni Principis. *deciſ. 295. num. 36. Ghiſilerio.*

de Præſcriptione obijci poteſt, niſi doceatur de legitimo tempore. *deciſ.21. num.11. Coccino.*

Præſcriptio ad hoc vt ceſſet, ſufficit per minimum temporis ſpatium abeſſe bonam fidem. *deciſ. 94. num 34. Merlino.*

in Præſcriptione, ſe fundans, illam debet probare. *deciſ. 71 num.17. Macchiauello.*

Præſcriptio interrumpitur de Iure Canonico, ex quocumque actu apto inducere malam fidem. *deciſ.94. num.23. Merlino.*

Præſcriptio an interrumpatur, lite introducta coram Iudice incompetenti. *dec.94. num.38. Merlino.*

in Præſcriptione de Iure Canonico requiritur bona fides, tam ad eam inchoandam, quàm ad continuandam, & perficiendam. *deciſ.94. n.33. Merlino.*

Præſcriptio non currit non valenti agere. *deciſ.21. num.14. Coccino.*

ad Præſcriptionem impediendam ſaltem de Iure Canonico, ſufficiunt extraiudiciales interpellationes, & moleſtiæ. *deciſ.94. num.32. Merlino.*

Præſcriptio non perficitur, dum non adeſt bona fides. *deciſ.61. num.14. Merlino.*

Præſcriptio partim eſt inducta fauore poſſidentis bona fide, & partim odio negligentis. *deciſ. 21. num.17. Coccino.*

Præſcriptio immemorabilis interrumpitur ſi probetur à centum annis citra contrarium actum fuiſſe. *deciſ.56. num.20. Coccino.*

Secus verò ſi probetur vltra centum annos, vel ducentum annos citra id eſſe actum num. 20. vide ſub num.21. *dec.56. num.21. Coccino.*

in Præſcriptionis vim probatur directum dominium bonorum emphyteuticorum per ſolas ſolutiones canonum, ſi ſint vltra 30. annos. *deciſ.234. num. 3. Pirouano.*

Præſcriptio nulla currere incipit contra pupillum, durante pubertate. *deciſ.61. num.13. Merlino.*

Præſcriptione non eſt opus in obſeruantia interpretatiua, & quid ſufficiat. *deciſ.14. nu 5. Pirouano.*

Præſcriptio aliqua non poteſt prætendi ſi non appareat de lapſu temporis neceſſarij. *deciſ.279. num. 13. Merlino.*

Præſcriptio non datur, niſi præcedat actio. *deciſ.21. num.12. Coccino.*

Præſcriptio non currit contra non negligentem. *ibid. num. 16.*

Præſcriptionis tota vis conſiſtit in vltimo momento. *deciſ.226. num.48 Ghiſilerio.*

Præſcriptio in iuribus incorporalibus, & negatiuis non incipit currere niſi à die prohibitionis, & acquieſcentiæ. *deciſ.226. num.33. & 34 Ghiſilerio.*

Præſcriptio eſt res odioſa, & præiudicialis. *deciſ.226. num.49. Ghiſilerio.*

Præſcriptio vt interrumpatur, ſufficit actus extraiudicialis. *deciſ.226. num.47. Ghiſilerio.*

Præſcriptio interrupta non poteſt continuari. *deciſ. 226. num.43. Ghiſilerio.*

Præſcriptio, vt interrumpatur ſufficiunt, etiam extraiudiciales moleſtationes. *d.191. n.19 Panzir.*

Præſcriptio interrumpitur, ſi commiſſio fuerit obtenta, licet non fuerit reproducta. *deciſ.191. num. 18. Panzirolo.*

Præſcriptum remanet ius exequendi ſpatio triginta, & hoc ſine dubio. *dec.1. num.4. Coccino.*

P R Æ S E N T A R E.

Præſentare vnuſquiſque ſeparatim, & de per ſe poteſt, & non eſt neceſſarius ſimultaneus quando iuſpatronatus eſt relictum pluribus perſonis, vti ſingulis. *deciſ.2. num.3. Pirouano.*

Præſentare nemo poteſt ſeipſum. *d.29. n.20. Ghiſiler.*

ad Præſentandum in iurepatronatus gentilitio non eſt admittendus, qui non eſt de agnatione. *deciſ. 307 num.7. Pirouano.*

ex Præſentandi centenaria quaſi poſſeſſione, reſultat titulus habilis ad probandum Iuſpatronatus ex dotatione, & fundatione, vbi non agitur de familia potenti. *dec.29. num.2. Ghiſilerio.*

Præſentandi ius ex priuilegio, ſublatum eſt vigore Concil. Trident. *deciſ. 247. num.12. Carrilla.*

Præſen-

Præſentandi, quaſi poſſeſſionem, vt quis acquirat, quid requiratur. *deciſ.247.nu.16. Carrillo.*
Præſentandi quaſi poſſeſſio quæritur ex præſentatione effectuata, licet pars opponat, quod fuerit nulla, ſtante curſu 30. annorum. *deciſ. 29. num. 55. Ghiſilerio.*
Præſentandi quaſi poſſeſſio centenaria, in materia Iuriſpatronatus habet vim immemorabilis. *deciſ. 29. num. 50. Ghiſilerio.*
Præſentandi quaſi poſſeſſio acquiritur etiam per vnicum actum. *dec.87.num.12. Pirouano.*
inter Præſentantem, & præſentatum debet eſſe differentia. Et hæc concluſio procedit, etiamſi agatur de beneficio ſimplici. *deciſ.29. num.22. & 23. Ghiſilerio.*

PRAESENTATIO.

Præſentationes factæ tutorio nomine, an pupillo ſuffragentur. *deciſ.72.num.20. Pirouano.*
Præſentatio coram Ordinario de Iure fieri debet. *deciſ.87.num.13. Pirouano.*
Præſentationum effectuatio bene ſolet probari propter continnatam præſentatorum poſseſsionem. *ibid. num. 5.*
Præſentatio quando non fiat in capita habita ratione omnium deſcendentium patronorum, ſed in ſtirpes ab vnoquoque ex vocatis. *d.2.n.6. Pirou.*
Præſentationes, ſi non appareant continuatæ, nec effectum ſortitæ non ſuffragantur. *deciſ. 247.num. 13. Carrillo.*
Præſentatio facta longe poſt tempus ad præſentandũ in Edicto præfixum non attenditur. *deciſ.302.num. 11. Panzirolo.*
Præſentatio vnius ex patronis ſufficit ad petendam inſtitutionem vbi alij non præſentant. *deciſ.82. num.2. Panzirolo.*
Præſentatio fieri debet coram eo, cui in limine fundationis, & erectionis fuit reſeruatum ius inſtituendi. *deciſ.87. num.14. Pirouano.*
de Præſentationum effectuatione, quando non liceat dubitari. *deciſ.221. num.4. Panzirolo.*
Præſentatio ad iuſpatronatus, ſi ſit facienda ab vno de familia, non conuenit ei, qui eſt de diuerſa familia. *deciſ.209. num.3. Pirouano.*
Præſentationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt actus præſentationis. *deciſ.311. num.7. Motmanno.*
Præſentatio facta ſub nomine collectiuo hæredum, ex hoc ſequitur quod iuſpatronatus ſpectet ad vnumquemque eorum pro medietate. *deciſ.146.num.7. Pirouano.*

PRAESENTATVS.

Præſentatus ad iuſpatronatus, quando non requiratur, quod ſit actu Sacerdos. *deciſ. 221. num.16. Panzirolo.*
Præſentatus, quando veniat inſtituendus. & num.5. *deciſ.307. num.2. & 5. Pirouano.*
Præſentati habilitas ex quo iuſtificetur. *deciſ. 302. num.4. Panzirolo.*
Præſentato, quando non poſſit denegari inſtitutio. *deciſ.302. num.1. Panzirolo.*
Præſentatus à maiori parte patronorum eſt inſtituẽdus. *deciſ.280. num. 1. & 16. Vbaldo.*
Præſentatus à maiori parte patronorum eſt inſtituendus. *deciſ. 275. num.1. Vbaldo.*
Præſentatus à medietate patronorum, quando ſit inſtituendus. *deciſ.275. num.2. Vbaldo.*
Præſentatus ad iuſpatronatus ſi in ſupplicatione narrauerit, quod fuit præſentatus à medietate patronorum in quaſi poſſeſſione præſentandi exiſtentiũ, antenetur docere de iſta quaſi poſſeſſione. *deciſ. 307.num.15. Pirouano.*
Præſentatus à maiori parte patronorum eſt inſtituendus. *deciſ.2. num.4. Pirouano.*
Præſentatus præſumitur idoneus, ſi appareat, quod ſit Sacerdos, cum inde ſuper abundet probatio identitatis, ſi agatur de beneficio ſimplici. *dec. 87. num. 16. Pirouano.*

PRÆSTATIO.

ex Præſtationibus cõtinuatis vt præſumatur titulus, quid requiratur. *deciſ.57. num.8. Veroſpio.*
de Præſtationibus annuis, quando agitur hoc caſu tot cenſentur obligationes, quot ſunt anni, & ideo ſi currat aliqua præſcriptio, non currit niſi pro illo anno, quod habet poſt ſe tempus ſufficiens ad præſcribendum. *deciſ.21. num.19. Coccino.*
in Præſtationibus annuis, tot præſcriptiones requiruntur, quot ſunt anni. *deciſ.264.nu.13. Vbaldo.*
Præſtatio diuturna, & vniformiter continuata producit nedum præſumptionem approbationis perſonæ præſtantis, ſed etiam præſumptionem iuſtitiæ tituli, cuius cauſa fiunt præſtationes. & quare. *deciſ.57. num. 1. 2. & 3. Veroſpio.*
Præſtationes, quæ renaſcuntur, & pullulant ſunt in fructu. *deciſ.235.num.6. Motmanno.*
Præſtationes pro re Eccleſiæ tanquam emphyteutica factæ tempore vitæ Prælati, qui dicitur conceſſionem feciſſe, quamuis profint ad inducendam præſumptionem confirmationis Apoſtolicæ non tamen præiudicant Eccleſiæ ad effectũ, vt ex præſcriptione oriatur præſumptio tituli. *deciſ. 57. num.19.20.21.22.23. & 24. Veroſpio.*
ad Proteſtandum requiritur ſpeciale mandatum. *deciſ.218. nu. 17. Ghiſilerio.*

PRÆSVMPTIO.

Preſumptionum plurium curſus non eſt inducendus. *deciſ.191.num.14.Ghiſilerio.*
Præſumptio tituli reſultans ex centenaria quaſi poſſeſſione non tollitur per contrariam præſumptionem reſultantem vnius tituli inſufficientis. *deciſ. 29.num.52.Ghiſilerio.*
Præſumptiones non poſſunt elidere probat ionem fundatam in aſſiſtentia iuris cõmunis. *deciſ.226. num.10. Ghiſilerio.*
Præſumptiones vrgentiores, & fortiores elidunt leuiores. *deciſ.24. num.20. Dunozet.*
Præſumptio ſola exiſtẽtiæ ſcripturæ penes aliquem, tollitur ſolo iuramento negantis, ſe amplius eam non habere, nec dolo deſiiſſe poſſidere. *deciſ.208. num.19. Motmanno.*
Præſumptio ſubtractionis ſemper intrat in hærede, donec non reddit rationem de bonis hæreditatis. *deciſ.276.num.5. Dunozet.*
Præſumptio procedit ſolum in caſu dubio, ideo ceſſat reperta veritate. *deciſ.254.num.32. Matthaio.*
contra Præſumptionem iuris naturalis requiritur exactiſſima probatio. *deciſ.233.num.20. Carrillo.*
Præſumptio conceſſionis emphyteuticæ reſultans ex præſtatione diuturna, excluditur quoties ius cõmune reſiſtit. *deciſ.57. num.12. Veroſpio.*

Præ-

Præſumptio Iuſtitiæ ſententiæ oritur ex executorialibus *deciſ.1. num.15. Coccino.*

Præſumptio fortior præualet, & confundit aliam. *deciſ.254 num.46. Mattha.*

Præſumptiones validiores elidūt leuiores. *deciſ.160. num.17. Merlino.*

ex Præſumptione iuris quilibet præſumitur ſanę mētis. *deciſ.233.num.17. Carrillo.*

Præſumptionibus non eſt ſtandum, ſtante declaratione aliquid facié tis. *deciſ.29 num.34. Ghiſilerio.*

Præſumptio confirmationis Apoſtolicæ requiſitæ in alienatione rerum Eccleſiæ oriens ex curſu temporis tanquam fundata in taciturnitate partium, cenſetur interrupta ex lite. *deciſ.57.nu.14.nu.25. Veroſpio.*

Præſumptio confirmationis Apoſtolicæ vtpote ſolemnitatis extrinſecæ locum habere non poteſt deficiente titulo, & quare *deciſ.57.n.15. Veroſpio.*

Præſumptio, quod executoriales fuerint executæ ex quibus oriatur. *deciſ.1. num 27. Coccino.*

Præſumptiones, & adminicula coniunguntur ad implendam probationem filiationis. *deciſ.10 num.6, Veroſpio.*

Præſumptiones tolluntur ex contrarijs probationibus. *deciſ.203. num.11. Pirouano.*

PRETIVM.

Pretij non numeratio in cenſu, quando opponi minimè poſſit. *deciſ.271. num.9. Vbaldo.*

Pretio niſi ſoluto, actio ex empto non datur. *deciſ. 48. num.9. Pirouano.*

ex Pretij qualitate dignoſcitur, quid veniat in venditione. *deciſ. 229.num. 22. Ghiſilerio.*

Pretij mentio facta in contractu arguit mētem partium fuiſſe faciendi contractum emptionis, & venditionis. *deciſ. 116 num.8. Motmanno.*

pro Pretio legitimo bonorum iuriſdictionalium calculando, non attenditur fructus ille pecuniarius ſolum, ſed conſideratur iuriſdictio, & præbeminentia dominationis. *deciſ.95. num.58. Merlino.*

PRIMITIÆ.

Primitiæ prout decimæ debētur Eccleſiæ parochiali *deciſ.192.num.1. Pirouano.*

Primitiæ, & decimæ debentur Monaſterio, ſi curam animarum habeat in proprietate, non autem Rectori actu curam exercenti, vti Vicario. *deciſ. 251. num.5 Carrillo.*

Primitiæ debētur Monaſterio curam animarum habenti in proprietate, non autem Rectori actu habenti curam. *dec.192.nu.3. Pirouano.*

PRIMOGENITVRA.

Primogenitura non cenſetur conſtituta ex ordinatione delationis cognominis, & armorum, ſi iſta ordinatio duret tantum, viuente inſtituto, vel ſubſtituto. *deciſ.77. num.14. Panzirolo.*

in Primogenitura, quod fœminæ ſint vocatæ, facienda eſt interpretatio, niſi aliud in eius inſtitutione ſit cautum. *dec.249. num.2. Pirouano.*

Primogenitura verificata in vno ex filijs per eius mortem expirat, itaut non ſit extendenda ad alias perſonas, quod intellige, quando conſtat de clara mente teſtatoris. *deciſ.77. num.36. Panzirolo.*

Sed ſecus eſt, ſi ex coniecturis appareat de contraria mente diſponentis. *deciſ.77. nu.37. Panzirolo.*

Primogenitura non dicitur facta, ſi quis non vocauit plures gradus, ſed vnam tantummodo perſonam *deciſ.77. num.13. Panzirolo.*

Primogenitura conſtituitur ex ordinata vocatione primi, aut ſecundi, & ſucceſſiuè aliorum filiorum cum onere delationis cognominis, & armorum. *dec.77. num.24. Panzirolo.*

in Primogenitura remotiores excluduntur, dum in linea, in qua manet primogenitura, adsūt capaces. *deciſ.249.num.5. Pirouano.*

Princeps poteſt alicui auferre priuilegium ob publicam vtilitatem. *dec.103. num. 26. Coccino.*

PRINCIPALIS.

Principalis principaliter citatus per ſe, vel per eius procuratorem, ſi non compareat, meritò proceditur per contradictas. *deciſ.7. num.1. Carrillo.*

Principalis in contractu quis dicitur, ad quem cōmodum illius ſpectat. *deciſ. 109. nu.10. Dunozet.*

Principali deficiente corruit acceſſorium. *deciſ.261. nu.10. Ghiſilerio.*

Principalis veriſimile exiſtimare poteſt, quod ſuus procurator deduxerit in iudicio ius, quod ſibi cōpetebat. *deciſ.106.num.17. Buccabella.*

Prioris electio ſpectat ad totum Conuentum. *deciſ. 139. num.9. Rojas.*

Priuatio præſupponit habitum. *deciſ. 13. num. 3. Buccabella. & dec.98. num.4. Ghiſilerio.*

PRIVILEGIVM.

Priuilegium exequendi, quādo eſt conceſſum alicui perſonæ, non extenditur extra illam perſonam. *deciſ.26.num.23. Dunozet.*

Priuilegium de non ſoluenda quarta Canonica ſuffragatur fratribus etiam nō facta mentione iuris, vel poſſeſſionis Capituli. *deciſ.193.nu.11. Coccin.*

Priuilegium Apoſtolicū in acquiſitione iuriſpatronatus in Eccleſia Regulari, præſumitur interueniſſe in limine fundationis, ſtante antiquitate tēporis, & obſeruantia præſentationum. *deciſ. 29. num.10. Ghiſilerio.*

Priuilegia odioſa, & Eccleſiæ præiudicialia non ſunt multiplicanda. *dec.192.num. 21. Pirouano.*

Priuilegium non ſoluendi decimas numquid ſuffragetur Equiti Hieroſolymitano ad hoc, vt illarum poſſeſſor lite pendente non manuteneatur. *deciſ. 42. num.12. Buccabella.*

Priuilegium ſecundum nō tollit primum data compatibilitate. *deciſ.29. num.33. Ghiſilerio.*

Priuilegia, quando reſpiciant petitorium. *deciſ. 44. num 5. Coccino.*

Priuilegij exceptio impedit manutentionem. *deciſ. 44.num.9. Coccino.*

Priuilegia Principum latiſſimè ſunt extendenda. *deciſ.212.num.6. Pirouano.*

Priuilegij verba latiſſimè veniunt interpretanda, quando dictum priuilegium prouenit à Principe. *deciſ.254.num.24. Carrillo.*

Priuilegiorum derogatio contenta in regula octaua non trahitur ad regulas antecedentes. *deciſ.250. num.7. Coccino.*

Priuilegij tenor eſt attendendus, & maximè, ſi illud ſit cōfirmatum à Papa, cum decreto irritanti. *deciſ.226.num. 14. Ghiſilerio.*

Priuilegia eximētia à ſolutione decimarum non ſuffragantur ſi non ſit derogatum cap. nuper. de decim. *deciſ.42. num.9. Buccabella.*

Pri-

Digitized by Google

Priuilegium conceſſum ſauore aliquarum perſonarũ, extra eas non extenditur. *deciſ.* 161. *num.* 3. *Macchiauello.*

Priuilegiorum ſcripturæ præſumendum eſt, quod peruenerint ad hæredem vnà cũ hæreditate. *deciſ.* 208. *num.* 17. *Motmanno.*

Priuilegium conceſſum, cũ clauſula, ſicq. per quoſcũq; Iudices &c. iuncta cum clauſula ſublata operatur, vt cenſeatur os clauſum, vt nihil contra priuilegium deduci poſſit. *dec.* 103. *nu.* 1. *Coccino.*

Priuilegia exemptionis à ſolutione decimarum cõceſſa Patribus Ieſuitis fuerunt ob publicam vtilitatem. *dec.* 103. *num.* 25. *Coccino.*

in Priuilegio, ſi adſit aliqua expreſſio, quæ ſubſiſtere non poteſt, præſumitur facta per errorem, & ex impetrantis ſuggeſtione emanaſſe. *dec.* 118. *nu.* 8. *Buccabella.*

Priuilegium de non ſoluenda quarta canonica, ſuffragatur fratribus etiam non facta mentione iuris poſſeſſionis capituli. *deciſ.* 103. *num.* 4. *Coccino.*

Priuilegium non dicitur emanatũ à Papa Motu proprio, ſed ad ſupplicationem partis ſi adſint illa verba, veſtris iuſtis poſtulationibus clementer annuimus. *deciſ.* 118 *num.* 3. *Buccabella.*

Priuilegium immunitatis lex concedit propter numerum filiorum. *deciſ.* 45. *num.* 16. *Motmanno.*

Priuilegium conceſſum à lege propter numerum filiorum non ceſſat, ſi aliqui dd. filiorum moriantur poſtea, ſed remanet priuilegium ea ratione, quod ſufficiat, cauſam adfuiſſe, quo tempore priuilegiũ fuit conceſſum. *deciſ.* 45. *num.* 19. *Motmanno.*

Priuilegiorum oppoſitiones, ſeu conquaſſationes nõ intrant, quando conſtat de voluntate Principis concedentis, vt non habeant locum. *deciſ.* 193. *num.* 28. *Coccino.*

Priuilegijs religionis ſuperior non poteſt præiudicare. *deciſ.* 44. *num.* 12. *Coccino.*

Priuilegium immunitatis lex concedit propter numerum filiorum. *deciſ.* 45. *num.* 16. *Motmanno.*

Priuilegijs fori clericus non poteſt renunciare. *deciſ.* 44. *num.* 12. *Coccino.*

Priuilegijs militum an gaudeant milites noſtri temporis. *deciſ.* 69. *num.* 97. *Merlina.*

Priuilegij cauſa ceſſante, ceſſat etiam ipſum priuilegium. *deciſ.* 212. *nu.* 7. *Pirouano.*

Priuilegia vltra expreſſa, ſtante reſtrictiua verba cõceſſionum non ſuffragantur. *d.* 212. *n.* 2. *Pirouano.*

Priuilegiatus nõ vtitur priuilegio contra pariter reſpectiuè priuilegiatum, & cum oppoſitione mutua in ordine ad actum eiuſdem priuilegij. *deciſ.* 193. *num.* 25. *Coccino.*

Vt ſi vnus habet priuilegium ad exigẽdum, & alius ad non ſoluendum. *ibid. num.* 26.

Vel ſi vnus habet priuilegium, vt propter delictũ incarcerari, vel torqueri non poſſit, & alius habeat priuilegium, vt quilibet contra ſe delinquens carceretur, & torqueatur. *ibid. num.* 27.

PROBATIO.

ad Probationem plenam conſtituendam cõfeſſiones coniungi poſſunt. *deciſ.* 12. *num.* 13. *Veroſpio.*

Probationes primæ ſi non fuerint totaliter reprobatæ, ſecundæ poſtea, quæ factæ fuerunt, ex iuris interpretatione trahuntur ad tempus primarum probationum, cum illæ non dicantur nouæ, ſed in corroborationem primarum. *deciſ.* 19. *num.* 7. & 8. *Carrillo.*

Probare aliquid plenè, quando quis tenetur, quæ deducitur ex probatione extremorum. *deciſ.* 99. *num.* 12. *Panzirolo.*

Probatio melior, & concludentior dari non poteſt, quàm propria confeſſio. *dec.* 55. *num.* 5. *Pirouano.*

de Probatione vltra centum annos quando agitur, iudicatur antiqua, quo caſu ſufficiunt leuiores probationes. *deciſ.* 117. *num.* 5 *Ghiſilerio.*

Probationes clariores, & magis diſtinctæ in omnem caſum ſunt præferẽdæ. *deciſ.* 269. *num.* 12. *Coccino.*

Probatio exactiſſima requiritur contra præſumptionem iuris naturalis. *deciſ.* 233. *num.* 19. *Carrillo.*

Probatio melior dari non poteſt aduerſus confitentem, quàm propria cõfeſſio. *d.* 105. *n.* 8. *Ghiſilerio.*

Probatio quælibet quantumuis leuis probat recurſum ad Iudices laicos ad effectum denegandi audientiam, niſi obtineatur abſolutio. *deciſ.* 309. *num.* 2 *Coccino.*

Probationes præſumptiuæ præſertim ad obtinendum feudum, non ſufficiunt. *deciſ.* 285. *num.* 13. *Motm.*

Probatio, quæ deducitur ex probatione extremorum, non eſt probatio, ſed præſumptio. *deciſ.* 99. *nu.* 13. *Panzirolo.*

Probationes æquiuocæ, & illæ, quæ conquaſſantur à contrarijs probationibus non attenduntur. *deciſ.* 216. *num.* 6. *Carrillo.*

Probatio debet concludere perneceſſe. *deciſ.* 253. *num.* 53. *Matthaio.*

Probationes minus perfectæ coniugi poſſunt ad conſtituendam veram probationem. *deciſ.* 197. *nu.* 12. *Pirouano.*

non probat hoc eſſe, quod ab hoc contigit abeſſe. *deciſ.* 253. *num.* 52. *Mattha.*

Probatio plena excluditur per poſſibilitatem. *deciſ.* 99. *num* 17. *Panzirolo.*

Probatio, ſi reddatur æquiuoca, imperfecta, vel irreleuans nõ attenditur. *deciſ.* 298. *n.* 10. *Pirouano.*

Probationis difficultas, quando adeſt, quædam permittuntur, quæ aliàs non ſubſiſterent. *deciſ.* 10. *num.* 12. *Veroſpio.*

Probatio in ſpecie præfertur probationi in genere. *deciſ.* 272. *num.* 7. *Coccino.*

Probatio directa, ſi fieri non poteſt, debent probari circumſtantiæ, & hac probatione facta, ſi Iudex vult, poteſt facere, quod eligãtur periti. *deciſ.* 52. *num.* 4. *Pirouano.*

Probationes veræ dicuntur coniecturæ, & præſumptiones, quando à iure ſunt approbatæ. *deciſ.* 234 *num* 2. *Pirauano.*

in Probationis materia orientis ex publicis inſtrumentis, tempus centum annorum ab omnibus reputatur antiquum. *deciſ.* 10. *num.* 4. *Veroſpio.*

Probationes leuiores ſolent adhiberi in iudicio manutentionis. *deciſ.* 12. *num.* 5. *Veroſpio, & deciſ.* 13. *num.* 2. *Buccabella*

Probationes, & alia acta iudiciaria facta contra anteceſſorem, probant pariter contra ſucceſſorem. *deciſ.* 12. *num.* 4. & 7. *Veraſpio.*

Probatio imperfecta poteſt admitti pro adminiculo, quando materia concludenter non eſt probanda, ſed per præſumptiones, & coniecturas. *deciſ.* 234 *num* 7. *Pirouano.*

Pro-

Probatio imperfecta, abſurdum eſſet, quod tolleret, & deſtrueret probationem perfectam. *deciſ.* 270. *num.*26. *Coccino*.

Probatio, quando eſt perfecta, & abſoluta, non poteſt tolli, niſi ex eadem, vel pari probatione. *deciſ.* 182. *num.* 3. *Veroſpio*.

Probatio per viam confeſſionis eſt efficacior alijs. *deciſ.*245. *num.*2. *Coccino*.

in Probationibus Iudex debet amplecti veriſimilitudinem. *deciſ.*245. *num.* 18. *Ghiſilerio*.

Probatio præſumptiua ad quemcumque etiam effectum admittitur, quando coniecturæ ſunt à iure approbatæ. *deciſ.*234 *num.*13. *Pirouano*.

Probatio maior non datur, quàm propria confeſſio. *deciſ.*263. *num.*1. *Vbaldo*.

Probationes de iure non ſunt coàguſtiandæ. *deciſ.*4. *num.*7. *Ghiſilerio*.

Probatio per documenta publica, quando ſumus in antiquis, ſemper præualet depoſitionibus teſtium. *deciſ.*215. *num.*8. *Pirouano*.

Probatio non tuti acceſſus, eſt fundamentum proceſſuum per edictum. *deciſ.* 70. *num.*8. *Buccabella*.

Probationes leuiores admittuntur in iudicio ſummariſſimo manutentionis. *deciſ.*49 *num.*6. *Dunozet*.

Probatio identitatis eſt neceſſaria ad effectum tàm recognitionis, quàm vindicationis. *deciſ.* 234. *num.*14. *Pirouano*.

Probatio nulla eſt maior confeſſione propria. *deciſ.* 24. *num.*14. *Dunozet*.

Probatio per inſtrumenta cum ſit ſincerior, expeditior, & magis tuta, fruſtra recurritur ad teſtes, qui vel obliuione, vel alio defectu labi poſſunt. *deciſ.*252. *num.*2. *Merlino*.

ex Probationibus pluribus imperfectis reſultat plena probatio. *dec.*143. *num.*9. *Carrillo*.

Probationes, quæ ad propoſiti articuli deciſionem non faciunt, ſunt reijciendæ. *deciſ.* 251. *num.* 1. *Motmanno*.

Probatio non debet conſiſtere in ſola poſſibilitate. *deciſ.*103. *num.*14. *Coccino*.

Probationes, quæ ſunt valde æquiuocæ, & remotæ, non probant. *deciſ.*143. *num.* 10. *Carrillo*.

Probatio iuriſpatronatus priuati, Concil. Trident. reliquit in terminis iuris communis. *deciſ.*29. *n.*6. *Ghiſilerio*.

Probationes validiores in concurſu ſemper præferũtur alijs debilioribus. *dec.*203. *num.*12. *Pirouano*.

Probatio maioris valoris regulariter poſt didicita reſtificata admittitur. *deciſ.* 41. *num.*19. *Coccino*.

ad Probandam euidentem vtilitatem Eccleſiæ in controuerſiam deductam, nõ ſufficiunt teſtes examinati in iudicio ſummario. *d* 94. *n.*46. *Merlino*.

Probatio remiſſoriæ indulgenda non eſt, quando aliquid probari poteſt per ſcripturas. *deciſ.*243. *n.*2. *Merlino*.

ad Probandum primum extremum in ſpolio, ſufficit, quod probetur contra aliquem fuiſſe factam ſubhaſtationem, & deliberationem. *deciſ.* 113. *num.*5. *Roias*.

ad Probandum id, quod in iudicio incidenter, & ſecundario, & per modum cauſæ deducitur, quæuis probatio etiam leuis, & præſumpta dicitur ſufficiens. *deciſ.*103. *num.*2. *Ghiſilerio*.

Probatis actibus denotantibus plenum vſum auctoritatis Archiepiſcopalis indiſtinctè infertur ad probationem poſſeſſionis reliquorum actuum. *deciſ.* 22. *num.*4. *Veroſpio*.

PROCESSVS.

Proceſſu iudiciali niſi mediante, coactio qualis fieri nequit. *deciſ.*4. *num.*6. *Ghiſilerio*.

Proceſſus per edictum non tenet, nulla facta probatione non tuti acceſſus. *deciſ.*70 *num.*7. *Buccabel*.

Proceſſus nomine intelligitur prima citatio. *deciſ.* 295. *num.*7. *Ghiſilerio*.

Proceſſus præſumitur integer. *d.* 18. *n.*24 *Ghiſilerio*.

Proceſſu camerario mediante, & ſecretè Iudex debet capere informationem ſummariam, quando timetur de fuga. *deciſ* 4. *num.* 3. *Ghiſilerio*.

à Proceſſu vlteriori appellari debet, quando Iudex allegatur ſuſpectus. *deciſ.*7. *num.*5. *Carrillo*.

Proceſſus non eſt in forma probanti, ſi nõ ſit à Notario authenticatus, & ſubſcriptus. *deciſ.*18. *n.*2. *Ghiſilerio*.

ex Proceſſus reuolutione ſententiarum validitas colligitur. *deciſ.* 38. *num.*4. *Pirouano*.

Vide infra in verbo Sententia validitas.

PROCVRATOR.

Procurator conſtitutus ad aliquam litem quando reuocatur, debet intimari reuocatio parti, & procuratori conſtituto, aliàs ſi tanquam talis citetur, ſubſtinetur citatio in præiudicium conſtituentis. *deciſ.*233 *num.*7. & 8. *Carrillo*.

Procuratoris confeſſio probat concurrẽtibus adminiculis, quæ tamen aliàs non probat. *deciſ.* 245. *num.*13. *Coccino*.

Procurator conſtitui poteſt nedum pro minore, ſed etiam pro pupillo. *deciſ.*172. *num.*39. *Coccino*.

Procurator, quod acceptauerit mandatum, quando dubitari non poſſit. amplia *deciſ.*233. *num.*14. & 15. *Carrillo*.

Procurator ſi ſoluat debitum aliquod iuſſu ſui principalis, ſi reperiatur quod ſit indebitum, hoc debet adſcribi principali, non autem procuratori. *deciſ.* 292. *num.* 8. *Veroſpio*.

Procuratoris poteſtas eſt neceſſaria ad hoc, vt ex lite, quam monit, poſſit Domino præiudicare. *deciſ.*16. *num.*10. *Veroſpio*.

Procuratoris productio nocet principali, ſi ab eo fuit ratificata. *deciſ.*29. *num.*35. *Ghiſilerio*.

Procurator non poteſt voluntariè confiteri. *dec.*245. *num.*14. *Coccino*.

Procurator præſumitur habere mandatum, ſi iura producat, & litẽ ſubſtineat. *d.*78 *n.*8. *Buccabella*.

Procurator ad hoc vt declaret mentem mãdãtis, debet ad hoc habere mandatum ſpeciale. *deciſ.*218. *num.*17. *Ghiſilerio*.

Procuratorem conſtituere poteſt maior 14. annorũ. *deciſ.*297. *num* 14. *Motmanno*.

Procurator, an haberet mandatum ad cõteſtandam litem, vel ad alium actum non eſt diſputandum, quando lis, vel alius actus pluries à principali fuit ratificatus. *deciſ.*16. *num.*11. *Veroſpio*.

à Procuratore non informato, ſi emanauerit aliqua confeſſio liber eſt, & in poteſtate principalis eãdem confeſſionem reuocare. *d.*16. *n.*12. *Veroſpio*.

Procurator ſi mandatum ſuſceperit ad aliquid pro alio emendum, cogi poteſt ad declarãdum ſe pro illo emiſſe, & rem reſtituere. *d.*197. *n.* 13. *Pirouan*.

Procuratorem, ſi maior conſtituat, ſi per naturam poſſibile eſſet, quod eſſicceretur minor, mandatum reuocaretur. *deciſ.* 172. *num.*30. *Coccino.*

Procurator ſi ante mortem Domini acceptauerit mandatum, illud non expirat per mortem Domini. *ibid. num.* 27.

Procurator conſtitutus, cum clauſula releuationis, concepta his verbis, de quibus hic, & cum fideiuſſione, iſta clauſula quid operetur. *deciſ.* 297. *num.*11. *Motmanno.*

Procurator, quando dicatur etiam habere mandatũ ad donandum. *deciſ.*161. *num.*9. *Macchiauello.*

Procuratores perſonas Dominorum repræſentant *deciſ.*165. *num.*26. *Ghiſilerio.*

Procurator ſine ſpeciali mandato donare nõ poteſt. *deciſ.* 161. *num.*6. *Macchiauello.*

Procurator, ſi ſit conſtitutus cum ſatiſdatione, & non contradixit, non expirat mandatum per mortem Domini. *deciſ.* 172. *num.*28. *Coccino.*

Procurator Domino præiudicare non poteſt. *deciſ.* 106. *num.*14. *Buccabella.*

Procurator, ſi validè produxit alia iura, & obtinuit prorogari fatalia, & alia fecerit quæ impenſam requirunt, ex his certè præſumitur mandatum. *deciſ.*148. *num.* 10. *Macchiauello.*

Procurator deputatus ad lites futuras minimè deputatus intelligitur ſolum ad præſentes. *dec.*114. *num.*10. *Panzirolo.*

à Procuratore ſi ſit facta confeſſio, poteſt quandocũque renunciari à principali, niſi ſit ea vſus, vel à parte fuerit acceptata. *deciſ.*57. *num* 49. *Veroſpio.*

Procuratoris dolus non debet imputari principali. *deciſ.*239. *num.*20. *Veroſpio.*

Procuratoris doloſa declaratio non poteſt dici facta à principali præſertim, vt illi adſcribi debeat aliquis dolus. *deciſ.*239. *num* 21. *Veroſpio.*

Procurator aliquid confitendo non poteſt efficere, vt Dominus in pœnas incidat. *d.*245. *n.*15. *Coccin.*

Prodigalitatis actus, ſi ſint cauſa, vt oriatur neceſſitas, priuant hæredem facultate alienandi, ſibi à teſtatore conceſſa in caſum maximè neceſſitatis. *deciſ.*24. *num.*25. *Dunozet.*

PRODVCTIO.

Productio vnius tituli non excludit exiſtentiam alterius. *deciſ.*29. *num.*44. *Ghiſilerio.*

ex Productione vnius tituli inſufficientis, & iniuſti, ceſſat præſumptio alterius tituli ſufficientis, & iuſti. *deciſ.*94. *num.* 39. *Merlino.*

Productio facta ad vnum effectum, non nocet quoad diuerſum. *dec.*56. *num.*23. *Coccino.*

Productio tunc operatur contra procedentem, quãdo eſt facta in eodem iudicio non autem in diuerſo. *deciſ.*29. *num.*46. *Ghiſilerio.*

Productione ſcripturarum, quis iuuari poteſt omni meliori modo. *deciſ.* 182 *num.* 19. *Veroſpio.*

Productio facta in vno iudicio non nocet in alio, etiam inter eaſdem perſonas. *d.*29 *n.*38. *Ghiſilerio.*

Et hoc multo magis procedit in productione extraiudiciali, & inter diuerſas perſonas. *ibidem num.* 39 & 40.

ex Productione iurium confeſſio, quæ oritur, eſt ficta, & præſumpta. *deciſ.*29. *num.* 37. *Ghiſilerio.*

Productio facta ab aduerſario alteri parti nocere non poteſt. *deciſ.*56. *num.*22. *Coccino.*

Productio ſcripturarum poteſt fieri etiam poſt relaxationem mandati pro eo conualidando, & executione ſubtimenda. *dec.*241. *num.* 32. *Ghiſilerio.*

Productio, vt noceat producenti, illa facienda eſt parte petente, vel ſaltem tacitè acceptante per non contradictionem *deciſ.*29. *num.*47. *Ghiſilerio.*

Secus, ſi pars aduerſa illis contradixit, iſto enim caſu tales productiones non nocent producentibus. *ibid. num.*48.

Productio, vt operetur contra producentem, quid requiratur *deciſ.* 29. *num* 45. *Ghiſilerio.*

Productio, tunc nocet producenti, quando fuit facta ad eum finem, qui concludat intentionem partis, nam productio extra finem, ad quem intenditur non operatur. *ibid. num* 49.

Productio facta in vna cauſa, non poteſt nocere in diuerſa. *deciſ.* 182 *num.*22. *Veroſpio.*

PROHIBITIO.

Prohibitio alienationis, quando dicatur perſonalis. *deciſ.* 15. *num.* 31 *Merlino.*

Prohibitio alienationis rei litigioſæ non afficit rem ipſam, ſed perſonam collitigantium. *deciſ.* 228. *num.*15. *Veroſpio.*

Prohibitio alienandi inducta per l. fin. C. de iur. emphyt. non eſt reſtricta ad rem, ſeu fundum emphyteoticum primo loco conceſſum, ſed complectitur omnes, & quaſcumque meliorationes, quæ ratio militat etiam in alienatione, quæ fit per ſubemphyteutam. *deciſ.*40. *num.* 17. *Ghiſlerio.*

Prohibitio alienationis emphyteuſis ſine cõsẽſu Domini directi venit ex diſpoſitione l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. *ibid. num.*28.

Prohibitioni ſibi factæ, ſi acquieſcat poſſeſſor, dicitur deſinere poſſidere. *deciſ.*42. *num.*6. *Buccabella.*

Prohibitio alienationis, quando ponitur continuatiuè per viam qualificationis præcedentis ſubſtitutionis debet intelligi retento eodem themate. *deciſ.*8. *num.*12. *Dunozet*

Prohibitio alienationis facta abſque cauſa eſt nulla tanquam nudum præceptum. *d.*15. *n.*2. *Merlino.*

Prohibitio facta à teſtatore de nunquam concordando, eſt præceptum per ſe malum, & contra bonos mores. *deciſ.* 104. *num.*18. *Panzirolo.*

Progeniei appellatione comprehenduntur fœminæ ceſſante ratione conſeruãdę agnationis. *deciſ.*249. *num.*3. *Pirouano.*

PROMISSIO.

Promiſſio facta ratione renũciationis matrimonij eſt inualida, & ſimoniaca. *deciſ.*109. *nu.*11. *Dunozet.*

Sed hoc ceſſat, quando promiſſio fuit facta ratione damnorum & intereſſe. *ibidem num.*12.

ad Promiſſionem implendam quando ſumus in contractibus nominatis, quis cogi poteſt, antequam contractus reſcindatur. *deciſ.*142. *num.*5. *Veroſpio*

Promiſſionis dotis contractus perficitur conſenſu, & pro eo non requiritur aliqua ſcriptura, niſi ad maiorem probationem. *dec.* 241. *num.*4. *Ghiſilerio.*

Promiſſioni dotis facta à muliere ſine ſolemnitatib. lex fauet, ne ſcilicet mulier indotata, & ſine viro remaneat. *ibid. num* 2.

Promiſſionis adimplementum, non curat quærere Deus ſi in eum promittentis obligatio non fuit principaliter directa. *deciſ.*27. *num.*13. *Motmanno.*

Promiſſio facta ad fauorem alicuius fauere non poteſt

ci;

ei, qui in inſtrumento promiſſionis non interuenit. *deciſ.40. num.6. Dunozet.*

Pronepos pronato viuente naſci, ſeu concipi non ſolet. *deciſ.194. num. 18. Dunozet.*

PROPRIETAS.

Proprietas muri, quod pertineat ad aliquem ex quibus perpendatur. *deciſ. 253. num.19. Matthæo.*

Proprietas, & titulus filiationis ex quibus probetur. *deciſ.10.num.9. & 13. Veroſpio.*

Proprietate quanto magis eſt cauſata poſſeſſio, tanto eſt iuſtior. *deciſ.240. num. 3. Ghiſilerio.*

Proprietarius, ſicuti ex ſolutione ſibi facta probare poteſt promiſſionem eiuſdem ſolutionis, ita eodē modo permiſſum eſſe debet emphyteutæ probare conceſſionem, ex eiſdem ſolutionibus, *deciſ. 16. num.6. Veroſpio.*

Proprietarius finita emphyteuſi debet conſanguineos, & hæredes vltimi poſſeſſoris in inueſtitura præferre agnatis. *deciſ.201. num. 2. Dunozet.*

Proprietarius, quod voluerit emphyteutam perpetuo inueſtire de bonis ei datis in emphyteuſim, ex quibus appareat. *ibid.nu 9.11. 37. & 39.*

PROTESTATIO.

Proteſtatio aliqua, ſi parti nō fuerit intimata, ei nocere non debet. *deciſ.188. num. 12. Buccabella.*

Proteſtationes iudiciales debent repeti in quolibet actu, alias cenſetur ab eis receſſum. *dec.306.n.11. Ghiſilerio.*

Proteſtatio non poteſt deſeruire pro reuocatione mandati, ſi illa procuratori non fuerit intimata. *deciſ 218. num.21. Ghiſilerio.*

Proteſtatio poſita in ipſo contractu ſatis eſt ad conſeruandum ius proteſtantis. *d 287.nu 3.Veroſpio.*

Prothonotariatus qualitas probari poteſt ex litteris, vel inſtrumento collationis. *deciſ. 236. num. 10. Veroſpio.*

Protogenes, quod fuerit Epiſcopus Calaritanus, ex quo deducatur. *deciſ 251.num.21. Motmanno.*

contra *Prouinciam*, quando fertur interdictum eſt generale. *deciſ.20.num.7. Coccino.*

PROVISIO.

Prouiſiones dignitatum Eccleſiarum Cathedralium in Cancellaria Apoſtolica expediuntur ſine expreſſione valoris, ſecus verò in prouiſionibus de alijs. *dec.256. num.16. Motmanno.*

Prouiſio benefici eſt nulla, & ſubreptitia, ſi conferatur non Sacerdoti contra formam fundationis. *deciſ.157. num.13. Ghiſilerio.*

Prouiſio Apoſtolica non mutat ſtatum beneficij, *deciſ.143. num.11. Carrillo.*

Limita niſi conſtet de contraria mente Papæ, tollendi antiquum ſtatum, & nouum inducendi. *ibidem num. 12.*

Prouiſiones, quando dicantur effectum ſortitæ. *deciſ. 236. num. 8. Veroſpio.*

Prouiſi ad aliquod beneficium habilitas ex quo probetur. *deciſ.152. num 11. Veroſpio.*

PROXIMVS.

Proximi ſanguinis proprij non ſunt deſpiciendi, ſi egere cognoſcatur. *deciſ.194.num. 35. Dunozet.*

Proximior vltimo poſſeſſori decedenti præferendus eſt in primogenituræ ſucceſſione. *deciſ 249 nu.4. Pirouano.*

Proximiores, qui debent interuenire in contractibus minorum ex forma ſtatuti in dicto contractu non debēt habere intereſſe. *deciſ.241.n.21.Ghiſilerio.* intellige *vt num. 25.*

Proximior ſi ſit excluſus, an ex hoc cenſeatur etiam excluſus remotior. *deciſ.33. num.17. Coccino.*

Proximiores præſumuntur magis dilecti, quàm remotiores. *deciſ.33. num.16. Coccino.*

Prudentia, & pietas Iudicis eſt cōmendāda, qui cum minori diſpendio debitoris, & abſque læſione creditoris iuſtitiam adminiſtrauit. *d.35.n.7.Coccino.*

Pudicitia ſpeculum eſt Eccleſia. *d.30.n 38 Merlino.*

Pupillus non debet educari penes eum, qui ei in ſucceſſione ſubſtitutus eſt ob malignam ſuſpicionē. *deciſ. 97. num. 3. Coccino.*

contra *Pupillum*, quibus concurrentibus probet cōfeſſio tutoris. *deciſ.39. num. 1. Buccabella.*

Pupillus non debet educari penes eum ſubſtitutum, etiamſi in hoc concurrat voluntas patris. *dec.95. num.5. Coccino.*

Pupillo an ſuffragentur præſentationes factæ tutorio nomine. *deciſ 72. num.21. Pirouano.*

Puteum non arguit dominium, nec communionem muri, quia poteſt fodi propè fundum vicini etiam nullo ſpatio relicto, quod tamen intellige, ſi vicinus damnum non patiatur. *dec.234.nu.48. & 49. Matthæo.*

Q

QVALITAS.

Qualitas narrata Papæ non eſt iuſtificanda, ſi ſolitum ſit etiam concedere gratiam petitam abſque d. qualitate narrata *deciſ.213.n.13. Veroſpio.*

Qualitas aliqua ſufficit, quod de facto iuſtificetur, ſi gratia principaliter non fundetur ſuper ea. *deciſ. 255 num 7. Veroſpio.*

Qualitas aliqua ſi de facto narrata ſit, ſufficit etiam vt ſic iuſtificetur. *ibid. num. 6.*

Qualitas valoris ad hoc vt ſit locus regul.4.Cancell. eſt neceſſaria in dignitatibus vacātibus in Eccleſijs Collegiatis, non autem in Metropolitanis. *dec.236 num. 15. 16. & 19. Veroſpio.*

Qualitas Prothonotariatus ex quibus probari poſſit. *deciſ.236. num.10. Veroſpio.*

Qualitates omnes præcedentes repetit dictio, necnon. *deciſ. 38.num.11. Pirouano.*

Qualitas ſimilis præſumitur aliquem impuliſſe ad aliquod faciendum. *deciſ.68 num 28. Merlino.*

Qualitas Doctoratus probari poteſt ex inſtrumento Doctoratus. *deciſ.236.num.11. Veroſpio.*

Qualitas in fine narrata, debet referri ad rem, quæ vltimo loco eſt narrata *ibid. num.18.*

Qualitas, quando requiritur ad certum effectum, nō eſt curandum de modo, dummodo habeatur effectus. *deciſ.93.num.7. Dunozet.*

Qualitas à ſtatuto requiſita debet concurrere de tempore actus. *deciſ.98. num.8. Ghiſilerio.*

Qualitas iuriſpatronatus, an ſcilicet ſit hæreditariū, vel gētilitium, aut familiare, vt inde cognoſci poſſit, quomodo vocati intrare poſſint ad præſentandum, quando ſpectanda non ſit. *d.2.n.7 Pirouano.*

Qualitas aliqua, ſi ſit narrata in gratia, eſt neceſſaria

Digitized by Google

illius iuſtificatio ad effectum validitatis dictæ gratiæ. *deciſ.* 255. *num.* 1. *Verospio*.

Qualitas à ſtatuto requiſita dum non poteſt verificari, ceſſat eius diſpoſitio. *dec.* 110. *n.* 16. *Motmanno*.

per Qualitatem, & dignitatem, ſi perſona aliqua ſit nuncupata, dicitur ſatis expreſſa nominatim. *deciſ.* 219. *num.* 7. *Ghiſilerio*.

Quantitas non poteſt dici diuerſa, ſi prius de ea non fuit facta mentio. *deciſ.* 184. *num.* 13. *Veroſpio*.

ex Quantitatis diuerſitate nō poteſt inferri ad diuerſitatem rei, ſeu corporis bonorum. *deciſ.* 184. *num.* 11. *Veroſpio*.

in *Quaſi poſſeſſione* aliquid faciendi dicitur quis eſſe, ſi fuerit prohibitus ne illud amplius faceret. *deciſ.* 42. *num.* 1. *Buccabella*.

in Quaſi poſſeſſione aliquid exigendi ſi quis ſe eſſe non probet, ex hoc reſultat, quod aduerſarius ſit in quaſi poſſeſſione exemptionis. *deciſ.* 44. *num.* 3. *Coccino*.

Quaſtio aliqua anceps quando adeſt, Rota non eſt ſolita reſpicere ad numerum Doctorum. *deciſ.* 163 *num.* 7. *Veroſpio*.

Quietantia creditorum, ſiue illorum manu ſint ſcriptæ, ſiue aliena manu, ſed ab eiſdem ſubſcriptæ, ſemper probant. *deciſ.* 55. *num.* 7. *Pirouano*.

Quindemnia ſuccedunt loco laudemiorum. *deciſ.* 40. *num.* 30. *Ghiſilerio*.

Quod potui nolui, quod nolui adimplere nequiui. *dec.* 4. *num.* 23. *Ghiſilerio*.

R

RATIFICATIO.

RAtificatio tacita confeſſionis ex quibus oriatur. *deciſ.* 294. *num* 11. *Veroſpio*.

Ratificatio contractus non eſt neceſſe vt fiat, ſi in præſentia eius ſit celebratus. *dec.* 283. *n.* 18. *Pirou.*

Ratificatio contractus nulli, quando non cenſeatur ratificatus prout ex tunc, neque prout ex nunc. *deciſ.* 119. *num.* 23. *Motmanno*.

Ratificatio non retrotrahitur, ſi agatur de præiudicio tertij. *deciſ* 246. *num.* 3. *Coccino*.

Ratificatio geſtorum per aliquem vti procuratorem, retrotrahitur, & mandato æquiparatur. *deciſ.* 78. *num.* 11. *Buccabella*.

Ratificatio mãdato æquiparatur. *d.* 246. *n.* 2. *Coccin.*

per Ratificationem alicuius inſtrumenti cenſetur, quis ſe obligaſſe ad omnia contẽta in eo. *deciſ.* 46. *num.* 5. *Dunozet*.

RATIO.

Rationis diuerſitatem non eſt dare, ſi ſemper reſultet idem effectus. *deciſ.* 77. *num.* 29. *Panzirolo*.

Ratio duplex, ſeu vinculum fortius ſtringit. *dec.* 253. *num.* 9. *Mattheio*.

in Rationum redditione, quando libri haberi non poſſunt, vel defecerunt, quomodo computa ſint reddenda. *deciſ.* 55. *num.* 6. *Pirouano*.

Ratio, & cauſa in ſpecie reſtringit dictum in genere. *deciſ.* 15. *num.* 28. *Merlino*.

Ratio eadem vbi militat, ſeruandum eſt idem ius. *deciſ.* 40. *num.* 18. *Ghiſilerio*.

Ratio alicuius rei ceſſat ſtante diuerſitate perſonarum. *deciſ.* 228. *num.* 30. *Veroſpio*.

Rationem reddere tenetur grauatus de bonis fideicommiſſarijs *deciſ.* 88. *num.* 22. *Ghiſilerio*.

Rationis diuerſitate concurrente de vna re ad aliam non licet arguere. *deciſ.* 190 *num.* 18. *Panzirolo*.

Ratio legis, quando eſt generalior dicto, illud ſemper extendit, & ampliat *deciſ.* 194. *n.* 26. *Dunozet*.

Ratio diuerſitatis potius in vno, quàm in alio caſu, quando aſſignari non poteſt in vtroque ſequi debet idem effectus. *deciſ.* 142. *num.* 4. *Panzirolo*.

Receptio inſolutum eſt vera ſolutio. *deciſ.* 165. *n.* 41. *Ghiſilerio*.

Recepiſſe aliquid quis præſumitur ſi appareat de eius receputa. *deciſ.* 154. *num.* 15. *Dunozet*.

Recognitio ſcripturæ, quando eſt facta probat perinde ac ſi eſſet publicum documentum. *deciſ.* 55. *num.* 10. *Pirouano*.

RECTOR.

Rector Eccleſiæ benè poteſt petere, vt eadem Eccleſia in antiqua ſua poſſeſſione cõſeruetur. *deciſ.* 12. *num.* 2. *Veroſpio*.

Rector, quando non poſſit prætendere ius ſuper primitijs, & decimis. *deciſ.* 154. *num.* 4. *Carrillo*.

Rectoris beneficij frater ſi inhabitet in domo d. Rectoris, cenſetur inhabitare non vti conductor, ſed vti frater Rectoris commoditatis gratia. *deciſ.* 268. *num* 2. *Coccino*.

Rectori, quando à Monaſterio fuit aſſignata cõgrua pro exercitio curæ, id ſignificat, quod proprietas d. curæ pertinet ad Monaſterium. *deciſ.* 254. *n.* 8. *Carrillo*.

contra Rectorem Eccleſiæ ſententia, ſeu decretum latum, afficit etiam ſucceſſores cũ eorum ius non ſit diſtinctum à iure d. Rectoris cuius ſunt ſucceſſores. *deciſ.* 12. *num* 8 *Veroſpio*.

Rector de iure fundat intentionem ad decimas exiſtentes intra ſuos limites etiam contra Epiſcopũ, ad quem non ſpectant niſi illæ decimæ, quæ ſunt in Diœceſi, nec ſunt intra limites alicuius Parochiæ. *dec* 226. *num.* 12. *Ghiſilerio*.

Rector parochialis deputatus à Monaſterio ad exercendam curam animarum vltra congruam nihil petere poteſt. *dec.* 192. *num.* 11. *Pirouano*.

contra Rectorem Eccleſiæ ſentẽtia lata afficit etiam ſucceſſorem. *deciſ.* 12. *num.* 3. *Veroſpio*.

poſt *Recuſationem* Iudicis ſuſpecti, ſi feratur ſententia eſt nulla, *dec.* 7. *num.* 4. *Carrillo*.

RECVRSVS.

Recurſus ad Iudices laicos in dubio præſumitur factus ad inſtantiam eius de cuius intereſſe agitur. *deciſ.* 309 *num.* 3. *Coccino*.

Recurſus ad Iudices laicos, quando agitur de priuatione, non probatur ex mandato de comparendo coram iudicibus laicis, cum illud intelligatur in cauſis licitis. *dec.* 309. *num.* 11. *Coccino*.

Sed hoc non procedit, quãdo concurrunt præſumptiones vehementes & vrgentes. *ibid. num.* 12.

Recurſus ad Iudices laicos, non dicitur habitus ab eo, qui coactus fuit comparere coram Iudice laico ad hoc, vt deſiſteret à cognitione cauſæ pendẽtis in Rota. *deciſ.* 240 *num.* 15. *Ghiſilerio*.

Recurſus ad Iudices ſæculares eſt cõcludenter probandus ad effectum priuationis beneficiorum, quicquid ſit ad effectum denegandi audientiam. *deciſ.* 83. *num.* 4. *Merlino*.

Re-

Recurſus ad Iudices laicos, ad effectum, vt quis dicatur incidiſſe in excommunicationem ſunt probandi. *deciſ.*240. *num.* 14. *Ghiſilerio*.

Recurſus ad Iudices laicos debent concludenter probari, quando tractatur, vt pars aliquid amittat *deciſ.* 309. *num* 9. *Coccino.*

ob Recurſus ad Iudices laicos ipſo iure incurritur in pœnam priuationis beneficiorũ. *d.* 83. *n.* 5. *Merlino.*

Sed intellige dummodo præcedat ſententia, non condemnans quidem ad pœnam ipſo iure irrogatam, ſed declarans delictum (ſcilicet recurſum) cui dicta pœna eſt inflicta. *ibid num.* 6.

Et ideo ſine ea, quis non poteſt dici priuatus beneficijs. *ibid. num.* 7.

Redditus annui Eccleſiaſtici quando diſtrahuntur, requiritur beneplacitum Apoſtolicum. *deciſ.* 3. *num.* 28. *Merlino*.

Referens, quando probet ſine relato. *dec.* 24. *num.* 10. *Dunozet*.

contra *Regnum* quando fertur interdictum eſt generale. *deciſ.* 20. *num.* 7. *Coccino.*

R E G V L A.

Regulis non ſemper, & indiſtinctè inhærendum eſt. *dec.* 260. *num.* 4. *Pirouano*.

Regula, ſi vinco vincentem te &c. procedit, vbi vterque virtus venit ex eadem cauſa, vel eodem iure, ſecus verò, quando veniunt ex diuerſa. *deciſ.* 43. *num.* 10. & 15. *Motmanno*.

Regulæ natura, & officium, quæ ſit. *deciſ.* 32. *num.* 1. *Veroſpio*.

circa declarationes nonnullarum regularum Cancellariæ, vide in calce Indicis.

Regulares Superiorum vigilantiæ relinquũtur. *deciſ.* 260. *num.* 6. *Pirouano.*

Regulares, indecorum eſt, quod ſe immiſceant cum Presbyteris ſæcularibus, & in eadem Eccleſia miniſtrent. *deciſ.* 222. *num.* 20. *Merlino.*

REINTEGRATIO.

Reintegratio dari poteſt, tanquam in prima, ſi in reſcripto appellationis adſit clauſula quam, & quas. *deciſ.* 202 *num.* 3. *Pirouano.*

in Reintegrationis iudicio eius extrema ſunt, anterior poſſeſſio actoris, & recens poſſeſſio rei. *deciſ.* 163. *num.* 1. *Veroſpio.*

Reintegratio non competit, quando quis cecidit à poſſeſſione facto proprio. *dec.* 178. *n.* 3. *Panzirolo.*

in Reintegrationis iudicio debet quis probare ſuam antiquiorem poſſeſſionem, necnon recentem aduerſarij. *deciſ.* 178. *num.* 2. *Panzirolo*.

Reintegrationi, vt ſit locus, ſufficit exceſſus etiam in minimo. *deciſ.* 229. *num.* 14. *Ghiſilerio*

in Reintegrationis iudicio magis attẽditur, an actor ſine iuſta cauſa à ſua poſſeſſione ceciderit, quàm ſi reus poſſideat cum vitio, vel ſine. *deciſ.* 178. *nu.* 4. *Panzirolo*.

Et ab iſta opinione non eſt recedendum in iudicando, vel conſulendo. *ibid. num* 5.

Reintegrandæ remedium nõ competit ei, qui ex voluntario contractu cedidit à poſſeſſione. *dec.* 186. *num.* 12. *Pirouano*.

Sed hoc non procedit, ſi nomine Eccleſiæ fuerit actum, quia ſemper agi poteſt remedio reintegrandæ non obſtante contractu Prælati alienantis, & maximè à Prælato ſucceſſore. *ibid. nu.* 13. & 14.

Reipublica intereſt non minus Impleri doctis hominibus, quàm liberis. *deciſ.* 69. *num.* 93. *Merlino*.

R E L A T I O.

Relatio debet fieri ad proxima, non autem ad remota. *deciſ.* 99. *num.* 15. *Panzirolo.*

Relationi tertij periti ſtandum eſt. *deciſ.* 111. *num.* 2. *Macchiauello*.

Etiamſi diſcordet ab alijs peritis, qui antea retulerunt. *ibidem num.* 3.

Et etiamſi alterutra pars negaret in electionẽ talis periti ipſam conſenſiſſe. *ibid. num.* 3.

Relatio debet fieri ad id, quod eſt proximè dictum. *deciſ.* 236 *num.* 18. *Veroſpio*.

Relationi calculatorum ſtandum eſt. *deciſ.* 47 *nu.* 7. *Panzirolo*.

Relationi Notarij quod præceſſerit citatio non creditur. *deciſ.* 223. *num.* 7. *Veroſpio.*

Relatio debet fieri ad proxima, & non ad remota. *deciſ.* 175. *num.* 12. *Motmanno.*

Relatiuum (quale) reſtringit diſpoſitionem, tàm in ſubſtantia, quàm in qualitate. *deciſ.* 190. *num.* 22. *Panzirolo*.

Relatiuum, qui, iunctum verbo futuri temporis importat conditionem. *deciſ.* 77. *num.* 2. *Panzirolo.*

Relatiuum, aliud, non poteſt importare modos diuerſæ naturę. *deciſ.* 104. *num.* 12. *Panzirolo.*

ex Relato ſi conſtet de errore referentis, illud eſt attendendum, non antem referens. *deciſ.* 160. *nu.* 12. *Merlino*.

Relaxatio præſupponit vinculum. *d.* 98. *n.* 5. *Ghiſiler.*

R E L I G I O.

Religionis Superior non poteſt pręiudicare priuilegijs Religionis. *deciſ.* 44. *num.* 11. *Coccino*.

Religioni Sancti Ioannis Hieroſolymitani priuilegium conceſſum de non ſoluendo decimas ex terris dictæ Religionis, non dicitur ſubreptitium, licet Papæ non fuerit facta mentio, quod Milites S. Iacobi de Spata ab immemorabili erant in poſſeſſione exigendi. *deciſ.* 193. *num.* 12. *Coccino.*

Religionis Hieroſolymitanæ Capitulum generale poteſt cõdere ſtatuta, & ordinationes, vigore ſtatutorum à Papa cõfirmatorum. *deciſ.* 219. *num.* 4. *Ghiſilerio*.

Religio Hieroſolymitana repræſentatur per Capitulum generale, & non per 16. Equites capitulantes. *deciſ.* 303. *num.* 23. *Motmanno*.

R E M E D I V M.

Remedium quorum bonorum, competit etiam ceſſionario hæredi. *deciſ.* 48. *num.* 1. *Pirouano*.

Remedium, recuperandæ, ceſſat quando adeſt præſcriptio. *deciſ.* 294. *num.* 28. *Veroſpio*.

Remedium l fin. C. de edict. D. Adr. toll. non datur contra poſſidentes titulo ſingulari emptionis, cũ iſti ſint legitimi contradictores ad impediendam immiſſionem. *deciſ.* 127. *nu.* 3. & 4. *Merlino*.

R E M I S S O R I A.

Remiſſoria ſemper denegatur, quando articuli ſunt irreleuantes, inueriſimiles, & impoſſibiles. *deciſ.* 128. *num.* 1. *Pirouano*.

Remiſſoria non datur ſuper his, in quibus non pendet lis. *deciſ.* 128. *num.* 6. *Pirouano.*

Remiſſoria an alicui ſit concedenda necne, pendet plurimum ab arbitrio Iudicis, qui bene attendere debet qualitatem facti. *deciſ.* 41. *num.* 41. *Coccino.*

Remiſſoria cõceditur etiam in iudicijs executiuis ad fundandam replicationem rei cõtra exceptionem actoris. *dec.242. num.8. Veroſpio.*

Remiſſoriæ ſumptibus maximis, & laboribus parcendum eſt, ſi aliquid per aliam viam probari poteſt. *decis.73. num.14. Coccino.*

Remiſſoria non datur contra deciſiones, & ſententias Rotales in iudicatum tranſactas. *deciſ. 217. num.2. Ghiſilerio.*

Remiſſoria ſine dubio denegatur non ſolum ſi materia ſit irreleuãs, ſed multo magis ſi ſit impoſſibilis. *deciſ.217. num.9. Ghiſilerio.*

Remiſſoria non datur ad probandum id, cuius contrarium conſtat per ſcripturas. *ibid. num.1.*

Remiſſoria quare non concedatur in iudicijs executiuis, aut poſſeſſorijs. *deciſ.242. num.7. Veroſpio.*

Remiſſoria, ſi fruſtra petatur, denegatur. *deciſ.41. num.20. Coccino.*

Remiſſoria non datur ad probandum id, quod probatum, non releuat. *deciſ. 31. num.5. Ghiſilerio.*

Remiſſoria non datur ad euitandas deciſiones in cauſa factas *deciſ.31. num.7. Ghiſilerio.*

Remiſſoriæ petitio videtur calumnioſa, ſi poſt didicita teſtificata, & emanatas plures deciſiones, petatur. *deciſ.41. num.36. Coccino.*

Remiſſoria, ſi petatur ad effectum differendi cauſæ expeditionem non conceditur. *d.31. n.7. Ghiſiler.*

Remiſſoria ad probandum nõ vſum denegatur ſi detur ſufficiens fumus de tali vſu. *deciſ.217. num.8. Ghiſilerio.*

Remiſſoriã, ſi pars petat in partibus, in quibus ipſe non adeſt, ceſſat timor ſubornationis, & ideo illa non eſt deneganda. *deciſ.41. num. 28. Coccino.*

Remiſſoria non datur ad probandum per teſtes id, quod per ſcripturas doceri poteſt. *deciſ.253. nu.1. Merlino.*

Remiſſoria non datur quando materia articulata eſt irreleuans, conteritur enim tempus, & litigantes vexantur tedio, & expenſis, dum ad inanes probationes conuertuntur. *dec.253. num.6. Merlino.*

Remiſſoria non datur ad probandam cõſuetudinem contrariam contra priuilegia per ſententias in iudicatum tranſactas. *dec.217. num.7. Ghiſilerio.*

Remiſſoria non datur poſt publicatas atteſtationes, & didicita teſtificata ſuper eiſdem articulis, vel contrario directis. *dec.41. n.1.10. & 25. Coccino.*

Quæ concluſio procedit, nedum quando vna pars didicit teſtificata ſua, ſed etiam teſtificata alterius partis. Aut ab aduerſario. *ibid. num.2.*

Et hæc eſt communis ſententia, quicquid aliqui ſenſerint. *ibid. num.3.*

Remiſſoria non conceditur, tanquã calumnioſè petita, quando adeſt propria confeſſio, præſertim ſi ſit teſtibus adminiculata. *dec.54. nu.10. Dunozet.*

Remiſſoria denegatur ad probandum contrarium eius, quod iam per Rotam fuit interpretatum. *deciſ.31. num.4. Ghiſilerio.*

Remiſſoria denegatur ex vehementi calumnia. *deciſ. 73. num.9. Coccino.*

Remiſſoria non conceditur ad probandum id, quod probatum non releuat. *deciſ.31. num.8. Ghiſilerio.*

Remiſſoria ad coadiuuãdas probationes iam factas, etiam poſt didicita teſtificata conceditur. declara num.22. *deciſ.41. num.21. Coccino.*

Remiſſoria paſſim denegatur propter vehementem calumniam. *ibid num.33.*

Remiſſoria non datur ſtante irreleuantia articulorũ, quæ reſultat ex impoſſibilitate probandi contenta in articulis. *deciſ.217. num. 3. Ghiſilerio.*

Remiſſoria dicitur continere inueriſimilia, ſi materię articulatæ ſint imaginariæ. *deciſ.73. n.7. Coccino.*

Remiſſoria denegatur, quando articuli continent inueriſimilia. *deciſ.73. num.7. Coccino.*

Remiſſoriæ petitio reijcitur, ſtante improbabilitate eius, quod prætenditur probari. *deciſ. 31. num.6. Ghiſilerio.*

Remiſſoria non eſt danda ad probandum id, quod probatum non releuat, & potius diſpendium, quàm commodum adfert litigantibus. *deciſ. 243. num.11. Merlino.*

Remiſſoria in iudicijs poſſeſſorijs non aliter datur, niſi cum clauſula ſine præiudicio retardationis &c. etiam in caſu, quo conſtet de releuantia articulorum. *deciſ.242. num.10. Veroſpio.*

Remiſſoriæ petitio videtur calumnioſa ſi fuerit petita poſt lõgam litem, *deciſ.41. num. 35. Coccino.*

Remiſſoriæ probatio indulgenda nõ eſt, quando aliquid probari poteſt per ſcripturas, & inſtrumenta. *deciſ.243. num.2. Merlino.*

Remiſſoria non eſt danda, quando materia articulata apparet irreleuans. *deciſ.243. nu.11. Merlino.*

Remotior non admittitur ad ſucceſſionem, quando adeſt proximior. *deciſ. 88. num.5. Ghiſilerio.*

Remotior, ſi excluderet proximiorem abſurdum eſſet. *deciſ.43 num.7. Motmanno.*

RENVNCIATIO.

Renunciationes nõ debent extendi vltra caſum expreſſum. *deciſ. 45. num.25. Motmanno.*

Renunciatio litis ex quibus excludatur. *dec.57. n 49. Veroſpio.*

Renunciatio generalis nullis coarctata terminis refertur ad omnia. *deciſ.286. num.4. Pirouano.*

Renunciatio bonorum paternorum. & maternorum facta à filia non extenditur ad lucra, quæ in pœnam ſecundarum nuptiarum debentur. *deciſ.45. num.26. Motmanno.*

Renunciatio in dubio non præſumitur. *deciſ. 25. num.10. Carrillo.*

Repetitio conſeruandæ agnationis, quando ceſſet. *deciſ.144. num.5. Ghiſilerio.*

ad Repetitionem inducendam, non eſt ſufficiens vicinitas orationis, quando oratio diuerſas perſonas comprehendit, & in vnaquaque earum poteſt diuerſa ratio conſiderari. *deciſ. 144. nu.4. Ghiſilerio.*

RES.

Res in alios acta non præindicat ei, qui in ea non interuenit. *deciſ.97. num.14. Dunozet.*

de Rebus ſuis vnuſquiſque præſumitur diſponere ſecũdum diſpoſitionem iuris communis. *deciſ.138. num.4. Panzirolo.*

Rerum retentione loco aſſecurationis, quando quis non poſſit priuari. *deciſ. 305. nu. 15. Buccabella.*

Res, quæ nunquam fuit in rerum natura, non eſt verum dicere, quod adſit. *deciſ.25 num.3. Carrillo.*

Res, quæ nunquam fuit in rerum natura, dari non poteſt illius approbatio. *deciſ.25. num.9. Carrillo.*

Rei, adhuc integræ quis poteſt pœnitere, & à contractu recedere. *deciſ.218. num.12. Ghiſilerio.*

Rem habere plus eſt, quàm fideiuſſorem. *deciſ.*259. *num.*19.*Ghiſilerio.*

de Rebus, quæ ſpectant ad Dominum directum,sūt conſentire inducere in poſſeſſionem, & laudemia recipere, quæ non pertiuent ad emphyteutam. *deciſ.*40. *num.*11.*Ghiſilerio.*

Rei alienæ ſcientia probabilis, ſufficit,vt excludatur bona fides. *deciſ.*3.*nu* 28.*Merlino*.

R·s, quando alicui eſt tradita, & tota vtilitas, non eſt recipientis, ſed eſt communis Domino, qui dedit, tunc ceſſat regula, quod æſtimatio faciat emptionem. *deciſ.*116.*n.*11.12.*&* 13.*Motmanno.*

de ıre al ena, quis diſponere non poteſt ex defectu poteſtatis. *dec.*107.*num.*11.*Veroſpio*.

Res non dicitur integra reſpectu procuratoris actoris, quando ipſe fuit litem conteſtatus. *deciſ.*172. *num.*14.*Coccino*.

Res,quando adhuc dicitur extare per obligationem de reſtituendo in caſu euictionis ſecutæ,*deciſ.*155. *num.*10.*Panzirolo.*

Rei ſuæ, vnuſquiſque eſt moderator, & arbiter. *deciſ.*126. *num* 21. *Ghiſilerio.*

Res plures, quando ſub eadem oratione, & ſub vnica ſtructura verborum comprehenduntur, non poſſunt diuerſo iure cenſeri.*d.*154.*n.*14.*Dunozet.*

Res vbi eſt, poteſt quis conueniri actione reali non obſtante quocumque priuilegio generaliter conceſſo; quod non poſſit conueniri niſi ſub certo Iudice. *deciſ.*165.*num.*5.*Ghiſilerio.*

Res pro alio empta, etiamſi emptio ſit facta nomine proprio, nihilominus eam rem ei tenetur reſtituere,pro quo emit. *deciſ.* 197. *num.*2.*Pirouano.*

Rem melius eſt habere, quam fideiuſſorem. *deciſ.* 195.*num.*19. *Dunozetto.*

Res non dicitur integra reſpectu procuratoris rei, quando in mandato adeſt clauſula releuans. *deciſ.* 172.*num.*15. *Coccino*.

contra Rem iudicatam, ſi ſit inita tranſactio non tenet. *dec.*218. *num.*24 *Ghiſilerio.*

Res iudicata in aliqua cauſa non poteſt dici, quod ſit, ſi lis adhuc pendeat.*deciſ.*218.*n.*25.*Ghiſilerio.*

Rei iudicatæ virtus ceſſat, ſi fuerit remiſſa. *deciſ.* 91. *num.*2.*Motmanno.*

contra Rem iudicatam veniri poteſt minimè.*deciſ.*65. *num.* 2. *Coccino.*

Res iudicata ad hoc,vt concordia dicatur nulla,ſi ſit inita contra eam, debet eſſe clara, & indubitata. *deciſ.*218. *num.*26. *Ghiſilerio.*

Res iudicata per concordiam de medio ſublata, nō poteſt amplius allegari. *deciſ.*91.*n.*3.*Motman.*

Rei iudicatæ natura eſt, vt quantocitius executioni demandetur. *deciſ.*168.*num.*9. *Ghiſilerio.*

Res iudicata omninò venit exequenda, quando appellationis cauſa non fuit proſecuta, perinde ac ſi nūquam fuiſſet appellatum. *dec.*233.*n.*5. *Carrillo.*

per Rem iudicatam & per publicum inſtrumentum, vel per Deciſiones Rotæ aliquid conſtare paria ſunt. *deciſ.*34. *num.*2. *Motmanno.*

Res iudicata generaliter hab·t executionem paratā. *deciſ.* 168. *num.*10. *Ghiſilerio.*

poſt Rem iudicatam non poteſt opponi nulla exceptio. *deciſ.*91. *num.*9. *Motmanno*.

ad Rei vindicationis effectum probatio concludens requiritur. *deciſ.*234.*num* 9 *Pirouano*.

Realis eſt donatio inter viuos. *dec.*9. *n.*34. *Merlino.*

RESCRIPTVM.

Reſcriptum cum clauſula conſtito de tribus ſententijs, intelligitur de ſententijs validis, & nullis. *deciſ.* 38. *num.*1.*Pirouano*.

in Reſcriptis, quando datur arbitrium, intelligitur prout de iure *deciſ.*52. *num.*8. *Pirouano*.

Reſcriptum redditur ſubreptitium ex taciturnitate iuris tertij. *deciſ.*24.*num.*25. *Dunozet.*

RESERVATIO.

Reſeruatio eſt plenè, & concludenter probanda, quando agitur contra prouiſum ab Ordinario. *deciſ.*216.*num.*1.*Carrillo.*

Reſeruationis penſionis, dum beneficium reſignatur, cauſa efficiens eſt auctoritas Papæ. *deciſ.* 86. *num.*21 *Veroſpio*.

in Reſeruatione ſecundæ penſionis, ſi non fuerit facta mentio integraliter de prima penſione, ſed diminutè fuit narrata, diminutè etiam, & pro rata expreſſæ primæ penſionis ſuſtineri debet ſecunda penſio. *dec.*169.*num.*5. *&* 20. *Merlino*.

Reſeruatio, quando eſt notoria, tunc ſi aliquis ab alio, quàm à Papa prouidetur de beneficio reſeruato, eius titulus, & poſſeſſio eſt infecta, licet in reſeruatione in corpore iuris clauſa, non adſit decretum irritans, vel aliàs ſuper certo corpore beneficij. *deciſ.*250.*num.*25. *Coccino.*

in Reſeruatione ſecundæ penſionis, ſi nulla eſt facta mentio primæ penſionis, non ſubſtinetur ſecunda, ſed in totum corruit. *deciſ.*169.*nu.*1.*Merlino.*

Et hoc quidem ipſo iure, non autem ope exceptionis, adeo vt non reuiuiſcit, ſi prima penſio ceſſet. *ibidem num.*2.

Quodq. procedit, etiamſi penſio ſit reſeruata motu proprio. *ibid. num.*3.

Reſeruatio penſionis ad fauorem alicuius tribuit ei titulum, & actionem ad eam exigendam. *deciſ.*3. *num.*62. *Merlino.*

Reſeruationes, ſeu affectiones Apoſtolicæ inficiunt titulum,& poſſeſſionem. *deciſ.*250.*nu.*4.*Coccino.*

Reſeruatio non intrat, quando probatio eſt æquiuoca. *deciſ.*143. *num.*18. *Carrillo*.

Reſeruatio regulæ octauæ habet etiam locum in ceſſatione Commendæ in menſe reſeruato. *dec.*250. *num.*22. *Coccino*.

Reſeruatio plenè eſt probanda.*d.*143.*n.*1. *Carrillo.*

Reſidentiam non requirunt beneficia ſimplicia ex generali conſuetudine. *deciſ.* 80. *num.* 19 *Macchiauello*.

RESIGNATIO.

per Reſignationem beneficij ad fauorem alterius nō infertur præiudicium certum, vnioni ſi illa de beneficio reſignato pendeat, ex quo poſſibile eſt reſignatarium præmori poſſe reſignanti. *deciſ.* 86. *num.*12 *Veroſpio*.

Reſignationis beneficiorum validitas pendere non poteſt à conſenſu partium, ſed tota pendere debet ab auctoritate Papæ. *d* 86. *num.*20.*Veroſpio.*

Reſignatio beneficij vniti non tenet non facta mentione eiuſdem vnionis.*deciſ* 86.*num.*11.*Veroſpio.*

Reſignationis gratiam non eſt cēſendum quod Papa voluerit concedere in præiudicium eius, cui fuit facta vnio beneficij,ſtante quod id ei non fuerit narratum. *deciſ.*86.*num.*3.*Veroſpio.*

Re-

Reſponſio præſupponit interrogationem. *deciſ.*116. *num.*19.*Motmanno.*

RESTITVTIO.

ad Reſtitutionem omnium fructuum tenetur, qui cotrahit ſine ſolemnitatibus requiſitis. *deciſ.* 3. *num.*33. *Merlino.*

Reſtitutio contra ſententiam, vt detur, ſufficit quæcumque iniuſtitia, quamuis non notoria. *deciſ.*50. *num.*2.*Veroſpio.*

in Reſtitutionis fructuum materia nullum diſcrimẽ conſtituendum eſt inter forum conſcientiæ, & forum externum. *deciſ.*3.*num.*43.*Merlino.*

ad Reſtitutionem fructuum Rota nõ ſolet condemnare poſſeſſores niſi à die motæ litis. *dec.*3.*nu.*1. *Merlino.* & ita ſeruãt multa ſuprema Tribunalia.

Reſtitutionis fructuum materia non eſt fundata in præſumptione, ſed in refectione damni illati, & illius, quod ab alio, vel iniuſtè acceptum eſt, vel iniuſtè retinetur. *deciſ.*3.*num.*44. *Merlino.*

ad Reſtitutionem fructuum ſi quis condemnetur à die motæ litis, quatenus id debeat intelligi. *deciſ.* 220.*num* 8.*Buccabella.*

Reſtitutionem fructuum, vt quis non teneatur vſque ab initio, ignorantia iuris alieni debet eſſe inuincibilis. *deciſ.*3 *num* 36. *Merlino.*

Reſtitutio competit ſpoliato à Iudice, ſicut competit ſpoliato à quocumq; priuato.*d.*113.*n.*10.*Roias.*

Reſtitutio non datur ſine læſione. *deciſ.*63. *num.*1. *Buccabella.*

Reſtitutioni, aut translationi alicuius locus eſſe nõ poteſt, niſi probetur exiſtentia. *deciſ.* 70. *num.*2. *Buccabella.*

ad Reſtitutionem, & acquiſitionem fructuum ſingula momenta temporis attenduntur. *dec.*3. *nu.*24 *Merlino.*

Reſtitutionis fundamentum eſt læſio. *dec.* 50. *nu.* 1. *Veroſpio.*

in Reſtitutione fideicommiſſi non veniunt bona, aut iura, quæ alio iure ad grauatum pertinent. *deciſ.* 72.*num.*17.*Pirouano.*

in Reſtitutionis in integrum etiam gradu datur manutentio. *deciſ.*132.*num.*11.*Buccabella.*

Reſtitutio in integrum non datur poſt executionem inceptam vigore rei iudicatæ.*d.*264.*nu.*3.*Vbaldo.* Immò, & ſufficit, quod ſolum ſit petita executio, ſecundum ſtylum Rotæ.*ibid num.*4.

Reſtitutionis in integrum iudicio pendente, non poteſt denegari manutentio anteriori poſſeſſori. *deciſ.*240.*num.*11. *Ghiſilerio.*

Reſtitutionis in integrum cauſa peti & terminari debet intra quadriennium à tempore quo lapſus fuit annus, vel biennium datum ad proſequendam appellationem. *deciſ.*233.*num.*4. *Carrillo.*

Reſtrictio non recipitur à verbis ampliſſimis. *deciſ.* 35.*num.*3.*Coccino.*

Reſtrictio aliqua non recipitur, ſtantibus verbis quomodolibet, vel quomodocũq. *d.*239.*n.*8.*Veroſpio.*

Reſtringere nemo præſumitur ſe voluiſſe ad ius, q́ ei non poteſt competere. *dec.*106.*num* 13. & 19. *Buccabella.*

RETENTIO.

Retentio conductori quando detur. *dec.*64. *nu.*14. *Veroſpio.*

Retentio non competit, quando petitur legitimæ ſupplementum, ſed tantum actio perſonalis. *deciſ.*9. *num.*42. *Merlino.*

ex Retentione rei donatæ, vel venditæ arguitur ſimulatio in contractu. *dec.*11. *num.*6. *Panzirolo.*

Retentio non competit habenti actionem perſonalem. *deciſ.*64. *num.*5. *Veroſpio.*

Retentio cui detur. *deciſ.*306.*num.*29.*Ghiſilerio.*

Retinens apud ſe aliquam rem, donec ſit penitus liberatus aliqua promiſſione, poteſt eam apud ſe retinere, donec cum effectu fuerit plenè liberatus. *deciſ.*70.*num.* 10. *Buccabella.*

Retrotractio non habet locum in derogationibus, quia operantur ex nunc, non ex tunc. *deciſ.* 113. *num.*22. *Roias.*

Reuocatio mandati debet intimari procuratori.*deciſ.* 223.*num.*7. *Carrillo.*

Reuocatio mandati, ſi non conſtet quod validè fuerit facta, non tenet. *deciſ.*218. *num.* 22. *Ghiſilerio.*

REVS

Reus tenetur concludenter probare ſuam exceptionem, aliàs ſuccumbit. *deciſ.*25.*num.*2. *Carrillo.*

Reus, & poſſeſſor an poſſit excipere de iure tertij. *deciſ.*293.*num.*13. *Merlino.*

Reus non poteſt excipere de eis, quæ ad eum minimè ſpectant. *deciſ.*126.*num.*24. *Ghiſilerio.*

Reus in ſua exceptione eſt actor. *dec.* 128. *num.*14. *Pirouano.*

Reus actionem realem defendere tenetur in loco, in quo ſita eſt. *deciſ.*165. *num.*9. *Ghiſilerio.*

Et hoc habet locum etiamſi reus habeat priuilegiũ, ne teneatur reſpondere, niſi coram certo Iudice. *ibid.num.*10. & 11.

Reo, & poſſeſſori ad obtinendum ſufficit vincere per non ius actoris. *deciſ.* 116. *num.*1. *Motmanno.*

Rei abſentia, & fuga ex quo præſupponatur. *deciſ.* 289 *num.*12. & 13.*Ghiſilerio.*

pro *Reuocatione* mandati non poteſt deſeruire proteſtatio, ſi illa procuratori non fuerit intimata. *deciſ.*218.*nu.*21. *Ghiſilerio.*

Rigor iuris non dicitur remitti, ſi totaliter ab eius diſpoſitione recedatur. *deciſ.*18. *nu.*5. *Ghiſilerio.*

Romæ tempore Marcelli I. exercebatur officium ſacrum Pœnitentiariæ per quindecim Cardinales. *deciſ.*222. *num.*4. *Merlino.*

Romana purpura, ſi quis inſignitus erat, indubitanter credi poteſt, quod propria virtute, ſuisq. laboribus varias diuitias congeſſerit.*deciſ.*125.*num.*4. *Macchiauello.*

ROTA.

Rotæ auctoritas, & ratio ſine qua nihil deiudicare ſolet, præualet auctoritatibus Doctorum aliter ſentientium. *deciſ.* 256.*num.*17. *Motmanno.*

Rota ſolet adhibere arbitrium, ad effectum ſanandi examen teſtium, ex defectu citationis, quando fuerunt data interrogatoria à parte, & ſuper illis teſtes fuerunt examinari.*deciſ.*18.*num.*6 *Ghiſilerio.*

Rota non condemnat ad fructuum reſtitutionem poſſeſſores, niſi à die motæ litis, & ita ſeruãt multa ſuprema Tribunalia.*dec.*3.*n.*1.2. & 3.*Merlino.*

Rota de ſtylo nunquam exequitur exequutoriales, etiam Rotales poſt lapſum decennij, niſi guſtato de iuſtitia. *deciſ.*1.*nu.*5.*Coccino*, & quare *num.*6. Quia per lapſum decennij cum taciturnitate, ſi ex actis conſtet de non iure partis, lis & negotium hu-

Digitized by Google

habetur pro derelicto. *ibid.num.7.*

Rota non ſolet in materia mercantili recedere à iudicio Mercatorum. *deciſ.154.num.13. Dunozet.*

Rota, ſi aliquando vnam opinionem approbauit, ſufficit ad effectum præbendi iuſtam cauſam ita credendi, & conſequenter excludendi dolum. *deciſ. 62.num.17. Motmanno.*

Rota aliquid ſolet deferri homini vndequaq; probo, ſtante eius integritate. *deciſ.67.num 10. Coccino.*

Rota in diuerſitate opinionum non tàm mouetur ex numero Doctorum, quàm ex rationibus. *deciſ. 17. num.3. Panzirolo.*

Rotæ deciſiones oſtendunt bonum ius. *deciſ.34. n.3. Motmanno.*

Rota non eſt ſolita reſpicere ad numerum Doctorũ, quãdo adeſt aliquis anceps quæſtio. *deciſ.163.n.7. Veroſpio.*

Rota ex inueterato ſtylo in opinionum conflictu æquiorem ſolet amplecti ſententiam. *deciſ. 194. num. 47. Dunozet.*

à Rota. ſi aliquando fuerit approbata aliqua opinio, ſufficit, vt dicatur probabilis. *deciſ.81. num. 13. Motmanno.*

Rota non attendit ſententias de partibus, niſi quatenus ſint iuſtæ. *deciſ.240.num.9. Ghiſilerio.*

Rota, quando ſubrogetur in cognitione nobilitatis ad effectum, vt quis recipiatur in Religionem Hieroſolymitanam. *deciſ.167.num.13. Panzirolo.*

ob *Ruinæ* iuſtum metum peti poteſt damnum infectum. *deciſ.253. num.7. Matthæ.*

S

SACERDOS.

SAcerdotes deputandi cura apud quos Chriſti fideles confiteantur peccata ſpectat ad Ordinarium. *deciſ 222.num.2. Merlino.*

Sacerdotes plurimos extare multum intereſt, à quibus expiatio omniũ culparum etiam reſeruatarũ excipiatur, & pœnitentes ſalubri ſatisfactione purgentur. *deciſ.222 num.7 Merlino.*

Sacerdotibus inhibitum eſt officium Tabellionis. *deciſ.227. num.15. Merlino.*

Sacerdotibus, ſi conſuetudo aliqua tribueret facultatem exercendi officium Tabellionatus, non releuaret. & tanquam contra honeſtatem Eccleſiæ eſſet nulla. *ibid num.8.*

Sacerdos non requiritur, quod ſit præſentatus ad beneficium iuriſpatronatus, ſi ea qualitas non legatur in fundatione. *deciſ 221. num. 15. Panzirolo.*

Sacerdotum nomen comprehendit quemcumque Clericum. *deciſ. 59. num.24. Merlino.*

Sacerdotum appellatione, qui non veniant. *Ibid.n.22.*

Sacerdotij appellatione, quilibet ordo Eccleſiaſticus, comprehenditur. *ibid. num.25.*

pro Sacerdote ſemper accipitur verbũ, Presbyter, ſi reperiatur prolatum in lingua latina. *deciſ. 14. num.7. Pirouano.*

Sacerdotum nomine, veniunt etiam Clerici inferioris Ordinis. *deciſ.59.num.23. Merlino.*

Sacerdotibus, & Clericis poteſt conuenire verbum, Presbyter. *deciſ.14. num.13. Pirouano.*

Sacerdotum nomen latius patet, quàm nomen Canonicorum. *deciſ.59. num.14. Merlino.*

SACRAMENTA.

Sacramenta adminiſtrandi facultatem habet Archipresbyter abſque alia ſpeciali approbatione, & licentia. *deciſ 219.num.11. Carrillo.*

Sacramentum pœnitentiæ inter ſancta diuinæ bonitatis præſidia, ordinata ad obtinendam Dei indulgentiam maximè neceſſarium eſt. *deciſ. 222. n.5. Merlino.*

per Sacramentum pœnitentiæ ſpes vitæ æternæ reparatur, & violatum regenerationis donum reſarcitur. *deciſ.222.num.6. Merlino.*

Sacrilegium eſt dubitare de poteſtate Papæ. *deciſ. 220.num 3. Buccabella.*

SALVIANVM.

Saluianum non datur ſine hypoteca. *deciſ. 205. n.2. Buccabella.*

Saluianum datur ſolum creditori ad auocandam pignoris poſſeſſionem retinendam, donec de ſuo credito ſit integrè ſatisfactus. *d.179.n.13. Ghiſil.*

Saluiani fundamentum eſt creditum, ideo ad effectũ in eo obtinendi de eo eſt docendum, aliàs iniuſtè proceditur *deciſ.207.nu.3. Buccabella.*

Saluiani vigore, quando creditor eſt immiſſus in poſſeſſionem bonorum debitoris, ſi poſtquam eſt ſatisfactus retineat rem, contra eum poteſt experiri actione ſpolij. *deciſ.130.num.15. Veroſpio.*

ex Saluiano immiſſus in poſſeſſionẽ bonorum ſi fructus percipiat vltra quantitatem ſui crediti, contra eum cõpetit actio ſpolij. *deciſ.223 n.10. Veroſpio.*

Saluianum interdictum non competit contra creditorem habentem hypotecam anteriorem. *deciſ 306. num.28. Ghiſilerio.*

Sanatoria ſimplex non ſuffragatur quando Papa in ſanatione de omnibus non fuerit factus certus. *deciſ.178.num.9. Panzirolo.*

Et hoc maximè ſi nullitas in iudicio antea fuerit deducta. *ibid. num.10.*

Sanguinis coniunctio parit oſcitantiam in ſcrutanda Eccleſiæ vtilitate, & ſolet inducere ſuſpicionem circa conceſſionem. *deciſ. 252. num.20. Merlino.*

Sardinia ponitur inter Inſulas maris Mediterranei, quod ad occaſum vergit. *deciſ.251. n 8. Motman.*

Satiſdatio pro procuratore conſentiente tacitè, vel vel expreſsè duo facit.

Primùm quod procurator poſſit compelli.

Secundum, quod morte non finiatur. *deciſ.172. num.25. Coccino.*

Satisfactionis præſumptio, quando intret. *deciſ.252. num.18. Merlino.*

SCIENTIA.

ex Scientia miniſtri, infertur ad ſcientiam ſocietatis. *deciſ.122. num.22 Ghiſilerio.*

Scientia rei alienæ data intrat poſitiua mala fides. *deciſ.3. num.26. Merlino.*

Scientia probabilis rei alienæ ſufficit vt excludatur bona fides. *ibid.num 28.*

Scientia præcedere debet conſenſum. *deciſ. 116. num.19. Motmanno.*

ex Scientia miniſtri, infertur ad ſcientiam ſocietatis. *deciſ.122. num.22. Ghiſilerio.*

SCRIPTVRA.

Scripturam, quando quis allegat pro fundamento ſuæ intentionis abſque declaratione, vel proteſtatione

tione, cenſetur illam in totum approbare, prout reperitur. *deciſ.*226. *num.* 18. *Ghiſilerio.*

Scripturas cenſetur quis approbaſſe, quãdo eas produxit, & poſtea illas non poteſt impugnare. *dec.*91. *num.*8. *Motmanno.*

ex Scripturis multis, & inſtrumentis ſi ſit adminiculata mulieris confeſſio, ei præiudicat etiam ſi ſit facta ſine ſolemnitatibus. *dec.* 241. *n.*4. *Ghiſiler.*

Scriptura in contractu promiſſionis dotis nõ requiritur, niſi ad maiorem probationem. *Ibid. num* 4.

Scripturæ confectæ in Vrbe ante annum 1527. propter Vrbis excidium, quod contigit dc d. anno fuerunt deperditæ, & ideo diligentiæ ex poſt non poſſunt probare negatiuã. *dec.* 29. *nu.*68. *Ghiſiler.*

Scripturas contrarias earum rerum quas poſſidet, ſi quis habeat in proprio Archiuio, præſumitur in eo mala fides. *deciſ.*3. *num.*27. *Merlino.*

Scripturæ data concurrentibus adminiculis probat antiquitatem. *deciſ.*208. *num.*4. *Motmanno.*

Scriptura exemplata ſumit adminiculum, ſtante nobilitate producentis. *ibidem num.* 11.

Scriptura exemplata ſumit adminiculũ, ſi contineat nomen Principis, annum eius, diem, & locum. *ibid. num.*7.

ad Scripturæ exhibitionem, vt quis condemnetur, debet prabari penes eum exiſtentia illius. *deciſ.* 208. *num.*12. *Motmanno.*

ad Scripturæ exhibitionem, vt quis cogi poſſit, debet probari exiſtentia de tempore motæ litis. *deciſ.*208. *num* 23. *Motmanno.*

Scriptura præſumitur exiſtere penes eum, cui intereſt, ne ea reperiatur. *ibid. num.* 10.

Scripturæ, quæ familiæ decorem concernunt, præſumuntur exiſtere penes primogenitum. *ibib. nu.*9.

Scripturæ etiam informi datur fides ſtante obſeruãtia. *deciſ.*146. *nu.*2. *Pirouano.*

Scripturarum negatiua, quando non probetur ex diligentijs factis ad effectum illas reperiendi. *deciſ.* 162 *num.*11. *Buccabella.*

Scripturarum negatiua, vt probetur ex diligentijs factis ad eas reperiendas quid requiratur. *dec.*29. *num.*64. 65. 66. *&* 67. *Ghiſilerio.*

Scripturarum negatiua non probatur ex diligentijs factis in loco, vbi conſeruabantur, ſi deſit aliquis liber, vel aliqua folia, cum potuerint eſſe deſcriptæ in libro deperdito, vel in folijs ab altero libro abſtractis. *deciſ.*29. *num* 69. *Ghiſilerio.*

Scripturæ non originali, ſtantibus pluribus adminiculis, an ſit adhibenda fides in odiũ nolentis producere ſcripturam originalẽ. *d.*208. *n.*3. *Motman.*

Scripturæ etiam minus ſolemni fides eſt adhibenda, ſtante obſeruantia. *deciſ.*101. *num.*21. *Pirouano.*

in Scriptura eadem non datur prius, vel poſterius. *deciſ.*201. *num.*38. *Dunozet.*

Scriptura priuata iunctis adminiculis, & præſumptionibus plenã fidem facit. *dec.*101. *n.*2. *Pirouano.*

Scriptura, quando eſt priuata, & non eſt trino teſte ſubſcripta, videtur militare contra eam ſuſpicio antidatę. *deciſ.*24. *num.*6. limita *nu.* 7. *Dunozet.*

Scripturæ propriæ poſſunt auctoritate Iudicis compulſari quando ex longinquis partibus ſunt extrahendæ propter periculum amiſſionis. *dec.*192. *num.*16. *Pirouano.*

Scripturæ propriæ, etiam compulſari poſſunt auctoritate Iudicis, quando ex longinquis partibus ſũt extrahendæ, propter periculum amiſſionis. *deciſ.* 254. *num.* 10. *&* 11. *Carrilio.*

Scriptura, etiam manu Notarij ſcripta non probat, niſi ſit authenticata ab eodem. *deciſ.*18. *num.* 11. *Ghiſilerio.*

Scripturæ publicæ teſtium depoſitionibus præualere debent. *deciſ.*182. *nu.* 33 *Vereſpio.*

Scriptura poſterior, priorẽ abrogare videtur. *deciſ.* 154. *num.* 12. *Dunozet.*

Scripturas quas quis produxit, nõ poteſt impugnare. *dec.*192. *num.* 19. *Pirouano.*

Scripturarum productio poteſt fieri, etiam poſt relaxationem mandati pro eo conualidando, & executione ſubſtinenda. *deciſ* 241. *num.* 32. *Ghiſiler.*

Scripturarum productio poſt mandati relaxationem tunc multo magis poteſt fieri, ſi per viam replicationis fiat ad tollendas exceptiones. *ibid. nu.*33.

Scripturæ non egent recognitione, aut alio adminiculo adiuuari ſi ſint antiquiſſimæ. *deciſ.* 254. *num.*13. *Carrillo.*

Scripturæ, quando ſunt recognitæ, fidem faciunt, ſicut ipſa publica documẽta. *dec.*55. *n.*10. *Pirouano.*

Scriptura relata tota cenſetur ineſſe in referente. *deciſ.*307. *num.* 13. *Pirouano.*

Scriptura referens majora, quàm in ſcriptura relata continere non poteſt. *deciſ.*209. *num.*4 *Pirouano.*

Scriptura à Sacerdote facta, vti priuata fides non facit fidem. *deciſ.*227. *num.*16. *Merlino.*

Scriptura ſententiæ non eſt ſententia, ſed quædam præuia diſpoſitio ad ſententiam ferendam. *deciſ.* 108. *num.* 16. *Motmanno.*

Scriptura, in qua non adhibentur teſtes, ſufficit ſi recognoſcatur per teſtes habentes notam manum, & hoc de ſtylo Rotæ. *deciſ* 39. *num.*5. *Buccabella.*

Scriptura plenè probat contra ſcribentem. *deciſ.*55. *num.*4. *Pirouano.*

Scriptura teſtamenti eius, qui iuſſit vocari teſtes, nõ eſt teſtamentum. *dec.*108. *num.* 15. *Motmanno.*

Secularizatio ſimplex regulariter non eſt ſufficiens mutare ſtatum præexiſtentis Collegialitatis. *deciſ.* 99. *num.*6. *Panzirolo.*

Sedes dignitatum abſentium non poſſunt ab alijs occupari tanquam propriæ, & diſtinctæ. *deciſ.*224. *num.*4. *Ghiſilerio.*

Sed hoc intellige in concurſu cum dignitatibus, ſecus verò, quando dignitates non extant. *ibid. n.*5.

Sedes Canonicorum, quando non conſiderentur, tãquam ſedes dignitatum, ſed tanquam ſedes Canonicales. *deciſ.*224. *num.*7. *Ghiſilerio.*

Seminis impenſa licet de iure ſpectet ad colonum, tamen ex pacto, vel conſuetudine ſpectare poteſt ad Dominum. *deciſ.*266. *num.* 3. *Vbaldo.*

Seminis impenſa ſpectat ad Maſſarium, & Colonum partiarium *ibid. num.*2.

Senectus ſolet eſſe obnoxia obliuioni. *deciſ.* 160. *num.* 14. *Merlino.*

Senes, vel inuenis ad hoc, vt quis dicatur, relinquitur arbitrio Iudicis ſecundum ſubiectam materiam. *dec.*93. *num.*8. *Dunozet.*

SENATOR.

Senator ſi recognoſcat Superiorem, vel Principem, non poteſt conſiderari ea potentia, quæ requiritur

in

in terminis l. 1. & 2. C. ne lic. pot. patro. &c. *deciſ. 282. num. 27. Veroſpio.*

Senatoris officium in Ciuitate Bononien. eſt magnũ per ſe, & præcipuum. *dec. 282. num. 26. Veroſpio.*

SENTENTIA.

Sententiam æquiorem in opinionum conflictu Rota ex inueterato ſtylo ſolet amplecti. *dec. 194. n. 47. Dunozetto.*

Sententia, quando deducitur per viam exceptionis, probat etiam ſine actis. *deciſ. 156. nu. 9. Dunoz.*

Sententia ex actis non iuſtificata, & ſine neceſſarijs probationibus prolata non eſt attendenda. *deciſ. 94. num. 43. Merlino.*

Sententia recipit interpretationẽ ab actis. *dec. 83. num. 22. Merlino*

pro Sententia antiqua eſt præſumendum etiam ſine actis, & hoc tãm quoad iuſtitiam. Quàm quoad validitatem. *deciſ. 1. num 2. Coccino.*

Sententia dicitur antiqua ſi ſit lata ante triginta annos. *deciſ. 1. num. 1. Coccino.*

Sententia per appellationem dicitur ſuſpẽſa, & quodammodo tunc extinctum iudicatum, itaut paritionem ſiue exequutionem non mereatur. *deciſ. 211. num. 5. Merlino.*

Sententiæ dicitur quis acquieuiſſe, ſi paſſus ſit illius executionem. *deciſ. 264. num 7. Vbaldo.*

Sententiæ dicitur quis acquieuiſſe non appellando, ſaltem intra tempus. *ibid. num. 6.*

à Sententia, ſi quis non appellauit cenſetur illi acquieuiſſe. *deciſ. 24. num. 13. Dunozet.*

ſuper Sententia tanquam ſuper materia apta fundatur appellatio. *deciſ. 184. num. 3.*

à Sententia tertia non eſt licitum appellare. *deciſ. 211. num. 7. Merlino.*

à Sententia ſuper negotio principali non eſt permiſſum appellare, ideo ſi ſit appellatum, cenſendum eſt ab exceſſiua taxatione expenſarum fuiſſe appellatum. *ibid. num. 11.*

Sententia, quando eſt lata per contradictas, tunc ei, contra quem eſt lata, permiſſum eſt appellare intra decem dies à die habitæ notitiæ. *deciſ. 227. num. 9 Merlino.*

Sententia non præiudicat iuribus non citati. *deciſ. 247. num. 14. Carrillo.*

Sententiæ tot eſſe dicuntur, quot ſunt capitula ſententiæ. *deciſ. 311. num. 8. Motmanno.*

Sententia non poteſt dici lata pendente dilatione, ſi d. dilatio tanquam nulliter extorta fuerit reuocata. *deciſ. 176. num. 2. Dunozet.*

Sententia non ex eo dicitur diffinitiua, ſi Iudex dicat per hanc noſtram diffinitiuam ſententiam, ſi ſui natura eſt interlocutoria. *dec. 84. num. 19. Roias.*

Sententiæ executio, vt reuocetur, non eſt agendum per viam arbitrij. *deciſ. 264. num. 8 Vbaldo.*

Sententia, & eius executoriales poſt triginta annos executioni mitti minimè poſſunt. *deciſ. 1. num. 3. Coccino.* & quare *num. 4.*

Sententiam ſuam delegatus à Papa exequi poteſt vſque ad annum, quo expirato ceſſat facultas. *deciſ. 21. num. 2. Coccino.*

Sententiæ quando non ſunt validæ nec iuſtæ, executionem non merentur. *ibidem num. 2.*

ante Sententiæ executionem ſeruandi ſunt quatuor termini ſubſtantiales ad docendum de appellatione. *deciſ. 78. num. 13. Buccabella.*

in Sententiæ executionem geſta, non poſſunt dici attentata, ſi ab ea prohibita ſit appellatio. *deciſ. 84. num. 2. Rojas.*

Sententiæ, quando plura obſtant, non eſt executioni demandanda. *deciſ. 240. num. 13. Ghiſilerio.*

Sententia debet executioni demandari à Iudice, qui eam tulit, ſi non conſtet de alia deputatione. *deciſ. 130. num. 21. Veroſpio.*

Sententia quæ non fuit effectuata, non attenditur. *deciſ. 240. num. 12. Ghiſilerio.*

Sententiam quando pars aduerſa vult infirmare ex nouiter deductis, ita licet parti, qui eam obtinuit ex nouiter deductis eam defendere. *deciſ. 165. num. 36. Ghiſilerio.*

Sententia, quando quis impugnare non poſſit. *deciſ. 223. num. 16. Veroſpio.*

Sententia ſuper immiſſione in poſſeſſionem, ſi non conſtet, quod fuerit executioni demandata, dici non poteſt, quod per illam ſit acquiſita poſſeſſio. *deciſ. 210. num. 2 & 3. Buccabella.*

Sententia interpretari debet ſecundum iuris diſpoſitionem. *dec. 65. num. 7. Coccino.*

Sententia interpretatur ſecundum mentem proferentis. *ibid. num. 9.*

Sententia interpretari debet ne contineat iniuſtitiam, vel abſurdum. *deciſ. 65. num. 10. Coccino.*

Sententia poſtquam tranſiuit in iudicatum, eſt omninò executioni demandanda. *d. 227. n. 2. Merlino.*

Sententia tranſit in iudicatum ob non interpoſitam appellationem. *deciſ. 240. num. 7. Ghiſilerio.*

Sententia tranſit in rem iudicatam, ſi ab ea non appelletur *deciſ. 145. num. 1. Carrillo.*

Sentententia, quando tranſiuit in iudicatum, ſuper cauſa nulla remanet controuerſia. *dec. 258. nu. 2. Carrillo.*

Sententia, ſi ex eiſdem actis apparet notoriè iniuſta, nunquam tranſit in iudicatum. *deciſ. 132. nu. 10. Buccabella*

Sententia in iudicatum tranſacta non poteſt reuocari ex alia ſententia ei contraria. *deciſ. 130. num. 7. Veroſpio.*

Sententia trãſit in iudicatum, ſi in tẽpore à iure præſcripto non appelletur. *dec. 227. nu. 1. Merlino.*

Sententiæ, quæ tranſitum fecerunt in iudicatum, omninò ſunt ſupponendæ. *deciſ. 3. nu. 37. Merlino.*

Sententiæ iuſtitiæ præſumptio oritur ex executorialibus. *deciſ. 1. num. 15. Coccino.*

Sententia dicitur iuſta, ſi concurrant omnia requiſita ad hoc neceſſaria. *deciſ. 122. num. 1. Ghiſilerio.*

Sententiæ, quando apparent iuſtæ, & adeſt res iudicata ob lapſum fatalium, non poteſt conſtare de cauſis reſtitutionis in integrum. *deciſ. 117. num. 9. Ghiſilerio.*

Sententiam iuſtam, & validam habens contra ſe, nõ poteſt prætendere manutentionem, etiamſi conſtaret de eius poſſeſſione. *deciſ. 306. n. 2. Ghiſilerio.*

Sententia, quando non poteſt dici iniuſta ex eiſdem actis, ſequitur quod Iudex iuſtè proceſſerit. *deciſ. 306. num. 34. Ghiſilerio.*

Sententia an ſit iuſta, necne, hoc venit diſcutiendum ex eiſdem actis, non autem ex nouiter deductis. *deciſ. 306. num. 36. Ghiſilerio.*

Sententia, ſi ſit lata eadem die, qua fuit præſentata

Iudici inhibitio, vt actus ſubſtineatur præſumendum eſt inhibitionem ſentētiæ fuiſſe ſubſecutam. decis.233.num.11. Carrillo.

Sententia,& re iudicata ſtante non ſunt amplius cōtrouertēda merita cauſæ. decis.233.n.17.Carrillo.

Sententia lata contra mortuum eſt nulla. decis. 38. num.5. Pirouano.

Sententia lata contra mortuum tenet, dummodo illius mors nō deuenit ad notitiam alterius partis, vel Iudicis. decis.38. num.6. Pirouano.

ex Sententijs nullis non probatur aliqua poſſeſſio. decis 247.num.15.Carrillo.

Sententia eſt nulla ex defectu iuriſdictionis, ſi cauſa fuerit commiſſa in poſſeſſorio, & poſtea reperiatur pronunciatum in petitorio. decis.227. num.3. Merlino.

Sententiæ nullitas, aut iniuſtitia ex nouiter deductis poteſt probari, quando ſententia fuit lata minus legitimè non citata parte, decis. 305.num.16. Buccabella.

Sententiæ nullitas, producit eandem exceptionem, etiam in vltima, per quam illa confirmatur. decis. 223.num.3.Veroſpio.

Sententia eſt nulla ex defectu citationis. decis.139. num.7. Roias.

Sententiæ nullitas eſt ineuitabilis, ſi Iudex ſit incompetens. decis. 305.nu. 3. Buccabella.

Sententiarum nullitate, & iniuſtitia ſtante non eſt locus ſtatuto de duabus conformibus. decis.179. num.2. Ghiſilerio.

Sententiarum nomen non merentur illæ, quæ non ſunt validæ, nec iuſtæ. decis. 38. num.2. Pirouano.

Sententia lata in poſſeſſorio per cedulā eſt appellabilis. decis 84.num 15. Roias.

Quod intellige ad effectum deuolutiuum ſolum, non autem ſuſpenſiuum. ibid. num.16.

Sententia an ſit lata in mero poſſeſſorio, attenditur eius tenor. amplia nu. 17. d.78.n.16. Buccabella.

Sententia lata in iudicio poſſeſſorio, vt non dicatur diffinitiua, ſufficit, vt ex verbis ſententiæ non colligatur fuiſſe diffinitiuè pronunciatum. decis. 84. num.20. Roias.

Sententia ſi non ſit lata ſuper toto eo, quod petitur, cenſetur nulla. decis.76.num.19. Merlino.

Sententia lata ſine probationibus eſt verè notoriè iniuſta. decis.207, num.5. Buccabella.

Sententia prolata à Iudice inferiori, poſtquam ei eſt inhibitum à Iudice ſuperiori, eſt nulla. decis.179. num.3. Ghiſilerio.

Sententia non poteſt dici præcipitāter lata, ſi lis durauerit per menſem, & plus. dec.7.nu.7.Carrillo.

contra Sententiam, vt detur reſtitutio, ſufficit qualibet iniuſtitia etiam nō notoria. d.50.n.2.Veroſpio.

Sententia lata contra Rectorem Eccleſiæ afficere etiam ſolet cōtra ſucceſſorem. d.12.n.3.Veroſpio.

Sententia lata poſt recuſationem Iudicis, cauſa ſuſpicionis eſt nulla. decis.7.num.4 Carrillo.

Sententia ſi feratur contra ſententiā, ea non reuocata ſubſtinetur, ſi in commiſſione adeſt clauſula quam, & qua. decis 26.num.3. Dunozet.

Sententia contra ſententiā non tenet, niſi reuocata contraria. decis.26.num 2.Dunozet.

Sententia contra ſententiam, vt valeat debet in poſteriori prima reuocari. decis.223.nu.1. Veroſpio.

Et hoc præſertim, ſi eadem prima ſententia in iudicatum tranſiuerit. ibid.num 2.

Sententia ex alia ſententia nulla non confirmatur. decis.130.num.8. Veroſpio.

Sententia lata contra ſentētiam, vt valeat debet expreſsè reuocari ſententia contraria, itaut non ſufficiat, ſi fiat tacitè. decis.130. num.11. Veroſpio.

Sententiæ ſcriptura non eſt ſententia, ſed quædam præuia diſpoſitio ad ſententiam perferendam. decis.108.num.16. Motmanno.

Sententia lata in ſpolio contra poſſidentes auctoritate Prætoris abſque eo, quod doceatur Iudicem proceſſiſſe nulliter, & iniuſtè, eſt notoriè iniuſta. decis.187.num.2. Panzirolo.

Sententia lata ſuper ſtatu in contradictorio iudicio facit ius, quoad omnes. dec.44.n.6.& 7.Coccino.

Sententiæ reſpicientes ſtatum, ſi tranſiuerint in iudicatum faciunt ius quoad omnes. decis.203. n.19. Pirouano.

Sententiæ ſunt ſtricti iuris. dec.265.num 22.Vbaldo.

Sententiæ tenor in parte diſpoſitiua & principali attenditur. decis.264.num.16.Vbaldo.

Sententia ſi ſit lata in materia terminorum, & eius vigore ſint appoſiti limites, ſi poſtea amoueantur, poteſt peti iterum eiuſdem ſententiæ executio cōtra nouiter turbantes. decis.1. num. 23. Coccino.

Sententiæ, & litteræ executoriales obſtant omnibus qui habent ius æquale in cauſa, & nu. 5. decis.217. num.4. Ghiſilerio.

Sententiæ, ſi ſint validæ & iuſtæ, executioni demandari poſſunt. decis.38. num. 3. Pirouano.

Sententiæ validitas ex quibus colligatur. decis.279. num.1. Merlino.

Sententiæ validitas colligitur ex reuolutione actorū. decis.26. nu.1. Dunozet.dec.38.num.4.Pirouano. decis. 58.n.1.Merlino.decis.66.n.1.Ghiſilerio. decis.111.num.1. Macchiauello. decis.145. num.2. Carrillo. decis.178. num.1. Panzirolo. decis.120. num.1. Buccabella.decis.233.num.6. Carrillo.

Sententiæ validitas probatur ex actis. decis.152.n.1. Veroſpio.

SERVITVS.

Seruitus non præſumitur. decis.253.num.4.Mattha.

in Seruitutibus negatiuis non incipit currere præſcriptio, niſi à die prohibitionis. ibid.num.59.

Seruitus quidam eſt cenſus, & ipſius rei, in qua eſt impoſitus, pars inſeparabilis. decis. 235.num.9. Motmanno.

Seruitus interdum potius eſt præſumenda, quàm donatio. decis.253. num.43. Matth.

contra Seruitutem ne luminibus officiatur quando quis non dicatur veniſſe. ibid.num.61.

Sigillum dicitur priuatum Eccleſiæ non autem Collegiatæ, ſi contineat tantum imaginem Sancti, vel Sanctæ, Eccleſiæ. decis.216.num.5. Carrillo.

Signaturæ Iuſtitiæ iuſſio debet intelligi prout de iure. decis.52. nu.7. Pirouano.

SIGNVM.

Signa poſita in muro eodem tempore, quo fuit conſtructus, non poſſunt dici clam poſita. decis.253. num.20. Matth.

ex Signis etiam poteſt declarari conſenſus in matrimonio. decis. 124. num. 3. Veroſpio.

Signa proprietatis muri, quæ præualere debeant. *deciſ.253.nu.39. Mattha.*

Signa apponuntur pro coniectura ad probandam identitatem domus. *deciſ.234. nu. 11. Pirouano.*

Signa in rebus ſolent apponi ad effectum recognoſcendi rem propriam, non autem probandi. *deciſ. 234.num.12. Pirouano.*

Signa muri diuiſorij, quæ ſint. *deciſ.253.n.12. Matt.*

ex Signi probatione non oritur cōcludens probatio ad effectum deuolutionis, & rei vindicationis. *deciſ.234.num.10. Pirouano.*

ex Signi appoſitione an oriatur cōcludens probatio dominij. *deciſ.234.num.8. & 10. Pirouano.*

SIMPLICITAS.

Simplicitas, innocentia, fatuitas, & ſtupiditas, cum differant à furioſo, & mentecapto, quandoquidem in prima ſpecie non carent intellectu, licet integrum animi vigorem non habeant, in ſecunda vero ſpecie vſum rationis non habent. *deciſ. 298. num.5. & 6 Pirouano.*

Simplicitas, innocentia &c. non ſunt ſufficiētes ad annullandum renunciationem, nec alium quemcumque actum, etiam matrimonij, aut profeſſionis, aut donationis, aut teſtamenti. *ibid. num. 7.*

SIMONIA.

Simoniæ omne vitium tollitur ex confirmatione Apoſtolica. *deciſ.109. num.13 Dunozet.*

Simoniaca, & inualida eſt promiſſio facta ratione renunciationis matrimonij. *ibid.num.11.*

Sed hoc ceſſat quando promiſſio fuit facta ratione damnorum & intereſſe. *ibid. num.12.*

SIMVLATIO.

Simulatio non poteſt opponi, quando conſtat de veritate actus. *dec.282. num.35.Veroſpio.*

Simulatio illa non eſt damnata, quæ eſt in perſonis, ſi veritas ſit actu. *deciſ.282. num.36. Veroſpio.*

Quod intellige dummodo in perſona, cuius nomen tacitum fuit, non currat aliqua qualitas, propter quam eidem prohibitum ſit cōtrahere. *ibid.n.36.*

Simulatio arguitur ex retentione poſſeſſionis. *deciſ. 11.num.6.Panzirolo.*

Simulationis cauſa facilius præſumitur, quando contractus reperitur celebratus inter perſonas à iure prohibitas. *deciſ.11.num 16.Panzirolo*

Simulatio præſumi etiam poteſt in contractibus celebratis inter perſonas non prohibitas. *deciſ. 11. nu.17. Panzirolo.*

Simulatio, quando adeſt in contractu, in eo deficit conſenſus vtriuſque partis. *d.223.n.17.Veroſpio.*

Simulatione probata, omnes clauſulæ in ſcriptura poſitæ ſunt inefficaces ac etiam ipſæ ſimulatæ. *deciſ.11. num. 18. Panzirolo.*

Simulationis ſuſpicio, vt excludatur ex pacto inſolito, ſatis eſt, vt ſit permiſſum à iure. *deciſ.201. num.42. Dunozet.*

ad Simulationem probādam etiam teſtes ſingulares admittuntur. *deciſ.11. num. 13.* Panzirolo.

Simulationem, quando teſtes probent. *ibid. nu.14.*

Simulatio argui poteſt ex publica voce, & fama. *ibid. num.12.*

Simulationis cauſa, vt in aliquo contractu inſit, non requiritur, vt vera probetur, ſed quod à partibus fuerit opinata, & poſſit tollere dubitationem. *deciſ.11. num 4. Panzirolo.*

Simulandi cauſa non probatur, ſi aliquid geſtum eſt inter perſonas non prohibitas, id fieri. *ibid. nu 15.*

ad Simulationem probandam, requiritur cauſa ſimulationis. *ibid. nu.2.*

Simulationis cauſa, ſufficit de ea veriſimiliter apparere, etiam ſi aliter non iuſtificetur. *ibid num.5.*

Simulatio arguitur ſtante præcedenti tractatu. *deciſ. 11.num.7. Panzirolo.*

Simulatè id quod fit, pro non facto habetur. *deciſ. 130.num.14.Veroſpio.*

Simulate, quod fit in contractibus non attenditur, ſed veritas. *deciſ 39. num.10. Buccabella.*

Simulatus ſi declaretur contractus, nullius erit momenti. *dec. 130. nu. 13. Veroſpio.*

Simulatus quando eſt contractus, dicitur fictus. *deciſ.11.num.3. Panzirolo.*

Singula, quæ non proſunt, iuncta iuuant. *deciſ. 253. num.24. Matth.*

Singulares perſonæ ſunt interdictæ, Vniuerſitate interdicta. *deciſ.20.num 14.Coccino.*

Singularis numerus ad illum, qui eſt vnus referri debet. *deciſ.210.num.7: Buccabella.*

SOCIETAS.

in Societatum materia probanda, admittuntur etiam teſtes ſingulares, & de diuerſis actibus deponentes. *deciſ. 28. num. 4.Buccabella.*

Societas, & communio facilius præſumitur inter fratres. *deciſ. 28 num.9 Buccabella.*

Societas ſemel probata inter aliquos, præſumitur durata vſque ad mortem, niſi contrarium probetur *ibid. n.2.*

SOCIVS.

Socius poteſt eleuare murum communem etiam inuito ſocio ad vſum deſtinatum. *deciſ.253.num.69. Matthaio.*

Quod procedit etiāſi prohibenti noceret in diminutione luminum. *ibid. num.70.*

Et ratio eſt, quia in pariete ordinato ad eleuandum non conſideratur offenſio prohibentis, ſed tantum vtilitas facientis. *ibid. num. 71.*

Vide ſupra in verbo Murus.

Socius quando non cenſeatur acquiſiuiſſe nomine proprio, ſed etiam ſociorum, itaut ceſſet præſumptio, quod perſona extrinſeca in contractu non ſit comprehenſa. *deciſ.183. num. 4. Coccino.*

Socius quod aliquid contraxerit nomine proprio, & ſociorum, id ex coniecturis, & præſumptionibus elicitur. *deciſ.183.num 3. Coccino.*

Socio debetur medietas bonorum, in quibus adfuit ſocietas *deciſ.28. num. 1. Buccabella.*

Socius, ſi aliquid conducat, cenſetur nomine proprio conduxiſſe, etiamſi cum pecunijs ſocietatis, negotiatus ſit. *deciſ.183.num.1.Coccino.*

Socius cenſetur contraxiſſe aliquid etiam nomine ſociorum, ſi id in libris ſocialibus fuerit annotatū. *deciſ.183.num.6. Coccino.*

Socius ſi aliquid cōtrahat in rebus ſocialibus nomine proprio, qualiter hoc facere videatur. *deciſ.28. num.11.Buccabella.*

SOLEMNITAS.

Solemnitates extrinſecæ omnes præſumuntur interueniſſe ad validitatem actus geſti. *deciſ.255.nu.2. Veroſpio.*

Solemnitatibus requiſitis interuenientibus tutor poteſt traſſigere. *deciſ. 39. nu. 11. Buccabella.*

Solemnitates in contractibus minorum ſunt inuentæ ad hoc, vt euitentur deceptiones, & fraudes. *decíſ. 62. num* 10. *Motmanno.*

Solemnitatum rigor in contractibus minorum ceſſat, quando abeſt fraus, & dolus, & quando excludatur *deciſ. 119. num.* 10. *Motmanno.*

Solemnitates in contractibus minorum ſunt inuentæ ad eorum vtilitatem. *d. 165. n. 58. Ghiſilerio.*

ſine Solemnitatibus contrahens dicitur eſſe in mala fide, & tenetur ad oẽs fructus. *d. 3. n. 33. Merlino,*

Solemnitates ſtatutariæ an mulier ſeruare debeat in mandato de acceptando legatum. *deciſ. 9. num. 44. Merlino.*

Solemnitates ſtatutariæ requiſitæ in donationibus non requiruntur, quando donationes ſunt impropriæ. *deciſ. 241. num. 27. Ghiſilerio.*

Solemnitates ſtatutariæ non requiruntur in contractibus mulierum, quando ſe obligant ex cauſa neceſſaria. *deciſ. 241. num. 13. Ghiſilerio.*

Solemnitas, & iuſta cauſa requiritur in diſmembratione curæ ab aliqua Eccleſia, cum d. diſmembratio ſapiat alienationem. *deciſ. 69. num. 9 Ghiſilerio*

Solemnitas, & iuſta cauſa copulatiuæ requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiæ. *deciſ. 6. num. 3. Ghiſilerio*, itaut vnus ſine alio non ſufficiat. *ibid.*

Solemnitates omnes quæ requiruntur in alienatione bonorum Eccleſiæ ſunt neceſſariæ in diſmembratione beneficij. *deciſ. 6. num. 2 Ghiſilerio.*

Solemnitates in alienationibus rerum Eccleſiæ præſcribuntur, tanquam media ad intentum vtilitatis finem aſſequendum, & ad euitãdas damnoſas circũuentiones Eccleſiarum. *dec. 94. nu. 76. Merlino.*

Solemnitates in alienationibus rerum Eccleſiæ requiruntur fauore publico, ne Eccleſiæ depauperentur. *deciſ. 69. num. 3. Ghiſilerio*

Solemnitates, & beneplacitum Apoſtolicum in conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, non eſt neceſſarium, ſi agatur de rebus ſolitis dari in emphyteuſim. *deciſ. 36. num. 6. Buccabella.*

Solemnitas materialis ex curſu temporis non præſumitur. *deciſ. 16. num. 3 Veroſpio.*

Solemnitates aliquæ ſi enuncientur in inſtrumento, & ſolemnitas aliqua neceſſaria reperiatur omiſſa, quid inde ſequatur. *deciſ 131. num. 9. Dunozet.*

Solemnitas teſtamentaria eſt quid diuerſum à teſtamento *deciſ. 108. num. 11. Motmanno.*

Solemne pro Ordinario exponitur. *dec. 59. num. 26. Merlino.*

Solitum, quando concurrit cum dicto teſtis, probat aliquid ſaltem in genere. *deciſ. 269. nu. 11. Coccino.*

Solitum inter perſonas eiuſdem qualitatis valde attendendum ad eruendam veritatem alicuius facti. *deciſ. 69. num. 8. Merlino.*

Soluens pro alio eum liberat, & acquirit actionem contra debitorem, vel negotiorum geſtorem. *deciſ. 55. num. 1. Pirouano.*

Soluenti debitum pro alio, actio contraria mandati acquiritur. *deciſ 55. num. 2. Pirouano.*

S O L V T I O.

Solutio non habenti mandatum facta non releuat. *deciſ. 57. num. 7. Veroſpio*

Solutionis confeſſio non probat veritatem ſolutionis, & non præiudicat. *d. 57. num. 5. & 6. Veroſpio*

Solutio præſumitur facta de pecunijs eius proprijs, ad quem vigore præambuli contractus ſpectabat debitum. *deciſ. 262 num. 20. Merlino.*

Solutione eius, quod debetur, tollitur omnis obligatio. *deciſ. 291. num. 4. Merlino.*

Solutio dotis ſi probetur in parte vera, in totum vera præſumitur. *deciſ. 24 num 9. Dunozet.*

Solutionem, ſi quis feciſſet ſummæ conſiderabilis, in actu ſolutionis adhibuiſſet teſtes. *deciſ. 11. n. 10 & 11. Panzirolo.*

Solutiones canonum ſolum ſufficiunt, ſi ſint vltra 30. annos ad probandum directum dominium in vim præſcriptionis. *deciſ. 234. num. 3. Pirouano.*

Solutio laudemij confert ad probandum directum dominium eius, cui ſoluitur. *ibidem num. 6.*

Solutionem inſolutum mulier poteſt recipere abſque ſolemnitatibus. *deciſ. 165. num. 42. Ghiſilerio.*

Solutio ſi fuerit facta creditori, nihil refert, an ſit debitor, vel alius, qui ſoluat pro eo. *deciſ. 55. num. 3. Pirouano.*

per Solutionem componendæ quaſi contrahitur inter impetrantem, & Papam. *d. 258. n. 21. Carrillo.*

Solutionis paſſagij tempus, in Religione Hieroſolymitana ſolum conſideratur ad effectum antianitatis. *deciſ. 73. num. 3. Coccino.*

S O R O R.

Soror dotata ab auunculo, ex hoc non eſt excluſa à ſucceſſione in bonis patris, qui eam non dotauerat. *deciſ. 175. num. 30. Motmanno.*

Soror ſi depoſuerit ad fauorem ſororis non eſt reijcienda, ſi illius depoſitio ſit conformis depoſitionibus aliorum teſtium. *deciſ. 124. nu. 15. Veroſpio.*

ad Sorores etiam extenditur l. humanitatis C. de impub. & alijs ſubſtit. *dec. 238. num. 5. Panzirolo.*

Sororem alicui probatur aliquam eſſe, ſi in teſtamẽto ſororem eam nominauit, & ei vti tale legatum reliquit. *deciſ. 93. num. 5 Dunozet.*

Sororem non præſumitur teſtator voluiſſe anteponere propriæ filiæ. *deciſ. 210. num. 9. Buccabella.*

Soror fratri defuncto, ſi ſit conſanguinea, hoc eſt ex parte patris tantum coniũcta, cum matre ad ſucceſſionem eius filij concurrere non poteſt. *deciſ. 43. num. 9. Motmanno.*

Soror defuncti minimè concurrit cum matre ad hæreditatem fratris in terminis ſtatuti præferentis agnatos. *deciſ. 43. num. 1. Motmanno.*

Soror defuncti de iure communi excludit patruum. *deciſ. 43. num. 4. Motmanno.*

Soror etiam dicitur, quæ eſt filia fratris. *deciſ. 194. num. 42. Dunozet.*

Soror defuncti remouendo obſtaculum ſucceſſionis patrui, aperit matri viam ad ſucceſſionem filij. *deciſ. 43. num. 8. & 12. Motmanno.*

Smutitio nil aliud eſt, niſi ſimplex oris aperitio. *deciſ. 116. num. 17. Motmanno.*

Specialia plura in eodem ſubiecto concurrere non poſſunt. *deciſ. 163. num. 29. Veroſpio.*

Spirituale, quod eſt, cum ſit diſtinctum à dominio temporali, in eius conceſſione non venit. *deciſ. 182. num. 5 Veroſpio.*

S P O L I A T V S.

Spoliati poſſeſſio anterior probari poteſt ex inſtrumento

mento conceſſionis in emphyteuſis. *deciſ.* 186. *num.* 2. *Pirouano.*

Et comprobari etiam poteſt per teſtes qui fuerunt coloni. *ibid. num.* 3.

Spoliato eſt concedenda reintegratio, conſtito de eius antiqua poſſeſſione, & de recenti ſpoliantis. *deciſ.* 191. *num.* 1. *Panzirolo.*.

Spoliato à Iudice competit reſtitutio, ſicuti competit ſpoliato à quocumque priuato. *deciſ.* 113. *num.* 10. *Roias.*

Vide ſupra in verbo Iudex.

SPOLIVM.

Spolij actio non poteſt intentari contra eum, qui auctore Prætore poſſidet. *deciſ.* 223. *num.* 5. *Veroſpio.*

Spolij actio propter læſionem paſſam in venditione non competit, ſed remedium l. fin. C. de reſcind. vend. *deciſ* 187. *num.* 7. *Panzirolo.*

Spolij actionem intentans, quid neceſſe probare debeat. *deciſ.* 163. *num.* 3. *Veroſpio.*

Spolij actio intrat etiam contra immiſſum in poſſeſſionem ex ſaluiano ſi vltra quantitatem ſui crediti, fructus percipiat. *deciſ.* 223. *nu.* 10. *Veroſpio.*

in Spolio antiquo primum extremum ſufficit, vt probetur per leuiores probationes. *deciſ.* 191 *num.* 3. *Panzirolo.*

in Spolio antiquo primum extremum probari poteſt per probationem præſumptiuam. *deciſ.* 191. *nu.* 4. 5. & 7. *Panzirolo.*

in Spolij iudicio primum extremum iuxta ſtylum Rotæ requirit exactiorem probationem. *deciſ.* 294. *num.* 5. *Veroſpio.*

in Spolio primum extremũ, bene probatur ex mandato, ſubhaſtatione, & deliberatione contra ſpoliatum facta. *deciſ.* 229. *num.* 1. *Ghiſilerio.*

in Spolio ſecundum extremum probatur ex litis ſubhaſtatione, iunctis adminiculis. *ibid. num.* 4.

in Spolio ſecundum extremum probatur leuioribus probationibus, immò ſola litis ſubſtentatio ſufficit cum adminiculis. *deciſ.* 113. *nu.* 7. *Roias.*

in Spolio ſecundum extremum probari poteſt, tam ex confeſſione partis quã, ex litis ſubſtentatione iunctis adminiculis. *deciſ.* 191. *num.* 9. *Panzirolo.*

in Spolio ſecundum extremum probatur leuioribus probationibus *deciſ.* 229 *num.* 5. *Ghiſilerio.*

in Spolij iudicio probanda eſt poſſeſſio antiqua, & anterior ſpoliati, & nouiſſima rei conuenti. *deciſ.* 186 *num.* 1. *Pirouano.*

Spolij iudicium non eſt retardandum per ea, quæ requirunt altiorem indaginem. *deciſ.* 191. *num.* 13. *Panzirolo.*

in Spolij iudicio vt obtineatur, probanda eſt poſſeſſio anterior ſpoliati, & poſterior ſpoliantis. *deciſ.* 294. *num.* 1. *Veroſpio.*

in Spolij iudicio duo extrema ſunt probanda ſcilicet poſſeſſio antiqua, & recens ſpoliantis. *deciſ.* 16. *num.* 1. *Veroſpio.*

in Spolijs non ſit condemnatio ad fructus, niſi à die motæ litis conteſtatæ præterquam in ſpolio violento, & attentato. *deciſ.* 187. *num.* 17. *Panzirolo.*

Spolio agens tenetur plenè, & concludenter probare ſuam poſſeſſionem *deciſ.* 187. *num.* 9. *Panzirolo.*

Spolium committi non poteſt, vbi non adeſt, vel acquiri non poteſt poſſeſſio. *deciſ.* 113. *nu.* 4. *Roias.*

Spolij remedium competit Eccleſiæ, conſtito de damno in contractu, quamuis ſint ſeruatæ ſolemnitates. *deciſ.* 94. *num.* 19. *Merlino.*

in Spolio probatis duobus extremis, quis venit reintegrandus. *deciſ.* 113. *num* 8. *Roias.*

Sponſalia contracta inter Infantes, quæ licet ſint nulla, tamen ſi non diſſentiunt effecti maiores ſeptennio, conualeſcunt, quia præſumitur durare voluntas. *dec.* 206. *num.* 20. *Coccino.*

Spurius vt non poſſit dici de domo, ſeu familia, quãdo iſte rigor poſſit relaxari, & qualiter poſſit probari, quod ſit de domo. *d.* 262. *n.* 18. & 19. *Merlino.*

S T A T V S.

Status Eccleſiæ præſcribitur ſpatio 40. annorum maximè concurrente titulo. *d.* 133. *n.* 15. *Pirouano.*

ad Statum beneficii firmandum ſatis ſolet eſſe tempus 40. annorum. *deciſ.* 50 *num.* 7. & 8. *Veroſpio.*

Status vltimus attendendus eſt ad effectum iuſtificationis gratiæ in præiudicium patronorũ, qui alios ad compræſentandum admiſerunt. *dec.* 101. *nu.* 8. *Pirouano.*

Status vltimus in beneficialibus attenditur. *deciſ.* 143. *num.* 2. *Carrillo.*

de Statu Eccleſiæ Collegialis dubitari non poteſt, quando adſunt ſigna arcæ communis, & ſigilli cum obſeruantia ſubſecuta. *deciſ.* 133. *num.* 1. *Pirouano.*

Status nouus, & non antiquus in beneficialibus eſt attendendus. *dec.* 5. *num.* 10. *Dunozet.*

Status vltimus, quando non attendatur. *deciſ.* 285. *num.* 14. *Motmanno.*

S T A T V E N T E S.

Statuentes ſi aliquid voluiſſent, id ſciuiſſent diſponere. *deciſ.* 175. *num.* 23.

Statuentes, quando omittunt diſponere in aliquo caſu, illum relinquunt in diſpoſitione iuris communis. *deciſ.* 136. *num.* 11. *Panzirolo*

Statuendi poteſtas, nec ab vtilitate agentis, neque ab adminiſtratione pendet, ſed à iuriſdictione. *deciſ.* 76. *num.* 12. *Merlino.*

Statuendi poteſtas à quo pendeat. *ibidem num.* 12.

S T A T V T V M.

Statutum deferens appellationi in quocumque poſſeſſorio, non habet locum in remed. l. fin. C. de edict. D. Adr. toll. *deciſ.* 84 *num.* 4. *Roias.*

Statuto æquiparatur conſuetudo *deciſ.* 115. *num.* 6. *Motmanno.*

Statuta, ſeu conſuetudines, quod ad beneficia admittantur tantum illi, qui ſunt illius loci, optima ratione ſunt fundata, & bono Reipublicæ regimine. Quia extranei communiter non reſident corruptis alienæ Prouinciæ moribus, vel parum aptis naturales inficiunt. Et Parochiani non ita affecti admittent eorum doctrinam. *d.* 232. *n.* 11. *Carillo.*

Statutum non comprehendit bona ſita extra territorium ſtatuentium. *dec.* 188 *num.* 7. *Buccabella.*

Statuta, & ordinationes an poſſit condere Capitulum generale Religionis Hieroſolymitanæ. *deciſ.* 219. *num.* 4. *Ghiſilerio.*

Statuti caſus, quando ceſſat, ceſſare etiam debet ſtatuti diſpoſitio. *deciſ.* 175. *num.* 26. *Motmanno.*

Statuta intra ſuos caſus coercenda ſunt, & non ampliauda. *ibid. num.* 28.

Statuta, vltra caſus expreſſos non debet extendi. *deciſ.* 60. *num.* 17. *Motmanno.*

à Statuto caſus omiſſus remanet in diſpoſitione iuris communis *deciſ.43 num.3. & nu.11. Motmanno.*

Statuta confirmata à Papa, dicuntur Papalia. *deciſ. 136.num.6. Ghiſilerio.*

Statuta à Papa confirmata remanent ſecundum eorum naturam. *deciſ.219 num.3. Ghiſilerio.*

Statutum confirmatum auctoritate Apoſtolica eſt omninò ſeruandum, *deciſ.219.num.2. Carrillo.*

Statuta, ſi ſint confirmata a Sede Apoſtolica, dicuntur Papalia. *deciſ.98.nu.2. Ghiſilerio.*

Statuta præſumuntur confirmata à Sede Apoſtolica, ſtante obſeruantia 30.annorũ. *d.107.n.23 Veroſp.*

Statutum quando ſit confirmandum. *deciſ.107.nu.1. Veroſpio.*

Statuta facta auctoritate Apoſtolica, non egent confirmatione. *deciſ.219. num.5. Ghiſilerio.*

Statutorum confirmatio, ſi ſint contra ius requiritur, quod fiat mentio de hoc ſpecialiter à Principe. *deciſ.227.num.21. Merlino.*

Statutum, ſi habeat fomentum rationis, & publicæ vtilitatis, vt ſcilicet fraudibus obuietur eſt ſeruandum licet contra, vel præter ius ſit, ſtante confirmatione Principis licet in forma communis. *deciſ.227.num.22. Merlino*

Statutum contra aliquem ſi ſit conditum, poteſt ille ab eo appellare, ſiue etiam petere eiuſdem ſtatuti reuocationem iure actionis infra annum. *dec.107. num.22. Veroſpio.*

Statutum conditum in præiudicium aliquorũ vt ſubſtineatur, ſolet eſſe ſatis quælibet rationabilis cauſa, ex qua veriſimiliter moti ſint ſtatuentes ad ſic ſtatuendum. *deciſ.107. num.20. Veroſpio.*

in Statutis attento communi vſu loquendi appellatione conſanguineorum veniunt etiam cognati. *deciſ.102. nu.3. Motmanno.*

Quod non procedit, quando non ſimpliciter eſt prolatum, ſed cum qualitate, ſcilicet ex parte patris. *ibid. num. 4.*

Statuta, ſeu ſtabilimenta, ſi ſint auctoritate Apoſtolica, & cum præcepto quod inuiolabiliter obſeruentur confirmata, illis eadem auctoritate non interueniente derogari non poteſt. *deciſ.85. nu.3. Buccabella.*

Statutorum derogatio Religionis Hieroſolymitanæ reſeruata eſt tantum Capitulo generali. *deciſ.303. num.24. & 26. Motmanno.*

Statuti determinatio, quando eſt clara non eſt vlterius inueſtigandum. *deciſ.253.num.74. Matthæo.*

Statutum diſponens, quod duæ ſententiæ conformes habeant vim trium, intelligendum eſt de ſententijs iuſtis & validis. *deciſ.179. num.1. Ghiſilerio.*

Statuta excluſiua fœminarum ab inteſtato non impediunt quominus ipſę fœminæ poſſint inſtitui in teſtamento. *deciſ.175. num.3. Motmanno.*

Statuta excluſiua fœminarum procedunt quotieſcũque pater ab inteſtato deceſſit, ſecus verò, quando pater eos ſcilicet maſculos, & fœminas æqualiter inſtituerit. *deciſ.60. num.16. Motmanno.*

Statuta excluſiua fœminarum ita demum procedũt, ſi pater velit. *deciſ.110. num.9. Motmanno.*

Statuta excluſiua fœminarum ceſſant, ſi quis non decedat inteſtatus. *deciſ.110.num.2. Motmanno.*

Statutum excluſiuum fœminarum nõ excludit eas, niſi ab hæreditate dotantis. *deciſ.165. num. 48. Ghiſilerio.*

Statuti verba excludentia lineam maternam à ſucceſſione, oſtendunt eam fuiſſe mentem ſtatuentiũ, vt excludatur genus maternum, non verò agnatos, & conſanguineos, qui de iure alioquin ſunt vocati. *deciſ.43.num.5.& 13 Motmanno.*

Statuta excluſiua matris propter agnatos, eatenus locum habent, quatenus agnati ſuccedant, itaut ſi excludantur ab alio, vel aliàs non ſuccedant, tunc ceſſat diſpoſitio ſtatutaria *ibid num.14.*

Statuta excluſiua à ſucceſſione alicuius non habent locum, niſi in illis, qui oculis corporeis leguntur *deciſ.175.num.26. Motmanno.*

Statuti alicuius vigore ſi alicui ſit conceſſa facultas, dicitur ſatis conceſſa ſpecialiter, & nominatim, quamuis fuerit conceſſa generi. *dec.219. num. 8. Ghiſilerio.*

Statuta facta in limine fundationis beneficiorum ſunt omninò ſeruanda. *deciſ. 77 n.5. Macchiauello.*

Statutum emanatum ad fauorem aliquorum huiuſmodi fauor non debet ad alios caſus præter expreſſos extendi. *deciſ.110.num. 15. Motmanno.*

à Statuti fine, quando non poſſit diſtingui forma eiuſdem ſtatuti. *deciſ. 107.num.15. Veroſpio.*

Statutum, quod liget, vel non liget forenſes, hoc pendet à poteſtate ſtatuentium. *dec.119.num.15. Motmanno.*

Statutum ex iuſta cauſa contra aliquem factum, tenet in eius præiudicium. *dec.107.nu.21. Veroſpio.*

Statutum, ſi mandet aliquid ſeueriſſimè obſeruari, ex hoc nunquam cenſetur ſublata interpretatio legalis. *deciſ.26. num.10. Dunozet.*

Statuta in vno, eodemq. volumine compilata vnum ab alio debet recipere interpretationem. *dec.303. num.13. Motmanno.*

Statuta intelligenda ſunt prout de iure. *deciſ. 68. num.83. Merlino.*

Statuta non ſunt ita interpretanda vt ſint ſuperflua, & nihil operentur. *deciſ.253. num. 81. Matthæio.*

Statutum diſponens ab inteſtato, non habet locum condito teſtamento. *deciſ.50.num. 18. Motmann.*

Statuto ſi caueatur, vt ſtetur iuramento damnum paſſi, circa d.damnum paſſum, debet prius probari damnum fuiſſe datum, & poſtea eſt admittendus ad iurandum ſuper extimatione damni paſſi. *deciſ.239. num.14. Veroſpio.*

Statutum eſt irritum in quo cauetur, vt Canonici nõ reſidentes priuentur eorũ redditibus, ſed hoc intellige, quando d. ſtatutum eſt conditum à Capitulo ſine auctoritate Epiſcopi, ſecus ſi cum ea. *deciſ.107. num.3.& 4. Veroſpio.*

Et hoc procedit generaliter in omnibus, quæ reſpiciunt ſtatum, aut vniuerſalem adminiſtrationem Eccleſiæ. *ibid. num. 5.*

Statutum iuri communi contrarium, licet à Papa ſit confirmatum, nedum per Cardinalem Legatum declarari poteſt, dummodo tamen reducatur ad Ius commune, ſed etiã reuocari *d.84.n.11. Rojas.*

Statutum iuris communis correctorium debet ſtrictè interpretari, vt quanto minus poteſt, illud corrigat. *deciſ.188. num.8. Buccabella.*

Statuti lenitas, & maxima moderatio, plurimum commendata reperitur à ſacris Canonibus. *deciſ. 107. num.13. Veroſpio.*

Statutum ſi ſimpliciter, & indiſtinctè loquatur, intelli-

Digitized by Google

tellig͂edum eſt ſimpliciter, & indiſtinctè. *deciſ.* 253. *num.* 76. *Matthaio.*

Statutum laicale, nullo modo poteſt extendi ad perſonas eccleſiaſticas, nec ad cauſas illius fori, *deciſ.* 84. *num.* 7. *Roias.*

Statutum laicorum deferens appellationi, cum ſit ordinatorium, trahitur de foro ad forum. *deciſ.* 84. *num.* 13. *&* 14. *Roias.*

Statuta laicalia non procedunt in bonis emphyteoticis Eccleſiaſticis. *deciſ.* 158. *num.* 9. *Panzirolo.*

Statuta laicalia non poſſunt diſponere ſuper iuramento. vide n. 25. *deciſ.* 227. *num.* 24. *Merlino.*

Statutum loci illud debet ſpectari, in quo perfectus eſt contractus per ratificationem, non autem loci, in quo nomine ratificantis fuit geſtus. *deciſ.* 62. *num.* 19. *Motmanno.*

Statuta loci contractus forenſis tenetur ſeruare. *dec.* 81. *num.* 9. *Motmanno.*

ex Statutis nouis non eſt immutanda Eccleſiæ antiqua conſuetudo. *deciſ.* 32. *num.* 3. *Veroſpio.*

Statuta noua ſuper diuiſione anniuerſariorum Capitulum poteſt conficere, & quid requiratur. *deciſ.* 32. *num.* 11. *Veroſpio.*

Statuta tantum referuntur ad illos caſus, qui oculis corporeis poſſunt legi non autem ad alios, qui per verborum interpretationem poſſunt intelligi. *deciſ.* 110 *num.* 14. *Motmanno.*

in Statutis, ſi pœnæ controuenientium cedere debent in commodum ſtatuentium, huiuſmodi ſtatuta ſolent reprobari ex cauſa auaritiæ, vel odij. *deciſ.* 107. *num.* 14 *Veroſpio.*

Statuta multo magis ſunt obſeruanda, quando à Papa ſunt confirmata cum decreto irritãti. *deciſ.* 71. *num.* 6. *Macchiauello.*

in Statutis id, quod non legitur pro omiſſo habetur. *deciſ.* 175. *num.* 25. *Motmanno*

Statuta pœnalia generaliter prohibita ſunt. *deciſ.* 107. *num.* 6. *Veroſpio.*

Statutum ſi dicat, defuncto ſuccedant maſculi ex linea paterna intra quartum gradum coniuncti, videtur excludere ſororem conſanguineam, vide n. 20. *deciſ.* 43. *num.* 18 *Motmanno.*

Statuto, ſicuti induci poteſt, quod valeat teſtamentum cum minori numero, quàm ſeptem teſtium, ita etiam poteſt induci conſuetudine. *deciſ.* 115. *num.* 5. *Motmanno.*

Statuti verba, vbi non conueniunt, nec minus conuenire poteſt illius diſpoſitio. *d.* 110. *n.* 3. *Motm.*

Statutorum verba dubia ab obſeruantia interpretationem recipiunt. *deciſ.* 71 *num.* 13. *Machiauello.*

Statutorum verba, quando ſunt clara, ceſſat omnis interpretatio. *deciſ.* 73. *num.* 8. *Coccino.*

Statuti verba, quando ſunt clara, tunc non debent admitti teſtes in contrarium. *ibid. num.* 2.

Statuti verba in eo, quo deficiunt, eſt iuri conſentaneum vt pariter ceſſet diſpoſitio d. ſtatuti. *deciſ.* 43. *num* 6. *Motmanno.*

Circa aliquorum ſtatutorum declarationem, vide in calce Indicis.

Stillicidy quanta ſit vis, ad præſumendam proprietatem muri *deciſ.* 253. *num.* 21. *Matth.*

STIPVLATIO.

Stipulatio Notarij ſubintelligitur in donatione, quãdo adeſt verbum, promiſit, licet non ſit ſcriptum fuiſſe promiſſum ſibi ſtipulanti pro abſentibus. *deciſ.* 37. *num.* 8. *Dunozet.*

Stipulatio facta pro ſe, filijs, & deſcendentibus, intelligitur ordine ſucceſſiuo. *deciſ.* 121. *num.* 2. *&* 3. *Carrillo.*

Stipulationes tot eſſe dicuntur, quot ſunt res, vel ſummæ in ſtipulationem deductæ. *deciſ.* 311. *nu.* 6. *Motmanno.*

Stipulationem ſignificat verbum, promiſit. *deciſ.* 37. *num.* 7. *Dunozet.*

Stipulatio cẽſetur commiſſa ſuper reſtitutione dotis etiam ad fauorem hæredum vxoris, quamuis in ea ſtipulatione id non ſit deductum. *deciſ.* 163. *nu.* 11. *Veroſpio.*

Stipulatio concepta pro perſona nominanda, non ſecuta nominatione intelligitur facta pro hæredibus ſtipulatoris. declara n. 44. *deciſ.* 163. *nu.* 43. *&* 44. *Veroſpio.*

ex Stipulatione alterius nomine facta, illi etiã ignoranti, & non conſentienti acquiritur. *deciſ.* 27. *num.* 17. *Motmanno.*

Studij cauſa datum à quocumque extraneo, ſubſiſtit abſque inſinuatione. *deciſ.* 69. *num.* 92. *Merlino.*

Stultis quis ſit ſubſtituendus. *dec.* 238. *n.* 4. *Panzirolo.* *Vide ſupra in verbo Demens.*

STYLVS.

Stylus, & conſuetudo poteſt probari per teſtes. *deciſ.* 52. *num.* 6. *Pirouano.*

Stylus, & conſuetudo præcipuè attẽditur inter mercatores. *deciſ.* 47. *num.* 4. *Panzirolo.*

Stylo in materia mercantili ſtandum eſt. *deciſ.* 154. *num.* 4. *Dunozet.*

Stylus inter mercatores, quando eſt præcisè, & indiuidualiter probatus tanquam lex ſeruandus eſt. *deciſ* 154. *num.* 5. *Dunozet.*

Stylus reſpiciens deciſoria, non dicitur legitimè probatus, niſi doceatur obtentus in contradictorio iudicio. *deciſ.* 154. *num.* 9. *Dunozet.*

Stylus extraiudicialis per actus extraiudiciales, quãdo eſt probandus, tunc nõ requiritur, quod ſit obtentus in contradictorio iudicio, ſiue ſimus in ſtylo ordinatorio, ſiue in deciſorio. *ibid. num.* 10.

Stylum ita eſſe probant teſtes, ſi deponant, ita obſeruaſſe, & ab alijs publicè, & palam obſeruari vidiſſe *deciſ.* 154. *num.* 7. *Dunozet.*

Stylus, quando eſt contra ius, vt ſuffragetur, debet probari conſuetudo ſpatio 40. annorum legitimè præſcripta. *deciſ.* 227. *num.* 17. *Merlino.*

SVBHASTATIO.

ex Subhaſtationis defectu venditio facta Curiæ eſt nulla. *deciſ.* 113. *num.* 18. *Roias.*

in Subhaſtationibus rerum Eccleſiæ, vel minorum augeri quidem poteſt terminus, ex quo poteſt venire plus offerens, ſed non minui. *ibid. num.* 19.

in Subhaſtatione bonorum minorum requiritur ſaltem ſpatium 20. dierum. *ibid. num.* 17.

in Subhaſtatione, quando quis probetur quod offerat pro alio. *deciſ.* 153. *num.* 2. *Buccabella.*

in Subhaſtatione, & deliberatione nomine melioramentorum intelligitur etiam ius emphyteuticũ. *deciſ.* 229. *num.* 18. limita 20. *Ghiſilerio.*

ad Subhaſtationem non poteſt procedere fiſcus non ſeruatis debitis ſolẽnitatibus. *dec.* 113. *n.* 20 *Roias.*

in Subhaſtatione nomine melioramentorum com-

prehenduntur ſola melioramenta, ſi pretium oblatum correſpondeat. *deciſ.229.num.21.Ghiſilerio.*

SVBCOLLECTOR.

Subcollector quod quis fuerit, non poteſt dubitari, ſi de illius deputatione facta per Papam conſtet ex litteris patentibus, & ex depoſitionibus teſtium. *deciſ.225. num.9. Coccino.*

Subcollectorem non fuiſſe vnicum, incumbit onus probandi dicenti contrarium. *ibid. num.* 15.

Subcollectorum beneficia, vt dicantur reſeruata ſufficit, quod illa obtinuerit, vel durante officio, vel ante officium, licet de tempore obitus defunctus non eſſet ſubcollector. *ibid.num.*13.

SVBEMPHYTEVTA.

Subemphyteutam in poſſeſſionem immittere ſpectat ad Dominum directum. *dec.40.num.*8. *Ghiſilerio.*

Subemphyteuta dicitur hebere cauſam à Domino directo, non ab emphyteuta. *ibid. num.9.*

Subemphyteutam inneſtire ſpectat ad Dominum directum. *deciſ.40. num.8.Ghiſilerio.*

in *Subemphyteuticatione* cõſenſum præſtare ſpectat ad Dominum directum. *deciſ.40. nu.8.Ghiſilerio.*

Subemphytenticatio ſemper intelligẽda eſt ſine præiudicio Domini directi.*dec.40.num.*15.*Ghiſilerio.*

in Subemphyteuticatione, ſi opus non eſſet requirere conſenſum Domini directi, vltra amiſſionẽ laudemiorum, & prælationis, innumera præiudicia ei orirentur, de quibus hic. *ibid.num.*19.

in Subemphyteuticatione conſenſus Domini directi omninò neceſſarius dicitur cauſa proxima, & immediata. *deciſ.40. num.25. & 26. Ghiſilerio.*

in Emphyteuſis conceſſione, ſi ſit deta licentia alienandi, intelligitur prius requiſito conſenſu Dñi. *ibidem num.27.*

Subiectio, & ſuperioritas iudicatur ex ſolutione canonis. *deciſ.203. num.20. Pirouano.*

Subiectum perſonæ, ſi deficiat, cui obligatio poſſit cohærere, ſequitur contra eam, nullam oriri obligationem. *deciſ.154. num.2. Dunozet.*

SVBREPTIO.

Subreptio inducitur, quando Principi non fuit narratum id, quod ſi ſciuiſſet, vel gratiam denegaſſet, vel difficilius conceſſiſſet.*d.95.n.61.Merlino.*

Subreptio, vt excludatur, ettenditur tempus datæ gratiæ. *deciſ.99. num.2. Panzirolo.*

Subreptio non intrat ex taciturnitate eius, quod Papam non reddidiſſet difficiliorem ed gratiam cõcedendam. *deciſ.222. num.23. Merlino.*

pro Subreptione euitanda ſufficit id, quod non fuit expreſſum Papam potuiſſe in genere cogitare. *dec.222.num.2. Merlino.*

Subreptio non inducitur, niſi quoad ea, quæ extant de tempore datæ litterarũ.*d.140.n.1.Panzirolo.*

Subreptio ceſſat, ſi non narrentur ea, quæ ſi fuiſſent narrata, non retraxiſſent Pepam à conceſſione gratiæ. *deciſ.140.num.7.Panzirolo.*

SVBROGATIO.

ad Subrogationis effectum beneficium vt dicatur litigioſum, quid ſufficiat. *deciſ.7.num.10. Carrillo.*

Subrogatio in beneficio debetur, ſi concurrant illa tria requiſita, nempe Clericatus, lis, & obitus in poſſeſſione. *deciſ. 7.num.8. Carrillo.*

Subrogatio in beneficio, ſi lis nõ eſt ſuper titulo beneficij nullatenus conceditur. *ibid.num 9.*

in Subrogatione gratioſa habẽte vim collationis tertium requiſitum probandum ad effectum obtinẽdi immiſſionem, eſt affectio ex appoſitione manus Papæ. *deciſ.237.num.1. Motmanno.*

Lis ſi non ſit ſuper beneficio, ſubrogatio in eo nõ datur. *deciſ.7.num.9.Carrillo.*

SVBROGATVS.

Subrogato in locum alicuius, competunt omnia iura tàm actiua, quàm paſſiua eius, in cuius locũ eſt ſubrogatus, niſi expreſsè tollantur. *deciſ.279. num.5. & 7 Merlino.*

Subrogato gretioſè, quibus concurrentibus non poſſit denegari immiſſio. *deciſ.225.nu.16. & 17. Coccino.*

Subrogata bona ſi ſint in locum bonorum fideicommiſſariorum alienatorum veniunt in reſtitutione fideicommiſſi. *deciſ.126. num.30. Ghiſilerio.*

Subſcribens fatetur expreſsè omnia in apoca contẽta eſſe vera. *deciſ. 187. num.5. Panzirolo.*

Subſcriptio ex Statut. Vrb. lib. 1. c. 149. requiritur etiam in donatione, quæ fit contemplatione matrimonij contrahendi, quando non proceſſit ex cauſa neceſſaria, vel non contineat aliquod commodum donantis.*deciſ.241.num.26. Ghiſilerio.*

Subſtitutus ab inteſtato ex clauſule codicillari plus conſequi non poteſt, quàm fuiſſet conſecutus, ſi alio hærede inſtituto ad ſui fauorem fuiſſet factum fideicommiſſum. *deciſ.206.nu.13. & 24. Coccino.*

SVBSTITVTIO.

Subſtitutio, quando non ſit extendenda de vno proximiore ed alium, ſed poſtquam ad proximiorem deuenerit, extinguatur fideicommiſſum contrarium. *deciſ.126. num.18. 19. & 20. Ghiſilerio.*

Subſtitutio, quando intelligatur tantum de ijs, qui fuerunt proximiores de tempore purificati fideicommiſſi. *deciſ.126. num,17.Ghiſilerio.*

Subſtitutionis caſus, quando non euanuit, illa omninò deficit. *deciſ.149. nu.1. Buccabella.*

Subſtitutio compendioſa non continet pupillarem, quando verba non ſunt directa.*deciſ.120.num.10. Dunozet.*

Subſtitutio compendioſa, ſi ſit facta per verba ciuilia directa, continet pupillarem etiam matre exiſtente in medio. *deciſ.120.nu 6. & 7.Dunozet.*

Subſtitutio, quando dicatur compendioſa, licet non ſit adiecta, dictio, quandocumque. *ibid. num. 5.*

Subſtitutio compendioſa, & continet in ſe nedum fideicommiſſariam, ſed etiam vulgarem inter ipſos ſubſtitutos ſucceſſiuè vocatos. *deciſ.149. num.3. Buccabella.*

Subſtitutio compendioſa per aditionẽ primi heredis inſtituti minimè expirat, ſed adhuc viget, vt ſecũdo loco ſubſtitutus ſubintret in locum primi perẽpti, & caducati ob defectum non exiſtentiæ conditionis. *deciſ.149. num.4. & 5. Buccabella.*

Subſtitutio exemplaris facte cõtra formam præſcriptam in l. humanitatis. C. de impub. eſt omninò inualida & nulla *deciſ.106.num.10. Buccabella.*

Subſtitutio exemplaris eſt nulla ob præteritionem filiorum. *deciſ.195. num. 1. & 6. Dunozet.*

Subſtitutio exemplaris facta à patre filijs mente captis non reputatur teſtamentum patris, ſed filiorum. *deciſ.238. num.7.Panzirolo.*

Subſtitutio exemplaris euaneſcit, ceſſante filiorum de-

dementia. *deciſ. 238. num. 8. Panzirolo.*
Subſtitutio pupillaris excludit matrem ſi ſit facta per verba directa ſiue ciuilia, ſiue non ciuilia. *deciſ. 120. num. 8. Dunozet.*
Subſtitutio pupillaris excludit matrem à legitima. *deciſ. 120. num. 1. 4. & 5 Dunozet.*
Subſtitutionem pupillarem quando dubium eſt, an pater voluerit facere etiã matre in medio, recurrendum eſt ad coniecturas. *ibid. num. 21.*
per Subſtitutionem pupillarem ſucceditur pupillo, non teſtatori. *ibidem num.* 10.

SVCCEDENS.

Succedens ab inteſtato non dicitur habere titulum à defuncto, ſed à lege. *dec. 200. num. 7. Veroſpio.*
Succedens defuncto videtur habere pro ſe iudicium illius. *deciſ. 163. num. 4. Veroſpio.*
Succedens ab inteſtato titulum ei delatum à lege fundatur in præſumpta voluntate defuncti, quam lex videtur interpretari in vocatione agnatorum. *deciſ 200 num 8. Veroſpio.*
Succedens ab inteſtato alicui dicitur permiſſiuè admiſſus, non autem per veram diſpoſitionem. *deciſ. 200 num. 9. Veroſpio.*
Succedens ab inteſtato, quando dicatur ſuccedere ex voluntate defuncti. *deciſ. 163. num. 17. Veroſpio.*
Succedens ab inteſtato, dicitur habere hæreditatem defuncti, quia ipſe illam non ademit, non quia illam ei reliquiſſe videatur *deciſ. 163. nu. 16. Veroſp.*
Succedens ex propria perſona, & non tanquam hæres, ei non obſtant, quæ per ſuum anteceſſorem fuerunt facta. *deciſ. 182. num. 23. Veroſpio.*
in *Succeſſionis* materia legitimus naturali præfertur. *dec. 194. num. 50. Dunozet.*
Succeſſio ab inteſtato non continetur ſub teſtamentis, codicillis, ſubſtitutionibus, legatis, donationibus &c. *deciſ. 200. num. 6. Veroſpio.*

SVCCESSOR.

Succeſſoris nomen ſignificat hæredes vniuerſales. *deciſ. 72. num. 3. Pirouano.*
contra Succeſſorem probant acta iudiciaria facta contra anteceſſorem. *deciſ. 12. num. 4. Veroſpio.*
Succeſſor, quod ſit filius in domo, ſtatu, & maioricatu aliud eſt, & aliud ſi ſit filius, & ſucceſſor in hæreditate. *deciſ. 180. num. 35. Pirouano.*
Succeſſorum appellatione in materia tranſitoria ad quoſcumque hæredes, veniunt etiam hæredes extranei. *deciſ. 72. num. 2. Pirouano.*
Succeſſor poteſt petere manutentionem à ſuo anteceſſore petitam. *deciſ 246. num. 1. Coccino.*
Succeſſor quis per donationem non poteſt præiudicare. *deciſ. 147. num. 12. Carrillo.*
contra Succeſſorem in beneficio manutenendus eſt penſionarius. *deciſ. 62. num. 27. Motmanno.*
Summa maior ineſt minori. *deciſ. 267. nu. 6. Coccino.*
Sumptibus maximis, & laboribus remiſſoriæ parcendum eſt, quando aliquid per aliam viam docetur. *deciſ. 73. num. 14. Coccino.*
Sumptum de ſumpto regulariter non probat. *deciſ. 201. num. 14. Dunozet.*

SVPERFLVITAS.

Superfluitas ſaluatur, ſi aliquid fuerit prolatum ad maiorem ipſius diſpoſitionis declarationem. *deciſ. 249. num. 21. Pirouano.*
Superfluitas potius eſt tolleranda, quam filia vltimi grauati excludatur à ſucceſſione propter tranſuerſales. *dec. 144. num. 12. Gbiſlerio.*
in Superfluitatem ne incidamus omnis intellectus capi debet etiam in materia ſtricta, & odioſa. *deciſ. 254. num. 83. Matth.*
Superfluum nihil debet eſſe in diſpoſitionibus. *deciſ. 59 num. 12 Merlino.*
Superior Religionis non poteſt renunciare priuilegiis Religionis. *deciſ. 44. num. 11. Coccino.*
Supplementum legitimæ, quando petitur, non competit retentio, ſed ſolum actio perſonalis. *deciſ. 9. num. 42. Merlino.*

SVPPLICATIO.

Supplicationi ſola Signatura ſufficit, quando non agitur ſuper canonizatione gratiæ, ſed ſuper abſolutoria, quam quis petit, tanquam poſſeſſor. *deciſ. 213. num 31. Veroſpio.*
Supplicatio probat, quando tantum agitur ad probandam impetrationem, & præcedentem vacationem. *deciſ. 246. num. 6. Coccino.*
Supplicatio ſola ſuffragatur, etiamſi non exhibeantur litteræ expeditæ, ſi non agatur de canonizando aliquid *deciſ. 218. num. 8. Gbiſlerio.*
ob *Suſpicionem* fugæ permittitur id, quod aliàs de iure non permitteretur. *dec. 4. num. 10. Gbiſlerio.*
Suum iactare nemo præſumitur. *d. 272. n. 10. Coccino.*

T

T*Acita* diſpoſitio ceſſat, dum adeſt expreſſa. *deciſ. 163. num. 34. Veroſpio.*
Taciti vis, & poteſtas non debet eſſe maior, quàm expreſſi. *deciſ. 262. num. 22. Merlino.*

TACITVRNITAS.

Taciturnitas iuris tertij vitiat reſcriptum, & illud ſubreptitium reddit. *deciſ. 24. num. 26. Dunozet.*
ex Taciturnitate eius, quod Papa non reddidiſſet difficiliorem ad gratiam concedendam, non cauſatur ſubreptio. *deciſ. 222. num. 23. Merlino.*
per Taciturnitatem, vt inducatur litis derelictio eſt lapſu temporis debet interuenire ius calumnioſũ tacentis. *deciſ. 1. num. 13. Coccino.*
Taxatio intereſſe an ab initio poſſit fieri. *deciſ. 55. num. 8. Pirouano.*
Taxationem expenſarum Iudex quãdo reſeruat cui de iure, illa cenſetur remiſſa Iudici appellationis ad quem ſimul cum negocio principali. *deciſ. 198. num. 14. Veroſpio.*

TEMPVS.

Tempus vitæ Prælati iniuſtè alienantis bona Eccleſiaſtica, ſubducitur in præſcriptione, quia is non videtur Prælatus, & legitimus defenſor, quoad illam rem, & cum dereliquerit ſuam Eccleſiam cenſetur vacare toto illo tempore vitæ. *deciſ. 94. num. 15. Merlino.*
Tempus vitæ Prælati alienantis bona Eccleſiæ deduci debet, vt præſcribatur remedium recuperandæ, quando dicta bona malè fuerunt alienata. *deciſ. 294. num. 29. Veroſpio.*
Tempus centum annorũ ab omnibus reputatur antiquum, in materia probationis orientis ex publicis inſtrumentis. *deciſ. 10. num. 4. Veroſpio.*
Tempus 100. annorum, in materia iurispatronatus

quid

quid operetur. *deciſ.29. num.* 1. *Ghiſilerio.*

Temporis lõgiſſimi lapſus inducit mutationem perſonarum eiuſdem familię, & excuſat variationem. *deciſ.88.num.13. Ghiſilerio.*

Tempus longiſſimum eſt potens probare titulum, cum ſnis qualitatibus. *dec.212.num.9. Pirouano.*

Temporis longi curſu ſtante, præſumitur obliuio. *deciſ.9.num.45. Merlino.*

Tempus litis eſt omninò detrahendum ad effectum, vt introducatur obſeruantia. *dec.66.n.9. Ghiſilerio.*

vſque ad Tempus motæ litis cenſetur continuata poſſeſſio ſemel probata, niſi probetur interrupta. *deciſ.12. num.9. Veroſpio.*

Tempus motæ litis detrahi debet, vt aliquid præſumatur validum ex curſu temporis. *deciſ.16. nu.9. Veroſpio.*

Tempus litis demendum eſt in probanda immemorabili. *deciſ.22. num.12. Veroſpio.*

Tempus litis demi debet in præſcriptionibus. *deciſ.294 num.30. Veroſpio.*

de Tempore legitimo niſi doceatur, obijci non poteſt præſcriptio. *deciſ.21. num.11. Coccino.*

de Tẽpore loqui, & de perſona loqui, iſta ſunt multum inter ſe diuerſa. *deciſ.190.num.17. Panzirolo.*

Tempus datæ gratiæ debet attendi ad effectum iuſtificationis cuiuslibet narratiuæ. *deciſ.199. num.3. Panzirolo.*

à Tempore præterito ad præſens non valet illatio in materia continuationis poſſeſſionis vltra terminũ 100. annorom. *deciſ.12. num.10. Veroſpio.*

ex Temporis curſu pręſumi debet omnia interueniſſe, quæ requiruntur ad validitatem actus. *deciſ.16. num.2. Veroſpio.*

pro Tempore vitæ ſuæ, quis benè poteſt donare vsũfructum. *deciſ.238. num.12. Panzirolo.*

Tempus de momento ad momentum admittitur in rebus odioſis, & præiudicialibus. *deciſ.226. n.49. Ghiſilerio.*

Tempus, quando eſt fundamentum intentionis alicuius, eſt præciſè ab eo probandum. *deciſ.223. num 14. Veroſpio.*

Tempus, quando eſt de ſubſtantia alicuius actus, illud debet præciſè probari. *deciſ.99. n.10. Panzir.*

Tempore quocumque eſt optabile id, ex quo reſultat commodum, & honor. *d.134. n.5. Panzirolo.*

Tempus, quando eſt fundamentum intentionis alicuius, debet præciſè, & concludenter probari. *deciſ.130. num 19. Veroſpio.*

Temporibus priſcis dos 1500. aureorum notabilis erat. *deciſ.30. num.21. Merlino.*

Temporis ſingula momenta cõſiderantur in acquiſitione, & reſtitutione fructuũ. *d.3. n.24. Merlino.*

ex Temporis ſolo curſu, iuſtitia tituli probari non poteſt. *deciſ.16. nu. 3. Veroſpio.*

Tempus quadrimeſtre ad præſentãdum patronis incipit currere à die habitæ notitiæ. *deciſ.221. n. 9. Panzirolo.*

Tempus, quando eſt de ſubſtantia eius, quod eſt probandum, ſi teſtes ſuper eo præciſè non deponunt, nihil probant. *deciſ.127. num.20. Merlino.*

Tempus contractus attenditur in materia aſſecurationum. *deciſ.47.num.2. Panzirolo.*

Tenendum eſt indubitãter, quod omnes opinantur. *deciſ.252. num.4. Motmanno.*

TERMINVS.

in Terminorum materia, ſi ſit lata ſententia, & eius vigore ſint appoſiti limites, ſi poſtea amoueantur, poteſt peti iterum eiuſdem ſententiæ executio contra nouiter turbantes *deciſ.1.num.23. Coccino.* & quare num.24.

pro Termino, ſeu confine, quod datur non comprehenditur intra fines, ſed adiacet finibus rei, ſeu fundi demõſtrati. *deciſ.215.num.9. Pirouano.*

Termini & limites locorum Diœceſis probantur ex depoſitionibus teſtium & adminiculis. *deciſ.22. num 2. Veroſpio.*

Vide ſupra in verbo Confines.

Termini non debent confundi, ſed ſingula ſingulis referri. *dec.233.num.12. Carrillo.*

intra Terminum iuris ſi appellans non redijt, p Apoſtolis; nec cauſa reperitur commiſſa intra dictum terminum, ſententia tranſit in iudicatum. *deciſ.233.num.1. Carrillo.*

Terminari ibi debet iudicium, vbi eſt cœptum. *deciſ.70. num.6. Buccabella.*

Territorium, quod ſit ſeparatum à iuriſdictione Epiſcopi ex quo doceatur. *deciſ.203.n.13. Pirouano.*

Tertiæ debentur tanquam ſors principalis, & capitale, non autem acceſſoriè ad aliud capitale. *deciſ.3.num.10. Merlino.*

Tertiæ Eccleſiaſticæ ſolitæ erant concedi Regibus Caſtellæ à Sede Apoſtolica occaſione bellorum, quæ ſubſtinebant contra Mauros. *dec.182.nu.16.17.& 18. Veroſpio.*

TERTIVS.

Tertius admiſſus ad cauſam in ſtatu, & terminis, in quo cauſa reperitur, non poteſt impedire cauſę expeditionem. *deciſ.214. num.13. Carrillo.*

Tertius veniens ad cauſam, dum cognoſcitur an habeat intereſſe, interim non poteſt impedire progreſſum, & expeditionem cauſæ, quoad alium petentem immiſſionem. *deciſ.48.num.7. Pirouano.*

Tertius admiſſus ad cauſam in ſtatu, & terminis in quo reperitur, ei obſtat ſententia lata, ac ſi contra ipſum indiuidualiter promulgata eſſet. *deciſ.304. num.4. Macchiauello.*

contra Tertios poſſeſſores beneficij manutenendus eſt penſionarius. *deciſ.62. num.27. Motmanno.*

contra Tertios poſſeſſores non poteſt procedi pro executione mandati contra alios relaxati via executiua, ſed agendum eſt via ordinaria. *deciſ.113. num.11. Rojas*

Tertius verò eſt, quando frater, vel pater parati sũt ſorores, vel filias non maritatas, nec dotatas cum effectu dotare. *deciſ.110. num.1. Motmanno.*

à Tertio ſi fiat alienatio bonorum litigioſorum, tenet talis alienatio. *dec.228. num.16. Veroſpio.*

Tertius de proximitate dare non poteſt, inuito eo, de cuius proximitate agitur. *dec.126. n.16. Ghiſiler.*

Tertij iuris taciturnitas vitiat reſcriptum, & illud ſubreptitium reddit. *deciſ.24. num.25. Dunozet.*

Tertius non poteſt atteſtari de alterius animo, & voluntate. *deciſ.100.num.10. Merlino.*

Tertius poteſt pro alio rem aliquã emere, & ei acquirit, & non ſibi, licet nomine ſuo obtulerit, & inſtrumentum in propria perſona confecerit. *deciſ.152. num.1. Coccino.*

Ter-

Tertius non poteſt dare de inſinuatione. *deciſ.125. num.15. Ghiſilerio.*

Tertij ius quis non poteſt allegare. *dec.8. num.14. Dunozet.*

TESTAMENTVM.

Teſtamento condito ceſſant ſtatuta diſponentia ab inteſtato. *deciſ.60.num.18. Motmanno.*

Teſtamentum patris eſt nullum ob præteritionem filiorum. *deciſ.206.num.1. Coccino.*

Teſtamentum patris, tunc eſt nullum ob præteritionem filiorum, quando filij dederint de nullitate. *ibid.num.2.*

Teſtamentum patris non reputatur ſubſtitutio exēplaris facta per eum filijs mente captis, ſed bene teſtamentum filiorum. *deciſ.218. num.7. Panzir.*

Teſtamentum inter liberos, ad pias cauſas ſubſtinetur etiã ſi ſcriptura à Notario coram teſtibus non fuerit lecta, nec publicata.

Et hoc ea ratione, quia cum hæc reſpiciant ſolemnitatem, illorum defectus, illud non vitiant. *deciſ. 108 num.2.3 Motmanno.*

Teſtamentum inter liberos, ſiue ad pias cauſas, ſi redarguatur ex capite imperfectæ voluntatis etiã ſi quacumque ſolemnitate ſit munitum quibuſcūque non obſtantibus, teſtamentum nequaquam ſubſtinetur. *deciſ.108. num.4. Motmanno.*

in Teſtamento condito fauore piæ cauſæ, non eſt neceſſaria illius ſtipulatio, ſeu publicatio ad illius validitatem, ſed ſolummodo ad probationem voluntatis. *ibid.num.12.*

Teſtamentum, quando eſt conditum fauore piæ cauſæ, ſufficit, vt de eo conſtet per teſtatoris ſubſcriptionem. *ibid. num.13.*

Teſtamentum, quando quis condit non ſolum ſi ſit ſenex, ſed etiam ſi ſit floridæ ætatis, ſemper videtur cogitare de morte. *deciſ.142.num.8. Panzir.*

Teſtamenti ſcriptura, antequam coram teſtibus ſit publicata, nihil actum eſt quod ſubſiſtat. *ibid.n.17.*

Teſtamentum, quando eſt nullum, ſi habeat clauſulam codicillarem, licet non ſubſtineatur iure directo, tamen hæres ab inteſtato per viã fideicommiſſi hæreditatem tenetur reſtituere hæredi ſcripto. *deciſ 206. num.4 & 17. Coccino.*

Teſtamenti vna pars declaratur ab altera. *deciſ.231. num.14. Merlino.*

Teſtamenti reuocatio, vt probetur, quid requiratur. *deciſ.108 num.21. Motmanno.*

Teſtamentum, quando eſt validum, cum omnibus ſolemnitatibus iuris conditum, conſequenter hæredem in eo inſtitutum dicitur fuiſſe validè, & ritè inſtitutum *deciſ.233. num.33. Carrillo.*

in Teſtamento, in quo filius eſt præteritus, ſi adſit clauſula codicillaris, tunc ab inteſtato ſuccedens cenſetur grauatus reſtituere hæreditatem hæredi ſcripto abſque alia conditione. *deciſ.170. num.2. 10. & 13. Pirouano.*

Teſtamentum eſt nullum ob præteritionem filiorū. *deciſ.170.num.1. & 9. Pirouano.*

in Teſtamentorum interpretatione particularis vſus ſeu conſuetudo teſtatoris præferēdus venit communi vſui, ſeu conſuetudini *d 239 n 9. Veroſpio.*

Teſtamentum ille qui facit, licet ſit viuens, attamē diſpoſitio in eo facta, non dicitur facta in vita. *deciſ.104. num.7. Panzirolo.*

in Teſtamēto contractus poſſunt celebrari. *ibid.n.9.*

Teſtamentum ſuum non ſortitur effectum, niſi poſt mortem. *ibid. num.8.*

Teſtamenti vna pars expreſſa declarat alteram partem dubiam. *deciſ.138. num.5. Panzirolo.*

Teſtamentum non recipit robur, nec ſortitur effectum. niſi poſt mortem teſtatoris. *deciſ.231.n.12. Merlino.*

Teſtamentum de iure Canonico coram Parocho, & duobus teſtibus conditum ſubſtinetur. *deciſ.115. num.7. Motmanno.*

Teſtamentum ſi exhibeatur non abolitum, nec cancellatum, nec in aliqua ſui parte vitiatum, hæredi ſcripto debetur immiſſio. *ibid. num.1.*

in Teſtamento non niſi tacitè ea continentur, quæ oculis corporeis legi non poſſunt, ſed intellectu percipiuntur. *dec.189 num.17. Panzirolo.*

Teſtamentum impugnans, priuandus eſt omni commodo, ex d. teſtamento ei relicto. *deciſ.195.nu.5. & 7. Dunozet.*

in Teſtamentis ſola voluntas non eſt ſufficiens, ſed certæ ſolemnitates à iure ciuili introductæ requiruntur. *deciſ.81. num.12 Motmanno.*

Teſtamenti vna pars aliam declarat. *deciſ.77. nu.31. Panzirolo.*

Teſtamentum impugnans, cum clauſula ſine præiudicio iurium ſibi in eo competen. quid operetur. *deciſ.195. num.9. Dunozet.*

in Teſtamentis ratio, quæ deſumitur ex veriſimili mente teſtatoris multum vrget. *deciſ.149. nu.18. Buccabella.*

Teſtamentum, qui dicit eſſe reuocatum, concludenter d. reuocationem probare tenetur. *deciſ. 108. num 9. Motmanno.*

Teſtamentum ſecundum non tollit primum, quando ſecundum eſt nullum, & inualidum. *deciſ. 172. num.5. Coccino.*

Quod procedit etiam in ſecundo teſtamento ſi extet clauſula ceſſans, & annullans. *ibid. num.6.*

Teſtamentum ſecundum tollit primum. *deciſ.172. num 5. Coccino.*

Teſtati cauſa facit ceſſare cauſam inteſtati. *dec.122 num.12. Ghiſilerio.*

TESTATOR.

Teſtator ad illos tantum præſumitur habuiſſe affectionem, qui eo viuente ſunt nati. *dec.77. num.7. Panzirolo.*

Teſtatoris affectio magis cadit in natis tempore ipſius mortis, vti ab eo cognitis, quàm in natis poſt obitum, vti non cognitis *deciſ.77. n.10. Panzir.*

Teſtator, quando dicatur in vocatione proximiorū de Caſata conſideraſſe ſolum agnationem deficiēte deſcendentia ipſius teſtatoris. *deciſ.126.nu.11. Ghiſilerio.*

Teſtator non præſumitur habuiſſe rationem perpetuæ conſeruationis agnationis, ſi vocauit aliquem, & vltra per vulgarem tantum. *d.77 n.12. Panzir.*

Teſtator ex quibus probetur, quod habuerit rationē conſeruãdæ agnationis *deciſ.126.nu.8. Ghiſilerio.*

Teſtator apparet enixè deſideraſſe perpetuam ſuæ agnationis ac familiæ conſeruationem ex eo, quod vocauit maſculos excluſis fœminis, quas competenter dotari voluit. *deciſ.185.nu.10 Buccabella.*

Item ſi in defectum agnatorum vocauit alios, cum

onere

onere aſſumendi nomen, & inſignia ſuæ domus. *ibid.num.*11. & 12.

Teſtatoris ſummus amor erga aliquem nõ operatur, vt eius teſtamentum aliter interpretari debeat, quàm coniecturæ vrgentiſſimæ ſuadent. *deciſ.*142. *num.*12. *Panzirolo.*

Teſtatoris aſſertiones, quando probãtur minori numero, quàm 7. teſtium. *dec.*108. *nu.*6. *Motman.*

Teſtator veriſimiliter non iuſſiſſet bona ſtabilia vẽdi pro ſoluendo ære alieno, ſi adfuiſſent bona mobilia ſufficientia. *deciſ.*127.*num.*16. *Merlino.*

Teſtator quando iuſſit bona vendi pro ſoluendo ære alieno, tũc enim cenſetur hæres breui manu emiſſe ab hæreditate, & debita hæreditaria pretio ſoluiſſe. *deciſ.*127.*num.*12. *Merlino.*

Teſtator præſumitur voluiſſe compenſare dotem cũ legato relicto eius vxori, ſi fideicõmiſſum ab ipſo factum notabiliter remaneret extinctum.*dec.*312. *num.*6 *Panzirolo.*

Teſtator præſumitur proſpexiſſe conſeruationi ſuæ famlliæ, quod in perpetuum per hæredes deferatur nomen, & arma ipſius. *ibid. num.* 21.

Teſtator præſumitur ſe voluiſſe conformare cum diſpoſitione ſtatutaria.*deciſ.*138.*num.*10.*Panzir.*

Teſtator videtur confirmare donationem factam alicui, ſi eum inſtituerit hæredem. *deciſ.*27. *num.*8. & 9. *Motmanno.*

Teſtator, ſi aliquid enixè deſiderauit, non eſt veriſimile, quod ſe voluerit reſtringere ad caſum valde euentualem. *deciſ.*134 *num.*4 *Panzirolo.*

Teſtatoris legatũ nullo modo poteſt appellari eius præceptum, tendens ad implendam obligationem iam ab eo cõtractam *deciſ.*241.*nu.*35. *Ghiſilerio.*

Teſtator præſumitur voluiſſe vt legatum compenſaretur cum debito, ſi expreſſerit certa bona cum quibus nolebat, vt intraret compenſatio.*dec.*312. *num.*10. *Panzirolo.*

Inter Teſtatorem, & legatarium quando adeſt coniunctio, tunc legata non veniunt ſtrictè interpretanda. *deciſ.*239. *num.*10. *Veroſpio.*

Teſtator, ſi in teſtamento mandauit, vt omnia eius debita ſoluantur, cenſetur etiam intellexiſſe de debitis, quæ obligationem ciuilem non habent, ſed ſolum naturalem, & in foro conſcientiæ. *deciſ.*81. *num.*1. *Motmanno.*

Et huius dicti ratio eſt, quia eum tunc præſumitur memor ſalutis æternæ. *ibid.num.*2.

Teſtator, ſi mandet ſolui omnia eius debita, intelligitur voluiſſe, quod ſoluãtur etiam ea debita, quæ carent obligatione ciuili, ſubſiſtente tamen naturali *deciſ.*119. *num.*2. *Motmanno.*

Et hæc eſt verior, & magis communis opinio. *ibidem num.* 3.

Atque ea eſt ratio, quia d. debita cenſentur efficacia, quoad teſtantem volẽtem exonerare conſciẽtiam ſuam. *ibid. num* 4.

Teſtator præſumitur, ſe conformaſſe, cum diſpoſitione iuris. *deciſ.*76. *num.*18. *Merlino.*

Teſtator ſi erat debitor alicuius, & mandet hæredi quod ſoluat debitum, tunc eius voluntas ſeruanda eſt non in vim legati, vel teſtamentariæ diſpoſitionis, ſed in vim præcedentis obligationis, quam voluit ſeruari, re ipſa cenſetur adempta facultas dandi de illius nullitate.*deciſ.*241.*n.*29.*Ghiſilerio.*

Et hæres ſic adeundo hæreditatem dicitur ſe obligaſſe ad dictum præceptum. *ibid. num.*30.

Teſtator, ſi mandet hæredi, vt ſoluat aliquod debitum, ſi conſtet de eius promiſſione, cenſendũ eſt, quod voluit id obſeruari, & adimpleri, quoquomodo ſe obligauerit.*deciſ.*241.*num.*31.*Ghiſilerio.*

Cum validitas, vel inualiditas pendeat ab eius voluntate, & potuit ſic præcipere. *ibid. num.* 31.

Teſtator mandare poteſt, vt ſtetur declarationi ſui creditoris circa id, quod ei debet. *deciſ.*239. *n.*2. *Veroſpio.*

Teſtatoris dementia non releuat, niſi fuerit probata de tempore teſtamenti, & quidem concludenter. *deciſ.*233 *num.*25. *Carrillo.*

Teſtator, ſi magnopere dilexit aliquem, non eſt veriſimile, quod voluerit ei præferre natos poſt mortem ipſius, quos non agnoſcit. *deciſ.*77. *num.*11. *Panzirolo.*

Teſtator, ſi diſpoſuerit, quod quis aliqua re gaudeat eius vita durante, iſta verba nihil aliud importare videntur niſi vſumfructum *deciſ.*238.*n.*3.*Panzir.*

Teſtator, quando vocauit aliquos per tractum infuturum, & ſucceſſiuam diſpoſitionem per fideicõmiſſariam, cenſetur vocaſſe etiam natum poſt ipſius mortem. *deciſ.*142 *num.*3. *Panzirolo.*

Teſtator quando imponit onus fideicommiſſario. vt eius nomen, & arma aſſumat, cenſetur iniunctum tale onus in vim modi, non autem conditionis. *deciſ.*310. *num.*6.*Panzirolo.*

Teſtator ſi filios præterierit, eius teſtamentum non ſubſtinetur. *deciſ.*74. *num.*1. *Buccabella.*

Teſtator, ſi vocauerit filium, qui tunc erit viuens de tempore ſui obitus. per illud aduerbium tunc videtur limitari vocatio ad natos, non autem extẽdi ad naſcituros. *deciſ.*142.*num.*22. *Panzirolo.*

Teſtator, ſi filio naſcituro aliquem ſubſtituit, ſi non naſcatur filius, deficit ſubſtitutio *nu.*17. & quando id non procedat. *deciſ.*149. *num.* 11.12. & 14. *Buccabella.*

Teſtator, ſi aliquid alicui reliquerit, ſi filios maſculos nõ habuerit, ſi habeat nepotem ex filia, an deficiat conditio. *deciſ.*195. *num.* 17. *Dunozet.*

Teſtator, ſi vocauit filium eius, qui tempore teſtamenti nullos habebat filios, præſumitur intellexiſſe de filijs naſcituris *deciſ.*77. *num.*20. *Panzir.*

Teſtator non eſt veriſimile, quod voluerit excludere filium poſthumum ex hoc, quod non eſt natus tempore ſui obitus. *ibid. num.* 30.

Teſtator, ſi vocauit filios filiarum non adhuc nubilium, præſumitur intellexiſſe de filijs naſcituris poſt eius obitum. *ibid. num.*19.

Teſtator dicitur diſcretiuè locutus de fœminis, ſi vocauerit lineam maſculinam deſcendentium, & mandauit fœminas dotari.*d.*126. *n.*5. & 6 *Ghiſil.*

Teſtator, ſi fœminas deſcendẽtes ex fratre ſubſtituit, deſcendentibus ex filio poſitis ſub conditione, cenſetur iſtos vocaſſe. *deciſ.*61. *num.*9. *Merlino.*

Teſtator, an fuerit furioſus, id percipi non poteſt ex momento temporis, ſed ex quodam diſcurſu, & multitudine actuum.*deciſ.*233 *num.*27. *Carrillo.*

Teſtator præſumendum eſt, quod fuerit ſanæ mẽtis, ſi fecerit teſtamentum prudenter, & bene ordinatum. *deciſ.*233. *num.* 29. *Carrillo.*

Et hoc ſufficit ad eius validitatem, etiamſi fuiſſet

factum ab eo, qui aliquando habuit dilucida internalla. *ibid. num.* 30.

Teſtatoris præceptum de ſoluẽdis omnibus debitis, reſtringenda eſt ad ea debita, quæ ſunt efficacia, & quæ nulla exceptione elidi poſſunt. *decif.* 81. *num.* 3. *Motmanno.*

Teſtator, quod fuerit mentis ſanæ nulla maior coniectura dari poteſt, quàm ea, quæ deſumitur ex qualitate teſtamentariæ diſpoſitionis. *decif.* 233. *num.* 31. *Carrillo.*

Teſtator præſumitur ſanæ mentis, niſi contrarium probetur, & alleganti furorem de tempore teſtamenti, vel alterius actus, incumbit onus probandi, & quidem concludentiſſimè. *ibid. num.* 19.

Teſtator, quando apparet, quod voluit abſolutum fideicommiſſum, tunc receditur à conſ. 21. Oldrad. *decif.* 185. *num.* 5. *Buccabella.*

Teſtator, ſi mandauerit hæredibus, vt eius vxori reſtituant dotem, omni exceptione remota, quid hoc importet. *decif.* 274. *num.* 6. *Virili.*

Teſtator, quando aliquem hæredem inſtituit, voluit etiam, vt in eum tranſeat iuſpatronatus. amplia vt hic. *dec.* 206. *num.* 21. *Coccino.*

Teſtatori licet diſponere de re ſui hæredis. *decif.* 72. *num.* 13. *Pirouano.*

Teſtator, ſi hæredem inſtituerit ſub cõditione, quod ſi filios non habuerit, teneatur reſtituere hæreditatem alteri, & ſic etiam diſpoſuit de alteris ſubſtitutis, tunc vno decedente cum filijs expirat ſubſtitutio. *decif.* 185. *num.* 6. *Buccabella.*

Teſtator, ſi eiſdem verbis, quibus vſus fuit in inſtitutione hæredis, relinquat etiam d. hæredi facultatem adimendi legata, tunc hæres etiam in vltima voluntate poteſt illa adimere. amplia num. 4. *decif.* 190. *num.* 3. & 4. *Panzirolo.*

Teſtator, quando hæredes ſibi inſtituit nepotes ex diuerſis fratribus, tunc illius hæreditas inter eos debet diuidi in capita, & non in ſtirpes *decif.* 138. *num.* 1. *Panzirolo.*

Et hanc opinionem tãquam melioribus rationibus fulcitam ſequitur Rota reiecta contraria opinione Accurſ. *ibid. num.* 2.

Teſtator, ſi iuſſerit hæredi grauato, vt inuentarium conficeret, ſi hæres illud nequaquam confecit, intrat indiſtinctè præſumptio ſubtractionis bonorũ, & ſatisfactionis. *dec.* 164. *num.* 3. *Ghiſilerio.*

Teſtatori, ſi aliqui ſunt pariter incogniti, dicendum eſt quod æqualiter ſint dilecti. *decif.* 77. *num.* 25. *Panzirolo.*

Teſtator inſtituens poſthumum, ſi ipſo viuo naſcetur, ſic intelligitur inſtituiſſe, ſi poſthumus naſcatur mortuo teſtatore, vel è contra. *decif.* 142. *nu.* 16. *Panzirolo.*

Teſtator, ſi purè, & ſimpliciter prohibuerit legatario ne aliud præter legatum petere poſſit, ſi aliquid petat, non auditur. *decif.* 257. *num.* 6. *Panzirolo.*

Teſtator, quando deficiente linea, vocauit Eccleſiã, ex hoc reſultat ſucceſſiuum, ac perpetuum fideicommiſſum inter illos de linea. *d.* 97. *n.* 6. *Panzir.*

Alioquin d. vocatio locum non habere non poſſet, niſi omnes de linea vocati eſſent. *ibidem num.* 6.

Teſtatoris mens neceſſitas vt adimpleatur, facit vt non attendatur proprietas verborum. *decif.* 142. *num.* 28. *Panzirolo.*

Teſtatoris mens ex illius verbis potiſſimum eſt colligenda. *decif.* 238. *num.* 2 *Panzirolo.*

Teſtatoris mens, cui lex non reſiſtit executioni demandanda eſt. *decif.* 77. *num.* 34. *Panzirolo*

Teſtatoris mentis adimplementum in vltimis volũtatibus debet eſſe vltimus finis. *decif.* 142. *nu.* 13. *Panzirolo.*

Teſtator, ſi morti proximus iubeat, vt omnia ſua debita ſoluantur, ita mandando, videtur diſponere pro exoneratione conſcientiæ, etiamſi hoc non exprimatur. *decif.* 62. *num.* 8. *Motmanno.*

Teſtator, ſi morti proximus, & de animæ ſalute cogitans diſponat, vt omnia ſua debita ſoluantur, cẽſetur ita diſponendo voluiſſe, vt ſoluerentur debita, ad quæ naturali ratione, & conſcientia compellente, ſe eſſe obligatum intelligebat. *decif.* 62. *num.* 2. *Motmanno.*

de Teſtatoris noua diſpoſitione probanda, quando agitur neceſſaria eſt depoſitio ſeptem, vel ſaltem quinque teſtium conteſtium. *dec.* 257. *n.* 7. *Panzir.*

Teſtator, ſi iubeat vocari quemdam Notarium pro ſtipulatione teſtamenti, & illo accedente, & redeunte, ſi ſemper differat ad aliud tempus, non dicitur habere animum condendi teſtamentum. *decif.* 108. *num.* 19. *vide etiam num.* 20. *& declara vt num.* 21. *Motmanno.*

Teſtator in dubio præſumitur vocaſſe nepotes plurium fratrum in capita, ſi eis fecerit prælegatũ inter eos diuiden. in capita, & ita è contra. *decif.* 138. *num.* 6. & 7. *Panzirolo.*

Teſtator præſumitur voluiſſe neptes, quando non habuit rationem conſeruandæ agnationis, ſed ſecus ſi contemplauit agnationem. *dec.* 144 *num.* 9. *Ghiſilerio.*

Teſtator non præſumitur voluiſſe ordinẽ à lege determinatum in ſuccedendo primogenituræ, alteraſſe, ſcilicet donec de eadem linea extant deſcẽdentes, ad aliam non fiat tranſitus. *decif.* 249. *num.* 22 *Pirouano.*

Teſtator non poteſt ordinare, vt leges non habeant locum in ſua diſpoſitione. *decif.* 30 *n.* 17. *Merlino.*

Teſtator, quando vocauit prolem, ſi ſimus in dubio præſumitur potius intellexiſſe de prole propria quàm grauati. *decif.* 210. *num.* 8. *Buccabella.*

Teſtator, ſi prohibuerit, quod aliqua domus non locaretur alicui, etiam pro maiori penſione, non videtur id potuiſſe facere ex alia cauſa, quàm odij, & mali animi erga illum. *d.* 104. *num.* 22. *Panzir.*

Teſtatoris prohibitio non poteſt impedire ius creditorum. *decif.* 261. *num.* 21. *Ghiſilerio.*

Teſtatoris perſona per hæredem repræſentatur. *decif.* 172. *num.* 29. *Coccino.*

Teſtator, quando certum ſit, quod voluit facere pupillarem ſubſtitutionẽ. *decif.* 120. *nu.* 17. *Dunozet.*

Teſtator, quando vocauit proximiores de Caſata nõ ſimpliciter, ſed cum aliqua declaratiua adiectione tunc per iſta vocationem fœminæ excluduntur à maſculis agnatis etiam à remotioribus. *decif.* 164. *num.* 1. *Ghiſilerio.*

Teſtator, ſi in vno caſu expreſſit qualitatem maſculinitatis, & in alio verò non, ſi ratio probabilis differentiæ reddi non poteſt, cur magis in vno caſu, quàm in alio expreſſerit d. qualitatem, tunc mentio filiorum in alia parte non eſt reſtringenda ad ma-

maſculos. *deciſ.* 144. *num.*7. *Ghiſilerio*.

Teſtator, quando ſubſtituit prolem, ex quo colligatur, quod voluerit ſubſtituere prolem ſuam, non autem hæredis. *deciſ.*210. *num.*6. *Buccabella*.

Teſtator, quando digreſſus eſt ad plures gradus ſubſtitutionum, oritur præſumptio, quod primo loco poſiti ſub conditione cenſeantur vocati. *deciſ.*61. *num.*8. *Merlino*.

Teſtator præſumitur filio infanti ſubſtituiſſe pupillariter, ſi non vxorem, ſed alterum ei ſubſtituit. *deciſ.*120. *num.*22 & 25. *Dunozet*.

Teſtator, ſi dum condidit teſtamentum erat ſexagenarius, & inſtituit aliquem, qui nondum erat natus, videtur intellexiſſe etiam de eo, ſi naſceretur poſt ipſius obitum, & ſufficit ſpes de naſcituro. *deciſ.*77. *num.*17. & 18. *Panzirolo*.

Teſtator non dicitur reuocaſſe teſtamentum, ſi faciat aliquod additamentum, ſeu alterationem, quæ non deſtruat voluntatem præcedentem. *deciſ.* 108 *num.* 10. *Motmanno*.

Teſtator non præſumitur voluiſſe teſtari, ſi poſtquam dixit, ſibi placere diſpoſitionem, & vocari teſtes, ſubdit velle differre in veſperum. *ibid. num* 18.

Teſtatoris verba, quando habent tractum ſucceſſiuum, tunc receditur à conſ. Oldrad. 21. *deciſ.*185. *num.*14. *Buccabella*.

Teſtatoris verba adiectiuè prolata, directè ad caſum ab eo non præuiſum deſeruire non poſſunt. *deciſ.* 249. *num.*9. *Pirouano*.

Teſtatoris verba (intendendo ſempre) qualificant totam diſpoſitionem, quando in principio, vel fine teſtamenti independenter, & de per ſe principaliter ponuntur. *deciſ.* 249. *num.* 16. *Pirouano*.

de Teſtatoris voluntate declaranda quando agitur, quatenus verba ſint dubia ſufficiunt teſtes ſingulares. nu.9. & ſufficiunt duo teſtes conteſtes etiā mulieres, & aliàs minus idonei. *deciſ.*257. *num.*8. & 10 *Panzirolo*.

Teſtatoris enixa voluntas debet verificari. *deciſ.*135. *num.*18. & 21. *Ghiſilerio*.

Teſtator, poſtquam ſemel habuit ſuam voluntatem pro perfecta, licet poſtea aliquid facere, vel addere, non tamen ex eo, quod non fecit, deſinit eſſe perfecta voluntas. *deciſ.*108. *num.*14. *Motmanno*.

Teſtatoris voluntati omnibus modis ſatisfaciendum eſt. *deciſ.*17. *num.*6. *Panzirolo*.

Teſtatoris enixa voluntas nō debet reddi infructuoſa vide num.27. *deciſ.*77. *num.*26. *Panzirolo*.

Teſtatoris voluntas eſt ſeruāda. *d.* 50. *n.*36. *Merlino*.

Teſtatoris voluntas non præſumitur mutata. *deciſ.* 296 *num.*26. *Coccinò*.

Teſtatoris voluntatem ſi hæres impugnauerit, non poteſt ex ea ſentire aliquod commodum. *deciſ.* 238. *num.*6. limita *num.*9. *Panzirolo*.

Teſtatoris enixum votum conſeruandæ agnationis, in quibus ſolet conſiderari. *deciſ.*126. *nu.*9. *Ghiſil.*

Teſtator, ſi alicui reliquerit vſumfructum, ſi non valet præſtare cautionem hæredi, conſulitur vtrique parti, per dimiſſionem rei penes hæredem, qui præſtet vſumfructum. *deciſ.*195. *num.*20. *Dunozet*

Teſtator non eſt præſumendum quod plus dilexerit vnum, qui eo viuente non eſt natus, quam alium, qui pariter non erat natus. *d.*77. *n.*25. *Panzirolo*.

Teſtificata dicuntur dilicita, ſi in facultate partis remanſerint depoſitiones teſtium. *deciſ.*41. *num.*8. *Coccinò*.

Teſtimonij ſubſtantia tota conſiſtit in iuramento. *deciſ.*129. *num.*3. *Merlino*.

TESTIS.

Teſtes, ſi deponant, quod aliquis in aliquo actu interuenit, ex hoc non dicitur probata negatiua, quod alij non interuenerunt. *d.*182. *n.*37. *Veroſp.*

Teſtes, ſi deponant de actu facto certa die poſt decennium, niſi reddant aliquam ſpecificam rationem, non concludunt in dicto. *deciſ.*241. *num.*22. *Ghiſilerio*.

Teſtes, qui deponunt de pluribus actibus, & diſtinctius, præferuntur illis qui deponūt de aliquo actu tantum & confusè. *deciſ.*63. *num.* 4. *Buccabella*.

Teſtes, qui deponunt de actibus, qui dederunt cauſam liti, vel alijs ſubſequutis poſt motam litem non attenduntur. *ibid. num.*5.

Teſtes nullum adminiculum faciunt deficiente, iuriſdictione, iuramento, atque citatione. *deciſ.* 129. *num.*17. *Merlino*.

Teſtes non admittuntur, & ſic denegatur remiſſoria, vbi articulus non reſpicit factum, quod ſubiaceat oculis, ſeu notitiæ teſtium. *d.*253. *num.*4. *Merlino*.

Teſtes nō poſſunt probare aliquid ante tempus motæ litis, ſi in eis deficiat ætas. *d.*182. *n.*27. *Veroſpio*.

Teſtes debent eſſe legitimæ ætatis, vt probent. *deciſ.* 56. *num.*5. *Coccino*.

Teſtes ſi deponant ſuper ætate, dicuntur concordes, & compatibiles, licet aliqui deponant de ætate maiori, cum minor inſit in maiori. *deciſ.* 270. *num.*20. *Coccino*.

Teſtis ætatem probat, ſi dicat aliquem habere certam ætatem, quia ita ab ipſo audiuit. *deciſ.* 313. *num.* 6 *Veroſpio*.

Teſtis probat ætatem, ſi deponat ex iudicio ſuo, & per aſpectum. *ibid. num.*5.

Teſtes deponentes ſuper affirmatiua præferuntur deponentibus ſuper negatiua. *deciſ.*107. *num.*30. *Veroſpio*.

Teſtes deponentes ſuper affirmatiua, ſunt præferendi illis, qui ſuper negatiua deponunt. *deciſ.*182. *num.*29. *Veroſpio*.

Teſtes deponentes ſuper affirmatiua, præferuntur deponentibus ſuper negatiua. *deciſ.* 42. *num.* 5. *Buccabella*.

Teſtes deponentes ſuper affirmatiua ſunt præferendi teſtibus deponentibus ſuper negatiua. fallit num.16. *deciſ.*270. *num.*14. *Coccino*.

Teſtes aliqui, quod certum quid ſciant, & alij, quod id neſciant, ſimul ſtare poteſt. *d.* 56. *n.* 16. *Coccino*.

Teſtis deponēs de ſolo auditu, nihil probat. *deciſ.*272. *num.* 5. *Coccino*.

Teſtes de auditu, negari non poteſt, quin deſeruiant pro adminiculo. *deciſ.*11. *num.* 8. *Panzirolo*.

Teſtes, qui ſimpliciter deponunt de auditu, non releuant. *deciſ.*247. *num.*18. *Carrillo*.

Teſtes, ſi deponant de auditu, vel de credulitate, vel ſi dicant ſe parum informatos de re ſuper qua deponunt, nihil releuant. *deciſ.*66. *num.*7. *Ghiſilerio*.

Teſtes, ſi de auditu deponant, non probant. *deciſ.*15. *num.*33. *Merlino*.

Teſtes de auditu, & de proprio iudicio non probant. *deciſ.*263. *num.*12. *Vbaldo*.

Teſtis de anditu non probat. *dec.270.nu.7.Coccino.*

Teſtes reddentes optimam cauſam ſui dicti, bene probant eorum teſtificationes. *deciſ.237.num.7. Motmanno.*

Teſtes, vt probent Collegialitatẽ non ſufficit, quod deponant ſolum de Collegialitate, & requiritur, vt deponant de ſignis ad illam ſpectantibus. *deciſ. 143.num. 19. Carrillo.*

Teſtes dum idem concludnnt, licet per diuerſa media, dicuntur conteſtes. *deciſ.269.num.2.Coccino.*

Teſtis, qui nihil concludere noluit, non eſt attendendus. *deciſ.208. num.18.Motmanno.*

Teſtes conciliantur ſi alij deponant, quod aliquid eſt factum, alij verò dicunt, quod id debuit fieri. *deciſ. 237.num.10.Motmanno.*

Teſtes omnibus modis reduci debent ad concordiã. *deciſ.28. num.6. Buccabella.*

Teſtes quantum fieri poteſt reducendi ſunt ad concordiam. *deciſ.304 num.14. Macchiauello.*

Teſtes debent eſſe concordes de tempore, & loco ad hoc, vt probent confeſſionem extraiudicialem. *deciſ.162. num.6. Buccabella.*

Teſtes ſi ſint concordes, non eſt locus conquaſſationi. *deciſ.270 num.21. Coccino.*

Teſtes in concurſu, quando inuicem ſe conquaſſantur, neutri eſt credendum. Sed intellige, quando ita ſunt contrarij, vt non poſſint concordari. *deciſ.270. nu.18. Coccino.*

Teſtes, licet non probent confeſſionem, ſi non ſint conteſtes de loco, & tempore, faciunt tamen adminiculum ad faciendam plenam probationem. *deciſ.257.num.2. Panzirolo.*

Teſtes deponentes circa confinium diſtinctionem etiam non interrogati debent reddere rationem. *deciſ.254 num.31. Carrillo.*

Teſtes non probant confines, ſi nulla ſui dicti rationem afferant, & eam reddere debent etiam non interrogati, cum ſimus in his, quæ ſolo corporis ſenſu non percipiuntur. *dec.215. nu.7. Pirouano.*

Teſtes conſanguinei non repelluntur à teſtimonio ferendo in cauſa matrimoniali. *d.58.n.7. Merlino.*

Teſtes conſanguinei ad matrimonium probandum non admittuntur, quando agitur de reparanda iactura publicæ opinionis amiſſæ viginitatis, & de reſarciendo familiæ honore labefactato ex impudicitia mulieris. *deciſ.58. n.11. & 12. Merlino.*

Teſtes conſanguinei, an ſint admittendi in materia matrimoniali, in hoc plurimum verſatur arbitriũ Iudicis, qui pẽſatis omnibus circumſtantiis, cautè perpendere debet, quanta fides ſit ei adhibenda. *ibidem num* 8.

Teſtes conſanguinei ſufficienter non probant matrimonium, quando conſtat de malo & infecto principio concubinatus, ſeu copulæ fornicariæ præcedentis. *ibid. num.9.*

Teſtes, vt excludant conſanguinitatem alicuius cum alio, vt probent, qualiter deponere debeant. *deciſ. 241.num.24.Ghiſilerio.*

Teſtes, qui coadiuuantur ex præſumptione iuris, ſunt alijs præferendi. *deciſ.247.num.19. Carrillo.*

Teſtes, qui conquaſſantur ab alijs teſtibus, non attenduntur. *deciſ.143. num.20. Carrillo.*

Teſtes de iure præſumuntur conteſtes, niſi contrarium doceatur. *deciſ. 153. num. 9. Buccabella.*

Teſtes ſunt conteſtes, ſi vnus de alio mentionem faciat. *deciſ.153. num.8. Buccabella.*

Teſtes conteſtes debent præferri alijs teſtibus ſingularibus. *deciſ.208.num 22. Motmanno*

Teſtium contrarietates, ſi non ſint circa ſubſtantialia, non attenduntur. *deciſ.28. num.5. Buccabella.*

in Teſte, vt contrarietas euitetur, debet capi omnes interpretatio. *deciſ.197. num.7. Pirouano.*

in Teſtibus, vt excludatur contrarietas, facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio. *deciſ.153.num.11. Buccabella.*

Teſtes deponentes de credulitate admittuntur, ſi deponant de actu latente in animo. *dec.69. num.48. Merlino.*

Teſtibus deponentibus de credulitate, tunc multo facilius ſtandum, quando in illa materia ſuper qua deponunt recurrẽdum eſt ad coniecturas. *deciſ.69. num.49. Merlino.*

Teſtes de credulitate coniunguntur cum teſtibus de auditu ab ipſo principali in eius prǣiudiciũ ad hoc, vt inſurgat plena probatio. *ibid.num.50.*

Teſtium defectus tolluntur ex eorum numero. *deciſ. 213. num.17. Veroſpio.*

Teſtes, qui patiuntur plures defectus, non ſunt præferendi probationi reſultanti ex publicis inſtrumentis maximè ſi verſemur in facto antiquo. *deciſ.254. num.32.Carrillo.*

Teſtibus deponentibus de demẽtia alicuius, nõ creditur, niſi aſſignent rationem, licet non fuerint interrogati. *deciſ.233. num. 28. Carrillo.*

Teſtes, qui magis ſpecificè deponunt ſunt præferendi illis, qui in confuſo teſtificantur. *deciſ.182.num.38. Veroſpio.*

Teſtes, ſi deponant de publica voce, & fama concurrentibus adminiculis, & maximè in antiquis probant dominium etiam ad effectum deuolutionis, & caducitatis. *deciſ. 117. num 3. Ghiſilerio.*

Teſtium primæ depoſitioni ſtandum eſt, & maximè ſi ſit adminiculata. *deciſ.306. num.22. Ghiſilerio.*

per Teſtes, vel per inſtrumenta probari poteſt deſcendẽtia cuiuslibet gradus. *deciſ.10.n.1.Veroſp.*

Teſtium dicta recipiunt magnã auctoritatem ex approbatione aduerſarij, dum illa non impugnat. *deciſ.313. num.18. Veroſpio.*

Teſtium dicta non ſunt cauillanda, nec rigidè examinanda, dum ex tota ſerie facti, & ex circumſtantijs deprehenditur veriſimilia deponere. *ibid. n.58.*

Teſtis dictum etiam à ſe inducti, quis poteſt impugnare, ſi inueniat eſſe veritati aduerſum. *dec.75. num.8. Macchiauello.*

Teſtis dictum non valet, niſi deponat viua voce. *deciſ. 270.num.4. Coccino.*

Teſtes, qui magis diſtinctè deponunt, ſunt præferendi illis, qui inconfuſo deponunt. *deciſ.256.nu.15. Carrillo.*

Teſtium depoſitiones, ſi ſint fundatæ ſuper aliqua falſa ratione, non ſunt attendendæ. *deciſ. 182. num.32.Veroſpio.*

Teſtium depoſitiones, vt coadiuuentur, & reducantur ad concordiam, ne deſtruantur, facienda eſt omnis poſſibilis interpretatio. *d.270.n.22.Coccin.*

Teſtium depoſitiones, & coniecturæ, fulciũtur ad inuicem, & mutuo ſe corroborant. *deciſ.68.num.63. Merlino.*

Teſtium depoſitiones ad hoc vt dicantur publicatę, nihil refert, an principalis per ſe ipſum, vel per eius procuratores vel agentes eas didicerit. *deciſ. 41. num. 4. Coccino.*

Quod idem etiã procedit, ſi id fecerit per eius Aduocatum *ibid. num. 5.*

Quæ concluſio non procedit, ſi teſtificata fuerint didicita per aliquam extraneam perſonam, quia illa non præſumitur bene informata. *ibid. num. 6.*

Teſtis vnius depoſitio non attenditur. ſi deponat de aliquo, de quo per teſtes optimè informatos nihil fuit dictum. *deciſ 75. num. 4. Macchiauello.*

Teſtis depoſitionis ſubſtantia conſiſtit in iuramento. *deciſ. 18. num. 13. Ghiſilerio.*

Teſtis depoſitio, ſi non percutiat id, quod quæritur, non releuat. *deciſ. 208. num. 15. Motmanno.*

Teſtis depoſitio, ſi non pendeat à vera, ſed poſſibili probatione an probet. *deciſ. 270. num. 6. Coccino.*

Teſtes deponentes de publica fama, & voce probãt quaſi poſſeſſionem filiationis. *deciſ. 10. n. 8. Veroſp.*

Teſtis deponens à veriſimilitudine, quando non bene inferat ad veritatis cognitionem. *deciſ. 270. num. 5. Coccino.*

Teſtis, qui deponit, ſe aliquid feciſſe, & aſſeras ſe neſcire, quare id fecerit, non releuat. *deciſ. 203. num. 21. Pirouano.*

Teſtes deponentes de facto proprio iunctis adminiculis plenè probant. *deciſ. 257. num. 12. Panzirolo.*

Teſtes deponentes ex certa, & perfecta ſcientia fundata in optimia rationibus, dubitandum non eſt, quin reſultet ex eis pleniſſima probatio. *deciſ. 270. num. 1. & 2. Coccino.*

Teſtes deponentes de facto proprio, pluſquam ſemiplenè probant. *deciſ. 257. num. 11. Panzirolo.*

Teſtis deponens per verbum videtur, non probat. *deciſ. 254. nu . 54. Matthe.*

Teſtes, quando dicantur deponere de certa ſcientia. *deciſ. 283. num. 2. & 5. Pirouano.*

Teſtes, qui deponunt de directo contra proprium intereſſe magis probant. *d. 154. num. 8. Dunozet.*

Teſtes, ſi deponant inueriſimilia, non ſunt habendi in conſideratione. *deciſ. 241. num. 23. Ghiſilerio.*

Teſtes duo ſuffitiunt in donatione inter viuos. *deciſ. 9. num 15. Merlino.*

Teſtes quinque quando quis non adhibuit in donatione, ſed duo, præſumitur voluiſſe donare inter viuos. *ibid. num. 17.*

Teſtes quinque requirũtur in donatione cauſa mortis. *ibid. num. 16.*

Teſtes duo ſufficiunt in qualibet materia pro plena probatione. *deciſ. 283 num. 3. Pirouano.*

Teſtes duo ſufficiunt in quolibet cõtractu. *ibid. n. 15.*

Teſtes duo, vel tres contra quoſcumque magnos Principes etiam ſufficiunt. *dec. 197. n. 5. Pirouano.*

Teſtes duo regulariter in omni materia concludenter probant. *deciſ. 258 num. 5. Carrillo.*

Teſtis, ſi dicat quod id, de quo quæritur, non auderet aſſerere, ne alterutri ex collitigantibus afferret præiudicium, non probat. *dec. 208. nu. 16. Motm.*

Teſtium examẽ ſi careat tempore, rogitu, & ſubſcriptione Notarij eſt nullum. *dec 8 n. 10. Ghiſilerio.*

Teſtium examen eſt nullum ex defectu citationis ad dicendum contra articulos, & decreti illorum admiſſionis. *deciſ. 18. num. 3. Ghiſilerio.*

in Teſtium examine. ſi quis ſe fundat incumbit onus probandi omnia requiſita neceſſaria pro illius validitate, *ibid num. 25.*

ad Teſtium examen ſanandum, quando Rota adhibeat arbitrium. *ibid. num. 6.*

Teſtium examen quando eſt nullum, & inualidum, non eſt attendendum *deciſ. 215. num. 6. Pirouano.*

Teſtium examen eſt nullum ex defectu citationis partis. *deciſ. 22. num. 16. Veroſpio.*

Teſtium examen illi nõ denegatur, qui nominatis teſtibus Iudici ſe abſentat ſecũdum cautelam Bald. & aliorum DD. *deciſ. 41. num. 29. Coccino.*

Sed multi alij, & quidem grauiſſimi DD. contrarium tenent. Et prima illa opinio meritò vſu recepta non eſt. *ibid. num. 30.*

Et hoc quidem meritò, cum alias ridiculum eſt dicere, quod ex abſentia partis ceſſet ſubornatio teſtium, cum vnuſquiſque poſſit conſiderare, quod pars poteſt ſubornare teſtes, antequam Iudici illos nominauerit. *deciſ. 41. num. 31. Coccino.*

Atque inſuper Viuius aſſerit, quod per 22. annos, quibus ipſe fuit Aduocatus, nunquam vidit d. cautelam in iudicija recipi, ſed bene contrarium. *ibid. num. 31.*

Et bo. me. Reuerendiſſ. Coccinus Rotæ Decanus ſpatio triginta ſex annorum, quibus fuit Rotę Auditor, nunquam vidit hanc cautelam ſeruare. *ibidem num. 32.*

Quæ tamen cautela poſſet adhiberi, ſi aliqua culpa poſſet iudici imputari. *ibid. num. 32.*

Teſtes examinati ſine citatione partis coram Iudice ſemper adminiculo deſeruiunt pro pleniori probatione. *deciſ. 283. num. 4. Pirouano.*

Teſtes, quando ſunt examinandi, citandus eſt ille de cuius principali intereſſe agitur. *d. 129. n. 7. Merl.*

Teſtes examinati in iudicio criminali abſque partis citatione, non probant in iudicio ciuili. *deciſ. 28. num. 10. Buccabella.*

Teſtes examinati in iudicio criminali, non probant in ciuili *deciſ. 233. num. 21. Carrillo.*

Teſtes examinati in iudicio criminali, vt probent in ciuili, debent in eo repeti cum interrogatorijs. *ibid. num. 22.*

Teſtis, licet ſit examinatus ad perpetuam rei memoriam, ſi tamen deponat de facto proprio, magnum veritatis præbet adminiculum. *deciſ. 208. num. 5. Motmanno.*

Teſtibus examinatis in alio iudicio per viam exceptionis, deinde agendo per viam actionis quis non poteſt vti. *deciſ. 301. num. 7. Motmanno.*

Teſtes examinati ad perpetuam rei memoriam non probant. *dec. 305. nu* 20. amplia *nu. 22. Ghiſilerio.*

Teſtes per viam exceptionis examinati non probãt pro inducente, quando inſtituens nouum iudiciũ, illis vult vti per viam actionis. *deciſ. 301. num. 9. Motmanno.*

Teſtes examinati ad perpetuũ rei memoriam licet non probent, deſeruire tamen poſſunt pro adminiculo, *deciſ. 294. num. 19. Veroſpio.*

Teſtes, quando examinantur, ſi pars non citetur, vel alias non ſit præſens, depoſitiones non valent. *deciſ. 18. num. 14 Ghiſilerio.*

Teſtes, in diuerſa cauſa examinati in alia non faciunt fidẽ, niſi in ea fuerint repetiti. *d. 305. n. 7. Buccab.*

Te-

Digitized by Google

Teſtes io facto antiquiſſimo non poſſunt reddere congruam rationem. *deciſ.* 182. *num.* 39. *Veroſpio.*

Teſtis, ſi conuincatur de falſo, nulla fides eſt ei adhibenda. *dec.* 58. *num.* 15. *Merlino.*

Teſtes, vt probent famam, concludere debent, quod aliter eſſe non poſſet, quia ipſi id ſcirēt. *deciſ.* 182. *num.* 26. *Veroſpio.*

Teſtes non probant famam, ſi de ea dubitatiuè, & per verbum credo, deponant. *ibid. num.* 25.

Teſtium fides augetur, ſi vſque ad mortem in ſua depoſitione permanſerint. *d.* 69. *nu.* 56. *Merlino.*

Teſtes præſumuntur bonæ fidei, & conuerſationis, dum contrarium non probatur. *ibid. num.* 55.

Teſtes, qui deponunt, ſuper furore teſtatoris debēt interrogari, quæ ſigna, quos motus, vel actus fecerit teſtator, vt ex illis percipi poſſit furor teſtatoris. *deciſ.* 233. *num.* 26. *Carrillo.*

per Teſtes probatur gratia poſitiua. *deciſ.* 218. *num.* 9. *Ghiſilerio.*

Teſtium aliquorum ignorantia non poteſt elidere probationem aliorum teſtium ſcientium aliquid certè. *deciſ.* 56. *num.* 17. *Coccino.*

ex Teſtis inductione cenſetur approbata perſona non dictum. *deciſ.* 268 *num.* 10. *Coccino.*

Teſtem inducens cenſetur approbare perſonam, nō autem dictum. *deciſ* 75. *num.* 7. *Macchiauello.*

Teſtes probant infirmitatem alicuius, ſi ſint plenè de ea informati, vel ratione diuturnæ conſuetudinis, vel ratione corporis peritiæ. *d.* 313. *n.* 8. *Veroſp.*

Teſtes, qui ſunt magis informati, & ſunt conformes probationibus factis præferuntur alijs. *deciſ.* 107. *num.* 31. & 32 *Veroſpio.*

Teſtes qui ſunt melius informati, ſunt præferendi alijs. *deciſ.* 268. *num.* 9. *Coccino.*

Teſtes bene informati ſuper qualitate alicuius rei, ſi res aliter eſſet, hoc ſcirent, vel audiuiſſent. *deciſ.* 41. *num.* 16. *Coccino.*

Teſtibus qui ſunt bene informati de re, de qua deponunt, in dubio ſtandum eſt. *deciſ.* 267. *num.* 5. & 8. *Coccino.*

Teſtis parum informatus de re ſupra qua deponit, & multo magis ſi deponat de auditu, nullatenus eſt attendendus. *deciſ.* 269 *num* 4. *Coccino.*

Teſtes, qui non ſunt informati de re, ſuper qua deponunt, non releuant. *deciſ.* 258. *num.* 12. *Carrillo.*

Teſtes, vt probent immemorabilem debent etiam deponere, quod maiores à quibus audiuerunt, id audiuerint ab alijs maioribus, ſed contra vide nu. 10. & iſta eſt communis ſententia. *deciſ.* 56. *num.* 8. *Coccino.*

Teſtes deponentes ſuper immemorabili de viſu per quadraginta annos, an ſufficiat, quod dicant citra, vel & citra. intellige. *d.* 56. *n.* 11. 12. & 13. *Coccin.*

Teſtes, qui deponere debent ſuper immemorabili, cuius ætatis eſſe debeāt. *deciſ.* 128. *n.* 10 *Pirouano.*

Teſtes deponentes ſuper immemorabili, quod laicus habeat priuilegium Apoſtolicum ſuper perceptione decimarum. qualiter ſufficiat, quod deponant. *deciſ.* 56. *num.* 14. *Coccino.*

Et an requiratur, quod deponant de aliquo certo priuilegio Apoſtolico. *ibid. num.* 15.

Teſtes deponētes de immemorabili debēt deponere de viſu in annis pubertatis. *dec.* 22. *n.* 15. *Veroſpio.*

Teſtes bene probant immemorabilem, ſi deponant iuxta requiſita gloſ. in c. 1. de præſcript. in 6. *deciſ.* 182 *num.* 2. *Veroſpio.*

Teſtes, quando dicantur bene depoſuiſſe ſuper immemorabili. *deciſ.* 56. *num* 6. & 7. *Coccino.*

Tēſtes, vt probent immemorabilem, debent eſſe ætatis quinquaginta quatuor *ibid. num.* 3.

Teſtium inhabilitates ſupplentur ex numero. *deciſ.* 182. *num.* 31. *Veroſpio.*

Teſtes intereſſati nullum gradum probationis faciunt. *deciſ.* 107. *num* 27. *Veroſpio.*

Teſtem iuraſſe non probat Notarius, ſi in principio dicat, teſtis inductus, productus, monitus, iuratus &c. *deciſ.* 18. *num.* 15. *Ghiſilerio.*

Teſtem iuraſſe non probat Notarius, ſi aſſerat, teſtes medio iuramento tactis &c. iuraſſe, ſi non exprimat, an in actu ipſius examinis, & coram quo fuerit d. iuramentum præſtitum, vel coram Iudice, vel coram eodem Notario de mandato Iudicis. *deciſ.* 18. *num.* 16. *Ghiſilerio.*

Teſtes, quando probant limites inter aliquas Eccleſias eſſe ſeparatos. *deciſ.* 63. *num.* 2. *Buccabella.*

Teſtes, bene probant aliquem locum eſſe intra limites alicuius Parochiæ, ſi deponant de ſcientia, & fama publica & notoria. *d.* 137. *num.* 5. *Pirouano.*

ex Teſtium depoſitionibus, & alijs adminiculis probatur loca cōtineri intra fines alicuius Diœceſis. *deciſ.* 22. *num.* 2. *Veroſpio.*

Teſtes, quando concludenter probent, quod aliquis locus exiſtat intra fines alicuius Parochiæ. *deciſ.* 180. *num.* 8. *Pirouano.*

Teſtes aliqui ſi deponant de maiori ſumma, & alij de minori, in illa minori dicuntur omnes concordes. *deciſ.* 266. *num.* 1. *Vbaldo.*

Cum in ſumma maiori, inſit minor *ibidem num.* 1.

Teſtes deponentes de maiori quantitate pro reo, ſunt præferendi, licet in aliquo ſint inferiores teſtibus actoris. *deciſ.* 270. *num.* 23. *Coccino.*

Teſtes aliqui ſi deponant de maiori ſumma, & alij de minori, in iſta minori omnes dicuntur conteſtes. *deciſ.* 269. *num.* 9. *Coccino.*

Teſtes deponentes ſimpliciter de minori quantitate, non contradicunt, neque negant maiorem ſummam. *deciſ.* 270. *nu.* 12. *Coccino.*

Teſtes deponentes de minori quantitate dicuntur etiam cum illis, qui deponunt de maiori, concordes. *ibid. num.* 10. & 19.

Teſtibus deponentibus de minori quantitate, ſtatur & confunditur probatio facta de maiori quantitate, & minor quantitas attenditur. *ibid. num.* 13.

Teſtes, vt probent negatiuam, debent eam coarctare. *deciſ.* 263. *num.* 11. *Vbaldo.*

Teſtes, quando bene coarctent negatiuam, quod quis non poſſideat, niſi certa bona. *deciſ.* 267. *num.* 1. *Coccino.*

Teſtes probant negatiuam, quando illam coarctant cum cauſa ſcientiæ. *deciſ.* 270. *num.* 17. *Coccino.*

Teſtes non concludunt negatiuam, ſi illam non coarctent *dec.* 224. *num.* 11. *Ghiſilerio.*

Teſtes, vt probent negatiuam, debent illam coarctare, remouendo actum à ſenſu. *deciſ.* 162. *num.* 5. *Buccabella.*

Teſtes, vt probent negatiuam, quid requiratur. *deciſ.* 107. *num.* 28. & 29. *Veroſpio.*

Teſtes plenè probant nobilitatem alicuius, ſi deponant

nant de communi reputatione. *deciſ.* 167. *num.* 1. *Panzirolo.*

Teſtium nomina nunquam panduntur, quando datur ſummarium eorum atteſtationum. *deciſ.* 277. *num.*6. *Coccino.*

Teſtium numerus non eſt effrenatus, ſi ſit intra 40. *dec.*289. *num.*5.*Ghiſilerio.*

Teſtes numero plures, ſunt præferendi paucioribus. *deciſ.*258.*num.*14.*Carrillo.*

Teſtes plures numero, & veriſimiliora deponentes in concurſu ſunt præferendi *d.*42.*n.*4.*Buccabella.*

Teſtes qui ſunt potioris numeri, ſunt præferēdi paucioribus. *deciſ.*269.*num.*7.*Coccino.*

Teſtium numerus non dicitur effrenatus infra 40. *deciſ* 4 *num.*7.*Ghiſilerio.*

Teſtibus numero pluribus credēdum eſt. *deciſ.*267. *num.*7. *Coccino.*

Teſtium numerus ſupplet defectum aliquorum teſtium. *deciſ.*69. *num* 57. *Merlino.*

Teſtes numero plures ſunt præferendi paucioribus, & maximè ſi illi plures deponant ſuper affirmatiua. *deciſ.*182. *num.*30. *Veroſpio.*

Teſtes numero inferiores poſ ponuntur alijs numero potioribus. *deciſ.*272, *nu.*11. *Coccino.*

Teſtes nulliter examinati, vel in alio iudicio, deſeruiunt pro adminiculo. *deciſ.*160.*num.*9. *Merlino.*

Teſtes nulliter examinati ſine iuriſdictione, & citatione ad viden. iurare teſtes, non probant. *deciſ.* 224. *num.*10 *Ghiſilerio.*

Teſtes ſunt nulliter examinati, ex defectu citationis ad videndum eos iurare. *deciſ.*254 *nu* 20. *Carrillo.*

Teſtes ſunt nulliter examinati, ſi examinentur in loco à parte declarato ſuſpecto. *d.*22.*n.*17.*Veroſpio.*

Teſtes, quando probent poſſeſſionem, licet non referant aliqua eius ſigna, ex quibus poſſeſſio iuſtificetur. *deciſ.*130. *num.*4 *Veroſpio.*

Teſtes non probant poſſeſſionem controuerſam, ſi de alia diuerſæ ſpeciei deponant. *deciſ.*49.*num.*3. *Dunozet.*

Teſtes non probant poſſeſſionem alicuius, ſi deficiat in eis ſufficiens cauſa ſcientiæ. *deciſ.* 304. *num.* 12. *Macchiauello.*

Teſtes in materia probationis valoris, ſemper attenduntur illi, qui deponunt de minori ſumma. *deciſ.*270. *num.*24 *Coccino.*

Teſtes non probant id, quod deponunt ſi poſt eorum atteſtationem referant ſe ad alium teſtem, qui abſolutè id negat. *deciſ* 203.*num.*16. *Pirouano.*

Teſtes non probant, ſi nullam dicti ſui reddant rationem ſcientiæ. *deciſ* 208. *num.* 21. *Motmanno.*

Teſtes, vt probent omnes debent reddere vnam rationem. *deciſ.* 182.*num.*34.*Veroſpio.*

Teſtes non probant, ſi deponant de poſſibilitate, non autem de effectu. *deciſ.*268.*num.*8. *Coccino.*

Teſtes minimè probantes non poſſunt concurrere, cum alijs teſtibus plenè & concludenter deponentibus. *deciſ.* 270. *num.*9. *Coccino.*

Teſtis nihil probat, ſi eius depoſitio ſit imaginaria. *deciſ.* 269.*num.*5. *Coccino.*

Teſtem producens cenſetur approbare perſonam, & non dictum. *deciſ* 269. *num.* 10. *Coccino.*

Teſtium ſolemni publicationi æquipollet viſio partis. *deciſ* 277. *num.*4. *Coccino.*

Teſtium publicatio, quando eſt facta, amplius non ſunt admittendi articuli de directo contrarij, prout nec ſuper eiſdem admittuntur. *ibid. num* 7.

Teſtium publicatio forma lis nō ſolet in Curia fieri, niſi in tertia inſtantia. *ibidem num.*5.

Teſtium publicatio ſolemnis non requiritur probare ad effectum vt dicta dicantur teſtificata. *deciſ* 41. *num.* 7. *Coccino.*

Teſtes non probant quantitatem fructuum ſolitorū percipiendorum, ſi non deponant de pluribus annis ante, & poſt, & ſic de toto decennio *deciſ.*268. *num.*7. *Coccino.*

Teſtes deponentes ſuper quantitate fructuum prædiorum illi præferuntur, qui deponunt de minori ſumma. *deciſ* 272. *num* 12. *Coccino.*

Teſtis ratio non probat, quando eſt æquiuoca. *deciſ.* 254.*num.* 51. *Matth.*

Teſtes, qui non reddunt congruam, & concludentem rationem ſui dicti, non attenduntur. *dec.*66. *num* 6. *Ghiſilerio.*

Teſtes, ſi non reddant rationem, nec concludunt negatiuam coarctatam, non veniunt attendendi. *deciſ* 258. *num* 13. *Carrillo.*

Teſtes, ſi ſint religioſi, ſunt omni exceptione maiores. *deciſ.*28. *num.*3. *Buccabella.*

Teſtes recuſantes reſpondere interrogatorijs, gradū probationis non faciunt. *d.*192. *n.*26.*Pirouano.*

per Teſtes non debet probari id, quod per ſcripturas doceri poteſt. *deciſ.*73. *nu.*13. *Coccino.*

Teſtes probant ſimulationem, ſi reddant veriſimilem cauſam, & alias circumſtantias facti dictæ ſimulationis. *deciſ.*11,*num.*14.*Panzirolo.*

Teſtes redduntur ſingulares ex diuerſitate loci, & temporis. *deciſ.*203.*num.*23. *Pirouano.*

Teſtes ſingulares, ſi ſint adminiculati pluribus coniecturis, plenè probant. *deciſ.*69.*nu.*53. *Merlino.*

Teſtes ſingulares probant ſocietatem. *deciſ.*28.*n.*4. *Buccabella.*

Teſtes ſingulares, ſi ſint adminiculati, admittuntur. *deciſ* 39.*num.*7.*Buccabella.*

Teſtes ſingulares etiam admittuntur, quando cum illis præſumptiones, & adminicula concurrunt. *deciſ.*153.*num.*10.*Buccabella.*

Teſtes ſingulares etiam admittuntur ad probandam ſimulationem. *deciſ.*11. *num.*13. *Panzirolo.*

Teſtes ſingulares admittuntur ad detegendam voluntatem, & ad probandum ea, quæ pendent ab animo. *deciſ.*69.*num.*52. *Merlino.*

Teſtes ſingulares loco, & tempore nihil probant, cū pro vno teſte reputentur. *dec.*203.*n.*22. *Pirouano.*

Teſtes, ſi ſint ſingulares loco, temporeq. non probant confeſſionem. *deciſ.*197. *num.*10. *Pirouano.*

Teſtes, quando ſunt ſingulares loco, & tempore, ſingularitate obſtitiua, non probant. *deciſ.*197.*n.*6. & 8. *Pirouano.*

Teſtes ſingulares non probant donationem, & debent eſſe omni exceptione maiores. *deciſ.*69.*n.*51. *Merlino.*

Teſtes adhibuiſſet quis in actu ſolutionis ſummæ conſiderabilis, ſi verè dictam ſolutionem feciſſet. *deciſ.*1. *num.*10. *Panzirolo.*

Teſtes probant ſtylum ita eſſe, ſi deponant ita obſeruaſſe, & ab alijs publicè, & palam obſeruari vidiſſe. *deciſ.*154. *num* 7. *Dunozet.*

Teſtes, ſiue ſint tres, vel duo in quocumque ne-

gotio

gotio pro plena, ſeu ſufficienti probatione ſufficiunt. *deciſ.*197. *num.*4. *Pirouano*.

Teſtes qui non percutiunt tempus ante motam litem, non probant. *deciſ.*66. *nu.*5. *Ghiſilerio.*

Teſtes nõ probant vacationem in menſe reſeruato, ſi deponant de ſimplici auditu obitus in d.menſe. *deciſ.*157. *num.*2. *Ghiſilerio.*

Teſtes vt probent valorem, ſecundum ſtylum Rotę, debẽt deponere de decẽnio. *dec.*269. *n* 6 *Coccino.*

Teſtes non probant valorem fructuum alicuius predij, ſi deponant, quod perceptio maioris, vel minoris quantitatis, pẽdeat à qualitate terreni. *deciſ.* 272. *num.*4. *Coccino.*

Teſtes in probando valore, illi ſunt præferendi alijs, qui deponũt de minori ſumma. *d.*269. *n.*8. *Coccino.*

Teſtes optimè probant valorem fructuum prędiorũ, ſi deponant ex certa ſcientia fundata in optimis rationibus, per ſpatium 10. annorum computato anno fertili, cum ſterili. *deciſ.*272. *n.* 1. *&* 6. *Cocc.*

Ac etiam deponentes ex publica voce & fama, coarctantes inſuper negatiuam. *ibid. num.*2.

Teſtes, quando ſunt varij, & contrarii, nulla fides certè eſt adhibenda eis, & hoc maximè ad reſoluendum aliquid, de quo conſtat per publicum inſtrumentum. *deciſ.*197. *num.*3 *Pirouano.*

Teſti vaſſallo, & amico non eſt multum credendum. *deciſ.*203. *num.*3. *Pirouano.*

ex Teſtis depoſitione teſtificantis per verbum, poteſt, non poteſt deduci certa probatio. *deciſ.*210. *num.*8. *Coccino.*

Teſtis ſi concludant per verba includentia poſſibilitatem, certam probationem excludunt. *dec.*269. *num.*5. *Coccino.*

Teſtibus vilibus, iunctis alijs exceptionibus multo minus eſt credendum. *deciſ.*203. *n.*15. *Pirouano.*

Teſtis vnicus non probat. *deciſ.* 108 *n.*24. *Motman.*

Teſtis vnicus in iudicio manutentionis non admittitur, quando adſunt coniecturæ, & præſumptiones in contrarium. *deciſ.*75. *nu.*5. *Macchiauello.*

Teſtis vnicus deſeruire poteſt pro adminiculo, ſicuti & alia imperfecta probatio, quando admittuntur coniecturæ, & præſumptiones. *deciſ.*234. *n.*7. *Pirouano.*

Teſtis vnicus, non facit gradum probationis. *deciſ.* 100. *num.*12. *Merlino.*

Teſti vnico non creditur, maximè ſi non ſit informatus de re, ſuper qua deponit. *deciſ.*272. *num.* 3. *Coccino*.

Teſtis vniuerſitatis pro ea probant, ſi ex eorum depoſitionibus non reſultet aliquod intereſſe ipſis, vti ſingulis. *deciſ.*258. *num.*16. *Carrillo.*

Textum in aliquo caſu, ſi habeamus pro omnibus Doctoribus idem affirmantibus, ſufficit, quod ille allegetur. *deciſ.*231. *num.*8. *Merlino.*

Titularis haber intentionem pro ſe, pro libertate beneficij, vt beneficia ſine diminutione conferantur. *deciſ.*3. *num.*22. *Merlino.*

TITVLVS.

Titulus non requiritur in iudicio manutentionis. *deciſ.*139. *num.*4. *Roias.*

Titulus, & proprietas filiationis ex quibus probetur. *deciſ.*10. *num.*9. *&* 13. *Veroſpio.*

Titulus verus non requiritur, ſed ſufficit putatiuus, vel etiam nullus ad lucrandum fructus ante motam litem. *deciſ.*3. *num.* 4. *Merlino.*

Titulus in actibus poſſeſſorijs probatur ex antiquiſſima quaſi poſſeſſione. *dec.*29. *nu.*51. *Ghiſilerio.*

Titulorum multiplicatio datur in materia beneficiali. *deciſ.*29. *num.*31. *Ghiſilerio.*

ex Tituli vnius inſufficientis, & iniuſti productione ceſſat præſumptio alterius tituli ſufficientis, & iuſti. *deciſ.*94. *num.*39. *Merlino*.

à Tituli principio poſterior formatur euentus. *deciſ.* 312. *num.*11. *Panzirolo.*

Titulo inualido poſſidens, ſi ſuperueniat nouus titulus validus mutare ſibi poteſt cauſam poſſeſſionis. *deciſ.*155. *num.*4. *Panzirolo.*

ex Titulo præambulo præſumitur poſſeſſio. *deciſ.*29. *num.*56. ſed limita *nu.*57. *&* 58. *Ghiſilerio*.

Titulus, quando producitur à poſſeſſore, tunc ſtante propria productione, illius poſſeſſio præſumitur ex d titulo producto, ſed ſecus, ſi iſta productio fiat à parte aduerſa. *deciſ.*29 *n.*60. *&* 61. *Ghiſiler.*

Tituli præſumptio reſultãs ex centenaria quaſi poſſeſſione, non tollitur per contrariam præſumptionem reſultantem ex productione vnius tituli inſufficientis. *deciſ.*29. *num.*52: *Ghiſilerio.*

Et prædicta præſumptio eſt iuris, & de iure. *ibid. num.* 52.

Titulus putatiuus, ſufficit in caſibus, in quibus eſt neceſſe titulus in præſcriptione. *deciſ.*50. *nu.* 14. *Veroſpio.*

Tituli iuſtitia non poteſt probari ex ſolo curſu temporis. *deciſ.*16. *num.*3. *Veroſpio.*

Tituli vnius productio non excludit exiſtentiam alterius. *deciſ.*29. *num.*44. *Ghiſilerio.*

Titulorum plurium concurſus, tunc facilius admittitur ad aliquid docendum, quando tituli ſunt inter ſe compatibiles ſi vnus dicatur venire in confirmatione alterius. *deciſ.*182. *num.*21. *Veroſpio.*

ex Tituli vnius productione facta per partem aduerſam, alia pars poteſt iuuari præſumptione alterius tituli. *deciſ.*29. *num.*32. *&* 42. *Ghiſilerio*

Titulus, quando eſt redactus ad non titulum, ſtatim omne ius adimitur ab eo, qui illum titulum habebat. *deciſ* 189. *num.*9. *Panzirolo.*

Titulus, quando eſt extinctus, non poteſt cauſare amplius bonam fidem ad acquiſitionem fructuum *deciſ.*189. *num.*10. *Panzirolo.*

Titulorum plurium concurſus admitti poteſt ad aliquid probandum. *deciſ.*182. *num.*20. *Veroſpio.*

Titulum aliquem producens, præſumitur alium meliorem non habere. *deciſ.*29. *nu.*36. *&* *nu.*41. *Ghiſilerio.*

Titulus non requiritur in iudicio manutentionis. *deciſ.*240. *num.*5. *Ghiſilerio.*

Titulus oppoſitus vigore ſententiæ, de qua pendet cauſa appellationis, & reſtitutionis in integrum aduerſus eam, redditur valde turbidus. *deciſ.*240. *num.*10. *Ghiſilerio.*

Titulo antiquo ſtante, & nouiſſima poſſeſſione, facit, vt ille, qui eſt Dominus, fuerit etiam poſſeſſor. *deciſ.*192. *num.*8. *Pirouano.*

Titulus ad dominij cauſam ſpectat. *deciſ.*213. *nu.*5. *Veroſpio*.

Titulus ſufficiens ad præſcribendum etiã in his, quæ ſunt contra ius, oritur ex curſu longiſſimi temporis cum bona fide. *deciſ.*145. *num.*6. *Ghiſilerio.*

cum Titulus etiam inualidus, & putatiuus ſufficiat ad hunc effectum. *deciſ.145.num.5. Carrillo.*

Et ſufficit, vt bona fides allegetur quia præſumitur. *ibid. num.8.*

de Titulo præſumendo contra Eccleſiam, requiritur ſpatium 40.annorum. *deciſ.16. nu.8. Veroſpio.*

Titulus vt ex præſtationibus præſumatur, adducenda eſt continuatio præſtationum vniformiter facta per totam eam temporis ſeriem, quæ requiritur ad inducendam tituli præſumptionem. *deciſ. 57. num.8. Veroſpio.*

Titulus vigore priuilegij allegari poteſt. *deciſ. 260. num.7. Pirouano.*

Titulum, & actionem tribuit reſeruatio penſionis ad fauorem alicuius. *deciſ.3.num 62. Merlino.*

Tractatus viri erga mulierẽ ad legitimitatem, vel illegitimitatem matrimonij probandam plurimum conducit. *deciſ.58.num.18.Merlino.*

ex Tractatu præcedenti arguitur ſimulatio. *deciſ.1t. num 7. Panzirolo.*

Traditionis fictum modum dicitur continere clauſula conſtituti. *deciſ.242. nu.2. Veroſpio.*

Vide ſupra in verbo Clauſula conſtituti.

TRANSACTIO.

in Tranſactionibus ſi apponatur aliquid, quod in ea non poſſit cadere, ſubſtinetur in vim pacti, vel alterius contractus. *deciſ.34. num.7. Motmanno.*

Tranſactio, vt ſubſtineatur ſola lis, vel eius timor ſufficiens eſt. *deciſ.161. num 5. Macchiauello.*

Tranſactiones tot eſſe dicuntur, quot ſunt perſonæ, quæ vti ſingulæ tranſigunt. *deciſ. 218. num. 23. Ghiſilerio.*

Tranſactio non vitiatur, ex partitarum duplicatione, quia non vitiant, ſed vitiantur. *deciſ. 52. num.38. Pirouano.*

Tranſactio ſuper decimis pro bono pacis inter perſonas Eccleſiaſticas, valet etiam ſine beneplacito Apoſtolico. *dec.218. num.3. Ghiſilerio.*

Tranſactio ad rem ſuper qua fit, dubiã non autem liquidam, & claram præſupponit. *deciſ. 34. num.5. Motmanno.*

Tranſactiones ſuper decimis, tunc multo magis veniunt attendendæ, ſi ſint vtiles, & validæ. *deciſ. 218. num.1t. Ghiſilerio.*

de Tranſactionis natura eſt, vt lis totaliter finiatur. *deciſ.218.num.2.Ghiſilerio.*

Tranſactio inita contra rem iudicatam non tenet. *deciſ.218. num.25.Ghiſilerio.*

Tranſactio eſt exceptio litis finitæ, quæ impedit litis ingreſſum, & regreſſum ad eam. *ibid. num. t.*

Tranſactionem benè poteſt inire tutor adhibitis ſolemnitatibus. *deciſ.39. num.1t. Buccabella.*

Tranſactio, vt dicatur nulla, eo quia inita ſit ſuper re iudicata, requiritur, quod dicta res iudicata ſit clara, & indubitata. *deciſ.218. num.26. Ghiſilerio.*

in Tranſactione rerum minorum, debet adhiberi rerum cognitio, quod interueniſſe præſumitur, ſi decretum Iudicis interuenit. *deciſ.89.n.7.Buccabella*

Tranſactionem, ſi quis inierit, eam obſeruare tenetur *deciſ.218.num.2. Ghiſilerio.*

de Tranſactionis validitate non eſt dubitandũ, quando eſt facta à maioribus, & de re dubia. *deciſ.286. num.t. Pirouano.*

Tranſactiones ſi per ſententiã fuerint declaratæ nullæ, & inualidæ non obſtant. *deciſ. 303. num.9. Macchiauello.*

Tranſactiones declaratæ nullæ, non poſſunt tribuere aliquem titulũ validum. *deciſ.281.nu.22.Merlino.*

ex Tranſactione oritur exceptio litis finitæ, & nouæ litis ingreſſus impeditur *d.161.n.t. Macchiauell.*

Tranſactionem, ſi quis poſt tempus conuentum ratificauerit, ſtante pacto, quod poſt illud non teneretur ratificare, cenſetur d. exceptioni renunciaſſe, & in eadem tranſactione perſeuerare. *deciſ.109. num.5 Dunozet.*

in Tranſactionis fine, ſi partes ſpeciali remedio ſibi prouiderunt, vt non poſſit recedi ab ipſa tranſactione, & nolens poſſit cogi ad obſeruantiam, tũc data inobſeruantia, alijs tranſigentibus ſolum remanet ius agendi ad adimplementum. *deciſ.262. num.24.Merlino.*

Non autem agendi ad reſolutionem contractus. *ibidem num.24.*

Tranſactio eſt nulla, ſi nulla adfuit cauſa tranſigendi, nec lis, nec timor litis. *deciſ.278.n.2. Merlino.*

Tranſactio ſuper teſtamento non valet, ſi illud nec exhibitum, nec viſum fuit. *ibid. num 3.*

de Tranſactionibus non habenda ratio, ſi ſuper illarum nullitate fuerit pronunciatum. *deciſ. 28t. num.19. Merlino.*

Tranſactio, ſi metu ſit facta, non poteſt dubitari de illius nullitate. *deciſ. 172. num.42. Coccino.*

Tranſlatio bonorum impeditur ex aliquo eorum vitio reali. *deciſ.228 num.7 Veroſpio.*

Tranſumptum non poteſt dici mera copia, ſi habeat ſubſcriptionem, & ſignum Notarij. *deciſ.265.n.4. Vbaldo.*

Trãſumpto Iudex fidem adhibere poteſt, ſi pars hoc non opponat. *deciſ. 264. num. tt. Vbaldo.*

in Triennali poſſeſſione beneficij pacifica, ſi quis erit, non licet amplius gratiæ validitas controuerti, nec de nullitate tituli opponi iux. alleg. Lap.89. *deciſ.5t. num. t2. Macchiauello.*

Vide infra circa declarationes Regular. Cancellar. ad dictam Regul.

Turbatio requiritur, vt executoriales habentes tractum ſucceſſiuum, poſſint iterum exequi. *deciſ.1. num.26. Coccino.*

Turritana Ciuitas præclara eſt, & fuit antiquiſſima Romanorum colonia. *deciſ.251. num.22. Motman.*

Turritana Ciuitas habuit SS. Prothum Presbyterum & Ianuarium Diaconum Fidei Chriſtianæ prædicatores à S. Caio Papa miſſos, anno ſalutis 290. *deciſ.25t. num.23. Motmanno.*

Tutela mulieribus dari non poteſt, ſiue à teſtatore, ſiue à Iudice. *deciſ.60. num.3. Motmanno.*

TVTOR.

Tutor agnoſcere poteſt bonam fidem erga creditorem pupilli, aliquid iuſtè euincere volentis. *deciſ. 151.num. 8. Motmanno.*

Tutoris aſſertio, ſi cum decreto Iudicis, & aliàs ſolemniter facta ſit, tanto magis probat contra pupillum *deciſ.89. num. 2. Buccabella.*

Tutoris confeſſio facta in publico inſtrumento, cum interuentu alicuius conſanguinei minoris, decreto Iudicis, ac aliàs ſolemniter facta, & pluribus concurrentibus adminiculis cõtra pupillum probat. *deciſ.39. num. t. Buccabella.*

Tu-

Digitized by Google

Tutoris confeſſio adminiculata benè probat, contra pupillum. *decis.28. nu.8. Buccabella.*

per Tutores incapaces tutelæ, & per capaces ſi aliquid geſtum ſit, per capaces ſubſtinetur actus. *decis.60.num.4.Motmanno.*

Tutor dicitur potentior pupillo, ne poſſit ceſſionem actionis recipere contra eumdem pupillum. *decis.* 282.*num.*14 *Veroſpio.*

Tutoris officium gerit Prælatus circa res Eccleſiæ. *dec.94.nu.63.Merlino.*

Tutor in ſuſceptione tutelæ, tenetur inuentarium, & alia ſolemnia facere. *decis.*178.*num.*11.*Panzirolo.*

Tutor, ſi omiſerit ſolemnia facere, non poteſt præiudicare pupillis. *decis.*178.*num.*12. *Panzirolo.*

Tutor non poteſt vendere domum paternam pupilli, ſi extent alia bona. *ibidem num.*13.

Tutor, ſi conſtituat pupillo procuratorem, mortuo tutore, illud mandatum non expirat. *decis.*172. *num.*32. *Coccino.*

de Tutore, iura, quæ loquuntur, habent etiam locũ in alijs, qui conſtituunt procuratorem *ibid.nu.*33.

Tutor ex quibus non præſumatur, quod aliquid geſſerit, aut falſus fuerit contra rei veritatem in præiudicium pupilli. *decis.*28. *num.* 8. *Buccabella.*

Tutor poteſt conſtituere in poſſeſſione pupillum. *decis.*59. *num.*2. *Motmanno.*

Tutor bene poteſt adhibitis ſolemnitatibus tranſigere. *decis.*39.*num.*11.*Buccabella.*

Tutor, & emptor bonorum pupilli, quando ambo dicantur in culpa, & in dolo. *decis.* 178. *num.*14. *&* 15.*Panzirolo.*

V

VACATIO.

Vacationis vna ſpecies ſi fuerit narrata Papæ, ſi ea non ſubſiſtat, an liberæ remaneant manus Ordinarij circa collationem, & quid ſi plures ſint narratæ cauſæ. *decis.*255.*num.*13.*&* 14.*Veroſpio*

Vacationem in menſe reſeruato non probant teſtes, ſi deponant de ſimplici auditu obitus in dicto menſe. *decis.*157.*num.*2. *Ghiſilerio.*

Vacatio beneficij quando dicatur conſumpta. *dec.*51. *num.*3. *Macchiauello.*

VALIDITAS.

pro Validitate actus præſumendum eſt ſtante curſu longiſſimi temporis etiam quod ſeruatæ non fuiſſent omnes ſolemnitates neceſſariæ. *decis.* 223. *num.*8. *Veroſpio.*

Validitatis implicitus ſtatus poteſt excuſare poſſeſſorem à fructuum reſtitutione. *decis.*281. *num.*20, *Merlino.*

ſuper Cambiorum contractus permiſſione, tàm in genere, quàm in ſpecie, iudicium ſpectat Canoniſtis, non autem Mercatoribus, cum agatur de interpretatione ſacrorum Canonũ, & Ponti.Summ. Bullarum. *decis.*52. *num.*17.*Pirouano.*

VALOR.

Valor annuus 10. florenorum requiritur vltra qualitatem dignitatis ad hoc, vt habeat locum regul.4.Cancellar. *decis.*236.*nu.*1.14.15.16.*&*19. *Veroſpio.*

Valor alicuius rei, ex quo plenè remaneat probatus. *decis.*257.*num.*13.*Panzirolo.*

à Valore beneficij regulariter determinatur, & metitur quãtitas penſionis. *decis.* 169.*num.*7.*Merlino.*

ad Valoris beneficij narrati iuſtificationem ſufficiunt teſtes deponentes de publica voce, & fama amplia, *decis.*283.*num.*6.*&* 7. *Pirouano.*

in Valore beneficij computando, non eſt habenda ratio eorum ex quibus Rector nõ percipit fructus. *decis*268.*num.*1.4. *&* 6. *Coccino.*

in Valore beneficij firmando incerta regulariter non imputantur. *decis.*267.*nu.*9. *Coccino.*

Valor beneficij, vt iuſtificetur, ſufficit quælibet probatio, etiamſi ſit minor ſemiplena. *dec.*236.*nu.* 6. *Veroſpio.*

Valor beneficij, quando non poſſit dici mutatus. *ibid.num.* 3.

Valoris modici, quando non poſſit dici, quod ſit aliquod creditum. *decis.*228. *num.*21.*Veroſpio.*

in Valore probando teſtes rectè deponunt, ſi per decem, & vltra annos teſtificent. *d.*269.*n.*1.*Coccin.*

Valoris qualitas ad hoc, vt ſit locus regul.4. Cãcell. eſt neceſſaria in dignitatibus vacãtibus in Eccleſijs Collegiatis, non autem in Metropolitanis. *decis.*236. *nu.*15.16.*&* 19. *Veroſpio.*

Vendere non poteſt, qui eſt conſtitutus in mala fide. *decis.*122. *num.*14. *Ghiſilerio*

Vendere, donare, vel pignorari fundum ſi heres fuerit prohibitus, quoad viueret, iſta prohibitio operatur, vt in vita non poſſit diſponere, ſed ſecus in vltima voluntate. *decis.*231. *num.*3. *Merlino.*

Vendere, & alienare ſi ista verba ſimul ponantur, ſicut vendere ſignificat actum inter viuos, ita pariter alienare ſignificare debet eumdem actum, & non eſt intelligendum de actu vltimæ voluntatis. *decis.*8. *nu.*3. amplia num.4. *Dunozet.*

VENDITIO.

Venditio eſt doloſa, quæ fit de re aliena. *decis.* 48. *num.*11. *Pirouano.*

Venditio facta lite pendente non tenet. *decis.*122. *num.*13.*Ghiſilerio.*

ſub Venditione omnium bonorum venit iuſpatronatus. *dec.*228. *num.*19. *Veroſpio.*

Venditio non præſumitur habuiſſe effectum, ſi poſtea vendens continuauerit in illius poſſeſſionem. *decis.*223.*num.*11.*Veroſpio.*

Venditio facta de re aliena, & in præjudicium veri Domini non tenet. *decis.*48. *num.*10. *Pirouano.*

Vẽditio bonorum Eccleſiaſticorum annullari poteſt per Eccleſiam, niſi emptores probent requiſita ſolemnitatis & cauſæ interueniſſe. *dec.*202. *n.*13. *Pirouano.*

Venditio loci ſacri, aut Religioſi accedere poteſt emptioni maioris partis bonorum. *decis.*173.*n.*23. *Veroſpio.*

Venditio bonorum pupilli, ſi fuerit facta pro ſoluẽdo ære alieno, emptor debet eſſe ſollicitus de verſione in cauſam dictam. *decis.*178.*num.*17. *&* 18. *Panzirolo.*

Quod multo magis procedit, quando ſolutio æris alieni, non ſolum fuit enunciatum per viam cauſæ, ſed vlterius in pactum deductum. *ibid. nu.*19.

VENDITOR.

Venditor, licet obligando ſe de euictione, promittat tãtum de facto ſuo, & dato, tamen ſi ſequatur euictio

ctio

Digitized by Google

ctio ex facto alterius, tamen d. venditor tenetur ad pretij reſtitutionem. *deciſ.155.n.7. Panzirolo.*

Quæ opinio non procedit, quando emptor ſciuit rem eſſe litigioſam, & ſubiacere periculo euictionis. *ibid. num.*8.

Venditor, ſecuta euictione ex facto alterius, tenetur ad pretij reſtitutionem, licet ſolum promiſerit eam de facto ſuo tantum, & hoc fit ne cum aliena iactura locupletetur. *deciſ.*155. *num.*9.P*anzirolo.*

Venditor, ſi de euictione emptori promiſerit, & pro ea ſpecialiter aliquas res hypotecauerit, ſecuta euictione tales res emptor pro ſuæ indemnitatis releuatione retinere poteſt. *deciſ.*92. *num.* 6. *Macchiauello*.

Venditor promittens de euictione, reſtringendo obligationem ad datum, & factum ſuum tantum ſi ſequatur euictio ex facto alterius, non dicitur commiſſa ſtipulatio. *deciſ.*155. *num.6. Panzirolo.*

VERBVM.

ſubVerbis ampliſſimis, & generaliſſimis ſi ſit cõceſſa facultas, debet reſtringi ad vnam tantum ſpeciem rei. *deciſ.*239.*num.*7. *Veroſpio.*

Verba ampliſſima repellunt reſtrictionem. *deciſ.*35. *num* 3. *Coccino*.

Verba, quæ non ſint apta, ad declarandum aliquem eſſe hæredem. *deciſ.*180. *num.*34. *Pirouano.*

Verba quantumuis ampla, & vniuerſalia reſtringi debent ad ſpeciem adiectã. *d.*190 *n.*7. *Panzirolo.*

Verba generaliſſima coarctantur ex verbis ſpecialibus infra poſita. *deciſ* 231.*num.*1. *Merlino.*

Verba generaliſſima non poſſunt plus reſtringi ad vnum caſum, quàm ad alium. *d.*190.*n.*5.*Panzirolo*

Verba generalia, generaliter ſunt intelligenda, quatenus per alia verba non limitentur. *deciſ.*104. *num.*4. *Panzirolo.*

Verba quantumuis generalia, reſtringuntur ad ſpeciem adiectam. *deciſ.*104. *num.*6. *Panzirolo.*

Verbis generalibus ſi aliquid fiat, dicitur tamen fieri ſpecialiter, ſi illa generalitas omnia comprehendat. *deciſ.*219. *num.*9. *Ghiſilerio.*

Verborum generalitas non operatur, quod donatio ſit vniuerſalis, ſed requiritur aliquod corpus vniuerſale *deciſ.*228. *num.*6. *Veroſpio.*

Verba, quando ſunt clara, non eſt opus alia interpretatione. *deciſ.*135. *num.*5.*Ghiſilerio.*

Verba, quando ſunt clara, & præciſa, non admittitur quæſtio voluntatis. *deciſ.*9.*num.*6. *Merlino.*

Verba, quando ſunt clara, de defectu intentionis, & voluntatis diſponentis dari non poteſt. *deciſ.*220. *num.*2. *Buccabella*.

Verba, in dubio potius cenſentur ſtare demonſtratiuè, quàm taxatinè. *deciſ.*76.*num.*25. *Merlino.*

Verba, quando ſunt ambigua referri debent ad perſonam cui magis adaptantur. *d.*25.*n.*5. *Carrillo.*

Verba, quando ſunt dubia interpretanda ſunt, ſecũdum ius commune, & ſtatuta locorum. *deciſ.*25. *num* 6. *Carrillo.*

Verba vniuerſalia omnia comprehendunt. *dec.*257. *num.*1. *Panzirolo.*

Verba vniuerſalia negatiua non patiuntur aliquam reſtrictionem. *deciſ.*192. *nu.*4. *Pirouano.*

Verba vniuerſalia, ob eorum vniuerſalitatem omnia comprehendunt, & nihil penitus excludunt. *deciſ.*229. *num.*19. *Ghiſilerio.*

Verbum vnum, & idem in eadem diſpoſitione diuerſimodè non debet recipi. *dec.*231.*n.*15. *Merlino.*

Verba conſequutiua ad ſupra expreſſa reſtringũtur. *deciſ.*15. *num.*9. *Merlino.*

Verba prohibitiua ad inſtar negatiuæ diſpoſitionis, magis, & potentius operantur, quàm verba affirmatiua. *deciſ.*231 *nu.*6. *Merlino.*

Verba aliqua ſi habuerunt ſuum effectum, non ſunt vlterius trahenda ad totam diſpoſitionem. *deciſ.* 249. *num.*14. *Pirouano.*

Verbis inſtrumenti ſtandum eſt. *deciſ.*89. *num.* 8. *Buccabella.*

Verba contra vocatum, quando conſtituant regulam. *deciſ.*249 *num.*12. *&* 13. *Pirouano.*

Verba, quæ apponuntur gratia demonſtrationis, non reſtringunt diſpoſitionem. *dec.*173.*n.*33. *Veroſp.*

Verba non poſſunt dici reſtricta ad vnam tãtum perſonam, ſi fuerunt conſiderati etiam eius hæredes, & ſucceſſores. *deciſ* 9 *num.*35.*Merlino.*

Verba in contractibus ſunt propriè ac ſtrictè intelligenda. *deciſ.*163. *num.*19. *Veroſpio*.

Verba in conſenſu dando in matrimonio debent eſſe apta declarare conſenſum de præſenti. *dec.*124. *num.*10. *Veroſpio*.

Verba, quando aliquam diſtinctionẽ non admittunt, non attenditur ſubiecta materia. *deciſ.*104. *nu.*14. *Panzirolo.*

Verba præcedentia, declarantur ex ſubſequentibus. *deciſ.*120. *num.*14. *Dunozet.*

Verba directa ciuilia ſunt apta comprehendere pupillarem ſubſtitutionem. *ibid num.* 18.

Verba in priuilegio ad ſuggeſtionem partis poſita non faciunt probationem niſi verificentur. *deciſ.* 118.*num* 6.*Buccabella.*

Verba in dubio ſunt interpretanda pro validitate actus. *deciſ* 99.*num* 18.*Panzirolo.*

Verba demonſtrant an donatio ſit inter viuos, vel cauſa mortis. *deciſ.*9. *num.*2. *Merlino*.

Verba debent operare ſuum effectum. *dec.*104. *n.*5. *Panzirolo.*

Verba teſtatoris, ſi habeant tractum infuturum, inducunt etiam ſucceſſiuam vocationem per fideicommiſſariam, amplia vt hic.*d.*77.*n.*12.*Panzirol.*

Verba intentioni contrahentium præciſè inſeruire conuenit. *deciſ.*68. *nu.*47. *Merlino.*

ex Verbis conſecutiuis ad ſubſtitutionem non cenſetur inductum fideicommiſſum in caſu mortis. *deciſ.*8. *num.*2. *Dunozet.*

Verbo ſolo Papæ gratia dicitur perfecta. *deciſ.*218. *num.*7. *Ghiſilerio.*

ex Verbis colligitur mens diſponentis. *deciſ.*238. *num.*2. *Panzirolo.*

Verba, quæ poſſunt habere ſuum effectum, non ſunt vlterius extendenda.*deciſ.*249.*num.*17.*Pirouano.*

Verba in diſpoſitionibus non debent remanere abſque aliqua virtute, & effectu. *d.*231.*n.*5.*Merlino.*

Verba *(aut alias)* poſita poſt mentionem iuris communis, non in alio verificari, quàm in iure ſpeciali. *deciſ.*103.*num.*5.*Coccino.*

Verbum, *conſentire*, præſupponit petitionem. *deciſ.* 116 *num* 18. *Motmanno*.

Verbum *(cæteroſq.)* alias perſonas præter expreſſas includit. *deciſ.*194. *num* 16 *Dunozet.*

Verba, *dictis &c.* ſunt reſtrictiua, & relatiua perſonis,

nis, de quibus in præcedenti diſpoſitione. *dec.15. num.8. Merlino.*

Verbum, *diſponere*, denotat vltimam voluntatem. *deciſ.190. num.9. Panzirolo.*

Verba, *habeo, vel teneo &c.* apta ſunt ſignificare etiam tempus præteritum. *dec.124.n.9.Veroſpio.*

Verba, *habu runt, & receperunt, & ad ſe traxerũt coram me Notario. & teſtibus,important veram,* & realem ſolutionem. *deciſ.273. nu.9. Vbaldo.*

Verba, *hæredem ſuum inſtituit*, tanquam prolata à Notario in tertia perſona referuntur ad teſtatorẽ, non ad hæredem. *deciſ.120. nu.9.& 11.Dunozet.*

Verbum, *ho aggiuſtate*, adaptari non poteſt voluntati imperfectæ. *deciſ.108.num.8. Motmanno.*

Verba, *in caſibus ſupradictis*, qualificant, & reſtringunt diſpoſitionem ad præcedentia, *deciſ. 110. num. 13. Motmanno.*

Verbum, *illorum*, ad quid referatur. *deciſ.126.n.12. Ghiſilerio.*

Verba, *iuxta diſpoſitionem*, propriè pertinent ad vltimam voluntatem. *deciſ 207. num.6. Pirouano.*

Verbum, *moleſtare*, eſt aptum comprehendere tàm petitorium, quàm poſſeſſoriũ *d.227 n.6.Merlino.*

Verba, *non aliter*, ſolent remouere ſenſum ab actu. *deciſ.283.nu.12. Pirouano.*

Verbum, *nullatenus*, eſt vniuerſale negatiuum. *deciſ.57. num.13 Merlino.*

Verba *per ſaldo* quid importent. *deciſ.287. num.19. Veroſpio.*

Verbum, *perpetuò*, ſecundum ſubiectam materiam debet interpretari. *deciſ 15. nu.18. Merlino.*

Verbum, *perpetuum*, habet tractum ſucceſſiuum abſque præfinitione temporis. *deciſ.77.num. 35. Panzirolo.*

Verbum, *Presbyter*, de proprietate ſermonis deſignat ſeniorem, non autem Sacerdotem. *deciſ. 14. num.3. Pirouano.*

Verbum, *Presbyter*, ſi reperiatur prolatum in lingua latina, ſemper accipitur pro Sacerdote. *deciſ. 14 num.7. Pirouano.*

Verbum, *Presbyter*, poteſt conuenire tàm illis, qui ſunt Sacerdotes, quàm illis, qui ſunt Clerici. *deciſ.14.num.13. Pirouano.*

Verbum, *promiſit*, ſtipulationem ſignificat.*deciſ.37. num.7. Dunozet*

Verba, *quomodolibet, vel quomodocumque*, non recipiunt aliquam reſtrictionem. *deciſ.239. num.8. Veroſpio.*

Verbum, *remanere*, quid importet. *deciſ.279. nu.8. Merlino.*

Verba, *ſin che viverà*, important conditionem. *deciſ.190 num.24. Panzirolo.*

Verbum, *ſpectare*, eſt patens, comprehendens tàm petitorium, quàm poſſeſſorium. *deciſ.294.num.6. Veroſpio.*

Verbum, *ſupradicti, aut ſupranominati*, ad quid ſit referendum. *deciſ.248. num.5. Pirouano.*

Verbum, *ſuum*, eſt perſonale, denotans propriam perſonam. *deciſ.25.nu.4. Carrillo.*

Verba, *vendere, & alienare*, ſimul poſita faciunt, vt ſicut vendere ſignificat actũ inter viuos, ita pariter alienare, de eodem actu intelligatur, non autem de vltima voluntate. *deciſ.8. nu. 3. Dunozet.*

Et hoc procedit, ſiue verbum vendere, ſequatur, ſiue præcedat verbum alienare. *ibid. num.4.*

Verba, *volumus*, & in primis, & ante omnia, important conditionem. *deciſ.131. num.6. Dunozet.*

VERISIMILIA.

Veriſimilitudo dicitur cognata naturæ. *deciſ. 245. num.19. Ghiſilerio.*

Veriſimilitudo multum attenditur in probationum materia. *deciſ.263. num.6. Vbaldo.*

à Veriſimilitudine argumentum valet tanquam à ratione naturali. *deciſ.245. num.20. Ghiſilerio.*

Veriſimilitudo multum attenditur in coniecturanda mente teſtatoris. *deciſ.77. nu.23. Panzirolo.*

Veriſimilitudo iũcta cum alijs adminiculis facit plenam probationem. *deciſ.245.num.22. Ghiſilerio.*

Veriſimilitudini, & congruentiæ multum defertur in materia probationis confinium. *dec.234. num.17. Pirouano.*

Veriſimilitudo facit, vt multò magis credatur teſtibus. *deciſ.153.num.6. Buccabella.*

Veriſimili vno, applicato pluribus veriſimilibus facit plenam probationem. *dec.245.num.23. Ghiſiler.*

VERITAS.

ad Veritatem alicuius facti eruendam, ſolitum valde attenditur. *deciſ.69 num. 8. Merlino.*

Veritas, vbi prævalet de iure naturali, vel gentium ſolus conſenſus producit obligationem. *deciſ.119. num.20. Motmanno.*

Veritas poteſt colligi ex multis rebus ſimul iunctis. *deciſ.153. num.7. Buccabella.*

Via executiua ſpatio 30. annorum præſcribitur. *deciſ.264. num.12. Vbaldo.*

VICARIVS.

Vicarius de iure non habet facultatem conferendi beneficia. *deciſ.226. num.36. Ghiſilerio.*

Vicarius abſque ſpeciali mandato Epiſcopi non poteſt reſeruare iuſpatronatus. *deciſ. 87. num.10. Pirouano.*

Sed ſtante decurſu 100. annorum cum obſeruantia, nedum præſumitur ſufficiens mandatum ad hoc, ſed etiam confirmatio, & ratificatio Epiſcopi. *ibidem num.11. & 12.*

Vicarij aſſertioni non ſtatur, ſi agatur de præiudicio tertij. *deciſ.69. num.6. Ghiſilerio.*

Vicarius in decimis ſibi aſſignatis pro congrua habet intentionem fundatam. *deciſ. 304. num. 6. Macchiauello.*

Vicarium amouibilem poteſt de iure communi deputare Monaſterium, vel alia dignitas in Eccleſia curata ſibi vnita. *deciſ.5. num.7. Pirouano.* intellige vt *num.8.*

Vicarij perpetui ſæculares deputari debent in Parochialibus ſæcularibus, vnitis alicui dignitati, vel Monaſterio. *deciſ.5. num.2. Pirouano.*

Vicario Parochiali licet debeatur congrua portio, non tamẽ poteſt pro ea illorum bonorum manutentionem prætendere, quæ non fuerunt ei ad hunc effectum aſſignata. *deciſ.304. num.8. Macchiauello.*

contra *Villam*, ſeu Caſtrum, quando fertur interdictum, eſt generale. *deciſ.20. num. 7. Coccino.*

in Villa, licet adſit, niſi vna Eccleſia, tamen quia eſt apta habere plures Eccleſias, nihilominus continet in ſe vniuerſitatem. *deciſ. 20. num. 10. Coccino.*

duo

duo *Vincula* fortius ligant. *deciſ.53. num.10. Motmanno.*

VIR.

Vir, dum eſt in extremo vitæ ſpiritu, dumq. memor ſalutis æternæ, ſupremumq. iudicium DEI timet, ſi aliquid dicit, verum dixiſſe præſumitur. *deciſ.58. num.20. Merlino.*

Et confeſſiones tali tempore emanatæ ad probandam veritatem illegitimitatis multum habent ponderis. *ibid. num.21. & 22.*

Viri Religioſi admodum grauis depoſitio plurimum attendenda eſt. *deciſ.11. num. 9. Panzirolo.*

In Viris, qui nobilitate, ingenio, & litteris valde præcellunt, quando verſamur, ignorantia nullo modo excuſat *deciſ.3. num.35. Merlino.*

in *Viſitationis*, & executionis piarum voluntatum materia, plura in iure ſancita ſunt. *deciſ.260. n.3. Pirouano.*

Viſitatores, ſi deſcripſerint in ſuis libris, quod cura animarū ſpectabat ad aliquem, ex hoc oritur præſumptio, vt d. Viſitatores vidiſſent qualitatem tituli, cuius occaſione cura geritur. *deciſ.255. nu.4. & 5. Veroſpio.*

Viſitandi actus pertinet ad iuriſdictionem. *dec.118. num.14. Buccabella.*

VERITAS.

Veritas facti dum probatur, tunc non attenduntur fides contrarium atteſtantes. *deciſ.287. num.17. Veroſpio.*

Veritas in contractibus magis attenditur, quàm id, quod ſimulatè geritur. *deciſ.39. num.10. Buccabella.*

de Veritate narratorum executor poteſt ſe extraiudicialiter informare. *deciſ.51. n.11. Macchiauello.*

ad *Virtutem* efficaciter mouere eſt effectus legis. *deciſ.107. num.9. Veroſpio.*

VITA.

Vita durante, ſi teſtator diſpoſuerit, quod quis aliqua re gaudeat, iſta verba nihil aliud important, quàm vſumfructum. *deciſ.238. nu.3. Panzirolo.*

Vitæ æternæ ſpes reparatur per Sacramentum pœnitentiæ. *deciſ.222. num.6. Merlino.*

ad Vitam vſusfructuarij fructus poſſunt locari. *deciſ. 238. num.13. Panzirolo.*

ad Vitam conſeruandam omnia, quæ ſunt neceſſaria, veniunt appellatione alimentorum. *deciſ.230. num.32. Merlino.*

ad Vitæ tempus, ſi quid alicui fuerit relictum, importat vſumfructum. *deciſ.195. nu.3. Dunozet.*

Viuere nemo præſumitur vltra 100. annos. *dec.128. num.11. Pirouano.*

Viuere debet clericus de fructibus proprij beneficij. *deciſ.50. num.17. Veroſpio.*

Vltima derogant prioribus, maximè in quibus fit mentio priorum. *deciſ.91. num.10. Motmanno.*

VNIO.

Vnio beneficiorum bene probatur ex litteris Apoſtolicis, in quibus illa cum illius tenoris inſertione fuit confirmata. *deciſ.174. nu 3. Buccabella.*

Vnio beneficij facta ſine præiudicio poſſidẽtis illud, non habet effectum, niſi illud per ceſſum, vel deceſſum &c. illius vacauerit. *deciſ.196. num.12. Buccabella.*

Vnio beneficiorum dicitur vnica, & non plures, ſi valor eorum in vnam tantum ſummam fuit coaceruatus. *deciſ.196. num.11. Buccabella.*

Vnio beneficiorum præſumitur, quando vnus ſolus ea poſſidet. *deciſ.50. num.4. Veroſpio.*

Vnio beneficiorum, ſi quo ad vnam partem habuerit effectum, ſufficit ad præſumendam effectuationem etiam, quoad aliam partem. *deciſ.195. nu.8. Buccabella.*

Vnio beneficiorum tantum vnica dicitur, & non plures, ſi appareat diſpoſitionem vnica oratione, ac verborum ſtructura factam fuiſſe. *deciſ.196. num.10. Buccabella.*

Vnio beneficiorum, quando ſunt plures, & diſtinctæ, tunc per effectuationem vnius, non infertur ad effectuationem alterius. *deciſ.196. n.9. Buccabella.*

Vnio beneficij, quando non fuit facta præbendis diſtributiuè, ſed menſæ Capitulari ſubſtineri non poteſt. *deciſ.196. num.1. Buccabella.*

Sed hoc procedit, quando vnio fuit facta per Ordinarium ſine auctoritate Papæ, quia tunc corruit ex defectu poteſtatis. *deciſ.196. num.2. Buccabel.*

Vnio beneficij facta, cum clauſula ſine præiudicio poſſidentis, non ſuſpendit vnionis perfectionem, ſed illius tantum executionem protrahit in tempus obitus beneficiati, & ipſius beneficij vacationis. *ibid. num.13.*

Vnionis effectus, debet probari, ad hoc vt illa releuet. *deciſ.50. num.13. Veroſpio.*

Vnio reuocata per regulas reuocatorias nullius eſt roboris. *deciſ.174. num.6. Buccabella.*

Vnionum regula reuocatoria non habet locum quãdo vnus ordo in totum ſupprimitur, & eius beneficia alteri vniuntur. *deciſ.99. num.21. Panzir.*

In Vnionum limine Parochialium pacta, & conditiones appoſitæ, veniunt ſeruandæ. *dec.5. num.1. Pirouano.*

Vnio facta per Epiſcopum in executionem Concil. Trident ſeſſ.24. cap. 5 non ſubiacet regulis reuocatori s. *deciſ 174. num.7. Buccabella.*

Vnionis effectuatio ex quibus dicatur conſtare. *deciſ.145. num.9. & 10. Carrillo.*

de Vnionis non iuſtificatione dari non poteſt, ſi in litteris Apoſtolicis vnionis adſit clauſula ſublata, & decreto irritanti. *deciſ.174. nu.12. Buccabella.*

Vnio, ſi non appareat iuſtificata, ſuffragari non videtur. *ibid. num.11.*

Vnio facta ob tenuitatem Canonicatuum, & vt decentius Canonici gradum ſubſtineant, & Eccleſiæ ſeruitium præſtare poſſint, non cadit ſub regulis reuocatorijs &c. *deciſ.175. num.8. Buccabella.*

in Vnionibus non effectuatis, & in non ſortitis effectum habet tantum locum Regul. Cancell. reuocatoria vnionum. *deciſ.145. num.12. Carrillo.*

Vnio, quando iam habuit ſuum effectum, amplius non ſubiacet regulis reuocatorijs. *deciſ.174. n.9. Buccabella.*

VNIVERSITAS.

Vniuerſitas, quando præſentat communiter vti vnum corpus, ea præſentatio eſt attendenda, & non illa facta ſeorſim à perſonis particularibus. *deciſ.302. num.10. Panzirolo.*

Vniuerſitas vnius loci quando interdicitur, ſiue locus ſit paruus, ſiue magnus, interdictum eſt generale. *deciſ.20. num.9. Coccino.*

Vniuerſitas Pariſien. & Salamanticen. habet priuilegium eligendi ſibi Conſeruatorem. deciſ.49.n.11. Dunozet.

Vniuerſitas, ſi ſit conuocata de mandato Conſulis, & confirmauit electionem factam ad iuſpatronatus, & deputauit homines ad præſentandum, ſatis ex hoc dicitur præſentare, tanquam vnum corpus. deciſ.82. num.6. & 7. Panzirolo.

ſub Vniuerſitate, quædam tranſeunt, quæ ex ſe venire non poſſent. deciſ.173. num.24. Veroſpio.

contra Vniuerſitatem quotieſcumque fertur interdictum, eſt generale deciſ.20. num.7. Coccino.

ad Vniuerſitatem ſi ſpectet iuſpatronatus, non ſpectat hominibus vti ſingulis, ſed vti vniuerſis. deciſ.82. num.4. Panzirolo.

per Vniuerſitatem quando aliquid peragendum eſt, ſi legitimè fuerit congregata, & aliqui non venerint, tunc illi perinde habendi ſunt, ac ſi de vniuerſitate non eſſent, neque in numero. deciſ.302. num.12. Panzirolo.

Vniuerſitate interdicta, ſingulares perſonæ ſunt interdictæ. deciſ.20. num.14. Coccino.

VOCATIO.

Vocationi alicuius, quando eſt factus locus per adimplementum conditionis, ille venit admittẽdus. deciſ.121. num.1. Carrillo.

Vocatio coniunctiua eſt ſufficiens, vt inter vocatos ſit præſeruatum ius accreſcendi. deciſ.138. num.9. Panzirolo.

Vocationis filij naſcituri natura quæ ſit. deciſ.142. num.9. & 10. Panzirolo.

ex Vocatione ſucceſſiua perſonarum, quæ ferè impoſſibile erat, vt natæ eſſent de tempore obitus teſtatoris, vt fuerint vocatæ etiamſi naſcãtur poſt eius obitum, ex hoc ſatis demonſtratur. dec.134. num.2. Panzirolo.

in Vocatione actiua, dum verſamur veniunt propriè filij, & cæteri deſcendentes, ſiue vocentur hæredes, ſiue vocentur hæredes, & ſucceſſores. deciſ.15. num.23. Merlino.

Vocatus ad ſucceſſionem, ſi declaret ſe nolle ſuccedere, hoc ſtante, alteri qui ſuccedere debet, non poteſt impedire immiſſio, ac ſi ille non adeſſet, deciſ.88. num.18. Ghiſilerio.

Vocati ſucceſſiuè, quando plures ſunt, licet aliquis caducetur gradus, adhuc tamen poſtea vocati admittuntur. deciſ.185. num.3. Buccabella.

VOLVNTAS.

in Voluntate permiſſiua ſolum conſtat de cauſa efficienti, in voluntate verò diſpoſitiua vltra cauſam efficientem, apparet etiam cauſa formalis, & materialis. deciſ.200. num.10. Veroſpio.

in Voluntate alicuius, ea quæ ſolum dependent, penitus tertio ſunt incognita. deciſ.181. num.8. Pirouano.

Voluntas diſpoſitiua requiritur ad effectum aliquid declarandi. deciſ.163. num.15. Veroſpio.

Voluntatis declaratio probari poteſt ex duobus teſtibus. deciſ.312. num.14. Panzirolo.

Voluntas à poteſtate metienda eſt. deciſ.182. nu.9. Veroſpio.

Voluntas nulla à principio propter aliquem defectũ, illa ceſſante conualeſcit aliquando, quia voluntas præſumitur durare. deciſ.206. num.19. Coccino.

Voluntatis, & non poteſtatis quæſtio admitti poteſt in Papa. deciſ.219. num.2. Ghiſilerio.

Voluntas ex actu nullo declaratur. deciſ.206. n.23. Coccino.

à Voluntate pendet poſſeſſio. deciſ.100. num.10. Panzirolo.

de Voluntate eius, qui primogenituram inſtituit, ſi conſtet, quod voluerit excludere fœminas, tunc maſculi alterius lineæ remotiores excludunt fœminas, & quando dicatur de ea voluntate conſtare. deciſ.249. num.6.7. & 8. Pironano.

Voluntatis quæſtio non eſt admittenda, quando verba ſunt clara, & præciſa. deciſ.9. num.6. Merlino.

Voluntaria neceſſitas dicitur illa in quã quis voluntariè ſe coniecit. deciſ.24. num.24. Dunozet.

Voluntas à poteſtate eſt metienda. deciſ.211. nu.10. Merlino.

Voluntas durare præſumitur, niſi contrarium probetur, & iſta eſt regula. deciſ.206. num.18.19. & 26. Coccino.

Voluntariè non dicitur, quis aliquid feciſſe, ſi ex neceſſitate id fecerit. deciſ.231. nu.18. Merlino.

Voluntas in dubio perfecta præſumitur. deciſ.108. num.5. Motmanno.

Voluntas declarata in concurſu eſt potius attendenda, quàm præſumpta ad excludendam ſimulationem deciſ.201. num.41. Dunozet.

Voluntatis declaratio ſufficit ad agnitionem fideicommiſſi. deciſ.195. num.12. Dunozet.

Voluntas teſtatoris declarari poteſt per duos teſtes. deciſ.77. num.32. Panzirolo.

in Voluntate teſtatoris declaranda principaliter attendi debent coniecturæ. ibid. num.16.

ad Voluntatẽ teſtatoris indagandam tota teſtamenti ſeries, & coniecturæ inde reſultantes coniungendæ, & perpendendæ ſunt. deciſ.185. num.15. Buccabella.

Voluntati teſtatoris omnibus modis eſt ſatisfaciendum. deciſ.17. num.6. Panzirolo.

Voluntas defuncti, ex qua quis capit illius ſucceſſionem ab inteſtato an dicatur propria, vel ficta, vel legis præſumptiua. deciſ.163. num.14. Veroſpio.

Voluntatem teſtatoris, ſi hæres impugnauerit, ex ea non debet ſentire aliquod commodum. deciſ.238. num.6. & 9. Panzirolo.

Voluntati teſtatoris, non dicitur quis contrauenire, ſi actu illam adimpleat. deciſ.230. num.6. Motmanno.

in Vrbe adeſt ſtatutum, quod maior 20. annorum cenſeatur maior 25. annorum. deciſ.119. num.8. Motmanno.

in Vrbe ſeruandum eſt ius ciuile. deciſ.30. num.33. Merlino.

Vſus communis loquendi attendi debet, quando legatum aliquod venit interpretandum. dec.239. num.4. Veroſpio.

Vſus particularis, ſeu conſuetudo teſtatoris, quando tractatur de interpretanda eius voluntate, præferenda eſt communi vſui, ſeu conſuetudini. deciſ.239. num.9. Veroſpio.

VSVSFRVCTVS.

Vſusfructus poteſt vendi, alienari, & donari. deciſ.195. num.3. Dunozet.

de Vſusfructus ſubſtantia, eſt dare, ſeu offerre cautionem.

tionem, ſi quis illum prætendat. *deciſ.195.nu.18. Dunozet.*

Vſusfructus morte vſufructuarij extinguitur. *deciſ. 195,num.16.Dunozet.*

Vſusfructus an poſſit cedi extraneo, controuerſum eſt. *deciſ.195. num.14. Dunozet.*

Vſusfructus, dum dicitur, quod non poteſt cedi, intelligi debet ad effectum vt ius, ſiue commoditas reguletur à vita vſufructuarij. *deciſ 195.n.15. Dunozet.*

Vſusfructus relictus vxori, ſub conditione vitæ vidualis, per tranſitum ad ſecundas nuptias affectio mariti erga eam ceſſat. *deciſ.120. nu. 24. Dunoz.*

Vſusfructus, vti ius perſonale cohærẽs perſonæ morte fructuarij finitur, & cum proprietate conſolidatur. *deciſ.291. num.1. Merlino.*

Vſusfructus legatum filio à patre relictum loco legitimæ ſi filius illud acceptet, ſibi præiudicat. *deciſ.9. num.43. Merlino.*

de Vſusfructus ſubſtantia licet cautio de vtendo arbitrio boni viri non ſit, cum ſæpè ſine ea detur vſusfructus. *deciſ.259. num.12. Ghiſilerio.*

Eſt tamen de ſubſtantia illum petendi, itaut ante hãc oblationem vſufructuario fructus minimè debeantur. *ibid.num.13.*

Vſumfructum tantum important illa verba, quod quis gaudeat aliqua re eius vita durante. *dec.238. num.3. Panzirolo.*

Vſusfructus, ſi alicui fuerit relictus, debet dare cautionem de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri, aliàs ſi eam non obtulerit, non facit fructus ſuos, limita hoc ſi res remanſit ſemper penes hęredem. *deciſ.238 num.10. Panzirolo.*

Vſumfructum, quis benè poteſt donare pro tempore ſuæ vitæ. *ibid.num.12.*

VSVFRVCTVARIVS.

ad Vſufructuarij vitam fructus poſſunt locari. *ibidem num.13.*

Vſufructuario ſtatim mortuo illicò ius, & poſſeſſio ciuilis proprietarij ipſo iure trahit ad ſe poſſeſſionem naturalem, quæ erat penes fructuarium, etiamſi proprietarius ignoraret obitum fructuarij. *deciſ.291. num 2. Merlino.*

Vſufructuarij poſſeſſio prodeſt Domino directo. *deciſ.179. num.12. Ghiſilerio.*

per Vſufructuarij mortem ius vſusfructus nec in hæredem etiam vniuerſalem ipſius vſufructuarij trãſire poteſt. *deciſ.291. num.3. Merlino.*

Vſufructuarius inopia laborans, ratione impotentiæ, lex ſibi dimiſſionem præſtandi cautionem indulget, ſecus verò inopia ceſſante. *deciſ.259. n.22. Ghiſilerio.*

Et in primo caſu bona debent remanere penes hæredem. vel alium extraneum, qui tenetur aliquid annuum ei præſtare. *ibid.num.22.*

Vſufructuarius ſi propter inopiam non poteſt inuenire fideiuſſorem de bene vtendo &c. debet perere vſumfructum, & vlterius probare inopiam, vel allegari & iurare non poſſe inuenire fideiuſſorem. *ibid.num.22.*

Vſufructuarius rem poſſidẽs facit fructus ſuos etiam ante cautionem, tam de reſtituenda re, quàm de vtendo, & fruendo arbitrio boni viri. *dec.259.n.1. Ghiſilerio.*

Et iſta eſt communis opinio. *ibid. num.2.*

Vſufructuarius, ſi non ſatiſdet etiam hærede non petente, non facit fructus ſuos, ſed interim hæres eos lucratur, nec tenetur eos reſtituere. *ibidem num. 8.*

Et ratio eſt, quia fructus non acquiruntur vſufructuario, niſi ab eo, vel ab alio eius nomine percipiantur, vel à ſolo ſeparentur. *ibid. num.9. & 20.*

Nec vſufructuario datur actio, vel petitio vſusfructus, antequam ſatiſdederit, ſe arbitrio boni viri fruiturum, vſurum. *ibid. nu. 10. & 11.*

Vſufructuarius vt acquirat fructus, poſſeſſio legitima ſufficit etiam ante cautionem proprietario præſtitam poſt verò petitam cautionem nõ ſufficit poſſeſſio cum iam vitioſa eſſe incipiat. *deciſ.259. num.30. Ghiſilerio.*

Vſufructuarius ſi poſſidente proprietario cautionem non offerat, nec proprietarium interpellet, fructus ſuos non facit, cum non poſſideat, nec adimpleat *ibid.num.30.*

Ita vt hoc caſu vſufructuarius non poteſt petere fructus, nec proprietarius tenetur illos reſtituere. & hæc eſt receptiſſima, & menti tenenda concluſio. *ibid.num.4.*

VTILITAS.

Vtilitas euidens Eccleſiæ requiritur ſemper in alienatione eius bonorum. *deciſ 243. nu.9. Merlino.*

Vtilitatis, & neceſſitatis enunciatiuæ poſitæ in inſtrumento conceſſionis emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, ſolent apponi ad obtinendum beneplacitum Apoſtolicum, non autem ad illud iuſtificandum, ſuper qua iuſtificatione probationes ſunt faciendæ. *deciſ.202. num 14. Pirou no.*

Et hoc caſu non ſtatur aſſertioni alienantis, qui nõ poteſt fungi officio executoris in approbando cõtractum. *ibid num. 15.*

Vtilitas in alienatione bonorum Eccleſiæ debet eſſe certa, & euidens, non autem turbida, itaut conditio Eccleſiæ patenter melior fiat & locupletior. *deciſ.243. num.5. Merlino.*

Vtilitas in alienatione bonorum Eccleſię de tempore contractus debet eſſe euidens & certa, itaut nõ ſufficiat Eccleſiam remanere ſine damno. *deciſ. 252.num.23.Merlino.*

Sed opus eſt ipſam fieri locupletiorem & lucrum conſequi à conceſſione. *ibid.num.23.*

Vtilitas etiam requiritur in conceſſione rei Eccleſiæ ſolitæ concedi in emphyteuſim. *ibid.num.17.*

ſuper Vtilitate exigita in alienatione rerum Eccleſiæ, non ſtatur aſſertioni partium nec executorũ, dum iudicialiter procedere tenebantur. *deciſ.94. num 44. Merlino.*

Sed de ea conſtare debet per plenas, & legitimas probationes præuia cauſæ cognitione, & diſcuſſione iudiciaria. *ibid. num. 45.*

in Vtilitate tota validitas alienationis bonorum Eccleſiæ conſiſtit. *ibid. num.75.*

Vtilitas euidens requiritur in locatione bonorum Eccleſiæ, etiam quando bona ſunt ſolita locari. *deciſ.36. num 12. Buccabella.*

Vtilitas in conceſſione emphyteuſis bonorum Eccleſiæ, conſideratur de tempore vltimæ conceſſionis. *deciſ.252.num.16. Merlino.*

Vtilitas euidens in alienationibus rerum Eccleſiæ præ-

præciſè debet tangere tempus alienationis. *deciſ.* 129.*num.* 18 *Merlino*.

ob Vtilitatem publicam Papa alicui auferre poteſt priuilegium. *deciſ.* 103. *num.*26. *Coccino*.

V X O R.

Vxor grauata reſtituere præſumitur ſatisfacta de reſiduo dotis ex bonis mobilibus, ſi erant notabilis ſummæ. *deciſ.* 274. *num.*4. *Virili*.

Vxori vigore iurium dotalium competit tantum ius pignoris, & hypotecæ in bonis mariti defuncti. *deciſ.*261. *num* 24. *Ghiſilerio*.

Vxori prædefunctæ iniuria illata per maritum per tranſitum ad ſecunda vota, non ceſſat ſoluto illo ſecundo matrimonio. *deciſ.*45. *nu.*8. *Motmanno*.

Vxori non debet præiudicare negligentia mariti in exigendo dotem. *deciſ.*114 *num.*16. *Panzirolo*.

Vxori, ſi maritus reliquerit aliquod legatum, non eſt ſtrictè interpretandum. *deciſ.*239. *nu.* 11. *Veroſpio*.

Vxori non debet præiudicare negligentia, & culpa mariti non exigentis dotem. *deciſ.* 35. *n.*8. *Coccino*.

Vxori, ſi maritus præſtet alimenta, oritur coniectura ſolutionis dotis. *deciſ.*24. *num.* 11. *Dunozet*.

Vxoris acquiſitiones factæ ex proprijs pecunijs ad eius fauorem cedere debent. *deciſ.* 151. *num.* 9. *Motmanno*.

Vxor habet obligata omnia bona ſui viri, pro conſequutione ſuæ dotis, & ideo, ſi ea poſſideat, non poteſt contra eam vti tertia agi via executiua. *deciſ.* 181. *num.* 1. *Pirouano*.

Vide ſupra in verbo Mulier.

INDEX DECLARATIONVM

DIVERSORVM CAPITVLORVM

VARIARVM CONSTITVTIONVM

Regularum Cancellariæ, Legum, Statutorum, Deciſionum, & Doctorum, quæ in hoc Volumine continentur.

CAPITVLA.

CAP. accepiſti de frigid. & malefic. declaratur. *deciſ.* 54. *num* 6. *Dunozet*.

Cap. cum haberet extra de eo, q. dux. in vx. &c. non cenſetur derogatum per conſtitutionem Pij V. cõtra illegitimos, cum dictum cap. ſit pietatis, æquitatis, & rationis plenum, tribuens filijs quod pietatis, quod æquitatis, quod naturæ ius poſtulat hoc eſt alimenta. *deciſ.* 30. *n.* 36. *Merlino*.

Cap. ex multiplici de decim. quando ceſſet. *deciſ.* 103. *num.*27. *Coccino*.

Cap. laudabilem de frigid. & malefic. diſpoſitio ad nihilum reduceretur, ſi ſola mulieris reclamatio ſufficeret. *deciſ.*54. *nu.*7. *Dunozet*.

Cap. nuper. de decim. ſi non ſit derogatum, non ſuffragatur priuilegium eximẽs à ſolutione decimarum. *deciſ.*41. *nu.*9. *Buccabella*.

Cap. nuper de decim. cum ſit conciliale, ſi contra illud diſponatur, eſt facienda ſpecifica derogatio. *deciſ.*42. *num.*10. *Buccabella*.

Cap. nuper. ext de decim. quid diſponat. *deciſ.* 193. *num.* 5 *Coccino*.

Cap. nuper. de decimis niſi ſit derogatum, non ſuffragâtur priuilegia eximentia à ſolutione decimarum. *deciſ.*42. *num.* 9. *Buccabella*.

Cap. nuper. de decim cum contineat Conſtitutionẽ conciliarem, eſt in ſpecie derogandum, quando cõceditur exemptio à ſolutione decimarum. *deciſ.* 103. *num.*2. *Coccino*.

Conſtitut. cap. nuper. de decim. cum ſit Concilij generalis, eget particulari derogatione. *deciſ.* 193. *num.*6. *Coccino*.

Cap. quoniam. de immunit. Eccleſ. in 6. reſtringitur ad illos, qui impediunt Eccleſiaſticam iuriſdictionem. *deciſ.*240. *num.* 16 *Ghiſilerio*.

Extrauag. prouide de ſent. excomm. licet aliqui Doctores voluerint d. extrauag. habere locum etiam in interdicto ſpeciali. *deciſ.*20. *num.* 2. *Coccino*.

Tamen communior opinio eſt, quod debeat eſſe generale, & hoc eſt notandum ad intelligentiam d. extrauag. *ibid. num.* 3. & 4.

Extrauag. prouide. de ſent. excomm. non habet locum in interdicto particulari, quando adeſt conſuetudo in contrarium. *deciſ.* 20. *nu.*5. *Coccino*.

Can. reintegranda, vt habeat locum perpendenda eſt iuſtitia deiectionis è poſſeſſione, non autem iuſtitia, aut vitium poſſeſſionis rei. *dec.*94. *num.*4. & 80. *Merlino*.

Can. reintegrãdæ 3. quæſt. 1. remedium non competit Eccleſiæ, ſtante productione beneplaciti Apoſtolici, & ſententia Iudicum Commiſſariorum, & ſic interuentu ſolemnitatum. *deciſ.*94 *num.*70. *Merlino*.

Can. reintegrandæ 3. quæſt. 1. æquiſſimum remediũ, quando ſemper intret. *ibid. num.*77.

Cap. volentes 1. de priuileg. in 6. In Concilio generali Lugdunenſi fuit compilatum. *deciſ.* 165. *n.*2. *Ghiſilerio*

Cap. volentes 1. priuileg. in 6. non intrat, quando exemptio eſt reſtricta ad certam ſpeciem iuriſdictionis. *deciſ.* 165. *num.* 19. 20. & 21. *Ghiſilerio*.

Digitized by Google

Cap.volentes 1.de priuil.in 6. non procedit, quando exemptus non fuit repertus in loco rei ſitæ, itaut non poſſit ferri diffinitiua contra ipſum, quamuis fuerit citatus. *ibid.num.*25.

CONSTITVTIONES.

Conſtitutio Pij V. contra illegitimos non tollit ea, quorum filius eſt capax de iure communi. *deciſ.* 114.*num.*13. *Panzirolo.*

Conſtitutio Pij V. contra illegitimos non derogauit cap.cum haberet ext. de eo, qui dux.in vxor.cum ſit pietatis, æquitatis, & rationis plenum.

Filijs tribuens, quod pietatis, quod æquitatis, quod naturæ ius poſtulat, hoc eſt alimenta. *deciſ.* 30. *num.*36. *Merlino.*

Bulla Pij V. contra illegitimos, non habet locum, quando ſumus in bonis laicorum, nullam habentibus mixturam cum Eccleſiaſticis.*deciſ.*30 *n.*39. *Merlino.*

Conſtitut.Gregor.XV. ſuper reuocatione Cõſeruat. &c. in quibus conſeruatorijs loquatur. *deciſ.*49. *num.*15. *Dunozet.*

Conſtitutio de iure congrui concedit pro ampliandis ædificijs, nedum vſum muri communis, ſed etiam alieni. *deciſ* 253. *num* 81. *Matth.*

Conſtitutio March. de minoribus, annullat ipſo iure contractus minorum celebratos ſine ſolemnitatibus requiſitis à d. conſtitutione. *deciſ.* 165. *num.*56. *Ghiſilerio.*

Conſtitutio March.de contract. minor.cap.25.lib.5. non adimit fidem in ſcripturis in cõtractibus minorum confectis. *deciſ.*81.*num.*14.*Motmanno.*

REGVLÆ CANCELLARIÆ.

Concil.Trid.ſeſſ.2.cap 6. de reform quando concedat facultatem Epiſcopo procedendi ad ſummariam informationem contra Capitulares ſine adiunctis. *deciſ.*4. *num.*12.19.28. & 31. *Ghiſilerio.*

Concil.Trid. ſeſſ. 6. cap.4. & ſeſſ 25.cap.6.quando procedant.*deciſ.*105.*num.*17.18.& 19 *Ghiſilerio.*

Cocil.Trid. ſeſſ.25. cap.6. de reform. quid diſponat. *deciſ.*295 *num.*6. *Ghiſilerio.*

Concil. Trid. ſeſſ 25. cap.6. de reform. limitatio vt intret, duo copulatiuè requiruntur.*deciſ.*4.*nu.*19. *Ghiſilerio.*

Concil. Trident. ſeſſ. 25. cap. 6. de reform. in contextu loquitur cauſatiuè, vbi de fuga timetur, ne iudicium eludatur non autem conditionaliter, ſi de fuga timetur *deciſ.*189 *num.* 13. *Ghiſilerio.*

Concil. Trid. ſeſſ.25. cap. 6. de reform. prohibere videtur, ne illis caſibus Epiſ opus capiat plenam probationem, dum in principio dicit, quod procedat cum Adiunctis, & ſolum limitat, quoad ſummariam informationem. *deciſ.*295. *num.* 3. *Ghiſilerio.*

Et iſta facultas Epiſcopi non eſt ad certum numerum reſtricta. *ibidem num.*4.

Concilium Tridentinum, circa probationem iuriſpatronatus potentum, nihil innouauit circa patronos, ſed ſolum circa libertatem beneficij. *deciſ.* 82. *num.*20. *Panzirolo.*

Primò, quod agatur de criminibus ex incontinentia prouenientibus, ſeu de delictis atrocioribus. *ibid. num.*21.

Secundò, quòd timeatur de fuga *ibid.num.*22.

Regul.ſecundæ Cancellariæ excluſio quando intret, & quando ceſſet. *deciſ.*250. *num.*5. *Coccino.*

Regul Cancell.4. requirit, quod dignitas non modo ſit maior poſt Pontificalem; ſed etiam, quod excedat valorem 10. florenorum. *deciſ.*256. *num.*9. *Motmanno.*

Regul.4. Cancell. facit diſtinctionem inter dignitates maiores poſt Pontificalem in Cathedralibus, & dignitates principales in Collegiatis, & vnde ſumatur iſta diſtinctio. *ibid. num.* 11.

Regul.Cancell.4. vt habeat locum, non ſolum requiritur qualitas dignitatis, ſed etiam vt illius redditus excedat annuum valorem 10. florenorum. *deciſ.*236. *num.*1. & 14. *Verospio.*

Regul. 8. Cancell nedum tollit omnia priuilegia, quantumuis ampliſſima, ſed etiam habet decretum irritans. *deciſ.*250. *num.*23. *Coccino.*

Regul.15.Cancel. reuocat facultates conferendi beneficia reſeruata, ſeu affecta. *ibid num.*31. & 34.

Regul.15. Cancell. licet non legatur inter regulas Innocentij VIII. attamen à cæteris ab eo Pontificibus ad noſtra vſque tempora approbata, & inter regulas ſemper inſerta reperitur. *deciſ.*250. *num.* 32. *Coccino.*

Regul de non iudican. iuxt. form. ſupplic. quando ceſſet. *deciſ.*213.*num.*30 *Verospio.* & qualiter ſit intelligenda. *ibid. num.* 32.

Regul.Cancell. reuocatoria vnion. habet tantum locum in vnionibus non effectuatis, non autem in ſortitis effectum. *deciſ.*145.*num.*12. *Carrillo.*

Regula reuocatoria vnionum, non habet locum, quando vnus ordo in totum ſupprimitur, & eius beneficia alteri vniũtur. *deciſ.*99.*n.*22. *Panzirolo.*

ad Regulæ de Triennali effectum poſſeſſor pacificus etiam dicitur is, cui inceptum iudicium, numquam fuit proſecutum, itaut lis remanſerit extincta. *deciſ.*80, *num.*14. *Macchiauello.*

Regula de Triennali inducit ſolummodo præſumptionem validitatis in eo titulo, cuius vigore fuit per triennium continuata poſſeſſio. *dec.*80. *nu.*11. *Macchiauello.*

Regula de Triennali non intrat, vbi quis non fuit pacificus poſſeſſor. *deciſ* 80. *nu* 13. *Macchiauello.*

Regula de Triennali facit præſumere titulum validum. *deciſ* 80. *num.* 10. *Macchiauello.*

L E G E S.

Text.in l.commodiſſimi. C. de lib & poſth. ſolum procedit, quando inducitur diuerſitas perſonarum, non autem facta extenſione de vno tempore ad aliud manet eadem perſona vocata. *deciſ.*142. *num* 18. & 19 *Panzirolo.*

Text.in l.commodiſſimi C. de lib & poſthum. loquitur, quando caſus omiſſus eſt omninò diſſimilis expreſſo, quoad mentem, rationem, & effectum à teſtatore conſideratum. *deciſ.*142.*n.*20. *Panzirolo.*

ex L. cum dubitaretur fin. C. de iur. emphy. venit prohibitio alienationis emphyteuſis ſine conſenſu Domini directi.*deciſ.*240. *num.* 28. *Ghiſilerio.*

L. cum dubitaretur fin. C. de iur. emphyteut. non eſt reſtrictum ad rem, ſeu fundum emphyteoticum primo loco conceſſum, ſed complectitur omnes, & quaſcumque meliorationes &c. *deciſ.*40. *num.*17. *Ghiſilerio.*

L. cum ita §. in fideicommiſſo, & l. peto §. fratrem ff. de

Digitized by Google

ff. de lrg. 1. quando ceſſent. *deciſ.126. num.* 19. *Ghiſilerio.*

L. diffamari C. de ingen. & manumiſſ. remedium, an inducat litem ad effectum interrumpendi præſcriptionem. *deciſ.94.num.26.Merlino.*

ex L. diffamari C. de ingenu. & manumiſſ. lis, quæ intentatur eſt vera lis, cum adſit actor, reus, & Iudex. *ibid. num.* 28.

L. diffamari (de ingen iudicium an ſuſpendat bonam fidem, vel interrumpat præſcriptionem iam cœptam. *deciſ.57. nu.29. Veroſpio.*

L. 1. & 2. C. ne lic. potent. patron. &c. vt habeat locum, quæ potentia non ſufficiat. *deciſ.282. n.9. 10. 11. & 19 Veroſpio.*

L. 1. & 2. C. ne lic. potent. patro. &c. eſt pœnalis, & odioſa. *deciſ.282. num.16. Veroſpio.*

L. 1. & 2. C. ne lic. potent patron. &c. ceſſat ſi alienatio ſit facta in perſonam æquè potentiorem. *deciſ.282.num.20.Veroſpio.*

L. edicto fin. C. de edict. D. Adr. toll. non intrat, quando diſpoſitiones plures concurrunt eiuſdem perſonæ ad fauorem duorum, ſed eſt agendum via ordinaria. *deciſ.115. num.19. Motmanno.*

in L. edicto fin. C de edict. D. Adr. toll. non habet locum ſtatutum deferens appellationi in quocunque poſſeſſorio. *deciſ.84 num.4. Roias.*

L. fœminæ, §. illud. C. de ſecund nupt. & § hinc nos. Auth. de nupt. procedunt etiam in patre ſecundo nubente ex identitate rationis. *deciſ.45. num.2. Motmanno.*

L. fœminæ §. illud C. de ſecund. nupt. an ceſſet, ſi mater, vel pater tranſeant ad ſecunda vota, & eorum coniunx moriatur ſine filijs. *deciſ.45. n.4. Motmanno.*

§. hinc nos. Auth. de nupt. & l. fœminæ. §. illud. C. de ſecund. nupt. procedunt etiam in patre ſecundo nubente ex identitate rationis. *deciſ.45. num. 2. Motmanno.*

L. humanitatis. C. de impub. & alijs ſubſtit. ad ſorores etiam extenditur. *deciſ.238.n.5.Panzirolo.*

L. in poteſtate. ff. de ſolut. & alia iura hic allegata in quibus terminis loquantur. *deciſ.26 num.20. Dunozet.*

L. peto, §. fratre. ff. de legat. 1. quando ceſſet. *deciſ. 126.num.19. Ghiſilerio.*

L. poſt rem iudicatam. ff. de re iud. reputatur ſingularis. *deciſ. . num.5. Coccino.*

L. quia proinde, & l. ſi patroni. ff. ad Trebell. extenduntur etiam ad iurapatronatus. *deciſ.72. num.7. Pirouano.*

L. rē maioris 2. C. de reſcindend. vendit. ceſſat per contractus reſolutionem, & pretij reſtitutionem. *deciſ.92. num.5. Macchiauello.*

L. ſi defunctus 15. ff. de procurat. qualiter ſit intelligenda. *deciſ.172.num.21.Coccino.*

L. ſi diuerſa. C. de tranſact. non habet locum, quando quis non impugnat tranſactionē, ſed prætendit quod aliquid non fuerit comprehenſum in d. tranſactione. *deciſ.278 num.5. & 6. Macchiauello.*

L. ſi diuerſa. C. de tranſact. non procedit, quando tranſactio eſt nulla. *deciſ.278. num.7. Merlino.*

L. ſi ita ſtipulatus. ff. de verb. oblig. loquitur vbi res eligenda tranſmiſſibilis eſt ad hæredem. *deciſ. 262.num.7.Merlino.*

L. ſi mulier. C. de iur. dot. declaratur. *deciſ.163. num.41. Veroſpio.*

in L. ſi quis à liberis. ff. de liber. agnoſcend. verbum, illud (parentes) omninò referri videtur ad patruum. *deciſ.194. num.15. Dunozet.*

L. ſi patroni, & l quia proinde. ff. ad Trebell. licet loquantur in patrono liberti, & in iuribus ſepulchrorum, extenduntur tamen etiam ad iurapatronatus. *deciſ.72. num.7. Pirouano.*

L. ſi vſusfructus C. comm. de leg. & alij in quo caſu loquuntur. *deciſ.259.num.16. Ghiſilerio.*

L. vtrum ſiu. C. vbi pupill. educari debet, habet locum in patruo, & quocumque alio conſanguineo. *deciſ.95. num.4. Coccino.*

STATVTA.

Statutum Bononienſ ſub rubr. de appellat. §. præterea. diſponit, quod in quocumque poſſeſſorio ſemel appelletur. *deciſ.84. num.3. Roias.*

Statut. Bononien. lib.2. declaratur. *deciſ.173. n.17. Veroſpio.*

Statut. Bonon. ſub titul.45. lib.3. quid diſponat & declaratur. *deciſ.282. num.28. 29. 30. & 31. Veroſpio.*

Statutum Lauretanum non defert lucrum dotale. *deciſ.165. num.51. & 54. Ghiſilerio.*

Statutum Mōtis Filatrani defert lucrum dotale marito cum qualitate reſtitutionis dotis infra annum abſque litigio. *deciſ.165. num.54. Ghiſilerio.*

Statut. Nurſiæ lib.3. rub. 70. exigit in donationibus interuentum duorum Notariorum, quorum alter inſtrumenti rogitum excipiat, alter verò confectum inſtrumentum ſubſcribat. *dec.227. num.13. Merlino.*

Statut. Relig. Hieroſolym.24. tit. de verb. ſignif. de comm. ærar. declaratur. *deciſ.303.num.11. Motmanno.*

Statut. Relig. Hieroſolymit. 8. de verb. ſignif tit de comm. ærar. quid diſponat. *deciſ. 303. num. 20. Motmanno.*

Ordinat. 14. in tit. de conſil. in ſtat. Religionis Hieroſolymitanę, quid diſponat. *deciſ. 73. num. 11. Coccino.*

Statut. Religionis Hieroſolym. declarant incapaces, & inhabiles Milites ad obtinendas Commendas, ſi ſint debitores communis ærarij. *deciſ.26. nu.4. Dunozet.*

Statut. Relig. Hieroſolymit c.27. & ordinat.17 tit. de conſil quid diſponat. *deciſ.13.num.4. Buccabella.*

Statutum Vrbis lib.1. cap.19. intrat etiam ſi agatur de nullitate notoria. *deciſ.79 num.7. Pirouano.*

Statut. Vrbis lib.1. cap.19. ſemper obſtat, ſi de nullitate actus intra annum datum non fuerit. *deciſ. 79.num.6. Pirouano.*

Statut. Vrb. cap.42. lib.1. non habet locum, quando ius ciuile expreſsè reperitur correctum per Ius Canonicum, tunc enim non ius ciuile, quod ſublatum fuit, etiam inter Vrbis incolas ſeruandum eſt ius Canonicum. *deciſ.30 num.35. Merlino.*

Statutum Vrbis lib.1. cap.68. concernit formam actus, & reſpicit iuris rigorem. *deciſ.253. nu.27. Mattha.*

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 107. concedit eleuationem muri communis, & referuntur verba. *deciſ. 253.num.73.Matth.*

Statutum Vrb.lib.1. cap.107. declaratur. *deciſ.*253. *num.* 75.*&* 84. *Mattha.*

iuxta Statut. Vrb.lib. 1. cap. 132. vt debeatur lucrum dotale, quid requiratur. *deciſ.* 54.*num.*1.*Dunozet.*

Statut. Vrb.lib.1. cap.142. non ſolum habet locum in deſcendentibus, ſed etiam in tranſuerſalibus. *deciſ.*248. *num.*2. *Pirouano.*

Statut. Vrb lib. 1. cap.142. procedit tàm in vltima voluntate, quàm etiam in contractibus. *dec.*114. *num.* 4.*Panzirolo.*

Statut. Vrb.lib. 1. cap.145. de ſucceſſionibus ab inteſtato, licet habeat locum etiam facto teſtamento, in quo dos filiabus non fuit relicta. *deciſ.* 175.*n.*1. *Motmanno.*

Tamen id procedit, quando filia fœmina venit impugnando teſtamentum, ſecus verò, quando venit ex teſtamento. *ibidem num.* 2.

Statut. Vrb.lib 1. cap. 145. poſtrema pars continet excluſionem fœminarum, etiam à ſucceſſione in bonis matris, & auiæ qualificatam &c. *deciſ.* 175. *num.* 9. *Motmanno.*

Quam excluſionem Reformatores neceſſariò addiderunt, quia alioquin filiæ fœminæ non cenſebantur excluſæ, niſi ab hæreditate dotantis. *ibidem num* 10.

in Statut. Vrb. lib 1. cap.145. ponuntur tres caſus excluſionis. *deciſ.* 110 *num.* 1. *Motmanno.*

Primus eſt obitus patris, vel aui ab inteſtato ſuperſtitibus filiabus maritatis, & dotatis. *ibid. num.* 1.

Secundus caſus eſt, quando pater vel auus in vltima voluntate relinquunt dotem eiſdem filiabus. *ibid num.* 1.

Statut. Vrb. lib.1. cap. 145. excludit fœminas, quæ ſunt dotatæ, etiam ab hæreditate matris *deciſ.* 60. *num.*15. *Motmanno.*

Statut Vrb.lib.1. cap. 145. verba, ibi ab vna ex prædictis perſonis dotatæ, qualis ſit ſenſus. *deciſ.* 110. *num* 21. *Motmanno.*

Statutum Vrb lib.1. cap.145. fauet agnationi. *deciſ.* 175.*num.*24.*Motmanno.*

Statuti Vrb.lib.1. cap.145. mens in eo reſidet, quod à patre, vel auo, aut à fratre, vel patruo filiabus fœminis detur dos, ad effectum eas excludendi à ſucceſſione. *deciſ.* 110. *num.*12. *Motmanno.*

in Statut. Vrb.lib.1. cap. 145. tres ponũtur caſus excluſionis. *de-ciſ.* 175. *num.* 4. *Motmanno.*

Primus eſt obitus patris, vel aui ab inteſtato ſuperſtitibus filiabus maritatis, & dotatis. *ibidem num.* 5.

Secundus eſt, quando filiabus fuit conſtituta dos, à patre, vel auo in vltima voluntate. *ibid. num.* 6.

Tertius eſt caſus, quando frater, vel patruus cum effectu paratus eſt dotare fœminas. *ibid. num.* 8.

Statut. Vrbis lib. 1. cap.145. excludẽs fœminas propter maſculos, vt intret, duo copulatiuè requiruntur. *deciſ.*175. *num.*13. 14. *&* 15. *Motmanno.*

Statutum Vrbis continuat poſſeſſionem bonorum patris in filios heredes in inſtanti etiam temporis momento. *deciſ.* 18. *num.* 3. *Pirouano.*

Statut. Vrb. de continuanda poſſeſſione in ſuos heredes non admittit concurſum, quia operatur in inſtanti, nec datur conſiderabile tempus intermedio, nec momento quidem. *deciſ.* 150. *num.* 6. *Pirouano.*

Et licet iſte articulus aliquandò in Rota remanſerit indeciſus, an ſcilicet præualeat poſſeſſio medio tempore apprehenſa tamen poſtea fuit deciſum, d. ſtatutum in inſtanti operari *ibid. num.* 7.

Statutum Vrb. de continuanda poſſeſſionem in filios, deſiderat in eis qualitatem hæreditariam. *dec.*181. *num.*9. *Pirouano.*

Statutum Vrbis lib. 1. cap. 151. habet locum etiam in confeſſione. *deciſ.*245. *num* 1. *Coccino.*

Statutum Vrb. lib.1. cap. 151. requirit perſonam patris in contractu celebrando per filium, nõ ſolum ad authorizandam eius perſonam, ſed etiam pro intereſſe ipſius, ſi agatur de bonis, in quibus pater habet vſumfructum. *deciſ* 245. *num.*5. *Coccino.*

Statut. Vrb. lib. 1. cap. 189. prohibens ne de nullitate poſſit dari poſt annum, non procedit, quando nullitas eſt mixta cum ſpolio, propter iniuſtitiam ipſius ſententiæ. *deciſ.* 130. *num.* 9. *&* 10. *Veroſpio.*

DECISIONES.

§ Deciſ. 400. num. 1. part. 1. diuerſ. declaratur. *deciſ.* 3. *num.* 21. *Merlino.*

Rot. deciſ. 516. par. 1. diuerſ. declaratur. *deciſ.* 163. *num* 33. *Veroſpio.*

Deciſ. 801. num. 1. par. 1. diuerſ. declaratur. *deciſ.* 264. *num.* 15. *Vbaldo.*

Deciſ. 622. lib. 3. par. 3. diuerſ. & ſimiles declarantur. *deciſ* 252. *num.* 14. *Merlino.*

Deciſ. 86. num. 7. par. 4. diuerſ. declaratur. *deciſ.* 3. *num* 21. *Merlino.*

Rota deciſ. 33. num. 3. poſt Cenc. de cenſib. quo caſu loquatur. *deciſ.* 46. *num.* 8. *Dunozet.*

Rot. deciſ. 216. num. 2. par. 2. in recent. in quo caſu loquatur. *deciſ.* 14. *nu.* 8. *Pirouano.*

Deciſ. 323. nu. 7. par. 2. recent. declaratur. *deciſ.* 140. *num.* 18. *&* 19. *Panzirolo.*

§ Achill. deciſ. 3. num. 6. & 15. de teſtib. & aliæ, in quibus caſibus procedant. *deciſ.* 18. *num.* 19. *Ghiſilerio.*

Achill. deciſ. 1. de ſent. excomm. qualiter Rota ſemper intellexit, *deciſ* 90. *num.* 13. *Coccino.*

Caſſador. deciſ. 5. vi lit. pend. declaratur. *deciſ.* 1. *n.* 9. *Coccino.*

Deciſ. 75. coram Reu. P. D. Coccino Decano, declaratur. *deciſ.* 40. *num.* 23. *Ghiſilerio.*

Creſcent, deciſ. 11. num. 3. de re iud. declaratur. *deciſ.* 172. *num.* 77. *Coccino.*

Ludouiſ. deciſ. 196. declaratur. *deciſ.* 56. *nu.* 9. *Coccin.*

Deciſ. Card. Mantic. 57. declaratur. *deciſ.* 57. *num.* 18. *Veroſpio.*

Deciſ. Cardd. Mantic. & Seraph. declarantur. *deciſ.* 105. *num.* 20. *Ghiſilerio.*

Put. deciſ. 64. lib. 1. declaratur. *deciſ.* 301. *num.* 8. *&* 10 *Motmanno.*

Put. deciſ. 245. num. 3. lib. 3. & Achill. deciſ. 2. nu. 6. & 7. de off. delegat. declaratur. *deciſ.* 265. *num.* 9. *Vbaldo.*

Card. Seraph. deciſ. 181. num. 2. & Gabr. conſ. 127. num. 31. quo caſu loquantur. *deciſ.* 27. *num.* 6. *Motmanno.*

Card. Seraph. deciſ. 472. declaratur. *deciſ.* 24. *nu.* 20. *Motmanno.*

Card. Seraph. deciſ. 1184. declaratur. *deciſ* 25. *n.* 20. *Motmanno.*

§ Alexandrina Decanatus 12. Iunij 1598. coram Orano.

Digitized by Google

Orano. declaratur. *deciſ.* 14. *num.* 12. *Pirouano.*

Barchinonen Canonicatus 7. Iunij 1567. quo caſu loquatur. *deciſ.* 1. *num.* 10. *Coccino.*

Bononien. dotis 22. Maij 1619. coram Buratto. declaratur. *deciſ.* 165. *num.* 53. *Ghiſilerio.*

Gerunden. beneficij 27. Maij 1596. coram Iuſto. declaratur. *deciſ.* 14. *num.* 12. *Pirouano.*

Legionen. præſtimoniorum 27. Nouemb. 1591. coram bon. mem. Card. Pamph. quo caſu loquatur. *deciſ.* 1. *num.* 15. *Coccino.*

Lucana iuriſpatronatus 9 Iun. 1598. coram bo. me. Litta, qualiter ſit intelligenda. *deciſ.* 228. *nu.* 8. *Veroſpio.*

Mediolanen. bonorum, & aliæ deciſiones, & Doctores in quibus terminis loquatur *deciſ.* 41. *num.* 23. & 24. *Coccino.*

Meliten. Iuriſpatronatus 10. Maij 1608. coram Caual. declaratur. *deciſ.* 282. *num.* 23. *Veroſpio.*

Rauennaten. emphyteuſis 22. Maij 1628. coram bo. me. Reuerēdiſſ. Coccino. declaratur. *deciſ.* 121. *num* 14. & 12. *Carrillo.*

Romana aſſecurationis 23. Ianuarij 1634. coram eodem R. P. D. Panzirolo. declaratur. *deciſ.* 47. *num.* 10 *Panzirolo.*

Romana fructuum portarum 20. Nouemb. 1585. coram bo. me. Gypſio. declaratur. *deciſ.* 3. *num* 46. 48. & 49. *Merlino.*

Salernitana fructuum 6. Iunij 1616. coram bon. me. Remboldo declaratur. *deciſ.* 50. *num.* 16 *Veroſpio.*

Squallicen. Abbatiæ 20. Nouemb. 1630. coram R. P. D. Merlino, quo caſu loquatur. *deciſ.* 18. *num.* 19. *Ghiſilerio.*

Vrbeuetana cenſus, & Tudertina nullitatis obligationis. declaratur. *deciſ.* 306. *num.* 56. *Ghiſilerio.*

DOCTORES.

A

Aretin. dictum in cap. cum non ab homine de iudic. quando ceſſet. *deciſ.* 4. *num.* 18. *Ghiſilerio.*

Alex. in conſ. 8. ſub num. 2. lib. 4. quo caſu loquatur. *deciſ.* 184. *num.* 12. *Veroſpio.*

B

Barbat. in conſ. 33. num. 9. lib. 2. declaratur. *deciſ.* 14. *num.* 9. *Pirouano.*

Bart. in l. id quod pauperibus num. 22. & l. 2. num. 4. C. de fideicomm. reijcitur. *deciſ.* 62. *num.* 4. *Motmanno.*

Bart. doctr. in l. quæſitum. ff. de fund. inſtruct. admittenda eſt, niſi ſequatur abſurdum. *deciſ.* 60. *num.* 15. & 17 *Merlino.*

Bart. in l. ſi alienam num. 3. ff. ſolut. matrim. declaratur. *deciſ.* 95. *num.* 78. *Merlino.*

Bart. in l. 2. num. 4. C. de fideicomm. reijcitur. *deciſ.* 62. *num.* 4. *Motmanno.*

Bald. in cap. 1. de teſtam. qualiter ſit intelligendus. *deciſ.* 270. *num.* 11. *Coccino.*

Bald in l. placet C. de ſac. ſanct. Eccl. nu. 15. quo caſu loquatur. *deciſ.* 83. *num.* 14. *Merlino.*

Bald. in conſ. 114. lib. 1. intellectus, & alios DD. declaratos. *deciſ.* 163. *num.* 36. 39. & 40. *Veroſpio.*

Bald. in conſ. 108. lib. 3. declaratur. *deciſ.* 9. *num.* 40. & 41. *Merlino.*

Bald. in conſ. 391. lib. 3. declaratur. *deciſ.* 9. *num.* 38. *Merlino.*

Burſatt. conſ. 57. declaratur. *deciſ.* 254. *num.* 8. *Matthaio.*

C

Capyc. deciſ. 221. num. 8. in quibus terminis loquatur. *deciſ.* 163. *num.* 38. *Veroſpio.*

Caſtrenſ. in l. ſi maritus num. 5. C. de procurat. aſſerens quod inueſtitura accepta pro ſe, & deſcendentibus ex linea maſculina non comprehendit fœminam natam ex maſculo &c. eſt communiter receptus. *deciſ.* 33. *num* 3. *Coccino.*

Caſtr. cōſ. 159. lib. 1. in quo caſu loquatur. *deciſ.* 125. *num.* 2. *Macchiauello.*

Caſtr. opinio in conſ. 446. num. 1. lib. 2. reijcitur. *deciſ.* 205. *num* 9. *Buccabella.*

Curt. iun. in conſ. 4. num. 3. in quibus terminis loquatur. *deciſ.* 163. *num.* 38. *Veroſpio.*

D

Dec. in conſ. 448. nu. 16. & Burſatt. conſ. 7. num. 9. in quo caſu loquantur. *deciſ.* 270. *num.* 25. *Coccino.*

F

Felin. in cap. illud. num. 10. de præſcript. reprobatur. *deciſ.* 94. *num.* 27. *Merlino.*

Fuſar. quæſt. 261. num. 7. cum alijs ab eo allegatis, in quo caſu loquantur. *deciſ.* 8. *num.* 9. *Dunozet.*

G

Gabr. in conſ. 91. num. 5. lib. 1. in quibus terminis loquatur. *deciſ.* 163. *num.* 38. *Veroſpio.*

Gabr. in conſ. 127. nu. 31. vol. 1. quo caſu loquatur. *deciſ.* 27. *num.* 6. *Motmanno.*

Garz. de benef. par. 7. cap. 1. nu. 58. declaratur. *deciſ.* 14. *num.* 11. *Pirouano.*

Gloſ. in l. fin. C. de iur. emphy. in verbis alijs vendere eſt intelligenda, quando emphyteuta, omne ius à ſe abdicauit, nihil ſibi reſeruando, ſed iſte intellectus non recipitur. *deciſ.* 40. *num* 2. *Ghiſilerio.*

Cum alias d. gloſ. inepte loquuta fuiſſet, ſi intelligeretur, quando emphyteuta non ſubemphyteuticauit, ſed omne ius à ſe abdicauit. *deciſ.* 40. *n* 4. *Ghiſilerio.*

Gratian. diſcept. forenſ. cap. 723. num. 1. & 5. quo caſu loquatur. *deciſ.* 46. *num.* 8. *Dunozet.*

H

Honded. conſ. 37. num. 21. vol. 1. declaratur. *deciſ.* 27. *num.* 20. *Motmanno.*

I

Iaſ. in conſ. 130. num. 5. lib. 4. reprobatur. *deciſ.* 231. *num.* 11. *Merlino.*

Imol. opinio in l. quod dicitur num. 8. ff. de verb. oblig. quæ recepta eſt à frequentiori calculo ſcribentium, quādo ceſſet, & quando intret. *deciſ.* 38. *num.* 9. & 12. *Pirouano.*

Innocent. dictum in cap. ex litteris de iurep. non recipitur. *deciſ.* 228 *num.* 12. *Veroſpio.*

Io. And. opinio in addit. ad ſpeculat. in tit. de emph. §. nunc aliqua. nu. 99. non eſt recepta, & declaratur. *deciſ.* 163. *num.* 26. *Veroſpio.*

Lan-

L

Landerchy.in conſ.25. declaratur. *deciſ.* 110. *num.*17. *Motmanno.*

M

Menoch. conſ.732. nu.31. & Mant. de conieſt.lib.8. titul. 11.nu.9. reijciuntur, dum tenent, qnod vocatis deſcendentibus per lineam maſculinam, veniant etiam fœminæ. *deciſ.*33. *nu.*14. *Coccino.*
Et de illis non eſt curandum, neque recedendum à contraria communi opinione maximè, quod Rota illam ſequatur. *deciſ.*33. *num.*15. *Coccino.*
Menoch.conſ.804.n42.& alij declarantur.*deciſ.*201. *num.*48. *Dunozet.*
Menoch. in conſ.922. num.2. in qnibus terminis loquatur. *deciſ.*163. *num.*38. *Veroſpio.*
Menoch.in conſ.1053.num.9 reijcitur, dum tenet, qnod vocatis deſcendentibus per lineam maſculinam, veniant etiam fœminæ. *deciſ* 33. *num.* 14. *Coccino.*
Menoch. de præſumpt. præſumpt.27. num. 11. lib.4. in qnibus terminis loquatnr. *deciſ.* 163. *num.* 38. *Veroſpio.*
Maluaſ.conſ.116.num.25.declaratur. *deciſ.*68.*n.*54. *Merlino.*
Mantic.de conieſtur. vltim. volunt. lib. 8. titul. 11. num 9.reijcitur dum ſentit. quod vocatis deſcendentibus per lineam maſculinam, veniant etiam fœminæ. *deciſ.*33 *num.*14. *Coccino.*
Monet.de commutat. vltim.volunt. cap. 10. nu.55. in quibus terminis loquatur. *deciſ.*14. *num.* 10.

N

Natt.in conſ.216. num.6. in quibus terminis loquatur. *deciſ.*163. *num.*36. *Veroſpio.*

O

Oldrad. conſ.21. tunc inhærendum eſt, quando teſtator iniūxit grauamen tantummodo filijs ad inuicem, vel reſpeſtiuè ad alios. *deciſ.*248. *num.* 9. *Pirouano.*
Secus verò, quando idem grauamen iniunſtum eſt filijs filiorum in infinitum, vel expreſsè, vel per conieſturas. *ibid. num.* 10.
Oldrard. in conſ.177. reprobatur. *deciſ.* 149. *num.*2. *Buccabella.*

P

Pariſ.conſ.22.nu.2. lib. 3. & Rimin.iun.482. num.41. in quibus terminis loquantur. *deciſ.*5. *num.* 16. *Merlino.*
Plot.in conſ.54. in quibus terminis procedat. *deciſ.* 190.*num.*31. *Panzirolo.*

R

Riminald.in conſ.482.num.41. declaratur. *deciſ.*15. *num.*16. *Merlino.*
Roland.conſ.19.num25. vol.5. Hond.conſ.37.n.21. vol.1. & alij declarantur. *deciſ.*27.*n.*20. *Motmann.*
Ruin. in conſ.91. num. 4. lib. 4. & alij declarantur. *deciſ.*281. *num.*9. *Merlino.*

S

Siluan. in cōſ.33.reijcitur. *deciſ.*194. *n.*63. *Dunozet.*
Sarmient.ſeleſt.lib1. c.4. num.3. reijcitur. *deciſ.*45. *num.*7. *Motmanno.*
Socc.ſen in conſ.112. num. 12. lib. 1. reijcitur, tanquam ſibi contrarius. *deciſ.* 172. *num.* 29. 30. & 31. Rota tamen eius opinionem nec reſpuit, nec affirmauit. ibidem *ſub num.* 3. *Coccino.*
Surd.in conſ.50. num. 50. quo caſu loquatur. *deciſ.* 190. *num* 29 *Panzirolo.*
Surd.conſ.415. declaratur num. 16. *deciſ.*126. *n.*10. *Ghiſilerio.*
Surd.in conſ.450. num.53. quo caſu loquatur. *deciſ.* 311.*nu.*3. & 4. *Motmanno.*
Surd.in conſ.572.num.91.in quibus terminis loquatur. *deciſ.*163. *num.*38. *Veroſpio.*

V

Valaſc.opinio in quæſt.13. tanquam nulla probabili ratione, vel auſtoritate munita reijcitur. *deciſ.*40. *num.*24. *Ghiſilerio.*

F I N I S.

REGESTVM

a b c d e.

ABCDEFGHIKLMNOPQRSTVXYZ.

Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo Pp Qq Rr Sſ Tt Vu Xx Yy Zz.

Aaa Bbb Ccc Ddd Eee Fff Ggg Hhh Iii Kkk Lll Mmm Nnn Ooo Ppp Qqq Rrr Sſſ Ttt Vuu Xxx.

Omnes ſunt Terniones, præter a, Ddd, & Xxx Duorniones, & c, & Fff, Quaterniones, & Ggg Vnicum folium.



ROMÆ, Typis Vaticanis. MDCXLII.

SVPERIORVM AVCTORITATE.

Digitized by Google

Prem. Legatoria Artistica
ACHILLE RE
Via Grande Archivio, - Napoli

Digitized by Google